image
not
available

Digitized by Google

Digitized by Google

C. 23. f
DUPL.
98
C.I
Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 D
24

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

13-[illegible] D. 24

CAPUCC. [illegible]

I

Decretum
D. GRATIANI,
VNIVERSI IVRIS CANONICI
PONTIFICIAS CONSTITVTIONES, ET
CANONICAS BREVI COMPENDIO
COMPLECTENS.

Vnà cum Gloſſis & Thematibus prudentum, & Doctorum ſuffragio comprobatis: reſectis uerò nothis, abſurdis, difficilibus, ijſdemq; inutilibus hypotheſeon ad rem minimè pertinentium, ineptarumq; Summarum, & Annotationum pſeudographijs. Textu deniq; ſuæ integritati reddito, & Gloſſis receptis à uitio repurgatis.

Opera & cenſura doctiſſimorum hominum & prece, & precio conducta.



VENETIIS, MDLXVII.

13 · 14 · D · 24

AD SANCTISSIMVM
ET BEATISSIMVM PATREM, ET DOMINVM NOSTRVM PIVM V. PONTIFICEM MAXIMVM

Franciſcus Franciſcius, & Socij.

SI Chriſtiani homines, Beatiſsime Pater, poſt Chriſti ſeruatoris noſtri ad patrem aſcenſum in ea uitæ innocentia perſeueraſſent, quam is & rebus ſuis geſtis, & admirabilium concionum grauitate demonſtrauerat, ſuperuacaneæ fuiſſent nouæ legum Diuinarum ſcriptiones. etenim hæ in animis omnium Chriſto militantium impreſſæ altiſſimas radices habuiſſent, mirandosq; fructus in unoquoque uel honoris, uel ætatis gradu continenter peperiſſent. uerum refrigerata caritate chriſtiana cum homines ab honeſtiſsima illa ſtudioſe uiuendi regula ſenſim deflexiſſent: ſanctiſsimi Apoſtoli diuino ſpiritu admoniti, ut naſcentibus incommodis mederentur, chriſtianamq; Rempub. informarent, Euangelicæ doctrinæ fontes aperuerunt, eiusque ſplendorem, & excellentiam memoriæ ac litteris prodiderunt. Quamuis autem a diuinis uiris nihil prætermiſſum ſit, quod ad chriſtianæ uitæ perfectionem attineret: tamen occulta Dei Optimi maximi prouidentia in eorum litteris multa inuoluta, & obſcura reperiuntur: quæ niſi fuiſſent explicata, in maximarum rerum ignoratione uerſaremur. Quamobrem Diui Petri ſucceſſores, qui diuino conſilio ſemper in Eccleſia ſancta principem locum obtinuerunt, prudentiſsimis decretis, & reſponſis Apoſtolorum inſtituta renouarunt, Sanctiſsimisq; legibus ſcri-

bendis, quibus bene beateque uiuendi præſcriptio & norma contineretur, diſerte hac ratione ſacroſanctum Euangelium explicauerunt. paucis poſt annis homines Diuinæ atque Humanæ legis immemores malis ſe cupiditatibus conſtringendos dederunt: quorum corrupti mores Romanis Pontificibus neceſsitatem impoſuerunt, grauiſsimis & ſeuerisſimis ſanctionibus infinitæ omnium rerum intolerandæq; licentiæ reſiſtendi: ut in officio tum ſacri, tum profani homines retinerentur: pœnæq; metu deterriti a uitijs abhorrerent, & ad ſanitatem redeuntes ad cæleſtem illam Hieruſalem tutiſsimis gradibus peruenirent. Ecce autem hæreſes diabolico impulſu exortæ Reip. Chriſtianæ tranquillitatem perturbarunt. His oppugnandis, atque adeo ex memoria uitaq; noſtra euellendis doctiſsimi & ſanctiſsimi patres omnes neruos contenderunt, ſuperq; huiuſmodi quæſtionibus multis concilijs habitis, germanam fidei noſtræ ueritatem litterarum monumentis conſignarunt. tum hæ, tum ſuperius commemoratæ cauſæ Romanos Pontifices impulerunt, ut in unum corpus ius illud redigerent, quod uel Canonicum, uel Pontificium appellamus: quamuis (ut paulo ante oſtendimus) Euangelica doctrina tanquam firmiſsimo fundamento nitatur: quòd in eo elegantiſsime dilatantur, & explicantur omnia, quæ ſanctiſsimi Apoſtoli uel litteris mandauerunt, uel per manus tradiderunt. Et quoniam grauibus morbis grauia remedia ſunt adhibenda, optimas alias leges & ad reprimendam hominum inſolentiam maxime accommodatas habemus, quæ ſancto ſpiritu dictatæ cum euangelica diſciplina admirabili quadam (ut ita dicamus) harmonia conſentiunt. Quapropter deteſtanda eſt eorum hæreticorum peruerſitas, qui Diuina Romanorum Pontificum monumenta uerborum contumelijs lacerare non dubitarunt: quæ tantum abeſt, ut ulla ratione reprehendi poſsint, ut cum ab utroque teſtamento diſceſſum eſt, nihil unquam præſtantius, nihil humano generi ſalutarius excogitari potuerit. Hæc ſu-

perioribus

perioribus quidem annis certi iureconſulti nonnullis in locis interpretanda ſuſceperunt, uerum ea fœdiſsime deprauarunt, multaq; de ſuo addentes, quæ catholicæ ueritati aduerſarentur, peſtilenti quodam dogmate imperitorum animos imbuerunt. Itaque nos, qui hunc ſacræ philoſophiæ theſaurum typis excudere cogitauimus, ante quam ad hanc honeſtiſsimam, & utiliſsimam prouinciam aggrederemur, elegantes, pieq; de catholica fide ſentientes iureconſultos ac theologos adhibuimus, quorum ſincero ſubtilique iudicio factum eſt, ut diſciplina pontificia ſine animarum noſtrarum periculo diuulgari poſſet ab omnibus expurgata erroribus, qui prauis hominum opinionibus in eam irrepſerant. Cum autem in lucem proferenda eſſet, diu nobiſcum deliberauimus, cui nam principi uiro eam dicaremus, cuius autoritate munita maleuolorum hominum obtrectationes declinaret. Demum ſanctitati tuæ duabus de cauſis hoc munus præcipuæ deberi exiſtimauimus: primum quòd pontificijs legibus nullum aliud firmius præſidium uidetur eſſe poſſe, quàm Pontificis Maximi, a quo uitam & nomen acceperunt, patrocinium. deinde quòd ſingulari temporum noſtrorum felicitate Chriſtus ſeruator noſter te in tanti oneris uicarium ſibi delegit, quem uere Pontificem appellare poſſumus. ita enim religioſe, ita ſancte tui Pontificatus initia poſita ſunt, ut uidearis toto animo cogitare de conſtituenda in eo ſtatu Rep. Chriſtiana, in quo beatiſsima futura ſit. huc te referre omnia tua conſilia teſtatur indefeſſum ſtudium tuum in extirpandis ſentibus e uinea Domini procurationi tuæ commiſſa, incredibiliſq; diligentia in prouidendo ne quid ab ullo fiat, quod ab Apoſtolica & pontificia doctrina ſit alienum; præſertim cum tu multis iam exemplis declaraueris te ab omni odio, gratia, & amicitia uacuum Chriſti ſeruatoris noſtri honorem, legitimamq; iuſtitiam omnibus alijs rebus anteponere. Accedunt ſanctiſsimi tui mores, uitæq; tuæ innocentia cum egregia pietate coniuncta: in quam intuentes

tuentes homines, prorſus humanitatis expertes, atque adeo ferrei eſſent, niſi te ut numen e cælo delapſum intuerentur, ſeq; totos ad tuæ Sanctitatis imitationem conformarent. Quamobrem ſi uera eſt Diuini Platonis ſententia, Quales in Rep. principes, tales reliquos ſolere eſſe ciues: breui tempore in pontificatu tuo priſcæ illius Eccleſiæ chriſtianæ non adumbratam effigiem, ſed re ipſa penitus expreſſam contemplabimur. Non faciemus Beatiſsime Pater, ut reliquas tuas enumeremus uirtutes, quæ uerè diuinæ ſunt: cum enim id in præſentia nobis propoſitum non eſt, tum acerrimo ingenio, maximaq; eloquentia opus eſſet ad eas pro dignitate celebrandas. Hæc autem attingere uoluimus, ut intelligeres nos iure optimo ſub tuę Sanctitatis nomine Ius Canonicum edere conſtituiſſe: cui cum tu in iaciendis tui pontificatus fundamentis tantam autoritatem tribueris, continenterq; tribuas, quantam ſanctiſsimi pontifices eius autores tribuendam eſſe decreuerunt: dubitare non poſſumus, quin id opera noſtra emendatum tibi gratiſsimum futurum ſit. Hoc autem ita eſſe nobis perſuadebimus, ſi cum nos pro uirium noſtrarum imbecillitate pontificiæ diſciplinæ ſtudioſis conſuluerimus, in Sanctitatis tuæ clientelam recipiemur: atque ad alia typis excudenda, quæ chriſtianis hominibus profutura ſint, accendemur.

HIERONYMVS MESSAGGIVS IVR. CONS. LECTORI S.

EA philoſophiæ pars quæ in agendo uerſatur rerum cognitionem & contemplationem meritò antecedere debet, amplectendaq; imprimis eſt: & quemadmodum in ædificij ſtructura uanus omnis labor eſt niſi recte iacta fuerint fundamenta: ita niſi actionis fundamento ſuppoſito, & niſi prius bona morum diſciplina uita recte ſit inſtituta nulla uera contemplatio exiſtere poteſt. In hac parte moralis noſtra philoſophia collocatur, quæ Iuriſprudentia uocatur. Verum nemini dubium eſt Iuris canonici cognitionem in maxima eſſe parte prudentiæ, primumq; locum obtinere. Quod animaduertens Nicolaus Beuilaqua hac noſtra tempeſtate Typographus præſtantiſsimus, recens, & præſens hoc Iuris Pontificij corpus edi curauit. In quo quidem imprimendo ſicut in reliquis ſuis editionibus mirum in modum commendamus operam ſuam & diligentiam. Noſque illius ſtudium, & induſtriam æmulati opus ipſum emendauimus, repurgauimus ac natiuæ integritati reſtituimus: Illud ad uetuſtorum exemplarium fidem doctiſsimorumq; uirorum adnotationibus accuratiſsime recognitum, ut quaſi ab infantia ad integram ætatem excreuiſſe & adoleuiſſe ad hanc ſui perfectionem uideatur. Illud affirmantes nihil ornatius nihil pulchrius in hoc genere caſtigatiuſue in manus hominum hactenus incidiſſe. Igi-

tur Lector humaniſsime has noſtras uigilias hilari uultu, alacrique animo accipias: eoque mentis candore quo tibi donantur ac offeruntur, quod ſi labores noſtros probatum iri cognouerimus, pollicemur, & re ipſa praſtabimus ut propediem Digeſtorum ſeu Pandectarum Iuris Ciuilis Libri in lucem prodeant Deo optimo Maximo adiuuante.

DECRE

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes. Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis. Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & unam.

PRIMA diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptum, & non ſcriptum differentiam ponens. 1

II de iure Quiritum ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diffiniens. 4

III iuris canonici uaria nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 5

IIII ad quid leges inuentæ ſunt, & quid ſacri canones mãdent. 6

V quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 8

VI an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputẽtur, & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 10

VII ponit legis latores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 13

VIII ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 14

IX authoritate & exemplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 17

X oſtendit quod leges Imperatorum uiucuntur à canonibus. 19

XI dicit conſuetudinem legibus approbatis cedere. 22

XII habet laudabilem conſuetudinem eſſe ſeruandam, quæ nec canonibus ſacris, nec ueritati, nec bonis moribus obuiet. 25

XIII uult quod contra ius naturale non admittatur diſpenſatio, niſi in fuga maioris mali. 30

XIIII quod quis non debet minus peccatum committere, ut aliud maius euitare poſſit. 33

XV notat de tempore quo ſacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 34

XVI ponit quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi, poſtea oſtendit quo tẽpore & quo reſidẽte in papatu uel imperio quodlibet conciliũ eſt celebratum. 38

XVII dicit nõ concilia ſed cõuenticula celebrari ſine papa. 43

XVIII oſtendit quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere, ideo conſequenter declarat ad quid ſint utilia, & quoties in anno & quo tempore ſint, & cuius authoritate ſunt celebranda, & quod metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad conciliũ conuenientibus. Addit de pœna epiſcopi, qui uocatus ad ſynodũ non uenit. 46

XIX uim decretalium oſtendens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda 50

XX Dicit quod in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda uero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 56

XXI tractat de diuerſis ordinibus & gradibus miniſtrorũ, docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonũ à maiori uſque ad infimũ. Et differentias miniſtrorũ locorũ aſſignat, ꝓbans quod maior à minori nõ dẽt iudicari. 58

XXII de dignitate Romanæ eccleſiæ, & quarundam aliarum. 65

XXIII de ordinatione miniſtrorũ incipiẽs à Romano pontifice, & deſcendens uſque ad oſtiariũ. 68

XXIIII de examinatione ordinandorum. 77

XXV de officijs clericorum, incipiendo ab oſtiario, & aſcendendo uſque ad epiſcopum. Circa medium diſtinctionis inchoat. xiij. præcepta regulæ apoſtolicæ ut proſequitur ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione ponit uarias ſignificationes huius nominis, crimen. Et oſtendit quod ſit mortale, & quod ueniale. 80

XXVI exequitur ſecundum præceptum apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe unius uxoris uirum. 85

XXVII probat quod nolentes uouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt, aſſignans differentiam inter ſolenne & ſimplex uotum. 89

XXVIII probat quod clericis habere uxores nõ licet in eccleſia occidentali, addens de ſubdiaconatu qui olim prohibitus non erat. 91

XXIX oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quædam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona. 97 col. 1

XXX quia dictum fuit. xxviij. diſt. ſupra, quod ſacerdotes non debẽt à ſe abijcere uxores ſuas prætextu religionis: hic dicit quod ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos qui cõiugia deteſtabãtur. 97 c. 2

XXXI probat & ponit exempla in terminis, qualiter clerici continere debẽt, & quod ab omnibus eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 99

XXXII adhuc proſequitur de continentia clericorum, & dicit quod conſtituti in quatuor ſacris ordinibus tenentur continere, & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum miſſam audiat. 104

XXXIII oſtendit quod bigami, corpore uitiati, uſurarij publicè pœnitentes, luſores in ſcena ludentes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in uxores, & concubinas habentes promoueri non poſſunt. 110

XXXIIII ponit quod oportet epiſcopum uitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarũ, & etiam conſanguinearum: & quod uenari non licet. 112

XXXV agit de tertio capitulo apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum non eſſe uinolentum. 116

XXXVI exponendo illud prudentem, dicit quod clerici debent habere peritiã literarũ ſacrarũ. 119

XXXVII oſtendit quod clerici nõ debent libros gentilium reſpicere, peritiam tamen ſecularium ſcientiarum debent habere. 121

XXXVIII probat quod literis debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet. Ignorãtia enim ipſi eſt periculoſa. 126

XXXIX oſtendit quod oportet epiſcopũ eſſe prudentẽ in negotijs ſecularibus: ut ſua cautela reddãtur eccleſiæ indemnes. 129 co. 1

XL proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ. Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in uirtutibus. 129 col. 2

XLI tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 133

XLII declarat illud, hoſpitalẽ. 135

XLIII illa duo, pudicum, & doctorem. 137

XLIIII illud, non uinolentum: quod eſt pars eius, quod diximus ſupra xxxv. diſt. 141

XLV illud, non percuſſorem. 144

XLVI illud, non litigioſum. 150

XLVII illud non cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 152

XLVIII illud, non neophytũ. 156
XLIX prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio. & breuiter recapitulat. & ponit cauſas & rationes quare criminoſi & uitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 157
L agit de lapſu, & reparatione clericorum. 159
LI de curialibus ſiue officiarijs ratiociuijs obligatis, iudicibus, & aduocatis ordinãdis uel nõ. 182
LII de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 184
LIII de curiæ annexis in clero uel monaſterio recipiendis uel non. Et ibi probat quare curiales, & aliter obligati ordinandi non ſunt. 185 col. 1
LIIII de ſeruis à non dominis manumiſsis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 185 colum. 2
LV de corpore uitiatis, bigamis, illiteratis, publice pœnitentibus ordinandis uel non. 193
LVI de filijs presbyterorum, & natis de fornicatione, adulterio non ordinandis. 196
LVII de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 200
LVIII de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. eodem.
LIX de laicis literatis non ſubito ordinandis. 201
LX oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitum uel decanum uel archipreſbyterum uel epiſcopum. 202
LXI oſtendit quòd laici non ſunt eligendi in epiſcopos: ſed poſtulandi. 203
LXII oſtendit quòd clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 209
LXIII probat quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 210
LXIIII ponit quo tempore & quibus præſentibus debent epiſcopi conſecrari. 224
LXV dicit quòd præſentibus omnibus epiſcopis comprouincialib. uel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopo. Et ibi dicit quòd ſi cæteris ordinationi epiſcoporum cõſentientibus duo uel tres cõtradicant, obtineat plurimorũ ſententia. 226
LXVI de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus: & à paucioribus quam à tribus. 229 colum. 1
LXVII de promotione ſiue ordinatione presbyterorum. 220 col. 2
LXVIII dicit quod illi qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos iterum ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione non iteranda, & de epiſcopis. 230
LXIX quòd prima tonſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic quòd determinat de non ordinatis ne in eccleſia Dei miniſtrent. 233 col. 2
LXX tractat ne quis ordinetur ſine titulo. 233 col. 2
LXXI ne quis ordinetur à non ſuo epiſcopo. 235
LXXII ne ignotus clericus ſine literis dimiſſorijs ſiue commendatitijs recipiatur. 236
LXXIII oſtendit qualiter literæ formatæ & dimiſſoriæ fiant. 237
LXXIIII tractat an inuitis ordines conferantur. 238
LXXV de tempore & die conſecrationis epiſcoporum, necnon de temporibus ordinationum aliorum clericorum. 242
LXXVI de ieiunijs quatuor temporum, & quare ſunt ieiunanda. 245
LXXVII ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi. & etiam tractat de interſtitijs temporum 248
LXXVIII in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 252
LXXIX repetit de ordinatione ſummi pontificis, quæ à ſolis cardinalibus fieri debet. 253
LXXX in quibus locis ſunt ponendi epiſcopi uel archiepiſcopi. 256
LXXXI epilogando docet, quòd ordinandus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare debent. 257
LXXXII docet quòd epiſcopus his qui ſuis manibus laborare non poſſunt, prouidere debet. Et addit quòd ſi quis miniſtrorum fornicationẽ committat, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt in ordinib. remanere. 264
LXXXIII docetur quod prælatus non ſolum à peccato immunis eſſe debet: ſed etiam peccatis aliorum conſentire non debet. 268
LXXXIIII uult quòd prælatus ſit uigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & curationem monaſteriorum. 269
LXXXV tractat de hoſpitalitate clericorum, quæ epiſcopis eſt neceſſaria. 272
LXXXVI probat quòd oportet epiſcopum eſſe doctorem ut ſciat ſubditos corrigere: item liberalem circa patientes neceſsitatẽ, & non circa hiſtriones. 273
LXXXVII probat quod uiduis, orphanis & oppreſsis epiſcopus debet dare ſubſidium. 280
LXXXVIII dicit quòd clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſſe non debent: ſed pietatis cauſa coram orphanis & uiduis impendere. 282
LXXXIX dicit quòd oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, ut ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſſe obſeruandam. 285
XC docetur qualiter litigioſi corripiendi ſunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operibus. 288
XCI de modo cantandi in eccleſia: etiam de electi poteſtate dicit etiam quod ſi clericis ſua beneficia non ſufficiant: poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio licito. 290
XCII dicit quòd magis corde, quàm uocibus cantandũ eſt. 292
XCIII de obedientia minorum erga maiores, & quòd nullus debet communicare inimicis Romanę eccleſiæ. 294
XCIIII de legato Romano pontificis, qui impediendus non eſt. Et impedientes ſunt excommucandi. Probat etiam quòd maior in officio minori uices ſuas committere poteſt. Et de præſumptione archidiaconorũ. 304
XCV dicit quòd etiam præſentibus epiſcopis presbyteri quamuis eis ſubditi poſſunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 305
XCVI dicit quòd laicis (etiam imperatoribus) non licet aliquem ordinare, uel de rebus eccleſiarum iudicare. 310
XCVII dicit quòd precibus eccleſiæ imperator & cæteri principes poſſunt eam iuuare: ſubijcies eccleſiam Romanam legationem undecunque ſine ſignatis apicibus non recipere. 318
XCVIII dicit quòd clerici peregrini & ultramarini ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non ſunt. 320
XCIX docet de primatibus & poteſtate eorum qualiter nullus eſt appellandus uniuerſalis. 321
C tractat de pallio, & uſu eius. 323
CI & ultima dicit unam prouinciam in duas non diuidendam. 327

SECVNDA PARS *quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in cauſas triginta ſex, quarum qualibet plures ſub ſe quæſtiones continet.*

Prima Cauſa quæſtiones habet. VII.

Prima quærit utrum uendere ſpiritualia ſit peccatum Solu. ſic 329.
II an pro ingreſſu eccleſiæ uel monaſterij pecunia ſit exigenda, uel perſoluenda. Solu. non. 378
III utrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia. Solutio. ſic. 382

IIII utrum ille reus criminis ſit, cuius pater pro eo ignorante ſimoniam commiſit. Sol. ignorantia facti non iuris excuſat eum. 390

V utrum liceat ei retinere, quod pater pro eo ſimonia acquiſiuit. So. de rigore iuris non, de miſericordia ſecus. 397

VI utrum ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abijciendi, uel non. So. probata ignorantia miſericorditer tolerantur. 399

VII Verum renuntians ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus. So. rigor uult eum deponi: ſed diſpenſatio ſuſtineri. 400

Secunda Cauſa habet VIII. *quæſtiones, & in ea quinta præcedit quartam.*

Prima quærit utrum in manifeſtis ſit ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſint notoria. 412

II utrum ſpoliatus ab aliquo ſit iudicandus. Non, ante reſtitutionem. 425

III qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes. Talione. 426

V utrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. Non, niſi infamia publica laboret. 431

IIII an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus. 439

VI quot remedio cauſa, ſubleuatur. Appellatione, quæ tamen ei danda non eſt, qui cauſa dilationis appellat. 441

VII an laici uel monachi, uel quilibet inferiorum ordinum ſint admittendi in accuſatione maiorum. Non, de iure nouo. 461

VIII qualiter accuſatio fieri debeat. Sol. in ſcriptis. 480

Tertia Cauſa quæſtiones XI. *complectitur.*

Prima utrum reſtitutio ſit facienda quibuslibet ſpoliatis. Sol. ſic, niſi in certis caſibus. nam infamatus, apoſtata, iuſte ſpoliatus, præciſus, & ſuſpectus non ſunt reſtituendi. 483

II quærit de inducijs quo ſpacio ſint dandæ: an poſt reſtitutionem tantum, an poſt uocationem ad cauſam quibuslibet concedendæ ſint. Sol. ad arbitrium iudicis. 484

III quo ſpatio menſium ſint utriq; concedendæ. So. ut prius. 487

IIII utrum infames ſint recipiendi ad teſtimonium. So. non, niſi contra ſui ſimiles. 490

V an teſtes domeſtici uel inimici ſint producendi. So. non 492

VI utrum reus extra prouinciam ſit producendus. So. non. 496

VII utrum criminoſus poſſit eſſe iudex. Sol. ſi ab eccleſia toleratur. 501

VIII utrum epiſcopus poſſit ab uno iudicari. Sol. non, niſi a xij. epiſcopis: reſeruata ſententia ſummo pontifici. 506

IX utrum accuſatores teſtes in abſentem uocem accuſationis nis uel teſtificationis exhibere ualeant. So. non. 507

X utrum deficientes in uno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. So. non. 512

XI utrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationem. Sol. non, niſi in maiori crie. 513

Quarta Cauſa habet VI. *quæſtiones.*

Prima an in excommunicatione conſtitutus aliũ accuſare ualeat. Sol. non. 515

II an infra duodecim annos in criminali cauſa quis teſtificari poſſit. Sol. non. 516

III an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis. Sol. non eo.

IIII an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Sol. non. 522

V an ſi uocatus ad cauſam non ueniat, ſit excommunicandus. Sol. ſic, niſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 523

VI an calumniator in propria cauſa ſit audiendus. Sol. ſic, ſi cauſa non ſit criminalis. 525

Quinta Cauſa habet VI. *quæſtiones.*

Prima qua pœna ſit feriendus, qui famoſum libellum ſcribit. Solu. anathemate, niſi ſcripturam probauerit. 525 col. 2

II quoties quis ſit ad cauſam uocandus antequã excõmunicetur. So. non tantum ſemel: ſed bis. 527

III an per procuratorem quis cauſam agere ualeat criminalem. Solu. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam uero iniuriarum ciuilem ſic. 528

IIII an abſque ſynodali audientia epſ ſit damnandus. Sol. non. 530

V an ſit habendus pro inimico, qui aliquem accuſat. Sol. non, ſi hoc faciat ex charitate. 531

VI qua pœna ſit plectendus, qui non probat obiecta. Sol. talione. 532

Sexta Cauſa quæſtiones V. *continet.*

Prima utrum criminoſi uel infames religioſum epiſcopum poſſint accuſare de ſimonia. Non. 534

II ſi epiſcopus accuſationem in accuſantem conuertere uoluerit: an eius uerbo ſimplici fides adhibenda ſit. Non. 541

III an liceat petere iudicium epiſcopi alterius prouinciæ, Non niſi in cauſa damnationis. 542

IIII cuius iudicium ſit expetendũ cum epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordant, Archiepiſcoporum & epiſcoporum uicinæ prouinciæ. 544

V an accuſatore deficiente reus ſit ad probationem cogendus. Non, ſed bene ad purgationem ſi laboret infamia. 545

Septima Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima utrum uiuẽte epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Non, niſi transferatur uel cedat. Tamen pro infirmitate uel ſenectute daſ ſibi coadiutor. 546

II utrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſint cathedram repetere. Non. 566

Octaua Cauſa quæſtiões V. *colligit.*

Prima utrum liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere. Non. 567

II an amicorum patrocinia in electione ualeat. Non. 575

III an ſit ſimonia poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramẽtum præſtare. Sic, ſi pactum ſuper hoc præceſſerit. 576

IIII an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non, ante condemnationem, niſi per appellationem. 577

V an accuſatus coram apoſtolico, ſine eius literis debeat reuerti. Non. 378 col. 1

Nona Cauſa habet III. *quæſtiones.*

Prima an ordinatus ab excommunicato eijciendus ſit. Non, ſi ignorauit illum eſſe excommunicatum. 578 col. 2

II an liceat archiepiſcopo uel epiſcopo clericos alterius ordinare. Nõ, ſine literis proprij epi. 580

III an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere uel damnare. Non, niſi data negligentia uel appellatione inter poſita. 582

Decima Cauſa tribus quæſtionibus eſt contenta.

Prima an eccleſia cum omni dote ad epiſcopum pertineat uel ad eius ordinationes. Sol. ſic. 588

II an liceat epiſcopo res eccleſiæ diſtrahere. Sol. non, niſi certis caſibus. 591

III quid à ſingulis eccleſijs nomine cathedratici ualeat exigere. Sol. duos. ſolidos. 595

Vndecima Cauſa habet III. *quæſtiones.*

Prima an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus Non. 600

II qua pœna dignus ſit qui clericum ad ſecularem iudicẽ traxit. Excommunicatione. 612

III qua pœna dignus ſit qui ſniam epi nõ ſeruauerit. Depoſitiõe. eo.

Duodecima Cauſa q̃ones cõtinet V.

Prima an liceat clericis proprium habere. Non, regularibus. 639

II an res eccleſiæ poſſint dare. Non, niſi in caſibus. 649

III utrum clerici acquiſita de rebus eccleſiæ poſſint relinquere quibus uoluerint. Non, niſi eccleſiæ. 671

IIII quibus poſſunt clerici relinquere quæ de ſuis & eccleſiæ rebus prouenerunt. Partim eccleſiæ, partim hæredibus.672

V an liceat clericis teſtamentum facere Sic, de proprijs rebus. 673

Tredecima Cauſa habet II. queſtiones.

Prima utrum decimæ ſint dandæ ratione territorij uel perſonæ. Sol. ratione utriuſque.675

II an ius percipiendi & ſoluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. ſic 678

Decimaquarta Cauſa habet. VI. queſtiones.

Prima an liceat clericis in iudicio ſua repetere. Sic 689

II an ſuper rebus eccleſiæ teſtes eiuſdem ſint audiendi. Sic. 691

III an præter ſortem aliquid accipere ſit uſura Sic. 692

IIII an liceat clericis uel laicis uſuras accipere. Non. 694

V an eleemoſynæ ſint de uſuris faciendæ. Non. 696

VI an uſurarij poſsint pœnitentiã agere Non, ſi habeant unde poſſint reſtituere. 699

Decimaquinta Cauſa habet VIII. queſtiones.

Prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus uel mente alienatis, ſint eis imputanda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 701

II an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere Sic. 707

III an per confeſsionem mulieris cum qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus. Non. 708

IIII an die dominico debeant epiſcopi cauſas audire. Nõ. 711 co. 1

V an neganti crimen purgatio ſit indicenda. Sic, ſi laborat infamia. 711. col. 2

VI an in criminalibus confeſsio ſit extorquenda. Non. 712

VII an ſolus epiſcopus diaconum uel presbyterum deponere poſſit. Non. 715

VIII ſi confeſſus uel conuictus de his quæ ante ordinationem cómiſit, ualeat miniſtrare. Non. 719

Decimaſexta Cauſa habet VII. queſtiones. Et in ea quinta queſtio ponitur in tertio loco.

Prima an liceat monachis officium celebrare. Sol. ſic cum permiſsione epi & licentia abbatis. 819

II an liceat eis in capellis ſuis ſacerdotes inſtituere. Solut. ſic ſi quas poſsideant pleno iure. 742

V an epiſcopus uel abbas iure territorij capellam ualeant uendicare. Sol. non. 744

III an iura eccleſiæ per præſcriptionem tollantur. Sol. ſic. 745

IIII an eccleſia contra eccleſiam uel monaſterium poſsit præſcribere. Sol. ſic. 755

VI ſi quis in rem eccleſiæ ab aliquo detentam ſua authoritate irrepſerit: an cadat à cauſa Sol. ſic, ſed non eccleſia. 756

VII an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere. Sol. non, niſi eccleſia uel monaſterium habeat ius patronatus. 759

Decimaſeptima Cauſa habet IIII. queſtiones.

Prima an reus ſit uoti qui à propoſito ſui cordis recedit. Sol. non, quãtum ad eccleſiam: niſi ore pronuntiauerit. 770

II an beneficia ei reddenda ſint qui eis in infirmitate renũtiauit Sol. ſic, ſi non erat ſui compos. 772

III an liceat illi qui ſe monaſterio tradidit poſtea ad propria redire. Sol non. 763 col. 1

IIII an diſcedens de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſsit ſua uendicare. Solu. non. 773 colum. 2

Decimaoctaua Cauſa habet II. queſtiones.

Prima an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ uel monaſterio Sol. dum fuit abbas, acquiſiuit monaſterio: ſed factus epiſcopus eccleſiæ. 784 col. 1

II an per epiſcopum ſit eligendus uel inſtituendus. Sol. ab epiſcopo eſt ordinandus, à fratribus uero eligendus. 784 col. 2

Decimanona Cauſa continet III. queſtiones.

Prima an epiſcopus debeat permittere clericos tranſire ad monaſterium. Sol. ſic. 793 col. 1

II ſi noluerit an liceat eis eo inuito tranſire. Sol. ſic. eodem, co. 2

III an liceat canonicis regularibus tranſire ad monaſterium monachorum. Solu. non, ſine licentia prelati. 794

Viceſima Cauſa queſtiones IIII. Comprehendit.

Prima utrum pueri traditi monaſterijs ſint cogendi ibi manere. Non, niſi poſtquam uenerint ad annos diſcretionis. 797

II ſi præter uoluntatem parentum intrauerint monaſterium, an per eos inde poſsint extrahi. Sic, infra annum & diem: ſi ſint infra annos diſcretionis. 801

III an qui inuitus cucullam induit cogatur eam retinere. Non, niſi poſt conſenſerit. 802

IIII an liceat ab uno monaſterio ad aliud tranſire. Sic. 804

Viceſimaprima Cauſa habet V. queſtiones.

Prima an clericus poſsit in duabus eccleſijs inſcribi. Solutio, non 805

II an liceat clericis à ſua eccleſia ad aliam tranſire Solut. non ſine literis uel licentia ſui prelati. 807

III an liceat clericis ſuſcipere procurationem ſecularium negotiorum. Solu. non, niſi cauſa pietatis. 809

IIII an liceat clericis ueſtibus fulgidis ornari. Sol. non. 810

V qua pœna ſint puniendi clerici ad iudicium ſeculare fugientes Sol. excommunicationis. 812

Viceſimaſecunda Cauſa gerit queſtiones V.

Prima an iuramentum ſit præſtandum. Sic, cauſa neceſsitatis. 813

II an ſit periurus qui iurat falſum, & credit uerum. Sic propter intentionem fallendi, tamẽ poſtea dicitur contrarium. 818

III an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam. Non, ante condemnationem. 826

IIII an iuramentum illicitum ſit ſeruandum. Non. eodem.

V an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 833

Viceſimatertia Cauſa habet VIII. queſtiones.

Prima an militare ſit peccatum. Non, ſi iuſte ſit. 839

II quid ſit bellum iuſtum. Solut. quod ſit edicto ſuperioris repetendarum rerum, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 844

III an iniuria ſociorum ſit armis propulſanda. Sic. 845

IIII an uindicta ſit inferenda. Sic, ab eo cuius intereſt. 848

V an ſit peccatum iudici uel miniſtro reos occidere. Non, cauſa iuſtitiæ. 873

VI an mali ſint ad bonum cogendi. Sol. Sic. 889

VII an hæretici ſint ſpoliandi ſuis & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 891

VIII an liceat clericis arma mouere. Non, manu propria, niſi cauſa neceſsitatis. 893

Viceſimaquarta Cauſa habet III. queſtiones.

Prima an hæreticus aliquem poſſit excommunicare. Non. 905

II an poſt mortem poſsit aliquis excommunicari. Sic, pro hæreſi. 922

III an pro peccato domini, eius familia poſsit excommunicari. Non, ſed interdicto ſupponi. 926

Viceſimaquinta Cauſa habet II. queſtiones.

Prima an authoritate priuilegij quis contra ius commune ualeat ſe tueri. Sol. ſic. 941

II an ſequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, ſi ex certa ſcientia fuerint conceſſa. 945.

Viceſima

Vigeſimaſexta Cauſa quæſtiones VII. *continget.*

Prima an ſint ſortilegi qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. ſic. 953

II an ſit peccatum eſſe ſortilegum. Solutio. ſic. eodem.

III à quibus genus diuinationis ſumpſit exordium. Sol. à Perſis. 956

IIII quot ſunt genera diuinationis. Sol. quatuor ſecundum numerũ, duo ſecundum formam: quod uidere potes. eo.

V an ſortilegi ſint excommunicandi. Solutio ſic. 958

VI an excommunicatus ab epiſcopo poſsit reconciliari à præsbytero. Solu. non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſsitatis articulo. 963.

VII an morientibus ſit pœnitentia imponenda. Sol. Non, tamen eſt eis innoteſcenda. 967

Vigeſimaſeptima Cauſa habet quæſtiones II.

Prima an coniugium poſsit eſſe inter uouentes. Sol. non, ſi uotum ſit ſolẽnizatum. ſecus ſi ſimplex fuerit. 971

II an liceat ſponſo à ſua ſponſa recedere. Sol. non, ſi deſponſatio ſit de præſenti 986

Vigeſimaoctaua gerit quæſtiones III.

Prima an coniugium ſit inter infideles. Sic. 1003

II an liceat conuerſo ad fidem ducere aliam uiuente priore. Sic, ſi ſit diuiſus ab ipſa infideli. 1014

III an bigamus ſit qui ante baptiſmum unam uxorem, & poſt aliã habuit. Sic. 1015. col. 1

Vigeſimanona Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima an ſit cõiugium inter ſeruũ & ingenuam. Sol. ſic: niſi error impediat. 1015. col. 2

II ſi prius putabat hunc eſſe liberum, & poſtea deprehenderit ipſum eſſe ſeruum: an poſsit eum deſerere. Sol. Sic. 1018

Triceſima Cauſa habet V. *quæſtiones.*

Prima an liceat reddere debitum uxori quæ filium de ſacro fonte leuauit. Sic, niſi ex conſenſu utriuſque ſit factum. 1021

II an ſponſalia contrahantur inter infantes Non. 1025. col. 1

III an ſpirituales uel adoptiui filij poſsint naturalibus copulari. Non. 1025. col. 2

IIII an liceat alicui commatrem uxoris ſuæ ducere in uxorẽ. Sic mortua uxore: ſi commaternitas matrimonium præceſſerit. 1028

V an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet. Non apud eccleſiam. 1030

Triceſimaprima Cauſa habet III. *quæſtiones.*

Prima an poſsit duci in uxorẽ quæ prius fuit polluta per adulterium. Sol. ſic, niſi adulter dederit ei fidem uiuente uiro: uel machinatus ſit in mortem eius. 1034

II an filia ſit inuita alicui in uxorẽ tradenda. Sol. non. 1039

III an poſt patris ſponſionem poſſit alij nubere. Solu. ſic, ſi nõ conſenſerit. 1041

Triceſimaſecunda Cauſa habet VIII. *quæſtiones.*

Prima an liceat ducere meretricem in vxorem. Sic. 1042

II an ſit vxor appellanda quæ ducitur incontinentiæ cauſa. Non. 1047

III an mulier ſequatur arbitrium aui, liberi, an patris ſerui. Aui. 1054

IIII an uiuentẽ uxore liceat alicui ex ancilla filios quærere. Non. eodem.

V an ea quæ patiatur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1062

VI an adulter adulteram dimittere poſsit. Non. 1069

VII an uiuente dimiſſa aliam accipere poſsit. Non. 1071

VIII ſi in hoc ſaltem infidelem ducere poſsit ea conditione ut ad fidem conuertatur. Non. 1078

Triceſimatertia Cauſa habet V. *quæſtiones.*

Prima an propter impotentiam coeundi ſit aliqua à uiro ſeparãda. Sol. ſic. 1079

II an ſeparata poſsit ei nubere cũ quo prius eſt fornicata. Sol. ſic pœnitentia peracta. 1082

III an ſola cordis contritione poſſit peccatum deleri. Sol. ſic, ubi facultas confitendi non ſuppetit. 1090

NOTANDVM HIC *quòd ratione huius tertiæ quæſtionis motæ agitur de pœnitentia cuius tractatus per diſtinct.* VII. *eſt diſtinctus.*

Prima quærit, an ſola cordis contritio deleat peccatum. Sic, ſi confitenti facultas deſit. 1091

II an charitas ſemel habita poſsit amitti. Sol. ſic, in uia. ſecus tamen in patria. 1130

III an pœnitentia poſsit reiterari. Sol. ſic, præter ſolennem. 1155

IIII an peccata ſemel dimiſſa redeant. Sol. non ſimpliciter. 1177

V quis modus debeat obſeruari in imponendã & accipiẽda pœnitentia. Sol. ad arbitrium proprij ſacerdotis diſcreti. 1189.

VI cui quis confiteri debeat. Solu. proprio ſacerdoti, ſi ſit diſcretus alioqui alteri de eius licetia. 1193

VII an pœnitentia in timore mortis accepta ſit fructuoſa. Sol. ſic. 1186

IIII quæſtio cauſæ ſupra proximæ eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tempore orationis. Sol. ſic. 1198

V an uir ſine conſenſu uxoris & econuerſo uouere poſsit continentiam. Sol. Non. 1201

Triceſimaquarta Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima an rea ſit adulterij quæ credens maritum mortuum nupſit alteri. Sol. non. 1207

II an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda, & ad priorẽ redire. Sol. ſic. eodem.

Triceſimaquinta cauſa habet X. *quæſtiones.*

Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol. nõ. 1212

II an liceat aliquam ducere de cognatione uxoris ſuæ. Solu. non. 1214

III uſque ad quẽ gradũ debeat quis abſtinere à conſanguineis ſuis, & uxoris ſuæ. Solu. olim uſque ad VII. hodie uſq; ad IIII. eod.

IIII quare uſque ad VII. gradũ cõputatur conſanguinitas. Sol. ad inſtar ſeptem ætatũ mundi. 1218

V quomodo gradus conſanguinitatis ſunt computandi. Sol. ſicut oſtenditur in arbore. eod.

VI qui iuſiurandum de propinquitate firmare debent. Solu. propinqui & uicini. 1229

VII an inceſtuoſi filij reputentur. Sol. Non. 1233. col. 1

VIII ſi conſanguinei ignorantes coniuncti ſimul poſsint remanere. Solu. non niſi, ex diſpenſatione Papæ in quinto gradu uel ſupra. 1233. col. 2

IX an matrimoniũ per falſos teſtes ſeparatum: ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptam ſit reintegrandum. Sol. ſic. 1234

X ſi relicta alicuius in ſecundas nuptias trãſierit: an proles ex eis ſuſcepta poterit copulari conſanguineis prioris uiri. So. nõ. 1238

Triceſimaſexta & ultima Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima an uirginem opprimens raptum committat. Sic. 1239

II an rapta raptori nubere poſsit. Vtique. 1241

TERTIA PARS EST *de conſecratione, quæ quinque diſtinctiones duntaxat complectitur.*

Prima agit de conſecratione eccleſiarũ & miſſarũ celebratiõe. 1244

II de ſacramento euchariſtiæ. 1261

III de feſtiuitatibus per anni circulum celebrandis. 1295

IIII de baptiſmi ſacramento. 1302

V de cõfirmatione & ieiunio. 1343

DECRE-

DECRETI TOTALIS MATERIA per metra notatur ſequentia.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES habet partes principales. Prima eſt de diſtinctionibus, quæ ſunt una ſupra centum. Et ſingulas diſtinctiones ſinguli uerſus ſequentes luculenter aperiunt.

1 Primo legat quiſq; diuinum ius, hominiſq;. pag. 1
2 Altera dat textum, quo noſces iura Quiritum. 4
3 Canonico uaria iuri dat nomina terna. 5
4 Quarta docet legum quæ cauſa, modusq; ſtatuti. 6
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 8
6 Sexta notat uitium diſtinctio ludificatum. 10
7 Septima ſignat eos, qui leges compoſuere. 13
8 Parte ſub octaua mores, naturaq; pugnant. 14
9 Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri. 17
10 In decima regum leges canon ſuperabit. 19
11 Canonis & ſecli, ſuperatur legibus uſus. 22
12 Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpe relinquit. 25
13 Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple. 30
14 Non facias leuia, quo quis uitet grauiora. 33
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphosq; libellos. 34
16 Suadet apoſtolici uim canonis iſta teneri. [illegible]
17 Author ſit papa, ſi concilium celebretur. 43
18 Dicitur hic quòd bis ſynodus celebretur in anno. 46
Pri.c.apoſtolicæ regulæ & ij. 19 Hæc Decretalis referat quid epiſtola poſſit. 50
20 Bisdena papæ ſanctorum dogmata cedunt. 56
21 Inferior ſummum non iudicat hac prohibente. 58
22 Iſta locos diſtinguit, & ordinat eccleſiarum. 65
23 Ordinat hæc omnes, maiores ſiue minores. 68
24 Poſt examen honos ordini eſt attribuendus. 77
25 Optat apoſtolus hic, quòd ſit ſine crimine præſul. 80
26 Sit poſt baptiſma contentus coniuge ſola. 85
27 Nullus poſt factum præſumat nubere uotum. 89
28 Iſta ſacratorum connubia pagina damnat. 91
29 Hac locus, & cauſa, tempus, perſona notantur. 79. col. 1
30 Connubium ter dena probat contra Manichæos. 97. col. 2
31 Tangitur hic quòd contineant offerre uolentes. 99
32 Deſere presbyterum, qui ſcorta palàm retinebit. 104
33 Luſori bigamove ſacer non traditur ordo. 110
Ij. cap. 34 Fœmina pontifici perſona domeſtica non ſit. 112
iiij. cap 35 Non uinolentus præſul, ſed ſobrius eſto. 116
36 Inſtruit hæc prudens, quòd debeat eſſe ſacrandus. 119
37 Hæc prohibet legere gentilia metra ſacratum. 12
V. cap. 38 Scripturas ſacras ſacrandus ſcire iubetur. 121
39 Vult hæc pontifices callere negotia ſecli. 129
40 Internis pars dena quater uirtutibus ornat. eod.
41 Sit modus ingreſſu, cunctis, uerboq;, ciboq;. 133
42 Clericus hoſpitijs peregrinos collocet omnis. 135
43 Factis & uerbis doctor ſis, atq; pudicus, 137
44 Vites ingluuiem, conuiuia, ſiue tabernas. 142

Atque

45	Atque caue quènquam palma lingua'ue ferire.	144	vj. cap. vij.
46	Reſpuit hæc hominem diſtinctio litigioſum.	150	& viij.
47	Non bene præpoſitos domui, cupidoſque repelle.	152	
48	Abijcitur ſacrandus in hac, ſi neophytus ſit.	156	ix. capi. x. cap. xj &
49	Crimina non delet reliquorum, crimine uinctus.	157	xij. xiij. ca
50	An reparetur habet pars quinquageſima lapſus.	159	pit.
51	Sacrari uetat hæc homines, quos pondera ſtringunt.	182	
52	Præpoſitus primo datur hic præpoſterus ordo.	184	
53	Eſt ratione ne quis annexos ordinet vllos.	185 col. 1	
54	Hæc prohibet ſeruos ſine libertate ſacrari.	ead. c. 2	
55	Cæſos iſta uiros reijcit, membriſque carentes.	193	
56	Condemnatur in hac generatio presbyterorum.	196	
57	Qui baptizatur æger, manet ordinis expers.	200	
58	Hæc uetat abbate monachos nolente ſacrari.	eod.	
59	Officium negat hæc: niſi ſit bene quiſque probatus.	201	
60	In ſacris præſul uult ſexageſima quòd ſit.	202	
61	Non in pontifices laicos aſſumere debes.	203	
62	Clerus, plebs, princeps: hic eligit, hæc petit, hic uult.	209	
63	Vſurpans laicus id ut eligat, audiat iſtam.	210	
64	Pars hæc pontifices iubet à tribus eſſe ſacrandos.	224	
65	Cum diſſenſio ſit, à pluribus edita ſtabunt.	226	
66	Vt ſacretur ab omnibus archiepiſcopus, hæc uult.	229 c. 1	
67	Presbyter inſtitui ualet hic à præſule ſolo.	eod. c. 2	
68	Si dubius præſul quos ordinet, hi reſacrentur.	230	
69	Si benedictus erit, lectoratum, dabit abbas.	233	
70	Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit.	eod.	
71	Reſpice dicta patrum, ne promoueas alienum.	235	
72	Vlli non detur miſſoria, ni rogitetur.	236	
73	Illius hæc nobis formam diſtinctio præbet.	237	
74	Inuitus nullus erit hic ad ſacra trahendus.	238	
75	Diſtinguit tempus hæc in quo promoueatur.	242	
76	Temporibus uult hæc nos ieiunare quaternis.	245	
77	Rectos indicat hæc modulos interſtitiorum.	248	
78	Iſta dat annorum numerum, quo promouearis.	252	
79	Ad cardinales ſpectat delectio papæ.	253	
80	Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit.	256	
81	Crimine quòd careat ſacrandus, in hac replicatur.	257	
82	Præſul pauperibus dabis, & lapſos reparabis.	264	
83	Nunquam peccatis conſenſum des alienis.	268	
84	Solicitus quòd ſis, & monogamus, iubet iſta.	269	
85	Non præſul fies, hoſpes niſi noſceris eſſe.	272	
86	Corrigito, doceas, des: ſed non turpibus ullis	273	
87	Libertos, inopes, uiduas defendere debes,	280	
88	Reſpuitur clerus opus exercens, & auarus.	282	
89	Iſta beneficia te diſpenſare docebit.	285	
90	Placat diſcordes pars nonageſima fratres.	288	
91	Arte parabis opes: niſi ſint ſatis eccleſiæ res.	290	
92	Hæc plus corde probat domino quàm uoce canendum.	292	
93	Hæc dat obedire maioribus inferiores.	294	
94	Sub leuita uices papæ geſtare ualebit.	304	
95	Presbyteris præſente licent hæc præſule multa.	305	
96	Hic ſecli princeps non ordinet eccleſiæ res.	310	
97	Eccleſiæ precibus huic princeps auxilietur.	318	
98	Vult ius muniri peregrinos quinque ſigillis.	320	
99	Vniuerſalem nullum ſinit iſta uocari.	321	

Pallia

60 Pallia prælatis donat centeſima multis. 323
61 Abſit ut una duos habeat prouincia patres. 327

Decreti ſecunda pars principalis eſt de cauſis: quæ ſunt XXXVI

Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

Septem quæſtiones primæ Cauſæ.

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 329
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 378
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere ſimon. 382
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 390
5 Vult rigor ut linquat natus ſibi quæ pater emit. 397
6 Ordinet ignaros ſi quos ſimon, tolerantur. 399
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari. 400

Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

Octo quæſtiones ſecundæ Cauſæ: & in ea quinta præcedit quartam.

1 Si ſit cauſa patens, iuris non quæritur ordo. 412
2 Nemo ſuis rebus dijudicet expoliatum. 425
3 Talio ponit eos, qui falſo crimina ponunt. 426
4 Si cadit accuſans, ſe non purget reus inde. 432
5 Per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 429
6 Qui cauſas differt appellans reijciatur. 441
7 Arguit inferior maiorem crimine uinctum. 461
8 Mandato legis datur accuſatio ſcriptis. 480

Tertia cauſa.

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæſtiones tertiæ Cauſæ.

1 Singula reſtituit ius omnibus expoliatis. 483
2 Inducias debet uarias ſpoliatus habere. 484
3 Inducijs uarium dat tertia quæſtio tempus. 487
4 Accuſare nequit hominem uir turpis honeſtum. 490
5 Ipſa domeſtica uox nulli nocet, aut inimica. 492
6 Sub ſenſore rerum proprio producere debes. 496
7 Hic non condemnet, ſimilis quem culpa remordet 501
8 Solus pontificem iudex non iudicet unquam. 506
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificansq́;. 507
10 Submouet à reliquis teſtem defectus in uno. 512
11 Mutua nunquam ſit delatio iure uetante. 513

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſsit teſtificari.

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate uinctus. 515
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. 516
3 Qui nequit accuſare, nequibit teſtificari. ibid.
4 Teſtis & accuſans nemo ſimul eſſe ualebit. 512
5 Non eſt ſtringendus anathemate, qui nequit eſſe. 512
6 Pontificis delator agit ciuilia tantùm. 525 col.1

Quinta cauſa.

Quinta uocare docet, delatoremq́; ferire.

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ:

1 Mulctant ſcriptorem famoſi flagra libelli. 525 col.2
2 Eſt condemnandus ſemel, & bis uterque uocandus. 527
3 Nemo procuret crimen, ciuilia curet. 528

Præſu

4 Præſulis in ſyonodo fit condemnatio ſola. 530
5 Celans crimen obeſt multò plus quàm manifeſtans. 531
6 Aut caput, aut lingua dilatori capuletur. 532

Sexta Cauſa.

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.

Quinque quæſtiones ſextæ Cauſæ.

1 Non accuſabunt infames ſymonialem. 534
2 Accuſans uerbo non uincis ſimplice Præſul. 541
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 542
4 Externi ueniant, ſi ſit ſententia diſcors. 544
5 Si cadit accuſator, erit reus exoneratus. 545

Septima Cauſa.

Septima pontificem tangit cathedram repetentem.

Duæ quæſtiones ſeptimæ Cauſæ.

1 Præſule uiuente nullus det pontificatum. 546
2 Nec cathedram repetit præſul quam ſponte reliquit. 566

Octaua Cauſa.

Octaua legitur deſertio pontificalis.

Quinque quæſtiones Octauæ Cauſæ.

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 567
2 Nullus amicorum mihi poſsit ut eligar inde. 575
3 Detur ab electo uitandi cautio damni. 576
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) Præſul. 577
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 578.c.j

Nona Cauſa.

Lauere nona uetat alienos atque ligare.

Tres quæſtiones nonæ Cauſæ.

1 Bannitus præſul nequit ordinis eſſe miniſter. 578.c.ij
2 Alterius patriæ clerum tondere uetamus. 580
3 Pontificis clerum primas non ordinet ullum. 581

Decima Cauſa.

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.

Tres quæſtiones decimæ Cauſæ.

1 Baſilicæ iuri ſubduntur pontificali. 588
2 Nullus eccleſiæ præſul fructus alienet. 591
3 Nihil præter ſolidos præſumat quærere binos. 596

Vndecima Cauſa.

Præfigens undena forum ligat atque relaxat.

Tres quæſtiones undecimæ Cauſæ.

1 Non coram laico clericus producitur ullus. 600
2 Officij punit tales ſuſpenſio culpas. 612
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia dic timendam. ibidem

Duodecima Cauſa.

Eccleſiæ res ac propria biſſena docebit.

Quinque quæſtiones duodecimæ Cauſæ.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 639
2 Accipiens uel emens res eccleſiæ ſibi reddat. 649
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 671
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 672
5 Si fortaſſe uoles teſtari, de proprio des. 673

Tertiadecima Cauſa.

Tertia poſt decimam decimas, & funera tractat.

Duæ quæſtiones tertiadecimæ Cauſæ.

Eccleſiæ

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 675
2 Tempora longa trahunt ius funeris, & decimarum. 668

Decimaquarta Cauſa.

Improbat uſuras poſt denam quarta uoraces.

Sex quæſtiones decimæquartæ Cauſæ.

1 Quiſque poteſt licitè ſua quærere, dummodo non plus. 689
2 Pro propria ualet eccleſia quis teſtificari. 691
3 Si tulerit plus quàm dederit quis, fœnus habetur. 692
4 Non petat uſuras laicus uel clericus ullas. 692
5 Ex male quæſitis eleemoſyna non fit egenis. 696
6 Si male parta tenet, & digne non pœnitet ullus. 699

Decimaquinta Cauſa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæſtiones decimæquintæ Cauſæ.

1 In furia pœnam non des, nam ſat furor urget. 701
2 Pro patrocinijs non quærat munera clerus. 707
3 Sola uoce nequis condemnari mulieris. 708
4 Nullas luce Dei cauſas tractare ualemus. 711.c.j
5 Infami detur purgatio probra neganti. 712.c.ij
6 Extorquenda rei pœnis confeſsio non eſt. 712
7 Solus non tollit præſul quem præſtat honorem. 715
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 717

Decimaſexta Cauſa.

In ſextadecima præbent monachi ſacramenta.

Vxorem cognoſcens cum qua uotum emiſit, inceſtum committit. 261 col. 1

Vxorem habens, nauiganti in periculis comparatur. 772 col. 2 lit. f

Vxorem occidere grauius eſt, quàm matrem. 1085 col. 2

Vxore adulterante an perdat uir ius exigendi. 1043 col. 2

Vxores à uiris per dominos non ſeparentur. 1021 col. 1

Vxores clericorum ſi peccent, quid iuris. 1087 col. 1

Vxores ordinandorum quid nouere debeant. 94 col. 1

Vxores plures ſimul habere non licet. 1037 col. 2

Vxores quare debent eſſe uiris ſubditæ. 1206 col. 1

Vxores uiris ſubſunt. 980 col. 1

Vxoratus adulterium non committit cum ſoluta. 1067 col. 1

Z

Zelus domus tuæ comedit me, qualiter exponitur. 867 col. 1


Zelum bonum quidã ex Iudæis habuerunt. 702 col. 2

Zizania à tritico ſeparanda. 359 columna 2

F I N I S.

Singula mente prius memori qui ſcripta tenebit,
Abdita gloſſarum penetralia ſcire ualebit

Gratiani ſuggeſtus.



Digitized by Google

GRATIANI COMPILATORIS DECRETI VITA, VARIIS EX SCRIPTORIBVS EXCERPTA.

GRatianus iſte monachus Claſſenſis duos (ſi pleriſque ſcriptoribus creditur) fratres, uiros ſolennes & ſtudioſos, eccleſiæq; Dei perutiles habuit: unum magiſtrum Petrum Lombardum, epiſcopũ Pariſienſem, qui cõpilauit ſagaci ſtudio ex dictis ſanctorum patrum commendabile opus Librum Sententiarum. Et fuit vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſsimus, & notabiliter doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, qui nomẽ ſuum ſcribendo cũ tanta gloria transmiſit ad poſteros, ut uſq; in hodiernum diem ſuis opuſculis theologorum ſchola ubiq; exercitata, ſingulari ueneratione Magiſtrũ eũ nominet & habeat. Alterum Petrum presbyterum eccleſiæ Trecenſis, cognomento Comeſtorem ſiue manducatorem: qui fuit uir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularibus literis egregiè doctus, carmine exercitatus & proſa. Scripſit utroq; ſtylo quædam præclara opuſcula: quorum authoritas ab eccleſia longo iam uſu comprobatur. Comeſtor autem ſiue manducator idcirco dictus eſt, quod ſcripturarũ authoritates in ſuis ſermonibus & opuſculis crebrius allegando, quaſi in uentrem memoriæ manducarit. Scripſit inter cætera ingenij ſui uolumina inſigne opus ad Guilielmum Sennonenſem archiepiſcopum. omnes libros Bibliæ hiſtoriales & breuiter & utiliter exponẽdo: quod iam ex uſu prænotatur Hiſtoria ſcholaſtica. Et à quibuſdã prædicatur in populis, hos tres, Gratianum uidelicet, Petrũ Lombardũ, & Petrũ Comeſtorẽ fuiſſe Germanos ex adulterio natos. Quorũ mater cum in extremis peccatũ ſuum confiteretur: & confeſſor redargueret crimen perpetrati adulterij, quia ualdè graue eſſet, & ideo multũ deberet dolere & pœnitentiã agere: reſpõdit illa: Pater, ſcio quòd adulteriũ peccatũ magnũ eſt: ſed cõſiderans quantũ bonum ſecutũ eſt, cũ iſti filij mei ſint luminaria magna in eccleſia: ego nõ ualeo pœnitere. Et cõfeſſor ad eã, Quod tui filij ſint notabiles uiri & opera utilia fecerint eccleſiæ Dei, non ex te: ſed ex dono Dei eſt: ex te aũt adulterium crimen magnũ, & de hoc doleas. Et ſi non habes tantũ dolorẽ quantũ exigit tam horrendũ ſcelus: de hoc tamẽ doleas, quod nõ potes dolere. Alij tñ fatenẽ eos nec Germanos nec contẽporaneos fuiſſe, etſi tẽpore uicinos. Claruit enim Gratianus tẽporibus Henrici quarti, anno dñi 1130. Petrus Lõbardus ſub Cõrardo Imperatore tertio, anno dñi 1140. & Petrus Comeſtor ſub Friderícho Imperatore primo anno dñi 1160. Cõpoſuit igiẽ uir uenerabilis Gratianus monachus ſancti Felicis Boñ. ordinis ſancti Benedicti, uir in diuinis ſcripturis eruditiſsimus, & mirabili ſtudio flagrãs, ingenio prõptus, & clarus eloquio, uita quoq; & cõuerſatione inſignis. Decretorum uolumẽ inſigne ex ueterũ ſtatutis, ſanctionibus & ſcriptis: quo iuris canonici profeſſores uſq; in præſens utunẽ in ſcholis ab Eugenio Papa in tertio approbatũ. Quod quidem decretũ prius ſcripſerat Iuo Carnotenſis eps & eo ante Gratiani tẽpora utebanẽ iuri operã nauãtes. Si quis (teſte Antonino archiepiſcopo Florẽtino) bene aduertat. anno dominicæ incarnationis 1160. uel circiter eccleſia multũ illuminata eſt in doctrinis. Nam in doctrina ſuaui ſpiritus copioſè & deuotè locuti ſunt, & libros ediderunt, ſanctus Bernardus, Hugo de ſancto Victore, Richardus de ſancto Victore, & Hugo de Follieto, & poſt eos Hælinandus: oẽs hi religioſi, & famoſi in ſanctitate. In doctrina uerò morali & theologica floruerunt hi tres, Gratianus monachus, qui cõpilauit Decretũ, fundamẽtũ iuris canonici. Petrus Lõbardus epiſcopus Pariſienſis, qui cõpoſuit librum Sentẽtiarum, ſummam theologiæ. & Petrus comeſtor, qui edidit Hiſtoriã ſcholaſticã. Et hos ſequentes uerſus in laudem uirginis eleganter compoſuit.

Petri Lõbardi geſta.

Petri Comeſtoris geſta.

Si fieri poſſet quod arena, puluis, & unda,
Vndarum gutta, roſa, gemmæ, lilia, flamma,
Ethera, cælicola, nix, grando, ſexus uterque,
Ventorum pinnæ, uolucrum, pecudum genus omne,
Syluarum rami, frondes, autum, quoque penna,
Gramina, ros, ſtella, piſces, angues, & ariſta,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Lingua cuncta forent: minimè depromere poſſent,
Quæ ſit uel quanta uirgo regina Maria,
Quæ tua pietas, nec litera, nec dabit ætas.

Hæc paucula de Gratiani geſtis & uita uarijs ex authoribus collecta: cui ſimile quid in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus nobis obſeruandum eſt, ne quid uſpiam faſtidioſo lecto ri minus à nobis ſatisfiat.

QVONIAM nouis ſuperuenientibus cauſis, nouis eſt remedijs ſuccurrendū: idcirco ego Bartholomæus Brixienſis cōfidens de magnificētia creatoris, apparatum Decretorū duxi in melius reformandū: non detrahēdo alicui, nec attribuendo mihi gloſſas, quas nō feci: ſed ſupplendo defectū ſolūmodo, vbi correctio neceſſaria videbat̄, uel ꝑ ſubtractionē decretaliū, & diminutionem earund m, vel ꝓpter iura, quæ ſuperuenerunt de nouo. Interdum etiā ſolutiones interpoſui, quæ ꝑtermiſſæ fuerāt à Ioāne. Hoc feci ad honorē omnipotentis Dei, & eccleſiæ Romanæ, & ad communē vtilitatem omniū ſtudentium in iure canonico. Bar.

Gloſ. Ioannis ſupplevit in multis Barth. Brix.

† alias, in antiquiſſimis exemplarib. legit̄ modis. [redacted] per Chriſtū in lege promiſſum & in Euāgelio exhibitum.

Mat. 7. b

Ius naturale reliquis antiquius eſt: ut v. diſt. c. j. ī prin. [redacted]

DECRETVM AVREVM DO. GRATIANI,

In quo eſt diſcordantium Canonum concordantia: ac primùm de iure diuinæ & humanæ conſtitutionis.

DISTINCTIO I.

Humanum genus [a] *duob.* [b] *regit̄,* † *naturali* [c] *uidelicet iure, & moribus* [d]. *Ius naturale eſt, qđ in lege et ī Euangelio continet̄,* † *quo quiſq; iubetur alij facere, qđ ſibi uult* [e] *fieri. et ꝓhibetur* [f] *alij inferre,* [g] *quod ſibi nolit fieri. unde Chriſtus in Euangelio,* [h] *Omnia quæcūq; uultis,* [i] *ut faciant uobis hoīes, et uos eadē facite illis. Hæc eſt.n.* [k] *lex, & ꝓpheta.*

Hinc [l] *Iſidorus in quinto libro Etymologiarum ait.*

Diuinæ leges natura, humanæ moribus conſtant.

CAN. I.

OMnes leges [m] aut diuinæ ſunt, aut humanæ: diuinæ natura, † humanæ morib. conſtant: ideoq; hæ diſcrepant, [n] quoniā aliæ alijs [o] gentibus placēt. Fas lex diuina eſt, ius lex humana. Tranſire per agrum alienū, [p] fas eſt, [q] ius non eſt. Ex uerbis huius authoritatis euidenter dat̄ intelligi, in quo differant inter ſe lex diuina, & humana: cùm omne, qđ fas eſt, noīe diuinæ uel naturalis legis accipiat̄: noīe verò legis humanæ, mores iure conſcripti & traditi intelligā tur. Eſt autē ius generale

HVmanum genus. Hęc diſtinctio diuiditur ī duas partes. In prima probat ꝑ quatuor canōes qđ humanū genus regit̄ duob. ſ. iurib. & conſuetudinib. In ſcđa parte, q̄ incipit ibi, Eſt & alia ponit ſeptem dr̄ias iuriū. Io. de Fāt. & Pe.

a Humanū genus. Tractaturus dominus Gratia. de iure canonico, primo incipit à ſimplicioribus ſecundum naturam, ſcilicet à iure naturali, quod antiquius & dignius eſt. Cœpit enim ab ipſa rationali creatura: ut inſtitu. de re. diui. §. commodius. Aſsignat ergo multas dr̄ias iuris naturalis ad alia iura, uſque ad xv. diſt. in qua aggreditur principale propoſitum de iure canonico, originem eius aſsignans.

b Duobus. Signatur contrarium. j̄. xcvj. diſt. duo. ſed illis duobus regitur tāquam authoribus, iſtis tanquā inſtrumentis. xj. q. j. c. ſicut enim. §. ex his.

c Naturali. id eſt diuino.

d Moribus. id eſt, conſuetudinario iure, uel etiam iure humano, ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto. xxv. q. ij. inſtitutionis.

Conſu- [redacted]

e Vult. Sed nōne ego uolo quod alter det mihi rē ſuā nō tñ ego uolo ei dare rem meā? Expone ergo uult. i. debet uelle. & ſic exponitur ibi, Habe charitatē, & fac quod uis. & ſic exponit lex ff. de ſolu. l. j. vel expone iubetur, id eſt cōſulitur. ſic econuerſo verbū rogādi pro uerbo præcipiendi ponitur. xj. quæſt. iij. rogo.

f Prohibetur. Nunquam inuenimus expreſſe prohibitum in lege uel in Euangelio, niſi per quandam conſequentiam. Nam ubi unum contrariorum præcipit̄, per conſequens aliud prohibetur. ſic vbi aliquid iudicatur meum eſſe, per conſequens iudicatur tuum nō eſſe. ff. de procur. Pomponius. §. 2.

g Inferre. Sed nonne iudex uult inferre mortē reo, ſed tamen non uult ut ſibi mors inferatur? Sed dic, quod iudex non infligit mortem, ſed lex, ut xxiij. q. v. homicidas. & c. cū homo. Vel intelligas hæc oīa de operibus miſericordię, ad quæ quilibet tenetur: ut lxxxvj. di. non ſatis Ioan.

h In Euangelio. Matthæi vij.

i Vultis. id eſt, debetis uelle.

k Hæc eſt enim. id eſt ī his cōſiſtit. ſic ponitur ibi, Deum time, & mādata ei⁹ obſerua: hoc eſt omnis homo. Eccleſiaſtici xij. de pœn. diſtinct. ij. charitas.

l Hinc. Ad ꝓbādā diuiſionē ſupradictā.

m OMnes leges. id eſt omn. lex. & ponitur plurale pro ſingulari. ſi. n. demonſtrare duas leges, unā diuinā, & aliā humanā, non pōt vere dici, iſtæ leges aut ſunt diuinæ, aut humanæ. Et ualet talis interpretatio in reſcriptis quādoq; cū ita ſcribit: ſi iſta uera ſūt. i. ſi hoc uerū eſt, & ſi illud verū eſt, ſic ex̄ de appel. ſignificauit. ī ſi. & ex̄. de præben. cū iā dudū. & ex̄. de reſcri. ex parte. ſic. j̄. ij. q. j. ī primis. & ff. de cōdi. & demō. falſa. & ff. de ſtatu homi. ſummam.

n Diſcrepant. Non tamen ſunt contrariæ. nā tranſire per agrum alienū diuina lex permittit, humana prohibet; ſed prohibitio & permiſsio non ſunt contraria. nam dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apoſtolus prohibet, ut xxviij. q. j. iam nunc.

o Alijs. vt j̄. xij. diſt. illa. & j̄. xxxij. diſtin. placuit.

p Alienum. Sed nonne iure naturali omnia ſunt communia: ut j̄. c. ius naturale. & j̄. diſt. viij. quo iure. non ergo aliquis ager alienus eſt, ideo expone alienum, id eſt, qui eſt alienus modo.

q Fas eſt. id eſt, æquū eſt, cū ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus, ut xxiij. q. ij. c. ul. Itē iure diuino licitū eſt comedere vuas in agro alterius, ſed nō exportare: cōterere ſpicas & comedere licitū eſt. vj. q. iij. c. j. ſed nō mittere falcē, ut j̄. de conſe. diſt. v. diſcipulos. ſed licet ſit æquū iure diuino, tñ non eſt ius. i. ius non dat ciuilē actionē. Vbi enim aliquid mihi prodeſt, & tibi non nocet, æquū eſt vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat: vt ff. de aqua plu. arc. in ſumma. §. itē Varus. Trāſire tñ per agrū alienum licet in caſibus. ſ. ſi ſeruitutem debeat: ut C. de ſer. per agrum. Item ſi theſaurū ſuum quis vult effodere. ff. ad exhib. theſaurus. in fine.

[redacted] † [redacted]

Ibi, ſi aliqui accuſatores, &c.

Vel dic, id eſt, licitū ē, ſ. domino non prohibēte Prohibitio enim dn̄i tollit hanc permiſsionē. Et dicas licitum eſſe ei in ſua natura & à iure naturali permiſſum, & à lege Moſaica. Nā ius poſitiuū ex conſtitutione licitū eſt, nō ſemper æquū eſt, ſecundum Lau.

nomen, multas ſub ſe continens ſpecies.

Vnde in eodem libro Etymolog. Iſidorus ait:

Ius genus, lex autem ſpecies eius eſt.

CAN. II.

IVs gn̄ale a nomē eſt: lex aūt iuris ē ſpēs. Ius aūt eſt dictū, quia iuſtum eſt. Omne aūt ius legibus, & moribus conſtat.

Quid ſit lex.

CAN. III.

LEx eſt b conſtitutio ſcripta.

Quid ſit Mos.

CAN. IIII.

MOs eſt lōga c conſuetudo de morib. d tantummodo tracta.

Quid ſit conſuetudo.

CAN. V.

COnſuetudo aūt eſt ius quoddā morib. inſtitutū, e qđ ꝑ lege ſuſcipit, cùm deficit lex. f Nec differt, an ſcriptura, an rōne conſiſtat: qm & legem rō commendat. Porrò ſi ratione g lex conſiſtat, lex erit omne iam, qđ & rōne cōſtiterit duntaxat, quod religioni conueniat, h qđ diſciplinæ congruat, i quod ſaluti

in fi. Itē ſi glans mea decidit ī agrū tuū. ff. de glā. legē. l. unica & dū q̄ro hoīem fugitiuū. ff. de ſer. fug. l. diu9. & in alio caſu. xxiij. q. ij. ca. vlt. Item dum via publica deſtructa eſt, vt ff. quēad. ſer. amit. l. ſi locus. §. vlti. Io.

a IVs gn̄ale. Quia iuſtum eſt: nec iudex dicit, niſi iuſtus ſit: vt xxiij. q. ij. c. j. Qñq; eſt aliquod ius qđ non eſt æquū, nec iuſtū, vt ſi alicuius uxor adulterat, ꝙ ille nō poſsit ꝓmoueri, vt xxxiiij. diſt. ſi cui9. quod itelligo ſi ille poſtea cognouerit eā: qa ſine culpa ſua puniri nō debet, vt xvj. q vij. inuentum. Itē æquū & iuſtū eſt, vt nemo cū alterius iactura locupletetur, vt extra de pœnis. ſuā. & ff. de cōdi. īde. nā hoc. & tñ contra illā æquitatē inducta eſt vſucapio ſiue præſcriptio. Itē iniquū eſt vnus puniat pro alio: quia non debet vltra progredi pœna, quā reperiat delictum: vt extra de ijs, quę fi. à maio. par. cap. quæſiuit. Tamen cōtra hāc æquitatem multa iura loquuntur: vt j. q. iiij. c. eccleſia. §. itē ex peccato Achor. & vj. q. j. c. ſunt plurimi. §. verum. & extra de ſpon. non eſt vobis. Sed dic ꝙ in oībus talibus ex cauſa & pro bono pacis vel publico inducitur qñq; rigor cōtra naturalē æquitatē: qñq; tñ ſine rōne inducit rigor cōtra æquitatē: & hoc ſolū ꝓ rōne ſufficit ꝙ ita ſcriptū eſt: vt ff. q. & à qui. manu. lib. non fi. l. ꝓſpexit.

Ius aliqđ eſt nec æquum nec iuſtum.

Siue ſcienter, ſiue ignoranter.

Rigor qñque præfertur æquitati.

b LEx eſt, &c. iuſtum præcipiens, & contrarium prohibens. xxiij. q. j. ſi eccleſia. in fi. & dicitur lex eo, quod legitime ligat. ij. diſt. omnis. Archi.

c MOs eſt longa. Quā cōſuetudinē dicis eſſe longam, vel quot vices dicis inducere cōſuetudinem, nunqd illud quod bis factum eſt: vt xxv. q. ij. ita nos. Vel illā quæ ter facta eſt, vt extra de elec. venerabilem. in fi. Vel illam quæ ſæpius quā ter eſt facta, vt extra de cauſa poſ. & ꝓprie. cū eccleſia Sutrina. Vel illā, quæ decies facta eſt: ſicut lōga p̄ſcriptio dicitur q̄ eſt x. ann. vt C. de p̄ſcri. lon. tēp. per totum. Vel illā cuius non extat memoria, vt iij. q. o. vj. hæc quippe. ff. de aqua quoti. hoc iure. §. ductus aquæ? Dici cōſueuit, ꝙ in crīalibus duæ vices inducunt cōſuetudinem, ſed in alijs tres nō ſufficiunt. C de epiſc. audi. l. iiij in fi. Ioā. Hoc teneas pro certo, ꝙ ſecundum ius canonicū non valet cōſuetudo, niſi præſcripta ſit, & rationabilis, vt ex̄. de conſue. c. vlti. Videt̄ tñ hic, quod quaternarius actus inducat cōſuetudinem. C. de ſer. l. ult. Bar. Brix.

Conſuetudo quot uicibus inducitur.

d De moribus. Hæc deſcriptio dupliciter videt̄ incōueniēs: & qa idē ponit̄ in deſcriptione ꝙ in deſcripto: & qa idē ponit̄ pro ſpecie & genere. Sed dic, ꝙ aliter ſumit̄ hic hoc nomē, mos, & aliter hoc nomē morib9, & aliter hoc nomē, conſuetudo. Nā mos ſumit̄ ꝓ iure non ſcripto, conſuetudo ſumitur generaliter pro iure ſcripto & nō ſcripto: vt j̄. c. ꝓxi. ſed hoc nomen moribus, ſumit̄ hic pro frequētibus actibus hominū. Ioā.

Mos & mores differunt.

Conſuetudo an ex lege an inſtitutione.

e COnſuetudo. Inſtitutū. Videt̄ hic manifeſte qđ plures vices nō ſufficiūt ad hoc, vt aliqd dicat̄ conſuetudo, niſi inſtitutū ſit, quod illud ꝓ conſuetudine amodo ſeruet̄. nā poteſt eſſe, ꝙ ex gratia vel tolerantia hoc ſæpius ꝑmiſſum ſit, vt extra de verbo. ſig. Abbate. & x. q. iij. qa cognouimus. vnde licet aliqd ſæpius factū ſit, niſi eo animo factum ſit vt, in poſterū fieret, etiā ſi ſuo iure id faceret, talis vſus non dicitur vſus, vt ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. Iulianus recte ait. & l. vlti. Item alia rōne patet, ꝙ ſolæ vices nō inducūt cōſuetudinē: quia licet pluribus vicibus aliqd iudicatū ſit, nō ideo in poſterū ita iudicādū eſt: quia nō exēplis, ſed legibus eſt iudicandū: vt C. de ſent. & interloc. nemo. Sed ſecūdū cōſuetudinē bene iudicat̄, vt extra de eo q mitt. in poſ. cū veniſſent. xij. diſtinct. illa. & xxxij. diſt. placuit. Itē multa alia req̄runt̄ ad hoc vt aliquid dicatur cōſuetudo, vt dicemus j̄. diſtin. viij. fruſtra.

Argu. extra de teſt. Raynutius. § dict9. uer. præcedit. & hoc no. xij. diſt. illud in gl. argu. contra ibi uideas.

f Cum deficit lex. Hic videt̄, quod tūc demū recurrendum eſt ad conſuetudinē cum lex deficit. Et ſic eſt ar. ꝙ nunquā ſecūdū cōſuetudinē eſt iudicandū, ſi ius cōtrariū præcipiat, & arg. j̄. xj. diſt. conſuetudinis. & c. cōſques. & j̄. diſt. viij. ſi cōſuetudinē. & c. conſuetudo. & extra de ſen. & re iud. cum cauſa. & extra de fo. cōpe. quod clericis. Rñdetur ꝙ nō ſecūdū cōſuetudinē, ſed ſecūdū iura eſt iudicandū, vt ff. de ſepul. vio. l. iij. §. diuus ſecūdū hoc multa occurrūt contraria, vt j̄. diſt. xxxij. placuit. & extra de eo q mit. in poſ. cū veniſſent. & extra de cogna. ſpiri. ſup eo. & extra de arbit. dilecti. & extra de conſuet. ca. ij. & extra de teſta. c. ad hæc. Ex iſtis oībus habet̄, ꝙ cōſuetudini ſtat̄ cōtra ius ſcriptū. Solutionē autem iſtius qñ cōſuetudo præiudicet iuri, dicemus j̄. viij. diſt. c. fruſtra. Io. Hoc tene, ꝙ cōſuetudo rationabilis & præſcripta iuri ſcripto ꝑiudicat. ita mihi videtur, vt extra de cōſue. c. vlt. etiā ſi alia nō interueniant, de qbus facit mentionē Io. in illo c. fruſtra. B. Sed ad quā cōſuetudinē dicis recurrendū? an ad cōſuetudinē terræ, an ad Romanā cōſuetudinē, an ad conſuetudinē loci vbi cōtractū fuit, an ad cōſuetudinē vicinarū prouinciarū? Videt̄ ꝙ ad cōſuetudinē Romanā, vt j̄. xj. diſt. c. vlt. inſtit. de ſatiſd. §. vlt. Ecōtra videt̄, quod ad cōſuetudinē loci, vt xij. diſt. illa. & C. de ædi. ſi. priua. an in totum. & iura præallog. ad hoc inducas. Ad hoc dico, ꝙ iudex maxime delegatus primo ſecūdū canones iudicabit, dificiētibus canonibus iudicet ſecūdū leges, vt extra de no. ope. nun. intellleximus. & j̄. diſt. x. ſi in adiutoriū. deficiente omni iure ꝓcedat ad gn̄alē cōſuetudinē, vel etiā particularē, cum defuerit gn̄alis: licet quidā tūc dicāt recurrēdū ad cōſuetudinē Romanā, deficiēte iure & cōſuetudinē ꝓcedat de ſimilibus ad ſimilia: vt xx. diſtin. de quibus. ff. de legi. l. nō poſſunt. omnibus defficiētibus ad Romanā cōſuetudinē ꝓcedat: vt. ff. de legi. & conſt. de quib. in prin. licet ſit arg. quod ad conſuetudinē vicinarum prouinciarū ſit recurrendum: ut ex̄. de cenſi. ſuper eo.

Conſuetudo verum præiudicet iuri ſcripto.

Iudex per quæ iura debet iudicare.

De hoc [illegible] qō. iij. ca. fane. §. hanc autē uerſic. ſed dicitur. Aſſo Bñe. in l. adhuc eius. & ſi aduerſus. reſ. iud. & Alexā. de Imo. in l. ſolet. ff. de iud.

g [redacted]

h Quod religioni conueniat [redacted].

i Quod diſciplinæ congruat. Quia licet prælatus de ratione poſsit coercere ſubditum delinquentem, tamen diſciplinate tenetur ipſum coercere, vt proficiat ei ad ſalutem, vt xlv. diſtin. cum beatus.

Quod

g. Ratione. Arg. quod deficiente lege vel canone pōt allegari ratio. ut xix dist. si romanorum. et dist. viij. frustra.

proficiat. [a] Vocatur aūt conſuetudo, qđ in cōi eſt uſu. Cùm itaq; dicit, non differt, utrùm cōſuetudo ſcriptura, an rōne conſiſtat, apparet, ꝙ conſuetudo eſt partim redacta in ſcriptis, partim moribus tantùm utentiū eſt reſeruata. [†] Quæ in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio ſiue ius uocat. Quæ uerò ĩ ſcriptis redacta non eſt, gñali noīe conſuetudo uidelicet appellatur.

[a] Eſt & alia diuiſio iuris, ut in eodem lib. teſtatur Iſidorus ita dicens.

Quæ ſint ſpecies iuris.

CAN. VI.

IVs autem naturale eſt, aut ciuile, aut gentium.

Quid ſit ius naturale.

CAN. VII.

IVs naturale [b] eſt cōmune omnium nationum, eò ꝙ ubique inſtinctu naturæ, non conſtitutione habetur aliqua: ut uiri & fœminæ coniunctio, [c] liberorum ſucceſſio, [d] & puerorū educatio, [e] cōis oīum poſſeſſio, & oīum una libertas: acqſitio eorū q̄ cælo, terra, mariq; capiunt. Itē depoſitę rei uel cōmēdatę pecunię reſtitutio, uiolētiæ ꝑ uim repulſio. Nam hoc, aut ſi quid huic ſimile eſt, nunquam iniuſtum, ſed naturale æquumque habetur.

Quid ſit ius ciuile.

CAN. VIII.

IVs ciuile eſt, quod quiſque populus, uel ciuitas ſibi proprium diuina humanaq; cauſa conſtituit.

Quid ſit ius gentium.

CAN. IX.

IVs gentiū, eſt ſediū [n] occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, [p] fœdera pacis

Ius naturale dicit multipliciter.

[a] [redacted] IVs naturale. Ad intelligentiam iſtorum nota ꝙ natura multis modis dicitur: quandoq; dicitur natura vis inſita rebus ſimilia de ſimilibus procreans. Secundo modo dicit natura quidā ſtimulus ſeu inſtinctus naturæ ex ſenſualitate proueniens ad appetendum, vel ad procreandū, uel ad educādū. xxxij. q. v. horrendus. ff. de neut. inſpi. l. j. §. ius naturale. inſti. de iu. na. gen. & ciui. iu prin. Tertio modo dicitur inſtinctus naturæ ex rōne proueniens, & ius ex tali natura ꝓueniens dicitur naturalis ęquitas: & ſcđm hoc ius naturę dicūtur oīa cōia. i. communicanda tempore neceſſitatis vt xlvij. diſt. ſicut. Quarto modo dicitur ius naturale præcepta naturalia, hoc eſt: Non furtum facies: non mœchaberis. xxxij. q. vij. quid adulterio. inſt. de obli. quę ex delict. naſcun. circa princip. [redacted] & ſecūdum illud ius ſimiliter omnia dicuntur communia. i. cōmunicanda, [redacted]. Similiter ius ciuile dicitur varijs modis. Quandoque dicitur ius ciuile illud ius, quod non eſt naturale, uel ius gentium. ſecundū hoc ius canonicum dicitur ius ciuile, ſecundū ꝙ hic ſumitur. Secundo modo dicitur ius ciuile omne illud ꝙ non eſt canonicū ius. Tertio modo ius ciuile dicitur lex xij. tab. ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij. Ioā.

[c] Coniunctio. Si intelligas de coniunctione corporum, ſcđm hoc eſt ius naturale proueniēs ex ſenſualitate. Si intelligas de cōiūctione aīorum, eſt ius naturale ex ratione proueniens, extra de big. debitum.

[d] Succeſſio. Nō intellige de ſucceſſione, quæ fit per hæreditatem, cum illa non ſit naturalis: ſed de ſucceſſione per carnis propaginem. Vel etiam intelligi poteſt de illa qua liberi iure naturæ ſuccedunt parentibus. ff. vnde lib. j. & l. ſcripto. §. non ſic.

[e] Educatio. Patres enim theſaurizant filijs, non filij parentibus: vt xvj. q. j. prædicator. ſimiliter filius patrem egentem cogitur alere. xxij. q. iiij. inter. et C. de alen. li. l. j. & ij. & in caſu mater filium, & libertus patronū. vt ff. de li. agn. ſi qs. §. idē in liberis. et §. ſolēt.

Communis omnium. Id eſt. nihil erat proprium alicui iure diuino. Vel dic cōmunis, communicanda tempore neceſsitatis: vt xlvij. diſt. ſicut. nam etiam ſecundum legem Rho. tempore periculi cibaria maxime erant communia: ut ff. ad legem Rhodiam. l. ij. §. cum in eadem naue. iu fi. xij. q. j. dilectiſsimis.

[b] Capiuntur. Hæc enim & alia quæ in nullius bonis ſunt, cedunt occupanti: vt inſtitu. de rerum diui. §. feræ.

[h] Item depoſitæ. Fallit in duobus caſibus: ut ĩ. xxij. q. ij. cap. ne quis. & ſi dominus & deponens ſimul petunt rem, potius reſtituitur domino: ut ff. depo. bona fides.

Commendatæ. Commendare idem eſt quod deponere, ut ff. depoſi. l. Lucius Titius.

Per vim. Quod cuilibet licet: vt ff. de iuſtitia & iu. ut uim. in fin. extra. de ſenten. excom. c. iij. § ſi vero. in fin. De illa materia habes not. xxiij. quæ. j. in ſumma. Ioan.

IVs ciuile. Vel ciuitas. Sic aliqua eccleſia ius ſibi ſtatuit: vt ĩ. diſt. xj. catholica. & de conſe. diſt. iij. pronuntiandum.

Diuina humanaque. i. contemplatione Dei. de cōſe. di. iij. c. iij. & hominum: ut ff. de ſer. l. j.

[n] IVs gentium. Sedium. Scilicet hoſtilium: vt xxiij. q. vij. ſi de rebus. & q. v. dicat aliquis inſtit. de rerum di. §. item quæ ex hoſtibus. ff. de acqui. re do. naturalem. §. fi. Vel dic ſedium vacantium, quæ occupanti conceduntur: vt inſti. de rerum diui. §. feræ. Alioqui ſi propria authoritate raperet etiam rē ſuam, cadit à dominio: vt ĩ. xvj. quæ. vj. placuit. ff. quod metus cauſa. l. extat. C. vnde vi. ſi quis in tantā. niſi forte alio modo non poſſet eam conſequi per iudicem: vt xxiij. q. ij. c. j. & ij. & ff. quæ. in fraudem cred. ait prætor. §. ſi debitorem. Ioan.

Seruitutes. Alibi dicitur, quod ſeruitus ſit inducta per ebrietatem xxxv. di. vj. die. alibi uidetur inducta ex preſcriptione ſeptennij: vt dicā ĩ. di. vii c. ius. autem. in ſumma gloſſ. quæ. incipit à iudicijs. ſuper illo uer. iuſtificationibus. ſed dicitur inducta de iure gentium: quia ius gentium eam approbat, non quod eam primo inuenerit. Si ergo bellum iuſtum eſt: qui capitur, fit ſeruus capientis: ut xxiij. quæſt. v. dicat. & ſecundum hoc peccat taliter captus, ſi recedat à domino ſuo: ut xvij. quæſtio. iiij. ſi quis ſeruum. ſed ſi bellum non eſt iuſtum, licitum eſt ei fugere, dum poteſt: ut ff. de cap. nihil intereſt.

[p] Poſtliminia. Poſtliminium eſt ius quo reſtituitur alicui res quam per captiuitatē amiſerat: ut xxvj. q. iij. prima actione. & xxxiiij. q. j. cum per bellicam. niſi ſint arma, quæ non reſtituuntur, quia illa turpiter amiſit: ut ff. de cap. l. ij.

[redacted] Cōcor. text. in §. huius ſtudij. uer. dicendū. inſt. de iuſ. & iure.

Sub. de qua coniunctione eſt intelligendū ſecūdū Ber.

Filius egētem patrē cogitur alere.

Tempore neceſsitatis omnia ſunt cōicanda.

Ius ciuile quadrupliciter dicitur.

Cōcor. text. in l. ex hoc iure. cū ibi nota. ff. de iuſti. & iure.

Vim vi repellere licet.

Cōcor. text. in §. ius autem ciuile. inſtit. de iure nat. gē. & ciui.

Ad huius dicti declarationē vide qđ no. extra de cauſa poſ. & ꝓprie. paſtoralis. in glo. ſed ſi non potuit.

Captus in bello, an licite poſſit aufugere.

induciæ, † legatorũ [a] nõ violandorũ religio, cõnubia inter alienigenas [b] prohibita. Hoc inde ius gẽtiũ appellatᷓ, q̃a eo iure omnes fere gẽtes vtũtur.

Quid ſit ius militare.

CAN. X.

IVs militare, eſt belli inferendi ſolẽnitas, fœderis [c] faciendi nexus, ſigno dato egreſsio in hoſtẽ, uel pugnæ commiſsio. Itẽ ſigno dato receptio. Itẽ flagitij militaris diſciplina, ſi locus deſeratᷓ. [d] Itẽ ſtipendiorũ modus, [e] dignitatũ [f] gradus, præmiorũ honor: ueluti cum corona, [g] vel torques [h] donatᷓ. Itẽ prædæ deciſio, & ꝓ perſonarũ qualitatibus & laborib. iuſta diuiſio, ac principis portio. [i]

Quid ſit ius publicum.

CAN. XI.

IVs publicum eſt [k] in ſacris, & ſacerdotib. & magiſtratibus.

Quid ſit ius Quiritum.

CAN. XII

IVs Quiritũ [l] eſt propriè Romanorũ, quod nulli [m] tenent, niſi Quirites, id eſt, Romani. † In quo agitᷓ de legitimis hæreditatib. [n] uel curationibus, uel de contractib. de tutelis, de vſucapionib. [o] quæ iura apud nullũ aliũ populũ reperiuntᷓ, ſed propria ſunt Romanorum, & in eos ſolos conſtituta.

DISTIN. II.

[p] [gs] *COnſtat autẽ ius Quiritum ex legib. et plebiſcitis, et ſenatuſcõſultis, et cõſtitutionib. principũ, ex edictis ſenatorũ, ſiue reſponſis prudentum.*

Quid ſit lex.

CAN. I.

LEx eſt cõſtitutio populi, [q] qua maiores natu [r] ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt.

Quid ſit plebiſcitum.

CAN. II.

PLebiſcita ſunt, [ſ] q̃ plebes tãtùm conſtituũt: & vocantᷓ plebiſcita eò, q̃ea plebs ſciat, vel ſciſcitatur & rogat, ut fiant.

Quid ſit ſenatuſconſultum.

CAN. III.

SEnatuſconſultum, eſt quod tantùm ſenatores, populo conſulendo, decernunt. [illegible]

Quid ſit conſtitutio, uel edictum.

CAN. IIII.

COnſtitutio uel edictum eſt [t] quod tantùm Rex, uel Imperator conſtituit uel edidit.

Quæ ſunt reſponſa prudẽtũ.

CAN. V.

REſponſa [v] prudentum ſunt, quæ iuriſ-

a Legatorum. Si quis legatum uel amicorum vel hoſtium impedit, ſecũdum canones excommunicatur, ut xciiij. diſtin. ſi quis. xxiiij. q. ij. ſi quis. ſecundum leges traditur hoſtibus: vt ſit ſeruus illorum. ff. de leg. l. ulti. Ioan. Theutonicus.

† Cõcor. text. in §. ius autem gentium, gl. in uer. bella. inſtit. de iu. na. gen. & ciuili.

Pœnæ fugientis in bello.

b Alienigenas. Vt xxviij. q. j. caue. & capi. ſequen.

c IVs militare. Fœderis. i. pacis componendæ.

d Deſeratur. Secundũ canones. qui fugit in bello publico, infamis eſt: ut vj. q. j. infames. ſecundũ leges capite punitur: ut ff. de re mil. omne. §. qui in acie. Io. Theuton.

e Modus. ĩ. xij. q. ij. Vulteranæ. & ĩ. xvj. q. ulti. capi. j. & c. contra.

f Dignitatũ. Quis ſit dignior, uel ſuperior alio.

g Cum corona. Ideſt, maius munus.

h Vel torques. Ideſt, minus munus.

Principis ſunt omnia.

i Ac principis portio. Non ergo oĩa quæ capiuntᷓ in bello, ſunt principis. & ſic eſt contra xxiij. q. v. dicat. ubi dicitᷓ ꝙ regis ſunt oĩa. Sed dic quod principis ſunt oĩa quo ad tuitionẽ, ſed ipſe tenetᷓ ea diuidere ſecũdũ merita pſonarũ. xij. q. ij. Vulteranæ. & c. conceſſo.

k IVs publicum eſt. Vnde qui lædit ſacerdotes uel res ſacras, ab oĩbus tanquã pro publico crimine põt accuſari. arg. ij. q. j. in primis.

† Tex. eſt ſ. in §. ſed ius quidẽ ciuile. cũ gl. in uer. ius Quiritũ. & uer. à Quirino. Inſtit. de iur. na. gẽ. & ciu.

l IVs Quiritum. A Quirino. Ideſt, Romulo.

m Quod nulli. Cõtra. C. de Iudæ. Iudæi. ubi dicitur ꝙ Iudæi utuntur Romano iure. Sed ibi omnes vocantᷓ Romani, ſubiecti Romano imperio: prout dicitur, Proprium Romanorũ eſt habere filios in poteſtate, prout etiã gentiles ſunt ſub Romano imperio. Nam Imperator eſt princeps totius mundi: ut vij. q. j. in apibus. ſed in diuerſis prouincijs diuerſi reges ſub eo conſtituti ſunt. v. q. iij. ſcitote. & ff. ad le. Rhod. de iac. qui leuandæ. & l. deprecatio. Qui ergo non uult eſſe ſub Romano Imperio, nec hæreditatem habere poteſt, nec alia quæ hic de iure Romano enumerantur. arg. viij. diſt. quo iure.

Iudæi & gentiles ſub ſunt imperio.

n De legitimis hæreditatibus. Ab inteſtato uel ex teſtamento delatis. Et hæreditas eſt ſucceſsio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod ſupereſt deducto ære alieno.

Hæreditas.

o De uſucapionibus. Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege diffiniti. ff. de uſuc. lege. iij. ſ

Vſucapio.

p COnſtat aũt. Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit qũque differẽtias ſecularium legũ. Secũda ibi, Quædã. l. de F.

ſ De hoc dic ut plene nota. xvj. q. iij. in princi.

p Conſtat. In ij. di. agitur quæ ſint partes, ſiue ſpecies Romani iuris: agitᷓ etiam quare leges conſulares, vel tribunitiæ, uel alie ſic ſũt appellatæ, &c.

q LEx eſt. Populi. Olim populus ſtatuit leges: ſed hodie non, quia tranſtulit hãc poteſtatem in imperatorem: ut in inſtit. de iure naturali. §. ſed quod principi. Vel dic qđ populus hodie põt, & qđ dicitᷓ ibi trãſtulit, id eſt, cõceſsit.

r Qua maiores natu. Maiores natu dicũtur nobilitate, antiquitate, dignitate, [illegible] q. vij. [illegible] & c. criminatiões.

[illegible] not. Bald. in l. homi. num. C. de leg.

ſ PLebiſcita ſunt. Plebiſcita [illegible] facta fuerũt propter diſcordiam, [illegible] inter nobiles & plebeios: ut ff. de origine iuris. l. ij. §. eiſdem temporibus.

† Cõcor. text. in §. cõſtat autem. uerſ. ſenatuſcõſultũ. cum gl. in uer. ſenatus. inſtit. de iu. na. gen. & Conſtitutio & edictũ diuerſa ſunt.

t COnſtitutio uel edictũ eſt. Proprie dicuntur conſtitutiones principum, & edicta prætorũ ȝ. Dicitur etiam edictũ iudicis: vt eſt citatio, uigeſimaquarta, quæſti. iij. de illicita. ff. de re iudica. contumacia.

ȝ De hoc nota. ff. de ædil. edic. per totũ Lauren.

v REſponſa. Olim licuit cuilibet totam hæreditatem ſuam relinquere alteri: ſed Falcidius ſtatuit, quod quarta pars hæreditatis deberet relinqui legitimis hæredibus. Eſt autem triplex Falcidia. Vna eſt debita iure naturæ, quæ competit legitimo hæredi. Alia eſt debita iure inſtitutionis, quã poteſt iure hæres inſtitutus petere: cum tota hæreditas eſt exhauſta Ioan. Et iſtas duas poteſt hodie habere filius inſtitutus. extra de teſtamen. Raynaldus.

& ita

conſulti reſpōdere dicuntur cōſulentibus: vnde & rñſa Pauli dicta ſunt. Fuerunt.n. quidā prudētes & arbitri ęquitatis, q inſtōnes ciuilis iuris cōpoſitas ediderūt, qb. diſsidētiū lites cōtentionesq; ſopirent. [a]

Quæ ſunt tribunitiæ uel conſulares leges.

CAN. VI.

[2] QVædam etiam leges dicunť ab ijs, qui eas cōdiderūt, ut Conſulares, Tribunitiæ, Iulię, Corneliæ. Nā ſub Octauiano Cæſare ſuffecti cōſules Papius [1] & Pōpei⁹ legē tulerunt, q̄ a noibus eorū appellatur Papia & Pōpeia, cōtinens patrum præmia [b] pro ſuſcipiēdis liberis. Sub eodē quoque Imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis teſtamento legaret, quā ut quarta pars ſupereſſet hæredibus: ex cuius nomine lex Falcidia eſt nōiata.

Quæ ſit lex Satyra.

CAN. VII.

SAtyra [c] verò lex eſt, quæ de plurib. ſimul rebus loquitur: dicta qdē à copia rerum, & quaſi à ſaturitate. Vnde & ſatyrā ſcribere, eſt poemata varia condere, ut Horatij, Iuuenalis, & Perſij.

Quæ ſint Rhodiæ leges.

CAN. VIII.

RHodiæ [d] legēs naualiū commerciorū ſunt, ab inſula Rhodo cognominatæ, i qua antiquitus mercatorum vſus fuit.

DISTINCT. III.

[1] [ps] OMnes [e] hæ ſpēs ſecularium legum partes ſunt, ſed quia conſtitutionū alia eſt ciuilis, alia eccleſiaſtica: ciuilis verò forenſe, uel ciuile ius appellatur, quo nomine eccleſiaſtica conſtitutio appelletur, uideamus. Eccleſiaſtica cōſtitutio canonis noīe cenſetur. Quid autē ſit canon, Iſid. in li. v. Etymologia. declarat dicens.

Quid ſit canon.

CAN. I.

CAnon [f] Græcè, Latinè regula nuncupatur.

Vnde dicatur regula.

CAN. II.

REgula dicta ē, eò q̄ rectè ducit, nec aliquē aliorsū [g] trahit. Alij verò dixerūt, regulam dictā, uel q̄ regat, uel q̄ normam rectè & bene uiuendi præbeat, vel q̄ diſtortum prauumq; corrigat.

[2] *Porrò canonū alij ſunt decreta pontificum, alij ſtatuta conciliorum. Conciliorum uerò alia ſunt uniuerſalia, alia prouincialia. Prouincialiū alia celebrantur authoritate pontificis Roma. præſente uidelicet legato [h] ſanctæ Romanæ eccle-*

& ita ceſſat opi. dominorū. C. ad le. Fal. quanquam. B. Tertia quæ dicitur quarta Trebellianica: [1] & competit hæredi inſtituto, qui rogatus eſt hæreditatē alteri reſtituere, ut legitur ex̃. de teſta. Raynutius. Ioan.

[a] Sopirent. Nec enim licet iudici ab eorū reſponſis deuiare, vt inſti. de iure nat. §. reſpōſa.

QVædā etiā. Hæc eſt ſecūda pars di. ſ qua ponit quaſdā leges denoīatas à cōditorib. Io. d' Fā.

[b] Præmia. Hæc fuerūt præmia, q̄ ſi qs haberet Romę tres filios, in Italia quatuor, in prouincia quinq;, nō poterat vocari ad onus tutelæ. [2] inſti. de excu. tut. in prin. Vel aliter cōſtitutū eſt, q̄ ſi quis habet minus quā xxv. an. excludiť ab honorib. eſt ſi eſſet xx. ann. & hēret quinq; filios, numerus filiorum ſupplet numerum annorum. ff. de mune. & hono. ad rē. & ff. de min. l. ij.

[c] SAtyra. De hac ſatyra nihil habemus, ſed tangiť i C. de lati. lib. l. vni. in prin. & pœmio Digeſtorū. §. & antea. in fine. [3]

[d] RHodiæ. Iniquiſsima ē illa lex. ſ. quod patiētibus naufragiū īhabitatores oīa auferātur ff. e. Modeſtinus. ſed hodie lex illa correcta ē C. de fur. auth. nauigia. & ex̃. de conſuet. c. fi. imo tales ſunt excōicati ipſo iure, ut extra de rapto. excōicationi.

OMnes hę. Hæc diſ. diuidiť i tres partes. In prima ꝓbat quid ſit canō. Secūda ibi, Porro. Tertia ibi, Officiū. Io. de Fant.

[e] Oēs. Sed quia ſ. tractauit de ſpeciebus ſeculariū legū, nō uult tractare de eccleſiaſticis cōſtōnibus, quæ uarijs nominib. appellanť. qñq; illud appellatur canon, qñque decretum, quandoq; decretalis epiſtola. Canon dicitur id quod ſtatuitur in uniuerſali concilio. ex̃. de big. altercationis. Decretum dicitur q̄ papa ſtatuit de conſilio cardinaliū ſuorum ad nullius conſultationē. Decretalis epiſtola dicitur quam ſtatuit papa, uel ſolus, vel cū cardinalibus ad conſultationē alicuius. lix. diſt. hoc ad nos. xix. diſt. ſi Romanorū. Itē adhuc alias inuenimus appellationes canonicæ conſtōnis, ut dogma, mandatū, interdictū, ſanctio, vt xxv. q. ij. ſi quis dogmata. Dogma eſt q̄ cōſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ. xxiij. diſt. qui epiſcopus. Mādatū q̄ cōſiſtit in doctrina de morib. xiij. diſt. his igitur. Interdictum, in quo nulla pœna adijciť. xxxij. diſti. interdixit. Sanctio, vbi pœna adijcitur. xxxvj. diſtinct. cap. ij.

[f] CAnon. Habet autem canō ſub ſe quatuor ſpecies, vt xxv. q. ij. ſi quis dogmata.

[g] REgula. Aliorsū. Ergo ſi regula nunq̄ trahit aliorſum, oīs regula ē ius. male ergo dixit lex, q̄ ita definit regulā: Regula eſt quæ rē breuiter enarrat, nō vt ex ea ius fiat. ff. de reg. iur. l. j. Ad hoc dicas, q̄ ſi illud appellas regulā, i quo aliquid gñraliter ſtatuiť, nō adiectis exceptionib. ſecundum hoc ex regula nō ſumiť ius, & ita loquitur lex. Sed ſi appellas regulā id qđ icludit i ſe ſuas exceptiones, ſcđm hoc regula nūq̄ fallit: & ita ſumiť hic.

Porro. Hæc eſt ij. pars diſt. in qua diſtinguiť inter cōcilia ꝓuincialia, & generalia & priuilegia. Ioan. de Fāt.

[h] Legato. Ad hoc ſpecialiter deſtinato. licet.n. aliquis ſit gñalis legatus, non tamē poteſt facere gñale, vel etiā ꝓuinciale cōciliū: quia ea quæ ſpecialiter Romano pontifici cōceduntur: mandata generali iuriſdōne nō trāſferuntur, vt extra de off. leg. quod tranſlationem. & mandata generali iuriſdictione concilium non pōt exercere is cui mandať, ut ff. de off. eius cui mād. eſt iuriſd. l. ij. Sed nūquid metropolitani in ſuis cōcilijs poſſunt cōdere canones? Non videtur, ut ĩ. xvij. diſt.

[1] Adde an appell. Falcidiæ ueniat Trebellianica, not. i l. ij. ſi quis ali. teſta. prohi. & i l. j. ff. de iure codi.

[2] Et habere præmium. C. q̄ morbo ſe exc. l. j.

[1] Vide in hunc locū Andr. Alcia. lib. diſiunctio. iij. ca. iij.

[3] Dicitur enim hæc lex de Latina libertate eſſe, quæ quaſi per ſatyrā fuit introducta, ſecundum Hugo.

Canon.
Decretū.

Decretalis epiſtola.
Dogma.
Mandat.
Interdictum.
Sanctio
Regul definit

nec licuit.& cap.ſeq. Argu. contra J.xj. diſt. catholica.& de conſe.diſt iij.c.j.Dicas [1] quod de paruis negotijs,& de ijs quæ ſpectant,ad onus, poſſunt condere canones:de magnis rebus non poſſunt, vt xvij.diſtin.multis.& xxiiij.q.j.quoties.

q.j.hac ratione.& ſecundum hanc permiſſionē dicit decr. quod multa toleramus,quæ ſi in iudicium deducerem⁹ caſſarentur,ut extra de pręben.cū iamdudū.
d Vt qui cædē. Sed nunquid iudex eccleſiaſticus pōt taliter dictare ſententiā in cauſa ſanguinis,cū nec cauſis ſanguinū poſsitītereſſe, vt xxiij.q.viij. his à q̄bus. ſed dic, ꝙ iudex eccleſiaſticus pōt dicere ius interrogāti, ſed nō poteſt illud præcipere,vel cōſulere. ſic.v.q.vlti. delatori.xxiij.q. vlti. peſſimam.Ioan. Sed uidetur hodie correctum de exceſ. prælat.ex literis.B.

ſiæ. Alia uerò authoritate Patriarcharū,uel Primatū,uel Metropolitanorū eiuſdē ꝓuinciæ. Hæc quidē de generalibus regulis intelligenda ſunt.

Sunt autē quædā priuatæ leges tam eccleſiaſticæ, quàm ſeculares, quæ priuilegia appellantur: De quibus quinto libro Etymolog. Iſidorus ait:

Quid ſit priuilegium.

CAN. III.

PRiuilegia ſunt leges priuatorū, [a] quaſi priuatæ leges. Nam priuilegium dictum eſt, eò ꝙ in priuato [b] feratur.

3 Officium uerò ſecularių ſiue eccleſiaſticarū legū eſt præcipere,qđ neceſſe eſt fieri, aut ꝓhibere,qđ malū eſt fieri: ꝑmittere,uel licita,ut ꝓmium petere:uel ēt quædam illicita,ut dare libellū repudij, ne fiant grauiora.

Vnde in eodem libro Iſidorus ſcribit dicens:

Quid ſit officium legis.

CAN. IIII.

OMnis aūt lex, aut ꝑmittit [c] aliquid,ut uir fortis petat præmiū: aut uetat, ut ſacrarū uirginū nuptias nulli petere liceat:aut punit,ut qui cędē [d] fecerit, [e] capite plectāt. eius [f] eñ præmio [g] aut pœna uita moderat̄ [h] humaua. diuina aūt præcipit: [i] vt, Diliges dominū Deum tuū. Deut.6. a

DISTINC. IIII.

1 ps. CAuſa [k] uerò conſtitutiōis legum eſt *humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare.*

Sicut in eodem lib. Iſid. teſtatur dicens:

Quare leges factæ ſunt.

CAN. I.

FActæ ſunt aūt leges, ut earum metu humana coerceatur [l] audacia, tutaq; [m] ſit inter improbos innocētia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur audacia, & nocendi facultas.

2 *Præterea in ipſa conſtitutione legum maximè qualitas conſtituendarum obſeruanda eſt, ut contineat in ſe honeſtatem,iuſtitiam,poßibilitatem, conuenientiam, & cætera quæ in eodem libro Iſidorus enumerat dicens:*

Qualis debet eſſe lex.

CAN. II.

ERit autem lex honeſta, [n] iuſta, [o] poſſibilis, [p] ſecundùm natu-

[f] Hic ſententiā hic tenet Hu. not.xviij. di.in ſum.

P Riuilegia. a Priuatorum. Priuati dicuntur,ꝓpriè qui nō ſunt cōſtituti in aliqua dignitate, vt xxiiij.q.j.qui cōtra. Sed hic priuati dicūtur omnes exempti à iure communi: ſiue ſit collegium, ſiue aliqua ſpecialis perſona.vij.qō.j. petiſti. Hic patet ratio,quare uerba poſita in priuilegijs potius ponuntur cauſaliter,quam conditionaliter: cū dicitur, ſicut iuſte poſsides. ſi illud uerbum inuenis in priuilegio exponas ſicut, pro quia: & hac ratione, quia cū priuilegium ſit lex, & lex debet eſſe certa, vt J.diſt. proxi.c.erit. & verba priuilegij debēt eſſe certa. [a] hanc rationem aſsignat Inno.extra de verbo. ſig. Abbate. & ſuper ver. præteriti tēporis moram. b In priuato.id eſt in priuatis.

[a] Alias, inutile eſſet priuilegiū. ex̄. de priuil. in his. ar. ff. de leg. j. ſi quando. Ioan.

Officium. Hæc eſt tertia pars, in qua dicit, quid ſit officiū legis. Io.de Fāt.

c OMnis autē. Permittit. Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo quod nullo iure prohibetur,vt ſecundas nuptias contrahere,vt xxxj.q.j. hac ratione. Secundo modo, quod contra conſtitutiones humanas indulgetur: vt contrahere in quto gradu, vt xxxv.qō. iij. quædā.& eſt hęc vera permiſsio, & dicitur abſoluta permiſsio. Tertio modo dicitur illicitū permitti vt magis illicitū vitet̄: ut comeſſationes die dñico, vt diſt. iiij.deniq;.& permittit̄ adulteriū ne fiat homicidiū, vt xxxiij.q.ij.ſi quod uerius. & permittit̄ ſubdiacono habere unā fœminā,ne peccet cū pluribus, ut extra qui cle.uel uo.ſignificauit. & hæc dicit̄ comparatiua ꝑmiſsio, [l] ſed potius appellat̄ tolerātia quā permiſsio.& ſecundum hanc permiſsionem dicit canon, quod ea quæ permittimus, nō approbamus, vt xxx.

[l] De hoc loquitur xxvj.q.ij. hi qui.

e Fecerit. vt de pœnit.diſtinct.j.ſi quis cum telo.
f Eius.id eſt,legis.
g Præmio. id eſt, permiſsione.
h Moderat̄.paſsiue
i Diuina autē præcipit. Hoc reſpicit ſuperiora.

CAuſa.hęc diſt.diuidit̄ i quatuor partes. In prima quæritur quare ſunt factę leges. Secunda ibi, Præterea. Tertia ibi,Ideo aūt. Quarta ibi,hæc & ſi.Ioā. de Fant.
k Cauſa.Hic intitulat̄. iiij.diſt. in qua oſtendit qualiter leges ſint inuentæ.ſecūdo oſtēdit q̄ ſint conſideranda in cōſtituēdis legibus.vltimo oſtēdit quaſdam leges eſſe abrogatas per contrariā conſuetudinem.
l FActæ. Coerceatur. Nā ꝑ leges nemo cogit bene facere,ſed male facere ꝓhibet̄,vt x. ij.q.v. ad fidem.
m Tutaq;.i. ut boni inter malos quiete viuāt, vt xxiij.q.v. nō fruſtra. Ioan.

Præterea. Hæc eſt ſecunda pars diſ. in qua ponit octo, quę ſunt ſeruanda in legibus promulgandis. Ioan.de Fan. Modo dicit Gratia.quæ ſint illa quæ in lege conſtituenda conſiderantur, ut contineat,&c.& ad hoc inducit cap.ſequen.

n ERit. Honeſta. Quia in iure non tam deſideratur iuſtitia, quā honeſtas.xxxv.q.iij.porro.
o Iuſta. Aliter enim non eſt ius,niſi ſit iuſtum:ut J. diſtin.j.ius generale.
p Poſsibilis. Quia ſi de impoſsibilitate legis quis tranſgre-

rã, a & ſecundùm cõſuetudinẽ b patriæ loco c temporiq; d cõueniens, neceſſaria e & utilis, f manifeſta g quoq;: ne aliquid p obſcuritatẽ incautũ captione h cõtineat: nullo priuato i commodo, ſed pro cõi ciuiũ utilitate conſcripta.

3 *Ideo aũt in ipſa cõſtitutione iſta conſiderãda ſunt: quia cùm leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundùm ipſas.*

Vnde Augu. in lib. de uera religione. †

De legibus tunc eſt iudicãdum, cùm inſtituuntur: non cùm inſtitutæ ſunt.

CAN. III.

IN iſtis tẽporalibus legibus quanquã de his hoies iudicẽt, k cùm eas inſtituũt: tñ cùm fuerint inſtitutæ & firmatę, nõ licebit l iudici de ipſis iudicare, ſed ſcđm ipſas. †

Leges inſtituũtur, cùm promulgãtur: firmãtur, cùm moribus utentium approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrariũ nonnullæ leges hodie abrogatæ m ſunt, ita moribus utentium ipſæ leges cõfirmantur. Vnde illud Teleſphori Papæ quo decreuit, ut clerici generaliter à quinquageſima ieiunãdi propoſitũ ſuſciperẽt, & à carnibus & delicijs abſtinerent, quia moribus utentium approbatum non eſt, aliter agentes tranſgreſſionis reos non arguit.

Vnde Teleſphorus urbis Romæ archiepiſcopus omnibus epiſcopis.

Septem hebdomadis à carne & delicijs ante paſcha clerici abſtineant. CAN. IIII.

STatuimus, ut ſeptẽ n hebdomadas plenas ante ſanctum paſcha oẽs clerici .i. in ſortem dñi uocati, à carne ieiunent: qa ſicut diſcreta debet eẽ uita clericorũ o a laicorũ cõuerſatione, ita & in ieiunio debet eẽ diſcretio.

Has ergo ſeptem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunẽt: & hymnis, & uigilijs, atque orationibus inhærere die noctuq; ſtudeant.

Item Ambroſius libro ſermonum ††.

Septimam hebdomadam Teleſphorus XL. addidit.

CAN. V.

QVadrageſima ſex ſeptimanas habet, Cui addidit Teleſphorus pontifex ſeptimã hebdomadã, & uocatũ eſt hoc tempus quinquageſima. Qđ ſimiliter de eo capitulo eſt intelligendũ qđ beatus Gre. Aug. Anglorũ epiſcopo ſcribit dicẽs.

A quinquageſima ieiunãdi propoſitũ ſumãt, quos eccleſiaſtici gradus dignitas exornat.

---

tranſgrederetur, fruſtra imputaretur ei ad pœnam: ut xv. quæ. j. non eſt. xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſor. & ff. quando appel. ſit. l. j. §. dies iſtos.

a Secundum naturam. Id eſt, naturalem rationem. ſupra diſtinct. j. conſuetudo. Ioan.

b Secundum cõſuetudinẽ. Quia ſi eſt cõtra conſuetudinẽ inhabitantiũ p contrariã conſuetudinẽ abrogatẽ: vt ī. eo. §. leges. & c. ſtatuim⁹. Item quia cõſuetudo interpretatur legẽ: ut extra de uer. ſigni. Abbate. ff. de legi. cum de conſuetudine. & l. ſi de interpretatione.

c Loco. Quia in aliquibus locis aliqua ſtatuuntur, quæ alibi non reciperent: ut xxj. diſt. ante. & c. aliter. Item in iure conſtituẽdo conſideranda eſt uicinitas locorum, uel remotio: ut lxiij. diſt. cum longe.

d Temporiq;. Oĩa enim debẽt conuenire ſuis temporibus: vt xxiij. q. iiij. ſi eccleſia. & ij. quæ. j. ſi peccauerit.

e Neceſſaria. Quia non niſi inſtante neceſsitate ius ſtatui debet: ut xxix. diſt. regulæ.

f Vtilis. Quia inutilis eſſet abijcienda. lxviij. di. cor epiſcopi xij. di. omnia.

g Manifeſta. iiij. q. iij. non in teſtib.

h Captione. Ne aliquis captioſe poſsit eã interpretari, uel etiam ne alicui laqueus paretur per eã: xxvij. q. j. de uiduis. Ioan.

i Priuato. Tunc enĩ eſſet priuilegiũ.

3 Ideo aũt. Hæc eſt iij. pars di. in qua ponit, ꝙ leges per deſuetudinẽ abrogantur, & per conſuetudinem confirmanẽ. & hoc probatur per iiij. autho. Ioan.

k IN iſtis. Iudicent. Cum ergo Papa vult condere canones, epiſcopi poſſunt contradicere, & dicere, canoniſte non conuenit conſuetudini regionis noſtræ: ut ī. c. proxi. Sed nunquid potius ſtabitur ſententiæ apoſtolicæ, uel omnium epiſcoporum? uidetur quòd omnium epiſcoporum: quia orbis maior eſt urbe: ut xciij. di. legimus. Arg. ꝙ ſententia Papæ præualet, xxxv. quæ. ix. ueniam. nam etiam error principis ius facit: ut ff. de ſup. leg. l. iij. in fin. Dicas ꝙ ſententiæ Papæ ſtabitur contra omnes. ix. q. j. nemo. & c. cuncta. niſi contra fidem diceret. xxv. qō. j. ſunt quædam.

l Non licebit. Arg. ꝙ ſemel eſt approbatum, amodo non poteſt reprobari, ut viij. q. ij. dilectiſsimi. & capi. licet. & xxxij. q. v. horrendus. Io. Niſi ex noua cauſa, extra de offic. delega. cap. inſinuante.

m Abrogatæ. Abrogare eſt in totum tollere legẽ: derogare eſt pro parte detrahere legi: ut ff. de uerbo. ſign. derogatur. ſed qualiter põt populus abrogare canonem cũ non poſsit condere canonem: maxime ex quo tota poteſtas trãslata eſt in principem? ff. de conſtit. princi. l. j. Sed dic, ꝙ non poteſt abrogare niſi per expreſſum conſenſum Papę: ut extra de præbend. cum iam dudum. licet quidam dixerint, quod ſufficeret ſola ſcientia Pape. Ioan. Sed credo ꝙ conſuetudo rationabilis & præſcripta tollit legẽ: ut extra de conſue. cap. ulti. etiam ſine ſcientia principis. difficile enim eſſet eum omnes conſuetudines, quæ ſeruantur, ſcire. B.

n STatuimus ut ſeptem. Iſtis duobus ca. ob. ī. de conſe. di. iij. à ſacerdotibus. ubi quadrageſima præcipitur ſeruari. Sed dic qđ iſtud ca. non tenet, quia hodie quinquageſima non ſeruatur, cum ipſa celebretur poſt paſcha. Ioan.

n Statuimus. i. abrogamus, uel ponitur ſtatuimus pro conſulimus.

o Clericorũ. Alias uiles reputentur. j. q. j. uiliſsimus.

QVadrageſima. Caſus iſtius ca. patet per ſe. Et hæc duo ca. abrogata ſunt, ſicut & ſequ. cap. in prin. c. & h. d. ſequens. §. quod ſimiliter.

---

† Libro unico. ca. xxxj. & tomo. j.

† Hactenus uerba Auguſti.

i Vide quod not. xiiij. q. iij. plerique. & ff. de leg. contra legẽ. Ioã. de Fantu.

Papæ ſententia pręfertur ſententiæ omniũ epiſcoporũ.

l Vnde dicas qđ hęc litera loquiẽ de iferiori iudice. Nam ſi inferior iudex uel legaliquid proponere quare lex illa nõ deberet cõdi, faciens audirẽt imo quam pr... ad hoc argu. xxv. diſt. Nicena. nam multa impediunt promouẽdũ, &c. xv. q. j c. ſi. ſecũdum Lau.

† Sermo. xxiij.

† Videatur ambroſius.

Quinquageſima hodie nõ ſeruatur.

CAN. VI.

[g] Hominum. Ergo Iudæi reguntur humanis cõstitutionibus

tutionibus, & ſic eſt cõtra. ĩ. xij. diſt. ois. ubi dicit qđ Iudæi tantum diuinis conſtitutionibus reguntur: ſed uerũ eſt, qđ olim regebantur conſtitutionibus humanis, ſcilicet Scribarũ & Phariſæorũ: ut hic dicit. ſed hodie non, ut ibi.

Vod autẽ. Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. In prima ꝓbatur, quod nõ ualet cõſuetudo contra deum. In ſecunda ibi. Noli. probatur per nouẽ ca. quod cõmenta Sanctorũ nõ præiudicant nouo & ueteri teſta. Ioan. de Fan.

CASVS. *In ſuperiori diſt. oſtenſum eſt, quod ius naturale præponitur cõſuetudini. Thac ix. di. oſtẽdit, quod ius naturale præponitur conſtitutioni: & hoc probatur per ſequentia ca. & intellige hoc de iure naturali, quod conſiſtit in præceptis & prohibitionibus.*

Quod autem. ĩ. In proxi. diſt. viij. oſtendit, qualiter ius naturale ꝓualet cõſuetudini. In hac ix. diſ. oſtendit qualiter ius naturale præiudicat & ꝓualet conſtitutioni hominum, & ſumit per totã hanc diſt. ius naturale pro iure diuino, qđ cõtinet in lege & in Euãgelio. Itẽ per totã hanc diſt. uocat canonicam ſcripturã noui & uetus teſtamẽtũ.

Daniel. 3. a b Q Vicũque. Hic incipit c. aliud ẽ palea. & habes idẽ xxiij. q. iiij. nõ inuenit.

Ergo legibus. No. ar. a cõtrarijs

DISTINC. IX.

Q *Vod autẽ cõſtitutio naturali iuri cedat, multiplici authoritate probatur. Ait enim Augu. ad Boniſa.*

Leges principum naturali nõ prævalent iuri. PALEA.

I *Mperatores quãdo ꝓ falſitate cõtra ueritatẽ cõſtituũt malas leges, probãtur bene credẽtes, & coronãtur perſeuerantes: quãdo aũt pro ueritate cõtra falſitatem conſtituunt bonas leges, terrẽtur ſæuientes, & corriguntur intelligentes.*

CAN. I.

Q Vicunq; b ergo legibus c Imperatorũ quæ pro Dei ueritate feruntur, obtẽperare non uult, acquirit grãde ſupplicium. Quicũq; uero legibus Imperatorũ, quæ contra uolũtatem Dei feruntur, obtemperare nõ uult, acquirit grande præmiũ. Nã a tẽporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei nõ prohibuerunt, nec euerterũt, quæ cõtra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt ſuper aliorũ merita laudantur. Et Rex Nabuchodonoſor, cum ſeruus eſſet idolorũ, conſtituit ſacrilegam legẽ, ut ſimulachrum adoraret: ſed eius impiæ cõſtitutioni qui obedire noluerũt, pie fideliterq; fecerant. Idẽ tamẽ Rex diuino correctus miraculo, piam & laudabilẽ pro ueritate conſtituit legem, ut quicunq; diceret blaſphemiam in Deũ Sidrac, Miſac, & Abdenago, cum domo ſua penitus interiret.

Idem ex uerbis Iſidori.

Principes tenentur & ipſi uiuere legibus ſuis. CAN. II.

I Vſtum eſt, principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quãdo & ipſe illis reuerẽtiã præbet. Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe dãnare iura, quæ in ſubiectis conſtituunt, iuſtum eſt. Iuſta eſt enim uocis authoritas eorum, ſi quod populis prohibẽt, ſibi licet nõ patiantur.

Item Augu. in prologo lib. iij. de trinitate.

Scripturis canonicis tractatorum litera deſeruiunt.

CAN. III.

N Oli meis literis quaſi canonicis d ſcripturis deſeruire, ſed in illis, & quæ nõ credebas, cũ inueneris, incũctãter crede, in iſtis e autẽ quod certum nõ habebas niſi certum intellexeris noli firmum tenere.

Idem ad Vincentium Victorem. lib. ij.

In tractatorũ opuſculis multa corrigenda inueniuntur.

CAN. IIII.

N Egare f non poſſum, nec debeo, ſicut in ipſis maioribus, ita multa eſſe in tã multis opuſculis meis, quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari.

Idem ad Hierony. epiſtola octaua.

In ſcripturis canonicis mendacia nõ admittũtur.

CAN. V.

E Go ſolis eis ſcriptorum, g qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, ut nullum eorũ ſcribendo erraſſe h audeam credere aut ſi aliquid in eis offendero, quod uideatur cõtrarium ueritati, nihil aliud exiſtimem, quàm mendoſum eſſe codicẽ, uel non eſſe aſſecutum interpretem, quod di-

ut xv. q. iij. de crimine. & xxiiij. q. j. quodcũq; ligaueris. & ea. cauſa. q. ij. ſane. xxxv. diſt. qualis. & fortiſſimũ eſt argu. a contrarijs. ꝟ. ff. de of. eius cui mã. eſt iuriſ l. j. & xj. qõ. iij. Imperatores.

N Oli meis. Canonicis. Quia de canonicis ſcripturis nõ poſſumus diſputare, an iuſtæ ſint, uel non, ut ĩ. e. qs neſciat. e In iſtis. Loquit hic ſecundum illa tempora, cũ adhuc ſcripta Aug. & aliorũ ſanctorũ patrũ nõ erãt authẽtica: ſed hodie iubent omnia teneri, uſq; ad ultimũ iota. ut ĩ. xv. diſt. c. ult. Vel hoc iõ dicit, ut oſtendat, quod maior ſit authoritas ueteris teſtamẽti quã ſctõrũ patrũ, ut xix. diſ. i canonicis.

f N Egare iuſto iudicio. Vñ Aug. multa opera poſtea retractauit, ut xxiij. q. vj. uides. xij. q. j. certe & xxvj. q. iiij. quodam loco.

E Go ſolis. g Scriptorũ. id eſt, ſcriptoribus. h Erraſſe. Neſas. n. eſt dicere, qđ ſcriptura mẽtiat, ut xxiij. q. v. qđ ergo. imo qđ in eis dr, defendere debemus uſq; ad ſanguinis effuſionẽ: ut xxv. q. j. ſunt quidam.

Quare

Dan. 3. g

ꝟ De hoc legi. & no. vij. qõ. j. ſciẽdũ, iuxta finem.

Scripturæ non mentitur.

ctum eſt, uel me minime intellexiſſe nó ambigam. Alios autem ita lego, ut quãtalibet a ſanctitate, quãtave doctrina polleãt, non ideo uerum putem, quia ipſi ita ſenſerunt ſed quia mihi per alios authores, uel canonicas, uel probabiles b rationes, quod a uero non abhorret, perſuadere potuerunt.

Idem.

Libris veterum Hebraea volumina, novis Graeca authoritatem impendunt. CAN. VI.

VT veterum c librorũ fides de Hebræis uoluminibus examinanda eſt: ita nouorum ueritas Græci d ſermonis e normam deſiderat.

Idem in epiſtola prima ad Hieronymum.

Nihil authoritatis canonicis remanebit ſcripturis, ſi ad eas mendacia fuerint admiſſa.

CAN. VII.

SI ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint, uel officioſa f mendacia, quid in eis g remanebit authoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere h contentioſæ falſitatis obtereretur improbitas?

Idem de unico baptiſmo, libro ſecundo.

Literis omnium epiſcoporum ſacra præponitur ſcriptura.

CAN. VIII.

QVis neſciat ſacram ſcripturam canonicã tam ueteris, quam noui teſtamenti certis terminis i ſuis cõtineri, eamque poſterioribus omnibus epiſcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & diſceptari k non poſſit, utrũ uerum, uel utrũ rectum ſit, quicquid in ea ſcriptum ſit, uel conſtiterit eſſe: epiſcoporum aũt literas, quæ poſt confirmatum canonẽ uel ſcriptæ ſunt, uel ſcribunt̃, & p ſermonẽ forte ſapientiorẽ in ea re cuiuſlibet peritioris, & per aliorũ epiſcoporũ grauiorem authoritatẽ, doctioremq; prudentiam, & per concilia licere reprehendi ſi quid in eis forte a ueritate deuiatum eſt?

Idem in epiſtola ad Vincentium:

a Quantalibet. Argu. quod non eſt conſiderandum quis dicat, ſed quid dicatur: ut xix. diſt. ſecundum. & eſt argu. pro dictis quorundam teſtium, quod non eſt credendum magis honorabiliori perſonæ, quam alij: quia ueritas a quocunq; prolata ſemper præferenda eſt: ut ij. qõ. vij. quæritur. & j. ea. neq;. ff. de ſup. le. l. Labeo. Eis enim magis credit̃, qui rei aptiora dicunt, ut iiij. q. iij. c. placuit. §. item in criminali. uer. ſi teſtes. Nec ſanctitas pſonę pdeſt ut citius credat̃. l. diſt. ſi quis præpoſtera. & arg. ad idẽ j. q. j. teneamus. vj. q. ij. placuit. & iij. q. ix. c. ult. Argum. contra. 1 xj. q. j. quicunque. xcvij. diſt. nobiliſſimus. & vij. q. iij. c. j. & xlj. diſ. cap. j. & xj. qõ. iij. abſit.

b Probabiles. Argu. rõ æquiualet canoni, ut s. diſt. j. conſuetudo. & j. c. ſane. Ioan.

c VT veterũ. ideſt ueteris teſtamenti.

d Græci. Hiero. in ſecundo prologo Bibliæ contra ait: dicens, quod emendatiora ſunt exẽplaria Latina, quã Græca, & Græca quã Hebræa. Sed Aug. ad primitiuã eccleſiã reſpicit, qñ exemplaria Græca & Hebræa non erãt corrupta ſed procedẽte tpe cum populus Chriſtianꝰ multũ eſſet auctus, & hæreſes multæ eſſent factæ inter Græcos, in inuidiam Chriſtianorum Iudæi, & Græci ſua exemplaria corruperunt: & ſic factũ eſt quod exemplaria eorũ magis corrupta ſint, quam Latinorũ: ad quod tempus reſpicit Hieron. Vel reſpicit ad Latina exẽplaria a fidelibus interpretibus translata. Aug. reſpicit ad exemplaria Latina a nõ fidelibus & falſatoribus translata, in quibus ſi quid falſitatis uideatur, dicit eundum eſſe ad originalia. Vel dic quod in hoc magis credendum eſt Hieron. quàm Aug. quia inter iſtos tres Aug. Hieron. & Grego. Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs & translationibus. Gregorius in moralibus præponitur: quia non omnes in omnibus, ſed certi per certa, &c. C. de uete. iure enuc. l. j. ibi, quia non oẽs. Et eſt hic ar. quod quantuncunq; authenticũ ſit, aliquod inſtrumẽtum, ſi tamen de ipſo aliquid in dubium reuocetur, ſemper exhibendum ſit illud a quo originem ducit: ut j. lxxvj. diſtin. cap. ieiunium. in princ. & j. xxv. qõ. ij. ſancimus. & optime extra de ſenten. & re iud. cum inter. Et hoc contra dominum Alber. qui dicit, quod ſi una publica charta originem ducit ab alia publica charta, non eſt neceſſe exhibere originale. argu. in authen. ut frat. filij. §. quia uero. col. ult. ſecus in priuata. authen. ut ſpõ. largi. §. & hoc inſuper. colla. viij. ar. pro ipo xix. di. ſi Romanorũ. Quid iuris ſit de hoc, dixi j. c. diſtin. contra morem.

e Sermonis. Totũ enim nouum teſtamentum ſcriptum eſt Græce præter Euãgeliũ Matthęi, & epiſtolam Pauli ad Romanos, quæ eſt ſcripta Latine. Ioan.

f SI ad. Officioſa. Officioſa dicuntur, quæ continent pietatẽ, quę nulli obſunt, & alicui proſunt: ſicut inofficioſum dicitur teſtamentum, quod eſt contra officium pietatis: ut ff. de inof. teſ. l. iij.

g Quid in eis. Ar. quod ſi inſtrumenta uel atteſtationes pro parte inueniuntur falſę, quod in totum reprobãtur, ut j xvj. diſt. canones. & iij. qõ. ix. pura. & j. de cõſec. diſtinct. iij. non liceat, & ff. de ędil. edic. eiuſdem. Argum. contra. lxxvij. diſtinct. qui de menſa. xij. qõ. ij. ſi quis. & de conſec. diſtinct. iiij. ſi non ſanctificatur. & xvij. quæſt. iiij. que ſti ſunt. & extra de arbi. l. cum tempore. & de præben. c. dilectus. & C. de tranſact. l. ſi ex falſis. Sol. ſi plura cap. ſibi connexa ſunt, uel unũ eſt acceſſorium alteri, uno caſſato, connexa. & acceſſoria caſſantur. Secus ſi diuerſa & ſeparata ſunt. ff. de mi. l. etiam. §. fina. & ff. de nego. geſt. l. eum actum. & j. ij. q. vj. §. definitiua. uer. eſt autem quandoq; circa finem. Vel diſtingue, ut diſtinguitur extra de fide inſtrumentorum. c. ex literis. 3 Ioan. Ego dico quod ſi aliquid falſitatis reperiatur in inſtrumento, quod totum redditur ſuſpectum, nec ei creditur: ut ff. de fide inſtrumentorum. lege ſecunda. in fine. & hoc notatur in quæſtionibus. Bartholomæus Brixienſis.

h Pondere. Id eſt, authoritate.

i QVis neſciat ſacram. Terminis. Id eſt, libris.

k Diſceptari. Ita ut in dubium reuocentur, quæ ſibi ſtatuta ſunt. Sed diſputare licet de eis ad maiorem

1 Iſta cõtraria oia q̃ ſequunt̃ aut nullo modo cõtradicunt aut uilia ſunt contraria. uel dic qđ in hoc ſunt cõtraria: qa uni ſoli qñque creditur, ut illa iura probãt ppter dignitatem pſonæ, ſecundum Ioan. de Fan.

3 Scilicet ſup diuerſis articulis, ſ. ſi ille articulus non eſt uitioſus, in quo tota eſt uiſquęſtionis, ut i hac dec. ex literis. & ſic ĩtelligit̃ C. de teſ. ſi unꝰ. & ff. de fi. inſtr. l. ij. ſecũdum Io. de Fa.

iem intelligentiã nõ reprobando. xcvj. diſt. ſatis.

a N Oli. Calũnias. Verba enim iuris nõ ſunt calumnianda, infra xxxvij. diſtin. relatum. & ff. ad exhi. l. penul.

b Donati. Donatus primo fuit catholicus, ſed poſtea eſt in hæreſim lapſus: cuius hæreſi adhæſerunt Cyprianus & Agrippinus.

c N Eque. Diſputatiões. Id eſt, expoſitiões. non enim ex ipſo læditur fama alicuius, per id quod reprobatur teſtimonium ſuum: ut extra de exceptio. l. denique.

d In ſcripturis. Argumẽ. quod quiſque iuris in alterũ ſtatuit, &c. ſic ij. quæſtio. vj. qui ſe ſcit. xxij. quæſt. v. de forma. ff. quod quiſque iur. l. j. extra de conſtitut. cum omnes.

e S Ana. Alias ſane.

f Cui. Rationi.

g Concordant. quandoque.

h Sed illa. Exempla. Hoc ideo dicit, quia non ſemper imitanda ſunt exempla. C. de ſen ten. l. nemo. ſed exemplum Papæ eſt ſequẽdum: ut xvj. q. iij. licet. extra de ſenten. & re iudic. c. in cauſis.

i Excellentiora. Non eſt tale exemplum Lucretiæ. xxxij. q. v. propoſito. uer. Lucretiam.

k Pietate. Argu. pro miſericordia a iudice impetrãda, ut xlv. diſt. c. licet plerunque. xxvj. q. ulti. alligant. l. diſtin. ponderet. j. q. vij. diſpẽſationes. & c. exigunt. lxxxvj. diſtinct. non ſatis. xxxv. qõ. ix. c. ueniam. de pœni. diſtin. j. quia diuinitatis. Argument.

Sive

Philip.

Scilicet rõne. q. d. ubi exemptum non cõcordat rõni, non eſt ſequendum. nam illud exẽplum Lucretiæ nõ cõcordat rationi. Archi.

Ex dictis quorumlibet epiſcoporum contra diuina mandata calumnia non colligantur.

CAN. IX.

NOli frater contra diuina tam multa, tam præclara, tam indubitata teſtimonia colligere uelle calumnias a ex epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorũ, ſicut † Hilarij, ſiue Cypriani, & Agrippini antè, quàm pars Donati b ſeparetur. primoq; hoc genus literarum ab authoritate canonum diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur, tanquam ita ex eis teſtimonium proferatur, ut conra ſentire nõ liceat ſicubi fortè aliter ſapuerint, quàm ueritas poſtulat. In eo quippe numero ſumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apoſtolo accipere: † Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque uobis Deus reuelauit.

Idem in epiſtola ad Fortunatum.

Non debetur par reuerentia canonicis ſcripturis, & expoſitionibus earum.

CAN. X.

NEque quorumlibet diſputationes, c quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, ueluti ſcripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat ſalua honorificentia, quæ illis debetur, hominibus, aliquid in eorum ſcripturis d improbare, atque reſpuere, ſi fortè inueniremus, quòd aliter ſenſerint, quàm ueritas habet, diuino adiutorio, uel ab alijs intellecta, uel à nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorum, quales uolo eſſe intellectores meorum.

Idem ad Caſulanum.

Exemplis ratio ſana præfertur.

CAN. XI.

SAna e quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt, cui f quidem & exempla concordant: g ſed illa, h quæ tantum digniora ſunt imitatione, quantum excellentiora i pietate. k

Cùm ergo l naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus uult fieri, nihilque aliud uetetur, quàm quod Deus prohibet fieri: deniq; cùm in canonica ſcriptura nihil aliud, quàm in diuinis ſcripturis & legibus inueniatur, diuinæ uerò leges natura cõſiſtant: patet quòd quæcunq; diuinæ uoluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur, eadem etiam naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcunq; diuinæ uoluntati ſeu canonicæ ſcripturæ ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo, uel eccleſiaſticæ, uel ſeculares, ſi naturali iuri cõtrariæ probãtur, penitus ſunt excludendæ.

contra. l. diſt. abſit. xxiij. q. iiij. eſt iniuſt. xxxv. qõ. ix. c. loci. contra. xlv. diſtin. ſed illud. extra de ſortileg. c. ex tenore.

l Cum ergo. Infert ex ſupradictis, uel cõtinuat ad inferiora hoc modo cũ in iure naturali nihil præcipiat, uel uetet, quàm quod Deus uult fieri, uel nõ fieri, [redacted]. Et facit hic correlationem iuris naturalis ad canonicã ſcripturam & diuinas leges.

C Onſtitutiones. Hæc diſt. diuidit in duas partes, in quarum prima probat per quinque capitula, quod leges principũ nõ præiudicant canonibus. Secunda ibi, ecce Io. de Fant.

m Conſtitutiones. in hac decima diſt. oſtendit magiſter, quod ſecularis cõſtitutio cedit eccleſiaſticæ, quia ſacræ leges nõ dedignantur ſequi ſacros canones: ut ij. quæſtio. iij. §. hinc colligitur, extra de iu dic. c. cleri. 1 Lege.

1 Cõcor. tex. l. leges ſacratiſsimæ, cũ cõcor. uulga. C. de epiſco. & cleri.

DISTINC. X.

COnſtitutiones m uero principum eccleſiaſticis conſtitutionibus nõ præeminẽt, ſed obſequuntur.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit epiſcopis in concilio apud Conuiciniũ congregatis.

Lex imperatoria eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt.

CAN. I.

Lege Imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſijs utendum eſt: præſertim cùm inueniatur Euangelicæ ac catholicæ ſanctioni aliquoties obuiare. Itē lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Imperiali iudicio nō poſſunt iura eccleſiaſticā diſſolui. Ad quod oſtendendum duorum horum, ſcilicet Innoc. & Greg. ſatis ſufficiunt teſtimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epiſtola ſua ad Alexandrum Antiochenum epiſcopū ait: Quod ſciſcitaris (inquiēs) utrùm diuiſis [a] Imperiali iudicio prouincijs, ut duæ metropoles fiant, duo metropolitani debeant nōminari: non uiſum eſt nobis ad mutabilitatem neceſsitatum mundanarum rerum, Dei eccleſiam [b] commutari, honoresque aut diuiſiones [c] perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator. Beatus Gregorius ſcribēs ad Theotiſtam patritium ait inter cætera: Si (inquit) religionis cauſa coniugia debere diſſolui dicantur, ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana [d] conceſsit, lex tamen diuina prohibuit. Ecce quemadmodū Imperiali iudicio nō poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ecce qualiter, quod lex humana conceſsit, diuina lex prohibuit.

Non, quod Imperatorum leges, quibus ſæpe eccleſia utitur contra hæreticos, [e] ſæpe contra tyrannos, atque contra prauos quoſcunque defenditur, dicamus penitus renuendas: ſed quòd eas Euangelicis & Apoſtolicis, atque canonicis decretis, quibus poſtponendæ ſunt, nō poſſe inferre præiudicium aſſeramus.

Item Symmachus Papa in vj. ſynodo.

Nihil quod Euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet.

CAN. II.

Non licet [f] Imperatori, uel cuiquā pietatem cuſtodienti aliquid contra diuina mādata præſumere, nec quicquā quod Euangelicis uel Propheticis, aut Apoſtolicis regulis obuiet, agere.

Item Felix Papa loquitur principi.

In eccleſiaſticis cauſis regia uoluntas ſacerdotibus eſt poſtponenda.

CAN. III.

Certum eſt [g] hoc rebus ueſtris eſſe ſalutare, ut cùm de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius conſtitutionem regiam uoluntatem ſacerdotibus Chriſti ſtudeat is ſubdere, non præferre, & ſacroſancta [h] per eorū præſules potius diſcere, quàm docere, eccleſiaſticā formam ſequi, non huic humanitus ſequēda iura præfigere: neq; in eius ſanctionibus uelle dominari cuius [i] clementiæ Deus uoluit tuæ piæ deuotionis colla ſubmittere, [k] ne dum menſura [l] cæleſtis diſpenſationis

[a] Lege. Diuiſis Imperiali iudicio prouincijs. Imperator diuidit puinciās. ut ff. de offi. c. aſſeſ. l. ſi eadem. & Papa epatus diuidit, & unit epiſcopus eccleſias, ut extra de exceſ. prælat. ſicut unire. Quid autem iuris ſit dum uniuntur, uel diuiduntur, not. xvj. q. j. poſtquam & c. & temporis. Licet ergo Imperator diuidat unā prouinciā in duas, non ideo erūt duæ metropoles, ut hic & cj. diſtinct. pervenit. Et eſt hic ar. quod ſi princeps legitimat aliquē in temporalibus, non ideo eſt legitimatus in ſpiritualib. extra qui filij ſint legi. per uenerabilem. niſi ubi princeps reſtituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis: ut vj. q. j. c. ſunt plurimi. & uerum.

Legitimatus quo ad temporalia, non cenſetur quoad ſpiritualia.

[b] Eccleſiam. Eccleſia non adſtringitur mundanis legibus. xxxiij. q. ij. inter hec. etiam de rebus eccleſiaſticis poteſt Imperator legem cōdere. ut xcvj. diſt. bene. niſi hoc eccleſia petat. xvij. diſt. c. concilia. §. hinc etiam. & niſi in eccleſia priuilegiū ſtatuat aliquid: ut xvj. q. j. generaliter. & q. iij. nemo. Ioan.

[c] Diuiſiones. Arg. quod epiſcopus inuito plebano non poteſt diuidere parochiam eius: nec Papa inuito epiſcopo diuidere epiſcopatū: ut xvj. q. j. c. multis. Quod enim eſt unū, diuidi non poteſt: ut xxiiij. q. j. loquitur. & c. ſchiſma. Ioan. Sed credo q Papa hoc poſſit facere ex cauſa, & etiam epiſcopus: ut in ea. decre. ſicut uenire. Bartol.

[d] Lex humana. Vt habes xxvij. q. ij. ſunt qui dicūt. Sed mirum eſt cū Iuſtinianus fuerit ualde catholicus Imperator qualiter illud ſtatuerit contra legem do(mini), cùm dominus dixerit, quod ob ſolam cauſam fornicationis mulier poſsit ſeparari a uiro. ut xxxiij. quæſt. ij. quos Deus? Sed dic (ut quidam dicunt) quod ignoranter fecit: & ideo ueniam meruit, ut 7. vuj. diſtinct. conſuetudo. Vel errauit ſicut Hiere. ut xxvj. diſtinct. c. j. Vel ideo permiſit hoc, ut grauia uitarentur: ſicut uſuras permiſit, ut uitarentur rapinæ: & coniugia permiſit diſſolui, ut uitaretur uxoricidium. ut xxxiij. q. ij. c. ſi quod uerius.

[e] Contra hæreticos. Et ſic utor pro me, quo non utor contra me. J. xxxvij. diſt. c. ſi quid uerius. & ij. q. vij. c. ſi hæreticus. & ſic eſt contra xix. diſt. c. ſi Romanorum. in fine. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. item ſi quis teſtibus.

[f] Non licet. Argumentum cōtra illas leges, quæ permitūt uſuras exigere. ar. xj. q. j. quicunque litem. & ix. diſ. c. j. uer. quicunque. & xcvj. diſtin. bene. xj. quæſt. iij. ca. quā omnipotentē. xxv. q. j. omne quod & c. nulli. & c. generali. xxiij. quæſtio. viij. c. conuenior. arg. cōtradi. lxiij. Adrianus ij.

[g] Certum eſt. hoc c. & c. ſuſcipitis. & c. qui loquuntur quaſi de eadem materia.

[h] Sacroſancta. id eſt, præcepta.

[i] Cuius. ſ. eccleſiæ.

[k] Submittere. Imperator enim filius eſt eccleſiæ, non præſul, ut xcvj. diſtinct. c. ſi Imperator. & inclinabit caput ſuum epiſcopis, ut lxiij. diſtinctione cap. Valentinianus. & excommunicari poteſt ab epiſcopo: ut xviij. diſtinctio. capitu. quoniam quidem. & xcvj. diſt. duo.

[l] Menſura. Id eſt, dum Imperator excedit menſuram ſuam.

Conſti-

a Conſtitutiones. Nunquid ergo legibus ſemper derogatur per canones? Abſit, niſi quo ad cauſas ſpirituales. & hoc eſt, quod dicitur de conſe.diſt. iij.c.celebritatem.ibi,alia eſt ratio cauſarum ſecularium,alia diuinarum. arg.ī.ea.c.j.Vtrunq; enim ſuo modo rationabiliter conſtitutū eſt, ſed diuerſo modo arg.ī.eo.certum. Nec Papa poteſt leges tollere, niſi quo ad ſuum forū. Imperium enim & ſacerdotiū ex eodē principio prodierunt, ut in authen. quomodo opor. epiſ. in princ. col.j.arg.ī.ea.diſt. cap.quoniam. Sed hoc non credo, ut extra de præſcrip. c.quoniam omne.

b Mores. Nec iuramentum obligat contra bonos mores: ut extra de iureiurā. quemadmodum. & ff.de leg.j. l. ſi quis inquilinos. §.ultimo.

Iuramentum cōtra bonos mores nō obligat.

c Imperium. Adminiſtrationibus. Diſtincta eſt enim poteſtas ſua a poteſtate pontificali: ut ī. ead. ca. quoniam. & xcvj. diſt. c. cum ad uerum. Alioquin ſi uſurpat eorum officia, lepra percutiē,ut Ozias. ij.q. vij.ca. nos ſi incōpetēter. §.itē cum Dauid. Tn̄ inuenit quod reges conferunt decanatus, ut extra de cōſue. cum inter.in parte deciſa.Ioan.

d Suſcipiatis. libertatem. id eſt,uerbum prædicationis.

e Accipitis.id eſt, accipere debetis.

f Perfectiorem. ut xcvj. diſtin.duo ſunt.

g Spiritus. Id eſt, eccleſiaſtica conſtitutio.

h Carni.id eſt, ſeculari cōſtitutiōi.

Bonum: ut habetur extra de noui operis nuntiat.intelleximus.

k Ciuem. Ciuem Romanum appellat ſe: quia pater eius ſocietatem contraxerat cum Romanis, & in ſignum fuit data ei penula. 1

exceditur, eatur in contumeliam diſponentis.

Idem.

Bonis moribus et decretis Romanorum Pontificum conſtitutiones contraire non poſſunt.

CAN. IIII.

Conſtitutiones a cōtra canones & decreta præſulū Romanorū uel bonos mores, b nullius ſunt momenti.

Item Nicolaus Papa.

Quæ ſacerdotum ſunt, regibus uſurpare non licet.

CAN. V.

Imperium ueſtrū ſuis reipublicæ quotidianis adminiſtrationibus c debet eſſe contentum, nō uſurpare, quæ ſacerdotibus domini ſolum conueniunt.

Itē Gregorius Nazianzenus Imperatoribus Cōſtantinopolitanis.

Tribunalia regum ſacerdotali ſunt poteſtati ſubiecta.

CAN. VI.

Suſcipitisne libertatē d uerbi? libenter accipitis, e quòd lex Chriſti ſacerdotali uos ſubijcit poteſtati, atq; iſtis tribunalibus ſubdit. Dedit enim & nobis poteſtatē, dedit & principatū multo perfectiorē f principatibus ueſtris. Aut nūquid iuſtū uobis uidetur, ſi cedat ſpiritus g carni, h ſi a terrenis cœleſtia ſuperētur, & ſi diuinis præferantur humana? 2 Ecce ꝙ conſtitutiones principum eccleſiaſticis legibus poſtponendæ ſunt: ubi autem Euangelicis,atq; canonicis decretis nō obuiauerint, omni reuerentia dignæ habeantur.

Vnde Aug.ait in Dialogo contra Petilianum.

Leges Imperatorum in adiutorium eccleſiæ licet aſſumere.

CAN. VII.

Si in adiutorium ueſtrum i terreni imperij leges aſſumēdas putatis, nō reprehendimus. Nam fecit hoc Paulus, cum aduerſus iniurioſos Romanum ciuem k ſe eſſe teſtatur.

Item Cyprianus Iuliano Imperatori.

Reges Pontificibus pro æterna uita, & Pontifices regibus pro temporalibus indigent.

CAN. VIII.

Quoniam l idē mediator Dei & hominum m homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus n proprijs, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcreuit o propria uolēs medicinali humilitate hominū corda ſurſum efferri, nō humana ſuperbia rurſus in inferiora demergi, ut etiā Chriſtiani Imperatores pro æterna uita Pontificibus indigerent, & pon

l Quoniam. hoc capitulū eſt pars illius xcvj. diſtinct. cap. cum ad uerum.

m Dei & hominū idest diuinæ & humanæ naturæ. de conſec. diſt.ij.c.in Chriſto pater.

n Sic actibus. ſcilicet ipſorum officiorum. Quædam enim fecit tanquā Imperator,cū uendentes & ementes flagellādo de templo eiecit. j. q.iij. ex multis. 3 & c. uendētes. Quædā ut ſacerdos, cum ſeipſum obtulit hoſtiā diſcipulis ſuis dicēs: Hoc eſt corpus meum, &c. de conſec.diſt.ij.c.ſacerdos. Sed contrarium probatur per authoritatē iſtam, ſcilicet ꝙ deus noluit ea eſſe diſtincta:cum ꝑ ſeipſum utriuſq; poteſtatis actus exercuit. Rn̄. hoc iō fecit, ut oſtēderet qđ utraq; poteſtas ab eo proceſsit, nō ꝙ una ꝑſona illa duo officia exerceat, uel gererē debeat. Hæc enim duo dona Imperiū & ſacerdotiū ab eodē principio ſunt,ut in authen. qūo opor.epiſc. in prin.collat.j.

o Diſcreuit. Cum ergo pt̄ātes iſtæ ſint diſtinctæ, eſt hic ar. quod Imperium nō habetur a papa, & ꝙ papa nō hēt utrūq; gladiū.nā exercitus facit Imperatorē:ut xciij. diſtin.c.legimus. & Imperiū a ſolo Deo habetē:ut xxiij. q.iiij.c.queſitum.alioqui ſi ab ipſo haberetē, licite appellaretur in tēporalibus ad ipſum:quod prohibet Alex. & dicit ꝙ illa nō cōtingunt ſuā iuriſdictionē.extra de appel.c. ſi duobus.& extra qui filij ſint leg. cauſam. & c. lator.Item eccleſiæ ſoluunt tributum Imperatori: ut xj.q.j.c.magnum. Sed contra, & cœleſtis & terreni Imperij iura ſunt ei conceſſa. ut xxij.diſtin c.j.Item Imperator iurat papæ, ut lxuj.diſtin.tibi domino.& papa

1 Ad horum intelligentiam ſcias qđ gl.2.tit.3. dicit ſic: Penula ueſtis erat cōſularis qua induebantur cōſules ingrediētes curiam. Chriſtus fuit Imperator & ſacerdos. ij.q.vij. accuſator

3 Ad hoc xxiij. qō. iiij. quæſitum.

Ecce. Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua probatur per ſeptem capi. quod quando leges non contradicunt canonibus amplectendæ ſunt. Archid.

CASVS *per ſe patet, & ad probandum iſtud quod dicitur in §.induxit Gratia ſeq.capi.*

i Si in adiutorium ueſtrum. Hoc ideo dicit, quia non ſunt allegandæ leges, niſi in defectum ca-

papa deponit Imperatorem: ut xv.q.vj. alius. Item ipſe tranſtulit Imperium de Oriente in Occidẽtem, extra de elec.c. uenerabilem. Ego credo poteſtates eſſe diſtinctas, licet papa quandoq; utranq; poteſtatem ſibi aſſumat, ſcilicet cum legitimat aliquẽ in ſpiritualibus & tẽporalibus: ut extra qui filij ſint legiti. per uenerabilem. Sed illud fuit ad petitionem Regis, q hoc ipſum feciſſe potuit, ut ibi dicitur. Nec obſt. qđ a ſeculari iudice appellaē ad papã: quia hoc fit ꝓpter defectũ iudicis ſecularis, ut exprimitur extra de foro compe. licet. ſed facit ad petitionem Regis. Nam etiam uacante Imperio ſupplet defectum Imperij: ut extra de fo. compe. licet.

[redacted]

Cauſæ matrimoniales, an ſint legib⁹ decidendæ.

a Pro curſu. Argu. quod in matrimonio, & cæteris cauſis ſpiritualib⁹ non ſit utẽdum legibus Impialibus. Sed contra. xxxv. q.v. ad ſedem. Dic ergo, quod illud tantũmodo determinat illud uerbũ temporalium, ſed non illud uerbum uterentur: ut ſicut ſpirituales cauſæ ad iudicem ſecularem non pertinẽt: ſic nec cauſa ſanguinis ad eccleſiaſticum: ut j. xxiij. q. viij. ſæpe principes. & capit. his, a quibus.

[redacted]

b De capitulis. Põtificum. Imperatores enim olim pontifices appellabant: ut xxj. diſt. cleros.

c Mendacem. Ex magna hũilitate † hic loquitur, ſicut alibi. j. ij. qõ. vij. nos ſi incõpetẽter.

d Idēſt Diſſolui. j. xxv. q. ij. Imperiali. Hæc regula ſupplet per aliã regulam, quod principali deſtructo deſtruit acceſſorium, & omne quod ſequitur ex eo, ut extra de fide inſtru. inter dilectos. in fine. Sed hæc regula multas recipit inſtantias. Contra legem enim fit, ſi contrahitur poſt ſimplex uotum: tamen contractus tenet, ut xxvij. q. j. nuptiarum. Itẽ prohibetur, ut ſententia feratur ſub conditione: tamen ſi lata fuerit, tenet: ut ij. q. vj. biduum. circa prin. Item prohibetur, ne epiſcopus conſecret alterius eccleſiã: tamen ſi conſecrauerit, tenet conſecratio: ut vij. q. j. epiſcopus in diœceſi. Sed dic, quod hæc regula intelligitur de talibus, ubi eſt perpetua cauſa prohibitionis, ſcilicet ne filius cõtrahat cum matre. Vel dic, qđ merentur diſſolui, niſi ubi per conſtitutionem aliam tolerarentur. Argu. contra. xlv. diſt. de Iudæis. ſed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & ſump. fu. l. ſunt perſonæ.

[redacted]

tifices pro curſu [a] tẽporalium tantummodo rerũ Imperialibus legibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minimè ſecularibus negotijs ſeſe implicaret: ac uiciſsim ne ille rebus diuinis præſidere uideretur, qui eſſet ſecularibus negotijs implicatus.

Item Leo quartus Lothario Auguſto. †

Leges Imperatorum cuſtodiri oportet.

CAN. IX.

DE capitulis uel præceptis Imperialibus ueſtris, ueſtrorumq; etiã Pontificum [b] prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis, & conſeruandis, quãto ualuimus & ualemus Chriſto propitio, & nunc, & in æuum nos conſeruaturos modis omnibus profitemur: & ſi fortaſſe quilibet aliter uobis dixerit, uel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem [c].

Itẽ Ioan. vij. † Ludouico Imperatori.

Legis authoritate diſſoluitur, quod contra eam fit.

CAN. X.

VIdes, fili chariſsime, quia quicquid contra leges accipitur, per leges diſſolui [d] meretur.

Item Gelaſius Rufino & Aprili epiſcopis.

Leges principum, aut regulas patrum contemni nõ licet.

CAN. XI.

QVis autẽ leges principum, aut regulas patrũ, aut admonitiones paternas dicat debere contemni [e]: niſi qui impunitum ſibi tãtum exiſtimet tranſire cõmiſſum?

Itẽ Theoderico regi. †

Seruentur ab omnibus Romanorum principum leges.

CAN. XII.

CErtum eſt magnificentiam ueſtram leges Romanorum principum, quas [f] in negotijs [g] hominum cuſtodiẽdas eſſe præceperit, multò magis circa reuerentiam beati Petri Apoſtoli pro ſuæ felicitatis augmento uelle ſeruari.

Item Leo quartus Lothario Auguſto.

Romana lex nullius temeritate debet corrumpi.

CAN. XIII.

VEſtram flagitamus clementiam, ut ſicut hactenus Romana lex uiguit abſq; uniuerſis procellis, & quæ pro nullius [h] perſona hominis reminiſcitur [i] eſſe corrupta, ita & nunc ſuum robur, propriumq; uigorem obtineat.

DISTINC. XI.

QVòd uerò [k] legibus conſuetudo cedat, Iſidorus teſtatur, dicens in ſynonymis libro ſecundo.

e Quis autẽ. Cõtemni. qui cõtẽnit leges, peccat: non tamen omnis peccat, qui nõ paret legibus, ubi de conſilio loquuntur: ut xiiij. q. j. quiſquis. & ſic aliud eſt cõtemnere, aliud eſt non parere. Ioan.

f Certum eſt. Quas. id eſt, quia eas.

g In negotijs. hoc uult dicere, quod ex quo leges ſeruantur in negotijs laicorũ, multo fortius ſunt ſeruandæ in negotijs clericorum: niſi obuient canonicis inſtitutis.

h Veſtrã. Quæ pro nullius. quia in nullius pſona omittendũ eſt, quod ſtatutis generalibus cõtinetur: ut lxj. diſtinct. miramur.

i Reminiſcitur. falſitate.

Quod uero. Hæc diſtinctio diuiditur ĩ duas partes. In prima probat Gratianus, qđ conſuetudo cedit legi. Secunda ibi. Cum uero. Ioan. de Fant.

k Quod uero, Hic intitulatur undecima diſtinctio. in qua dicitur, quod conſuetudo praua cedit legi tam eccleſiaſticæ quàm ſeculari. Sed nota, quod cõſuetudo quædam

Conſuetudo duplex eſt.

Prauus uſus ratione ſuperatur & lege.

CAN. I.

V Sus [a] authoritati [b] cedat: prauũ uſum & lex & ratio uincat. [c]

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori.

Non poteſt ſtatutis Pontificum conſuetudo cuiuſquam refragari.

CAN. II.

C Onſequens eſt, [d] ut quod ab huius ſedis rectoribus plena [e] authoritate ſancitur, nullius conſuetudinis [f] præpediente occaſione proprias tantummodo ſequẽdo uolũtates remoueatur: ſed firmius atquẽ inconcuſsè teneatur.

Item Iulius Papa.

No licet à conſuetudine Romanæ eccleſiæ mẽbris diſsiſtire.

CAN. III.

N Olite errare, fratres mei chariſsimi, doctrinis uarijs & extraneis nolite abduci: & inſtituta Apoſtolorum & Apoſtolicorum uirorũ canonesq; habetis: his fruimini: ut freti eis contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere ualeatis. Satis enim indignum eſt, quenquam uel pontificum, uel ordinum ſubſequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi uiderit, & docere. [g] Multum enim conuenit, ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibi obſeruatione concordet, quæ inde authoritatẽ habet, ubi dominus totius eccleſiæ poſuit principatũ.

Itẽ Codice libro octano, titulo quæ ſit longa cõſuetudo.

Non poteſt uſus & conſuetudo legem et rationem uincere.

CAN. IIII.

C Onſuetudinis, uſuſque longæui non uilis authoritas eſt, uerùm non uſqueadeo ualitura momento, ut aut rationẽ uincat, [h] aut legem ſcriptam.

[a] Cum uerò nec ſacris canonibus nec humanis legibus [i] conſuetudo obuiare monſtratur, incõcuſſa conſuetudo ſeruãda eſt.

Vnde Auguſt. ait in libro ex dictis Baſilij.

Inuiolabilis eſt conſuetudo, quæ nec humanis legibus, nec ſacris canonibus obuiare monſtratur.

CAN. V.

E Ccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam in ſcriptis, quaſdã uerò Apoſtolica traditione [k] per ſucceſſores in miniſterio [l] cõfirmatas accepimus: quaſdam uerò conſuetudine [m] roboratas approbauit uſus: quibus par ritus, & idem utriuſque pietatis debetur affectus: unde [n] quis uel [o] aliquantulum ſacrarum expertus

---

dam eſt generalis, quædam eſt ſpecialis. Specialis, ut infra eadem diſtinctione. catholica. & xij. diſtinct. illa. Generalis eſt quæ uniuerſaliter & conſenſu oĩum eſt approbata, & omnes diſtringit: & hæc tanquam canon, uel tanquam lex eſt obſeruanda, ut infra eadem eccleſiaſticarum. & cap. quis neſciat. Specialis ſiue particularis ẽ illa, quæ homines alicuius loci adſtringit, & in eodem loco habet legis uigorem: ut infra eadem diſtinct. catholica. niſi ſit onerosa: ut xij. diſtinctio. omnia. lxviij. diſtinct. corepiſcopi: uel niſi pariat occaſionem malignandi: tunc enim reijcitur, argumen. xij. diſ. nos cõſuetudinẽ. Olim enim Donatiſtæ de facili recipiebantur, & de conſuetudine ad primatiam promouebant: quod abolitum eſt, quia hæreticis prauitas inde minus cauebatur. Vel niſi ſit contraria conſtitutioni: ut j. e. c. ij & iij. Et niſi conſuetudo ſit prodita ex illis cauſis, ut j. xvi. diſtinctio. ſciendum. Vel niſi princeps conſentiat, uel niſi ſit ſuper tali articulo, qui indifferens eſt. ut infra proxi. diſtinctio. illa. Hug. Sed melius diſtingue ut dixi. ſ. vij. diſtin. cap. fruſtra. Ioan.

[a] V Sus. Malus.

[b] Authoritati. Scriptæ.

[c] Et ratio uincat. Vt ſupra diſtinctione viij. ueritate. Ioan.

[d] C Onſequens eſt. Id eſt, conueniens.

[e] Plena. Papæ authoritas plena eſt, aliorum epiſcoporum ſemiplena eſt: quia ipſi ſunt in partem ſolicitudinis uocati, non in plenitudinem poteſtatis: ut ij. queſtione vj. decreto. & c. qui ſe ſcit.

[f] Conſuetudinis. Niſi talis ſit conſuetudo, quæ poſſit præiudicare iuri, ut nota ſ. viij. diſtinctio. fruſtra. Ioan.

[g] N Olite. Et docere patet hic, quod non ſemper conſuetudinem Roma. eccleſiæ tenemur ſequi, niſi ipſa præcipiat eam eſſe ſeruandam: ut j. ead. cap. ultimo. multa enim ſeruat Rom. eccle. quæ aliæ non ſeruant: ut xxxj. diſt. aliter. & de conſecr. di. iiij. de trina. & diſt. j. de hymnis.

[h] C Onſuetudinis. Vincat. Argum. quod conſuetudo nunquam tollit legem: ut ſ. j. diſtinct. conſuetudo. Sed obijcitur: hæc lex aut loquitur de bona conſuetudine, aut de mala. Si de bona, illã nulla ratio uincet. Sed de mala, de illa non poteſt dici, quod non ſit uilis eius authoritas. ad hoc dicunt quidam, quod principium loquitur de bona, finis autem de mala conſuetudine. ſed ille intellectus ineptus eſt, qui ſeparat caudã à capite. quod non licet. extra de bap. maiores. Alij fere oẽs ita exponunt, quod hic dicitur, non uincit legem: ſupple generalem: ſed in eo municipio bene uincit, ubi ſeruatur. Sed certe de hoc nunquam aliquis dubitauit, quod conſuetudo particularis non debet uincere legem in omnibus alijs locis. Ideo ex ponas de conſuetudine particulari q̃ licet bona ſit non tamen uincit legẽ etiam in illo loco, niſi adſint illa quæ dixi ſ. diſtinc. viij. fruſtra.

Cũ uero. Hæc eſt ſecũda pars, in qua probat per vij. cap. quod conſuetudo bona eſt amplectẽda Ioan. de Fant. Caſus ab hoc loco tractat de bona conſuetudine uſq; ad finem.

[i] Legibus. xxv. q. j. ideo Archid.

[k] E Ccleſiaſticarum. Traditione. ſine ſcriptis Io.

[l] In miniſterio. diuino.

[m] Conſuetudine. Non ab Apoſtolis, ſed neſcitur à quo.

ADDITIO. Scilicet ritu. l. obſeruantia. Hug.

[n] Vnde. Id eſt, de quo ritu, uel obſeruantia.

[o] Vel. Id eſt, etiam.

---

[a] Ad hoc concord. Placen. dicens conſuetudinẽ legi contrariã nõ tollere [1] commune ſ eo municipio, ubi obtinet: niſi de cõſenſu prĩcipis. arg. ff. de ſep. uiolato. l. iij. §. diu[o]. Heb. 14. d

Conſuetudo Romana nõ ſemper eſt ſeruanda.

ſcripturarũ hęſitauerit a? Si enim attenderimus cõſuetudines eccleſiæ non per ſcripturas b à patribus traditas, nihil æſtimare, c quantum religio detrimenti ſit latura d intentiuè e inſpicientibus liquidò conſtabit. Quæ enim (ut inde exordiamur) ſcriptura f ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri, uel quæ triphariam g digeſta ſuper panem & calicem prolixæ orationis, uel conſecrationis uerba commendauit? nam non modò quod in Euangelio continetur, uel ab Apoſtolo, quod eſt inſertum ſecretis dicimus, ſed & alia plura h adijcimus magnam quaſi uim commendantia myſterijs, quæ Orientem uerſus i nos literarũ orare forma docuit? Benedicimus fontem baptiſmatis oleo unctiõis. Huic accedit, quòd ter oleo k inungimus quos baptizamus, uerbis abrenũtiare Satanæ & Angelis eius, informamus.

Vnde & hæc, & alia in hunc modum non pauca, niſi tacita ac myſtica traditione à patribus eccleſiaſtico more, ac reuerentiori diligentia ſunt in miniſterijs obſeruata magis ſilẽtio, quàm publicata ſcripto.

Idem ad Caſulanum presbyterum.

Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fidei contrarium uſurpat.

CAN. VI.

CONſuetudinem l laudamus, quæ tamẽ contra fidem m catholicam nihil uſurpare dignoſcitur.

Idem ad eundem.

Vbi authoritas deficit, mos populi & maiorum inſtituta pro lege ſeruantur.

CAN. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei & inſtituta maiorum pro lege n tenenda ſunt; & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarũ conſuetudinum o coercẽdi ſunt.

Idem in libro de fide Chriſtiana.

Authoritate, & traditione generali, uel ſpeciali eccleſia regitur.

CAN. VIII.

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa, tribus modis probatur exiſtere. Quicquid enim in ea tenetur, aut authoritas eſt ſcripturarum, aut traditio uniuerſalis, aut certè propria, & ꝑticularis p inſti-

a Hæſitauerit. quaſi dicat, nemo etiam inſcius hic dubitat.
b Non per ſcripturas. Sed per conſuetudinem.
c Aeſtimare. id eſt, ualere.
d Latura. Id eſt, paſſura.
e Intẽtiuè. Id eſt. mente.
f Scriptura. Veteris uel noui teſta. nõ enim ſcriptura ueteris uel noui teſtamẽti hoc docuit ſ; docet canonica in frõte & in alijs membris ſignaculum crucis debere fieri. de conſecra. diſtin. iiij. poſtea ſignatur. & diſt. v. nunquid. 1 [redacted] uerũ tamen uidetur ſignum crucis traxiſſe originem ex ueteri teſtamento quia cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum eſt filijs Iſrael utrũq; poſtem linire de ſanguine agni admodũ thau literæ, quæ eſt ad modum crucis: & dicitur quod Iacob cãcellatis manibus ſuis benedixit filijs Ioſeph, ſ. Ephraim & Manaſſe. Item in Ezechiele legitur, quod cũ apparuiſſent ei ſex uiri uaſa habentes in manibus, & quidam uir apparuiſſet in medio eorum habens atramentariũ ad renes, dominus dixit ad eum, Signa thau in frontibus dolentium & gementium. ſed illud fuit tantum in figura præceptum. xij. q. ij gloria. Ezech. 9
g Triphariã. Triphariã dicũtur uerba, quia eadem ter tio repetuntur in ſecretis, ſcilicet hoſtiam ſanctam, hoſtiam puram, hoſtiam immaculatã. Hic ordo nec in ueteri teſtamẽto, nec in nouo eſt præfixus, ſed à ſanctis patribus uſualiter traditus. Vel ideo dicuntur triphariã, quaſi ſub triplici ſilentio fiant Primum eſt uſque ad Sanctus. Secundum uſque ad dominicam orationem. Tertium uſque ad Agnus Dei.
h Alia plura. Hæc habes extra. de ce. mi. cũ Marthæ.
i Quæ orientem uerſus. ſ. noui & ueter. teſtam. Sed tamen legitur quod Daniel in Babylonica captiuitate orabat uerſus templum, & Iudæi ſimiliter. templum autem erat uerſus Orientem. Et in Salomone legitur: Mane ad Solem orabis. Sed dic quod illa faciebant in uenerationem templi.
k Oleo. Oleo in ſcapulis, & pectore, ut de conſe. diſt. iiij. deinde. tertio in uertice fit unctio. ſ; hoc fit chriſmate: ut de conſe. diſt. iiij. poſtquam aſcendit. ſed larga acceptione hic appellatur oleũ chriſma, ſicut ecõuerſo. j. xcv. diſt. illud ſuperfluum. Ioan.
l Conſuetudinem. j. diſt. xij. c. nos cõſuetudinem. & j. di. proxi. omnia contra. ibi. n. dicitur, quod quãuis conſuetudo nõ ſit cõtra fidem, tamen eſt repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de ſuperſtitioſa & intolerabili conſuetudine: & ſic oẽs authoritates intelligendæ ſunt, quæ contra illud cap. reclamare uidentur.
m [redacted]
n In his. Pro lege. Sẽper diuturni mores pro lege ſeruantur: ut j. diſt. proxi. diuturni. ſic ſ. ea diſt. conſuetudinis.
o Conſuetudinũ. No. ꝙ æque punitur traſgreſſor cõſuetudinis, ſicut tranſgreſſor legis: ut j. q. vij. ſi quis omnẽ & ſ. ea. eccleſiaſticarum. unde ſicut canonicæ non licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec cõſuetudini ut dicit in hoc eo. c. & tñ. de cõi conſẽſu poſſũt uenire cõtra cõſuetudinem ẽt iuramẽto firmatã, ſi cã ſubeſt: ut extra de ijs q̃ fi. à ma. parte c. cũ in cunctis. ſed contrarium eſt in ſtatutis. xv. q. vj. authoritatem. Ioan.
p Catholica Particularis. ſed contra. j. c. diſt. cõtra morẽ. ubi dicit, ꝙ particularis cõſuetudo non excuſat, ſed tantũ generalis. Sed hoc uerũ eſt in illis, quæ tantum ex priuilegio poſſunt haberi, ubi nõ ualet conſuetudo, niſi uniuerſalis ſit.

Sed

tutio: ſed authoritate a tota b conſtringitur, uniuerſali traditione maiorũ nihilominus tota: priuatis uerò conſtitutionibus & proprijs informationibus unaquæq; pro locorum uarietate prout cuiq; uiſum eſt, & ſubſiſtit, & regit. c Idẽ i li. cõtra Manichæos.

Valet ad fidem catholicam authoritas eccleſiæ.

CAN. IX.

Palam eſt, d quòd in re dubia ad fidem e & certitudinem ualeat authoritas eccleſiæ catholicæ, f quæ ab ipſis fundatiſsimis Apoſtolorum ſedibus uſq; ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet, & epõrũ ſerie & tot g populorum cõſenſione. firmatur.

Item Leo Papa.

Ab apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. CAN. X.

Hoc ueſtræ indicimus charitati, ut ab apoſtolicis inſtitutis nullo ulterius recedatis exceſſu: quia multum poſt hoc h eſſe nõ poterit ſi q̃ſq̃ apoſtolicas regulas in aliquo crediderit eẽ negligẽdas.

Item Innocen. Decentio i epiſcopo.

Ab omnibus obſeruari debet quod Rom. ſeruat eccleſia.

CAN. XI.

Quis neſciat, aut non aduertat, id quod à principe apoſtolorum Petro Romanæ eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſq; cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperduci aut introduci aliquid, qđ authoritatem debeat generalem aliunde accipere, uel exemplum præſertim cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam & Galliam, Hiſpaniam & Aphricam, atq; Siciliam, inſulaſq; interiacentes nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos uenerabilis Apoſtolus Petrus k aut ſucceſſores eius conſtituerunt ſacerdotes. legant autem ſi in his prouincijs alius l Apoſtolus inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inueniũt, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit, à qua principium eos accepiſſe nõ dubium eſt: nedum peregrinis ſermonibus ſtudent, caput inſtitutionum uideantur amittere. Sæpe dilectionem tuam ad urbem ueniſſe, ac nobiſcum in eccleſia conueniſſe non dubium eſt: & quẽ morẽ, m uel i cõſecrãdis myſterijs, uel cæteris agendis arcanis teneat, n agnouiſſe. Quod ſufficere arbitraremur ad informationem tuæ eccleſiæ, uel reformationem, ſi prædeceſſores tui minus aliquid aut aliter tenuerint, & ſatis certum haberemus, o niſi de aliquibus nos conſulendos eſſe duxiſſet, p quibus idcirco reſpondemus non quòd te ignorare q credamus, ſed ut maiori authoritate, r uel tuos inſtituas, uel ſi qui à Rom. ec. inſtitutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas. ut ſcire ualeamus qui ſunt, qui aut nouitates ſ inducunt, aut alterius t eccleſiæ quàm Romanæ exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

DISTINCT. XII.

Quòd u abſque diſcretione iuſtitia nulli agere licet.

a Sed authoritate. ſ. ſcripturæ.
b Tota eccleſia.
c Regitur. Quia quelibet prouincia abundat in ſuo ſenſu: ut lxxxvj. di. c. utinam. & extra de ſepultu. certificari.
d Palã eſt. In his trib[9] capit. loquitur de generali cõſuetudine Rom. ecc. quam & in alijs eccleſijs ſtatuit obſeruandam.
e Ad fidem. ſ. adſtruendam.
f Catholicæ. Scilicet Romanæ, ad quã recurritur in dubijs. ut xx. diſt. de libellis. & ſic ſeruandæ ſunt leges Apoſtolicæ, ſicut leges Petri. ix. di. ſic omnes.
g Et tot. Ar. quòd priuilegium, qđ a pluribus epis datˀ, præualet illi quod à paucioribus datˀ: ut argu. xix. diſt. in canonicis.
h Hoc ueſtræ. Poſt hoc. ar. ꝙ grauius punitur delictum iteratum: ut xv. q. viij. ij qui.
i Decentio. Iſte fuit electus in epiſcopũ: & licet ſciret conſuetudines Roma. eccl. tamen petijt à Papa, ut ei ſcribat eas ꝑpter maiorẽ authoritatem. xxiij. diſtinct. quanquam.
k Quis neſciat. Petrus apoſtolus. Vel aliqs ex eius mãdato, ut Paulus: nã Petrus Paulo dedit licẽtiã prædicandi authoritate domini, dicẽs, Segregate mihi Paulum & Barnabam, ut lxxv. di. quod die.
l Alius. i. contrarius. ſic ponit xj. q. iij. c. ij.
m Morẽ. Sic conſtrue, ſatis certum haberemus dilectionẽ tuã agnouiſſe, quem morẽ in celebrandis, &c.
n Teneat. ſ. Ro. eccl. uel teneat, id eſt tenere debeat dilectio tua.
o Haberemus. Tuam dilectionẽ.
p Duxiſſet. Dilectio tua.
q Ignorare. Hic indicat eũ ſcire & neſcire, ſed uulgariter loquit. q. d. ſatis crederem te ſcire: niſi a me quæſiuiſſes.
r Authoritate. Cũ iſte epũs hoc ſua authoritate poterat facere, & per cõfirmationẽ Papa. nihil noui iuris dat, ut ĩ. di. proxi. præceptis. qui. n. confirmat, nihil donat ut extra de ſi. inſt. inter dilectos. In quo eſt ergo maioris authoritatis? Dicũt quidam, quod ſolet plus timeri, &c. ut xxiij. diſt. quãq. imo dico, ꝙ authoritas Papæ uel eius cõfirmatio id quod minus fuit ualidum, facit ualidum: ut extra de tranſa. c. j. Item quia nulli præter authoritatem Roma. pontificis licet illud reuocare: ut extra de cõfir. uti. uel inuti. c. ij.
ſ Nouitates. ĩ. xxx. di. hæc autem ſcripſimus. & ff. de cõſti. priu. in rebus. ſ. iiij. diſt. erit autem lex.
t Alterius. ſ. contrariæ bonis moribus. ſic ſoluitur cõtra. ĩ. di. proxi. non it contra ſic inſtitutio. de ſatiſdatio. §. ultimo.

Non uidetur hæc bona expoſitio ſ: ꝗa nullus apoſtolus fuit Petro cõtrarius: & iõ alij ſubaudiũt primo ex xij. nullus niſi Petrˀ, uel ab eo miſſus. Archid.

u Quod abſque. Hæc diſtin. diuiditur in tres partes. In quarum prima probat qđ bona conſuetudo ſeruanda eſt. ſecunda ibi, Hoc autem. Tertia ibi, debis. u Quod. Hic eſt, noua conſuetudo teneatur. In hac xij. diſtinct. magiſter ꝓſequitur materiam

Vnde Calixtus Papa omnibus epiſcopis ait.

Nulli agere licet ſine diſcretione iuſtitia contra diſciplinã Romanæ eccleſiæ.

CAN. I.

NOn decet à capite membra [a] diſcedere, ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli uerò dubium eſt quòd apoſtolica eccleſia mater ſit omnium [b] eccleſiarum: à cuius regulis nullatenus uos conuenit deuiare: & ſicut Dei filius uenit facere uoluntatem patris ſui, ſic & uos implete uoluntatẽ matris ueſtræ, quæ eſt eccleſia, cuius caput (ut prædictum eſt) Romana conſtitit eccleſia. Quicquid ergo ſine diſcretione [c] iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratũ haberi nulla ratio permittit.

Item Greg. Papa.

Apoſtolicis præceptis nullus ſuperbe reſiſtat.

CAN. II.

PRæceptis Apoſtolicis non dura [d] ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ à ſancta Romana eccleſia & apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ Dei eccleſiæ (quæ eſt caput ueſtrũ) communionem habere deſideratis. Non nouum [e] aliquid præſenti iuſsione præcipimus; ſed illa, quæ omnium uidentur indulta, firmamus; cùm nulli dubium ſit, quòd non ſolum pontificialis cauſatio [f], ſed omnis ſanctæ Rom. eccleſiæ, & religionis relatio ad ſedem apoſtolicam, quaſi ad caput omnium eccleſiarum, debuit referri: & inde normam aſſumere unde aſſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis uideatur omitti. Cuius authoritatis ſanctionem oẽs teneant ſacerdotes qui noluerint ab apoſtolicæ Petræ (ſup quã Chriſtus uniuerſalẽ fundauit eccleſiã) ſoliditate cõuelli. Si quis hæc apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

Item Nicolaus Michaeli Imperatori.

Non eſt reſiſtendum conſuetudini, cui canonica non obſtat authoritas.

CAN. III.

SCit ſancta Rom. eccleſia quòd nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſtitutiones, uel conſuetudines, [g] ſi illis canonica non obſiſtat authoritas, pro qua eis obuiare debeamus. unde nil iudicamus eis debere, uel poſſe reſiſti.

Item Hier. ad Lucianum.

Conſuetudines quæ fidei nõ officiunt, ut à maioribus traditæ ſunt obſeruentur.

CAN. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditiones [h] eccleſiaſticas: præſertim [i], quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, ut à maioribus traditæ ſunt, nec aliquo

cœteriam præcedentis diſtinct. ſcilicet quod conſuetudo ſit ſeruanda. quæ non eſt contraria iuri naturali, uel conſtitutioni. In fi. dicit quod omnes eccleſiæ debeant ſeruare conſuetudinem metropolitanæ eccleſiæ: ut j. ea. diſtinct. de his. niſi ſint monaſteria, ut ibi dicitur. Ponit aũt in principio duo cap. per quæ uult interpretari ulti. cap. præcedẽtis di. ubi dicitur quod à conſuetudine Ro. eccle. deuiare non debemus. & ſic intelligit quod ſine diſcretione deuiare non debemus, ſed cũ ratione poſſumus: quod probat per duo capit. proxi. à contrario ſenſu. Io.

ADDITIO.

Et male: nam non eſt in eo argumentandum à contrario ſenſu, ſecundũ Laur. Sed contra hoc dictum Laur. eſt lvj. di. c. ij. in fi. Hu. tenet contra.

[a] NOn decet. Mẽbra. ſic j. de conſecra. diſ. iij celebritatem. & in authen. de eccl. titu. in princip. & eſt hic argu. idem iuris eſſe in toto, quod i parte: ut j. q. iij. ſi quis epiſcopus. ubi de hoc.

[b] Omnium. Ergo & Græcorum: ut xxiiij. q. j. c. rogamus.

[c] Diſcretione. Nũquid ergo cum diſcretione licitũ eſt contra illã agere? certe non: ut xvij. q. iiij. §. qui autẽ. unde hic uacat ar. à contrario ſenſu.

[d] PRæceptis. Non dura. quamuis graue & intolerabile ſit, tamen adimplendũ eſt. xix. diſtinctio. in memoriã. & 100. diſtinct. contra morem. uel aſsignet ratio quare adimpleri non poſsit, ut extra de reſcri. ſi quando.

[e] Non nouum. Argumentũ quod nõ dicitur nouum, qđ quandoq; ſtatutũ fuit, licet modo renouetur: ut xx-

Et eſt arg. cõtra

iiij. quæſtione j. Acharius. & xxxiiij. quæſtio. prima. non ſatis. unde ſi epiſcopus iurauit, quod non alienabit nouum feudum, tamen feudum de nouo uacans poteſt licite alienare, ut extra de feud. ex parte. Item habes hic, quod per confirmationem Papæ non datur ius nouum, ut extra de confirmatio. utili uel inuti. cum dilecta. Quid iuris ſit, dixi de hoc j. diſtinctio. prox. c. ultimo.

[f] Cauſatio. i. accuſatio epiſcoporum. Solus enim Papa poteſt condemnare epiſcopum. licet ab alio poſsit abſolui, ut iij. quæſtione vj. quamuis. c. dudũ. & v. quæſtio. iiij. duodecim. Item ſolus Papa reſtituit eum: ut ij. quæſtio. vj. ideo. j. Item ſolus agit de eorum renuntiatione: ut vj. quæſt. iij. denique. & de eorum mutatione, ut vij. quæſt. j. mutationes: & de eorũ exemptione, ut xvj. quæſtione prima. frater.

[g] SCit ſancta. Conſuetudines. ut xxxj. diſtin. aliter. & de conſecratio. diſtinc. iiij. de trina. & de conſecratio. diſtinctione ſecunda. quotidie.

ADDITIO.

Ad idem j. ea. diſt. illa.

[h] ILlud. Traditiones. id eſt, cõſuetudines. viij. diſtinctione. c. quæ contra mores.

[i] Præſertim. id eſt, tantum. Sic ponitur xc. quæſt. iij. ſi quis epiſcopus damnatus. & xvj. quæſtione iij. per ſingulas. vij. quæſtione j. ſi qs preſbyter. & xxvij. quæſtione ſecũda. multorum. Et dic non officiant. id eſt. quæ fidei non aduerſent uel moribus bonis, ut infra ead. diſtinctio. omnis.

illos q̃ innouatas q̃ſtiões nõ ſtipendũt. xxij. diſt. renouantes. x q. ij. antiquos. Laurent.

Contra

rum conſuetudinē, aliorum. contrario more a ſubuerti.

Item Nicolaus Ignatio † Epiſcopo.

Traditiones a patribus inſtitutæ, non ſunt infringendæ.

CAN. V.

RIdiculum eſt, b & ſatis abominabile decus, ut traditiones quas antiquitus a patrib' ſuſcepimus, infringi patiamur.

Item Inſtitutionum lib. primo, titu. ij.

Diuturni mores, pro lege ſunt habendi.

CAN. VI.

DIuturni c mores (niſi legi ſint aduerſi) conſenſu utentium approbati legem imitantur.

Item Cod. lib. viij. tit. quæ ſit longa conſue. l. j.

Quicquid fit contra longam conſuetudinē, reuocari oportet

CAN. VII.

COnſuetudo d præcedēs, & ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, tenenda eſt. Et quicquid contra longam e conſuetudinem fiet, ad ſolicitudinem ſuā reuocabit præſes prouinciæ.

Itē Gregorius uniuerſis epiſcopis Numidiæ.

Immota maneat conſuetudo quæ contra fidem catholicam nihil uſurpare dignoſcitur.

CAN. VIII.

NOs cōſuetudinē, quæ cōtra fidē catholicā nil uſurpare dignoſcit, immotā f permanere cōcedimus, ſiue de Primatibus g cōſtituendis, ſiue de cæteris capitulis: exceptis ijs, qui ex Do-

a Contrario more. Argumentum eſt hic contra epiſcopos, qui ſic argumentantur contra eccleſiam aliquam: ex quo aliæ eccleſiæ hoc, uel aliud faciunt: ergo & iſta idem faciet. Reſpondeatur ergo eis, quod conſuetudo unius eccleſiæ non ſubuertitur propter cōtrarias cōſuetudines aliarū. Argumen. tamē eſt pro eis 100. diſtin. contra morem. extra de cenſi. ex parte. Argu. contra extra de cap. mona. dilectus. circa fin. Io. Solu. quælibet eccleſia faciat id, qđ aliæ faciunt de iure communi. lxj. diſt. miramur. niſi præſcripſerit, ut extra de præſc. audi-tis. uel niſi habeat priuilegium. xvj. q. j. hinc etiam. B. Ex his duobus capi. uidetur, quod iudex delegatus iudicabit ſecundum conſuetudinem loci: ut j. ea. diſt. illa. & ī. diſtinct. viij. quæ cōtra mores. ubi dicit, nulla ciuis uel peregrini. & extra de cōſue. cū olim. in fin. & de cog. ſpir. ſuper eo. & optime extra de eo, qui mit. in poſſeſ. cum ueniſſet. & C. de ædi. pri. an in toti. ubi dicitur quod iudex ſeruabit, ea, quæ in oppido frequēter ſeruata ſunt. Et legatus ſeruabit conſuetudinem prouinciæ. Nā magnum exiſtimant prouinciales ſibi ſeruari conſuetudines ſuas. ff. de offi. proconſul. obſeruare. Item lex præcipit, quod iudex ſeruet conſuetudinem prouinciæ. ff. de teſt. l. iij. in fin. Econtra probatur, quod iudicabit ſecundum ius Romanum: ut ī. diſt. proxi. c. ult. & ca. cōſuetudinis. Et in ſatiſdatione dicit lex ſeruandam conſuetudinem urbis Romanæ: ut inſtitu. de ſatiſd. §. ulti. & extra de ſenten. & re iudi. in cauſis. & c. cum cauſa. & xxv. q. ij. ſeruatis. in fi. Item, quia delegatus non ſua, ſed delegantis uice fungitur: ut xciij. diſtinct. c. ulti. extra de offic. deleg. ſane. ij. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. l. i. & l. iij. Item magnum ſequeretur inconueniens, ſi ſecundum conſuetudinem loci iudicaretur: quia ſi illa loca haberent diuerſas conſuetudines, in quibus iudicatur, iam ſequeretur quod eadem cauſa regeretur ſecundum conſuetudines contrarias. xij. q. ſecunda. monemus. Itē uidetur, quod ſecundum conſuetudinem rei ſit iudicandum: tum quia actor ſemper ſequitur forum rei: ut xj. q. j. experientiæ. tum quia fauorabiliores rei ſunt, quam actores. ff. de regu. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, quod ſi aliqui ſe ſponte ſubijciāt iudicio alicuius, uel ſponte petāt iudices delegatos, quod ſemper ſecundum conſuetudinem delegantis iudicandū ſit. Si autem inuitis datus ſit iudex, tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigantium, & potius ſecundum conſuetudinem rei, quam actoris, ut in dicta l. fauorabiliores. Melius poteſt diſtingui, aut appellatur ad papam, aut non. ſi propter appellationē obtinetur iudex, dico tunc delegatum debere ſequi conſuetudines illius loci a quo eſt appellatum: quia iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſententiæ: ut in authen. col. viij. ut cum de appella. cog. in princip. Argumen. ad hoc extra de teſta. Raynutius. ubi iudex appellationis ſequitur conſuetudinē loci a quo fuit appellatum. Sed ſi ſine appellatione impetretur iudex, tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. Argument. ad hoc ff. de condit. & demonſtra. quæ conditio. in fine. Ioan. Ego credo, quod iudex iudicabit ſecundum conſuetudinem rei: cum actor forum rei ſequatur, ut extra de foro compet. cum ſit generale. niſi ratione contractus uel maleficij factus ſit de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci, ubi contraxit, uel ubi deliquit: ut viij. diſtinct. quæ contra mores. & extra de foro compet. c. ult. Bart.

a Contrario more. C. de tempo. in integ. reſtit. l. ultī. contra. ubi dicitur, quod abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimen. Sol. uerum eſt quod propter loca diuerſa nō debet induci diuerſum ius, niſi alia ratio ſubſit. uigeſimanona diſtin. ſciendum.

b RIdiculum eſt. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. ultimo.

c DIuturni. Hoc dicitur inſtitu. de iure natu. §. ex non ſcripto.

d COnſuetudo. Vbi non eſt contraria iuri ſcripto.

e Contra longam. Sed longum eſt illud, quod eſt decem uel xx. annorū: ut C. de præſcrip. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, quod conſuetudo excedat hominum memoriam, ut dicunt quidam, uel etiam quod ſit præſcripta. Sed illud uerum eſt, ubi conſuetudo non eſt contra ius uel quando eſt uetuſta, ita ut excedat memoriam hominum. ff. de aqua plu. arc. in ſum. §. item Varus, quia tunc habetur loco conſtitutionis: ut l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aquæ quoti. & æſti. ubi autem eſt iuri contraria, requiruntur ea quæ not. ī. viij. diſt. fruſtra.

f NOs conſuetudinem. Immotam. contra, extra de conſue. cum uenerabilis. ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, ut xxij. quæſtio. j. & iurabunt.

g De primatibus. Argumentum eſt hic, quod conſuetudo attenditur in electione, ut xxiiij. quæſtione prima. pudenda. in fine. & extra de elec. cùm inter uniuerſas. & capitul cum eccleſia. de cauſa poſſeſ. & proprie. Item eſt hic argumentum. quod perſona quæ alias eſt ineligibilis, ratione conſuetudinis fit eligibilis. extra de cleri. coniuga. cum olim. & ff. de decurio. non tantum. in fine. Argumentum cōtra extra

Ignatio.

Iudex iudicādo an loci conſuetudinē ſeruare debeat.

In iudicando.

Scilicet ſimili genere controuerſiarum. Archidia.

Sub. & tunc præfertur, uel qñ eſt uetuſta, ita ꝙ excedit memoriá hoïum. ff. de aqua plu. arc. l. ī ſumma. §. Caſſi⁹. tūc aūt loco cōſtitutionis habet. ut d. l. hoc iure §. ductus aq. Lau. Poteſt dici id qđ dr in hac Decretali plus fieri pp ſcādalum uitandum, quā pp cōſuetudinem.

extra de conſue. cum uenerabilis. Itē habes hīc, quod diſpenſatur in uno ordine cum aliquo, qui tamen nō poteſt promoueri ad ſuperiorem ordinem: ut xxxiiij. diſtinct. lector. & prima queſtio quinta, cap. j. & quæſt. vij. ſaluberrimum. Poteſt enim aliquis habere minorem honorem, qui non poteſt habere maiorem: ut. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. § ultimo. & xv. quæſt. ultim. c. j.

a Etiam cum. Id eſt, quamuis.

b Ordo. Licet ſint talis ordinis, quod poſsint eſſe Primates.

c Prohibemus. xxiij. quæſtio. iiij. ipſa pietas. uerſic. item ſi contra. prima quæſtione prima. ſi quis hæreticæ. prima queſtione ſeptima. capi. j. & capi. conuenientibus contra. Solu. de iure communi eſt, quod nullus rediens ab hæreſi poteſt ordinari. j. qō. vij. capi. j. ſed diſpenſatur cum eis multipliciter. Diſpenſatur enim cū eis quandoque ſemiplene, quando ad minores ordines promouentur ut prima quæſt. j. ſi quis hæreticæ. Plena eſt, quando poteſt fieri ſacerdos, & non ultra. prima quæſt. vij. conuenientibus. Plenior quādo poteſt fieri epiſcopus: ſed nō primas, ut hic. Pleniſsima quādo ad omnes ordines & dignitates promouetur xxiij. qō. quarta. ipſa pietas. Ioan.

Qvemadmodum. Caſus huius capituli per ſe patet.

d Sic ſimilis comparatio eſt ſecunda quæſt. j. ſicut ſine. Ioan.

e Nouit. Siue in Gallico eū. ſ. proxima diſtinctione, cap. ultimo. contra. Sed ibi de generali cō ſuetudine. Vel ibi de illa, quæ conſiſtit in ordine. quinquageſimaquarta diſtinctione. & antiquis. hic de illa, quæ conſiſtit in obſequijs.

f Res. id eſt, conſuetudines, quaſi dicat non ideo comprobanda conſuetudo mala, quia bonus locus eſt. xl. diſtin. non loca.

natiſtis ad epiſcopatum perueniunt, quos prouehi ad primatus dignitatē (etiam cum a ordo b clericorum eos deferat ad locum eundem) modis omnibus prohibemus. c Sufficiat autē illis cōmiſſæ ſibi plebis curam gerere, non autem illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu docuit & genuit, ad obtinendū culmen primatus anteire.

Item Gregorius.

Non negentur, quæ conſuetudinis ſunt.

CAN. IX.

Qvemadmodū, quæ illicita ſunt, perpetrare non patimur, ſic d quæ ſunt conſuetudinis, non negamus.

Item Grego. Aug. Anglorum epiſcopo.

Non locus conſuetudinē, ſed conſuetudo locum commendat.

CAN. X.

Nouit fraternitas tua Romanæ eccleſiæ cōſuetudinem, in qua ſe meminit eſſe nutritā: ſed mihi placet, ut ſiue in Romana, ſiue in Gallicorum, e ſiue in qualibet eccleſia īueniſti, quod plus omnipotenti Deo poſsit placere, ſolicite eligas: & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in fide noua eſt, & in cōſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſijs colligere poteris, infundas. Non enim pro locis f ſed pro rebus loca amāda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſcunque eccleſijs, quæ pia, quæ religioſa, quę recta ſunt elige, & hæc quaſi in faſciculū collecta, apud Anglorū mētes in conſuetudinem depone.

Item Auguſtinus ad Ianuarium.

Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum.

CAN. XI.

Illa autem † quæ nō ſcripta, ſed tradita ſunt cuſtodimus: quæ aūt toto orbe terrarum obſeruantur, dantur ītelligi, g uel ab ipſis apoſtolis, uel ex plenarijs cōcilijs (quorū eſt in eccl'ia ſaluberrima authoritas) cōmendata h atq; ſtatuta retineri i ſicut id, quòd domini Paſsio & Reſurrectio, & Aſcēſio ad cælum, & Aduentus ſpiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrant: & ſi q̄d aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab uniuerſis quocūque ſe diffundit eccleſia.

Alia uero, quæ per loca terrarum, regioneſq; uariantur, ſicut eſt, quòd alij ieiunant ſabbathum, alij non, alij uero quotidie communicant corpori & ſanguini domini, alij certis diebus accipiunt: & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, totū hoc genus rerū liberas k habet obſeruationes. Quod enim neq; contra fidem catholicam, neq; contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendū, & pro eorū, inter quos uiuitur, ſocietate l

g Illa autem. Intelligi. Argumen. quod præſumendum eſt conſuetudinem eſſe iuſtam, & ex iuſta cauſa proceſsiſſe, niſi probetur contrarium. argu. contra, infra eadem diſtinctio. omnia. & lxviij. diſtinct. corepiſcopi. & extra de cenſi. peruenit. ubi habes, quod licet ordo corepiſcoporum diu ſeruatus ab omnib9 fuerit. tamen abolecur: quia cauſa inſtitutionis ignoratur. ‡ Sed illa cō ſuetudo mala fuit & oneroſa, & ideo fuit extirpata. Hic autem loquitur de bona conſuetudine, & non oneroſa, ut in authen. de referen. §. fin. Itē eſt hic argumentū quod ex tempore præſumit aliquid eſſe debitum: ut xviij. quæſt. ij. ſeruitium.

h Commendata. Eſſe.

i Retineri. Id eſt, ut retineantur.

k Liberas. Hic dicit Auguſtinus, qđ liberum eſt ſabbatho ieiunare quantum ad extraneos, non quantum ad illos, ubi talis conſuetudo ſeruata ē. Sed contrarium dicit Innocen. infra, de conſecra. diſtinctione tertia. Sabbatho. Sed ibi loquitur de conſilio. Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis, ſeptuageſimaſexta diſtinctione capitu. utinam.

l Societate. Argument. quod quilibet tenetur uiuere ſecūdum conſuetudinem illorū inter quos uerſatur: ut ī. viij. diſtin. quæ cōtra. & xlj.

Conſuetudo præſumit iuſta.

† Aliæ, al. Illa uero.

‡ Poteſt dici, ſecūdum Lau. q ibi non negat Damaſus eos in cōcilijs inſtitutos fuiſſe, ſed cauſam inſtitutiōis. dicit ſe negare.

ſeruandum eſt. Auguſtinus idem authoritate Ambroſij aſſerit: Mater mea Mediolanum me ſecuta inuenit eccleſiam ſabbatho non ieiunãtem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego conſului de hac re beatiſsimæ memoriæ Ambroſium epiſcopum.

At ille ait: Cùm Romã uenio, ſabbathum ieiuno: cùm Mediolani ſum nõ ieiuno. Sic & tu ad quãcũq; fortè eccleſiam ueneris, [a] eius morem ſerua, ſi cuiq; non uis eſſe ſcãdalum, nec quenquam tibi: hoc cùm matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt. [b]

2 *Hoc autẽ* [c] *de cõſuetudine illa intelligendum eſt, quæ uel uniuerſalis eccleſiæ uſu, uel tẽporis prolixitate roboratur. Cæterùm ſi pro uarietate temporum, uel animorum uel locorum uariæ conſuetudines introducantur, inuenta opportunitate reſecandæ ſunt potius, quàm obſeruandæ.*

Vnde Augu. ſcribit ad inquiſitiones Ianuarij.

Reſecanda ſunt, quæ neque authoritatibus, neque moribus uniuerſalitatis comprobantur.

CAN. XII.

Omnia talia [d] quæ neque ſanctarũ ſcripturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs epiſcoporum ſtatuta inueniuntur, nec conſuetudine uniuerſali eccleſiæ roborata ſunt, ſed diuerſorũ locorum diuerſis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix, aut unquam omnino poſsint inueniri cauſæ, [e] quas in eis conſtituendis homines ſecuti ſunt: ubi facultas [f] tribuitur, ſine ulla dubitatione reſecanda exiſtimo. Quamuis enim neque hoc inueniri poſsit quomodo contra fidem ſint, ipſam tamẽ religionem, [g] quam in paucißimis [h] & manifeſtiſsimis [i] celebrationũ ſacramentis miſericordia Dei uoluit eſſe liberam, ſeruilibus oneribus premũt, adeò ut tolerabilior ſit cõditio Iudæorum: qui etiam ſi tempus libertatis non cognouerint, legalibus tamen ſacramentis nõ humanis præſumptionibus ſubijciuntur.

Item ex concilio Toletano undecimo.

Omnes prouinciales eundem in pſallendo modũ teneant, quẽ metropolitanam ſedem habere cognouerint.

CAN. XIII.

3 De ijs, qui contra Apoſtolicam uolũtatem [k] circunferuntur omni uento doctrinæ, placuit ſancto concilio, ut metropolitanæ ſedis authoritate coacti, uniuſcuiuſq; prouinciæ ciues, [l] rectoreſque eccleſiarum, unum eundemq; in pſallẽdo teneãt modum, quem à metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, nec aliqua diuerſitate cuiuſq; ordinis uel officij à metropolitana ſede patiãtur ſe diſiungi. Sic enim iuſtum eſt, ut inde unuſquiſque ſumat regulas magiſterij, unde honoris conſecrationem accepit, ut iuxta maiorum decreta, ſedes, quæ unicuiuſque ſacerdotalis dignitatis eſt mater, & eccleſiaſticæ dignitatis, uel rationis ſit magiſtra. Abbatibus ſanè indultis officijs, [m] quæ iuxta uoluntatem ſui epiſcopi regulariter ab illis implenda ſunt: cæ-

Ephe. 4.

xij. diſt. quiſquis. ꝟ. unde uerſus:
Si fueris Romæ Romano uiuito more.
Et ſi ſis alibi, uiuito ſicut ibi.

a Veneris. Argumentum, quod uiatores tenentur ſequi conſuetudinẽ loci, ad quem ueniunt, ut hic, & ſupra diſtinctio. viij. quæ contra. Argumentum cõtra de iudicijs: hæres abſens: Solutio, ut in diſtinctio. 100. quæ contra. quià refert an ſint moraturi, uel cito receſſuri, uel an ſit conſuetũdo apparens uel lãteps.

b Amplexa eſt. Sed forte non libẽter ieiunauit.

Hoc autem. Hæc eſt ſecunda pars, in qua dicitur, quod licet cõſuetudo nõ ſit contra fidem, ſi tamen grauat, remouenda eſt, ſi poteſt fieri ſine ſcandalo. Ioan. de Fa.

CASVS. *Hic aſſignat Gratia. quod ſupradictæ c. loquuntur de generali conſuetudine, uel de particulari rationabili, quæ omnino ſeruari debẽt, & ſi malæ uel onerosæ cõſuetudines ſint reſecari debent opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit cap. ſeq.*

c Hoc aũt. Quod ſ. dictum eſt de cõſuetudine ſeruãda.

d Omnia talia. Loquitur de conſuetudine irrationabili, ne ſit contra ſ. e. l. illud.

e Cauſæ. Arg. quod nõ ſufficit dicere; ita ſtatutum eſt, niſi cauſa ſtatuti aſſignetur, ut extra de cenſ. peruenit. ʃ. ij. q. v. conſului ſti. ʃ. de conſec. di. j. placuit. ʃ. lxviij. diſt. corepiſcopij. Arg. contra. ff. de leg. non omnium.

f Facultas. i. ubi poteſt fieri ſine ſcãdalo, ut l. diſtin. ut conſtitueretur.

g Religionem. Chriſtianam.

h Quam in paucißimis. Argum. contra illos, qui nimias fundunt orationes. ff. quod metus cauſa. l. j. quià gaudent breuitate moderni: ut not. ff. eo. tit. l. j.

i Manifeſtiſsimis. ſ. di. iiij. erit.

De ijs. Hæc eſt tertia pars in qua dicitur quod conſuetudo in celebrandis officijs, quam obtinet metropolitana eccleſia, debet obſeruari in omnibus eccleſijs, exceptis monaſterijs, in quib⁹ celebrantur officia ſecũdum regulam beati Benedicti. Hug.

k Voluntatem. Illam. ſ. doctrinis uarijs nolite abduci: ut ſ. diſt. proxi. nolite.

l Ciues. Ciues ergo cantant cum clericis, & dicunt amen. xxxviij. diſt. ſedulo.

m Sui epiſcopi. Argumen. quod regimen omniũ monaſteriorum ſpectat ad epiſcopũ: ut ix. q. iij. per ſingulas. & xvj. q. j. qui uere. & lxj. diſ.

Dicit Hugo, quod hoc non colligit hic. & eſt ſenſus, & ſecũdum uolũtatẽ ſui epi, quia eps hoc etiã uelle debet nõ quod eis formã huius rei dare debeat arg. ʃ. xvj. q. j. Agapitus.

diſtin. obieum. Sed nonne monaſteria monachorum potius ſunt ſecundum abbatem regenda, ad quem tota poteſtas monaſterij ſpectat. xviij. quæſt. ij. c. nullã? Sed illud uerum eſt de regulis uiuendi, non de regulis cantandi. xij. q. j. non dicatis.

a Publica. Scilicet clericorum ſecularium quorũ officia publica ſunt, cum ipſi populum habeant, ſed monachi non ſemper habent populum: unde ipſi non faciũt publica officia, ut xvj. quæſt. j. interdicimus.

b Adſtringat. Argumen. metropolitanum poſſe ſuſpẽdere & excommunicare ſuum ſuffraganeũ: ut j. xviij. diſt. placuit. & c. ſi epiſcopus. j. x. q. iij. quia cognouimus. xj. q. iij. ſi quis epiſcopus.

c Placuit. j. de conſecr. diſ. v. cõuenit iſtis tamen capitulis derogatur per cõtrariam conſuetudinem.

tera officia publica, [a] id eſt, ueſperas, matutinum ſiue miſſam aliter quam in principali eccleſia celebrare non liceat. Quiſquis autem horum decretorum uiolator extiterit, ſex menſibus à communione priuatus, apud metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura maneat corrigendus, quatenus apud illũ & præteritæ tranſgreſsionis culpam lacrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſè addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ non ſolùm metropolitanus totius ſuæ prouinciæ pontifices, uel ſacerdotes adſtringat, [b] ſed & cæteri epiſcopi ſub iectos ſuos eccleſiarum rectores obtemperare ſuis inſtitutionibus cogant.

Item ex concilio Bracarenſi.

Ordo ſeruetur in matutinis & ueſpertinis officijs unus & idem.

CAN. XIIII.

Placuit [c] omnibus communi conſenſu, ut unus atque idem pſallendi ordo in matutinis uel ueſpertinis officijs teneatur, & non diuersè ac priuatè, neque monaſteriorum conſuetudines cũ eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ.

DISTINC. XIII.

Item ad uerſus. Hæc diſtin. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, Eſt tamen.

d Item aduerſus. Aſsignauit magiſter differentiã iuris naturalis ad alia iura in origine & dignitate & amplitudine: nunc aſſignat differentiam eiuſdem iuris ad alia in ſententiæ rigore. nam contra alia iura admittitur diſpenſatio. xxv. quæſtio. j. c. finali. ſed contra ius naturale quod conſiſtit in præceptis & prohibitionibus, nunquam: magiſter tamen excipit unum caſum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris ſit de perplexitate. Dicunt quidam quod aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo mortalia, ut Iudæi qui crucifixerunt Chriſtum, peccauerunt mortaliter. de pœni. diſtin. j. periculoſe. & ſi non occidiſſent, ſimiliter peccaſſent mortaliter: quia feciſſent contra conſcientiã, quæ dictabat eis contrarium: quia dictum erat eis. Quicunque fecerit ſe filium Dei, morte moriatur. & omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. xxviij. quæſt. j. cap. j. §. ex his. extra de præſcriptio. quoniam. [redacted]: ut xxij. quæſtione ij. ne quis. ſi taceo, ex taciturnitate mea præſumitur eum eſſe in loco illo. Item in alio exemplo: ſi uxor petit debitum a uiro, & uir negat, peccat mortaliter. ſi reddit, uidetur peccare uenialiter: quia delectatio carnis non poteſt eſſe ſine ueniali peccato, ut uidetur xxxiij. queſt. iiij. uir cum propria. & ſic eſt perplexus. Similiter uidetur quod aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo uenialia: ut aliquis ſimplici uerbo promiſit ſe bibere plus quam poſſit, ſi plus bibat, peccat uenialiter. xxv. diſtinct. c. unum orarium. §. criminis. ſi contra uerbum ſuũ facit, peccat uenialiter. ut xxij. quæſt. ij. primum. Sed dicendum eſt: quod nullus põt eſſe perplexus inter duo mala: quia ſecundum hoc ſequeretur, quod aliquis ex neceſsitate teneret facere malũ, ſed dicit canon, quod Deus nunquam redderet interitum, niſi ſpõtaneum reperiretur homo habere delictum: ut xxiij. quæſtione quarta. Nabuchodonoſor. uer ſicu. ualis iræ. Præterea ſi ex neceſsitate teneremur aliquid mali facere, lex quæ illud prohibet, eſſet impoſſibilis: cum tamen omnis lex debet eſſe poſsibilis: ut ſ. diſtinctio. iiij. erit. Perplexio ergo quantũ ad rem nihil eſt: ſed quantum ad animum & ad ſtultam opi. alicuius perplexio aliqua eſt. unde Iudæi non erant perplexi, niſi quantum ad animum: & ideo debuiſſent conſulere peritiores, ut Apoſtolos, uel ſacras ſcripturas. In alio exemplo dicitur, quod ille qui interrogatur, debet tacere, nec hoc ei nocet, ſi alter ex taciturnitate ſua aliquid præſumat. Abſit enim quod ea quæ, &c. ut xxiij. quæſt. v. de occidendis. Præterea non ſemper ſequitur, quod qui tacet conſentiat, ut lxxxvj. diſtin. tanta. Quod autem obijcit de uxore, non credo quod talis delectatio ſit aliquod peccatum: ut xxxij quæſtio. ij. quicquid. Si tamen uis tenere, quod ſit ibi ueniale peccatum, dicas cum H. quod uir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere promittendo ſe poſtea facturum, donec ipſa efferueat: & ſi nec ſic illa deſiſteret, tũc uir det ei copiam corporis ſui, ut quam cito mulier expleuerit libidinẽ ſuam, ſtatim uir receedat nec procedat ad actũ.

Itẽ aduerſus [d] naturale ius nulla diſpenſatio admittitur, niſi fortè duo mala ita urgeãt ut alterũ eorũ neceſſe ſit eligi. Vnde in concilio Toletano vij. ſic legitur.

Minus malum de duobus malis eligendum eſt.

CAN. I.

Duo mala [e] licet omnino cautiſsimè ſint præcauenda: tamẽ ſi periculi neceſsitas [f] unum ex his perpetrare compulerit, id debemus

e Duo mala. Intellige quantum ad fatuam illius opi. qui ſe credit perplexum. & ſic intelligas omnia uerba hic poſita: non enim utrunq; illorũ malum eſt, licet ille opinetur utrunq; eſſe malum.

f Neceſsitas i. caſus, uel referatur ad opi. ſtultam.

> f Id eſt, neceſsitate adſtrictus ad aliquod malum perpetrandũs ſecundum Lau.

> g Itẽ qui ex neceſsitate peccat, pœnã nõ meret: qa uolũtarios reos. &c. xv. q. j. illa.

Reſol-

reſoluere, [a] quod minori [b] nexu noſcit̄ obligari. Quid autem leuius ex his, quidve grauius ſit, puræ rationis acumine inueſtigemus. Etenim dū peierare [c] cōpellimur, creatorē quidē offendimus, & nos tantúmodo maculamus. Cum uero noxia promiſſa complemus, & Dei iuſſa contemnimus, & proximis impia credulitate nocemus, & noſipſos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illinc [d] enim duplici [e] culparum gladio perimus, hinc [f] tripliciter iugulamur.

18. & 19. Iob.40.b. Item Grego. in moralibus parte ſexta, libro xxxij. c.lv.& lvj. †

De eodem.

CAN. II.

NErui [g] teſticulorū [h] Leuiathan [i] perplexi ſunt: [k] quia ſuggeſtionum illius argumenta implicatis [l] inuentis [m] illigantur, ut pleroſq; ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe fugere peccatū appetant, hoc ſine alio peccati laqueo nō euadāt & culpā faciant, dum uitant, ac nequaquam ſe ab una ualeant ſoluere, niſi in alia ſe cōſentiant ligari. Quod melius oſtendimus, ſi qua ex conuerſatione hominum illigationis huius exempla proferamus. Ecce quidam dū mundi huius appetit amicitias, cuiuslibet alteri ſimilem ſibi ducenti uitam quòd ſecreta ſcelèra illius omni ſilentio contegat, ſe iureiurando conſtringit: ſed is cui iuratū eſt, adulterium perpetràre cognoſcitur, ita ut etiā maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iuſiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuerſis hincinde cogitationibus impugnatur: atque hoc ſilere formidat, ne ſilendo adulterij ſimul & homicidij particeps [n] fiat, & prodere trepidat, ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorum neruis ligatus eſt, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne a tranſgreſsionis [o] cōtagione liber nō ſit. Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atque per omnia frangere proprias uoluntates quærens, alieno ſe ſubdere regimini appetit: ſed eum, qui ſibi apud Deū præeſſe debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit: cui fortaſſe is, qui ſine iudicio eligitur, cū preeſſe iā cœperit, agere quæ Dei ſunt, ꝓhibet, & quæ mūdi ſunt, iubet. Pēſans itaq; ſubditus, uel quæ ſit culpa inobediētiæ uel qđ contagiū ſecularis

---

a Reſoluere. Id eſt facere.

b Quod minori. Secundum quod ipſe opinatur, cum alterum illorum non obligat ipſum.

c Peierare. Secundum quod talis opinatur. nō enim peierat, licet non ſeruet tale iuramentum: ut xxij.q.iiij. ſi aliquid.

d Illinc. Id eſt, in iuramento.

e Duplici. Non intelligas, quod in homicidio tria peccata comittantur, & in periurio duo: ſed ibi dicit quod in homicidio tres offendunt, in periurio, duo. Et eſt hic ar. qđ qui plures offendit. plus peccat. xciiij. diſt. ſi quis autem legationem. & xj.q.iij. præcipue. Item eſt hic argu. quod pro illo potius eſt iudicandum, pro quo plures rationes faciunt, ut extra de proba. licet. in fin. & qui potiora iura oſtenderit, obtinebit. xxj. diſt. c.j. & C. de edic. diui Adriani tollen. l. ultima. Sic & deterior eſt cauſa illius contra quem plura faciunt: ut xxviij. diſt. de Syracuſanæ. Item contrariū hic ſignatur. xxij. quæſt. v. ille qui. ubi dicitur quod periuriū ſit maius homicidio. Sed ibi ſoluitur.

f Hinc. Scilicet in homicidio.

NErui teſticulorum.

CASVS *Hoc caput diuiditur in tres partes. In prima parte oſtēditur quòd ꝑplexitas prouenit ex ſuggeſtione diaboli. In ſcđa parte, quæ incipit ibi, Quod melius. ponūtur tria exēpla ꝑplexitatis. Vnū eſt de illo, qui iurat ſe celare oīa ſecreta ſocij ſui, quē ſcit uelle interficere maritū adulteræ ſuæ, ſed timet eū propter iuramentū quod fecit manifeſtare. Secūdum de eo, qui malo prælato obedientiā fecit timēs ſi non obediat ei etiam in malo, propter obedientiam quam ei fecit. Tertium exemplum eſt de eo, qui per ſimoniam prælaturam acquiſiuit, qui timet peccare ſi gregem ſibi commiſſum derelinquat. In tertia parte quæ incipit ibi, Eſt tamen. datur conſilium quid in huiuſmodi perplexitatibus ſit faciendum. Nā dicitur quod de duobus malis minus malum eſt eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, qui conceßit minima, id eſt, matrimonia, & coitum coniugalem cauſa incontinentiæ, ut maiora & grauiora uitentur, ſcilicet fornicationes.*

g Nerui. Id eſt, ſuggeſtiones diaboli neruoſæ, id eſt, callidæ & illaqueantes.

h Teſticulorum. Teſticuli dicuntur ſuggeſtiones eius quia ſicut teſticuli ſunt miniſtri & inſtrumēta humanæ gñationis, & in ſe continent oē incētiuū libidinis, ita ſuggeſtiones diaboli generant in hoibus uitia, & ad oīa illicita accendunt. ↄ.diſt.vj. ſed penſandum.

i Leuiathan. Id eſt diaboli.

k Perplexi ſunt. Id eſt, ꝑplectētes. & ſic omnia uerba intelligas actiue.

ADDITIO.

Perplectentes dicit, quod reddunt hominem perplexum: in ueritate tamen perplexio nihil eſt Archi.

l Implicatis. Id eſt implicantibus.

m Inuentis. Inuētiónibus.

n Particeps. Secūdum opinionē eorum ſtultam ſemper intelligas.

o A tranſgreſsionis contagione. Iſte admonebit illum ne faciat. ut ij.q.j. ſi peccauerit. Si nolit ceſſare, faciat quod dicitur xxij.q.v. hoc uidetur. & ſic liberabit ſe: quia ſacramentum non fuit inuentum, ut eſſet uinculū iniquitatis. xxij.q.iiij. inter cætera. Vnde ſi quis iurauit alium nō accuſare, tamen poteſt denun- Iuramētū nō eſt iniquitatis uinculum

denunciare crimen eius, ut extra de iureiurã. quemadmodum. in fi. cum autem nõ poteſt probare, debet tacere, ut ij. q. vij. pleriq;. Si autem poteſt probare, faciat quod dicitur ij. qõ. j. ſi peccauerit. Vel dicat alij ſic, frater ſcias, quod quidam te uult occidere, non tamen nominando aliquẽ: extra de offi. iud. ordi. ſi ſacerdos. Contra tamẽ eſt extra de fur qui cũ ſure. ſed nõ eſt contra, quia fur non manifeſtauerat furtum iudicanti.

Subditus an ſemper teneat obedire p̄lato.

a Formidat. Quid ſi ſubditus credit, quod præceptum prælati ſit contra Deum? ſecure nõ obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obe[illegible] in omnibus, nõ tamẽ eſt intelligendum, niſi de licitis & iuſtis & honeſtis, ut xj. q. iij. nõ ſemp. & ca. ſi dñs Iulianus. & extra de iureiur. ad noſtrã. ij. & ca. uenientes. ff. de pig. obligatione generali. Sed ſi dubitet, an ſit contra Deũ, obedire debet, ut xxiij. q. j. quid culpat. in fin. Verum autẽ teneatur recipere ordines ab eo, quẽ ſcit ſimoniacũ eſſe, no. j. q. j. ſi quis a ſimoniacis.

Alias regimina paſtoralis gratię empta poſsidere.

b Suſcepti. Iſte ſi uult ſaluari, dimittat locum, & ſit in perpetua pœnitentia, ut j. q. j. ſi quis neq;. & q. vij. requiritis. & extra de ſimo. Matthæus. nõ tamẽ dimittat ſine authoritate Papæ, ut vij. q. j. mutatiões. & c. ſug[illegible]ſtum. Sed credo ut Ioan. de Fan. dicit. quod bene poteſt dimittere ſine licẽtia Papę: quia rem habet furtiuã, unde ipſam tenetur ſtatim reſtituere, aliter non pœnitet. xiiij. qõ. vj. ſi res aliena. & fur ſemp eſt in mora. ff. de condic. fur. ſi pro fure. §. ult. Sed arg. cõtra extra de renunt. c. niſi & ca. poſt tranſlationem. Sed illa intelliguntur in his, qui nõ per oſtium intrauerunt, ut j. quæſt. j. ordinationes.

uitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat: a ne aut obediens Deum in ſuis præceptis deſerat, aut rurſus nõ obediens, Deũ in electo priore cõtẽnat, & infra. Alius penſare pondus eccleſiaſtici honoris negligẽs, ad locũ regiminis præmijs aſcẽdit: ſed quia omne, qđ hic eminet plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, dum cor tribulationibus præmit, ad memoriã culpa reuocat: doletq; ſe ad laborem cũ culpa perueniſſe: quãquã ſit iniquum quod admiſerit, ex ipſa fractus difficultate cognoſcit. Reum igitur ſe cũ impenſis præmijs agnoſcens, uult adeptæ ſublimitatis locũ deſerere: ſed timens ne grauius delictum ſit ſuſcepti b gregis cuſtodiam reliquiſſe, uult ſuſcepti gregis curã gerere: ſed formidat ne deterior culpa ſit regimina paſtoralis † gregis dimittere, quam empta poſsidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hincinde ſe cõſpicit eſſe. Quippe ſine reatu criminis neutrũ uidet, ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquatur: aut rurſus ſacra actio ſeculariter empta teneatur. Vndique metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deſerens emendat, aut certe regimen deſerens, dum aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat.

a Eſt tamen quod ad deſtruendas Behemoth uerſutias ſubtiliter fiat, dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur. Si omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur, quia & qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur: ibi ſe in fugam præcipitat, c ubi breuior murus inuenitur. † Hinc etiam Paulus cum quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſsit d minima, e ut maiora f declinarent dicens: Propter fornicationẽ unuſquiſq; uxorem ſuam habeat. Et quia g tunc ſolum coniuges ſine culpa in admiſtione ſunt, cum non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda h prole miſcentur: ut hoc etiam quod conceſſerat, ſine culpa, quamuis minima non eſſe monſtraret, illico adiunxit: Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, nõ ſecũdum imperium. Non enim ſine uitio eſt quod ignoſcitur, & non præcipitur. Peccatum profecto uidit, ſed quod poſſet indulgeri p̄uidit. Sed cũ in dubijs conſtringimur, utiliter minimis i ſubdimur, ne in magnis ſine uenia k peccemus. Itaq; plerũque

a Eſt tamen. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua conſulit quid in prædictis perplexitatibus faciendum ſit. Archidia.

Præcipitans ſe, an mortaliter peccet.

c Præcipitat. Quid ſi præcipitet ſe in fugam, & moritur, uerũ peccet mortaliter quæritur? Et diſtinguendũ eſt, quod ſi non ita eſſet altus murus, quod bene pręſumebat ſe euadere, nõ peccat mortaliter: aliter ſic. Argum. pro primo xxiij. q. v. de occidendis. pro ſecũdo arg. xxiij. q. v. ſi nõ licet. & ca. non eſt noſtrum. & maxime ſi ex honeſta cauſa ſe præcipitaſſet, ut extra de ſepul. ex parte. ij.

d Conceſsit. i. cõceſſum oſtendit, ſicut alibi exponit, da. i. datum pronũtia, ut xxiij. qõ. v. c. remittuntur. §. hinc notandum.

† Ingeritur. 1. Corin. 7. a.

e Minima. id eſt, matrimonialia.

f Maiora. i. fornicationem. Vel minima appellat immoderatã exactionem debiti coniugalis. Et illud potius permiſit Apoſtolus, quã fornicationẽ. ut xxxij. qõ. ij. quicquid. & ſecundum hoc proprie ponitur conceſsit. ſecundum priorem intellectũ ponitur conceſsit, id eſt, conceſſum oſtendit.

Sub. q̃ dicunt minima reſpectu cõtinentiæ. xxvij. qõ. j. nuptiarum.

g Et quia. Argu. cõtra H. qui dicit, quod uir nunquã poteſt cognoſcere uxorem ſine peccato: ut no. xxxiij. q. iiij. uir cũ p̄pria.

h Sed pro ſuſcipienda. Et cauſa reddendi debitum ut not. xxxij. q. ij. quicquid.

Minus malũ de duobus eſt faciendum.

i Minimis. Quoties enim ſine captione nihil fieri poteſt, id faciendũ eſt, quod minus captioſum eſt: ut ff. de regu. iur. quoties. & l. ſemper.

k Sine uenia. Simile dicitur alibi. Quod permittimus nolentes, præcipimus: ut xxxj. q. j. hac ratione.

Verum

neruorũ Behemoth iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad uirtutes maximas per commiſſa minora tráſitur.

DISTIN. XIIII.

V*Erũ* [a] *hoc ita in una eadẽq; pſona intelligitur. Cæterum, an in diuerſis eadem diſpenſatio locũ habeat, uidelicet ut cõmittamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.*

De his ita ſcribit Aug. in lib. quinto Quæſtio. ſuper Geneſim, lib. primo.

Non ſunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant.

CAN. I.

QVod ait [b] Sodomitis Loth, Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum nouerunt uiros: perducam illas ad uos, & abutimini illis, ſicut uobis placuerit: tantum in uiros iſtos, ne faciatis iniquũ. Quoniam uolebat proſtituere filias ſuas hac compenſatione, ut uiri hoſpites eius nihil a Sodomitis tale paterentur: utrum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, uel quorumcunq; peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat: an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuendum ſit, quod hic dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculoſiſsime [c] admittitur hæc cõpenſatio. [d] Si autẽ perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda eſt.

[a] Conſuetudinis, autem, uel conſtitutionis rigor nunquam relaxatur.

Vnde Leo papa ait.

Quæ conſtitutiones ualeant temperari, uel quæ non.

CAN. II.

SIcut quædam ſunt, [e] quæ nulla poſſunt ratione conuelli, ita multa ſunt, quæ aut pro neceſsitate tẽporũ, [f] aut pro conſideratione ætatum [g] oportet tẽperari: illa cõſideratione [h] ſemper ſeruata, ut in ijs quæ uel dubia [i] fuerint, aut obſcura, id nouerimus ſequẽdum, quod nec præ

VErum. Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat, quod nullus debet peccare minus, ut maius ſiue grauius alius non peccet. Secunda ibi. Conſuetudinis.

[a] Verum. In hac diſt. xiiij. quæritur an aliquis debeat minus malum committere, ut alter euitet grauius malum. Et dicendum eſt quod non: ut j. ca. proxi. & continuatur iſte. §. ad id quod dixerat in ſuperiori di. ſcilicet quod cum duo mala nobis inſtãt, minus eſt eligendũ: ſed hoc non eſt uerum circa diuerſas perſonas.

[b] QVod ait. Verba ſũt Aug. & incipit ibi, merito quæritur.

[c] Periculoſiſsime. hic dicit Aug. quod nemo debet minus malum committere, ut alter euitet maius malũ. & intelligunt hoc quidam, quod nemo debet minus mortale cõmittere, ut alius euitet maius mortale: ſed ueniale debet cõmittere, ut alter euitet mortale. Nã etiã animã quis debet ponere pro proximo, & ſic mortẽ temporalẽ poteſt aliquis ſubire, ne alter incurrat pœnam æternam. de pœ. diſtin. ij. charitas. & §. proxi. ſed pro ueniali debetur tantum pœna temporalis, pro mortali æterna. xſ. quæſt. iij nemo ergo aliquis pōt peccare uenialiter, ne alter peccet mortaliter. Itẽ quia Apoſtolus dicit: [i] Orabam eſſe anathema pro fratribus meis: ſed nemo anathematizaṫ, niſi pro mortali: ut undecima quæſt. iij. nemo. Item cum uirtus, & uitium ſint cõtraria, nec ſe cõpatiantur: ut xxxij. quæſt. j. cum renuntiatur. ſed uenialia ſimul cum uirtutibus inſunt homini, non ergo proprie dicuntur uitia, ut de pœ. diſtin. iij. ſepties. Alij dicunt, quod nullum peccatum debet homo facere, uel pro ſuo bono uel alterius: ut xxiij. quæſt. v. cum homo. uerſi. quid ſi alius. non enim Deus uult tale damnum cum tali lucro compenſari: ut xxxiij. quæſtione quinta. ſi dicat. non enim debet quis crimen ſuum alienis commodis impendere: ut xlvj. diſtinctio, ſicut non ſuo. Præterea, neque pro ſalute alterius temporali, uel æternali debet quis peccare uenialiter: quia nullus perducendus eſt ad ſalutem opitulante mendacio ut xxij. quæſt. ſecunda. c. faciat. & cap. primum. Ioan. Sed quare redarguitur hic Loth ab Auguſt. cum alibi commendetur ab Ambroſio: ut xxxij. quęſt. vij. offerebat? Sed Ambroſius conſiderauit pietatem, quam habuit ad hoſpites: Auguſt. uero delictum filiarũ. xxvj. diſtinct. c. j. & ſecundo.

[d] Hæc compenſatio. Argu. quod nõ eſt admittenda cõpenſatio in malis: ut xiiij. quæſ. quinta. forte. & xxxiij. quæſtio. quinta. capi. j. & xxxij. quæſtio. viij. non ſolũ. & prima quæſtio. j. non eſt putanda. Admittitur tamen compenſatio in criminibus uel excipiendo, uel replicãdo: ut trigeſima ſecunda quæſtione ſexta. nihil. & ff. ſoluto matrimonio. uiro. uerũ eſt in iudicijs admittitur compenſatio non in foro pœnitentiali. trigeſima quarta quæſtio. v. quod Deo.

Conſuetudinis. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua dicitur quã rigor eſt relaxandus, & quando nõ. Ioan. de Fau.

CASVS *Iſte §. continuatur ad illud quod dictũ fuit ſupra, in princip. xiij. diſtin. ubi dictum fuit quod aduerſus ius naturale non admittitur diſpenſatio. ſed hic dicitur, quod conſuetudinis, uel conſtitutionis rigor relaxatur quandoque. etiam hoc probatur in ſequen. capi.*

[e] SIcut quædam ſunt, ut præcepta decalogi, & forma baptiſmi, & forma conficiendi corpus Chriſti. de conſecra. diſtinct. quarta. proprie. & diſt. ſecunda. accipite.

[f] Temporum. ut prima quæſtione ſeptima, quod pro remedio. & lxxxj. diſtinct. presbyter. & xxxiiij. diſt. fraternitatis.

[g] Aetatum. ut infra trigeſima tertia, quæſtione ſecũda. in adoleſcentia. & octuageſima texta diſtin. ctione tanta.

[h] Conſideratione. infra uigeſima nona diſtinctione. ſciendum.

[i] Vel dubia. Extra de ſponſa. iuuenis.

Gen. 19. b

Veniale pōt ne quis cõmitteṙ, ut alter euitet mortale?

[i] Ad Roma. ix.

Cõpenſatio in pœnitentiali foro non admittiṫ.

[f] Hoc eſt loquiṫ de iuuenili ætate, ij ſequens cõcor. loquitur de ſenili. ad hoc xxvj. q. 7. tẽpora. & cap. hoc ſit.

ceptis Euangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inueniatur aduerſum.

DISTINC. XV.

Q Voniam de iure naturali, [a] & cõſtitutione, uel cõſuetudine hactenus diſſeruimus, differentiã, qua ab inuicẽ diſcernũtur, aſsignantes, nũc ad eccleſiaſticas cõſtitutiones ſtylum uertamus, earum originem & authoritatem prout ex libris ſanctorum patrum colligere poſſumus breuiter aſsignantes.

Quo tempore cœperunt canones generalium conciliorum.

CAN. I.

C Anones generaliũ conciliorum (ut Iſidorus ait in libro ſexto Etymologiarũ, ca.xviij.) [a] tẽporibus Conſtantini [b] cœperunt. In præcedentibus nanque annis perſecutione feruẽte docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Chriſtianitas, in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt: quia non erat epiſcopis licẽtia conueniendi in unum, niſi tẽpore ſupradicti Imperatoris. Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum cõuenientes iuxta fidem Euangelicam & apoſtolicam ſecundum poſt Apoſtolos [c] ſymbolum tradiderunt.

Inter cætera autem concilia quatuor ſunt uenerabiles ſynodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor Euangelia, uel totidem paradiſi flumina. Harum prior Nicena ſynodus trecentorum octodecim [d] epiſcopotum ſub Cõſtantino Auguſto Imperatore peracta eſt, in qua Arrianæ perfidiæ condemnata ẽſt blaſphemia, quã de inæqualitate [e] ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat. Conſubſtantialem enim Deo patri Dei filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolum diffiniuit.

Secunda ſynodus numero centũquinquaginta patrũ ſub Theodoſio ſeniore in Cõſtantinopoli [f] cõgregata eſt, quæ Macedonium [g] ſpiritum ſanctũ eſſe Deum negantẽ condemnans, conſubſtantialẽ patri & filio ſpiritum ſanctum demonſtrauit, dans ſymboli formam, quã tota [h] Græcorum & Latinorum confeſsio in eccleſijs prædicat.

Tertia ſynodus Epheſina prima [i] ducentorũ epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita eſt, quæ Neſtoriũ duas pſonas [k] aſſerẽtẽ in Chr̃o iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere in Chriſto duas naturas, & unam [l] domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

Quarta ſynodus Calcedonenſis, quæ ſexcentorum triginta ſacerdotum ſub Martiano † principe habita eſt: in qua Euticem [m] Con-

---

Q Voniam de iur. Hæc diſtin. diuidit in duas partes. In prima quærit & ꝓbat ex quo tp̃e habuerũt cõcilia ortũ. Scd̃a ibi, Quintum uero.

[a] Qm̃ de iure naturali. Hactenus tractauit magiſter de naturali [1] iure hic incipit tractare de iure canonico. aſsignat itaque rõnem & originẽ ipſius. & oſtendit quę opuſcula recipiantur ab eccleſia & quæ non.

[1] Sub.ei⁹ diuiſiones & differẽtias ad cætera iura multiplices aſsignãs, ut competentius ad tractandũ de iure canonico deſcẽderet. nũc ad, &c. Hugo.

C Anones, CASVS. Hoc ca. diuiditur ĩ tres partes. *In prima parte oſtenditur, quod a tẽpore Cõſtãtini canones generaliũ cõciliorũ inceperũt. Ipſe enim primo dedit authoritatẽ Chriſtianis libere congregãdi, cũ eccleſia antea fuit paſſa pſecutionẽ. In ſcd̃a parte, quæ incipit ibi, Inter cætera dicitur quod ſub quatuor Imperatoribus ſunt quatuor concilia uniuerſalia celebrata ſcilicet ſub Cõſtãtino, Theodoſio ſeniore, Theodoſio iuniore, & Martiano & oſtenditur quid in eis fuerit reprobatũ: & qđ iſta quatuor concilia, & his ſimilia debẽt inuiolata ſeruari. In tertia parte, quæ incipit ibi, Synodus, ponit etymologias iſtorum nominũ, ſ. ſynodus, cõcilium, & cœtus.*

[b] Conſtantini. J. xvj. diſtinct. Iſidorus contra. ibi dicitur quod a tẽpore Clementis fuerũt celebrata cõcilia. Reſpon. quod ante fuerunt celebrata ſed non ita generaliter. [2] & ita hoc uerbũ gñaliter ſoluit contrarium.

[2] Quod dicit litera generaliter inuit ſolutionẽ. Hug. Lau. Archi.

[c] Apoſtolos. Apoſtoli enim fecerũt primũ ſymbolũ, ſ. Credo in Deum patrem. ſed Nicena ſynodus fecit, Credo in unum Deũ. [3] & dicitur a ſyn, quod eſt cũ: & bolos, quod eſt morcellus: quia quilibet Apoſtolorum de ſuo morcello aliquid appoſuit.

[3] Notandum qđ Damaſus Papa conſtituit, ut Symbolũ cãtaret in miſſa ex decreto ſc̃tæ ſynodi uniuerſalis apud Cõſtantinopolim celebratę. Archid.

[d] Cccxviij. Alibi dicitur de ccc. epiſcopis: ut x. qõ j. hãc. ſed dic quod minor numerus nõ excludit maiorẽ. ff. de in li. iur. cum furti.

[e] Quã de inæqualitate. Dicebat. n. patrẽ maiorẽ filio, & filiũ maiorẽ ſpiritu ſancto. xxiij. q. iij. quidam. uer. Arriani. Hug.

[f] In Cõſtantinopoli. J. capi. ſicut.

[g] Macedonium. Qui dicit ſpiritum ſanctum ſeruũ patris & filij: ut j. q. j. eos qui. xxiiij. q. ulti. quidam. uerſ. Macedoniani.

[h] Quam tota. Hoc nõ habemus, quia non habemus niſi Apoſtolorũ & Nicenũ & Athanaſij: Quicunq; uult.

[i] Prima. Hoc dicit ad differentiam ſecundæ, quæ fuit reprobata: ut J. xvj. diſt. quoniã ſanctę.

[k] Perſonas. Verbi & hominis.

[l] Vnam. Vna eſt perſona: ſed habet duas naturas, ſcilicet diuinã & humanã. J. c. ſicut. uer. v.

† Lege Marciano

[m] Euticem. Qui poſt Reſurrectionẽ Chr̃m habere unã naturã dixit, ſcilicet diuinam. xvj. diſt. vj. uer. quarta.

Addi

ſtantinopolitanum abbatem uerbi Dei, & carnis unam naturam pronuntiantem, & eiuſdem Dioſcorum defenſorem a quondam Alexandrinum epiſcopum, & ipſum rurſus Neſtorium epiſcopum cum reliquis hæreticis una patrum ſententia prædamnauit, prædicans eadem ſancta ſynodus Chriſtum Deum ſic natum de uirgine, ut in eo ſubſtantiam & diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. Hæ ſunt quatuor ſynodi principales fidei b naturam pleniſsimè prædicantes. Sed & ſi qua ſunt alia concilia, quę ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor authoritates, omni maneant ſtabilita uigore, quorum geſta in hoc opere c cō dita continentur. Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus uel cœtus. Concilij uerò nomen tractum eſt ex more Romano. tempore enim quo agebantur cauſæ conueniebant omnes in unum, & communi intentione tractabant.

Synodus quid eſt.

Cōcilium unde dr.

Vnde & concilium à communi intentione dictum eſt, quaſi concidium, d, in l, literam tranſeunte: uel concilium dictum eſt à communi intentione eò quòd in unum dirigāt omnem mētis obtuitum. Cilia etenim oculorum ſunt. Vnde qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non conſentiunt in unum.

Cilia.

Cœtus uero conuentus eſt, uel congregatio, à coeundo, id eſt, à conueniendo in unum. Hinc etiam conuentus eſt nuncupatus, eò quòd ibi omnes conueniunt in unum Sicut à conuentu cœtus dicitur, ſic concilium à ſocietate multorum in unū appellatur.

Cœtus. Cōuētus.

De quatuor quoq; conciliјs ſcribit beatus Greg. ita dicens:

De authoritate quatuor conciliorum.

CAN. II.

SIcut ſancti euangelij iiij. libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere & uenerari me fateor. Nicenum ſ. in quo peruerſum Arrij dogma deſtruitur. Conſtantinoplitanū quoq; in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur. Calcedonēſe uerò, in quo Euticetis & Dioſcori prauitas eſt reprobata. Hæc tota deuotione amplector, & integerrima approbatiōe cuſtodio: quia in his uelut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cuiuslibet uitæ communis atque actionis norma conſiſtit.

a Quintum uerò concilium ueneror, in quo epiſtola quæ Ibæ dicitur, d erroris plena, reprobatur, in quo Theodorus perſonam mediatoris e Dei & hominū in duabus ſubſtantijs f ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur: & in quo ſcripta Theodori per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas uerò, quas præfata ueneranda concilia perſonas reſpuūt, reſpuo: quæ uenerantur, amplector: quia dum uniuerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & non illa deſtruit quiſquis præſumit g abſoluere, quos ligant, aut religare, quos abſoluūt.

De eiſdem etiā ſcribit Gelaſius † Pa. dicens.

† Gelaſi⁹. ſ. primus, circa annum Dñi 496.

Quæ concilia ſancta Romana eccleſia ſuſcipiat.

CAN. III.

SAncta Ro. eccle. poſt illas ueteris teſtamenti & noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimns, etiam has ſuſcipi non prohibet: Sanctam ſynodum Nicenam cccxviij. patrum mediante Conſtantino maximo Aug. in qua Arrius hæreticus condemnatus eſt. Sanctam ſynodum Conſtant. mediante Theodoſio ſeniore Aug. in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit. Sāctam ſynodū

ADDITIO. Habet enim utrāque. extra de hęreticis. cū Chriſtus. ubi not. Ala. quod ante illam definitionem de qua loquitur ipſa decre. cōtrarium dicere licebat cū phibitū nō eēt, ſed poſt nequaquam: ergo quod prius nō fuit fidei articul⁹, poſt conſecrationē factus eſt fidei articulus. Archidiaconus.

a Defenſorem. Peccabat ergo in fide, ex quo erat dſenſor hęreticorū: ut xxiiij. quæſtione prima. cap. primo. & qō. iij. qui aliorum. & extra de hæretic. uergentis ſicut dicit lex de latrone. C. de ijs qui latr. occ. l. j. Sed contra xxj. diſt. intantum, & & xxiiij. queſt. ij. ſane profertur uerſi. item Romanorum ibi enim dicitur, quod Dioſcorus non peccauit in fide, ſed expone non peccauit in fide, id eſt, non peccauit in fide tantū, quia in hoc peccauit quod auſus fuit Papam Leonem excommunicare. xxj. diſtinct. intantum.

b Fidei. Articulos.

c In hoc opere. Iſidori, ne ſit contra xix. diſtinctio. ſi Romanorū. uerſicu præſertim.

SIcut ſancti Euangelij.

d Ibæ dicitur. Ab inuentore.

e Mediatoris. Id eſt Chriſti. Ioan.

f Subſtantijs. Scilicet perſonis.

g Præſumit. Videtur ergo quod Papa non poſsit deſtruere † ſtatuta concilij: quia orbis maior eſt urbe xciij. diſtinct. legimus. circa mediū. unde requirit Papa conſentum concilij xix. diſ. Anaſtaſius. Ar. contra xviij. diſtin. c. concilia. §. hinc etiā. & extra. de elect. ſignificaſti ubi dicitur quod concilium non poteſt Papæ legem imponere. & xxxv. q. ix. ueniam. Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei. xxv. q. j. ſunt quidam.

SAncta Romana eccleſia.

[redacted]

Epheſinam primam, in qua Neſtorius dãnatus eſt conſenſu beati Papæ Celeſtini mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite: & Archadio epiſcopo ab Italia deſtinato. Sanctam ſynodum Calcedonenſem mediante Marciano Auguſto, & Anathobolio Conſtantin. epiſcopo, in qua Neſtoriana & Euticiana hæreſis ſimul cum Dioſcoro, eiusque complicibus damnatæ ſunt. Sed & ſi qua ſunt concilia à ſanctis patribus hactenus inſtituta, poſt iſtorum quatuor authoritatem, etiam cuſtodienda & recipienda mandamus, & decernimus.

Iam nunc ſubijciendum eſt de opuſculis ſanctorum patrum, quæ in eccleſia catholica recipiuntur. Opuſcula beati Cypriani Martyris & Carthaginen. epiſcopi. Item opuſcula beati Athanaſij Alexandrini epiſcopi. Item opuſcula beati Gregorij Nazianzeni epiſcopi. Item opuſcula beati Baſilij Cappadocen. epiſcopi. Item opuſcula beati Ioannis Conſtantin. epiſcopi.

Item opuſcula beati Hilarij Pictauien. epiſcopi. Item opuſcula beati Auguſtini Hypon. epiſcopi. Item opuſcula beati Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi.

Item opuſcula beati Hieronymi preſbyteri. Item opuſcula beati proſperi religioſiſsimi. Item epiſtolam beati Leonis papæ ad Flauianum epiſcopum Conſtantin. deſtinatam: cuius textum aut unum iota ſi quiſquam idiota diſputauerit, & non eam in omnibus uenerabiliter acceperit, anathema ſit.

Item opuſcula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à ſanctæ Romanæ eccleſiæ conſortio deuiauerunt, nec ab eius fideli prædicatione ſeiuncti ſunt: ſed communionis ipſius gratia Dei uſque ad ultimam diem uitæ ſuæ participes fuerunt, eligenda decernimus. Item decretales epiſtolæ, quas beatiſsimi Papæ diuerſis temporibus ab urbe Romana pro diuerſorum patrum conſultatione dederunt, uenerabiliter ſuſcipiendæ ſunt. Item geſta ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſsionum triumphis irradiant. Quis ita eſſe catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis uiribus, ſed Dei gratia & adiutorio uniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundùm authoritatem antiquam, uel conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur, quia eorum qui ſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut dictis ſuperflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur, ſicut cuiuſdam Quirici & Iulitæ matris eius, ſicut Georgij, aliorũq; paſsiones huiuſmodi, quæ ab hæreticis probantur conſcriptæ. Propter quod (ut dictũ eſt) ne uel leuius ſubſannandi orìretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis, quàm hominibus noti ſunt, omni deuotione ueneremur. Item uitas patrum, Antonij, Pauli, Hilarionis, & omniũ eremitarũ, quas tamen uir beatiſsimus ſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. Item actus Beati Sylueſtri apoſtolicæ ſedis præſulis: licet eius, qui ſcripſit, nomẽ ignoremus, à multis tamen in urbe Romana catholicis legi cognouimus, & pro antiquo uſu multæ hoc imitantur eccleſiæ. Itẽ ſcripta de inuentione ſanctæ Crucis dominicæ, & alia ſcripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptiſtæ: nouellæ quidem reuelationes ſunt: & nonnulli eas catholici legunt, ſed cùm hæc ad catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Apoſtoli ſententia præcedat: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Item Rufinus uir religioſus plurimos eccleſiaſtici operis edidit libros, nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt. Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa ſentimus quæ beatum Hieronymum prædictum ſentire cognoſcimus: & non ſolùm de Rufino, ſed etiam de uniuerſis, quos uir ſæpius memoratus zelo Dei & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuſcula, quæ uir beatus Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus, reliqua autem omnia cum authore ſuo dicimus eſſe renuenda. Item chronicam euſebij Cæſarien. atque eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & in laudibus, atque excuſatione Origenis ſchiſmatici unum ſcripſit librũ: propter rerum tamen ſingularem notitiam, quæ ad inſtructionem pertinet uſquequaque non dicimus renuendos. Item Oroſium uirum eruditiſsimum collaudamus: quia ualde neceſſaria aduerſus paganorum

a Quirici. Alias Cyrici.

ADDITIO.

Apocryphum dicitur occultum & ſecretum, ab apo, quod eſt de, & cryſis, quod eſt ſecretum: inde liber dicitur apocryphus, id eſt, occultus & ſecretus, ſcilicet cuius author ignoratur: non tamen ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur, quaſi dicat non in eccleſia, ſed remote & ſecrete ab eccleſia eſt legendus, ſecundum Hugo. Vnde dicapocrypha Grece, Latine ſecreta. Et quia in cameris ſolent uirgines abſcondi, & ſecrete morari, ſecundum Ioanuem de Fan. inde eſt, quod uirgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur ſecreta.

ganorum calumnias ordinauit, miraque breuitate cõtexuit. Item uenerabilis uiri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit uerſibus, inſigni laude proferimus. Item Vincentij nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed imitamur. Cæterum, quæ ab hæreticis cõſcripta uel prædicta ſunt, nullatenus recipit catholica & Apoſtolica eccleſia Romana. Quibus & pauca, quæ ad memoriam uenerunt, & catholicis uitanda ſunt, decreuimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum a Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatã mediante Tauro præfecto, ex tũc & i æter nũ cõfitemur eſſe dãnatã. Item Itinerarium nomine Petri apoſtoli, quod appellat̃ ſancti Clementis, Apoſto lib. viij. apocryp. actus nomine Andreæ Apoſtoli apocryphus. actus nomine Philippi apocryphus. Actus nomine Petri Apoſtoli, apocryphus. Actus nomine Thomæ Apoſtoli, apocryphus. Euãgelia Thaddæi nomine apocrypha. Euangelia noie Thomæ Apoſtoli, quibus Manichæi utuntur, apocrypha. Euangelia nomine Barnabæ Apoſtoli apocrypha. Euangelia nomine Bartho. apocrypha. Euangelia nomine Andreæ apoſtoli, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Hircius † apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de ſancta Maria, & de obſtetrice ſaluatoris, apocryphus. Liber qui appellatur paſtoris, † apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ uel Geneſis, apocryphus. Liber, qui appellatur pentametrum de Chriſto Virgilianis compaginatum uerſibus, apocryphus. Liber, qui appellatur actus Theclæ † & Pauli, apocryphus. Liber, qui appellatur Lepotius, apocryphus. Liber Prouerbiorum ab hæreticis tranſcriptus, & ſancti Sixti nomine ſignatus, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatnr Pauli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus ſanctę Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Adæ, apocryphus. Liber, qui appellatur Diogenes nomine gigantis, qui poſt diluuium cum dracone ab hæreticis pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur teſtamentum Iob, alias eſt Iacob, apocryphus. Liber, qui appellatur de pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber de pœnitentia Cypriani, apocryphus. Liber qui appellatur Iamne & Mambre, apocryphus. Liber qui appellatur ſors Apoſtolorum, apocryphus. Liber Luſanæ, apocryphus. Liber Canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſologus ab hæreticis conſcriptus, ſed beati Ambroſij nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebij Pamphili, † apocrypha. Opuſcula Tertuliani ſiue Aphricani, apocrypha. Opuſcula Iouiniani & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, & Priſcillæ, & Maximillæ, apocrypha. Omnia opuſcula Fauſti Manichæi, apocrypha. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuſcula Caſsiani præsbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Pictauieñ. Victoris, apocrypha. Opuſcula Fauſtini Regiñ. Galliarum apocrypha. Opuſcula Frumentici, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Abagarum apocrypha. Paſsio Gregorij, apocrypha. Paſsio Quirici a & Iulitæ, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur Salomonis contradictio, apocrypha. Philateria omnia, quæ non ab Angelo, ut illi confingunt, ſed magis a dæmone conſcripta ſunt, apocrypha. Hæc & his ſimilia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Teruidus, † Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, & Bonoſius qui ſimile errore defecerunt: Montanus quoque cum ſuis obſcenisſimis ſequacibus: Apollinarius, Valentinus ſiue Manichæus, Fauſtus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatius, Sebatius, Calixtus, Donatus & Euſtachius, Iubianus, Pelagius, Iulianus: & Latienſis, Celeſtinus & Maximianus, Priſcillianus

[redacted]

† Hyricus

† [redacted]

† Pãphili. Nõ eſt dicendũ hęc uerba ab aliquo aſino adiecta ut ait Beatus Rhenanus ĩ pfatiõe ſua in hiſtor. Euſebij Cæſarienſis, præſertim quia oẽs libri ſic habeãt etiã inter cõcilia eccleſiæ, tomo j. ſed dicẽdum eſſe alterius Euſebij q̃ illius Cæſarienſis. ĩ. eo. col. 2. approbati,

[redacted]

† Cherinthus.

Priſcillianus ab Hiſpania, Lapedius, Dioſcorus, Euticius, Petrus, & alius Petrus ex quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit: Achatius Conſtantino. cum conſortibus ſuis, necnon & omnes hæreſes, quas ipſi eorumque diſcipuli ſiue ſchiſmatici docuerunt, uel conſcripſerunt: quorum nomina minime retinemus, non ſolum repudiatą, uerum etiam ab omni remota eccleſia eliminata, atque cum ſuis authoribus authorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili uinculo in æternum confitemur eſſe damnata. Cæterum, qui libri in eccleſiaſticis officijs per anni circulum a nonnullis legantur (quod ritum illum apoſtolica nõ reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium ędificatione annotandum cenſuimus. Quidam, quòd in ſeptuageſima ponunt Pentateuchum uſque in undecimam diem ante Paſcha. A xv. die ante Paſcha ponunt Ieremiam uſque in cœnam domini. In cœna domini legunt tres lectiones de lamẽtationibus Ieremiæ:
Thren. 1. a Quo modo ſedet ſola ciuitas plena populo, &c. tres lectiones de tractatu Auguſtini in Pſalmum quinquageſimumquartum. Exaudi domine deprecationem meam, & ne deſpexeris. & tres de Apoſtolo, ubi ait in
1. Co. 11. d epiſtola ad Corinth. Conuenientibus uobis in unum. Secunda lectio ſic incipit: Similiter poſtquam cœnauit. Tertia de ſpi-
Luc. 22. b 1 Co. 10. a ritualibus: Nolo uos ignorare fratres. In paraſceue tres lectiones de lamentationibus Ieremiæ: tres de tractatu ſancti Auguſtini in Pſalmo: Exaudi Deus deprecationem meam. & tres de Apoſtolo, ubi ait in epiſtola ad Hebræos: Feſtine-
Hebr. 4. c mus ingredi, &c. Secunda lectio, Omnis nanq; pontifex. Tertia: de quo nobis eſt grandis ſermo. In ſabbatho ſancto: tres lectiones de lamentationibus Ieremiæ prophetæ. & tres de tractatu ſancti Augu-
Hebr. 9. b ſtini in ſexageſimumtertium Pſalmum: Exaudi Deus orationem meam, cum tribulor. & tres de Apoſtolo, ut ait in epiſtola ad Hebræos ubi ait: Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum. Secũ-
Ibid. 10. a da lectio, ubi enim teſtamentum. Tertia: Vmbram enim habet lex futurorum bonorum. In Paſcha domini homiliam ad ipſum diem pertinentem. Infra hebdomadã homilias. In octauis Paſchæ ponunt Apocalypſim & actus Apoſt. & epiſtolas canonicas, uſque in viij. Pentecoſtes. In octauis Pentecoſtes ponunt librum Regum & Paralipomenon, uſque in calen. Auguſti. In dominica prima menſis Auguſti, ponũt Salomonem, uſque in calendas Septembris. In dominica prima mẽſis Septembris ponunt Iob, Tobiam, Eſther, Eſdram. uſque in calendas Octobris. In dominica prima menſis Octobris ponunt librum Machabæorum, uſque in calendas Nouembris. In dominica prima menſis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas, uſque in calendas Decembris. In prima dominica menſis Decembris, ponunt Eſaiam prophetam, uſq; in natiuitatem domini. In natali domini Eſaiæ. 9. a legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio: Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c. Secunda: Conſolamini, conſolamini. Tertia: Conſurge Ieruſalem. Deinde leguntur ſermones uel homiliæ ad ipſum diem pertinentes. In natali ſancti Stephani homilia de ipſa die. In natali ſancti Ioannis ſimiliter. In natali Innocentium ſimiliter. In Natali ſancti Syluestri ſimiliter. In octaua Natalis Domini homilia de ipſa die. In dominica prima poſt Natiuitatem domini, ponunt epiſtolas Pauli, uſque in ſeptuageſimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit. Omnes ſitientes. Secunda: Surge illuminare Ieruſalem. Tertia: Gaudens in Domino gaudebo. Deinde legun Eſa. 55. a Eſa. 60. a tur ſermones, uel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

DISTINCTIO. XVI.

Apoſtolorum [a] *canones, qui per Clemẽtem pontificem Romanum (ſicut quidam aſſerunt) dicuntur eſſe translati, ſunt quinquaginta. Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputa[ndos]* Canon[es] quorũ apoſtolorum ſunt recipiendi. *tos, Iſidorus ſcribit, dicens.*

Apoſtolorum canones, apoſtolica reijciuntur authoritate.

CAN. I.

Apoſtolorũ. Hęc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi, Soluta eſt.

a Apoſtolorum. Hic intitulatur xvj. diſtin. in qua probat

probat, quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi. & poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidente in papatu uel imperio quodlibet cōcilium eſt celebratum. Et nota quod Gratianus ponit quandam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam non ſoluit. probat enim authoritate Iſidori, quod canones Apoſtolorum non ſunt recipiendi: quia ſunt Apocryphi. poſtea probat authoritate Zepherini & Leonis, quod ſunt recipiēdi, & nō ſunt Apocryphi. Solut. breuis eſt, quia illi canones sūt recipiēdi, qui à ueris Apoſtolis ſunt editi: ſꝫ illi nō, qui à Pſeudo Apoſtolis ſunt editi. ꝟ. proxima diſt. uerſ. item geſta.

a Canones. Sic conſtrue: quis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apoſtolorum.

b Utilia. Ar. quod utile uitiatur per inutile. ut not. ꝟ. diſtin. ix. ſi ad ſcripturas.

c [redacted]

[redacted]

Canones a qui dicuntur Apoſtolorū, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti patres illis aſſenſum præbuerunt pro eo, quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcūtur: quāuis in eis utilia b inueniantur, tamen ab authoritate canonica, atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atq; inter apocrypha c deputata. Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis.

Apoſtolorum canones ſunt recipiendi.

CAN. II.

Sexaginta ſententias Apoſtoli præſcripſerunt cum quàm plurimis epiſcopis, quas ſeruandas eſſe cenſuerunt.

Item Leo Papa ix. cōtra epiſ. Niceti Abbatis.

Exceptis quinquaginta capitulis canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur.

CAN. III.

Clementis d librū, id eſt, Petri apoſtoli Itinerarium, e & apoſtolorum canones numerant patres inter apocrypha, exceptis f capitulis quinquaginta, quæ decreuerunt orthodoxæ g fidei tractatores adiūgēda.

Itē vj. ſynodus, cap. ij.

d Clemētis. Id eſt, qui ſub nomine Clemētis compoſitus eſt ab hæreticis.

e Itinerariū. Qui actus Petri continet, quos per orbē itinerādo pegit.

f Exceptis. Impropria uidetᷣ hæc exceptio: quia aut excipitur à ueris canonibꝰ, aut à falſis. Non de falſis, quia nullus ex illis obſeruatur. Itē non de ueris, quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic quod hoc nomē canones, ſumitur large tam pro ueris, quam pro falſis canonibus: ut ponitur ĩ. xxxij. di. §. uerum.

g Orthodoxæ. Id eſt, rectæ: orthos rectū, doxa gloria. Inde dicitur fides orthodoxa. i. catholica, recta ſcilicet in qua recte gloriamur. Io. de Fan.

CAN. IIII.

Placuit h huic ſanctæ ſynodo, ut amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

Epiſtola Iſidori in capite canonum. Iſidorus ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo: Propter eorum authoritatem ceteris concilijs præponimus i canones, qui dicuntur eſſe Apoſtolorum, licet à quibuſdam apochryphi dicātur: quoniam plures eos recipiunt, & ſancti patres eorum ſententias ſynodali authoritate roborauerūt, & inter canonicas poſuerunt cōſtitutiones. Itē primus ordo (ut prædictū eſt) de celebrando concilio ibi inſertus habetur: poſtmodum canones Apoſtolorum, atque apoſtolicorum, id eſt, à ſancto Clemente uſque ad ſanctum Syluestrum: & decretorum, atque conciliorum diuerſorum breuiarium eſt interpolatum ſequens ordinem ſuum.

Item cùm Adrianus Papa ſextam ſynodum ſuſcipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiā ſancta viij. uniuerſalia concilia profeſsione Romani pontificis ſint roborata, in ſexta autem ſynodo, ſiue in ſeptimo

h Placuit. Ex his tribus capitulis ſurgit contrarietas, quā Gratianus non ſoluit, nec ponit. Sexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonum Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lxx. & Leo quinquaginta. Quidam 2 ita ſoluūt, quod ſexta ſynodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonē, & obſeruabanᷣ lxxxvj. canones, prout dixit ſexta ſynodus. ſed poſtea in deſuetudinē abierunt xxv. & remāſerunt lx. ut dicit Zepherinꝰ. procedente uero tempore, x. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt tantū 50. ut dicit Leo. ſed hæc ſolut. ſtare nō pōt: nā Zepherinus pceſsit vj. ſynodum nā vj. ſynodus fuit celebrata tēpore Agathonis, ut ĩ. ea. diſ. c. ſexta. qui longo tēpore fuit poſt Zepherinū, ut ex chronicis apparet. Omiſsis alijs ſolutionibus, dic qđ nō cōtradicūt ſibi: q adicebat ſynodꝰ lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat 50. fuiſſe capitula: Zepherinꝰ nō dicit de capitulis, ſed de ſententijs: & pōt eſſe qđ in uno capitulo ſint ſententiæ plures Iſidorus.

2 Vt Gofredus.

CASVS. *Probat Iſido. ĩ hoc c. canones apoſtolorū eſſe recipiendos, tribus rationibus. Primo quia plures eos receperūt. Scđo quia ſancti patres eorū ſniās confirmauerunt: & eas ut canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit à Clemēte uſq; ad Syluestrum. Quæ autem ſequūtur, plana ſunt.*

i Præponimus. Argumentum quod illi qui ſunt maioris authoritatis, debent habere priorem uocem in electione. xix. diſtinctio. canonicis. unde licet Anchiritana ſynodus fuerit prior Nicena, tamē propter maiorē authoritatē Nicena præponitur: ut infra ea. diſt.

[redacted]

[redacted]

3 Vel dic ideo Itinerarium appellatᷣ, quia ibi agitur de itinere: id ē, de actione huius mundi, i. de nobis ĩ hoc mūdo remanentibus, quid ſcilicet facere debeamꝰ Io. de Fā. & Hugo.

diſtinct. ca. ſexta. ibi, prima annotatio, &c. argum. extra de reſcript. ab excommunicato.

a Sextam. ſextæ ſynodi falſa eſt litera. & debet ibi eſſe ſeptimæ ſynodi. qualiter enim dubitaret ſexta ſynodus de eo, quod ipſa fecerat?

b Habeo. Voluntatem. Quidam dicebant tantum unã fuiſſe uoluntatẽ in Chriſto. Sed dicendum eſt, quod duæ fuerunt uolũtates in eo, q[uo]d homo fuit, una ſenſualitatis, ſecũdum quã ipſe dixit. Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me, &c. alia rationis, ſecundum quã ipſe dixit, ueruntã nõ ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis.

c Conſtãtini. Non illius magni Conſtãtini, qui fuit tẽpore Syluestri. ſub eo. n. fuit Nicenũ concilium tempore Syluestri.

c Conſtantini. Cõtra inſti. de do. §. eſt & aliud. iſti. qui. nõ ẽ per. fac. te. §. ſecus. ubi Iuſti. uocat patrem ſuũ Iuſtinũ. Sed loquit[ur] hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit t[em]p[or]e Agathonis Papæ, ut infra. ea. ſexta. Sub Iuſtin. aũt cui[us] leges leguntur celebrata eſt q[ui]nta ſynodus: ut infra eadem. ca. ſexta.

d Sub Iuſtiniano. ſ[ed] certe nec ſic ceſſat cõtrarietas: q[uia] tam Leo quam ſynodus loquitur de capi. Tu diſtingue tẽpora, & concordabis. ſcripturas. ij. q. j. multi.

e Eadem. Nota quod eadem dicitur ſynodus, quia iidem patres illic conuenerunt. ſimile vij. quæſtione prima. denique. &

a Tu dic q in c. ſextam ſynodum. facit mentionẽ de ſexta ſynodo cõgregata, q debet ſe prima dici: ſed propter eos patres, q in utraq; fuerũt, nõ mutat nomen, & p hoc patet q illa litera ſeptimæ, &c. ẽ falſa: & illa ſextæ, eſt uera ſecũdũ Io. de Fã. Ar. Voluntates duæ fuerũt in Chriſto.

Iuſtiniani pater.

concilio Apoſtolorũ canones ſint recepti, & approbati., patet quòd non ſunt inter apocrypha deputandi.

Vnde ſcribit Adrianus Papa Tharaſio patriarchæ.

Sexta ſynodus authoritate Adriani corroboratur.

CAN. V.

Sextam ſynodum ſanctam cum omnibus canonibus ſuis recipio.

Sed dubitatur de ea an canones cõſcripſerit. q[uo]d ex quarta actione ſextæ ſynodi a facilè abſoluitur.

Ait enim epiſcopus Petrus epiſcopo Nicomediæ:

Sexta ſynodus canones conſcripſit.

CAN. VI.

Habeo librum continentem canones ſanctæ ſynodi ſextæ: patriarcha dixit, Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis dicentes, Nunquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo quoniam ſynodus ſancta ſexta ſub Conſtantino congregata eſt contra eos, qui dicebant unã operationem, & unam uoluntatem b eſſe in Chriſto, in qua ſancti patres illos, utpote hæreticos, anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt.

a Soluta eſt hæc ſynodus Conſtantini c xiiij. anno, poſt quatuor uerò aut quinq; annos ijdem ſancti patres cõgregati ſunt ſub Iuſtiniano d filio Conſtantini, & prædictos canones promulgauerunt, de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Conſtantino Imperatore in ſynodo fuerunt, ijdem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim ut ſynodus uniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. Item ſancta ſynodus uniuerſalis ſexta poſt promulgatam ab eo diffinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam congregauerat non multò poſt defuncto, Iuſtiniano filio eius regnante pro eo. Eadem e ſancta ſynodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantino. iiij. aut v. anno congregata eſt, & canones numero ccij. ad correctionem eccleſiæ promulgauit. Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt primò ſub Conſtantino Imperatore, & nullos canones conſtituit: ſecundò ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

ff. de iudic. proponebatur. Et eſt hic arg. quod eadẽ ſit cauſa appellatiõis cum cauſa principali. ſecunda quæſtione ſexta. ſi q[ui]s in quacunq; Sancta

Vnde ſancti patres in eadem ſynodo cõgregati dixerunt:

Conſtitutiones ſynodi ſextæ.

CAN. VII.

Quoniam ſanctæ uniuerſales ſynodi v. ſub Iuſtiniano Auguſto vj. ſub Cõſtantino patre ſuo Auguſto, [redacted] fidei plenisſimè diſputantes, [redacted] cerunt, ſicut cæteræ quatuor [redacted] nodi: propterea nos conuen[redacted] imperialem urbem ſacros ca[redacted] pſimus. Item placuit huic ſanctæ [redacted] ut amodo confirmata, & rat[redacted] Apoſtolorum lxxxv. capitula, [redacted] mamus & cæteros ſanctorum [redacted] ſynodos, primam Nicenam, [redacted] nam, Neoceſariẽ. Gangrenſem, Antiochenam, Laodicen, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Calcedonenſem, Sardicenſem, Carthaginenſem, & opuſcula Theophili Alexandrini, epiſcopi, & Gregorij triſmegiſti Neoceſarien. epiſcopi, & Dionyſij Alexan. epiſcopi & martyris, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Miſeni epiſcopi, Gregorij theologi, Amphilogij Iconen. epiſcopi, Timothei Alexandrini epiſcopi, Germani Conſtan. epiſcopi, Cyrilli Alexãd. epiſcopi, Cypriani Carthag. epiſcopi, & ſynodum ſuam. Item ex diurno lib. profesſio. † Rom. pontificis.

[redacted]

Authoritate Romani pontificis ſancta octo concilia corroborantur.

CAN. VIII.

a **S**Ancta octo. hæc cōcilia dicuntur octo, quia octies ſunt celebrata, ut hic. dicuntur & quatuor quia in quatuor locis celebrata: ut ſ. diſtinct. proxima. ſicut.

b **P**Rima annotatio. Maiorem. Argumentū q̄ nō qui prior eſt tēpore potior, eſt iure: ſed melior p̄ferendus eſt: quia non gradus elegātior

SAncta octo a uniuerſalia concilia, primum Nicenum, ſecundum Conſtantinop. tertiū Epheſinum, Calced. iiij. & v. Item Conſtantinop. vj. Item Nicenū. vij. viij. quoque Conſtantinopo. uſque ad unum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & ueneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerūt modis omnibus ſequi & prædicare: & quencunq; condemnauerunt, & ore & corde condemnare profiteor. Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, quarta, & quinta cōgregatæ ſunt: Beda in lib. de tempore ſcripſit, dicens:

De temporibus conciliorum.

CAN. IX.

SExta ſynodus uniuerſalis Conſtantinopoli congregata eſt, & Græco ſermone conſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequente pijſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum, ſimulq; legatis apoſtolicæ ſedis epiſcopis cl. reſidentibus. Prima ſynodus uniuerſalis in Nicena congregata eſt contra Arrium cccxviij. patrum, temporibus Iulij Papæ ſub Conſtantino principe.

Secunda in Conſtantin. cl. patrum contra Macedonium & Eudoxium temporibus Damaſi Papæ, & Gratiani principis, quando Nectarius eiuſdem urbis epiſcopus eſt ordinatus. Tertia in Epheſina centū patrum contra Neſtorium Auguſtæ urbis epiſcopum ſub Theo. magno principe, & Papa Celeſtino.

Quarta in Calced. ſexcentorum triginta patrum ſub Leone papa tēporibus Marciani principis contra Euticem nefandiſſimorum monachorum præſulem.

† Vigilij & j. Egiper.

Quinta in Conſtantino. ciuitate temporibus Iulij † Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorū & omnes hæreticos.

PRima autem ſynodus in Nicena cccxviij. patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres inæquales gradus in trinitate aſſerebat, patrem. ſ. maiorem, filium minorem, ſpiritū ſanctū creaturam, uel ſeruum, temporibus Conſtantini principis & Syluestri Papæ Romani, Macharij Ieroſolimitani, Alexandri Alexandrini: qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones xx. quorum author maximè præfatus Alexander epiſcopus fuit. Secunda ſynodus in Conſtantino. cl. patrum contra Macedonium Conſtan. epiſcopum, qui negabat ſpiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Ieroſoly. Nectarij Alexādrini: qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres, quorum author maximè beatus Nectarius Conſtantin. epiſcopus fuit.

Tertia in Epheſo ccc. patrum contra Neſtorium Conſtanti. epiſcopum, qui dicebat beatam uirginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genitricē. ut aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, tēporibus Theodo. principis iunioris, Celeſtini Papæ Ro. Iuuenalis conſtan. epiſcopi Cyrilli epiſcopi Alexand. qui xv. capitula cōtra Neſtorij blaſphemias totidem canones authore eodem ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt. Quarta in Calced. vj. cxxx. patrum contra Euticem Conſtan. abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non èx duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturā permanere, tēporibus Marciani principis, Leonis Pa. Romani, Iuuenalis Ieroſoly. Anatholij Conſtant. qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones xxviij. quorum author maximè idem ſanctus Anatholius Conſtan. epiſcopus fuit. Quinta in Conſtan. contra Theodorum Meſochenū, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat aliud eſſe Dei uerbum, & aliud Chriſtū & ſanctam Mariam uirginem negabat dei genitricem fuiſſe: temporibus Iuſti. principis, Iulij † Papæ Ro. dn̄i Antiocheni Eutichij Conſtan. qui xxvj. capitula anathematizando deſcripſerunt contra Theo. & ſociorum eius blaſphemias. Sexta in Conſtan. cl. patrum contra Macharium Antiochenum ep̄m & ſocios eius, qui unam uoluntatem & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant: temporibus Conſtātini principis, Agathonis Papæ Romani, Gregorij Conſtan. qui condemnata hæreſi præfata anathematizando ſcripſerunt ix. capitula inferius annexa. † Vigilij.

PRima annotatio Anchiritanæ ſynodi dicitur, quæ ante Nicenam fertur fuiſſe, ſed propter authoritatem maiorem b poſtponitur: in qua patres xviij. ſtatuerunt canones xxiiij, quorum au-

tior, ſed uitæ melioris actio cōprobatur: ut xxiij. q. iiij. ſicut. & xl. di. non loca. & capit. multi. i fi. in auth. de monach. §. ordinatiōe. honeſtioribus enim honores debentur, argum. infra xxv. diſtinct. c. j. in fin. & ff. de mun. & hon. l. honore. Ar. cōtra C. de offic. mag. offi. nemo agētium. & xlj. diſtinct. miramur. & argumen. contra lxv. diſtin. c. pen. & ulti. ubi de hoc i fi. & not. de hoc lxvij. diſt. epiſcopus. Archid.

Septuaginta. Sed contra. xxj. diſt. in nouo lxviij. diſt. corepi. ibi. n. dicit, quod diſcipu-

thor maximè Vitalis Antioch. epiſcopus extitit. Secunda Neoceſarien. quæ poſt Anchiritanam & Antiochenam legitur fuiſſe, in qua patres xvij ſtatuerunt canones xxiiij. quorum author maximè Vitalis epiſcopus Salonit. extitit. Tertia Gangren. quæ poſt Nicenam legitur fuiſſe, in qua patres xvj. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſsitates eccleſiaſticas maximè contra Euſtachium, qui dicebat, quòd nullus in coniugali gradu poſitus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſsideret, ſpē ullam ad Deum haberet, & multa alia uenenoſa, quæ enumerare longum eſt. Quarta Sardicen. in qua patres lx. ſtatuerunt canones xxij. quorum author maximè Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincen. Capuanus epiſcopus, & Ianuarius Beneuentanus, & Calepodius Neapolita. ſanctæ Ro. eccl. legati extiterūt. Quinta Antiochena, in qua patres xxx. ſtatuerunt canones xxv. quorum author maximè Euſebius Palæſti. epiſcopus extitit. Sexta Laodicen. in qua patres xxxij. ſtatuerunt canones lxiij. quorū author maximè Theodo. epiſcopus extitit. Septima Carthagi. in qua patres ccxxviij. ſtatuerūt canones xxiij. quorum author maximè Aurelianus Carthagin. epiſcopus extitit, & ſanctus Aug. Hypo. epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe temporibus Honorij Auguſti. Octaua Aphricana ſub Theodo. minore Augu. in qua patres ccxxix. recitauerunt & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Aphricanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthagin. epiſcopi leguntur eſſe conſcripti.

Nona Arelaten. in qua patres cc. ſtatuerunt canones iiij. quorum authores maximè Syluester urbis Romæ epiſcopus, & ſanctus Maurinus Arela. epiſcopus extiterunt temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. Decima iterum Arelaten. in qua patres xviij. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Cæſarius Arelaten. epiſcopus temporibus Auguſti Conſtantini extitit. Vndecima iterum Arelat. in qua patres xviij. ſtatuerunt canones. Duodecima iterū Arelaten. in uico Hortenſio, in qua patres xj. ſtatuerunt canones, quorum author maximè ſanctus Cæſarius epiſcopus extitit. Tertiadecima iterū Arelat. in qua patres xviij. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Sarpidius Arela. epiſcopus extitit. Quartadecima Auraſieñ. in qua patres xxvj. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Hilarius epiſcopus extitit.

Quintadecima Empañ. in qua patres xxvj. ſtatuerunt canones ix. quorum author maximè Cæſarius extitit epiſcopus.

Sextadecima Agatheñ. in qua patres xxxix. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Arelaten. epiſcopus extitit. Septimadecima Aurelianen. in qua patres lxxij. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Aureli. Arelaten. epiſcopus extitit. Octauadecima iterum Aurelia. in qua patres. xxx. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Melianus epiſcopus Rhodonē. extitit.

Nonadecima iterū Aurelian. in qua patres xxx. ſtatuerunt canones, quorum author maximè ſanctus Albinus Andegauē. epiſcopus extitit. Vigeſima Aruer. in qua patres v. ſtatuerunt canones, quorū author maximè Honoratus Breliten. epiſcopus extitit. Vigeſimaprima Maticen. in qua patres xxj. ſtatuerunt canones, quorum author maximè Priſcus Lugd. epiſcopus extitit.

Vigeſimaſecunda iterum Maticen. in qua patres lxxxvj. ſtatuerunt canones, quorum author maximè idem Priſcus Lugd. epiſcopus extitit, Vigeſimatertia Lug. in qua patres xviij. ſtatuerunt canones, quorū author maximè Philippus Viennē. epiſcopus extitit. Vigeſimaquarta iterum Lug. in qua patres xxx. ſtatuerunt canones, quorum author maximè idem Priſcus Lug. epiſcopus extitit. Sed quod Nicena ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium uidetur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur.

Scribit. n. Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.

Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Niceni concilij.

CAN. X.

Septuaginta Niceni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo iubente domino meo Alexādro decreta omniū epōrum attuli, quæ ſunt igne combuſta: opta

diſcipuli fuerunt. lxxij. ſecũdum H. Dic, quod minor numerus nõ exclu dit maiorem. Arg. x.quæſt.j. hanc.ſic not.ĩ.xv. diſt. c.j. uerſi.harum.

Q Vod dicitis. Regionibus. Hic eſt duplex arg. unum ſtale, ex quo omnes alij hoc faciũt, ergo & tu obſeruabis hoc: ut not.ĩ. xij.diſt.illud.& ca. quemadmodũ. Itẽ argu. ꝙ nulli licet ignorare ea, quæ publice facta ſunt. xij.q.ij. qui & humanis. viij. q.j.licet. xj.q.iij. curæ. xx.diſtin. ſi decreta. lxxxvij. diſt.c. ul. xxxiij. qõ.j.paratus. ff.de inſtit. ac. ſed & ſi.§. proſcribere. C.de lib. cau. ſi filia. extra de poſtu.præla. ad hãc. arg.cõtra. lxxxij.diſt. propoſuiſti. & j.q.j. ſiqui a ſimoniacis. & xxiiij.q.j. ſi qs dederit.primũ regulare. ſecũdũ caſuale pp caſum ignorantis. extra qui ma. ac poſ. cum in tua.

Facta publica debent ab oĩbus ſciri.

G Eneralia. Hęc diſt.diuiditur in duas partes. In quarũ prima magiſter intendit probare, quod nullum robur habet concilium generale, ſine licẽtia papæ celebratum. Secunda ibi, quapropter. Tertia ibi, hinc ẽt.

b Generalia quoque cõcilia. In hac xvij.diſtin.oſtenditur, qui poſſunt facere concilia. Sunt autem cõciliorum quædã uniuerſalia quædam particularia, ſiue prouincialia, quædam epiſcopalia. Vniuerſale eſt, quod a papa uel eius legato cũ oĩbus epis ſtatuit. a Particulare ſiue prouinciale eſt, metropolitanᵒ, uel

Conciliũ eſt multiplex.

a Vniuerſale.n.cõcilium ſi-

mus, ut a ſede ſanctæ eccleſiæ ueſtra authoritate percipere per præſentes legatos mereamur. Item præſentibus nobis lxx. in memorata ſynodo capitula tractata ſunt: xxx. a Græcis Græca edita lingua: & xxx. a Latinis ſimiliter edita Latina lingua: ſed uiſum eſt ccc. & xviij. epiſcopis Spiritu ſancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro & apo. ſedis apocriſarijs, ut decẽ capitula adunarentur alijs, atque alijs congruis locis insererentur, & ad formã lxx. diſcipulorum, uel totius orbis terræ linguarũ lxx. tanti, & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Chriſtianorum informarent orbẽ. Qũo ergo xx. tantum capitula in Nicena ſynodo ſtatuta dicuntur, cum lxx. capitula (ut Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? His ita reſpondetur: capitula Nicenæ ſynodi, quædam in deſuetudinẽ abierũt, xx. tantum in Ro. eccleſia habentur. Vnde Stephanus papa ſcribit dicens Luthobio epiſcopo Maguntino.

Niceni concilij uiginti tantũ capitula habentur.

CAN. XI.

V Iginti tantum capitula Nicenæ ſynodi in ſancta Ro. ecc. habentur: ſed quo neglectu alia defecerũt, ambiguum eſt plurimi arbitrantur Antioch. concilio eſſe ea inſerta, Sardicenſe quoque concilium authoritate Nicolai papæ recipitur.

Vnde idem ſcribit clero Conſtantinopol.

Authoritate apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur.

CAN. XII.

Q Vod dicitis, neque Sardicenſe concilium, neque decreta alia uos habere Sanctorum patrum, uel recipere, nõ facile uobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicen. conciliũ, quod penes uos in ueſtris regionibus [a] actum eſt, & omnis eccleſia recipit, qua ratione conueniat, ut hæc ſancta Conſtantino. eccleſia abijceret, & (ut dictum eſt,) non reciperet.

DISTIN. XVII.

G Eneralia [1] quoq; concilia, [b] uel quorũ tẽpore celebrata ſunt, uel quorũ authoritas cęteris præemineat, ſanctorum authoritatibus ſupra mõſtratum eſt. Authoritas uero aggregãdorum conciliorum penes apoſtolicam ſedem eſt.

Vnde Marcellus papa ſcribit Maxẽtio epiſcopo.

Abſque Romani pontificis authoritate ſynodum aliquibus congregare non licet.

CAN. I.

S Ynodum [c] epiſcoporum abſq; huius ſedis Romanæ authoritate (quãquã quoſdam epiſcopos poſſitis congregare [d]) non poteſtis regulariter facere. Neq; ullũ epiſcopum, qui hãc appellauit apoſtolicam ſedem, damnare antequam hinc ſententia diffinitiua procedat. Nam ſi ſeculares in publicis iudicijs libellis utuntur appellatorijs, quanto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt, de quibus dictum eſt: Ego dixi, dij eſtis? Pſal. 81.

primas facit cũ ſuffraganeis ſuis: ut xviij.diſt.ca.j.xcij. diſt.ſi quis epiſcopus. Sed uniuerſale non debet fieri ſine authoritate papæ, ut hic. nec particulare ſine authoritate metropolitani uel primatis, nec epiſcopale ſine authoritate epĩ metropolitanus tamen põt facere cõciliũ ſine authoritate primatis: ut xcij.diſ. ſi quis epiſcopus. ſimiliter epſ ſine authoritate metropolitani. ut xxxviiij. di. qñ. & xij. q.ij.placuit. Nec obſt.quod legitur ĩ.diſt. proxi. ca.propter.in ſi.& c.pe. quia illud eſt intelligendum de prouincialibus cõcilijs. Vel intellige illud de canonibus conſtituendis. Ioan.

ne authoritate papæ uel eiᵒ legati celebrari nõ põt.ĩ. eo. c.j.& ij.ĩ. diſt. 3. §. porro. Archid.

S Ynodũ. CASVS *Maxentius epiſcopus uolebat generalem ſynodum ad condendũ canones cõgregare, ſed Marcellus dicit, quod nõ poteſt ſine licentia papæ, quamuis poſſit particularem ſynodum facere.*

c Synodum, ſcilicet generalem.

ADDITIO.

Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archi.

d Congregare. cũ conueniunt epiſcopi ad examinandã cauſam criminalẽ alicuius clerici in ſacris. & ſecũdum hoc eſt arg. quod talis congregatio epõrũ nõ dr ſynodus generalis.

Regula.

Itē Iulius papa Orientalibus epiſcopis.

Non eſt ratū concilium, quod authoritate Romanæ eccleſiæ fulcitum non ſit.

CAN. II.

Regula ueſtra nullas habet uires, nec hīe poterit: qm̄ nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Roma. eccleſ. legatus [a] interfuit canonibus præcipientibus ſine eius authoritate concilia fieri nō debere, nec ullum ratum eſt [b] aut erit unquam concilium, quod eius non erit fulcitum authoritate.

Item Damaſus papa.

Nullus uſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ.

CAN. III.

Hvic ſoli ſedi conceſſa [c] nullus uſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non uult honore eccleſiaſtico indignus aut contemptor iudicari.

Item Gregorius papa.

Abſque apoſtolicæ ſedis authoritate ſynodum aliquibus congregare non licet.

CAN. IIII.

Nec licuit alicui aliquādo, nec licebit particularem [d] ſynodū congregare: ſed quoties aliqua de uniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam [e] de eo, quod non intelligūt rationem aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderāt, ad apoſtolicam ſedem pro recipienda rōne conueniant: aut ſi forte, ſicut de talibus ſcriptum eſt, Peccator cum peruenerit in profundum malorum, contemnit: ita qui obſtinati & contumaces extiterint, ut docere non uelint, eos ab eiſdē ſedibus Apoſtolicis, aut attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut (ne aliorum ꝑditio eſſe poſsint) ſecundum canones per ſeculares [f] oportet opprimi poteſtates.

Item Pelagius papa epiſcopis, qui cōuenerant ad illicitam uocationē Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi.

Non eſt concilium, ſed conuenticulū, quod ſine ſedis apoſtolicæ authoritate celebratur.

CAN. V.

Mvltis denuo Apoſtolicis, & canonicis atq; eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani pontificis concilia celebrari.

[2] Quapropter ut iam dictum eſt, recte non concilium, ſed conuenticulum ueſtrum, uel conciliabulum caſſatur: & quicquid in eo actum eſt, irritum habeatur & uacuum. Vos quoque deinceps uidete, ut nullius hortatu [g] talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non uultis. Si uero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſos prouinciæ epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſsidentes non conueniat ad maiorem: [h]

a Regula. Legatus. ad hoc ſpecialiter deſtinatus alias non poſſet legatus facere concilium, ut not. 5. diſtin. iij. c. regula. §. porro. & extra de offic. leg. quod tranſlationem.

b Ratum eſt arg. quod id, quod nullum eſt, non poteſt ratum haberi: ut no. ix. q. ii. capi. nullus alterius. extra de elec. audi- tis.

c Hvic ſoli ſedi cōceſſa. Hic expſſe habet, quod illud qđ ſoli papæ cōpetit, non trāsfertur generali mādato, niſi ſpecialiter mandetur: ut extra de offic. leg. quod tranſlationem. quæ autē illa ſint, dixi xij. diſt. præceptis. & alia habes extra de offi. leg. quod tranſlationem.

d Nec licuit. particularem. Ad aliquid generaliter ſtatuendum, [1] uel reuocādum illud, quod in uniuerſalibꝰ cōcilijs eſt ſtatutum, ut iſti epiſcopi qui uolebant retractare ſtatuta Conſtantinopolitanæ ſynodi. Videtur hic, qđ ad ſolū papam ſpectat interpretari ſtatuta uniuerſalis cōcilij, ut extra de conceſ. præben. & eccle. non uac. dilectus. Argu. contra quod ab omnibus epiſcopis uel ſaniori parte eorum, qui interfuerunt, pōt fieri interpretatio: quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius ſtatuit. extra de ſen. excō. inter de iudi. cum uenit ſent.

e Ad recipiēdam. Eo ipſo, quod quis errat, non dicitur hæreticus, ſi paratus eſt corrigi ut xxiiij. q. j. hæc eſt fides. ſed ſi dubitat de fide, hæreticus dicitur, ut extra de hære. ca. j.

f Per ſeculares. Poſſunt ergo laici coercere clericos etiam non depoſitos in caſibus, ut not. xxiij. quæſt. v. princeps. alias autem etiam depoſitum, non poteſt laicus punire, niſi incorrigibilis ſit, ut extra de iudi. cum non ab homine. Nunquam enim clericus quantuncunq; ſit criminoſus, tradendus eſt curiæ ſeculari, dummodo poſſit corrigi per eccleſiaſticā poteſtatem: ut lxxxj. diſtinct. dictum. extra de iudi. at ſi clerici. Niſi in crimine falſi literarum Apoſtolicarum: ut extra de crimi. fal. ad falſariorū. Item habes hic, quod ubicūq; deficit eccleſiaſtica poteſtas ſemper recurritur ad brachium ſeculare. xj. quæſtione prima. petimus. & xxiij. qō. quinta. de liguribus. Ad idem eadem quæſtion. adminiſtratores.

g Mvltis. Hortatu. Argumentū, quod authoritas ſuperioris non excuſat: ut xij. queſt. ij. quicunq; militum. Argumētum contra. duodecima quæſtio ij. de rebus lxiij. diſtinctiōe. Salonitanæ. Tu dic, quod in le- uibus excuſat, alias non.

h Ad maiorem. id eſt, ad metropolitanum: & ita cū appellatur ab omnibus epiſcopis ꝓuinciæ ad metropolitanum, uidetur quod metropolitanus ſolus maior ſit omnibus epiſcopis prouinciæ quia de pari ad parem non licet appellare. ij. quæſtione ſexta. capit. anteriorum. uerſicu. illo uidelicet. Item hic appellatꝰ a metropolitano ad cōcilium metropolitanum. prima quæſtio. ſexta. omnis. & ſic cōcilium eſt maius [2] ipſo metropolitano. & ſic appellatꝰ ab aliquo ad ſeipſum cum alijs. & eſt ſimile. ff. quando appellan. ſit l. prima. §. ſolet. Sed quid eſt, quod hic dicitur, quod ſi diſſentiūt epiſco-

Papæ ſoli competēs gn̄ali mādato non transfert.

[1] Vel dic quod particularem dicit propter illos qui partē faciunt. [2] hæreticos quibꝰ nullo modo licet cōcilium celebrare, ſe cūdū Lau. Statuta uniuerſalis concilij, ꝑ quem poſſunt interpretari.

Laici utrū poſsint aliqn̄ clericos puniꝛ.

Prouer. 18

Appellat de epis ꝓuinciæ ad metropolitanum.

[2] Ex hoc dicto uidētur quod cōcilium poſſet cognoſcere de cauſis delictorū metropolitani. de hoc dicā 11. q. j. ſi clericus. ibi uideat. Archid.

tunc ſedem referantur. Et ſi illic quidem facilè & iuſtè non diſcernuntur, ubi fuerit ſynodus regulariter congregata, canonicè & iuſtè iudicentur. Maiores [a] uerò & difficiliores quæſtiones (ut ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem ſemper referantur apoſtolicam.

Itē Symmachus Papa.

Prouincialia concilia ſine Romani Pontificis præſentia pondere carebunt.

CAN. VJ.

Concilia ſacerdotum [b] eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias quia præſentiam Papæ non habēt, ualitudinem perdiderunt. [c] Legiſtis inſaniſsimi aliquando in illis prouincijs maioribus præter Apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum: & non de maioribus negotijs ad conſultationem, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe reſeruatum?

3 Hinc etiam cùm authoritas Theoderici Regis ex diuerſis prouincijs ad urbem Romanam ſacerdotes conuenire præcepiſſet, [d] ut ſanctum concilium iudicaret de ijs, quæ uenerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab aduerſarijs ipſius dicebantur impingi: Liguriæ & Aemiliæ epiſcopi, ſeu Venetiarum, ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur impetitus, debere ſynodum conuocare, ſcientes quòd eius ſedi primum Petri Apoſtoli meritum, deinde ſecuta iuſsione domini, [e] conciliorum uenerandorum authoritas ſingularē in eccleſijs tradidit poteſtatem: nec antedictæ ſedis antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iudicio. Ad hæc ſereniſsimus Rex Deo inſpirante reſpōdit, ſynodalis eſſe arbitrij in tanto negotio ſequenda præſcribere: nec aliquid ad ſe præter reuerentiā [f] de eccleſiaſticis negotijs pertinere committens ēt poteſtati pontificū ut ſiue propoſitum uellent audire negotium, ſiue nollēt, quod magis putarent utile, deliberarent: dummodo pro uenerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur. Epiſcopi uero in ſynodo reſidentes congregata authoritate eiuſdem Symmachi dixerunt, Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus impetitus quantum ad homines reſpicit, ſit immunis [g] & liber, cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus. De clericis uerò memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus [h] cōtra regulas diſceſſerunt, & ſchiſmafecerūt, hoc fieri decernimus, ut illi ſatisfaciētes epiſcopo ſuo miſericordiā conſequantur, & officijs eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui. Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro, in quo totam cām Dei iudicio commiſimus, ſubſcripſit. Petrus eccleſiæ Rauennatis epiſcopus ſub eiſdem uerbis ſubſcripſit, & poſt eum ſeptuaginta quinq; epiſcopi. Illud de clericis pro pace in urbe reformanda miſericorditer, & diſpenſatiuè factum dignoſcitur. Hoc quoque notandum eſt, quòd in hoc concilio, & in alia ſynodo [i] Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum Mediolanenſem ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo & ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.

epiſcopi, recurrat ad ſuperiorē? quare non ſtat hic ſententiæ pluriū. lxv. diſt. ſane. Intelligūt quidam, quod dicit in cauſa criminali epiſcopi ubi oportet omnes epiſcopos conſentire: ut vj. q. iiij. c. j. & ij. Sed pōt intelligi in eo caſu, quando in prouincia dubitat de negotio aliquo inter epiſcopos: tunc recurritur ad ſedē ſuperiorē. Vel intelligas in eo caſu ēt quando diſſentiūt epiſcopi in ſententia, non q̄ ſententiā aliquā ꝓferant ſed uidetur quibuſdā uno modo ſnīa, alijs alio modo.

a Maiores. Vt de fide: ut xxiiij. q. j. quoties.

b Concilia ſacerdotum. Id eſt, epiſcoporū.

c Perdiderūt. Nota quod aliquis dicitur perdere qđ nunquam habuit. ſic v. q. vj. quia iuxta. xxiij. q. iiij. Guliſarius. xxiij. diſt. quorundā. ſic xxxiij. q. ij. quod uero. & c. Moyſes.

Hinc ēt. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua ponit quid iuris ſit de ſynodis.

d Præcepiſſet. Iſti epiſcopi uenerunt ad citationem Regis, non quod uenire tenerētur, ſed ut reuocarent eū ab errore ſuo. Simile ad hoc extra de except. olim.

e Iuſsione domini. [redacted]. ſed Imperator à populo: ut xciij. di. legimus. i fi. Contrarium huic ſignatur xxj. diſt. quamuis. & xxij. diſtinc. omnes. ubi dicitur, quod Romana eccleſia habet primatū à domino, & non à concilijs. Sed dic principaliter habuit à domino ſecundario à concilijs.

f Reuerentiam. Debet Imperator reuerētiam eccleſiæ: ſed de rebus eccleſiæ nihil poteſt diſponere: ut xcvj. diſtinctio. bene. unū nec dignitates, nec præbendas dare poteſt, ut xvj. q. vij. ſi quis deinceps. Argumētum cōtra extra de cōſuetud. cum inter. i parte deciſa, ubi dicitur Rex conferre decanatum: ſ; hoc forte ex cōſuetudine, & ex priuilegio. xvj. q. j. hinc etiam.

Rex præbendas dare non poteſt.

g Immunis. Infra ij. quæſtio. vij. ca. nos ſi incompetēter. §. item cū Balaam. in fine. Contra: ibi dicitur, qđ ſimoniacus poſt reſtitutionem tenetur reſpondere accuſatoribus. Sed dic qđ primo fuit accuſatus de hæreſi, ſed cum appareret calumnia accuſantis, poſtea fuit abſolutus, ut hic dicitur.

h Ante tempus. quod fieri non debuit: ut viij. q. iiij. nonne. §. illud.

i Synodo. Vt xcvj diſtin. bene.

Epiſco-

[redacted]

a EPiſcopos. Tempus. Generale eſt, quod qui prius dignitatem receperunt, præferendi ſunt alijs: ut lxxiiij.diſt.epiſcoporum.& lxxv.diſtinct. c.ulti.& extra de maio.& obe.c.j. quoniã ille gradus cæteros antecedit, quẽ labor prolixior & ſtipendia longiora fecerũt anteire: ut C.de offi. ma.of.l. nemo.niſi aliqs receperit dignitatẽ à principe. Ille.n. præponit alijs, ut extra de maior. & obed. per tuas. & ff. de albo ſcrib. l. ij. Et niſi ſint loco metropolitani, uel alicuius maioris digniaatis q licet ſint poſterius ordinati, tñ præponuntur alijs, ut hic in Palea, placuit. diſt. prox.

Ordo inter beneficiatos.

EPiſcoporum, Hæc diſtin. diuiditur in tres partes in prima probat quod concilia epõrũ debent fieri bis in anno: & hoc probat per ſex canones, quod tamẽ correctum eſt. Secunda ibi, Quoniã quidẽ. Tertia ibi, Singuli.

ſcat, quòd nullum de his, quos baptizauit a Achatius, uel quos ſacerdotes, uel leuitas ſecundum canones ordinauit, aliqua ex nomine Achatij portio læſionis attingat, quò forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma uideatur. Nam & baptiſma (quod procul ſit ab eccleſia) ſiue ab adultero, ſiue à fure datum fuerit, ad percipientem munus b peruenit illibatum: quia vox c illa, quæ ſonuit per columbam, d Hic eſt filius meus, &c. omnem maculam humanæ pollutionis excluſit. Quod declaratur, cùm dicitur, Hic eſt, qui baptizat in ſpiritu ſancto & igne. e Nam ſi viſibilis f Solis iſtius radij, cùm per loca fœtidiſſima tranſeunt, nulla cõtactus inquinatione maculantur, multò magis ipſius, qui iſtū uiſibilem fecit virtus nulla miniſtri indignitate cõſtringitur. Nam & Iudas, cũ fuerit ſacrilegus atque fur, quicquid egit inter Apoſtolos pro dignitate cõmiſſa ſibi, beneficia per indignũ data nulla ex hoc detrimẽta ſenſerunt: declarante hoc ipſo domino manifeſtiſsima uoce: Scribæ (inquit) & Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſederunt. Quæcunque dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. dicunt enim & nõ faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in eccleſia miniſtri pro officio ſuo uidentur operari, hoc totum contineri g implente h diuinitatis effectu, ita ille, per quem loquitur Chriſtus, Paulus affirmat, Ego plãtaui, i Apollo k rigauit: l ſed Deus incrementũ m dedit. Itaque neque qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed qui incremẽtũ dat Deus. Adeò aũt non requiritur quis uel qualis n prædicet, o ſed quid prædicet, ut inuidos p etiã Chriſtũ bene cõfirmet q prædicare: quo malo ipſe diabolus deiectus eſt: & hoc r ipſe prædicare nõ deſinit. Ideo ergo & hic, ſ cuius nomen dicitur reticendum eſſe, malè bona miniſtrando, ſibi tantùm nocuit. Nam inuiolabile ſacramentũ, quod per illũ datũ eſt, in alijs t perfectionem ſuæ virtutis u obtinuit. qđ quidẽ generaliter x verũ eſt, niſi aliquorũ intantũ ſe extẽderet curioſa ſuſpicio, ut imaginentur y prolato à Felice Papa iudicio, poſtea inefficaciter in ſacramẽtis quæcunq; Achatius uſurpauit, ipſum egiſſe. ac proinde oportet eos metuere, z qui uel in cõſecrationibus, uel in baptiſmate miniſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita diuina beneficia uideantur.

Quia ergo illicitè & non canonicè, ſed contra decreta prædeceſſorum, et ſucceſſorum ſuorum hæc reſcripta dedit, ut probat Felix et Gelaſius, qui Achatium ante Anaſtaſium excommunicauerunt: et Ormiſda, qui ab ipſo Anaſtáſio tertius eundem Achatium poſtea damnauit: ideo ab eccleſia Romana repudiatur, et à Deo percuſſus legitur fuiſſe hoc modo.

Anaſtaſius à Deo reprobatus nutu diuino percuſſus eſt.

CAN. IX.

ANaſtaſius ſecundus natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis, Eodem tempore multi clerici ſe a communione ipſius abegerunt, a eò quòd communicaſſet ſine concilio b

d 4

---

a Baptizauit. In forma eccleſiæ.

b Munus. Id eſt, baptiſma.

c Quia vox. Hic eſt, qui baptizat. de conſecr. diſtinc. iiij. baptiſmus. in fine.

d Per columbam. Id eſt, per ſpiritum ſanctum in ſpecie columbæ. Hug.

e Et igne. Id eſt, charitate.

f Nam ſi viſibilis. j. quæſtione prima. ſi fuerit.

g Contineri. Id eſt, perfici.

h Implente diuinitatis effectu. Id eſt Deo cooperãte.

i Plantaui. Prædicando.

k Apollo. Diſcipulus Pauli.

l Rigauit. Baptizando.

m Incrementum. Id eſt, gratiam, & remiſsionem peccatorum.

n Vel qualis. Hoc intellige de toleratis, alias bene quæritur, ut xlij. diſt. quieſcamus. Nam nemo poteſt prædicare, niſi mittatur: ut xvj. quæſt. j. adijcimus. & extra de hæretic. cum ex iniuncto. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora, quando omnes poterant prædicare.

o Prædicet. Sed quæ prædicet?

p Vt inuidos. Id eſt, pſeudo apoſtolos t.

q Confirmet. Et hoc in epiſtola ad Philippenſes cum dicit, ſiue per ueritatem ſiue alio modo Chriſtus prædicetur, in hoc gaudeo & gaudebo.

r Hoc. Id eſt, inuidiam.

ſ Et hic. Scilicet Achatius.

t Alijs. Scilicet, ignorantibus.

u Suæ virtutis. Quo ad ueritatem ſacramenti.

x Generaliter. Idem in omni ſacramento.

y Vt imaginentur. Scilicet Achatium.

z Metuere. Scilicet ſecundum ſuam opinionem falſam. Nam in ueritate ſuſceperũt ordinem, ſed non executionem. j. quæſtione. j. ordinationes. prima quæſtione vij. Daibertum.

a Naſtaſius. a Abegerunt. Id eſt, remouerunt. xxxij. diſtinct. cap. præter. hoc. §. uerum. Sed contra. viij. quæſt. iiij. nonne. vbi dicitur quòd ante tempus ſententiæ non poſſunt clerici recedere ab epiſcopo. Sed hic non receſſerũt ante ſententiam, quia inciderẽt in hæreſim iã damnatam: ut xxiiij. q. j. c. j. ij. & iij.

b Concilio. Videtur ergo, quod Papa tenetur requirere concilium epiſcoporum. quod verum eſt. ubi de fide agitur: & tunc ſynodus maior eſt Papa: ut xv. diſt. ſicut. in fin. Argu. ad hoc xciij. diſt. legimus.

Qui

Ioan. 1. c

Prædicare nemo poteſt niſi mittat.

Sub. qui ex inuidia bonorũ & cũ lucri Chriſtum prædicant. xxiij. quæſt. j. & nunc. ... Arc. Matt. 3. d

1. Cor. 3

r Quia concludit Grat. ſecũdum opi. forte ſuã ſcilicet, q̃ aſſerit veritatem ſacramentorũ nõ eſſe apud hæreticos, quod falſum eſt. Io. de Fã.

a Qui communicauerat. Contra xj. q.iij. quoniam. vbi dicitur, quod excommunicatio non tranſit in tertiam perſona, ſed hic communicauit ei in maleficio: vnde potuit tranſire ad tertiam perſonam, ut extra de ſentent. excommunicat. nuper.

epiſcoporũ, uel presbyterorum & clericorum cunctæ eccleſiæ catholicæ, diacono Theſſalonicenſi nomine Fotino, qui communicauerat[a] Achatio: & quia voluit occultè[b] reuocare Achatium, & non potuit, nutu diuino[c] percuſſus eſt. Hinc etiã de Maximo epiſcopo in Conſtantinopolitana ſynodo ſtatutum eſt.

Quæ circa indiſciplinatos prælatos, uel ab eis geruntur, in irritum reuocentur.

CAN. X.

PRopter totius indiſciplinationis eius doctrinam, quæ Conſtantinopoli exorta eſt, ſtatutũ eſt, ne Maximus fuiſſe, aut eſſe iam putetur epiſcopus, neque ij, qui ab eo ſunt ordinati, qualemcunque gradum clericatus obtineant:[d] omnib. ſ. quæ circa eum,[e] uel ab eo geſta ſunt, in irritum reuocatis.

DISTINCT. XX.

1 *DEcretales[f] itaque epiſtolæ canonib. cõciliorum pari iure exæquantur. Nũc aũt quæritur de expoſitionib. ſacræ ſcripturæ, an exequẽtur, aut ſubijciantur eis. quò enim quiſque magis ratione nit ĩ, eo maioris authoritatis eius uerba eſſe uidẽtur. Plurimi autẽ tractatorũ ſicut pleniori gratia ſancti ſpũs, ita ampliori ſciẽtia alijs præcellẽtes, rationi magis adhæſiſſe probantur. Vnde nonnullorum pontificum conſtitutis, Auguſt. Hierony. atque aliorum tractatorum dicta uidentur eſſe præferenda.*

2 *Sed aliud eſt cauſis terminũ imponere, aliud ſcripturas ſacras diligenter exponere. In negotijs diffiniẽdis nõ ſolũ eſt neceſſaria ſciẽtia,[g] ſed etiã poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro, Quodcũq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cælis, &c. prius[h] dedit[i] ſibi claues regni cælorum. In altera dedit ei ſcientiam diſcernendi inter lepram & leprã;[k] in altera dans ſibi poteſtatem eijciendi aliquos ab eccleſia, uel recipiendi. Cũ ergo quælibet negotia finem accipiant, uel in abſolutione innocẽtium, uel in condemnatione delinquentium: abſolutio uerò uel condemnatio nõ ſcientiam tantùm, ſed etiã poteſtatem præſidentium deſideret: apparet, ꝙ diuinarum tractatores ſcripturarum, et ſi ſcientia pontificibus præemineant, tamẽ quia dignitatis eorum apicem nõ ſunt adepti, in ſacrarũ quidẽ ſcripturarũ expoſitionib. eis præponuntur: in cauſis uero diffiniẽdis ſecundũ poſt eos locũ merẽtur.*

b Occulte. Magis inde præſumitur cõtra ipſum: ut extra ut eccleſi. benefic. ut noſtrum extra de off. delegat. conſuluit. ff. de ritu nuptia. palam. ff. de adminiſtrat. tuto. non exiſtimo. Laur.

c Diuino. Quia dũ aſſellaret, emiſit inteſtina, ignominioſe lapſus.

d PRopter. Obtineant. quia præter formam eccleſiæ cõtulit. j. q.j. extra eccleſiam.

Caſſanda ſunt facta ab intruſis.

e Quæ circa eum. Argum. ꝙ quicquid fit ab intruſis uel vitioſe electis, totum caſſatur, ut xij. quæſt. ij. alienationes. xxv. q.j. omne. Argum. contra. iij. quæſt. vij. cap. infamis. §. veruntamen. in princip. & C. de ſacroſanct. eccle. l. decernimus. Sed hic fauor tutorum eccleſiæ: quia aut ſunt in utilitatẽ eccleſiæ, & tunc valent, alias nõ. xvj. quæſtione vj. ſi epiſcopum.

f DEcretales. In hac. xx. diſtinc. magiſter quærit de expoſitionibus ſacræ ſcripturæ, an ſint paris authoritatis cum canonibus, & decretalibus. & infra ſoluit, quod quantum ad ſacram ſcripturam exponendam præualet ſanctorum authoritas: quantum autem ad cauſas diffiniendas præualet authoritas Romanorũ pontificum.

Authoritas ſanctorum qñq; Papali pfertur authoritati.

g Scientia. Argu. quod nullus poteſt eſſe iudex, maxime eccleſiaſticus, niſi ſit peritus: ut extra de conſang. & affin. ex literis. in fin. & j. quæſtio. j. ut euidenter. xj. q. iij. & ſi ad tempus. xxiiij. q. iij. ſi quis non. de pœn. diſt. v. conſideret. & diſt. vj. qui uult. & quia leges ſcire tenetur, in authen. de iudi. colla. vj. §. quia vero. Item quia ſententia ferenda eſt in ſcriptis, vt ij. quæſt. j. in primis. in fin. Item, quia iudices per ſe debent ſcribere ſententias, & recitare, ut C. de aſſeſ. præſides. Sed contra. C. de iudi. certi. ubi dicitur, ꝙ milites poſſunt eſſe iudices: quia per quotidianum uſum poſſunt habere peritiam iudicandi. Mediocris tamen ſcientia ſicut in prælato, ita & in iudice ſufficit: ut extra de elect. cum nobis olim.

Impieritꝰ nõ poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus.

Iſta cõcordãt. & pxima ſequens parũ, aut nihil faciũt ad hoc. nec eaſponũt Hu. & l. quorum fuit iſtud dictũ. Archidia.

h Prius. Argum. ex ordine facti aliquid præſumendũ: ut xxiij. quæſt. iiij. diſplicet. & j. qõ. j. ut euidenter. Similiter ex ordine verborum: ut xiij. diſt. ſit rector. & extra de reſcript. cum dilecta. ff. de ſol. nec ordo. contra.

Matt. 16.

i Dedit. G. hic videtur velle, quod alia ſit clauis ligandi & ſoluendi, alia ſcientiæ, & ita qđ ſint duæ claues. Sed dico tantum unam eſſe,[l] ſed dicunt duæ eſſe propter duos effectus. Sed qualiter ſcientia dicitur eſſe clauis: cũ aliquis poſsit habere ſcientiam, qui non habet clauem: & econtra? Sed dic, quod licet ſcientia prius non fuiſſet clauis antequam haberet ordinem, tamẽ poſt ordinem incipit eſſe clauis. Si tamen quæras quid proprie ſit clauis ſacerdotalis. Dico ipſam poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat & ſoluit.

Clauis ſacerdotalis an ſit una an plures.

l [redacted]

k Inter lepram & lepram. id eſt inter cauſam & cauſam. alludit ei quod fiebat in lege. cum enim dubitabatur de aliquo an eſſet infectus lepra, ducebatur ad ſacerdotes: & ſecundũ eorum

Inter leprã, & lepram vnde dicat.

rum arbitrium uel recipiebatur, uel deijciebatur, ut xij. quæſtione iij. quomodo. de pœniten. diſtinct. prima cap. uoluiſſent iniqui. §. ex his uero Moyſi. Hug. & de pœniten. diſtinct. j. d. capit. voluiſſent. §. denique. verſic. Moyſi. & extra qui filij ſint legitimi. per venerabilem. §. rationibus. Archidiaco.

a De libellis. Id eſt, ſecundum libellos & cõmentarios.

b Aliorum. Id eſt Hieronymi & Auguſtini, per quorũ ſcripta non eſt iudicandum omiſsis canonibus. quinquaginta diſtinct. ſi ille.

c Iunioris. Ecce hic approbatur dicta Greg. iunioris, alibi videntur reprobari xxxij. quæſtio. vij. capit. quod propoſuiſti. & in ſeq. §. ubi dicit G. quod ſunt contraria Euange. ſed illud capit. intelligitur de arcta, & ſic bene tenet. Ioan.

d Illorum. Hic videtur, quod potius iudicandum ſit ſecundum illũ, qui innititur authoritati canonis, quam ſecundum illum. qui innititur authoritati Hierony. uel Auguſt. quod verum eſt, niſi Auguſt. iuuetur authoritate no. uel vete. teſta. uel etiã aliquo canone. Nã licet conciliũ apud Aquiſgranum factum conſtituerit, quod raptor non poſsit matrimonialiter iungi cum rapta, ut xxxvj. quæſt. ij. placuit. tamen Hieronym. contrarium ſtatuit, & ei ſtatur, ut xxxvj. qõ. ij. tria. Sed hoc eſt, quia iuuatur authoritate Melden. concilij. ca. cauſa & q. c. ſi autem.

e Conuincitur. Sed nonne Orientalis eccleſia recipit canones? Videtur quod non, ut xxxj. diſtin. aliter. nunquid ergo ipſa eſt hæretica? Sed dic, quod licet ipſa non recipiat iſtos canones, non tamen contemnit eos Vel dic quod Papa approbat conſuetudinem ipſorũ. ſ. diſt. proxi. ſi Romanorum.

f Si decreta. Non habetis. Per ſcientiam.

g De neglectu. Nulli enim eſt licitum ignorare canones. ut j. xxxviij. diſtinct. nulli. & cap. omnes. ſ. diſtinct. proxi. ſi Romanorum.

h Corripiendi. Argum. ſimile xvj. diſt. quod dicitis.

Vnde Leo Papa quartus ſcribit epiſcopis Britanniæ.

Aliorum ſcriptura Romanorum pontificum decretis non ſunt præponenda.

CAN. I.

De libellis[a] & commentarijs aliorum[b] non conuenit aliquos iudicare, & ſanctorum conciliorum canones relinquere: uel decretalium regulas, quæ habentur apud nos, ſimul cũ canonibus, quibus in omnibus eccleſiaſticis vtimur iudicijs, id eſt, Apoſtolorum, Nicenorum, Anchiritanorũ, Neocæſarienſium, Gangrenſium, Sardicenſium, Aphricanenſium, Carthaginenſium, & cum illis regulę præſulum, Romanorum Syluestri, Syrici, Innocentij, Zozimi, Celeſtini, Leonis, Hilarij, Gelaſij, Ormiſdæ, & Gregorij iunioris.[c] Iſti omnino ſunt, & per quos epiſcopi iudicant, & per quos epiſcopi ſimul & clerici iudicantur. Nam ſi tale emerſerit, uel contigerit inuſitatum negotium, quod minimè poſsit per iſtos diffiniri, tunc illorũ[d] quorum meminiſtis dicta, Hieronymi, Auguſt. Iſidori uel cæterorum ſimiliter ſanctorũ doctorum & ſimilium ſi reperta fuerint, magnanimiter ſunt retinenda, ac promulganda, uel ad Apoſtolicam ſedem referatur de talibus. Quam ob cauſam luculentius, & magna uoce pronunciare non timeo: quia qui illa, quæ prædiximus, ſanctorum patrum ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, ſiue ſit epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus, non indifferenter recipere conuincitur:[e] nec catholicam & apoſtolicã fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter & efficaciter ad effectũ† ſuũ retinere, uel credere probat.

Item Nicolaus Papa clero Conſtantinopoli.

Corrigendi ſunt, qui decreta Romanorum pontificum nõ habent uel non obſeruant.

CAN. II.

Si decreta Romanorũ pontificum non habetis,[f] de neglectu[g] atque incuria eſtis redarguendi. Si verò habetis & non obſeruatis, de temeritate eſtis corripiendi[h] & increpandi.

Item Innocẽtius Papa.

Ad quos ſit recurrendum, cum ſacra ſcriptura authoritas non occurrit.

CAN. III.

De quibus cauſis nulla ſoluendi ligãdiq; authoritas in libris veteris & noui teſtamenti, & quatuor euãgeliorum cũ totis ſcriptis Apoſtolorũ[i] appareat, ad diuina recurrite ſcripta Græca. Si nec in illis, ad catholicæ eccleſiæ hiſtorias catholicas a doctoribus catholicis ſcriptas manummittite. Si nec in illis, ſanctorum exempla[k] perſpicaciter recordamini.

De quibus. CASVS.

Quidam quæſiuit, ſi aliqua dubitatio emergat in ſolutione alicuius quæſtionis, ad quas ſcripturas potius ſit recurrendum. & dicitur† in hoc cap. quod iſte ordo ſeruandus eſt. Primo enim recurritur ad vetus & ad nouum teſtamentum, & ad ſcripturas Apoſtolorum. Et ſi in illis non appareat quid ſit faciendum, ad Græcorum ſcripturas recurrendũ eſt, poſtea ad geſta conciliorũ & pontificũ: deinde ad ſanctorum expoſitiones, ultimo ad ſeniores. Sic Beneuenta. poſuit caſum.

† Alias ꝑfectum.

i Apoſtolorum. Id eſt, Apoſtolicorum.

k Exempla. Argumẽ. per exempla poſſe iudicari, ut xxxvij. diſt. qui de menſa. & xxiij. qõ. iij. ſi habes. Argum. cõtra. C. de ſenten. nemo. Sed illud intelligitur, cũ ius habetur. tunc enim ꝑ exempla nõ eſt iudicandum. Vel dic quod exemplis priuatorũ nõ eſt utendum, ſed exemplis publicæ perſonæ ſiue authẽticæ, ut exẽplis principis primi ſiue apoſtolicorum: ut xvj. quæſtione iij. licet extra de ſenten. & reiudic. in cauſis. uel dic quod

Quòd ſi omnibus his inſpectis huius quæſtionis qualitas nō lucidè iueſtigat, ſeniores ² prouinciæ cōgregate, & eos interrogate. Facilius nāq; inuenitur, qđ a pluribus ᵇ ſenioribus quærit. Verus etiam id repromiſſor dn̄s ait: Si duo ex vobis uel tres conueniūt ſuper terrā in nomine meo, de omni re, quācunque petierint, fiet illis a patre meo.

Margin: Matt. 18. c

DISTIN. XXI.

¹ D*Ecretis* ᵃ *ergo Romanorū pōtificū, et ſacris canonibus conciliorum eccleſiaſtica negotia (ut ſupra mōſtratum eſt) terminantur. Miniſtri uerò ſacrorum canonum et decretorum pontificum ſunt ſummi pontifices, et infra præſules, et reliqui ſacerdotes, quorū inſtitutio eſt in ueteri teſtamento incboata, et in nouo plenius cōſūmata. Sūmi etenim pōtifices et minores* ᵈ *ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti p̄ Moyſen, qui ex præcepto dn̄i Aaron in ſummū pontificem, filios uerò eius vnxit ī minores ſacerdotes. Poſtea uerò Dauid, cùm miniſteria domus domini āpliaret, ianitores et cātores inſtituit. Porrò Salomon quendā modū exorcizādi* ᶠ *inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeßis corporibus pellebātur. Huic officio mācipati, exorciſtæ uocati ſunt: de quibus dn̄s in Euangelio: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vr̄i (ſ. exorciſtæ)* ᶠ *in quo eijciunt? Hæc om̄ia in nouo teſtam̄to eccleſia imitata hēt ianitores ſuos, quos oſtiarios appellam'. Pro cātoribus lectores et cantores īſtituit. Exorciſtas aūt nomine antiquo et officio permanēte recepit. Pro filijs uerò Aaron omnes infra ſummū pontificem ſacerdotium adminiſtrātes ſunt conſecrati. Inter eos quædam diſcretio ſeruata eſt, ut alij appellenī ſimpliciter ſacerdotes, alij archipresbyteri, alij corepiſcopi alij epiſcopi, alij archiepiſcopi, ſeu metropolitæ, alij primates* ᵉ *alij patriarchæ, alij ſummi pontifices. Horum diſcretio à gentilib. maximè introducta eſt, qui ſuos flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios ꝓtoflamines appellabāt. Simpl'r uerò maiorum et minorū ſacerdotū diſcretio in nouo teſtō ab ipſo Chriſto ſumpſit exordiū, q duodecim apoſtolos tāquā maiores ſacerdotes, ſeptuaginta duos diſcipulos* ᶠ *quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrū ve*

Margin: Exod. 28.

Margin: 2. Paraly. 13. d

Margin: Luc. 11. b

---

dic quod exemplis paucorum non eſt utendum, ſed plurium bene.

Margin: Exempla quibus eſt vtendum.

ᵃ Seniores. Id eſt, ſapientes: ut lxxxiiij. diſtinctio. porro.

ᵇ Pluribus. Sic extra de offic. delegat. prudentiam. in fi. j. reſpon. nam per ampliores homines manifeſta ueritas reuelatur, ut C. de fideicommiſſ. l. penultim. & C. de inge. manum. l. iij. Hic patet, qđ primo ad conſuetudinem loci recurritur cum lex deficit, quàm ad conſuetudinem Romanæ eccleſiæ. ſic xij. diſt. illa. & ff. de legib. & ſenatuſc. de quibus. Alij dicunt, quod primo ad conſuetudinem Roma. eccle. recurrendū eſt: ut argumen. ī. xj. diſt. cap. ultimo. Ioan. Quid autem de hoc ſeruetur, notaui ſ. xij. diſtinctio. illud melius j. diſtinctio. conſuetudo.

ADDITIO

De hoc etiam not. C. quæ ſit long. conſuet. l. j. ibi vide. Archidiaco.

D*Ecretis.* Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes: in quarum prima dicit quod miniſtri eccleſiæ ſunt ſummi pōtifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Secunda ibi, In nouo. Tertia ibi, In his.

ᵃ Decretis. Hic agitur de eccleſiaſticis ordinibus, & oſtendit originem ipſorum, & vnde ſic appellētur: poſt ea oſtendit, quod ille qui eſt in maiori ordine uel dignitate, non poteſt iudicari à minori: & ſic Papa à nemine poteſt iudicari.

Margin: ᵇ Id eſt, quare.

Margin: Papa à nemine iudicatur.

ADDITIO.

Vt infra eodem inferior. & c. ſubmittitur. Argum.

Margin: [redacted]

ᵈ Et minores. Cum ergo Moyſes elegerit ſacerdotes in veteri teſtamento, & dominus in nouo, uidetur quod ad epiſcopum de iure ſpectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quod epiſcopus eligit clericos in Conſtantinopolitana ciuitate: ut in authent. de menſura ordinandorum clericorū. in j. §. col. iij. Ad hoc dicas, quod ep̄s de iure cōmuni cum alijs eliget, ut extra de ijs, quæ fiunt à prælatis ſine conſen. capit. c. nouit. & capitu. ea noſcitur. conſuetudo tamen eſt ſeruanda, ut extra de electio. cum eccleſia. ᵉ Itē uidetur ex loco iſto, quod Moyſes fuit ſacerdos, cum unxerit ſacerdotes: et idem dicit Innocē. extra de maiori. & obediē. ſolitæ. Sed contra ᶠ homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, ut xxiiij. quæſt. iij. non inferenda. Sed dic quod olim ſacerdotes bene erāt homicidæ. ut ij. q. vij. capi. plerunque. §. his ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus conſtruere templum, quia vir ſanguinum erat. de conſecr. diſt. j. ca. j. Quare autem iudices & executores, teſtes & aduocati in cauſa ſanguinis promoueri nō poſſunt: dic ut notaui in quæſtionibus in illa quæſtione quæ ſic incipit: aliquis ex officio ſuo hominem interfecit. De hoc dixi lj. diſt. per totum. Quæſtio venerialis eſt. Archidiaco.

Margin: Electio canonicorū, ad quos ſpectat.

Margin: ᵉ Hæc ſententia cōīter approbatur per Io. Vinc. Laurent. Goffre. & Ber. ī iſta decret. cū eccleſia.

Margin: [redacted]

ᵉ Alij primates. Hæc diuiſio non eſt niſi ratione nominum: quia idem ſunt primates, qđ patriarchæ. xcix. diſt. cap. j.

ᶠ Septuagintaduos diſcipulos. Contra infra eadem diſtinctione. in nouo. vbi dicitur, quod diſcipuli domini. i. Apoſtoli elegerunt lxxij. diſcipulos, hic dicitur, quod à domino. Sed dic quod dominus bene dicitur feciſſe, quod eius miniſter facit: quia qui per alium

ſilium facit, per ſeipſum facere uidetur, ut extra de ſenten. excom. mulieres.

a Ordinatos. ut xciij. diſtinc. dominus noſter. & cap. diaconi.

b Subdiaconos. non uidetur uerum dicere: quia tempore Apoſtolorum aliqui fuerunt ſubdiaconi: ut xxxv. diſtinct. epiſcopus. quia ille eſt canon Apoſtolorum. Sed dic, quod ſubdiaconatus tunc fuit, [redacted]

rò quaſi in ſummũ ſacerdotẽ elegit, dũ ei præ omnibus, & pro omnib. claues regni cælorũ tribuit: et à ſe petra Petri nomẽ ſibi impoſuit, atq; p̄ eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt: et ut ipſe cæteros cõfirmaret, ſubiunxit dicẽs: Ego pro te rogaui Petre, ut nõ deficiat fides tua, et tu aliquando cõuerſus cõfirma fratres tuos. Hãc tandẽ formam Apoſtoli ſecuti, in ſingulis ciuitatib. ep̃os et preſbyteros ordinauerũt. Leuitas aũt ab Apoſtolis ordinatos [a] legimus, quorũ maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos [b] & acolythos procedente tempore eccleſia ſibi conſtituit.

De his etiã ſcribit beatus Iſidorus in libro ſeptimo Etymol. cap. xij. nomina illorum, et nominũ cauſas exponẽs, ita inquiẽs:

Vnde nomina eccleſiaſticorũ graduum ſumantur.

KAN. I.

Cleros [c] & clericos hinc appellatos credimus, quia Mathias [d] ſorte electus eſt, quẽ primũ [e] per Apoſtolos legimus ordinatũ. Cleros. n. Græcè, ſors Latinè uel hæreditas dr̃. Propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte dñi ſunt, uel quia domini † partẽ [f] habẽt. Generaliter aũt clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Xp̃i deſeruiunt. quorũ gradus & nomina ſunt hæc: Oſtiarius, pſalmiſta, [g] lector, exorciſta, acolytus, ſubdiacon⁹, p̄sbyter, ep̃s. [h] Ordo uerò epiſcoporũ quadripertitus eſt, id eſt, in patriarchis, [i] archiepiſcopis, [k] metropolitis, atq; epiſcopis. Patriarcha Græca lingua ſummus patrum interpretatur: quia primũ poſt apoſtolicum tenet locũ: & ideo, quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur: ſicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Archiepiſcopus Græco interpretatur uocabulo, quòd ſit ſummus epiſcoporum, id eſt, primas. tenet enim uicem apoſtolicam, & præſidet tam metropolitanis, quã cæteris epiſcopis. Metropolitani † autem a menſura † [l] ciuitatum uocantur. Singulis. n. prouincijs præeminent, quorũ authoritati & doctrinæ cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt: ſine quibus nihil reliquis agere licet [m] epiſcopis. ſolicitudo enim

C Leros. Primo oſtendit Iſidorus, quo nomine uocentur miniſtri eccleſiæ, & quare ſic uocentur miniſtri eccleſiæ. Secũdo ponit quadrimembrem diuiſionem epiſcoporum. Tertio ponit interpretationes omniũ ordinum eccleſiaſticorum & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, Ordo uero epiſcoporum. Tertia ibi, Pontifex.

d Mathias. Cum quo fuit electus Ioſeph. xxvj. quæſtio. ij. capi. j.

e Primum. in clericum ſcilicet, alius ſcilicet Iacobus fuit primo epiſcopus factus: ut ĩ. lxvj. diſtin. porro. Et eſt hic arg. pro ſorte facienda, ut ff. de iudi. ſed cum ambo. & quod in electionibus tempore neceſsitatis poſſumus ſecundũ ſortem procedere: ut xxvj. quæſt. ij. non exemplo. contra extra de elect. eccleſia ueſtra. & ita iſta glo. non ualet. extra de elec. quia propter. Vel dic tunc eſſe utendum ſorte, cum eſt utrobique paritas in omnibus, & ſubeſt, cauſa neceſsitatis: ut cum eſt contentio de electione. xxj. q. ſecunda. non exemplo.

f Partem. id eſt decimas & primitias, quæ dicuntur Dei: ut xij. quæſt. ij. capi. quiſquis. Ioan. & capi. qui abſtulerit.

g Pſalmiſta. Hic patet, quod pſalmiſta & oſtiarius & lector ſunt clerici. xxv. diſtinctio. perlectis. & xxxij. diſtinc. ſeriatim. & lxxxj. diſtinc. clericum. & xj. quæſtio. j. de perſona. & deponi poſſunt ſicut alij clerici: ut xxvij. quæſtio. j. ſi quis epiſcopus. & qui inijcit manus in iſtos, excommunicatus eſt: ut xvij. quæſt. iiij. ſiquis. & extra de ſenten. excommunica. non dubium. & capitu. parochianos. Et per primam tonſuram fit aliquis pſalmiſta, uel clericus, & illa tonſura eſt ſacramentale ſignum: ut xij. quæſtio. j. duo. Sed ſi hoc dicatur, tunc erunt nouem ordines. Veruntamen uidetur, quod non ſit ordo: quia ubi tractatur, quod clericus alij obedientiam præſtabit, nihil agitur de iſtis ordinib⁹: ut xciij. diſtin. a ſubdiacono. ſimiliter alibi: ut lxxvij. diſtinct. illud. Sed dic, quod tãtum ſeptem ſunt ordines, qui conferuntur cum ſolennitate, ſed tamen nouem ſunt. Ioan. Sed certe omnes cõferuntur cum ſolennitate hodie, præter Pſalmiſtatum. qui a ſolo ſacerdote confertur: ut xxiij. diſtinct. pſalmiſta.

h Epiſcopus. Argu. quod epiſcopatus eſt ordo: [a] ut xciij. diſtinctio. diacones.

i In patriarchis. Quo nomine comprehendit principales patriarchas, ut Romanum, Conſtãtinopolitanum, Alexandrinum, Ieroſolymitanum, Antiochenum.

k Archiepiſcopis. id eſt, primatibus: quo nomine comprehendit alios patriarchas ſiue primates, ut Aquilegienſem, Cantuariẽſem, Bituriceñ.

l A menſura. Quia decem uel xj. debet ſub ſe habere: ut xvj. quæſtione tertia. ſcitote. uel dicitur a metros, quod eſt mater, & polis, quod eſt ciuitas: quia eſt mater aliarum, ciuitatum. duodecima diſtinctione. de his.

m Licet. de ijs, quæ ſpectant ad totam prouinciam, ſed de ijs quæ ad ſuam diœceſim ſpectant, ſine eorũ licentia poſſunt diſponere. ix. q. iij. c.) & ij.

[redacted]

Luc. 22. c

Sors ĩ electionibus eſt reprobata.

b Subaudi, quãuis dñi ſit terra, & plenitudo eius ut ĩ Pſal. viij. diſt. quo iure. Archi.

Tonſura prima, an ſit ordo.

f Dominum.

Sacerdos ſimplex pſalmiſtatũ cõferre poteſt.

a Quid ſit ordo, habes infra xxxij. di. c. j. ibi de hoc. & [illegible] idẽ extra de renun. poſt tranſlationem. §. ult. ubi de hoc.

† Vide in hunc locũ Alci. libr. diſpun. ij. c. xxiij.

† menſura. Imo ἀπὸ τοῦ μήτρος quaſi mater ciuitas.

Archiep̃s, quot ſuffraganeos habeat.

Diſpe-

totius prouinciæ archiepiſcopis commiſſa eſt. Omnes autem ſuperius deſignati ordines uno, eodemque uocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidā utuntur, propter diſtinctionē poteſtatum, quam ſingulariter acceperūt. Patriarcha, patrū princeps. archos enim Græcè, princeps Latinè. inde archiepiſcopus, princeps epiſcoporum. Metropolitanus a menſura ciuitatum.

Epiſcopus autem uocabulum inde dictū eſt, quòd ille, qui efficitur epiſcopus, ſuperintendat, ſcilicet curam gerens ſubditorū. σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Epiſcopi .n. Græcè, Latinè ſpeculatores interpretātur. Nam ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia: ideo dictus, eò quòd ſpeculetur & proſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores & uitam.

Pontifex, princeps ſacerdotum eſt, uel dicitur eſſe quaſi uia ſequentium. Ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe & pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit ſacerdotes atque leuitas, ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit, a ipſe quod unuſquiſque facere debet, oſtendit. Antea autē pontifices & reges erant. Nam maiorum hæc conſuetudo fuit, ut Rex eſſet ſacerdos & pontifex. unde & pontifices Romani Imperatores appellabantur.

Vates a ui mentis appellatus eſt, cuius ſignificatio multiplex eſt. Nam modò ſacerdotem, modò prophetam ſignificat modò poetam.

Antiſtes ſacerdos dictus eſt ab eo, quia ante ſtat: primus eſt enim in ordine eccleſiæ, ut ſupra ſe nullum habeat.

Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex Greco b & Latino, quaſi ſacrum dans. Sicut enim rex à regendo, ita ſacerdos à ſacrificando uocatus eſt. conſecrat enim & ſacrificat. S[illegible] autem gentilium flamines dicebant[illegible] capite habebant pileum, in quo era[illegible] uis uirga c deſuper habens lanæ aliquid: quod cùm propter æſtum ferre non poſſent, filum tantùm in capite religare cœperunt. nam nudis d eos penitus capitibus incedere nefas erat. Vnde & à filo, quo utebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verùm in feſtis diebus, filo depoſito, pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia. Presbyter Græcè, Latinè ſenior interpretatur, non modò pro ætate, uel decrepita ſenectute, ſed propter honorem & dignitatem, e quam acceperunt, presbyteri nominantur. Ideo autem presbyteri ſacerdotes uocantur, quia ſacra dant, ſicut & epiſcopi, qui licet ſint ſacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent: quia nec chriſmate frontem ſignant, nec paracletum ſpiritum dāt: quod ſolùm deberi epiſcopis, lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Vnde & apud ueteres ijdem epiſcopi & presbyteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis, & non ætatis f eſt. Leuitæ ex nomine authoris ſunt uocati. De Leui enim Leuitæ exorti ſunt, à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi Græcè diacones, Latinè miniſtri dicuntur: quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in diacone miniſterij diſpenſatio habetur. Hypodiacones Græcè, ſubdiaconos Latinè dicimus: qui ideo ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis & officijs Leuitarum: Oblationes enim in templo domini à fidelibus ipſis ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus deferunt. hi apud Hebræos Nathinnei g uocantur. Lectores à legendo: Pſalmiſtæ à pſalmis canendis uocati ſunt. Illi enim prædicant h populis uoluntatem Dei, & quid ſequantur, iſti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium: licet & quidam lectores,

Actu. 8.

legitur in hiſtorijs Euangelij, capitu. poſt hoc erat, &c. Archid.

h Prædicant. id eſt, leguntur recitando.

a Diſponit. ergo eps confert dignitates eccleſiaſticas: ut lxxiiij. diſtinctio. epiſcoporum. Argument. contra. xciij. diſtinctio. legimus. ubi dicitur, quod tantum ad epiſcopum ſpectat confirmatio: ſed hoc refertur ad diuerſas conſuetudines, ut extra de elec. cum in cunctis. & capi. cum eccleſia Vulterana. Ioā. Ego credo, quod de iure communi tantū electio dignitatum ſpectet ad capitulum cum epiſcopo, ut extra de ijs, quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu capituli. ea noſcitur. & capi. quanto.

Dignitatū electio ad quos ſpectat.

b Ex Greco. ſcilicet dos. quod eſt datio.

c Virga. qua arcebant aues a carnibus ſacrificiorum.

d Nudis. Argumē. quod non incedit nudus, qui filū fert, in capite.

e Dignitatem. ut lxxxiiij. diſtinctio. porro.

f Et non ætatis. Tantū ſupple, quia alibi dicitur, quod eſt nomen ætatis: ut xciij. diſtinctio. legimus.

Addicio.

g Nathinnei. I[illegible] dicunt miniſtri miniſtrorum, & interpretantur in humilitate Deo ſeruientes, uel Deo donati. & ſunt dicti ab eo tempore, quo Ioſue Gabaonitas dānauit ad miniſterium templi, ſcilicet ut ligna ibi cæderent in ipſo, & aquā portarent ad opus ſacrificij: de quibus dicitur xxij. quæſt. iiij. innocēs. H. Et no. quod iſti Nathinnei lauabāt hoſtias in probatica piſcina. Probaton. Græcæ. dicitur ouis Latine. ſic ergo dicta erat, quia in ea Nathinnei, &c. Sicut prædixit, ut

Probatō qd dicit.

do non autem prædicando, quia illud eſt officium ſacerdotum. xvj. quæſt. j. adijcimus.

a Miſerabiliter. Non per prauam uel raucam uocem, ſed potius per altam uocem & ſonoram: & iſte intellectus patet ex litera ſequenti, ubi dicit, tanta enim, &c.

b Et reſpuunt infideles id eſt, excõmunicatos. Et ita oſtiarius remouet † excõmunicatos ab eccleſia, ut hic, & xxv. diſtinct. perlectis.

† Scilicet ab ingreſſu eccleſię corporaliter arcendo Hugo.

IN nouo teſtamẽto. Hæc eſt ſecũda pars huius diſtinctionis, in qua probatur quod Romana eccleſia ſit caput ab ipſo domino ſpecialiter inſtituta, ſecundario a concilijs. Ioan. de Fant.

c Tu es Petrus. videtur ergo, quod per hæc verba, tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificatus, & ita ante paſsionem, quia ante fuit ei dictum. & ita uidetur contradicere, quinquageſima diſtinct. conſiderandum. & cap. fidelior. Nam ibi dicitur, quod poſt paſſionem, fuit datus eccleſiæ paſtor, & non ante. Solu. primo fuit Apoſtolus ante paſsionem, ſed poſt paſsionem fuit paſtor creatus per illa uerba: Si diligis me, &c. ut extra de electio. ſignificaſti. quod etiam hic innuitur cum dicit, tibi dabo claues, &c. hoc enim eſt promittere, & non dare.

Petr9 poſt paſsionẽ fuit paſtor creatus.

ADDITIO.

Ad huius uerbi declarationem vide quod legitur & nota. xxiij. quæſtione vj. capitu. tam vero ſi. §. ex his omnibus. iuxta princip. in gloſſa, ſed qualiter. Archidia.

ita miſerabiliter a pronuntient, ut quoſdam ad luctum lamentationesq; compellant. Ijdem etiam pronuntiatores uocãtur, quia populo annuntiant. Tanta enim & tam clara erit eorum uox, ut quamuis longe poſitorum aures adimpleat. Cantor autem uocatus eſt, quia vocem modulatur in cantu. huius duo genera dicuntur in arte muſica, ſicut ea doctiſsimi homines Latine dicere potuerunt, præcentor & ſuccentor. Præcẽtor ſcilicet qui uocem præmittit in cantu. Succentor autem qui voce ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem dicitur, qui conſonat & concinit, qui autem non conſonat, nec concinit, nec cõcentor erit. Acolythi Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur, a deportandis cereis quando legendum eſt Euangelium aut ſacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur: non ad effugandas tenebras, dum ſol eodem tempore rutilat, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, ut ſub typo luminis corporalis, illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur, Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Exorciſtæ ex Græco in Latinum adiurantes ſiue increpantes uocantur. Inuocãt enim ſuper cathecumenos, uel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen domini Ieſu, adiurantes per eum, ut egrediatur ab eis. Oſtiarij, id eſt, ianitores, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam Templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ſunt Oſtiarij, quòd præſint oſtijs templi. Ipſi enim tenentes claues, omnia intus extraq; cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles. b

Item Anacletus.

Romana eccleſia à domino primatum accepit.

CAN. II.

2 IN nouo teſtamento poſt Chriſtum dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo † pontificatus, in eccleſia Chriſti datus eſt, domino dicente ad eum: Tu es (inquit) Petrus: c & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meã, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Et dabo tibi claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi ſoluendique poteſtatem primus accepit a domino. primuſque ad fidem populum ſuæ prædicationis virtute adduxit, uerboque inſtituit. Cæteri vero Apoſtoli cum eodem pari d conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumque principem eorum eſſe uoluerunt: qui etiam iubente domino in toto orbe terrarum diſperſi Euãgelium prædicauerunt. Ipſis quoque decedentibus, in loco eorum ſurrexerunt epiſcopi, quorum ordinatio prætaxato e debet fieri ordine & modo, quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui autem ſpernit eos, eum, à quo miſsi ſunt, & cuius legatione funguntur ſpernit, & ipſe indubitanter ſpernetur a domino. Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, &

d Pari. Argumentum quod omnis epiſcopus ſit par Apoſtolo quantum ad ordinem & rationem conſecrationis. xxiiij. quæſtio prima. loquitur. in principio. Petrus tamen maior fuit alijs in adminiſtratione: ut ſecunda quæſtione ſeptima. puto. Poteſt enim aliquis eſſe maior alio in ordine, ſed tamẽ minor in adminiſtratione: ut archipresbyter maior eſt archidiacono: ut vigeſima quinta diſtinctio. c. perlectis. De Apoſtolis quando fuerunt cõſecrati, non legimus. Dicunt tamen quidam quod in cœna, quando dictum eſt eis: Hoc facite in meam commemorationem. de cõſecratione diſtinctione ſecunda. in Chriſto. in fine. Alij dicunt, quod cum dictum eſt eis: Ite, baptizate omnes. de conſecratio. diſtinctio. quarta. proprie. De Paulo & Barnaba habemus lxxxv. diſtinctio. quod die. & de Iacobo lxvj. diſtinctio. porro.

e Prætaxato. In parte capituli, quæ hic non eſt.

Operarios.

Petrus in adminiſtratione maior alijs fuit.

Apoſtoli quãdo fuerunt conſecrati.

[redacted]

a Operarios.. Argum. hic ſignauerunt doctores. [1] quod licet ſit ſtatutus certis numerus canonicorum, ſi tamen excreſcant eccleſiæ facultates, quod præbendæ debent augeri: ut extra de vita & honeſta. cletico. quoniam. hoc expeditum eſt extra de conſtitut. cum M. Fer. & extra de cenſi. quāto.

& fauore Michaelis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, quod ſuffraganei Ignatium deponere non potuerunt: quia inferior ſedes non poteſt ſuperiorem abſoluere uel ligare. & hoc probatur authoritate Eſaiæ dicentis: Num quid gloriabitur ſecuris, &c.

[Luc. 10. d. Matt. 9. d.]

operarios paucos, [a] rogauerunt [b] dominum meſsis, ut mitteret operarios in meſſem ſuam. vnde ab eis electi ſunt lxxij. diſcipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorū loco ſunt conſtituti in eccleſia.

Item Pelagius vrbis Romæ epiſcopus omnibus orthodoxis.

Primatum Romana eccleſia non ſynodus, ſed Chriſtus inſtituit.

CAN. III.

Qvamuis vniuerſæ per orbem catholicæ & apoſtolicæ conſtitutæ eccleſiæ unus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Romana Eccleſia catholica & Apoſtolica nullis ſynodicis conſtitutis [c] cæteris eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica uoce domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es (inquiēs) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Cui data eſt etiā ſocietas beatiſsimi Pauli vaſis electionis, qui non diuerſo (ſicut hæretici garriunt) ſed uno tempore una eademq; die [d] glorioſa morte cum Petro in Vrbe Romana ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt: & ſupradictam pariter Romanam Eccleſiam Chriſto domino conſecrarunt, [e] eamque omnibus urbibus in uniuerſo mundo ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerūt. Eſt ergo prima [f] Apoſtoli Petri ſedes Romana eccleſia non habens maculam neque rugam, nec aliquid [g] eiuſmodi.

[3] In his omnibus quantò gradus [h] celſior, tantò maior authoritas inuenitur. [i] In maioribus ſiquidem eſt regendi & iubendi poteſtas, in minoribus obſequendi neceſsitas.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Conſtantinopolitano epiſcopo dicens:

Inferiorum facta, ſuperiorum ſententijs obnoxia ſunt.

CAN. IIII.

Inferior ſedes potiorem abſoluere non poteſt. Sola enim potior inferiorem cōuenienter ab-

[1 Vt Laurent.]

[Prælatus nolētibus nō eſt dandus.]

[2 Alias, ſi ergo.]

[Petrus & Paulus eodē die paſſi ſunt.]

[3 Scilicet Romana. Hugo.]

b Rogauerunt. Argum. quod nō niſi uolentibus dabitur prælatus etiam à Papa: ut ĩ. diſtinctione proxima. ſacroſancta. ſimile. viij. quæſt. j. ſciendum. [2] & cap. audacter. Dic, à principio non datur inuitis, ſed ex poſtfacto ſic, ſi ſint negligentes. lxj. diſt. nullus inuitis.

c Qvamuis. Cōſtitutis. ſcilicet tantum.

d Eademque die. Hic uidetur, quod eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. ij. quæſt. vij. beati. dicunt tamen quidam, quod reuoluto anni ſpatio Paulus fuit decollatus, ſed eodem die poſt annum. Hiſtoria [3] tamen dicit xiiij. ann. imperij Neronis eos fuiſſe occiſos.

e Conſecrarunt. Sic ergo eccleſia conſecratur ſanguine alicuius, ſicut aliquis baptizatur in ſanguine ſuo: ut de conſecr. diſtinctio. iiij. baptiſmi vicem.

f Prima Dignitate. Nam eccleſia Antiochena præceſſit iſtam: ut xxiiij. quæſt. j. rogamus.

g Nec aliquid. Argument. quod ubicunque ſunt boni, ibi eſt eccleſia.

In his. Hæc eſt tertia pars diſtin. in qua ponit ſex cap. de materia de pœnis Ignatij Conſtantin. patriarchæ, qui fuit depoſitus a ſuis ſubditis & excommunicatus, & poſtea per Romanam eccleſiam reſtitutus. lxiij. diſtinct. Adrianus. Ioan. de Fant.

CASVS. *Dicit Gratianus in hoc §. quod quāto gradus eſt celſior, tanto maior eſt authoritas in maioribus, & regendi poteſtas: in minoribus obſequendi neceſsitas.*

h Gradus. In ordinibus. [4] de quibus ſupra dixi ea. diſtinct. cleros.

[4 Et ordinatis. Archid.]

Inferior. CASVS *Omnia cap. ſequen. loquuntur de Ignatio Conſtantinopolitano patriarcha, qui fuit depoſitus a ſuis ſuffraganeis authoritate*

i Inferior. Ex hoc cap. & infra eo. denique. tres colliguntur regulæ. Prima eſt hæc. Inferior ſuperiorem nō poteſt ligare, uel ſoluere. [5] Secunda hæc eſt, qui poteſt ligare, poteſt & ſoluere. Tertia talis, qui poteſt ſoluere, poteſt & ligare. quælibet harum regularum uidetur habere exceptionem. Prima regula uidetur recipere inſtantiam. cum maior ſe ſubijcit arbitrio minoris, ut xj. q. j. peruenit. Secunda regula ſimiliter fallit in incendiarijs & excōmunicatis, qui debent per Papam abſolui. extra de ſent. excō. tua. & extra de offic. delega. quærenti. & in excōmunicato ꝓpter rem iudicatā ultra annum poſt ſententiā, qui per Papam abſoluit. Tertia regula fallit. ĩ. de conſec. diſt. iiij. ſanctū. ubi habes quod qui dā pœnitens abſoluit aliū tempore periculi. quē tamē ligare nō poſſet. Itē fallit. iij. q. vj. quamuis. & C. ubi ſenatores. l. iij. Similiter fallit (ut videtur) cū aliquis confitetur extraneo ſacerdoti, qui ipſum tunc abſoluit, nō tamē poſſet ligare. Io. Sed illa exceptio nō ualet: quia nō concedo, quod aliquo modo cōſequatur quis remiſsionem, qui confitetur extraneo ſacerdoti: ut dicitur extra de pœn. & remiſ. omnis. niſi prius obtenta licentia a proprio ſacerdote: ut dicitur in ea. decreta. omnis. niſi in neceſsitate, ut extra eo. titu. c. ultimo. de pœ. diſt. j. quem pœnitet. verſicu. tanta. Bar. Et eſt hic arg. quod ſi Papa mandat alicui, quod excōmunicet aliquem, quod poſsit etiam ipſum abſoluere: quia excommunicatio & abſolutio pari conditione cenſentur, ut cui unum permittitur, & reliquum, ut ĩ. de pœ. di. j. verbum. arg. contra xxvij. q. j. ſi homo. Sed ibi Papa præcipit non abſolui eius authoritate, ſecundum quoſdam. In omnibus iſtis cap. vſque in finem loquitur de eadem materia, ſ. de facto [1] ſuffraganeorum Ignatij Conſtantinopolitani archiepiſcopi

[5 De hoc etiā habet xxvj. q. j. ĩ ſumma. Archid.]

epiſcopi qui a ſuis ſuffraganeis eſt depoſitus fauore Imperatoris.

a Hinc. Arg. quod idem iuris eſt in uno contrariorum, quod in reliquo: ut j. eod. denique. & xxvj. diſt. deinde. & iij. q. vj. hæc quippe. & ff. de uerbo. obliga. inter ſtipulantem. ut ¶. ea. inferior. ff. de uer. obl. inter ſtipulantem.

g Maiore. Arg. quod minor iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam præſente maiore iudice: ut xcv. diſtinct. presbyter. ff. de offic. proconſul. l. ultim. Arg. contra xj. quæ. j. peruenit. & C. de dona. in hac. xcv. diſtinctio. ecce. Dic, quod ſi minor habet iuriſdictionem a maiore, nihil agit quod ſit ad derogationẽ illius. extra de offic. leg. uolentes. — Minor gerit præſẽte maior.

b Vnde propheta. Eſaias.

c Exhibuimus. id eſt, probauimus.

Eſa. 10.

NOlite. CASVS. *Clerici Conſtantinopolitani obijciebant Nicolao papæ, quod uellet defendere Ignatiũ ĩ malo: quibus Nicolaus reſpõdet, dicens ſe nolle eum in malo defendere, ſed uult quod filij ſint deuoti patri ſpirituali, & diſcipuli magiſtro, ita ut eos nullo modo iudicent: ſed nec etiam reprehendãt.*

ſoluit. Hinc a liquidò ꝓuidetur, quia quem nõ poteſt abſoluere, nec poteſt iudicio inferior potiorẽ ligare. Vnde propheta b ait: Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, qui trahit eam? His itaq; ex diuina ſcriptura commemoratis Sole clarius exhibuimus c nõ poſſe quẽquã, qui minoris authoritatis eſt, eum, qui maioris poteſtatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut proprijs diffinitionibus ſubiugare.

Idem.

De eodem.

CAN. V.

NOlite nos exiſtimare facta cuiuſcunq; proximorum noſtrorum ea, quæ ſunt digna reprehenſione uelle defendere, ſed quòd ita uelimus filios circa ſpiritualem patrem, & diſcipulos erga magiſtrũ deuotos eſſe ac ſobrios, ut nulla penitus temeritate ad eorũ uitã, ut nõ tãtùm dicamus dijudicandam, ſed nec ſaltem tenuiter reprehendẽdam d proſiliant.

Item Nicolaus papa.

Inferiores maioribus, nec benedicere, nec maledicere poſſunt.

CAN. VI.

DEniq; ſi in epiſtola ad Hebræos e legimus, quòd minor à maiore benedicitur: reſtat ꝓfectò, ut exigente ratione etiam maledicatur. f Siquidem prænoſcẽtes hæc periculoſa tempora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in eccleſijs conſuetudinem tradiderunt. Hodie quoque in Romana eccleſia, quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum, imprætermiſſa ſeruatur, ita ut nullus ſacerdos maiore g ſuo non iubente † conſacerdote cuiuslibet rei benedictionẽ dare nitat: ſed anterior ſtans ad pronuntiandam aliquam lectionem benedictionẽ quidem poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet benedicere. h Cur hoc? nunquid benedicere peccatum i eſt? abſit. De maledicis enim, non benedicis dicit Apoſtolus, q̃ regnum Dei non poſſidebunt. ſed per hoc innuitur quantæ cenſuræ freno inferiores quique a ſuis præpoſitis iudicandi coercendiq; ſunt, ſi nec etiam benedicendi ius ullum penitus obtineant. — † innuſte. — Galat. 5

Idem Michaeli Imperatori.

De eodem.

CAN. VII.

NVnc autem diuina inſpiratione nõ nos pigebit, nec nobis impoſſibile erit uobis oſtendere, ſi tñ audire uelitis: non poſſe quenquã ritè ab ijs, qui inferioris dignitatis uel ordinis ſunt, iudicialibus ſubmitti diffinitionibus. Siquidem tempore Diocletiani k & Maximiani Auguſtorum Marcellinus l epiſco-

d Reprehendendã. Sed contra infra. ij. quæſt. vij. oues. & cap ſecuti. & ix. q. iij. ſi autem. ubi dicitur quod ſubditi poſſunt reprehendere prælatos. Sol. triplex eſt reprehenſio: imperioſa. quæ ſit imperio poteſtatis. hæc tantum maioribus conceditur. xliij. diſtin. ſit rector. ut hic. Alia ſocialis: hæc minoribus conceditur. lxxxj. diſt. in omnib. Tertia temeraria ẽ, quæ infamandi cauſa ſit: & hæc nulli conceditur: ut v. q. ult. delator. — Hoc ca. potius facit pro, q̃ cõtra: ꝓut ibi notaf in glo. ult. Archi. — Reprehenſio eſt triplex.

ADDITIO. Quarta humilis & deuota: ut ij. quæſt. vij. ca. nos ſi incompetenter. §. item cũ Balaam.

e DEnique. Ad Hebræos. Vbi legitur, quod Melchiſedech benedixit Abrahæ. & ꝓ hoc ꝓbat Apoſtolꝰ Melchiſedech fuiſſe maiorem. — Hebr. 7. b

f Etiam maledicatur. Contrariorũ enim eadem eſt ratio

h Benedicere. Sed dicit epiſcopo, qui poſtulat hãc benedictionem, Ora pro nobis pater ſanctę. in quibuſdam locis ipſe inferior dicit epiſcopo, Iube dñe benedicere. & epiſcopus benedictione facta legit.

i Peccatum. Argu. aliquid prohibetur, nõ quod ipſum malum ſit, ſed quod inde malum poteſt ſequi: ut xxij. qõ. j. in nouo. & xj. quæ. iij. nolite. & lxiij. diſtin. cum Adrianus. §. uerum.

k NVnc autem. Diocletiani. nota ſimul duos fuiſſe Imperatores. Dic quod erant duę perſonæ, ſed tamen erant loco unius. Sed contra. vij. q. j. in apibus. Sed forte unus habuit dignitatem, alter adminiſtrationem. — Imperatores duo eodem tẽpore fuerũt.

l Marcellinus. Sed de iſto legitur quod concilio congregato confeſſus eſt, qđ fecerat: & in ſe tulit ſententiam depoſitionis: & ueniens coram Diocletiano confeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe, & excommunicauit quicunque eum poſt mortem ſepeliret. Sed uidetur quod hæc ſententia qua præcepit non ſepeliri corpus ſuum contineat errorem. unde nulla deberet eſſe, ut extra de ſententia excõmunicationis. capitulo, per tuas. Si quis enim præcipiat, quod corpus ſuum non ſepeliatur,

pus urbis Romæ, qui poſtea inſignis martyr effectus eſt, adeò compulſus [a] eſt à paganis, ut templum eorum ingreſſ9 grana thuris ſuper prunas imponeret. Cuius rei gratia collecto uniuerſorum concilio epiſcoporum, & inquiſitione facta, hoc idem pontifex ſe egiſſe cõfeſſus eſt: nullus tamen eorum proferre ſententiam in eum auſus eſt, dũ ei ſæpiſsimè omnes dicerent: Tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio. Et iterum, Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. Et rurſum, quoniam ex te, inquiunt, iuſtificaberis, aut ex ore [b] tuo condemnaberis. Et iterum dicunt, Prima ſedes non iudicabitur a quoquam. Item in eodem: Sed cũ quodã tẽpore quidam contra Sixtum papã tentaſſent quædam mali rumoris obijcere: & in concilio, cui Valentinianus Auguſtus inter erat, dictum fuiſſet non licere aduerſus pontificem ſententiã dare: ſurrexit protinus idem Imperator, & in arbitrio præfati pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum. Etenim nullus pontificum minorum, uel inferiorum urbium ſubactus iudicijs inueniẽ.

Item Nicolaus papa.

Maiores à minoribus iudicari non poſſunt.

CAN. VIII.

Subinittitur Ignatius minorum inferiorũ & ſubiectorum deliberationibus, econtra ſacris canonibus præcipientibus, & exemplis ſanctorum patrum, ſemper ubi eſt maior authoritas, eundum eſſe, & in omnib. controuerſijs ad potioris ſedis iudicia actio dirigaẽ. Quod non ſolnm à catholicis, uerùm etiam ab ipſis conſtat obſeruatũ eſſe hæreticis. [c] Alioqui acephalum liquet eſſe concilium ubi de tanta perſona agitur, & maiorum nõ expectatur ſentẽtia: cùm nec in cauſa clericorum inferioris [d] gradus ſolius epiſcopi ſui iudicium tantummodo poſtulandum ſit.

Idem Michaeli Imperatori.

Minorum ſententiæ maiores damnare non ualent.

CAN. IX.

Inantum hanc præſumptionem [e] ſancti patres apud Calcedonẽ deteſtati ſunt, ut Dioſcorum [f] Alexandrinũ antiſtitem inter cætera idcirco potiſsimum ſine ulla reſtitutione damnauerint, quia ponens in cælũ os ſuum, lingua eius tranſeunte ſuper terram, excommunicationem i ſanctum Leonem papam dictauit, ita ut in ſententia contra ipſum prolata hoc uideantur memorare præcipuè, dicentes: Quoniam ſecundis [g] exceſsibus præcipuè priorẽ iniquitatem ualde tranſcendit. præſumpſit enim excommunicationem dictare etiam aduerſus ſanctiſsimũ & beatiſsimum archiepiſcopum magnæ Romæ Leonẽ, &c. Nunquid ibi legiẽ inquiſitionem factam fuiſſe, utrum iſte Dioſcorus ipſam excommunicationem iuſtè

tur, hoc præceptum non eſt adimplẽdũ: ut ff. de cõdi. inſtitu. quidã Præterea qualiter poterat iſte ſeipſum excõicare uel deponere, cũ par in parem nõ habeat imperium, ut extra de elect. innotuit? Ad hoc poteſt dici, quod non fuit ſententia quam tulit, ſed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, ſcilicet niſi Deus aliter reuelauerit. & dominus reuelauit aliter, q̃a ſepultus fuit poſt xxx. dies poſt mortem. Item quæriẽ, quare iſti epiſcopi non depoſuerũt papam, cum eſſet confeſſus de hæreſi: ut xl. diſtin. ſi papa? Dicit Hug. quia paratus erat corrigi licet enim papa uel alius ſit hæreticus, ſi tamen paratus eſt corrigi, [i] non deponiẽ: ut xxiiij. q. iij. dicit Apoſtolus. Vel ideo non debebant ipſum deponere, quia coactus fecit. quinquag. diſt. presbyteros.

[i] Imo dicit Hug. q̃ nec potuerunt nec debuerũt eũ condẽnare ide: q̃a ſponte & humiliter confeſſus eſt errorẽ ſuũ. Tunc .n. papa p̃t condẽnari d̃ hæreſi, cũ p̃tinax fuerit, alias nõ. Hug.

[a] Compulſus. Conditionali, non abſoluta coactione. ſi enim fuiſſet abſoluta, non deliquiſſet, ut quinquag. diſt. presbyteros.

[b] Ex ore. Ar. quod aliquis poteſt eſſe iudex i propria cauſa. ſic ff. de adop. l. iij. C. de fideicom. l. ult. Sed iudex ibi improprie dicitur, id eſt arbitrator: in iuriſdictione contentioſa non põt, ſed in uoluntaria ſic.

Subinittitur.

[c] Hæreticis. Argu. quod ab exemplis gentilium eſt argumẽtandum: ut xj. quæſtio. prima. ſacerdotibus. xiij. q. ij. queſta. & capitulo, non æſtimemus.

[d] Inferioris. J. xv q. vij. ſi autem. in ſi contra: ubi dicitur quod ſolus epiſcopus illorum cauſas poteſt audire. Sed non excludunẽ ibi clerici, ſed alij epiſcopi. xv. q. vij. epiſcopus nullius.

Inantum.

CASVS.

Dioſcorus in tribus deliquit: quia .ſ. per regẽ fuit inthronizatus in eccleſia Conſtantinopolitana: unde multi clerici receſſerunt ab eo. Itẽ quia factus fuit hæreticus. Poſt hæc duo delicta auſus fuit excõicare papam Leonem: unde ſancti patres apud Calcedonem congregati ipſum damnauerunt non tantum de hæreſi, ſed etiã quia auſus fuit ſuum maiorem excommunicare.

[e] Præſumptionem. ſcilicet, depoſitionem Ignatij.

[f] Ut Dioſcorum. qui inthronizatus fuit per regem, qui poſtea excommunicauit papam.

[g] Quoniam ſecundis. Videtur hic, quod iudex in ſententia tenetur exprimere cauſam: quæ ipſum mouit: ut C. de iudi. properandum. §. illo. & ff. de ijs, qui no. infa. l. quod ait. §. penultimo. arg. contra. extra de ſententia & re iudic. ſicut. Ad hoc dico, quod ſemper tenetur exprimere cauſam: ſi tamen non expreſſerit, tenet ſententia. ij. q. vj. biduum.

ADDITIO.

De hoc no. in p̃di. capi. ſicut. & extra lib. vj. de ſent. excom. cum medicinalis, in prin. Arc.

Pidem.

dictaſſet in Papam? Non planè, ſed abſq; omni con trouerſia hoc in eo ulci ſunt, quia cùm eſſet inferior, potiorē quibuslibet conatus eſt laceſſere iniu rijs, teſte Anatholio Cōſtātinopolitano præſule, qui dicit: Propter fidē a non eſt dānatus Dioſcorus, ſed quia excōmunicationem fecit in dominum Archiepiſcopum Leonē.

DISTIN. XXII.

Q Via ergo b maior à minori indicari nō debet, uidendū eſt quæ īter cæteras eccleſias primū locū, quæ ſecundū uel tertiū obtineat. Ro. eccl. (ſicut ſupra dictū eſt) primū locū īter cæteras obtinet, Alexandrina ſecundū, Antiochena eccleſia, tertiū ab ea locū accepit.

Vnde Nicolaus papa ſcribit Mediolanenſibus.

Romana eccleſia cæterarum primatum tenet.

CAN. I.

OMnes c ſiue patriarchæ cuiuslibet apicem, ſiue metropoleō primatus, aut epiſcopatuum cathedras, uel eccleſiarū, ſiue cuiuſcunq; ordinis dignitatem inſtituit Romana eccleſia. Illam uerò ſolus ipſe fundauit, & ſupra Petram fidei mox d naſcentis e erexit, qui beato Petro æternæ uitæ clauigero terreni f ſimul & cæleſtis f imperij iura commiſit. Non ergo quælibet terrena ſententia, ſed illud uerbum, quo cōſtructum eſt cælum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanā fundauit eccleſiam. Illius certe priuilegio fungitꝰ, cuius authoritate fulcitur. Vnde non dubium eſt, quia quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiā g facit Qui autem Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur, h hic proculdubio in hæreſim labitur: & cum ille uocetur iniuſtus, hic eſt dicēdus hæreticus. Fidē quippe uiolat, qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei, & illi contumax inuenitur, qui eā cunctis eccleſijs prætuliſſe cognoſcitur. & infra. Vnde ipſe ſanctus Ambro. ſe in omnib. ſequi magiſtrā ſanctā Romanā eccleſiā profitetꝰ. i

Idem Anacletus f ſeruus Chriſti Ieſu.

Non ab apoſtolis, ſed ab ipſo domino Romana eccleſia primatum accepit.

CAN. II.

SAcroſancta Romana & apoſtolica eccleſia non ab apoſtolis, ſed ab ipſo domino & ſaluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut beato Petro apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædi. eccl. meam. uſque, ſoluta & in cælo. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana urbe beatiſsimi apoſtoli Pauli uaſis electionis, qui uno die eodemque tempore Romæ cum Petro glorioſiſsima morte coronatus eſt: & ambo ſanctam Romanam eccleſiam conſecrauerunt, atque omnibus alijs urbibus in mundo uniuerſo tam ſua præſentia, quam uenerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus aſsidua apud Deum omnium ſanctorum effundatur oratio, his tamen uerbis beatiſsimus Paulus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: Teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euangelio filij eius, quòd ſine intermiſsione k memoriam

a Fidem. Tantum, ne ſit contra ſ. xv. diſt. canones, circa medium. uer. quarta ſynodus.

Q Via ergo. Hæc diſtinctio diuiditꝰ in duas partes. Secunda ibi Prima ergo.

b Quia ergo. In hac diſtinct. oſtendit ordinem maiorum eccleſiarum. Et primo oſtendit quem ordinem habuerunt ſecundum antiqua tempora. Secundo oſtendit, quem ordinem habuerunt poſtea ſecundum moderna tempora. ſecundū antiqua talis fuit ordo. Prima fuit Romana eccleſia, Alexandrina ſecunda. Antiochena tertia, quarta Ieroſolymitana: ut ſ. e. §. j. & ca. ij. ſed Cōſtantinopolitana nullum locū habuit: ut ſ. ead. qua traditiōe. Sed poſt quam imperiū fuit translatum Conſtantinopolim, Conſtātinopolitana eccleſia obtinuit ſecundum locū poſt Ro. Alexandrina tertium, Antiochena quartum, Ieroſolymitana quintum: & hoc dicitur ſ. ea. renouantes. extra de priuile. antiqua.

c OMnes. Sic conſtr. Ro. eccleſ. inſtituit omnes, ſcilicet prælatos, ſiue apicem cuiuslibet patriarchæ, id eſt, patriarchatus. Et per hoc patet, quod ſolus Papa nouas facit dignitates.

d Mox. id eſt, ab initio.

e Naſcentis. quantùm ad nouum teſtamentum.

f Cæleſtis. Argum. quod Papa habet utrunque gladium, ſcilicet ſpiritualem & temporalē. lxiij. diſtinct. tibi domino. & xv. queſt. vj. alius. & ca. nos ſanctorum. & ca. iuratores. & ſ. quæ. iiij. quia præſulatus. & xcvj. diſtinctio. duo. tranſtulit enim de Græcia imperium: ut extra de elect. uenerabilem. Argu. contra. xcvj. diſtin. duo. & xciij. di. legimus. & xxj. di ca. j.

g Iniuſtitiam. Nec Papa debet uni eccleſiæ detrahere, & dare alteri: ut xcix. diſt. ecce. & cap. nullus. & xxv. q. ij. de eccleſiaſticis. niſi ſubſit cauſa: ut ix. q. iij. conqueſtus. & ca. nunc uero. & capitu. per principalem.

h Conatur. Solus ergo conatꝰ hic punit: ut vj. q. j. c. quæro. §. uerum. & j. q. j. qui ſtudet. de pœni. di. j. ſi quis.

i Profitetꝰ. ar. quod confeſsio prælati nocet eccleſiæ ſuæ. ar. ſ. ead. de Conſtantinopolitana. in fi.

k Acroſancta. Sine intermiſsio

Eccleſiarum maior eſt ordo.

Ordo licet.

In cuiuſquā enim iniuriā bñficium tribuere noſtri moris non eſt, dicit Imperator. C. de emancip. nec anus. argu. ad hoc 14. q. 5. denique Arch.

[redacted]

ueſtri facio ſemper in orationibus meis.

a Prima ergo ſedes eſt cęleſti bñficio Rom.eccl. quã (ut memoratum eſt) beatiſsimi Petrus & Paulus ſuo martyrio cõſecrauerunt. Secunda autem ſedes apud Alexandriam, quæ beati Petri nomine a Marco a eius diſcipulo atq; euangeliſta conſecrata eſt. Tertia uerò ſedes apud Antiochiã eiuſdem beati Petri apoſtoli habetur nomine honorabilis, quam illic priuſquã Romã ueniret habuit, & Ignatium epiſcopum conſtituit ibi, & illic primũ b nomen Chriſtianorum c exortum eſt. *Et poſt pauca:* Inter beatos apoſtolos quædam fuit diſcretio poteſtatis: & licet omnes eſſent apoſtoli, Petro tamen a domino conceſſum eſt (& ipſi inter ſe uoluerunt idipſum) ut reliquis omnibus præeſſet apoſtolis: & Cephas, id eſt, caput & principium teneret Apoſtolatus: qui etiam eandem formã ſuis ſucceſſoribus & reliquis epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolùm hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiam in ueteri fuit. Vnde ſcriptum eſt: Moyſes d & Aaron i ſacerdotib. eius, id eſt, primi inter eos fuerunt. *Et poſt pauca:* Hęc uerò apoſtolica ſedes caput & cardo (ut præfatũ eſt) a domino, & non ab alijs conſtituta eſt: & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius apoſtolicæ ſanctæ ſedis authoritate omnes eccleſiæ (domino diſponente) reguntur. Hac authoritate Alexandrina eccleſia ſecundum a prima locum habere cenſetur: ſed poſtea in Conſtantinopolitana ſynodo eccleſia Conſtantinopolis ſecundum a ſede apoſtolica locum accepit.

Vnde in eadem ſynodo conſtitutum eſt ita:

Secundum à Romano pontifice Conſtantinopolitanus obtinet locum.

CAN. III.

C Onſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopũ habere oportet primatus honorẽ poſt Romanũ epiſcopũ: propter quod ſit Roma noua. e †

Item Greg. Ioanni epiſcopo Syracuſano.

Apoſtolica ſedi Conſtantinopolitanã conſtat eſſe ſubiectã.

CAN. IIII.

D E Conſtantinopolitana f eccleſia qđ dicunt, quis eam dubitet ſedi apoſtolicæ eſſe ſubiectam? tamen ſi quid boni, uel ipſa, uel altera eccleſia habet, ego etiam minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Stultus g enim eſt, qui ſe in eo primum exiſtimat, ut bona quæ uiderit, diſcere h contemnat. Item eidem: Nam quòd primas Byzancenus i ſedi apoſtolicæ dicit ſe ſubijci, k ſi qua culpa in epiſcopis ſuis inuenitur, neſcio l quis ei ſubiectus non ſit. Cùm uerò culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis m æquales ſumus.

Item Gelaſius Papa.

Conſtantinopolitanus epiſcopus authoritate Romani pontificis ordinatur.

miſsione. Non tamen in quolibet inſtanti: ſed horis conſtitutis ſic j. xxxj.diſt.ſi laicus. & xxxvij.diſt. de quibuſdam.

a A Marco. ut xxiiij.q.j.

b Primum. ut vij.q.j.mutationes.

c Chriſtianorum. Primo enim omnes fideles fuerunt dicti diſcipuli. de conſe. di.ij.prima.uel fratres. xj. q.iij. ca. ad menſam. ſed poſtquam apoſtoli fecerunt concilium Antiochenũ, dicti ſunt Chriſtiani. xxiiij.q.j.rogamus.

d Moyſes. Licet Moyſes & Aaron primi & ſummi dicti ſint ſacerdotes, tamen Moyſes fuit maior, quam Aaron in adminiſtratione, non quo ad conſecrationem ſacerdotalem. In hoc enim ambo pares fuerunt: Moyſes tamen hoſtias non offerebat, ſed uota offerebat pro populo: ut xxxvj. diſt. ſi quis uult. & lxxxviij.diſtin.decreuit. Item & in hoc erat maior Moyſes quã Aaron, quia inſtruebat & redarguebat eum tanquam minorem, ut de pœ. diſtin.iij. inter hæc hircum.

C Onſtantinopolitanæ.

e Roma noua. dicta eſt Conſtantinopolis, quia Conſtantinus illuc cum alijs Romanis fuit, & eam conſtituit. unde & Conſtantinopolis & Roma noua eſt dicta. xcvj. diſtin. Conſtantinus.

f D E Conſtantinopolitana. Imo ipſe Imperator eam fatetur ſubiectam Romanæ eccleſiæ: ut in auth. de eccle.tit. in princ. col.ix.

g Stultus. Stultus ta, tũ, dicitur quaſi extultus, ab extollo, lis. quia ſe extollit. Vel dicitur ſtultus quaſi ſtatim ultus, ab ulciſcor, eris, quia ſtultus ſtatim ultionem expetit, nec deliberat. Vel dic quòd proprie ſtultus eſt, qui per ſtuporem non mouetur iniuria. ſæuitiã enim perfert, nec ultus eſt, nec ullo ignominiæ mouetur dolore: quia ſtultus eſt hebetior corde. unde quidam ait: Ego me ſtultum exiſtimo, fatuum eſſe nõ opinor. id eſt, obtuſis quidẽ ſenſibus, non tamen nullis, ſecundum Pap. & Hug.

h Diſcere. Arg. eſt hic contra ſeniores qui erubeſcunt diſcere a iuuenibus. ſic xxxviij. diſtinct. nullus. & xxiiij. qõ. iij. ſi habes. & lxxxiij. diſtin. peruenit. Item habes hic, quòd maiores tenentur ſequi exẽpla minorum, ſi bona ſunt. j. quæſt. j. ſi fuerit. & ca. neq; in homine. & xix.diſt. ſecundum. Senes nõ debẽt erubeſcere a iuuenib. diſcere.

i Byzancenus. Id eſt, Conſtantinopolitanus. primo enim Conſtantinopolis dicta fuit Byzantium.

k Subijci. Ita demum ſi qua culpa, &c.

l Neſcio. q.d. ex quo Conſtanti. epiſcopus fatet ſe eſſe ſubiectum Ro. eccl. multo magis & alij tenentur fateri. Sic uidetur quod confeſsio prælati nocet eccleſiæ: ut extra de ca.mo. dilectus. & de ſen. & re iu.ſuborta. & de poſtu. præl. ad hæc Ioan. quod credo. uerum eſſe, ſi de cõſenſu ſui capituli facta eſt in iudicio: ut extra de iud cauſam. & de procur. c.j. Bart. Prælati confeſsio an noceat eccleſiæ.

m Humilitatis. Hoc uult dicere, quod omnes eſſent

æqua

æquales, ſi omnes uellēt eſſe boni: ſed quia aliqui pec care uolunt, neceſſe eſt, quod aliqui ſint maiores, qui puniant peccata eorū: culpa enim cauſa ſubiectionis eſt. Nam non peccantes legi non ſubijciuntur: ut in auth. de inceſt. nup. §. ſi uero. col. ij. xix. q. ij. duæ ſunt. Et aliter non poſſet cōſiſtere genus humanum, niſi quidam eſſent maiores, & alij minores, ſicut eſt in Angelis, ut lxxxix. diſtin. ad hoc.

Culpa eſt ſubiectionis cauſa.

CAN. V.

QVa traditione maiorum apoſtolicam ſedem in iudicium uocant? [a] An ſecundæ ſedis antiſtites & tertiæ, cæteriq́ bene conſcij ſibi ſacerdotes depelli [b] debuerunt: & qui extiterit religionis inimicus [c] depelli non debuit? Videant ergo ſi alios habeāt canones, quibus ſuas ineptias exequātur. Cæterum iſti, qui ſacri, [d] qui eccleſiaſtici, qui legitimi celebrantur ſedem apoſtolicam ad iudicium uocare non poſſunt. Conſtantinopolitanæ verò ciuitatis epiſcopus, qui utique per canones inter ſedes nullum nomen [e] accepit, in communionem reſidens perfidorum non debuit ſubmoueri.

Item ex ſexta ſynodo.

Conſtantinopolitana eccleſia ſecundum à Romana eccleſia obtinet locum.

CAN. VI.

REnouantes ſancti Conſtantinopolitani decreta concilij, petimus, ut Conſtantinopolitana ſedes ſimilia [f] priuilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat: non tamen in eccleſiaſticis rebus magnificetur ut illa, ſed hæc ſecunda poſt illam exiſtens prius, quàm [g] Alexandrina ſedes numeretur, deinde Antiochena, & poſt eam Hieroſolymitana. Hinc datur intelligi, quòd Alexandrina eccleſia de ſecunda facta ſit tertia, & Antiochena de tertia ſit quarta, niſi fortè quis duas contendat eſſe ſecundas, ut Conſtantinopolitanam, & Alexandrinam parem ſuæ dignitatis uelit locum obtinere.

Vnde in octaua ſynodo legitur.

Quæ patriarchalium ſedium primum, uel deinceps teneat locum.

CAN. VII.

DIffinimus neminem prorſus mundi potentum quenquam eorum qui patriarchalibus præſunt ſedibus, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare, præcipuè quidem ſanctiſsimū Papam ſenioris Romæ: deinceps Conſtantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandriæ ac Antiochiæ ac Hieroſolymitanorum. [h]

QVa traditione. *Achatius Conſtantinopoli. patriarcha cum eſſet in hæreſi excōmunicauit Alexandrinum & Antiochenum patriarchas, & eos à ſuis ſedibus fecit expelli, quia ſibi non fauebant in ſuo errore. Quare Gelaſius Papa in illa ſynodo congregata excommunicauit Achatiū & Conſtantinopolitanos ei fauentes, qui inciderant in hæreſim iam damnatam. Achatius vero Conſtantinopolitanus epiſcopus et complices conquerentes dicebant Papam nō debuiſſe eos excommunicaſſe, niſi in ſynodo congregata: et ſic uolebant cogere Papam congregare conciliū, ut de ſuo facto iterum cognoſceretur in ſynodo: & hoc intendebant probare authoritate quorundā canonum, quos fallaciter inducebant. Sed Gela. contra eos dicit, quod iuſtiſsime ſunt dānati, cum illi iniuſte condemnauerunt Alexandrinum & Antiochenum patriarchas: nec authoritates, quas allegant, eos defendere poſſunt.*

Capitula quæ ſequuntur cum §. plana ſunt uſque ad finem.

[a] Vocant. Ad concilium faciendum. [1]

[b] Depelli. ab Achatio Conſtantinopo. patriarcha.

[c] Inimicus. Achatius.

[d] Qui ſacri. Ironice dicit.

[e] Nullum nomen. Quia tempore Gelaſij Conſtantinopolitana eccleſia non habuit ſecundū locū adhuc. uel nullū uocat propter hæreſim ibi ſtatutam.

[f] REnouantes. Similia. Simile priuilegium habet in quibuſdam: quia ad ipſum appellatur medijs prætermiſsis: ut xj. quæſt. prima. ſi clericus. Et quia deponit epiſcopum, ut videtur: ut iij. quæſt. v. qui ſuſpecti. Et Imperator dicit, quod idem iuris habet in ſuis ſubditis, quod Papa in ſuis, ut in authentica. de eccleſ. titul. §. j. collatio. ix. Similiter Alexandrina eccleſia forte in prędictis ſimile habet priuilegium Romanæ, ut ſexageſima quinta diſtinct. quoniam. & cap. mos antiquus.

[g] Priuſquam. Sic ergo aliqua eccleſia priuatur iure ſuo ſine culpa ſua, & hoc fit quandoque propter fauorem, quandoque propter odium. Propter fauorem multipliciter. uno modo ut hic, alio modo fauore ſacerdotij. ut liiij. diſtinctio. frequens. Et alio modo propter vim conſecrationis: ut xiiij. quæſtio. vj. comperimus. Quandoque propter fauorem religionis, ut extra de eccleſ. ædificand. ad audientiam. ij. Quādoque propter ſcandalum, ut extra de clericis ægrot. tua. Quādoque propter defectum ſacramenti. ut xxxiiij. diſtinctio. ſi cuius. Item propter odium alterius, ut lxx. diſtin. neminem. xvj. qō. vij. decernimus. Propter paupertatem. x. q. iij. c. unio. Item propter ordines, ut diſtinct. liiij. frequens. Alias regulare eſt, quod nemo ſine culpa ſua priuandus eſt iure ſuo, ut xvj. quæſt. vij. inuētum. & lvj. diſtinct. ſatis peruerſum. Hic poteſt habere locum diſtinctio, quod quandoque perditur priuilegium propter fauorem, ut hic: quandoque propter enorme damnum, ut extra de deci. ſuggeſtum. quandoque propter abuſum. xj. quæſt. iij. priuilegium. quandoq; propter delictum xxv. q. ij. ita nos. quandoque propter negligentiam. ff. de nundinis. l. j. quandoque propter cōtrarium factum, extra de priuileg. ſi de terra. & c. accedentibus. Et not. quod licet quis ſine culpa perdat priuilegium, nunquam tamen ſine cauſa. extra ut lit. non conteſt. quoniā frequenter §. porro. vnde verſus:

Paupertas, odium, vitium, fauor, & ſcelus, ordo.
Perſonas ſpoliant & loca iure ſuo.

[h] DIffinim⁹. Ac Hieroſolymitanorū. Sunt & alij [2] patriarchæ: ut Bituricē. Aquilegiē. ut ix. q. iij.

Appellatio poteſt ad Papam omiſſo medio interponi.

Iure ſuo multis modis q̄s priuatur.

[1] Scilicet propter dānationem alicuius, quaſi papa nō poſſit ſine concilio aliquē damnare: quod falſum eſt. Hugo.

[2] Scilicet q̄ patriarchalib⁹ ſedibus p̄ſidēt: ut Piſanus, Bituricēſis, Grayðenſis: nā plures debēt eſſe, qui in capite cuiuſq; prouinciæ, & cæt. xcix. diſt. c. j. ſecundum Hugo.

DISTIN. XXIII.

Breuiter[a] quæ inter eccleſiaſtica officia ſit differẽtia, monſtrauimus. Nunc a ſummo Pontifice incipiẽtes, & uſque ad ultimum gradum deſcendentes, qualiter quiſq; eorum debeat ordinari, ſanctorum authoritatibus oſtẽdamus.

Item ex ſexta ſinodo. Vnde Nicolaus Papa.

Decretum Nicolai Papæ de electione Romani Pontificis.

CAN. I.

IN nomine [b] domini noſtri Ieſu Chriſti & ſaluatoris ab incarnatione eius anno M. lix. menſe Aprili, indictione [c] xij. propoſitis ſacroſanctis euãgelijs præſidente quoq; reuerendiſsimo ac beatiſsimo Papa Nicolao † in baſilica Lateranenſis patriarchij, [d] quæ cognominatur Conſtãtiniana: conſidentibus etiã reuerẽdiſsimis epis, abbatibus, presbyteris, diaconibus: idem venerabilis pontifex authoritate apoſtolica decernens de electione ſummi Pontificis inquit: Nouit beatitudo vr̃a, dilectiſsimi fratres & coepiſcopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto bonæ memoriæ domino Stephano prædeceſſore noſtro, † hæc apoſtolica ſedes, cui authore Deo ſeruio, quot aduerſa pertulerit, quot deniq; per ſimoniacæ hæreſis trapezitas [e] repetitis malleis, crebriſq; tunſionibus ſubiacuit: adeò [f] quidẽ, ut columna Dei viuentis iam penè videretur nutare, & ſagena ſummi piſcatoris procellis intumeſcentibus cogeretur in naufragij profunda ſubmergi. Vnde ſi placet fraternitati veſtræ, debemus auxiliante Deo futuris caſibus [g] prudenter occurrere, & eccleſiaſtico ſtatui ne recidiua (qđ abſit) mala præualeãt, prę cauere. Quapropter inſtructi prædeceſſorũ aliorumq; ſanctorum patrum authoritate decernimus atque ſtatuimus, ut obeũte huius Romanæ eccleſiæ uniuerſalis Pontifice, in primis Cardinales epiſcopi diligẽtiſsimè ſimul de electione tractantes, [h] mox Chriſti clericos Cardinales adhibeant: ſicque reliquus clerus & populus ad conſenſum nouę electionis accedãt, nimirum præcauẽtes ne uenalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et ideo religioſiſsimi uiri [i] præduces [k] ſint in promouẽda Pontificis electione, reliqui autem ſequaces. Certus uerò atque legitimus [l] hinc electionis ordo perpenditur, ſi perſpectis diuerſorum patrum regulis, ſiue geſtis, etiam illa beati Leonis Papæ prædeceſſoris noſtri ſententia recolatur. Nulla [m] (inquit) ratio ſinit, ut inter epiſcopos habeantur, qui nec a clericis ſunt electi, nec a plebibus expetiti nec a comprouincialibus epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati. Sed quia ſedes apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur eccleſijs, atque ideo ſuper ſe metropolitanum habere non poteſt: Cardinales epiſcopi proculdubio metropolitani vice

conqueſtus. & cap. nunc uero. j. xxxij. diſt. erubeſcant.

Breuiter. Hæc diſtin. diuiditur in ſex partes, in quarum prima ponit quid iuris ſit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi, Epiſcopi vero. Tertia ibi, His igitur. Quarta ibi, Dalmaticis. Quinta ibi, Quæritur. Sexta ibi, Subdiaconus.

a Breuiter. In hac diſt. xxiij. oſtenditur qualiter ſinguli ordines ſunt conferendi. Et primo oſtẽdit qualiter debet papa eligi & ordinari. Secundo qualiter ordinandus in epiſcopum debeat examinari. Tertio qualiter epiſcopus & alij inferiores ſint ordinandi. Quarto annectit de habitu clericorum, & quod moniales non debent contingere ſacra uaſa.

IN nomine. Hæc ſunt verba notarij vſq; ibi, nouit beatitudo.

ADDITIO.

Sic viij. qõ. iij. Araldus. xvj. quæſt. j. hinc eſt etiam. & j. q. vij. conuenientibus. Archid.

c Indictione. Indictio dicitur ſpatiũ trium luſtrorum.

d Patriarchij. i. in quo Papa reſidet.

e Trapezitas. Id eſt, campſores.

f Adeo. Hic tangitur latẽter, quod legitur in chronicis, quod Benedict⁹ x. qui ſucceſsit Stephano, eiectus eſt de Pontificatu, & factus eſt Papa Ioã. Sabi. epiſcopus pro pecunia, 2 cui impoſitũ eſt nomẽ Syl ueſter. & iſte etiam deiectus eſt, & deinde reparatus & reſtitutus eſt Benedictus. & iterũ eiectus eſt Benedictus, & datus Papatus Io anni Archipresbytero ante portam Latinam, cui impoſitum eſt nomen Gregorius: & hic ab Henrico Imperatore eſt depoſitus, & ultra montes translatus eſt. Hoc totum uno anno factum eſt, & propter hoc datum fuit priuilegiũ Henrico, de quo hic ſit mentio.

g Futuris caſibus. No. ad cautelam futurorum aliquid ſtatui, ut lxiij. diſtin. cum Adrianus. & j. quæſt. vij. conuenientibus. ff. loca. ſi quis domum. §. ij. Argu. contra, quia non imputatur alicui, ſi non damnauit eccleſia: ut extra ut eccle. bñfi. ut noſtrum. & ff. ad le. Aquil. l. ſi putator.

h Tractantes. Videtur quod electionem ſemper debet præcedere 3 tractatus, alioqui electio nulla eſt: ſicut alienationẽ debet præcedere tractatus: ut xij. q. ij. ſine. Ioan. quod hodie expreſſum eſt extra de elect. in Geneſi. & c. quapropter. B.

i Religioſiſsimi uiri. Id eſt, epiſcopi cardinales.

k Præduces. j. diſtin. lxxxix. c. j. contra. Sed hic dixit præduces non reſpectu Cardinaliũ, ſed aliorum clericorum. Vel religioſos appellat hic epiſcopos Cardinales.

l Legitimus. Id eſt, canonicus.

m Nulla. j. diſtin. lxij. c. j.

Fungun-

1 Infra e. c. iij. & c. ſeq. annectit, & qd iuris ſit ſi aliqua orta fuerit contradictio in cõſecratione epiſcopi: & de profeſsione obedientiæ quã debẽt inferiores facere ſuis prelatis. j. eo. c. il lud. & cap. ſeq. Io. de Fauc.

2 Nũquid iſte ſic electus poſſet accuſari de ſimonia? argu. q ſic. lxxx ix. diſt. ſi quis pecunia. ubi de hoc. j. ea. diſt. c. j.

Electionẽ tractatus præcedere debet.

3 Et not. quod hinc etiam colligit, q clerici prius deberẽt in aliquẽ cõſentire, & poſtea alijs religioſis viris uel laicis renunciare. Lau.

[a] Funguntur. Non tamen ideo ſunt maiores Papæ, quia conſecrant eũ: quia ſuffraganei cõſecrant metropolitanũ, non tamẽ ideo ſunt maiores: ut lxvj. di. c. j. [b] Gremio. Ergo aliquis in Romana eccleſia poteſt eſſe non idoneus ad Papatum. & ſic eſt contra xxj. diſt. quãuis. in fine. ubi dicitur, quod ibi nõ eſt macula, nec ruga. Sed bene poteſt eſſe, quod omnes ſunt ſancti, non tamen omnes ſunt idonei ad Papatũ, uel quia ſunt corpore uitiati, uel aliud habent impedimentum. Itẽ habes hic, quod ſemper de clericis ipſius eccleſiæ eligendus eſt prælatus, ſi ibi eſt idoneus: ut lxj. di. nullus. & c. obitum. & lxiij. diſtin. metropolitano. idẽ in abbate: ut xviij. q. ij. quam ſit. & tunc ſufficit, quod ſit bon⁹. ſed ſi de altera eccleſia eligitur, requiritur quod ſit optimus, ut dicunt quidam. & eſt argu. ad hoc ff. de tuto. & curat. diuus. De hac materia plene inuenies viij. q. j. licet. Io. & tamen tali iuri poteſt renunciari. Vnde ſi maior pars capituli eligat de alia eccleſia, ualebit electio. extra de electio. cũ nobis olim. & c. cum inter canonicos. & c. in cauſis. licet Ioã. dixerit contra: & ſufficit & tunc, quod ſit bon⁹ ut in prædi. decr. cũ nobis. B.

[c] Perſonaliter. Ex his uerbis apparet perſonale priuilegium hoc fuiſſe: & ideo ad alios non prorogari. ff. de cenſi. ætatem. & vij. q. j. periſti. & xvj. q. j. hinc etiam.

[d] Fieri in urbe. Semper enim ibi facienda eſt ordinatio & examinatio clericorum: ut xxiiij. diſtin. quando. & ſi alibi ſit electio, quam in loco ad hoc determinato, electio eſt nulla: ut extra de electio. uenerabilẽ. ni- ſi ſubſit cauſa, ut hic dicitur, & lxiij. diſt. quanto. & extra de elect. bonæ memoriæ.

ADDITIO. Nam duæ partes Cardinaliũ ſemper debent adeſſe. extra de elect. licet. niſi ſint ualde remoti. Ioan. de Fant.

Conſecratus eſt inferior cõſecrato.

Papa an poſsit eẽ quis non idoneus.

funguntur, [a] qui uidelicet electum antiſtitem ad apoſtolici culminis apicem prouehant cõſecrandum. Eligatur autem de ipſius eccleſiæ gremio, [b] ſi reperitur idoneus, uel ſi de ipſa non inuenitur, ex alia ſumatur, ſaluo debito honore & riuerentia dilecti filij noſtri Henrici, [1] qui impræſentiarum rex habetur, & futur⁹ Imperator Deo concedente ſperatur, & iam ſibi conceſsimus ſicut ſucceſſoribus illius, qui ab hac apoſtolica ſede perſonaliter [c] hoc ius impetrauerint. Quòd ſi prauorum, atque iniquorum hominum ita peruerſitas inualuerit, ut pura, ſyncera atque gratuita fieri in urbe [d] non poſsit electio, cardinales epiſcopi cum religioſis clericis, catholiciſque laicis licet [e] paucis, ius poteſtatis obtineant eligendi apoſtolicæ ſedis pontificem, ubi congruerit. Planè poſtquã electio fuerit facta, ſi bellica fuerit tempeſtas, [†] uel qualiſcunque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, ut is, qui electus eſt, in apoſtolica ſede iuxta conſuetudinem inthronizari non ualeat, electus tamen ſicut uerus Papa obtinet authoritatem regendi Romanam eccleſiam, & diſponendi [f] omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante ſuam conſecrationem cognouimus feciſſe. Quòd ſi quis contra hoc decretum noſtrũ ſynodali ſententia promulgatum quaſi per ſeditionem, uel præſumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiã ordinatus, ſeu inthronizatus fuerit, authoritate diuina & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli perpetuo anathemate cum ſuis authoribus, & fautoribus, & ſequacibus à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſeparatus abijciatur, ſicut Antichriſtus, & inuaſor & deſtructor totius Chriſtianitatis. Nec aliqua ſuper hoc ei audientia [g] reſeruetur, ſed ab omni eccleſiaſtico gradu in quocunque fuerat prius, ſine retractatione deponatur. Cui quiſquis adhæſerit, uel qualemcunque tanquam pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præſumpſerit, pari ſententiæ ſit mancipatus. Quòd ſi quis huius noſtræ ſanctæ decretalis ſententiæ temerator extiterit, & Romanam eccleſiam ſua præſumptione confundere & perturbare contra hoc ſtatutum tentauerit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur: & cum impijs (qui non reſurgent in iudicio) reputetur, omnipotentis iram contra ſe ſentiat, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli (quorum eccleſiam præſumit confundere) in hac uita, & in futura

Eligẽdus an debeat eſſe ð gremio eccle.

[1] Henrici. Scilicet quarti, quẽ ab adoleſcentia ſenectutem uſq; adeo cruẽtis bellis exercuerat papa, ut bis & ſexageſies cõtra eos ab eiſ ve ſuſcitatos hoſtes pugnauerit. Pap. Egnat. & alij teſtantur.

Ad hoc extra de elect. cũ nobis olim. imo ſufficit ne malus exiſtatur 16. q. ſi. monaſterium.

[†] Tempeſtas. A damaſo, quæ in prin. textus de qui- ... bellũ pro papatu, imo etiã a Damaſo primo cœptũ eſt, anno 368. Ammia. Marcell. li. 27.

Electio quæ fit in loco ñ determinato nulla eſt.

[e] Laicis licet. Hoc tantum ad laicos refertur.

[f] Et diſponendi. in alijs prælatis ſecus eſt. Nã illi ante cõfirmationẽ non habent ius adminiſtrandi, ut extra de elect. noſti. niſi ſint Archiepiſcopi tranſmõtani, ut extra de elect. quod ſicut. Vel niſi ſint exempti: qui ſi trãſmõtani ſunt, ſtatim poſſunt adminiſtrare, ut extra de elect. nihil. Sed certe uidetur, qđ in omnibus idẽ iuris eſt, ut ſi electus non poſſet intrare poſſeſsionẽ rei, ad quam eſt electus, nihilominus pro poſſeſſore eſt habendus: ut xcij. diſtin. ſi quis epiſcopus. & extra de reſtitut. ſpolia. ſæpe. Sed illa c. loquuntur quãdo impeditur per aduerſarium: ſecus poſſet dici quando impedimentum eſt in ſeipſo, puta quia nondum eſt conſecratus. extra de dolo & contuma. contingit.

[g] Audientia. Hic habes caſum, ubi alicui denegatur audientia, ſcilicet in caſu intruſionis. & iij. q. j. Deus ergo. §. patet. Item & in caſu ſchiſmatis: ut xxiij. q. v. non uos. Item cum quis recipit eccleſiam de manu laici: ut xvj. q. vij. ſi quis deinceps. Item cũ quis excommunicat ſuũ maiorem: ut xxj. diſt. intantum. unde uidetur, quod ſpoliatus pro aliquo iſtorum caſuum non poſsit petere reſtitutionem, ex quo ei denegatur audientia. Argum. contra extra de reſtitut. ſpolia. in literis. Ioan. Sohu.

Electus ante confirmationẽ non adminiſtrat.

Subaudiunt quidam, & inſtallationem: alij dicunt ſolam cõfirmationẽ ſufficere, & hoc uerius eſt.

De hoc not. Inno. extra de cauſa poſ. cũ ſuper. in gl. j. ibi uideas.

Audientia eſt multipliciter & neganda.

Pſal. 1.

Pſal. 108

furorem [a] ſentiat: fiat habitatio eius deſerta, & in tabernaculis ſuis non ſit, qui inhabitet: fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua. Commotus cõmoueatur ipſe, & filij eius mendicent, & eijciantur de habitationibus ſuis. Scrutet̃ et fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa [b] ſint ei cõtraria: & omnium ſanctorum quieſcentiũ merita illum confundant, [c] & in hac uita ſuper eũ apertam uindictam eorum oſtendant. [d] Obſeruatores autem huius noſtri decreti, omnipotentis gratia protegat, & authoritas beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ab omniũ peccatorum uinculis abſoluat.

1 Epiſcopi uerò & cæteri ordines infra conſtituti qualiter ordinari debeant, ex authoritate Carthagineñ. concilij quarti, † cui interfuit Auguſtin[9] tẽpore Honorij Auguſti oſtẽdamus, ab eorum examinatione incipientes.

Quomodo ſit examinandus, qui in epiſcopum eligitur.

CAN. II.

Qui epiſcopus ordinandus [e] eſt, antea examinetur, [f] ſi natura ſit prudẽs, ſi docibilis, [g] ſi moribus temperatus, [h] ſi uita [i] caſtus, ſi ſobrius, ſi peruigil, ſi ſemper ſuis negotijs cauens, [k] ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſib. cautus, uel acutus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus: & ante omnia ſi fidei documenta [l] uerbis ſimplicibus [m] aſſerat, [n] id eſt, patrem & filium & ſpiritũ ſanctum unum Deum eſſe confirmans, totamque Trinitatis unitatem, deitatem, coeſſentialem, & cõſubſtantialem & coæternam, & coomnipotentem prædicans: ſi ſingulas quaſq; in trinitate perſonas plenum Deum, & totas tres perſonas unum Deum: ſi incarnationem diuinam non in patre, neque in Spiritu ſancto factam, ſed in filio tantùm credat: ut qui erat in diuinitate Dei patris filius, deus uerus ex patre eſſet, & uerus homo ex patre carnem ex matris uiſceribus habẽs, & animam humanam rationabilem, ſimulque in eo utriuſque naturæ, id eſt, Deus & homo, una perſona, unus filius, unus Chriſtus, unus Deus creator omnium quæ ſunt, & author, & rector: & Deus cum patre & Spiritu ſancto omnium creaturarum, qui paſſus ſit pro ſalute noſtra uera carnis paſsione, & mortuus uera corporis ſui morte, reſurrexit uera ſui carnis receptione: & uera animæ reſumptione, in qua ueniet iudicare uiuos & mortuos. Quærendum eſt etiam ab eo, ſi ueteris & noui teſtamenti, id eſt, legis & prophetarum & apoſtolorum unum eũdemque credat authorẽ, & demum uiuos ac mortuos iudicaturum, & ſi diabolus non per conditionem, [o] ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum eſt etiam ab

---

lu. quilibet ſpoliatus reſtitui debet, niſi ſpoliatus ſit a iudice iuſta de cauſa, ut extra de reſcript. dilectus. & niſi in caſibus exceptis. ut extra de reſtit. ſpo. literas. & ca. ex tranſmiſſa. iij. quæſtio. j. in ſumma. nec excommunicatus directe poterit reſtitutionem petere, ut extra de exceptio. cum inter. iij. quæſtio. j. in ſumma. ubi de hoc, Ber.

a Furorem. id eſt uindictam.

b Elementa. id eſt, ſiue ſit in terra, ſiue in aqua, puniatur.

c Confundãt. id eſt, a confuſione non liberentur.

d Oſtendant. Nec peccauit iſte maledicendo: quia maledictorũ duo ſunt genera. xxiiij. quæ. iij. cum ſancti.

Epiſcopi uero. Hæc eſt ſecunda pars di. in qua ponit, quæ ſunt quærenda in epiſcopo tempore conſecrationis. Io. de Fant. Caſus huius §. per ſe patet.

e Qui epiſcopus ordinãdus. Id eſt conſecrãdus, quia tunc eſt ſcrutinium faciendum.

f Examinetur. Iſta examinatio non eſt facienda, niſi circa ignotos. xlvij. diſtinct. de Petro. & xciiij. diſtinct. ualde. & hoc uerum eſt de ſcrutinio electionis, niſi forte ſummatim etiã circa notum quæreretur de modo eligendi, & de ijs, quæ habes extra de elect. cum in cunctis. Scrutinium autem quod fit in conſecrando, illud nunquam eſt omittendum etiam circa notum: ut hic, & lxv. diſt. ca. j. ij. & iij. & lxxv. diſt. ca. j. imo repellitur & ſi in unõ deficiat. xxxviij. di. quæ ipſis.

g Si docibilis. Melius diceret docilis: quia homo eſt docilis & doctrinalis, liber docibilis: quandoque tamen ponitur unum pro alio, ut hic, & Ioan. in euang. Et erunt omnes docibiles Dei. debet autem rationem reddere omni poſcẽti. xxxvj. di. c. qui eccleſi. §. ecce.

h Temperatus. j. xj. q. iij. illa prępoſitorum.

i Vita. j. diſt. liij. legem.

k Cauens. Nam ꝓpter ſimplicitatem repellitur quis, ut xxxix. diſt. Petrus. ſed iam promotus non deponitur, ſed ei coadiutor datur vij. q. j. quia frater noſter.

l Fidei documenta. id eſt, fidem.

m Simplicibus. id eſt, apertis, non implicitis. extra de ſum. trini firmiter. & j. diſtin. iiij. erit autem non inuſitatis. j. diſt. xxxvj. illiteratos. melius xxxvij. diſtin. relatum. ar. ad teſtes repellendos. argu iiij. q. iij. ſi teſtes. §. itẽ in teſtibus. arg. contra inſtrumenta.

n Aſſerat. Profiteri debet quod obſeruabit patrum regulas, in auth. quomodo oportet epiſcopos. §. ad nos ergo. circa princi. coll. j.

o Non per conditionem. i. per creationem. ſ. uult enĩ dicere, quod non eſt creatus malus, ut quidam dicunt, ſed ex libero arbitrio factus eſt malus. imo adhuc habet liberum arbitrium: ſed illud eſt ad malum tantum. alioqui ſi non haberet liberum arbitrium, non demereretur. xxiij. quæſtio. iiij. uaſis iræ. [redacted]

Cõſecrandus, an ſit ante examinand[9].

† Quarti. Vbi ſanctum hoc & Chriſtianiſsimũ decretum habetur c. j. ad uerbũ in primo Tomo conciliorũ pag. 437. O q̃ tempore Auguſtini ſeruebat fides & diſciplina Chriſtiana in Aphrica, & ſemp ubi tales doctores pręſunt.

Docilis & docibilis differunt.

1 Vnde apoſtol[9] ad Timotheum, Profanas uocũ nouitates deuita. Ioan. de Fantu.

2 Subaudi. non neceſsitatẽ.

eo, ſi credat huiuſmodi quam geſtamus, carnis & non alterius reſurrectionem: ſi credat iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his, quæ in carne hac geſſerint, uel pœnas, uel præmia: ſi nuptias non prohibeat: ſi ſecũda matrimonia nõ damnet, ſi carnium perceptionem non culpet, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet: ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt, tam originale peccatum contractum, quam illa, quæ uoluntariè admiſſa ſunt, dimittantur: ſi extra eccleſiam catholicam nullus ſaluetur. Cùm in his omnibus examinatus fuerit inuentus plenè inſtructus, tunc cũ omni cõſenſu clericorum & laicorum, & conuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximè metropolitani uel authoritate, uel præſentia ordinetur epiſcopus, ſuſcepto in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti epiſcopatu: non ſuæ delectationi, non ſuis moribus, ſed his patrum diffinitionibus acquieſcat.

Item Iſidorus de vita clericorum.

Qualis debeat eſſe clericorum conuerſatio.

CAN. III.

3 His igitur lege patrum cauetur: ut à vulgari uita ſecluſi, a mundi uoluptatibus ſe abſtineant: non ſpectaculis, non pompis interſint, conuiuia publica fugiant: priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colant: uſuris nequaquam incumbant, neque turpiũ occupationibus lucrorũ: non fraudibus cuiuſcunq; ſtudium appetant: amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant, & ſecularia negotia officiaque abnuant, honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiant, pro beneficijs medicinæ Dei munera nõ accipiant: dolos, & coniurationes caueãt, odiũ, æmulationes, obtrectationes, atque inuidiam fugiant: non uagi oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoq; geſtu incedant: ſed pudorem & verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuq; oſtendant: obſcœnitatem etiam membrorum & verborum ſicut & operum penitus execrentur: viduarum, & virginum frequentationes penitus fugiant, contubernia extranearum fœminarũ nullatenus appetant: caſtimoniam quoque non violati corporis perpetuò obſeruare ſtudeant, aut certè unius matrimonij vinculo fœderentur: ſenioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullius iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant: poſtremò doctrinæ, lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis exercitio iugiter incumbant. Tales enim debent eſſe, qui diuinis cultibus ſeſe mancipandos ſtudent, ſcilicet, ut dum ſcientiæ operã dant, doctrinę gratiam populis adminiſtrent.

Item Clemens.

Qui dignè ſacramẽta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum.

Diabolus liberũ habet arbitrium.

[redacted] ſimiliter angelus habet liberũ arbitrium, ſed illud eſt tantum ad bonum [redacted] Homo habet liberum arbitrium æque ad bonum & ad malum, ut xxiij. quæſt. iiij. Nabuchodonoſor.

Peccata ꝑ quid dimittunt.

Dimittantur. i. dimiſſa oſtendantur [redacted]

Sed remanet iniquitas ipſa, id eſt, fomes peccati. d pœni. di. iiij. c. ille Rex. & uideas quod legitur & no. de cõſecr. diſt. iiij. c. ſi. & c. nõ ex quo. Archid.

b Extra eccleſiam. j. quæſt. j. extra eccleſiam catholicã. & c. ex eccleſia.

c Et laicorum. Sed quare hic poſt examinationem requiritur conſenſus clericorum & laicorum? Qui enim electioni cõſenſit, poſtea electo nihil obijcere poteſt, ut viij. quæſt. ij. dilectiſſimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tempore cõſecrationis: nec aliud uult dicere, niſi quod cõſecrari debet, ſi ita eſt, quod omnes cõſenſerint in eum. Item patet hic, quod laici poſſunt contradicere electioni, ut dicam infra cap. illud, &c.

Alias, ergo.

Electioni poſſũt laici contradicere.

His igitur. Hæc eſt tertia pars diſtin. in qua oſtendit Iſidorus qualiter clerici debeant viuere, & quæ uitare, & quæ obſeruare debent, ut doctrinæ gratiam poſſint populis miniſtrare. Io. de Fant. & P. & hæc ſine loco caſus.

d Non ſpectaculis. Vbi turpes ludi exercentur: ut infra de conſec. diſtin. v. non oportet. & xxxiiij. diſtinct. presbyteri.

e Pudica. i. continentia quo ad ſermones laſciuos, & quotidie eſurire debent, & eſſe cum vacuo ventre, ut j. de conſecr. diſtinct. v. ſint tibi.

a Scilicet ut non dicãtur ibi, uel fiant impudica, uel inhoneſta. xliij. diſt. cõuiuia. ſecundum Hug.

f Pecuniæ. Diuites tamen nõ ſunt abijciendi cum bonis operibus. xxx. diſt. hæc autem ſcripſimus.

g Pro beneficijs. Et pro ſacramentis eccleſiaſticis, quæ dicuntur medicina: quia ſanant uulnera peccatorum. xij. q. ij. animæ. Io. de Fãt. dixit in omnibus ſacramentis committi ſimoniã, [redacted] ſed in [redacted] ſacramentis cõfertur, ut j. quæſt. j. quicquid inuiſibilis. Greg. dixit. quod ibi committitur ſimonia, cum ſit maius inter ſacramenta, ut xxxij. quæſtione ſecunda. honorantur.

Simonia in omni ſacramento cõmittitur.

[redacted]

h Frequẽtationes. Nota ſolã frequentationẽ prohiberi, ex eo enim quod frequenter fit, præſumitur quod male fiat: ut lxxxj. diſt. clericus. & ſi quiſpiã. & uolumus. & xxxij. diſt. hoſpitiolum.

i Senioribus. Id eſt prælatis.

k Exercitio. J. de cõſec. di. v. nunquã.

Multitudo eſt reprobata.

a Tales. Multos. Multitudo etiam aliquos facit magis uiles: ut xciij. diſtinct. legimus. & multitudo eſt canonibus inimica, ut extra de præb. quia in tantum. Et multitudo oneroſa nihil habet honeſti: ut in authen. de referendarijs. in fin. colla. ij. Item eſt hic argu. contra illos, qui allegant multa. de conſecr. diſt. v. non mediocriter. xxiiij. quæſ. j. odi, & proieci. Nam utilius eſt pauca effundere, &c. C. de ueteri iure enucl. tanta. §. ſi quid autem.

b Graue. Qui ex certa ſcientia indignum ordinat, aut deponitur, aut priuatur poteſtate ordinãdi: ut quinquageſima diſt. ex pœnitentibus. & lj. diſt. aliquantos.

De hac materia legit & not. xxxvj. di. quæ eccleſiaſticis. & ibi dicam. Archid.

c Illud. Si electo conſecrãdo obijcitur crimen, non eſt conſecrandus ante cauſæ examinationem: & ſi prius uenerant quatuor epiſcopi ad cõſecrationem, adhuc ueniant duo. & ſi ante venerant tres, ueniãt adhuc alij tres ad audiendam cauſam criminis obiecti. Et ſecundum hoc exponas eligendum, id eſt, conſecrandum. & expone purgandum, id eſt, examinandum. & ita intelligo quod hic obijciebatur crimen ... accuſationis. Nam ſi eſſet ... modum exceptionis, non viderentur neceſſarij tot epiſcopi: cum cauſa illa poſſet expediri per procuratorem: ut extra de accuſation. ſuper his. & ſic patet quod metropolitanus poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, licet non poſſit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur ſe purgare. Dic ut iij. q. vj. c. quamuis. & c. accuſatus.

Sub. & ſic tenet. Sic impropriè exponit eligere, id eſt, confirmare vij. q. j. ...

CAN. IIII.

Tales ad miniſterium eligãtur clerici, qui dignè poſſint dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdotium paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quam multos a inutiles, qui onus graue b ordinatori adducant.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Si electo in epiſcopum aliqua obijciuntur, quinque uel ſex epiſcopi, ad eius purgationem conueniant.

CAN. V.

Illud c ſtatuendũ eſt, ut quando ad eligendũ d epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit ſuborta e (quia ſæpe talia ſunt facta apud nos) non præſumant ad purgandũ f eum, qui ordinandus eſt, tres g tantũm h accedere, ſed poſtulentur ad numerũ ſupradictũ duo uel tres. Et in eadem i plebe, k cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ cõtradicentiũ: poſtremò etiã illa quæ obijciuntur, l pertractentur: & cũ purgatus m fuerit, ſub aſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cũ veſtræ ſanctitatis animo cõcordat, corroboretur veſtræ dignitatis reſponſione. Ab uniuerſis epiſcopis dictũ eſt, Satis placet.

Item ex concilio Toletano vndecimo.

Vota ſuæ promiſſionis, ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina.

CAN. VI.

Quanquam omnes, qui ſacris n mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti, expedibile o eſt tamen, ut promiſſionis ſuæ uota ſub cautione p ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica probat diſciplina. Solet enim plus q timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto concilio, ut unuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos gradus eſt aſcẽſurus, non ante honoris conſecrationẽ accipiat, quàm

d Ad eligendum. Id eſt, conſecrandum.

e Suborta. Id eſt, quod obijcitur crimen ei.

f Ad purgandum. Id eſt, examinandum.

g Tres. Qui ſoli poſſent conſecrare eum, ſed ipſi nõ poſſunt audire cauſam criminalem.

h Tantum. Scilicet accedere. alias eſt in textu accedere.

i Et in eadem. Ibi enim melius poteſt inquiri de crimine, ubi aliquis conuerſatus eſt, ut xxiiij. quæſt. j. pudenda. extra de elect. poſtquam.

Electũ laici poſſunt accuſare.

k Plebe. Not. argu. quod laici admittuntur ad accuſandum electum, ut s. eo. l. qui epiſcopus. in fin. lxj. di. ſtadij. lxiij. di. vota. nam epiſcopus debet habere bonum teſtimonium ab ijs, qui foris ſunt: ut viij. q. j. licet. & de conſecr. diſt. j. iubemus. Item quia intereſt ipſorũ, ut extra de teſti. c. decætero. & eſt argu. ad hoc extra de teſt. ex parte Adæ. & in auth. de ... eſt argu. ad hoc lxxj. diſtinct. Maximianus. Argu. contra xxviij. diſt. conſulendum. ubi etiã ad denuntiationem nõ admittuntur laici ſi nullo zelo du... [illegible] ... minaliter. Vnde oportet etiam inſcribi ad pœnam extraordinariam, ut extra de accuſatione. ſuper his. Et eſt argument. ad hoc. iij. quæſtione vj. hæc quippe. ubi duodecim epiſcopi requiruntur: & tamen ibi ciuiliter agitur, ut uidetur.

Præterea ex hoc ſequeretur, quod ſiue iſte elect⁹ malæ famæ fuerit, ſiue nõ, ſemper admittentur laici, per iſtud c. omnib⁹. quod tamen falſum eſt, ij. quæ. j. in primis. §. ... Ioan. de Fant.

l Illa quæ obijciuntur. Si ſint grauiora uel non.

m Et cum purgatus fuerit. Id eſt, iudicatus innocẽs.

n Quanquam. Sacris. id eſt, eccleſiaſticis.

o Expedibile. id eſt, iuſtum.

p Cautione. Scilicet iuratoria.

q Plus. Sic ergo aliquis iure communi ſe poteſt tueri & priuilegio. lxxxvij. diſtin. quiſquis. & extra de reſcri. c. j. Argu. cõtra de fide inſtru. inter. ubi dicitur, quod idem non poteſt dari & confirmari. Item ar. cõtra. C. de theſau. l. vnica. De hoc plura argu. inuenies. c. diſtin. contra morem. Sed ita dicat conſilio meo, ſi quæratur ab eo: hoc habeo de iure cõmuni: & ſi hoc non eſſet, habeo ex priuilegio, ut extra de præſcript. veniẽs. Item not. quod plus ualet ſpecialis cautio, quã generalis: ut hic, & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Item & plus ſpecialis confirmatio, quam generalis. extra de cõfirm. bonæ. Item & ſpecialis appellatio quam

Scilicet cõtra promittentẽ: & dic ſolemnem, &c. q. d. ad cautelam fit. hic enim nõ magis tenetur ſi ſpecialiter promittatur, quã ſi generaliter. & quod dicit gl. ex priuilegio: dic iure ſpeciali ſcilicet ex ſua promiſſione. Archidia.

quàm generalis: ut extra de appel. ſuper eo. & ſpecialis delegatio, quàm generalis: ut extra de reſcript. ad hoc. & ſpecialis ſubſcriptio quàm generalis. ff. ad leg. Cor. de fal. l. diuus. j. reſpon. & ſpeciale mandatum: ut extra de reſcrip. c. j. & melius. c paſtoralis. Alias tamen plus ualet generalis correctio, quàm ſpecialis, quãdo multitudo eſt in cauſa. xxiij. qõ. iiij. non poteſt & generalis petitio, ut xiij. quæſtio. ij. non æſtimemus. & generalis quæſtio. ff. de quæſtio. l. j. §. qui quæſtionem.

Specialitas, an ſit generalitati præferenda.

a Placiti. Id eſt, pacti.

b Annotatione. id eſt, ſcriptura.

c Vt fidem. Not. quod quilibet clericus ſuo prælato præſtabit obedientiam, ut j. de conſe. diſtinct. v. in omnibus. & no. quod præſtat electus ſuo maiori iuramentum de fide & canonibus ſeruandis, ut hic: de indemnitate rerum eccleſiæ ſeruanda, ut xxviij. diſtinct. de Syracuſanæ. de immoderata exactione nõ facienda. x. qõ. ult. c. j. in fin. Item de fidelitate. extra de iureiurã. ego N. Item de penſionibus debitis ſoluendis. argu. extra de noui oper. nunt. cum ex iniuncto. extra de elect. qualiter. Item de penſionibus nõ augendis, argu. extra de iureiu. tua. Item ſuſpectus de inobedientia, iuramentum præſtat de obedientia ſeruãda. extra de maiorit. & obed. cum in eccleſijs. in fine. Nec obſtat contrarium extra de maiorit. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non ſuſpecto.

Electus ſuo ſuperiori multa cũ iuramẽto promittit.

d Tranſgreſſores. Hic habes, quod clericus ſe poteſt obligare ſub pœna ſpirituali & pecuniaria. Ad ſpiritualem pœnam ſe poteſt obligare, ſcilicet ad pœnam depoſitionis, uel anathematis: ut j. quæſt. vij. quoties. de conſec. diſt. ij. ego Berengarius. extra de elec. cum dilectus in fine. Similiter ad pecuniariam pœnam ſe poteſt obligare. xxj. qõ. v. ſi quis cuiuslibet. extra de arbit. cũ dilecti. [1] Sed nunquid pœna ſoluta poteſt agi ad obedientiã, uel ad id quod promiſſum eſt ſub pœna: uel an ſufficiat tantum pœna eſſe contentum? De hoc dic ut not. xxv. qõ. ij. quæcunque.

Clericus ſub pœna ſe poteſt obligare.

[1] De hoc etiam no. ij. qõ. ſi quis presbyter. Archid.

placiti [a] ſui annotatione [b] promittat: ut fidem [c] catholicam ſyncera cordis contritione ac deuotione cuſtodiens, iuſtè & piè viuere debeat, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis cõtradicat: atque ut debitum per omnia honorem atque obſequij reuerentiam præeminenti ſibi unuſquiſque dependat, iuxta illud Papę Leonis edictum: Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat: pœna tamen iuxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem, & placitis talium inferẽda, & ab ijs, qui tranſgreſſores [d] fuerint, perſoluẽda.

Dehinc diſponitur qualiter eccleſiaſtica officia ordinentur.

Qualiter ordinetur epi.

CAN. VII.

EPiſcopus cùm ordinatur, duo epiſcopi imponant manus, & teneant Euangeliorum codicem [e] ſuper caput & verticem eius: & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

Qualiter ordinetur presbyter

CAN. VIII.

PResbyter cùm ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manus epiſcopi ſuper caput illius teneant. Sicut autem in die ſuæ ordinationis ſacerdos orario utroque humero ambitur, ita tempore conſecrationis eodem orario debet uti inſtanter.

Vnde in Bracarenſi cõcilio legitur.

Quod quiſque accepit tempore conſecrationis, ferat tempore oblationis.

CAN. IX.

ECcleſiaſtica inſtitutione præfixum nouimus, ut omnis ſacerdos cùm ordinatur, orario [f] vtroque humero ambiatur: ſcilicet, ut qui imperturbatus præcipitur perſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamẽto utroque circunſeptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore ſacrificij non aſſumit, quod ſe in ſacramento accepiſſe nõ dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, ut quod quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat etiam in oblatione uel perceptione ſuæ ſalutis: ſcilicet, ut cùm ſacerdos ad ſolennia miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis [g] & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus: non aliter accedat, quàm orario utroque humero circũſeptus, ſicut tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus: ita, ut de uno eodemque orario ceruicem [h] pariter & utrun-

Dehinc. Supra oſtenſum eſt de electione & ordinatione Papæ & de examinatione epiſcoporũ. & quales eſſe debeãt epiſcopi & alij clerici. Nunc uero oſtendit qualiter debeat fieri ordinatio primo epiſcopi & poſtea cæterorũ.

e Epiſcopus. Codicem. Conſueuit quæri, an quilibet iſtorũ epiſcoporum ordinet epiſcopum: & an appoſitio libri ſit de ſubſtantia conſecrationis? Et poteſt dici, quod nullus ſolus eum ordinat, ſed quilibet eorũ cõſecrat eum: quia conſecrare eſt cũ alio ſacrare: ut xxiiij. q. j. pudenda. ſicut plures ferũt trabem, ita quod nullus per ſe. ff. ad le. Aquil. ita uulneratus. §. j. nõ autem credo quod liber ſit de ſubſtãtia conſecrationis.

Epiſcopus ſolus conſecrare nõ poteſt epiſcopum. Conſecrare quid eſt.

f Eccleſiaſtica. Orario. Id eſt, ſtola. [2]

g Corporis. Not. quod ſi in ægritudine ſumit ſacerdos euchariſtiã, circundabit ſtola utrunque humerum.

[2] Conſecrationis euchariſtiæ. Hug.

h Ceruicem. Si ſacerdos legit Euangeliũ, nunquid utetur ſtola ſecundum quod diaconus? Argumen. quòd ſic, ut xciij. diſtinctione. præcipimus. & xciiij. diſt. c. j. & ij. Potius credo ſequendã conſuetudinem, ut xij. diſt. ſcit. maxime de ijs, quæ breuiter ſunt edicta. ff. de ventre inſpicien. l. j. §. ult. [3] Dalmaticis.

[3] Laur. & Hugo. di-

que humerum premens, ſignum in ſuo appareat pectore crucis. Si quis autem aliter egerit, excõicationi debitæ ſubiacebit.

4 Dalmaticis autem, nec epiſcopis, nec diaconibus abſque apoſtolica licentia uti permittitur.

Vnde Gregor. Aregio epiſcopo Francorum.

Abſque apoſtolica licentia Dalmaticis, nec epiſcopis, nec diaconibus uti licet.

CAN. X.

Commmunis filius a diaconus Petrus nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit, popoſcit, ut ſibi & archidiacono ſuo utendi Dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia hominum ſuorum infirmitate b compulſus feſtinanter abſceſsit: ut nec ipſe mœror incumbẽs diutius (ut dignum erat, & res deſiderata poſcebat) ſineret permanere, & nos in multis implicatos (ut eccleſiaſticæ rationis eſt cõſideratio) nouũ c hoc inconſultè & ſubitò indulgere non permitteret: idcirco rei poſtulatæ prolongatus eſt effectus. Nunc verò charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius authoritatis noſtræ ſerie petita concedimus: atque te, & archidiaconum tuum Dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſsimus, eaſdẽq; Dalmaticas dilectiſsimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

Qualiter ordinetur diaconus.

CAN. XI.

Diaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus, d qui eum benedicit, manus ſuper caput eius ponat: quia non ad ſacerdotium, ſed administerium conſecratur.

5 Quæritur autem, an poſt benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum, chriſmatis liquore debeãt perungi.

De his ita ſcribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiſcopo Bituricẽſi.

Nec presbyteris, nec diaconibus in conſecratione, chriſmate manus perungere licet.

CAN. XII.

Præterea ſciſcitaris, utrum ſolis presbyteris, an etiam diaconibus debeant, cũ ordinãtur, manus chriſmatis e liquore perungi: quod in ſancta Romana eccleſia, cui authore Deo ſeruimus, de neutris agitur. Sed quòd fit à nouæ legis miniſtris actum, nuſquam (niſi nos fallat f obliuio) legim⁹. Ergo ad beati Innocentij Papæ canonica decreta ſanctitatem tuã trãſmittimus: & quæ tibi ſint in cõſecrationib. & orõnibus obſeruãda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum epm̃ emiſſæ te affatim g edocebunt.

PALEA.

Ex epiſtola Simplicij papæ Seuero & Florentino epiſcopis directa. Ad cognitionem noſtri examinis, Gabrenen. diaconi relatu peruenit de quibuſdam eccleſiæ ipſius clericis, quorũ cùm unus ad presbyterij, duo ad leuitarum miniſteria conſecrarentur: epiſcopus eorum, oculorũ dolore detentus fertur manum ſuã ſuper eos tantùm poſuiſſe: et presbyterum quendam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: qui propter tantam præſumptionis auda-

cunt hoc nõ eſſe in iure determinatum: & ideo ſtatur cõſuetudini. alias credit uerũ eſſe, qđ ĩ. proxim. dictũ eſt, ſcilicet ꝙ debet ſtolã habere, ut diaconus. Scripſit & Laurẽt. de ſubdiacono: ſtola, quam portat in manu ſiniſtra quod conſuetudine reperitur non iure. Loci intẽperies excuſat.

Dalmaticis. Hæc eſt quarta pars, ubi quæritur quid iuris de Dalmaticis. Ioan. de Fant. & P.

a Communis filius. ille diaconus.

b Suorum infirmitate. Nota, ꝙ propter infirmitatem ſuorum poteſt aliquis ſe excuſare, ſicut propter timorem ſuorum, ut extra de appellat. ex parte. Item not. ꝙ propter intemperiem loci, aliquis excuſatur, ut hic, & lxxiiij. diſt. quorundam. Arg. cõtra extra, de dolo & contu. cum dilecti. in fin. Ioan.

c Nouum. Nota ꝙ ea quæ de nouo petuntur, non ſine magna deliberatione cõceduntur: ut hic, & xvj. qõ. j. in parochia. maxime à Romana ecclesia quæ omnia cũ magna maturitate ſolet tractare, ut xxxv. qõ. ix. Apoſtolicæ. Quia in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe utilitas, ut ff. de conſtitu. principum. rebus. Hodie vero diaconi indiſtinctè utuntur Dalmatica, ut xj. quæſtio. iij. epiſcopus aut presbyter. 1 lxxvj. diſtinct. de ieiunio.

d Diaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus. Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri aſtãtes, ut ĩ. eod. preſbyter.

Quæritur. Hæc eſt quinta pars diſt. ubi quæritur, utrũ ſacerdotes vngantur oleo, uel chriſmate: & reſpondetur quòd oleo tantum Io. de Fan.

Præterea.

e Chriſmatis. Manus ſacerdotis inunguntur oleo, ſimiliter inungitur & brachium ſiue humerus principis: ſed & manus & caput epiſcopi inunguntur chriſmate, ut extra de ſacra vnctione. cũ ueniſſet. in fi. cõtrarium hic aſſignatur. xvj. qõe j. c. generaliter. §. ecce ſufficienter. ubi dicitur ꝙ manus ſacerdotis ſicut manus epiſcopi cõſecrantur. Sed verum eſt quod conſecrantur oleo, ſed nõ chriſmate, 2 ut dixi. Si autem aliquis eſt vnctus oleo pro chriſmate, uel econuerſo, nihilominus ordinatus ẽ: ſed suppleri debet id quod omiſſum eſt, ut extra de ſacramen. non iteran. paſtoralis.

f Fallat. Non ergo Papa habet omnia iura in pectore ſuo. 3 Vnde etiam Vrbanus dicit, qđ non reperitur prohibitum, quin vir & uxor ſimul poſſint ſuſcipere puerum, ut xxx. q. iiij. quod autem. & tamen anteceſſor huius Leo illud prohibuerat. de conſec. diſtin. iiij. non plures. & hoc concedo Quod autem dicitur, quod Papa habet omnia iura in pectore ſuo: 4 ut C. de teſta. omniũ. verum eſt per interpretationem: quia omnia interpretari poteſt. Nam & quandoque impeditur minori intelligentia: ut extra de cenſib. cum inſtantia.

Quorun-

1 Hoc c. non videt hoc probare: q. unii ibi habet dealba. ſic xciij. diſt. diaconus in cõuẽtu. ſed Hugo & Laurẽt. intelligũt albã. i. dalmaticã. ſic etiam exponitur ĩ præcedenti cap. diaconus.

2 Vnde quod hic dicit chriſmate: ſol. cõtrariũ. nam in cõtrario dicit de unctione olei ſecundum Lau.

3 Hoc nõ videt pcedere hic. nã hic nõ erat obliuio iuris, ſed exemplorum, ſecundum Laur.

g Adde de hac dictione affatim, nota. in c. vno. in glo. ſup verb. affatim. extra de relı. domi. lib. vj. & per Archid. hic.

4 Ad hoc facit l. pe. C. de his qui. ut indig. quandoq; tamẽ papa, uel Impator errant in iure: ut l. iij. §. fina. & ibi glo. ff. de ſup. leg. adde Baldũ in l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel uti lic. pub.

ciā poterat accuſatus iudicio præſenti dānari, ſi adhuc ĩ corpore poſitus, non fuiſſet mortis uocatione præuentus. Sed quia ille examini diuino relictus eſt, humano iudicio accuſari non pōt, ij qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potius elogiū acceperunt: ne ſibi licentiā talis uſurpatio faciat, decernimus, ut gradus ſacerdotalis et leuitici ordinis, quē peruerſè adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio amittant. Tales.n.meritò iudicati ſunt remouendi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti. Item quæ*ritur, an eorū ordinatio ſit rata habenda, quibus epiſcopus oculorum languore impeditus manus imponit, et presbyter ſuper eos orationem dicit?*

De his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.

Et ordinator, & ordinatus damnationis ſubeat pœnā, cùm epiſcopus manum imponit, & alius orationem dicit.

CAN. XIII.

Quorundam clericorum, dum unus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſteriū ſacrarētur, epſ oculorum dolore detentus fertur manum ſuā ſuper eos impoſuiſſe [a] tātùm, & presbyter quidam illis cōtra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt: [b] ij, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij, uel leuitici ordinis, quem peruerſè adepti ſunt, amittant. [c]

Ex concilio Carthaginenſi iiij.

Qualiter ſubdiaconus ordinetur.

CAN. XIIII.

[d] Subdiaconus cùm ordinat, quia manus impoſitionē [e] nō accipit, patenam de manu epi accipiat uacuā, & calicē uacuū: de manu uerò archidiaconi accipiat urceolum cum aqua, manile, & manutergium.

Qualiter acolythus ordinetur.

CAN. XV.

Acolythus cùm ordinatur, ab epo quidē doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab Archidiacono accipiat ceroferarium [f] cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda [g] eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat & urceolum [h] uacuum, ad ſuggerendum uinum in euchariſtiam [i] ſanguinis Chriſti.

Qualiter exorciſta ordinetur.

CAN. XVI.

Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu epi libellū, in quo ſcripti ſūt exorciſmi, dicēte ſibi epo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, [k] ſiue baptizatū, ſiue catechumenum.

Qualiter lector ordinetur.

CAN. XVII.

Lector cùm ordinatur, faciat de illo uerbum epiſcopus ad plebē, indicans eiuſdem fidem, ac uitam, atque ingenium. poſt hoc ſpectante [l] plebe tradat ei codi-

[a] Quorundam. Impoſuiſſe. Hic habes, quod duo imperfecta ſacramenta non conſtituunt unum perfectum, & hoc ideo, q̄a ſacramenta ſunt unitatis. de conſec. diſt. ij. quia paſſus. & unitas diuiſionē non recipit. xxiiij. q. j. loquitur. [1] Idem dico in ſacramento baptiſmi & euchariſtiæ, & in omnibus illis, ubi certa forma deſideratur, quod duo imperfecta non faciūt unum perfectum. Idem eſt in excuſatione tutorū, quod duæ imperfectæ excuſationes non faciunt unā perfectā: ut C. qui numero tut. l. j. [2] Idē eſt in ſtipulatiōe: quia nō diuidit. ff. de uerb. obli. l. j. & l. continuus. Sed ſacramentum ſolēnitatis, ut eſt miſſa, bene diuiditur. & ibi duo imperfecta faciunt unum perfectum: ut vij. q. j. nihil.

[b] Non pōt. Quia crimina morte extinguuntur, & nullus poſt mortem poteſt accuſari: ut xxiiij. qō. ij. ca. j. ff. de bonis eorū, qui ante ſententiā mortem ſibi conſci. l. ult. & xxxiij. quæſt. ij. admonere. Niſi in crimine hæreſis: ut xxiiij. quæ. ij. ſane. ij. Vel ſi aliquis hæreticos inſtituit hæredes, ut extra de hære. ſi quis epiſcopus. uel ſi in notorio crimine deceſſit: ut lxxxviij. di. neque. prout conſueuit notari xxiiij. q. ij. in ſumma.

[c] Amittant. Et tamen nunquam eum receperunt: & ita aliquis dicitur amittere, quod nūquam habuit: ut v. quæ. vj. quia. xxiij. q. iiij. Guiliſarius.

ADDITIO.

Ad idem xvj. di. concilia. ubi de hoc. Archid.

[1] Ar. contra xvj. q. iij. ca. placuit. §. pſcriptionum. uer. quod ſi ab eo. ubi de hoc in gl. ar. aliqua &c.

[2] Adde gloſ. huic cōtrariam in c. nihil. in uerbo, presbytero. infra vij. q. j. & concordātas, ut ibi.

Defunct⁹ de quibuſ dā criminibus poteſt accuſari.

Amittit quis quod nunquam habuit.

[d] Subdiaconus. Hæc eſt ſexta pars diſtin. in qua probat per xvij. ca. qualiter minores ordinantur. Ioan. de Fan. & P.

[d] Quia manus. ſcilicet conſecratoriā, ſed ordinatoriam accipit.

[e] Impoſitionem. Verum eſt, quod non imponitur manus ſuper caput [3] ſubdiaconi, ſicut ſuper caput diaconi uel ſacerdotis: ſed imponitur: manus ſuper ipſum, ſecundum quod impoſitio manus idem eſt quod ordinatio: & ſic non obſtat contrariū lxix. diſt. quoniam. ubi dicitur, quod etiam lectori manus imponitur.

[3] Hic uideas quod legitur & not. v. qō. vj. quia. j. reſponſo.

[f] Acolyth⁹. Ceroferariū. id eſt, candelabrum.

[g] Ad accēdenda. Non in Lampadibus, ſed cum legitur euangelium: ut xxj. diſt. cleros.

[h] Vrceolum. Ad uinum.

[i] Euchariſtiam. id eſt, calicem.

[k] Exorciſta cū, Super energumenum. Energumeni dicuntur lunatici, & obſeſſi a dæmonibus, ab en, quod eſt in, & erge, quod eſt labor: & mene, quod eſt defectus: quod eſt quaſi in opere deficiens. Archid.

Energumeni.

[l] Lector. Spectāte. lxvij. diſt. reliqui. contra ubi dicitur, quod Epiſcopus minores ordines pōt conferre ſub teſtimonio triū. Sed hic loquitur de ignotis.

Oſtia-

cem in quo lecturus eſt, dicens: Accipe, & eſto relator uerbi Dei, habiturus, ſi fideliter & utiliter impleueris officium tuũ, partem cum eis, qui uerbum Dei miniſtrauerunt.

Qualiter Oſtiarius ordinetur.

CAN. XVIII.

OStiarius cum ordinatur, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat cõuerſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei epiſcopus claues a eccleſiæ de altario, dicens ei: Sic age, ſic uiue, quaſi redditur[b] Deo rationẽ p his rebus, quæ his clauibus recluduntur.

Qualiter Pſalmiſta ordinetur.

CAN. XIX.

PSalmiſta, id eſt, cantor poteſt abſq; licentia epi ſola b iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi presbytero, Vide, ut quod ore cãtas, corde credas: & quod corde credideris, operibus cõpleas.

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput deſuper in modum ſphæræ raſũ eſſe debet. c

Vnde Anicius Papa.

Clerici comam nutrire prohibentur.

CAN. XX.

PRohibete fratres per uniuerſas regionum ueſtrarum eccleſias, ut clerici iuxta Apoſtolũ d comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſphæræ e radant.

Item ex concilio Agathenſi.

De eodem.

CAN. XXI.

CLerici, f qui comã nutriũt, ab Archidiacono, etiam ſi noluerint inuiti detondeantur, ueſtimenta etiã, uel calceamenta eis, niſi quæ religionem g deceant, uti, aut habere non liceat.

Item Gregorius.

De eodem.

CAN. XXII.

SI quis ex clericis relaxauerit comam, h ſit anathema. i

Quibus ueſtibus monialis ſit induenda, cùm conſecratur.

CAN. XXIII.

SAnctimonialis uirgo cùm ad conſecrationem ſuo epiſcopo offertur, iu talibus ueſtibus applicetur, qualibus ſemper k uſura eſt, profeſsioni & ſanctimoniæ aptis. Vaſa quoq; ſacrata, & ueſtimẽta altaris mulieres Deo dedicatæ cõtingere, & incenſum circa altaria deferre prohibentur.

Vnde Sother Papa omnibus epiſcopis Italiæ.

Veſtimenta altaris, & uaſa ſacrata mulieres tangere prohibentur.

CAN. XXIIII.

SAcratas Deo fœminas, uel monachas, l ſacra uaſa, uel ſacratas pallas m penes uos contingere, & incenſum circa altaria deferre, perlatum eſt ad apoſtolicam ſedem. Quæ omni reprehẽſione plena eſſe, & uituperatione, nulli rectè ſapientum dubium eſt. Quapropter huius ſanctæ ſedis authoritate hæc oia uobis reſecare funditus quàm citius poteritis, cenſemus. Et ne peſtis n hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abſtergi citiſsimè mandamus.

Item ex concilio Laodicen. iiij.

Sacrarium ſubdiaconibus ingredi non licet.

a OStiarius. Claues. Vt eijciat excommunicatos & infideles: & ut xxj. di. ca. j. in fi.

b PSalmiſta. Sola. de abbatibus non dubitat & corepiſcopis, quin minores ordines cõferant: ut ĩ. lxviij. diſt. quãuis. & lxix. diſtin. quoniam. Similiter epiſcopus, qui renunciauit epiſcopatui. extra de eo qui renun. epi. requiſiuit. Sed qualiter ſacerdotes conferunt ordinem primum, cũ ordinari nemo poſſit ſine titulo: ut lxx. diſt. ca. j. & ſolus epiſcopus titulum confert: ut xvj. q. vij. ca. nullus. & extra de offi. archidia. cum ſatis. Sed hoc uerum eſt de maioribus ordinibus. Vel dic, quod poſſunt aſsignare titulum, ſed non curam animarum. Signatur contrarium xxv. diſt. perlectis. uel dicitur, quod collatio illorum ordinũ ſpectat ad epiſcopum. ſed illud uerum eſt de ſolenni ordine.

c Debet. Parum, nam magnitudo coronæ eſt ſignum cõuerſionis, ut extra de ſucceſ. ab inteſta. cum dilectus. in parte deciſa. xij. q. j. duo.

d PRohibete. Iuxta Apoſtolum. in epiſtola ad Corinthios dicitur: Vir ſi comã nutrit, ignominia eſt ei: mulier ſi comam nutrit, gloria eſt ei.

e Sphæræ. ĩ. xij. qõ. j. duo.

f CLerici. etiam uxorati, ut extra de uita & honeſtate clericorum, clericus. xxxij. diſtin. ſi qui uero. ſed illud poteſt intelligi, ſi uult gaudere priuilegio clericali: alias ſecus: ut lxxxiiij. diſtin. quiſquis. Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus non poteſt gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tonſuram, cum hoc faceret in uituperiũ ordinis clericalis: ut extra de cleri. coniu. c. Ioannes. Bar.

ADDITIO.

Ad hoc plene notatur. l. diſt. ca. ulti. xx. q. iij. eos. xxxij. dı. ſi qui. Archi.

g Religionem. Alioqui perdit priuilegiũ clericale. extra de uita & hone. cle. c. ulti. extra de ſen. excõ. in audientia. De habitu clericorum plene habes xxj. q. iiij. i ſumma.

h SI qs. Comam. uel barbam, ut extra de ui. & hone. cleri. c. v.

i Sit anathema. Videtur ergo, quod omnis apoſtata ſit excõmunicatus. ut extra de apoſt. ca. j. & infamis eſt. ij. q. iiij. ſi qs uero. & vj. qõ. j. infames. quod non concedo: & expone ſit. i. ſiat. Nam & monachus in apoſtaſia poteſt recipere ordinem: ut extra de temp. or. ex parte. & Inno. dicit quod admoneri debet priuſ quam ſuſpendatur: ut extra de ſent. ex com. ſacro.

k SAnctimonialis. Semper etiam in lecto & in infirmitate: ut xx. q. j. uidua.

l SAcratas. Monachas. non ſacratas.

m Sacratas. pallas. ſcilicet corporalia.

n Et ne peſtis. Sic ĩ. viij. diſt. mala.

Non

a Et recipiat fideles. Archi.

a Scilicet benedictis alias non eſt uerũ qđ minores conferant: ut dicam in hoc c. quoniã. hic alleg. Arch.

Corona nõ debet eſſe magna.

Apoſtolus tamen dicit illud generaliter non de clericis tãtum, ſecũdum. Lau.

f Cond. Dixi extra de uita & honeſtate. c. clericus. ad tex.

Clericus coniugat[9] nõ gaudet priuilegio clericali.

Apoſtata glibet nõ ſit excommunicat[9].

alias ſi quis uero a ſuo.

Dicas, quod hoc nõ poteſt uerum intelligi in clerico ſeculari. Nã in regulari ſec[9], ut extra lib. vj. ne cle. uel mo. ut periculoſa. Archi.

Et eſt ar. q monach[9] electus in epiſcopũ nõ debet habitum mutare, ſecũdum Lau. Ad idẽ extra de ui. & honeſt. cle. in magno. in. & hoc ar. ſumit, ex eo q hic dicit, ſemper.

a N On oportet ſubdiaconos. Secretarium. [a] eſt, altare, ne ſit cõtra. infra eadem nõ licet.

b Diaconium. Diaconium appellatur altare, quia ibi diaconus miniſtrat ſacerdoti.

c M Iniſtrum. Id eſt, ſubdiaconum.

d Derelinquere. Sed ſumere debet eas cum alijs miniſtris: ut de conſec. diſtin. ij. tribus.

e M Vlier. Docere non præſumat. hoc enim eſt ſacerdotale officiũ: ut xvj. quæſt. j. adijcimus. Idem plenius habes xxxiij. q. v. mulierem.

ADDITIO.

Idem Hugo. not. hic, ſcilicet quod habent a Papa liberam licentiam docendi & prædicandi populo ſecundum Laurent.

f Laicus. Argum. contra Templarios & Hoſpitalarios. Sed illi non dicuntur laici, cum ſint Deo deuoti. ut xij. quæſtio. j. duo. uel ipſi habent hoc ex ſpeciali priuilegio.

Templarij & Hoſpitalarij non ſunt laici.

g Præſentibus. Maxime: nam nec abſentibus. Quomodo enim prædicabit quis, niſi mittatur? extra de hæret. ad abolendam. & cap. cum ex iniuncto.

h N On oportet inſacratos. i. non ſacros.

i N On liceat. Portare. In proceſsione. & uocat hæc uaſa ſacra, ubi continentur reliquiæ.

k N On liceat. In ſecretario. hic ſecretarium dicitur locus, in quo ſacra uaſa ponuntur. & ſic non eſt contra. ſupra ea. diſtinct. non oportet. ubi dicitur, qđ ſubdiaconi ſecretarium ingredi non

Secretarium.

CAN. XXV.

N On oportet ſubdiaconos licentiam habere in ſacrarium ſiue ſecretarium, [a] quod Græci diaconium [b] appellãt, ingredi, & contingere vaſa dominica.

Item in eodem.

De eodem.

CAN. XXVI.

M Iniſtrum [c] non oportet uti orarijs, nec hoſtias derelinquere. [d]

Item in eodem.

De eodem.

CAN. XXVII.

N On oportet lectores, aut oſtiarios, aut pſalmiſtas orarijs vti, & ſic legere, aut pſallere.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Mulier in conuentu viros docere non permittitur.

CAN. XXVIII.

M Vlier quamuis docta & ſancta, viros in conuentu docere non præſumat. [e] Laicus [f] autem præſentibus [g] clericis, niſi ipſis rogãtibus, docere non audeat.

Item ex concilio Agathenſi.

Miniſtris non ſacratis vaſa dominica cõtingere non licet.

CAN. XXIX.

N On oportet inſacratos [h] miniſtros licẽtiam habere in ſacrariũ, quod Græci diaconium appellant, ingredi, & contingere vaſa dominica.

Item ex concilio Bràcharenſi primo.

Cuilibet ex lectoribus vaſa ſacra altaris portare nõ licet.

CAN. XXX.

N On liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris uaſa portare, [i] nec alijs, niſi ijs, qui ab epiſcopo fuerint ſubdiaconi ordinati.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem.

Vt clerici comã nõ nutriãt.

CAN. XXXI.

N On liceat cuilibet miniſteria tangere, niſi ſubdiacono, aut acolytho in ſecretario [k] vaſa dominica. Nec oportet clericos comã nutrire, & ſic miniſtrare: ſed attonſo capite auribus patentibus, & ſecundũ Aaron talerem veſtẽ induere, ut ſint ĩ habitu ornato.

Qualiter ſponſus & ſponſa ſunt benedicendi.

CAN. XXXII.

S Ponſus & ſponſa cũ benedicendi ſunt à ſacerdote, a parẽtibus ſuis, vel a paranymphis [l] offerantur: qui cũ benedictionẽ acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate [m] permaneant.

Qualiter epiſcopus ſit examinandus.

DISTIN. XXIIII.

Q Valiter epiſcopus ſit examinãdus, qualiter ipſe ſimul, cum reliquis infra ipſum conſtitutis ſit ordinandus, breuiter mõſtratum eſt. Nunc autem [n] uidendum eſt de ſacerdotibus & reliquis, an ſine examinatione ſint promouẽdi ad ordinem. De his ita ſcribit Paulus ad Timotheum: Manus [o] nemini citò impoſueris, & nihil ſine præiudicio [p] facias in alterã [q] partem declinando.

debent.

l S Ponſus. Vel à paranymphis. id eſt, parentibus uel ancillis: & dicuntur paranymphæ, quaſi parantes nympham.

ADDITIO.

Dicas quod paranymphi, uel paranymphæ ſunt cuſtodes puellæ ei aſſiſtentes & docentes qualiter ſe debeat habere: a para quod eſt iuxta, & nympha, quod eſt puella, ſecundum Hug. Vel dic lympha, id eſt, aqua, ſecundum Laur.

m In virginitate. Alibi dicitur de biduo, uel triduo, ut xxx. quæſt. v. aliter. Sed intelligo & illud & iſtud eſſe conſilium.

Q Valiter epiſcopus. Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur quod probatæ vitæ debent eſſe ad eccleſiam ſacerdotes, & ad hoc tres canones inducuntur. Secunda ibi, Cum itaque. Tertia ibi, Quæritur qđ fieri. Ioã. de Fant.

n Nunc autem. In hac diſt. agit magiſter de examinatione clericorum. Primo oſtendit omnes examinandos eſſe. Secundo oſtendit qualiter & quando examinandi ſunt, & à quibus. Tertio qualiter puniantur, qui ſine examinatione promouent.

o Manus. lxxviij. diſtin. quid eſt.

ADDITIO.

Et extra de elect. cum nobis olim. & eſt hoc c. ſecundum Hugo. & Lau.

p Præiudicio. Id eſt, præcedenti iudicio. 1. Timo. 5.

q In alteram. Id eſt, in contrariam, prout ponitur ij. q. iij. c. ſi quem pœnituerit

Ex Decretis Syluestri Papæ capitulo ſeptimo.

De eodem.

CAN. I.

NVllus acolythorum, uel ſubdiaconorum rem conſecratam a presbytero alijs porrigat, quia aliud eſt miniſter, aliud aſsiſtens: niſi tamen ipſe ſupportet, quod ei ſacerdos impoſuerit ore ſuo benedictum.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Ante probationem nullus ordinetur clericus.

CAN. II.

NVllus ordinetur clericus, niſi probatus fuerit uel examine epiſcoporum, uel populari teſtimonio.[a]

Item Gelaſius Papa Celeſtino epiſcopo.

Ad miniſterium alicuius eccleſiæ clerici eiuſdem promoueantur.

CAN. III.

PResbyteri, diacones, & uniuerſi clerici Stomenſis ciuitatis[b] petitorio nobis ſuggeſſere porrecto, in eccleſia beati martyris Eleutherij epiſcopi, quæ in ſupradicta ciuitatis parochia probatur eſſe conſtructa, presbyterum, qui conſtitutus fuerat, defeciſſe: atque in eius locum Iulianum diaconem ipſius eccleſiæ pro celebritate ipſius loci, quantocyus debere ordinari. Et ideo, frater chariſsime, ſi de eius vi[illegible], uel moribus nihil eſt, quod contra canonum veniat ſtatuta, ſupraſcriptũ presbyterij honore decorabis, ſciturus[c] viſitatoris te nomine, non cardinalis creaſſe[d] pontificis. Pariter etiam & Feliciſsimum diaconem in eius eccleſiæ miniſterium (ſi conuerſatio eius fuerit probabilis) ſubrogabis: ut locus proceſsionis celeberrimus ad miniſteriorum conſecrationem, nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro.[e]

Itẽ ex cõcilio Laodicẽ.

Metropolitanorum & epiſcoporum examine promoueantur cæteri epiſcopi.

CAN. IIII.

EPiſcopi iudicio metropolitanorum, & eorum epiſcoporum, qui circuncirca ſunt, promoueãtur ad eccleſiaſticam dignitatem: ij uidelicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ conuerſationis exemplo.

2 Cùm itaque ſine examinatione nullus ſit ordinandus, quemadmodum, & quo tempore ſacerdotum & cæterorũ infraſcriptorũ examinatio debeat fieri, conſiderandum eſt.

De his in concilio Nauatenſi ita legitur.

Qui ordinandi ſunt, feria quarta ad examinationem conueniant.

CAN. V.

QVando epiſcopus ordinationem facere diſponit, omnes, qui ad ſacrũ miniſteriũ accedere uoluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem uocandi ſunt ad ciuitatem unà cum presbyteris, qui eos repræſentare debent: & tunc epiſcopus à latere ſuo eligere debet ſacerdotes,[g] & alios pru

fuerit. §. notãdum. ibi, præuaricator.

[a] NVllus. Teſtimonio. Hic habes quod teſtimoniũ populi æquiualet examinationi. Vnde ſufficit quod clericus ordinandus habeat famam pro ſe. Et per hoc etiam patet, quod noti non ſunt examinãdi, ſed tantum ignoti: ut xlvij. diſt. de Petro. xciiij. diſtin. valde. extra de præſumpt. mandata.

Ignoti ſunt examinãdi & non alij.

PResbyteri. CASVS *Vacante Stomen. eccleſia defecit Sacerdos in eccleſia beati Eleutherij martyris: & cum illa eccleſia epiſcopo indigeret, nec erat epiſcopus, qui eam ordinaret, clerici Stomenſis ciuitatis ſupplicauerũt Papæ ut præciperet Celeſtino epiſcopo quatenus nomine viſitatoris tantum, & non tanquam proprius epiſcopus ordinaret in præfata eccleſia Iulianum presbyterum diaconem in locum deficiẽtis presbyteri electum. Præcepit ergo Papa epiſcopo Celeſtino. vt Iulianũ diaconem promoueat in presbyterũ in prædicta eccleſia tantũ nomine viſitatoris, & Feliciſsimũ in locum Iuliani ſubſtituat diaconẽ, vt eccleſia illa, nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro. Caſus ſequentis capituli et §. patet.*

[1] De hoc not. ſupra diſt. proxi. qui epiſcopus. i princip. Archidia.

[b] Ciuitatis. Carentis epiſcopo. Sed nonne vacante ſede epiſcopali capitulũ potuit dare inueſtituram: ut extra de hære. ad abolendam. & extra de elect. quia diligentia?[2] Reſpõ. quod inueſtitura ad epõs ſpectat: ut xvj. q. vij. nullus Io. & eſt hodie expreſſum ex̃. ne ſe. vac. illa. ubi dicit qđ capitulum non ſupplet defectũ epi in collationibus præbendarum. B. Vel dic qđ capitulũ iſtum diaconũ nõ potuit alienare a ſe ſe. va. qa eccleſiaſticæ res alienari nõ poſſunt ſed. vacãte: ut xij. q. ij. ſi qua de rebus. & lxxj diſt. fraternitatem. & maior eſt alienatio[3] perſonæ, quã alterius rei, ut xij. q. j. præcipimus. Sed quare non petebant hoc ab Archiepiſcopo? Forte, quia eccleſia erat exẽpta. Item quare nõ petebant hoc à uicinis epis: ut lxv. diſt. ſi forte? Reſpon. forte nolebãt. poterãt enĩ ire ad Papã omnibus omiſsis medijs: ſicut ad eũ appellat omiſsis medijs. ij. qõ. vj. ad Romanã. & c. omnes. Vel capitulum ipſum elegit, & petijt a Papa cõfirmationẽ. Nã idem nõ põt eligere & confirmare.

[2] Iſta decre. nõ p- [...] bant inuenti id, ad qđ probandũ inducuntur.

[3] Dic q per cõfirmationẽ nulla fit alienatio, nec præiudicatur futuro epiſcopo. & ſic loquit extra de maiori. & obe. his q̃. & c. cum olim. Ioã. de Fant.

[c] Sciturus. Semper hoc ergo eſt exprimendũ, ne pro iure poſsit hoc in poſterum ſibi uendicare: vt vij. qõ. j. pontifices. extra de iure patro. ex literis.

[d] Creaſſe. Id eſt, ordinaſſe illum.

[e] Nec miniſtro. Et ita quælibet eccleſia habebit ſacerdotem & diaconũ. Alibi dicit quod habebit duos ſacerdotes. vij. q. j. illud. & ex̃ de fil presbyt. c. propoſuit.

[f] EPiſcopi. Qui plurimo. tales enim præferendi ſunt alijs in ordine, & in dignitate[4] ut xlj. diſtinct. c. ſtatuimus. lxxv. diſtinct. cap. ultimo. Cum itaque. Hæc eſt ſecunda pars, in qua dicit quod ordinandi ſunt examinandi. Ioan. de Fantu.

[4] [illegible] Alexã. de Im. in l. cum qđ. circa prin. ff. ſi certũ pet.

[g] QVando. Sacerdotes. tamen hoc videtur eſſe officium

Archidiaconus inſtituẽdos examinare debet.

officium Archidiaconi, & repræſentare abbates ordinandos, & abbatiſſas in ſede ponere: ut extra de offi. Archi. ut noſtrum. Et eſt argu. ad hoc ĩ. diſt. proxi. oſtiarius. Et ſecundum hoc uidetur quod ſi Archidiaconus debet examinare inſtituendum, quod tenetur ordinato ad beneficium conferendũ, arg. liiij. diſt. ſi ſeruus. Arg. contra extra. de præben. epiſcopus. Sol. illud eſt quando epiſcopus ordinat ſine repræſentatione, uel quãdo repræſentans nõ eſt ſoluendo.

ADDITIO.

De hoc not. extra de offic. archid. ad hæc.

a Patriam. Nam propter natiuitatem, uel patriam carius, uel uilius emitur mancipium. ff. de ædili. edic. quod ſi uolit. §. qui mancipium.

b Inſtitutionem. i. titulum.

Ordinãdi de quibus ſunt examinandi.

c Inueſtigent. Sed nunquid ordinandi ita rigide ſunt examinandi? quod uidetur, ut extra de purg. can. conſtitutus. & extra de elec. cum in cunctis. Argu. contra. ff. de ædil. edic. l. ſi quid uenditor. in princ. ubi dicitur quod non ita amare, ſed cum quodam temperamento accipiẽdum eſt, ut non requiratur nimia perfectio, extra de elect. cum nobis olim. Hæc autem tria potiſsime requirenda ſunt, ætas legitima, literatura ſufficiens, *z* morum honeſtas: ut extra de elect. cum in cunctis. Et ſi non fuerit in his tribus examinatus, deponendus eſt, ut extra de elect. nihil eſt.

z Hæc in monacho nõ eſt neceſſaria: ut legitur & no. infra, xvj. q. j. legi.

dentes uiros, gnaros diuinæ legis, exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum uitam, genus, patriam, a ætatem, inſtitutionem, b locũ, ubi educati ſunt, ſi ſint bene literati, ſi instructi in lege Dei, ante omnia diligenter inueſtigẽt: c ſi fidem catholicam firmiter teneant, & uerbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem, quibus cura committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti a uero deuient, ut indignum & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos epiſcopi manibus applicent. Quòd ſi aliter fecerint, & ille, qui indignè acceſſerit, ab altari remouebitur: & illi, qui donum ſancti ſpiritus uendere conati ſunt, coram Deo iam condemnati d eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & ſic ſabbatho, qui probati ſunt, epiſcopo repræſententur.

Alias e autẽ, ſine clericorum, uidelicet conſilio, & populi teſtimonio, nullum epiſcopus ordinare præſumat.

Vnde in concilio Chartagin. iiij. legitur.

Sine clericorũ ſuorũ conſilio epiſcopus clericos nõ ordinet.

CAN. VI.

EPiſcopus ſine conſilio clericorũ f ſuorum clericos nõ ordinet: ita, ut ciuium conniuentiam, & teſtimonium quærat.

Quæritur, quid fieri debeat de ijs, q̃ ſine examinatione prouecti ſunt.

De his ita legitur in cõcilio Martini Papæ.

De ijs, qui ſine examinatione ordinantur, & poſtea peccata ſua confitentur.

CAN. VII.

SI quis presbyter aut diaconus ſine aliqua examinatiõe ordinati ſũt, aut certè cùm diſcuterentur, criminoſa peccata cõfeſsi g ſunt, aut poſt ordinationem ab alijs detecti ſunt, abijciantͬ ex clero Similiter uerò & de uniuerſo clericorũ ordine ſeruetur. Nã hoc ſibi, qđ irrepᵬhẽſibile h eſt, ſancta catholica defendat eccl̃ia.

d Iam condemnati. Sunt ergo tales ipſo iure ſuſpenſi. j. q. j. reperiuntur.

Alias. Dictum eſt ĩ. quod clerici collaterales epiſcopi, debent probare & examinare ordinandos. & ordinandi debent eſſe probati populi teſtimonio. Nunc uero dicitur, quođ ſi neutrum iſtorum interueniat, epiſcopus non debet præſumere facere ordinationẽ. Caſus ſeq. c. cum §. patet.

e Alias. id eſt, ſi non ſunt examinati a collateralibus epiſcopi *x* uel probati per teſtimonium populi. ad hoc ſupra. eo. nullus.

x Vt ſupra c. proximo.

f EPiſcopus. Clericorum. Sed contra. xv. q. vij. c. ult. ubi dicitur, q̃ ſolus epiſcopus honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. Sed ibi hæc dictio ſolus, non excludit clericos ſuos, ſed alios epiſcopos. Adhuc ſignatur aliud contrarium. lxvij. diſtin. reliqui. Sed illud loquitur de notis clericis. Requiritur ergo conſenſus canonicorum in ordinibus conferendis: ut hic. Item in cauſarum diffinitionibus: ut xv. quæ. vij. epiſcopus. Item in conferendis beneficijs, extra de ijs, q̃ ſi. a præla. ſine conſenſu c. ea noſcitur. xciij. diſt. legimus. Item in priuilegijs cõferendis, & alijs negotijs, ut extra de ijs, quæ ſi. a prælа. quando. *y*

Epiſcopꝰ debet habere capituli conſenſum in multis.

y Scilicet in diſpenſatione rerum eccleſiæ. xij. q. ij. ſi qua de rebus. Item ĩ alienatiõe. xij. q. ij. ſine exceptione. x. qõ. ij. hoc ius. Itẽ in omnibus communibus negotijs, ut qđ omnibus ĩcumbit, ab omnibus comprobetur, extra de præſcrip. accedens. Archidia.

Quæritur, quid fieri. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, quod ſi aliqui ſine examinatione ordinantur, ſi criminoſi ſint, deponãtur. Io. de Fant.

g SI quis. Confeſsi. Si metu probationum aliquis confitetur crimen, talis habetur pro conuicto. Sed ſi ſpõte aliquis confitetur crimen, nulla examinatione ꝓcedente, ſeruatur quod legitur xv. q. viij. qui admiſerit. & cap. ſi quis preſbyter. Et ponitur hoc uerbum adijciantur impropriè: uno modo exponitur quantum ad ordinandos: alio modo quantum ad ordinatos. Et quod dicit ordinatũ deijciendum, ſi prius fuerit criminoſus, intelligas de maiori crimine: quia ſi quis in minori crimine exiſtens ordinari ſe permiſerit, non deponitur, ſed imponitur ei pœnitentia: ut lxviij. diſtinctio. cap. j. lxxxij. diſtinctio. presbyter. extra de renun. niſi. §. propter criminis conſcientiam. Qui ergo tempore ordinationis ſuæ tacet crimen ſuum, deponitur: ut l. diſt. ex pœnitentibus. uel ſi quis ſine examinatione promotus fuerit, ut lxxiiij. di. quiſquis. & lxxxj. diſt. ſi qui ſine examinatione. Sed pone, quod in omnibus ſit idoneus, qui ordinatus eſt ſine examinatione: nunquid propter hoc ſolum deponendus eſt, *z* quod non eſt examinatus? ita uidetur hic dici: & hoc non eſt propter ſuum uitium, ſed propter uitium ordinantis: ut lxx. diſtin. c. j. & xvj. quæ. vij. decernimus. Item quia non intrauit per oſtium, unde mori debet, ut Rhemus. ff. de re. di. l. ult. Alij contrarium dicunt, ar. contra extra de præb. cum ſecundum. Ioan.

Confeſſus de crimine, an habeatur ꝓ conuicto.

t Ordinati.

z Hæc depoſitio fieri debet nõ ab eo, qui eũ ordinauit, cũ ipſe debeat deponi, ſed ab eiꝰ ſupiore ſecũdũ Hu. idem ſẽtit Goſ.

h Quod irreprehenſibile. Ergo minores ordines

DISTIN. XXV.

Qvòd nullus sine examinatione ordinãdus ſit, breuiter ꝓbatũ eſt. Quid aũt [a] *ad epm, quid ad unũquenq; inferiorem pertineat, Iſido. Iſpalen. epiſcopus ĩ epiſtola ad Ludifredum ſcribit, ita dicens:*

Quod epiſcopi et cæterorum ſit officium in eccleſia.

CAN. I.

Perlectis ſanctitatis tuæ literis gauiſus ſum, quod optatam ſalutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in conſequentibus iſinuare eloquij tui ſermo ſtuduit, gratias ago Deo, quòd ſolicitudinem officij paſtoralis impendis: qualiter & quo modo eccleſiaſtica officia ordinentur, perquiris. Et licet omnia prudentiæ tuæ ſint cognita: [b] tamen, quia affectu fraterno me conſulis, ex parte, qua ualeo, expediam: & de omnibus eccleſiæ gradibus, quid ad unumquenque pertineat, eloquar. Ad oſtiarium nanque pertinent claues eccleſiæ, ut claudat, & aperiat templum Dei: & omnia, quæ ſunt intus extraq; cuſtodiat: fideles recipiat, excommunicatos & infideles [c] excipiat.

Ad exorciſtam pertinet exorciſmos memoriter retinere, manusque ſuper energumenos & catechuminos in exorcizando imponere. Ad acolythum pertinet præparatio luminariorum in ſacrario ipſe cereum portat: ipſe ſuggeſta pro euchariſtia ſubdiaconibus præparat. Ad pſalmiſtam pertinet officium canendi, ſcilicet dicere benedictiones, [d] laudes, [e] ſacrificium, [f] reſponſoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiã. Ad lectorem pertinet lectiones [g] pronuntiare, & ea, quæ prophetæ uaticinarunt, populis prædicare. [h] Ad ſubdiaconũ pertinet calicem & patenam ad altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere, eiſq; miniſtrare, urceolũ quoque & aquã, manile, & manutergium tenere, Epiſcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. Ad diaconum pertinet aſsiſtere ſacerdotibus & miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in ſacramentis Chriſti: in baptiſmo, ſiue in chriſmate, & patena & calice: oblationes quoque inferre, & diſponere in altari: cõponere etiam menſam Domini, atq; ueſtire: crucẽ ferre, & prædicare Euangelium & Apoſtolum [i] ad populum. Nã ſicut lectoribus uetus teſtamentum, ita diaconibus nouum prædicare pręceptum eſt. Ad ipſum quoque pertinet officium precum, [k] & recitatio [l] nominum. Ipſe præmonet [m] aures habere ad Deum, ipſe hortatur clamare, [n] ipſe donat pacẽ, [o] & ipſe annũtiat. [p]

Ad presbyterum pertinet ſacrificium corporis & ſanguinis domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. Ad epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio, unctio altaris, & conſecratio chriſmatis, [q]

---

[1] Ar. contra ſupra ea diſt. qñ ſumpto argu. a contrario ſenſu Sed iſta hic & ibi ſub. maxime. Arch.

cum examinatione [1] conferendi ſunt. Nam & deponitur quis a minoribus ordinibus, ut xxvij. q. j. ſi quis epiſcopus.

Qvod nullus. Hæc diſtin. diuidit in tres partes. In prima ponũtur officia minorum clericorum & epiſcoporũ & aliarũ dignitatũ, ſcilicet Archid. Archipresb. Primicerij, Sacriſtæ, Theſaurarij. Pet. Secũda ibi, ex hac. Tertia ibi, nunc autem. Io. de Fant.

[a] Quid autem. In hac diſtin. oſtendit quid pertineat ad unumquenque ordinem. [2] Secundo ponit regulam apoſtoli, Oportet epiſcopũ eſſe ſine crimine. & inde nacta occaſione ponit uarias ſignificationes huius nominis crimen. & oſtendit qđ ſit mortale. & quod ueniale.

[2] Et hoc uſq; ad §. nũc autẽ.

Perlectis.

CASVS.

Hoc ca. diuiditur ĩ duas partes. In prima parte oſtẽdit Iſidorus, quæ officia pertineant ad ſingulos ordines. In ſecũda parte quæ incipit ibi: hi ſunt ordines, oſtẽdit, quòd quatuor dignitates debent eſſe ſub Epiſcopo in eccleſia maiori, ſcilicet Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, & Theſaurarius: et quæ ad ipſos pertineant, & quibus præponantur, quod proſequitur uſq; ad §. nunc autem.

[b] Cognita. no. ꝙ quærere poſſumus ea, quæ ſunt nobis nota: ut xj. di. quis

Nota, quærere licet.

neſciat. xxiiij. q. 3. j. pudenda. uer. ſi.

[c] Infideles. contra. ĩ. de conſe. diſtin. j. epiſcopus nullum. Sed illud nõ tenet: quia contraria conſuetudine abrogata ſunt, diſt. iiij. §. leges.

ADDITIO.

Hoc legitur & no. j. quæſtione j. non liceat. ibi uideas. Vel dic ut not. in prædi. c. epiſcopus. & xxx. q. iij. de inceſtis. in gl. de hac materia, &c. ſed qđ hic not. fuit in ſumma Gof. Archid.

[d] Benedictiones. i. benedicamus.

[e] Laudes. i. alleluia. uel illud, Chriſtus uincit, &c.

[f] Sacrificium. i. offertorium.

[g] Lectiones. Legendas in matutinis.

[h] Prædicare. i. legere, ne ſit contra xvj. q. j. adijcimus.

[i] Apoſtolum. id eſt epiſtolam, cũ deeſt ſubdiaconus.

[k] Precum. Dicendo litanias.

[l] Et recitatio. Ordinandorum, & baptizandorum, & mortuorum, & excommunicatorum, ij. q. j. legum.

[m] Præmonet. Cum dicit Humiliate uos, & cætera.

[n] Clamare. Kyrie eleiſon, in rogationibus. Idẽ Goſ.

[o] Pacem. Cum dicit dominus uobiſcum. uel pax uobiſcũ, ſecundũ conſuetudinẽ alterius loci. Vel cum dicit, Agnus Dei, &c. Lau.

[p] Annuntiat. Feſtiuitates.

[q] Chriſmatis. Alia plura ſpectant ad epiſcopũ: ut lxviij. diſt. quamuis.

Et

Ipſe prædicta officia, & ordines eccleſiaſticos diſtribuit, ipſe ſacras uirgines benedicit, & dũ præceſſerit unuſquiſq; in ſingulis ordinibus: iſte tamẽ eſt præordinator in cunctis. Hi ſunt ordines & miniſteria clericorũ, quæ tamen authoritate pontificali, in archidiaconi cura, Primicerij & Theſaurarij ſolicitudine diuiduntur. Archidiaconus. n. imperat ſubdiaconibus & leuitis, ad quem iſta pertinẽt miniſteria: ordinatio ueſtiendi altaris a leuitis, cura incẽſi, & ſacrificij a neceſſaria ſolicitudo, q̃s leuitarum ad populum Euangelium legat, quis preces dicat, ſeu reſpõſoria in dominicis diebus aut ſolennitatibus decantet. Solicitudo quoq; parochiarum & ordinatio, & iurgia b ad eiuſdem pertinet curam: pro reparandis c diœceſanis baſilicis ipſe ſuggerit ſacerdoti: d ipſe inquirit parochias cum iuſsione e Epiſcopi, & ornamenta & res baſilicarum, f & parochiarum geſta: & libertatum eccleſiaſticarum epiſcopo idem refert: collectam pecuniam de communione g ipſe accipit, & Epiſcopo defert, & clericis proprias partes ipſe diſtribuit. Ab archidiacono nuntiatur epiſcopo exceſſus diaconorum ipſe denuntiat ſacerdoti in ſacrario ieiuniorum dies atque ſolennitatum: & ab ipſo publice in eccleſia prædicantur. Quando uero archidiaconus abſens eſt, uicẽ eius diaconus h ſequẽs adimplet. Archipresbyter i uerò ſe eſſe ſub archidiacono, eiuſque præceptis, ſicut epiſcopi ſui ſciat ſe obedire: & (quod ſpecialiter ad eius miniſterium pertinet) ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſsiduè in eccleſia ſtare, & quando epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe uice eius miſſarum ſolennia celebret, & collectas k dicat, uel cui ipſe iniunxerit. Ad primicerium pertinent acolythi, exorciſtæ, pſalmiſtæ atq; lectores ſignum l quoque dandum pro officio clericorum, pro uitæ honeſtate: & officium cantandi, & peragendi ſolicitè: lectiones, Pſalmũ, laudes, & reſpõſoria officiorũ quis clericorum dicere debeat. Ordo quoq; m & modus canendi in coro pro ſolennitate & tempore. Ordinatio quoq; pro luminaribus deportandis, Si quid etiam neceſſarium fuerit pro reparatione baſilicarum, quæ ſunt in urbe, n ipſe denuntiat ſacerdoti: epiſtolas epiſcopi pro diebus ieiuniorum parochianis per oſtiarios ipſe dirigat. Clericos, o quos delinquere cognoſcit, ipſe diſtringat: quos uerò emendare non ualet

a Et ſacrificij. portandi ad altare.

b Et iurgia. Hic uidetur, quod archidiaconi habeant ordinariam iuriſdictionem, & quod poſsint inſtituere clericos & ſuſpendere, uel excommunicare: e ut lxiij. diſtin. ſi in plebibus. & extra de pœn. licet. & extra de exceſsibus præla. ad hoc. & de offic. deleg. ſuper eo. & de præben. referente. & extra de inſtitu. cùm ueniſſet. Arg. contra. xvj. q. vij. nullus. & extra de offic. Archid. c. iiij. & v. Item uicarius eſt epiſcopi: ut j. capit. j. & extra de offic. Archi. capi. j. ergo habet delegatam iuriſdictionẽ, non ordinariã. Ad hoc dico, quod Archid. habet ordinariã iuriſdictionẽ. ſ Et quod legitur extra de offic. archi. capi. iiij. intelligo cum Archid. extendebat manus ad ea quæ ſibi non competebant ex officio: niſi cõſuetudo ſit præſcripta, uel generalis aliarum eccleſiarum illius diœce. Nec obſtat quod dicitur eſſe uicarius epiſcopi: quia nihilominus eſt ordinarius iudex. Nam & uicarius alicuius eccleſiæ perpetuus, dicitur ordinarius: ut extra de præben. de monachis. Sic uideo, quod uicarius iudicis ordinariam habet poteſtatem: quod ex eo patet, quia interponit decretũ de non alienandis rebus minorũ. C. de offi. eius, qui ui. alte. gerit. l. ij. ſed hoc non poſſet facere, ſi haberet delegatam iuriſdictionẽ: ut ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l. ij. uidetur tamen ex hoc, q̃d habeat delegatam iuriſdictionem: quia appellatur ab ipſo ad Archiepiſcopũ, ut extra de præben. referente. Sed ſi haberet ordinariã iuriſdictionem, gradatim fieret appellatio: ut ij. q. vj. anteriorum. Item alia ratione uidetur hoc, quia tantum de humilioribus negotijs cognoſcit, ut hic dicitur: ergo eſt pedaneus iudex: ut C. de peda. iudi. l. ulti. ſed pedanei iudices delegati ſunt: ut C. de ped. iud. l. pe. Item quia epiſcopus hoc officium delegat alijs: ut x. q. j. epiſcopum. Sed illud intelligas de illo iure uiſitandi quod epiſcopo competit. H. dicit ipſum habere ordinariã: ſed tamen eam non poteſt exercere ſine authoritate epiſcopi: ſicut metropolitanus ius habet cõſecrandi epiſcopũ: illud tamen ius nõ poteſt exercere ſine alijs epiſcopis. lxiiij. diſt. c. j. Ioã. Mihi uidetũ, quod ſolus epiſcopus in ciuitate ſua debeat eſſe iudex ordinarius: ut vij. q. j. in apibus. niſi ſecus ſit de cõſuetudine iam præſcripta, ut extra de præſcrip. de quarta. & capi. auditis. & melius de offic. arch. c. ulti. quod eſt Honorij. B.

c Pro reparandis. Alibi dicitũ, quod hoc ad præpoſitũ ſpectet ut lxx. diſt. ſanctorum. ſed ibi nomen p̃poſiti large ſumitũ, ut extra de uer. ſig. quãuis

d Sacerdoti. Epiſcopo.

e Cum iuſsione. generali, quando recipiat Archidiaconatum ab epiſcopo.

f Baſilicarum. ruraliũ: quia ea, quæ ſunt in urbe cuſtodit primicerius.

g De cõione. Id eſt oblationibus.

h Diaconus. cum ergo poſsit uices ſuas delegare ergo eſt ordinarius: ut C. de iud. à iudice.

i Archipresbyter. in quibuſdam eccleſijs uocatur iſte decanus. quinquag. diſtin. in capit. ſed ille eſt archipresbyter ruralis.

k Collectas. ſcilicet orationes.

l Signum, i. pulſatio campanarum.

m Modus. i. cũ organo, uel ſine eo.

n In urbe. ſed archidia. extra urbẽ: ut ſ. dictum eſt.

o Clericos. ciuitatenſes.

e Ad hoc facit q̃d not. ix. q. iiij. nullus primas in gloſ. ergo nec & infra dicam xxiiij. q. iij. tam ſacerdotes. ibi uideas Archi.

ſ Idẽ Bal. in l. præcipimus. in prin. C. de appell. & Alexã. de Imo. in ri. ff. de offi. ei⁹ cui mã. ẽ iuriſ. in iiij. col. ubi ad hoc multa adducit in ca.

t De quo hic nõ loquitũ, ſecũdum Lau.

rò emendare non ualet, eorum exceſſus ad agnitionem epiſcopi deferat; baſilicanos[a] ipſe conſtituat, & matriculam[b] ipſe diſponat. Quando autē primicerius abſens eſt, ea quæ dicta ſunt. ipſe exquirat, qui ei aut lege[c] eſt proximus aut eruditione. Ad theſaurariū pertinet oſtiarij baſilicarū ordinatio,[d] incenſi præparatio cura chriſmatis conficiendi, cura baptiſterij ordinandi præparatio luminariorum in ſacrario & ſacrificijs.

[x] Ex hac epiſtola liquet, quid cuiuſq; officij ſit. Eſt etiam alia diſtinctio epiſcoporum, presbyterum, diaconorum, quam fecit Clemens in epiſtola ſua ita dicens.

Quid ab epiſcopis, quid à presbyteris, quid à diaconibus audire oportet.

CAN. [illegible]

Audire[e] epiſcopum attentius oportet & ab ipſo ſuſcipere doctrinā fidei: monita[f] autem uitæ à presbyteris inquirere: à diaconibus uerò ordinē diſciplinæ.[g] Sacerdos quoq; utrunque humerum orario ambit: Diaconus uerò ſiniſtrū tantum, ut ad miniſterium expeditius diſcurrat.

Vnde in concilio Toletano, capi. ij.

Quare leuita unum tantum humerum orario ambit.

CAN. III.

Vnum orarium oportet leuitam geſtare in ſiniſtro humero:[h] propter quòd[i] orat, id eſt prædicat. dexteram autē partem oportet habere liberam, ut expeditius ad miniſterium ſacerdotale recurrat.

3 Nunc autē[k] per ſingulos gradus ordine recurrētes, qui ex quibus ordinibus in quē gradū conſcendere poſsint qui poſt lapſum ualeant reparari, uel qui nō: quibus culpis à proprio gradu mereantur deijci; quo accuſante, quibus teſtificantibus poſſint conuinci, cuius ſententia ſint abſoluēdi uel damnandi breuiter[l] cōſulemus. Ac primum à pontificali gradu incipientes, qualē oporteat eum eſſe, qui in epiſcopum eſt ordinandus, diligenter inueſtigemus. Apoſtolī regulā[m] ſecuti, quā in huiuſmodi re Timotheo & Tito ſcribit dicens: Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe; id eſt, non obnoxium reprehenſioni. Hoc ad Timotheū.[n] tertio, ad Titum autē primo: Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe: quod (ut Hieronymus ſcribit ad Oceanum) idē eſt. Nomine autē[o] criminis[p] quodlibet peccatum intelligitur: unde in eadē epiſtola[q] Hiero

a Baſilicanos. i. cuſtodes baſilicarum.

b Et matriculam. i. tabulam. nam in matricula faciat ſcribi, quod quilibet canonicus legere debeat.

c Aut lege. id eſt, ordine. & ar. literaturam æquipollere dignitati.

d Ordinatio. i. ut ordinet ea, quæ ſunt neceſſaria ad baſilicam. ſ. claues & candelas.

x Ex hac epiſtola. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinc. in qua ponit de ordinatione presbyterorum & diaconorum.

e Audire. Oportet. ſubditos

f Monita. Id eſt, conuerſationem.

g Diſciplinæ. Id eſt, regulam uiuendi: ut xj. quæſtio. j. ſicut.

h Vnum. In ſiniſtro humero. Et hoc ideo, ut oſtēdatur q̄ debēt trāſire de læua ad dexterā, id eſt, de tēporalibus ad ſpiritualia. & hoc oſtenditur cum tir cunflectitur poſtea uerſus dexteram.

k Nunc autē. Hæc eſt tertia pars huius diſtinct. in qua ponuntur xiij. capitula apoſtolicæ regulæ: & ſub hac occaſione ponit quatuor acceptiōes criminis. Ioā. de Fan.

i Propter quod. Id eſt, quia. ſimile ponitur. xxij. diſt. de conſtantinopolitana. uerſi. nanq;.

e Nullū. Promiſerit. expreſſe uel tacite. Expreſſe: ut xxiij. diſt. quanq. & xxvij. q j. ut lex. Tacite: ut j.e. diācōi. Si quæris qūo eccleſia imponit alicui neceſſitatē cōtinēdi, cū continētia ſit res uoti, non præceptū: ut xxxij. quæſtio. j. integritas. Dico quod eccleſia neminem cogit cōtinere, ſed in ordine quē dat, poteſt imponere legem, quam uult, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ: ut ff. de pac. in traditionibus.

† Non hanc tex. contra noſtros ſacerdotes, q dicūt ſe nec iure quouis, nec uoto ad ſeruandā caſtitatē alligatos.

f Decernimus. Careant. mitius agit cū eis decretalis. quæ iubet eos admoueri poſt admonitionem: ut extra de cohabitat. cleri. ſicut.

ADDITIO.

Vt hoc dictū ceſſet dic careāt ſi pmoniti nō ceſſauerint ſecūdum Lauren. Vel dic, quod decre. loquitur in cōcubinario clerico: hic uerè in eo, qui de facto duxit uxorem, qui plus contemnit. Archid.

a Quando. Hæc eſt ſecunda pars, in qua pbat, quod prælati eccleſiarum parochialiū debēt facere pfeſſionem epo, quod honeſte uiuent.

b Et diacones. Hodie etiā acolythis conferūtur eccleſiæ ex diſpenſatione. 1 ut extra de ætate & qualitate. præterea.

3 Hęc diſpēſatio eſt i corpore iuris clauſa, ideo oībus epiſcopis eſt permiſſa. ſecū dum Ala. & Goffre.

Profeſ-

nē a epiſcopo ſuo facere, ut caſtè & purè uiuant ſub timore Dei, ut dum eos talis profeſsio obligat, uitæ ſanctæ diſciplinam retineant.

Item Grego. nobilibus ciuibus Neapolitanis.

Qui longam corporis ſui continentiam non habet, in epiſcopum eligi non debet.

CAN. IIII.

3 PRiuſquam ad nos ſcriptura ueſtra diſcurriſſet, Ioānē diaconū q ab altera b parte electus ē, paruulā c habere filiā d quorundā relatione cognouimus. Vnde ſi rationē uoluiſſent attēdere, nec illi 1 eū eligere, nec ipſe debuerat cōſentire. Nā qua p̄ſumptiōe audet ad epatum accedere, q adhuc longā corporis ſui cōtinentiā, filia teſte, cōuincitur non habere?

Itē ex cōcilio Tolet. ij.

Ad ſubdiaconatum acceſſuri continentiam profiteantur.

CAN. V.

4 DE his quos uoluntas parentū à primis infantiæ e annis clericatus officio mācipauerit, id ſtatuimus obſeruandū, ut mox detōſi, uel miniſterio lectorū f traditi in domo eccleſiæ ſub ep̄ali præſentia à præpoſito ſibi debeāt erudiri. At ubi octauū decimum g ætatis ſuæ cōpleuerint annū, corā totius cleri plebiſq; conſpectu uoluntas eorū, de expetēdo coniugio ab epiſcopo perſcrutetur: q bus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante placuerit & promiſsionem caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſsitate ſeſe ſpoponderint ſeruaturos: hi tanquam appetitores arctiſſimæ uię leuiſsimo Domini iugo ſubdantur, ac primum ſubdiaconi miniſteriū habita probatione h profeſsionis ſuæ à uiceſimo anno ſuſcipiant. Quod ſi inculpabiliter ac inoffensè uiginti & quinque annos peregerint, ad diaconi officium (ſi adimplere id poſſe ab epiſcopo probantur) promoueri debent. Cauendum eſt tamen his, nequando ſuæ ſpōſionis immemores, aut ad terrenas i nuptias, aut ad furtiuos concubitus ultro concurrant: quod ſi forte fecerint, ut ſacrilegij rei ab eccleſia habeantur extranei. Quibus autem uoluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre k non poſſumus: ita, ut cùm prouectæ ætatis in coniugio poſiti renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines aſpirent.

Item ex concilio Arelatenſi iij.

In coniugio conſtitutus ad ſacerdotium aſſumi non debet.

CAN. VI.

5 ASſumi aliquem ad ſacerdotiū in coniugij uinculo conſtitutū non oportet, niſi fuerit promiſſa conuerſio.

Item ex eodem quarto.

---

z Profeſsionem. Quid promittere debeat, dixi xxiij. diſtin. quanquam.

PRiuſquam. Hæc eſt tertia pars, in qua probatur quod habēs filiam paruulā non debet eſſe ep̄s.

b Ab altera parte. i. medietate. quia nomine partis medietas deſignatur. ut ff. de uerbo. ſigni. nomen §. portionis. & ff. de uſu. fruc. l. etiam.

c Paruulam. Paruitas filiæ fuit argumentū, quod nō diu fuerat cōtinēs. Vnde aliud eſſet ſi habuiſſet magnam filiam: ✝ ut ſic non obſtetur j. eod. de Syracuſanæ. unde ibi fuit diſpenſatū. Sed hodie iure cōmuni nullus talis promouēdus eſt in epiſcopum: ut lxj. diſt. Catinenſis.

d Filiam. Nota quod per factum ipſum probat aliquid: ut lxxxij. diſtinct. propoſuiſti. xij. qō. ij. quatuor. & xviij. diſt. peruenit. Ex hoc ca. uidetur, quod iudex ex ſuo officio poſſit aliquid ſupplere de facto, qđ ſibi nō conſtat tanquā iudici. Et licet nō obijciatur aliquid à partibus contra perſonā electi, ipſe tamen ſuperior poteſt obijcere. z Sed hoc ideo ſupplet de facto, quia illud ſpectat ad ſubſtantiam electionis: ſicut ſupplet de tali facto, quod ſpectat ad ſubſtantiā iudicij, ut dixi ij. q. vij. alieni. Ioan. Alias iudex non ſupplet de facto, niſi quod cōſtat iudici tāquā iudici: ut C. de tēpo. appel. l. j. §. ult. & C. de appel. ampliorem circa principium. & ff. de teſti. l. iij. §. tu magis ſcire. ſed licet poſſit ſupplere. tamen ei ſoli nō creditur: ut extra de proba. quoniam. cōtra falſam. Sed de iure ſupplet. C. ut q̄ deſunt aduoc. l. una. Barth. Brixien.

DE his. Hæc eſt quarta p̄s huius diſtinct. in qua dicitur, quod in xviij. anno debet perſcrutari conſcientia iuuenum, utrum uelint contrahere, uel caſtitatem tenere.

e Infantiæ. i. pueritiæ: quia infantia non durat, niſi uſque ad ſeptennium ut. C. de iure delib. ſi infanti. Sic ergo uidetur, quod pueri bene poſſunt habere beneficia eccleſiaſtica. Nam & promoueri poſſunt: ut lxxvij. diſt. in ſingulis. Sed contra. j. quæſt. j. pueri. Sed dic, quod beneficia poſſunt habere ſed nō prælaturas: ut extra de ætate & quali. indecorū.

f Lectorum. Nomine lectoris hic comprehendit omnes minores ordines ſ. xxv. diſtin. capi. j.

g Octauumdecimum. In clerico ſeculari requiritē uotum in xviij. ann. ut hic, & lxxvij. diſt. in ſingulis. ſed in monacho in xv. ut xx. qō. j. illud. quod ideo fit, ne monachalis habitus propter nuptias deſeratur: niſi ubi dura eſt cōuerſatio, ut in inſulis, ubi dat maius ſpatium, ut extra de reg. quia in inſulis.

ADDITIO. Hæc patet eſt xx. quæſt. j. quia.

h Probatione. debet enim lōga præcedere cōtinentia: ut ſ. ea. proxi. ca. & lxxvij. diſtinct. quicunque.

i Ad terrenas. Quia terrā replēt, Virginitas uero paradiſum. xxxij. qō. prima. nuptiæ.

k Auferre. Quod ergo de iure communi competit, negandum nō eſt. in autheu. de nup. circa finem. §. ſed hoc quia. ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi quis condemnatus.

ASſumi. Hæc eſt quīta pars diſtin. in qua probat, qđ nullus debet eſſe ſacerdos, diacon⁹, uel ſubdiaconus, niſi p̄miſſa caſtitate. Io. de Fā.

Diaco-

✝ Nā per tp̄is p̄ceſſum qñq; purgat uitium. j. q. j. ciro. & not. ij. q. j. in primis. Archid.

✝ Alias, alij. Iudex qñq; de facto ſupplet.

z Quod dic ut legit & no. extra de elect. cum nobis oli. de poſtul. cap. iij. & hic adde quod dicā infrà queſtio. vij. iudicet. Archidia.

Pueri beneficia, ſed nō p̄laturas habere poſſunt.

✝ Adde quod hæc dictio a hic ponit excluſiue tex. eſt ſingul. in l. ratio. §. fin. ff. de acti. empti.

Hoc capi. nil facit ad hoc quod dicit: requiritur, &c. Archi.

Non ordinentur diaconi, qui caſtitatem non profitentur.

CAN. VII.

PRæterea placuit, ut deinceps nō ordinētur diacones coniugati, niſi qui prius conuerſionis propoſito cōfeſsi fuerint caſtitatem.

Verùm illa priori authoritate diaconibus uidetur permitti coniugiū: cùm ad ſacerdotium tantùm coniugati prohibentur aſſumi. Porrò in ſequenti uidetur permitti authoritate ſubdiaconibus: cùm de diaconibus ſpecialiter præcipitur, ut ſine probatione caſtitatis non ordinentur. Hoc idē in Anchiritana ſynodo uidetur eſſe permiſſum, in qua ſic ſtatutum eſt.

Diaconi non prohibeantur à miniſterio pro nuptijs, ſi in ordinatione dicunt ſe continere non poſſe.

CAN. VIII.

DIaconi [a] quicunque cùm ordinanē, ſi in ipſa ordinatione proteſtati [b] ſunt, dicentes ſe uelle habere uxores, nec poſſe ſe continere: hi ſi poſtea [c] ad nuptias peruenerint, maneant in miniſterio: [d] propterea ꝙ his epiſcopus licentiam dederit. Quicunq; ſanè tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem profeſsi continentiam, ſi poſtea ad nuptias peruenerint, à miniſterio ceſſare debebunt.

Item ex concilio Neocæſarienſi.

Presbyter ducens uxorem ab ordine deponatur.

CAN. IX.

6 PResbyter, ſi uxorē duxerit, ab ordine [e] illum deponi debere. Quòd ſi fornicatus fuerit, uel adulteriū commiſerit, extra eccleſiam abijci, & ad pœnitentiam [f] inter laicos redigi oportet.

Item Gregorius.

De eo, qui relictam cuiuſdā diaconi duxit uxorem.

CAN. X.

7 QVia ſunt [g] culpæ, in quibus culpa eſt relaxare uindictā, quærenda eſt ſemper ueritas: ut inquiri debeat utrùm accuſatum noxa cō demnet, an à pœna innocētia patefacta ſubducat. Itaq; ꝑuenit ad nos Fauſtinum defenſorem ultionem exercere in Petrum latorem præſentium uoluiſſe, pro eo quòd (quātum dicitur) relictam cuiuſdam diaconi tempore, quo conductor [h] fuit, marito tradiderit. Sed qm̄ iſte cōiugem diaconi aſſerit non fuiſſe, dicēs [i] nec eam uirginē [k] ad eū ꝑueniſſe, deniq; nec reli-

[a] DIaconi. Ad intelligentiam horum capitulorū notabis quod in orientali eccleſia & in occidentali licite contrahitur in minoribus ordinibus, ut xxxij. diſtin. ſi quis eorum. & cap. lectores. & c. placuit. Sed conſtituti in ſuperiori ordine, nec apud nos, nec apud Græcos poſſunt cōtrahere, nec poterant tempore apoſtolorum: & ſi contrahant, non eſt matrimoniū. Et hoc patet ex ſexta ſynodo, quę in oriente fuit celebrata, & regulā ſtatuit eis: ut xxxij. diſtin. ſi quis eorum. xxxj. diſt. Nicena. lxxxiiij. di. cū in præterito. In hoc autem eſt differētia inter eos & nos. Ipſi .n. ſiue ſint coniugati, ſiue non, promouētur ad ſacros ordines[c], non promiſſa cōtinētia: ut xxxj. diſt. quoniam. Sed occidentales nunquā promouentur, niſi continentia ꝓmiſſa: ut ſ. ea. nullum. & ca. aſſumi. A tempore autem Siricij & Innocentij non licuit occidentalibus ad diaconatum, uel ſupra promoueri, niſi ꝓmiſſa continentia: ut lxxxij. diſ. propoſuiſti. & cap. plurimos. Sed ſubdiaconibus uſque ad tēpus Gregorij licuit: ut xxxj. diſt. ante triennium. Orientales ergo licite utuntur matrimonio cōtracto ante ſacros ordines, poſtea in ſacris ordinibus contrahere nō licet: ut xxxj. diſt. qm̄. & c. aliter. & extra de cle. coniug. cum olim. ſed poſt receptū ſacrū ordinem non poſſunt contrahere: ut ibi dicitur.

Orientales ab occidētalib9 differunt.

[b] Proteſtati. ſ. diſtinct. proxi. diaconos. & extra de in integr. reſtitu. c. j. in ſi.

[c] Poſtea. Sic extra de cler. coniug. diuerſis. & extra de concef. præben. & ecc. non uac. cum ſuper. in ſi. de filijs presbytero. ueniens.

[d] In miniſterio. Quia uideretur uenire contra promiſsionem propriam: ut extra de conditio. appo. ca. per tuas.

PResbyter. Hæc eſt vj. pars, in qua ponitur pœna ſacerdotibus fornicarijs. Io. de Fant.

[e] Ab ordine. Id eſt, ab officio & non beneficio: & ſecundum hoc magis punitur ſacerdos qui fornicat, quàm qui legitime contrahit. & hoc ideo, quia facit contra ſacrum ordinem, & etiam contra legē: & ideo minus peccat ducēdo uxorem: quia credit hoc ſibi licere: ſicut illa minus punitur, quæ publice delinquit, quàm quæ priuate delinqueret: quia credit hoc ſibi licere: ut ff. de ritu nupt. l. ultima.

Presbyter fornicans plus punitē, quā legitiē cōtrahens.

[f] Ad pœnitentiā. 50. diſtinct. confirmandum. contra. Sed illud intelligitē de ſolenni pœnitētia, quam clericus facere non debet, iſtud de publica: ut xxx. q. j. ſi quis ſacerdos. & xxx. diſ. ſi quis presbyter. Sed ſi depoſitus fuerit, bene poteſt ſolenniter pœnitere: ut de pœ. diſtin. vj. ſacerdos. Adhuc ſignatur contra lxxxij. diſ. presbyter. ubi dicitē, quod ſacerdos non debet publice pœnitere inter laicos. Sed illud uerū eſt qn̄ crimen eſt occultum, ſed hic loquitē qn̄ crimen eſt publicum apud laicos. ij. q. j. ſi peccauerit.

Cleric9 ſolenniter pœnitere nō pōt.

ADDITIO.

Et publica delicta publico remedio egēt. de pœ. diſt. j. quamuis. & §. hoc ergo. & uideas qđ legitur & uo. xxx. quæſtio. j. c. ulti. & lxxxj. diſt. ſi quis epiſcopus. Archidiaconus.

QVia ſunt culpæ. Hæc eſt vij. pars diſ. in qua probatur, ꝙ uxor ſubdiaconi, diaconi, uel presbyteri poſt mortem mariti contrahere non poteſt. & probatur per tres authoritates. Io. de Fant.

[g] Quia ſunt. Quod hæc allegatio ualeat, probatur xxxiiij. diſt. ſi quis uiduam.

[h] Conductor. i. defenſor.

[i] Dicens. Et ita nō potuit uxor eius cenſeri: quia maritus corruptæ non poteſt promoueri.

[k] Nec eam uirginē. Hic per duo extrema colligitur medium. Ex eo. n. ꝙ ab initio non erat uirgo, & poſtea iſta

gioſam [a] mutaſſe ueſtẽ, poſtquàm ille in ordine ſacro promotus eſt: adijciens etiam priuſquam ad diaconem perueniſſet, & poſtea praua illam mulierẽ opinione uixiſſe: ideo fraternitatem tuã his hortamur affatibus: ut cum Dei (ſicut decet) timore cauſam hanc ſubtili omnino inueſtigatione perquiras. Et ſi in coniugio diaconi mulierẽ, de qua agitur, fuiſſe [b] conſtiterit: ſupraſcriptus lator memorato defenſori & rectori patrimonij ad uindictam modis omnibus tradatur: † & cum competenti emendatione ij, qui male ſociati ſunt, diſiungantur. Si uerò ĩ eius coniugio non fuerit, memoratum Fauſtinum ex noſtro mandato commonere te uolumus, ut ei facere nil præſumat, nec falſa illum accuſatio in aliquo prægrauet.

Item ex conci. Aurelia.

De uxore presbyteri, uel diaconi, ſi alij ſe coniunxerit.

CAN. XI.

SI ſe cuiquam mulier duplici [c] coniugio presbyteri uel diaconi relicta coniunxerit: aut caſtitate fruantur, aut ſeparentur: [d] aut certè ſi in criminis intẽtione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem.

CAN. XII.

SI qua uidua epiſcopi, presbyteri aut diaconi [e] maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa perſona cum ea conuiuium præſumat, nũquam communicet: morienti tamen ei ſacramenta ſubueniant.

Item Pelagius Cethego patricio.

Cuiuſdam epiſcopi ordinatio differtur: quia uxorem habet & filios.

CAN. XIII.

[a] DE Syracuſanæ urbis antiſtite optaueramus in ipſo initio gloriæ ueſtræ deſiderijs obedire: niſi nos multiplex rõ ipſius non paucis temporibus ordinationẽ differre ſacerdotij coegiſſet: ob hoc autẽ, quòd uel perſonæ qualitas (ſicut & uos melius noſtis) uel ſuperſtes ùxor, aut filij (per quos eccleſiaſtica ſolet [f] periclitari ſubſtantia) noſtros animos diutius ab eius ordinatione ſuſpenderet: quantum ad cautelam humanã pertinet, integro penè anno diſtulimus, opinantes, quòd in melius Syracuſanorum prouenire poſſet electio. Sed quia ĩ uoluntatis ſuæ ꝓpoſito irreuocabiliter pſtiterũt, [g]

ea iſte promouens fuit in diaconũ, colligit eã nõ fuiſſe uxorẽ: arg. ff. de hæred inſtit. ſed & ſi. §. ſolemus. & liij. di. legẽ. Quandoq; medium trahit extrema. ff. de ſer. ruſtic. præd. qui ſella. §. ulti. & l. tria prædia. Quandoq; principiũ trahitur ad finẽ. ĩ. xxxv. diſtin. ab exordio. ff. de le. iij. ſi quis in principio. Quandoq; finis trahit ad ſe principiũ: ut xiij. q. ij. c. ultima uoluntas. ff. de adimen. lega. l. ij. & l. iiij.

[a] Nec religioſam. i. religioſum habitum. quẽ ſolent ſumere uiduæ, uel aliæ deuotæ, licet non conuertantẽ ad aliquam eccleſiã. Nec. n. credo, quod uxor illius, qui ꝓmouẽ ad ſacrũ ordinem, teneatur intrare religionẽ: ſed ſufficit qđ uoueat perpetuã continentiam: ut lxxxvij. diſt. eṗs. Nec obſt. extra de conuerſi. con. ſane. quia illud ſpãle eſt in uxore eṗi. Sed adhuc obſt. extra de cle. con. quod à te. Sed illud intellige cũ ordinat⁹ uult trãſire ad religionẽ, ſed nec hic papa ali qd dicit de ueſte, ſed Petrus illud allegauit.

[b] Fuiſſe. Supple & eum ordinatum ipſa ſciente. [u] nã ſi ea inuita ordinaretur, uel ignorante, nõ fieret ei præiudiciũ. Sed ſi ſciuit & tacuit, fit ei præiudiciũ: ut poſt mortem illius non poſsit nubere: ut xxxij. di. ſeriatim. Vnde non requiritur qđ mulier uoueat: ſed ſufficit, ſi ſcit uirum ſuum ordinari.

[c] SI ſe cuiquã. Duplici. Quãtum ad primum.

[d] Separentur. Dubitatur de uxoribus ordinãdorum qualiter uouere debeãt, & dare licentiam. uidetur quod ſolo uerbo. ut ĩ. ea. diſtin. de his, in fi. & c. quia ſunt culpæ. & xxxij. diſtin. ſeriatim. Sed contra extra de cõuer. coniu. ſane. & xxxiiij. diſtin. fraternitatis. ubi dicitur, quod uxor promouendi intrabit monaſterium. [a] Item alia ratione: quia cœtus clericorũ ꝑeminet cœtui monachorũ: quia uix bonus monachus facit bonum clericum. xvj. qõ. j. legi. Et facit ad hoc extra de conuer. coniug. coniugatus. ſed nullus ſuſcipitur in monachum, niſi conuertatur uxor. xxvii. q. ij. Agathoſa. Dic nõ eſſe neceſſe quod cõuertaẽ, ſed quod uoueat caſtitatem tantum, niſi de ea habeatur ſuſpicio. extra de cõuer. coniu. cũ ſis præditus. Et ſpeciale eſt in illa decret. ſane. in uxore eṗi. Sed obijcitur: hæc mulier nõ uouit ſolẽniter: ergo ſi contraxerit, tenet matrimoniũ, quod hic negatur. Solu. ſecũdũ quoſdam, uotum iſtud eſt ſolenne ex propria ꝓfeſsione: [h] ut extra qui cleri. uel uo. conſuluit. alias nõ uideẽ qđ ſola ſciẽtia mulieris ſolennizet uotũ, niſi ipſa expreſſe uouerit. Ioã: ſed uidetur quod ſola cõſtitutio eccleſię hoc matrimonium dirimat, nõ ſciẽtia uel uotũ: quod ex eo patet qđ Græcus non promittit cõtinentiã dum recipit ſacros ordines: ut xxxj. diſtin. qm̃. tamẽ ſi contraxerit poſt ſacros ordines, non tenet matrimoniũ. Hoc ergo non facit uotum, ſed ſola cõſtitutio eccleſiæ.

[e] SI qua. Aut diaconi. ideo non facit mẽtionẽ de ſubdiaconibus: quia tempore Gregorij promouebatur quis in ſubdiaconatũ nõ ꝓmiſſa continentia: nec fiebat uxoribus aliquod prçiudiciũ: ut xxvij. q. ij. multorum.

DE Syracuſanæ. Hæc eſt viij. pars diſtin. in qua probat qđ nullus debet fieri eṗs habẽs filios & uxorem, niſi ex neceſſitate & remota cauſa ĩpedimenti, ſ. qđ per tales res eccleſiæ non lædantur. Io. de Fant.

[f] Solet. Nota caueri debere ex eo quod ſolet aliqd fieri: ut xcviij. di. Afros. & lxiij. di. noſſe.

[g] Perſtiterunt. No. ar. quod ambulatoria eſt uoluntas eligentium uſq; ad confirmationem: ut lxj. diſt. ſtudij. & lxiij. diſt. quanto. & extra de elect. cum terra. &

Pricipiũ, mediũ, & finis an unũ trahat aliud.

Coniugatus ꝓmoueri põt, licet uxor religionẽ nõ ingrediatur.

[a] Ad hoc facit tex. ĩ l. obſeruãdum. in fi. ff. de off. præſi.

[r] Sub. & cõtinẽ. iã profitẽte, ut ext. de cõuer. cõiuga. coniugatus. Archi.

Vxores ordinãdorum quid uouere debeant.

[a] Dicunt quidã, q monaſteriũ ſibi aſſignabiẽ per eṗm, & ipſi⁹ auctoritate fiet ſeparatio: ſiue dabiẽ illi licẽtia. ĩ. 27. q. 2. ſi uir. ibi uideas. Arc.

[h] confeſſione.

Eligẽtes, an uariare poſsũt.

& nullus eſt alius in eadem repertus eccleſia: niſi longioribus adhuc temporũ differretur ſpatijs: ne paulò amplius in ſanirent (ſicut filii ueſtri magnifici prætoris teſtificatiõe didicimus) inter huiuſmodi ambiguitates illud conſultius iudicauimus faciendũ, ut congrua prouidentia cauſam, propter quam principalis[a] conſtitutio habentem filios & uxorem, ad epiſcopatus ordinem promoueri prohibet, ſalua diſpoſitione cõcilij muniremus. Qua de re ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ urbis epiſcopo, priuſquam à nobis in epiſcopũ contingeret ordinari, huiuſmodi exegimus cautionem,[†] per quam & ſuã fateretur quantula eſſet præſentis temporis habita rerum deſcriptione ſubſtantiam: & nihil unquam per ſe, aut per filios & uxorem. ſiue quamlibet propinquam, aut domeſticam, uel extraneam forte perſonam de rebus audeat uſurpare eccleſiæ: & uniuerſa ſui epiſcopatus quæſita[b] tempore eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret, nihil ultra id, quod modo deſcriptum eſt, filijs ſuis uel hæredibus relicturus.

Ecce hac authoritate electus in epiſcopum nõ prohibetur habere uxorem, & filios.[†] Eligi autem ad epiſcopatum non debet, niſi aut ſacerdos, aut diaconus: ſubdiaconus uero non niſi neceſſitate cogente:[c] Siue ergo presbyter, ſiue diaconus, ſiue ſubdiaconus fuerit, apparet, quod in præfatis ordinibus conſtituti, licite matrimonio uti poſſunt. Quia ergo authoritate Grego. qui relictam diaconi uxorem marito tradidit, puniendus eſt.

Item in Neocæſarienſi concilio.

CAN. XIIII.

PResbyter ducens uxorem non diaconus iubetur deponi:

Item in Anchiritana ſynodo.

CAN. XV.

DIaconi, qui in ordinatione ſua dicunt ſe uelle habere uxores, ſi poſtea ad nuptias uenerint, non prohibentur à miniſterio. Patet quòd nec diaconi, nec ſubdiaconi ſunt prohibẽdi à coniugio. Sed quod de electione obijcitur, uerum quidem eſt in epiſcopatũ non eligendum eſſe, niſi in ſacris ordinibus conſtitutum: ſed ipſum uxorem habere & filios non repugnat præmiſsis authoritatibus de continentia clericorum. In laicali enim habitu, uel in minoribus ordinibus conſtitutus, potuit habere uxorem & filios: ſed ſi poſtea ex cõſenſu uxoris continentiam profeſſus, ſubdiaconatum, uel diaconatum, uel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen uxori & filijs ipſum neceſſaria miniſtrare oportebat. Illud autem Gregorij[d] duobus modis ſoluitur: uel quia eccleſia illa, cui diaconus ille militauerat, nondum continentiæ uotum ſuſceperat,[e] in diaconibus, & reliquis miniſtris. Vel quia (ſicut de electo in epiſcopum

[!] Hoc eſt falſum ſed dic ut no. 63. diſtin. quãto. Ar. Verſ. cũ autem. ſed multum à lõge ibi ſumitur hoc arg. unde dic q nil aut parũ facit, ſi bene uideat. Archi.

...ra & quod nullum ius acquiritur electo ante confirmationẽ: ut extra de accu. ſup his. & xxvij. q. ij. non eſt dubium. & extra de elec. cum in cũctis. & c. noſti. Arg. contra, extra de elec. cum inter. in fin. & per illam decre. dico q non poteſt uariari. Ioã. Sed hodie publicato ſcrutinio uariare nequeunt electores: ut extra de elec. publicato. Poſtulatio autem uariatur, ſi poſtulantes diffidũt de iure ſuo, niſi ſit iam præſentata ſuperiori: ut extra de poſtul. præla. bonæ. ij.

[a] Principalis. id eſt, principum: ut in authen. de ſanc. epiſco. circa princ. Hic prohibetur in epiſcopum eligi habens uxorem. & filios. & lxj. diſtinct. Catinenſis. Idem eſt ſi habet nepotes. ut in auth. quo opor. epiſco. §. j. col. j. Sed hoc poteſt intelligi quando filij mali ſunt, uel nepotes. Nam propter tales, ab alijs legitimis actibus patres remouentur: ut vj. quæ. j. qui crimen. Vel quando ita tenerè diligit eos, quod præſumitur rõne ipſorum, quod dilapidentur bona eccleſiæ, ut hic dicitur. Idem eſt ſi habet patrem, uel ſi habet fratres, de quibus eſt timor: alias nõ repellitur, quis propter uxorẽ, uel filios: cum hoc permittat Apoſtolus. Et eſt argu. ad hoc xij. q. ij. epiſcopus qui filios & extra. de teſta. capi. j. dum tamen longa cõtinentia præceſſerit: ut ĩ. ea. prius quam & lxxvij. diſt. quicunque.

Eligi non debet in Epm habens uxorem & filios.

[†] Cautionem. Vide ut de reb⁹ mũdi cautior erat, q̃ de doctrina apoſtoli.

[†] Infero ex hoc textu, q aliqua ppter ſcãdalum euitãdum permittuntur quæ nõ fierent alias. de quo lj. diſt. aliquãtos. in addit. glo. fin.

[b] Quæſita. de rebus eccleſiæ, uel intuitu eccleſiæ: ut xij. quæſt. j. manifeſta. & capit. ſeq. & quinto c penul.

[†] Et c. ſacrorũ. 12. qõ. j. ſint manifeſte.

Ecce hac. Iſte. §. diuiditur in duas partes. In prima parte cõcludit Gratianus ex ſupradictis ab illo capitulo aſſumi, uſq; huc quod ſiue ſit ſubdiaconus, ſiue diaconus ſiue presbyter, licite poteſt uti matrimonio cõtracto. & ad hoc allegat breuiter ſupradicta recapitulando. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, ſed quod de electione. ſoluit prædictas obiectiones quia quod dicitur in illo capitulo, de Syracuſanæ. non obſtat, quia in minoribus ordinibus conſtitutus, uel in laicali habitu, potuit electus ille habere uxorem & filios, & poſtea de cõſenſu uxoris cõtinentiam profeſſus, bene potuit promoueri. Illud autem capitu. quia ſunt culpe intelligitur de diacono, cuius eccleſia nondum ſuſceperat uotum continentiæ: uel de eo diacono, qui ſuſcepit eã in minoribus ordinibus, ſicut dictũ eſt de epiſcopo ſyracuſano. Alia aũt. cap. ex tpe, uel loco, intelligũtur. Ex tẽpore, quia nondũ erat indicta continẽtia miniſtris altaris. Ex loco, qa Orientalis eccleſia nõ dũ ſuſceperat uotũ cõtinentiæ. hoc tñ ſeruat: q ſi moritur uxor, q̃ ducta eſt in minoribus ordinibus, cũ quis eſt aliquis factus ſacerdos, ſi poſtea contrahit, deponetur.

[c] Niſi neceſsitate cogente. hodie iure cõi eligitur, ut extra de ætate & quali. à multis.

[d] Gregorij ĩ. ea. quia ſunt.

[e] Suſceperat. hæc ſolũ

ſuprà ſcriptum eſt) ante ſubdiaconatum memoratus diaconus eam in uxorem duxerat. Illud autem Neocæſarienſis a concilij, & Anchiritanæ b ſynodi, uel ex tempore, uel ex loco intelligitur. Ex tempore, c quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco, d q̃a utraque ſynodus oriẽtalis eſt, & orientalis eccleſia non ſuſcipit generale uotum caſtitatis: hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, ut poſt adeptum ſacerdotium defuncta priori uxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur.

Item opponitur illud quod legitur in canone Apoſtolorum.

Preſbyter cauſa religionis nõ contemnat propriam uxorem.

CAN. XVI.

9 SI quis docuerit ſacerdotem ſub obtẽtu religionis propriam uxorem contemnere, e anathema ſit.

Item ex concilio Gangrenſi.

Anathema ſit, qui preſbyterum cõiugatũ diſcernit à communione nuptiarũ occaſione.

CAN. XVII.

SI quis diſcernit f pſbyterum coniugatũ tanquã occaſione nuptiarũ, ꝙ offerre nõ debeat, & ab eius oblatione ideo abſtinet, anathema ſit.

Item ex ſexta ſynodo.

Ab officio abſtineat preſbyter non legalibus nuptijs detentus.

CAN. XVIII.

10 PResbyterum non legalibus g nuptijs detentum, cathedrã quidem habere, h ſed ab officio abſtinere præcipimus. Sufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: quia benedicere alijs eũ, qui uulnera ſua debet curare, conſequens non eſt benedictio enim ſanctificationis traditio eſt. Qui uero hanc non habet propter delictum i ignorantiæ, k quomodo alijs tradet? Non enim publicè neq; priuatè benedicat: nec corpus domini diſpenſet alijs, nec alio modo miniſtret: ſed ſufficiat ei, ꝙ præſidet: & imploret à Deo, ut dimittatur ei iniquitas ignorãtiæ ſuæ. Manifeſtum eſt autẽ, quod & huiuſmodi nõ legitimæ nuptiæ ſoluantur, & nullatenus uir acceſſum habeat ad eam, propter quam ſacro miniſterio priuatus eſt. l

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum.

De preſbyteris non eſt laicis iudicandum.

CAN. XIX.

11 COnſulendum decernitis, utrum preſbyterum habentem uxorem debeatis ſuſtentare & honorare, an à uobis proijcere? In quo reſpondemus, quoniam licet ipſi ualde ſint reprehenſibiles, m uos tamẽ Deum cõuenit imitari, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Deijcere enim a uobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam dominus (cum eſſet falſus diſcipulus) à numero diſcipulorum eiecit uerùm & de presbiteris uobis, qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de uita eorum quicquam inueſtigandum: ſed epiſcoporum iudicio quicquid id ſit, eſt reſeruandum.

ſol. nõ ualens: q̃a à tempore Apoſtolorũ non licuit in ordine illo contrahere, nec in ſubdiaconatu: ut lxxxiiij. diſtinctio. cum in præterito.

a Neocæſarienſis. ſupra ead. presbyter ſi.

b Anchiritanæ. 7. ca. diaconi.

c Ex tempore. illud ſtare non poteſt, quod dicitur in fi. illius capi. diaconi profeſſi continentiam.

ADDITIO.

Alij uerò ſentiunt cum Gratiano. & ſecũdum hoc quod dicit ibi 4 feſſi, &c. dic decætero: quia prius licuit ei contrahere Archid.

d Ex loco. G. ita credebat, quod in Orientali eccleſia diaconi poſſent cõtrahere: ſed hoc nõ eſt uerum.

Item opponitur. Adhuc opponitur per ſequentia cap. quorũ prima duo ſunt plana: & poſtea in diſtinct. xxx. ponit ſolutionem.

SI quis. Hæc eſt nona pars diſt. in qua dicit p̃sbyterũ religiõis cauſa non debere contemnere propriam uxorem.

e Contemnere. quantum ad exhibitionem neceſſariorum: ut xxxj diſtin. omnino & §. poteſt.

f SI quis diſcernit. & j. &c.

PResbyterum non. Hæc eſt decima pars huius diſtin. in qua dicit presbyterum non legalibus nuptijs detentum ab officio abſtinere debere.

g Non legalibus. poteſt intelligi de eo, qui contraxit ſecundas nuptias g ignorãtiã iuris. 3

h Habere ſ. dignitatem, beneficium enim retinebit, & locum in choro, & cantabit cum alijs, & intererit electionibus: ſed hoc ſolũ deeſt ei, quod non debet miniſtrare ut ſacerdos: ut xv. q̃ő. ulti. qui amiſerit. & ca. ſi quis pſbiter. & not. quod de utroq; iure eſſet priuãdus, ut lxxxiiij. diſt. quiſquis. ſed hoc beneficiũ concedit; ſublato officio ut qnquag. di. presbyteros. & ca. ſtudeat. & extra de cle. pu. Henricus. & extra de cle. ægro. tua.

i Propter delictũ, id eſt quod factum cõmiſerit per ignorantiam.

k Ignorantiæ argu. quod licet aliquis ignoret ſe debere cõtinere, quĩ ordinatur tamẽ ex eo, quod recipit ordinem tenetur continere. xxiij. diſtinctione capit. quandoquidem.

l Priuatus eſt. Videtur hic, quod ſi ſacerdos eſt excõmunicatus, uel ſuſpenſus, quod non debet priuatim dicere horas ſuas: qđ nõ eſt uerum, imo ad hoc tenetur: dũ tamen non faciat hoc officiando ſuã eccleſiam: ut colligitur. xj. quæſtio. ſecunda ſi quis epiſcopus.

COnſulẽdum. Hæc eſt undecima pars diſti. in qua dicit presbyteros non à laicis eſſe iudicandos: licet aliquando ſint reprehenſibiles.

m Rep̃henſibiles. ſi. xv. q. ulti. cap. ulti. Sed contra. xxxiij. diſt. nullus. Sed illud intelligitur, 4 cum notorium eſt crimen eius. Sed

---

1 Ad idẽ Hugo & Laurent. quorũ fuit iſta gloſ. Archi.

2 Sic ſcel ligit Grat. 31. diſt. ca. 2. §. ult.

3 Ratio eſt, ne ad ſecularia negotiare deat in opprobrium ordinis clericalis. 91. di. diaconi Arc.

Ordinis ſuſceptio obligat ad continendum.

Presbyter excõicatus tenetur ad horas dicendas.

Matt. 5. g

4 Hũc intellectum probat hic Laurẽ. qđ dic ut ibi dicã. Arc.

SEd notandum. Hic incipit xxix. diſt. in qua ſoluit prædictas oppoſitiones Gratianus, & exponit. Et dicit, quod quædam capitu. intelliguntur ex tempore & loco & cauſa, & perſona.

DISTIN. XXIX

SEd notandū eſt, [a] *q̄ ſecundū Iſidorū pleraq; capitula ex cauſa, ex loco, ex tēpore, ex perſona conſiderāda ſunt.*

Ait Iſidorus:

Ex tempore, loco, & perſona, & cauſa, regulæ canonum intelliguntur.

CAN. I.

SCiendū eſt, quòd plēraque capitula ex cauſa, [b] ex perſona, [c] ex loco, [d] ex tpe [e] conſiderāda ſunt: quorū modi, quia medullitus nō indagātur in erroris Labyrinthū nonnulli intricando impinguntur, cū ante iudicāt, quàm intelligāt. [f] antè inculpāt, quàm iterādo lecta perquirant. [g]

Hinc etiam Greg. aït.

Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum.

CAN. II.

REgulæ ſanctorū patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio [h] inſtante neceſsitate, [i] traditæ ſunt.

Item Hierony. in epiſtolam ad Epheſios.

Pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum ſcripturæ intelligendæ ſunt.

CAN. III.

NEceſſe eſt, ut iuxta diuerſitates locorū temporum & hominum, quibus diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt, diuerſas cauſas [k] & argumēta & origines habeat. Quomodo beatus Ioānes in Apocalipſi ſua ſeptē ſcribens eccleſijs in unaquaque earum, uel uniuerſalia uitia reprehendit, uel uirtutes probat: ita & ſanctus Apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias uulneribus [l] medetur illatis: nec ad inſtar impiti medici uno collyrio [m] oīum oculos uult curare.

DIS TINC. XXX.

ILlud autē [n] *q̄d in canone Apoſtolorū & in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legit̄,* [o] *ex cauſa conſideratur, et ex tēpore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorū qui cō iugiū deteſtabātur: ſicut etiam quorūdā* [p] *ſuperſtitio multa in catholicorū deteſtationē introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio ſtatutum legitur.*

De multimoda ſuperſtitione hæreticorū, quos Gangrenſe concilium anathematizauit.

CAN. I.

SI qui filij parētes maxime fideles deſeruerint occaſione Dei

a Sed notandum eſt, quia dixerat ſ. proxi. diſt. c. Syracuſa. §. ecce in fin. quędam ca. eſſe tēporalia, uel localia: ideo ad ſoluendum multa cōtraria oſtendit in iſta xxix. diſt. quædam capitula tradita eſſe ex cauſa quędā ex tempore, quędā ex loco, quædā ex perſona, quædā ex negotio, quædā ex neceſsitate.

b SCiendum. Ex cauſa. Ex cauſa fuit ſtatutum. ne neophyti promoueantur ad epiſcopatus. ut xlviij. diſ. ca. j. ſ. ne in ſuperbia extollerentur. ſed hæc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui catechumenus eſt electus ī epiſcopum: ut lxj. diſt. ca. Nattainius. §. his omnibus.

c Ex pſona. Vt in Aug. qui factus eſt coepiſcopus alio uiuente: ut vij. q. j. non autem. & cap. petiſti.

d Ex loco. Quia propter propinquitatem, uel remotionem loci, aliqd ſtatuit̄: ut lxiij. diſt. cum longe. xxiiij. q. j. pudenda. & ſ. di. iiij. erit autē. Vel ideo dicit, q̄a quædam ſunt localia, quædam non.

e Ex tēpore. Sicut Anglicis datū fuit propter nouitatē, ut cōiungantur in quarto gradu, ut xxv. q. iij. quædam.

f Intelligāt. quod eſſe non debet. xj. q. iij. eorum.

g Perquirāt. quod in ciuile eſt: ut ff. de leg. i nciuile.

h REgulæ. Negotio. i. propter qualitatē negotij aliquid ſtatuitur, quod eſt contra ius, ſicut in cauſa matrimonij conſanguinei admittūtur in teſtimonium. ut xxxv. quæ. vj. conſanguineos. & propter cauſam eccleſiæ ſtatuitur, quod domeſtici admittantur in teſtimonium: ut xiiij. q. ij. ſuper prudentia.

i Neceſsitate. quia lex non debet inſtitui. niſi propter neceſsitatem: ut ſ. diſt. iiij. erit.

k NEceſſe. Cauſas. xxiij. q. viij. occidit.

l Vulneribus. Nota q̄ uarietas delictorum requirit uarietatē pœnarum: ut xlv. di. licet. 50. diſt. ut conſtitueretur. lxiiij. diſt. comeſſationes xlj. diſtinct. non cogantur.

m Collyrio. Argu. contra illos qui tales in omnibus cōtrarijs ponūt ſolutiones: aliud ſecundum leges, aliud ſecundum canones: uel hoc nouum, illud uetus.

n ILlud. Hæc diſtī. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, Hæc autē. Tertia ibi, Si quis presbyter. In prima ponunt quędam capit. contra Manichæos.

o Illud. Legitur. dictū fuit ſ. xxviij. di. c. ſi quis docuerit. & ca. ſeq. quod ſacerdotes non debent à ſe abijcere uxores ſuas prætextu religionis. hic dicit q̄d ex cauſa fuit hoc ſtatutū. ſ. ꝓpter quoſdā hæreticos, qui coniugia deteſtabantur.

p Quorundā. ſcilicet hęreticorum.

q SI qui filij. Fideles. Fidelibus, & infidelibus parētibꝰ tenemur ſubuenire, magis tn̄ fidelibus. lxxxvj. di. nō ſatis. Sed pone, q̄ habes patrem hæreticū, nūqd præferes ipſum extraneo bono? P. Manducator dixit hanc quæſtionē eſſe nebulā, & tenebroſam aquā in nubibus aeris. Sed dicas q̄ patrē qualiſcūq; ſit debemꝰ ꝓponere extraneo etiā ſancto in his q̄ ſpectāt ad opus miſericordiæ in ꝓuidēdo ei in neceſſarijs, niſi alter magis indigeat: quia tūc potius tenemur extrāeo ſubuenire: ut lxxxvj. di. paſce. Ambroſius tamē uidetur cōtradicere huic opinioni in canticis in illo loco, Ordinauit in me charitatem. Ait enim, multorum eſt charitas inordinata, quidam enim id, quod eſt primum, ponunt tertium, uel quartū. Sed primo diligendus eſt Deus, ſecundo parētes, deinde filij, poſtea domeſtici, qui ſi boni

Apo. 1. c

r Ad idē xciij. diſt. iuxta.

Pater malus an ſit extraneo bono præferendus

Dicit. beatꝰ Ber. in libr. de diligendo Deū. cauſa diligēdi Deū, deus eſt: modꝰ. ſine modo diligere. ob duplicē cauſam Deū ꝓpter ſe diligendū dixerunt: ſiue q̄a iuſtius, ſiue q̄a nil diligi fructuoſiꝰ poteſt. Arch.

g ſunt,

ſũt, malis filijs ſũt præponendi, de pœnit.diſt ij. charitas. Sed illa authoritas intelligenda eſt de affectu iteriori, nõ de beneficiorũ exhibitione. Nã magis debemus diligere extraneos bonos, quã ꝓpinquos malos, licet illis poti⁹ debeam⁹ ſubuenire. iij.q.ij.nõ æſtimemus.

ᵃ Dei cult⁹. Quod quidã hęretici fecerunt ratione illius authoritatis, Qui reliquerit patrẽ & matrẽ ꝑ me, centuplũ accipiet. xxviij.q.j.In princ.

ᵇ Q Væcũq; .ī. de cõſe.diſtinctio. v. fucare. xxxiij. quæſtio. v. mulier. Ioan.

ᶜ S I qua mulier. Diſcedere ſine eius conſenſu.

ᵈ S I qua mulier. Suo propoſito. quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa ueſte, quam in clauſa ad meretricãdum.

ᵉ S I quis. Contẽptũ. quia ſi nõ facit in cõtemptũ illius diei, etiã omni die bonũ eſt ei ſi ieiunat: ut lxxvj. diſt. ut inam.

ᶠ S I quis eorũ. Neceſsitatem id eſt, continentiã.

ᵍ S I quis. Baſilicas. niſi cum ſunt per inanes reuelatiões, ut de cõſecr. diſt.j.placuit.

ʰ S I quis extra. Et domus, in qua hæc fiũt, publicanda eſt, in auth. de eccleſia.tit.§. ſi quis in ſua domo. colla.ix.Ioan.

ⁱ S I quis. Ex fide. id eſt, ex bona conſcientia. extra de præſcrip. quoniam omne.

ᵏ Immolatã. Idolothytis non debemus ueſci: ut hic, & 50. diſt. presbyteros. & xxxij. q. iiij. ſicut ſati⁹. Sed contrariũ uidetur illud Apoſtoli ad Corinth. Si qs infidelium uocat uos ad cœnam, omne, quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes. Sed illuc loqtur ſecundũ ſua tẽpora. cũ adhuc pauci erãt fideles. Qđ autem dicit de ſanguine, & de carne ſuffocata, hodie nõ tenet: quia tantum in figura fuit iſtud prohibitum.

ADDITIO

xij.q.ij.gloria epiſcopi. Archid.

ˡ S I quis. Filios. nam ex iuramento non poſſumus adſtringi ad illud: ut xxij. q.iiij. inter.

† Amputauerit. ad de Ludo. Ro. in ſingularib⁹.

† Hũc textũ dicit Brixiẽ. in ſuo dictionario in Ṽb. mulier. eſſe ſing. ad hoc quod narrat.

[redacted]

‡ Vt 11. qõ. 3. ad mẽſam & j.q.iiij. §. notandũ. Archi.

cultus ᵃ hoc iuſtũ eſſe iudicantes, & nõ potius debitũ honorẽ parẽtib⁹ reddiderint, ut hoc ipſum in eis uenerentur, quòd fideles ſunt, anathema ſint.

De eodem.

CAN. II.

QVæcũq; ᵇ mulier religiõi iudicãs cõuenire comã ſibi amputauerit, † q̃ Deus ad uelamen eius, & ad memoriã ſubiectionis illi dedit, tãquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit. †

Item.

De eodem.

CAN. III.

SI qua mulier derelicto uiro diſcedere ᶜ uòluerit, ſoluto uinculo coniugali, nuptias cõtemnendo, anathema ſit.

Item.

De eodem

CAN. IIII.

SI quis propter Deũ uirginitatẽ profeſſus in cõiugio poſitos per arrogãtiam uituperauerit, anathema ſit.

Item.

De eodem. CAN. V.

SI qs uel uirginitatẽ, uel cõtinẽtiã ꝓfeſſus in cõiugio tãquã abominabiles nuptias iudicat: & non ꝓp hoc ſolùm, quòd cõtinentiæ & uirginitatis bonũ, ſanctũ propoſitum ſit, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. VI.

SI qua mulier ſuo ꝓpoſito ᵈ utile iudicãs, ut uirili ueſte utat̃ ꝓp hoc uirilem habitum imitetur, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. VII.

SI quis tãquã hoc cõtinẽtiæ conuenire iudicans, die dominico ieiunauerit, in eiuſdẽ diei cõtemptũ, ᵉ anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. VIII.

SI quis eorũ q in propoſito ſunt cõtinẽtię ꝓp neceſsitatẽ ᶠ corporalẽ ſuperbiat, & ieiunia cõia putauerit cõtẽnẽda, totius eccleſiæ perfectã in ſua cõſcientia iudicãs rationem, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. IX.

SI qs ᵍ ſupbiã tanq̃ perfectũ ſe exiſtimãs, cõuẽtus qui ꝑ loca & baſilicas ſanctorũ martyrũ fiunt, uel accuſauerit, uel etiã oblaliones, quæ ibidẽ celebrãt, ſpernẽdas eſſe crediderit, memorias quæ ſanctorum contẽnẽdas, anathema ſit.

Item.

De eodem. CAN. X.

SI quis docet domum Dei contemptibilem debere eſſe, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema ſit.

Item.

De eodem. CAN. XI.

SI qs extra ʰ eccleſiã priuati populos cõgregans cõtẽnat eccleſiaſticas ſanctiones, & eccleſiã ipſam apud ſe ſine conſilio ẽpi cum ꝑsbytero agat, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. XII.

SI qs nuptias in accuſatione duxerit, & mulierẽ fidelẽ ac religioſam cũ uiro ſuo dormientem abominãdam crediderit, aut etiã accuſandã tanquã non poſſe cõiugatos in regnũ Dei ingredi, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. XIII.

SI quis carnem manducãtem ex fide ⁱ cum religione præter ſanguinẽ, & idolo immolatam, ᵏ & ſuffocatam, crediderit condemnandũ, tanquam ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

Item.

De eodem CAN. XIIII.

SI quis reliquerit proprios filios ˡ & non eos aluerit, & (quod pietatis eſt)

neceſſaria nō præbuerit: ſed ſub occaſione continétiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. XV.

SI quis uirorum putauerit ſancto propoſito, id eſt, cōtinentiæ cōuenire, ut pallio utatur, tanquam ex eo iuſtitiam habiturus, & reprehendat uel iudicet alios, qui cum reuerentia birris utūtur, & alia ueſte[a] cōi, quæ in uſu eſt, anathema ſit.

Item.

De eodem.

CAN. XVII.

[2] HAec autem ſcripſimus non abſcindētes eos, qui i eccleſia Dei ſecundùm ſcripturas propoſitum ſanctum continentiæ eligūt, ſed eos, qui ſuſcipiunt habitum eius, & in ſuperbia efferūtur aduerſus eos, q ſimplicius uiuunt. Et etiam eos condemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas & eccleſiaſticos canones, & noua[b] introducunt præcepta. Nos autem etiam uirginitaté cum humilitate admiramur, & continentiam cū caſtitate, & religionem Deo acceptiſsimam eſſe dicimus, & renuntiationes ſecularium negotiorum atq; actuū cū humilitate approbando laudamus: & nuptiarū uinculū, qđ ſecundùm caſtitatem perdurat, honoramus: & diuites[c] cum iuſtitia & operibus bonis nō abijcimus.

Itē ex conc. Mart. Pa.

Anathematizatur, qui Manichæorū ſuperſtitiones ſequitur.

CAN. XVII.

[3] SI quis presbyter, uel diaconus, ꝓpter publicam[d] pœnitentiā à ſacerdote acceptam abſq; aliqua neceſsitate die dominica pro quadā religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit. Similiter & quod ab Apoſtolis traditus canon tenet antiquus, placuit ut per omnes dies dominicos, & per oēs dies Paſchæ uſq; ad Pentecoſtē non proſternant[e] ſe in oratiòne cauſa humilitatis, ſed recto uultu ad dominum orationis fungantur officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis domini celebramus. Si quis etiam nō pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarū à carne abſtinet placuit ſancto concilio ut prægustet:[f] & ſi ſic uult abſtinere, abſtineat. Si aūt ſpernit, ita ut olera cocta cū carnibus non deguſtet: iſte nō obediens, nec ſuſpiciones hæreſis à ſe remouens, depōnat de ordine clericatus.

DISTIN. XXXI.

[1] [g] TEmpus quoq;, qa nōdū erat inſtitutū, *ut ſacerdotes continentiam ſeruarent.*

Vnde Gregorius ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ.

Qui caſtitatē nō promiſit, ab uxore ſua ſeparari nō rogatur.

---

inter. de hoc habuiſtis ī. diſt. j. ius naturale.

Conſuetudinem in uſu ueſtiū debemus obſeruare.

[a] SI quis uirorum. Veſte. ſufficit ergo quod quis ueſte utatur ſecundum conſuetudinem regionis. & ſic tranſmontani non coguntur uti affibulatis ueſtibus, ut Italici, non obſtante noua conſtitutione. extra de ui. & honeſt. cleri. ut clerici. quia lex debet conuenire conſuetudini: ut ſupra di. iiij. erit.

HAec aūt ſcripſimus. Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua conci. interpretatur prædicta. Archid.

[b] Et noua. ff. de cōſtit. princip. in rebus.

[c] Diuites. Hoc uerum eſt de talibus, qui faciunt miſericordiā non habentibus: ut xxxiij. quæſtione v. ſecūdum. Nam & dominus habuit pecuniam: ut xij. q. j. exemplum. alias abijciēda eſt pecunia exēplo Cratis: ut xij. q. ij. gloria epiſcopi. §. Crates: Nam altera rapere conuincitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinet: ut xlij. di. c. j. Io.

Rapere aliena dicit, qui ultra neceſſitatem ſibi retinet. Diuites aliqui boni ſunt.

[c] Diuites. Non eſt contra illud, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire: quia illud de talibus intelligitur, qui in diuitijs ſpem ponentes, gratius intuentur aurum, quam ſolem: de quibus habetur xlvij. di. ſicut hic.

[a] Et dicit Hierony. Diuitias habuiſti requiem ꝑdidiſti. Dū uigilas, augmētū diuitiarum cogitas. Dū dormis, latronē ſōnias. In die ſolicitus, nocte pauidus, et ſic ſem ꝑ mēdic?. Archi.

SI quis presbyter.

CASVS Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod ſi quis presbyter accepta publica pœnitentia in die dominica ieiunauerit ea intētione, qua Manichæi ieiunabant, anathema ſit. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, Similiter dicitur quod in diebus dominicis et *inter Paſcha & Pentecoſtem non debemus flectere genua, ſed uultu erecto orare ad dominum. In tertia parte, quæ incipit ibi, Si quis etiam. dicitur ſi quis etiam non comedit carnes, uel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem eſcarum, compelli debet deguſtare: & ſi noluerit, tāquam hæreticus deponatur.*

[d] Si quis. Propter publicam. quā facere poteſt ſacerdos, ſed non ſolennem, ut dixi ſupra xxviij. diſtinctio. presbyter.

[e] Proſternant. Vt de conſec. diſt. iij. quoniam ſunt.

[f] Prægustet. Ecce quod ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nunquid idem eſt, ſi qs eſt ſuſpectus eo, quod non communicat in annos nunquid cogēdus eſt communicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator: ſed ad hoc poteſt cogi, ut faciat ſe dignum, id eſt, ut pœniteat. de conſe. di. ij. ſi quis intrat. e. diſt. hi qui. ſecundum Hugo. cuius fuit iſta gloſ.

Ve de cōſe. diſt. ı. ſeculares. cum duobus c. ſeq. ſecūdū Hug. & ca. & ſi non.

TEmpus quoq;. Hęc diſtin. diuiditur in ſex partes. In prima corrigitur ſnīa Pelagij per Greg. ut in c. ſeq. Secunda ibi, cauſa uero. Tertia ibi, poteſt & aliter. Quarta ibi, ſed obijcitur. Quinta ibi, aliter. Sexta ibi, ſimiliter. Io. de Fant.

[g] Tempus. In hac trigeſimaprima diſtin. oſtendit ꝙ à tempore Gregorij ſtatutum fuit ut ſubdiaconi non ordinarentur niſi promiſſa continentia. Secūdo agit de cauſa continentiæ

Vt j. e. capi. j.

Vt ĩ.c. §.cauſa.c. j. uſq; ad §.quodautem. ca.ſi laicus.

tiæ presbyterorum & diaconorum. Tertio, dicit quod licet ordinati in ſacris ordinibus uxoribus nõ debeant commiſceri: tamen neceſſaria prouidebunt eis. ultimo aſsignat differentiam inter orientales & occidentales.

Hoc facit ad p̃dictũ. §. q̃d aũt. uſque ad c. Nicenus. Arch.

CAN. I.

ANte triennium omnium eccleſiarum ſubdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ eccleſiæ ſuis uxoribus nullatenus miſceantur: quod mihi durum [a] atq; incompetens uidetur, ut qui uſum continẽtiæ non inuenit, [b] neq; caſtitatem promiſit, compellatur à ſua uxore ſeparari, atq; per hoc (q̃d abſit) in deterius cadat. Vnde uidetur mihi, ut à præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, ut nullum facere ſubdiaconum præſumant, niſi, qui ſe uicturũ caſtè promiſerit, [c] quatenus & præterita mala, [d] quæ propoſito mentis appetita non ſunt, uiolenter non exigantur, & futura mala cautè caueantur.

Qui uerò poſt eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continenter cum ſuis uxoribus uixerint, laudandi atq; remunerandi ſunt: & ut in bono permaneãt, exhortandi. Eos autem, qui poſt prohibitionem factam à ſuis ſe uxoribus contineri noluerint, ad ſacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad altaris miniſteriũ accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptũ miniſterium fuerit approbata.

Cauſa uerò huius inſtitutionis munditia fuit ſacerdotalis, ut liberè cũctis diebus uitæ ſuæ orationi poſsint uacare. Si enim (ut Paulus ait) ab uxoribus eſt ceſſandum, ut expeditius orationi uacemus, miniſtris utiq; altaris, quibus quotidiana neceſsitas orandi incumbit, nunquam coniugali officio uacare permittit.

ANte triennium. Huius capituli ex quadã conſtitutione Pelagij pẽdet. Vnde ſcire debes, quòd una cõſtitutio facta fuit ab Apoſtolis de continentia clericorum, ut lxxxiiij. di. cum in præterito. Item fuit poſtea à Siricio repetitũ ĩ lxxxij. di. plurimos. Tertia fuit facta authoritate Pelagij, q̃ habetur xxvij. q. ij. multorum. de qua fit hic mentio. Eſt ergo caſus huius c. Pelagius fecit quãdã cõſtitutionẽ per quendã diaconem nomine ſeruũ Dei, ut oẽs ſubdiaconi Siciliæ à ſuis uxoribus abſtinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant, aut ab officio ceſſarẽt. Quam conſtitutionẽ quia dura fuit et iniqua ut ſubdiaconi copellerentur ad cõtinẽtiam, Greg. primus qui ſucceſſit Pelagio, retractauit, et ſtatuit ut nullus de cætero fiat diaconus, niſi cõtinẽtiã p̃mittat: ita tamẽ, ut mala præterita, i. cotinẽtia, quæ ſolet eſſe iuuenib. mala, id eſt, pœnalis: uel mala, ſi non ſeruetur, per uiolentiam non exigatur. & hoc in prima parte. in ſecũda parte, quæ incipit ibi, qui uero. commendat illos, qui conſtitutionem illam, quæ facta fuit ante triennũ ſeruauerunt: & hortatur eos, ut debeant in ſuo propoſito permanere. Illi uero, qui noluerint à ſuis uxoribus abſtinere, promoueri non debent: quia nullus debet promoueri niſi eius caſtitas fuerit approbata. Vel ſic, Olim promouebãtur ſubdiaconi nõ promiſſa continentia: & licite utebantur uxoribus et beneficijs: poſtea Pelagius prædeceſſor Gregorij ſtatuit, ut uel contenti eſſent uxoribus tantum, uel beneficijs tantum. de qua conſtitutione Greg. facit mentionem xxvij. q. ij. multorum. poſtea idem Pelagius aliam edidit conſtitutionem in qua præciſe prohibuit, ut ſubdiaconi nullo modo commiſceri debeãt cũ uxoribus ſuis: & illã conſtitutionẽ quidã ſubdiaconi ſeruabãt, quidã nõ. Sed quia illa cõſtitutio fuit iniqua ſ. quod aliquis qui nõ promiſit cõtinentiã, cogeretur continere: ideo retractatur hic à Greg. & ſtatuitur, quod ſi qui ſubdiaconi non ſunt, nẽ cogãtur cõtinere, niſi uelint. Si qui aũt ĩ futurũ ſunt ordinãdi, nõ admittãtur, niſi promittant cõtinentiam.

Vnde Beda ſuper Lucam ait:

Sacerdotibus ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur.

CAN. II.

SAcerdotibus [e] (ut ſemper [f] ualeãt altari aſsiſtere) ſemper ab uxoribus eſt abſtinendum.

[a] Durum. Statutum Pelagij fuit contra Euangeliũ, in quo excipitur ſola fornicatio, ut xxxiij. quæſti. ij. quos Deus. & ideo reprobatum fuit. Sed quare reprobatur illa conſtitutio Pelagij, in qua ſtatuit ut aut beneficia, aut uxores dimittãt: cum idem ſtatuerit Alexand. extra de cleri. coniu. cap. j. Sed dic, cum aliquis in minorib. ordinib. exiſtẽs poſtea cõtrahit, poteſt priuari beneficio prius habito, & de illis loquitur Alexand. Cum uero aliquis primo contrahit, & poſtea eccleſia ſcienter ei confert beneficium, poſtea non poteſt illud ei auferre: & de illis loquitur Pelagius, & ideo conſtitutio eius fuit iniqua. Simile extra de cleri. coniug. diuerſis.

Vt 32. q. 1. dicit.

1. Cor. 7.

[b] Non inuenit. Id eſt, non ſuſcepit.

[c] Promiſerit. Hoc intelligo ſi habeat licentiã uxoris.

[d] Mala. Id eſt, continentia, quæ iuuenibus eſt mala. xxxiij. q. ij. in adoleſcentia.

4 Sub. & ad pœnã, & ad on⁹. xxviij. di. de his. & accipitur hoc nomẽ mala pro pœna. & eſt sẽſus, à ſubdiaconis uxorem habẽtibus ſine uoto per uiolentiã nõ exigat cõtinẽtia: ſed ab ordinãdis & cætero, q̃ ſi promittere noluerint, repellãtur. Io. de Fãt.

Cauſa uero. Hæc eſt ij. pars diſtinctio. in qua dicit quod cauſa huius conſtitutionis fuit munditia ſacerdotalis. & hoc probat per vj. c. Ioan. de Fant.

C. [illegible] Dicit Gratianus, quòd propter munditiã ſacerdotale inducta fuit continentia in eccleſia: quia cum ſacerdotes ſemper debeant orare, ſemper debent ab uxoribus abſtinere. Et hoc probatur authoritate apoſtoli per ſeq. c. quorum prima duo patent.

[e] SAcerdotibus. Idem eſt de alijs clericis. Laurentius.

Hoſpitiolum tuũ, aut rarò, aut nunquam mulierũ pedes terãt: quia non poteſt toto corde cũ Deo habitare, qui fœminarũ acceſsibus copulatũ. Fœmina conſcientiam ſe cũ pariter habitãtis exurit. Nunquam de mulierũ formis diſputes. Fœminæ nomẽ tuũ neſciat. Fœminam, quã bene uideris conuerſantem, mente dilige, nõ corporali frequẽtia. Si bonum eſt mulierẽ non tangere, malum eſt[c] ergo tangere.

Item Grego. in dialogo libro quarto.

Presbyter uxorem ſuam, quaſi ſororem diligat, & quaſi hoſtem fugiat.

CAN. XVII.

Presbyter quidam ſibi commiſſam regebat eccleſiam cùm magno timore domini: qui ex tempore accepti ordinis presbyterã ſuam, ut ſororẽ diligens, ſed quaſi hoſtem cauens, ad ſe propius accedere non ſinebat, eamq; ſibi appropinquare nulla occaſione pmittebat, ab ea ſibi communionẽ funditus familiaritatis abſcidit.

6 Presbyterã[d] uerò quam debeamus accipere, Laodicenſe cõcilium oſtendit dicens:

Vidua uel ſeniores presbyteræ appellantur.

CAN. XVIII.

Mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem uiduæ, aut ſeniores uniuiræ, & matricuriæ[e] appellantur, in eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere decernimus.

DISTIN. XXXIII.

[f] Ecce, quòd ĩ ſacris ordinib. conſtituti uxores habere nõ poſſunt uel ſi bigami aliqui fuerint inuenti, ad ſacros ordines aſcẽdere nõ ualent. Sed quæritur[i]. ſi quis præter uxorẽ ſuã cõcubinã habuerit, utrùm in ſacerdotẽ pmoueri ualeat? Tales à ſacris ordinibus authoritate canonũ Apoſtolorũ prohibentur, in quib. ſic ſtatutũ legitur.

Secundis nuptijs poſt baptiſma copulatus, aut concubinam habens, ad ſacrum ordinem cõſcendere non ualet.

CAN. I.

Si quis poſt acceptũ[g] ſacrum baptiſma ſecũdis fuerit nuptijs copulatus, aut cõcubinã[h] habuerit, nõ poteſt fieri epiſcopus, nec ſacerdos, nec diaconus: aut prorſus ex numero eorum, qui in miniſterio ſacro deſeruiunt.

Deſeruiẽtes ſacro miniſterio intelliguntur ſubdiaconi, qui calicem diacono offerunt: & acolythi, qui cum cereis diaconos præcedunt: unde ceroferarij dicuntur, qui etiam uinum & aquam præparando calici ſubminiſtrant. Concubina intelligẽda eſt præter uxorem, ut iſte ſit ſenſus capituli: Si quis poſt acceptum ſacrum baptiſma ſecundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam habuerit, diſtinguẽdum eſt antẽ, quã uxorẽ duxerit, ſiue poſt mortẽ uxoris.

Vnde beatus Gregorius ait.

Duarum matronarum maritus poſt baptiſmum clericus non ordinetur.

CAN. II.

Maritum duarum matronarum poſt baptiſmum, clericum non ordinan-

---

a Idoneas. Vt uxores ſeruorum ſuorum, ut lxxxj. di. uolumus. & ca. cum omnibus.

b Suſpiciones. Quia ſuſpectas mulieres habebant: ut extra de cohabit. cleri. c. j. & ij.

c Hoſpitiolum tuum. Malum eſt. Not. arg. à contrarijs, ſi unum eſt bonũ, reliquũ eſt malũ. Fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria quandoque inueniũtur bona, ut nubere, & non nubere: quotidie communicare, & non communicare. xxviij. q. j. ſic enim. & de conſe. diſt. ij. quotidie. & ar. C. de procu. exigẽdi. ibi, ſed multo iuſtius fuit.

Cõtraria duo quãq; ſunt bona

d Presbyter. Presbyterã. Cum qua in minoribus ordinibus cõtraxerat.

e Mulieres. Et matricuriæ, id eſt, habentes curam de rebus eccleſiæ.

Ecce. Hęc di. diuidit in quatuor ptes. In prima ponũtur x. impedimẽta, quæ impediũt promouendos. Secunda ibi, cõmuniter. Tertia ibi, laici. Quarta ibi, cęterũ. Io. de Fant.

i Sed quæritur. Hic intitulatũ xxxiij. di. in qua magiſter oſtendit, ꝙ bigami, corpore uitiati, uſurarij, publice pœnitentes, luſores, in ſcæna ludẽtes, furioſi, artepitij, accipientes meretrices in uxores, habẽtes cõcubinas nõ poſſunt promoueri: quãdoque tamen diſpenſatur in cõcubinarijs. ĩ. e. c. ul. [l] Et no. ꝙ in primis duobus capi. magiſter accipit concubinam pro uxore, quã quis duxit ſine ſolennitate, ut infra xxxiiij. di. c. omnibus ſeruis. §. concubina. ſed Hu. intelligit de uera cõcubina, quam ſi quis habuit poſt baptiſmum, promoueri non debet ut xxv. di. c. ult. Ioan.

Vſurarij, & alij multi nõ pñt promoueri.

t Ad idẽ xxiiij. di. fraternitatis. Arch.

Idẽ tenet Goff. prout no. infra. c. j.

g Si quis poſt acceptum. Maxime. Idem. n. eſt ſi ante baptiſma habuit unã, & poſt aliã uxorem uel concubinã: uel determinat uerbũ infra poſitum.

26. diſt. acutius.

h Aut concubinam. Poſt primam uxorem: talis tamen ex diſpẽſatione quandoq; promouetur. ĩ. ead. habuiſſe. & xxxiiij. diſt. fraternitatis.

Deſeruiẽtes. Exponit modo Gratianus q dicantũ ſacro miniſterio deſeruire: & dicit qđ ſubdiaconi & acolythi, & qualiter deſeruiant, dicit. Exponit etiã quod concubina intelligitur illa, quę ante uxorẽ ducta fuit: uel poſt mortem uxoris.

Maritum. Concu-

dum cenſemus: nec eum quidem, qui unam concubinã, a uel meretricẽ b in matrimoniũ aſſumpſerit. Nec illum, qui ſemet ipſum abſcindẽs, quodlibet membrũ indignatione aliqua uel iuſto, uel iniuſto c timore ſuperatus truncauerit, neq; illos, d qui uſuras accepiſſe cõuincũtur, aut in ſcæna luſiſſe noſcuntur, nec eũ qui publica pœnitentia e mortalia crĩa defleuit, neq; illũ, qui in furiã f aliquando uerſus inſaniuit, uel afflictione diabolica uexatus eſt: neque eũ, qui per emptionẽ ad imitationẽ Simonis Magi pecuniam obtulerit.

Item Pius Papa.

Arreptitij uel epileptici ſanctis altaribus non miniſtrent.

CAN. III.

2 COmmuniter diffinimus, ut nullus de ijs, g qui aut in terra arrepti à dæmonibus elidũtur, aut quolibet mõ uexatiõis incurſibus efferũtur, uel ſacris audeant miniſtrare altaribus, uel indiſcuſsè h ſe ingerãt ſacramẽtis diuinis exceptis illis, i qui corporũ incõmoditati dediti ſine huiuſmodi paſsionibus k in terra probãtur eliſi, q̃ tñ l & ipſi tãdiu erũt ab officij ſui ordine & loco ſuſpẽſi, quouſq; unius anni ſpatio m p diſcretionẽ epi inueniantur ab incurſu dæmonũ liberati.

Item Nicolaus Papa.

De eodem.

CAN. IIII.

CLerici, qui in adoleſcentia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis n gradum aſcẽdere non poſſunt.

Item Gelaſius Papa.

De eodem.

CAN. V.

VSque adeo ſanè cõperimus illicita q̃que prũpere, ut à dæmonibus, ſimilibusq; paſsionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur. Quibus ſi in hoc opere o poſitis aliquid ppriæ neceſsitatis p occurrat: quis de ſua, fideliumq; ſalute cõfidit ubi miniſtros curationis humanæ tãta perſpexerit calamitate uexari? Atque ideo neceſſariò remouẽdi ſunt, ne quibuslibet, q pro quibus Chriſtus mortuus eſt ſcãdalũ gñetur infirmis. Poſtremo ſi corpe ſauciatũ r fortaſsis, aut debilẽ nequaquam ſancta contingere lex diuina s permiſit, q̃tò magis t dñi cæleſtis diſpenſatores eſſe nõ cõuenit (quod eſt deterius) mẽte pcuſſos?

Item Innocentius papa Felici epiſcopo Capuæ.

Qui tẽpore baptiſmi uxores habent, ſi poſtea religioſè uixe

a Concubinam. Argu. quod ſi quis habuit uirginem cõcubinam, licet poſtea ſumat eam in uxorem, quod non poteſt promoueri, ut xxxiiij. diſt. curandum. & cap. præcipimus. & xxx. q. v. qualis.

b Vel meretricem. xxxij. q. j. ca. non eſt culpandus. argu. contra. Solu. illud in figura. & ita ex uno eodẽq; facto punitur quis & meretur, ut ff. qui. ut indig. l. j.

c Vel iniuſto. id eſt, ex indignatione, uel ex nimia cõmotione: ſecus ſi propter neceſsitatem faceret, ut lv. diſtin. ſi quis à medicis.

d Illos talis etiam deponitur lxvij. diſtinc. de Petro. & cap. quoniam.

e Pœnitentia. ut l. diſtin. qui in aliquo. & 50. diſtinc. de his.

f In furiam. tamẽ promotus non deponitur. ut vij. q. j. quamuis.

COmmuniter. Hęc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua probatur p tres authoritates ſanctorum patrum quod demoniaci, & epileptici, & furioſi non debent promoueri. Io. de Fant.

g De ijs. qui ita uexãtur diſtinguẽdum eſt. nam ſi frequẽter cadunt, nõ debent miniſtrare ut j. vij. q. vj. c. j. ſi uero raro, & emittunt uoces confuſas, ſimiliter non debent miniſtrare ut j. vij. q. ij. capit. ij. Si autem raro, nec emittũt uoces confuſas, poſſunt: ſed habere debent coadiutores ut vij. quæſt. j. illud. Promoueri autem nõ poſſunt tales, ex quo paſsi ſunt ſemel, ut s. eo. c. maritum. Et hæc eſt opin. H. nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis ſimiliter nulla eſt contradictio inter H. & alios quo ad promotionem: quia omnes dicunt, quod nullus talis debet promoueri, ut cap. maritum: & ca. clerici. In promotis autẽ diſtinguitur inter H. & alios. Nam dicunt alij. quod ſicut non debet promoueri, qui ſemel eſt arreptus à dæmone, ita nec officiũ poteſt exercere, etiam ſi iam promotus ſit. & qui hoc dicunt, illam literam, qui tamẽ, aliter intelligunt, quã H. Nam dicunt. quod hoc relatiuum qui, refertur ad proxime poſitũ, ſcilicet epilepticos &c. & eſt ſenſus literæ: Epileptici non debent ſe ingerere diuinis ſacramẽtis, exceptis illis, q ſine paſsionibus, id eſt, qui ſine uocis confuſæ emiſsione, & ſpumæ iactatione, qui tamen & ipſi, id eſt iſti, qui hoc non faciunt, ſed tantũ cadunt, debẽt eſſe tãdiu ſuſpẽſi, donec appareat eos p annum liberatos, id eſt, non occupatos incurſu dæmonũ, id eſt appareat, q̃ illa paſsio non eſt demoniaca ſed epileptica. H. uero dicit in dæmoniacis, promotis, quod ſi per ãnũ ſteterunt q̃ nõ fuerunt paſsi ſupradicta, poſſunt exercere diuina officia. Vnde dicit, quod illud relatiuum qui, refertur, proprie pro demoniacis, & improprie ſecũdum cum ponitur in fine, liberati.

h Vel indiſcuſſe. id eſt, temere.

i Exceptis illis. epilepticis, qui raro cadunt.

k Paſsionibus. id eſt ſine ſpuma, &c.

l Qui tamen. ſcilicet dæmoniaci. H.

m Spatio. vij. q. ij. cap. ulti. contra. Sed ibi fuit dubiũ: hic certum.

n CLerici. Sacri regiminis. Ex hoc, quod dicit ſacri regiminis, ui decur, quod ad minores ordines bene poſſunt promoueri. Laur.

o VSque adeo. Opere. id eſt, diuino obſequio.

p Neceſsitatis. id eſt infirmitatis.

q Ne quibuslibet, prima ratio.

r Sauciatum. id eſt, debilitatum. xlix. diſtinctio: cap. primo.

s Diuina. id eſt Moſaica.

t Quanto magis, quaſi dicat, ex quo uitiati corpore remouentur. multo magis uitiati mente, ar. xxxviij. diſt. ſedulo.

Punitur quis & meretur ex eodem facto.

t Dic melius, illud nõ contra dicit: nam quãtũ ad legẽ promotionis re eſt, ut hic: ſed quãtũ ad gratiã ſunt innocens. ar. 15. q. 1. c. ſi. 32. q. 2. cap. ille Archi.

Actuũ 8.

Morbo caduco laborantes, non miniſtrare poſſint.

Dæmoniacorũ promotorũ & promouẽdorum diſtinctio.

Ad huius uerbi declarationem, dic quod epilepſia græcę appẽſio dicitur, eo q̃ mẽtem appẽdens pariter & corpꝰ poſſideat. fit autem ex melãcholico humore, quoties exuperauerit, & ad cerebrũ conuerſu: fuer. t. Archiuia.

Arg. ad hoc 44. diſt. c. nulli clerico. xvj. q. j. mirãmur. Nã mens maior eſt quam corpus. 38. diſtin. ſedulo. ſecundum Lau.

Laici

a Laici. Inſtituerunt. id eſt, informauerunt.
b Si non pellicem. pellicem uocat, quam quis ad tempus habet cauſa ſaturandæ libidinis.
c Habuiſſe. In ambiguis. ſ. xiiij. diſt. ſicut contra. Sed dic, quod triplex eſt ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas pſonæ. Vbi ambiguitas iuris eſt, ibi de ſimilibus ad ſimilia pcedit, ut xx. diſtin. de libellis. Et de tali ambiguitate loquitur illud. ca. xiiij. diſt. ſicut. Sed ubi factū ambiguum eſt, tūc nunquā ferēda eſt ſentētia in alicuius præiudiciū, ut xj. qō. iij. graue. Hoc ideo dico, qa ſi nullū ſit preiudicium, ut in baptiſmo, cōſecratione, uel ordinatione, bene fertur in dubio certa ſententia, ſcilicet ubi baptizet, uel eccleſia conſecret, uel denuo ordinetur ut de conſe. diſtin. iiij. paruulos. & diſtinc. j. ſolēnitates. & lxviij. diſtin. pſbyteri. Tamen quādoq; dubitat de facto, & fert ſententia in præiudicium alterius, ut extra de ſpon. iuuenis. ſed illud eſt pter periculū animæ. ubi autem eſt ambiguitas perſonæ. ſed factū eſt certum, bene fert certa ſententia: ut v. quæſtio. j. quidam.
d Committendū. Sed quare nō indicitur ei hæc purgatio? quia exilis fuit īfamia: & ſic quādoque aliquis ppriæ conſcientiæ committitur, ut ſ. diſt. iiij. ca. denique. & xv. q. viij. capit. j. & xxxiiij. q. iiij. uir cum propria.
e Depoſito. id eſt ſuſpēſo ad tempus quouſque ſatisfaciat. ſic ponit xxj. q. ij. quoniam.
f Præſumas. Arg. quod occultū delictū reddit hominem irregularem. Arg. contra diſtinctio. proxi. erubeſcant. Dic ut ibi. hoc forte in eo caſu, quando non pœnituit ſuper crimine.

Ambiguitas eſt triplex.

1 Sed tūc habet locum circa hoc, quod legitur & no. ij. q. v. ſ̄to. Archid.

2 Ad idē xxxv. q. vj. ſi. duo. extra de uoto. poſtulaſtis. ubi & hoc.

runt clerici fieri nō phibētur.

CAN. VI.

3 Laici, qui habētes uxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerūt, ut in nullo eorum opinio uacillet, aut clericis iuncti ſunt, aut monaſterijs ex quo baptizati ſunt adhæſerunt: ſi non concubinam, ſi non pellicem [b] nouerint, ſi in bonis operibus uigilauerint, non prohibentur hmōi ad clericatus ſortem aſſumi.

4 *Cæterum ante ſuſceptū ſacrū ordinem quoſdam legimus concubinā habuiſſe, quos tamen ſacri canones non reijciunt ſi poſt ſacrū ordinem ab eius commiſtione ſeſe immaculatos cuſtodiunt.*

Vnde Grego. Andreę Tarentino epiſcopo.

De quodam epiſcopo, qui ante ſui epiſcopatus apicem concubinam habuit.

CAN. VII.

Habuiſſe te concubinam manifeſta ueritate comperimus: & te illius criminis participationē habere: de qua etiā contraria eſt quibuſdam innata ſuſpicio. Sed, quia in ambiguis [c] rebus abſolutum nō debet eſſe iudicium, hoc tuæ conſciētiæ committendū [d] eligimus. Qua de re, ſi in ſacro ordine cōſtitutus ei[e] te recolis pmiſtione maculatum, ſacerdotij honore depoſito [e] ad miniſtrādum nullo modo præſumas [f] accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare: & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationē, ſi huius ſceleris conſcius in eo, quo es ordine celans ueritatem permanere uolueris.

DIST. XXXIIII.

[g] Domeſticarū [g] quoque pſonarū immoderatā familiaritatem epiſcopū uitare oportet.

Vnde Nicolaus papa ad Aluinum Archiepm.

Etiam conſanguinearum immoderatam familiaritatem epiſcopum uitare oportet.

CAN. I.

Quorundam relatione fidelium noſtris auribus intimatum eſt, ꝙ Lanfredus eps, qui & iuuenis dicitur, uenationi ſit deditus: qđ uitiū pluri mos etiam de clericali catalogo genere duntaxat Germanos [h] & Gallos irreuerētes implicat. Verùm iſte (ſi ita eſt, ut audiuimus) meritò iuuenis dicitur: quia iuuenilibus deſiderijs occupatus, nulla grauitate conſtringitur. Nā (ut beatus dicit Hieronymus) uenatorē [i] nunquam legimus ſanctum. Nihilominus autē de hoc epiſcopo relatum eſt Apoſtolatui noſtro, quòd cum quadam filia ſua immoderatā teneat familiaritatem, & ob id mala fama [k] ei orta ſit.

Domeſticarum. Hæc diſtin. diuiditur in nouem partes. In quarum prima reprehēdit Gratianus quendā epiſcopū, qui erat uenator, & cum filia nimiam familiaritatē habebat. Secunda ibi, Cōcubina. Tertia ibi, Cæterū. Quarta ibi, Quod ergo. Quinta ibi, Similiter. Sexta ibi, Quæ autem. Septima, ibi. Sed poſt eo. Octaua ibi. Qui bus autem. Nona ibi, Vidua. Ioan. de Fant.

g Domeſticarū. In hac xxxiiij. diſt. oſtendit, quod clerici etiam domeſticis perſonis non exhibebunt nimiā familiaritatem: & quod clerici non intererūt uenationibus, aut aucupationibus. Secundo oſtēdit, qualiter accipiatur cōcubina in ſuperioribus c. ſi quis poſt c. maritū. c. habuiſſe. quæ cap. ſunt ſ. diſt. pxi. Tertio adiūgit de multis nō pmouendis. & quod bigami quādoq; promouentur ad ſubdiaconatum: ut ī. eo. lector. Quarto oſtendit. quod clerici non debēt intereſſe cōuiuijs nuptiarū. in fine oſtēdit, pter cuius uiduæ copulam quis impeditur a promotione.

h Vorūdam. Germanos. id eſt, Theutonicos, qui ſunt uerū germē, uel uere nobiles. Argu. extra de elect. uenerabilem. & de præben. uenerabilis.

i Venatorem. exiſtentem uenatorē, ne obijciat de Euſtachio. lxxxvj. diſtinc. Eſau.

ADDITIO.

Sub. q. prius fuit uenator, poſtea fuit ſanctus. poteſt tamen aliquis ſimul eſſe uenator & ſanctus Archid.

k Fama. nō quod aliquid ibi ſeui criminis exiſtimaret propter fœdus naturale. 5 Sed quia corā omnibus eam nimis oſculabatur, & ponebat manus in gremiū eius: & ideo fuit ei in

Germani unde dicūtur.

5 Ideſt, pter ſanguinis pinquitatem. extra de pſum, cum iuuēture. C. de epiſ. & clē. rr. eū quē Archi.

Pro qua re a ſanctitate tua, cæterisq; coepiſcopis ſuis admonitus atq; correptus eſt, ſed nullatenus emendatus. Quæ res in hoc maxime diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionē, in quo beatitudini tuæ & cæterorum coepiſcoporum ſuorū rationibus non obedit: & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam ſynodale cū epiſcopis a & ſuffraganeis tuis conuocare cōciliū, & hunc ſalutaribus eloquijs epiſcopum cōuenire, atque illi paſtorali authoritate pcipere, quatenus ab omnium beſtiarum, b uel uolucrū uenatione penitus alienus exiſtat: atq; ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat. Quòd ſi parere contēpſerit, & tam pro uenationis delectatione, quā pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione uitanda nobis admonentibus obedire diſtulerit, a ueſtro collegio excommunicatus c abſcedat. Quòd ſi i hoc cōtumax adhuc apparuerit, a miniſterio ceſſar̄ debebit.

Ex concil. Aurelia. iiij.

PALEA.

Epiſcopum præsbyterum, aut diaconū canes ad uenandum, aut accipitres, aut hmōi res habere non licet. Quod ſi quis talium perſonarum in hac uoluptate ſæpius detentus fuerit: ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus a cōione ſuſpendatur: diaconus uero ab omni officio & cōione ſuſpendatur.

Item.

PALEA.

Omnibus ſeruis domini uenationes & ſyluaticas uagationes cum canibus, & ut accipitres aut falcones habeāt, interdicimus 2 Cōcubina d autem hic intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis unita eſt, & coniugali affectu aſciſcitur e. hanc coniugem facit affectus, concubinam uero lex f nominat.

De hac dicitur in concilio Toletano.

Qui non habet uxorem, loco illius concubinam licet habere. CAN. II.

Is qui g †non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ ſit coniunctione h contentus.

Item Iſidorus de diſtantia noui & ueteris teſtamenti. CAN. III.

Chriſtiano nō dicam plurimas † ſed nec duas ſimul habere licitū eſt: niſi unam tantum aut uxorem, aut certe loco uxoris (ſi coniunx deeſt) concubinam 1

Ex dictis Auguſtini.

PALEA.

Audite chariſſimi membra Chriſti, et matris catholicæ eccleſiæ filij. Quod dico competētibus, audiāt fideles: quod dico fidelibus, audiāt competentes: quod dico fidelibus & competentibus, & pœnitētibus, audiāt & cathecumeni: audiāt oēs, & timeāt, & nemo contemnat: ſi ſit mihi in conſolatione ueſter auditus, ne uobis ſit in teſtimonium dolor meus. Competētibus dico, fornicari uobis non licet: ſufficiant uobis uxores audiat deus, ſi uos ſurdi eſtis audiant angeli, ſi uos contemnitis. Concubinas habere non licet uobis, & ſi non habetis uxores: tñ nō licet uobis habere cōcubinas, quas poſtea dimittatis, et ducatis uxores: tanto magis damnatio erit uobis, ſi uolueritis habere uxores et concubinas.

3 *Cæterum ſi nō talis cōcubina fuerit, &*

h

Archiepiſcopus ſolus cauſā epi audire non pōt. 1 Scilicet uniſtā, ut hic erat: nā de uitio hic agitur. Ar.

ei ſdicta purgatio ſic extra de purg. ca. cū in iuuētute.

a Epiſcopis. Arg. quod ſolus metropolitanus non pōt audire cauſa epiſcopi etiam ciuilē, ut xj. q. j. ſi clericus. & vj. q. iiij. ſi inter.

b Beſtiarum. infra lxxxvj. diſtin. qui uenatoribus.

c Excōicatus. ut non interſit cū eis negotijs cōibus.

Concubina CASVS. *Dicitur hic, quod in præcedenti diſt. accipitur cōcubina, quæ cognoſcitur uxoris affectu, ſed non fuit ducta cū ſolennitate: & talem lex concubinam uocat. Duo ſequentia capitula plana ſunt.*

d Cōcubina. hic reſpicit ad id quod dixi ſ. px. diſt. c. j.

e Aſciſcitur. id eſt, amplectitur.

2 Nam & canon lex appellat. xxxj. diſt. Nicena. Archi.

f Lex. canonica. 2 ut ī. c. prox. uel ēt lex ciuilis: quia concubinatus a lege nomen accepit ut. ff. de concu. in concubinatu.

g Is qui. xxx. q. v. aliter contra. Sed ibi loquit quādo non cōſtat de mutuo cōſenſu.

h Coniunctione. ſecūdum leges, ita eſt, ꝙ ſi impares ſunt perſonæ contrahentiū, non præſumitur matrimonium niſi dotalia inſtrumenta interueniāt. C. de nup. imperialis. §. imo. & illud ff. de do. donationes. ſecus ſi pares. ff. de ritu. nup. in liberæ. ſecūdum canones ſemper præſumitur adulterium, niſi appareant legales ſolēnitates: ut xxx. q. v. aliter. 3 extra de clande. deſpon. cū inhibitio.

3 De hoc not. ca. q. noſtrates. in fi. & iij. q. iiij. conſāguineorū i prin.

1 Chriſtiano. Concubinā.

id eſt, mulierē non ſolenniter ductam ſi tamen mutuus conſenſus interuenit: alias concubinam non licet habere: ut xxxij. q. iiij. nemo. 4

Cæterum. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, qđ cum uero concubinario ex cauſa poteſt diſpenſari. Io. de Fan.

CASVS. *Dictum eſt ſupra quod ſi quis præter uxorē habuit uxoris affectu concubinā, promoueri non poteſt,* ſed

4 Et 35. q. 3. de cōſanguinitate. Nam nulli fornicari licet. 88. di. fornicari. Hu.

† Alias, ſi quis.

† Cū hoc tex. cōcordat Alex. de Imol. i l. et ſi poſt tres. circa princ. ff. ſi quis cau. & gl. i authent. de triē. & ſemiſ. §. & quod ſępe in uer. filiorum. & ibi no. Angel. col. 3. ad hoc. qđ dictio plurimas, importet numerū triū. Itē adde Bar. l. ſi gēma. ad fin. ff. arbo. fur. cæſ.

ſed ſi fornicariam habuit, nec habetur ſuſpectus de incontinentia in futuro, poterit promoueri.

a F Raternitatis. Non patitur. Ecce caſus ubi plus iuris hēt luxuria, quā caſtitas, quia caſtus repelleretur, ſi contraxiſſet cum ſecūda: ſed fornicator nō. Ad idem facit extra de biga. qa circa. Itē per illud ca. quidā dicūt derogatū eſſe illi xxv. di. c. ult. quia cum illud ſit æquitas, [1] & illud rigor, merito æquitas præponitur rigori: ut xvj. diſt. licet. l. diſt. pōderet. extra de ſur. c. ulti. C. de iud. placuit.

Luxuria qnq; plus juris hēt, quam caſtitas.

[1] Imo fuit diſpēſatū, ut j. patet & j. §. ,p- xi. & not. 5. diſtinc. ,pxi. c. j.

b Profeſſura. Alibi dr̄, q debet uendi: ut lxxxj. diſtin. quidā. Alibi dicit q redigitur in ſeruitutē: ut xxxij. di. eos. S; dic q diuerſitas pœnarū epo dat optionē, [2] ut extra de offic. delega. de cauſis. Vel diſtinguas, an ſint publice ductæ quaſi uxores, uel non, xv. q. ult. cum mulier. Sed qualiter pcipitur iſti inerare religionē, cū hæc res nō ſit præcepti: ut xxxij. q. j. integritas? Dic qđ ratione delicti cogit intrare monaſteriū quandoq; aliquis ad agendam pœnitentiam: ut l. diſt. ſi ille. & lxxxj. diſt. ſi quis clericus. uel expone, iubemus, id eſt, conſulimus.

[2] De hoc not. 21. q. 3. in ſumma.

Religionē qnq; cogitur quis intrare.

c S I quis. Nullatenus. Hic de ſtricto iure loquitur, ut [3] illud xxv. diſt. primum.

[3] Sub. & illud j. q. 7. ſi quis omnem.

Quod ergo. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua probat per ſex authoritates ſanctorū patrū, q nullus epiſcopus debet ordinare bigamū, uel uiduæ maritū, illiteratū, pœnitentē, obnoxiū curiæ, nec illū, qui cognouit uxorē ſuā poſtquā ſciuit illam adulteram. Ioan. de Fan.

tas illius, de quo agitur futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur, apoſtolica conceſſione ad ordinem diaconatus prouehi poteſt.

Vnde Pelagius Papa ſcribit Florentino epo.

Qui poſt mortem uxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittatur.

CAN. IIII.

F Raternitatis tuæ relatione ſuſcepta, eius latorem ſecundas quidē nuptias expertum nō fuiſſe didicimus: caſtitatē tamen cū priori nō ſeruaſſe coniugio deſignaſti. Et quamuis multa ſint, quæ in hmōi caſibus obſeruari canonicæ iubeat ſublimitatis authoritas: tamen quia defectus noſtri temporis, quibus nō ſolū merita, ſed corpora ipſa hominū defecerunt, diſtrictionis illius non patitur a manere cēſurā: & ætas illius, de quo agitur futuræ in cōtinētiæ ſuſpicionē auferre dignoſcitur: ut ad diaconatus ordinem poſsit prouehi, conceſsiſſe nos noueris. Micenā uero ancillam eius, de qua ſe poſt uxoris tranſitū filios habere confeſſus eſt, iubemus, ut tua diſpoſitiōe, cuiquā monaſterio continentiam profeſſura b tradatur.

Hoc ex diſpenſatione miſericordię. Cæterum ex rigore diſciplinæ ītelligitur illud Aurelian. Concil.

Non admittatur ad clerum, qui præter uxorem aliam cognouerit.

CAN. V.

S I quis de laicis poſt uxorē ſuā aliā cuiuſcūque cōditionis cognouerit mulierem, in clerum nullatenus c admittatur.

4 Quod ergo de pellice & meretrice apud Greg. & Innocē. ſcribitur, propter ſpem futuræ incontinentię cōſtitutum eſſe creditur: quia difficile continentiam ſeruat qui ſe illicito concubitu maculare nō metuit, uel prohibetur ordinari, qui pellicē uel meretricē cognouerit maritali affectu, uel, quia corrupta florem uirginitatis amiſerit, uel quia meretricari d non deſinit, licet in uxorē ducatur. Vtrūque enim impedimentum cuilibet præſtat, quo minus ad ſacros ordines pertingere ualeat.

Vnde Hilarius Papa ſcribit dicens.

Qui uirginem non duxit uxorem, ad ſacros ordines non accedat.

CAN. VI.

C Vrandum ergo in primis eſt, ne ad ſacros ordines (ſicut geſtis prioribus ante ſcriptum eſt) quiſquam qui uxorem non duxit uirginem, e aſpiret.

Item Gregorius urbis Romanæ præſul Silitano epiſcopo.

Bigamus uel pœnitens corpore uitiatus, literas ignorans, curiæ, uel conditioni obnoxius, clericus non fiat.

CAN. VII.

P Ræcipimus, ne unquam illicitas ordinationes facias: nec bigamū, aut qui uirginem non eſt ſortitus uxorem: aut ignorantē f literas, uel qualibet parte corporis uitiatum: g uel pœnitentiæ: uel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad ſacros ordines permittas accedere: ſed ſi quos h huiuſmodi repereris, non audeas promouere.

Item in Neocęſarienſi concilio.

Non fiat ſacerdos, cuius uxorem euidenter conſtat adulterium admiſiſſe.

CAN. VIII.

S I cuius uxorem adulterium cōmiſiſſe, cum eſſet laicus, euidēter fuerit probatum, hic ad miniſterium eccleſiaſticum ad mitti i nō poteſt. Quod ſi in clericatu eo iam cōſtituto adulterauit, dato repudio,

d Meretricari. Hęc ratio non ualet, quia nunquam maritus corruptæ promoueretur.

e C Vrandum. Virginem. xxx. q. v. qualis.

f P Ræcipimus. Ignorātē literas. ſ. prorſus: ut xxxvj. diſtin. illiteratos.

g Vitiatum. enormiter.

h Sed ſi quos. iam ordinatos ſupple: aliter idē repereret

i S I cuiꝰ. Admitti. Sed nonne hic uidet nimius rigor, qđ aliqs ſine culpa ſua puniatur. [4] Propter hoc intelligūt quidā, qđ hic dicit qn̄ maritus patronus eſt turpitu-

[4] Et j. q. j. c. ſi quis hæret. §. ecce ſi clericus. uer. ſi. hoc ſol. ue. extra libr. vj. de tēpo. ord. nullꝰ. uer. pœna imponatur talē ordināti.

Sub. qđ fieri nō debet, ut uidet xvj. q. vij. inuentum. lvj. diſt. ſaris. 74. di. geſta. Arch.

dimittere eam debet. Si uerò retinere eius conſortiũ uelit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem.

CAN. IX.

SI laici uxor in adulterio fuerit deprehenſa: hic talis ad miniſteriũ eccleſiaſticum nullo modo adducatur. Si autẽ poſt ordinationem alicuius clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autẽ cum ipſa uoluerit permanere, à miniſterio exiſtat alienus. Præmiſsis authoritatib[9] bigami, & qui uirgines non ſunt ſortiti uxores, à ſacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur, ſi quis ante baptiſma uiduã duxerit uxorem, an poſtea ſit prohibendus à ſacris ordinibus.

De his ita ſcribit Inno. Papa Victori Rothomagenſi epiſcopo.

Qui ante baptiſma, ſeu poſt baptiſma uiduam duxerit uxorem, non admittatur ad clerũ.

CAN. X.

SI quis uiduam [a] (licet laicus [b]) duxerit uxorem, ſeu ante baptiſmum, ſeu poſt baptiſmum, non admittatur ad clerum: quia eodem uitio [c] uidetur excluſus. In baptiſmate.n. crimina dimittuntur, nõ acceptæ uxoris cõſortiũ relaxatur. Quòd ſi non putatur uxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmũ ducta eſt: ergo nec filij, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filijs habeantur. Prohibentur etiã bigami à quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambroſij ad Vercellenſes.

Qui ſecunda coniugia ſortitur, clericus non fiat.

CAN. XI.

COgnoſcamus nõ ſolùm de epiſcopo & presbytero [d] apoſtolũ ſtatuiſſe, ſed etiam patres in concilij Niceni tractatu addidiſſe, [e] clericum quenque non debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſit ſortitus.

§ Similiter etiam uiduarum mariti, uel ancillarũ uel meretricum, clerici fieri non poſſunt.

Vnde in canonibus apoſtolorum legitur.

Spectaculis publicis mãcipatam, uel eiectam, uel ancillam ducens uxorẽ, diaconus nõ fiat.

CAN. XII.

SI quis uiduam & eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillã, [f] uel aliquam de his, quæ publicis mancipantur ſpectaculis, non poteſt eſſe epiſcopus, aut presbyter aut diaconus, aut ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

6 Quæ autem ſit uidua, quæ eiecta, uel meretrix, Hierony. ad Fabiolam de ueſte ſacerdotali oſtendit dicens:

---

pleudinis, & leno. Sed certe tunc repelleretur propter proprium delictum, ut xxxij. quæſt. j. cap. j. & ij. Dic ergo quod ideo prohibetur, quia eſt maritus corruptæ: tamen ſi non cognouit eam poſt adulterium perpetratum, promouetur, ut J. ea. c. ult. Sed pone, quod uir accuſet uxorem de adulterio: nunquid pendẽte accuſatione tenet ei reddere debitũ. ſi talis eſt, qui uult promoueri? Dicunt quidam quod non: quia ſi reddit: ſit ei præiudicium: ſicut nec cogit reddere debitum ei, quam audiuit eſſe ancillã: ut extra de coniugio ſeruorũ. propoſuit. [a] Sed tamẽ ibi alia ratio eſt: quia cũ ſerua non eſt matrimonium, ſed hic eſt matrimonium. unde melius uidetur, quod ſibi præiudicet cognoſcendo eã, quã quod illi iniuriam faciat, ſ. denegando ei debitũ. & ſecundum hoc ſequitur, quod aliquis punitur ex eo, quod tenetur facere ex neceſsitate. & eſt contra id xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſor. [2] ubi dicitur, quod nemo puniẽd[9] eſt ex eo, quod neceſſe habet facere. Item ex eo ſequeretur, quod aliquis pro uno facto mereretur pęnã & præmiũ: quod eſt contra id viij. q. j. ſciendum. Itẽ ex hoc ſequit, quod aliquis pro uno facto & meretur, & demeretur, quod eſt contra id. ff. de nego. geſ. ſiue. Meretur enim dũ cognoſcit uxorẽ: ut xxxiij. q. v. cap j. Et quod una res habet contrarios effectus: quod eſt contra id ff. de ſol. qui hominẽ §. ult. Io. Poſſet tamen dici, quod ſi maritus reddat debitũ uxori corruptæ, nõ præiudicet ſibi quo poſsit promoueri: qa tũc potius dicit cognoſci ab uxore, q̃ cognoſcere ipam: ut xxxij. q. v. ita ne. ſicut nec facit ſibi præiudiciũ, qn poſsit eã accuſare de adulterio: licet ſit ar. cõtra xxxij. q. j. ſi qs. [3] ff. ſo. mat. cum mulier. ff. de adu. ſi uxor. §. ult. quid iuris ſit de hoc, in quæſtione notaui. ibi uideas, &c. Poſſet tamẽ probabiliter dici, quod ſibi præiudicat quo ad legem promotionis, quæ factũ ſolum requirit: non quo ad legem Moſaicam, ut xv. q. j. §. ſi. Non obſtat, quod inuit[9] hoc fecit, uel paſſus fuit. ar. xxvj. diſt. Acutius. hoc totũ determinat decr. extra ut lite pen. c. ij. Bart.

Maritus ſine metu bigamiæ an uxori debitũ reddere poſſit pendẽte accuſatiõe adulterij.

[1] Vbi de hoc, & extra de adul. c. ul. ibi uideas.

[2] Alias ſ. cipit, uaſis ieæ.

[3] De hoc ead. q. c. j. & 13. q. 1. placuit.

[a] SI qs uiduã. Hoc bene habes in auth. d ſan. epiſ. §. clericos autem non aliter ordinari. col. ix.

[b] Laicus. Ideo dicit de laico, quia minus uideret de eo: uel ideo, quia ſi clericus hoc faceret, non ſolum nõ promoueretur, ſed omni priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis priuaret, ut lxxxiiij. diſ. q̃ſqs.

[c] Vitio. Id ẽ, defectu. [4] Si. lxvj. di. quia ſimpliciter, & xxvj. di. Acutius.

[4] Vel, id eſt, impedimento.

[d] COgnoſcam[9]. Et presbytero. ſupple & diacono. lxxxj. di. c. j.

[e] Addidiſſe. Aug. tamẽ dicit qđ ſecũdum interpretationem, apoſtolus ītellexit [5] de quolibet ordine: ut lxxxj. di. apoſtolus.

[5] Et lex dicit, qđ ex mente legis ẽ pſiade accipiendũ, ac ſi ex uerbis legis eſſet. ff. de uerb. ſig. nomis. §. uerbum.

Similiter. Hæc ẽ v. pars di. ĩ qua dicit, qđ qui contrahit cũ ancilla, uel cũ ioculatrice, nõ poteſt fieri epiſcopus uel presbyter. Io. de Fau.

[f] SI quis. Ancillam. Sed quare hic prohibetur, cũ tamẽ eo ipſo qđ aliquis ducit ancillam ſuã in uxorẽ ipſa libera efficiatur? ut C. de lati. li. tol. auth. ad hoc. & C. de ope. li. libertæ. ſimiliter tenet matrimonium cũ aliena ancilla, ut xxix. quæſt. ij. c. j. & ij. Reſpondeo propter prærogatiuam ſacerdotij. Vel ideo, quia non uidetur ibi eſſe plenum matrimonium: ut xxxij. quæſtio. ij. ſicut non omnis. & ideo non uidetur ibi eſſe plenum ſacramẽtum. [6] uel hoc ideo contingit, quia uilis perſona præſumitur, qui contrahit cum ancilla.

Ancilla cum dño cõtrahens libera efficitur.

[6] Id ẽ, tale mrimonium nõ uideẽ plene dſignare Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, ſecũdum Lau. & Hugo.

Quæ ſit uidua, uel eiecta, uel meretrix.

CAN. XIII.

Vidua eſt, [a] cuius maritus [b] mortuus eſt. Eiecta eſt, quæ à marito uiuente eijcitur. Meretrix [c] quę multorum [d] libidini patet.

7 Sed poſtea temporum defectui condeſcendens Papa Martinus in minoribus ordinibus conſtitui eos permiſit, non regulã præfigendo dicens:

Inter lectores, uel oſtiarios deputetur ſubdiaconus ſecundam ducens uxorem.

CAN. XIIII.

SI ſubdiaconus [e] ſecundam uxorem duxerit, inter lectores, [f] uel oſtiarios habeatẽ, ita ut epiſtolã non legat. Neceſſitate tamẽ exigente bigamus uſq; ad ſubdiaconatũ poteſt promoueri.

Vnde Martinus Papa ait:

Viduam ducens uxorem, ſubdiaconus fieri non poteſt.

CAN. XV.

LEctor, ſi uiduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat: aut ſi neceſsitas fuerit, ſubdiaconus fiat: [g] nihil autem ſupra. ſimiliter ſi bigamus fuerit.

8 Quibus autẽ propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuijs intereſſe.

Vnde in Agathenſi cõcilio legitur.

Nuptiarum conuiuijs presbyteri intereſſe non debent.

CAN. XVI.

PResbyteri, diacones, ſubdiacones, uel deinceps, quibus ducendi uxores licentia modò nõ eſt, ẽt aliarum [h] nuptiarum euitent conuiuia: nec his cœtibus miſceanẽ, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obſceni mot⁹ corporũ choreis & ſaltationibus efferunẽ: ne auditus & obtuit⁹ ſacris miniſterijs deputati, turpium ſpectaculorum, atq; uerborum contagione polluantur.

9 *Vidua uerò eſt intelligenda, ſi poſt ſolenne fœdus nuptiarũ, morte interueniente à uiro ſuo diuiſa fuerit. Cæterùm ſi antè, quàm conueniãt, fatali neceſsitate ab alterutro diuiſi fuerint, licet ex ſponſalibus uxor ſit appellata, nõ tamen poſt mortem ſpõſi, ẽt ſi in ꝓpria domo ſit ducta, & etiam cum eo uelata, uidua appellatur, nec ex eius copula à ſacris ordinibus aliquis ꝓhibetur.*

Vnde Pelagius Papa ſcribit.

Qui cum alio uelatam, nõ tamen illi nuptam uxorem duxerit, ſacerdos fieri nõ ꝓhibetur.

CAN. XVII.

VAlẽtino [i] clerico, cui mulier cum alio antè uelata, non tamen illi nupta, ſed uirgo permanens, poſt mortem eius, cũ quo uelata fuerat ſpõſa cõiugali eſt copula ſociata: quia iterũ uelamẽ accepit, nullũ in promouendo generetur obſtaculũ: quia nihil eſt (quantũ ad hunc articulũ pertinet) qđ ei, de canonicis obuiet inſtitutis.

DISTINC. XXXV.

A Quibus [k] *ordinibus bigami probibeantur, & utrùm reputentur bigami, qui ante baptiſmum habuerunt unã, & poſt baptiſmum habuerunt alteram: & an liceat ſortiri uxores in ſacris ordinibus conſtitutis, multorum authori-*

---

a Vidua ẽ. Vt hoc meli⁹ intelligas, dic qđ uidua dicitur, quæ à uiro idua. i. diuiſa uel ſeparata eſt: Nã iduo as, dicit ſeparare, uel diuidere. & dicitur ſic ab idus, quod eſt diuiſio, uel ſeparatio ſcđm Pol. & dic uidua, ſ. ex cuius copula quis impeditur. Hu. Io. de Fant.

b Maritus. Qui in eã geſsit maris ritus, eã carnaliter cognoſcẽdo. Lau.

c Meretrix. alibi dicitur meretrix, cui⁹ turpitudo publiçe uenalis ẽ, ut xxxij. q. iiij. meretrices. [1]

d Quæ multorũ. Quę admiſerit plures, quàm vxiij. milia hominũ: ut xlv. diſt. diſciplina. uel q̃ admiſit lx. ut extra de cleri. excom. c. latores.

Sed poſtea. Hæc eſt vij. pars huius diſt. in qua ponit, quomodo olim cũ bigamis diſpenſatum fuit, ut ſubdiaconi eſſent. Io. de Fant.

e SI ſubdiaconus. Collige caſum ex eo, quod habetur. ſ. xxxj. di. c. aliter. §. ſimiliter. in fi.

f Inter lectores. hoc ex diſpẽſatione: ſed de iure cõmuni perdit priuilegiũ clericale, ut lxxxiiij. diſtinct. quiſquis. ideo ſit hoc ex diſpenſatione, quod remanet in ſacris minorib⁹ ordinibus.

g LEctor. Fiat. Sic ergo Papa diſpẽſat [2] cõtra apoſtolum, ut hic, & lxxxij. diſt. presbyter. Innocentius tamen dicit, quod non licet diſpenſare, cum bigamo, ut extra de bigamis. nuper. & hoc idẽ dicit Martinus. l. diſt. ſi quis uiduam. Lucius tamen diſpẽſauit cũ Panormitano archiepõ, q fuit bigamus. Itẽ habes hic, quod licet ſit diſpenſatum in uno ordine, non ĩõ intelligitur diſpẽſatum in cæteris, ut xij. di. nos conſuetudinẽ. & l. diſt. quicunq; pœnitẽs. ſic diſpenſatur in primo matrimonio, & nõ in ſecundo, ut xxxvj. q. ij. ſi autem.

h PResbyteri. Etiam aliarum. & ſi clerici fuerint in aliquo conuiuio, & adueniant iaculatores, ſurgãt, & recedãt de menſa, ut de cõſec. diſtinct. v. non oportet.

i VAlentino. hũc caſum habes ext. de big. debitum.

k A Quibus. Hic agiẽ de tertio c. apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandũ nõ eſſe uinolentũ, ſed ſobriũ. & introducit multa in cõmẽdationẽ abſtinẽtię & in reprobationẽ ebrietatis. Interſerit etiam de pœna illorum, qui frequenter indulgẽt ebrietati: & dicit quod minores corporaliter puniuntur: maiores poſt admonitionem xxx. diebus communione priuãtur. ut ĵ. e. c. ult. [3] Quia

[1] Adde gl. de ſpõſa. inter opera. gl. & Cy. i leg. mercalẽ. C. de cõdi. ob tur. cãm. Bal. ſ l. neq; natales. C. de proba.

Diſpenſatio utrum poſsit cũ bigamo fieri.

[2] Scilicet uſq; ad pſbyteratũ tẽporibus noſtris fuit facta hæc diſpẽſatio: ſed forte ibi fuit plus facti, quã iuris ſecũdũ Hugo.

[3] Et qui nec ſic reſipuerint, deponentur: ut ĵ. c. epĩs. Hugo.

a Quia uenter. pinguis uenter groſſum generat ſenſum.xliiij.diſt.c.non liceat.§.ſi ergo.

b EPiſcopus. Alex.clerici non debent ludere, uel ludis intereſſe, ut extra de ui. & hon.cleric. clerici.nec participes erunt ludentibus,nec inſpectores ludi: ut in auth. de ſanct. epiſ. §.interdicim⁹.col. ix.Sed nunquid poteſt repeti id quod in alea perdit? Dicũt quidã, 1 quòd nõ,ſed pauperibus eſt eroganda pecunia illa, ar. xiiij.q. v.non ſane.cum enim turpitudo uertitur ex pte utriuſque melior eſt conditio poſsidẽtis.ff. de cõd.ob tur.cau. l.ſi ob turpẽ. 2 Melius credo, qđ poſſit repeti: ut ff.de aleato.l.ul in fi.etiam uſq; ad l.annos: ut dicit Græca cõſtitutio. C.de relig.& ſump.fun. & de alea. Et ſi qs exiſtens in alea rẽ ſuã uendiderit, nõ tenetur de euictione:ut ff. qua.rerum actio non da. ſi. filio.§.j.licet autem hic prohibeatur ludus, tamen pro cõuiuio habendo põt ludi.ff.eo.l.ulti.

c Deſeruiẽs.i. ualde ſeruiens, ut illa ppoſitio de, augmentet.ff.depoſi.l. j.in princ.quandoque priuat, ut ibi, Sæpe precor mortem, mortẽ quoq; deprecor idem.

d Aut deſinat. nõ ergo pro quolibet delicto ſtatim epiſcopi debẽt fulminare, ut uel excõmunicẽt uel deponant.ad idem facit lxvij.diſtin. epiſcopus.& xcij.diſt. c. ul.ſi quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iuppiter,exiguo tẽpore inermis erit.

e Priuetur. aut uerberetur.: ut j. eodem.c.ult.

AB exordio. f Nec carnibus. tamẽ Lamech fuit uenator,ſed illud fuit ꝓpter pelles, 1 non propter carnes. xxxj.q.j.quomodo.

g In ſignum. ut per eam fideles diſcernerentur ab alijs. uel fuit ſignum interioris circuncifionis, uel fuit ſignum futuri baptiſmi: quia tunc per circuncifionem tollebantur peccata, ſicut nunc per baptiſmum:ut j.de conſec.diſt.iiij.quod autem apud nos.

h Implere.ĩ.di.iiij. erit contra. Sed dic quod facile nõ poteſt impleri. Vel dic, quod tunc nullus potuit eam impleř quo ad hoc ut adipiſcereť uitã æternam: quia per circuncifionẽ non aperiebatur ianua cęli, licet ianua inferni etiam eſſet præcluſa: ſecus hodie per baptiſmũ. extra de bap.maiores. Vel ideo iſtud dicit, quia contrarietas fuit in lege. Cum enim præceptum fuit, quod ſabbathi die nõ fieret aliquod op⁹ 3 itẽ præceptũ fuit, quod viij. die circuncidereť puer: 4 potuit contingere quod ſabbathũ eſſet dies viij ab ortu pueri: ſed tamẽ in hoc non peccabant: quia excuſabantur propter impoſsibilitatẽ. Ideo autem fuerunt eis data dura præcepta, quia ex ſuperbia eorũ dixerunt nõ deeſt, qui impleat:ſed deeſt,qui iubeat. 5

i Duritia. tamen peccatum erat, ut extra de diuo. gaudemus.

k Et ω. quæ eſt ultima litera Græcorum.

l Ad α. quæ eſt prima Latinorũ.& eſt ar.quod reſtituta re ad priſtinum ſtatum priora iura reſtituũtur: ut xxvj. q.vj.ſi quis de corpore. ff.de ſer. ruſti.prædi.ſi qui. alias & Attilicinus. Item Argu quod non ſit iniuria rei. ſi reſtituiť ad priſtinũ ſtatũ. ff.de pact. ſi unus. §. quod & in ſpecie dotis.

m Nec comedimus. id eſt, ſuademus nõ comedere conſilium eſt.

tatibus breuiter monſtratum eſt. Sequitur autẽ in deſcriptione illa apoſtolica, ut ſit ſobrius, qui ordinãdus eſt, nõ uinolẽtus quod ex authoritate ueteris teſtamẽti introductũ eſt. Miniſtri.n.templi prohibẽtur uinum & ſicerã bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, ut ſenſus eorum uigeat ſemper,& tenuis ſit:uel quia uenter a mero æſtuans facile deſpumat in libidinẽ. Vnde Noe in ebrietate nudauit femora. Loth autẽm quem Sodoma non uicit,uina uicerunt.

Quòd autem uinolẽtus eſſe prohibetur,non ſemel ſed frequenter uino repletus debet intelligi.

Hinc etiã in canonibus apoſtolorum legitur.

Diaconus, presbyter, & epiſcopus ebrietati & aleæ deſeruientes,niſi deſierint, communione priuentur.

CAN. I.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ b atq; ebrietati deſeruiens, c aut deſinat, d aut certe dãnetur. Subdiaconus autem, aut lector,aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat,aut communione priuetur. e ſimiliter & laicus.

Item Hieronymus.

Eſus carniũ et uini potus poſt diluuium conceſſus legitur, poſt Chriſti aduentum inhibitus.

CAN. II.

AB exordio conditionis humanæ,nec carnibus f ueſcebamur,nec dabamus repudiũ, nec pputia nobis eripiebanť i ſignũ g & hoc curſu uſq; ad diluuiũ puenim⁹. Poſt diluuiũ aũt cũ datione legis datæ per Moyſen,quã implere h nullus potuit carnes ingeſtæ ſunt ad ueſcendum, & repudij cõceſſa duritia, i & cultellus circuncifionis appoſitus, quaſi Dei munus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe eſt. Poſtquam autẽ Chriſtus uenit,in fine tẽporum,& ω k reuoluit † ad α l, i.extremitatẽ retraxit ad principiũ,nec repudiũ nobis dare pmittiť, nec circũcidimur, nec comedimus m carnes:dicẽte apoſtolo:Bonum eſt uinũ nõ bibere,& carnes nõ comedere. uinũ.n.cũ carnibus poſt diluuiũ dedicatum eſt. n

Itẽ ex epiſtolis eiuſdẽ.

Alienũ eſt a ſapiente potationibus,& ebrietatibus uacare.

CAN. III.

LVxurioſa res eſt uinũ,& contumelioſa ebrietas. ois qui cum his miſcetur,non erit ſapiens.

Idem in Michæam.

Ignominioſum eſt ſacerdoti affluere delicijs, epulis, atque laſciuijs,

CAN. IIII.

ECcleſię principes o

n Dedicatum eſt.ĩ.uſui aſſumptum.

o Eccleſiæ principes. Principes,id eſt,prælatos, ut

h 3

Clerici ludere aut luſores ſpectare ñ debent.

Ludo pdi tum,an repeti poſſit.

a Tim. 3.

a Secundũ Laur.

Leui.10.b

a ff.de cõdi.ob turpem cauſ. l. ubi aũt. hæc fuit opi. Plac. & Bart.

Geneſ. 9. & 19.

De, auget

Lamech fuit uenator.

[illegible]

ſolutio, q̃ fatuũ arg. quod non eſt in ſcriptura.Sed ad qd Abel erat paſtor ouiũ?Ad qd obtuliſſet Deo, quæ nõ licuiſſet homini edere? Geneſ. 4. Eſt ergo ſupſtitioſorũ commentũ,nõ Hieronymi. cuius nõ eſt hoc capi.

Circũciſio quare fiebat.

Circũciſio & baptiſmus differunt.

Deut. 24. a

Gen. 27.a

3 Vt exodi xx. ca.

4 Geneſ. xvij.

† Reuolauit.

Ro.14.d

5 Hoc ſententialiter põt ſumi de primo li.Regũ.c. viij.

Pro.20.a

qui delicijs affluunt, & inter epulas atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, propheticus [a] ſermo deſcribit, quod eijciẽdi ſunt de ſpatioſis domibus, lautisq; [b] cõuiuijs, & multo labore epulis cõquiſitis. [c] Et ſi uis ſcire quò eijciẽdi ſunt propter malas cogitationes & opera ſua, euãgelium lege in tenebras ſcilicet exteriores, [d] ubi erit fletus, & ſtridor dentium, An nõ cõfuſio & ignominia eſt Ieſum crucifixum pauperem & eſurientem fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas [e] tumentiaq; ora proferre? Si in apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonẽ eorũ imitemur, ſed etiã cõuerſationem & abſtinentiam.

Idem.

De eodem.

PALEA.

Venter mero æſtuãs cito ſpumat in libidinẽ. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur et furor.

Idem.

De eodem.

PALEA.

Vinolentũ ſacerdotẽ & Apoſtolus damnat, & uetus lex prohibet. Sacerdotes qui miniſtrant in tẽplo Dei, prohibentur uinum & ſiceram bibere. ne crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorum. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, qua quis inebriari poteſt. Quicquid inebriat, ſtatum mentis euertit. fuge ſimiliter & uinũ in quo eſt luxuria. Nolite (ait Apoſtolus) inebriari uino, in quo eſt luxuria. qui altari deſeruit uinum & ſiceram non bibat. Sponſa Chriſti uinũ fugiat, ut uenenum. uinum & ebrietas incendium eſt. Item Proſper.

De eodem.

CAN. V.

LVxuriã facit & nutrit uini perceptio nimia, non natura.

Itẽ Ambr. in ſermone de ieiunio, qui ita incipit: Diuinum ad patrem reſultat oraculum.

In paradiſo abſtinentia, poſt paradiſum edẽdi laſciuia incepit. CAN. VI.

SExto [f] die beſtiæ [g] ſunt creatæ: & cũ beſtijs orta eſt edendi poteſtas, & uſus eſcarũ. Vbi cibus cœpit: [h] ibi finis factus eſt mũdi. Ibi cœpit ſua incrementa neſcire, ubi cœperunt diuina opera circa eum feriari. [i] quo indicio declaratum eſt, ꝙ ꝑ cibos mũdus haberet minui, ꝑ quos deſijt [k] augeri. & infra, Vt ſciamus nõ eſſe nouellũ ieiuniũ, [l] primã illic legẽ cõſtituit de ieiunio. Et infra. Eouſq; nemo præuaricari nouerat, cũ adhuc orta nõ eſſet: quæ prima eſt præuaricatio. Indictũ eſt ieiuniũ abſtinẽtiæ lex a Domino Deo præuaricatio [m] legis a diabolo, culpa per cibũ, latebra [n] poſt cibũ: cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis uirtus in ieiunio: ſerpens ſuaſit gulæ, dominus ieiunare decreuit. Itaq; gula a paradiſo regnãtẽ expulit, abſtinentia ad paradiſum reuocauit [o] errãtem. & infra. In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe uineã plãtauit. dedit naturã, ſed ignorauit potẽtiã. Itaq; uinũ, nec ſuo pepcit authori, ſ3 illi⁹ ebrietas nobis ſuadet ſobrietatẽ. Semel enim inebriatus eſt Noe, Vbi malũ ebrietatis agnouit, iumẽtum [p] ſuũ ad remediũ tẽperauit: nec effudit ad uitiũ. Manebat aũt anquã uinũ inueniret, oĩb⁹ incõcuſſa libertas: nemo ſciebat a cõſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Nõ eſſet [q] hodie ſerui⁹ ſi ebrietas nõ fuiſſet. Obrepſerat qdẽ fraternæ ꝑlationis inuidia: [r] manebat tñ adhuc

---

ut de conſe. diſt. ſ. corpora.

Mich. 3.a — a Propheticus. Scilicet Michææ.

b Lautiſq;. Id eſt, delicatis.

c Epulis conquiſitis. id eſt, terrenis delicijs, quæ multo labore quæruntur. de conſ. diſt. v. ne tales.

d Exteriores. Id eſt, ex toto extra lucem. ar. xl. diſtin. qualibet.

Matt. 8.b — e Buccas. Plenus uenter facile de ieiunijs diſputat. xij. q. ij. gloria epiſcopi. Argu. quod Archidiacono cũ uiſitat parochias, non eſt exilis præſtanda procuratio: ut x. q. iij. illud. Hoc uerum eſt ante uiſitationẽ factã. extra de cẽſi. exigit. Grego. x.

Ebrietatis mala. — f SExto. illud inducit ad deteſtandam ebrietatẽ ſiue gulam. Primo quia per eam degenerauit humana cõditio. Secũdo exẽplo Noe. Tertio, quia ſeruit⁹ eſt inducta ꝓpter eã. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat ſobrietatẽ exemplo Abrahæ, quia cibũ miniſtrauit angelis ſine uino. & exemplo Io. Baptiſtæ.

Die dñico incepit dominus mũdum facere. — f Sexto die. Id eſt, die ueneris. nã dominico die dominus cœpit facere mundum: ut lxxv. diſt. ꝙ die. Alij dicunt ꝙ omnia ſimul creauit. unde Salomõ. [r] Qui uiuit in eternum oĩa ſimul creauit. ſed licet omnia ſimul facta fuerint, non ſimul dici omnia poterant: & ideo ſcriptura utitur tali diſtinctione, extra de ſum. tri. c. j.

Leui. 10.b

r Eccleſiaſti. 18.c

Num. 6.a

g Beſtiæ. id eſt, animalia in terra. nã quinto die fuerũt creata uolatilia & piſces. Gene. j.

Ephe. 5.d — h Cœpit. Mũdus.

i Feriari. Id eſt. ceſſare.

k Deſijt. Tũc fuit homo ſpoliat⁹ gratuitis, & uulneratus ĩ naturalibus. de pœn. diſtinct. j. Adam.

l Ieiunium. Id eſt, abſtinentia.

m Præuaricatio. Scilicet fuit.

n Latebra. Quia abſcõdit ſe Adam a facie domini. de pœ. diſt. j. & uenit.

o Reuocauit. ar. ꝙ primi parentes ſaluati ſunt, ut de pœ. diſt. j. ſicut primi. & de conſe. diſ. j. hi duo.

p Iumentum. i. carnem ſuã, quam paſcit homo, quaſi iumentum. Vel dicit corpus iumentum quaſi iuuamentũ. — Corpus eſt iumentum.

q Non eſſet. ĩ. di. j. ius gentium. contra ſed ibi ſoluit.

r Prælationis inuidia.

paternæ pietatis reuerentia. Læſa pietas [a] eſt, dũ irridetur ebrietas. [b] Nõ illis itaq; ſolis nocent uina, quos tẽtant, [c] ſed ẽt illis amplius oculis, quorũ temulenta ebrioſorum mẽbra nudantur. & infra, Legimus etiam, quòd patrem Loth. inebriauerũt filiæ in monte: ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in ſpelunca. Fuit itaq; ebrietas origo inceſti concubitus, peſſimæ regeneratricis, partus [d] deterior. At non Abraham uina in ſuo conuiuio miniſtrabat, ſed immolabat uitulum, butyrum & lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Rectè.n.illic deerat materia peccati, [e] ubi erat remiſsio [f] peccatorũ. Deniq; annuntiauit dominũ Ioannes nõ manducans panẽ, neq; bibens uinũ. Qui enim Chriſtum annuntiat, ab omni uitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.

Itẽ ex cõcilio Agathẽ.

Triginta diebus à communione abſtineat clericus, quẽ ebriũ fuiſſe conſtiterit.

CAN. VII.

Ante, omnia clericis uetatẽ ebrietas, quæ omnium uitiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaq; eũ, quẽ ebriũ fuiſſe conſtiterit (ut ordo patitur (aut xxx. dierum ſpatio à cõmunione ſubmoueatur, aut corporali [g] ſubdatur ſupplicio.

DIST. XXXVI.

Oportet [h] ordinãdum eſſe prudentẽ: quod contra eos notandum eſt, qui ſub nomine ſimplicitatis [i] excuſant ſtultitiã ſacerdotum. Prudentem autẽ epiſcopũ oportet intelligi non ſolùm literarum peritia, uerùm etiam ſecularium [k] negotiorum diſpenſatione.

Vnde in epiſtola Gelaſii Papæ legitur.

Illiterati, & corpore uitiati, non promoueantur ad clerum.

CAN. I.

Illiteratos, [l] aut aliqua parte corporis uitiatos, uel imminutos [m] nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carẽs: ſacris nõ põt eſſe aptus officijs: & uitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia prçcepta ſanxerũt: ſimiliter q ſeipſos [n] abſcindunt.

Item Zozimus Papa.

Ad ſummum ſacerdotium non aſpiret, qui diuinis ſtipendijs, uel diſciplinis non eſt eruditus.

CAN. II.

Qui eccleſiaſticis diſciplinis per ordinẽ non eſt imbutus, & temporũ approbatione diuinis ſtipendijs [o] non eſt eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat: & non ſolùm in eo ambitio inefficax habeatur, uerùm etiam ordinatores eius careant eo ordine [p] quem contra præcepta patrum crediderunt præſumendum.

Ecce quòd ſacrarum literarum oportet epiſcopum habere peritiam. Vnde in ueteri teſtamento inter cætera ornamenta pon

---

uldia. q̃a Caim interfecit fratrẽ ſuũ.

[a] Pietas. Paterna.

[b] Ebrietas. Id eſt, ebrius.

[c] Tentant. i. inebriant.

[d] Partꝰ. i. effectꝰ. iſtud uult dicere, quod uinum ex ſe duos producit effectus. primo ebrietatẽ, deinde inceſtum. & ebrietas fuit deterior effectus uini. Vel aliter: ex ebrietate proceſsit ſeruitus. Item ex ea proceſſit inceſtus, qui deterior eſt. Vel illud uult dicere, ꝙ filia eſt deterior quam mater, quia Moabitæ & Ammonitæ, quæ ab illis proceſſerũt, fuerũt deteriores quã matres.

[e] Materia peccati. ſ. uinum.

[f] Remiſsio. i. deus remittẽs peccata.

[g] Ante oĩa. Aut corporali. recipiant xl. ictus. ſed epiſcopꝰ nõ uerberabit clericum per laicum ut extra de ſent. excom. uniuerſitatis niſi ſit incorrigibilis, ut extra de ſent. excom. ut famæ.

[h] Oportet igitur. Oportet. Ab hoc loco uſq; ad xl. diſtin. oſtendit quam peritiã debent habere clerici, & in hac oſtẽdit quod habebũt peritiam literarũ ſacrarũ. In proxi. diſ. oſtendit quod etiam habebũt peritiam ſecularium ſcientiarum. Et inde ſumpta occaſione oſtendit in xxviij. di. qđ ignorantia eſt periculoſa clericis. in xxxix. di. dicit qđ habebunt peritiã ſecularium negotiorũ. Et agit hic de quarto cap. apoſtolicæ regulæ.

[i] Simplicitatis. nec ſimplicitas, nec aliud põt excuſare ſacerdotis imperitiã, ut xxxviij. di. ſi in laicis.

[k] Secularium. Cũ enim epiſcopus ſit iudex corporũ, ut xj. q. j. de perſona. & xij. q. j. præcipimus. & animarũ. x. q. j. quæcũq;. oportet ipſum tam ſpirituali, quã ſeculari ſcientia ornari. xxxix. diſtin. circa prin.

[l] Illiteratos. Scilicet penitus. Sufficit tamen mediocris ſcientia, ut extra de ele. cum nobis olim. Non enim requiritur ĩ clerico ſumma pfectio. ſic. ff. de ædili. edi. ſciendũ. §. illud. & l. ſi quis uenditor. licet ſit arg. contra extra de pur. c. cõſtitutus. Sed quid ſi penitꝰ laicus ordinaretur. nũquid reciperet characterẽ? Sic, ar. j. q. j. uentum. ibi, ſed dicitur. De hoc no. xl. di. ſicut & extra de cle. per ſal. promo. c. uno.

[m] Imminutos. Enormiter.

[n] Seipſos. Ex indignatione. Io.

Qui eccleſiaſticis.

[o] Stipendijs. Id eſt, officijs.

[p] Ordine. Hic habes, ꝙ q̃ iniuſte cõfert aliquẽ ordinẽ, priuatẽ poteſtate cõferẽdi illũ. j. q. j. ſi qui epiſcopi. Alibi ſuſpẽditur à celebratiõe miſſæ p annũ, ut lv. di. nullus. Alibi deponitẽ, ut lj. diſtin. c. j. & lxij. di. c. ult. & lxxxj. di. tãtis. Cũ in hoc ſit pœnarũ uarietas, forte minor amplectitẽ. l. di. cos uel dic ut no. xxj. q. ij. i ſumma. in fi. Cõſueuit diſtigui ꝙ ſi ex negligẽtia ordinat quis indignũ, tũc ſuſpẽditẽ: ſi ex certa ſciẽtia, tunc deponitur.

Affectꝰ uini eſt duplex.

Gen. 19. g

[b] Et ſecundum hoc expone regeneratricis. i. uini, quod generauit ebrietatem & inceſtũ. Archi.

Gen. 18. a

Matt. 11. e

Epiſcopꝰ per laicũ nõ uerberet clericum.

[a] De hoc etiam no. 23. q. 5. ca. 8. in fi.

Sacerdotis imperitia eſt ĩexcuſabilis.

Epiſcopꝰ eſt iudex corporũ & animarum.

Scientia mediocris ſufficit.

[a] De hoc etiam no. xl. diſt. ſicut. & liꝭ. diſt. c. j. & extra de cler. p ſal. pmo. c. j.

Exo. 28. a

tifex rationale ferebat in pectore: in quo ſcribebatur manifeſtatio & ueritas: quia in pectore pontificis manifeſta debet eſſe cognitio ueritatis.

Hinc etiam uectes, qui bus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti, ut cùm arca eſſet portanda, nulla eſſet, uel fieret mora de intromittẽdis uectibus: quia prædicatores, per quos eccleſia circunfertur, ſacris literis ſemper debẽt inſiſtere: ne tũc quærãt a diſcere, cùm ex officio alios debeãt docere. Hinc etiã Dauid prius ex gratia ſpiritus ſancti donũ ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationẽ regni aſſecutus eſt. Salomon quoq; non diuitias, nõ lõga tpa huius uitæ, ſed ſapientiã à Deo expetijt, & impetrauit. Hinc ẽt dominus prius poſuit uerba ſua in ore prophetæ, & poſtea conſtituit b eum ſuper gentes & regna, dicẽs ad Ieremiam: Ecce dedi uerba mea in ore tuo: ecce cõſtitui te ſuper gentes & regna. Hinc ẽt Malachias: Labia ſacerdotis cuſtodiunt c ſcientiã, & legẽ exquirunt de ore eius, q̃a angelus dñi exercituũ eſt.

Hinc etiam idem ſaluator noſter prius in medio doctorum ſedit audiens illos, & interrogans: & poſtea prædicare cœpit: quia prius quiſquis diſcere, & poſtea prædicandi officiũ uſurpare debet. Hinc etiã Salomon ait prius tẽpus tacendi, & poſtea loquendi: quia ueritas prius tacẽdo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur.

Hinc idem dñs ait: qui audit, d dicat ueni. e

Hinc etiam prius apoſtolos docuit: deinde eos ad prædicandum miſit, dicens: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes f & ſimplices g ſicut columbæ. Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea dixit eis: Euntes in mũdum uniuerſum, &c. unũ cùm de quinque panibus quinque millia hominum uellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit: per eos demum turbis appoſuit: quia ſacramenta legis & prophetarum prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit: & per eos tandem illã fidelibus diſpẽſauit. Hinc Petrus etiam cùm rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait: Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti uos ſatisfactionem h de ea fide i & ſpe, k quæ in uobis eſt. Hinc ẽt Paulus ſcribens ad Timothe. ait: Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ.

Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd nõ ſufficit prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrinæ.

Vnde ſacerdotes ingreſſuri templum tabernaculi prius lauabantur in labio æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierũ. Hinc ẽt in canticis cãticorum, oculi, l per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſsimilãtur colũbis quæ reſident iuxta fluenta pleniſsima. m

9 *Hinc etiam Hierony. in Leuitico.*

Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus uacare.

CAN. III.

Exod. 25. 2.Reg.2.a 3. Reg. 3. 2.Par.37. Iere. 1 . b Mala. 2.b Luc. 2 . g Eccl.3 . b

Apo. 22.d Matt. 10. Mat. ult. Mar. 14. b 1. Petr. 3. 1.Tim. 4. d Exod. 38. Canti.5.

Vel aliter. aũt ordinat illum, cum quo de facili diſpẽſare poteſt, uel cũ quo diſpenſare nõ põt, ut ſcd̃m hoc magis, uel minus puniatur. Hodie tñ mitius agitur cum talibus, ut extra de p̃b. graue.

Ecce. CASVS. *Beneuen. ſic ponit caſum huius §. In hoc §. probat Gratianus xiiij. rõnibus, uel authoritatibus, quod epiſcopus debet eſſe peritus in literis. Prima eſt ibi prius. Secunda incipit ibi, hinc etiam uectes. Tertia, hinc etiã Dauid. Quarta, Salomon quoque. Quinta, hinc etiã dominus. Sexta, hinc etiam Malachias. Septima hinc ẽt idẽ ſaluator. Octaua, hinc etiã Salomon. Nona, hinc idẽ dominus Decima, hinc etiam prius. Vndecima, hinc Petrus. Duodecima, hinc etiã Paulus. Decimatertia, unde ſacerdotes. Decimaquarta, hinc etiã in canticis.*

a Quærãt. Nec.n. eps debet egere doctrina aliorum, qm̃ alios debet inſtruere, ut j.q. vij. conuenientibus. ſic xvj.q j. ſicuiue. Io. in auth. de ſanctiſ. epiſc. circa princ.

Epiſcop⁹ aliorũ doctrina nõ debet egere.

ADDITIO.
Si tñ eps minus ſit erudit⁹, ab alio doceri nõ contẽnat: ut patet xviij. diſt. nõ oportet. & xxiij. di. de Conſtantinopolitana. & xx. q. iij. ſi habes.

b Conſtituit. No. et ordine loquẽdi probari ordinẽ factorũ. ſic xliij. diſ. ſit rector. & xx. di. c j. Io. arg. j. q. j. ut euidenter.

c Cuſtodiũt. Quia uidere debet quibus prædicet, & quib⁹ nõ, ut xliij. diſ. in mandatis. & xxij. q. ult. c. pen.

d Qui audit. Diſcendo.

e Veni. Docendo.

f Serpẽtes. Ne eorum dolis ſupplantemini.

g Et ſimplices. ne alijs dolos machinemini. Io. ut xvj. q. j. ſi cupis.

xvj. q. j. ſi cupis.

h Satisfactionem. ſ. reſpondendo eis ſatisfaciatis. Et eſt ar. quod prælati tenentur reſpõdere ad omnes quæſtiones. Nam tantum debẽt differre prælati à ſubditis, quãtum granum à palea, ut xxv. diſt. c. unum orarium. §. noĩe aũt criminis. j. q. j. utiliſsimus. & viij. q. j. licet. Io.

Prælati ad oẽs q̃ſtiones rñdere teneñt.

i De ea fide. i. de articulis, quos creditis & tenetis. Io.

k Spe. id eſt, de his quæ ſperatis.

l Oculi. ſ. ſponſæ.

m Pleniſsima. Sic ſemper prælati ſedebũt iuxta fluẽta euangeliorũ & ſacræ ſcripturę. Et ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquam, ut uideat in ipſa aqua umbrã superuenientis accipitris, & ſic ſibi præcauere conſueuit: ſic prælatus ſibi per ſcripturam præcauebit cõtra hæreticos. x. diſt. in fin. xj. di. nolite. Si quis.

Prælatus colũbã imitetur.

SIquis uult pontifex eſſe, non tam uocabulo quàm merito imitetur Moyſen, imitetur & Aaron. quid enim dicitur de eis? quòd non diſcedūt de tabernaculo domini. erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo domini. Quid autem ei opus erat? Vt aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populū doceret. Hæc duo ſunt pōtificis opera, ut aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditãdo: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, nō ex proprio corde uel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus quod fecit Moyſes: ad bella non uadit, a nō pugnat contra inimicos: ſed quid facit? orat: & donec orat, uincit populus eius: ſi relaxauerit & dimiſerit manus, populus eius uincitur & fugatur. Oret ergo ſacerdos eccleſiæ indeſinenter, b ut uincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui uolūt piè uiuere in Chriſto.

DIST. XXXVII.

SEd quæritur, c an ſecularibus literis oporteat eos eſſe eruditos?

De his ita ſcribitur in concilio Carthag. quarto.

Libros gentilium non legat epiſcopus.

CAN. I.

EPiſcopus gentiliū d libros non legat hæreticorū aūt perlegat pro neceſsitate, aut tempore.

Itē Hieron. ad Damaſum papã de filio ꝓdigo.

Reprehenduntur ſacerdotes, qui omiſsis euãgelijs comœdias legunt.

CAN. II.

SAcerdotes dei omiſſis euangelijs, & prophetis, uidemus comœdias legere, amatoria Buccolicorū uerſuū uerba cãtare, tenere Vergilium in manibus, & id quod in pueris adeſt cauſa neceſsitatis, e crimen in ſe facere uoluptatis.

Idem.

In uanitate & obſcuritate ſenſus ambulãt, qui ſecularibus diſciplinis occupantur.

CAN. III.

NOnne uobis uidetur in uanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus, in dialectica arte torquetur, qui Phyſicus perſcrutator oculos trans cælos leuat, & ultra profundum terrarum, & abyſſi in quoddã inane demergitur, qui iambum feruet, qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſius corde diſtinguit & congerit. & (ut ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit, q̃ adulatē regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat: quaſi in momēto, cui ſit relicturus, ignorat?

Idem in Eſaia.

Qui ſcripturas ſacras malè intelligit, uel ſeculari ſapientia abutitur, uino inebriatur & ſicera.

CAN. IIII

VIno inebriantur, qui ſcripturas ſacras malè intelligunt, f atque peruertunt: ſicera, qui abutuntur ſeculari ſapientia & dialecticorum tendiculis: quæ non tam tendicula ſunt appellanda, quam phantaſmata, id eſt, umbræ quædam & imagines quæ citò pereunt, & reſoluuntur. Idē. Secūdū tropologiam g pſeudo prophetas eos debemus accipere, qui aliter ſcripturarum

---

SI quis uult. CASVS. *Tria ſunt opera, quæ Moyſes & Aaron faciebant. ſ. legere, docere populum, & orare. Hæc tria opera debet epiſcopus facere, ſi uult imitari Moyſen, et Aaron. Et ſi orauerit epiſcopus, uincet populus eius dæmones: ſicut populus Iſrael uicit Amalechitas orante Moyſe.*

a Nō uadit. Nunquid ergo epī nō interfuerunt bellis? imo, 1 q̃a & poſſunt alios hortari ad bellū, ut xxxiij. q. viij. igitur. & c. hortatu. Ioan.

1 Not. in c. hic alle. xxiij. qō. viij. igitꝰ i §. Arch.

b Indefinēter. omnino, uel horis ſtatutis. ſic xxj. q. iij. hi qui. de cōſe. di. v. nunquam. xxxj. di. ſi laicus. ff. de condi. & demon. ſi quis ita xxij. di. ſacroſancta.

Exod. 17.

SEd quæritē. Hęc di. diuiditur in quinq̃ ptes. Scda ibi, cui ergo. Tertia ibi relatum. Quarta ibi, ideo. Quinta ibi, ut itaque. Io. de Fan.

c Sed quęritur. In hac xxxvij. di. quærit 1 G. an ordinãdus debeat habere peritiã ſeculariū ſcientiarū. Primo aūt oſtendit, quod clerici nō debent reſpicerē libros gētiliū. 2 Secundo ponit ar. in cōtrarium, & talē dat ſolutionē, quod quidã legūt libros gētiliū cã delectationis & uoluptatis: & hoc eſt prohibitū. Quidã legūt ad eruditionē: & illud licitū eſt, ut p eos ſciãt recte loqui, & diſcernere uerū à falſo. Io. ut j. e. §. cur ergo. Et noe. quod in oībus c. uſq; ad §. ſed econtra uideē ſola uoluptas prohiberi.

1 Scilicet incidēter. Hugo.

Clerici, an libros gētilium reſpicere poſsint.

2 Et hoc facit uſq; ad §. j. eo. ſed econtra.

d EPiſcopꝰ gētilium ergo nec leges audire debent. Nã opprobrium eſt eis, ſi ſe uelint eſſe peritos diſciplinarum forēſium. C. de teſt. conſulta diualia. Sed contra, leges ſunt per ora principū diuinitus promulgatæ, ut xvj. q. iij. nemo. 4 Dic quod ad hoc licet audire leges, ut p eas melius intelligant canones. Ar. j. ead. di. §. ſed ſeculares. Io.

Epiſcopo. an liceat leges audire.

4 Ad idē C. de lon. tēp. pſcri. l. ſi. xxv. q. j. ideo Archid.

e SAcerdotes. Neceſsitatis. ut ſciant recte loqui.

f VIno. Intelligunt. Talibus, qui male intelligunt dicta magiſtri, eſſent aures præſcindendæ: ut xxiij. quæſ. j. Petrus.

Aures male intelligentibus ſunt euellendæ.

g Secundū tropologiam. i. ſecundū moralem intellectū. à tropos, quod eſt conuerſio, 5 q̃ uerba noſtra cōuertimus ad mores informandos. xliij. di. ſit rector.

Tropologia.

5 Et logos ſermo. inde tropologia. i. conuerſio ſermōis. Hugo. de hoc not. lxxvj. diſt. ieiunium. in fine.

ADDITIO. Iſti contrarium faciebãt. & facit de pœn. di. j. ſuper tribus. Archid.

Legant

a Legīt. Eccleſiaſticis. Ar. contra ē. xxxj. di. omnino.

b Strenā. Strena eſt primum donū, qđ datꝛ in principio calendarum: & datur pro augurio xxvj. q. ul. non obſerueris & dicitur ſtrena, quaſi ſine threna, id eſt, ſine lamentatione.

Strena.

Sportula.

c Sportulam. Quę datꝛ pro fabulis Saturni, uel ꝓ feſtis Saturni celebrādis uel ꝓ ludis Saturni bonæ fortunæ.

d Sed qꝛ filios. Talis repellitꝛ à teſtimonio, ut vj. q. j. ꝗ crimē. Itē nec pōt eſſe ep̄s, ut xlviij. diſ. c. ſicut hi. §. neceſſe. imo potiꝰ dicitꝛ canis, q̄ ep̄s, ut ij. q. vij. ꝗ nec. ſo.

e Legimus. Libros. qꝛ legit eos cā delectationis, nō cā eruditiōis, ut đ cōſe. di. v. nō mediocriter.

f De ſiliquis. i. ſecularibus ſciētijs, quæ inflant, non ſatiant.

Sed ecōtra. CASVS. *Amodo ꝓbat Gratianus, qđ clerici ſecularibus ſcientijs debent eſſe eruditi. Et hoc probatur ſex rationibus. Prima eſt in principio. Secunda ibi, legitur etiam. Tertia ibi, In Leuitico, Quarta ibi, Magi. Quinta ibi. Denique. Sexta ibi, hinc etiā Ambro.*

g Vt expoliarent. xiiij. q. v. dixit.

Tres partes. Scilicet moralem, naturalē, rationalē.

Deſpecta.

Scientiæ ſeculares nō ſatiāt.

Sicut. n. ſiliquæ onerāt uentrē, & inflant, ſed non ſatiāt & ſic illæ a ſpiritua li fame nō liberant, nec cæcitatem expellunt: ſed onere peccatorū & gehēnę reatu grauant. Quicūq; ergo ad remouendā cæcitatem ignorātiæ illas artes & ſciētias diſcere appetit, quaſi ſiliquis uētrē ſuū replere cupit, ſecundum Hu. 1. Reg. 2. c.

† Alias, diſputatione.

uerba accipiunt, quàm ſpiritus ſanctus ſonat: & diuinos eos, qui coniectura mentis ſuæ incerta futurorum, quaſi uera pronuntiant abſque diuinorum authoritate uerborum. Idem. Quicunq; ſcripturas non ita intelligunt, ut rei ueritas habet, uuam acerbam comedunt.

Idem in Epiſtola ad Epheſios.

Reprehenduntur epiſcopi, qui filios ſuos ſecularibus erudiunt literis.

CAN. V.

Legant epiſcopi atq; presbyteri, qui filios ſuos ſecularibus erudiunt literis, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia ſcripta cantare, de eccleſiaſticis a ſumptibus forſitan eruditos. Et quod in Corbonam pro peccato uirgo, uel uidua, uel ſubſtantiam ſuam totam effundēs, quilibet pauper obtulerat, hoc in calendarum ſtrenā b & ſaturnalium ſportulam, c & mineruale munus grammaticus & orator: aut in ſumptus domeſticos, aut in templi ſtipes, aut ſordidum conuertit in lucrū. Eli ſacerdos ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios d ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correctione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt.

Item ex reſponſalibus Vrbani Papæ ad Carolū, ca. xlviij.

PALEA.

Omnem uim inuentorū ſuorum in Dialectica diſputātes † ponūt hæretici, quæ philoſophorum ſententia diffinitur non aſtruendi uim habere, ſed ſtudium deſtruendi: ſed non in Dialectica placuit † deo patri filiò & ſpiritui ſancto. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt: non in contentione ſermonis.

Item Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.

Beatus Hieronymus ab angelo uerberatur, quia Ciceronis libros legebat.

CAN. VI.

Legimus de beato Hiero. quòd cùm libros e legeret Ciceronis, ab angelo eſt correctus, † eò quod uir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

Hinc etiam filius ille prodigus in euāgelio reprehenditur, qui de ſiliquis, f quas porci manducabant, uentrem ſuum replere cupiebat. Hinc etiam Origenes ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij ſunt percuſſi, uanam dialecticorū garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intelligit.

Ex quibus omnibus colligitur, ꝙ nō eſt, ab eccleſiaſticis ſeculariū literarū quærenda peritia. Sed econtra legitur, ꝙ Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum & Chaldæorū eruditi fuerūt. Legitur etiā, ꝙ præcepit dn̄s filijs Iſrael, ut expoliarent g Aegyptios auro & argento: moraliter inſtruens ut ſiue aurū ſapientiæ, ſiue argentū eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in uſum ſalutiferæ eruditionis uertamus.

In Leuitico ēt primitias mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ domino iubemur offerre. Magi quoq; tria munera obtulerūt: in quibus nōnulli tres partes h philoſophiæ uolūt intelligi. Deniq; in expoſitiōe pſalterij Caſſiodorus teſtatur: Oīs ſplēdor rhetoricæ eloquētiæ, omnis modus poeticę locutiōis, quælibet uarietas decoræ pronūtiationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Hinc etiā Ambroſius ait ſuper Epiſtolam Coloſſenſium: Omnis ratio ſupernæ ſcientiæ, uel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earū & author: ut qui hūc nouit nihil ultra q̄rat: quia hic eſt pfecta uirtus & ſapiētia. quicquid alibi quæritur, hic pfecte inuenitur. In Daniele & Salomone oſtendit infidelibus ſe eſſe authorem totius eloquentiæ & ſapientiæ: quod infideles non putant: quia non legunt in Euangelijs & prophetijs aſtrologiam, & alia hu-

† Alias, placuit Deo ſaluare populū ſuū. regnū enim, &c.

† Correctus. Verū eſt figmēta ſcribi, & etiā dolēs imponere. Quare ſemper neceſſarium illud apoſtolicum. Io. & Pau. Oīa legenda, hoc eſt, legi pmiſſa, ſed probāda.

iuſmodi quæ deſpecta [a] *ſunt: quia nil ualent ad ſalutem, ſed mittunt in errorem: et dum his ſtudēt, curam animæ nō habent. qui uero Chriſtum nouit, theſaurum ſapientiæ & ſcientiæ inuenit: quia id nouit quod utile eſt.*

Hinc etiam ait Beda in lib. Regum.

Non prohibeantur clerici ſeculares literas legere.

CAN. VII.

TVrbat acumen legentium & deficere cogit, qui eos a legēdis ſecularibus libris omnibus modis exiſtimat prohibēdos: in quibus ſi qua [b] inuenta ſunt utilia, qua ſi ſua ſumere licet. Alioqui Moyſes & Daniel ſa piētia & literis Aegyptiorum Chaldæorumq; non paterentur erudiri: quorū tamē ſuperſtitiones, ſimul & delicias horrebant: nec etiā ipſe magiſter [c] gentium, aliquot uerſus poetarū ſuis, uel ſcripturis, uel dictis indidiſſet. [d]

2 *Cur ergo legi prohibētur, quæ tam rationabiliter legenda probātur? Sed ſeculares* [e] *literas quidā legūt ad uoluptatē poetarū ſigmētis, uerborumq; ornatu delectati: quidā uero ad eruditionē eas addiſcunt, ut errores gentilium legendo deteſtētur, et utilia quæ in eis inueniunt ad uſum ſacræ eruditionis deuoti uertāt tales laudabiliter ſeculares literas addiſcunt.*

Vnde beatus Gregorius quendam epiſcopum non reprehendit, quia eas didicerat, ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat.

Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam.

Seculares literæ legēdæ ſunt ne ignorentur.

CAN. VIII.

LEgimus aliqua, ne negligamus: [f] legimus ne ignoremus: [g] legimus non ut teneamus ſed ut repudiemus. [h]

Itē Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum.

Grammatica legenda eſt, ut per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur.

CAN. IX.

SI quis artem nouerit grāmaticam uel dialecticam, ut recte loquendi rationem habeat, & inter falſa & uera dijudicet non improbamus. Geometria [i] & Arithmetica & Muſica habēt in ſua ſcientia ueritatem: ſed nō eſt ſcientia illa ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt, noſſe legem, intelligere prophetas, euangelio credere, apoſtolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina etiā poteſt proficere ad uitam, dum fuerit in meliores uſus aſſumpta.

Idem.

Exemplo Danielis probatur non eſſe peccatum ſecularibus literis erudiri.

CAN. X.

QVi de menſa [k] & uino regis nolunt comedere, ne polluantur utique: ſi ſapientiam atq; doctrinam Babyloniorum ſcirent [l] eſſe peccatum,

[a] Deſpecta. reſpectu aliarum ſcientiarum. Ioan.

[b] TVrbat. Si qua. Argu. quod utile non uitiatur per inutile: ut xvij. quæſt. iiij. quæſt. ſ. diſtin. ix. ſi ad ſcripturas. cōtra. Ioan.

[c] Magiſter. Nam legitur, quod cum Paulus ueniſſet Athenas, uidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptum: Hæc eſt ara ignoti dei: [1] in quo uiuimus, mouemur, & ſumus: a qua ſcriptura apoſtolus incepit prędicationem ſuam: & aperuit illis Athenienſibus ſenſum illius ſcripturæ, proſequēs de Deo noſtro, & dicens: Quem uos dicitis ignotum, ego prædico & colo. tunc Dioniſius Areopagita uidēs quendam cæcum tranſeuntem dixit illi, Si illuminaueris iſtum cæcum, credā tibi: qui ſtatim inuocato nomine Chriſti illuminatus eſt, & ille credidit.

[d] Indidiſſet. In epiſtola Pauli ad Titum illud Epimenidis poetę, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. j. quæſtio. j. dominus declarauit. Interſeruit etiā in prima epiſtola ad Corinth. illud Menandri: Sæpe bonos mores corrumpūt colloquia praua. xxviij quæſtio. j. ſæpe. Item uſus eſt illo uerſu: Odero, ſi potero: ſi non inuitus amabo. ſed Hierony. de conſec. diſtinctio. v. nōnunquā. uſus eſt uerſibus Virgilij: & Augu. illo Lucani, meus hauſti nulla, & c. xxvj. quæſtio. quinta. nec mirum. & iuriſperitus authoritate Virgilij. ff. de rerum diuiſione. inſtantum. §. cenotaphium. & Homeri inſti. de contrahē. empt. §. pretium.

[e] Sed ſeculares. Vnde beatus Gregorius. ſ. lxxxvj. diſt. cum multa.

[f] LEgimus aliqua, ne negligamus. Vt uetus teſtamentum.

[g] Ne ignoremus. Nam quamuis nullus ſit uſus, tamen ſcientia neceſſaria eſt: ut ſ. diſtin. viij. c. ultimo.

[h] Repudiemus. ut libros hæreticorum: ut xxiiij. qō. iij. c. ult.

[i] SI quis. Geometria. De aſtronomia non facit mentionē, quia hæc abijt in deſuetudinem: ut xxvj. q. ij. c. ſors non eſt. §. his ita.

[k] QVi de mēſa. Daniel Ananias, Miſael, Azarias, [2] nam turpe eſt alicui decertāti, ius in quo uerſatur, ignorare: ut ff. de origine iuris. l. ij. §. ſeruus.

[l] Scirent eſſe peccatū. Ex eo, quod Hieronymus hic induxit exemplum Danielis, colligitur argumen. quod in dubijs recurrendum eſt ad exempla maiorum & aliorum. xvj. quæſtio. j. ſunt, nonnulli. xxij. quæſtio. j. ut noueritis. j. quæſtio. vij. conuenientibus. xij. quæſtio. ſecunda. queſt. xvj quæſtio. iij. pręſulum. xiiij. quæſtio. j. capi. ult. xxvj. quæſtio. ij. non ſtatim. & cap. non exēplo. C. de ſen. & interlo. nemo. contra. Solu. ubi iura deficiunt, recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia: alias nō. xx. diſtin. de quibus. dic ut ibi. Item ar. præſumi eo ipſo bonū, quod ab aliquo bono

[1] Alias, Ignoto deo, datiui caſus

Dionyſi⁹ per prædicationem Pauli fuit cōuerſus.

Apoſtolus uſus ē ſecretijs poeticis.

Daniel & ſocij ſui.

[2] Iſti alio noīe dicti ſunt Balthaſar, Sidrac, Miſac, & Abdenago, ſecundū Hugo. & Laurent.

Dan. 1. a Recurrit qñq; de ſimilib⁹ ad ſimilia.

bono fit factum:ut vij.q.j.omnis qui. & xxiiij.q.j.cū beatiſsimus.ix.q.ij.Lugdunenſis.xij.q.j.expedit.xxviij.q.j.ſic enim.xxxj.diſt.omnino.Ioannes.

Virgilius. a Prædicta. Scilicet de incarnatione, ut illud Virgilij. Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Ouidius. b Contineri. Vt illud Ouidij: Odero, ſi potero: ſi non, inuitus amabo, &c.

nunquam acquieſcerent diſcere, quod nō licebat. Diſcunt aūt nō ut ſequantur, ſed ut iudicēt, atq; cō uincant. Quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos uelit ſcribere imperitus matheſeos, riſui nō pateat: & aduerſus philoſophos diſputans, ſi ignoret dogmata philoſophorū? diſcant ergo ea mēte doctrinam Chaldaicam, qua & Moyſes oēm ſapientiā Aegyptiorum didicerat. Idē. Si quando cogimur literarū ſecularium recordari, & aliqua ex his diſcere, quæ olim omiſimus, non noſtræ eſt uoluntatis: ſed (ut ita dicam) grauiſſimæ neceſsitatis, ut probemus ea, quæ a ſanctis pphetis ante ſecula multa prædicta [a] ſunt tam Græcorum, quàm Latinorum & aliorum gentilium literis contineri.[b]

Itē ex ſynodo Eugenij papæ.

Magiſtros & doctores epiſcopi cōgruis locis conſtituant.

CAN. XI.

DE quibuſdam locis ad nos referēt, neque magiſtros, [c] neq; curam inueniri pro ſtudio literarum. Idcirco ab uniuerſis epiſcopis ſubiectis [d] plebibus & alijs locis, in quibus neceſsitas occurrerit omnino cura, & diligētia habeat, ut magiſtri [e] & doctores cōſtituātur, qui ſtudia literarū, liberaliūq; artiū dogmata aſsidue [f] doceant: quia in his maxime diuina manifeſtantur, atq; declarantē mādata.

Item Aug. in lib. contra Manichæos.

Authoritatibus gentilium eorum uanitas retunditur, atque conuincitur.

CAN. XII.

SI quid ueri [g] de deo Sibylla, uel Orpheus alijve gentilium uates, aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, ualet quidem [h] ad reuincēdam paganorū uanitatem: non tamen ad iſtorū authoritatem conplectendam. Quantum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem angelorum, & confeſsionem demonum: [i] tantum inter authoritatē prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum.

Item Clemens Papa.

Ad intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, ſecularium peritia neceſſaria oſtenditur.

c DE quibuſdā. Neque magiſtros. Argu. quod ſcholares [1] in ſcholis, de eccleſijs ſuis debent habere præbēdas. ſ. diſt.xxxij.ſi qui.ff. ex qui. cau.ma. in integ. necnō. ff.de neg. geſt.l.j. extra de cle.nō re. inter quatuor. j.q.ij.ſacerdos. Sed cōtra j.qō. ij. placuit. j. de conſecra. diſt.j. nemo. j.xij. q. ij. conceſſa. xvj. q.j. generaliter.

[1] Intelligo aliquē eſſe i ſcholis, licet aliqn̄ diuertat cauſa eūdi ad curiā Romanā, uel alibi ſtatim reuerſur⁹ nam tunc nec diuertiſſe uidetur. de pœ. diſ.j. diuortiū. Archid.

d Subiectis. id eſt, baptiſmalibus eccleſijs.

e Vt magiſtri. Quid iuris ſit de magiſtris, habes extra de magiſtr. quia nōnulli. & extra de magiſt.ca. j. quia a clericis ipſius eccleſiæ & a pauperibus nihil petent, ut ibi dr̄. Sed nunquid magiſter iure licito poteſt facere collectam? Videtur qđ non, quia ſcientia donum Dei eſt:unde uendi non poteſt:ut j.q. iij. non ſolum. quia profeſſores iuris et ſi honeſte accipiunt. tamen inhoneſte petunt: ut ff. de uar. & extraor. cog l.j. §. eſt enim quidā. Item quia potius debent proijcere pecuniam exemplo Cratis.xij.quæ.ij.gloria. §.Crates. Item quia propter honorem adipiſcēdum legūt, non propter utilitatem aliorum: quare tanquam ſuorum negotiorum geſtores nihil ab auditoribus petere debēt: ut ff.de neg.geſt.ſi pupilli.§.ij.Sed cō tra: qui pro tempore præſtat obſequium, debet conſequi beneficium:ut xij.q.ij.charitatem. Item quare non poſſet magiſter uendere doctriuam ſuam, ſicut iuriſperitus conſilium:ut xiiij.quæ.v.non ſane? Item nonne teſtis gratis teſtatur, & tamē recipit procurationem, id eſt, pecuniam procurationis nomine, ut iiij.q.iij.c. ſi teſtes.§.uenturis. Et epiſcopus gratis cōſecrat eccleſiā, tamē recipere pōt procurationem: ut extra de ſim.cum ſit.& officium magiſtri remunerandum eſt:ut.ff.de do. Aquilius? So. tunc petat magiſter collectam, cum ei ſua pleniſsime non ſufficiūt: ut x.q.iij.priſcis. & xij.q.j.epiſcopus eccleſiaſticarū rerum. Ioan. Ego credo quicquid dicat Io. quod magiſter poteſt facere collectam, de qua uiuat & procuretur, etiam ſi abundet: [2] quia epiſcopus cum conſecrat eccleſiam, & cum uiſitat, recipit procurationē, etiā ſi abundet. ut in decre. de ſim. cum ſit Romana. & extra de cenſi. cum apoſtolus. & eo.tit.ſopitæ. nec uēdit magiſter ſciētiā, quia æſtimari non pōt, ſed pro labore ſuo promittitur ei præmium. Nam prædicator non dicitur uendere prædicationem, & tamen petere poteſt ſuſtētationem, ut extra de reſcrip. cum ex officij. & de cēſib. cum uenerabilis. & xiij. quæſt. j. c. eccleſias. §.his itaque. & §. quia ergo. Bart. [3]

Magiſter pro docēdo an poſſit collectā facere.

[2] Ar. cōtra.ix. qō. iij. cauendum. iuxta fin. ubi de hoc, & ibi dicam. Archi.

f Aſsidue. i. horis competentibus ſic ſupra. xxxj. diſt. ſacerdotib⁹. ff.de cō di.& demō. ſi quis ita legauerit.

[3] De hoc etiam no. j. q.iij. ut dentes. & plene extra de magiſtris.ga Archi.

g SI quid ueri. Arg.quod teſtes uel inſtrumenta poſſunt pro parte rata haberi. pro parte non, ut dixi ſ.diſtinct. ix. ſi ad ſacras. Sed illud uerum eſt, quando reprobantur ratione perſonæ: ſecus ſi reprobantur propter dicta. Item argumen. quod ſi aliquid induxero pro me, quod non teneor recipere contra me. ſ.diſ.xix.ſi Romanorum. contra. Ioan. Solu. ſi utor aliquo contra me, & pro me uti debeo, niſi in caſibus ſpecialibus.ij.q.vij.ſi hæreticus. Dic ut ibi. Bart.

Inſtrumēta poſſunt pro parte approbari, & pro parte reprobari.

h Valet quidem. Arg. eſſe argumentandum ab exemplis paganorum, & in dubijs ad ea recurrendum. j. xiij.q.ij.quæſta.ſ.diſtinct.xxj.ſubmittitur.

i Demonum. Cum dixerunt filio Dei, Ad quid uenisti ante tempus torquere nos? Apoſtolus tamen in epiſtola ad Corinth. uidetur contrarium dicere, cum dicit: Si cognouiſſent eum, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Dic, quod ſic perfecte eum non nouerunt, tamen credebant eum filium Dei, cum uiderunt eum ambulantem ſuper aquas: cum uiderunt eū eſurire, non credebant.

Diaboli utrum cognouerūt Chriſtum eſſe filium Dei.

Rela-

CAN. XIII.

3 RElatũ nobis eſt, quòd quidam in ueſtris partibus commorantes aduerſantur ſacris doctrinis: & prout eis uidetur, non ſecundum traditionem [a] patrum, ſed iuxta ſuum ſenſum docere uidentur. Multas enim quidam (ut audiuimus) ueſtrarum partium ingenioſi homines ex ijs, quæ legunt, ueriſimilitudines [b] capiunt. & ideo diligẽter obſeruãdum eſt, ut lex Dei cùm legitur, non ſecundùm propriam ingenij uirtutem, uel intelligẽtiam legatur, uel doceatur. Sunt enim multa uerba in ſcripturis diuinis quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſque ſponte præſumpſerit: ſed non oportet. Non enim ſenſum extrinſecus alienum [c] & extraneum debetis quærere: ut quoquo modo ipſum ex ſcripturarum authoritate confirmetis: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere ueritatis oportet. Et ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere [d] ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundùm ueritatem ſibi traditam ſeruat: ut & ipſe poſsit eam, quam rectè ſuſceperit, competenter aſſerere. Cùm enim ex diuinis ſcripturis integram quiſq; & firmam regulã ueritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudijs, quæ fortè etiam in pueritia, [e] attigit ad aſſertionem ueri dogmatis conferat: ita tamen, ut ubi uera didicit, falſa & ſimulata declinet.

Item Iſidorus in libro ſententiarum.

Quare prohibeatur Chriſtianus poetica figmenta legere.

CAN. XIIII.

4 IDeo prohibeẽ Chriſtianis legere figmẽta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitãt ad incentiua libidinum. Nõ enim thura [f] ſolùm offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

5 *Vt itaque ex præmiſſis authoritatibus apparet, imperitia ſacerdotibus ſẽper eẽ debet aduerſa: quoniã ſi per ignorantiam cæcitatis alijs ducatum præſtare cœperint, ambo ĩ foueam cadũt. Vnde dicitur in Pſalmo: Obſcurentur oculi corũ, [g] ne uideant & dorſum [h] eorũ ſemper incurua. Cùm. n. obſcurãtur illi, qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum facilè ſequentes inclinantur. Elaborandum eſt itaq; ſacerdotibus, ut ignorantiã à ſe quaſi quãdam peſtem abijciant. Licet enim ſeruus neſciens uolũtatem domini ſui & non faciens, dicatur uapulare paucis, non tamẽ hoc de oĩbus generaliter intelligitur. Ait enim Apoſtolus: Qui ignorat, [i] ignorabitur. quod de eo in-*

RElatũ. Hæc eſt.iij.ps huius di. in qua dicit, q à ſapiẽtibus debem⁹ audire, quę legunẽ ĩ ſacra ſcriptura. Io. de Fant.

a Traditionẽ. Tales dicuntur transferre terminos patrum, ut xxiiij. q. iij. transferunt.

b Veriſimilitudines. i. ſtatim uolũt per ſimilitudines procedere ĩ alijs. & licet per ſimilia licitũ ſit argumẽtari: [1] ut xx. diſt. de libellis non tamen ſemper, ut xxvij. q. j. nuptiarũ. & xxviij. q. j. ſic enim.

c Alienum. Niſi illud reperiatur in authoritate, ut cũ inuenimus annum poni pro die, uel econtra: ut xxxj. diſ. tenere. xxxiij. q. ij. hoc ipſum.

d Diſcere. Prius. n. debet diſcere, quã docere: ut xvj. q. j. ſic clericatus. & c. ſic uiue. & xxxvj. di. c. qui eccleſiaſt. §. ecce.

e In pueritia. Ar. quod aliquis põt teſtificari de eo, quod uidit in puerili ætate: ut hic, & de conſec. diſt. iiij. cum itaq; & c. placuit. & xxvj. diſt. deinde. Nam & liber factus poteſt teſtificari de eo, quod uidit, cã eẽt ſeruus: ut ff. de uerb. ſig. l. notionem. §. ul. [2] Arg. contra, quia hæc ætas neſcit quid agat: ut C. de fal. mo. l. j. & impubes nihil intelligitur ſcire: ut ff. de iur. & fac. igno. l. ulti. Dic, quod ſi fuerit capax doli, bene poteſt de eo, quod tũc uidit, teſtari de puro facto: ſed de circunſtantijs, ſcilicet qualiter quid factũ ſit, nõ: quia in hoc facile potuit falli memoria. Io. Quod ſatis credo, arg. inſtit. de inuti. ſtip. §. pupillus. ff. de reg. iuris l. in negotijs. Bartho.

[1] Ad hoc extra de cõſti. trãſlato. & de reſc. iter. & de trãſla. ſter. extra de appell. una. ff. ad legẽ Aquil. illud. Arc.

Teſtificari põt qs de eo, qđ uidit ĩ ætate puerili.

[2] Ad idẽ facit expſſe, ut uidetur ff. ad Syll. l. excipiũtur. Archi.

IDeo prohibeẽ. Hæc eſt quarta pars huius diſtinctiõis, in qua dicit cauſam, quare fuit prohibitum ſtudere in libris gentilium. Io. de Fant.

f Thura. Quaſi dicat non refert, an quid fiat, an eius ſimile: ut xj. q. iij. exiſtimant. & lxxxvij. diſ. paſce. ff. man. l. ult.

Vt itaq;. CASVS. *Cõcludit Gratia. ex ſupradictis, quod ſacerdotes debent ignorãtiam omnino uitare: quia ſi ſacerdotes cæci, & ignorantes uelint docere ſubiectos ambo in foueam cadunt: quod probatur authoritate Pſal. Et licet quis uelit ſe excuſare authoritate Euãgelij dicẽtis, Seruus neſciẽs uoluntatem domini, &c. non tamen prodeſt. Et hoc probatur authoritate Apoſtoli. qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo; qui inuenit à quo potuit diſcere, alias punitur. quod probatur authoritate Augu. non omnis. &c. Sequens cap. patet.*

g Oculi eorũ. i. plati; q regũt alios.

ADDITIO.

ut xxxvj. di. d. c. q eccle. § ecce. in fi.

Alias; oculi eorũ ſcilicet plalatorũ q. &c.

h Dorſum. i. ſubditos. qui ſuſtentari debent à prælatis, quaſi in dorſo: uel quia ſequũtur dorſum ipſorũ. xj. q. iij. præcipue.

i Qui ignorat. Id eſt, qui negligit ſcire, uel contemnit ſcire.

ADDITIO Nam ignorantia, quæ eſt ex culpa. nocet xxviij. q. j. c. j. §. ex his.

Qui

Excuſantur ne hi, ad quos apoſtolorũ pdicatio nõ puenit?

a Qui noluit uidetur ergo, quod illi ſint excuſati, ad quos prædicatio Apoſtolorum non peruenit: ut lxxxij. di. ꝓpoſuiſti. Sed nõ eſt ita: quia in oẽm terram exiuit ſonus eorum. xix. diſtin. ita dominus. Nec excuſatur quis per ignorantiam, qui poteſt habere copiam peritorũ. ff. de iur. & facti igno. l. regula. uel ſi ſua prudentia facile potuit illud ſcire. C. de inge. ma. l. iij. ff. qs ordo in bonorũ poſſeſſione ſeruetur. l. ij. §. in bonorum.

b Non oĩs. A pœna. i. à peccato, ꝓ quo debetur pœna, uel à pœna æterna: aliter nõ congrue diceret: nec etiã uerum cum in quolibet ignorante ſit pœna eoipſo, qđ ignorat, ſecundũ Hug.

Cum itaque. hæc di. diuidit in tres partes. In prima intẽdit probare, quod omnes ſacerdotes & alij maiores & minores debent eſſe inſtructi in lege diuina, & præcipue in canonica. & probat hoc per decem authoritates. Secũda ibi, Quamuis. Tertia ibi, Sed licet. Io. de Fan.

c Cum itaq;. Superiori di. facta fuit mentio de ignorãtia: ideo magiſter annectit iſtam xxxviij. di. in qua oſtendit, quod ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus. Notandũ eſt ergo, qđ ignorãtia iuris, alia eſt iuris naturalis, alia ciuilis uel canonici. Ignorãtia iuris naturalis neminem excuſat, ſi eſt adultus, uel diſcretus: quia in his parum intereſt decipere, uel decipi poſſe: ut xvj. quæſtio. j. ſi cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis, uel canonici neminem excuſat: ut ĩ. ea. c. ſi in laicis. & c. quæ ipſis. Aliquos tamen excuſat, ut milites, mulieres, ¹ ruſticos, minores. Io. in damno tamen uitãdo nulli nocet, ut ff. de iuris & facti ign. error. in ſi. niſi in ijs, quæ introducta ſunt ad rigorem iuris conſeruãdum, ut in conſtõne, ſi quis in tantã. C. unde ui. & in præſcriptionibus. Bar. Ignorantia facti alia probabilis, & hæc excuſat: qa & peritiſsimos fallit: ut ĩ. j. q. j. ſi qs à ſimõiacis. & ix. q. j. ordinatiões. Alia eſt craſſa, & ſupina: ut cum quis ignorat id, quod publice factũ eſt in ciuitate. Hæc neminem excuſat, ut xvj. diſt. quod dicitis. xij. q. ij. qui & humanis. Hoc plenius inuenies. j. q. iiij. c. ul. in ſi.

Ignorãtia iuris eſt multiplex

1. Timot. 4. d

¹ De hoc legi. & no. xxij. qõ. iiij. c. innocens. §. illicitũ. fœminas cũ nõ in oĩbus excuſat ignorãtia: ſed in quibuſdã, ut no. ff. de iuris & fa. ign. l. regula. in prin. & C. e. ti. l. fin.

Ignorantia facti, eſt multiplex.

telligẽdum eſt, qui noluit a intelligere, ut bene ageret.

Vnde Auguſtinus ait in lib. quæſtionum.

CAN. XV.

Non omnis, qui ignorat, immunis eſt à pœna. Ille enim ignorãs poteſt excuſari à pœna, b qui quod diſceret, non inuenit. Illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habentes a quo diſcerent, operam non dederunt.

DIST. XXXVIII.

¹ c *Cum itaq; uolũtaria ignorãtia oĩbus ſit noxia: ſacerdotibus eſt periculoſa.*

Vnde in concilio Toletano legitur.

Sacerdotibus maximè ignorantia uitanda eſt.

CAN. I.

Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè ſacerdotibus Dei euitanda eſt, qui docendi officiũ in populo Dei ſuſceperunt. Sacerdotes legere ſanctas admonentur ſcripturas, Paulo apoſtolo dicente ad Timotheũ: d Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ, & ſemper permane in his. Sciant ergo ſacerdotes ſanctas ſcripturas & canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina conſiſtat, atq; ædificẽt cunctos tam fidei ſciẽtia, quàm operum diſciplina.

Idem ex eodem.

Officialem libellũ ab epiſcopo accipiant presbyteri, cùm ordinantur.

CAN. II.

Quando presbyteri in parochijs ordinãtur libellum officialẽ e à ſacerdote f ſuo accipiant: ut ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi accedant, ne per ignorantiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis Chriſtũ offendãt. Cùm uerò ad litanias g uel ad concilium h uenerint, rationem epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrent uel baptizent.

Item Leo epiſcopis Cõſtantin.

Inſcitia ſacerdotum, nec excuſatione eſt digna, nec uenia.

CAN. III.

Si in laicis i uidetur intolerabilis inſcitia, quantò magis in ijs, qui præſunt, nec excuſatione eſt indigna, nec uenia.

Itẽ Celeſtinus orthodoxis omnibus epiſcopis.

Canones non licet ſacerdotibus ignorare. CAN. IIII.

Ignorãtia. CASVS. *Docet hic conciliũ Toletan. quod ignorãtiã ſacerdotes Dei debent uitare, quæ mater eſt cũctorũ errorũ: & iõ maxime in ſacerdotibus eſt uitãda. Vnde ſacras ſcripturas legere debent, quibus populos ſibi cõmiſſos ualeãt erudire tã in ſciẽtia fidei, quàm in moribus: & hoc probatur authoritate Apoſtoli dicẽtis: Attende lectioni, &c.*

d Ad Thimotheũ. Ar. quod uni dicĩ ad oẽs extẽdiĩ, ut xxiiij. q. j. quodcũque. & xvj. q. j. prædicator. lxj. di. miramur. de peni. di. j. c. quis aliquãdo. §. his authoritatibꝰ. ² C. de diuer. reſcri. l. j. ff. de pa. iuris gentiũ. §. pactorũ. Arg. contra. xxv. di. qualis.

² Verũ nunc aut alias eſt c. ad idem de conſe. di 4. proprie.

e Quando. Officialẽ. in quo cõtinetur officiũ eccleſiaſticũ.

f A ſacerdote. Id eſt, epiſcopo.

g Ad litanias. Id eſt, in rogationibus. Et ſic patet, quod omnes ſacerdotes uenient ad cathedralẽ eccleſiam in feſto rogationũ ſic. ĩ. de conſe. di. iij. c. iij. de conſe. di. j. & hoc.

Proceſsiones rogationum.

h Vel ad concilium. Sic patet, quod conuentus quẽ habet epiſcopus cum clericis ſuis, dicitur concilium, ut xviij. qõ. ij. abbates. xij. qõ. ij. placuit. xviij. di. propter. & c. placuit.

i Si in laicis. Videtur ergo quod laici habebunt peritiam iuris: maxime ſi ſint iudices, cũ teneãtur ferre ſententiam in ſcriptis, ut dixi xx. diſtin. c. j. Sed põt intelligi de iure conſuetudinario, uel de iure naturali, in quo periculoſa eſt ignorantia: ut xvj. q. j.

Laici iuris peritiã debẽt habere.

ᵗ Vel dic quod hoc c. poteſt intelligi de illis laicis qui in dignitate ſunt cõſtituti, de quibus habes exẽplum lix. diſt. ſi officia. Arch.

³ Ad idẽ lxj. diſ. ſtatuimus. & extra de conſan. & affi. c. j. in 6. & j. co. omnes.

⁵ Scilicet a principio gloſ.

⁸ Hic ad de qđ legi. & not. 33. q. 5. c. 2. in glo. 2. 23. diſt. quorũdã. Archidia.

Mat. 15. b

Pſal. 118.

⁹ Alias, ſcipit Florentium.

Subſtantia. Imo uerbũ ſubſtantia, ꝓprie ſtat. id eſt, fundamentũ, & id ipſũ quo ſubſiſtit uerũ. Vnde Io. Chryſoſt. Tomo 4.

q. j. ſi cupis. ᵗ

ᵃ NVlli ſacerdotum. Canones. Pœnitẽtiales, ſi intelligis de ſacerdotibus: ut xxvj. q. vij. tempora. ſi intelligis de epiſcopo planum eſt: ut xxiij. diſtin. qui epiſcopus. ²

ᵇ QVæ ipſis. Ad diſcendum. Supple hæc ſunt. ²

ᶜ Sacramentorũ. i. miſſale.

ᵈ Computus. quo ad dies & menſes.

ᵉ Si unum. Arg. quod ubi plura requirũtur ex neceſſitate, ſi unũ ex his deeſt, nihil agitur, ut de conſe. di. iiij. in ſynodo. xxij. q. ij. animaduertendum. Sic qui offendit in uno, factus eſt reus omniũ: ut de pœni. di. v. conſideret. & eſt ſimile ³ C. de teſta. ſi unus. & ff. de trãſactionibus. cũ hi. §. ſi prætor. Argu. contra. xxx. q. v. aliter. ff. de uẽt. inſpi. l. j. in ſi. ⁴

ᶠ Vix. Quia ubi res deeſt, nec nomen habebitur: ut lxviij. diſtin. corepiſcopi. vij. quæ. j. factus. C. de ſer. à nullo. xxxv. q. vij. quid eſt.

ᵍ OMnes pſallentes. Repromittimus. id eſt, uidemur nos obligare, cum dicimus illa uerba, In iuſtificationibus tuis meditabor.

ʰ Pſalterium. lxxxv. diſt. archidiacono. ⁵ xxiij. diſ. cui epiſcopus.

ⁱ Subſtantia. i. de ſubſtãtia ſacerdotij uidetur eſſe, quod ordinandus habeat ſcientiam.

ᵏ Si diſceptauerit. id eſt, ſi contra dixerit.

ˡ PLacuit. Inculcentur. ſimiliter cum nouũ celebratur concilium. ut xviij. diſt. decernimus. xj. q. iij. curæ.

ᵐ SIcut ſtellas. Firmamẽto id eſt, meditationi & lectioni. H.

ⁿ Mundana. Vnde dicit, ama ſcientiã ſcripturarum, & carnis uitia non amabis. de conſec. diſ. v. nunquã. Hu. & Lau.

ᵒ SI iuxta. Sapiẽtiã. ſic argumẽtat: Chrs eſt ſcia, ergo qui ignorat ſcientiã, ignorat Chrm ⁶ & intellige de tali ignorantia, quæ contẽnit diſcere. ſ. proxima. c. fin. Io.

ᵖ QVi ea. Sapiũtur. id eſt, approbantur. Igno-

⁶ Adde quæ tenẽtur ſcire chriſtiani ad beatitudinẽ cõſequẽdam not. Bal. in gl. ſuprie. C. de ſum. trin. Inn. & Io. An. in c. ij §. ꝓ defectu de renun.

Oſeæ. 4. b

† Pro declaratiõe huius ca. uide Alexand. de Imo. in l. ſi quis. C. & pa. & §. igitur ordinandus. in authẽ. quomodo opor. epi.

1. Corin. 1. d.

NVlli ſacerdotum liceat canones ᵃ ignorare, nec quicquam facere, quod patrum poſſit regulis obuiare. Quæ enim a nobis res digne ſeruabitur, ſi decretaliũ norma conſtitutorũ pro aliorum libitu licentia populis permiſſa frangatur.

Item ex dictis Augu.

Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria ad ſciendum.

CAN. V.

QVæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſint ad diſcendum, ᵇ id eſt, Sacramentorũ ᶜ liber Lectionarius, Antiphonarius, Baptiſterium, Computus, ᵈ Canones pœnitentiales, Pſalterium, Homiliæ per circulum anni in dominicis diebus & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus ſi unũ ᵉ defuerit, ſacerdotis nomen uix ᶠ in eo cõſtabit quia ualde periculoſæ euãgelicæ minæ ſunt, quibus dicitur, Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

Item ex ſexta ſynodo.

Quæ oportet ſcire eum, qui epiſcopus eſt ordinandus.

CAN. VI.

OMnes pſallentes repromittimus ᵍ deo, In tuis iuſtificationibus meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos. quod omnes quidẽ Chriſtianos obſeruare ſaluberrimum eſt. ſed præcipue hos, qui eccleſiaſticam conſecuti ſunt dignitatem. Vnde diffinimus omnem, qui ad epiſcopatus eſt prouehendus gradum, modis omnibus pſalterium ʰ noſſe, ut ex hoc etiam omnis clerus, qui ſub eo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metroplitano, ſi in promptu habeat legem ſcrutabiliter, & non tranſitorie, tam ſacros canones & ſanctum euangeliũ quã diuini apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam: atque ſecundũ mandata conſeruare, & docere ſibi populũ cõmiſſum. Subſtantia ⁱ enim ſummi ſacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, id eſt, uera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quẽadmodum magnus perhibet Dionyſius. Quod ſi diſceptauerit, ᵏ & ita libenter facere, & docere minime ſpoponderit, nullatenus conſecretur. Ait enim prophetæ Deus: Tu ſcientiã repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.

Itẽ ex concilio Charthaginenſi quarto.

De eodem.

CAN. VII.

PLacuit † ut ordinandis epiſcopis, uel clericis, prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur ˡ ne ſe aliquid contra ſtatuta concilij feciſſe pœniteant.

Item Zepherinus papa.

Sacra ſcriptura inhærentes non obſcurantur iniquitate mundana.

CAN. VIII.

SIcut ſtellas cœli nõ extinguit nox, ſic mentes fidelium & inhærentes firmamento ᵐ ſanctæ ſcripturæ non obſcurat mundana ⁿ iniquitas.

Item Hieronymus in Eſaiam.

Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti.

CAN. IX.

SI iuxta Apoſtolum Paulum Chriſtus Dei uirtus eſt, & Dei ſapientia: & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei uirtutem, eiuſque ſapientiam, ᵒ ſcripturarum ignorantia, Chriſti eſt ignorantia.

Item Gregorius in Moralibus.

A domino ſciuntur, uel ignorantur, qui ea, quæ Dei ſunt, ſapiunt, uel ignorant.

CAN. X.

QVi ea, quæ Dei ſunt, ſapiunt, a domino ſapiuntur: ᵖ & qui ea, quæ

Dei ſunt neſciunt a domino neſciuntur: Paulo atteſtante, qui ait: Si quis ignorat [a] ignorabitur.

Idem. Quicunque ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna.

Item Auguſtinus

Non qui aliquid neſcit, ſed qui putat ſe ſcire, quod neſcit, errare probatur.

CAN. XI.

2 QVamuis errare [b] quanta poſſumus cura cauendum ſit non ſolum in maioribus, uerũ etiam in minoribus rebus: nec niſi rerum ignorantia poſsit errari: non eſt tamen conſequens, ut continuo erret quiſquis aliquid neſcit: ſed ſi quis exiſtimet ſe ſcire, quod neſcit. Pro uero quippe approbat falſum, quod erroris eſt proprium. Veruntamen in qua re quiſquis erret, intereſt plurimum. Nam in una eademq; [c] re, & neſcienti ſciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuerſis aũt rebus, i. cũ iſte ſcit alia, ille alia: & iſte utiliora, & ille minus utilia, uel etiam noxia: quis non in eis quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? ſunt enim quædam, quæ neſcire melius eſt, quam ſcire. [d]

3 Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid uitioſum proferãt epiſcopi, uel presbyteri, non tamen ideo a ſcholaſticis ſunt deſpiciendi: quia morum uitia magis, quam uerborum ſunt præcauenda.

Vnde Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus.

Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem.

CAN. XII.

SEdulo monendi ſunt ſcholaſtici, ut humilitate induti Chriſtiana, diſcant non contemnere, quos cognouerint morũ uitia magis, quàm uerborum deuitare: ſed cordi caſto linguã exercitatã nec conferre audeant, quam etiam præferre conſueuerũt. His maxime utile eſt noſſe ita eſſe præponẽdas uerbis ſententias, [e] ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeant ueriores, quam diſertiores audire ſermones: ſicut malle debẽt prudentiores quàm formoſiores [f] habere amicos. Nouerint enim nõ eſſe uoces ad aures Dei, niſi animi affectũ. Ita enim non irridebũt, ſi aliquos antiſtites & miniſtros eccleſiæ forte animaduerterint, uel cum barbariſmis, uel ſolœciſmis Deũ inuocare, uel eadẽ uerba, quæ pronuntiant, non intelligere, [g] perturbateq; diſtinguere. Non, quia iſta minime corrigenda ſunt, ut populus ad id, quod plane intelligit, dicat [h] amen [i] † ſed quia pie toleranda ſunt ab eis, qui didicerunt, ut ſono [k] in foro, ſic uoto in eccleſia benedici. Itaq; [l] forenſis illa [m] nonnunquam forte bona dictio, [n] nunquam tamẽ benedictio dici poteſt.

Idem ad Alexandrinum epiſcopum.

CAN. XIII.

INdignum uehementer exiſtimo, ut uerba cœleſtis oraculi, reſtringam ſub regulis Donati. [1]

Idem de uera religione

---

a Ignorat. Intellige de eo qui contẽnit ſcire, uel de eo, qui de facili ſcire poſſet, ſi habuiſſet tractatum cum peritis: ut C de inge. ma. l. iij. ĩ. diſt. proxi.

QVàuis. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua dicit, quod illi errant, qui falſa pro uero approbant: uel econtrario. Ioan. de Fan.

b Errare. Errare enim eſt aliud pro alio putare: ut xxij. quæſtio. ij. in quibus.

c Eademque. In ijs, quæ ſpectãt ad ſalutem animæ, nihil intereſt decipi, uel decipere: ut xvj. quæſtio. j. ſi cupis.

d Quam ſcire. Hic uidetur, quòd bonum ſit ignorare mala: ut xxxij. di. hoſpitiolum. Sed cõtra omnis ſcientia a Deo eſt: ut xxxvij. diſt. c. legimus. § hic. & bonum eſt ſcire mala, ut ea uitemus: ut ĩ diſt. proxi. qui de menſa. & cap. ſi quid ueri. Dic ꝙ omnis ſcientia bona eſt: ſed dicitur aliqua ſcientia mala, quia mala eſt illi cui dat occaſionem peccandi: ſic Adæ fuit malũ pomũ paradiſi: ut xj. qõ. iij. quid ergo. & Iudæ buccella: ut j. quæſt. j. §. opponitur. uer. nec mirum. de conſe. diſ. ij. & ſancta.

Sed licet. Supra dictum eſt, ꝙ presbyteri debẽt ignorantiã euitare: ſed licet quãdoq; per ignorantiam peccent in grammatica, non tamen propter hoc ſunt a grãmaticis, i. a ſcholaſticis deſpiciendi: quoniã uitia ſunt magis præcauẽda quam uerba.

SIt rector. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur ꝙ rector dbet eſſe diſcretus, ut ſileat uel loquatur cum uiderit expedire. Nam ſicut incauta locutio ponit hominē in errorē ſic indiſcretum ſilentiū in errore relinquit. & hoc probatur nouem authoritatib. In ſecunda parte quæ icipit ibi, Sed cū rector. dicitur qđ prædicator debet eē utilis i uerbo. i. talia proferat, per quæ corda audiētiam non lædantur. & hoc probatur trib⁹ authoritatibus. In tertia quæ icipit ibi, Prouidendum quoq; eſt dicitur, quod etiam utilia non debet nimis effundere: quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur. & hoc probat tribus authoritatibus.

l Veniente. Iuxta illud. Nam ſiluiſſe nocet, multoſque ſilentia damnant.

Verſus.

m Latrare. Propter pigritiam.

Eſa. 56. d

n Hinc rurſus. Primo conqueritur, & primo ponit uerba prophetæ. deinde ea exponit, ſic procedit per totum capitulum.

Dicere.

Ezechiele: Non aſcendiſtis ex aduerſo: neq; oppoſuiſtis uos murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die domini. Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis uoce libera huius mundi poteſtatibus contraire. Et in die domini in prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. paſtorem enim recta timuiſſe dicere, [a] quid eſt aliud, quã tacendo [b] terga præbuiſſe? qui nimirum ſi pro grege ſe obijcit, murum pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſus delinquenti populo dicitur in Ieremia, Prophetæ tui uiderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiã prouocarent. Prophetæ quippe in ſacro eloquio nonnunquam doctores uocantur: qui dum fugitiua [c] eſſe præſentia iudicant, quæ futura ſunt manifeſtant. Quos [d] diuinus ſermo falſa uidere redarguit, quia dum culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus, promiſſa ſecuritate [e] blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis uoce conticeſcunt. Clauis quippe apertionis, eſt ſermo [f] correctionis, quæ increpãdo culpam detegit, quam ſæpe neſcit [g] ipſe etiã, qui perpetrauit. Hinc etiam Paulus ait ad Titum. Vt potens ſis in doctrina ſana exhortari, & eos, qui cõtradicunt, redarguere. Hinc per Malachiam dicitur, Labia ſacerdotis cuſtodiunt [h] ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus [i] domini exercituum eſt. Hinc per Eſaiã dominus monet dicens: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuam. Præconis [k] quippe officium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotium accedit, ut ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet declamando gradiatur. Sacerdos ergo, ſi prædicationis eſt neſcius, quam tibi clamoris uocem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt. n. quod in actibus Apoſtolorum legitur, Super paſtores [l] primos in linguarum ſpecie ſpiritus ſanctus inſedit, quia nimirum quos repleuerit, de ſe protinus loquentes facit. Hinc Moyſi præcipitur in Exodo, ut tabernaculum ſacerdos ingrediens tintinabulis [m] ambiatur, ut uidelicet prædicatoris uoces habeat, ne ſuperni inſpectoris iudicium ex ſilentio offendat. Scriptum quippe eſt, ut audiatur ſonitus, quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu domini, & non moriatur. [n] Sacerdos nanque ingrediens, uel egrediens, moritur, ſi de eo ſonitus non auditur: quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Aptè autem tintinabula ueſtimentis illius deſcribuntur inſerta. Veſtimenta enim ſacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere, propheta teſtante, qui ait in Pſal. Sacerdotes tui induantur iuſtitia? Veſtimentis itaque illius tintinabula inhærent, ſi uitæ uiam cum linguæ ſonitu ipſa quoque opera [o] ſacerdotis clament. Sed cùm rector ſe ad loquendum præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat, ne ſi inordinatè ad loquendum rapitur, erroris uulnere corda audientium feriantur: & cùm fortaſſe ſapientem ſe uideri deſiderat, uirtutis compagem inſipienter abſcindat. Hinc nanque ueritas dicit in Marco: Sa-

Ezec. 13. a. Thre. 2. c. ad Tit. 1. b. Mala. 2. b. Eſa. 58. a. Actu. 2. b. Exo. 28. Pſal. 136.

[a] Dicere. Id eſt, dicitur.
[b] Tacendo. No. quod tacens & timens fugere dicitur, unde etiam tacens pro contumace habetur, ut lxv. di. ſi forte. & ff. de interr. acti. de ætate. §. qui tacuit.
[c] Qui dum fugitiua. i. tranſitoria.
[d] Quos ſimplex relatio. Non refertur ad immediate dictum.
[e] Securitate. No. ipſo quod tacetur, promittitur ſecuritas delinquentibus, ut lxxxiij. diſ. error.
[f] Sermo. Doctoris.
[g] Neſcit. Scilicet eſſe peccatum ille cui prædicat: uel cum eius pœnitentia auditur, quæritur ab eo locus & tempus, & perſona, cum qua deliquit, quę forte peccator propter uerecundiam uult occultare, ut de pœ. di. vj. c. j i fi. [?] Tamen in quæſtionibus, ubi fit præiudiciũ alij, non fiẽt ſpeciales interrogationes, ut ff. de quæſtio. l. j. §. qui quæſtionem.
[?] Et de pœ. diſ. v. c. j. i prin.
[h] Cuſtodiunt. Id eſt, cuſtodire debent.
[i] Quia Angelus. Id eſt, nuntius domini.
[k] Præconis. Infra, de conſe. di. iiij. baptiſmus.
[l] Paſtores. Id eſt, Apoſtolus.
[m] Tintinabulis. Octoginta tintinabula & totidem mala punica in inferiori margine tunicæ ſacerdotis pẽdebant.
[n] Non moriatur. Anima, ſcilicet, peccando, uel ut fama eius non ſit mortua.
[o] Opera. Argumentũ, quod ſi aliqua permiſerit ſe deſponſari, uel arrari, licet expreſſe non conſentiat, uidetur quod ſponſalia ſint contracta. Arg. xxx. q. v. fœminæ. xxvij. q. ij. ſi quis deſponſauerit. xxxij. qõ. ij. honorantur. ff. de ſpon. ſed ea. [p] Nã opera probant, ut xlvj. diſt. c. j. xl. q. iij. exiſtimãt. xxij. q. v. cauere. ut extra de ijs quæ fiũt à maio. par. ca. ex ore. Arg. ff. de minori. ſi filius. ff. de inoffi. teſt. l. ult. ff. de ædil. edic. ſi tamen. §. ei qui. Ioã. Ego dico, quod ſi contrahentes poſſunt loqui, exprimere debent conſenſum ſuum, alioqui nõ iudicaretur pro matrimonio, cũ neceſſaria ſint uerba quantum ad eccleſiã, ut extra de ſpon. tuæ fraternitatis. Quia etiã mutus, ſi cõtrahit, ſignis debet exprimere cõſenſum, ut extra de ſpon. cum apud. Bar. Brixiẽ.
[p] Dicas q̃ ſi parentes cõtrahãt cũ filijs, ſufficit eorũ taciturnitas, ut in iurib' pdictis. & extra de deſpon. ſpe. acceſſit. & c. de illis. Archi. Verba in cõtrahendo matrimonio, an ſint de neceſſitate.

Sed

lem in uobis, & pacem habete inter uos. Per ſalem quippe uerbi ſapientia deſignatur. Qui ergo loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium unitas cõfundatur. Hinc Paulus ait ad Romanos: Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere a ad ſobrietatem. b Hinc in Exodo in ſacerdotis ueſte iuxta diuinam uocem tintinabulis mala punica coniũguntur. Quid ergo per mala punica, niſi fidei unitas deſignatẽ? Nam ſicut in malo punico uno exterius cortice multa interius, grana muniuntur: ſic innumeros ſanctę eccleſiæ populos unitas fidei cõtegit: quos intus diuerſitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendũ proruat, hoc quod iã præmiſimus, per ſemetipſum ueritas diſcipulis clamat in Marco: Habete ſalem in uobis: & pacem inter uos: ac ſi figurate per habitum ſacerdotis dicat: Mala punica tintinabulis iungite, ut per omne, quod dicitis, unitatẽ fidei cauta obſeruatione teneatis. Prouidendum quoque eſt ſolicita intentione rectoribus, ut ab eis nõ ſolum praua nullo modo, ſed nec recta quidẽ nimie c & inordinate proferantur: quia ſæpe dictorum uirtus perditur, cum apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur: d & authorem ſuum hæc eadẽ loquacitas inquinat, qui ſeruire auditoribus ad uſum profectus ignorat. Vnde bene per Moyſen dicitur in Leuitico: Vir qui fluxum ſeminis patitur, immundus erit. e In mẽte quippe audientium ſemen futuræ cogitationis eſt audita æqualitas locutionis: quia dum per auditorem ſermo cõcipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi ſapientibus in Actibus Apoſtolorũ, Prædicator egregius ſeminiuerbius f eſt uocatus. Qui ergo fluxum ſeminis ſuſtinet, immundus aſſeritur: quia multiloquio ſubditus, ex eo ſeſe inquinat. quòd ſi ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientiũ corde potuiſſet: dumque incautus per loquacitatẽ defluit, non ad uſum generis, ſed ad immunditiam ſemẽ fundit. Vnde Paulus quoque cum diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret, dixit ad Timotheũ epiſtola ſecunda, Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius, prædica uerbum, inſta opportune & importune. Dicturus importune, præmiſit g opportune: quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua utilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas h opportunitatem neſcit.

Item Origenes.

Porcis & canibus ſacra non ſunt committenda.

CAN. II.

a IN mandatis i habemus, ut ueniẽtes ad ciuitatem diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus: quanto magis noſce oportet quis qualisve ſit is, cui immortalitatis uerba credenda ſunt? Solliciti enim debemus eſſe ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed ob alias cauſas utile eſt uiri huiuſmodi habere notitiam. Si enim ſciã, quia in his, de quibus non poteſt k du

---

Mar. 9. g — a Sed ſapere. Ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hære. cũ ex iniuncto.
b Ad ſobrietatem. Id eſt. ſine præſumptione.
c Nimie. id eſt, in multiloquio.
Ro. 12. a — d Leuigatur. id eſt leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.
Exo. 28. f — e Erit. ſcilicet uſque ad ueſperam: ut s. diſtinct. vj. teſtamentum.
Seminiuerbi' qui dicatur. — f Seminiuerbius. a pſbyteris Athenienſium dictũ eſt de Apoſtolo: quid ſibi uult iſte ſeminator uerborum. & ſecundum hoc erit hic ſeminiuerbius. ſed ſi habes ſemiuerbius: tunc dic, quod obſcurus erat: uel quia (ut dicitur) uitium linguæ habebat.

ADDITIO.

Seminiuerbius. id eſt ſeminans uerba, uel. i. abbreuiãs uerba, ſecũdũ Lauren. Item Paulus in quadam ſequentia dicitur ſpermologus. Sperma. n. Græcę, Latine dicitur ſemen, & logos ſermo, ſecundum Hugo. — Mar. 9. g

a Alias dicitur qđ de ordine ſcripturæ nõ eſt curãdum. ff. de ſolu. l. nec enim. Archidia. Argumentum ab ordine uerborum ſumitur. — g Præmiſit. Arg. quod ab ordine uerborum eſt argumentandum. xx. diſtinct. c. j. & xxiiij. quæſtio. iiij. diſplicet. & j. quæſtio. j. ut euidenter. & iij. quæſtio. vij. in grauibus. extra de reſcrip. cum dilecta. Et ſi præcedẽs uerbum eſt dubiũ, & ſequens manifeſtũ ſequẽs clauſula eſt ſequenda. ff. de pe. u. here. utrum aũt. Quandoque etiam ſecundũ præcedentem exponitur ſequẽs. ff. de lega. j. ſi ſeruus plurium. i ſi.
h Importunitas. Not. quod propter tria cõſueuit induci capt. ſcilicet qđ tacẽs & timens uidentur fugere. Itẽ qđ æque aliquid probatur factis ut dictis. Item ordinẽ uerborum attendẽdum, ut per not. s. poſita patet. — Leuit. 51.

IN mãdatis. Hęc eſt ſecũda pars. huius diſt. in qua dicitur, & hæreticis & paganis non ſunt ſecreta noſtræ fidei manifeſtãda. & hoc ca. ad hoc ꝓbandũ inducit. Si tu quæras, quæ dicta Origenis recipiant. Rñ. recipit eccleſia tã quã ſua ea quæ de dictis eius Hier. recipit. alias ſunt cũ ſuo authore dãnata per papam Gelaſium. xv. diſ. ſancta Roma. uer. itẽ Origenis. Io. de Fant. — Act. 17. d
i In mandatis. ſcilicet Euangelicis. Matthæi x. cap. & Mar. vij. ubi dominus præcepit diſcipulis ſuis: In quancũque ciuitatẽ intraueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit: & ſic ibi manete. Ex uerbis illis arguitur hic à minori. Lauren. — Additio. — 2. Timo, 4. a.
k Nõ poteſt. Nam timor in dubijs deteriora canit. Et Lucanus, Peſsimus in dubijs augur timor. — Lucanus. — Matt. 7. a — Leuit. 51.

Quod

bitari, quòd [a] bona ſint emendatus eſt & inculpabilis, hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt (quæ utiq; bona eſſe nullus ambigit) tunc conſequẽs uidebitur, ut ei qui obtinet bona uirtutum, [b] etiam quod deeſt fidei, & ſcientiæ conferatur: & in quibus maculari eius uita uidebat̃, quæ eſt in reliquis probabilis, emẽdetur. Si uero in ijs quæ palam [c] ſunt, peccatis inuolutus permanet [d] & inquinatus, non me oportet aliquid de ſecretioribus [e] & remotis diuinæ ſciẽtiæ proloqui, ſed magis proteſtari & conuenire illũ ut peccare deſinat, & actus ſuos a uitijs emendet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere ea, quæ eum minus recte agentem nõ oporteat audire, prudẽter [f] eum debemus eludere. [g] Nã nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa utile nõ uidetur: ne forte exiſtiment nos reſpõſionis penuria [h] declinare certamen, & ſic fides eorum lædatur, non intelligentium propoſitum noſtrum.

Item Anacletus.

Verba prædicationis perſecutoribus ſuis prælati non ſubtrahant. CAN. III.

[3] SCimus autem multos ob id infeſtare doctores ſuos, ut eos perdant, [i] & placita propriæ uolũtatis adimpleãt: non propterea tamen doctores, inquantum uires ſuppetunt, a recta æmulatione, [k] & bona intentione recedere [l] debẽt: ſcientes, quia beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Item Gregorius Venantio epiſcopo.

Non eſt mundus a ſanguine ſubiectorum, qui Dei conſilium illis non annuntiat.

CAN. IIII.

EPheſijs Paulus [m] dicit: Mũdæ ſunt manus meæ a ſanguine [n] omnium ueſtrum. Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem [o] omne conſilium Dei uobis. Mundus [p] ergo a ſanguine eorum non eſſet, ſi eis Dei conſilium annuntiare noluiſſet: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo [q] paſtor occidit.

Item Nicolaus papa.

Aeternæ dãnationis pœnam incurrit prædicator, qui ſemen uerbi Dei non ſpargit.

CAN. V.

DIſpẽſatio eſt nobis cœleſtis ſeminis iniuncta: uæ [r] ſi non ſparſerimus, uæ, ſi tacuerimus. Quod cum electionis uas formidet, & clamet: [ſ] quãto magis [t] cuilibet exiguo metuendũ eſt? proinde ſicut non leue diſcrimen incũbit pontificibus

a Quod. id eſt, quia bona ſint.

b Virtutum. Ergo uidetur, quod qui non habet fidẽ, poſſit habere uirtutem, quod nõ eſt uerum, ut xxiiij. quæſtio. j. ubi.

c Quæ palam. id eſt, indubitanter ſunt mala.

d Permanet. ſæpius admonitus.

e De ſecretioribus. ſed ea quæ ſpectãt ad admonitionẽ, non autem ſecreta fidei: quia ſi illa ſciret, facilius nos inde impugnaret, ut xj. quæſtio. iij. nolite.

f Prudenter. trãſferendo nos callide ad alienam materiam cum nec ipſi debeant alieni regni ſcrutari arcana. C. de commer. mercatores. & extra de elect. quod ſicut. imo ſubtili ingenio debemus a barbaris extorquere aurum, ut C. de commercijs. l. ij. & xiiij. quæſt. iiij. ab illo. & quæſtio. v. cap. dixit.

Dolus bonus.

g Eludere. Nota dolum eſſe bonum contra hoſtem. ſic xxij. quæſt. ij. utilem. & ff. de dolo. l. prima.

h Penuria. Argu. cõtra. infra xxiiij. quæſt. iij. cum quibus.

3 Dic quod ibi loquitur de hæreticis dãnatis, hic de occultis. uel dic quod cum eis poſſimus loqui quãtum ad ea, quę pñt eos reducere ad fidem, ut not. s. ca. proxi. Arc.

SCimus. Hęc eſt tertia pars huius diſtinct. in qua dicitur quod ſi prę lati non corrigunt ſuos ſubditos, ſanguis ſubditorũ de prælatorum manibus requiretur. Si autem faciamus, quod in nobis eſt, nõ imputatur nobis malitia ſubditorum. & hoc probat per iſta tria capit. Ioãnes de Fant.

i Perdant. id eſt, confundant.

Aemulor uaria ſignificata habet.

k Aemulatione. id eſt, dilectione. Vnde nota uerſum qui ualet ad multas expoſitiones. Aemulor, inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bartol.

Prælatus propter perſecutionem non deſerat prædicationẽ.

l Recedere. Nota quod propter ſubſanationem uel perſecutionẽ non ceſſabit doctor a docendo, uel prę latus a prædicando, ut hic, & xj. quæſtio. iij. nolite. Quia & ſi illi non proficiant, tamen ipſe faciat quod ſuum eſt: ut xlvij. diſt. quod apud nos. & xxiiij. quæſt. iiij. ſicut non eſt. Nec obſt. ſupra cap. proxim. ubi dicit quod prudenter debemus eludere tales. Nec etiã illud obſt. xxiiij. quæſtio. iij. dicit Apoſtolus. ubi dicit, hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita. Quia utrunque illorum obtinet in ſecretioribus fidei quæ non debemus pãdere illis. Sed ab illis, quæ faciũt ad correctionem, nunquã ceſſandũ eſt: ut j. q. vij. cõuenientibus. Ioan. Hodie aũt ſi hæretici non corrigãtur, ſtatim tradendi ſunt curiæ ſeculari ad puniendum. Si autem corrigantur & iurẽt ſtare mandato eccleſiæ, in perpetuo carcere debẽt detrudi ad agendã pœnitentiã, ut extra de hæreti. cap. penul. Barto.

Matt. 5.

m EPheſijs Paulus i actibus. Apoſtolorum. xx. capitu.

Actuũ 20. f

n A ſanguine. id eſt, a peccato.

o Annuntiarem. Arg. quod ſi per te non ſtat aliquid, quo minus fiat, non eſt tibi imputandũ: ut xxxiiij. quæſtio. ij. admonere. & xlvij. diſt. c. ulti. & §. neceſſe. & C. de inſti. & ſubſtitu. l. j. Ar. cõtra extra de eo, qui mit. i poſ. cauſa rei ſer. cap. j. Io. Sed certe ibi ſtetit non per petentem poſſeſſionẽ. ff. de regul. iuris. l. culpa. Barto.

Imputandũ nõ eſt ei, per quẽ non ſtat.

p Mundus. Argu. a deſtructione antecedẽtis, ut xxiiij. q. ij. ſane.

q Tacendo. infra lxxxiij. diſt. error.

r DIſpenſatio. Væ. alias ueh. ſcilicet æterna mors. xj. quæſt. iij. ueh qui.

ſ Et clamet. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? s. vj. diſtinct. ſed penſandum.

ADDITIO Vel dic clamet prædicando, uel ſe timere æternam damnationem, ſecundum Hug.

t Quanto magis. Argu. a maiori, ut xxxij. quæſtio. v. ſi Paulus. viij. q. j. ſi ergo tantus.

His

a Hiſ. Id eſt, ſubditis.
b Parere. Id eſt, obedire.
Pariter. Hæc eſt quarta pars huius diſt. Dictum eſt ſupra in cap. in mandatis. quod ſecreta fidei non ſunt hæreticis reuelanda. Nunc uero dicit Gratianus, quod idem eſt de catholicis indignis, & non intelligentibus: ſi autẽ ſecus fiat, non fit ad eorum utilitatẽ: ſed potius ad oſtentationem, uel adulationem, uel ſcientiæ iactationẽ, uel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat per expoſitionem Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, quod ſi prælatus in prædicando diſcretionem non ſeruat, tãquam torto naſo, id eſt, diſcretione carens, ſacerdotis officio uidetur indignus.
c Irreuocabile. Horatius: Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile uerbum. extra de uerb. ſig. ſorus. & Ouidius, Neſcit uox miſſa reuerti. iuxta illud, Vox emiſſa ſemel, irreditura uolat.
d Torto. ĩ. diſtin. xlix. c. j. Hinc etenim naſum cõparat diſcretioni: qa per eum perpendiť odor, & fœtor.
Cvm autẽ. Hęc ii. di uidit i tres ptes, i quarũ pria pbat de tẽperãtia gulæ. & hoc probat p quatuor authoritates ſanctorum patrum. Secunda ibi, Multis. Tertia ibi, Non oportet. Io. de Fan.
Cum autem. Hęc diſtinctio ſpectat ad tertium capitulũ Apoſtolicæ regulæ, quæ tractata

† Text. eſt in ſi. in l. j. C. de ſtatu. & imagi. ubi uide quid ſit adulatio.

Prompti ad loquendum ſunt arguendi.

a Ad idẽ v. q. v. qui ambulat. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. in bello. §. ſacta. in authẽ. de æqual. do. §. hinc igitur. in fin. Archidia.

ſiluiſſe, qđ cõgruit: ita his a (qđ abſit) nõ mediocre periculũ eſt, q cùm debeãt parere, b deſpiciũt.
4 *Pariter quoq; obſeruare debet ſacerdos, ne indignis & non intelligẽtibus ſecreta myſteria ſua pdicatione reſerare incipiat. Qui.n.ea docet, quę ab auditoribus nõ ualent intelligi, non ad eorum utilitatẽ, ſed ſui oſtentationẽ facit. Vnde in expoſitione Beati immaculati, dicitur: Vitiũ animi eſt, indignis ſecreta uulgare. qđ fit uel loquacitate incauta: dũ ſine iudicio uolat irreuocabile c uerbũ: uel adulatione, ut ei placeat, † cui ſacra reuelat: uel iactatione ſcientię, ut plura ſcire uideatur. In quibus omnibus profectò datur intelligi, quanta debet eſſe diſcretio in prædicatione ſacerdotis, qua ſi fortè caruerit, tanquam torto d naſo ſacerdotalis officij indicatur indignus.*

DISTIN. XLIIII.

a g C*Vm aũt ui nolẽtus eſſe prohibeatur, gulę intemperantiam nequaquã habere permittitur. Neq;.n.ebrietas prohibetur, & uoracitas pmittitur. Vtrunq; e enim ĩter opera tenebrarũ Apoſtolus cõmemorat ſcribẽs Romanis: Nõ in comeſſationibus & eb rietatibus. Ventris nanque ingluuies ad luxuriã prouocat facilè, & omne opus bonum diſſoluit. Vnde Hierony. Venter & genitalia ſibimet ipſis uicina ſunt: ut ex uicinitate membrorum confederatio intelligatur uitiorũ. Hinc Nabuzardan princeps cocorum muros Ieruſalem deſtruxiſſe legitur, quia uenter, cui multitudo cocorum deſeruit, ædificia uirtutum ad ſolum redigit. Sacerdos itaque de altari uiuere, f non luxuriari quærat. unde ait Hierony. Tibi ò ſacerdos de altari uiuere, nõ luxuriari permittitur. Sunt autem comeſſationes non ſolùm ſacerdotibus, ſed etiã laicis noxiæ: qui feſtiuos & ſolennes dies non aliter ſe dignè celebrare putant, niſi comeſſationibus deſeruiant.*

Vnde Auguſt. ſcribit ad Aurelium epiſcopum.

Non eſt uacandum comeſſationibus & ebrietatibus.

CAN. I.

Comeſſationes, & ebrietates ita cõceſſę, & licitæ putantˀ, g ut in honorẽ beatiſsimorũ martyrũ non ſolùm per ſolennes dies (quod unuſquiſq; lugendum h uideat, qui hæc nõ carneis i oculis inſpicit) ſed & quotidie celebrẽtur. Et poſt pauca: Nõ ergo aſperè (quantũ exiſtimo) non duriter, nõ modò imperioſo iſta tollũtur: ſed magis docendo, quàm iubendo: magis monendo, quã minãdo: ſic.n. agendũ eſt cum multitudine k peccantium. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum, & ſi quid minamur, cùm

eſt trigeſimaquinta diſt. oportet ordinandum eſſe nõ uinolẽtum, ſed ſobrium. Sed nõ tractauit ibi, niſi đ ſobrietate potˀ. ideo reſumit eã hic, & tractat de temperantia & ſobrietate cibi. Annectit, quod laici, & clerici qui faciũt magna conuiuia cauſa laſciuiæ, delinquunt. 2 Itẽ addit, quod clerici non debent comedere, uel bibere in taberna niſi neceſſitas cogat. 3 Deinde dicit, qđ cibũ clericorũ ſemper præcedet & ſequetur oratio. Item quod in ſacerdotali cõuiuio ſemper debet legi lectio ſacræ ſcripturæ.
e Vtrunq;. Argu. quod uno prohibito, uel permiſſo. idẽm erit in cõnexo ſibi: ut ĩ. di. iiij. denique. & j. q. j. ſicut Chriſtus. Et ĩ hic ar. quod ſi Papa uel epiſcopus ſcienter aliquẽ ordinat, uideť reſtituere ipſũ famę, 4 cum fama & ſacerdotiũ ſibi ſunt annexa. Ioan. Quod falſum eſt, ut extra de ſchiſma. ca. ij. ubi dicitur qđ probare debet ſecum fuiſſe diſpenſatum [illegible].
f Viuere. Sufficere debet ergo clerico, quod uiuat. i. ſola neceſſaria habeat: & arctatur illa neceſsitas tãtũ ad uictum & ueſtitum: ut xij. q. j. epiſcopus. Qualiter tamen hoc intelligẽdum eſt, dixi xxj. q. j. c. j.
g Comeſſationes. Putantur. A ſtultis uidelicet.
h Lugendum. Id eſt, nonne unuſquiſque hoc lugẽdum uideat?
i Carneis. Sed ſpiritualibus.
k Cum multitudine.

4. Re.
Conuiuia reprobata.

2 Infra e. c. cõuiuia. & c. multis.

3 Vt infra ea. non oportet. & duobus c. ſeq. Et cõ cor. gl. in c. nulli. in gl. j ſupra xlij. diſt.

Ordo purgat infamiam.

4 Arg. C. de his, qui no. infa. l. iij. idẽ ſenſit Hug.

Victus & ueſtitˀ ſufficiunt clerico.

Quod legit & no. 24 q. 2. reſecãdæ. & xxxij q6. xiii. ſic nõ ſunt. i gl. ult.

dine. Multi ſunt xl. ut extra de clerici excommu. latores. Aliquãdo xxiij. millia ſũt pauci: ut xlv. diſtinct. diſciplina. Et habes hic quod propter multitudinẽ detrahiẽ ſeueritati: ut quinq. di. cõſtitueretur. & j. q. vij. quoties. & xxiij. q. iiij. ipſa pietas. & cap. non poteſt. quandoque & cum paucitate mitius agendum eſt, cũ timetur ſcandalum. xxiij. qõ. iiij. cũ quiſq;. 1 Vbi ergo aliq̃d male fit, & quaſi ex authoritate defenditur, tunc non debet dormire ſeueritas: quãdo uero defenditur, tũc diſſimulari põt propter ſcãdalum, ut de pœni. diſtin. vj. capitu. j. in fin. & lxxxij. diſtin. plurimos. & quinquage. diſtin. domino ſancto. ſed propter ſcandalũ nũquam debet deſeri ueritas ipſa, ut extra de regulis iur. qui ſcãdalizauerit. 2 Sed ſeueritas pœnarum poteſt deſeri, ut hic. Io. Item ubi non habet locũ diſpenſationis remediũ, ut in matrimonio, propter multitudinem nõ eſt recedendũ à ſeueritate canonica ut extra de transactio. ex parte. B. 3

Seueritati, an propter multitudinẽ uel paucitatẽ detrahat.

1 Cõcor. tex. i l. de curionum & ibi glo. & doc. C. de pœn.

2 Vbi de hoc, & extra d têp. ordi. ſane. ibi uideas.

3 Sed & tacet quãq; platus nõ ꝓpter ſcãdalum: ſed ꝓpter maius malũ, quod poſſet eccleſiæ puenire. ut cum Rex aliq̃d facit in rebus eccleſiæ, ſecundum Lau.

a N On oporter. Vſq;. Impropriè ponit hic uſque, cũ nulli ſint in medio.

b Qui in propoſito. Vt Deo deuoti conuerſi. xij. q. j. duo. &c.

c N Vlli clerico. Ergaſterium. Id eſt, ſtationem.

d Quanto magis. Cui non licet minus, licebit, & maius: ut hic, & xxiiij. qõ. j. miramur. & lxxiiij. diſt geſta. xxiiij. quæſt. v.

dolore fiat, de ſcripturis comminando uindictam futuram: ne noſipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur. Itaq; prius monebuntur ſpirituales, aut ſpiritualibus proximi: quorum authoritate & leniſsimis quidem, & inſtantiſsimis admonitionibns cætera multitudo frangatur.

Item ex concilio Laodicenſi.

Nulli clericorũ, aut continentium, licet tabernas intrare.

CAN. II.

NOn oportet clericos ſeruiẽtes à preſbyteris, uſque [a] ad diacones, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes uſque ad miniſtros, aut lectores, aut exorciſtas, aut pſalmiſtas, aut etiam eos, qui in propoſito [b] continentiæ ſunt, tabernas (niſi cauſa neceſsitatis) intrare.

Item ex vj. ſynodo.

Deponatur clericus, qui tabernam aut ergaſterium habere noluerit.

CAN. III.

NVlli clerico licet tabernam, aut ergaſterium [c] habere ſi enim huiuſmodi tabernam ingredi prohibetur, quantò magis [d] alijs miniſtrare in ea? Si quis uerò tale quid fecerit, aut ceſſet, [e] aut deponatur.

Item ex concilio Carthaginenſi iiij.

Niſi neceſsitate compulſi, clerici tabernas non ingrediãtur.

CAN. IIII.

CLerici edendi, uel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis [f] neceſſitate compulſi.

Item Gregorius natali epiſcopo.

Corripiendus eſt epiſcopus, qui co nuiuijs occupatur.

CAN. V.

MVltis ab urbe tua uenientibus, frater chariſsime didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conuiuijs occupatũ: quæ audita nõ crederem, niſi hæc actionum [g] † tuarum experimentis probarem. Nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi inuigiles, [h] ſed ipſum quoque uſum eccleſiaſtici ordinis ignores: hoc eſt in teſtimonium, [i] quòd his, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis.

Idem ad eundem.

De eodem.

CAN. VI.

COnuiuia cõmunia, quæ ex intẽtione impendendæ charitatis fiũt, rectè ueſtra fraternitas in ſuis epiſtolis laudat: ſed tamẽ ſciendum eſt, quia tũc ex charitate ueraciter prodeunt, cùm in eis nulla abſentiũ uita mordetur, [k] nullus ex irriſione reprehẽditur: nec in eis inanes ſecularium negotiorum fabulæ, ſed uerba ſacræ lectionis audiuntur: cùm nõ plus, quàm neceſſe ſit, ſeruitur corpori, ſed ſola eius infirmitas reficitur, ut ad uſus exercendæ uirtutis habeatur. Hæc itaque, ſi uos in ueſtris conuiuijs agitis, abſtinentium [l] † (fateor) magiſtri eſtis.

Item ex concilio Nanetenſi.

PALEA.

NVllus presbyterorũ quando ad anniuer

pœnale. 4 ſicut 5 caſu conuerſo. ſcilicet cui licet maius, & minus. xvj. q. ij. uiſis.

e Aut ceſſet. Sic xxxv. di. c. j.

f C Lerici: Niſi peregrinationis. Nota quod permittitur uiatori, quod alij non permittitur. Arg. ſimile ĩ. xj. q. iiij. quoniam multos.

g M Vltis. Hæc eſt ij. pars huius diſt. in qua reprehenditur quidam Natalis epiſcopus, qui ſemper erat in comeſſationibus, ita q̃d officiũ ſuũ neſciebat: & ita alijs detrahebat. & hoc probat per hoc c. & per c. ſeq. Io. de Fant.

g Actionum. Arg. præſumi contra aliquem quandoque propter crimen præteritum. xviij. diſtin. peruenit. 5 xxxiiij. queſtio. j. cum per bellicam. Quandoque ex præſenti circa præſens, ut hic. quandoq; circa futurum. quinq. diſt. ſi quis diaconus. Quandoq; ex præterito circa præteritum. xxij. q. j. nõ eſt. Quandoque ex præterito circa futurum. xxiiij. q. v. ſi apud. & lxxxij. diſt. plurimos.

h Inuigiles. Quæ duo, ſcilicet lectioni ſtudere, & exhortationi inuigilare, ſũt opera põtificis. xxxvj. diſt. cap. ultimo.

i In teſtimoniũ. Hic unum factum probat aliud, ut j. q. j. conſtat. &c.

k C Onuiuiæ. Mordetur. Vnde uerſus, Quiſquis amat dictis abſentum rodere uitam, Hãc menſam uetitam nouerit eſſe ſibi.

l Abſtinentium. Not. ꝙ abſtinẽs dicitur, qui bñ comedit: & continens dicitur

4 Ad idẽ 30. q. 3. ꝑ ſtaciũ. ff. de interdict. & releg. l. relegatorũ. §. ult. Arch.

† Adde q̃d actio hic accipitur ꝓ actu ſimile in l. magiſtratuũ. C. de adop. & in l. iij. ff. de offic. procõſ. & ĩ. e. di. rõnis.

5 Vbi de hoc, & extra de præſump. ſcribam. & C. de adult. ſi qui. 31. q. 1. ſi quis uxore. extra de electiõn. offic. cij. Arch.

† Abſtinentiæ.

citur, qui tamē co gnoſcit uxorē ſuā: ut xxj.di. Nicena.
a N On oportet. hic habēt quidā.c.nullus quod eſt.j̄.de conſe.diſt.v.nullus.
b Ex ſymbolis. ſymbolum eſt, quā do plures cōferūt ad cōuiuia faciēda idem eſt cōfertū.
c Celebrare Nam ut ait Iuuenalis: Miſerum eſt aliena uiuere quadra.
d P Ro reuerētia.j̄.de cōſe.diſt.v.in oībus.
e N On liceat. Hymno.j̄. de cōſec. diſtin. ij. panis & calix. & capit.didicimus.
Sequi

ſarium diem xxx. aut vij. uel iij. alicuius defuncti, aut quacūq; uocatione ad collectā conuenerit, ſe inebriare ullatenus præſumat nec precatus amore ſanctorum, uel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, uel ſe aliena precatione ingurgitare: nec plauſus & riſus inconditos & fabulas inanes ibi referre, aut cātare præſumat, aut turpia ioca, uel urſo, uel tornatricibus ante ſe fieri patiatur: nec laruas dæmonū ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & ſacris canonibus prohibitum.

Item ex eodem.

De eodem.

PALEA.

Q *Vādo autem cōueniunt presbyteri ad aliquod conuiuiū, aliquis prior illorum uerſum ante menſam incipiat, et cibum benedicat: & tunc ſecundum ordinē ſedeant, alter alteri honorem præbentes: & per uices cibum, & potum benedicant: & aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Poſt refectionem ſimiliter hymnum dicant ad exemplum domini: ſicut in cœna feciſſe legitur, et ſe contineant oēs presbyteri, maxime in talibus locis, ut non uituperetur miniſteriū eorū.*

Item ex eodem.

De eodem.

PALEA.

Q *Vādo presbyteri per calēdas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum miniſterium ad neceſſariam collectionem, non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandiū ibi ad tabulas reſideāt, ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauēt quia indecens eſt, et oneroſum. Sepe etiam tarde ad eccleſiam redeuntes maius damnum de reprehenſione conſequuntur (quod de grauedine mutua cōtrahunt) quàm lucrū ibi faciant. Nā de hmōi cōuentu Paulus Corinthios reprehendit: quia inconuenienter cœnam dominicā manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam dominicā, id eſt, ad collationem uerbi ſub occaſione cōueniunt, & ex ingluuietate uentris cauſa coniunguntur, reprehenſibiles coram Deo & hominibus habētur. Et ideo peractis oībus qui nolūt panē cū charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant: & ſinguli ſingulū bibere faciant: & maxime ultra tertiam uicem poculū non contingant: & ſic ad eccleſias redeant.* 1.Cor.11.

Item ex concilio Laodicenſi.

Chriſtiani ex ſymbolis conuiuia non celebrent.

CAN. VII.

3 N On oportet [a] miniſtros altaris, uel quoslibet clericos aut etiā laicos Chrīanos ex ſymbolis [b] (quæ uulgus comeſſalia appellat) cōuiuia celebrare. [c]

Item ex concilio Toletano tertio.

Sacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus ſemper conuiuijs miſceatur. CAN. VIII.

P Ro reuerentia [d] Dei, & ſacerdotum id uniuerſa cōſtituit ſynodus, ut (quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarū ſcripturarū immiſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonū, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Item ex concilio Martini papæ.

De confertis nec conuiuia facere, nec ante horā diei tertiam clericis comedere licet. CAN. IX.

N On liceat ſacerdotes, uel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de cōfertis. Nec oportet clericos, uel laicos religioſos ante ſacrā horā diei tertiā inire conuiuia: nec aliquando clericos nō hymno [e] dicto comedere panem, & poſt cibos gratiam authori Deo referre.

Si ergo laicis cōmeſſationes damnabiles ſunt, multo magis ſacerdotibus imputātur ad gehēnam. Venter.n.pinguis (ut Hiero. ait) craſſum ſenſum generat, cum ſacerdotalis ſenſus econtra uigil eſſe debeat & tenuis. Atq; ideo edacitatis uitio obnoxij in ſacerdotes ungi nō debent. Hi enim (ut ait Grego. in moralibus) qui adhuc uitiorum bello ſubiacēt, nequaquā p prædicationis uſum præeſſe magiſterio cæterorum debēt.

DISTIN. XLV.

Equitur: Non percuſſorem. non enim oportet epiſcopum ita eſſe iraſcibilem & perturbati ſenſus, ut percutiat, qui debet eſſe patiens: ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Conſtantinopolitano.

Verborum correctione, non uerberibus timeri debet epiſcopus.

CAN. I.

Qvid autem de epiſcopis, qui uerberibus timeri uolunt, canones a dicāt, † bene fraternitas ueſtra nouit. Paſtores enim facti ſumus, nō percuſſores. Egregius prædicator dicit. Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Noua uero, atq; inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exegit fidem. b

Itē in quodam cōcilio.

De eodem.

CAN. II.

Neminem quiſquam peccantem c cleri cum cæde attingat: nō preſbyter diaconem, non epiſcopus clericū uel ſeruitorem eccleſiæ ad cedē perducat. Quòd ſi ita cauſa exigit, id eſt, ſi incorrigibilis extiterit clericus, triduo d priuetur honore, ut pœnitens redeat ad matrem eccleſiam

Item Gregorius Paſchaſio epō Neapolitano.

Non aſperis, ſed blandis ad ſidem uerbis ſunt aliqui prouocandi.

CAN. III.

Qvi ſyncera intētione extraneos a chriſtiana religione ad fidem cupiūt rectam perducere blandimentis e debent non aſperitatibus ſtudere ne quorum mentē reddita ratio ad planū poterat reuocare, pellat ꝓcul aduerſitas. Nam quicunque aliter agūt, & eos ſub hoc uelamine a conſueta ritus ſui uoluerint cultura remouere, ſuas illic magis, quàm Dei cauſas probantur attendere. Iudæi ſiquidem Neapolim habitantes queſti ſunt nobis aſſerentes, quòd quidam eos a quibuſdam feriarum ſuarū ſolennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis ſit licitum feſtiuitatum ſuarum ſolennia colere, ſicut eis nunc uſque & parentibus eorū longis retro temporibus licuit obſeruare. Quòd ſi huius rei ueritas ita ſe habet, ſuper uacuæ rei uidentur operam dare. Nā quid utilitatis eſt quando & ſi contra longum uſum fuerint ueriti ad fidei illius conuerſionem nihil proficit: aut cur Iudæis quali ter ceremonias f ſuas colere debeāt regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum eſt ergo, ut potius ratione & māſuetudine prouocati ſequi nos uelint, non fugere: ut eos, ex eorum codicibus oſtendentes, quæ dicimus ad ſinum matris eccleſiæ Deo poſſimus auxiliante conuertere. Itaq; fraternitas tua eos moni tis prout poterit Deo adiuuante ad cōuertendum accendat: & de ſuis illos ſolennitatibus inquietari denuo nō permittat: ſed omnes feſtiuitates feriasq; ſuas (ſicut hactenus tam ipſi, quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt) liberam habeant obſeruandi celebrandiq; licentiam. g

Item uniuerſis epiſcopis per Galliam & Europam, & Germaniam conſtitutis.

Non ſeueritate, ſed beneuolentia ſubditos prelati corripiant.

CAN. IIII.

Licet plerunq; accidant ſacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos a gat beneuolentia h

Sequitur. Hæc diſ. diuidit i quatuor ptes. In quarū prima ꝓbatur per ſeptē authoritates, quod prælati non debent eſſe accenſi ad iram, uel perturbationē. Secunda ibi, Salomon. Tertia ibi, ex his. Quarta ibi, percuſſor. Ioan. de Fant.

Qvid autē. a Canones. lxxxvj. diſtin. non liceat.

b Fidem. ad fidē enim nemo cogendus eſt, ut xxiij. q. v ad fidem. & j. eo. de Iudæis. ſed fidē receptā cogit quis retinere. & ſic non obſt xxiij. q. iiij. quos. & q. vj. iā uo.

Fidē ſuſcipeř nemo cogitur.

† Ar. qđ ſufficit allegatio generalis nō expreſſo. li. de quo per gl. in uerb. continebař. ſ ca. continebař. de deſponſ. impub.

c Neminē. Peccantē. dū tamen non nimis a, enormiter excedat. uel intellige, ꝙ clericus in ſacris ordinibus cōſtitutus, nō ē grauiter & imoderate uerberād9. & ſic nō obſt. extra de ſen. excō. uniuerſitatis. Ioā.

d Triduo. ſimilis ſuſpēſio eſt. v. q. iij in loco, &c.

a Et ſic nō obſ. extra đ ſen. excom. ut famæ. Io. de Fant.

Qvi ſyncera intentione. e Blandimētis. uel etiā muneribus: ut xxiij. q. iiij. c. ulti. licet ar. ſit cōtra j. q. ij. quā pio. xxij. q. ij. primum.

f Ciremonias. ciremoniæ dicuntur ſacrificia Iudæorū quia cereis exercebantur. ſ. diſtin. vj. §. his ita.

Ciremoniæ.

Eccleſia quare permittit Iudæos mortaliter peccare.

g Licentiam. Sed nonne Iudæi mortaliter peccāt iſta faciendo? a quō ergo datur eis licētia peccādi mortaliter? Itē ſi peccāt mortaliter, quare nō puniūtur, cū ipſi in aliis delictis puniunř, ut xvij. q. iiij. conſtituit. extra de uſur. poſt miſerabilem? Sed dic ꝙ nō dat eis hic licentiā peccādi, ſed liberationem a pœna. & eſt ſimile iiij diſt. deniq;. & xxj. q. ij. placuit. xxiij. q. j. paratus. Ad aliud reſpōdeo ꝙ ſi Iudęi ad hoc prohiberētur: ergo iā cogerent ad fidē. Et hæc uera ſunt: dum tamē ipſi in cōtēptū nřæ fidei nō exerceant talia ut C. de Iudæ. Iudæos. & extra de Iudęis. & ſi iudęos.

a Nā celebrař & exercere illa ceremonialia eſt pecatum mortale. unde Hierony. Cultus legis ab aduētu Chři non differt ab idololatria. Ar.

Licet plerunq; accidant. h Beneuolentia. Nam ſentētia, quæ miſeri

quam ſeueritas: plus cohortatio, quàm comminatio: plus charitas, quàm poteſtas: cùm nemo noſtrum ſine reprehẽſione, aut ſine peccato [a] uiuat. Nam ſi dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum apoſtolũ præceptorem noſtrum iudicaſſet, non tãtum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectãdi [b] ergo, atq; corrigendi magis sũt rectores eccleſiæ, quam ſtatim iudicandi. [c] Vnde neceſſe eſt quæquè negotia eccleſiaſtica poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitius perſpici, & diligentius præcaueri: quatenus per ſpiritũ charitatis, & pacis omnis materies ſcandalorum, [d] & præſumptio inuidorum, atq; oppreſsio ſimpliciũ fratrum de eccleſijs Domini auferantur. Et ſicut non uult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari: ita nõ audeat alij inferre, quod ſibi nõ uult [e] fieri. Iudæi non ſunt cogendi ad fidẽ: quam tñ ſi inuiti ſuſceperit, cogẽdi ſunt retinere.

Vnde in Toleta. concilio ſtatutum eſt.

Sicut non ſunt Iudæi ad fidem cogendi: ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur.

CAN. V.

DE Iudæis autẽ præcepit ſancta ſynod[us], nemini deinceps ad credendum uim inferri. Cui enim uult Deus, miſeretur: & quẽ uult indurat. Non enim tales inuiti ſaluãdi ſunt, [f] ſed uolentes, ut integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut .n. homo propria arbitrij uoluntate ſerpenti obediens, perijt, ſic uocãte ſe gratia Dei, propria mentis conuerſione quiſque credendo ſaluat̃. Ergo non ui, ſed libera arbitrij ſui uoluntate & facultate ut conuertantur, ſuadẽdi ſunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad Chriſtianitatẽ coacti ſunt, [g] ſicut factũ eſt temporibus religioſiſſimi principis Zizebuti: quia iam cõſtat eos ſacramẽtis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate unctos eſſe, & corporis domini extitiſſe participes: oportet, ut fidem, quam etiam ui, uel neceſsitate ſuſceperunt, tenere cogantur: ne nomen domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt uilis, [h] ac contemptibilis habeatur.

Item Leo Papa epiſcopis.

Beneuolẽtia pluſquã ſeueritas erga corrigẽdos agat.

CAN. VI.

LIcet nonnunquam accidant quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis: plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas: plus exhortatio, quàm comminatio: plus charitas, quàm poteſtas: ſed ab ijs, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, facilè ab hac lege diſceditur: & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis placet, honor inflat in ſuperbiã: & quod prouiſum eſt [i] ad concordiam, [k] tendit ad noxam.

Item ex canone apoſtolorum.

Deijciatur ab officio presbyter, et diaconus, et epiſcopus uerberibus timeri quærens.

CAN. VII.

EPiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquẽtes, aut infideles iniquè agentes, & per huiuſmodi uolentem timeri, deijci ab officio ſuo præcipimus: quia nunquã nos docuit [l] hoc dominus: ſed econtrario ipſe cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm malediceretur non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.

Item ex concilio Bracarenſi.

Non uerberibus, ſed uerbis ſubditos ep̃i corripiãt.

k

Iuſtitia ſit coniuncta miſericordiæ.

miſericordiam uetat, fugienda eſt. l. diſt. ponderet.

[a] Sine peccato. ut lxxxj. diſtinc. Apoſtolus. & xxv. diſtin. ca. unum orariũ. §. nunc autem.

Iudex ſit amator æquitatis & miſericordiæ.

[b] Expectandi. argumen. quod ſemper iudex potius ſequetur miſericordiam quã iudicium: uel æquitatẽ, quam rigorem: ut lxxxvj. diſtinct. non ſatis. l. diſtin. ponderet. xxvj. quæ. vij. alligant. & xxxv. q. ix. ueniam. ad idem ix. diſt. ſana.

[c] Iudicandi. id eſt, damnandi.

[d] Scandalorum. Nam ſcandalum eſt clericum ſtatim puniri poſt delictum. ſic xj. quæſtione. iij. rurſus.

[e] Non uult. ſic ij. q. vj. qui ſe ſcit.

[f] DE Iudæis. Saluandi ſunt. quia nullus inuitus ſit bonus: ut xxix. q. vj. uidet.

Coactio eſt duplex.

[g] Coacti ſunt. Coactio conditionalis, de qua hic loquitur, non impedit ſacramentum baptiſmi, nec etiam ſacramẽtum ordinis: ut lxxiiij. diſt. ubi. impedit tamen ſacramentum matrimonij: ut extra de ſpon. cum locum. Sed ſi fuerit abſoluta coactio, nullus character imprimitur: ut extra de baptiſ. maiores. ſed inij dormientibus & amẽtibus diſtinguitur: quod ſi prius habeant propoſitum baptizandi, recipiunt characterem, aliter non: ut ibidem dicitur in ſin. eo quod dormiens poſſeſsionem non acquirit: ut ff. de acquiren. poſ. l. j. §. j.

Arg. cõtra. 22. q. 4. inter ubi de hoc. ibi uideas.

[h] Vilis. Non propter utilitatem uitandam aliquid fieri. 100. diſt. priſca. & c. ſeq.

[i] LIcet. Et quod prouiſum eſt. ſimile eſt, q[uo]d dicit decr. q[uo]d alicui pro pietate conceditur, non debet redundare in alterius iniuriam, ut extra de eccle. ædi. c. ij. & extra de ap. rep̃henſibilis.

[k] Concordiã. ſ. ſut unus præeſſet alijs, ne fieret ſchiſma: ut xciij. di. legimus. & lxxxix. di. ad hoc.

[l] EPiſcopũ. Docuit. Sed nonne dominus flagellis percuſsit: ut j. quæſtio. iij. ſaluator? Solu. Sic: ſed non facit hoc, ut timeretur, ſed cauſa correctionis: ut ẽ. eo. in ſumma.

Cum

CAN. VIII.

CVm beatus Paulus Apoſtolus arguere, & obſecrare, uel increpare in omni bonitate, & patientia præcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quoſdam ex fratribus tantis cædibus inhonoratos efferueſcere, quãtas poterãt latrocinantiũ promereri perſonæ: & ideo qui gradus iã eccleſiaſticos meruerũt, id eſt, presbyteri, abbates, ſiue leuitæ, qui exceptis grauiorib. [a] & mortalibus culpis, nullis debent uerberibus ſubiacere: nõ eſt dignum, ut paſsim unuſquiſque prælatus honorabiliora mẽbra ſua prout uoluerit, & ei placuerit, uerberibus ſubiaceat & dolori: ne dum incautè ſubdita percutiat membra, ipſe quoq; debitam ſibi ſubditorũ reuerẽtiã ſubtrahat, [b] iuxta illud, quod quidã ſapiens dicit: Leuiter [c] caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis autem nimiæ increpatio, nec increpationẽ recipit, nec ſalutẽ. Et ideo ſi quis aliter, quàm dictũ eſt, prædictos honorabiles ſubditos licẽtia perceptæ poteſtatis elatus malitia animi tantũ crediderit uerberãdos, iuxta modũ uerberũ, quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij [d] ſententiã ſuſtinebit.

Prou. 2. b

2 *Salomon uerò cõtra admonet, dicens: Percute filium tuum uirga, et liberabis animã eius a morte. Hinc ẽt beatus Gregorius ſcribit ĩ dialogo, beatum Benedictum quẽdam monachũ uirga percutiẽdo ſanaſſe, quẽ crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiã dominus flagello facto de funiculis male uerſantes in templo flagellauit, [e] et de orationis domo eiecit. Hinc ẽt Apoſtolus fornicatorẽ [f] illũ ſatanæ corporaliter uexandũ tradidit: et magum [g] illũ corporali cæcitate dãnauit. Hinc ẽt in canonib. [h] pueri, qui ante rõnales annos irrationabiliter uerſant, uerberib. caſtigari iubent. Virgines quoq; ſi religionis ueſte depoſita alijs ſe copulauerint, ergaſtulis [i] retrudi præcipiuntur.*

Ioan. 2. c

1. Cor. 5. a

Hinc etiam Gregorius in moralibus uigeſimo libro, parte iiij. ca. ſexto.

Diſciplina non eſt ſeruanda ſine miſericordia, nec miſericordia ſine diſciplina.

CAN. IX.

DIſciplina [k] uel miſericordia multum deſtituitur, ſi una ſine altera teneatur: ſed circa ſubditos ineſſe debet rectori bus & iuſtè conſulens miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. Hinc eſt, ꝙ ſemiuiui illius uulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & uinũ adhibetur, & oleũ: ut per uinum mordeantur uulnera, per oleum foueantur: & quatenus unuſquiſque, qui ſanandis uulneribus præeſt, in uino morſum diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Per uinum mundantur putrida, per oleum ſananda fouentur. Miſcenda eſt [l] ergo lenitas cum ſeueritate: faciendumque quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa aſperitate

Luc. 10. f

Clerici non ſunt æqualiter uerberandi.

1 CVm beatus. 1 Grauioribus. Hic patet, quod maiores clerici non ſunt uerberandi, niſi pro maiorib. culpis: ſed minores etiam uerberantur pro minoribus: ut xxxv. diſt. ante. & xxj. diſtin. ca. denique v. q. v. illi qui. ſunt & aliæ perſonæ quæ habẽt coerctionem uerberum ſed temperatum, ut pater, dominus, mater, paterfamilias, magiſter, marit⁹: 2 ut xxiij. q. iiij. duo iſta. & quæſtio. v. ca. j. & vij. quæ. j. ſicut. Vnde ſi pater uerberat filium cleri. cum in minoribus ordinibus conſtitutum non eſt excommunicatus. Idẽ eſt de alijs propinquis, uel de ijs, qui familiam habent, ut extra de ſentent. excommuni. cum uoluntate. in fin. Ioã. Tancredus tamen reſpondit, quod ſi pater animo corrigendi uerberat filium in ſacris ordinibus conſtitutum, quod non eſt excommunicatus: quia manus illa non eſt iniurioſa, cum non fiat animo iniuriandi: ut extra de ſenten. excommun. capit. j. hoc etiam notaui in quæſtionibus. B. 3

2 Adde gl. in l. iurãti bus. ff. de iuriſ. om. iud. et in auth. & nupt. §. ſi uero. col. 4.

3 Quæſtio generalis eſt, & incipit quærit utrum pater, &c.

b Subtrahat. Argu. quod ex quo prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare: ut xcv. diſtinctio. eſto. xxij. quæ. v. de forma. xxxij. q. vj. iniquum.

c Leuiter. ff. ad l. Aquil. præceptoris.

Clericus poteſt relegari.

d Exilij. No. clericum poſſe relegari in exilium: ut ij. q. j. in primis. & not. iij. q. iiij. hi qui.

Salomon. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua probatur, quod ſubditi ſunt caſtigãdi: & tunc eos prælati diligunt cum eos caſtigant. & hæc probantur per iſtum §. & per quinque authoritates ſanctorum. Ioan. de Fan.

e Flagellauit. Vt j. q. iij. ſaluator.

f Fornicatorem. j. ij. quæſt. j. de manifeſta.

g Et magum. infra. xxiij. quæſt. viij. legitur.

h In canonibus. In hoc libro non inuenio illos canones, ſed uerba correctionis inueniunt xxviij. diſtinctio. de his. & xij. quæſtio. j. cap. j.

i Ergaſtulis. j. xxviij. q. j. impudicas. & c. peruenit.

k DIſciplina. Id eſt, rigor ſiue pœna.

Iudex mediocritatẽ ſequatur.

l Miſcenda eſt. No. quod iudices ſemper ſequentur mediocritatem, ut argum. extra de cenſi. ex parte. ff. de pigno. actio. ſi ſeruus ff. de iu. & fac. ign. nec ſupina. extra de offic. cuſto. cap. j. & ff. de uerbor. obli. continuus. §. cũ ita. 1 Argum. contra. ff de nego. geſt. Neſennius. in fin. Io. Solu. iudex potius ſequatur æquitatem, quam rigorem: ut C. de iud. placuit. Vbi certum eſt ius ab æquitate diſſentire, ut in reſtitutione minorũ, niſi ex cauſa magis ſequeretur rigorem, ubi ſ. multis graſſantibus opus eſt exemplo: ut ff. de pœn. aut facta. in fin. ubi autem ius ſcriptum non eſt, iudex ſemper ſequitur æquitatem, ut extra. de tranſac. c. ultimo. Bar.

1 Ad idẽ. ff. de ſeru. leg. generaliter. nã ſi legati [illegible] bi ſeruum nec expſſit de quo, de mediocri. intelligendum eſt. Laur.

Mens

exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cum tabulis uirga ſimul & manna eſt: quia cum ſcripturæ ſacræ ſcientia eſt in boni rectoris pectore, ſi eſt uirga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis. Hinc etiã Dauid ait: uirga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Sit ergo diſtrictio iuſtitiæ, quæ feriat: ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens: ſit pietas, ſed non plus quam expediat parcens. Intueri libet in Moyſi pectore miſericordiam, ſimul cum ſeueritate ſociatam. Videamus amantem piè, & diſtrictè ſæuientem.

Certè cum Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem † cõtraxiſſet offenſam, ita ut eius rector audiſſet: Deſcende, peccauit populus tuus. ac ſi ei diuina uox diceret: Qui in tali peccato lapſus eſt, meus non eſt. a atque ſubiungeret: Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam: ille ſemel & iterum pro populo, cui præerat, obicem ſe ad impetum Dei iraſcentis opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi nõ facis, dele b me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Penſemus ergo quibus viſceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petijt. Sed tamen iſte, qui tanto amore eius populi conſtringitur, contra eius culpas penſemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut culpæ veniam ne delerentur obtinuit, c zelo rectitudinis ſuccenſus inquit, Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum: & occidat vnuſquiſque fratrem, uxorem, & amicum, & proximum ſuum. Cecideruntq; in illo die, ‡ quaſi xxiij. milia hominum. Ecce qui vitã hominum etiam cum ſua morte petijt, paucorũ d vitam gladio extinxit. Intus arſit igne amoris, foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, ut ſe pro illis coram domino morti offerre nõ dubitaret: tãta ſeueritas, ut eos quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, ut pro eis nec ſibi parceret: & tamen delinquentes ſic perſecutus eſt quos amauit, ut eos etiam domino parcente proſterneret. Vtrobique legatus fortis, utrobiq; admirabilis mediator: cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladijs allegauit. e Intus amans diuinæ iræ ſupplicando obſtitit: foris ſæuiens culpam feriendo conſumpſit. In regimine ergo utrunque Moyſes miſcuit, ut nec diſciplinæ deeſſet miſericordia, nec miſericordiæ diſciplina. Vnde in Iob iuxta utranque uirtutem dicitur: Cumq; ſederem quaſi Rex circunſtante exercitu, eram tamẽ mœrentium conſolator. Sedere quippe circunſtante exercitu, uigor eſt diſciplinæ regiminis: mœrentium verò corda conſolari, eſt miniſterium pietatis. Idem.

Iuſtè iudicans miſericordiam cum iuſtitia ſeruat.

CAN. X.

OMnis, qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat. In utroque f penſo

a Meus non eſt. Argu. quod de uno conceditur, de alio negatur. ſic j. qõ. j. per Eſaiam. xxxiij. quæſt. v. qui ſitit. & xxiij. quæſt. iiij. forte. ſic xxv. diſtinct. qualis. ſimiliter cũ iudicatur rem meã eſſe, per conſequẽs iudicatur tuam non eſſe, ut ff. de procurat. Pomponius. §. ſecundo.

b Dele. Sed quare hoc petijt Moyſes, ‡ cum nemo deleri poſſit, niſi propter peccatum propriũ: quia ſpiritus ſanctus nulli ingerit immeritam pœnam: ut xj. quæſtione iij. illud? Dicunt quidã, qđ impetu mentis hoc dicit. Alij dicũt quod ex magna cõfidentia hoc dixit: quaſi dicat, impoſsibile eſt, qđ me deleas. Auguſt. tamen dixit, quod hæc dictio aut, ponitur hic conditionaliter, id eſt, ſi non dimiteris eis hãc noxam, dele me cum eis: poſtea deſtruet conſequens, ſed nõ delebis me: ergo dimittes eis hanc noxam. & Gregorius hic conditionaliter exponit. Alij intelligunt hoc de morte temporali, prout uidetur ſonare litera ſequens.

c Obtinuit. J. l. di. ſi quis prapoſtera. contra, ibi dicitur, quod veniam petijt, ſed non obtinuit. Reſpondeo. Obtinuit ad tempus, uel ne punirentur æternaliter, ſed non ut nunquam punirentur. Puniti enim ſunt pro illo peccato in Romana, & in Babylonica captiuitate, vt lxxvj. diſtinctione ieiunium. Vel obtinuit veniã quo ad uitam æternam, non quo ad temporalem: ſicut & Dauid remiſſum fuit peccatũ quo ad vitam æternam, ſed tamen punitus fuit temporaliter, ut de pœniten. diſtinct. j. ſicut primi.

d Paucorum. Nota xxiij. milia dici pauca: ‡ quia pauci fuerunt reſpectu aliorum. Simile. ff. de ver. ſig. maiorẽ.

ADDITIO.

Et xxiij. qõ. iiij. c. Guiliſarius. §. quod autem.

e Allegauit. Arg. quod idem poteſt eſſe aduocatus utriuſque partis, & nũc inducere iura pro vna parte, nunc pro altera: quod eſt falſum. ‡ Et ſic tutor duorum litigantium pro uno agit, & pro altero reſpondet: ut ff. de author. tuto. accipientis. Ex hoc loco ſumitur cauſa quare epiſcopus accedens ad altare deponit mitram, & baculum: ſed cum conuertit ſe ad populum, reſumit comminationis ſuæ inſignia: ut de conſecr. diſtin. j. nullus epiſcopus.

f OMnis. In vtroque. i. in abſoluendo & cõdemnando.

Portas

2. Para. 5.

Pſalm. 22.

‡ Sub. ſicut etiam idẽ petit. xxiij. qõe. iiij. quid crudele. in xxa finẽ.

† Inre[illegible]abilem.

Exo. 32. f

Moyſi oratio pro populo i quo fuit exaudita.

Exo. 32. f

‡ Adde regulariter quot dicãtur pauci. not. gl. in l. ſenatus. ff. de don. cauſa mortis. & in c. cupiẽtes. §. cæterũ. in gloſſ. in verſ. cõtra dicẽtium paucitas. de elect. Epiſcopus quãdoque ſumit & qñq; deponit mitrã, & baculũ non ſine cauſa.

‡ Adde de hoc late p Io. And. in mercu. libro vj.

iuſtitiam & miſericordiã portat: a ſed per iuſtitiam, reddit peccati ſententiam: per miſericordiã peccati temperat pœnam, ut iuſto libramine quædã per æquitatem corrigat, quædã uero per miſerationem indulgeat. Qui Dei iuſtitiam oculis ſuis præponit: ſemper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat: & unde non iuſtificatur, inde potius condemnetur.

Idem Aug. in enchirid.

Qui remitit et qui corripit, vterque miſeretur.

CAN. XI.

ET qui emendat uerbere, in quem poteſtas datur, uel coercet aliqua diſciplina: & tamen peccatum eius, quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit b ex corde, uel orat, ut ei dimittatur, non ſolùm in eo ꝙ dimittit ex corde atque orat: uerum etiã in eo ꝙ corripit, c & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynã facit: quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtãtur inuitis, d quãdo eorum conſulitur vtilitati, nõ uoluntati: quia ipſi inueniuntur ſibi inimici. Sunt enim multa genera eleemoſynarum, de quibus Albinus ait:

De multiplici genere eleemoſynarum.

CAN. XII.

TRia ſunt genera eleemoſynarum. una corporalis, egenti dare quicquid e poteris. altera ſpiritualis, dimittere f a quo læſus fueris. tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

Item Auguſtinus.

Eleemoſynis pecuniæ, præfertur eleemoſyna cordis.

CAN. XIII.

DVæ ſunt eleemoſynæ: una cordis, alia pecuniæ. eleemoſyna cordis eſt dimittere ei, à quo læſus es. nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes. indulgere peccanti quantum uolueris redundat g tibi. Eleemoſyna cordis multo maior eſt, quã eleemoſyna corporis. Charitatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit. Illa vero, quæ corporaliter datur, ſi ſine benigno corde h tribuitur, omnino non ſufficit.

3 *Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas manſuetudinis, ſine rectitudine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine mãſuetudine ĩ ꝓlatis debet inueniri. Percuſſores ergo q premiſſis authoritatibus ab*

a Portat. Sed qualiter iſtud ſtare poteſt, quod iudex habeat miſericordiam & rigorem? Primum ea ratione: quia iudex non poteſt mitigare pœnã a canone latam, uel lege inflictam. ar. ij. q. iij. c. ſi quem. §. notandum. ſed illud ibi expeditum eſt. Itẽ qualiter miſeretur iudex illius quem occidit? 1 Itẽ quæ miſericordia manet circa illum, qui deponitur? Item quę miſericordia ſit ibi vbi filius punitur pro delicto patris? vt. vj. qõ. j. c. quæro. §. verum. Solu. ideo dicitur iudex ſeruare rigorem & miſericordiam, non quod ſimul exerceat ea circa aliquem: ſed quia ſi opus fuerit, & cauſa ſubeſt, debet eſſe miſericors in diſpenſando: ſi cauſa non ſubeſt, debet eſſe rigidus in iudicando. Vel dic quod iudex ſemper habebit miſericordiam etiam occidendo hominẽ: & ſi non per mitigationẽ pœnæ, ſaltem per compaſsionem, ut infra ead. vera. Item ex hoc facit miſericordiam, cum facit ut ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vnde eo ipſo, quòd iudex punit aliquẽ miſericordiam facit. ut infra ead. c. proxi. & iſte intellectus patere poteſt ex illis capi. xxiij. q. iiij. duo iſta. & c. ea vin licta. Qui enim facit finẽ peccato, miſericors eſt: ut de pœnitenc. diſtinctio. ultim. cap. ultim. in fin.

b ET qui emendat. Dimittit. Quilibet poteſt & tenetur dimittere rancorem, ſed non tenetur dimittere ſatisfactionem: ut xc. diſtinctione. ſi quis contriſtatus. & xxiij. q. iiij. ſi illic.

c Corripit. Hic videtur, quod aliquis poteſt verberare uel excommunicare aliquem pro propria iniuria. ſic xxiij. q. iiij. ſi illic. & ij. quæſt. vij. ſi quis. Sed contra. ſ. diſtinctio. proxim. ſeditionarios. 2 ubi dicitur quod clerici non debent eſſe vltores propriæ iniuriæ. Similiter eſt contra. xxiij. quæſtio. iiij. inter. ubi dicitur quod nullus debet alium excommunicare pro propria iniuria. ſimiliter eſt contra xxiij. quæſtio. v. de occidendis. ubi dicitur quod iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere. Sed ſolue ut dixi. ij. quæſtio. vij. ſi quis epiſcopus. Ioan. Sol. pro propria iniuria poteſt prælatus aliquem punire dummodo non faciat hoc animo vlciſcendi: ut ſ. diſtinct. proxi. ſeditionarios. uel ut magis timeatur, ut ſ. eo. diſt. c. j. ſed ſi animo corrigendi hoc facit, & non ex indignatione, bene licet, ut in hoc capit. dicitur. Bar.

d Inuitis. Argum. quod inuito confertur beneficium, ut xxiij. quæſt. iiij. diſplicet. & quæſtione v. non vos. lxxiiij. diſtinc. placuit. & c. conſuluit. ff. de negot. geſt. ſoluendo. ff. de libe. cau. l. j. & ij. & ff. de appellat. non tantum. Argum. contra xx. q. iij. præſens. & xxiij. quæſt. v. ad fidẽ. ff. de regulis iur. inuito. Solut. ad bonum ſemel receptũ bene cogitur aliquis illud retinere, alias non. 3 Contraria uero iura in caſibus ſpecialibus loquuntur, in quibus quis cogitur. Sunt enim. Dictum eſt ſupra in cap. proxi. quod qui corripit, & punit, dat eleemoſynam: ideo ponit quot ſunt genera eleemoſynarum, & ad hoc alleg. duo ca. ſequen. Io. de Fãt. & Hugo.

TRia ſunt. e Quicquid. Hæc eſt magna eleemoſina, qui dat ultra id quod poteſt 4 ut xlj. diſtin. parſimoniam.

f Dimittere. Quãtum ad rancorem ad minus, ut xc. diſtinctione. ſi quis contriſtatus.

DVæ ſunt. g Redundat. id eſt, abundat.

h Benigno corde. Quia qui dat pauperi eleemoſynam non ex charitate, ſed ideo ut remoueat à ſe importunam petitionem, rem perdit & meritum, & uenialiter peccat: 5 ut xxv. diſtinct. c. vnum orarium. §. criminis.

Ex his omnibus. Hæc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua probatur quod in correctionibus debet ſemper iudex declinare in partem mitiorem, & tamen

Iudex qualiter põt habere rigorem & miſericordiam.

1 Nam iudex iuſte interficit. xxxvij. q. vj. miles. nã non eſt crudelitas crimina ꝓ Deo punire, ſed pietas. xxiij. q. viij. legi. Archi.

Rãcorem dimittere tenemur.

2 Ad idẽ adde ex. de homic. ſignificaſti. ij. in fi. de hoc nota. ex. de cle. malef. deas. Ar.

Beneficiũ inuito cõfertur.

3 Supra eo. de Iudæis.

Eleemoſina magna.

4 Dominus ſi vult opes fundi, ſed diſpenſari. lxxxvj. diſtinct. non ſatis. Arg. Eleemoſynæ dator põt uenialiter peccare.

5 Sic etiã peccat qs dãdo eleemoſynam ad vanam gloriã. ar. j. q. j. vide quantum.

epiſcopali officio remouentur, nō quilibet corporaliter flagellātes, ſed præter miſſa māſuetudine ad uerbera ſemper parati intelligēdi ſunt: qui per flagella, nō uitia corrigere, ſed timeri appetunt: quib. Petrus ſcripſit, Ne ſitis dominātes in clero, ſed forma facti gregis ex aīo.

Hinc etiā Greg. ſcribit in Moralibus lib. xix. parte iiij. cap. xxiij.

Manſuetudo et diſcretio ab inuicem non ſeparentur.

CAN. XIIII.

SVnt nanque nonnulli ita diſtricti, ut etiā omnem manſuetudinē benignitatis amittāt: & ſunt nonnulli ita manſueti, ut perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus utraq; ſummopere ſunt tenenda, ut nec in diſciplinæ uigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in māſuetudine diſtrictionē deſerant diſciplinæ: quatenus nec a cōpaſſione pietatis obdureſcant, cum contumacem corrigunt, nec diſciplinæ uigorem molliant, cùm infirmorū animos conſolantur. Regat ergo uigor diſciplinæ manſuetudinem, & manſuetudo ornet ſermone uigorē: & ſic alterū cōmendetur ex altero, ut nec uigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

Idem.

Verè iuſtus miſeris compatitur, delinquētibus indignatur.

CAN. XV.

VEra iuſtitia compaſſionem habet, falſa uero a dedignationē: quāuis & iuſti ſoleant rectè peccatoribus indignari. Sed aliud eſt, quod agitur typo ſuperbiæ, aliud qđ zelo diſciplinæ. Indignantur etenim, ſed non dedignantes ſunt. At cōtra ij, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt: nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt: & quo ſe peccatores eſſe nō credunt, eo deterius peccatores fiunt.

Item Hieronymus in Ieremiam.

Peccantes manſuetudine prouocentur, non auſteritate abyciantur.

CAN. XVI.

REcedite b (inquiunt) polluti, recedite, abite, nolite nos tangere, nobiſcum nolite communicare. Talis loquela nō illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmum, ſed magis occidit, atque in deſperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate c aliorum infirmitates penſantes magis per humilitatis, & manſuetudinis leuamētum d ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per auſteritatem in foueam perditionis nutantes propellere.

Vnde doctor gentium, factus ſum (inquit) infirmus infirmis. [1.Cor.9.d]

Idem.

In populum ira Dei deſæuit, cùm prædicator delinquentes palpat, et non corripit.

CAN. XVII.

SEd illud non otioſè tranſcurrendum eſt, ꝙ uno e peccante, ira Dei ſuper omnem populum uenit. [Num.6.d] Hoc quomodo accidit? quando Sacerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes beneuoli uideri uolunt: & uerentes peccantium linguas, ne fortè male de eis loquantur, ſacerdotalis ſeueritatis immemores nolunt complere, quod ſcriptum eſt: Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri f metum habeant. [1.Tim.5.d] Et iterum: Auferte malum a uobis ipſis. [Ibid. d] Nec zelo Dei ſuccenſi imitantur Apoſtolum dicentem: Tradidi huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis: ut ſpiritus ſaluus fiat. [1.Cor.5 d] Neq; illud Euangelij implere ſtudent, ut ſi uiderint peccantem, primò ſecretè eum conueniant: poſt etiam duobus, g uel tribus adhibitis teſtibus: qui ſi contempſerit, & poſt eccleſiæ correctio- [Mat.18 b]

---

uſta punire: & hoc probat per quatuor authoritates. Ioan. de Fant.

a Vera iuſtitia. Falſa uero. [Iudex falſus nō eſt iudex.] Vnde falſa iuſtitia non eſt iuſtitia: & iudex, ſi iuſtitia in eo non eſt, non eſt iudex: ſicut nec iniuſta miſericordia, [1.Pet.5.a] miſericordia: ut xxiij.q.iiij. eſt iniuſta. ſicut falſus denarius: non eſt denarius: & falſus tutor non eſt tutor: [t Sic dicit falſa uirt⁹ 28.q.1.§. ex his.] ut ff. de uerb. ſigni. Paul⁹. Et nota quod facit hic differentiam inter indignari & dedignari, [Indignari et dedignari differunt.] ut indignatio ſpectet ad malos: & dedignatio ad bonos. [s Vnde dicas qđ dedignari proprie eſt cū ſupbia iraſci & corripere & increpare, ſecūdū Hu.] Et illud odium eſt bonum, quo quis odit peccata, nō homines: ut lxxxvj. diſt. odio. & iuſtus iraſcetur peccatis populorum: ut vij. q.j. aduerſitas. §. cū uero. ij.

b Recedite. Hęc ſūt uerba illorum, qui habent falſam iuſtitiā. Sed hæc uerba, non de corporali, ſed ſpirituali receſſu intelligenda ſunt: ut xxiij.q.iiij. recedite. [Petrus cecidit nō ſine cauſa.]

c Infirmitate. ideo enim dominus permiſit Petrum [illegible] dere, ut ex ſua infirmitate ſciret qualiter deberet aliorum infirmitatibus compati: ut l. diſt. conſiderandum.

d Leuamētum. Debet enim prælatus ſingulos iuuare pro poſſe: ut viij. quæſ. j. clemens.

e Sed illud. V. no. ſ. Achor, [Achor.] qui furatus fuerat regulā aureā de Iericontino anathemate: ut j. q. iiij. ca. eccleſia. §. item peccato ciuium.

f Vt cæteri. No. quod cum quis delinquit publice, publice eſt arguēdus, & nō occulte: 3 ut ſic cæteris metus incutiat, & etiā ſcāda- [3 Pone ꝙ aliqs peccauit.]

lum auferatur. ut ij. q.v. ſi mala. & q.vij. quapropter. & xxiij.q.iiij. ita plane. & xviij.q.ij. peruenit. & xj.quæ.i.j.ca. ulti. Et multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt: ut ff. de pœ. aut facta. §. ultimo.

g Duobus. Ex hoc uidetur quod illa

publice, & ſatisfacere uult i occulto, nunqd ſufficit? Nō. Nā dicit canō, ubi malū contingit, ibi moriatur. 2. quæſti. j. ſi peccauerit. Ad hoc & pœ. diſt. j. c. quis aliquādo §. hæc ergo. Arch.

nē non fuerit emendatus, de eccleſia expulſum uelut gentilem habeant, aut publicanum: & dum uni parcūt, uniuerſæ eccleſiæ moliūtur interitum. Quæ eſt iſta miſericordia, quæ iſta bonitas, uni parcere, & omnes indiſcrimen adducere? Polluitur enim ex uno peccatore popul[us] ſicut ex una oue morbida [a] uniuerſus grex inficit: ſic ex uno fornicante, uel aliud quodcunque ſcelus cōmittente, plebs uniuerſa polluitur. Hinc etiam alibi [b] dicitur. Rectorē ſubditis pietas matrē, diſciplina uerò patrem exhibeat. Percuſſor quoq; dicitur, qui ſermone inutili infirmorum conſcientiam uulnerat.

Vnde Anacletus Papa.

Qui ſermone incauto cōſcientiam percutit infirmorum, percuſſor uocatur.

CAN. XVIII.

4 SAnè percuſſor ille doctor dicitr, qui ſermone inutili conſcientiā percutit infirmorū. Ideo tenere uos & omnes fideles oportet eum qui ſecūdūm doctrinā fidelis eſt, ſermonē, ut potens ſit cōſolari in doctrina ſancta, & contradicentes redarguere, & rectè uiuentes, atq; etiam rectam fidem tenentes conſolidare.

DISTIN. XLVI.

1 *ps* SEquitur [c] *in epiſtola ad Timotheū: Nō litigioſū. Nihil eſt.n.impudētius arrogantia ruſticorū, qui garrulitatē authoritatē putāt et parati ad lites, in ſubiectos tumide intonant, quod ex arrogantia ſuperbiæ prouenire manifeſtum eſt.*

Vnde Grego. ſcribit in Moralibus, lib. uigeſimotertio, parte v.c.xij.

Arrogantes neſciunt inferre humiliter quæ docent.

CAN. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantiū, ut humiliter neſciant inferre, quæ docent: & recta, quæ ſapiunt, etiam rectè miniſtrare non poſſunt. In uerbis [d] enim eorum proditur, quòd cùm docent, quaſi in quodam ſibi uidentur ſummitatis culmine reſidere: eoſque, quos docent, ut longè infra ſe poſitos uelut ī imo deſpiciunt: quibus non conſulendo loqui, ſed uix dominando dignātur. Rectè autem his per prophetā dominus dicit: Vos autem cū auſteritate imperabatis eis, & cū potentia. Cum auſteritate enim, & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non cum tranquillitate ratiocinando corrigere, ſed aſperè inflectere dominando feſtinant. At contra, uera doctrina tātò uehemētius hoc elationis uitium fugit per cognitionē, quantò ardentius uerborum ſuorum iaculis ipſum magiſtrum [e] elationis inſequitur. Cauet enim, ne eum elatis moribus prædicet, quem in cordibus audientium ſacris ſermonibus inſectatur. [f] Ezec. 34.

2 *Ecce, quare litigioſi prohibentur in epiſcopos ordinari. Eſt et alia cauſa huius prohibitionis. litigioſi nanq; uel adulationib. animos principum ſibi cōciliant, uel fratribus ſuis detrahendo, infamiæ notam ingerunt: uel inter fratres diſcordiā ſeminādo, ſeditionē nunquam facere ceſſant: quæ omnia in prælatis damnabilia eſſe probantur.*

Vnde Greg. ſcribit in Moralibus lib. decimooctauo, parte iiij. cap. ij.

---

illa authoritas, ſi peccauerit, intelligatur etiā de manifeſto delicto. Quid iuris ſit, dixi ij.q.j. ſi peccauerit.

a Morbida. ī. j.qō. j.fertur.xxiiij. quæ. iij.reſecandæ.

Iure, cui[us] nō eſt author, utrū poſſumus uti.

b Hinc etiam alibi. Arg. quod poſſumus uti iure aliquo, cuius non habemus authorem: ut ī.c. neminem. & extra de fri. & male c.j. de conſec. diſt. iiij. ſanctum. Ar. contra. ff. de fal. l. ult. ubi dicitur quod falſarius eſt, qui allegat leges, quarum nō habetur author. Io. hoc ideo contingit in legibus, quia nulla ſine authore certo inuenitur. B.

Sane percuſſor. Hæc eſt quarta pars diſtin. in qua proſequitur de percuſsione ſpirituali: quia ſupra dixit de corporali. Arch.

SEquitur. Hæc diſtinct. diuiditur ī tres partes: in quarum prima reprehēdit ſuperbos doctores. Secunda ibi, Ecce quare. Tertia ibi, Non licet. Ioan. de Fant.

ad Titum 1.b

c Sequitur. In hac xlvj. diſtin. exequitur x. cap. apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe non litigioſum. Talis autem duplici de cauſa prohibetur ordinari.

Litigios[us] duplici ratione ordinari nō debet.

1 una, quia cum talis ſit arrogans, neſcit humiliter docere. Vnde ſubditi uilipendunt eius doctrinam. Item alia ratione: quia conſueuerunt tales diſtemperati eſſe in moribus. Solent enim eſſe adulatores, proditores, detractores, maledici, inuidi, ſcurriles, ad ulciſcendas iniurias ſuas prompti: quæ ſecundum ordinem hic exequitur. 2

1 Vt ī.c. cap. j.

1. Tim. 3.

2 Tertia,

d HOc habet. In uerbis. Ex uerbis enim perpendimus alicuius ſtultitiam: ut xciij. diſtinctio. legimus. & extra de ſucceſ. ab inteſta. cum dilectus. & ex uerbis perpenditur quanta fides adhibeatur teſtibus: ut ff. de quæſt. l. de minore. quandoque etiā per ſigna perpenditur, quia impudicus oculus, &c. ut xxxij. quæſtio. v. nec ſolo. & de pœnit. diſt. j. in actione.

e Magiſtrum. id eſt, diabolum.

f Inſectatur. id eſt perſequitur.

Ecce, Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua reprehendit auaros, adulteros, maledicos, murmuratores, ſeditionarios, & iniuriarum ultores: & hoc probat per vij. authoritates. Ioan. de Fant.

quia cum ipſe ſit litigioſus, & per conſequentiam prouocet alios ad diſcordiā, nō poſſet ad cōcordiā reuocare: q tamē tenet ex officio facere. 93 diſt. c. j. p totū. ſecūdum Ho. Stultitia per uerba ac ſigna ꝑpenditur.

Suut

De his, qui peccatoribus adulantur.

CAN. II.

SVnt nonnulli, qui dũ malefacta hominum laudibus efferunt, augét, [a] quæ increpare debuerant. † Hinc enim per prophetam dicitur: Væ his, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite uniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſub cubito puluillus, uel ceruical ſub capite iacentis ponitur, ut molliter quieſcat. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub cubito, uel ceruical ſub capite iacentis ponit: ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Hinc rurſus ſcriptum eſt: Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine peccati duritia deſignatur. Aedificare ergo parietem, eſt contra ſe quæpiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi peruersè agentes ædificant, ipſi adulantes, quaſi nitidum reddant. Sed ſanctus [b] vir, ſicut mala de bonis non æſtimat, [c] ita iudicare bona de malis recuſat, dicens: Abſit hoc à me, ut iuſtos uos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

Hinc etiam ex cócilio Carthaginen. iiij. legitur.

Adulator, uel proditor clericus ab officio degradetur.

CAN. III.

CLericus, qui adulationibus, [d] & proditionibus [e] vacare deprehenditur, degradetur ab officio.

Item.

Excommunicentur ab epiſcopo, qui fratribus non probanda obijciunt.

CAN. IIII.

ACcuſatores [f] fratrum epiſcopus excommunicet, qui non probãda fratribus obijciunt: & ſi emendauerint vitiũ, recipiat eos ad communionem, nó ad clerum. [g]

Item.

Remoueatur ab officio clericus maledicus, ſcurra: fratrum profectibus inuidens, nõ promoueatur.

CAN. V.

CLericus maledicus (maximè in ſacerdotibus) cogatur [h] ad poſtulandam ueniã: ſi noluerit, degradetur: nec unquã abſque ſatisfactione ad officium reuocetur. [i]

Item.

De eodem.

CAN. VI.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio eſſe retrahendũ cenſemus.

Item.

De eodem.

CAN. VII.

CLericus inuidẽs fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoueatur.

Item.

Non ſunt ordinandi, qui ſeditionibus vacant.

CAN. VIII.

SEditionarios ſtatuimus nunquam ordinandos [k] clericos, ſicut nec uſurarios [l] uel iniuriarum [m] ſuarum ultores.

Item ex concilio Laodicenſi.

Vſuras exigere clericis minimè licet.

CAN. IX.

3 NOn licet fœnerari miniſtris altaris, uel in ſacerdotali ordinatione conſtitutis, uel uſuras, uel lucra, quæ ſeſcupla [n] dicuntur, accipere.

Item Leo Papa.

Nec ſuo nomine, nec alieno clericus fœnerator exiſtat.

---

a SVnt nonnulli. Augent. Non enim oportet laudãdo augere maliciam ſerui, ut ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. in fin.

b Sed ſanctus. Scilicet Iob, cuius uerba Gregor. hic exponit.

c Non æſtimat. Quia dubia in meliorem partem interpretantur, ut extra de regulis iuris. eſtote.

d CLericus qui adulationibus. Triplex eſt adulatio, ut dixi xxv. diſtinct. c. unum orarium. §. alias.

e Proditionibus. Proditor dicitur, qui propter timorem non defendit veritatem, & qui tacet eam, ut xj. qũ. iij. nolite. 2 Item qui crimen alterius ſibi ſoli notum manifeſtat, 3 ut ij. q. j. ſi peccauerit. Itẽ qui malitioſe circumuenit alium, & callide ſeducit, ut in periculum ſalutis trahat. xvj. quæſtio. j. ſi cupis. Item qui rem ſibi commiſſam exponit hoſtibus. xxij. quæſt. v. de forma. Item qui iuſſa veritatis contemnit. xj. quæſtio. iij. abijt. Item qui ſecretum ſibi commiſſum reuelat. xiij. diſt. merui.

f ACcuſatores. id eſt, detractores.

g Non ad clerum. Optimũ eſt hic argum. pro H. qui dicit, quod qui ſemel fuit excommunicatus, amodo non ad mittatur ad actus legitimos, 1 ut di cã. iiij q. j. in princ.

h CLericus. Cogatur. per excõmunicationem, vt vj. quæſt. j. illi, qui. & xxij. quæſt. j. prædicandum.

i Reuocetur. Argu. quod epiſcopus poſſit depoſitum reſtituere. de hoc dixi. s. ſecunda quæſtione vj. ideo. Vel dic degradetur, id eſt ſuſpendatur, & reuocetur per Papam.

k SEditionarios. Ordinandos. & ordinatos deijciendos.

l Vſurarios. Quia tales propter auaritiam pro minimo litigant.

m Vel iniuriarum. De hoc dixi. s. diſtinct. proxi. & qui emendat.

NOn licet. Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua reſpondet & prohibet uſuras præcipue clericis: prohibet dico per duas authoritates. Ioan. de Fant.

n Seſcupla. Hic ponitur ſeſcuplũ pro ſeſquialtero, quod continet totum, & eius medietatem. Seſcuplum • ſecundũ quod per ſ, ſcribitur, dicitur a ſeſqui, quod eſt totũ: & plica. vnde ſeſcupla vſura dicitur, cum datur ſumma aliqua, & recipitur ſumma illa cũ ſua plica, id eſt, medietate. Sexcuplum ſcriptum per x. dicitur quælibet res ſexies multiplicata.

Ezech. 13. c

† Adde tex. in l. ca peccatorias. ff. de hær. inſti. gl. in l. j. & ibi Cyn. C. ſi quis ali. te da. prohi.

Proditor multipliciter dicit.

e ij. ubi [redacted] cerdos. Archidiac.

Ezec. 13. b

Iob. 27. a

3 Hoc c. nil videt facere ad hoc: quia nó refert ſe ad excõ municationem, quę ẽ pœna medicinalis, ſed ad vitium quod eſt crimẽ. Archid.

• Vide [redacted]

CAN. X.

SIcut nõ ſuo,[a] ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim crimen ſuum commodis[b] alienis impendere & exercere Fœnus autem hoc ſolùm aſpicere & exercere debemus, ut quod hic miſericorditer tribuimus, a domino (qui multipliciter & in perpetuũ mãſura tribuit) recipere valeamus.

DISTIN. XLVII.

[1] *Q Vòd aũt[c] in fine huius capituli vſurary ordinari prohibentur,[d] inde eſt, quòd vſuram exercentes cupiditati deſeruire probantur: cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur: quia tales facilè à iuſto deuiarent.*

Vnde in canonibus apoſtolorum legitur.

Diaconus, presbyter, et epiſcopus exigens vſuras, niſi deſierit, deponatur.

CAN. I.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras a debitoribus exigẽs,[e] aut deſinat, aut certè deponatur.

Item ex concilio Niceno, cap. xviij.

Vſuras exigens, ſi clericus ſit, ſiue ſubiectus regula, deijciatur.

CAN. II.

QVoniã multi ſub regula conſtituti auaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique diuinæ ſcripturæ dicentis: Qui pecuniã ſuã non dedit ad uſurã, mutuum dantes, centeſimas[f] uſuras exigunt: iuſtè cẽſuit magna & ſancta ſynodus, ut ſi q̃s inuentus fuerit poſt hanc diffinitionem uſuras accipiens, aut aliquã adinuentionem faciẽs, uel quolibet modo negotia tranſigens,[g] aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla exigẽs, uel aliquod tale prorſus excogitãs[h] turpis lucri gratia, deijciatur a clero, & alienus exiſtat a regula.

Hinc etiam Gregorius in xix. libro Moralium, cap. xxv. ſcribit dicens:

Temporalibus lucris deſeruientes, Deo nequaquam militare probantur.

CAN. III.

OMnes huius ſeculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles. Nam pro tẽporali gloria uſque ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua, nec parum quidem in labore ſubſiſtunt. pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœleſti mercede, uel tenuiſſimi verbi ferre contumelias recuſant. terreno iudici toto etiam die aſsiſtere fortes ſunt: in oratione verò coram Domino, uel unius ore momento laſſantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitijs, atque honoribus tolerant, & earũ rerum ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant: ſuperna autem laboriosè quærere tantò magis diſsimulant, quãtò magis ea retribui tardius putant.

Hi itaque quaſi aliarum † arborum more deorſum vaſti ſunt, ſurſum anguſti: quia fortes in inferiora ſubſiſtunt, ſed ad ſuperiora deficiunt: at contra ex qualitate palmarum[i] deſignatur proficiens vita iuſtorum, qui nequaquam ſunt in terrenis deſi-

† Malorum.

---

[a] SIcut non ſuo. Argu. qđ quis non poteſt facere ſuo nomine, nec alieno, ut xxiij. qõ. viij. his, a quibus. & ff. de ad min. rer. ad ci. per l. ij. in princip. Argu. contra lxxxviij. diſtin. epiſcopus. & ij. qõ. vj. ſi epiſcopus. v. qõ. iij. c. ulti. ff. quæ res pi. ob. poſſ. Ariſto. Et eſt hic argu. quod ſi aliquis quaſi procurator, uel tutor quandoq; recipit uſuras, quod non poſsit petere, ut ſibi reddantur vſuræ. Ioã. Vnde ſi aliquis tutor a me recipit uſuras nomine pupilli, finito officio poſſum petere uſuras a tutore: quia pro alio peccare nõ debuit, vt dicitur hic. Secus in alijs contractibus: quia finito officio, non conuenitur tutor, uel curator, ut C. de adminiſt. tut. ſi non ſubſcripſiſti. & C. quando tut. vel cur. eſſe deſi.[4] l. j. Licet ſecus ſit in procuratore:[5] ut ff. de p̄cura. l. procurator qui pro euictione. quia tutor fit ex neceſsitate, procurator uoluntate. ff. de procu. l. j. Bar.

[b] Commodis. Quia periculoſa eſt talis compenſatio. xiiij. diſtin. quod ait.

QVod autẽ. Hæc diſtinct. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima principaliter prohibet uſuras, & hoc facit per quinque authoritates. Secunda ibi. Virum. Tertia ibi. Neceſſe eſt. Quarta ibi, Quod tunc. Ioan. de Fant.

[c] Quod autem. Hic proſequitur xj. c. apoſtolicæ regulæ, nõ cupidum. & continuatur illi c. ſeditionarios. & ideo p̄hibetur cupidus: quia facile à uero deuiat.

[d] Prohibẽtur. ſ. in epiſtola ad Timotheum.

[e] EPiſcopus. Exigens. ſed non ſuſcipiens. tunc eñ deponeretur, ut infra eod. ſi quis contra. ubi de accipiente dicitur. uel exigens cum effectu.[1] Vel illud pro tempore datum eſt. & non habet locum hodie: ſed habuit locum tempore apoſtolorum propter nouitatem eccleſiæ. Et habes hic, quod nõ quodlibet mortale peccatum deijcit iã promotũ, ut xxxv. diſt. c. j. & v. quæſt. iiij. in loco.

[f] QVoniã multi. Centẽſimas. cẽteſima dicit̃ vſura, q̃ ſorti æquiparatur in anno.

[g] Trãſigens. Id eſt quodcunq; nouum pactum, uel contractum inueniens in fraudem uſurarum, ut ſi ſumat rem in pignore, & nõ computat fructus in ſortem. c. j. & ij. extra de vſuris.

[h] Excogitans. Argu. quod ſola cogitatio punitur,[2] ut vj. quæſtio. j. cap. ſi quis cum. quod verũ eſt quo ad Deũ, & ſi non procedit ad actum, ut xxviij. quæſt. j. nec aliqua.

[i] OMnes. Palmarum. Secundũ illud: Iuſtus ut palma florebit. Amplius

---

Tutor pupilli noĩe non debet uſuras exigere.

[4] Alias, oñ mi. ex facto tut. l. j.

[5] Adde Paulũ de Caſtro & Alexã. de Imo. in l. ſi q̃s iniquum. §. ſi p̄curator. ff. qđ q̃ſque iu. gl. tamen in l. ſi ſciẽte. ff. de parricĩ. videt̃ tenere cõtrariũ quã ſequit̃ ibi Bar. & Angel. per l. ordinẽ. §. in fraudẽ. ff. ad munici p. Idẽ et tenet Bar. in l. j. §. incidit. in fi. ff. ad Turpil. & Frãciſ. Tigri. in d. §. in fraudẽ. fa- cit tex. in l. j. C. ut nemo ad ſuũ patri. lib. xj. & ibi Aug.

[1] Iſta ſola & præcedens fuit Goffre. & Hu. ſecundũ iſtam expoſitionẽ dic exigens. i. exactũ recipiens. Peccatum mortale ſemp deijcit iã promotum. Vſura centeſima. [redacted]

[2] Adde an & quãdo ſola cogitatio puniat. not. in c. j. ĩ gl. in Vᵒ. nos tamen ſtudioſam. de eo q̃ mit. in poſſeſſ.

Peccator an tandiu debeat pœnitere, quandiu fuit mal⁹.

Rom.5.c

a Amplius. Tantũ faciatis boni, quantum feciſtis mali: nõ intelligas, quod tandiu debeat pœnitere, quãdiu fuit malus: quia tanta poſſet eſſe contritio, quod momentanea pœnitentia ſufficeret. de conſecr. diſt.iiij. baptiſmi.

b Tales. Videtur hic quod aliquis poſsit tantum creſcere in malitia, quantum in bonitate: quod non eſt verum, quia charitas poteſt in infinitum extendi, iuxta illud: Bonum mihi lex oris tui ſuper milia, & cætera. ſed malitia nõ: quia aliquis non poteſt eſſe ſumme malus, vt de pœnit. diſtinctio.ij.c.ſi ſermo.§. econtrario.

Summe malus nullus põt eſſe.

c Aeris. Id eſt, cæleſtis conuerſationis.

c Quæ ideo dicitur aer, quia in ea ſæpe boni pẽna cõtemplationis eriguntur ad ſublimia, ſicut auis in aere. xviij. q.iij. cum in lege. Archi.

d De Petro. de eodem Petro habes xxxix. diſtin. Petrus. & lxj. diſt. ſtudij. De hac materia notaui ſupra xxviij. diſt. priuſquã.

e Perueniſſe. Iſte repulſus erat propter duo, ſcilicet propter uitium uſurarum, & propter ſimplicitatem: & tamen neutrum fuit ei forte oppoſitum. Et ita eſt arg. quod iudex ex officio ſuo poteſt aliquid obijcere, extra de elec. cum nobis.

Iudex ex officio poteſt aliqd obijcere.

f Subtilitate. Nota, quod alicui committitur inquiſitio de proprio facto, ſed hæc inquiſitio erit ſummaria, non plena: alias nõ committeretur.

g Ignota. Per hoc patet, quod qui eſt notus, non examinatur. ut xciiij. diſtinct. valde. xxxv. quæſtio.ix.veniam. Vnde & notus ſine probatione recipitur, ut extra de regula. ad apoſtolicã. ſed dum conſecratur bene examinatur, ut xxiij. diſtinctio. qui epiſcopus.

Notus nõ examinatur.

h Cum decreto. omnium ſubſcriptionibus roborato: ut lxj. diſt. epiſcopus. & lxiij. diſtinctio. quanto.

derijs fortes, & in cæleſtibus debiles: ſed longius atque diſtantius ſtudioſos magis Deo ſe exhibent, quàm ſeculo fuiſſe meminerint. Nã cùm quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur: ſi nequaquam amplius a poteſtis, ſaltem tales b eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum: nec debiliores vos habeat ſancta libertas aeris, c quos in carne validos habuit uſus terrenæ uoluptatis.

Idem Gregorius ciuibus Neapolitanis.

Ad ſacros ordines uſurarij promoueri non debent.

CAN. IIII.

De Petro d inſuper perueniſſe e ad nos cognoſcite: quia ſolidos dedit ad uſurã, quos uos oportet cum omni ſubtilitate f perquirere: & ſi ita conſtiterit, alium eligite: & ab huiuſmodi vos perſona ſine mora ſuſpendite. Nam nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. Si verò ſubtili habita inquiſitione hoc falſum eſſe putaueritis: quia perſona eius nobis ignota g eſt, & utrum ita ſit de ſimplicitate, quod ad nos perlatum eſt, ignoramus: cũ decreto h à uobis facto ad nos eũ venire neceſſe eſt, ut uitam moresq; illius ſolicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter cognoſcamus: ut ſi iudicio huic aptus extiterit, veſtra in eo (adiuuante domino) deſideria compleamus.

Item ex concilio Elibertano.

i Degradetur clericus, qui uſuras accipere detegitur.

CAN. V.

Si quis clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari, i & abſtinere. k

Item Leo epiſcopus Anatholio epiſcopo.

Nec implicari errore, nec cupiditate violari ſacerdotem oportet.

CAN. VI.

a Virum catholicum, & præcipuè domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſancta ſcriptura: Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Mens l enim potentiæ m auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis, nec pietati adhibere conſenſum.

Item Gregorius.

Qui cupiditatem à ſe non abſcindit, bonorum authori inhærere non ualet.

CAN. VII.

Bonorum authori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus.

Item Ambroſius de eo, quod ſcriptum eſt in Euangelio, Hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit. †

Auari eſt hominum bona inuadere, quorum neceſſitatibus ſubuenire ualet.

CAN. VIII.

Sicut † ij, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed paſſionis ſuæ phantaſias uident: ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper argentum videt: ſemper reditus computat: gratius aurum intuetur, quàm

i Si quis clericorum. Degradari. ꝫ.xiiij. quæſt. iiij. quoniam.

i Extra de elect. in notuit. vbi de hoc.

k Et abſtinere. à ſacramentis quouſq; pœnitet.

Virum catholicum. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua probat per tres authoritates, quod alias etiam non debemus eſſe cupidi. Io. de Fant.

l Mens. Alligata vitio cupiditatis citò deuiat à uero, vt xcvj. diſt. bene. in princ. & lxxxiij. diſtin. nihil.

Cupidus deuiat a veritate.

m Potentiæ. Id eſt, humanæ dignitatis.

Sicut ij. qui. Satietas.

Eccleſ.18.

Luc.12.c

† Attulit. In tertia parte operum, Sermone 82. col.v. cum ſeq. vnde ego huius cap. textũ (q. corruptiſsimus erat) renouaui, & natiuæ puritati reſtitui, ut ſequitur.

† Sicut. [redacted]

ſolem uidet. Ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dominum aurum quærit. Et poſt pauca: Interdum etiã vſuræ arte nequiſsima, ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed quid agis? nec ſatietas [a] vnquam, nec finis aderit cupiditati. Et poſt multa: Sed ais, Quid iniuſtum eſt, ſi cùm aliena [b] non inuadam, propria diligentius ſeruo? O impudens dictum: propria dicis, quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti, quando in hac ingreſſus es luce: quando de uentre matris exiſti, quibus quæſo facultatibus quibus ſubſidijs ſtipatus ingreſſus es? Et poſt pauca: Proprium nemo dicat, quod commune: [c] plus quàm ſufficeret ſumptum, & uiolenter [d] obtentum eſt. Et poſt pauca: Nunquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia: ut tu quidem eſſes affluens, & abundans, alijs uerò deeſſet, & egerent? An idcirco magis quia & tibi uoluit benignitatis ſuæ experiméta conferre, & aliũ per uirtutem patiẽtiæ coronare: tu uerò ſuſceptis Dei muneribus, & ſi in ſinum tuũ redactis, nihil te putas agere iniquũ, ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tã iniuſtus, tã auidus, tã auarus, quã qui multorũ alimenta ſuũ nõ uſum, ſed abundantiã, & delicias facit? Neque enim minus [e] eſt criminis habenti tollere, quã cù poſsis, & abundas, indigentibus denegare. Eſurientiũ [f] panis eſt, quem tu detines: nudorũ indumentum eſt, quod tu recludis, miſerorum redemptio eſt, & abſolutio pecunia, quam tu in terra defodis. Tot te ergo ſcias inuadere bona, quot poſſis præſtare quod uelis.

3 *Neceſſe eſt [g] etiam † ut ille, qui ordinandus eſt, ſuę domui ſit bene prepoſitus: id eſt, ſi in laicali habitu uxorẽ habuit, uel filios a uitijs ad uirtutũ ſtudia, et uerbo, et exẽplo pronocet; ut qđ poſtea præceptur9 eſt populis, prius exigat à domeſticis. [h] Vnde Apoſto. Epheſ. ſcribit, ut uxores ſuas, ſicut ſua corpora diligãt, et filios ſuos nõ ad iracundiã ꝓuocent, ſed enutriant illos in omni diſciplina, et correctione domini. Vnde cũ Paulus ad Timotheũ ſcribens dixiſſet, Suæ domui bene præpoſitũ, ſtatim ſubiunxit; Habẽtẽ filios ſibi ſubditos in omni caſtitate, & nõ in accuſatione luxurię. Nõ enim taliũ cohabitator frontẽ habet alios redarguendi. Vnde de beato Iob legitur, quod pro filijs ſuis quotidiana offerebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos; quos tãta charitatis perfectio in unũ cõſtrinxit, ut quiſq; eorũ in ſuo die conuiuiũ fratribus prapararet, & ad epulãdũ ſecum tres ſorores ſuas pariter inuitaret. Quod quia Eli facere diſsimulauit, ac falſa pietate ſupatus delinquẽtes filios ferire noluit (ſicut in lib. Regũ legitur) apud diſtrictũ iudicẽ ſemetipſum cũ filijs crudeli dãnatione pcuſſit. Vnde ei diuina uoce dicitur, Honoraſti filios tuos magis, quã me. Hinc et Dauid erga filios bonitatẽ, nõ diſciplinæ ſeueritatem exercẽs, eorũ iuuentutẽ experimẽto didicit eſſe pnicioſam, quorũ pueriti.ã*

Iob. 1.

1. Reg. 2.

---

[a] Satietas. Quia totus mundus nec obolus uidetur auaro, ut xiiij. quæſt. iiij. quid dicam. vnde illud, Semper auarus eget. & illud, Eris ſeruus æris, ſi te ſpecies trahat æris. vnde in Thobia, deſit auaritiæ lex, cui ſua deeſſe ſtupeſcit. Copia nuda, ſitis ebria, plena fames. Diues habere cupit quanto plus omnia ſumit.

[b] Aliena. Quaſi dicat, circa rem propriam non poteſt quis peccare. [1] Sed certe expedit reipublicę, ne quis re ſua male utatur: ut inſtit. de ijs, qui ſunt ſui uel alien. iur. §. ſed hoc tempore.

[c] Cõmune. Id eſt, cõmunicandũ tempore neceſsitatis, vt xij. quæſtione. j. duo. & quæſtio. ij. aurum. lxxxvj. diſt. non ſatis. Et lex dicit, quod cibaria, tempore neceſsitatis ſunt omnibus communicãda: ut ff. ad legem Rho. de iac. l. ij. §. cũ in eadem. in fin.

[d] Et uiolenter. Dicitur hic, quod per uiolentiam dicitur auferre, qui ultra neceſſaria ſibi retinet. [2] & xij. quæſtione prima. uolo. & quæſtio. ij. aurum. quod uerũ eſt, ſi hoc fiat tempore neceſsitatis. Nam alias poteſt quis ſibi ultra neceſſaria retinere, ut xij. q. j. expedit. & cap. habebat. & qõ. ij. aurum.

[e] Minus. Alibi inuenitur, quod magis deliquit, qui aufert, quam qui non dat, ut xij. quæſt. ij. & ſi illi.

[f] Eſurientiũ. Nunquid ergo pauperes ipſum poſſunt petere? Non directo iudicio, ſed denũtiare poſſunt eccleſiæ illũ, qui non det: & ſic eccleſia poteſt eum cogere ut det, arg. ex. de ſimo. ad apoſtolicã.

Neceſſe. Hæc eſt tertia pars hu9 diſtin. in qua dicitur & probatur, quod prælatus debet bene eſſe diſpoſitus domui ſuæ. Ioan. de Fant.

[g] Neceſſe eſt. Hic proſequit. xij. cap. apoſtolicę regulæ, oportet ordinandũ eſſe domui ſuæ bene præpoſitum. Tunc dicitur quis bene prępoſitus domui ſuæ, quando familiam ſuam bene gubernat verbo, & exemplo. Quia qui negligẽter ſuos gubernauit, præſumitur cõtra eũ, quod circa extraneos ſit magis negligẽs: [3] nec haberet frontem redarguendi alios, qui ſuos noluit corripere. Tamen ſi per eum nõ ſtaret, quin familia eius emendaretur, nõ imputaretur ei, j. ead. diſtin. c. penulti. & ultimo.

[h] A domeſticis. vxor uero dicitur domeſtica. ut xxxvij. quæſtio. vj. cap. ulti. C. de re milita. quicunque. lib. xij. ff. ad Sylla. l. j. §. uerum.

Vxus

Auarus eſt inſatiabilis.

[1] Hoc eſt falſum. nã omne qđ, &c. xiiij. qõ. iiij. qd dicã. in ſi. xlij. diſt. cap. j. §. j. verſ. quomodo. Archid.

[2] Ad hoc xlij. diſt.

Eccleſia qñq; cogit ad eleemoſynã dandam.

† Etiam. Hic incipiunt verba Gratiani vſque ibi, unde Hieronym. Nõ eñ iuſtus. & debet ſtare pro ſeparato & ultimo canone huius diſtinctionis.

Domui ſuæ bene præpoſit9 quis dicatur.

[3] Et crimen negligẽtiæ adeo magnũ eſt, qđ inducit depoſitionẽ. lxxxj. diſt. dictum. Ray.

uaga licētia permiſit eſſe uoluptuoſā. Vnus [a] quippe eorum ſororē [b] ſuam ſtupro corrūpēs, à fratre eius Abſalō, uidelicet inter epulas, quas fratribus ſuis fraudulenter pararat, obtrūcatus eſt. Abſalom uerò poſtquam ueniā à patre obtinuit, de regno illum expulit, et ad cōcubinas eius īgreſſus eſt: demum per inuia deſerti patrē perſequēs, quercui inhæſit, atq; ita ſuſpenſus interijt. Hinc ēt Paulus ad Timotheū ſcribit dicens: Qui ſuorū, et maximè domeſticorum curam nō habet, ſidē negauit, et eſt infideli deterior. Iure ergo, qui domui ſuæ neſcit præeſſe, in epiſcopū ordinari prohibetur: quia qui ī re minima, de qua ſibi [c] familiarior debet [d] cura ineſſe, fidelis non eſt, qūo ī eccleſia Dei, ubi tot ſūt alieni ſolicitā diligētiam exhibebit? Vnde Hieronymus. Non.n. [e] iuſtus polluit ex uitijs filiorum, ſed libertas [f] ab apoſtolo eccleſiæ principi [g] reſeruat: ut talis fiat, qui nō timeat pp uitia liberorum extraneos reprehendere.

4 *Quod tūc [h] fiet, ſi nō erit quod ſibi imputetur. cùm .n. greſſus hominis à domino dirigantur, nec ſint ī homine eius uiæ, corripere quidem poteſt, corrigere autē non ualet: pulſare poteſt, non aperire: manus comprimere, non animum mutare.*

Vnde Auguſtinus ad Vincētium Donatiſtam.

Bonorum hominum diſciplina mores immutare non ualet.

CAN. IX.

Qvantumlibet uigilet diſciplina dom⁹ meæ, homo ſum, & inter [i] homines uiuo; nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior ſit quàm arca Noe, ubi tantū inter octo homines unus [k] reprobus inuentus eſt. Aut melior ſit quàm dom⁹ Abrahæ, cui dictū eſt: Eijce ancillā, & filiū eius. Aut melior ſit, quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictū eſt: Iacob dilexi, [l] Eſau aūt odio [m] habui. Simpliciter autem fateor charitati ueſtræ coram domino Deo noſtro, qui ēſt teſtis mihi ſuper animā meam, ex quo Deo ſeruire cœpi, quoniam ſicut difficile [n] ſum expertus meliores, quàm qui in monaſterio profecerunt, ita non ſum deteriores expertus, quàm qui ī monaſterio defecerūt. Hinc arbitror dictū in Apocalypſi: Iuſtus iuſtificetur adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

Item Cypriano Cornelius Papa.

Conuicia perditorum à uia rectitudinis nos mouere non debent.

CAN. X.

Qvod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ conuenit, ſemper dare operā, ne q̄s culpa noſtra de eccleſia pereat. Si quis aūt ultro & crimine ſuo perierit, & pœnitentiā agere, atq; ad eccleſiā redire noluerit, nos ī die iudicij īculpatos [o] futu-

2.Re.13 a — 2.Re.16 a — 1.Tim.3 a — Meli⁹ diceret corripiēdi. & infra ibi corrigit, melius diceret corripit, ut eodē ibi, corripere quidē &c. — Psal. 36.

a Vnus. Ammon.
b Sororem. Thamar.
c Sibi. Sic viij. q.j. quid autem.
d Debet. i. conſueuit. Hoc ideo dico, quia nemo debet præferre res ſuas rebus ſibi commodatis: ut viij. q.j. q̄d autem. & ff. commoda. ſi ut certo. §. cōmodatum.

ADDITIO.

Ad idem xij. q. iiij. quicunque. ff. de admini. tutor. & C. arbi. tut. l. quicquid.

e Non enim. ſic ij. quæ. vij. qui nec regiminis.
f Sed libertas. corrigendi alios, cū corripit ſuos.
g Principi. i. prælato, &c. Io.
h Quod tunc. Hæc eſt iiij. pars huius diſt. in qua probat, quod non imputat patri peccatū filiorū, nec prælato peccatum ſubditorum, ſi per eum non ſtetit: & hoc probat duabus authoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. *Dictum eſt ſuprà ī §. neceſſe. quod ordinandus ſuæ domui debet eſſe bene præpoſitus: quod tunc fiet, ſi non ſit, quod poſſit ei imputari. Nā ſi corripiat quātum in ſe fuerit filios, licet nō corrigātur, quia nō ſunt in eis uiæ domini, nec greſſus eorum à domino dirigūtur. nō eſt ei imputādū: quia pulſare poteſt, non aperire, nec eorū animum mutare. & hoc probat Gra. ſeq. capi.*

h Quod tunc. ſ. q̄d domui ſuæ ſit bene præpoſitus.
i Qvantumlibet. Et inter. octo ipſe pater & tres filij, & quatuor ipſorū uxores.
k Vnus. ſcilicet, Cham.
l Dilexi. id eſt, diligendum præuidi.
m Odio. Quia ſcilicet, præuidi, quod eſſet futurus malus.
n Difficile. id eſt, uix. quandoque ponitur pro non, ut prima quæſtio prima. principatus. ſic ſecunda quæſtione ſexta. capitu. Ibiduum.
n Difficile. Nota quod difficile aliqui inueniuntur meliores quam monachi. Vnde hic euidenter colligitur ratio, quare ille, qui ex natalibus maxime eſt irregularis, per monachatum fiat regularis: ut quinquageſimaſexta diſtinct. capit. primo. quia cum ſit perfectus in uirtutibus, non requiritur quātum ad alia tanta perfectio in ipſo. decimaſexta quæſtio. prima. legi. in fi. & adde id quod eſt xix. quæſtione ultima. non liceat. in authen. de monachis. circa princi. collatio. prima. ubi dicitur quod monachatus malitiam omnem tollit: & ſicut præſumitur hic pro illis, qui in monaſterio profecerunt: ita præſumitur contra illos, qui in monaſterio defecerunt. unde patet, quod ratione loci non præſumitur pro aliquo: ut xl. diſtinctione. non loca. & xij. quæſtio. ij. gloria. in fine. Et hoc uerum eſt, ubi perſona eſt nota: ſed ubi eſt ignota, ſemper præſumitur pro ipſa, ratione loci. xxiiij. diſtinctione. quando.
o Qvod ad. Inculpatos. Quia illud non eſt ex

a Fuit ētiā hiſpidus tā mēte quā corpore. lvj. diſ. naſci. in fi. Hug. — Gene. 9. g — Gen. 21. d — Monachorum laus. — Malac. 1. — Apocal. 22. b

ex uitio noſtro, ſed aliorũ, ſicut alibi uitiũ materiæ non imputatur artifici. Vel alias inculpatos. Ar. bonũ ſi per aliquem non ſtat quo minus aliquid fiat. id non eſt ei imputandum. Simile xxij. q.ij. faciat homo. & xxiij.q.v.de occidendis. xliij.diſt. Epheſijs. ſufficit eñ utiliter inchoari, licet non habeat effectum. ff.de neg.geſ. ſed an ultro.§.j.

a Quo minus. ſi. ĩ. diſt. xliij. ſcimus.

b Non recedamus. Not. hoc minus, & non, faciunt unam affirmationẽ: 1 ut ff.de uerbo. ſignifi. duobus.

1 Secundum hoc exponemi nus, id eſt, nõ magis: quo put: alias ſine nõ, ſecũdũ Aug.

Prohibentur. Hic intitulaturj 48. diſtin. in quo proſequit Gratianus xiij. c.apo.regulæ. ſcilicet, non neophytũ. Neophytus enim, id eſt, nouiter ad fidẽ conuerſus ordinari prohibetur, ne crederet quod Chriſtiana religio plurimũ eo indigeret. Momentaneus enim ſacerdos humilitatem neſcit, & perſonarum modos: & ſæpe in arrogantiam incidunt facti magiſtri, qui diſcipuli eſſe non nouerunt.

c Prohibentur. Hic intitulatur xlviij. diſtin. in qua proſequitur xiij. & ult. cap. apoſto. regulæ, ſcilicet oportet ordinandum non eſſe neophytũ. Dicitur autem neophytus nouellus in fide, 2 uel in religione. 3 Prohibentur autem tales ordinari duplici de cauſa, ſ. ne incidant in ſuperbiã, putãtes quod fides Chriſtiana multum eis 4 ĩdigeat, uel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſiæ. Vnde neſcit ſe alijs conformare. Vtrum autem in aliquo caſu talis ualeat ordinari, dicetur. infra. diſt. lxj. c. ſtatuimus. §. his omnibus.

Neophytus.

2 Vt infra. c.j.

3 Vt infra ca.ij.

4 Vt in hoc cap. per cauſa.

d Neophyti. Nõ facile eſt tyroni committenda cuſtodia. Nam culpa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit. ff.de cuſto.reo. non eſt facile.

ADDITIO. Et eſt ar. cõtra nouos magiſtros. Ar-

ros credimus, qui eorum conſulimus ſanitati: illos ſolos ĩ pœnis remãſuros, qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorũ, quò minus a a uia recta, & à certa regula non recedamus, b quã Apoſtolus inſtituit dicens: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

DIST. XLVIII.

PRohibentũ c autem neophyti d in ẽpos ordinari, ut qui heri erat catechumenus, hodie non fiat epiſcopus: qui heri erat ĩ theatro, e hodie non ſedeat in eccleſia: qui ueſpere erat in circo, hodie nõ miniſtret ĩ altario: qui dudũ fuerat fautor hiſtrionũ, hodie nõ ſit conſecrator uirginũ. Cauſa aũt huius probibitionis eſt ſecũdùm apoſtolũ, ne elatus in ſuperbiã tanquam religio Chriſtiana plurimùm eo egeret, ĩcidat in ruinã diaboli. Momentaneus f nanq; ſacerdos neſcit humilitatẽ obſeruare, et modos perſonarũ, uel ſeſe cõtĩnere: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, nõ pauperib. erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidũt, qui ĩ puncto horæ necdũ diſcipuli fiũt magiſtri: et ſicut Innoc. ait, Miſerũ eſt g eum fieri magiſtrũ, qui necdũ didicit eſſe diſcipulus.

Vnde de eiſdẽ in Niceno concilio legitur.

Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus.

CAN. I.

QVoniã multa ſunt, ſiue per neceſsitatẽ h ſiue ex quacunq; cauſa contra regulã geſta, ita ut homines ex uita gentiliũ nuper adhuc catechizati, uel inſtructi, ſtatim ad ſpirituale baptiſma uenifsẽt, i & continuò cùm baptizati ſunt, etiã ad epiſcopatum uel presbyteriũ prouecti ſunt: rectè igitur uiſum eſt decætero nihil tale fieri. Nam & tẽpore k opus eſt, ut ſit catechumenus, & poſt baptiſma multa probatione indiget. Euidens namq; eſt apoſtolicum præceptum dicens: Non neophytum, ne forte elatus in ſuperbiam, in iudiciũ incidat, & in laqueũ diaboli. Si uero præcedẽte tẽpore l aliquod mortale peccatũ admiſerit, & conuictus duobus, uel trib. teſtib. fuerit: ceſſabit m a clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis uerò ꝑter hoc fecerit, n tãquã cõtraria ſtatutis ſancti cõcilij gerẽs, etiã ipſe præci

1. Tim. 3.

e In theatro. Hæc ſunt uerba Hieronymi ſuper epiſtolam ad Titum. Io.

f Momentaneus. Longo enim tempore debet eſſe aliquis probatus: ut xxiiij. diſt. epiſcopi. in authen. quo modo oportet epiſcopos. §. ſancimus. colla. j. & graue eſt inexpertos, &c. xix. quæ. iij. monaſterijs.

Perfectus nõ cito ſit.

g Miſerũ eſt. Miſerũ enim eſt eum fieri magiſtrũ, qui non dum formam diſcipuli aſſumpſit. infra lxj. di. miſerum. 5

5 Vt extra de electio. officij. & c. cũ in magiſtri. Arc.

h QVoniã multa neceſsitatem. Si propter neceſsitatẽ aliquid ſit, uidetur quod illud licitè ſit: quia quod non eſt licitũ in lege, neceſsitas facit licitum. extra de reg. iu. quod non eſt licitum. 6 Item neceſsitas legẽ non habet. ĩ. de conſec. diſtin. j. ſicut non. ergo ſit contra regulam. Reſpon. neceſsitas, quæ reperitur in authoritate, ut neceſsitas uitæ excuſat, ut extra de fur. ſi quis ꝑ neceſsitatem. de cõſe. diſtin. v. diſcipulos. Sed in adulterio neceſsitas nõ excuſat. ff. de ritu nup. palam. §. nõ eſt. Nã potius debem⁹ quælibet mala tolerare, &c. xxxij. quæſt. v. ita ne.

Neceſsitas quandoq; excuſat. quandoq; non.

6 Cõcor. text. in l. aliquãdo. ff. de offic. procõſ. & de ſicar. l. furens.

i Veniſſent. ĩ. de cõſec. di. v. neophyti.

k Et tempore l. diſtin. ponderet. & tẽpore per interſtitia temporis: ut lxxvij. diſt. in ſingulis.

l Tempore. Id eſt, ante ordinationem, & poſt baptiſmũ. 7 ſic intelligit infra. j. quæſtione. vij. c. ſi quis omnem. hoc ideo dico, quia pro crimine commiſſo ante baptiſmũ non deponitur: ut xxvj. diſtinctio. una. & cap. deinde opponitur.

7 Sub. & ſic ordinatus eo ipſo debet deponi. l. diſ. ex pœnitẽtibus. & l. diſtin. quicunq;

m Ceſſabit. Id eſt, non ordinabitur. Vel ſecundum alios etiam ordinatus degradabitur. Et ſic uidetur quod crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionẽ. ſic xxiiij. diſt. c. ultimo.

Crimẽ ciuiliter ꝓbatũ depoſitionẽ inducit.

n Fecerit. Promouendo tales, &c.

pitabitur de ſtatu ſui cleri. Neophyti uerò hodie appellantur propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumentes.

Vnde beatus Greg. ſcribit Syagrio epiſcopo.

Quis dicatur neophytus, & unde ſit.

CAN. II.

SIcut neophytus dicebatur, qui in initio ſanctæ fidei erat eruditione plantatus, ſic modò neophytus habendus eſt, qui repente a in religionis habitu plantatus, ad ambiendos ſacros ordines irrepſerit. Ordinatè ergo ad ordines aſcendendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſummi b loci faſtigia poſtpoſitis gradibus c per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes nõ prius tignorum pondus accipiunt, niſi à nouitatis ſuæ humore ficcentur: nam ſi ante pondera, quàm ſolidentur, accipiant, cunctam ſimul ad terram fabricam deponant.

DISTIN. XLIX.

ECce d à quibus uitijs debeãt eſſe immunes, *qui in epiſcopum ſunt ordinãdi, apparet. qui enim interceſſores e pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt, ut eius gratiã bene uiuendo mereantur.*

Vnde Gregorius ait in paſtorali.

CAN. I.

SOlicitè formidãdum eſt, ne qui placare poſſe iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cũcti enim liquido nouimus, quia cùm is, qui diſplicet, f ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo deſiderijs terrenis adſtringitur, caueat ne diſtricti irã iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat ſubditis author ruinæ. Solerter ergo ſe quiſq; metiatur, nec locum regiminis aſſumere audeat, ſi adhuc g in ſe vitium damnabiliter regnat: ne is, quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.

Idem in eodem paſtorali.

Sacrificium Deo non offerat, qui uitijs eſt maculatus.

CAN. II.

HInc etenim h ſuperna uoce ad Moyſen dicitur in Leuitico: Loquere ad Aaron: Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius. Leuit. 21.
vbi repente ſubiungitur: Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi uel paruo uel grandi, uel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi lippus, ſi gibboſus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, uel ponderoſus. i Cæcus quippe eſt, qui ſupernæ lucem contemplationis ignorat: qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum lucem venturam nequaquam diligendo conſpicit, quò greſſus operis dirigat, neſcit. Hinc etenim per prophetantem Annam dicitur: Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, k & impij in tenebris l cõticeſcent. 1. Reg. 2. b
Claudus verò eſt, qui quidem quò pergere debeat, aſpicit, ſed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectè non ualet tenere, quam videt: quia uidelicet dum quis ad virtutis ſtatum fluxa conſuetudine non erigitur, quò deſiderium eius nititur, illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etenim Paulus dicit, Remiſſas manus, Heb. 12. e
& diſſolutá genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, ut non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.

Paruo autem naſo eſt, qui ad tenendam

a SIcut neophytus. Repente. i. nouiter in monachali habitu. talis enim nõ eſt eligendus in prælatum, ut extra de electio. cum cauſam. & extra de elect. officij. quæ autem debeant eſſe interſtitia, habes lxxvij. diſt. in ſingulis. & cap. monachus.

Scilicet quo ad ordines ſuſcipiendos à nouiter monachato.

b Qui ad ſummi. 7. j. qõ. j. pueri. & ſi quis epiſcopus per pecuniam. & lxj. diſt. ſtatuimus.

c Gradibus. i. interſtitijs. nec obſt. lij diſt. ſolicitudo.

d ECce. A xxv. huc uſque tractatũ eſt de xiij. c. apoſtolicæ regulæ. Hic magiſter in his duobus cap. ſub compendio tractat de eiſdem.

e Interceſſores. uidetur hic quod orationes factæ a ſacerdocibus malis, noceant ſubditis: quod intellige, cum ipſi ex certa ſcientia eligunt malum & conformem ſuis moribus: alias ſcilicet æque operantur remiſſionem per malum, ut per bonum ſacerdotem: ut j. j. quæſt. j. ſi fuerit ad hoc. argu. vj. q. j. ex merito. argum. viij. q. j. audacter.

f SOlicite. Diſplicet. iij. qõ. vij. in gradibus.

g Si adhuc. Argu. quod quis non poteſt accuſari de crimine de quo pœnituit, & quod non impeditur à promotione. xxvj. qõ. v. quicunq;. ſ. xlvj. diſt. c. clericus. iij. & viij. qõe. j. in ſcripturis. Arg. contra. xxxiij. quæſt. ij. admonere. Solut. accuſari poteſt, ſi cõmiſſum eſt poſt baptiſma, ut xxv. diſt. primũ. B.

Adde ad hoc textũ in l. quæ mente. ff. de furt.

h HInc etenim, probat Grego. in hoc cap. quod vitioſi non poſſunt offerre panes domino, nec aliorum peccata diluere: quia in veteri teſta. corpore uitiati repellebantur. & hoc probat xij. exemplis; quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſta. repellunt.

i Vel ponderoſus. i. criminoſus.

k Seruabit. Ne labatur in hæreſim.

l In tenebris. Peccatorum.

Ex nimia.

menſuram diſcretionis idoneus non eſt. Naſo quippe odores, fœtoreſque diſcernimus. Rectè ergo per naſum diſcretio exprimitur: per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laudibus ſponſæ dicitur: Cant. 7. Naſus tuus ſicut turris, quæ eſt in Libano: quia nimirum ſancta eccleſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant per diſcretionem conſpicit, & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli, qui dum ſe exiſtimari hebetes nolunt, ſæpe ſe in quibuſdam inquiſitionibus pluſquam neceſſe eſt exercentes, ex nimia [a] ſubtilitate fal luntur. Vnde hoc quoque ſubditur uel grandi, uel torto naſo. Naſus quippe gran dis & tortus eſt diſcretionis ſubtilitas immoderata: quæ dum pluſquam decet excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. Fracto autem pede, vel manu eſt, qui uiam Domini pergere omnino non ualet: atque a bonis actibus funditus exors uacat, quatenus hæc non ut claudus ſaltem cum infirmitate teneat, ſed ab his omnibus alienus omnino exiſtat. Gibboſus uerò eſt, quem terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad ſuperna reſpiciat: ſed ſolis ijs, quæ in infimis calcantur, intendit. Qui, & ſi quando aliquid ex bono patriæ cæleſtis audierit, ad hoc nimirum peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus cordis faciem [b] non attollit: quia cognitionis ſtatum erigere nō ualet, quem terrenæ ſolicitudinis uſus curuum tenet. Pſal. 118. Ex eorum quippe ſpecie Pſalmiſta dicit: Incuruatus & humiliatus ſum vſquequaq;. quorum culpam per ſemetipſam veritas re- Luc. 8. probans ait: Semen autem, quod in ſpinis cecidit, hi ſunt, qui audierunt verbum, & a ſolicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus huius vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Lippus verò eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat: ſed tamen hoc carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt: ſed humore defluente infirmantes palpebræ groſſeſcunt: quæ quia infuſione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ uitiatur. Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat, qui uidere recta ſubtiliter per ingenium poterant, ſed uſu prauorum actuum caligant. Lippus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed conuerſationis prauitas confundit: cui bene per angelum dicitur: Collyrio inunge oculos tuos, ut vi- Apoc. 3. deas: Collyrio quippe oculos, ut uideamus, inungimus, cum ad cognoſcendam veri luminis claritatem, intellectus noſtri aciem medicamine operationis bonæ adiuuamus. Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non ſinitur: quia arrogantia ſapientiæ ſeu iuſtitiæ excæcatur. Pupilla nanque oculi nigra videt, albuginem tolerans nihil uidet: quia uidelicet ſenſus humanæ cogitationis, ſi ſe ſtultum, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem ſibi candorem iuſtitiæ, ſuæ ſapientiæ tribuit. á luce ſe ſupernæ cognitionis excludit, & eò [c] claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quò [d] ſe apud ſe per arrogantiam exaltat: ſicut de quibuſdam dicitur: Dicen- ad Rom. 1 tes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Iugem uerò ſcabiem habet, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur: quia ſi cordis tentatio uſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus uſque ad cutis ſcabiem prorumpit, & foris iam corpus ſauciat: quia dum in cogitatione uoluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quaſi enim cutis pſuriginem Paulus curabat abſtergere, cùm 1. Co. 10. dicebat, Tentatio uos non apprehendat niſi humana. Ac ſi apertè diceret: Humanum quidem eſt in corde tentationem perpeti, dæmoniacum uerò eſt tentationis certamine & operatione ſuperari. Impetiginem quoq; habet in corpore quiſquis aua ritia vaſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirum ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat: & abſque occupati tædio excreſcēs, membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quaſi delectat, exulcerat: dum adipiſcenda quæque cogitationi objicit, & ad inimicitias accen dit, & dolorem in uulnere nonfacit: quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam pro-

[a] Ex nimia. Nimia ſubtilitas in iure reprobatur. extra de iu. dilecti. & ſic ſit aliquid in iure contra rationem gratia diſputandi. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in fin. & magis ualet ſimplicitas, quam difficultas. inſtitut. de fideicom. hæred. §. ſed quia ſtipulationes.

[b] Faciem. Id eſt, rationem, quæ eſt facies cordis.

[c] Et eo. i. ideo.

[d] Quo. Id eſt, quia.

Aliarum

mittit. Sed decor mēbrorū perditur, quia aliarū a quoq; uirtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quaſi totum corpus exaſperat, quia per uniuerſa uitia animum ſupplantat, Paulo atteſtante, qui ait: Radix omnium malorum eſt cupiditas. Ponderoſus b uerò eſt, qui turpitudinem opere non exercet, ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente, qui nequaquam quidem uſque ad opus c nefarium rapitur, ſed ei⁹ animus uoluptate luxuriæ ſine ullo repugnationis obſtaculo delectatur. Vitium quippe eſt ponderis, cùm humor uiſcerum ad uirilia labitur, quæ profectò cū moleſtia dedecoris intumeſcunt. Pōderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde: & quamuis praua non exerceat opera, ab his tamen non auellitur mente, nec ad uſum boni operis in aperto ualet aſſurgere: quia grauat hunc in abſconditis pondus turpe. Quiſquis ergo cuilibet horum uitiorum ſubijcitur, panes domino offerre prohibetur: ne profectò diluere aliena delicta non ualeat is, quem adhuc propria deuaſtant. Quia igitur paucis ad paſtorale magiſterium dignus qualiter ueniat, atq; hoc indignus qualiter pertimeſcat, oſtendimus: nūc is qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter uiuere debeat demonſtremus.

Itē Hieronymus ſuper Malachiam.

Indoctus, terrena lucra ſectans, uitiatus ordinari non debet.

CAN. III.

SAcerdotes nomē domini deſpiciunt, & quantū ad ſe d panē pollutum offerunt, qui ad altare indignè accedūt, qui que dato munere ſacerdotium præſumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinam domini in populo malè diſpergit, & qui honorat potētem, e & deſpicit pauperem. f † & infrà. Si offeratis cæcum animal ad immolandum, nonne malum eſt? &c. Superius accuſati de panibus, nunc accuſantur de uictimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magiſtrumq; facit, q uix diſcipulus eſſe poterat. Claudū offert, q lucra terrena quærentē locat: g utpote pedē in diuerſa ponentem, unū in diuinis, alterū in carnalibus, cui poteſt inferri illud de libro Regū: Vſquequo h claudicatis in duas partes? Languidum offert, qui uitioſum habet pro religioſo, quique tardum & pigrum probat patientem, dicens illum i negligentiæ redarguendum. Indignum eſt k enim dare Deo, quod dedignatur homo.

DISTINC. L.

l EX præmiſſis authoritatibus liquido monſtratum eſt, quod uarijs criminibus irreti-

a Aliarum. improprie ponitur, ſic ſ. xxvj. diſtin. deinde. ibi, cum cæteris criminibus.

b Ponderoſus. per immundam cogitationem.

c Ad opus. Ex hoc uidetur, quod occultum peccatū impedit promouendum: & ex eo ſequitur ibi, grauat in abditis. Sed contra argu. l. diſtin. ſacerdotes. quia latentia peccata non habent uindictam quo ad eccleſiam militantem: ut xxxij. quæſtio. v. Chriſtiana. & xxxij. diſtin. erubeſcant.

Hoc hodie determinat extra de tēp. ord. c. v.

1. ad Ti. 6.

d SAcerdotes. Ad ſe. Nota, quod aliquid dicit malum quo ad ſe. ſic. j. qō. j. q quidā. & quæ. iij. ſaluator. ſic matrimoniū dicitur ſolui quo ad ſocerum, qui repudium miſit, nō quo ad coniuges. ff. de dona. inter uir. & uxor. cum hic ſtatus. §. ſi ſocer. & facit quis aliqd quantum in ſeipſo eſt. xj. quæ. iij. inter uerba. ſic xxij. q. ij. c. ult. in ſi. de conſe. diſt. iiij. quæris.

Matrimonium quātum ad diuerſos diſſoluit, & nō ſoluit.

e Potentem. In eo quod potens eſt.

f Pauperem. infra. xj. q. iij. pauper.

g Locat. in dignitate.

h Vſquequo. Dictum fuit ab Elia fugiente iram reginæ Iezabelis uniuerſo populo colēti Baal. iij. regum. xviij. Nā deficit ambobus, qui uult ſeruire duobus. & xxvj. diſtin. acutius.

Elias Iezabelē fugiens qb⁹ uerbis uſus eſt ad populum.

3. Reg. 18

i Illum. ſ. alium.

k Indignum eſt. contra ſ. xlj. diſtin. non cogantur. ſed ibi de rebus, hic de perſonis.

† Cōcor. tex. in c. j. & eo q. ar. bel. depo. & de feu. c. j. coll. x.

EX præmiſſis. Hæc diſtinctio diuidit in vij. partes: in quarum prima dicit, quòd lapſi non poſſunt reparari. & hoc probat per xij. authoritates. Secunda ibi, Econtra exemplis. Tertia ibi, Quomodo igitur. Quarta: ibi De lap. Quinta ibi, Quod uero. Sexta ibi, Item obijcitur. Septima ibi, Apoſtata. Io. de Fā.

l Ex præmiſsis. Tractauit hucuſque magiſter de qualitate ordinādorum, In d. l. tractat primo de iam promotis, an ipſi poſtquā lapſi ſunt ualeant reparari? Et primo allegat, quod nō poſſunt reparari: poſtea. alleg. pro parte contraria. & hoc bene ſoluit. j. e. §. quo modo, & pro parte prima allegat uſque ad. §. ecōtra. & poſt ea inducit multa ca. ad probandam ſolutionem ſuam, uſque ad §. ſed illud. ubi aliam ponit: & eam probat per ca. ſeq. uſque ad. §. quod uero. & poſtea adiungit de lapſis in hæreſim, ‡ qđ nō ſit eis communicandū ante reconciliationē. Ab illo. §. quod uero. ſubiungit tractatum de homicidijs uſque ad illum § præmiſsis. Deinde addit de ſolenniter pœnitentibus, q non debeant ordinari, uel ad militiā ſecularem redire: & quod clericis talis pœnitentia non ſit imponenda. & pro quibus culpis ſit imponenda. Vltimo ſubdit de apoſtatis, qui nec ad habitum ſecularem, nec ad clericatum aſcendere poſſunt poſt pœnitentiam. Circa lapſos tres regulæ ſunt notandæ, ¶ quæ continentur ſ. ea. diſtin. ut conſtitueretur. Prima regula ſecundum H. hæc eſt, ut qui mortaliter peccauit poſt baptiſmū, non promoueatur, ut xxv. diſt. primum. j. q.

† Cōcor. tex. in l. j. C. de uet. iu. enu. et in auth. & mon. §. j. collat. j.

‡ Scilicet in §. de lapſis. Lau.

¶ Scilicet ius cōmune cōtinētes. Laur.

Lapſorū reparatio tribus regulis declaratur.

j.q.vij.ſi quis omnem. Secundá eſt, Promotus ſi mortaliter peccat, deijciendus eſt. j.ca. qui ſemel. Tertia eſt, Qui ab ordine deponitur, amodo non reſtituitur. j.eo.c.j.& ij.& c.peruenit. & ubicunque mitius agit dispenſatio eſt. Iſtæ autem tres regulæ ſecundum tres opi. recipiunt interpretationem. Quidam enim dicũt, ꝙ omne peccatũ mortale impedit, ꝓmouendum, & deijcit iam promotũ. & ſi talis ſit promotus, & egerit pœnitentiam, tamẽ non poteſt miniſtrare ſine diſpenſatione. Alij intelligunt de magnis criminib. prædictas regulas: quia minora poſt pœnitentiam non repellunt, nec deijciunt: ut lxxxj. di.ca. apoſtolus. & xlvj. diſt. clericus. v. q.iiij. in loco. lxviij. diſ.ca.j. quia nec omne publicũ crimẽ animæ mortem irrogat. inſti. de pub. iud. §. ulti. Tertij intelligũt prædictas tres regulas de manifeſtis. Occulta enim poſt pœnitentiam nó repellunt, nec deijciunt: imo iure communi promouẽt: & ſi ꝓmotus eſt, remanet in ordine ſuo. j.e.ca. de his uero. & cap. præcedenti. Et hæc opi. uerior eſt, & benignior: hoc tamẽ excepto, quod maxima peccata etiam occulta repellunt, ut de hoc plene dixi ſ. xxv. diſt. c. ult. De adulterijs autẽ & ſimilibus poteſt epiſcopus ſimplex diſpenſare. extra de iudi. at ſi clerici. j.e. contumaces. de maioribus non. j. ead. miror. & ſimonia. j.q.j. erga. & ſecundum quoſdam in omnibus criminibus diſpenſat, ubi non prohibetur. extra de ſent. excom. nuper. & de pœ. diſt. vj. c.j. in ſi. & lxxxij. diſt. presbyter. & in pluribus caſibus inuenio epiſcopũ poſſe diſpenſare, ut not. j.q.vij. cap. requiritis. §. niſi rigor. Petrus Hiſpanus contrarium dixit. Nam cum in quibuſdam certis caſibus ei permittitur diſpenſare, ergo in alijs prohibetur, argum. xxv. diſt. qualis. & C. de procura. maritus. ³ Quis aũt cum depoſito poſsit diſpẽſare, dixi ij.q.vj. ideo. Cum ſuſpenſo autem uel pœnitente etiam in hæreſi bene diſpenſat epiſcopus. j.ea. presbyteros. Ioan. Iſtæ opiniones hodie terminantur per decret. Grego. in extrauag. de tempo. ordi. quæſitum. ubi reprobatur opi. Ioan. Et credo quod epiſcopus ſemper poſsit diſpenſare, niſi ei prohibeatur expreſſe a iure: ut xxvij. q.ij. lex diuinæ. in ſi. extra de ſent. excommu. nuper. B.

ti, in ſacerdotes ordinari non poſſunt. Nunc autem de eiſdem quæritur, utrùm poſt peractã pœnitentiã uel ĩ proprijs ordinib. remanere, aut ad maiores gradus conſcendere ualeãt. Multorũ authoritatib. uarijs criminib. irretiti a proprijs ordinib. deijciuntur, et ab acceſſu maiorum prohibentur.

Vnde Gregorius ait Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo.

Lapſi in ſuum ordinem reparari non poſſunt.

CAN. I.

SI lapſis [a] ad ſuũ ordinem reuertendi licentia concedit, uigor canonicæ proculdubio frangitur diſciplinæ, dum pro reuerſionis ſpe, [b] prauæ actionis deſideria quis cõcipere non formidat. & poſt pauca. Illud autẽ præ omnibus ſtudete cauere, ut lapſos in ſacro ordine nulla nobis ſupplicatio [c] aliquo modo reuocare [d] ſtudeat: ne huiuſmodi non ſtatuta, [e] ſed tẽporaliter dilata credatur eis eſſe uindicta.

Itẽ Martinus Papa Amando epiſcopo.

Qui poſt ſuam ordinationem labitur, depoſitus permanebit.

CAN. II.

QVi ſemel poſt ſuam ordinationẽ in lapſũ ceciderit, deinceps iã depoſitus erit, nullumq; gradum ſacerdotij poterit adipiſci. [f]

Itẽ Greg. Papa Fabiano epiſcopo.

Presbyter poſt lapſum nulla ratione in ſacro ordine reparari ualet. CAN. III.

PResbyterum de quo nos fraternitas tua latoris præſentiũ legatiõe cõſuluit, nulla ratione in ſacro ordine poſt lapſum aut permanere, [g] aut reuocari poſſe cognoſcat. Circa quẽ tamẽ mitius [h] agendum eſt: quia cõmiſſum facinus facili [i] dicitur profeſsione cõfeſſus.

Itẽ Ioannes 8. Cenomãtico Vticenſi epiſcopo.

Poſt perpetratum homicidiũ ſacerdotale officium miniſtrari non poteſt.

CAN. IIII.

MIror [k] minus [l] doctam ſciẽtiam tuã, ſacerdotem putare poſt

a SI lapſis. hoc cap. loquitur de depoſito, ut patet per ſin.

b Spe. quia facilitas ueniæ, &c. ut xxiiij. quæſtio. iiij. eſt iniuſta. & extra de ui. & hone. cleri. ut clericorum.

c Supplicatio. carnalis, ſed ſpiritualis bene. j.eo. clerico.

d Reuocare. ſ. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta.

e Non ſtatuta. perpetuo. Qui enim deponitur, perpetuo deponiẽ, ut hic, ² & lxxxj. diſtinct. ſi quis clericus. & C. de pœniten. ſeruus. Argu. contra. xxxiij. q. iiij. non oportet. ij. Ibi ſimpliciter ponitur ſeparentur: & tamen ſeparantur ad tempus, non perpetuo: ut extra de conſti. ex literis. in ſin. Sed certe illa non ſunt contraria: quia ibi nulla fuit depoſitio. & eſt hoc ideo ſtatutũ, ne leges ludibrio ſiant: ut C. de bon. quæ lib. l. ulti. §. ſin. & eſt ſi. quod lex dicit, qđ damnatus de crimine, ad militiam non recipitur: ut ff. de re mili. qui cum uno. §. adulteri.

f QVi ſemel. Adipiſci. Hoc. cap. intelligiẽ de rigore. xxv. diſt. primum. j. ead. miror. uel in maioribus, uel de manifeſtis criminibus. extra. de tempo. ordi. c. ſi. ſic nõ ob. lxxxij. diſt. presbyter. & xv. q. vi. ij qui.

PResbyterum.

g Aut permanere. Simile ſ. xxiij. di. c. ult. j. xv. q. ult. ſi quis presbyter. contra. Sol. in inferiori miniſtrauis, ut ibi: ſed non in ſuperiori, ut hic.

h Mitius. Arg. quod mitius agitur cum confeſſo, quã cum conuicto, ³ ut j. e. de his uero. & xv. q. ulti. ſi qs presbyter. Si. lvj. diſt in. quia ſimpliciter. j.q.v. præſentium. Arg. contra. xxiiij. diſt. c. ult. Sed ibi timore probationum eſt confeſſus, hic ſponte.

i Facili, i. ſponte, ut extra de homi. lator.

k MIror. hic habes quod epiſcopus non poteſt diſpenſare ⁴ cum homicida. Item nec cũ ſimoniaco: ut j.q.j. erga. niſi quandoq;: ut j.q.v. c.j. & ulti. Io. de ſimoniaco eſt expreſſum extra de elect. c. pe. ubi dicitur quod ſi aliquo ignorante ſit cõmiſſa ſimonia.

Epũs ut poſsit ſemper diſpẽſare.

Depoſitio ẽ perpetua.

² Nã uerbũ ſtatuere rẽ ꝑfectã ſignat. j. ca. hęc autem ſecundum Lau. ff. qđ quiſque iur. l.j.

Epiſcopus in quibus criminib. diſpenſat.

³ Extra de trãsla. epi. ca. 2. uer. nec ꝙ de ceſsione, &c. ſecundum Laur.

† Nimis.

³ Cõcor. tex. in l.ſi. & ibi gl. & doc. C. quo. app. non reci.

⁴ Scilicet in ordine, ſed in bñficio ſic. extra de cle. pug. in du. Henri cº. j. ead. presbyteros. & ca. ſtudeat. Dici põt, ꝙ hoc ca. miror. loquitur ĩ homicida notorio, ſiue manifeſto & uolũtario. & hoc leg. & no. j. c. de his uero. Ar.

perpetratū homicidiū [a] poſſe in ſacerdotio miniſtrare: imo (quod eſt ineptius) nobis ſuadere [b] uelle, ut ipſi tali præſumptioni præbeamus aſſenſum. Quis enim tam demēs, tamq; peruerſi ſenſus tale quid exiſtimaret, uel poſt quantácunq; pœnitentiam concedēdum: cùm omnino canonicæ diſciplinæ ſit contrariū? Debet ergo ſacerdotio priuatus, lacrymarū fonte flagitium tā immane diluere, ut talib. ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſſit inuenire ſuffragium.

Item Nicolaus Papa.

Ad maiorem gradum clericus peruenire non poteſt, qui paganum occ.dit.

CAN. V.

CLericum, qui paganū occiderit, [c] nō oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquiſito, homicida enim eſt. Nā cùm diſcreti ſint milites ſeculi à militibus eccleſiæ, nō conuenit militibus eccleſiæ militare [d] ſeculo, per quod [e] ad effuſionē ſanguinis neceſſe ſit peruenire.

Item Osbaldo coepiſcopo Quadrantino.

Qui defendendo ſe, paganum occiderit, ſacerdotali careat officio.

CAN. VI.

DE his [f] clericis ꝑ quibus cōſuluiſtis, ſcilicet, q ſe defendēdo, paganū occiderunt, ſi poſtea per pœnitentiam emendati poſſint ad gradū priſtinū redire, aut ad altiorē conſcendere, ſcito nos nullam occaſionē dare, nec ullā tribuere eis licentiam quēlibet hominū, quolibet modo occidendi. Veruntamē ſi contigerit, ut clericus ſacerdotalis ordinis ſaltē paganū occiderit, multùm ſibi cōſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit: ſatiusq; eſt illi, ī hac uita domino ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari, quàm alta indebitè appetendo dānabiliter in profundum inferni demergi.

Item ex concilio Agathenſi.

Cadat ab officio epiſcopus, ꝑ

nia, epiſcopus cum eo poteſt diſpenſare, ſi in ſimplici beneficio ſit commiſſa ſimonia: ſecus ſi in prælatura. Si autem eo ſciente ſit facta, epiſcopus non poteſt diſpenſare cum eo. extra de ſimo. nobis. B. Item nec cum depoſito ſecundū quoſdam, ut ij. q. vj. ideo. Item nec cum eo, qui excommunicatus celebrat, ut xj. quæ. iij. ſi quis epiſcopus. & vij. q. j. ſi quis presbyter. licet ſit argu. contra. ij. qō. v. quanto. Sed illud de mandato papæ. Item nec cum eo, qui accedit ad iudicium ſeculare: ut xxj. q. v. ſi quis epiſcopus. Item nec cū bigamo, ut extra de biga. c. de bigamis. & xxxiiij. diſtinct. lector. Ioan. Nec diſpenſat hodie cum filijs presbyterorum, ut extra de fil. presby. ca. penul. ubi ſcilicet miniſtrauit pater immediate. B. diſpēſat autem in pleriſque criminibus, ut not. j. q. vij. ca. requiritis. §. niſi rigor. Et generaliter ubi non prohibetur epiſcopo diſpenſatio, ſemper diſpenſare poteſt: ut extra de ſenten. excom. nuper. Licet quidam dicant, quod in illis ſolis caſibus diſpenſabit, ubi a iure ei permittitur. quia cum in quibuſdam criminibus ei conceditur diſpenſatio: ut extra de iudi. at ſi clerici. ergo in alijs ei prohibetur. argum. xxv. diſtinct. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet diſpenſatio ſit ius, quod peti nō poteſt: tamen quandoque epiſcopus tenetur diſpenſare: ut ī. ea. ut conſtitueretur. in fin. & cap. ſi quis diaconus. & ca. domino ſancto. & j. q. vij. diſpenſationes. & xxiij. q. j. noli. in fin.

a Homicidium. ſponte: ut extra de homi. lator.

b Suadere. Plus enim eſt ſuadere, quam compellere. ff. de ſer. corrup. l. j. §. perſuadere. & plus punitur ſuaſor, quam faciens. lxxxvj. diſt. tanta Ioan.

c Clericum. Occiderit. ſponte. B.

d Militare. Per hoc patet quod loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamē poteſt clericus aliquos ad defenſionem ſuæ eccleſiæ. xxiij. q. viij. ut pridem. arg. ff. de ijs, qui not. infa. ob hæc uerba. §. ult.

e Per quod. Arg. quod ratione unius delicti imputantur omnia delicta, quæ ſequuntur ex illo: ut xv. q. j. ſi quis inſaniens. xxij. q. iiij. inter. ff. quod met. cau. ſi mulier. Argu. contra de ſponſa. ueniens.

Imputant multa propter unū delictum.

ADDITIO. Et facit quod not. ī. eod. quantum.

in glo. hic patet. ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis ſua culpa cadat in metum, nō nocet, ut not. extra quod metus cauſa. Abbas Arch. dia.

f De his. Circa illos, qui committūt homicidiū, diſtingue ſic: quia aut committitur homicidiū ex neceſſitate, aut ex caſu, aut ex uolūtate. Si ex neceſſitate, aut illa neceſſitas eſt euitabilis, aut ineuitabilis. Si eſt euitabilis, ad ſuperiores ordines non poteſt aſcendere, ſed in iam ſuſceptis toleratur, [1] ut ī. eo. de his clericis. Si fuit ineuitabilis neceſſitas, ſine omni diſpenſatione poteſt miniſtrare in ordine iam habito: ſed ad ſuperiores habendos petet diſpenſationem: ut extra de homi. ſuſcepimus. & capitu. ij. Nec ob. extra eo. lator. ubi [2] dicitur, quod ad ſuperiores talis licite promouetur: quia hoc intelligo ex diſpenſatione. [2] Ioā. Sed certe quicquid dicat Io. de neceſſitate ineuitabili, capitulum uidetur expreſſe dicere, quod talis neceſſitas in nullo obſit: ut ī. eo. quia te quaſi obnoxium. De hoc notaui in quæſtionibus. R. Si uero caſu committitur homicidium, aut dedit operam rei licitæ, aut non. ſi dedit operam rei licitæ, [3] ei non imputatur, ſed poteſt miniſtrare in ſuſcepto, & aſcendere ad ſuperiorem: ut extra eo. c. ult. & ī. ead. ſæpe. [3] & extra eo. Io. Sed ſi illicitæ rei operam dedit, tunc nec in ſuſcepto poteſt miniſtrare, nec ad ſuperiorem aſcendere: ut ī. ea. clerico. & c. ſi quis uoluntate. Si uero uoluntate occidit, nunquam diſpenſandum eſt cum eo, ſecundum quod loquitur c. miror. H. tamen cum ſuo rigore dixit, quod in nullo caſu poteſt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere ſe occidi, quam alium occidere: ut xxxij. q. v. ita ne. & dicit quod hoc uerbum conſulēdi, ponitur pro uerbo præcipiendi, ut xxviij. q. j. ſic enim. Item ſecundum H. et ſi crimen homicidij ſit occultum, tamen poſt pœnitentiam non poteſt exequi ſuum officium: ſecus eſt ſecundum eum in quolibet crimine alio: ut ī. ea. de his. niſi in ſimonia. Io. & hoc expreſſe dicitur extra de temp. ordi. c. ult. & ita duo crimina tantum excipit, ſcilicet ſimoniam, & homicidium. Argu. extra de accuſa. inquiſitionis. B. Alij autem plerique dicūt, quod ſiue

Homicidiū utrū īpediat ꝓmouēdes, et deijciat iā ꝓmotos.

[1] Scilicet de miſericordia: ut notat. extra de homi. ſicut. ubi plene de hoc.

[2] Vel dic, ꝙ ibi fuit caſus fortuitus: ut no. ī. ead. de his clericis. i gl. j. in fi. Archid.

[3] Et cap. hi qui. & ca. ſi duo. niſi forte grāde ſcādalum inde orireť: quia tunc indicit ei purgatio. extra eo. ex lr̄is. j. & no. extra de homic. cū dilectus. in gl. qui tamē, &c. q̄ fuit gloſ. Vinc.

ſbyter aut diaconus capitale committens crimen.

CAN. VII.

SI epiſcopus, aut preſbyter aut diaconus capitale crimen commiſerit, [a] aut chartã [b] falſauerit, aut falſum teſtimonium [c] dixerit, ab officij honore depoſitus, in monaſterium detrudatur, & ibi quandiu uixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini papæ.

Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut cõſilio poſt baptiſmũ conſcius fuerit, clericus non ordinetur.

CAN. VIII.

SI quis [d] uiduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum: quod ſi irrepſerit, deijciatur. Similiter ſi homicidij, aut facto, [e] aut præcepto, [f] aut cõſilio, [g] aut defenſione [h] poſt baptiſmũ [i] conſcius fuerit, & per aliquam ſurreptionem ad clericatũ uenerit, deijciatur: & in fine uitæ ſuæ laicã cõionẽ tantummodo accipiat.

Item Gregorius Iannario epiſcopo Calaritano.

De ſacris ordinibus lapſi, reparari non poſſunt.

CAN. IX.

PEruenit ad nos, quoſdam de ſacris ordinibus lapſos, uel poſt pœnitentiam, uel ante ad miniſterij ſui officium reuocari: quod omnino prohibemus, & in hac re ſacratiſsimi quoque canones contradicũt. Qui igitur poſt acceptum ſacrũ ordinem lapſus in peccatũ carnis fuerit, [k] ſacro ordine careat, & ad altaris miniſteriũ nõ accedat.

Idem Venantio Lunenſi epiſcopo.

De eodem.

CAN. X.

ACcedens ad Gorgoniam inſulam fraternitas ueſtra diſcutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [l] relatum eſt. Peruenit nanque ad nos, ꝙ poſtquã de ſacris ordinibus lapſus, à ſui ſacerdotij ordine eſt deiectus, ad explendum miniſterium presbyterij præſumpſerit accedere, & omnipotenti Deo hoſtias immolare. Quod ſi ita factum eſſe ueſtra fraternitas repererit, eũ ſacri corporis & ſanguinis domini participatione priuatũ, in pœnitentiã redigat, ita ut uſq; ad diẽ ultimũ in eadem excõmunicatione permaneat, & uiaticũ tantummodo exitus ſui tempore percipiat. Si autem eum talem pœnitentiam agere fraternitas ueſtra cognouerit, ut ei iuſtè ad recipiendam inter laicos cõionem etiam ante exitum uitæ debeat miſereri: hoc in tuæ [m] fraternitatis ponimus poteſtate, & infra. Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpondentes, ſtatuimus diaconem, abbatem, [n]

ſit homicidium, ſiue aliud crimen, dummodo ſit occultum poſt pœnitentiam bene exequitur officium ſuum ſine omni diſpenſatione, licet non poſsit promoueri. Sed in ſimonia poſt nullam pœnitentiam poteſt exequi officium ſuum j.q.j.erga. Hodie autem obtinet opinio H. circa crimen occultum, ut extra de accuſ. inquiſitionis. B.

[a] Commiſerit. ſcilicet homicidium, defendendo ſe ſine moderamine. cuilibet enim licitũ eſt ſe defendere cũ moderamine, ut ſ. diſtinct. j. ius naturale. & extra de appellatio. cap. ſignificauit. C. uñ ui.l.j.

SI epiſcopus. [b] Aut chartam. Dic ut ſ. xix. diſtin. in memoriam.

[c] Teſtimonium. j. v. quæſtio. vj. presbyteri. ij.

SI quis uiduã. [d] Si qs. Iudex, executor, & aſſeſſor in cauſis criminalibus nõ poſſunt promoueri. hoc nõ eſt ratione peccati: quia non peccant iſta faciendo, [1] ut xxiij. q. iiij. quæſitum, & quæſtio. v. miles. ſed propter irregularitatẽ, quã ex tali facto contraxerunt.

[e] Aut facto. ut miles.

[f] Aut præcepto. ut iudex.

[g] Aut conſilio. ut aſſeſſor. & ita ex cõſilio punit aliquis, contra illud ff. mandat. l. ij. in fi. & l. denique. Sed nunquid ad di debet de uoluntate? Argumen. quod ſic j. quæſtio. iiij. qa præſulatus. in fi. Quod non concedo licet ante, quam fiat, uellet illud factũ eſſe, uel poſt factũ gratum habeat.

[h] Defenſione. euitabili. B.

[i] Poſt baptiſmum. Ergo ſi ante baptiſmum, poteſt. Bazianus dixit: ſi ante baptiſmum occidit non peccando, ut iudex, non poteſt promoueri: quia non tollitur irregularitas. ſed ſi occidit peccando, tollitur totum. Ioan. Et ſic melioris conditionis eſt peccans, quam nõ peccans. De hoc quid iuris ſit, notaui in quæſtionibus. & xxvj. diſt. in gloſ. uidetur. B.

[k] PEruenit. Fuerit. De quo fuerit conuictus, uel cõfeſſus, & hoc [2] uerum eſt, niſi epiſcopus cum eo diſpenſaſſet, ut extra de iudic. at ſi clerici. Sed nonne canon iſte prohibet epiſcopo diſpenſare in hoc caſu [3] non, ſed redarguitur ĩdiſcreta diſpenſatio: ut dixi extra de præben. de multa.

ACcedens. [l] Presbytero. ergo clericus degradatus non retinet ordinem, argu. liiij. diſt. ex antiquis. & xj. q. iij. epiſcopus. & xv. q. ult. ſi quis presbyter. & xxiij. q. ult. clerici. & idẽ uidetur per hoc, quod dicitur infra, inter laicos communionem. Sed tamen dico quod characterem ſemper retinet, per id quod habes j. q. j. quod quidam. & xxxvij. q. ij. licite. arg. lxxxj. di. dictum. Vnde qui percutit ipſum, incidit in canonem ſaltem in memoriam priſtinæ dignitatis: ut ff. de decur. l. ult. & ff. de quæſtio. l. unius. §. ſeruus. & de conſecr. diſt. iiij. oſtenditur. Ioã. quod nõ credo, cũ careat omni priuilegio clericali: [4] nec credo, quod conficiat, [5] quia omnem poteſtatem amiſit. B.

[m] In tuæ. Ergo epiſcopus poteſt remittere pœnitentiã iniunctam a papa. ſic xxxiij. quæ. ij. latorem.

ADDITIO.

Vel de hoc dic ut ibi. arg. contra. xv. diſtinct. capit. ij. in fine. ibi uideas. De hoc etiam not. xxvj. quæſtio. vij. tempora.

[n] Abbatem. Ergo abbas poteſt eſſe diaconus: quia abbas potius eſt nomen

[1] Ideo dicebat Ba. ꝙ iſtud c. intelligebat de illis qui nõ peccauerunt.

Cõſilium facit, ut qs puniat.

Homicida ante baptiſmũ an ꝓmoueri poſſit.

[2] Quæſtio uenerabilis eſt, de qua habuiſti 51. diſt. in prin. & ibi de hoc, & lj. di. in ſumma. & xxvj. diſt. deinde. Arch.

[3] Scilicet qd' canones cõtradicunt in hac re, &c.

Degradatũ percutiens incurrit excõicationẽ.

[4] Adde ... no. i ... c. j. de pa... lib. vj. & ... ca. dãt. ... gl. in ... ſacrilegium. j. ... diſtinc.

[5] Hęc ... opi. ... qui ... Goſ. & ... extra ... cle. ... cap. ...

Abb... quẽ ... nẽ debe... habet.

quem de portu Veneris [a] in crimen indicas cecidiſſe, [b] ad ſacrum ordinem non debere, uel poſſe aliquo modo reuocari, quem quidem ſacro ordine priuatum, in pœnitentiam deputare te conuenit, cuius ſi poſtea actus, conuerſatioq; meruerit, priorem [c] inter alios monachos, ubi decreueris ſtandi locum, non ordinem obtineat. [d] Subdiaconi quoque, quos ſimilis culpa conſtringit, ab officio ſuo irreuocabiliter depoſiti inter laicos communionem accipiat. In portu autem Veneris loco lapſi diaconi alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum uerò presbyterum, ut nunquam ad ſacri ordinis miniſterium præſumat accedere, ſcriptis cauere decreuimus, ſed eum in inſula Gorgonia, atque Capraria ſolicitudinem [e] monaſterij gerere, & in quo ſtatu eſt, ſine cuiuſquā aduerſitate manere permittimus.

Idem.

Loco lapſi alius ordinandus eſt.

CAN. XI.

Poſtquam quenquam criminaliter cadentem in locum, quo lapſus eſt, nulla ratio permittit reuocari, & ultra tres menſes [f] eccleſiam uacare pontifice ſtatuta ſanctorum canonum nō permittunt, ne cadēte paſtore dominicū gregem hoſtis (quod abſit) antiquus inſidiando, dilaniet, fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in lapſi loco debet epiſcopum ordinare.

Item Martinus Papa.

Qui poſt ordinationem ſuā in lapſum ceciderit, ſacra myſteria non debet tractare.

CAN. XII.

Si poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccator fuerit deprehēſus obnoxius, omnimodo prohibendus eſt cum manibus lutulentis atque pollutis myſteria noſtrę ſalutis tractare.

2 *Econtra* [g] *exemplis & authoritatibus probatur poſt actā pœnitentiā proprios gradus licitè poſſe adminiſtrare, & ad maiores poſſe conſcendere. Maria enim ſoror Aaron poſtquā lepra percuſſa eſt, quia in Moyſen murmurauerat, actia pœnitētia à peccato mundata eſt, et priſtinam gratiam prophetizandi recepit. Aaron* [h] *aūt poſt conflatum uitulum etiā in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. David* [i] *poſt adulterium, et homicidium ſpiritum prophetiæ recepit, & in proprio gradu permanſit. Achab quoque* † *poſt mortem Naboth uiri ſanctiſſimi per pœnitentiā humiliatus, in regia ſede remanſit. Et ut prætereamus multa exempla veteris teſtamenti, Petrus negauit Chriſtum, & poſtea princeps Apoſtolorum factus eſt. Paulus Stephanum lapidauit,* [k] *& tamen à Deo in Apoſtolum electus eſt. Multiquoque ab hæreſi ad unitatem catholicæ fidei reuertētes in ſuis ordinibus ſunt recepti, alij uerò ad epiſcopalem etiam gradum ſunt promoti, utpote, Auguſtinus* [l] *& alij complures.*

Item ex Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum.

De eodem.

PALEA.

Ioannes Chryſoſtomus duabus ſynodis orthodoxorū epiſcoporū fuit dyudicatus ſed iterū fuit reſtitutus. Marcellus Epiſcopus Anchiræ Galatiæ depoſitus fuit, ſed poſtmodum proprium recepit epiſcopatū. Aſclepius dyudicatus à ſynodo, eccleſiam

men officij, quam dignitatis. xviij. qō. ij. ca. j. imo in minoribus ordinibus cōſtitutus poteſt eſſe [1] abbas. extra de ætate & quali. tuam.

[a] Veneris. Exiſtentem.

[b] Cecidiſſe. Per crimen.

[c] Priorem. Id eſt, ut ſit monachus, ut prius fuit, non tamen erit abbas.

[d] Obtineat. Non ordinem uel dignitatem.

[e] Solicitudinem. Ut ſit procurator loci, licet ſit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneribus, [2] ſed honoribus. Argumen. C. de iis, qui non imple. ſtip. ſacram. ſoluti ſunt. l. j. libr. x. & extra de ætate & qualit. tuam. & ſic procurator monaſterij poteſt eſſe infamis, ſed non procurator epiſcopi. v. quæſt. iij. quia epiſcopus. quia non requiritur ſumma in eis perfectio integritatis, ut xvj. q. j. legi.

[f] Poſtquam. Tres menſes. Tres menſes dantur ad electionem à die mortis, & alij tres menſes ad conſecrationem petendā. j. c. diſt. quoniā. & lx iij. diſt. obeuntibus. & extra de ele. ne pro defectu. niſi per neceſſitatem prorogetur, [3] ut xxviij. diſtin. de Syracuſanæ.

Econtra. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua magiſter probat contrariū eius, quod ſupra probatum eſt. ſ. quod poſt lapſum poſſunt reparari, probat inquam per exempla & per nouem authoritates. Ioā. de Pant.

[g] Econtra. Maria. &c. de hoc dicitur. ij. qō. vij. c. plerunque boni uiri. §. item obijcitur.

[h] Aaron. Hæc hiſtoria habetur. xlv. diſt. diſciplina.

[i] David. Hæc hiſtoria dicitur ij. qō. vij c. nos ſi incop. §. item cū Balaam.

[k] Lapidauit. i. lapidantibus conſenſit cuſtodiendo veſtes, ut j. eo. conſiderandum. Unde non fuit penitus immunis, ut extra de homic. cap. ſicut. §. illi. quoque tamen hoc exemplū nō competit, quia iſtud fuit ante baptiſmum.

[l] Auguſtinus. Qui fuit Manichæus. [4] ſed ante baptiſmū: & ideo non competit exemplum, &c. Ponde-

[1] Verum eſt diſpenſatiue, & ſic loquit dec. tuam. ibi, ex tua &c.

Infamis poteſt eſſe procurator.

[2] Iſta opi. cōiter tenetur per gl. & doc. in c. cū deputati. de iudi. & c. Imperatorum. de iu ra. calum. Spe. in ti. de procu. §. j. verſ. itē q᷑ eſt infamis. & Alexā. de Imol. in l. reū criminis. in fin. C. ad procu. Electio fieri debet intra tres menſes.

[3] De hoc lxj. diſtin. Olius. & c. bene nouit. ibi de hoc.

[4] Arg. cōtra. xxij. qō. vj. vides ubi de hoc.

Num. 12. c

Exod. 32.

2. Reg. 15 & 12.

3. Reg. 21

† Achab quoq;. Falſum exemplum, q̄a licet paruæ īduciæ datæ ſint impio Achabo, tamē q᷑ ei vaticinatū erat, q̄ canes ſanguinē eius lingerent in campo naboth cōpletū fuit. 3. Reg. ul.

Luc. 22. Matth. 22.

Actu. 7.

ſuam poſtea recepit. Martianus epiſcopus Andronopolites dãnatus à Papa Iulio, recepit eccleſiã ſui epiſcopatus. Cyrillus epiſcopus Ieroſolymitanus depoſitus fuit, poſtea reconciliatus eſt eccleſiæ ſuæ. Simili modo Polocronium eiuſdem eccleſię Ieroſolymitanæ pontificẽ Sixtus Papa damnauit, et iterũ ipſe eum reconciliauit. Innocentius Papa Fortunatũ epiſcopũ damnauit, ſed ipſe poſtea eum in proprium locum reſtituit eccleſiæ ſuæ. Nicenũ epiſcopum a Felice Papa damnatũ Gelaſius Papa ſucceſſor illius reconciliauit, & eccleſiæ ſuæ reſtituit. Leontius dum eſſet presbyter, depoſitus fuit ſed poſtea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius uero quartus Papa Theodoſiũ, quem Eugenius eius anteceſſor presbyterij honore priuauerat, ſanctæ eccleſiæ Seguinæ conſecrauit epiſcopum. Abbas nanque epiſcopus dijudicatus fuit, ſed ſancta ſynodus canonicè ſuam illi reſtituit eccleſiã. Rothardum uerò epiſcopum ſanctæ Sueſſionenſis eccleſiæ à ſynodo, cui Carolus ĩterfuit Rex condemnatum, & Sophidinum Placentinum epiſcopum meritò reprobatum, Nicolaus Papa ambo reconciliauit.

Præterea Calixtus Papa de hmõi ſcribit ita.

Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt.

CAN. XIII.

Ponderet a vnuſquiſque ſermones ſuos, & q᷑ ſibi loqui non vult, alteri nõ loquatur. Vnde bene ſacra ſcriptura ait: Quod tibi b nõ vis fieri, alteri ne facias. (Thob. 4.e) Nos eñ tẽpore c indigemus, ut aliquid maturius agamus. Nõ præcipitemus cõſilia & opera noſtra, neq; eorũ ordinẽ corrumpamus. Sed ſi aliquis lapſus quoquo modo fuerit, & portemus eũ, & fraterno corripiamus affectu, ſicut ait beatus Apoſtolus. d Si præocupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpũales eſtis, inſtruite huiuſcemodi in ſpũ lenitatis, alter alterius onera portãtes, & ſic adimplebitis legẽ Chr̃i. (Gala. 6.a) Porrò ſanctus Dauid e de mortiferis criminibus pœnitẽtiã egit, & tñ in honore ꝑmãſit. (2. Reg. 11. & 12.) Beatus quoq; Petrus amariſsimas lacrymas fudit, quãdo dominũ ſe negaſſe pœnituit, ſed tamen Apoſtolus permãſit. (Mat. 26.g) Et dominus per ꝓphetã pollicetur dicẽs, Peccator in quacunq; hora cõuerſus fuerit, & ingemuerit, omniũ iniquitatũ eius non recordabor amplius. (Eze. 33.c) Errãt itaq; qui putãt, ſacerdotes poſt lapſum ſi condignã egerint pœnitẽtiã, domino nõ poſſe miniſtrare, f & ſuis honoribus frui, ſi bonã deinceps vitã duxerint, & ſuum ſacerdotium dignè cuſtodierint. Et ipſi qui hoc putant nõ ſolùm errant, ſed etiam traditas eccleſiæ claues deſpicere videntur, de quibus dicitur: Quodcunque ſolueritis in terra, erit ſolutũ & in cœlo. (Mat. 16.) alioqui hæc ſententia aut domini non eſt, aut vera eſt. Nos vero indubitanter tã domini ſacerdotes, quam reliquos fideles poſt ſatisfactionem dignam poſſe redire ad honorem credimus, teſtante domino per prophetam, Nunquid qui dormit, g non adijciet, h ut reſurgat? i (Pſal. 40.) Et propheta Dauid pœnitentiam agens dixit, Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. (Pſal. 50.) Ipſe nanque poſt pœnitentiam, & alios docuit, k & ſacrificium Deo obtulit,

Ponderet. CASVS. In hoc ca. oſtendit Calixtus Papa, quod clerici poſt lapſum per acta pœnitẽtia poſſunt in priſtinum ſtatum reſtitui. Et hoc probat authoritatibus, & exẽplis. xj. Prima eſt in principio capituli. Secunda probatio incipit ibi, Sed ſi aliquis lapſus. & ad hoc inducit authoritatem Apoſtoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, Porrò ſãctus Dauid. Quarta ibi, Beatus quoque. Quinta ibi, Peccator. Sexta ibi, Errant itaque. Septima ibi, Nunquid qui dormit. Octaua ibi, Redde mihi. Nona ibi, Vade, & amplius noli peccare. Decima ibi, Non ergo. Vndecima ibi, Sẽtentiã.

a Ponderet. Grauis erit quilibet in uerbis, ut iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. in teſtibus. & qui cito fatur, ad pœnitentiã properat, ut dicit Seneca. & põt quis in ꝓprio facto petere ĩducias ad rñdendũ, ut ff. de interrog. act. qui interrogat an hæres ſit. nã teſtis repentinus, &c. v. q. v. c. qui ambu. §. ſed aliud.

b Quod tibi. In Thobia.

c Tempore. Nam rõ tpis mutat cõſtitutionẽ, ut xxxiiij. diſt. fraternitatis.

d Apoſtolus. Ad Galatas.

e Dauid Hoc exemplũ non cõpetit. nã nihilominus fuit dictũ ei, nõ ædificabis mihi domũ, qa vir ſanguinũ es. ꝗ. de cõſecr. di. j. c. j. & j. q. vij.

(Dauid ꝓhibit⁹ eſt ædificare.)

ſi quis omnem.

f Miniſtrar, & ſuis. Diſpenſatiue, ſi crimen eſt manifeſtũ, uel ipſo iure ſi crimen occultũ. ex. de temp. ord. c. ulti.

g Qui dormit. In peccato.

h Non adijciet. Id eſt, non conabitur bene operando.

i Vt reſurgat. Per pœnitentiam.

k Docuit. i. docturũ ſe promiſit, & ſic eo ipſo, ꝙ quis promittit ſe uelle docere, Deo obligat. ſic xcj. di. in nouo. ubi ſimiliter arguit Anacletus ex illa authoritate, dabo tibi claues. i. do in corpore mortali. & ſic futurũ ponit ꝓ pñti, ut de conſec. diſt. ij. in Chriſto. ff. de verb. ſig. verbũ erit. B. ſimile xxiij. q. v. c. remittunt. §. hinc notandũ. ibi, da, &c.

(Docere ſe velle promittens deo obligatur.)

Miſeri-

Præcedendũ eſt potius circa miſericordiã, quam circa crudelitatẽ. Pſal. 50.

a Miſericordiam. ſi enim in aliquo redarguendi ſumus melius eſt miſericordiæ reddere rationem, quam crudelitatis. xxv. quæ. ix. ueniam. & infra xxvj. q. vij. alligant. & xj. q. iij. nemo. j̃. lxxxvj. diſt. non ſatis. infra. j. q. vij. exigunt. j̃. diſtin. ix. ſana quippe.

Ibidem.

Malachiæ uerba.

b ET purgabit. uerba Malachiæ ſunt: ecce ueniet dominus exercituum, & quis poteſt cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad uidendum eũ? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans & emundans quaſi aurum & argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos, quaſi aurum & argẽtum, & erunt offerentes domino iuſta ſacrificia: & placebit domino ſacrificium Iuda & Ieruſalem, ſicut dies ſeculi & anni antiqui.

Ioan. 8.

ad Ro. 6.

c Tempus enim. &c. Verba Petri in epiſtola canonica.

ADDITIO.

j Petri. iij. cap.

d Domo. [redacted]

e Et alibi. In Ezechiele, cap. ix.

f Omnem. Argu. quod de uno dicit de omnibus intelligitur: ut lxj. diſt. miramur. & xxiiij. q. j. quodcunque.

Malac. 3

g Antiqui. id eſt, patres ſancti.

h In principio. id eſt, ante peccatum. Arg. j̃. proxi. c.

i Sic poſt peccatum. imo plus. j̃. eo. fidelior.

QVia ſanctitas tua.

k Quatuor. ſcilicet Conſtantinopolitana, Epheſina, Calcedonenſis, Antiochitana: de qua habes j̃. ead. domino.

dans exemplum doctoribus ſanctæ eccleſiæ, ſi lapſi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo geſſerint utrunq; facere poſſe: docere, & ſanctificari. Docuit enim quando dixit: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Sacrificium Deo obtulit pro ſe dum dicebat: Sacrificiũ Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum, &c. Vides autem propheta ſua ſcelera mundata per pœnitentiã, non dubitauit prædicando & domino libãdo curare etiam aliena. Mutatur ergo homo à peccato, & gratia Dei reſurgit a lapſu: & in priſtino manet officio iuxta prædictas authoritates. Videat ne amplius cadat: ſed Euãgelica ſententia in eo maneat, quæ ait: Vade, & noli amplius peccare. vnde apoſtolus ait: Non ergo regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore, ut non obediatis concupiſcẽtijs eius. Sententiã, quę uetat miſericordiã a nõ ſolùm tenere fratres, ſed etiam audire, fugite: quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs.

Item Hieronymus.

In priſtinum gradum poſt pœnitentiam reuocari poſſunt pœnitentes.

CAN. XIIII.

ET purgabit b filios Leui: tẽpus enim c eſt ut iudiciũ à domo d Dei incipiat. Et alibi e ſcribitur: A ſanctis meis incipite. In filijs aũt Leui omnẽ f ſacerdotalẽ intelligit dignitatẽ. Si autẽ ſacerdotes purgãdi ſunt, & colãdi, ut purum aurũ remaneat & argentum: quid de cæteris eſt dicendum, qui cum emendati fuerint, & colati, tunc offerent Deo iuſta ſacrificia, & placebit domino ſacrificium eorũ, quod offertur pro Iuda, & Ieruſalẽ: hoc eſt pro ijs, qui dominum cõfitentur, & pacẽ eius mente concipiũt, ſicut dies ſeculi & ſicut anni antiqui: g hoc eſt, ut quomodo in principio h placuerũt Deo, ſic poſt peccatum, i & pœnitentiam placere incipiant, cùm omnium fuerint peccatorum ſorde purgati.

Item Greg. Secundino.

Lapſi reparari poſſunt.

CAN. XV.

QVia ſanctitas tua requiſiuit, ut tibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi authoritates ſcriberemus, dum dicis de hoc canonum diuerſorum te legiſſe diuerſas ſententias: alias reſurgendi, alias nequaquam poſſe, ideo nos generales ſynodos à Nicena ſynodo incipientes, hanc cum reliquis quatuor k ueneramur: quia ipſam ſequentes cæteræ in cunctis canonicis ſententijs unanimiter concordant. Nos uerò præcedentes patres ſequimur, quia authore Deo à ſacra doctrina illorum non diſcordamus. A capite l itaque incipientes, uſque in quartum m altaris miniſtrum hanc formam ſeruandam cognouimus: ut ſicut minorem maior præcedit honore, ita etiam crimine: n & quem maior ſequitur culpa, maiori plectatur uindicta: & ſic poſtea pœnitẽtia credatur eſſe fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum o ſeminare, & fructum p eius non tollere? Aut domum conſtruere, & non illic habitare? poſt dignam itaque ſatisfactionem credimus poſſe redire ad honorem, & ad fontem miſericordiæ recurrentes Euangelicam ſententiam proferamus. Gaudeo q (inquit) ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm ſuper nonagintanouẽ iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Et ouẽ perditam (nonagintanouem r non errantibus relictis in deſerto s) humero pij pa-

Luc. 15. b

l A capite. id eſt, epiſcopo.

t De iſtis habeť xv. diſt. c. j.

m Vſque in quartum. id eſt, ſubdiaconatum.

n Ita etiam crimine. infra. xxiiij. q. j. non afferamus.

o Triticum. id eſt pœnitentiam.

p Et fructum. id eſt, reſtitutionem.

q Gaudeo. Ideo dicit gaudeo, quia poſt pœnitentiã fortior reſurgit homo, ut j̃. eadem. fidelior.

Pœnitentia fortificat.

r Nonagintanouem. Per hunc numerum deſignantur nouem ordines Angelorum, de quibus habes. j̃ de pœnit. diſt. ij. principium.

s In deſerto. id eſt in cælo, quod diabolus per caſum deſeruit.

Et pri-

t Secundum hunc intellectũ iſtud magis, qd' eſt in textu, teneť comparatiue, et legiť de ueris iuſtis: & loquiť quadã ſimilitudine uulgari. Arc.

ſtoris ad ouile reportandam dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionē ad ouile humero deportatꝰ, prædictis nonagintanouem nō errantib. in deſerto relictis: cur iſte poſt pœnitentiā ad eccleſiæ miniſteriū lapſus non reuocetur?

Sicut in Apocalypſi dicitur de miniſtro eccleſiæ: Memēto unde excideris, & age pœnitentiā, & prima [a] opera fac. Quid.n. grauius eſt, aut carnale delictum committere, ſine quo pauci [b] inueniunꝰ: aut Dei filiū iureiurando negare? in quo uerbo húc ipſum beatum Petrū Apoſtolorū principē (ad cuiꝰ ſacrū corpus indigni ſedemus) lapſū eſſe cognouimus: ſed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt: & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt: quia ab Apoſtolatu eum non expulit, qui ante quidem ipſum ſe negare prædixit.

Idem ſuper Ezechielē.

Poſt acerrimam pœnitentiam lapſi reparantur.

CAN. XVI.

QVid eſt hoc, quòd prophetæ [c] iacēti dř, Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecū? qui enim iacēti loquebatur, cur ſtatim promittit ſe locuturum? Sed ſciendū eſt, quia alia ſunt quæ iacentes, alia quæ ſtantes audire debemus. Iacenti enim dř ut ſurgat: ſtāti autem præcipiꝰ, ut ad ꝑdicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis i infirmitatis cōfuſione iacentib. præberi nō debet authoritas ꝑdicationis, ſed cùm iā in bono opere ſurgimus: & cùm iam recti ſtare cœperimus, dignū eſt, ut ad lucrandos alios in ꝑdicationē mitti debeamus: Stans [d] ergo ꝓpheta uiſionem ſpūalem uidit, & cecidit: cadēs uerò admonitionis uerba ſuſcepit ut ſurgeret: ſurgēs aūt præceptū audiuit ut prædicaret. Nā qui adhuc ex ſuperbiæ uertice ſtamus: cùm iam de æternitatis timore [e] aliquid ſentire cœperimus, dignū eſt ut per pœnitentiā cadamus: & dum infirmitates noſtras ſubtiliter cognoſcentes humiliter iacemus, per diuini uerbi conſolationē ad fortiora opera reſurgamus.

Idem.

De eodem.

CAN. XVII.

FErrum [f] de terra tollitur, cùm fortis propugnator eccleſiæ a terrena (quam prius tenuit) actione ſeparatur. non ergo in eo debet deſpici, quod fuit: quia iam incipit [g] eſſe, qđ nō fuit. [h]

Item Auguſtinus.

Poſt condignam pœnitentiā priſtina recipiuntur officia.

CAN. XVIII.

CVm exaudiero [i] eos dabo eis uirtutē ſpiritus mei, & implebo

---

[a] Et prima. Arg. quod reſtituti poſſunt accuſare & teſtificari. arg. j. ca. ferrum. & cap. domino ſancto.

Continere difficile eſt.

[b] Pauci. Difficile enim eſt continere. ut xxviij. diſtin. de ijs. & xxxiij. q. v. qui ſitit. nec tamen ideo minus delictum eſt, ut ij. quæ. j. mulkri. in fi. & xxxii. q. vij. flagitia. & licet iſtud ſit naturale, non tamen excuſat, ut ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus. §. ſi fornacarius.

[c] QVid eſt. Prophetæ. Ezechieli. Ezec. ij.

Iura uario modo poſsūt exponi.

[d] Stans. Hic ſtans accipitur in mala ſignificatione, & priꝰ in bona: & ita eſt hic arg. ꝙ aduocatus uarijs modis poteſt iura exponere, ſicut hæc authoritas: Verbum caro factum eſt. uel illud, ueritas de terra orta eſt. quandoque exponitur, id eſt Chriſtus de uirgine natus eſt: ut xxxv. q. x. c. j. quandoque exponiꝰ, id eſt, confeſsio de pœnitente. de pœn. diſtinct. j. quicunque. Arg. contra. xxiij. quæſt. vij. quod autem. Sed hæc diuerſo reſpectu.

Apoc. 2. a

Matt. 26.

ADDITIO.

Ad idem, extra de appella. ſolicitudinem. in fin. ubi de hoc.

Timor duplex.

[e] Timore. ſeruili, ſcilicet cū quo charitas dedignatur habitare. Inducit tamen iſte timor filialem, ſicut ſeta filū, ut j. de pœ. diſt. ij. ſi quis cantam.

Iob uerba.

[f] FErrū. In Iob continetꝰ ita: habet argentum uenarū ſuarum principia, & auro locus eſt, in quo conflatur: ferrum de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in æs conuertitur.

Ezec. 2. a

[g] Incipit. Argum. ꝙ poſt pœnitentiam reuertitur quis ad priores actus. Simile xxxij. q. j cum renuntiatur. & q. v. præceptum. in fi. & vj. q. j. illi qui. & j. ea. ca. quia ſanctitas tua. in fin. ff. de ædil. edic. quod ita. Arg. contra. lxj. diſtinct. c. in ſacerdotibus. Reſpon. quod nunquam per pœnitentiā reuertitur reus ad priorem ſtatū, ut xxxiij. q. ij. admonere. & lxxxj. diſtin. c. Romanus. & cap. ſi quis clericus. ſed per diſpenſationem, ut ij. quæſt. iij. ſi quem. §. notandum. in fin. Io. niſi in occultis criminibus, ut extra de tempo. ord. c. ult. Bart.

Ad hoc s. ca. quia tua. uer. ſi cut in. ubi de hoc. & 33. q. 6. uides. iuxta fi. ubi etiā de hoc.

Ius multa fingit.

[h] Quod non fuit. i. qualis non fuit. & ſic non eſt hic aliqua fictio iuris. Vel dic quod ius fingit eū eſſe nouū hominem ſicut baptizatum. xxvj. diſtinct. c. j. de pœ. diſtin. ij. ca. non eſt tā. §. Romanos. & cap. qūo. uerſi. expoliantes. alteratus tamen eſt. ij. quæ. vij. ſecuti ſunt. §. quia ergo. Sic fingit non eſſe homicidam, qui eſt homicida. xxiij. qō. v. ſi homicidiū. Similiter fingit aliquem non tráſiſſe, qui tranſiuit, ut vij. q. j. mutationes. & non eſſe epiſcopū, qui eſt epiſcopus, ut ij. q. vij. non omnes. & ca. qui nec. & eſſe uirginē, quæ non eſt uirgo, ut xxxij. q. v. propoſito. & non eſſe matrimonium, quod eſt: ut xxx. quæ. v. aliter. Sed nunquid per tales fictiones ꝓiudicabitur iuris ueritati, ita ut non admittatur probatio in contrariū? uidetur ꝙ ſic, ut extra de regul. uidua. Videtur contra, ut extra de renun. ſuper eo. & ff. quod met. ca. non eſt uerſi [illegible] ſiue [illegible] li. tit. ff. de in integ. reſtit. l. diuus. Ego dico breuiter, ꝙ cōtra omnem præſumptionem admittitur probatio, niſi ubi ius de iure alicuius non tantum præſumit, ſed etiam certū quid ſtatuit: nec multū appretior illam diſtinctionem quorundam, quod eſt quædam præſumptio iuris, quædam hominis, quædam naturæ. de quibus habes extra de ſponſa. l. is qui. quia lex dicit, quod per fictionem iuris ueritas non confunditur, nec deletur: ut C. de iure dot. in rebus. in princ.

Probatio utrū contra ꝑſumptionem [illegible] Io[illegible]. † Ego dico. Hæc uera, et ab oībus legiſtis & canoniſtis approbaꝰ. Idē gl. j. diſt. 54. c. fœminæ. Alias ſecus. ff. de reb. dub. q. duos. 2. 3. & 4. ſecundum Lau. qui hanc ſniam tenet hic cū Ioan.

Eſaiæ 37.

[i] CVm exaudiero. Eſaias propheta. xxxvij. capit.

Ieſus

eos iudicio meo, & fortitudine. Animaduertite in præſenti loco poſſe docere aliquem poſt peccatum, ſi tamen uitia priſtina pœnitētia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium, & homicidium loquitur in pſalmo, Aſperges me hyſſopo, & mundabor. Lauabis me, & ſuper niuē dealbabor. Nec ſua tamen puritate contentus eſt, ſed infert, Redde mihi lætitiā ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Cumq; hoc feceris, docebo (ait) iniquos uias tuas.

Item Hieronymus.

De eodem.

CAN. XIX.

IEſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, quanquam in typo [a] aduentū præceſſerit ſaluatoris, q nostra peccata portauit, & alienigenā ſibi ex gentibus copulauit eccleſiā, tamen ſecundum literam poſt ſacerdotiū ſordidatus [b] inducitur, aſtat diabolus [c] à dextris eius, & candida [d] illi deinceps veſtimenta redduntur.

Itē ex concil. Agathēſi.

Poſt pænitentiam, clerici correcti gradum ſuum & dignitatem recipiant.

CAN. XX.

COntumaces clerici prout dignitatis ordo [e] pmiſerit ab epiſcopo corrigantur, & ſi qui prioris [f] gradus elati ſuperbia communionem [g] fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, uel officium ſuum implere neglexerint, [h] peregrina [i] eis communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula [k] gradū ſuum dignitatēq; [l] recipiant.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem.

CAN. XXI.

SI quis presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus inuentus fuerit aliquid de miniſterijs eccleſiæ uenundaſſe, quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In iudicio tamen epiſcopi [m] dimittendus eſt, ſi in ſuo debeat recipi gradu: quia multoties hoc ipſum quod de ſacroſancto altario cōtaminatum eſt, in epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

Item Auguſtinus ad Bonifacium.

PALEA.

BEne ualet ſacerdos reſtitui ad honorem ſuum poſt peractā pœnitentiā, licet in hoc diuerſi diuerſa ſentiant, dicentes non poſſe reſtitui ad honorem. Sed ſic dictum eſt propter ſimulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

Item Auguſtinus.

PALEA.

SAcerdos quidem ſi cadit, ualet, & habet reſtitutionis locum poſt dignam peractam pœnitentiam in honorem ſuum, propheta atteſtante, qui ait: Nunquid qui cadit, non adijciet ut reſurgat? Pſalm. 40 *Et beatus Gregorius hoc dicit ad Secundum epiſcopum incluſum amicum ſuum. Etiam ab ipſo propheta in hoc argumentum habemus, qui cùm poſt peractum adulterium, & homicidium perpetrauit, tamen poſtea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad priſtinum officium reſtituitur.* †

[a] IEſus. In typo. Quia duxit alienigenam, ſicut Chriſtus eccleſiam.

[b] Sordidatus. Quia dimiſit uxorem.

[c] Diabolus. Id eſt, uxor quæ idola coluit.

[d] Candida. Quando ad concilium Eſdræ reliquit illam. xxviij. q. j. & ij.

[e] COntumaces. Prout dignitatis ordo. Alio enim modo ſunt puniendi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, ut xxxv. diſtinct. ante omnia. & vndecima quæſt. j. ſi qui clericorum. & xij. quæſt. ij. fraternitatis.

[f] Prioris. Id eſt, altioris.

[g] Communionem. Id eſt, nolunt eſſe inter alios. [1]

[h] Neglexerint. Auferetur officium & beneficium. Ioā. per ſuſpenſionem. ſecundum Hug.

[i] Peregrina. Quæ alias dicitur laica. extra de elect. c. ij.

[k] In matricula. Sic. ij. q. j. nomen.

[l] Dignitatemque. Si enim a vigilijs deeſt, auferendum eſt ei ſtipendium, vt xcj. diſt. clericus victum. Sed ſi prælatus per tres hebdomadas deeſt, per triennium ſuſpenditur, uel etiam ſi diebus ſolennibus deeſt, ut vij qō. j. ſi quis in clero. ſi per duos menſes, priuatur eccleſia, ut vij. q. j. præſentiū. Niſi velis dicere correctum, ut extra de clericis non reſidē. ex tuæ. [2] Sed an poſſit repetere fructus poſtea cū reuertitur? non videt, ut C. de re mil. l. j. lib. xij. alioqui ſpe reſtitutionis facilius delinqueret, ut ſ. e. diſt. c. j. Item quia pœnæ nō ſolent repeti. ff. de condict. inde. pœnæ. At pœnam quam quis ex ſuo delicto præſtitit, nō repetit. [3] ff. de procura. qui proprio. §. pœnā. Item hic & in ſeq. cap. videtur q eps poſſit diſpenſare cū depoſito. Nam & ſenatus reſtituit. ff. de poſtul. l j. § de qua autem. Et ſenatus æquiparatur principi. ff. de aqua plu. ar. quod principis. Et eccleſia habet ſuū ſenatum, ut xvj. q. j. eccleſia. arg. ad hoc xj. qō. iij. eps. & C. de epiſ. & cler. placet. Argu. contra de cleri. non reſidē. ex tuæ. in fin. & dixi de hoc. ij. qō. vj. ideo. Ioā. Sol. cum depoſito ſolenniter ſolus Papa diſpenſat, ut de pœnit. diſtin. vj. c. j. in fin. B.

[m] SI quis. Iudicio tamen epiſcopi. Hic ergo permittitur epiſcopo diſpenſare in ſacrilegio, ſic & in hæreſi, vt ĩ. eo. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. ĩ. de his uero. Et hoc uerum eſt, niſi ſit enorme ſacrilegium: ut xij. q. ij. de viro.

Quomodo. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua concordat iura, & dicit quod qui uere pœnitent, poſſunt reparari, & qui ficte pœnitent, non ſunt reparandi. & hoc probat x. authoritatibus. Io. de Fant.

Pſal. 50.

Clerici maiores a liter puniūtur, quam minores.

Zacha. 3. a

[1] Lau. dicit communionem. i. cōmunem obſeruantiam, & cōuerſationem. Archid.

Prælatorū eccleſias negligentium puniuo.

[2] De hoc ponit extra ut lite nō cōteſt. quoniā. §. ſi uero. & vij. qō. j. ambitionis. ibi dicam. Arc.

[3] Dic qđ ſi iuſtam cauſam abſentiæ habēt, oīa recuperat. ff. de re mil. ex cauſa. nā & ſententia reſcīditur probata iuſta cauſa abſentiæ. extra de re iud. ca. cū Bertold.

Papa ſolus cū ſolēniter depoſito diſpenſat.

Epiſcopus in hæreſi diſpenſat.

[4] Hactenus Palea, & Gratianus loqui incipit.

3 *Quomodo igitur huiuſmodi authoritatũ diſſonantia ad concordiam reuocari ualeat: breuiter inſpiciamus. ſunt tamen quidam, quos non odium criminis, ſed timor utilitatis, & amiſſio proprij gradus, & ambitio celſioris ad pænitẽtiam cogit, hos ſacri canones irrecuperabiliter deijciũt: quia qui ſimulatione pænitentiæ, uel affectione honoris à Deo non conſequitur ueniam, nec ab eccleſia reparationẽ meretur.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Bonifacium.

Quare conſtitutum eſt in eccleſia, ne poſt pænitentiam quis ad clericatum redeat.

CAN. XXII.

VT conſtitueretur in eccleſia, ne quiſquã poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, uel ad clericatũ redeat, uel in clericatu permaneat, nõ deſperatione [a] indulgẽtiæ, ſed rigore [b] factum eſt diſciplinæ: alioqui cõtra claues eccleſiæ datas diſputabitur, de quibus dictum eſt: Quæcunq; ſolueritis ſuper terrã, ſoluta erunt & in cœlo. (Matt.16.c) Sed ne fortè etiã de cęteris [c] criminibus ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbè ageret pœnitentiã, ſeuerisſimè placuit, ut poſt actam pœnitentiã de damnabili crimine nemo ſit clericus ut deſperatione tẽporalis altitudinis medicina maior, & uerior eſſet humilitatis. Nam & ſanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiã, & tamen in honore ſuo perſtitit. (2.Reg.12.) Et beatum Petrum, quãdo amariſsimas lacrymas fudit, utique Deũ negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus permãſit. (Matt.26.g) Sed nõ ideo [d] opinanda eſt ſuperuacua poſteriorum doctorũ diligentia, quia ubi ſaluti nihil detrahebatur, [e] humilitati aliquid [f] addiderunt, [g] quò ſalus tutius inueniretur. Expertus credo aliquorũ fictas pœnitẽtias per [h] affectatas honorũ potẽtias. [i] Cogunt enim multas inuenire medicinas multorũ experimẽta [k] morborum. Verùm in hmôi cauſis, ubi per graues diſſentionũ ſciſſuras nõ huius, aut illius hominis periculum, ſed populorum plurimorum ſtrages [l] iacet, detrahendũ eſt [m] aliquid ſeueritati, ut maioribus [n] ſanãdis malis charitas ſyncera ſubueniat.

Item ex Epiſtola cleri Romani [o] miſſa Papæ Cypriano. [p] †

Reparationis beneficium, non niſi poſt pænitentiam poteſt concedi.

CAN. XXIII.

ABſit à Romana eccleſia vigorem [q] ſuum tam profana facilitate dimittere, & neruos ſeueritatis euerſa fidei [r] maieſtate diſſoluere, ut cũ adhuc nõ tantùm iaceant in peccatis, ſed etiã cadãt [ſ] euerſorũ fratrũ ruinæ, [t]

[a] VT conſtitueretur. Non deſperatione, id eſt, ob hoc, quod eccleſia deſperat ſe poſſe reſtituere tales.

[b] Sed rigore. Hic manifeſte colligitur, quod canones qui dicunt lapſos non eſſe reparandos, uel reſtituendos, de rigore loquuntur.

[c] Etiam de cæteris. i. omnibus. nomine eñ cæterorũ omnes intelligunt. ff. de verborũ ſignifica. cæterorum.

[d] Sed non ideo. quaſi dicat, licet poſsint reſtitui aliqui ſecundum rigorem.

[e] Nihil detrahebatur. i. ubi non timetur periculum.

[f] Aliquid. i. rigorem ut nõ reſtituerentur, ut ſic fierẽt magis humiles.

[g] Addiderunt. Scilicet, ut nõ poſſint reſtitui.

[h] Per. i. propter.

[i] Potentias. Id eſt, dignitates.

[k] Experimenta. Sic xxix. diſt. ſciendum. vel aliter ut quãdoq; fiat reſtitutio, quandoq; non.

[l] Strages. ſ. xliiij. diſt. comeſſationes.

[m] Detrahendum eſt. Hic habes, qđ diſpenſatio qñq; eſt debita, ſcilicet ubi ſtrages multorũ iacet. & alibi, ut xl. diſt. licet. & j. q. vij. diſpenſationes. & xj. q. iij. plerunque. xxiij. qõ. j. noli. in fi. & ĩ. eo. conſiderãdum. cum enim diſpenſatio ſit quaſi quædam miſericordia, & eſt certum, quod quilibet tenetur eſſe miſericors, vt lxxxvj. diſt. non ſatis. & licet debita ſit, tamen peti nõ põt: ſicut epatus debetur bono, & tamẽ nõ poteſt eum petere, ut viij. qõ. j. qui epiſcopatum. Quandoque aũt prohibetur diſpenſatio, ut j. qõ. j. erga. & ſ. ea. miror. qñq; etiam permittitur diſpenſatio, ut ĩ. ead. domino. & ſ. ead. ſi quis presbyter. Et not. quod aliud eſt rigor, aliud eſt ius, aliud eſt diſpenſatio. Rigor eſt quidam exceſſus iuris, & quædam auſteritas facta ad terrorem, ſecundum quod dicit canon, ꝙ pœnitentia imponitur contrahenti ſecundas nuptias, ut xxxj. qõe j. cap. hac ratione. & c. præcedenti. Et ꝙ communio non eſt danda etiam in fine vitæ ijs, qui defecerunt in accuſatione clericorũ, hoc eſt, epiſcoporum, ut ij. q. iij. ſi quis epiſcopum. Et rigor non eſt ſeruãdus, niſi ubi timetur exemplum mali, ut lxv. di. ſed illud. Quandoque tamen rigor eſt idem qđ ſubtilitas iuris, ut extra de reſtit. ſpol. in literis. & extrà de noui oper. nunt. intelleximus. Diſpenſatio eſt idem quod iuris relaxatio, & ea non eſt utendũ, niſi ſit neceſsitas, uel utilitas, ut j. qõ. vij. tali. Ius autem media ſtrata incedit inter rigorem & diſpenſationem. ff. de iuriſdict. omn. iudic. qui iuriſdictioni. & xxiiij. qõ. ij. legatur.

ADDITIO. Dicit Hug idem. ſ. ꝙ rigor non eſt ius, imo eſt iuris exceſſus in auſteritate. Ius autem eſt æquitas. i. æqualitas ius ſuum unicuique tribuens, bonis præmia, malis ſupplicia. hoc debet iudex ſemper obſeruare. argu. C. de iu. placuit. Archid.

[n] Maioribus. Sic diſt. iiij. denique.

[o] Cleri Romani. vel Cornelij papæ.

[p] Cypriano. In chronicis non inuenitur, quod aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus, tamẽ qđ fuit Papa, habes. j. de eo tñ. ſed forte hic & ibi eſt mendoſa litera.

[q] ABſit. Vigorem. Id eſt, rigorem.

[r] Fidei. Id eſt, diſciplinæ.

[ſ] Sed etiam cadant. Vlterius.

[t] Ruinæ. Id eſt, euerſi & ruentes fratres.

Diſpenſatio quandoque eſt debita.

Rigor diſpẽſatio & ius differunt.

[i] Et dic ꝙ iuris rigor ex cã multiplici mitigatur ut notatur ex. de ſen. excõmun. quæris. Archidiac.

† Cypriano. Quæ integra. habet lib. ij. epiſtolarũ diui Cypriani, epiſtola prima.

Prope-

properata [a] nimis remedia cōmunicationū vtiq; nō profutura præſtentur. Vbi enim poterit pœnitētiæ medicina procedere, ſi etiā ipſe medicus intercepta [b] pœnitētia indulget periculis? Hoc nō eſt curare, ſed (ſi uerum dicere uolumus) occidere.

Itē Cyprianus de lapſis.

Impœnitentibus uenia concedi non poteſt.

CAN. XXIIII.

SI quis præpoſtera feſtinatione temerarius remiſsionem [c] peccatorum cunctis putat ſe dare poſſe, aut audet domini præcepta reſcindere, non tantùm nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe enim irā Dei eſt, non ſeruaſſe ſententiam, [d] nec miſericordiam pijſſimi domini deprecari, ſed cōtempto domino de ſua facilitate præſumere. & infra. Mandāt enim aliqua martyres [e] fieri, ſed ſi iuſta, ſi licita, ſi non contra ipſum dominum, ac Dei ſacerdotes ſint, facienda ſunt.

Si obtemperantis facilis & prona confeſsio, ſi pœnitentis fuerit religioſa moderatio, mandant martyres aliqua fieri: ſed ſi ſcripta non ſunt in lege domini, quæ mandant, ante eſt, ut ſciamus [f] illos à Deo impetraſſe, quæ poſtulant, & tunc facere quod mandant. Neque enim ſtatim videri [g] poteſt diuina maieſtate conceſſum, quod fuerat humana pollicitatione ꝓmiſſum. Nam Moyſes pro peccatis populi petijt, nec tamen peccantibus veniam à Deo cùm petijſſet, accepit.

Item Iſidorus ad Maſſanum epiſcopum.

Qui ſunt reparandi poſt lapſum, uel qui non.

CAN. XXV.

DOmino ſancto, meritisque ſancto, fratri Maſſano epiſcopo Iſidorus epiſcopus ſalutem. Quod in epiſtolis [h] venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet, quòd in canone Anchiritano, capitulo decimonono legitur poſt lapſum corporalem reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiā, alibi legitur poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum, hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præceſsit ſatisfactio, uel condigna peccatorum cōfeſsio. At contra hi, qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vendicare [i] quadam ſuperſtitioſa [k] temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Ergo ita eſt determinanda ſententia, ut neceſſe [l] ſit illos reſtaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepiſſe merentur diuinæ pietatis. Hi enim nō immerito conſequuntur ademptæ dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ. Id autem ne fortè magis ſit ambiguum, diuinæ authoritatis ſententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta ſub typo præuaricatricis Hieruſalem, oſtendit poſt pœnitentiæ ſatisfactionem priſtinum reſtaurari poſſe honorem. Confundere (inquit) ò Iuda, & porta ignominiam tuam. & poſt paulum: Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem tuam. Ezech. 16

Quod dixit confundere, oſtendit opus peccati debere quenque erubeſcere, & poſt confeſsionem pro admiſsis ſceleribus verecundam frontem humo proſtratam demergere, pro eo quòd dignum confuſione perpetrauerit opus. Deinde præcepit,

---

a Properata. Quia quæ committuntur in Deum, remitti, non poſſunt ſine pœnitentia: & quia facilitas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi, ut ī.xxiij.qō. iiij. ſi is qui. & capitu. eſt iniuſta.

b Intercepta. Id eſt, dimiſſa.

c SI quis. Remiſſionem. Quæ enim in nos delinquuntur, poſſumus remittere ſine pœnitentia, ſed non quæ in Deum, ut xxxiij. quæſt. iij. ſi is qui.

Delicta commiſſa in Deum remittere non poſſumus.

d Sententiam. Qui ergo non ſeruat ſententiam iudicis, offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui fruſtratorie appellat ab ipſo. C. quando prouocare non eſt neceſſe. l. ulti. in ſi. & hæc poteſt eſſe cauſa, quare iudex debeat eſſe ſuſpect⁹ ei, qui appellauit ab ipſo, ut extra de appel. ad hæc.

Appellās fruſtratorie iudicē offendit.

e Martyres. Id eſt, Chriſti ſacerdotes.

f Ut ſciamus. Per ſigna exteriora conſiderata in pœnitentibus.

g Videri. Argumentum, quod non ſtatim tenetur quis credere etiam bono viro, ut ix. diſtin. ego ſolus. ſimi. ff. quod cum fal. tut. l. ij. imò imputatur alicui, quod nimis eſt credulus. xj. qō. iij. non ſolū. lxxxvj. diſtin. ſi quid vero. ff. de eo per quem fact. l. j. §. j. Non obſtat xxiij. qō. j. quid culpatur. ubi in dubio obeditur, quia ibi loquitur dum prælatus præcipit, quod eſt dubium: hic de martyribus, qui non erant prælati. xxvj. quæſt. v. nec mirum.

Credulus nō debet quis eſſe nimis.

Exod. 32. in fin.

h DOmino ſancto. In epiſtolis. Maſſanus rogat Iſidorū ut ſolutionem canonum contrariorum circa reſtitutionem lapſorum ei reſcriberet.

i Vendicare. Id eſt, defendere. ſic etiam econtra ponitur.

k Superſtitioſa. ī. viij. diſt. quo iure.

l Neceſſe. Ex hoc uerbo neceſſe, & ex illo uerbo præcipiunt, quod ſupra ponitur, patet diſpenſationem quandoque eſſe debitā, [t] ut ſupra eadem. ut conſtitueretur. Et ſic patet quod epiſcopus peccat ſi nō diſpenſat ubi patet ratio diſpenſandi, ut xxxiiij. diſtin. fraternitatis. argu. ij. quæſt. v. quanto. tamen cum ſuperiore agi poteſt officio iudicis, ut ſiat diſpenſatio, ut extra de iure patr. nullus. licet non poſsit peti iure actionis. ſicut poteſt dici de eleemoſyna pauperi debita. xlvij. diſtinct. ſicut.

t Ad hoc ī. xxiij. q. j. noli. ubi de hoc. & ī. ea. ſi qs. verſ. quod ſi. ubi de hoc. ar. ī. ea. cōſiderandū. Archid.

Epiſcop⁹ qnq; peccat, ſi non diſpenſat.

Antiqui-

vt poſt ignominiam & deiectionem ſui nominis, ſiue dignitatis, reuertatur ad ſuam antiquitatem.[a] Ergo dum quiſque poſt opus confeſsionis ſuæ cõfunditur, atque ignominiam[b] portans, depoſitionem ſuam[c] cũ humilitate luget, reuocari ſecundùm prophetam ad priorem ſtatum poterit.

Item Ioannes euangeliſta angelo Epheſi eccleſiæ inter cætera quædam ſimilia ſcribit: Memor eſto unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: alioqui ueniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius. Ecce inquantum valui, concilij Anchiritani antiquam planè & plenam authoritatem ſacris teſtimonijs explanaui, oſtendens eum poſſe reſtaurari in proprio gradu, qui per pœnitentiæ ſatisfactionem nouerit priora delicta deflere. Qui verò negligit, nec luget quæ geſsit, & lugenda ſine ullo pudore religionis, uel timore diuini iudicij committit, eum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari cognoſcas. In fine autem huius epiſtolæ hoc adijciendum putaui, ut quotieſcunque ingeſtis conciliorũ diſcors[d] ſententia inuenitur, illius concilij ſentẽtia magis teneatur, cuius antiquior[e] & potior extat authoritas.

Quicunque igitur pro criminib. ſuis dignè Deo pœnitentiam obtulerint, authoritate Gregorij, & Auguſtini, et Hieronymi & Iſidori, gradum priſtinæ dignitatis recipere poſſunt. Qui aũt non odio criminis, ſed timore utilitatis, uel ambitione dignitatis, uel honoris, falſas Deo pœnitentias offerunt, in priſtini honoris gradum reparari minimè poterunt.

Sed obijcitur illud Hormiſdæ Papæ, qui ſcribit omnibus epiſcopis per uniuerſas prouincias.

Diaconus aut presbyter in adulterio deprehenſi, reparari non poſſunt.

CAN. XVI.

SI quis diaconus[f] aut presbyter poſt acceptam benedictionem Leuiticam, cum uxore ſua incontinens inueniatur, ab officio ſuo abijciatur.

Ecce[g] manifeſtè conſtat quia ſecundùm titulos antiquorum patrum ſancto ſpiritu ſuggerente conſcriptos, & ſecundùm ſentẽtias cccxviij.[h] epiſcoporum, quos Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehenſi,[i] aut ipſi confeſsi, aut ab alijs conuicti, ad honorem redire nõ poſſunt.[k] Sed quia fortè non deſunt, quibus pro nimia pietate[l] ſupraſcripta ſanctorum patrum ſeueritas minime placeat, ſciat ſe cccxviij. epiſcoporum, qui & reliquos ſtatuerunt canones, ſententias reprehendere uel damnare. Sed quia fortè maior eſt in illis pietas, quàm in ſupraſcriptis trecentis octodecim epiſcopis: maior eſt in illis miſericordia, quàm in ſancto[m] Ioanne Papa: maior charitas

a Antiquitatem. Id eſt, mores antiquos.

b Atque ignominiam. Ex hoc verbo, & ex illo verbo depoſitionem, eſt argum. quod epiſcopus poteſt depoſitum, & infamem reſtituere,[1] quia ignominia idẽ eſt, quod infamia, ut ff. de ijs, qui notantur infamia. l. ij. §. ignominiæ. & ſic patet quod poteſt tollere infamiam, qđ concedo[2] ubicunque poteſt diſpenſare, ut dixi ij. quæſt. iij. cap. Euthemium. §. hinc colligitur.

Infamiã poteſt epũs tollere.

1 De hoc leg. & no. ĩ. ca. contumaces.

2 Idẽ Io. de Fã. qui approbat iſtam totã gloſſ.

Apoc. 2. b

c Depoſitionem. Id eſt, ſuſpenſionem. ſic xlvj. diſtin. clericus.

d Diſcors. Nonne illa ſententia eſt potius ſequenda,[3] quæ maiorem continet pietatem, ut ix. diſtin. ſana. licet enim canon apoſtolorum potior ſit, quia antiquior ſit alijs canonibus, tamẽ præiudicatur[3] ei per poſteriores, vt lxxxij. diſt. presbyter. Idem patet in canone Hieronymi, ut xxvj diſtinctione. deinde. & capitu. acutius. Item quandoque præiudicat ille canon, qui non eſt potior: ut xxv. qõe. j. contra ſtatuta. quod ergo dicitur hic, intellige cum ambæ conſtitutiones ſunt particulares, & locales: de illis loquitur cap. xix. diſtin. in canonicis. Sed ſi ambæ ſunt generales, ſemper poſterior præiudicat: ut extra de co. ſpi. c. j. ff. de legib. non eſt nouum. Sed qualiter præfertur vnus canon alteri, cum omnes ſint promulgati inſtinctu ſpiritus ſancti. decimaſexta, quæſtione tertia. nemo.[4] Reſpondeo, quod duo canones poſſunt eſſe contrarij, & tamen uterque eſt iuſte inſtitutus. Quod enim unus ſtatuit & iuſte, alter contrarium poteſt ſtatuere, & iuſte, ſexageſimatertia diſtinct. capit. quia ſancta. §. verum. extra de cõſang. & affinit. non debet.

Canon canonizan pͥ iudicet.

3 Videas quod leg. & not. xviij. diſtin. quoniam quidem.

4 Et melius xxv. q. j. violatores. & ĩ. c. prox. in prin. & ĩ. eo. ſi ille. Archid.

e Cuius antiquior. Si ambo ſunt æqualis pietatis. xix. diſt. in canonicis.

f SI quis diaconus. Prima pars cap. facit contra ſolutionẽ Gratiani. Idẽ facit pro ea in ſecunda parte, quæ incipit ibi, quod ſi eos.

g Ecce. Vſque ad hunc locum ſunt verba Niceni concilij.

h Cccxviij. Ergo videtur quod hoc ſit ſtatutum Niceni concilij, cui tot interfuerunt, ut xv. diſtin. canones. licet Damaſus Papa de ccc. tantum loquatur. x. quæſt. j. hanc conſuetudinem. ſed minor numerus non excludit maiorem.

i Deprehenſi. Aliquo ſequentium modorum. Videtur ergo quod ſola deprehenſio ſufficit. vt hic, & lxxxj. diſtinct. presbyter. & habes. j. ead. de his. ſed non eſt ita, niſi ſint conuicti uel cõfeſsi, ut ſequitur. ĩ. ij. qõ. j. nos in quenquam. & xij. q. j. non dicatis. Vel intellige deprehenſi, ita quod factum ſit notorium ex facti euidẽtia,[5] ut e x̃. de cohab. cler. & mul. tua. Tales eñ qui in maleficio publice deprehẽduntur, ſine iudicio damnantur, ut C. de defen. ciui. l. defenſores. lex vij. eſt.

5 Sola deprehenſio ſufficit ad notã infamiæ inducẽdam. ff. de ritu nuptia. palã. §. quæ in adulterio. ſecundum Gof. & ita not. extra de iu. cum nõ ab homine. Archidia.

k Non poſſunt. De iure.

l Pietate. Ironice loquitur.

m In ſancto. Supra ea. miror.

Remedia.

a Remedia. id eſt, pœnas cõtra illos, qui non ſeruant ſtatuta.
b Aut omnibus. Arg. quod qui uni facto contradicit, omnibus contradicit. ſic ſ. iiij. diſtinctio. denique. de pœnit. diſtinc. fratres. & extra de regul. iuris. defleat. & de cõſec. diſtinct. ij. compertimus.
c Et inimicos. No. quod eo ipſo, quod aliquis non obedit prælato, eius eſt inimicus: ut xxiiij. q. j. quoniam uetus. ſ. ead. ſi quis præpoſtera.
d Palpare. id eſt, adulari.
e Deberemus. nota diſpenſationem eſſe debitam, ut ſ. ea. ut conſtituerentur. & xj. quæſt. iij. plerunque.

ADDITIO.

Dicas breuiter quod ubicunque perſona, res, & locus eam exigit, debita eſt. xxix. diſtinct. cap. j. & ij. ſ. ead. diſtinctio. duo. uer. præcipiunt. & uerſic. neceſſe. & ſ. ea. conſiderandum. Quod dic ut plene nota. in Spec. de legato. §. genera autem. & not. extra de ſent. excommu. pueris. Archidia.

f Digna. Quod nulli facit. xxxiij. quæſtione ij. legatur.
g Dimiſerit. Non enim tam cito dimittit Deus, ſicut ſacerdos abſoluit. de pœniten. diſtinctio. prima. quem pœnitet.
h Dicturi. Nunquid uoce tunc loquentur, cum Apoſtolus dicat: quod tunc linguæ ceſſabunt, licet propheta contrarium dicat: Exultationes Dei in gutture eorum. Sed quicquid ſit, tunc nullus accuſabit alium: ſed ſola conſcientia accuſabit quemlibet.

Inobediẽs prælato eſt ei inimicus.

Pſal. 6.

Pſal. 101.

† Torpore.

Conſcientia ſola dãnandos accuſabit.

quàm in reliquis ſanctis ſacerdotibus, qui hoc exẽplo remedia a eccleſiarũ ſuis diffinitionibus deliberauerunt. Et ideo aut bona uoluntate pręceptis illorum conſentiant, aut omnibus b illis cõtrarios & inimicos c ſe eſſe cognoſcant. Quæ eſt iſta iuſtitiæ inimica bonitas, palpare d criminoſos & uulnera eorum uſque in diem iudicij incurata ſeruare? Quòd ſi eos duriſsimam pœnitentiam per plurimos annos uiderimus agere, tũc nos & ſaluti eorum poſſemus conſulere, & ſtatuta canonũ debere mus e temperare. Cùm uerò in aliquibus nec cõpunctio humilitatis, nec inſtãtia orandi appareat, nec beatum Dauid imitẽtur, qui dicit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lacrymis meis ſtratũ meũ rigabo, & illud: Cinerẽ tanquam panẽ manducabam, & potum meũ cum fletu miſcebam. Nec eos ieiunijs, uel lectionibus uacare uideamus, poſſumus agnoſcere ſi ad priſtinos gradus uel honores redirent, cum quanta negligentia, & cũ quanto tẽpore † & animæ ſuæ inimica ſecuritate permanerent, credẽtes quod ſi eis non acta pœnitentia digna f dimiſerit g Deus, quomodo ſacerdotes indulſiſſe uidentur. Verè dico, quia ipſi quibus cum periculoſa & falſa miſericordia idulgere uidemur, cum ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos cauſam dicturi h sũt dicentes, quod dum ad duram aſperitatẽ linguæ eorum expauimus, aut falſa blandimenta, & periculoſas adulationes ipſorũ libenter accepimus, in eiſdem permanere peccatis eis inutiliter idulgemus: i † aut ipſa peccata augere permittimus: k † non recordãtes illud, quod in ueteri teſtamento ſcriptũ eſt, quia uno l peccante, contra omnes ira Dei deſæuijt.

Item Hieronymus.

Difficile eſt poſt lapſum ad priſtinum gradum redire.

CAN. XXVII.

Qvicunque dignitatẽ diuini m gradus non cuſtodiũt, cõtenti fiãt animam ſaluare. Reuerti enim in priſtinũ gradum poſt lapsũ difficile n eſt.

Item Baſilius.

Lapſus poſt pœnitentiam altario tantum miniſtret.

CAN. XXVIII.

Qvi ſub gradu o ceciderit poſt pœnitentiã, cõtentus fiat baptizare, p cõionem infirmis dare, & altario tãtummodo miniſtrare. q

Item ex concilio Anchiritano.

De ſacerdotibus, diaconibus, uel laicis, qui idolis thurificãt.

CAN. XXIX.

Preſbyteros, qui immolauerũt, r & poſt ea iterum certamen inierunt, ſ ſi ex fide luctati ſunt, & non ex compacto t ad oſtentationem, ut offerrent, ipſi fecerunt: hos placuit honorem u quidem ſedis propriæ retinere: offerre x autem illis, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officijs

ix. q. iij. aliorum.
i Indulgemus. Id eſt, indulſimus.
k Permittimus. Id eſt, permiſimus.
l Quia uno. ſcilicet Achor. viij. q. j. audacter. ſ. j. quæſtio. iiij. cap. eccleſia. §. item ex peccato Achor. Ioan.
m Qvicunque. Diuini. id eſt, eccleſiaſtici.
n Difficile. Tale difficile habes xlvij. diſtinct. quantumlibet. alias ponitur pro non. ij. quæſtio. vj. cap. biduum. uerſic. ſi aduerſus. & xlvij. diſt. ca. fin.
o Qvi ſub gradu. id eſt, in gradu.
p Baptizare. Sed nonne iſtud laico conceditur, ut j. q. j. quod quidam? Sed dic, quod iſte poteſt ſolenniter baptizare, quod laicus non poteſt, ut lxxxj. diſtin. ſi diaconus. Item obijcitur, quod ſi iſte poteſt baptizare, ergo & ſacrificare: ut dicit Hierony. j. q. j. ſicut Xps. Sed ibi loquitur de adhuc tolerato.
q Miniſtrare. Sed non celebrare. Vel dic quod poteſt remanere in officio ſacerdotali, ſed non põt eſſe epiſcopus.
r Preſbyteros. Qui immolauerunt. Coacti cõditionaliter.
ſ Inierunt. ſcilicet ſuperbiæ cauſa.
t Et non ex compacto. id eſt, figmento.
u Honorem. ſcilicet beneficium.
x Offerre. i. officiũ non retinent.

Fungi.

† Indulgebamus. Permiſimus.

Num. 6. c.

Baptizare ſolenniter laicus non põt.

Etiã poterit ratione ordinis quod non poterit laicus. Io. de Fant.

Diſpenſatiue. Hugo.

Dic plenius offerre. i. in altari conficere. quaſi dicat, bñficium retinebit, ſed ſi officiũ. ſic. ſ. ead. ſtudeat. in ſi. xxviij. diſt. preſbyterum. extra de cler. pug. in du. Henricus. ſic e contra retinet quis officium, ſed nõ bñficiũ. j. q. v. c. j. Io. de Fant.

ſungi [a] non liceat. Diaconi ſimiliter, qui immolauerunt, poſtea uero iterum reluctati ſunt, alias quidem honorem habere oportet: ceſſare autem debent ab omni ſacro miniſterio: ita, ut nec panem, nec calicem [b] offerant, nec euangelium pronuntient: niſi forte aliqui epiſcoporum conſcij laboris eorum & humilitatis & manſuetudinis uoluerint eis amplius tribuere, uel adhibere. penes [c] ipſos ergo de his erit poteſtas.

Qui autem fugientes comprehenſi ſunt, uel à domeſticis traditi, uel ademptis facultatibus ſuſtinere tormenta, aut in cuſtodiam detruſi, proclamauerunt ſe Chriſtianos eſſe: & eouſque adſtricti ſunt, ut manus eorum comprehendentes uiolenter attraherent, & funeſtis ſacrificijs admouerent, ut aliquid polluti cibi per neceſsitatem [d] ſumere cogerentur: in omni deiectione & habitu & humilitate uitę fidem confitentes, hos uelut extra delictum conſtitutos, à communionis gratia non prohiberi decernimus. Si uerò prohibiti ſunt ab aliquibus propter cautelam [e] ampliorem, uel propter quorundam ignorantiam ſtatim recipiantur. Hoc autem ſimiliter & de clericis & de laicis obſeruare conueniat. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiam laici, qui in has neceſsitatis anguſtias inciderunt, ad clericatus ordinem promoueri. Placuit ergo & hos, tanquam qui nihil peccauerint, ſi præcedens eorum uita proba uerit, ad hoc officium prouehi. De his autē, qui negauerunt præter neceſsitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, uel aliquid huiuſcemodi (quod factum eſt ſub tyrannide Licinij) placuit ſanctæ ſynodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. [f]

Sed illud Hormiſdæ [g] *papæ deſidioſos & negligentes, non uerè pœnitentes reparari prohibet. Illud autem Hieronymi* [h] *fatetur hoc eſſe difficile, non impoſſibile. Baſilius* [i] *autem circa delinquentes rigorem iuſtitiæ ſeruandum oſtendit: quem circa pœnitentes alij relaxandum miſericorditer affirmant. Poſſunt & aliter diſtingui præmiſſæ authoritates: ſecundùm iuſtitiæ rigorem, quorum crimina manifeſta ſunt, antè uel poſt ordinationem à ſacris ordinibus deijciendi ſunt. Quorum autem peccata occulta ſunt, & ſatisfactione ſecreta ſecundùm ſacerdotis edictum purgant, in proprijs ordinibus remanere poſſunt.*

Vnde Nicolaus papa Carolo archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.

Non poteſt reſtitui in ſacerdotium, cuius crimen fuerit manifeſtum.

CAN. XXX.

SAcerdotes, ſi in fornicationis ceciderint laqueum, & criminis manifeſtus [k] ſiue oſtenſus ſit actus, ſacerdotij honorem habere non poſſunt, [l] † ſecundum canonicæ inſtitutionis authoritatem.

Item Rabanus archiepiſcopus ſcribit ad Heribaldum.

Qui ualeant reparari poſt lapſum, uel non.

CAN. XXXI.

DE his uerò uiſum eſt nobis ſcribendum eſſe, qui ſacros ordines habentes, & antè, uel poſt ordinationem contaminatos ſe eſſe in capitalibus criminibus confitentur. In quibus (ut mihi uidetur) hæc diſtantia eſſe debet: ut hi, qui deprehenſi [m] uel capti fuerint publicè in periurio, furto, atque fornicatione,

---

a Fungi. Hic diſpenſatur in beneficio, ſed non in officio: ut extra de clericis pug. in du. Henricus. & j. ead. diſtin. ſtudeat.

b Nec calicem. Ante confectionem: quia poſt confectionem non eſt eis licitum offerre. & ſic non eſt cõtra. xciij. diſtin. peruenit.

c Penes. Hic patet, quod epiſcopus diſpenſat in hæreſi, & cum ſchiſmatico: ut ſ. ea. ut conſtitueretur. non tamen cum excõmunicato miniſtrante. xj. quæ. iij. ſi quis epiſcopus.

d Per neceſsitatem. famis. imo potius debent mori fame, quam ueſci idolothytis. xxxij. quæ. iiij. ſicut ſatius. & j. xxxij. quæſtio. v. ita ne. Vel uocat hic neceſsitatem coactionem.

e Propter cautelam. Quandoque enim ad cautelam imponit alicui pœnitentia, ut xxxiij. quæſtione ij. in lectum.

f Cõmodari. Quia reſtituuntur ad cõmunionem, non ad officium, uel beneficium: tamen dabitur ſuſtentatio eis. xvj. quæſtio. vj. ca. de lapſis. Ioan. de Fantu.

Scilicet ſi digne pœniteāt.

ADDITIO.

Sed uidetur contra, quod not. j. qõ. vij. maximum. & xxj. diſtinc. ca. nunc autem. in glo. ſed de iſto legitur. in fi.

g Sed illud Hormiſdæ. ſ. ead. cap. ſi quis diaconus.

h Hieronymi. ſupra ead. quicunque.

i Baſilius. ſ. ead. qui ſub gradu.

Sacerdotes.

k Manifeſtus. p euidentiam facti.

l Non poſſunt. ſine diſpenſatione, ſed ſi eſt occultum, poſſunt ſine diſpenſatione poſt pœnitentiam.

Ad hoc 81. di. miniſtri. extra de bigamis. quia,

De his uero. m Qui deprehenſi. Et conuicti, ut xv. quæſtio. ult. capitu. ulti. & extra de iudi. cum non ab homine. & aduocabit teſtes, per quos probabit ipſum in crimine deprehenſum, & detineat eũ per uiginti horas. ff. de adulter. l. capite.

Seruato.

Sed forte cũ hoc poteſt diſpẽſare epiſcopus ſecũdũ id quod no. Innoc. extra de cle. per. in c. j. in gl. j. in ꝓbatiõe.

Deprehẽſus in crimine põt p 20. horas detineri.

† Adde ad hunc textũ, qd no. Bar. in l. ſi adulterium. ff. de adul.

& cæteris huiuſmodi criminibus. ſecundùm canonum ſacrorum inſtituta à proprio gradu decidant: quia ſcandalum eſt populo Dei tales perſonas ſuprapoſitas habere, quas vltra modum uitioſas eſſe cōſtat Nempe inde retrahuntur homines à ſacrificio Dei, ſicut quondam Eli filijs peccātibus feciſſe leguntur, & rebelles huic atque contrarij exiſtentes eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis abſconſe à ſe admiſsis, peccata per occultam confeſsionem corā Angelis Dei, præſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt pœnitentiā, confitentur, & ſemetipſos grauiter deliquiſſe quærunt, ſi ſe per ieiunia & eleemoſynas vigiliasq; & ſacras orationes purgare certauerint, his etiā gradu ſeruato, a ſpes ueniæ de miſicordia Dei promittenda eſt.

4 *De lapſis etiam in hæreſim hoc obſeruandum eſt, ut ante ſententiā cōcilij nullus eis cōmunicet.*

Vnde Cyprianus Papa Antonio ait īter cætera.

A communione abſtineant, qui lapſis ante reſtitutionem communicant.

CAN. XXXII.

DE eo autem, quod ſtatuendum eſſet circa cauſam lapſorum, diſtuli, ut cum quies, & trāquillitas data eſſet, & epiſcopos in unum conuenire indulgentia diuina permitteret, tunc communicato b & librato de omnium collatione conſilio, ſtatuerem quid fieri oporteat. Si quis verò ante concilium noſtrū, & ante ſententiā de omni concilio ſtatutā communicare uoluiſſet temerè lapſis, ipſe a communione abſtineat.

5 *Quod uerò* c *ſupra de homicidijs ſtatutum legitur, intelligitur quando facultas effugiēdi datur, nec neceſſitate clauduntur obſidionis. Cæterùm cùm neceſſitate anguſtati effugere nō poſſunt, ſi tūc homicidium admiſerint, purgati per pœnitētiam & communioni & officio reddantur.*

Vnde in Hylerdenſi concilio legitur.

Poſt duorum annorum pœnitentiam officio et communioni reſtituantur clerici, qui in obſidionis poſiti neceſſitate ſanguinem fuderunt.

CAN. XXXIII.

DE his clericis, qui in obſidionis neceſsitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt, ut qui altario miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinem tradunt, uel uaſa ſacro officio deputata contrectant, ab omni humano ſanguine (etiam hoſtili) ſe abſtineant. Quòd ſi in hoc d ceciderint, tam officio, quàm cō munione corporis domini duobus annis priuētur, e ita ut in duobus annis vigilijs, & ieiunijs, & orōnibus, & eleemoſynis pro viribus quas dominus donauerit, expientur, & ita demum officio, uel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora promoueantur. Quòd ſi in definito tempore negligentiores circa ſalutem ſuam extiterint, protelandæ ip

a Seruato. Secundum quoſdam iure cōmuni, & promouetur & manet in ordine ſuſcepto occultus peccator poſt peractam pœnitentiā, ut etiā ſentit Gratianus. ſ.ea. ca. presbyteros. §. ſed illud. niſi in ſimonia, ubi quis ordinem emit, qui quantum ad ſe & ad alios eſt ſuſpēſus, ut xxxij. diſtin. præter. §. verum. & extra de ſimo. c. tanta. licet ſit argu. contra, ex. de ſimo. cap. ex tuæ. ſed ibi non dicitur quod diſpenſabatur cum eo, ſed dicitur ꝙ prohiberi nō pōt, cum ſit occultū. Sed obijcitur iſtis, quod dicit in ſi. de ſpe veniæ. Sed ipſi intelligunt de ſpe ueniæ quantum ad peccatum. H. vero dicit, ꝙ in occulto peccato non pōt diſpenſari, quia de illo non poteſt quis accuſari, uel puniri, quia occulta peccata non habent vindictam ut xxxij. q. v. Chriſtiana. Ad hoc ergo quod occultus peccator poſsit promoueri, confitebitur, epō crimen ſuū, & nō ei ſoli, ſed corā aliquibus perſonis, & ſic poterit diſpenſare ſecū. Sed ut dixi. ſ. xxv. diſt. c. ult. peccatū ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum, dum tamen ſit enorme, ſemper impedit, ne poſsit ſine diſpenſatione promoueri, licet poſſit exequi ſuſceptū ordinem, cū eſt occultū peccatum. Et quod occultum peccatū impediat promouendum, habes extra de temp. ord. ex tenore. Ioā. Sed hæ opiniones hodie ſublatæ ſunt per decre. extra de temp. ord. cap. ult. Bern. Sed nunquid ſacerdos tempore pœnitentiæ pōt exequi officium ſuum? Videtur quod non, ut ſ. diſt. vj. teſtamentum. & de conſecr. diſt. ij. c. ſi nō ſunt. & cap. quotidie. & ſ. ea. capit. quid eſt hoc. cum quilibet ſit ſuſpenſus quantum ad ſe propter mortale peccatum, vt j. q. j. ſacerdotes. & facit ad hoc extra de celebr. miſſa. de homine. Dico quod melius eſt ſi abſtineat, ſi credit ſe indignum. ſi autem conteritur, dico, ꝙ poteſt celebrare. ꝙ non obſt. ſ. di. xxxiij. habuiſſe. ꝙ eſt cōtra. ſed illud intelligit de eo, quem nō pœnituit adhuc. de pœn. diſt. iij. inter hæc hircū.

De lapſis. Hic incipit quarta pars huius diſtinctio. in qua loquitur de hæreticis qui olim ſine concilijs non reconciliabantur. Io. de Fantu.

b DE eo autem. Cōmunicato. Olim enim epſ ſolus non poterat ſine cōcilio reconciliare hæreticū, ut j. q. vij. ſi quis epſ. Sed hodie ſecus, extra de hæret. ad abolendam. §. præſenti.

Quod vero. Hæc eſt quinta pars huius diſtinct. in qua ponitur quid iuris ſit de homicidijs uoluntarijs uel caſualibus, uel neceſſarijs. Ioā. de Fant.

c Quod uero. Supra ea. c. clericum. & c. de his clericis. & cap. miror.

d DE his clericis. In hoc. Ex neceſsitate.

e Priuentur. Ad cautelā, ſecundum Hugo. clerico in nulla neceſsitate licitum eſt occidere, imo potius debet permittere ſe occidi. ſed intelligimus iſtud de neceſsitate euitabili, quia poterat bene ſciuiſſe caſtrum ante aduentum Paganorum.

Si enim

b Hoc facit, quod talis ſolū Deum habet ulcorē. vj. q. j. oīa. xxxij. q. j. apud. Et Deus non ſanat aliquem, niſi ex toto ſanet. de pœnit. diſtinct. iiij. ſunt plures. extra de baptiſ. maiores.

c Cōcor. l. iij. § mittantur. cū nota. ff. de vē. in ſpē. & l. ab Anaſtaſio. C. mand.

Sacerdos tēpoř pœnitentiæ, an poſsit ſuum officium exercere.

Sub. niſi ſit tale peccatū, qd' acta pœnitentia nō poſsit in ordine remanere. ex. de tēp. ord. c. ult. & de acc. inquiſitionis. tamen de occulto peccato nō facies manifeſtū. Ioan. de Fāt. & facit ad hāc materiā quod leg. & no. extra, de temp. ordi. ex tuarum. & de furt. c. ſi. Archidia.

Sub. & hoc ꝓpter periculū: quod hodie etiā nimis inualuit. adidē extra de purg. can. inter. ſecūdū Hoſt.

Occidere vtrum liceat clerico in neceſsitate.

Si enim eſſet ineuitabilis neceſsitas, non imponeretur eis pœnitentia. Vnde dicas, quod ſi eſt neceſsitas ineuitabilis, ſine omni diſpenſatione poteſt celebrare in ordine habito, ſed non debet promoueri ſine diſpenſatione, ut extra de homic. capitu. continebatur. Sed obſt. extra eod. cap. lator. ubi dicitur, quod licite poteſt promoueri ad ſuperiores ordines. Ioan. Sed illud eſt diſpenſatio. de hoc dixi ſupra ead. cap. de his. Sed melius dicas quod ibi fuit caſus fortuitus. Bernardus.

2 Sacerdotis. Vide quomodo circa canones pœnitentiales habet ipſe ſacerdos plenam poteſtatem, 1 ut uigeſima ſexta quæſtione ſeptima. tempora. ſecundum leges duplicatur tempus pœnitentiæ eis, qui non ſeruāt pœnam & pœnitentiam iniunctam, ut ff. de pœnis. aut damnum. ſ. inter eos.

b Clerico. Si iſte dedit operam rei licitæ expellendo porcos de agro ſuo: tunc intellige, quod minus diligenter fecerit, alias in nullo puniretur, ut dixi ſupra ead. cap. de his.

c Pro amore ſpirituali. Talis enim amor non inducit ſimoniam, ut j quæſtione j. filium. & capitu. latorem. & xxxv. quæſtio. ix. veniam.

d In pœnitentia. Interiori, quia ſacerdos nō facit publicam pœnitentiā, niſi pro enormi crimine, ut de pœnit. diſtinctione. vj. ſacerdos. & xxviij. diſtinctione. presbyter.

e Quia te. Iudicas. dum non ſis.

f Inde canonice. Id eſt, non ſecundum rigorem canonum, quia tunc nullo modo, ut ſ. ead. cap. miror. nunc autem miſericorditer toleratur. Vel intellige quando in...

Sacerdos plenā poteſtatē habet circa canones pœnitentiales.

1 Ad idē de pœ. di. j. menſuram. ibi de hoc.

Sacerdos pōt quandoque publicā pœnitentiā facere.

ſius pœnitentiæ tempus in poteſtate maneat ſacerdotis. 2

Caſu quoq; ſi clericus homicidiū fecerit, in proprio gradu ex diſpēſatione remanere permittet.

Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Guernerio Narbonenſi epiſcopo.

Qui caſu homicidium facit, ex diſpenſatione in ordine ſuo permaneat.

CAN. XXXIIII.

Clerico b iaciente lapidem puer dicitur interemptus: nos pro amore c Dei & tuo in ſuo ordine eū permanere permittimus, ut tamen ſemper in pœnitentia d & timore permaneat.

Item Stephanus quintus Sichiberto Corſicæ epiſcopo.

De eodem.

CAN. XXXV.

Quia te quaſi obnoxium iudicas e eò, q̄ à Saracenis captus homines interfeciſſe videris, bene facis, ſed quoniam non tua ſponte id feciſſe cognoſceris, inde canonicè f nullo modo iudicaris.

Si verò ira presbyter commotus aliquem interfecerit, etſi animum occidendi nō habuerit, perpetuò tamen depoſitus erit.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Hosbaldo coepiſcopo Quadrantino.

Perpetuò careat officio presbyter, qui ira commotus, licet extra animum, aliquem interfecerit.

CAN. XXXVI.

Studeat g ſanctitas tua perſuadere epiſcopo tuo ſibi canonicum conſociare numerum collegarum, id eſt, ſex h ex vicinis prouincijs, fratres & coepiſcopos ſuos, quibus tecum coniunctis, & decernentibus diligenter inueſtigate, & omni niſu perſcrutari procurate, quatenus inuenire valeatis, utrum pro percuſſione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus (ut fertur) extinctus eſt. Qui ſi quidem a præfato presbytero non ad mortem percuſſus eſt, ſed ex equo cadens i ceruice fracta interijt, k ſecundum arbitrium ueſtrum pro percuſſione incautè agenti presbytero pœnitentiam competentem indicite, & aliquanto tempore à miſſarum ſolennijs ſuſpēdatur, denuo poſt hoc ad ſacerdotale rediturus officium. Quòd ſi veraciter qualicunque percuſſione l presbyteri ille mortuus eſt diaconus, hunc nulla ratione miniſtrare ſacerdotis more decernimus: quoniā & ſi uoluntatem m occidēdi nō habuerit, furor tamen & indignatio ex quibus motio illa mortifera prodijt n in omnibus, & præcipuè in Dei miniſtris, multipliciter inhibetur, atque damnatur. Verùm ſi presbyter adeò ueſtro ſtudio obnoxius fortè claruerit, præcipimus, ut tale beneficium o ſibi ec-

...uitabili neceſsitate hoc fecerit.

g Studeat. Barthol. intellexit hoc c. prout litera ſonat, quod licet ex percuſsione ceciderit & confregerit ceruicem, non ideo eſt ſacerdos deponendus. argumen. j. eadem. cap. quantum. Nam ſi ſeruum tuum vulneraui, & ille poſtea ex ictu alterius perijt, non teneor de occiſo. ff. ad legem Aquil. l. huic ſcripturæ. ſ. ſi ſeruus. & l. ita vulneratus. Et hanc regulam, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe uidetur, intelligit de occaſione proxima & ſufficienti. Sed expreſſe eſt contra, extra eodem. presbyterum. & ff. ad legem Corneliam de ſicarijs. nihil intereſt. unde intellige quod ſi non cecidit ex percuſsione, ſed alio modo cecidit, tunc nō tenetur de morte eius, ſed de eo, quod prius ipſum incaute percuſsit.

h Sed. Quia tot non erant in prouincia illa. 3

i Cadens poſtea.

k Interijt. Non ex cauſa percuſsionis, ſed ex alio caſu quia cecidit.

l Percuſsione. Siue directa, ſiue occaſionali.

m Et ſi uoluntatem. directam.

n Prodijt. Et ſic propter unum delictum imputantur omnia, quæ ſequuntur ex illo, infra eadem. ſæpe. & ſupra eadem. clericum.

o Vt tale beneficium. Hic diſpenſatur in beneficio, non in officio, ut xxviij. diſtinctione presbyterum. debet autem de iure carere 4 utroque: quia cui interdicitur unum, interdicitur & reliquum, cum ſint connexa, ut lxxxj. diſtinctione ſi quis. Nam male meriti continua egeſtate laborare debent, ut ff. depoſit. l. bona fides. Sed ideo diſpenſatur

1 Hic ſententiā teneas: quia & ea intelligit hoc ca. ut not. extra de homic. in c. ſicut. in gloſſ. not. hoc etiā. in ſ. & ſ. ea. de his. prima.

3 Vel dic prouincijs, i. diœceſibus. ſicut ecōtra ponitur ... xj. q. ix. ep̄s qui. ſecundum Lauren. & Hugo.

Diſpenſat quandoq; in beneficio, nō in officio.

4 Per ſententiā, nō ipſo iure. Archid.

cleſiæ ſuæ cõcedatur, quo & ipſe & ſui [a] ſufficienter poſsint habere ſuæ ſuſtentationis ſolatium.

Item ex concilio Matiſcenſi, cap. vj.

PALEA.

Qvi uerò odij meditatiõe, uel propter cupiditatem Iudæum uel Paganum occiderit, quia imaginẽ Dei, & ſpẽ futuræ conuerſionis exterminat, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat.

PALEA.

Si quis homicidiũ fecerit, ſi epũs eſt, quindecim annis pœniteat, & deponatur, cũctos quoq; dies uitæ ſuæ peregrinando finiat. Presbyter duodecim annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua, et deponatur ſuperioris ſententia. Diaconus decẽ annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Clericus & laicus ſeptem annis pœniteat, tres in pane & aqua, & ad gradum cuiuslibet ſacerdotij accedere non præſumat.

Item ex concilio Neocæſarienſi.

Quinquennio à communione abſtineant, qui caſu homicidiũ faciunt.

CAN. XXXVII.

Eos uerò, qui nõ uolũtate, ſed caſu [b] homicidiũ fecerint: prior quidẽ regula poſt ſeptem tantùm annorũ pœnitentiam communioni ſociauit ſecundùm gradus conſtitutos. hæc uerò humana [c] diffinitio quinquennij tẽpus tribuit.

Item ex concilio Eliberitano.

Quibus temporum ſpatijs à communione abſtineat, qui uoluntate, uel caſu ancillam ſuam interfecerit.

CAN. XXXVIII.

Si qua fœmina zeli furore accenſa, flagellis uerberauerit ancillam [d] ſuam, ita ut intra certum diem animã cum cruciatu emittat: eò, quòd in certum ſit uoluntate, an caſu occiderit: ſi uoluntate, poſt ſeptẽ annos: ſi caſu, poſt quinq; annorum tempora (acta legitima pœnitentia) ad cõmunionẽ placuit admitti. Quòd ſi intra conſtituta tẽpora fuerit infirmata, accipiat cõmunionem.

Item ex concilio Martini papæ.

De his, qui uoluntate, uel caſu homicidium faciunt.

CAN. XXXIX.

Si quis uoluntate homicidiũ fecerit, ad ianuam eccleſiæ catholicæ ſemper [e] iaceat, & cõionem in exitu [f] uitæ ſuę recipiat. Si aũt nõ uoluntate, ſed caſu aliquod homicidium fecerit, prior canon, ſeptẽ annis agere pœnitentiã iuſsit: ſecũdus canon quinq; mandauit.

Item digeſtis titulo de furtis.

CAN. XL.

Qvi ſaccũ habentem pecuniã ſurripuit, furti ẽt ſacci nomine tenetur: quamuis non ſit ei animus [g] ſacci ſurripiendi.

Contrà [h] animum non eſt opus puniri, ut libro nono Codicis, titulo ad legem Corneliam de ſicarijs, exemplis ſacrarum literarum Diocletiani, et Maximiani colligitur.

ſicut, ne ꝓpter neceſsitatem uictus ad turpia lucra cõuertatur: ut lxxxj. diſt. ad reatum.

[a] Et ſui. Sui enim filij, & ipſe eadem perſona intelliguntur, ut xxxv. qõ. iij. ca. contradicimus. §. hac authoritate. in princi. & uxor dicitur pars uiri. xxxiij. q. iij. admonere. Vnde uidetur, quod licet clericus ſit ſuſpenſus ab homine, uel canone, quod tamen ei relinqui debeat, unde ſe & ſuos poſſit ſuſtentare. & eſt ſi. argu. ff. de preca. l. penul. ff. de uſu & habi. l. ij. Maxime cum etiam uxor, & filij de bonis eccleſiæ paſci poſsũt: ut xxxj. diſtin. omnino. nec totum extorquendum eſt a debitore, quod habet: ſed habenda eſt ratio ne egeat. ff. de re iudic. l. inter eos. in fi. Ille autem, qui excommunicatur, nihil percipiet nomine eccleſiæ, extra de appellat. cap. paſtoralis.

Vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt.

[b] Eos uero. Sed caſu. Dum tamen culpa præceſſerit caſum. [i] alias etiam clericus poſſet promoueri. extra eo. ex parte. & c. ſignificaſti. & cap. dilectus. in fin. imo talis miniſter Dei dicitur: ut xv. qõ. j. nec is.

[i] Alias eẽ ſpurat. arg. 15. q. 1. ſi qs inſaniens. & not. ĩ ea. cleric. dũ tamen daret operã rei licitæ, ut in dec. hic ĩ. all. dilect⁹. & eo. ti. Ioã nes. & ca. ſi. Arch.

[c] Humana. Ideo magis eſt tenenda: ut ſ. ix. diſt. ſana. Ioã. Quid iuris ſit de hoc, not. plene in quæſtionibus. B.

[d] Si qua. Ancillam. Hic habes, quod æque punitur dominus occidens ſeruum ſuũ, ſicut alienum: ut ff. de ijs, qui ſunt ſui uel alieni iur. l. j. in fi. modica tamen caſtigatio permittitur domino. ff. de ijs, qui ſunt ſui uel alie. iur. l. ij. Vnde ſecundum iura noſtra ſeruus põt conqueri de domino, ſi ſæuiat in ipſum: ut xxiij. q. iiij. ca. ſi eccleſia. & c. qui peccat. in fi. Et dic, ut not. ſuper illo ca. ſi eccleſia. ij. q. vij. quęritur.

Dominus nõ poteſt in ſeruum ſæuire.

[e] Si quis. Semp. id eſt, horis ſtatutis. ſic xxij. diſtinct. ſacroſancta. & xxvj diſt. ſi quis uult. & de conſecr. diſt. v. nunquam.

[f] In exitu. Supple ſi moritur ante finitum tempus pœnitentiæ: quia poſt tempus pœnitentiæ licite communicat: ut xxvj. q. vj. ſi quis de corpore.

ADDITIO.

Hoc ſic in quibuſdã criminibus, & præſertim ſi quis pœnitẽteat ſolẽniter. xxvj. q. vj. ſi quis. ſecundum Hug.

[g] Qvi ſaccum. Anim⁹. Sed contra, furtum ſine affectu furandi non committitur. xiiij. q. ult. ca. ulti. & inſti. de uſucap. § item ſi is. Sed dic ꝙ ratione acceſsionis cõmittitur furtum, & quæ commodatis uel depoſitis rebus accedũt, depoſita uel commodata intelliguntur. ff. commo. l. ſi ut. §. uſqueadeo. Vel dic animus, ſcilicet principaliter, ſed ſecundario & indirecte per quandam conſequentiã fuit ei animus ſaccum furandi: & ſic non eſt contrariũ. ff. de furt. l. ſi quid fur. §. j. ſic ff. quod metus cau. l. ſi mulier. §. penul. xv. q. j. merito. xxij. quæſtio. iij. diſplicet.

Furtũ cõmittitũ ratione acceſsionis.

[h] Contra. Hucuſque oſtendit opus ſine

De eodem.

CAN. XLI.

EVm, qui aſſeuerat homicidium ſe non uoluntate, ſed caſu fortuito feciſſe: cùm calcis [a] ictu mortis occaſio præbita uideatur: ſi hoc [b] ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit: omni metu ac ſuſpicione, quã ex admiſſæ rei diſcrimine ſuſtinet, ſecundùm id quod annotatione [c] noſtra cõprehenſũ eſt, uolumus liberari.

Item Imperator Antoninus, C. ad legem Corneliam, de ſicarijs. l. j.

PALEA.

Frater ueſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi põuinciæ obtulerit. Quòd ſi probauerit nõ occidendi animo hominem à ſe percuſſum eſſe, remiſſa homicidij pœna ſecundùm militarem diſciplinam ſententiam proferri. Crimen enim contrahitur, ſi & uoluntas nocendi intercedat. Cæterùm ea, quæ ex improuiſo caſu potius, quàm fraude accidunt, fato plerunque, non noxæ imputanda ſunt.

Hinc & Gelaſius papa.

De eodem.

CAN. XLII.

QVantũ [d] dicit iſte Placidus, anno præterito dictũ eſt de uxore illius, quæ ſubitò inter caballos inuenta eſt: & dum traherent̃ caballi, colliſa eſt illa, & abortum fecit.

Quod ſi ita eſt, fortè ſi caballos alienos [e] furatos tulerit, inde eſt culpabilis. [f] Nam de muliere, quæ caſu inter caballos confracta eſt, ubi uoluntas illius non agnoſcitur [g] pernicioſa fuiſſe, non poteſt addici & occidi per leges.

Item Nicolaus papa.

De eodem.

CAN. XLIII.

HI, qui arborem incidere uidentur, ſi contigerit, ut cadẽs arbor occiderit hominem, inculpabiles [h] ſunt atq; innoxij: quia nec uolũtate eorum, nec deſiderio homicidium perpetratum eſt. Si uerò aliqua culpa eorum, uel neglectu, moriẽtis hominis interitus cognoſcitur adueniſſe, abijciendi ſunt à gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.

Item ex concilio Guarmacienſi.

De eodem.

CAN. XLIIII.

SAepe contingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, ut aliquis ſubtus ipſam ueniẽs deprimatur: & idcirco ſi uoluntate, uel negligentia [i] incidẽtis arborem, factũ eſt, ut homicida pœnitentię debet omnino ſubmitti. Quòd ſi nõ ex uoto, ſed incuria illius mortuus eſt, non hæc eũ ſententia contingit. Si enim dũ ille operi neceſſario fortaſsis incũberet, iſte inſperatus [k] occurrerit ſub arbore, & ſub ipſa oppreſſus eſt, inciſor arboris nõ tenet̃ ꝑ homicida.

Item ex concilio Triburienſi.

De eodem.

CAN. XLV.

SI duo [l] fratres in ſylua arbores ſucciderint, & appropinquãte caſura ipſius arboris, frater dixerit fratri, caue: & ille fugiẽs, in preſſuram arboris ceciderit, & mortuus fuerit: uiuens frater innocens de ſanguine germani dijudicatur.

Præmiſſis [m] *authoritatib. lapſis permit*

ſine animo puniri: nunc oſtendit contrarium.

[a] EVm qui. Cum calcis. Quoniã fuit ludi cauſa. [b] Si hoc. ſcilicet quod in ludo occidit, & iſtud obtinet cum ludus licitus eſt. ff. ad legem Aquil. l. nam ludus. ſed ſi eſt illicitus ludus, nõ excuſat, [1] ut extra de præſum. ca. j. Ex quo autem conſtat, quod in ludo mortuus eſt, non eſt neceſſe probare, quod caſu occiderit: ut ff. ad legem. Aqui. l. in lege. extra de ſent. excom. ſuper eo. alias, qui caſum allegat, ipsũ probare tenetur: ut C. de pig. act. l. quæ fortuitis. & C. de iniur. l. ſi non conuicij. Ergo ſi aduerſarius dixit, quod ipſum dolo occiderit, hoc probabit: quia qui dolũ obijcit, ipſum ꝓbabit. ff. de proba. l. quoties. & intellige quod ludus fuit licitus. & ſecũdum hoc intellige quod non punitur talis lege Cornelia, ex quo nihil fecit dolo: punitur tamen lege Aquil. in qua uenit leuiſſima culpa ff. ad legem Aquiliam. l. in lege.

[c] Annotatione. id eſt, lege.

[d] QVantum. id eſt, ſicut.

[e] Alienos. Si uis dicere, quod iſte furabatur caballos, & ducendo eos colliſit mulierem: tunc quod dicit in fine non puniri per leges, uerum eſt lege Cornelia de ſicarijs, in qua uenit dolus, non lata culpa. ff. de ſicar. in lege tamen de culpa bene punitur, ut ſ. e. c. ſtudeat.

[f] Culpabilis. Et ſic patet, quod licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de ijs, quæ ſequuntur ex furto. ſic xv. q. j. ſi. ne. ſ. v. diſtinctio. ad eius. ff. de fur. uerũ. extra de ſponſa. ueniens. Arg. cõtra ſ. ea. clericum.

[g] Non agnoſcitur. quando eam præmonuit.

[h] HI qui. Inculpabiles. ſi fecit in priuato loco: tunc enim non potuit diuinare, ut ff. ad leg. Aquil. l. ſi putator. & extra ut eccle. benefic. ut noſtrum. Si in publico, debuit clamare, caue caue: ut j. ea. c. ſi duo.

[i] SAepe contingit. Vel negligentia. Argu. quod qui occaſionem dãni dat, &c. [1] ſic lxxxvj. diſtin. paſce. xvj. q. j. decimæ. & extra de homicid. presbyterum. xxvij. qõ. ij. ſi tu. & xxxj. q. ij. de nepeis. & j. qõ. j. placuit. tertio. Arg. contra. xv. quæ. j. inebriauerunt. & ff. de ſer. corrupt. Neratius. §. ſi ſeruo. ff. de furt. uerũ. de eo qui fregit oſtiũ meretricis, ſed nõ ideo punitur amplius, quia ſatis eſt punitus propter ignominiam.

[k] Inſperatus. Fortuiti enim caſus nullo hominum conſilio præuideri poſſunt. ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. ij. C. de pign. act. l. quæ fortuitis.

[l] SI duo. ff. ad legem Aquil. l. ſi putator.

[m] Præmiſſis. ſ. eo. de his clericis.

Permit

Occidens in ludo an ſit puniendus.

[1] Si ludus noxius, id eſt, nocẽs ẽ imputatur ff. ad l. Aqui. nã omne maleficiũ præue præſumit actũ: hæc tamẽ ꝑſumptio ex uarijs circunſtãtijs colligitur. 22. quæ. 2. qđ ait. & ca. ne quis. & cõſecrat. diſt. 4. ſolet. ff. de acti. & oblig. l. iij. §. uerborum. ff. de iniurijs. l. illud. §. pꝰ xxv. quæ. j. illud. extra de ſen. ecn. excõ. capite j. ſecundum Goffr. qui ita no. extra de præſumpt. ca. j. Arch.

Culpa lata i l. Cornelia non uenit.

[1] Sub. damnum dediſſe uidetur, imo plus quàm peccatur patet i eo qđ legit̃ et notat̃ 23. qõ. v. cũ homo. Io. de Fã.

Ignominia ſatis punit.

Caſus fortuiti non poſſunt ꝓuideri.

titur, [a] poſt pœnitentiā in ſuis ordinibus reparari ualeāt, ad maiorem autē conſcendere poſt lapſum nulla eis authoritate permittitur imò penitus prohibetur.

Vnde in Hilerdenſi concilio legitur.

Lapſi in ſuis ordinibus reparari poſſunt, ſed non ad maiora conſcendere.

CAN. XLVI.

HI, qui [b] altario ſancto deſeruiunt, ſi ſubitò in flenda carnis fragilitate corruerint, & domino reſpiciēte dignè penituerint, ita ut mortificato corpore, cordis cōtriti ſacrificiū Deo offerant: maneat in poteſtate pontificis, uel ueraciter afflictos non diu ſuſpendere, uel deſidioſos prolixiori tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tñ, ut ſic officiorū ſuorū loca recipiāt ne poſsint ad altiora officia ulterius promoueri.

Quod ſi iterato uelut canes ad uomitum reuerſi fuerint, & uelut ſues in uolutabris euerſi iacuerint: non ſolum dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem nō niſi in exitu percipiāt.

Sed exēplo beati Petri, qui poſtquam trinæ negationis maculas confeſſione diluit amoris, non ſolum in gradu ſui Apoſtolatus remanſit, uerū etiā in paſtorem totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit: probantur lapſi poſt dignam pœnitentiam non ſolùm propria officia retinere, ſed etiam ad maiora poſſe conſcendere. Quod autem beatus Petrus poſt negationē paſtor eccleſiæ à domino ſit inſtitutus, probatur authoritate beati Gregorij, qui in homilia dominicæ reſurrectionis de eodē principe Apoſtolorum ſcribit dicēs.

Petrus poſt culpam negationis, princeps apoſtolorum à domino eſt inſtitutus.

CAN. XLVII.

COnſiderandum nobis eſt cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ uocē pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. [c] Quod nimirū magnæ eſſe actū pietatis diſpenſatione cognoſcimus, ut is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret qualiter alijs miſereri debuiſſet. [d] Prius itaq; eum oſtēdit ſibi, & tunc præpo[e]ſuit ceteris, ut ex ſua infirmitate cognoſceret quā miſericorditer alienas infirmitates tolleraret.

Item Ambroſius in homilia, lib. j.

Poſt negationē in fide & gradu Petrus profecit.

CAN. XLVIII.

FIdelior factus eſt Petrus poſt quam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atq; ideo maiorem gratiā [f] reperit, quam amiſit. Tanquam enim bonus paſtor tuendum gregem accepit: ut qui ſibi antè infirmus fuit, fieret omnibus firmamentum: & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cæteros ueræ fidei ſtabilitate fundaret. Deniq; propter ſoliditatem deuotionis eccleſiarū petra dicitur, ſicut ait dominus: Tu es Petrus. &c. Matt. 16.
Petra enim dicitur eò quòd primus in nationibus [g] fidei fundamentum poſuerit, & tanquā ſaxum immobile totius corporis Chriſtianitatis cōpagē, molēq; contineat.

6 *Itē obijcitur: pœnitentes ad ſacros ordines promoueri nō debēt: nō ergo lapſi poſt pœnitentiā ad maiora pertingere poſſunt.*

Vnde in concilio Carthaginenſi quarto legitur.

Non ordinetur clericus ex pœnitentibus: & ſi ordinatur, deponitur.

CAN. XLIX.

EX pœnitentibus, † quamuis ſit bonus, tamen clericus non ordinetur. Si per ignorantiam [h] epiſcopi factū fuerit, à clero deponatur: quia ſe ordinationis tempore non prodidit [i] fuiſſe pœni- †Scilicet ſolēniter.

m

[a] Permittitur. Allegando dicit propter ſequens capitulū.

[b] HI, qui. Hoc capitulum habes decimaquinta, quæſtione ultima. hi, qui.

[c] COnſiderandum. Permiſit. Id eſt, non prohibuit.

[d] Debuiſſet. Argumen. diſpenſationem eſſe debitam.

[e] Præpoſuit. Hoc uerbo. Paſce oues meas: fact⁹ eſt princeps. [f] extra de elect. ſignificaſti. non illo, Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c. quia illud fuit ei dictū ante paſsionem. xxij. diſt. ſacroſancta.

Petrus per q̄ uerba fuit factus papa. De hoc plenı⁹ 21. diſt. in nouo teſtamēto. Ar.

[f] FIdelior. Gratiam. Argu. quod potius eſt eligendus qui peccauit, & pœnituit, quā q ſemp fuit bonus: qa magis ſcit compati peccatoribus. ut ĩ. ca. proxi. Nam infirmus fortior reſurgit, de pœni. diſtinct. j. poteſt & ibid. diſt. tertia. ille rex. Argu. contra xij. diſt. nos cō ſuetudinem. & xvj. q. j. legi.

Eligēdus potius eſt qui peccauit & pœnituit quā qui nunq̄ peccauit.

[g] In nationibus. Id eſt, gentilibus.

Item obijcitur. Hæc eſt ſexta pars huius diſtin. in qua loquitur de pœnitentibus cum ſolēnitate, & de bigamis, & miſt imponit xiiij. autho. Io. de Fant.

[h] EX pœnitentibus. Si per ignorantiam. Bene enim poteſt ignorare, cū nō ipſe, ſed alij examinent. xxiiij. diſt. quando. extra de offi. Archid. ut noſtrum.

Crimē ſuū in ordinatione, uel in iure an teneaĩ qs prodere.

[i] Non prodidit. Ex hoc c. uidetur quod quilibet ordinandus teneaĩ prodere crimen ſuū: ut xxiiij. diſt. c. qñ. & ca. ulti. & lxxxj. di. tantis. & ca. quicunq;. & viij. q iij. Artal

Hic nō pbaĩ hoc: quia text. dicit pœnitētē, nō dicit criminoſum. nec hoc probāt. c. hic inducta. Arch.

Artaldus.in fi. Sic uidetur, quod in iure teneatꝰ quili bet cōfiteri delictum ſuum, ſi interrogatus fuerit: ut xj. q. iij. quiſquis. & xxxv. q. vj. ſi duo. & xv. quæſtio. ult. c. j. & pen. Quod H. concedit, & dicit quod quilibet in examinatione & in iudicio tenetꝰ cōfiteri crimē ſuū. Sed in examinatione ſufficit ut dicat quod ingenere cōfiteatꝰ ſe criminoſum, & ſic petat diſpēſationem. Sed ſi ſpecialiter ꝓ aliquo crimine fuerit interrogatus: tunc reſpōdebit, & dicet ſe feciſſe inde pœnitentiam. Nec obſt. j̄. de pœni. di. j. c. quis aliquādo. §. his authoritatibus. ubi dicitur, nō tibi dico, ut te prodas: quia illud loquitur de pœnitente, qui ſe nō debet in publico prodere. Niſi enim occultus peccator ꝓdat crimen ſuum, dicit Hu. non poſſe diſpē ſari ſecum. & corā pluribus debet dicere, & prodere ſe: quia prodere eſt in publico, dicere: ut ij. q. j. ſi peccauerit. Sicut enim epiſcopus nō poteſt audire cauſam ᵃ criminalem niſi cū clericis ſuis: ut xv. qō. vij. epiſcopꝰ. ſic nec ſolus poteſt diſpenſare. qualiter enim probaret aliquis ſecum diſpenſatū eſſe niſi corā pluribus factū eſſet, ut extra de ſchiſma. fraternitatis. Alij dicunt, qđ nec in iudicio, nec in examinatione tenetur aliquis ꝓdere ſe, quia Deus occultat peccatum de quo aliquis pœnituit: ut xxxij. quæſtio. prima. apud & ſic licitum eſt alicui redimere ſanguinem ſuū, quocunq; modo poteſt. ij. q. iij. c. ſi quæ. §. notandū. & ff. de bo. eorum. qui ante ſententiam. l. j. ſic & honorem ſuum. Sed nunquid clerico promouendo præiudicat cōfeſsio ſua, ut inde debeat puniri? uidetur quod ſic: ut extra de elect. per inquiſitionem. imo idem etiam uidetur ſi extra iudicium fieret confeſsio, ut extra de exceſ. præla. quàm ſit graue. Dico quod non niſi in ſolo hoc, quod non admittitur ad ordines: ut uigeſimaquarta diſtin. quando. in fi. ſic extra de excep. denique. & eſt ea ratio: quia licet confeſſus fuerit, tamen non punitur, quia ad hoc non agebatur, ut dixi tertia, quæſtione ſexta. hoc quippe. Idem dico ſi teſtis conſitetur crimen ſuum, ut probatur extra de accu. inquiſitionis. Ioan.

Prodere eſt in publico dicere.

ᵃ Scilicet criminalē cū agit ad depoſitionē: ſecus ſi eſſet cauſa ubi ageretur ad priuationē bñficij ſecūdum illud qđ leg. & no. xv. q. ulti. inuētum. Archi.

tentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem, etiam ipſe ab epiſcopatu ſuo ordinandi duntaxat poteſtate priuetur.[a] Simili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus, ſi ſciens ordinauerit clericum, qui uiduam aut repudiatā uxorem habuerit, aut ſecūdā.

Itē Siricius Papa Imerio epiſcopo.

Bigamus, pœnitēs, uiduæ maritus, ſacra militia ſe ingerens ſine ſpe promotionis in ſuo ordine permaneat.

CAN. L.

Quicunque pœnitens, quicunq; bigamus, quicūq; uiduæ maritus ad ſacram militiam indebitè, & incōpetenter irrepſerit, hac ſibi conditione ueniam à nobis intelligat relaxatā, ut in magno debeat computare beneficio, ſi adēpta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc, quo inuenitur[b] ordine, perpetua ſtabilitate permaneat.

Item ex concilio Gerundenſi.

Nō probibeatur à clero, qui preſſus languore per cōionem pœnitētiæ benedictionē accepit.

a Priuetur. Hic ſignantur contraria, quæ ſoluta ſunt xxxvj. diſtin. qui eccleſiaſticis.

b Quicunque. Inuenitur. Sic ergo facilius diſpenſatur in ordine ſumpto, quā in ſuſcipiendo: ut extra de renun. niſi cum pridem. quia turpius, &c. ut extra de iureiur. quemadmodum. Vel uocat hic ſacram militiā minores ordines, ad quos poſſūnt promoueri: ut j̄. c. placuit. & vj. qō. j. c. infames.

Diſpenſatꝰ facilius in ſumpto, quā in ſuſcipiendo ordine.

CAN. LI.

Si uero,[c] qui in ægritudinis languore depreſſus pœnitentiæ[d] benedictionē[e] (quā uiaticum dicimus) per communionem acceperit poſtmodum reconualeſcēs caput pœnitentiæ in eccleſia publicè non ſubdiderit, ſi prohibitis uitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Item Hormiſda Papa omnibus epiſcopis per uniuerſas prouincias conſtitutis.

Qui ad pœnitentiā agendā in monaſterio recluditur, presbyter non ordinetur.

CAN. LII.

Si ille, qui ultro petit pœnitentiam, quāuis eā perfectè agat nō poteſt eps̄ aut presbyter ordinari, ita ut etiā ſi per ignorātiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur pœnitentiā accepiſſe, deijciatꝰ. ille ergo, qui inuitus ad pœnitentiā agendā mittitur in monaſterium[f] (qui utiq; nihil aliud, quā pœnitēs dicēdus eſt[g])

c Si uero. Quidā ita ponūt caſum. ² Aliqs tēpore ægritudinis tale recepit mandatū à ſacerdote, ut poſtquam conualeſceret, ſolennem faceret pœnitētiam. Talis non prohibetur à promotione, dum tamen non ſteterit inter pœnitētes. Sed iſte caſus nō placet: qa poſtquam ſenatus eſt talis, tenetur ſtare in ordine pœnitentiū: ut xxvj. qō. vj. qui recedunt. ³ Itē cū pœnitētia talis nō iniungatur, niſi ꝓ graui peccato mortali: ergo poſt mortale peccatum non debet ꝓmoueri: ut xxvj. qō. vj. ca. ulti. Alij ſic ponunt caſum: quidam communionem nō accepit. quouſq; fuit in periculo mortis: dubitabatur de tali utrum poſſet promoueri poſt ſanitatem, quia non uidebatur tunc uere pœnitens, q timore mortis pœnituit. Et reſpondetur qđ poteſt. Et hæc fuit cauſa dubitationis, quia ſicut non poteſt promoueri, qui in ægritudine baptizatur: quia potius præſumitur ex timore quàm ex uoluntate libera baptizatus: ut lvij. diſtin. ſi quis in ægritudine. Idem uidebatur de pœnitente tali, ſed non eſt ſimile: quia multi omittunt ex deuotione, quod non communicant: ut de conſec. diſtin. ij. quotidie. Sed quicunq; differt baptizari, in mora eſt, & etiam in culpa.

² Ut Benedict.

³ Sicut qui iniecit manus uiolētas in clericū, & ꝓpter inualetudinē uel aliud impedimētū, nō poteſt accedere ad eū riam, abſolutē ab inferiori: tamē tenetur accedere reſtituta cōualeſcentia, uel opportunitate eūdi. ex. de ſen. excō. decęrero. & in alla decret. peruenit.

d Pœnitentiæ. Pœnitentia infirmis non eſt imponenda, ſed innoteſcenda. xxvj. q. vij. ab infirmis. Ioā. Tu autem uideas caſum, quem notaui ſ. ibi, alij. B.

Pœnitentia īfirmis nō eſt imponenda.

e Benedictionem. Id eſt, communionem.

f Si ille. In monaſteriū. Ergo pro aliquo delicto. alias enim non cogeretur ibi manere. .x. qō. j. ſicut. & dic ut ibi notaui, & xvj. q. vj. de lapſis.

g Dicendus eſt. Propter ſimilitudinem in ieiunijs & uigilijs. Alias enim differt publica pœnitentia ab ingreſſu monaſterij: ut j̄. xxxiij. quæſt. ij. admonere. ij. q. j. in primis. Contra, ibi epiſcopi miſſi in monaſterium ad agendā pœnitentiam, poſt ſex menſes reſtituun-

qua conſcientia ad ſacerdotium peruenire permittitur? Nemo mihi talia quælibet contra authoritatem ſedis Apoſto. uel contra cccxviij. epiſcoporum & reliquorum canonum conſtituta obijciat: quia quicquid cõtra illorum diffinitiones (in quibus ſpiritum ſanctum credimus locutum) dictũ fuerit, recipere nõ ſolùm temerarium, ſed ẽt periculoſum eſſe non dubito.

Item Gelaſius urbis Romę epiſcopus, oĩbus epiſ.

Bigamus, uel quilibet poſt pœnitentiam ſacris non applicetur miniſterijs.

CAN. LIII.

Non confidat quiſquam pontificum fas eſſe bigamos, aut coniugia ſortientes ab alijs relicta, ſiue quoſlibet poſt pœnitentiam, uel ſine literis, [a] uel corpore uitiatos, uel conditionarios, aut curiæ, publicarumq; rerum nexibus implicatos, aut paſsim nulla temporis congruentis [b] expectatione diſcuſſos, diuinis ſeruituros applicare miniſterijs.

Item Innocentius.

Pœnitentes, nec etiam clerici fieri poſſunt.

CAN. LIIII.

Canones apud Nicenam conſtituti, pœnitentes [c] etiam ab infimis [d] officijs clericorum excludunt, [e]

Hoc nõ de qbuslibet pœnitentib. intelligitur, ſed de illis tantùm, qui poſt actã pœnitentiã ſecularis militiæ cĩgulũ accipiunt. De quibus Innocentius epiſcopus ſcribit Victori Rothomagenſi epiſcopo.

Non debet fieri clericus, qui poſt remiſsionem peccatorum militiæ cingulum habuit.

CAN. LV.

Si quis poſt remiſsionem [f] peccatorũ cĩgulum militiæ ſecularis habuerit, ad clericatum oĩno admitti non debet.

Poteſt et aliter ĩtelligi: eſt quædã pœnitẽtia, quæ ſolennis appellatur: q̃ ſolùm ſemel tm̃ in eccleſiã conceditur: de qua Ambroſius ait: Sicut unum eſt baptiſma, ita unica eſt pœnitentia. Item nõ eſt ſecundus locus pœnitentię. Item Hieronymus reperiunt quàm plurimi, q ſæpius agendã pœnitentiã putant, qui luxuriantẽ in Chriſto. Nam ſi uerè pœnitentiã agerent, nunquã iterandam putarent. Item Auguſtinus ad Macedonium.

De eodem.

CAN. LVI.

Qvamuis cautè, & ſubtiliter, & ſalubriter prouiſum ſit, ut locus humillimæ pœnitẽtiæ ſemel tm̃ in eccleſia cõcedatur, ne medicina [g] nimis utilis, uilis [h] habeat: tm̃ quotidie peccãtib. nũq̃ p pœnitẽtiã [i] uenia negat.

Hæc aũt pœnitẽtia quomõ imponenda ſit, ĩ Agathenſi cõcilio legitur, in quo ſic ſtatutum eſt.

Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedãt.

CAN. LVII.

Poenitẽtes tẽpore quo pœnitentiã petunt, impoſitionẽ [k] manuũ, & ciliciũ ſuper capita ſua à ſacerdote (ſicut ubique ſtatutũ eſt) conſequantur. Si aũt comas [l] non depoſuerint, aut ueſtimenta nõ mutauerint, abijciantur: & niſi digne pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus [m] etiã

ſtituuntur ordini ſuo: ſed ibi temporaliter fuerunt miſſi, hic ppetuo. Vel dic quod ad ſuperiorem non poteſt promoueri, ut hic, ſed ad eundem põt redire, ut ibi dicĩt.

[a] Non cõfidat. Vel ſine literis. ĩ. xxxvj. diſt. illiteratos.

[b] Congruentis. ĩ. lxxvij. diſtinct. in ſingulis, &c.

[c] Canones. Pœnitentes. ſcilicet ſolenniter.

[d] Ab infimis. ſic xxiiij. diſt. c. ul.

[e] Excludunt. Niſi in neceſsitate: ut ĩ. eadem. c. placuit.

[f] Si quis poſt remiſsionẽ. qui ſemel egit pœnitẽtiam ſolẽnem, non poteſt fieri clericus, nec etiam miles, ut xxxiij. q. ij. admonere. nec laicalem habitum poteſt dferre, ut. ĩ. e. di. c. ult. Tamen ſecundũ regulam eccleſiaſticam uiuet, ut de pœ. diſtinc. quinta. cõtrarium. & c. falſas. & eſt tamen cõueniendus ſub iudice eccleſiaſtico, ut xj. quæſ. j. aliud. Ioan. Remiſſionem peccatorũ. id eſt, baptiſma, ut lj. diſtin. ſi quis poſt accepcum. & intellige de officiali qui ſæua executus eſt pręcepta: ut lj. diſt. c. j.

ADDITIO.

Vel dic quod intelligit de illa pœnitentia, in qua prohibitum eſt ei, ne ad militiã redeat. de pœ. diſt. v. contrariũ. Et hoc ideo quia forte in ipſa militia cõmiſerat peccatum propter quod egerat pœnitentiam: ut ea. diſ. falſas.

[g] Qvãuis. Ne medicina. Hæc eſt una ratio, quare nõ iteratur, ſ. ne uilis habeatur ſolẽnis pœnitẽtia, quæ eſt medicina,

ut hic. Secunda, quia eſt ſacramentum, & ſignificat eiectionem. Adę de paradiſo. ĩ. ea. in capite. & nõ eſt facienda iniuria ſacramento: ut de cõſe. di. iiij. oſtendiẽ. & j. q. j. ſacramẽta. Gratianus tñ dixit, quod ſecundum cõſuetudinem quarũdam eccleſiarũ iteratur: ut de pœ. di. iij. c. nihil pdeſt. §. ex perſona.

[h] Vilis. No. q propter fugiendam uilitatem multa ſtatuuntur, ut hic: & xlv. diſ. de Iudæis. lxxx. di. epiſcopi. xxvij. quæſtio. ij. inſtitutum.

[i] Pœnitentiã. Priuatam.

[k] Poenitentes. Impoſitionem. Ab epiſcopo, ad quẽ ſolum ſpectat imponere ſolẽnem pœnitentiam, ut ĩ. c. proxi. & reconciliatio ad ſolum eum ſpectat, niſi in neceſsitate, ut xxvj. quæſtio. vj. c. j. & ultimo.

[l] Comas. Sed nũquid deponet mulier comam, cum etiam & ſolẽnis pœnitẽtia imponitur, ut xxxiij. q. ij. de his? Reſpon. non: quia habet eam in ſignũ ſubiectionis. xxx. diſt. c. ij. Ideo autem comam deponet uir, quia amodo in habitu uiuet clericali. [4] ĩ. de conſe. diſt. v. dictum. & lxxxj. diſt. dictum. & xxxiij. quæſ. ij. admonere. & j, eo. c. ultimo.

[m] Iuuenibus. Et ſi fuerit

[a] In hoc c. innuit q iteruallũ debet eſſe inter ordinẽ & ordinẽ: & dic congruentis, id ẽ, à canonib. cõſtituti, ſecũdũ Hu.

Pœnitentia ſolennis impedit clericatum.

[b] Et ſecũdũ hoc nõ facit ad ppoſitũ Gratiani. Hug.

Pœnitentia ſolennis nõ iteratur.

Sub. [5] ſemel tantum facta eſt.

Vilitas fugienda.

Mulieri quare permittiẽ coma.

[4] Quod de tõſura & non de ueſtib. intelligiẽ. Laur.

ſi fuerit impoſita, non ideo prohibentur contrahere. xxxiij. qõ. ij. in adoleſcentia. Alij autem non poſſunt contrahere. xxxiij. q. ij. de his. Idem dico de decrepitis: quia ætatis ratio habenda eſt in pœnitentia. xxvj. quæſt. vij. tempora. & ca. hoc ſit. Sic præſumitur magis pro ſene, q̃ pro iuuene: ut xxxiiij. diſt. fraternitatis.

ta, ut de conſe. di. iij. aquam. & di. iiij. nec quęquam.

h Miniſtris. Id eſt, oſtiarijs, ad quorum hoc ſpectat officium: ut xxj. diſt. cleros. & xxv. diſt. perlectis.

i Cœna. j̃. de conſec. diſtin. ij. in cœna.

k Repræſententur. Ita fit quolibet anno, 1 ut tali die immitantũ in eccleſiã. Et licet ſtẽt in eccleſia, non tamen communicabunt cum alijs in euchariſtia, uel oſculo: & ſic erunt uſque ad octauam Paſchæ: & tunc iterum exibunt de eccleſia, & erunt extra eccleſiam uſq; ad talem diem ſequẽtis anni: & hoc fiet uſque ad finẽ pœnitẽtiæ. Et etiã ſi bene pœnitet, ſecũdo uel tertio anno poteſt ei reddi ingreſſus eccleſiæ: ut xij. quæſtio. ij. de uiro. & xxxiij. quæſtione ij. c. latorem. Quandoque etiam uſque in finem uitæ manebit extra eccleſiã: ut xxxiij. q. ij. admonere. & hæc intromiſsio fit a ꝓprio ſacerdote, niſi ſolenniter debeat reconciliari eccleſię, ſcilicet finito tempore pœnitentiæ, uel etiam ante, ſi ep̃o uiſum fuerit expedire. Hanc. n. ſolus epiſcopus poteſt facere: ut xxvj. q. vj. c. j. Item ſolennis pœnitentia non eſt imponẽda, niſi pro crimine manifeſto & enormi, quod totam urbem commouit. xxvj. quæſtio. vi. c. ultimo.

Aetatis rō in pœnitentijs eſt habenda.

Pœnitentes ſolẽniter quare ꝑ debeant eſſe extra eccleſiam.

1 Sed quare hęc fiãt in die cœnæ Dñi, not. de cõſe. diſ. iiij. de pœnitẽtibus, ibi uideas in gl. ſed pœnæ, &c.

pœnitentia non facilè cõmittenda eſt, propter ætatis fragilitatem: uiaticum tamen omnibus a in morte poſitis non eſt negandum.

Item ex eodem.

Quæ ſint ſeruanda in ſolẽni pœnitentia.

CAN. LVIII.

IN capite quadrageſimæ omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperunt b pœnitentiam, ante fores eccleſiæ ſe repræſentent epiſcopo ciuitatis ſacco c induti, nudis pedibus, uultibus in terram demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu & uultu proteſtantes. Ibi adeſſe debẽt decani, id eſt, archipresbyteri, d presbyteri parochiarum, & presbyter pœnitentiũ: qui eorum pœnitentiam, & conuerſationem diligenter inſpicere debent: & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos e gradus iniungere. f Poſt hæc eos in eccleſiam introducant: & cum omni clero ſeptem pœnitentiales pſalmos in terra proſtratus epiſcopus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantet. Tunc reſurgens ab oratione (iuxta quod canones iubent) manus eis imponat, benedictam g aquam ſuper eos ſpargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cũ gemitu crebris ſuſpirijs denuntiet eis: quoniã ſicut Adã proiectus eſt de paradiſo, ita ipſi pro peccatis ab eccleſia abijciuntur. Poſtea iubeat miniſtris, h ut eos extra ianuas eccleſiæ expellãt: clerus uerò proſequatur eos cum reſponſorio, ſcilicet, In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Vt uidentes ſanctam eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam atque commotam, non paruipendant pœnitentiam. In ſacra autem domini cœna i rurſus ab eorum decanis & eorum presbyteris eccleſiæ liminibus rep̃ſentent. k

Gene. j.

Hanc pœnitẽtiam nulli unquam clericorũ agere conceditur, atq; ideo huiuſcemodi pœnitentes ad clerũ admitti prohibent.

Vnde in Carthagin. cõcilio quinto ſtatutũ eſt.

Clericis non imponatur manus tanquam pœnitentibus.

CAN. LIX.

COnfirmandum eſt, ut ſi quãdo presbyteri, uel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri ad tempus: non eis manus tanquam pœnitentibus, l uel tanquam fidelibus laicis imponatur. neque unquam permittendum eſt, ut rebaptizati m ad clericatus gradũ promoueantur.

Vnde Siricius Papa.

a Omnibus. ij. q. iij. ſi quis ep̃m contra. Illud terroris eſt: uel hoc de pœnitentibus digne, ibi ficte. xxiiij. q. ij. ligatur.

ADDITIO. Vel uiaticum non conceditur. extra de pœn. & remiſ. quod inte. in prin. & de ſent. excom. permitimus. & ad de quod le. & not. xxvij. q. j. impudicas. in h. Archi.

b IN capite. Suſceperunt. Ergo alio tẽpore poteſt pœnitentia imponi à ſacerdote, & poſtea hæc ſolẽnitas fit ab epiſcopo.

c Sacco. Sicut fecit Achab. de pœ. diſt. iij. c. illud uero. §. ecce.

d Archipresbyteri. Videtur ergo quod alius ſit decanus, alius archipr̃sbyter: & ſic eſt contra lx. diſtin. cap. j. ſed ibi ponit hæc dictio aut, ſubdiſiunctiue. Vel loquitur hic de rurali decano.

e Per præfatos. In parte cap. quæ hic non eſt. ad hoc facit xxxij. quæſt. ij. latorem.

f Iniungere. Arg. quod epiſcopus nõ poteſt iudicare de ſubditis ſuorũ prælatorum, ut extra de offi. or. cum ab eccleſiarum. Io. q̃d non eſt uerum, cũ ſit iudex ordinarius omnium clericorum ſuæ diœceſis. ſed dicitur ibi, quod nõ debet epiſcop⁹ reuocare ſententias excommunicationis iuſte latas ab eorum prælatis ſine eorum conſenſu. B.

ADDITIO: De hoc no. xj. q. iij. qui reſiſtit. Arg.

Epũs utrũ ſit iudex oĩum clericorum ſuę diœceſis.

g Benedictam, Vt per eam tollatur uenialia pecca-

l COnfirmãdũ. Pœnitentibus. niſi ſit depoſitus: tunc poteſt ſolennem pœnitẽtiã facere. & ſic intelliguntur cõtraria: de pœni. diſtin. vj. ſacerdos. 2 Tamẽ publicam pœnitentiam poteſt facere ſacerdos: ut xxviij. diſtin. presbyter. xxx. diſtinctio. ſi quis presbyter. & lxxxj. diſtinctio. ſi quis epiſcopus. & hoc pro publico crimine, non pro priuato.

m Rebaptizati. Scienter, ut j̃. de conſe. diſt. iiij. qui bis

2 Et hoc contingit ꝑ ſcãdalũ, q̃d ſubditis immineret. ar. j̃. c. de his uero. lxj. diſt. in ſacerdotib. Io. de Fã.

bis. tamen in habitu clericali, uel regulari ſemper erunt: ut de conſe. diſt. v. dictum.

a Illud. Par. Id eſt, æquum.

b Inſtrumenta. id eſt, ordines, uel utenſilia.

c Qui dudú. ſimile ĩ. lxj. diſ. in ſacerdotib⁹. Ar. cõtra ſ. e. c. ferrũ. & xxxiij. q. ij. admonere.

e Aut uſus. i. utilitas. hæc enim inducunt diſpenſationem. j. q͡ȯ. vij. tali. uel uſus. id eſt, conſuetudo. Sic eſt arg. ꝙ conſuetudo attenditur circa ordinandos, ut dixi, xij. diſt. nos conſuetudinem.

g Epiſtolam. Argu. quod difficilius diſpenſatur cum pœnitente, quam cum bigamo: ut xxxiiij. diſtinct. lector.

[illegible]

Item argu. contra xxiij. q͡ȯ. vj. uides. iuxta ſi. ubi de hoc Archid.

d Alienum eſt. Hæc omnia capitula loquũtur de ſolenni pœnitentia.

e Succeſsio. Nec tamen credendum eſt ſtatim quod cauſa pœnitentiæ ſit in monaſterio. Nam quãdoq; boni uiri ingrediuntur monaſterium quia meritum augere deſiderant. xxvij. q. ij. ſunt qui dicunt.

Placuit. CASVS *Statutũ fuit in concilio Toletano, ut ſolẽniter pœnitentes non promoueantur: ſi tamẽ neceſſitas, uel utilitas exegerit, ad minores ordines poterunt promoueri ita quod ad maiores nõ promoueantur, in quibus epiſtolã, uel Euangelium legere poſſunt. Si qui tamẽ eorum promoti fuerint in diacones, inter ſubdiacones redigantur: ita tamẽ, quod manum altari nõ imponant, nec ſacra contingant. Item cum dubitaretur, quis eſſet ſolenniter pœnitens, reſponſum fuit in concilio, ut ſolenniter pœnitens diceretur qui poſt baptiſma ĩ pro homicidio, uel ꝑ alio graui crimine publicam gerẽs pœnitentiam ſub cilicio diuino altari fuerit recõciliatus. Quod ſequitur in ꝟ patet.*

Leuit. 4. a

† Alias ſeceſsio.

Nec clerico pœnitentiã agere, nec pœnitenti ad clericatũ accedere permittitur.

CAN. LX.

Illud quoque nobis par[a] fuit prouidere, ut ſicut pœnitentiam agere nulli unquam conceditur clericorum: ita poſt pœnitudinem, ac reconciliationem cuiquam laicorum non licet honorem clericatus adipiſci. quoniam quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen gerendorum ſacramentorum debent inſtrumẽta[b] accipere, qui dudum[c] fuerunt uaſa uitiorum.

Item Leo Papa.

Presbyteris & diaconibus tanquam pœnitentibus non debent manus imponi.

CAN. LXI.

Alienum eſt[d] à cõſuetudine eccleſiaſtica, ut qui in presbyterali honore, aut diaconij gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi: quod ſine dubio ex apoſtolica traditione deſcendit, ſecundũ quod ſcriptum eſt: Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro eo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendã miſericordiã dei priuata eſt expetenda ſucceſsio[e] † ut illis ſi ſatiſfactio fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

Probantur etiã authoritate Toletani cõcilij huiuſcemodi pœnitentes ad clerum non admittendi: In quo ſic ſtatutũ eſt.

Cauſa neceſſitatis ad clerũ pœnitentes admittantur.

CAN. LXII.

Placuit, ut pœnitentes non admittantur ad clerum, niſi tantùm ſi neceſsitas, aut uſus[f] exegerit: tunc deputẽtur inter oſtiarios, uel inter lectores: ita ut epiſtolam[g] uel Euangelium non legant. Si qui autem ordinati ſunt in diacones, inter ſubdiacones ita habeantur, ut manus non imponant,[h] nec ſacra contingant. Eum uerò pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſma, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſsimiſque peccatis publicam pœnitẽtiam gerens, ſub cilicio diuino fuit reconciliatus altario.

7 Apoſtatæ[i] quoq; ad clericatus officium admitti non debent.

Vnde in concilio Arelatenſi ſecundo.

Ad clericatus officium non admittantur Apoſtatæ.

CAN. LXIII.

Si qui † poſt ſanctã religionis profeſsionem apoſtatant, & ad ſecularem[k] redeunt conuerſationẽ, & poſtmodũ pœnitentium remedia nõ requirunt ſine pœnitentia cõmunionem penitus non accipient: quos etiã iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicunque ille ſit, poſt pœnitentiam habitum ſecularem[l] accipere non præſumat: quod ſi præſumpſerit ab eccleſia[m] alienus habeatur.

h Non imponant. id eſt nõ miniſtrẽt. in officio ſubdiaconatus, ſed tantum nomẽ habeãt, & habeant locum ſubdiaconorum in choro & in cibo. Et eſt ſi. xv. quæſtio. viij. qui admiſit. &c. ſi quis. presbyter.

7 Apoſtatæ. Hæc eſt ſeptima pars huius diſtinctionis, in qua tractat de apoſtatis. Io. de Fan.

i Apoſtatæ. Apoſtatæ dicuntur retro abeuntes à fide, religione, uel clericatu. xxvj. q. ulti. non obſeruetis. Ioan.

k Si qui. Ad ſecularem. Quod fieri non licet: quia qui ſemel habuit tonſurã clericalem ſemper utetur ea, ut xxxij. diſt. ſi qui clerici. xx. q. iij. eos. Ioan. Hoc tene pro certo, quod in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt contrahere, & ad ſeculum redire: nec tũc debet ferre tonſuram: nec apoſtata iudicatur, ut extra de cleri. coniuga. Ioannes. Si autem retinẽdo eccleſiam dimitteret tonſurã & habitum, uel religioſ⁹ religionẽ ſuam, apoſtata iudicatur, ut extra de apoſta. capi. j. & ultimo.

l Seculare. Quicquid interim acquiſierint, cedet monaſterio. xviij. queſtio. ij. abbates. & C. de epiſ. & cleric. l. ultim. §. hoc etiam.

m Ab eccleſia. ut ſupra eadem diſtinctione. capi. ſi quis poſt remiſsionem.

Conſuetudo attẽditur quandoq; circa ordinandos.

Diſpenſatur cum bigamo facilius, qui cũ pœnitẽte.

e Dicit Laur. hoc nõ eſt uerum: ſed eſt arg. ꝙ magis eſt diſpenſandum. Sed dictũ hoc eſt uerius in quo cõſentit. Io. de Fant.

Apoſtatæ q dicunt.

Tonſurã ferre non tenet, qui in minoribus contrahit.

† Alias, Si qui.

7 Sub. dimittat. ꝙ intellige, ut dixi ſ. ca. proxi. Archi.

m 3 Ecce,

DISTINC. LI.

Ecce quòd criminoſi uel nõ uerè pœnitentes, uel publicam pœnitentiam agẽtes, à ſacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoq;[a] *ſancta mater eccleſia, ut curiales, aut poſt baptiſma militãtes, aut in foro decertantes, à ſacris prohibeantur ordinibus.*

Vnde ait Innocen. Papa.

Poſt baptiſmum militantes, uel in foro decertantes, à ſacris prohibentur ordinibus.

CAN. I.

Aliquantos ex his, qui poſt[b] acceptã baptiſmi gratiam in forẽſi exercitatione[c] uerſati ſunt, & obtinẽdi pertinaciã ſuſceperũt, accitos ad ſacerdotiũ[d] eſſe cõperimus, de quorũ numero aliq prohibentur ad ſacerdotiũ aſſumi: aliquantos ex militia,[e] qui cũ poteſtatibus obedierunt, ſæua neceſſariò præcepta ſunt executi: aliquantos ex curialibus[f] qui dum parerẽt poteſtatibus, quæ ſunt ſibi imperata fecerũt aliquãtos qui uoluptates[g] & editiones[h] populis celebrauerunt, ad honorem ſummi ſacerdotij perueniſſe. Quorum omnium neminem ad ſocietatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenire. Quæ ſi ſingula diſcutienda[i] mãdaremus, non modicos motus aut ſcandala Hiſpanienſibus prouincijs, quibus mederi cupimus de ſtudio emẽdationis induceremus. Idcirco remittẽda[k] potius hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis ueſtræ maturitas prouidere debebit: ut tantæ uſurpationi nunc finis neceſſarius imponatur: eo uidelicet conſtituto, ut quicunque tales ordinati fuerint, cũ ordinatoribus ſuis deponantur.

Item Felici epiſcopo Miceriano.

De quibus laicis aliqui ad clericatum non poſſunt peruenire.

---

a Ecce: Adiecit quoque. Triplex aſsignatur ratio, quare officiati ſiue curiales non promouentur. Vna eſt ratio: quia frequẽter contrahunt irregularitatem ex officio ſuo: ut infra capitulo primo, & ſecundo. Secunda, quia multum moleſtatur eccleſia, cum tales repetuntur: ut infra capitu. ſecundo & tertio. Tertia ratio, quia præſumitur cõtra eos, quod non cauſa religionis ordinentur, ſed ut fugiant ratiocinia. liij. diſti. legem.[1] Quidam addunt duas alias rationes, ſcilicet, quod eccleſia triſtatur de eis cum repetuntur, de quibus gaudere deberet. Item propter uoluptates, quas forte habuerunt in ſuis officijs. ut infra ea. capit. præterea. Dicuntur autem large curiales omnes, qui aliquo modo ſunt obligati curiæ, ſiue milites, ſiue aduocati forenſes, ſiue iudices, ſiue officiati, ſiue hiſtriones:[2] ſed iſti prohibẽtur à promotione, ut ſequitur. Nullꝰ ergo officialis promouetur niſi prius ſit abſolutus à curia: poſtea ſic, dum tamẽ ſæua nõ exercuerit, nec effuderit ſanguinem humanum: nec turpia & inhoneſta facta fecerit, ut hiſtriones. De iudicibus autem & aduocatis eſt dicendum quod ſi tantum interfuerunt ciuilibus cauſis non repelluntur: ut lxj. diſtinctione. Oſius. Et hoc eſt uerum, ſi poſt baptiſma huiuſmodi officium exercuerunt: ſecus ſi ante: ut j. ea. c. ſi quis. Baz. tamen dicit, quod ſi ante baptiſmũ aliquis ex officio occidit hominem, talis poſt baptiſmum nõ poteſt promoueri: quia baptiſmus tantum crimina tollit: ut xxvj. diſtinctione. deinde. & ca. una B. dicit, quod poteſt: quia non debet eſſe melioris conditionis peccans: quam non peccans. ad hoc facit ff. quod ui aut clam l. Seruius.

b Aliquantos. Qui poſt. Hoc ideo dicit, quia quæcũq; peccata quis fecerit ante baptiſmũ, non imputantur ei poſtea: ut j. ea. c. ſi quis poſt & ſ. diſtinct. proxi. c. ſi quis uiduam. & c. placuit. & xxvj. diſtinct. unius.

c Exercitatione. Vt aduocati.

d Ad ſacerdotium. Quicunq; fuit accuſator, aut aduocatus, aut iudex, aut teſtis, uel etiam notarius in cauſa ſanguinis, non poteſt promoueri: ut ſ. diſt. proxi. c. ſi quis uiduam. Nam conſtat, quod[3] clericus non poteſt eſſe accuſator in cauſa ſanguinis: ut ij. q. vij. capi. ſicut & c. ſacerdotes.[4] Nec iudex. xxiij. q. ulti. his à quibus. Nec teſtis: undecima, quæſtio j. cap. teſtimonium. Nec notarius. xxiij. qõ. iiij. c. illud. & in extrauag. ne cler. uel mona. ſententiam. Baz. tamen intelligit hoc de aduocato accuſatoris. Nã cuilibet licitum eſt defendere reũ: xxiij qõ. v. ca. reos & C. de epiſco. audi. addictos. Et ſi obijciatur ei, nonne ſi accuſator deficit, punietur pœna talionis? & ſic uidetur hoc imponẽdũ aduocato, qui obtinendi pertinaciam ſuſcepit? Sed ipſe reſpondet, quia ad hoc non egit aduocatus, ut accuſator puniret, ſed ut reus abſolueret.[5] Itẽ quia alio iudicio agendum eſt de calumnia accuſatoris. & dicit clericum appellare poſſe pro conuicto in cauſa ſanguinis: quia ibi quilibet auditur appellans: ut ff. de appella. l. non tantum. & ſic cauſam appellationis poteſt exercere. Prior opinio eſt magis tuta, ut nec pro accuſatore nec pro reo poſsit clericꝰ aduocare.[6] Nec obſt. xxiij. qõ. v. ca. reos. quia ibi non dicitur, quod aliqs poſsit patrocinari pro damnatis: ſed poſſumus intercedere pro eis. Licet enim aduocatus rei non intendat ad hoc, quod accuſator puniatur. tamen per quãdam cõſequentiam tendit ad hoc: ut xv. quæſtione prima capitulo, merito. & argumentum. prima quæſtione tertia. capitulo, ſi quis obiecerit. ad idem argu. opti. ſ. diſt. proxi. clericum.

e Ex militia. id eſt, milites.

f Ex curialibus. id eſt, officiatis.

g Voluptates id eſt, ludibria: quibus uoluptatibus excitabantur homines.

h Et editiones. quæ narrabantur uoluptatis cauſa, ſcilicet ea quæ edita erant ab hominibus, ſcilicet turpes fabulas, uel cantus.

i Diſcutienda. id eſt, corrigenda.

k Remittenda. Argu. ratione ſcandali aliquid tolerari. ſic ſ. diſt. iiij. c. deniq;. xxiij. diſtin. de Syracuſanæ. & notaui. xlliij. diſtin. comeſſationes. Item argu. quod aliquid prohibetur fieri, factum tamen toleratur.

Curiales triplici ratione non poſſunt promoueri.

1 Adde quod obligatus ad ratiocinia nullatenus poteſt promoueri no. in l. officiales C. de epi. & clericis.

Curiales qui dicuntur.

2 Sub. ſiue quodcunque officium habentes honeſtũ uel inhoneſtũ: Quãdoq; uero ſtricte dicunt curiales, qui honeſta curiæ officia procurãt: ut decuriones. Quãdoq; ſtrictiu dicuntur curiales illi, qui erãt officiales in cauſa ſanguinis, à cruore dicti, ſecũdum Lau.

Cauſæ ſanguinis.

3 multos impedit promoueri.

4 Alias. ut ij. qõ. vij. ſicut ſacerdotes. nec iudex, &c. alias, ut 2. q. vij. ca. ſi quis. & c. ſacerdotes.

xj. q. j. ca. clericũ nullus.

5 Præterea aduocatus nec agit, nec accuſat: ut ff. de bon. lib. qui eſt maior. §. penul.

6 Adde ad hoc textũ ca. j. & ibi Io. Andr. de poſtul. & in c ſententiã. ne clerici uel mona.

Scandali ratiõe aliqua tolerantur.

tam vij.quæſt.j.epiſcopus in dioceſi.&.d iſtinctio. proxi.quicunque. Ioan. xix.q.ij.c. duæ. ſicut ſoluitur ingratitudo religionis ingreſſu:ut xix.q.iij. c.j. Sed econtra uidetur, quod etſi mortuus debitor nõ poteſt ſepeliri inuito credi tore,niſi ſatisfaciat ei:ut extra de appel.qua fronte. Satis uidetur,quod poſsit intrare, & quod monaſteriũ non in amplius teneẽ, quã ad ipsũ puenerit,niſi poſtea fõne ſui ad pinguiorẽ fortunã perueniat per ſucceſſionem aliquam:ut xix.q.ult.ca.ſi qua.

CAN. II.

Deſignata ſunt genera laicorum, de quibus ad clericatum aliqui uenire non poſſunt: id eſt,ſi quis fidelis [a] adminiſtrauerit. [b] De curialibus autẽ manifeſta eſt ratio: quoniam etſi inueniantur huiuſmodi uiri, qui debeant [c] clerici fieri, tamẽ quoniam ſæpius à curia repetuntur, cauendũ eſt ab his propter tribulationem, quæ ſæpe [d] de his eccleſiæ prouenit.

Idem.

Non admittantur curiales ad clericale officium.

CAN. III.

Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, uel quibuslibet publicis functionibus [e] occupatos, clericos facere contendunt: pro quibus poſtea maior eſt triſtitia, tunc cùm iam de reuocandis [f] eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia naſcatur de accito. Conſtat enim eos in ipſis muneribus, [g] id eſt,miniſterijs & officijs etiam uoluptates exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe nõ dubium eſt, & ludorũ & mimorum apparatibus aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certè in exemplum ſolicitudo et triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus Imperatore præſente, cùm pro his ſæpius rogaremus: quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti: quibus non ſolùm inferiores clerici ex curialibus, uerùm etiã in ſacerdotio conſtituti, ingens moleſtia,ut redderẽtur,inſtabat. [h]

Item ex concilio Toletano ſecundo.

Non promoueatur ad diaconatum, qui poſt baptiſmum ad fidelem necandum accinctus fuerit.

CAN. IIII.

Si quis [i] poſt acceptũ baptiſmum militauerit, [k] & chlamydẽ ſumpſerit, ac cingulũ [l] ad necandum fideles,ẽt ſi grauia nõ admiſerit, ſi ad clerũ [m] admiſſus fuerit, [n] diaconi non accipiat dignitatem.

Item ex concilio Toletano quarto.

A quib. debet eſſe immunis, qui in epiſcopum ordinatur.

CAN. V.

Qvi in aliquo [n] crimine detenti ſunt: q infamiæ [o] nota aſperſi ſunt: qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt: qui in hæreſim lapſi ſunt: uel qui in hæreſi baptizati ſunt, aut rebaptizati eſſe noſcuntur: qui ſemetipſos abſciderunt, aut qui naturali defectu membro-

[a] Deſignata.Fidelis.id eſt poſt baptiſmum.
[b] Adminiſtrauerit.curiæ in ſæuis actibus.
[c] Qui debeant.ex merito uitæ. Et eſt argumẽtum hic,quod ſi aliquid eſt pro me, & aliud contra me, magis nocet [2] mihi,qđ eſt cõtra me,quam proſit, id quod eſt pro me. Sic lvj.diſtinc. Iſmael. & ff. qui. ad li. procla. non licet. l. ult. & extra de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. in fine. Arg. contra ff.de iure fiſci.l.nõ intelligitur. §.j. & extra de ſenten. & re iudi. cauſam. in fine. Solu.primum regulare propter promptitudinẽ ad malum.xij.quæſ.j. omnes alia caſualia propter reſtrictionem doli mali. extra de dolo & cõtu. finem. & quia nõ eſt delegatus a principe.
[d] Sæpe. Argu.aliqđ ſtatui propter cautelam futurorum: ut xxviij. diſtinc. de Syracuſanæ·liiij. diſtin.generalis. xxiij. diſtinc. c. in nomine domini.
[e] Præterea. Functionibus. id eſt,officijs. & intelligitur de ijs, qui alicui officio obligati ſunt[3], ut tutores & curatores, uel procuratores: qui ſinito officio ſuo licite promouentur:ut extra de oblir. ad ratiocinia. c. unico. Nam qui ex adminiſtratione aliqua eſt obligatus reipublicæ, non poteſt proueh ad honores: ut ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. debitores. Secus ſi obligatus eſt pro al quo debito,ut ibi dicitur,& C.de epiſc. & cleri. l. quiſquis emerſis. Sed quid ſi aliquis eſt obligatus ad ſcribendum aliquid, forte iuramento, nunquid talis poteſt cõuerti in monaſterium[4] dicit Hug.quod ſic: nec fit iniuria illi, cui ſeruire tenetur: quia inſtinctu ſpiritus ſancti fit. ſic xi ij.q.v.dixit. arg.pro eo extra de uoto. ſcripturæ. & extra de cõuer. coniugatorum.ex publico.& c.ult. & xxxiij.q. ij.c. admonere,
[f] Vel dic, q in monaſterio exiſtẽs põt exequi tale officium,, dum tamẽ non negligat diuinum obſequiũ: ut xcj.di.c. clericus.
[g] Muneribus. id eſt, officijs munerum minorum.
[h] Inſtabat. tamẽ facti ſacerdotes nõ reſtituuntur. liiij. diſt. ex antiquis.
[i] Si quis. Pone caſum j. de pœni.di.j.c. ſi quis cũ telo. Alij ponũt caſum de officiali.
[k] Militauerit. milites (ut uidetur) nõ poſſunt promoueri ſine licentia Papæ.xix.q. iij.ca. monaſterijs.ſed intelligo illud de his,q irregularitatẽ cõtraxerunt. [5] Vnde nõ concedo, quod hoc ſolũ impediat promotionem, quod gladiũ aſſumpſit & militiã, niſi ſęua facta exercuit,ut j. liiij. diſt.legem.Si uero ſæpe interfuit bellis,& per eum non ſtat, quin occidat aliquem, licet non occidat,tamẽ propter ambiguum duplicitatis non admitterẽ talẽ ad clerũ.ar.xxiij.q.v. excõmunicatorum.
[l] Ac cingulum. id eſt characterẽ militarem: ut j. qõ.j quod quidi. in fin.
[m] Si ad clerũ. id ẽ, ſubdiaconatum.
[n] Admiſſus fuerit ex diſpenſatione.
[o] Qvi in aliquo. Primo ponit uigintiſex impedimenta, quæ impediunt promouendũ epiſcopum. Secundo dicit,quod epiſcopus ad minus à tribus epiſcopis eſt conſecrandus ibi, ubi metropolitano placuerit. Metropolitanus autem eſt conſecrandus in ciuitate metropoli à ſuis ſuffraganeis.
[p] Infamię. Et & facto;ut dixi ij.q.vij.c ipſi Apoſtoli.

[1] Ad hoc xlv. diſt. & Iudæis Hugo.
[2] Nocet. Iaſ. l.j. de cõdictio. ob turpẽ. cau. Alex. cõſi. 100. col. ulti. [redacted] Phi. Deci. l. ſi Ruſinus. col.j. C.& teſta.militis. c.cauſã, q. co. iij. & iud. conſ. iij. nu. 4. [redacted]
[3] Scilicet ad curiam & officiũ ſuum.
[4] Obligat' ad aliqđ faciendũ, nõ impedif ingredi monaſterium.
[5] Et in hoc caſu loquitur hoc cap.ſi qs. ut no. j. 20. q. j. præſens. & gloſ. ar.q. &c.

Sub.uel aliquos libros ſcripſit. quod tñ intelligo de ductis expẽſis eiuſdẽ. xvj.q. vj. de lapſis. ff. de ceſſ. bo. his q. bonis. ſecũdũ Lauren.
Vel dic. Idẽ Pañ. Feli. c. cũ I. & A.de re iudica.
Milites an promoueri poſſint.
Epi & Archiepiſcopi à quot ſunt conſecrandi.

rum minus habere noſcuntur: qui ſecundæ uxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt: qui uiduam uel a marito relictam duxerunt, aut corruptam mariti fuerũt qui côcubinas [a] aut fornicarias habuerunt: qui ſeruili conditioni obnoxij ſunt: qui ignoti ſunt: qui neophyti, uel laici: [b] qui ſeculari militiæ dediti ſunt: qui curiæ nexibus obligati ſunt: q inſcij literarum: qui nondum ad triginta annos peruenerũt: qui per gradus eccleſiaſticos non aſcenderunt: qui ambitu honorem quærũt: qui honoré muneribus obtinere moliuntur: qui à deceſſoribus [c] in ſacerdotiũ eligũtur. Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quẽ nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit: uel authoritas metropolitani, uel comprouincialium ſacerdotũ aſſenſus non exquiſiuit. Quicunq; igitur deinceps ad ordinem ſacerdotij poſtulatus, & in his, quæ prædicta ſunt, exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit, & examinatus probabili uita & doctrina extiterit: tunc ſecundùm ſynodalia, uel decretalia conſtituta, cum omnium clericorum, uel ciuiũ uolũtate ab uniuerſis côprouincialibus epiſcopis, aut certè à tribus in ſacerdoté die dominico [d] côſecrabit, conueniẽtibus cæteris, qui abſentes ſunt ſuis literis: & magis authoritate, uel pſentia eius, q uerè metropolitanus eps eſt conſtitutus. Epiſcopus autem côprouincialis ibi conſecrãdus eſt, ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non niſi in ciuitate metropoli [e] à comprouincialibus ibidem conuenientibus. [f]

Si quis autem deinceps contra prædicta uetita canonum ad ſacerdotij gradũ indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.

DISTIN. LII.

***Q**Vi uerò prætermiſſis aliquib. gradibus nõ ſuperbia, ſed negligẽtia ad maiorem aſcenderit gradũ, tandiu à maioribus abſtineat, quouſque congruo tpe ꝑtermiſſos accipiat.*

Vnde Alexander ſecũdus ſcribit Grimaldo Cõſtantienſi epiſcopo.

De eo, qui ſubdiaconatus ordine poſtpoſito diaconus et presbyter eſt ordinatus.

CAN. I.

SOlicitudo dilectionis tuæ ſtuduit conſulere, utrùm portator iſtarum literarum diaconatus & presbyteratus officium idoneus ſit peragere, necne, cùm ad id præpoſtero curſu ſubdiaconatus [g] ordine poſtpoſito negligentia potius, quàm ſuperbia cognoſcatur aſcendiſſe. Vnde nos conſulendo charitati tuæ mandamus, ut ab officio ſacerdotali eũ prohibeas, donec pximo quatuor tẽporũ ieiunio ſubdiaconatus miniſteriũ ſibi ritè imponas: & ſic deinceps ad maiora officia eũ redire côcedas.

Concubinariũ, ꝓmouens, an uẽ cũ ipſo diſpẽſare.

[1] Ad hoc efficax argu. extra de fi. presbyter. ex tua. iuxta finẽ. ubi dicit cum aliquibus clericis diſpenſaſti, &c. ergo à contrario, cũ q̇bus diſpẽſatũ non eſt, põt ꝓcedere iudices illi, ſecũdum qđ eis datũ eſt in mãdatis: ex̃. de reſcriptis. ſi quãdo. & c. cũ dilecta. ſecundũ Hoſti.

[a] Qui concubinas. Ex hoc uidetur, qđ epiſcopus ipſo facto nõ diſpẽſet [1] ſi.n. ipſo facto diſpẽſaret, quare hic puniretur promouẽs côcubinariũ: cum tamen cũ ipſo poſsit diſpẽſare ipſo facto: ut extra de iudi. at ſi clerici. Et facit ad hoc lxxxj. di. c. ſi qui. & extra de ſchiſma. fraternitatis. & extra de præben. referente. Itẽ ſecũdũ hoc epiſcopus ſemper diceret ſe diſpẽſaſſe, ut ſic nõ puniretẽ. Quod autẽ ipſo facto diſpẽſet, probatur extra de fi. presby. c. ueniens. & xxviij. diſt. diaconi. & extra qui ma. acc. nõ poſ per tuas. liiij. diſt. c. ſi ſeruus. et extra de reſtit. ſpo. c. literas. §. opinioni. ubi habes, ꝙ eccleſia mandando, uel diſsimulando diſpenſat. Et hoc credo, ꝙ circa notum ſolo facto diſpẽſat, ſed non circa ignotũ: quia noti examinatiõe nõ egẽt: ut xlvij. diſt. de Petro. Conſulo tamen, quod teſtes uel literas habeant ſuper diſpenſatiõe facta ſibi. Vel dic, quod hic redarguũtur illi, qui ex contemptu ordinãt aliquos nõ examinãdo eos: ut lxxxj. diſt. c. dictum. & c. quicunq;. & tantũ indiſcreta diſpenſatio redarguit hic & in omnibus ſimilibus. extra de præben. de multa.

[b] Laici. Non.n. repente de laico fiet epiſcopus. lxj. diſ. c. j. & ij.

[c] Qui à deceſſoribus. niſi in hoc Papa diſpenſauerit: ut vij. q. j. petiſti.

Metropolitanus in ꝓpria ciuitate eſt conſecrãdus.

[d] Dominico. Hora tertia. lxxv. diſt. quod die.

[e] Metropoli. In ꝓpria ciuitate côſecrandus eſt metropolitanus: ut hic, & lxiij. diſtin. metropolitano.

Archieps à quibus eſt conſecrandus.

[f] Côuenientibus. Hič habes, quod metropolitanus cõſecrandus eſt à ſuffraganeis, ut lxvj. diſtin. c. j. extra de tempo. ordi. ſi archiepiſcopus. & in auth. de eccle. tit. §. j. colla. ix. Argu. contra xxiiij. quæſtio. j. pudenda. ubi dicitur, quod à Papa ſit conſecrãdus. ſed primum eſt de iure: Papa tamen iã præſcripſit contra ius illud.

Sacerdos qs nõ efficitur ſine alijs ordinibus.

[g] **Q**Vi uero. Subdiaconatus. Videtur ergo, quod aliqs promouetur in ſacerdotem, qui nullum habuit ordinem: ut laicus, qui fit ſacerdos ſecundũ Hug. Sed huic ob. xl. diſt. ſicut. [2] & extra de presbyte. non bapti. ueniens. Sed contra extra de cleri. per ſal. promo. c. unico. Epiſcopus aũt non poteſt eſſe, niſi fuiſſet ſacerdos: [3] ut extra de exceſ. præla. c. ex literis. in fi. de hoc dixi xl. diſt. ſicut. Si uero non baptizatus promoueretẽ, uel chriſmaretur, nullum reciperet ſacramẽtum: quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorũ: ut xxxij. diſtin. ca. præter hoc. §. uerũ. niſi enim poſitum ſit fundamentum, nihil poteſt ſuperædificari: ut prima, quæſtione prima. cum Paulus. Et eſt ar. quod præpoſteratio facti nõ uitiat factum. Arg. contra. vij. q. j. nihil. xxiij. diſtinct. quorundam. de cõſecra. diſtinct. iiij. omnis. Ioan. Solu. dicas quod laicus recipit ordinem ſacerdotij, & etiam epiſcopatus.

[2] Vbi cõtrario ſtãdũ eſt, ſecũdũ Hu.

[3] Idẽ ſentit Hug. & Lauren.

tus: f quia character imprimitur, ſi conferatur in forma eccleſiæ ab eo, qui poteſtatẽ habet: ut extra de cleri. per ſal. promo. cap. j. & hoc dummodo ſit baptizatus, nec decre. illa, ex literis, in aliquo contradicit B.

cognitus, ſed laicus cognitus uel clericus ignotus per bienniũ. xix. q. iij. monaſterijs. clericus notus per annũ. xvij. q. ij. Gonſaldus. uel forte notus ſtatim poteſt recipi. extra de regu. ad apoſtolicam. Sed hodie non debet, per decre. Alex. iiij. extra eo. non ſolũ. In cruce ſignatis ſtatuitur dimidius annus, extra de reg. c. i.

f Si ĩtelligas, q̃ primo recipiat ſacerdotiũ, & poſt epiſcopatũ, uerum dicit. Alias falsũ ẽ, q2 nec ĩ epatu imprimitur character, ſecũdum quoſdam. Sed alijcõtra. ar. extra. de renun. poſt tráslationẽ. §. ul. ubi d hoc. extra de ordi. ab epiſ. q renun. epiſ. c. j. Arch.

Religionis aſperitas ĩ quo habitu probãda eſt.

† Adde q̃ noc. ĩ. di. lj. in ſum. in gl. unica.

Probaĩ quis quãto tẽpore debet.

a Vriales. Hic aſsignat rationẽ, quare curiales non promouentur. Ioã.

b Legẽ quã pijſſimus. no. qualiter ex ſequẽti facto & pcedenti probatur medium, ut xxviij. diſtin. quia. Nam ex bona uita præcedente & ſequẽte præſumitur mediũ, ſ. quod bono zelo petierit habitũ monachalem.

ADDITIO.

Ad idem xxxiij. q̃. j. c. j. ſecundum Hug. xviij. diſtin. peruenit. Lauren.

c Ex militaribus. Milites non impedit religio ſacramenti: quia & clerici ſacramento tenentur epiſcopis: ut xxiij. diſt. quanquam, & tamen eis inuitis poſſunt intrare religionem. xix. quæſt. ij. duæ.

d In ſuo. No. quod in ſuo habitu quiſque probãdus eſt: ut hic, & lxiiij. di. multos. & extra de regu. ſuper eo. & xvij. q. ij. ſi quis incognitus. Dicũt tñ quidam, quod potius in monachali habitu probandus ſit: quia non ſolum alij ipſum probabunt, ſed etiam ipſe probabit aſperitatem ordinis, & habitus ipſorum: quod nõ poteſt facere in ſua ueſte. Ioan. Sed certe licet iura quædã dicant, quod in proprio habitu ſit probandus quis, conſuetudo tamen ſe in contrarium habet, & decre. etiam contradicit, extra d regu. ſtatuimus.

e Per trienniũ. Incognitus probabit per triẽniũ, ut hic: & xvij. q. ij. ſi quis in

DISTINC. LIII.

Vriales autẽ (ut ſupra ſcriptum eſt) ideo ordinari prohibentur, quia frequẽter, dum ab eccleſia repetuntur, plurima incõmoda eccleſia conſequitur: uel quia ijdem curiales non uoto religionis, ſed ut officiorum ſuorum ratiocinia fugiant, ad eccleſiam ſe transferunt.

Vnde Gregorius Papa ſcribit libro octauo Regiſtri omnibus epiſcopis de lege Mauricij Auguſti.

Quare ſit conſtitutum, ne curiales ordinentur.

CAN. I.

Legem, quam pijſsimus b Imperator dedit, ne fortaſſe hi, qui militiæ, uel rationibus ſunt publicis obligati, dũ cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad eccleſiaſticum habitum ueniant, uel in monaſterijs cõuertantur: ueſtræ ſtudui fraternitati transmittere, ob hanc maximè cauſam, quia hi, qui ſeculi actionibus implicati ſunt, in clero eccleſiæ præpoſterè ſuſcipiendi non ſunt: † quia dum in eccleſiaſtico habitu non diſsimiliter, quàm prius uixerant, uiuunt, nequaquam ſtudent ſeculũ fugere, ſed mutare. Quòd ſi etiam tales quique monaſterium petũt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt, niſi prius à ratiocinijs publicis fuerint abſoluti. Si qui uerò ex militaribus c uiris annumerari in monaſterijs feſtinant, non ſunt temerè ſuſcipiendi, niſi uita eorũ ſubtiliter inquiſita fuerit: & iuxta normam regularem in ſuo d habitu per trienniũ e probati: tunc monaſticum habitũ Deo authore ſuſcipiant.

DIST. LIIII.

Erui f autẽ ordinari prohibẽtur, niſi à proprijs dominis libertatem legitimam conſequantur.

Vnde Leo eps ſcribit omnibus epiſcopis.

Seruus ad clericatus officiũ non promoueatur.

CAN. I.

Nullus epiſcoporũ ſeruum alterius ad clericatus officium promouere præſumat, niſi fortè eorum g petitio, aut uoluntas h acceſſerit, qui aliquid i ſibi in eo uendicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ eſt aggregandus: ut à caſtris dominicis, quibus aſcribitur, nomen eius nullius neceſsitatis uinculis abſtrahatur.

Item ex concilio Tribu rienſi.

De ſeruili conditione nullus ad ſacros ordines deueniat.

f Erui. Prio oſtendit quod nec priuatorũ nec eccleſiarum ſerui ſunt promouendi, niſi libertatẽ ſint conſecuti. Secundo oſtendit quid iuris ſit, ſi aliter ſint ordinati. Tertio qualiter ſerui Iudæorũ à dñio ipſorũ ualeãt liberari. No. ergo quod nunquã ſeruus priuati eſt promouendus, niſi plenam libertatem ſit conſecutus, ita quod nihil iuris retineat ĩ eo dominus: ut ĩ. eo. c. quicunque. & in c. nullus. Si uero ſunt eccleſiarũ, non poſſunt ſimiliter promoueri, niſi primo cõſequantur libertatem infra ea. c. iij. Eccleſia tamen non poteſt manumittere ſeruos ſuos pleno iure, niſi det prælatus duos eiuſdem meriti. xij. q. ij. epiſcopus qui. nec tũc pleno iure manumittit, ut ibidem colligitur. De hoc diſtingue, ut extra de ſer. non ordi. eo libẽtius. & ĩ re. ec. non alie cõſenſus.

g Nullus. Eorũ. i. iſtius uel illius, diſtributiue. ſufficit. n. unius uolũtas ſi plures ſunt dñi: ut inſti. de do. §. erat olĩ. C. de cõmu. ſer. manu. l. j. §. ſi autẽ.

h Aut uoluntas. Etiam ſi tacita, ut ĩ. eadem ſi ſeruus.

i Qui aliquid. Argu. quod omnium conſenſus eſt requirendus, quorum iuri in aliquo detrahitur: ut hic, & lxxxv. diſtinctio. archi

a Vbi de hoc uideas.

i Notat Hoſt. qđ dicit H. quod ſi uita & conditio hominis ſit nota, probat per annũ & ſic loqtur ſ. pce. c. Gonſaldus. Si uero conditio nota eſt, ſed uita ignota, tunc per biẽniũ. & ſic loquit præced. c. monaſterijs, quod ſi utraq; . ſ. conditio, & uita ſit ignota, uel ſaltẽ conditio, tunc triẽniũ eſt ſpectandũ. & ſic loqtur præce. c. ſi quis ignotus. & iſtud c. legem. & ĩ. diſt. parum multos. Archi.

Seruus priuati ſine liberate nõ põt promoueri.

archidiaconum.& extra de off.|deleg .ſuper eo. C.de autho.præſtan.l.ult.& ff.de aqua plu. arcen.l.in con cedendo.lxvj.di.archiepiſcopus.viij.q.j.c.licet.

piu.quiſquis. B.

CAN. II

NVlli de ſeruili conditione ad ſacros ordines promoueantur, niſi prius à proprijs dominis legitimam libertatem conſequantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publicè [a] legatur: & ſi nullus contradixerit, ritè conſecrabuntur. Porrò ſeruus non canonicè conſecratus, poſtquã de gradu ceciderit, [b] eius conditionis ſit, cuius fuerat ante gradum.

Ex concilio Maguntinenſi, cap. octauo:

PALEA

MAgnus epiſcopus Auguſtudunenſis dixit: quid dilectionis ueſtræ procuratores, actores, & executores, ſeu curatores pupillorũ, ſi debeant ordinari? Gratus epſ dixit: ſi poſt depoſita uniuerſa & reddita rõcinia actus uitæ ipſorũ fuerint comprobati in omnibus, debere eos cũ laude cleri (ſi poſtulati fuerint) honore munerari. Si.n. ante libertatem negotiorũ ab aliquo ſine cõſideratione fuerint ordinati, ab eccleſia infirmentur. Vniuerſi dixerunt, Rectè oĩa ſtatuit sãctitas ueſtra: ideoq; ita noſtra quoq; eſt iſta ſententia.

Item ex concilio Toletano nono.

Poſt dominis libertatis, famo

li eccleſiæ reuocentur in clerũ.

CAN. III

QVi ex famulis eccleſiæ ſeruituri uocantur in clerum ab epiſcopis ſuis, neceſſe eſt, ut libertatis percipiant donum: & ſi honeſtæ uitæ claruerint meritis adiuti, tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos uerò flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitus conditionis religet [c] in catenã.

Qui autem ordinandi à dominis ſuis libertatẽ conſequuntur, ab eorum patrocinio penitus debẽt eſſe alieni: ut in nullo eorum obſequijs inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto legitur.

Ad clericalem gradum ſuſcipiuntur, qui nullo obſequio retento à dominis ſuis libertatẽ percipiunt.

CAN. IIII

QVicunq; libertatẽ à dominis ſuis ita recipiunt, ut ſibi in eis nullum obſequium [d] patronus retentet: ſi iſti ſine crimine ſunt, ad clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſsione abſoluti noſcuntur. Qui uerò retẽto obſequio manumiſsi ſunt, pro eo, quòd adhuc patroni ſeruituti tenẽtur obnoxij, nullatenus ſunt ad clericatus ordinẽ promouendi: ne, quando uoluerint eorum domini, fiant ex clericis [e] ſerui;

[a] NVlli. Publice. Arg. quod ſi aliqua ſunt publice facta, nemo poſtea auditur contradictor. viij. quæſ. j. licet. & xvj. diſtinctione. quæ dicitis. et xij. q. ij. qui & humanis. Simile extra qui ma accuſa. poſ. ca. ulti. Ar. contra xv. quæſtio. vj. c. j. in fin.

[b] Ceciderit. Ita ſit ſeruus, ſicut prius: niſi ſit presbyter, uel diaconus: ut j. eadẽ, ex antiquis. Sed nunquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonem, ſi quis ſuadẽte. xvij. quæſt. quarta. Argu. quod non extra de foro competen. c. ij. & xvij. q. iiij. ca. ſi quis deinceps. Argu. contra ff. de decu. l. vj. Ad hoc dico, quod iſte in omnibus caret priuilegio clericali, præterquam in eo ſolo, quod non poteſt uerberari ſine ſacrilegio: quia illud priuilegiũ datum eſt clericis, nõ tãtum fauore ipſorũ, ſed etiam odio laicorum. Vnde in odium laicorũ utitur eo, ut extra de ſenten. excommu. c. contingit. & c. uniuerſitatis. Sed alias accuſari poteſt à bigamis, & iudicari à laicis: [1] licet ſecus ſit in clerico depoſito. lxxxj. diſt. c. dictum. & hoc ideo eſt, quia iſte fecit furtũ corporis ſui: ut C. de ſer. fugi. l. j. Item nunquid poteſt cõtrahere matrimonium? Non, quia noluit, quod fatere potuit. extra de cõuer. coniug. quidam. Ioan. Nõ credo excommunicatum, qui depoſitũ percutit: cum ſit priuatus omni dignitate & priuilegio, quod habebat. argu. ad hoc lxxxiiij. diſtinctio. ca-

[c] QVi ex. Religet. Hoc obtinet in ſeruis eccleſiæ tantum, ut propter ingratitudinem reuocentur in ſeruitutem: xij. quæſtione ſecunda. octaua. etiam ſi presbyter ſit. xij. quæſtione ſecunda. diaconi. ſed in laicis ſecus. Nam illi omne ius, quod habẽt in ſeruo, tenentur remittere. Vnde non poſſunt reuocare in ſeruitutem: nec tenet lex C. de epiſcopis & clericis. ſeruus. ubi habes, quod domino redditur ſeruus, ſi deſerit monaſteriũ, per id quod habes extra de condi. ap. cap. ij. ſed ſi uult tranſire ad aliud monaſterium, tũc diſtinguitur, ut extra de ſer. non ordi. eo libentius.

[d] QVicunq;. Nullum obſequium. Dicũt quidam, quod obſequium quod conſiſtit in non faciendo, ſcilicet de non uocando in ius, uel quod in reuerẽtia conſiſtit, ut de aſſurgendo, non poteſt patronus remittere: quia illud naturaliter debẽt: ut C. de bo. li. l. ult. C. de in ius uoc. l. ij. Sed hoc non eſt uerum, quia ſuper eo poteſt libertus tranſigere. ff. de cõdic. inde l. ſi nõ ſortem. §. ſi libertus. Et bene concedo, quod generali remiſſione non tollitur (ut ibi dicitur) ſpeciali [2] põt. Nec tenet, quod eſt extra de ſer. non ordi. c. nullus. Non enim in eo retineri poteſt aliquid iuris; licet ſit argu. contra j. ead. frequens in fin. Io. Vel melius dic, quod honeſta conditio fuit ibi appoſita: quã, quia non ſeruabat, degradari iubetur in illa decre. nullus. Bar.

[e] Ex clericis. quod tamen facere non poſſunt niſi probata cã ingratitudinis: ut xv. quæ. vij. epiſcopus:

Publice factis nemo cõtra dicere poteſt.

Seruus nõ canonice ordinatus, an gaudeat priuilẽgio clericali.

[1] Et eſt rõ: quia iſta priuilegia ei data ſunt: & in ſui fauorẽ quilibet renunciare põt, & quibus ſe fecit indignum. ar. C. de pac. l. ſi quis. Io. de Fant.

Serui ordinati poſſunt quoq; propter ingratitudinẽ in ſeruitutẽ reuocari.

Patronus quæ iura poteſt libertis remittere.

[2] Vt ff. de condit. & demõ. nõ nũquam. in fine.

ſcopus ſacerdotibus.

D E rebus. Cæterū. Hic agitur quid iuris ſit, ſi ſeruus ordinatur non adepta libertate. Vnde nota, quod ſi ſciente & contradicente domino ordinatur, reuocatur in ſeruitutem, etiam ſi ſacerdos factus ſit ſecundum quoſdam: licet Hugo hoc neget: ut infra eadem ca. quiſquis. Si ſciente & non contradicente domino in clerū fuerit ordinatus, ex hoc ipſe liber fit & ingenuus: ut infra eadem, ſi ſeruus. ij. Si autem domino neſciente diſtinguitur, aut epiſcopo ſciente, aut ignorāte. Si ſciente epiſcopo, uel eo, qui præſentat ipſum ordinetur, duplum reſtituet domino epiſcopus, uel præſentans. infra eadem. c. ſi ſeruus abſente. Si uero epiſcopo, & p̄ſentatore ignorante, tunc locum habet hoc ca. proximum, infra.

Serui ſine libertate ordinati, an ſint in ſeruitutē reuocādi.

a Infra e. proxi. de hoc extra de ſer. nō ordi. c. ij.

E X antiquis. Ante fuerint. Arg. conſtitutionem extendi ad præterita. 3 tertia quæſtione quarta. omnes. & x. quæſtion. j. ſic quidam. Argu. contra extra de conſtitu. cognoſcentes.

Adde, an & quādo id fiat, no. in l. iubemus. C. de teſtam. ubi uide no. ſaddi. c. ſi. de cōſti. tex. eſt & Bart. in l. leges. C. de legib.

c Religioſo priuilegio. Ergo uidetur, quod auferatur eis priuilegium clericale. de hoc argumen. lxxxiiij. diſtinction. capitulo, quiſquis.

3 De hoc no. ſ. ea. c. ij. Ad hoc facit ſ. 50. diſt. ut cōſtitueret. ſ princ. &c. accedens. Archi.

d Peculij. Sed nonne peculiū domini eſt. xiij. quæſtione ſecūda. illud. quæ ergo eſt hæc pœna? Dic peculij, id eſt, rerum, quas poſt ſacerdotium eſt lucratus: uel forte habuit uſum peculij, & ille auferetur ei.

Peculium ſerui.

Aut

Ex cōcilio Tole. lxxxij. c.

PALEA.

D E *ſeruorum ordinatiōe, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos p̄mouent̃ placuit omnib. cū ſacris canonibus cōcordare: et ſtatutum eſt ut nullus epōrum deinceps eos ad ſacros ordines p̄mouere p̄ſumat, niſi prius à proprijs dominis libertatē conſecuti fuerint: etſi qlibet ſeruus dominū̃ fugiens, aut per literas, aut adhibitis teſtibus munere conductis, uel corruptis: aut qualibet calliditate, uel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit, decrētū eſt, ut deponatur, et dominus eius eū recipiat. Si uerò auus, aut pater ab alia patria in aliā migrās, in eadem prouincia filium genuerit, et ipſe filius ibid. educatus eſt, et ad gradus eccleſiaſticos p̄motus fuerit, & utrum ſeruus ſit ignotū ſit, et poſtea ueniens dn̄s illius legibus eum acquiſierit, ſancitū eſt ut ſi dominus eius illi libertatem dare noluerit, in gradu ſuo permaneat. Si uerò cum catena ſeruitutis à caſtris dominicis abſtrahere uoluerit, gradū amittat: quia iuxta ſacros canones uilis p̄ſona manens ſacerdotij dignitate fungi non poteſt.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Sine patroni conſenſu nōn ordinetur, qui patrocinio cuiuſlibet eſt obligatus.

CAN. V.

S I quis obligatus fuerit tributo ſeruili, uel aliqua conditione, uel patrocinio cuiuslibet domus, non eſt ordinandus clericus, niſi probatæ uitæ fuerit: & patroni conſenſus acceſſerit.

Ex concilio Toletano, capitulo ſecūdo.

PALEA.

D *E rebus uerò illorū, uel peculio, qui à p̄prijs dominis libertate donant̃, ad gradus eccleſiaſticos p̄moueri debeant ſtatutum eſt, ut in poteſtate dominorū conſiſtat, quicquid ante libertatē habuerunt. utrū illis concedere, an ſibi retinere uoluerint. Cæterū ſi à dominis ſuis libertatē cōſecuti nō fuerint, & ad eccleſiaſticos ordines aliquo modo irrepſerint, p̄sbyter peculij amiſſione mulctēt: diaconus uerò factus, aut uicariū p ſe præſtabit aut in ſeruitutē reuocabit̃. Cæteri uerò gradus nō poſſunt quenquā à nexu ſeruitutis abſoluere.*

Vnde Gel. ſcribit Martino & Iuſto epi.

Seruus, ſi latenter irrepſerit ad ſacerdotium, peculij amiſſione mulctetur.

CAN. VI.

E X antiquis regulis & nouella ſynodali explanatione comprehēſum eſt, perſonas obnoxias ſeruituti, cingulo cæleſtis militiæ non præcingi: ſed neſcio utrùm ignorantia, aut uoluntate rapiamini: ita, ut ex hac cauſa nullus penè epiſcoporum uideatur extortis: ita enim nos frequens & plurimorum querela circunſtrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur conſtitutum. Actores ſiquidē illuſtris uiri filij noſtri Amandi grauiter conqueruntur homines ſuo iuri debitos alios iā in clericos, alios iā in diacones ordinatos: cum nō ſolùm poſt modernū conciliū (quod tantorum collectione pontificū ſub omnium ſaluberrimæ prouiſionis aſſenſu conſtat eſſe perfectum) huiuſcemodi perſonæ ſuſcipi non deberent: uerùm etiā ſi qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint b. ignorantia faciente ſuſcepti, eliminati prorſus, & exuti religioſo priuilegio, c. ad dominorū ſuorū poſſeſsiones iuſta debuerunt admonitione cōpelli. Et ideo fratres chariſsimi, eos, quos ſupradicti uiri actores in clericatus officio monſtrauerint detineri, diſcuſſos & obnoxios approbatos, cuſtodito legum tramite, ſine intermiſsione reſtituite: ita ut ſi quis iam ex his presbyter reperitur in eodem gradu, peculij d

Et antiquis.

Adde, an omiſſo dñi ſeruitio, poſſit religionē ingredi, not. in authenti. de mo. §. cū autē. co. j. in gloſ. in uerb. nec ſeruus. in ſum. xx. ix. q. ij.

[a] Aut uicarium. Sed unde dabit, cum nihil habeat? Sed dic quod ſuũ uidetur eſſe, quod inuenitur apud ipſum: & lucratur cõniuentibus oculis domini. ff. de ma. l. iij. Dominus enim recipiẽdo rem à ſeruo, ipſius uidetur approbare dationem: ut C. de condic. ob turpem cauſam. ſ. ulti. ſimiliter ſeruus reipublicæ cũ manumittitur, dabit uicariũ pro ſe: ut C. de ſeruis reipu. manumit. l. j.

sit fugitiuus. ff. de acquirenda poſſeſsione. l. ... quæ nobis. Sed quare non conuenit iſtos coram ſeculari iudice, cum ſeruus fugitiuus & gerens ſe pro libero remittendus ſit ad forum domini: licet alibi inueniatur? ut C. ubi & apud quem cauſa ſtatus l. j. Sed hoc facit priuilegium ordinis.

ſui amiſsione mulctatus maneat. Diaconus uerò aut uicarium [a] præſtet, aut ſi non habuerit, ipſe reddatur. Reliqua uerò officia ſciant neminé poſſe ab hac noxietate (ſi conuincitur) uendicari, quatenus hoc ordine cuſtodito, nec dominorum iura, nec priuilegia ulla ratione turbentur.

Itẽ Herculẽtio Stephano & Iuſto epiſcopis.

Seruus clericus factus, ſerui tuti obnoxius maneat.

CAN. VII.

Frequens equidem & aſsidua nos querela circunſtrepit de his pontificibus. qui nec antiquas regulas, nec decreta noſtra nouiter directa cogitãtes, obnoxias poſſeſsionibus obligatasq; perſonas uenientes ad clericale cingulum non refutãt. Nuper etenim rectores illuſtris fœminæ Placidæ petitorij oblatione conqueſti ſunt Sabinum Marcellianenſis, ſiue Cluſionatus urbis antiſtitem Antiochum ſeruum iuris patronæ ſuæ (abſentis dominæ occaſione captata) ad presbyterij honorem uſque perduxiſſe, eiuſque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decoraſſe. Et ideo fratres charisſimi inter ſupradictos actores, [b] & eos, qui extremæ conditionis repetuntur obiectu, cognitionem uobis noſtra authoritate deputamus: ut omni ueritate diſcuſſa, ſi re uera obiectã ſibi maculam iuſtæ refragationis non poterit ratione diluere: [c] Leontium clericum, quem gradus præfinitus legibus nõ defendit, ad ſequendam conditionis ſuæ neceſsitatem modis omnibus reddi [d] iubeatis. Antiochum uerò, quia per ſacerdotium reconciliari non poteſt, ſi in ſua eccleſia in hoc, in quo eſt honore collocare eum deſiderat domina: non uelut redditum ſibi habeat, ſed pro miniſteriorum celebratione ſuſceptum.

Idem Rufino & Aprili epiſcopis.

De eodem.

CAN. VIII.

Quis aut leges principum, [1] aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, niſi qui impunitum ſibi exiſtimat trãſire commiſſum? Actores ſiquidem filiæ noſtræ illuſtres & magnificæ fœminæ Maximæ petitorij nobis inſinuatione conqueſti ſunt Silueſtrum, atque Candidum originarios ſuos contra conſtitutiones, quæ ſupradictæ ſunt, & cõtradictione præeunte non legitimè à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo fratres charisſimi tantæ præuaricationis exceſſus noueritis ſagacius inquirendos: & ſi conſtiterit querelam ueritate fulciri, cõtinuò qui contradictione præeũte non legitimè ſunt creati, à ſacris officijs repellantur. [e]

Vicarium. Argu. quod quis dando uicariũ liberat ſe. ſic xxxvj. quæſt. j. capitu. de raptoribus. Sed quid ſi ad preſens non poteſt habere uicariũ: nũquid poſtea dando pretiũ liberat ſe? Satis credo quod ſic, argu. C. de patri. qui filios diſtr. l. ij.

[b] Frequens Actores. id eſt, procuratores. & ſic in cauſa liberali interuenit procurator, contra id, ſecunda, quæſt. ſexta. ſi quando. Sed ibi loquitur de eo, qui impetitur: hic de eo qui impetit. Hic habes, quod ciuiliter agitur, & tamẽ ad depoſitionem. ſic quadrageſima ſeptima diſtinctione, quoniam. Contra regulam illam ff. de mune. & hono. l. reſcripto. & extra de accuſa. qualiter. Sed hoc ideo eſt, quia aliter non poſſet reſtitui domino, niſi deponeretur.

Procurator in cauſa liberali interuenit.

[c] Diluere. Hic habes, quod incumbit onus probationis reo. cõtra id ſexta quæſtio. ultima capit. ultimo. Præterea ei, qui eſt in poſſeſsione libertatis, probatio incumbit. Sed dic quod non habet ideo cõmoda poſſeſſoris, quia uitioſe fuit in poſſeſſione: ut C. de probatio. l. ... eius. Vel dic, quod ideo probat, quia ſeruus non poteſt interuertere poſſeſſionem ſuam, licet

Probatio qñq; reo incumbit.

Poteſt dici quod nõ fuit diu in poſſeſsiõe libertatis, alias contradiceret. j. c. ſi ſeruus ſciẽte & intelligit de clerico ſeculari, ſecus de monacho: ut ibi not. ſecũdũ Pet.

[d] Reddi. Quæri cõſueuit, quare ſeruus alienus conſecratus domino redditur, & non res aliena cõſecrata: ut decimaquarta, quæſtione ultima. capitulo, cõperimus? Reſpondeo, quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. ſic ſeptima, quæſtio. prima. epiſcopus. Itẽ, quia ibi eſt conſecratio in ſuperficie, ſed in homine eſt in anima. & lex dicit, quod alia eſt ratio in homine, quam in alia re. ff. de legatis primo l. ſi domus. §. cũ alicui, in fine.

Reddi. bere.

Alias, tolli.

Conſecratio rei animatę & inaiatæ eſt diuerſa.

[e] Quis. Repellantur. Id eſt, reſtituantur ei. Et ſic habes hic, quod plus ualet, cõtradictio, quam abſentia, contra regulam extra de electione. capitulo, quod ſicut. [2] Itẽ habes hic, quod id quod poſt probabilem contradictionem factum eſt, caſſatur. Nunquid eodem modo eo ipſo, quod aliquid poſt probabilem appellationem factũ eſt, caſſandum eſt ſtatim? quod uidetur, ut ſecunda, quæſtione ſexta. capitu. quoties. in fine. Dico quod non, niſi probetur cauſa appellatiõis: ut extra de teſti. capitulo, ex parte Ade. extra de reſtitutione ſpol. ca. audita. cũ diſtinctione extra de appel. ca. interpoſita. uel dic, ut ibi. uel hoc eſt in optione petentis, quod malueric. ij. q. j. ca. in primis. Sed nonne eſt contrarium. j. eodem capitulo, ſi ſeruus, Ibi,

[redacted]

[2] Et c. bonæ me. ij. dicũt quidã iſtam regulã locum habere in his, quorũ preſentia, uel contradictio nõ poteſt tocũ quod agẽ cõfirmare uel ĩfirmare ſeu infringere. alias ſec?, ut hic. Archidia.

Ibi enim epiſcopus ſciens condemnatur in duplum Sed poteſt eſſe, quod epiſcopus condemnetur, & ſeruus reſtituatur, petat. nec in hoc facit fraudē, ut ff. de neg. geſ. at qui natura. §. cum me abſente. & de hoc inuenies xxxiij. quæſtione ij. ſi uero.

Idem eiſdem.

Nec ad religioſæ uitæ propoſitum, nec ad clericatus officiũ, ſerui ſine dominorum conſenſu admittantur.

CAN. IX.

Generalis querelę ēt uitāda præſumptio eſt, a qua propemodũ cauſantur uniuerſi paſsim ſeruos, & originarios a dominorum iura poſſeſſionemq; fugiētes ſub religioſæ conuerſationis obtentu, uel ad monaſteria ſeſe conferre uel ad eccleſiaſticum famulatũ conniuentibus quoq; pręſulibus indifferenter admitti: quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies: ne per Chriſtiani nominis inſtitutum, b aut aliena iura peruadi, aut publica uideatur diſciplina ſubuerti: præcipuè cùm nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcari dignitatē conueniat, cogaturq; pro ſtatu militantium ſibi, conditionēq; iurgari: c aut uideri (qđ ab ſit) obnoxia: quibus ſolicita competēter interdictione prohibitis, quiſquis epiſcopus, uel presbyter & diaconus, uel eorum, qui monaſterijs præeſſe noſcũtur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis, aut deinceps, uel eccleſiæ ſeruituti: d uel religionis congregationibus putauerit applicandas: niſi uoluntate forſitan dominorũ ſuorum ſubſcriptionis teſtimonio primitus abſolutas: uel legitima tranſactione e conceſſas, periculũ ſe proprij honoris non ambigant, communionisq; ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam uerax nõ q̃rela pulſauerit.

Magnis quippe ſtudijs ſecundũ beatum Petrum apoſtolũ præcauendum eſt, ne fides & diſciplina domini blaſphemetur. Idem: Nihil perire credimus eccleſiaſticis utilitatibus, ſi quæ ſunt aliena, f reddantur. g

Hoc tunc obſeruandũ eſt cũ dñs et ſeruus eiuſdem profeſsionis inueniũtur. Cæterùm ſi Iudęus h mancipiũ Chriſtianũ emerit, iudicis, uel epiſcopi authoritate, ēt eo inuito ad libertatē dēt perduci.

Vnde Grego. Libertino epiſcopo.

Ad libertatem perducantur mancipia Chriſtiana à Iudæis comparata.

CAN. X.

Mancipia Chriſtiana, i quęcũq; Iu

Originarij q. ſũt.

a Generalis querelæ. Et originarios. Originarij ſunt, qui ex aſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo: ut C. de agri. & cēſi. l. colonos. li. xj. & tales ſine gleba non poſſunt uendi, ut C. de agri. quemadmodum. nec uidetur eſſe differentia inter eos & ſeruos ut C. eod. ne diutius. Aſſcriptitij autē ſunt, qui p xxx. an. fuerunt in ſolo. C. e. cum ſatis. Io. Aſſcriptitij. n. duobus modis fiũt, aut præſcriptione, aut duplici cõfeſſione per ſcripturā bis factam: ut C. de agri. & cenſi. cũ ſcimus. Ber.

Aſſcriptitij duplici ter fiunt.

b Inſtitutum. i. ne fauore eccleſiæ aliqđ iniuſte ſtatuat: quia prætextu pietatis non eſt facięda impietas: ut xiiij. q. v. forte. & j. quæſ. j. non eſt puganda.

Facit ad hoc tex. i l. ij. C. de indic. uidui. l. meminerint.

c Iurgari. Id eſt, litigari.

d Seruituti. i. clericatui.

e Tranſactione. Et nõne hoc eſt ſimonia: ut quis ſe emat ut promoueatur, imo ut promotus maneat in ordine ut ſ. ead. ex antiquis? Sed dic quod hic non fit tranſactio ſuper ordine, ſed ſup libertate: uel ſuper ipſo ſeruo, & ſuper ſeruicio põt fieri tranſactio. xxxvj. q. j. de raptoribus. nec eſt magis ſimonia, quā ſi quis emeret terram, ut ibi ædificaret eccleſiam: ſed tamen ipſe ſeruus non poteſt tranſigere cum domino: ut C. de tranſact. interpoſitas.

Simonia utrum cõmittat, ſi quis emat ſeipſũ ut pmo ueatur.

f Aliena ſ. xij. q. ij. fraternitas. infra. xiiij. q. vj. ſi res aliena, propter quam.

g Reddantur. poſtquam ſcit eccleſia ea eſſe alterius. Sed pone, quod prælatus ſciat rem non eſſe eccleſiæ: nunquid ſtatim tenetur reſtituere? uidetur hic quod ſic, & extra de ſimo. per tuas. in fin. & extra de poſtu bonæ. ij. quia bonam fidē debet agnoſcere: ut ff. mãda. Quintus. Dico, 1 quod ſi diffidit de iure eccleſiæ, denunciabit illi, quem credit dominum: ut rem

Prælatus qđ debet facere de re, quām ſcit nõ eſſe eccleſiæ ſuæ.

1 Dico. ad hoc q̃ no.

h Iudæus. Diſtigue, aut ſeruus Iudæi eſt uernaculus, id eſt, ex propria ancilla natus, aut emptitius. Si eſt emptitius: aut emit eum antequā fuit chriſtian⁹: aut poſt. Item ſi emit eũ ante, aut emit eũ cauſa ſeruiēdi, aut cauſa mercimonij. Vernaculus, ſi uult fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertatē, nullo pretio dato: ut C. de epiſcopis & clericis. deo nobis. §. ulti. Si enim emptus ad ſeruiendum, ſine pretio liberatur, ſi uult fieri Chriſtianus: multo magis, qui natus ē ex ancilla propria ſine pretio liberatur, ſi uult fieri Chriſtianus. Dicit enim Gregorius p illo ſolo dandum pretium, qui cauſa mercimonij ē emptus, ut ſ. ead. fraternitatem. Si aũt eſt emptus poſtquam fuerit Chriſtianus, liber efficitur nullo ρcio dato: quia commercium Chriſtiani penitus eſt ei interdictum: ut ſ. eadem: mancipia. Si autē eſſet emptus, dum eſſet paganus: ſi cauſa ſeruitij eſt emptus, & uult fieri Chriſtianus, liber efficitur ſine precio: ut ſ. ea. fraternitatē. Si autem cauſa mercimonij eſt emptus, ſi eũ uenalem nõ exponit intra tres menſes, poſtea ſine omni precio liberat: qa præſumitur, quod ad ſeruiēdum eum emerit: ut ea. c. fraternitatem. Si autem intra tres mēſes eum exponit uenalem, & forte eum uendere non poteſt: ſi uult fieri Chriſtianus, liberatur relicto pretio duodecim ſolidorum, extra de Iudæ. c. j. Idē per omnia in ſeruis Paganorũ, licet Hug. dicat, quod ſi uernaculus Pagani fiat Chriſtianus, tenetur ſeruire dño ſuo, 1 ſecũdũ illud Apoſtoli: Quicunq; ſerui ſunt ſub iugo infideliũ, dños ſuos oi honore dignos arbitrent. Et alibi: Serui ſubditi eſtote dñis, &c. Et ſecundũ hoc põt paganus eſſe dñs chriſtiani, ſed non fieri.

Petr. Ancha. repe. c. peccati uenia. de reg. iur. in vj.

Serui Iudæorũ ſi uolunt baptizari, an eripiātur ſtat im in libertatem.

1 Vñ dicit illud eſſe in uernaculis Iudæorũ p eorum pfidiam, & magis ſuſpectā eorũ cohabitationē. Sed, ut ρdictũ eſt, idē dicendum eſt ī utriſq; C. de epiſ. & cleri. Deo nobis. qa hodie pagani fere oēs iudaizant, diſcernēdo cibos, & alios rit⁹ exercēdo, ſecũdum Lauren.

i Mancipia Chriſtiana ante emptionem.

dæum comparaſſe patuerit, ad libertatẽ [a] iuxta legum præcepta ſine omni ambiguitate perducite: [b] ne (quod abſit) religio Chriſtiana Iudæis ſubiecta polluatur.

Item ex concilio Toletano quarto.

Officia publica Iudæis non ſunt committenda.

CAN. XI.

NVlla officia [c] publica Iudæis iniungantur, per quæ eis occaſio [d] tribuatur pœnam Chriſtianis inferre. Si uerò Chriſtiani ab eis in Iudaiſmo † ritu ſunt maculati, uel etiam circuncisi, non reddito [e] pretio ad libertatem & religionẽ redeant Chriſtianam.

De his autem, qui ĩ infidelitate empti, ad gratiã baptiſmi uenire deſiderãt, qd fieri debeat, Greg. Papa ſcribit Fortunato Neapolitano epiſcopo.

In libertatem uendicentur ſerui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt.

CAN. XII.

FRaternitatem ueſtrã primò oportet eſſe ſolicitam ſi de Iudæorum ſeruitio non ſolùm Iudæus, ſed etiam quiſquam paganorum fieri uoluerit Chriſtianus, poſtquam uoluntas eius fuerit patefacta: ne hunc ſub quolibet ingenio, uel argumento cuipiam Iudæorum uendendi facultas ſit: ſed is, qui ad Chriſtianam conuerti fidem deſiderat, defenſione ueſtra in libertatẽ modis omnibus uendicetur. Hi uerò, quos huiuſmodi oportet ſeruos amittere, ne forſitan utilitates ſuas irrationabiliter exiſtiment impediri, ſolicita uos hoc cõuenit conſideratione ſeruare, ut ſi paganos, quos mercimonij cauſa de extraneis finibus emerint, intra tres menſes dum emptor, [f] cui uenditi fuerint, [f] non inuenitur, fugere ad eccleſiam fortè cõtingit, & uelle ſe dixerit fieri Chriſtianos: uel extra eccleſiã hanc talem uoluntatẽ prodiderint: pretium eorum ibi à Chriſtiano emptore percipiant. [g] Si autem poſt præfinitos tres menſes quiſquam huiuſmodi ſeruorum Iudæorum uel le ſuũ dixerit, & fieri uoluerit Chriſtianus: nec aliquis eum poſtmodum emerit, [h] nec dominus qualibet occaſionis ſpecie hunc audeat uenũdare, ſed ad libertatis proculdubio præmia perducatur: quia hunc nõ ad uẽdendum, ſed ad ſibi ſeruiẽdũ dicitur [i] cõparaſſe.

Idem Ianuario Carolitano epiſcopo.

PALEA.

SI qlibet Iudæorũ ſeruus ad uenerabiliora loca fidei cã confugerit, nullatenus eum patiamini præiudicium ſuſtinere: ſed ſiue olim Chriſtianus, ſiue nunc fuerit baptizatus ſine ullo Chriſtianorum pauperum damno religioſo eccleſiaſticæ pietatis patrocinio modis oĩbus defendatur.

Itẽ ex cõcilio Toletano.

PALEA.

ET ſi Iudæorum ſerui in eccleſijs conuerſi ad Chriſti gratiam conuolauerint, libertati donentur.

Ex concilio Maticen. decimoſexto.

---

[a] Ad libertatem: xvij. q. iiij. Iudæi q cõtra. [1] Sed hic de eo agitur, quem conſtat eſſe Chriſtianum: ibi de eo, qui mẽtitur ſe eſſe Chriſtianũ, ut euadat iugũ ſeruitutis.

[1] Ad idẽ eſt tex. in l. fi. & ibi Bar. & p totum. C. de Iudæ.

[b] Perducite. id eſt perductos oſtendite: qa ſtatim liber eſt. extra dẽ Iudæis. cap. ij. tamen coloni poſſunt eſſe Iudæorum, ut ibi dicitur. ſed nunquid Chriſtianus poteſt emere Iudæũ mancipium? Sic, tamen ut cum illo nõ moretur, ut xxviij. quæſt. j. ſæpe. & capitu. nullus. Ioan.

[c] NVlla officia. j. xvij. quæ. iiij. conſtituit.

† Iudaico

[d] Occaſio. Argu. quod nemo cogitur ſibi eligere exoſum: ut lxiij. diſtin. ca. ult. Io. ar. liiij. diſtinctio. c. j.

[e] Non reddito. ſecundum legem decapitatur. C. ne Iudæus Chriſtianũ man. l. unica.

De his autem. Supra oſtenſum eſt quid fieri debeat de ſeruis Chriſtianis, quos Iudæi emerunt. Nunc oſtẽdit quid iuris ſit de ſeruis infidelibus, & emptis ab eis. Et de hoc ſcribit Grego. Fortunato Neapolitano epiſcopo.

FRaternitatẽ. [f] Venditi fuerint. id eſt, debent uendi: & tunc cum emptor non inuenit, non perdit ſerui pretium argu. decimaſexta, quæſtio tertia. placuit. uel forte uenditi fuerãt, ſed emptor abſentauit ſe aliqua de cauſa.

ADDITIO.

Et tũc dic emptor, ſcilicet Iudæus, q eos emerat.

[g] Percipiant. Datis duodecim ſolidis pro meliori mãcipio, ut extra de Iudæis. capitu. primo. Sed quid ſi nemo ipſum uult redimere? quærat pretium oſtiatim: ut ff. dẽ manu. l. iij. aut ſeruiat quinque annis. C. de ca. l. ult. & xxxvj. q. j. de raptoribus.

[g] Percipiant. Sic ergo aliquis cogitur uendere rem ſuam: ut decimaquarta, quæſtione ſexta cõperimus.

Vendere qñq; quis cogit rẽ ſuam.

[h] Emerit. Id eſt emet. ſic quandoq; ponitur futurũ pro præterito, ut ſexageſimatertia diſt. noſſe. ibi ponitur fore peruẽtum, pro perueniſſe. ſic ff. de uerborum ſignifica. uerbum erit, & ff. de leg. tertio. hæreſiam. & ſupra diſtinctione quinquageſima. ponderet.

[i] Dicitur. Id eſt, præſumitur. & hæc eſt præſumptio iuris. & dicunt quidam quod contra hanc præſumptionem non admittitur probatio: [2] cũ hic non tãtum præſumat, ſed etiã ſtatuat ius: ut extra de reg. uidua extra de condi. ap. per tuas. Et iſtud concedo, quod ubicũq; non tantum præſumit ius, ſed etiam aliquid certi ſtatuit, quod non admittatur probatio in contrarium: licet H. contrarium dicat, ut xxvij. q. j. nec aliqua. & xxxv. quæſt. iij. extraordinaria. j. xvij. q. iiij. in uenditionibus. Io. Ego credo quod ſemper admittitur probatio in contrarium, niſi ius ſtatuat, quod non admittatur, ut j. xvij. q. iiij. in uenditionibus. De hoc habes l. diſtinctio. ferrum. B.

Probatio an admittatur contra pſumptionem.

[2] Ad idem & quãdo cõtra præſumptionẽ iuris & de iure admittatur probatio, uel nõ, not. in authẽ. ſed iã neceſſe. C. de donã. ante nup. gl. in l. iuregentiũ. §. quod ſere. ff. de pactis.

Si ſer-

PALEA.

PRæſenti cōcilio Deo authore ſancimus, ut nullum Chriſtianum mancipium Iudæo deinceps ſeruiat: ſed datis pro quolibet bono mancipio duodecim ſolidis ipſum mācipium quicunq; Chriſtianorum ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium licentiā habeat redimendi. Et ſi Chriſtianus fieri deſiderat, & non permittitur, ſimiliter faciat: quia nefas eſt, quem Chriſtus dominus ſanguinis ſui effuſione redemit blaſphemum Chriſtianæ religionis uinculis tenere. Quod ſi acquieſcere ſtatutis noſtris quicunq; Iudæus noluerit, quandiu ad pecuniam conſtitutam uenire diſtulerit, liceat mancipiū ipſū cū Chriſtianis ubicūq; uoluerit, habitare.

Item ex concilio Aurelianenſi.

De eodem.

CAN. XIII.

SI ſeruus abſēte[a] domino, aut neſciente, ep̄o tamen ſciente ꝙ ſeruus ſit, aut presbyter aut diaconus ordinatus fuerit, ipſo in clericatus officio[b] permanēte, ep̄s cū domino ſuo cū duplici ſatiſfactione recōpenſet[c]. Si uerò ep̄s eū ſeruum neſcierit qui teſtimoniū perhibēt, aut ſupplicauerit[d] eū ordinari, ſimili redhibitiōe teneātur[e] obnoxij.

Item Leo Imperator omnibus epiſcopis.

Conſtitutio noua. †

De eodem.

CAN. XIIII.

SI ſeruus ſciēte[f] & non contradicēte domino ſuo, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipſo liber & ingenuus erit. Sed ſi ignorante domino, licet ei intra ſpatiū uni⁹[g] anni, & ſeruilē[h] fortunā probare, & ſeruū ſuū[i] accipere: uerū etiā ſi legitimo probato expimento monachus efficiatur, euadit iugū ſeruitutis. Debēt .n. per triennium[k] antequam monachi efficiātur, in monaſterio permanere poſtea uerò ſi monachi effecti fuerint, liberi efficiūtur. Epiſcopalis[l] enim ordo liberat à fortuna ſeruili, & adſcriptitia, ſed nō à curiali[m] ſiue officiali: nam & poſt ordinationem durat. Sed & ius patriæ poteſtatis ſoluit epiſcopalis dignitas. Adſcriptitios uero in ipſis poſſeſſionibus clericos etiā præter uoluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen ut clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant.[n]

Item Leo Papa omnibus epiſcopis.

CAN. XV.

ADmittuntur paſsim ad ſacrum ordinem, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur: & qui à dominis ſuis conſequi libertatem minime potuerunt. ad faſtigium ſacerdotij (tanquam ſeruilis uilitas hunc honorem capiat) prouehuntur. Ab his itaque fratres chariſſimi omnes ueſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes: & non tantum ab his, ſed etiā ab alijs originarijs[o]

[a] SI ſeruus. Abſente. Videtur enim epiſcop⁹ tūc cum eo diſpenſaſſe ſ. xxviij. diſt. diaconi. Et eſt ar. ad hoc, ꝙ epiſcopus diſpēſat ipſo facto circa notum: ut dixi lj. di. qui in aliquo.

[b] Officio. De diſpenſatione fauore libertatis. deberet enim deponi: quia furtū cōmiſit corporis ſui: ut C. de ſer. fugi. l. j. Sed qđ ſi iſti non habent unde ſoluant: tunc dico iſtum reddendum domino: ut ſ. e. ex antiquis. arg. ff. de eo per quē factum eſt l. ult.

Furtū ſui ipſius qs committit.

[c] Recompenſet. i. ſi habet proprium. alioquin nō: quia delictum perſonæ, &c. ut xvj. q. vj. ſi epiſcopus. extra de appel. reprehenſibilis.

[d] Supplicauerint. Et ſic patet, quod nō ſemper deponitur ordinat⁹, q occultat crimē ſuū quod eſt contra H. ut dixi l. di. ex pœnitentibus.

[e] Teneantur obnoxij. Item patet hic quod epiſcopus non tenetur prouidere ordinato: cum alter cum examinat: ut ſ. xxiiij. diſtin. quando.

[f] SI ſeruus ſciente. Argumentum de taciturnitate extrà de ijs q̄ ſiunt à præla. ca. ij. & dixi xxvij. diſtin. diaconus. & xxviij. diſt. diaconi.

[g] Id eſt, defectum quia ſeruitus nō eſt crimē, ſed eſt defect⁹ ſed ordinand⁹ peccat, non manifeſtādo defectū. vñ ſi bñ inſpicias, non eſt cōtra. Hugo.

Ordinato quādo nō tenet epiſcopus ꝓuidere.

[g] Alias tacens habetur pro cōtumace. ſ. lxv. diſ. c. ulti. in gl. ult.

Vnius. Sed qualiter hoc ſtare poteſt in presbytero uel diacono. nā epiſcopus debet ſeruare interſtitia tēporū, quæ ſunt ſ. lxxvij. diſt. in ſingulis ſed ſi obſeruauit, conſtat ꝙ plus ſtetit. quā per annū. Reſpon. dicūt quidam, quod iſte fuit ordinatus ſine examinatione, & non obſeruatis interſtitijs. Vel dic quod erat grandæuus, unde uſq; ad annum potuit promoueri in diaconē: ut lxxvij. diſtinct. monachus. Vel dic, quod annus iſte incipiat non à tempore ordinationis: ſed à tēpore ſcientiæ. arg. xvij. qō. ij. ſi quis incognitus.

Epiſcop⁹ inter ordinandū debet obſeruare interſtitia temporum.

[1] In aut. de ſan. ſiſſ. ep̄is. §. ſi ſeru⁹.

[h] Seruilem. Plus enim ualet ordo, quam ſcientia & militia: ut ff. de libe. cau. qui de libertate. in fi.

Ordo præfertur ſciētiæ & militiæ.

[i] Seruum ſuum. cum diſtinctione ſ. eo. ex antiquis.

[k] Per triennium. Ad monachatum datur trienniū, ad clericatum annus: quia clerici ſunt in publico, & monachi latent.

Monachi latent.

[l] Epiſcopalis. Et etiā ſacerdotalis, ut ſupra, eadem. ex antiquis.

[m] Sed nō à curiali. Quidam dicunt illa uerba non eſſe in ipſa lege: & uerum eſt, quod in illa nō ponūtur, ſed alibi: ut in authentic. de ſanct. epiſcopis. §. ſed hoc quidē. colla. ix. ſed ſecūdum hæc iura canonica hoc nō tenet: quia cum ordo liberat à ſeruili fortuna multo fortius à curiali ſoluit epiſcopalis dignitas. Quæ autem dignitas liberat à poteſtate patria, habes in authenti. conſtitutio, quæ de dig. colla. vj. & C. de decu. l. ult. lib. x. & in authen. ut ordinariæ præfect. col. v.

[3] Et ideo ſubijcit. c. ſequēs qđ hoc corrigit. Io. de Fant.

[n] Adimpleant. Hoc non tenet: ut ſ. eo. quicunq;.[3]

[o] ADmittuntur. Originarijs. tales enim liberi ſunt. ut C. de agri. l. diffinimus. libr. undecimo. & l. ne diutius, & extra de Iudæ. c. ij.[4] Io. De

[4] Ad ordines tamē nō admittentur ſine licētia dñorū, ut hic. Nec tenet qđ legi. & notat ſ. c. ꝓxi. in fin. Nā illud hic corrigitur. Io. de Fant.

De ſeruis. CASVS. *Hic mouet Gratianus quandam quæſtionem, an ſerui monaſterij poßint ordinari, & probat ſophiſtice, quod non poſſunt: quia ſerui eccleſiarũ promoueri nõ poſſunt, niſi ab epiſcopis ſuis libertatẽ conſequãtur. Sed ſerui monaſterij libertatẽ conſequi nõ poſſunt: ergo ad clericatũ promoueri nõ poſſunt. Et quòd nõ poſſunt cõſequi libertatem, probatur ſequẽti capit. cuius caſus patet, & per te uidebis.*

uel qui alicui conditioni obligati ſunt, uolumus temperari, niſi forte eorum petitio, aut uoluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos uendicant poteſtatis.

4 *De ſeruis monaſterij, quæritur, an eccleſiaſticis officijs poßint aggregari an nõ. Sed famuli eccleſiarum nõ ſunt ordinandi, ſicut ſupradictũ eſt, niſi à proprijs epiſcopis libertatem conſequãtur. Porro ſeruus monaſterij libertatẽ cõſequi nõ ualet: nõ ergo ad clericatũ ſibi accedere licet. Quod autem liber fieri nõ poßit, probat authoritate octauæ ſynodi, in qua ſic ſtatutũ legit.*

Monaſterij ſeruum Abbati, uel monacho non licet liberũ facere.

CAN. XVI.

ABbati, uel monacho monaſterij ſeruum non licebit facere liberũ. [a] Qui. n. nihil proprium [b] habet, libertatem rei alienæ dare non poteſt. Nam & ſicut ſeculi leges ſanxerunt, non poteſt poſſeſsio alienari, [c] niſi à proprio [d] domino.

Hac autem authoritate probibentur ſerui adipiſci libertatẽ recedendi ab obſequio monaſterij, ſed nõ prohibentur nãciſci libertatẽ promouẽdi ad ſacros ordines. Poteſt. n. in ſacris ordinibus conſtitutus monaſterij obſequio perpetuò deſeruire: ac ſi ſeruus monaſterij et libertatẽ adipiſci, & ſacris officijs aſſociari ualet. vnde in alio capitulo [e] præfatæ cõſtitutiõis hęc cauſa redditur. Iniuſtũ. n. eſt, ut monachis rurale opus faciẽtibus, ſerui eorũ otio torpeant, ac delicijs affluãt.

Quòd autem ſerui eccleſiarũ (quo nomine etiã monaſterij ſeruos ſignificari ĩtelligimus) ad ſacræ religionis propoſitũ debeãt aſſumi, authoritate Gregorij probatur, qui in generali ſynodo reſidẽs dixit:

Si conuerſationis probata fuerit famulus eccleſiæ, poteſt ordinari.

CAN. XVII.

MVltos de eccleſiaſtica familia nouimus ad omnipotẽtis ſeruitiũ feſtinare: ut ab humana ſeruitute liberi in diuino ſeruitio ualeãt in monaſterijs cõuerſari. Quod ſi paſsim admittimus, omnibus fugiẽdi eccleſiaſtici iuris dominiũ occaſionẽ præbemus. Si uero feſtinantes ad omnipotẽtis ſeruitium incautè retinemus, illi inueniũtur negare [f] quædam, qui dedit oĩa: [g] unde neceſſe eſt, ut ſi quis ex uiris eccleſiaſticis, uel ſecularis militiæ [h] ſeruitute ad Dei ſeruitiũ cõuerti deſiderat, probetur prius in laicali habitu conſtitutus, & ſi mores eius atq; conuerſatio bono deſiderio illius teſtimonium ferunt, abſque ulla retractatione in mo-

[a] Abbati. Liberum. quia ſi manumittitur ſeruus eccleſiæ, duo dabuntur loco illius: ut xij. q. ij. epiſcopus. Sed abbas nihil habet proprij: ut xij. quæſtio. j. non dicatis. unde non poteſt facere hanc recompenſationem.

Abbas nihil proprij habet.

[b] Proprium. Quia nemo poteſt pluſiuris in alium, &c. ut extra de do. inter ui. & uxo. nuper. & ff. de regu. iur. nemo j. q. vij. Daibertum. ſed fallit extra de elect. ſuffraganeis. ff. de acqui. re. do. non eſt nouum. [1]

[c] Alienari. xj. q. tertia. ſi quis à proprio. niſi in caſibus: ut ff. de pigno. actio l. ſi conueneri t. & inſtitu. qui. ali. non li. §. primo, & finali. de uſufruct. leg. quod noſtrum.

[1] De hoc extra de iure patr. cura. ibi uideas.

[d] Proprio. Si. ex e ta de iure patronatus. quod autem.

[e] In alio capitulo. j. xvij. quæſtione quarta. in uenditionibus.

MVltos. CASVS. *Quæſitum fuit ab Auguſtino, an ſerui eccleſiarum uel ſecularium uirorum, ſi uelint fieri monachi, ſint indifferẽter admittendi. Et reſpondet quod non: quia ſi indifferenter eos admittimus, damus eis occaſionem fugiendi dominos ſuos ſe ad eccleſiam transferendo. Si autem differenter repellantur, Deo negamus quadam id eſt, eos, qui hoc petunt propter Deum, qui dedit omnia: & ideo prius in laicali habitu diligenter congruo tempore probati, ſi eorum uita inueniatur honeſta, monachi fiant. Et ſi poſtea irreprehenſibiliter uixerint, poterunt ad ſacros ordines promoueri, per temporum interualla: dummodo non ſint illis criminibus maculati, quæ lege ueteri morte puniebantur. Quod poſtea ſequitur uſq; ad diſt. plenum eſt.*

[f] Negare. Ex hoc uidetur quod ſerui eccleſiarũ ſecundum præſcriptum modum probati impediri non poſſunt, ſi uelint promoueri: cum opus ſit pietatis manumittere ſeruos. duodecima, quæſt. ſecũda, cum redemptor. Sed dic quod Gregor. non dat poteſtatem hic ſeruis conuertendi, [1] & ſe ſubtrahendi: ſed prælatos inſtruit, ut non aliter manumittãt, quàm probatione adhibita. Vel dic, quod loquitur de iam manumiſsis. [1] ut etiam tales indiſtinctè non ſint recipiendi, niſi probentur per triennium in laicali habitu.

Seruos manumittere eſt opus miſericordia.

[1] Aliàs transferẽdi.

[1] Ita intelligit Laur.

[g] Omnia. Et ita non debemus omnes refutare, nec etiam omnes admittere: & ſic media uia tenẽda eſt: ut xlv. diſtinctio. diſciplina. ff. de offic. proconſu. l. ſolent.

Media uia eſt tenenda.

[h] Militiæ. Non obſt. xix. quæſtio. iij monaſterijs. & dixi. liij. diſtinc. legem.

Morte.

a Morte. Non tamen omnia, nec ſola, quæ tunc puniebantur morte, ı hodie repellunt à promotione: quia furtum & ſimplex fornicatio non puniebantur morte. ut xxxvj. quæſti. ij. denique. & in alijs multis ut xxij. quæſtio. ij. ſi quis per uetus, hæc tamen hic repellunt à promotione. xlix. diſtinc. hinc etenim.

ı De furto probatur de conſecra. diſ. 4. diſcipulos. & extra de furtis. ſi quis. Hodie iſta pprie ſumendo repellunt à promotione. 81. diſtin. ca. j.

b Prohibendum eſt. Fuerint. id eſt, uixerint, uel etiam eorum hæredes, ut C. de liberis, & eorum liber. libertinæ. Filius tamen liberti poteſt, ut ff. de obſequijs libertorum. hæres. C. de operis libertorum. quod ex liberta. Secus tamen eſt in libertis eccleſiarum: ut ĩ. eo. qui ex famulis. quia eorum domina, ſcilicet eccleſia nũquã moritur, ut xij. q. ij. liberti.

Eccleſia nunquam moritur.

Corpore. Hæc diſtinc. diuiditur in duas partes. Et principaliter in hac diſtinc. tractat quòd corpore uitiati, ſcilicet impotentes, uel magnis membris, & apparentibus, unde deformarẽtur, uel minoribus per culpã ſuam, promouendi non ſunt. Si autem à barbaris, uel à dominis, uel ab inimicis ſecti fuiſſent, uel à medicis, uel caſu, poſſent promoueri. & hoc probat in prima parte per xij. authoritates ſanctorum. Secunda ibi, Hoc autem. Ioan. de Fant.

f Corpore uero uitiati. Hic agitur de corpore uitiatis, & quæ pœna debeatur ordinatoribus talium. Notandum, quod ſponte uitiati in quocunque membro repelluntur à promotione, & deijciuntur iam promoti: ut ĩ. ea. pœnitentes. ſunt enim ſui homicidæ. ĩ. ead. ſi quis. & cap. qui partem. Si autem caſu uitiati ſunt corpore, ſcili-

naſterio omnipotenti domino ſeruire permittatur ut ab humano ſeruitio liber recedat, qui diuino amore diſtrictiorem appetit ſubire ſeruitutem. Si autem & in monachali habitu ſecundum patrum regulas irreprehẽſibiliter conuerſatus fuerit, poſt præfixa à ſacris canonibus tempora iã ad quodlibet eccleſiaſticum officium prouehatur: ſi tamẽ illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in ueteri teſtamento morte a mulctantur.

Ecce quãdo ſerui ad clericatũ aſſumi ualeant, uel quando non admittãtur. Liberti quoque non ſunt promouẽdi ad clerum, niſi ab obſequijs ſui patroni fuerint abſoluti.

Unde in concilio Elibertano.

Abſque patroni aſſenſu, liberti non promoueantur ad clerum.

CAN. XVIII.

PRohibendum eſt, ut liberti, quorum patroni in ſeculo fuerint, b ad clerum non promoueantur.

DISTINC. LV.

f g Corpore uerò uitiati similiter à ſacris officijs prohibentur.

Unde Gelaſius papa ſcribit dicens.

Qui de monaſterialibus diſciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis, ante acta eius uita examinetur.

CAN. I.

PRiſcis igitur pro ſua reuerentia manentibus inſtitutis (quæ quidẽ ubi nulla rerum, uel temporum urget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodiri) quia eatenus eccleſiæ, uel cunctis, uel ſufficientibus d priuatæ ſunt miniſtris, ut plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere non ualeant, concedimus, ut ſi quis monaſterialibus e diſciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiã de laicis, ante acta eius uita requiratur: Ne ſit aliquo facinore infectus, uel illiteratus, uel bigamus, uel ab adoleſcentia ſordidatus, uel corpore uitiatus, uel ſeruilis, uel originariæ conditionis, uel curiæ, uel publicarum rerũ nexibus implicatus, uel publica pœnitentia notatus, uel nulla congruentis temporis expectatione diſcuſſus.

Item ex concilio Arelatenſi tertio.

Annua ſuſpenſioni ſubiaceat, qui præter canonum formam aliquem ordinat.

CAN. II.

NUllus pœnitentem, nullus bigamũ, nullus uiduarum maritum in prædictis honoribus audeat ordinare: & licet hoc iam omnium propè canonum inſtituta contineant, tamen ne cuiquã ſacerdotum ſupplicantiũ (ſicut iam ſuprà diximus) importunitas, uel ſuggeſtio iniqua ſubrepat, ne-

cet: ab hoſtibus inuiti, uel propter ægritudinem uoluntarij, ſiue à ſe, ſiue à medicis, nõ obeſt eis. infra ca. ſi quis à medicis. Si autem alias ſunt uitiati, aut ipſi inſiſtebant operi licito, aut operi illicito. Si illicito repelluntur, ſi licito, & ſunt uitiati in minimis membris, ſiue occultis, non repelluntur à promotione: ut ĩ. ead. qui partem. & cap. eunuchus. Sed ſi in magnis. & manifeſtis, non promouentur, ut ĩ. ea. ſi Euangelica. Si ergo aliqs in principalibus mẽbris ſcilicet ĩ oculo uel manu habet enorme uitium, nõ promouet, ſecus ſi modicum, & quod nõ generat ſcandalũ, ut extra de cleri. ægro, uel debili. ca. presbyterum. extra de corpo. uitiat. ca. j. & iij. ı Ioan.

d PRiſcis. Vel ſufficiẽtibus, Vbi enim non eſt copia aliorum, bene aſſumuntur minus legitimi: ut ff. de decur. generaliter. §. penult. Sic alias in defectũ probationum admittitur min⁹ idoneus teſtis: ut iiij. quæſt. iij. ca. ſi teſtes. §. itẽ ſerui. xiiij. q. ij. c. ij.

ı Et cap. ult. ubi de hoc. & in præced. c. presbyterorũ. Arc. Legitimis deficientibus aſſumũtur minus legitimi.

e Monaſterialibus. Hic uidetur, quod monachi nõ poſſunt eſſe prælati eccleſiarum ſecularium, niſi ex diſpenſatione. extra de capel. mona. ca. in eccleſijs. extra de ſtatu. mona. ca. ij. Hug. dicit, quod de iure poſſunt, dũ tamen habeant & abbatis & epiſcopi conſenſum. xvj. quæſtio. j. cum pro utilitate. & ca. doctos. De regularibus habes, quod licite poſſunt, ut extra de ſtatu mona. capi. quod Dei ſo. credo, quod de iure communi poſſunt promoueri, ſi poſſunt ſecum habere ſocium ſui ordinis, ut extra eo. ti. monachi. ı .B. de hoc ad plenum xvj. q. j. ĩ ſum.

ı Et iſta fuit ſententia T. & Gofr. Dicũt enim quod in iſta decretali monachi. cõtinetur ius cõe & ex diſpenſatione tamẽ ẽpi cũ cõſẽſu abbatis, poteſt monachus pfici eccleſię parochiali. xvj. q. j. in parochia. ca. doctos. cũ pro utilitate. c. ſi monach⁹. Et hoc de pauperib⁹ dicũt ſtel ligi. Arc.

N Vllus.

a Seue.

ceſſe fuit, ut nunc ſeueriorem [a] regulã ſibi uelint domini ſacerdotes imponere. Et ideo quicũque ab hac die contra ea, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, clericum ordinare præſumpſerit, ab ea die qua hoc ei potuerit approbari, anno [b] integro miſſas non præſumat celebrare. Quam rem ſi qs obſeruare noluerit, & cõtra ſtatuta fratrum faciẽs, miſſas celebrare præſumpſerit, eccleſiæ communione priuetur, & ab omniũ fratrum communione nouerit ſe alienum: quia dignum eſt, ut ſeueritatẽ eccleſiaſticæ diſciplinæ ſentiat, qui ſalubriter à ſanctis patribus inſtituta obſeruare contemnit.

Item Hilarius Papa.

Non ordinẽtur pœnitentes, uel illiterati.

CAN. III.

POenitẽtes, † uel inſcij literarũ, aut aliqua membrorum damna perpeſſi, ad ſacros ordines aſpirare non audeant. Quiſquis autem talium conſecrator extiterit; factum ſuum ipſe diſſoluet. [c]

Corpore autem uitiati intelliguntur, nõ caſu, ſed propria uolũtate abſciſſi. Vnde in canonibus Apoſtolorum legitur.

Qui ſemetipſum aſciderit, non ordinetur.

CAN. IIII.

SI qs abſciderit [d] ſemetipſum, id eſt, ſi qs amputauerit ſibi uirilia, non fiat clericus [e] quia ſui eſt homicida, [f] & Dei conditioni inimicus. Si quis cum clericus fuerit, abſciderit ſemetipsũ, omnino damnetur, quia ſui homicida eſt.

Item ex concilio Arelatenſi ſecundo.

Non producantur ad clerũ, qui ſeipſos abſcindunt.

CAN. V.

HI, qui ſe carnali uitio [g] repugnare neſcientes abſcindunt, ad clerũ pervenire nõ poſſunt.

Item Innocentius ſcribit Felici Maceriano epiſcopo.

Non eſt ordinãdus, qui partẽ digiti uolens ſibi abſcidit.

CAN. VI.

QVi partem cuiuslibet digiti [h] ſibijpſi uolens abſcidit, hunc ad clerum canones non admittũt. Cui uero caſu aliquo contigerit, dum operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte percutit: hos canones præcipiũt [i] & clericos fieri: & ſi in clero reperti fuerint, nõ abijci. † In illis enim uolũtas eſt uindicanda, quæ ſibi cauſa fuit ferrum inijcere. in iſtis autẽ caſus [k] ueniam meruit.

Similiter [l] *uero intelligendum eſt de ijs, qui per languorem à medicis ſecantur, aut à Barbaris abſcinduntur, aut à dominis caſtrantur.*

Vnde in Niceno concilio legitur.

Qui per languorẽ à medicis deſecatur ad clerum ualet admitti.

---

a Seueriorem. Et nonne ſeuerior fuit illa conſtitutio, quæ priuat tales poteſtate ordinandi, ut xxxvj. diſt. qui eccleſiaſticis? [1] ſic, & hic adijcitur alia pœna.

b Anno. Not. hic annum cõputari à tempore ſcientiæ: ut xvij. q. ij. ſi quis incognitus. ij. q. vj. c. biduum. q.d ſi annus ſit biſſextilis, in quo aliquis ſuſpenſus eſt, nũquid ſufficit abſtinere ccclxv. diebus? [2] nõ uidet: quia illi duo dies habentur pro uno: [3] ut extra de uerb. ſig. quæſiuit. ſed nõ eſt ita, ut ff. de ſta. lib. cum hæres. §. Stichus. quia hoc ca. loquitur de uitiatis in anima, [4] & quãtum ad hoc facit ad propoſitum magiſtri.

c POenitentes. Diſſoluet. Arg. aliquem uenire cõtra factũ propriũ. ſimile. xxxv. q. ix. quod qs. xij. q. j. certe. [5] extra de elec. noſti. Arg. contra de cle. coniug. diuerſis fallacijs. extra de conceſ. præben. cum ſuper quæſtione. extra de fil. presbyt. ueniẽs. Vel dic, q ipſe dicitur diſſoluere, quia ob ignominiam ſui diſſoluitur. ſic lxx. diſt. neminem. & xxj. q. ij. c. j. cum enim ipſe ob hoc ſit dignus depoſitione, ipſemet non diſſoluet. Ioan. Sol. de iure cõmuni non poteſt aliquis uenire contra factum ſuũ, niſi in caſibus expreſſis in iure. [4] B.

d SI quis abſciderit. Ex indignatiõe, uel etiã cauſa conniuẽtiæ.

e Clericus. Sed quid dices de Origene. qui ſe eunuchum fecit ut liberius in occulto poſſet prædicare tempore perſecutionis eccleſiæ mulieribus tamẽ poſtea apud Cæſareã factus eſt ſacerdos? Itẽ Marcus præſcidit ſibi pollicem, ut ſic fieret indignus ſacerdotio, & tamen poſtea factus eſt ſacerdos: ut legitur i hiſtoria eccleſiaſtica. Sed hæc nõ ſunt trahenda ad conſequentiam. iiij. q. j. ca. ulti. vij. quæſtio. j. cap. petiſti. [5]

f Homicida. Non quod homicida tunc ſit factus: ſed propter homicidij periculum, quod ſequi poterat ſectionẽ, dicitur homicida: ſicut qui infantem exponit, homicida dicitur. lxxxvij. diſtinctio. capit. ulti. & eſt argumen. quod non eſt conſiderandum quid eueniat, ſed quid euenire poſſit: ut xxij. quæſt. j. in nouo. xxj. diſtinct. denique. xxiij. quæſtio. v. relegentes. ff. de ijs qui deiece. uel effu. l. ſi uero §. penulti. & C. de uſufruc. ambiguitatem. Argu. cõtra. xxxiij. quæſtione v. de occidẽdis.

g HI qui. Titio. ſupra xxxj. diſtinct. maritum. &c.

h QVi partẽ. Digiti. Forte ſi haberet ſuperfluos digitos, eos poſſet præcidere: ſicut ungues, uel dẽtes nimis prolixos præcidere poſſet. & Hieronymus fecit ſibi ſecari dentes, & Eſaias ſuam linguam amputauit, [6] ut viij. quæſtione j. in ſcripturis. Argum. contra xxv. diſtinctio. ab exordio. ubi dicitur, quod Deus nihil ſuperfluũ creauit in nobis. & eſt argu. ad hoc. ī. ca. ſi quis. ubi dicitur [7] quod Dei conditioni eſt inimicus.

i Præcipiunt. id eſt, permittunt. ſic xxj. quæſtio. j. hac ratione.

k Caſus. Sic ſimplicitati & ignorãtiæ uenia tribuatur. j. de conſec. diſt. ij. c. iij. & extra de rerum permuta. cum uniuerſorũ, [6] tamen caſus non excuſat in amotione terminorum. ff. de termi. mo. l. ij.

l Similiter. Iſtud reſpicit ultimã partem precedẽtis c. Si quis.

Annus biſſextilis duos dies facit haberi pro uno.

[1] Adde hic ad hoc an biſſextus cõputetur in numero dierũ, & mẽſiũ, no. in gl. fi. in l. ij. ff. de diuer. & tẽpo. pſcri. & gl. in l. cũ biſſextus. ff. de uer. ſig.

[2] xiiij di. uſque.

[3] Vbi de hoc extra de præbẽ. cum non ignores. in fine.

† [redacted].

[4] Adde, an & quãdo qs poſſit contra factũ pprium uenire not. i l. poſt mortẽ ff. de adopti.

Origenes ſe eunuchũ fecit Marcus ſibi pollicẽ, præſcidit.

[5] Ad hoc ij. q. vij. c. oues. §. ita iiij. q. iij. c. ult.

Membra poteſt qs qñq; diminuere: ut Hierony. & Eſaias.

† [redacted]

† Infert ex iſto textu, q aliqd impedit faciendũ, qd factum tenet l. non dubiũ. C. de legi. & l. j. §. bidũ. ff. qñ apellã. ſit.

[6] Cõtra tex. in l. j. ff. de doſ. facit tex. l. l. tutor. ff. de ſuſpecto.

Medicus pót promoueri.

[a] SI quis à medicis. Medicus licite promouet, ſi eum non remordet conſcientia. extra de ætate & qua li. ad aures. Ei enĩ non imputatur euentus mortalitatis. ff. de off. præſi. illicitas. §. ſicut, & tñ imperitia eius culpæ annumerat. ff. ad leg. Aquil. idẽ iuris. circa mediũ.

[b] Defectus eſt. Vt tamen nõ patiat nimiã deformitatẽ: ut extra de cleric. ægro. presbyterum.

[c] Audentq́. Qui enim ſibi audet manũ inferre, multo potius alijs auderet, ut ff. de ædili. edic. cũ autem. §. excipitur. xxiij. q. v. c. ſi non licet.

ADDITIO

Et miles, qui ſe ipſum uulnerauit, punitur, ſecundum id quod habetur ff. de re milit. omne. §. qui ſe.

[d] Aut domini. Qui autem ſeruũ caſtrat, capite punitur, & ſeruus, & medicus. ff. de ſica. kiij. §. ulti. Et locus in quo hoc factum eſt, confiſcatur. C. de eunuc. l. j.

[e] EVnuchus. Talis enim uitioſus eſt, ut ff. de ædil. edi. cũ autem. Et quandoq; pretioſior. ff. ad le. Aquil. ſi ſeruus. §. & ſi puerum.

[f] Si in perſecutione. Non eſt ergo neceſſe ſeruare carnem illam, uel puluerem, ut dicũt uulgares.

[g] Natus. Vt frigidus.

SI quis pro ęgritudine.

[h] Non per diſciplinam. Vt uideat coram hominibus eius continẽtia, & forte hoc facit propter hypocriſim. ſic xxv. diſt. eccleſiæ princeps.

Claudus an poſsit promoueri.

[i] SI quis. Claudus. nõ tamẽ, ut oporteat ipſum ire cum baculo ad altare, ut de conſecra. diſtin. j. nullus epiſcopus. tamẽ ſecundum legem ueterem claudus non promouebat. xlix. diſt. c. j. & ultimo.

[k] LAtor præſentium. A Normannis. De iſtorum ferocitate habes j. vij. q. j. ſciſcitaris.

Normanni feroces ſunt.

[l] Siniſtræ. Idem ſi dextræ, dum tamẽ non ſit deformitas magna. extra eodẽ c. j. & extra de clem. ægro. presbyterum. maxime ſi nõ amiſit aliquem de illis, per quos fit ſignum crucis.

De Vngaris habes de cõſec. diſt. j. concedimus. Arc.

[m] PRæcepta. Debiles. Scilicet uolũtate, non caſu.

CAN. VII.

SI quis à medicis [a] ꝓ languorem deſectus eſt, [b] aut à Barbaris abſciſſus, hic in clero permaneat. Si quis autem ſe, cùm ſanus eſſet, abſcidit, hunc & in clero conſtitutum abſtinere conueniet, & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hic claret, ꝙ de ijs, qui hanc rem affectant, audentq́ [c] ſeipſos abſcindere, hæc quæ diximus ſunt ſtatuta, ſic eos, quos aut Barbari, aut domini [d] caſtrauerunt, ſi inueniuntur aliàs digniſsimi, tales ad clerum ſuſcipit eccleſiaſtica regula.

Item ex canone apoſtolorum.

Licitè ordinentur eis, qui per hominum inſidias eunuchizantur.

CAN. VIII.

EVnuchus, [e] ſi per inſidias hominum factus eſt, uel ſi in perſecutione [f] eius ſunt amputata uirilia, uel ſi ita natus [g] eſt, & eſt dignus, fiat epiſcopus.

Item ex concilio Martini Papæ.

Non excluduntur à clero, qui à medicis uel à barbaris, uel à dominis ſuis caſtrantur.

CAN. IX.

SI qs ꝓ ægritudine naturalia à medicis ſecta habuerit, ſimiliter & qui à Barbaris, aut qui à dominis ſuis caſtrati fuerint, & moribus digni inueniuntur, hos canon admittit ad clerum promoueri. Si quis autem ſanus non per diſciplinam [h] religionis & abſtinentiæ, ſed per abſciſsionẽ à Deo plaſmati corporis exiſtimat poſſe à ſe carnales cõcupiſcentias amputari, & ideo ſe caſtrauerit, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quòd ſi iam fuerit antè promotus ad clerũ, prohibitus à ſuo miniſterio deponatur.

Itẽ ex conci. Hilerdẽſi.

Non prohibetur à ſacris ordinibus, qui à medicorum inciſione claudus efficitur.

CAN. X.

SI quis in infirmitate poſitus clericus medicorũ inciſione claudus [i] efficitur, promoueri ad ſacros ordines eum non denegamus.

Item Stephanus Roberto Marenſi epiſcopo.

Non prohibetur à clero, qui digitum ſibi caſu abſcidit.

CAN. XI.

LAtor præſentium, Flauius. ſ. clericus ad ſedem apoſtolicam ueniens, detulit à te directam nobis epiſtolam, qua indagare ſtuduiſti eum à Normannis [k] nuperrimè captum, ſiniſtræ [l] manus digitum habere abſciſſum: ſciſcitaris, ſi ob hoc ad eccleſiaſticum ordinem ualeat promoueri, an non. Quod etiam nos reperientes uerum eſſe, quia ſolertia tua magis ſuper hoc ſolicita à ſede Apoſtolica doceri flagitat, normam iuſtitiæ ſemper ſequi deſiderans, ſtudium tuæ ſanctitatis meritò collaudamus, reuerentiam tuam ſcire uolentes, quoniam ſi ita eſt, quòd à Normannis digitum ipſe habeat abſciſſum, ad promouendum (ſi aliàs dignus fuerit) nil ei nocebit, eò quòd quid de ijs, qui à medicis, uel dominis, ſiue paganis non ſponte tale quid patiuntur, ſacri cenſeant canones, dilectionẽ tuam latere non credimus.

Itẽ Gelaſius Papa Palladio epiſcopo.

Tempore ſynceritatis dignitas accepta, ſequens i debilitate non amittitur.

CAN. XII.

PRæcepta canonica, quibus eccleſiaſtica regitur diſciplina, ſicut non patiũtur uenire ad ſacerdotiũ debiles [m] corpore, ita ſi quis in eo fuerit conſtitutus, ac ſi tunc fuerit ſauciatus, amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſynceritatis accepit.

Infe-

Stephanus ſiquidē presbyter petitorio nobis defleuit oblato, ꝙ haberet in ſubditis olim ſibi & ante annos plurimos collatam presbyterij dignitatem, quam re uera immaculati corporis iudicio ſuſcepiſſet, ſed nuper propter prouinciæ uaſtitatem Thuſciæ (quam præ omnibus prouincijs Barbarorum [1] feritas diuerſa ſectantium, & ambiguitas inuexit animorum) dum imminentes gladios euadere fugæ præſidio niteretur, acutis ſudibus occurrentia ſibi ſepta tranſiliens, inferiores [a] partes corporis iſeruiſſe ſuggeſsit, quæ uix adhibita curatione biennio potuiſſent abſtergi. Et ideo frater chariſsime, ſupradicto locum ſuum, dignitatemq; reſtitue, quatenus ſacroſancta myſteria (ſicut conſueuit) exerceat. Nec.n. conuenit ob hoc auferri ante ſuſceptū ordinem, in quo poſtmodū [b] in inualitudinem corporis caſu probatur faciē te prolapſus.

2 ***Hoc autem non de oībus membris intelligēdū eſt. qui enim oculum caſu amiſerit, licet deſit uolūtas, tamen ſacerdotium adipiſci non poteſt.***

Vnde Gelaſi. ſcribit Ruſino epiſcopo.

Non ſunt praſtanda iura ſacerdotij, cui oculus erutus eſt.

CAN. XIII.

SI euangelica admonitio iracūdiam, nec uſque ad uerbum furentē proſilire permittit, ut ſi Racha fratri ſuo quis dixerit, reus ſit gehennæ ignis, quali putamus pœna plectendum eſſe, qui non ſolùm pugno impiè percuſsit in leuitici ordinis hominem miniſterio ſeruientem, ſed quaſi non ſufficeret ad cædem manus, ita (inſtigante ſe diabolo) raptus eſt ad iracundiam, ut fuſte non ſolùm percuteret, ſed etiā erueret oculum fratris? Et quamuis huiuſmodi exceſſus grauiori eſſet pœna plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterij remoueri. Hoc tamen ſolicitudinis tuæ ſit, ut locum ei pœnitentiæ conſtituas, & in aliquo monaſterio retrudas, laica tantùm ſibi communione conceſſa: in loco autem illius alium te neceſſe eſt ordinare presbyterum. Nam illi, cui erutus eſt oculus, non poſſunt ſecundùm canones ſacerdotij iura concedi. Neq; enim aliquid ei prodeſt, qui oculū inuitus [c] amiſit, cùm nec uolens quiſquam oculum amiſiſſe credendus eſt, nec ſacratiſsimos canones aliquem caſum in amiſſione oculi ei, qui ſacerdotium adipiſcendum non impediret, ſuis excepiſſe [d] regulis inuenimus, ſed hoc tantummodo ad prohibitionem feciſſe uidemus, ut qui caret oculo ſacerdotij officium adipiſci non poſſit. Sed nec illi ullatenus quaſi in compenſatione iniuriæ [e] ſacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam ſacerdotem propriū potuit iracundiam prouocare: [f] ut & ille officium, in quo erat, amitteret, & iſte prouectus ſui perderet facultatem.

DISTINCTIO LVI.

a 2. PResbyterorum [g] et filij ad ſacra officia non ſunt admittendi.

Vnde Vrbanus Papa y. ait a

---

a Inferiores. Videbatur, quod iſte non poſſet eſſe ſacerdos, quia nec miles eſſe poſſet, niſi haberet ad minus unum teſticulum. ff. de re mili. qui cum uno.

b Poſtmodum. Argu. ꝙ licet quis peruenit ad ſtatū, à quo nō pōt incipere: tamē toleratur. xxix. q. ij. c. perlatum. xxx. q. j. ad limina. xxxij. q. vj. ij. qui. & c. neque. Ar. cōtra extra de ætа. & qualit. c. j. Solutio. hic non fuit in culpa, ibi ſic xxv. q. j. c. ſi. [1]

SI euangelica. Inuitus. Arg. eſt ad queſtionē, ꝙ ſi ſpōſa eſt oppreſſa a ſponſo, nō poſſet, [2] intrare religionē, quia nō prodeſt ei, quod inuita eſt paſſa. Quid de hoc ſit, in quæſtionibus dixi. B. D c qd igredi poterit, non obſtāte corruptela, quia non debet eſſe melioris cōditionis malus, quā bonus. Nā nemo ex ſuo delicto, &c. ut ff. de reg iu. non fraudātur. Tamen qui oculū amiſerit, remanet tutor, ut C. de excu. tut. frater tuus.

d Excepiſſe Arg. ꝙ ubi canō nō excipit, nec nos excipere debemus. ij. quæ. v. conſuluiſti.

e Iniuriæ. Quia pœna unius nō debet cōuerti in præmium alterius. ff. ad Syl. l. ſi ſequens. ff. quod met. cau. ſicut in exceptione. §. Pædius.

f Prouocare. Grauius delinquit, qui me ad iracundiam prouocat, quam ego. C. ad leg. Iul. de ui priuata. qm. & xxiij. q. v. cum homo.

PResbyterorum. Hæc diſtin. diuiditur in tres partes: In prima parte probat quod nullus illegitime natus ꝓmouetur, niſi in cœnobijs, uel canonici regulari.

Et hoc ꝓbat per cap. Vrbani, quod ſolum capi. continet ius commune. Secunda ibi, Sed hoc. Tertia ibi, Contra. Io. de Fan.

g Presbiterorum. De legitimis filijs non eſt dubiū quin licite promoueantur. j. eo. §. cum ergo. ſed illegitimi non. Si tamen ſint in monaſterijs, uel canonijs regularibus, licite promouentur, ut j. ea. ca. j. & extra eo. capi. j. & ca. ad abolendam. quia ingreſſus monaſterij tollit irregularitatē, [3] ut xvj. q. j. legi. xix. q. ulti. c. ulti. & in authent. de monachis. in prin. col. j. Licet quidam contrarium dicant, & dicunt, quod religio circa eos non plus operatur, niſi quod facilius cum eis diſpenſatur. argu. pro eis lv. diſt. c. priſcis. & 50. di. cap. ſi ille. Et dico epiſcopum poſſe diſpenſare

Miles eſſe nō poteſt q careт teſticulis.

[1] Adde, q de iure dicant barbari, not. gl. in ꝓœ. iſti. §. quorum. uerſ. barbaricę gentes.

[2] Adde hic quod leg. & no. j. q. j. c. l. in fi. in gl. in ca. eccleſia. Arch.

[2] Ar. contra. v. diſ. ad eius. ſecundum Hugo.

Pœna unius, non debet eſſe ꝓmiū alterius.

Matt. 3. c

Filij preſbyterorū duplices ſunt

[3] Ar. contra extra q cler. uel uouētes. ca. ij. & de apoſta. c. xj. ubi de hoc. & ibi uideas.

penſare circa tales, ut extra eod. c. ueniens. & cap. ex tráſmiſſa. ¹ Sed ſolus papa diſpenſat cum eis in epiſcopatu: ut extra de elect. innotuit. Dicunt tamē quidam, quod circa paternas eccleſias immediate habēdas ſolus papa poſſit diſpenſare, argu. extra eod. ex tua. : quod nō credo per illam decr. ueniens. Ioan. Sed certe ſolus papa diſpenſat in hoc caſu: ut extra eod. ca. dilectus filius. & extra eod. c. ulti. ubi de hoc traditur. B.

¹ Innoc. intelligit iſtā decr. de diſpēſatiōe papę. Aliqui cōtra eo. tit. cōquerente. Archi. ² Dicas ſecūdū Ra. & Hoſtiē. qđ in talibus eccleſijs poteſt epiſ. diſpēſare cū filio illegitimo: ut ꝓbat in hac decret. ex tra. cū ibi reſpōdeatur ad cōſultatiōnē. Arch.

[redacted]

Presbyterorū. CASVS. *Quæſitum fuit, an filij presbyterorū ſint promouendi. Et reſpondet quòd non, niſi in monaſterio, uel regulari canonia fuerint conuerſati.*

a Presbyterorum. Idem de diaconis & ſubdiaconis: quia non eſt alia cauſa prohibitionis, niſi quia timētur in eis exēpla paterni criminis: ut vj. q. j. ſi quis cum. & etiam propter odium paternū, ut xv. q. ulti. cum multæ. & xxiiij. diſt. quando. b Filios. Sed nunquid hoc ad nepotes extēditur? & uidetur quod ſic, quia nomine filiorū nepotes cōtinētur. ff. de uer. ſig. liberorū. & ar. ff. ad Macedon. filiū. Sed non eſt ita, quia odia ſunt reſtringenda, ut de pœni. diſt. j. pœnæ. ff. de libe. & poſthu. cum quidā. Tollitur enim uitium per ſucceſſionem: ut 3. ead. dominus. Et licet ſenator nō poſſit ducere illam cuius pater, uel mater artem ludicrā fecit, tamen poteſt illam ducere, cuius auus uel auia artē ludicram fecit, ut ff. de ritu nup. l. lege Iulia. §. j. c Cœnobijs. Sed hoc ad facilitatem diſpenſationis referas, ut quidam dicunt. Idem eſt ubicunque conuerſentur religioſi: quia locus non ſanctificat hominem, ut xl. diſtinct. non loca. Nam conuerſati in monaſterijs ſæpe deteriores ſunt alijs, ut lxvij. diſtinct. quantumlibet. Locus nō ſanctificat.

Sed hoc. Hęc eſt ſecunda pars huius diſtinct. in qua ꝓbare uult, quod ſi boni fuerint, non nocent illis natales parentū. & hoc uult probare per octo authoritates. Ioan. de Fant.

CAN. I.

PResbyterorū a filios b à ſacris miniſterijs remouemus, niſi aut in cœnobijs c aut in canonijs religioſè probati fuerint conuerſati. † *Sed hoc intelligendum eſt d de illis, qui paternę incōtinētiæ imitatores fuerint. Verū ſi morū honeſtas eos commēdabiles fecerit exemplis et authoritatibus, nō ſolùm ſacerdotes, ſed etiam ſummi ſacerdotes fieri poſſunt.*

Vnde Damaſus † papa ſcribit Hieronymo presbytero.

PALEA.

OSius papa fuit filius Stephani Subdiacōi. Bonifacius papa fuit filius iucundi presbyteri. Felix papa filius Felicis presbyteri de titulo Faſciolæ. Agapitus papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus papa filius Theodori epiſcopi de ciuitate Ieroſolyma. Siluerius papa filius Siluerij epiſcopi Romę. Deuſdedit papa filius Iucūdi presbyteri. Felix enim tertius natione Romanus ex patre Felice presbytero, fuit. Item Gelaſius natione Apher ex patre epiſcopo Valerio natus eſt. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originē duxit. Complures etiam alij inueniuntur, qui de ſacerdotibus nati, apoſtolicæ ſedi præfuerunt.

Hinc Auguſtinus ait.

Vitia parentum filijs non imputentur.

CAN. II.

VNdecunque homines naſcantur, ſi parentum uitia non ſectantur, honeſti & ſalui erūt. Semē.n. hominis ex quali cūq; homine, Dei creatura eſt, & eo male utētibus male erit nō ipſum aliquādo malū erit. Sicut aūt boni filij adulterorum nulla eſt e defenſio adulterij: ſic mali f filij coniugatorū, nullū ē crimē nuptiarū.

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum homilia quarta.

CAN. III.

NVnquā de uitijs erubeſcamus parētum: ſed illud unū quæramus, & ſemper amplectamur, uirtutē uidelicet. Hmōi etiā ſi alienigenam quis habeat matrē, etiā ſi fornicatione pollutā, uel quolibet hmōi dedecore ſordidatā, nihil tñ de eius aut uilitate fuſcabitur, aut crimine polluet. Quòd ſi fornicatorē ipm ad meliora cōuerſū nequaquā prior uita cōmaculat: multò magis ex meretrice natus & adultera, ſi ꝓpria uirtute decoretur, parentū ſuorū non dedecorat opꝓbrijs. Itē nō eſt oīo, nec de uirtute, nec de uitio parētū, aut laudādus aliqs, aut culpandus, nemò uerò inde aut obſcurus, aut clarus eſt: imò etiam (ut conſi-

d Sed hoc intelligendum eſt. Illud ſpectat ad principium capituli. e Oſius. alias Oroſi9. Omnia iſta exēpla intellige de ijs qui in laicali ſtatu, uel minoribus ordinibus orationib9 parētū ſuſcepti ſunt, quando ſuis parentibus licebat uti uxoribus ſuis ꝗ. eo. cum ergo Archid. VNdecunq;. Nulla eſt. Similis locutio: Veſtes, quas geritis, ſordida lana fuit. f Sic mali. Nota, quod bonum præcedens non excuſat malum ſequēs: nec bonū ſequens, purgat malum præcedens: ut xxiij. q. v. relegentes. & xiiij. q. v. forte. & ca. neque. Sed uerū eſt, quod non nocet delictum patris filio. quantū ad uitam æternā: nocet tamen quo ad ordines. Item quo ad ſucceſſionē, ut vj. q. j. ſi quis cū. Item quo ad alias pœnas: ut j. q. iij. c. eccleſia. §. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis, qui ſpurij ſunt, quod nō obeſt eis hoc, quin poſſint eligi ad decurionatum: quia non eſt impedienda dignitas eius, qui nihil admiſit: ut ff. de decurio. ſpurij. in princ. & l. generaliter. §. ſpurios. & Boethius, Quid genus aut ꝓauos, &c. & Iuuenalis, Tolle tuum Hannibalem, Malo pater tibi

Patris delictum an noceat filio.

Nam mala parētum filijs nō imputantur. ff. de decur. l. j. § ij. & ult. & filius fugitiui fugitiuus filius non eſt ff. de fugiti l. j. ſecūdū Lauren.

Digi

derantius aliquid dicamus, aut expreſsius) neſcio a quomodo ille magis reſplendet, qui natus eſt ex parentibus b à uirtutibus prorſus alienis, quàm ipſe, qui fuerit Dei uirtute mirabilis.

Item Hieronymus in epiſto. contra Rufinum.

Non parentum, ſed propria culpa quenque condemnat.

CAN. IIII.

NAſci de c adulterio, non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius, qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra, quæ confouet: non ſemen, quod in ſulcis iacitur, non humor, uel calor, quibus temperata frumenta ingermē pullulant: ſed (uerbi gratia) fur & latro, qui fraude, & ui eripit ſemina: ſic genus humanum recipit terra (id eſt uulua) quod ſuū eſt, c & receptum confouet, & confotum corporat, corporatum in membra diſtinguit, & inter illas ſacri uentris anguſtias Dei manus ſemper operatur: idemq; corporis creator & animæ eſt. Noli deſpicere bonitatem figuli (id eſt Dei) q te plaſmauit, & fecit ut uoluit. Ipſe eſt Dei uirtus, & Dei ſapientia, qui in utero uirginis Mariæ ædificauit ſibi domū. Iephthe inter uiros ſanctos. d Apoſtoli uoce enumeratus, meretricis eſt filius. Eſau de Rebecca & Iſaac, hiſpidus tā mente, quàm corpore, quaſi bonū triticū, e inter loliū auenasq; degenerat: quia nō in ſeminibus, ſed in uoluntate naſcentis cauſa uitiorum eſt, atque uirtutum.

Item Auguſtinus.

Iniquitates parentum, filijs obeſſe non poſſunt.

CAN. V.

SPōſus f ille, qui uocatur erat ad nuptias bonos & malos, cōgruens inuitatis naſci etiam uoluit de bonis & malis: quo exemplo diſcant parentū ſuorū filij iniquitates ſibi obeſſe non poſſe.

Item Gregorius.

Nō aliena culpa, ſed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deijcit gradu.

CAN. VI.

SAtis peruerſum, g & contra eccleſiaſticā probatur eſſe cēſuram: ut fruſtra quorundam parentum uoluptatibus, ſuis quis priuetur officijs, quē ſua culpa uel facinus ab officij, quo fungitur, gradu non deijcit.

Item Hieronymus.

Ex adulterio natus, à ſacerdotio non prohibetur.

CAN. VII.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus uoluit non ſolum de alienigenis commiſtionibus, ſed etiā de adulterinis naſci, nobis magnam fiduciā præſtans, ut qualicunque modo naſcamur, dum tamen ueſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus. Et ſicut ille uerus eſt pontifex, ex adulterinis natus coniunctionibus: ita qualicunque ordine natus ſit aliquis, tamen ut perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, ſitque literatus, & uir unius uxoris: nequaquam à ſacerdotio, h repellitur. i Iudas enim patriarcha concubuit cū Thamar nuru ſua: & ex illo concubitu nati ſunt Phares & Zaran. Inde poſtea Salmon, q̄ fuit dux in deſerto.

a Magis enim admirabilis eſt qui exemplar nō habuit, & bonus eſt, quàm qui habuit & bonus eſt ar. 96. diſt. in ſcripturis. Arch. Mulieres ad qd producūtur. a Et eſt maximū in mulier bonū cōcipere, &c. ff. de ædil. edic. q̄rit. §. j. Eccleſia eſt Chriſti ſponſa & nō uxor. Gen. 25 c Eccl. 33. b 2. Cor. 11. d Iahn. 11 a Patris delicta etiā grauiſsima non tollit filio [illegible] tum. f Exemplis. Hæc ratio non ualet, qa clerici ſubſūt legib' politicis, [redacted] Ratio eſt, qa hæc nō eſt ppria īfamia ſed redundantia īfamiæ alienæ. Ideo filij nō priuantur ſucceſsionibus &

tibi ſit Terſites, dūmodo tu ſis Eacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas, Quā te Terſitæ ſimilem producat Achilles.

a N Vnquam. Neſcio. Hoc uult dicere, quod ille, q natus eſt ex parentibus prorſus alienis à uirtutibus, dū tamē ipſe ſit bonus, melior eſt quam ille, qui natus eſt bonis parentibus licet ipſe etiam ſit bonus.

b Parentibus. id eſt, ratione parētū.

c N Aſci. Quod ſuū eſt. Mulieres enim ad hoc natura genuit, ut part' ederēt: ut C. de indi. uidui. l. ij. & pudor eſt fœminis nuptiarū p̄mia non habere: ut xxij. q. ij. pudor.

d Sanctos. Tamen in hoc nō fuit ſanctus, quod temerarium iuramentum uoluit ſeruare, ut xxiij. q. iiij. unuſquiſque.

ADDITIO. Ibi inuenies hanc hiſtoriā ſecundum Hugo.

e Triticum xxiiij. quæſt. iij. quoniam uetus.

f S Ponſus. Eccleſia uocatur ſponſa Chriſti: quia adhuc per delictum ſeparari poteſt ab ipſo, ſicut ſponſa à ſponſo ante conſummatū matrimonium: ſed in futuro ſeculo dicetur uxor, quæ modò ſponſa dicitur. vij. q. j. ſicut uir.

g S Atis peruerſum. Iſtud capit. intelligitū de iā promoto. talis enim propter delictū alterius nō priuatur iure ſuo. non enim priuandus eſt quis iure ſuo, niſi pro grauiſsimo delicto: ut xvj. q. vij. inuenimus. & lxxxiij. diſt. geſta. Excipiunt quidam caſum in eo, qui ignoranter adeptus eſt beneficiū pecunia patris, ut j. q. v. cap. j. Sed illud ideo perdit, qa furtiuū eſt. Sed qd ſi pater cōmiſit crimen læſæ maieſtatis, nōne filius priuandus eſt beneficio, cū ſit infamis factus: ut vj. q. j. ſi quis cum. & infames promoti etiā deijciuntur, ut vj. q. j. infames? Non, quia cum clericus ſit, eſt à iuriſdictione principis exemptus. ut xcvj. diſtinct. duo. j. q. iiij. ca. homini. §. econtra. in fi. Item fallit illud extra de eccle. ædi. ad audiētiam. ij. & extra de cler. ægro. c. ij. ubi quis ſine culpa priuatur iure ſuo: hoc tamen ſcias, quod multoties quis punit ſine culpa, ſed non ſine cauſa, ut extra ut lit. nō cōteſta. quoniam. & xxxiiij. diſtinct. ſi cuius uxorem.

h D Ominus noſter. A ſacerdotio. Non intelligas, quod ipſo iure poſsit promoueri: ſed hoc ideo dicit, quia epiſcopus tenetur in hoc caſu diſpenſare, qa diſpenſatio quandoque eſt debita, ut dixi quinquageſima diſt. ut conſtitueretur.

i Repellitur. Sed nōne filij ſacerdotum ſerui ſunt eccleſiæ: ut xv. quæſtio. ulti. cum multæ. qualiter ergo promouētur nō adepta libertate? Sed dic quod illud loquitur de ijs, qui quaſi legitime & ſolēniter ducūt, uel derogatum eſt ei contraria cōſuetudine iiij. diſtinctio. cap. in iſtis. §. leges.

honoribus iam quæſitis. f Except'. Idē Albe. l. quiſquis C. ad leg. Iul. maie. Lud. Ro. ſing. 686. Ange. tractat. maleficio. uer. che hai tradito la tua patria col. 7. Geminia. c. ut cō. [illegible] fi. de hæreti. 6. Pa. c. cum laicis de iure patro. ſed Io. Imo. l. in inſulā prin. ſola. [illegible] Bohic. [illegible] de hæreti. [redacted] Filij ſacerdotum an ſint ſerui eccleſiæ. j Scilicet ut uxores nō ut cōcubinas. & ita etiā intelligitur 81. diſtin.

Iſmael

Inde Obed. Inde quoque Booz. Inde poſtea Iſai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti, qui uerus ſacerdos eſt: ideoq; ſi filij eius ſumus, quæ ipſe fecit, nos imitari debem^o.

Item Auguſti. de unico baptiſmo, libro j.

A populo Dei non ſeparat aliquem materna conditio, ſed propria culpa.

CAN. VIII.

ISmael, ut ſepararetur [a] à populo Dei, non obfuit mater ancilla Agar, ſed obfuit fraterna diſcordia, [a] nec profuit poteſtas [b] uxoris, cuius magis filius erat, quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus ē. [3] Cõtrà Bonifacius martyr ſcribens Regi Anglorum.

Vitia parentũ etiam ad poſteros transferuntur.

CAN. IX.

SI gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium nobis obijcitur) ſpretis legalibus connubijs, adulterãdo & luxuriãdo ad inſtar Sodomiticæ gentis fœdã uitã duxerit, de tali cõmiſtione meretricum æſtimãdum eſt, degeneres [c] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreãdos, & ad extremum uniuerſam plebem ad deteriora & ignobiliora uergentem, & nouiſſimè nec bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, & nec honorabilē hominibus, nec Deo amabilem eſſe uenturam, ſicut alijs genti bus Hiſpaniæ & Prouinciæ & Burgundionum populis contigit, quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec uindex talium criminum ultrices pœnas per ignorantes legem Dei, id eſt, per Saracenos uenire, & ſæuire permiſit. [d]

Vnde [e] idem in fine ſuperioris capi p̄sbyterorum. diſtinguendo ſubiunxit.

Si religioſi inuenti fuerint filij ſacerdotum, ordinentur.

CAN. X.

NIſi aut in cœnobijs, aut in canonijs religiosè probati fuerint conuerſari filij ſacerdotum, non admittantur ad clerum.

Item Alexander ij.

De eodem.

CAN. XI.

APoſtolica authoritate p̄cipimus uobis, ut ſi eum, qui ab eccleſia [f] electus eſt, altero digniorem eſſe, canonicãq; eius electionem probaueritis, fulti noſtra authoritate conſecretis. Nã pro eo, ꝙ filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ [g] uirtutes in eum conueniant, non reijcimus, ſed ſuffragantibus meritis conueniendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filijs ſacerdotũ dicitur, ex diſpenſatione eccleſiæ introduci uidetur, & quod ex diſpenſatione introducitur, ad ſequentiam regulæ generalis trahi non poteſt.

Vnde Vrbanus ſcribit Bartholomæo Turonenſi Archiepiſcopo.

Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cætera uirtutes in eis inueniantur.

CAN. XII.

CEnomanenſem electum, [h] pro eo, ꝙ filius ſacerdotis dicitur, ſi cæteræ uirtutes in eum conueniunt, non reijci-

---

quidã ſecũdũ Vin. Gofr. & Inno. qui ita no. extra de cohabi. cler. cap. ij. De hoc nota. xxxij. diſ. eos. Arc.

[1] Vt 32. qõ. 4. dixit.

[3] Adde ſacerdotes habere idē ius cũ mulierib. no. in l. ij. §. illud. & ĩ l. ſi pater. §. fin. & in l. ſi arrogator. §. pe. ff. de ado.

[a] ISmael. Fraterna diſcordia. quam habuit contra Iſaac. xxxij. q. iiij. recurrat.

[b] Poteſtas. Hanc olim habuerũt poteſtatem mulieres, ut de licentia, uel poteſtate ipſarum, uiri poſſēt accedere ad ancillas ſuas, [1] & filij ita nati dicebanť potius filij dñæ, quã ancillæ, ſed erat legalis fil [2] dñæ, & carnalis filius ancillæ. Et ita ſcd̃m legē Moſaicã mulieres poterant adoptare filios. [3] Sed ſcd̃m legē Iuſtiniani nõ pñt, niſi filij eius ſint in acie amiſsi: ut inſtit. de adopt. §. fœminæ.

Contra. Hæc eſt iij. pars huius diſt. in qua probat contrariũ eius, qd̃ præmittitur. Io. de Fã.

CASVS. Hactenus probauit, qd̃ peccata parentũ filijs non imputãtur. Nũc uult ꝓbare cõtrariũ ꝑ ſequens c.

SI gens. CASVS. Improperabatur Bonifacio in Italia et Frãcia, & etiã ab ipſis paganis, quod gens Anglorum ducebat fœdã uitã adulterando et fornicãdo ad inſtar Sodomiticæ gentis. Scribit ergo Bonifatius martyr regi Anglorum, dicens non eſſe mirũ, ſi nuper fuit in bello deuictus, cũ ex tali cõmiſtione uilis gẽs oriatur & libidinoſa, nec Deo amabilis. Et hoc probat exẽplo Hiſpanorũ & Prouincialium et Burgundionũ, qui tam diu fornicati ſunt, donec per Saracenos puniti & deuicti fuerunt.

[c] Degeneres. Quo ad fortitudinem & nobilitatẽ, ut xxxv. q. iij. quædam.

[d] Permiſit. Nota ꝙ propter delictũ permittit deus inferri [1] pœnas, ut v. q. v. nõ omnis. xvj. q. j. & temporis. & ca. reuertimini. & vij. q. j. ſciſcitaris.

[e] Vnde. Iſtud unde ita cõtinuatur, peccata parentum nocent filijs, Vnde non pñt promoueri, niſi ĩ cœnobijs, uel niſi diſpẽſetur cũ eis. Qd̃ ſequiť, planum eſt uſque ad ca. Apoſtolica.

Vnde. Iſtud unde continuatur ei, quod dixit. ſ̄. ĩ illo §. ſed hoc. in prin.

APoſtolica. [f] Ab eccleſia. Nota ꝙ dicitur ab eccleſia electus, q à maiori parte capituli eſt electus, ut ex̄. de elect. cum nobis. ff. ad munic. quod maior. extra de elect. cum inter. in princip.

[g] Cæteræ. Impropriè poniť. ſic xxvj. diſt. deinde. [4] uel nomine cæterorũ omnes [5] comprehenduntur, ut ff. de uer. ſig. cæterorũ.

CEnomanenſem electũ. Hodie non ſunt tales eligendi, ſed poſtulandi à ſolo Papa: quia metropolitanus cũ electo in epiſcopum, nõ poſſet diſpenſare, ut extra de electio. innotuit.

[1] Ad hoc 25. q. 5. remittitur. & §. hinc notãdum. & q. iiij. ſi quos. Ar.

Electus à maiori parte capituli, diciť electus ab eccleſia.

[4] Sic j. c. proxi.

De hoc etiã leg. & not. l. diſ. ut conſtitueretur. & ſecundum hoc dic, cæterę, id ē, ſi oẽs. Arch. Illegitimi ſunt poſtulandi.

mus, ſed ſuffragantibus meritis eum patienter ſuſcipimus, non tamen ut hoc pro regula in poſterū aſſumatur, ſed ad tempus [a] eccleſiæ periculo conſulitur.

Cùm ergo [b] ex ſacerdotib. nati, in ſummos pōtifices † ſupra legātur eſſe promoti, nō ſunt intelligendi de fornicatione, [c] ſed de legitimis cōiugijs nati, quæ ſacerdotibus ante prohibitionem, ubiq; licita erant, & in orientali eccleſia uſq; hodie eis licere probantur.

Quòd aūt uitium originis ſemini īputari negatur, [d] vr̄ eſſe contrariū illi ſnīæ, Adulterorū filij, abominatio ſunt domino. Sed ſicut ſupra dictū eſt de presbyterorū filijs ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur, ut illi dicantur eſſe abominatio dño, ad quos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſiōe deſcēdūt.

Similiter & illud Vrbani intelligēdum eſt, quod ipſe ſcribit Petronio Legionenſi epiſcopo.

De eodem.

CAN. XIII.

QVia ſimpliciter ad ſedem apoſtolicam ueniens humiliter peccatum confeſſus es, quod pontificij tui uidebatur officium impedire, uidelicet, quòd ex matre non legitima procreatus ſis, quam uiuente propria uxore, pater tuus cognouiſſe dignoſcitur, [e] nos apoſtolicæ māſuetudinis gratia admonēte, à cæteris, quæ ſacerdotiū impediūt criminibus, tā tui ꝓfeſsione, quā fratrū teſtimonio qui tecū ſunt, immunē te agnoſcentes, & uitā [f] tuā religioſam audientes, ab huius te peccati uinculo abſolutū, in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus. [g]

DISTIN. LVII.

ITem qui in ægritudine [h] conſtitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

Vnde in Neocæſarienſi concilio legitur.

Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine conſtitutus baptizatur.

CAN. I.

SI quis [i] in ęgritudine conſtitutus fuerit baptizatus, † presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius uoluntaria, ſed ex neceſsitate [k] eſt, niſi fortè poſtea [l] ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas [m] exegerit.

DISTIN. LVIII.

ITem ex monachali [n] habitu nullus aſſumatur ad eccleſiaſticū officiū, niſi fuerit oblatus ꝓprij uoluntate abbatis.

Vnde Gregorius ſcribit.

Monachus non ordinetur clericus, niſi uolūtate abbatis epiſcopo fuerit oblatus.

CAN. I.

NVllus ad eccleſiaſticum officiū ex monaſterio producatur monachus, niſi quem abbas [o] loci admonitus propria uoluntate obtulerit epiſcopo.

---

[a] Sed ad tempus. ſ. j. q. vij. tali. Io.

[b] Cum ergo. Reſpicit primum §. huius diſt.

[c] De fornicatione. Nō dicit bene, quia ſi eſſent legitimi, ſine diſpēſatione promouerētur.

[d] Negatur. Supra ead. undecunque.

[e] QVia. Dignoſcitur. Ar. cōtra. ff. de acqui. hęr. ſed & ſi de ſua.

[f] Et uitam. Ex quo plura fecerūt pro ipſo, & tantum unū faciebat contra ipſum, non debuit impediri eius promotio. xxviij. di. de Syracuſanæ. & xiij. diſtinctio. duo mala.

[g] Confirmamus. Et hoc fit ex diſpēſatione. Ioan.

ITem qui in ægritudine.

[h] Aegritudine. In hac di. traditur qđ qui baptizatur in ægritudine, nō eſt promouēdus. & eſt intelligendū de tali, qui cum ſanus eſſet, diſtulit baptizari, ſed timore mortis petijt baptiſmum. Cauſa autem huius conſtitutionis eſt, quia præſumitē non uere pœnitens, qui mortis cauſa eſt pœnitens, & ſic pſumunt peccata non eſſe ei dimiſſa. Si tñ ſtatim moreretur, præſumeret eccleſia peccata ei dimiſſa eſſe, ut de pœn. diſt. vij. nullus. Et ſic eccleſia circa idem factum habet contrarias præſumptiones, ſed diuerſo reſpectu. de conſecr. diſt. iij. perlatum.

[i] SI quis. Intellige adultus: nā pueri ab hæreticis baptizati promouentur. ut j. quæſt. iiij. placuit.

[k] Sed ex neceſsitate eſt. i. pſumit. & ſic canon præſumit hoc in deteriorē partem. [a] ſimiliter xxx. q. v. aliter. Sed cū hæc irregularitas proueniat à pcō, & baptiſmus tollat peccatum, quare non tollit irregularitatem ipſius? Reſpō. quia baptiſmus inducit hanc irregularitatē, unde non pōt eā tollere: qa eadē res nō poteſt habere contrarios effectus. arg. extra de bapti. maiores. ultra medium. ibi, ſed hæc tanquā impoſsibilia. ſic ſ. xxvj. di. deinde. ſic eadem cauſa non pōt parere obligationē & liberationē, ut ff. de ſol. qui hominem. §. ultimo.

[l] Poſtea. Et ita per ſequens factū eliditur pręcedens præſumptio. ſic de conſec. di. iiij. tunc ualere. xxxiiij. q. j. cum per bellicā. ſic quandoque præſumptio ſequens elidit præcedētem, ut ff. de in integ. reſtitu. diuus.

[m] Raritas. Argu. quod propter raritatem hominū aliqua conceduntur, ut lv. diſt. capi. priſcis. j. q. vij. tali.

[n] ITem ex monachali. Supra lv. di. cap. priſcis. dixerat, q monachi pñt præfici parochialibus eccleſijs, ſed ne crederet aliqs qđ hoc poſſet fieri ſine licētia abbatis, idō poſuit hanc di. &c.

[o] NVllus. Abbas. no. qđ nullus monach⁹ poteſt promoueri ad eccleſiaſticos honores, niſi cum licentia abbatis, ut xvj. q. j. ſi quis monachus. & cap. pro utili.

† Pōtifices. Verba ſūt gratiæ, & ſic tpe ſuo Verbum, ſumm⁹ pōtifex erat cōe oībus epīs, de qbus tantū hic loquitur, & nō de Papis. nec pōt referri ad c. Olim. ſ. e. quod non eſt de cōpilatione Gratiani, ſed ſuperaddita Palea, ut ibi dixi. Adde c. ſi officia: j. lix. diſt. c. de his. de cōſecr. diſ. 5.

[a] Vbi de hoc. Sed ſi aliqd ē ꝓme, &c. ut no. lj. diſt. cap. ij. Baptizatus in ægritudine non eſt ꝓmouendus.

[a] Scilicet quod peccata non ſunt ei dimiſſa: & hęc pſumptio non poteſt tolli per baptiſmū: cū ſecūdum Laurēt. & Io. idē cat: ſed tollitē p aliā pſumptionem, ſ. p ſequētem boni conuerſationē: ut in c. continetur. Arch. Baptiſm⁹, an tollat irregularitatem.

† Baptizatus. Hos quidē olī uocabant clinicos p irriſionē, quos reprehēdit. Cypria. li. 4. epiſtol. 7.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto.

De eodem.

CAN. II.

SI quis de alterius monaſterij conuentu repertum, uel ad clericatũ promoueri uoluerit, uel in ſuo monaſterio maiorẽ a perſonam monaſterij conſtituere, ſine licentia abbatis & monachorum, eṗs qui hoc fecerit, à cæterorum cõmunione ſeiũctus, ſuæ b tantũmodo plebis communione cõtẽtus ſit, & ille neq; clericus, neq; canonicus, neq; præpoſitus perſeueret.

DISTIN. LIX.

ITem, c q eccleſiaſticis diſciplinis imbuti nõ ſunt, & temporũ approbatione diſcuſſi non ſunt, ad ſummum ſacerdotiũ prouehi non aſpirent.

Vnde ait Papa Zozimus.

Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus.

CAN. I.

QVi eccleſiaſticis diſciplinis per ordinẽ nõ eſt imbutus, nec tẽporum approbatione diuinis ſtipendijs eruditus, nequaquã ad ſummum ſacerdotiũ † eccleſiæ aſpirare, uel præſumere dẽt: & non ſolũm in eo ambitio inefficax habeatur, uerũm ordinatores eius careant eo ordine, quem cõtra præcepta crediderant præſumendum.

Item Vrbanus Papa.

Ad ſacerdotale officium nullus, niſi per ſingulos gradus approbatus accedat.

CAN. II.

i Neceſsitatis. Argu. alicui licere cauſa neceſsitatis baptiſmū cōferre, cui nō licet aliud ſacramētū cōferre. j. de cōſe. di. iiij. cōſtat. j. q. j. ſicut Chriſtus. contra. ſ. diſtin. l. c. qui ſub gradu.

k Liceat. Cum ſolennitate. alias etiā laicus hoc poſſet. ₅

l Baptizare. Dic ut v. di. q. ſub gradu.

m SI qui. Dum pœniteant. Ex hoc determinantur contraria. ſ. di. lxj. miramur. verſi. ſicut enim.

n Emendent. Ex hoc uidetur, quod ſicut tales ipſo facto ſuſpēduntur, ſic ipſo facto per contrarium reſtituitur eis officium, ut dixi xxxij. diſtin. nullus. Argum. ad hoc xv. qō. vj. nos ſanctorū. & xvj. qō. vij. ſi quis deinceps. ₆

o Audire. ſ. xxxij. diſtin. nullus. & ca. præter hoc. ſed j. xv. qōe. viij. ſciſcitantibus. contra. ſed ibi ſoluam.

p Maledicam. Id eſt, reprobabo, uel reputabo maledictionem cū benedixerint ₇ uobis.

q Paganitatis. Id eſt, infidelitatis.

r Contemnit. Qualiter ſit hoc intelligendum, dixi xxij. diſt. omnes. xix. di. in memoriā. & cap. nulli. Ioannes.

Si

Laicus cōtra clericum teſtari nequit.

₁ Adde qualiter probatur adulteriū, uel fornicatio not. Bart. in l. ij. §. fin. ff. de adul. & in l. quærebaſ. ff. de teſta. milit.

₂ Nō enī ſufficit, ſi capiaſ, niſi alias cōuincatur, uel confiteatur, ar. xij. q. j. nō dicatis. xv qōe. ulti. c. ult. licet contra videatur hic dici, ut l. diſt. de his vero. & c. ſi quis diaconus. ſecundū Hugo.

₃ Vel cū ex hoc magnū ſcandalum ortū eſt, ut l. diſt. ſacerdotes.

₄ Nō eſt extranea iſta expoſitio, quia beneficia clericorū cōia ſunt. xxxij. diſt. c. præter hæc. xxj. q. j. c. ſi.

† Cōcor. tex. in l. ſi libertus. ff. de bon. liber. & l. ſed & hæ. § prætor. ff. de procura.

₅ Dicit L. hoc ſpeciale eſſe in notorio.

₆ Vel dic, ut not. j. q. j. maledicam. & ca. multi. Archidia.

Malac. 2. a

1. Reg. 15. e

a Si quis. Diaconus. uel ſubdiaconus, ut in ca. ſeq. Decidat. Quo ad executionem, prout patet in ſequenti litera. ſed nec ſtatim debet ſuſpendi, ſed ex pectari debet per quadraginta dies. extra de cohabi. cler. ſicut ad extirpandam. ſed illud diſpenſatio eſt. ius enim erit, quod ſtatim deponatur. ĩ. ead. ca. j.

Clericus qui uxorẽ accepit, an ſtatim ſit ſuſpendendus.

CAN. XVI.

iiij Si quis amodo epiſcopus, pſbyter, aut diaconus a fœminã acceperit, uel acceptam retinuerit, à proprio gradu decidat b uſque dum ad ſatisfactionem ueniat. nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

Itẽ clero Mediolanẽſi.

De eodem.

CAN. XVII.

Si quis ſacerdotum, uel diaconorũ, uel ſubdiaconorum officiũ c contumaciter deſerẽs fœminã ſibi potius eligit: ſicut ſpõte ob fornicationẽ dimittit officiũ, ita ob pua ricationẽ dimittere cogat d ẽt inuitus beneficium.

Item populo Mediolanenſi.

De eodem.

CAN. XVIII.

Eos ẽt, qui ut fornicari eis liceat diuinũ officium derelinquunt, & a Deo recedentes, diabolo & operib. eius ſeruiũt: ſicut ſe iuſtiſsimè ab officio alienos faciũt, ita beneficio e eccleſiarum priuatos eſſe iudicamus.

Item Lucius papa.

De eodem.

CAN. XIX.

Miniſtri altaris presbyteri, ſiue diaconi ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam ſeruent. Si uerò poſt ordinationẽ ſuam miniſtros cõtigerit propriæ uxoris f iuadere cubile, ſacrarij nõ intrẽt limina: neq; ſacrarij g portitores fiant, neq; altare contingãt, neq; ab offerentib. h holocauſti i oblationẽ ſuſcipiãt: neq; ad dominici corporis portionẽ accedant, k neq; propinẽt, neq; ſine maioris natu au thoritate minora l gerãt officia: urceũ ſanè ad altare, uel calicẽ nõ ſuggerãt.

Idem.

Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur.

CAN. XX.

[illegible]

Clericus ſol' ad fœminæ tabernaculũ non accedat, neq; properet ſine maioris natu ſacerdotis iuſsione, nec ſolus pſbyter cũ ſola fœmina m fabulas miſceat: nec archidiaconus ſub ptextu humilitatis, n aut officij frequenter o itret domicilia matronarum, aut fortè per clericos aut domeſticos matronæ mandet aliquid ſecretè. p Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus eccleſiæ arceatur.

De eodem.

PALEA.

Sed ſi fortè aliqua interceſſio fuerit, epõ

---

c Si quis ſacerdotum. Officium. Ex his duobus capitulis habes, quod cui interdicitur officium & beneficium. Quãdoque tamen permittitur beneficiũ, & non officium, ut 50. diſtinc. ſtudeat. & xxviij. diſtin. presbyterum. quandoque econuerſo, ut j. q. v. ca. j. quandoque etiam punitur in perſona, & non in rebus, ut xvj. qõ. vj. cognouimus. & cap. illud.

Beneficiũ quãq; permittit, & ñ officiũ.

d Cogatur. Ergo per electionẽ unius uel per renuntiationem intelligitur alij abrenuntiatum. ĩ. viij diſt. quo iure. C. de furt. l. j. ff. de tribut. quod in hæredẽ. §. eligere. ff. de regu. iur. l. nemo. §. quoties. Argu. contra. ff. quorum lega. l. j. §. iij. & ar. plura de hoc inuenies xiij. q. j. in fin. Ioan. Solu. ubi ſunt aliqua repugnantia, eligendo unum, renuntiat alteri. alias ſecus. B. de pœni. diſtin. j. ca. conuertimini. §. itẽ ſi antequam.

Eligẽs unum renũtiat alteri.

e Eos. Beneficio. infra. xvj. qõ. vj. illud argu. ff. de pecul. l. j. C. de uſu. l. ult.

f Miniſtri. Propriæ uxoris. maxime, quia idem eſt in aliena. Et not. quod dicit inuadere, quia iam non eſt uxor quo ad debitum reddendũ. ĩ. lxxvij. diſtinctio. epiſcopus. cum qua uotum emiſit: 1 & ſi eam cognoſcat, inceſtum committit, & filij erunt illegitimi, & ſerui. xv. q. ult. cum multæ. Eſt tamen uxor quo ad adminiſtrationẽ. xxxj. diſt. lex. & plus peccat cum iſta, quã cum ſoluta. Hug. arg contra. ĩ. diſt. proxi. propoſuiſti.

Vxorẽ cognoſcens cũ qua uotum emiſit: inceſtũ cõmittit.

1 Ad hoc xxxiij. q. v. q deo. ſed uideas quod not. 30. quæ. i. noſſe. i gl. ille tamẽ. in fin.

Offerẽtes, qui dicuntur.

g Sacrarij. id eſt, ſacrorum uaſorum.

h Ab offerentibus, id eſt, ſacerdotibus, qui offerunt, id eſt, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationem alijs porrigendã. quaſi dicat, nec ipſi ſumant corpus Chriſti, nec alijs porrigant. Vel melius hoc uult dicere: diaconi nec exerceãt officium diaconale, nec presbyteri presbyterale. Vel expone, nec ab offerentibus, id eſt, ſubdiaconibus. qui offerre ſolent diacono patenam cum euchariſtia.

ADDITIO. xcj. diſt. cleros.

i Holocauſti. id eſt, euchariſtiæ. & dic intranſitiue.

k Accedant. Presbyteri. id eſt, non conficiant

l Minora. id eſt, minorum ordinum officia ſine licentia ſuperioris. & planum eſt capitulum: ut xvj. quæſtio. vj. illud. Argu. contra C. de uſufruc. l. ultima. & ff. de ſupel. leg. l j.

Clericus. Hæc eſt tertia pars diſtinct. in qua dicitur quod archidiaconus non debet frequentare domos matronarum, uel aliarum mulierum, nec mittere xenia per clericos. & hoc probatur in ſeque. cap. Io. de Fant.

m Fœmina. argum. ex ſolitudine, uel ſocietate præſumi pro aliquo, uel contra. ĩ. ead. in omnibus. & capitu. clerici. argumen. xviij. quæſtione. ſecunda in decima. & ca diffinimus.

Præſumptio ſumitur & ſolitudine & ſocietate

n Humilitatis. prætextu enim pietatis non eſt committenda impietas. ff. depoſiti. l. ſi hominem. & xxx. quæſtio j. noſſe. & xiiij. diſt. quod ait.

o Frequenter. Ratione freque[illegible] p aliquo, uel contra aliquem præſumitur, 2 ſimiliter ex longa mora argum. xxxiiij. diſtin. quorundam: xix. diſtin. Anaſtaſius.

2 Cõcor. tex. i l. cũ ali°. C. de cur. fur. & in l. fin. §. pen. C. de bon. quæ libe.

p Secrete. Magis enim peccat occulte peccans, quã manifeſte: ut xix. diſtin. Anaſtaſius. Sed contra. ff. de ritu nup. l. ult. ff. de autho. tut. pupillus. §. ul. qui enim male agit, odit lucem. xviij. q. ij. pernicioſam. extra de offi. iudi. deleg. conſuluit. & extra ut eccle. benefi. ut noſtrum. Ioan. Sol. ubi quis magis contemnit, ibi magis peccat, ſiue ſecrete, ſiue palam. De hoc xl. diſtinctio.

Peccare uter magis dicit, an occulte an manifeſte delinquens.

po ſuggeratur : et ſi talis eſt ad quā ire debeat, ipſe per interuētū pergat. ſin autem, de latere ſuo dirigat cū duobus, aut tribus teſtibus. Nemo tamē cū extranea habitet fœmina, niſi ſoror, aut proxima fuerit : & cum magna ſolicitudine fiat. non enim ignoro malitias ſatanæ.

Ex decreto Eugenij Papæ.

De eodem.

PALEA.

SI quiſpiā ſacerdotū, i. presbyter, uel diaconus, uel ſubdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicatiōis ſuſpectus, poſt primā, ſecundam et tertiam admonitionē inueniatur fabulari cū ea, & aliquo modo conuerſari, excommunicetur : fœmina uerò canonicè iudicetur. [a]

Item Gregorius.

Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet.

CAN. XXI.

OPortet ſacerdotes (quib. domini populus cōmiſſus eſt) cum magna conſtantia uigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus (id eſt, diaboli ſtimulis) lanientur. Neque enim hoc ſilere debeo (quod cum graui animi triſtitia & amaritudine dico) ſacerdotes cū fœminis habitare conſpicio: quod nefariū [b] eſt dicere, uel audire, & contra ſanctorum canonum ſancita. Vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli [c] nō deſunt. Ideoq; admonendi ſunt, ut non antiqui hoſtis decipiant fraude, quatenus iuxta Apoſtoli uocē, non uituperet miniſterium noſtrū. Cauere enim oportet nos fratres ab illicitis, ut mundas ualeam' manus ad dominū leuare. ſcriptum eſt enim: Sancti eſtote: quoniam ſanctus ego ſum. Si quis uerò præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauendum eſt fratres, ne fallamus [d] populum, & illud prophetæ dictū impleatur in nobis. Sacerdotes mei contamināt ſancta, & reprobāt legem. quos & alius propheta increpauit dicens: O uos ſacerdotes, qui fallitis [e] nomen meum, & dixiſtis, In qua re fallim' nomen tuum? quibus reſponſum eſt: Offerentes ad altare meū panes pollutos. [f] Non eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dominus: & ſacrificiū nō accipiam de manib. ueſtris: quia polluti eſtis.

Item Symmachus.

De eodem.

CAN. XXII.

VOlumus, [g] ut ſacerdotes prohiberi debeāt, ne cum mulieribus conuerſentur, excepta dūtaxat matre, uel ſorore, uel uxore: [h] quæ caſtè regenda eſt.

Idem in regiſtro.

De eodem.

CAN. XXIII.

LEgitur, [i] quòd beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit, dicens: quæ cum ſorore mea, [k] ſunt, ſorores meæ [l] non ſunt. Docti ergo uiri cautela, magna nobis debet eſſe inſtructio.

ſtinctio, homo Chriſtianus.

[a] SI quiſpiam. Hæc palea habet̄ extra de cohabit. cler. & muli. cap. ij. ibi exponitur.

[a] Iudicetur. No. quod ratione delicti mulier efficitur de foro eccleſiæ. Archidia.

OPortet. Hæc eſt quarta ꝑs diſtin. in qua probat per decem cap. ſanctorum patrum, quod cum clericis non debent cohabitare ſuſpectæ mulieres, nec ſolus cum ſola debet confabulari. Ioan. de Faut.

[b] Nefarium. Id eſt, horribile. nam ſi nefarium eſſet dicere, male fecerat Greg. dicendo.

[c] Stimuli. Nam ex cohabitatione præſumitur acceſſus. xviij. quæſtio. ij. diffinimus.

[d] Ne fallamus. Publicum enim teſtimonium & opinio non eſt fallenda. C. de latt. liber. tol. l. j. §. ſed & qui ſcimus. & argumen. xxvij. diſtinctio. quod interrogaſti.

[e] Qui fallitis. Dicitur enim fallere, ex quo habent uoluntatem fallendi [2] nec minus peccant. de pœnit. diſtin. j. ſi cui. alias autem non fallunt. xxiiij. qō. iij. Deus. mentiri enim Deo, &c. de conſe. diſtin. ij. palem.

[f] Pollutos. quantum ad ſacerdotes. xliiij. diſt. c. ult.

ADDITIO.

Ad hoc xlix. di. c. ulti. de conſe. diſtin. iiij. quæris. & j. q. j. quod quidam. Arch.

[g] VOlumus. Quod dicitur in iſtis capi. uidetur corrigi extra de cohab. cle. & mul. c. j. Vel intellige illud quando perſonæ ſunt ſuſpectæ, uel ſecum habent ſuſpectas. Sed uſque ad quem gradum, licet clericis cum conſanguineis habitare? Dici poteſt, quod uſque ad ſecundum in linea tranſuerſa li. j. ea. c. cum omnibus. ſed in aſcendente uel deſcendente uſque ad ſeptimum, uel hodie uſque ad quintum: quia cum his naturale fœdus nihil ſæui criminis, &c. ut extra de cohabi. cler. à nobis. & C. de epiſ. & cleri. l. cum qui. etiam ſi illæ perſonæ iuuenes ſint. Vltra ſecundum uero diſtingue, an ſuſpectæ ſunt, quia iuuenes ſunt: an non, quia ſunt ſenes: & tunc poteſt, in primo caſu non. Sic etiam diſtingue in ancillis. & ſic intellige ſ. eo. c. fœminas. Sed contra, nonne clerici debent ſimul dormire. xij. q. j. neceſſaria? ſed hoc de alijs, qui ſimul non uiuunt. Ioan. Et no. quod illi decre. c. a … bis. eſt ſtandum, … ultima eſt de illa materia, & corrigit decre. primā. illius tituli. B.

[h] Vel uxore. ſ. diſtinct. lxxvij. epiſcopus. arg. contra. ſed hoc de ſenibus, illud de ſuſpectis. Vel loquitur hic ſecūdum antiqua tempora. Vel ſolue, ut ibi dixi. & quod dicit caſte, quia caſtitas, &c. xxxj. diſt. Nicena.

[i] LEgitur. Argu. ꝙ etiam a licitis debemus abſtinere, ſi eorum occaſione peruenitur ad illicita. arg. diſt. lxiij. cap. quia ſancta. §. uerum. xj. q. iij. priuilegium. & xxj. diſt. denique.

[k] Mea. Et hoc intellige cum tales ſunt conſanguineæ, quæ ſine alijs eſſe non poſſunt. Vel intellige de epiſcopo, cui non licet aliquam habere ſecum. C. de epiſc. & cler. authē. epiſcopo. Laur.

[l] Sorores meæ. quia

[a] Et extra de celebra. miſſ. à hoie. & xxxij. qō. iiij. nemo. ibi uide.

[2] Adde gl. in l. uēdicatio. ff. de rei uendic. Bar. in l. quæ de tota. c. ti.

Clerici cū mulierib. cōſanguineis habitare poſſunt.

1. Cor. 5

Leu. 20

Soph. 3

Mala. 1

Abſtinere à licitis quãq; debemus.

Epiſcopus nullā ſecū habeat mulierē.

Socij mei ſocius nó eſt meus ſocius.

quia ſocius ſocij mei, ſocius meus non eſt. ff. pro ſo. nã ſocij. nec uaſallus mei uaſalli, meus vaſallus eſt: ſicut nec libertus mei liberti, libertus meus eſt. ff. de verbo. ſig. Modeſtinus. nec frater fratris mei frater meus. ff. de ritu nupt. l. generali. §. inter priuignos.

a IN omnibus. Vt certus. id eſt ille, ad cuius ſpectat officium. xviij. qõ. ij. in decima.

Præſumptio ſumitur ratione numeri, loci, tẽporis, & perſonæ. Eccleſ. 4.

b Loco. In hoc ca. habes præſumi contra aliquem, & pro aliquo ratione numeri, loci, temporis, ratione etiam perſonæ & cauſæ. xxiij. qõ. viij. occidit. & xxix. diſt. ſciẽdum. & xviij. qõ. ij. diffinimus.

c Duos. Argu. quod melius eſt eſſe duos ſimul quam unum, vt vij. quæſt. j. illud. xij. q. ij. nobis. Arg. contra. ff. de adu[illegible] [illegible] dum & [illegible] non peccaui[illegible] diſt. ij. qñ Adam. Argũ. cõtra. xxj. qõ. ij. ſicut vij. qõ. j. in apibus. Sol. horum Brocardorum eſt, ut referas te ad id de quo agitur. Licet enim binarius reprobet. xxxij. qõ. j. nuptiæ. non tñ quo ad oẽm ſignificationem. xxviij. q. j. ſæpe. i. non quo ad oẽm locum in quo ponitur. & ſolue per cap. ſæpe.

d CVm omnibus. Ex familia. Quis enim ferret cõiuges a viris, uel patres a filijs ſeparari? C. communia vtriuſque iur. poſſeſſionem. argum. ad hoc xj. qõe. iij. quoniam multos. dura enim eſſet talis ſeparatio. ff. de fun. inſtru. quæſitum. §. ſaltuarium.

Perſonarum coniunctarũ ſeparatio.

Item ex vij. ſynodo.

De eodem.

CAN. XXIIII.

IN omnibus obſeruare conuenit, ut certus a quis, & certo tempore, & certo loco, b & certis perſonis, uel apparere clericus, uel loqui debeat mulieribus, ut excludatur omnis nefanda ſuſpicio. Certè ſolum ad ſolam accedere nulla religionis ratio permittit. melius eſt enim duos c eſſe ſimul quam unum. ſimul enim & fidelius & tutius res geritur. Væ enim uni, quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

De eodem.

CAN. XXV.

CVm omnibus omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, ſed ſolæ matres, auiæ, & materteræ, amitæ, ſorores, filiæ fratrum aut ſororum, & quicunque ex familia d domeſtica neceſſitate etiam antequam ordinarentur e iam cum eis habitabant, uel ſi filij eorum iam ordinatis parentibus uxores acceperunt, aut ſeruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuerit.

Item ex conc il. Laodi.

De eodem.

CAN. XXVI.

NOn oportet miniſtros altaris, uel clericos quoſlibet, aut ſe cõtinentes, & omnino f Chriſtianũ, cum mulieribus lauacra habere cómunia. Hæc eſt enim apud gẽtiles prima reprehenſio.

Item Grego. Ianuario epiſcopo Carolitano.

De eodem.

CAN. XXVII.

ARchidiaconum tuum (ut audio) habitare cum mulieribus prohibui ſti, & nunc uſque in ea prohibitione deſpiceris: qui niſi g iuſsioni tuæ paruerit, eum ſacro ordine volumus eſſe priuatũ. h

Item ex concil. Tolet.

Venundentur ab epiſcopo, quæ appetunt conſortia clericorum illicita.

CAN. XXVIII.

QVidam clerici legitimum nó habentes coniugium, extranearum mulierũ, i uel ancillarũ ſuarũ, quæ ĩterdicta ſunt) conſortia appetunt. Ideo quæcunque clericis taliter coniunctæ ſunt, ab epiſcopo auferantur, & venundentur, k illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos ſua libidine infecerunt.

Vnde Syricius Papa Imerio epiſcopo, ca. xij.

Non habitent mulieres cum clericis, niſi quas neceſsitudo excuſat. CAN. XXIX.

FOeminas non alias in domo clericorum eſſe patimur, niſi eas tantùm, quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas habitare cum eis ſynodus Nicena l permiſit.

Itẽ ex conci. aphri. iiij.

Niſi maiorum iuſsione ad fœminarum domicilia clerici non accedant.

CAN. XXX.

CLerici uel continentes m ad uiduas, uel virgines (niſi ex iuſſu uel permiſſu epiſcoporũ aut presbyterorum) non accedant: & hoc nó ſoli fa-

nas recipere iam ordinatus, ut filius duceret uxorem in domum patris clerici. ſed ſi prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo, non debet eam eijcere. Nam Turpius eijcitur, quã nó admittitur hoſpes, extra de iureiuran. quemadmodum.

f NOn oportet. Et omnino. Vnde ſi uir accedit ad balneum extraneæ mulieris, priuatur donatione propter nuptias, & mulier dote ſi cum uiro alio habuit balneum. C. de repud. l. ulti. imo etiam infamis eſt, qui tenet mulieres cuſtodientes balneatorum veſtes, ut ff. de ijs qui not. infa. athletas.

Balnea mulcris periculoſa ſunt.

g ARchidiaconum. Qui niſi. ut xxiiij. quæ. iij. de illicita.

h Priuatum. Poſt trinam commonitionem, ut extrã de cohabi. cleric. & mulie. ſi quiſpiam.

i QVidam. Mulierum. Id eſt, ancillarum.

k Et venundentur. Et hoc ſi filios habuerint. ſi autem filios non habuerint clauduntur in monaſterio: ut di. xxxiiij. fraternitatis. ne filij pereant propter eorum abſentiam. Item hic ſubaudi, quãdo contrahunt cũ eis, tanquam cum uxoribus, alias non concedo, quod uenundari debeant, uel in ſeruiturem redigi propter ſimplicem fornicationem. ar. xv. qõ. ult. ut notaui xxxij. diſtin. cos & xxxiiij. diſtinct. fraternitatis.

i Et dicſit quidam quod nó eſt canon latæ ſentẽtiæ, ſed ferendæ, ut patet in decre. hic al lega. ſi quiſpiã. Arch.

Mulierũ cum clericis cõtrahentium punitio.

l FOeminas. Synodus Nicena. quæ eſt. ſ. ca. in omnibus.

m CLerici. Continen-

e Etiam antequam ordinarentur. Idem ſi poſt. ſed ideo dicit, quia forte non haberet neceſſe tot perſo-

tes. Vt ſunt conuerſi & deuoti.

ADDITIO. ij. quæſt. ij. duo. xxvij. qõ. j. ut lex.

Teſtes ꝓ-ferẽdi sũt qui ꝓ reo depoſuit.

ᵃ Ad hoc facit qđ not. in authẽ. de hæ re. & falc. §. ſi nõ ab ſunt. ubi dicit ꝙ talis aſſertio habet in ſe implicitã affirmatiuã. Archid.

Sanctimonialibus pauperib. debet prouidere epiſcopus. Moniales otioſæ eſſe non debeat.

ciant, ſed cum clericis, uel cũ quibus epiſcopus, aut presbyter iuſſerit, nec epiſcopi ipſi, aut presbyteri ſoli habeãt acceſſum ad huiuſmodi fœminas, ſed ubi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui ᵃ Chriſtiani.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Epiſcopi prouideant, ne occaſione temporalium, clericorũ familiaritatibus uirgines ſocientur. CAN. XXXI.

AD reatũ epiſcopi pertinet, uel presbyteri, qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ uitæ [b] præſentis cauſa adoleſcentiores uiduæ uel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubijciantur.

Item ex eodem.

CAN. XXXII.

VIduæ, [c] quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſsiduę in Dei opere eſſe debent, ut meritis & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent.

DIST. LXXXII.

GEneraliter [d] et pauperibus et ijs, *qui ſuis* [e] *manibus laborare nõ poßũt,* [f] *epiſcopus neceſſaria ꝓuideat.*

Vnde in Aurelianenſi concilio legitur.

De eodem.

CAN. I.

EPiſcopus pauperibus [g] uel infirmis, qui debilitate faciente ſuis manibus laborare nõ poſſunt victum & veſtimentum (inquantum ſibi poſsibile fuerit) largiatur.

Item Innocentius [h] Exuperio Tholoſano archiepiſcopo.

Qui uoluptatem officio præpoſuerit, modis omnibus ſubmoueatur. CAN. II.

PRopoſuiſti quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij [i] miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos incõtinẽtes eſſe, aut fuiſſe generati filij [k] prodiderunt. De his etiã manifeſta eſt diuinarum legũ diſciplina, & beatæ recordationis Syricij epiſcopi monita cui dẽtia commearunt, ut incontinentes in officijs poſiti talibus, omni honore eccleſiaſtico priuarentur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola [l] continẽtia oportet impleri. Eſt enim uetus admodum ſacræ legis authoritas, iam inde [m] ab initio cuſtodita, ꝙ in templo [n] anno uicis [o] ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, ut ſeruientes ſacris oblationibus, puros, & ab omni labe purgatos ſibi uendicent diuina miniſteria, neque eos ad ſacra officia fas ſit admitti, qui exercent etiam cum uxore [p] carnale conſortium, quia ſcriptum

---

ᵃ Aliqui. Hoc nõ poteſt intelligi, niſi de laicis propter literam præcedentem. Sed quid ſi duo clerici dicunt me commiſiſſe fornicationem cum aliqua tali die, duo laici dicunt me fuiſſe ſecum tota die in alio loco? dico præponẽdos laicos, ᵃ quia ſtant pro reo. & ita patet hic, ꝙ clericus poteſt ſe purgare quãdoque cum laicis, ut xviij. quæſtio. ij. in decima. ut ibi dixi.

AD reatum. [b] Vitæ. Coguntur enim quandoque ſanctimoniales propter defectũ rerum operas aliquas facere clericis uel alijs, & per talẽ familiaritatẽ & propter rerum defectũ cogũtur aliqua turpia facere. Præcipitur ergo hic, qđ ſi aliquæ ſunt pauperes, ꝙ epũs eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperũ. Si obijcias. j. de cõſe. di. v. nunquã. ubi nunquã permittit, imo iubetur ne ſint otioſæ, ſed faciant calathos uel ſimilia, illud intellige, quod eccleſiæ poſſunt facere operas, non extraneo. liiij. diſt. ſi ſeruus. in fin.

[c] VIduæ. Infra lxxxvij. diſtinct. c. j.

GEneraliter. Hæc diſt. diuiditur in tres partes, ut quarum prima dicitur quod epiſcopus debet prouidere pauperibus ſecũdũ poſſe ſuũ. ſ. illis, qui laborare nõ poſſunt. Secũda ibi, Propoſuiſti. Tertia ibi, Qui aũt. Io. de Fãt.

[d] Generaliter. Depingitur lxxxij. diſt. in qua tractat adhuc magiſter de cõtinẽtia miniſtrorum: & addit quod ſi quis miniſtrorum fornicationem committit & agit pœnitentiã, ex diſpẽſatione põt remanere in ordinibus, ut j. ea c. ulti. Et referuntur hæc duo quæ dicũtur in hac diſt. ad id. oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. & ad id, oportet eſſe monogamum. tamen præmittit in c. j. qualiter epiſcopi pauperibus & infirmis debeant prouidere.

[e] Qui ſuis. Pauper enim qui laborare poteſt, ſi ſe immiſcet eleemoſynæ Imperatoris, redigitur in ſeruitutem. C. de mendi. uali. l. j. lib. xj.

[f] Non poſſunt. Ei qui poteſt laborare, non debet eccleſia prouidere. integritas enim & robur mẽbrorum in conferenda eleemoſyna eſt attendẽda. C. de men. vali. l. j. lib. xj. quia robuſti de cibo ſecuri ſine labore, frequenter iuſtitiã negligunt, ut v. qõ. v. non omnis. & dicit gl. ſuper Matthæũ, iuſtius feceris ſi iniuſte petentem correxeris, quam ſi dederis, &c.

[g] EPiſcopus. Pauperibus. j. diſtinc. lxxxvij. cap. j. & ſecundo.

[h] Innocentius. Qui fuit tertius à Syricio.

PRopoſuiſti. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, quod puniantur ſacerdotes & diaconi, qui non ſeruauerunt ſententiam Syrici de caſtitate. Io. de Fant.

[i] Diaconij. [illegible]

[k] Filij. Filius eñ eſt argumentũ ambulans ſuper terrã de incõtinentia patris. xxviij. diſtinc. priuſquam.

[l] Quod ſola. Id eſt, à ſolis continentibus, ut lxxxiiij. di. cũ in præterito.

[m] Iam inde. i. de hoc articulo.

[n] Quod in templo. Sufficit ergo ſcholari ad hoc, ut ſtipendium conſequatur, ut ſua uice ſeruiat eccleſiæ, ſcilicet cum ibi eſt.

[o] Vicis. i. ſeptimanæ. alias eſt dies ꝓ anno: ut xxx. quæſtio. ij. hoc ipſum.

[p] Cum uxore. Multo ergo fortius ſi cum alia.

ADDITIO.

Dic ꝙ propter reuerentiã ſacramentorum vult eos eſſe ſanctos. i. mundos ab omni labe mortali uel ueniali, ſpirituali uel corporali. ꝙ non poteſt eſſe, quando carnaliter uxoribus commiſcentur, ſecundum H.

Eccleſia potẽtibus laborare nõ debet prouidere.

[illegible] mãſerunt.

Filius ambulans ſuper terrã teſtaĩ patris incontinentiã.

Dies pro anno inuenitur.

Scriptum

eſt, a Sancti eſtote, b quia ego ſanctus ſum, dicit Dñs Deus veſter. Quib⁹ vtiq; propter ſobolis ſucceſsionẽ, uxoris uſus propterea fuerat relaxatus, quia ex aliena tribu ad ſacerdotium nullus fuerat auſus accedere: quo magis c ipſi ſacerdotes, uel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus & ſacerdotium, uel miniſterium ſine ſucceſsione eſt: nec præterit d dies, qua uel a ſacrificijs diuinis, uel baptiſmatis e officio uacẽt. Nã ſic Paulus ad Corinthios ſcribit dicens, Abſtinete uos ad tempus, ut expeditius vacetis orationi, & hoc utique laicis præcepit. f Multò magis igitur ſacerdotes, quibus & ſacrificãdi & orandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab hmôi cõſortio abſtinere: quia ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo merito ſe poſſe exaudiri credit, cùm dictum ſit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed coinquinata eſt eorum mens & conſcientia. Sed fortaſſe hoc ſibi licere credit, quia ſcriptum eſt, unius uxoris g virum. non dixit hoc, ut permaneat h in concupiſcentia generãdi, ſed propter incontinentiam i futuram. k Quod apertius declarauit dicens, Qui autem ſunt in carne, l Deo placere non poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Sed ea planè m diſpar & diuerſa n ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma eccleſiaſticæ uitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Syricio ad omnes prouincias o cõmeauit, non probatur p perueniſſe: his ignoran-

Sufficit ita eſſe ſcriptum.

a Scriptum eſt. Sufficit ergo ſca ſcriptum eſſe, ſi et ſit durum. arg. xix. diſt. in memoriam. ff. qui & à quibus li. ma. l. proſpexit.

b Eſtote. Argu. contra. xxxj. diſt. Nicena. nam caſtitas eſt cum propria coniuge. 1

Leu. 20. b

1 Idẽ tenet Spec. § tit. de eo q mit. in poſſ. uerſ. porro. & Bart. in l. mulier. §. pponebatur. ff. ad Turpil.

c Quo magis. Id eſt, quanto magis.

d Nec præterit. Præter ſabbathum magnum, & diem præcedentem, ut de conſecr. diſt. iij. in ſabbatho. Vel dic ſacrificijs, id eſt, officijs diuinis.

e Vel baptiſmatis. Cum neceſsitas exigit. alias baptiſmus, qui ſit cum cerei benedictione & nouẽ lectionibus, bis in anno tantum ſit. de conſecra. diſtin. iiij. proprie.

f Præcepit. Id eſt, perſuaſit, ut x. xiij. quæſt. iiij. Chriſtiano. Vel præcepit uxoribus nolentibus continere. Vel dic præceptum eſſe, cũ uir accipit corpus Chriſti, ut ſcilicet, non exigat, 2 ſed reddere tenetur omni tẽpore. de cõſec. diſt. ij. c. omnis.

1. Cor. 7. a

2 De hoc leg. & no. de cõſec. diſt. ij. omnis hõ.

g Vxoris. Id eſt, non ideo dicit eſſe virum uxoris unius ut ea utatur tempore ſacerdotij.

h Vt permaneat. Arg. uoces affirmatiuas reſoluendas in negatiuas. argu. ĩ. diſt. xxvj. vna tantum. & c. unius. 3

Affirmatiua in negatiuam reſoluit.

3 Cõcor. text. in l. nõ debet. ff. de dolo & in l. nã etiã. ff. de inoffic. teſtamen.

i Sed propter incontinentiam. i. ut ea mortua contineat, & ſecundam non ducat: & ſic negatiue legitur unius. i. non plurium. argu. extra de teſtibus. licet.

k Futuram. Id eſt, quam timebat.

l In carne. Id eſt, carnaliter uiuentes.

m Sed ea plane. Hic reſpondet conſultationi, & reuertitur ad conſtitutionem Syricij, de qua dixerat. Dicit autem Hugo, & alij quod Syricius bis emiſit conſtitutionem. Primo illam, quæ erat data ab apoſtolis. ſ. ut in ſacris ordinibus nullus contraheret, & ſi contraheret, deponeretur, ut lxxxiiij. diſt. cum in præterito. Hæc fuit primo ab apoſtolis ſtatuta, ſed quia exoleuerat, renouata eſt à Syricio. procedente tempore referebatur quæſtio de talibus, de quibus Innocent. hic loquitur. Sed tamen quia quidam prætendebant ignorantiam primæ conſtitutionis Syricij, inde ſumpta occaſione Syricius aliã edidit humaniorem, mitigando rigorem primæ. ſ. ut ignorantes excuſarentur, ut infra eo. plurimos. & hanc formam ſcribit. ſ. ſecundæ Innocentius Exuperio. & q ſcripſit bis Syricius, patet ex hoc cap. & ſeq. ubi dicitur, quòd quidã excuſantur ignorantia conſtitutionis Syricij. Sed qualiter hoc, dicetur in prima conſtitutione. Quidam dicunt, quod non dedit de hoc facto, niſi ſemel conſtitutionem, renouando conſtitutionem apoſtolorum, & mitigando eam cum ſua diſtinctione. & ſecundum hoc eadem eſt cauſa deciſionis Innocentij, niſi q Innocentius utitur diſtinctione circa cõſtitutionem Syricij, & Syricius circa conſtitutionem apoſtolorum. Tertij dicunt, q Syricius duas emiſit conſtitutiones, ſed in nullo renouauit apoſtolorum conſtitutionẽ, quia apoſtoli nihil conſtituerunt de continentia. argu. xxxj. di. quoniã. & dicit Hug. quod quædam conſtituit eccleſia, quæ nõ fuerunt ſtatuta ab apoſtolis, ut de continentia miniſtrorum. xxxv. qõ. j. cum igitur. §. hac itaque. in fin. Quod autem dicitur. ĩ. lxxxiij. diſt. cum in præterito. quòd ſ. apoſtoli docuerunt, uerum eſt exemplo. xxxj. diſt. omnino. non conſtitutione. ſed de hoc dixi xxviij. diſtinc. diaconi. Prima ergo cõſtitutio Syricij fuit de continentia, ut quicunque uellet promoueri ad ſacros ordines, faceret hoc non tantum promiſſa, ſed etiam præeunte continentia. hoc innui videtur lxxxvij. diſt. quicunque. Sed quia illa non ſeruabatur a quibuſdam prætendentibus ignorantiam, ideo aliam fecit cũ diſt. ĩ. eo. plurimos. Nec fecit primam, niſi in promouendis. Promotos enim non poſſet adſtringere ſine ſuo uelle, ſicut nec poſſet Papa conſtituere de acolythis iam promotis, ne contraherent. argum. xxxij. q. j. integritas. Io. quod falſum eſt, 4 cũ habeat plenitudinem poteſtatis. ij. qõ. vj. decreto. nec legibus adſtringitur, ut. ff. de leg. & conſtit. princeps. & C. eod. digna vox. Bar. nec in primo vel in ſecundo capitu. habes quod Syricius aliquam conſtitutionem fecerit, ſed inuehitur in ſecundo cap. contra incontinentes, de quibus conſultus fuerat, diſtinguendo, imo potius diſpenſando: quod patet ex uerbo monita. in principio capitu. & per uerbum admonitionem. in fi. & dic commeauit non conſtituendo, ſed ignoſcendo & diſpenſando, ut infra ea. presbyter.

Clericis continentiam quis primo indixit.

Tit. 1. b

Apoſtoli de cõtinẽtia nihil conſtituerunt, ſed ſolo exemplo illam docuerũt.

Rom. 8. b

4 Arg. ad hoc ſupra xxxij. diſ. placuit ubi de hoc. ſed dictũ hoc oĩno falſum ẽ, niſi itelligas de pmouẽdis. & ſic not. H. xxviij. diſtinc. de his. in fin.

n Et diuerſa. Diuiſa, & bimembris. nam recipit diuiſionem, id eſt, diſtinctionem. Et hoc de ſecunda.

o Prouincias. Pro maiori parte.

p Non probatur. Ex hoc uidetur q qui dicit citationem ad ſe non perueniſſe, quòd hoc non tenetur probare, ſed potius aduerſarius tenetur probare, quòd puenit ad eum: cum talis negatiua non poſsit probari: ut extra de elect. bonæ. Sed non eſt uerum: quia credendum eſt uerbo nuntij, donec contrarium probetur, ut not. iiij. qõ. iij. c. ſi teſtes. §. item teſtes quos. ſic ergo expone, non probatur perueniſſe, id eſt, probatur

Probare tenetur, qui dicit ſe non citatum.

tibus [a] uenia non negabitur, [b] ita ut decætero penitus incipiant abſtinere: & ita gradus ſuos in quibus fuerint inuenti, retentent, ut eis non liceat ad potiora conſcendere: quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam uiuendi miſſam a Syricio deteguntur, [c] neque ſtatim cupiditatem libidinis abieciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmouẽdi, qui poſt admonitionẽ cognitã, præponendã arbitrati ſunt uoluptatem.

Item Syricius Papa.

De eodem.

CAN. III.

PLurimos ſacerdotes Chriſti atque leuitas poſt longa cõſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugijs proprijs, quàm etiã de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in ueteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptor uitiorum, ſi exiſtimat, quòd in lege Moyſi paſsim ſacris ordinibus a Deo noſtro relaxata ſunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorum, præmonet dicens, Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter? cur etiam procul a ſuis domibus anno uicis ſuæ in templo habitare iuſsi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne uel cũ vxoribus ſuis poſsint carnale exercere commercium, ut conſcientiæ integritate fulgentes munus acceptabile Deo offerrent, quibus expleto deſeruitionis ſuæ tempore, uxoris ſuæ uſus ſolius ſucceſsionis cauſa [d] fuerat relaxatus: quia non ex alia, niſi ex tribu Leui quiſquam ad Dei miniſterium præceptus fuerat admitti.

Item.

De eodem.

CAN. IIII.

QVia aliquãti de quibus loquimur (ut tua [e] ſanctitas retulit) ignorantia lapſos [f] ſe eſſe deflent, his hac conditione miſericordiam [g] dicimus non negandam, ut ſine ullo honoris augmento in hoc, quod deiecti [h] ſunt, quandiu uixerint officio perſeuerent, ſi tamen poſt hoc continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi uerò qui illiciti priuilegij [i] excuſatione utuntur, & ſibi aſſerunt ueteri hoc lege conceſſum, nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore (quo indignè uſi ſunt) apoſtolicæ ſedis authoritate deiectos, nec unquam poſſe ueneranda tractare myſteria, a quibus ſe ipſi dũ obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præſentia cauere [k] nos præmonẽt

Conſtitutio publice ꝓmulgata, intra quod tempus ligat.

tur non perueniſſe. Cum enim conſtitutio ſit publice promulgata, quilibet eam tenetur ſcire, ut xvj. diſtin. quod dicitis. extra de poſtu. præla. ad hæc. xij. q. ij. qui & humanis. & ſecundum leges tenetur eã quilibet ſcire uſq; ad duos mẽſes: ut in auth. ut factæ nouæ conſtitutioni. §. j. col. vj. ſecundum canones uſque ad ſex menſes: ut xviij. di. decernimus. Quia ergo præſumebatur perueniſſe ad iſtos, tenebãtur ipſi probare ignorantiam. & hoc eſt generale quod propter præſumptionẽ cogitur ꝓbare aliquis ignorantiam: ut hic, & extra de elec. innotuit. & j. q. j. ſi qui a ſimoniacis. & C. de peri. tu. l. pe. alias qui dicit aliquẽ ſciuiſſet, hoc tenetur probare, [1] ut iij. qõ. ix. indicas. & ff. de admini. tut. l. hoc autem. quid enim peccat q̃ præſentis legis inſcius priſtinam ſequitur obſeruantiam? ut C. de teſt. iubemus. in fin. Sed qualiter probat ſe aliquis ignoraſſe? dico ſuo ſacramẽto, [2] † ut xxxiiij. qõ. ij. in lectum. extra de ſent. excom. ſi uero. ut not. iiij. qõ. v. quiſquis. in fi. [3] Ioan. Vel etiam alio modo, ſi poteſt probare ſe fuiſſe in alio loco, & forte ſi præſumptio eſt contra eum, non crederem iuramento ſuo. B. Sed quid ſi collegium, uel aliquis conuentus dicit ſe ignoraſſe, nunquid tunc omnes iurabunt? dico q᷑ ſufficit, ſi epiſcopus cũ maioribus de capitulo iurat: ut ff. de condi. & demonſtr. municipibus. Alij dicunt qđ eo ipſo probatur ignorantia, qđ non probatur ſcientia, ut C. qui mil. non poſ. ſuper ſeruis. lib. xij.

Ignorantiã probare quis cogitur propter præſumptionem.

[1] Dicunt qui iuris apicibus inuigilant, regulare eẽ ignorãtiã nõ debere probari, ſed ſciẽtiam.

Ignorãtia quomodo probatur.

[2] Ad hoc facit qđ leg. & no. extra de ſen. excõ. ſi uero. & de homic. ſignificaſti. j. & de ura. calũ. cap. ij.

† Sacramẽto. Idẽ late Iaſ. § ſed iſtæ. inſtitu. de actio.

[3] Cõcor. gl. fi. in l. ſi cui. & ibi Bar. ff. de accuſ.

Collegiũ nunquid iurar̃ poſſit.

[a] Ignorantibus. Decretum non ligat ignorantes. ff. de decre. ab ordin. fac. l. ultima. ff. locati. l. ſi ignorans.

Decretũ non ligat ignorantes.

Leuit. 20.

ADDITIO. Ad idem xij. quæſt. ij. de laicis. ubi de hoc. Dic quod decretum ſecundum canones ligat ignorantes: ut dixi xix. diſtin. cap. j. ſuper ſumma, ibi uideas. Archid.

[b] Negabitur. Argu. neminem ligari antequam conſtitutio ad eum peruenit. argu. di. xxxj. ante trienniũ. xxxvj. qõ. ult. ſi autem. xij. qõ. v. ſicubi. & xlvij. diſt. quoniam. xiiij. qõ. iiij. ſi quis oblitus. liiij. diſtin. ex antiquis.

[c] Deteguntur. Eo ipſo quod non probant ignorantiam, cum ad omnes commeauerit.

PLurimos ſacerdotes.

[d] Solius ſucceſsionis cauſa. Præcipue. nam & cauſa incontinentiæ. xxxij. quæſtio. ij. c. ſicut non omnis. §. his ita.

QVia aliquanti.

[e] Vt tua. Cum ergo hic ſcribat uni, & in præcedenti c. dicatur q᷑ conſtitutio Syricij Papæ ad omnes prouincias commeauit, patet qđ duas emiſit Syricius conſtitutiones, & eti quia hic dicit, ignorantiã reſpectu primæ.

[f] Lapſos. Reſpectu. ſ. ſecundæ conſtitutionis.

[g] Miſericordiam. Quia illa ignorantia iuris nõ eos excuſat [4] a toto, ſed quia facilius cũ eis diſpenſatur. Alij dicunt, q᷑ unã tantũ emiſit, & dicunt, ignorantia apoſtolicæ conſtitutionis.

[h] Deiecti. i. lapſi.

[i] Priuilegij. Argu. contra eos, qui prætendunt ſe non debere dare decimas quia prædeceſſores ſui nõ dederunt, & ſic uti uolunt priuilegio ſuorum antiquorũ. extra de deci. c. ij. & c. quamuis. Itẽ arg. cõtra illos, q pro ſui iuris tuitione cõſuetudines antiquas allegãt, ut xxxij. q. iiij. nemo. & j. q. 4. c. ul.

[k] Cauere. Arg. ex præſentibus futura præſumi.

[4] Adde, q᷑ quãq; iuris ignorãtia excuſat a pœna ꝓpter ruſticitatem, non aũt excuſat a nullitate actus ut not. in l. j. . de interdict. matrimo. inter pup.

Conſuetudo antiqua nõ excuſat.

Præſumẽ ex præſentibus circa futura.

prætum, arg. di. j. ſi quis diaconus di. lj. præterea.
ADDITIO. Hoc not. xviij. diſtinc. peruenit.
a Vt abſcindantur. Sic xvj. q. j. in canonibus. xxiiij. q. iij. ecce.

Qui autem. Hic incipit tertia pars huius diſt. in qua quæritur qualiter pœnitentia imponatur ſacerdoti lapſo in fornicationem, ita quod poſsit poſtea celebrare. Et reſpon. quòd decem ann. debet pœnitere. Io. de Fant.

b Presbyter. Hoc cap. intelligũt quidam de diſpenſatione, alij de iure: quia epiſcopus poſt peractam pœnitentiam tenetur diſpenſare. arg. 50. diſtin. domino ſancto. & ca. ut conſtitueretur. Vnde dicunt hodie pro fornicatione neminem deponendum, niſi in ea perduret. & ideo quia hodie fragiliora ſunt corpora noſtra, quam olim erant. xxxiiij. diſtin. fraternitatis. Licet eadem ratione debes dicere de quolibet crimine: ut j. eo. ca. uerſi. eadem quoque. & no. ſ. proxi. diſt. ca. Maximianus.

Fornicationis ca hodie nemo eſt deponẽdus.

c Apoſtolorum. Hic concilium diſpenſat contra Apoſtolum in pœnis, ut ſ. diſt. proxim. presbyter. ſic ſ. xxxiiij. diſt. cognoſcamus. & cap. lector.

d. Authoritatem. Hanc non habemus in corpore canonũ beati Sylueſtri.

e Decem annis. Alibi dicitur, quòd ſacerdoti pro fornicatione imponitur pœna xij. anno. & epiſcopo. xv. xxx. q. j. c. ſi quis ſacerdos. & capi. non debet. alibi. vij. ut xxxiij. q. ij. hoc ipſum. Sed uarietas delicti inducit uarietatem pœnæ, ſcilicet cum fornicatio eſt ſimplex, uel inceſtuoſa, poterit ſacerdos mitigare pœnam pro quantitate criminis, & qualitate perſonæ. xxvj. q. vij. tempora.

Sacerdotis fornicarij pœnitentia.

f In ueſperam. Nam ea hora debent comedere ieiunãtes, de conſec. diſt. j. ſolent.

Ieiunãtes ueſpera comedere debent.

in futurũ: ſi quilibet epiſcopus, presbyter, aut diaconus (quòd non optamus) fuerit talis inuẽtus: iam nunc ſibi omnẽ per nos indulgentiæ aditũ intelligat obſeratum: quia ferro neceſſe eſt, ut abſcindãtur [a] uulnera, quę fomentorum non ſentiũt medicinam.

3 Qui autẽ propter peccata iubent deponi, poſt condignam pœnitentiã, in ſuo ordine poterunt reparari.

Vnde in Gangrẽſi concilio legitur.

Quæ pœnitentia ſit imponenda ſacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit.

CAN. V.

PResbyter [b] ſi fornicationẽ fecerit, quanquam ſecundùm canones Apoſtolorũ [c] debeat deponi, tamen iuxta authoritatẽ [d] beati Sylueſtri, ſi in uitio non perdurauerit, ſi ſua ſponte cõfeſſus adiecit, ut reſurgat, decẽ annis [e] in hũc modũ pœniteat: tribus quidem mẽſibus à cæteris remotus, pane & aqua à ueſpera in ueſperã [f] utatur: tãtùm autem diebus dominicis & præcipuis feſtis modico uino & piſciculis atq; leguminibus recreetur, ſine carne & ſagimine, ouis & caſeo utatur: ſacco indutus humi adhæreat: die ac nocte miſericordiã Dei omnipotẽtis imploret. Finitis trib. menſibus cõtinuis exeat: tamẽ in publicũ nõ procedat, ne grex fidelis in eo ſcandalũ patiat̃. Nec enim debet ſacerdos publicè pœnitere, [g] ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper uirib. reſumptis unum annũ & dimidiũ in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus & præcipuis feſtiuitatibus, in quibus uino & ſagimine, [h] ouis & caſeo iuxta canonicã menſurã uti poterit. Finito primo ãno & dimidio, corporis & ſanguinis domini (ne indureſcat) particeps fiat, & ad pacẽ ueniat: pſalmos cum fratribus in choro [i] ultimus canat, ad cornu altaris nõ accedat, iuxta beati Clementis uocẽ [k] minora gerat officia. Deinde uerò uſq; ad expletionẽ ſeptimi anni omni quidẽ tẽpore (exceptis paſchalib. diebus) tres legitimas ferias [l] i unaquaq; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto [m] ſeptimo anni circulo, ſi fratres, apud quos pœnituerit, eius congruã pœnitẽtiã laudauerint, epĩs in priſtinum honorẽ, iuxta beati Calixti papæ authoritatẽ, eum reuocare poterit. Sanè ſciendum, quòd ſecundam feriam unum pſalterium canendo, aut unum denarium [n] pauperibus dando (ſi opus eſt)

g Pœnitere. ſ. diſt. proxi. ſi quis epiſcopus. contra & xxviij. diſt. presbyter. contra. Sed expone publice, id eſt, ſolenniter.
h Sagimine. Arg. quod licet comedere de ſagimine illis diebus, quibus oua & caſeum licet comedere. iij. diſtin. denique.
i In choro. ut ibi miniſtret.
k Vocem. quam nõ habemus in hoc corpore.
l Tres legitimas ferias. ſ. ij. & iiij. & vj. feriam, ut j. ea. innuitur. de conſe. di. iij. ieiunia. & xxij. q. v. cap. j.

[redacted]

Feriæ legitimæ ſunt tres.

m Expleto. Ergo reconciliandus eſt quis peracta parte pœnitentiæ, & ſi tota finita non ſit, ut xij. quæſtio. ij. de uiro. extra de furt. ca. ex literis.
n Denarium. Et ita poteſt dare denariũ pro ieiunio, quod ſpũale eſt: nec tamẽ ſimoniã committit: quia cũ Deo intelligitur contrahere. ſicut nec lex Iulia de ambitu locũ habet in Romana ciuitate: [t] imo ſpũale dat hic tantũ, ſcilicet eleemoſyna pro ſpũali. Bene facit ad hoc: quia ſicut ære peccatorum iſte ſe uendidit, ut xv. q. j. nõ eſt quod cuiquã. ita & pecunia ſua ſe redimat. de pœnitẽ. diſt. j. medicina. Et eſt arg. pro cõmutatione pœnæ. xxxvj. q. j. de rapt. Nunquid autem poteſt hic ieiunare per aliũ? quod uerũ: [:] quia denarium põt dare, ut ſe redimat à ieiunio, ergo multo fortius per alterius ieiuniũ põt liberari. Itẽ quia ieiuniũ uiui liberat mortuum: ut xiij. q. ij. animæ. de pœn. di. vj. c. j. quod cõcedo ſi per propinquã perſonã ieiunet. & debet iſte denarius eſſe talis, quòd non euincat̃ ab eo, cui donat̃: alias non cõtigeret liberatio, ut C. de ſent. & interlo. libera. ff. de leg. iij. qui concubinam. §. ſi hæres. Quia nõ intelligitur datũ, quod euinci poteſt, ut ibi dicitur. arg. xiiij. q. v. c. immolans. Sed nunquid pœnitens ſua authoritate poteſt hãc cõmutationẽ facere? Dicunt

t Adde nec etiã ſimonia. not. gl. & Bart. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. & in l. j. gl. j. ff. ad legẽ Iul. de ambi.

Ieiunari põt per alium.

: Ad hoc facit, quia liberat quis iurando per alium: ut not. lxiij. diſt. tibi. argu. contra extra de offi. de leg. c. fin. cum ſimi. Archi.

Pœnitentia impoſita authoritate propria mutari nõ põt.

Dicunt quidam quod ſic, [2] quod nõ concedo in pœnitentia impoſita ab homine, [3] ut extra de uoto & uoti redemp. ex multa. in fi. Ioan. Sed certe quod hic dicitur de denario authoritate huius canonis facere poteſt pœnitens: nec decretalis illa in aliquo contradicit. Bart.

redimere [a] poterit. Finitis aũt ſeptẽ annis, deinde uſq; ad finẽ decimi anni ſextã feriã [b] (nulla iterueniente redemptione) obſeruet in pane & aqua. Eadẽ [c] quoq; pœnitẽtia erit ſacerdoti de omnib. alijs peccatis, & criminib. quæ in depoſitionẽ eũ inducunt. Neque hoc cuilibet oneroſum uideatur, ſi ſacerdos poſt lapſum dignè (ut ſupra dictum eſt) pœnitens ad priſtinos redeat honores.

DIST. LXXXIII.

1 *Prouidendũ [d] quoque ẽ, ne is, qui ad ordinãdum eligitur, et ſi à proprio uitio uideatur alienus, conſentiendo alienis coinquinetur, ut Symmachus papa ait, Nõ eſt grandis differentia an lethũ inferas, [e] uel admittas. Mortẽ enim languentibus probatur inſligere, qui hanc, cùm poßit, non excludit.*

Hinc Gregorius ſeptimus ait:

Suſpendatur epiſcopus ab officio, clericorum ſuorum fornicationi conſentiens.

CAN. I.

SI quis epiſcopus fornicationi presbyterorũ, diaconorũ, uel crimini inceſtus in ſua parochia pretio, [f] uel precib. interueniẽte cõſenſerit, uel cõmiſſum authoritate officij ſui nõ impugnauerit, ab officio ſuſpendatur. [g]

Item Auguſtinus.

Maximè eccleſiam lædit, qui ſub noĩe ſanctitatis delinquit.

CAN. II.

NEmo quippe nocet in eccleſia Dei amplius, quam qui peruerſe agens, nomen, uel ordinẽ ſanctitatis, & ſacerdotis habet. Delinquẽtẽ nanq; hunc redarguere [h] nullus pſumit: & in exemplũ culpa uehementer extenditur, [i] quãdo pro reuerẽtia ordinis peccator honorat. Eps itaque, qui taliũ crimina nõ corrigit, [k] magis dicendus eſt canis ĩpudicus, quã epiſcopus.

Item Innocentius.

Qui non reſiſtit erroribus, conſentit.

CAN. III.

ERror, cui non reſiſtitur, approbatur: & ueritas, cum minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſsis [l] perturbare

[a] Redimere. Argum. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciendo poſſe recompenſari, & ita commutationem pœnarum poſſe fieri: argum. xxxvj. quæ. j. de raptoribus. diſt. xij. non cogantur. contra. j. q. j. nullius epiſcopus. ij.

[b] Sextam feriam. Ergo quartam poſſet redimere. quod enim de una negatur, de alia concedi uidetur. xxv. diſtin. qualis.

Eadem. Non tamen eadem diſpenſatio eſt in omnibus: quia in aliquibus prohibetur. 50. diſtinct. miror.

PRouidẽdũ. Hæc diſtin. diuidiẽ in duas partes, in quarũ prima punit negligẽtes prælatos, & qui gaudent adulationibus: & hoc probat per ſeptem authoritates. Secunda ibi, Quanquam. Ioan. de Fant.

[d] Prouidendum. In duabus ſuperioribus diſtinctionibus tractauit magiſter, quod ordinandus debet eſſe ſine crimine proprio. In hac, diſtinctione oſtendit, quod non debet alienis criminibus conſentire

[e] Inferas. Simile eſt ĩ. lxxxvj. diſtin. paſce. & extra de ſent. excom. quantæ. & patet hic qđ medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet ualere apud eum uita illius, quam propria pecunia, ut lxxxvj. diſt. non ſatis. Sed quid ſi infirmus diues eſt, & nihil uult dare medico: nunquid gratis tenetur eum curare? Videtur quod non, cum nemo de ſuo cogatur facere beneficium: ut x. q. ij. precariæ. cum etiam medicus licite poteſt recipere mercedem: [2] ut xxiiij. q. v. non ſane. Dico quod [3] tenetur eum curare ſuis impenſis: [4] & ſi conualuerit, repetat expenſas: quia utiliter geſsit negotium eius, ut ff. de neg. geſt. Pomponius. etiam ſi moriatur æger, põt petere impenſas: quia ſufficit ſi utiliter cœpit gerere, licet euentus non ſit ſecutus: ut ff. e. tit. ſed an ut ſ. ff. de offi. præſi. illicitas. §. ſicuti. Nec poteſt ei obijci, quod cauſa pietatis fecerit ſumptus illos, niſi eſſet propinquus infirmo, [5] ut C. eo. alimẽta. Sed quid ſi infirmus prohibet ne aliquæ medicinæ dentur ei? tunc dicunt quidam, quod medicus nullam habet actionem, ut C. de neg. geſt. l. ulti. Sed dico, ꝙ eum inuitum poteſt curare, ſicut inuitũ poſſet extrahere de domo ruitura. xxiij. quæ. iiij. ipſa pietas. Inuito enim poteſt cõferri beneficium: ut xlv. diſtin. & qui emẽdat. [6] Imo pſumo ipſum fuiſſe furioſum cum illa uerba dixit in ægritudine: ut ff. de condi. inſti. quidam. & extra de ſucceſ. ab inteſt. cap. fin. Sed quid dices: ſi quis uult me interficere, niſi dem ei pecuniam: nunquid teneor ei dare, ut me liberẽ a morte? ita uidetur, per hoc qđ hic dicit, & lxxxvj. diſt. non ſatis. in prin. Dicunt tamen quidam ſolos prælatos ad hoc teneri, ut xij. q. ij. gloria. & xvj. quæſt. j. c. ult. Alij dicunt, quod quilibet tenẽ redimere uitã alterius. Verũ autẽ quilibet teneatur defendere aliũ, dixi xxiij. quæ. iij. non inferenda.

[f] SI quis epiſcopus. Pretio De hac materia in uenies xvj. quæ. vij. decimas. & j. q. j. ca. ult. & cap. nullus epiſcopus. ĩ. xxiij. q. iiij. cap. ſi is qui. & cap. ſi illic.

[g] Suſpendatur. id eſt deponatur. j. qõ. iij. ſi quis eps. alias eſſet cõtra. xj. q. uj. Teugaldum.

ADDITIO. Vel dic, ꝙ ponit pœnã ſolius cõſenſus ſcđm L. cuius & fuerant uerba, quæ præcedũt. De hoc legitur & not. ſ. xxxij. diſt. eos. in fi. ubi uideas.

[h] NEmo. Redarguere. ſ. diſt. xl. ſi papa. vj. quæſt. j. oues. quia uult magis placere ſilendo, quam diſplicere redarguendo.

[i] Extenditur. Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, ut xj. q. iij. præcipue.

[k] Non corrigit. Cum eſt clamor de talibus. extra de ſimo. licet Eli.

[l] ERror. Cũ poſsis. ex officio. hoc enim intelligũt quidã de prælato. arg. xxiij. quæſt. iiij. ita plane.

Sed

[1] Adde bonũ tex. in l. plerũ [redacted]

Videt̃ innuere ꝙ ſit ſecus ĩ ieiunijs ĩ dictis ab eccleſia. Sed pt dici ſecũdũ Inno. qđ licet ieiunia ĩdicta ab eccleſia nõ debeãt commutari uel redimi ſine cã: tñ ea poſſunt mutari ſic, ut ieiuniũ feſti ꝙ eſt ĩ die lunæ fiat ĩ ſabbatho. & dicit ꝙ in qbuſdã locis Franciæ, ſcilicet ubi ſunt eccleſiæ ſancti Quintini nõ ieiunatur in uigilia omniũ ſanctorũ: ſed tertia præcedẽti die, ſecũdum Iun. Archi.

[3] De hoc not. j. q. j. ꝗ ſtudet. ibi uideas.

[4] Adde ſr. ad hoc bonũ in l. nõ tantũ. ff. de app. & ff. de relig. & ſũp. fun. l. at ſi quis. §. Labeo.

[4] Dico ꝙ. Idẽ Ant. Corſet. in ſing. uerſ. expenſæ.

[5] Si eſt coniuncta pſona, uidetur donaſſe, niſi proteſtet. ſecus ſi eſſet extraneus. In funere eodem modo diſtinguit ff. de religio. & ſump. fun. ſi qs. §. ſj iter. lum. Archi.

[6] Adde ad hoc nota. i l. ſoluẽdo. i gl. a. ff. de neg. geſt. & in l. ſolutionẽ. ff. de ſolu.

Delicta maiorum alios corrumpunt.

Sed H. de quolibet. xxiiij. quæſt. iij. tam ſacerdotes.

a Societatis. Improprie ſumitur hoc nomen ſocietatis, quia inhoneſtarum rerum ſocietas nulla eſt. ff. pro ſoc. nec prætermittendum.

b Quid enim. Non pollui. directe. nam occaſione alterius bene polluitur, ſi ei conſenſerit.

c Qui. Infra xxij. qõ. v. ſi quis.

d Conſenſum. De triplici cõſenſu dicitur. ij. quæſt. j. notum. in fine.

DIaconũ uerò Anatholium, quem ad uos dirigi popoſciſtis, hoc nos facere nõ poſſe, cauſæ magis modus, quã rigoris authoritas facit. uicedominũ enim eũ conſtituimus, cuius arbitrio epiſcopum commiſimus diſponendum.

Item ex concilio Calcedonenſi.

De eodem.

CAN. IIII.

QVia in quibuſdã eccleſijs (ſicut ad nos peruenit) ſine œconomo epiſcopi res eccleſiaſticas tractãt, placuit oẽs eccleſias habẽtes epiſcopos

Vel hoſpitibus. Quia epiſcopus nõ poteſt in propria perſona tractare talia negotia. v. q. iij. quia epiſcopus. Et referas quod dicitur de hoſpitibus, ad uicedominum.

Clerus. Arg. quod ſi prælatus non uult uel negligit facere ea, quæ debet, debent ſuppleri per ſubditos, & econuerſo, arg. j. ix. q. iij. c. cum ſimus. & uidetur quòd in talibus nõ ſit neceſſaria admonitio, ut extra de ſup. neg. præla. c. licet. extra de conceſ. præben. & eccle. non uac. quia. in fine.

Officium. CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, in quo docetur, quod officium uicedomini eſt epiſcopatum diſponere.

DIaconũ. Vicedominũ. ex hoc capi. patet, quòd uicedominus ẽ qui habet poteſtatẽ ſuper res ipſius epiſcopatus: œconomus, qui ſuper res canonicorum, cui. ſ. res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſanc. eccle. l. iubemus, in prin. Et ſicut epiſcopus diſpenſat res epiſcopales ſub teſtimonio uicedomini, ſic canonici res eccleſiaſticas ſub teſtimonio œconomi, & ecõuerſo: ut xvj. q. vij. quoniã. & xij q. j. c. manifeſta. Iſte œconomus in quibuſdã eccleſijs appellatur præpoſitus.

QVia in quibuſdã. Epiſcopos. uel etiam alios prælatos. quilibet enim prælatus debet œconomum conſtituere. C. de epiſ. & cler. l. omnes. §. hoc nihilominus. arg. ix. quæſtio. iij. c. cum ſimus. extra de off. ordi. c. cum uos. De officio œconomi, ſyndici, actoris, no. xvj. q. vij. c. quoniam. Argu. quod epiſcopum poſſet corrigere œconomus res eccleſiæ diſpenſantem, ſicut & archidiaconus. argu. diſtin. lxxiiij. c. honoratus.

Negligẽtia ſuperioris ſupplet per ſubditos.

Arg. ad hoc extra de accuſ. ſicut. & ẽ ſo. cõpet. ex tranſmiſſa. Nã tempus ei eſt pro admonitiõe C. de iure emphyt. l. ij. ex. de locato. potuit. Archidi.

Vicedominus.

Epiſcopus œconomũ corrigere poteſt.

Imo & patronus & quilibet alius ſubditus. xvj. q. vij. filius. ar. ſecũdũ Hugo.

Teſtimo-

a Teſtimonio. Epiſcopo enim perhibẽt teſtimoniũ œconomi ſuæ adminiſtrationis, ſed cubicularij ſui perhibent teſtimoniũ ſuæ conuerſationis. ut ij. q. vij. c. cum paſtoris. Ioan.

b Indicatum eſt inter eos. Sed nonne iſti erant laici? ergo debent conueniri ſub ſeculari iudice: ut xj. qõ. j. experientiæ? Sed ideo conueniuntur corã eccleſiaſtico, quia rapuerunt bona eccleſiæ, ut extra de foro compet. ca. cũ ſit generale. & eſt hoc contra rectores ciuitatum, qui compellũt ruſticos eccleſiarum ſub ſe reſpõdere. Alij dicunt ſeruos & libertos eccleſiæ ſequi forũ dominæ, id eſt, eccleſiæ, ut dixi xj. q. j. c. ij. ruſticos autẽ nõ. ſed ſeculare: niſi eccleſia ab Imperatore conſecuta eſſet iuriſdictionem ſuper eos. argu. lxiij. diſt. ca. ego extra de ap. c. ſi duobus. Verius dicitur hic laicos iſtos conueniri in foro eccleſiæ ratione prædicta: & quia adhuc erant in adminiſtratione. Vnde ratione adminiſtrationis ruſticos conuenire poterãt ſub epiſcopo: argu. ij. quæ. vj. ca. ei qui appel. §. nulli quoque officialiũ. poſt depoſitam adminiſtrationem nõ uiſi ſi forte in breui, uel niſi fugerent: ut in authen. ut iudi. ſine quoquo ſuf fra. §. ſi quis autem & §. neceſsitatem. Alij dicunt, quod iſte epiſcopus repræhenſus fuerat, quia œconomum fecerat aliquem de iſtis laicis, qui tantum clericus eſſe debet: alias bene poſſet eis committere curam ruſticorum & aliorum bonorum epiſcopatus. lxxvij. diſtin. c. ij. in fine.

etiam œconomos habere de proprio clero, qui gubernẽt res eccleſiæ cũ arbitrio ſui ep̃i: ut non ſine teſtimonio a ſit gubernatio ipſarum rerum eccleſiaſticarũ, neq; ex hoc eueniat res eiuſdẽ eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. ſi uerò quis hoc non obſeruauerit, diuinis ſubiacebit regulis.

Item Gregorius Ioanni Carolitano epiſcopo.

Secularibus uiris res eccleſiaſtica non committantur.

C. V.

Indicatum eſt nobis, quòd laicis quibuſdã curam ueſtri matrimonij cõmiſeritis, qui poſtmodum in ruſticorũ ueſtrorum deprædationibus, atque fatigationibus fuerint depræhenſi. Quod ſi ita eſt, diſtrictè à uobis diſcuti conuenit, atq; inter eos b eccleſiæq; ueſtræ ruſticos cauſam examinare ſubtilius: & quicquid fraudis inuentũ fuerit, cũ pœna c legibus ſtatuta reddere compellantur. Decætero uerò cauẽdum eſt a fraternitate ueſtra, ne ſecularibus uiris, atque ſub regula ueſtra non degentibus, cuiuſlibet res eccleſiæ committantur, ſed probatis de officio ueſtro clericis, in quibus ſi quid reperiri poterit prauitatis, ut in ſubditis d emendare, quod illicitè geſtũ fuerit, ualeatis: quo uidelicet apud uos habitus ſui officij magis conuenienter adminiſtrent, quam accuſent.

e *Propinquis etiã uel fauore ſibi coniunctis eccleſiaſtica officia ep̃s committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio decimo legitur.

Eccleſiaſtica officia nõ committat epiſcopus propinquis, uel fauore coniunctis.

CAN. VI.

Decenter oĩbus placet in præſenti tale reſcindere factũ, & nõ eſſe decætero faciendũ. Quicunq; igiẽ pontificũ deinceps aut ſanguine f propinquis aut fauore pſonis quibuſcũq; ſibi cõiunctis talia lucra cõmendare tentauerit ad ſuũ nefandæ præſumptionis excidium: & quod iuſſum fuerit, reuocetur in irritum: & qui ordinauerit annuæ excõmunicationi ſubiaceat. Quæ uero ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum g.

Porro ipſa officia quare ſint ita diſtinguẽda, & nõ uni perſonæ oĩa cõmittẽda, ex authoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui ait.

Graduum, & ordinum diſtributio eccleſiaſticam unitatem conſeruat.

c Cum pœna. Iſti committebant crimen concuſſionis, cuius pœna quadruplum eſt. ut xviij. diſtinct. c. quoniam. & hoc cum ciuiliter agitur. Cum uerò criminaliter, punitur pro arbitrio iudicis: ut j. q. j. c. concuſſionis. Et ſic eccleſia ſuum quandoque poteſt cũ augmento repetere. ut xij. q. ij. c. in legibus. a ſed arg. contra ea. q. fraternitas.

d Vt in ſubditis. uidetur ergo quod prædicti laici non ſint de foro eccleſiæ, ſed ideo hoc dicit, quia facilius coercentur clerici, quam laici.

Quam accuſent. id eſt, accuſabiles oſtendant.

e Propinquis. Hæc eſt tertia pars diſtin. in qua dicitur quod epiſcopus hoc officium nõ debet cõmittere ſuis cõſanguineis. Ioan. de Fantu.

Decenter.

f Aut ſanguine. ſic x. qõ. ij. cap. hoc ius. in fin. Vel intellige de ijs, qui malæ uitæ ſunt: alias uidetur eſſe cõtra. ſ. diſt. lxxxvj. nõ ſatis. quis enim carnem ſuam odio habuit? xiij. qõ. ij. c. non æſtimemus. Sed quare ꝓhibet hoc de ꝓpinquis? ideo, quia magis proni ſunt epiſcopi ad dandum coniunctis perſonis, quam alijs. Sic ſæpius & fortius prohibetur fornicatio, quia potius peccatur hoc genere peccati. quinquageſima diſtin. ca. quia tua. Item ſicut magis punitur, qui interfecit uxorem, quã matrem: quia proniores ſunt homines ad illud faciendum: ut xxxiij. quæ. ij. admonere. Item ſicut hac ratiõe ſubuenit mulieri cum intercedit: non tamẽ cum dat, quia pronior eſt ad intercedendum, quam ad dandum: ut ff. ad Velleia. l. iiij. Item & alia ratione prohibetur dare propinquis: quia ſemper præſumitur, quod res eccleſiæ latenter lædantur per eos. j. q. iij. c. peruenit. & x. q. ij. c. epiſcopus.

g In duplum. Sic xij. q. ij. c. in legibus.

Hoc ca. uidetur potius contra. ſed ibi dicam & pro contrario hic alleg. Hug.

Porro. Hic eſt quartus articulus, ubi ratio redditur, quare uni perſonæ non ſunt danda diuerſa officia.

Laici corã iudice eccleſiaſtico poſſunt qñq; cõueniri.

Dicit hic Hugo ꝙ in hoc pacto poteſtas Bononiẽ. uoluit obtinere contra Bononiẽ. ep̃m, ſed nõ potuit & hoc no. xvj. q. j. c. generaliter. §. nouarum in uerſ. Iiuſta. Arch.

Cõcuſsionis pœna.

Eccleſia ſuũ qñq; cũ augmẽto repetit.

a De hoc leg. & no. xviij. diſ. quoniã in fin. ibi uideas.

Epiſcopi citius propinqs quã aliis dant.

Loca

Mulieri intercedẽti, ſed non danti ſubuenitur.

CAN. VII.

AD hoc diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos [a] & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dũ reuerentiã minores potioribus exhiberẽt, & potiores [b] minoribus dilectionẽ impenderẽt, uera [c] cõcordia fieret, & ex diuerſitate contextio, [d] & recte officiorũ gereret administratio ſingulorũ. Neq;.n. uniuerſitas [e] alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eã differentiæ ordo ſeruaret. quia uero quæq; creatura in una eademq; qualitate [f] gubernari, uel uiuere nõ poteſt, cæleſtium militiarum exẽplar nos inſtruit: quia dũ ſunt Angeli, & ſũt Archãgeli, liquet q̃a nõ ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine (ſicut noſtis) differunt alter ab altero.

DISTIN. XC.

[g] *Litigioſus* [g] *quoq; prohibetur ordinari quia qui ſua poteſtate diſcordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes diſſidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios ad diſſidium debet prouocare.*

Unde in cõcilio Carthaginenſi quarto legitur.

Clerici diſcordes deÿciãtur uel reuocentur ad concordiã.

CAN. I.

DIſcordantes clericos epiſcopus uel ratiõe, [h] uel poteſtate [i] ad concordiam trahat: inobedientes ſynodus per audientiam damnet.

Item ex eodem.

Diſſidentium fratrum, in eccleſia oblationum dona non recipiantur.

CAN. II.

OBlationes [k] diſſidẽtiũ fratrũ, neq; in ſacrario, neq; in gazophylacio [l] recipiantur: ſimiliter dona [m] eorũ q̃ pauperes opprimũt [n] ã ſacerdotibus refutanda ſunt.

Item Cyprianus.

Extra eccleſiam eſſe probatur, qui pacem cum proximo non habet.

---

a AD hoc diſpenſationis. Diuerſos. inter prælatum & ſubditum.

b Et potiores. Hoc erit uſque in diem iudicij tantũ. Dicit enim Apoſtolus, Dum mundus iſte durabit, homines præerunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit omnis prælatio, nõ tamẽ ordo uel maioritas. Aliquis enim maior erit alio. uñ in domo patris mei &c. de pœni. diſtin. iiij. c. in domo. ſed non præerit ei. Et uide quomodo prælatus & ſubditus ſibi cõnectuntur: ut xcv. diſt. ca. eſto. & hæc diuerſitas ordinum propter maiorem cõcordiam eſt ſtatuta: ut xlv. diſt. c. licet. ij.

Prælatio quælibet poſt iudicium ceſſabit.

c Vera id eſt, per ueram concordiã. Ioan.

d Conteſtio. ĩ. xcv. diſtin. ca. eſto. Ioannes.

e Vniuerſitas. creaturarum.

f Qualitate. Quia qualitas corporum non poteſt manere in uno ſtatu, de cõſe. diſtinct. v. ca. ne tales. & dicit lex, q̃ circa ſtatum humanũ nihil eſt ſtabile, ut in auth. de non alie. aut pmu. §. ut autem. col. ij. Vel dic qualitate, id eſt, æqualitate, quia nõ omnes poſſunt eſſe epiſcopi.

Status humanus eſt inſtabilis.

g LItigioſus. hæc diſtin. diuidit̃ in duas partes, in quarum prima probatur quod clerici non debent eſſe litigioſi: quia ex officio ſuo tenentur alios ad concordiam reuocare. & ſi talis fuerit, ordinari non debet. & hoc probat decem autho. ſanctorum. Secunda ibi, præcipimus. Ioan. de Fantu.

g Litigioſus. In hac diſt. xc. tractat hoc ca. non litigioſum, quod tractauit xlvj. diſt. ſed diſsimiliter. Ibi enim oſtendit, quod epiſcopus non debet eſſe litigioſus. hic uero quod diſcordantes debet ad concordiã reuocare. Vltimo additur quod epiſcopi debent ſibi uiciſsim præſtare auxilium ad pacem ſeruandam.

h DIſcordantes. Ratione. id eſt, amicabili compoſitione extra iudicium, & de plano. Nam iudex ad concordiam laborare debet. v. quæſtio. ij. ca. ſi primates. 1 & litigãtes reconciliare. ff. de uſufr. l. ſi cuius. §. æquiſsimum. & de offi. præſi. l. illicitas. §. ne potentiores. Si ergo inter ſe compoſitionẽ faciãt, remanebunt crimina impunita. cõtra illud ff. ad legẽ Aquil. l. ita uulneratus. 2 Sed hoc in crimine iniuriarũ obtinet, quod quilibet poteſt remittere. Sed ſi criminaliter ageretur, eſſet falſum: ſed ſi delictum tangeret eccleſiam, ibi non poſſet ſubditus componere cum prælato: ut xxiij. q. iiij. ca. ſi is qui. Poteſt tamen renunciare accuſationi: ut extra de accu. c. ueniens.

Iudex ad cõcordiã laborare debet.

1 Cõcor. tex. in authenti. de man. pri. §. deinde. col. iij. nõ tamen poteſt eos cogere. tex. eſt in §. fi. in authẽ. ut lit. iur.

2 Et extra de ſen. excõic. ut famæ. ff. & fideiuſſor. ſi à reo. §. ultimo.

ADDITIO

Ad idẽ in authent. de manda. princ. §. deinde coll. iij. Pacis enim turbator capite plectendus eſt. ff. de re mili. l. qui metu. Archid.

i Vel poteſtate. Scilicet coercitione: ut ff. de officio præſidis. congruit. & infra eodem. l. placuit.

k OBlationes. Cum odiũ eorũ apertum eſt & notorium. hoc intellige de uoluntarijs oblatiõibus, non de decimis & primitijs. extra de deci. de terris. xvj. quæſt. j. c. decimæ. Lauren.

l In gazophilacio. id eſt, arca: uel locus eſt ubi reponuntur oblationes. à gaza, quod eſt diuitiæ, & phylattain, quod eſt ſeruare.

Gazophylaciũ quid eſt.

m Dona. dicit H. hoc generaliter intelligẽdum eſſe de quolibet, qui eſt in mortali peccato. 3 & gratia exempli eſt illud poſitum, ſcilicet diſſidẽtiũ. Tu meli⁹ dic, quod cum hæc ſit pœna, non debet extendi niſi quatenus reperitur delictum. Nã ſpecialiter de quibuſdam perſonis inuenitur prohibitũ, ut hic de iſto. Item de eo qui pauperem opprimit. Item de ſacrilego: ut xij. q. ij. ca. de uiro. Item de eo, qui ui extrahit ſeruum ſuum ad eccleſiã confugiẽtẽ: ut xvij. q. iiij. c. miror. Itẽ de raptore. extra de rapt. ſuper eo. Item de uſurario. extra de uſuris. quia in omnibus. ſed etiam pœnitentes quandoque prohibentur oblationes facere, de conſec. diſtin. iiij. c. eos. Idẽ dico de meretrice. 4

3 Sub. in quo q̃s cõtumaciter pſiſtit, ſecũdũ Hugo.

Oblationes facere multis eſt uetitum.

n Opprimunt. Si quis tamen officiatus opprimit ruſticos: quia forte debet habere decem, & accipit duodecim, dona eius non ſunt reſpuẽda de iure ſecundũ quoſdam: quia transfertur dominium in huiuſmodi, & fieri poteſt inde eleemoſyna, nec eſt uera rapina. arg. xiiij. q. v. non ſane ſi tamen propterea correctus nollet ceſſare, debent reſpui. Vel dic quod inde poteſt fieri eleemoſyna, non tamen oblatio. Idem dico in meretrice, ut dixi xiiij. q. v. in prin.

4 Arg. ad hoc bonũ in authẽ. de leno. in princi. & q̃ ibi nota. col. iij.

Neq;

CAN. III.

Neque ad Cain, neque ab munera eius reſpexit Deus. Neque enim habere placatū Deū poterat, qui cum fratre non pacem, ſed zeli diſcordiam habebat. Quā ſibi igitur pacem promittunt inimici fratrū? quæ ſacrificia ſe celebrare credunt æmuli ſacerdotum? Secum eſſe Chriſtū cum collecti fuerint opinantur ij, qui extra eccleſiam [a] Chriſti colliguntur? Tales etiam ſi occiſi in confeſſione nominis Chriſti fuerint, macula iſta, nec ſanguine [b] abluitur. [c] inexpiabilis [d] enim & grauis culpa diſcordiæ, neque paſsione purgatur.

Item ex octaua ſynodo.

Murmurantes à fratrum unitate alieni efficiantur.

CAN. IIII.

Alienus fit à fratrum unitate, qui murmurat, & opus [e] ei⁹ ab ijciatur, qui murmurans extiterit, ne pœnam murmurantium incurrat, de qua Apoſtolus ſcribit: neque [f] enim murmurraueritis, ſicut quidam murmurauerunt, [g] & perierunt ab exterminatore, [h] Iuxta menſuram itaq; operis peccator (qđ in hac ſententia Apoſtoli plenius declaratur) ſacerdotis iudicio pœniteat.

Item ex eodem.

Corripiantur, qui rixas & contentiones amant.

CAN. V.

Si quis monachus cōtentiōes, uel rixas amauerit, uel manifeſtū [i] conuicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati diuturna [k] expietur pœnitentia. Item, qui contentioſus, aut murmurans extiterit, ſecundùm arbitrium prioris [l] tandiu pœniteat, quam diu culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Diſſidentes epiſcopi ad concordiam redire cogantur.

CAN. VI.

Diſsidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. VII.

Studendū eſt epiſcopis, ut diſsidētes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos ad pacem [m] magis, quam ad iudicium coerceant. [n]

Item ex eodem.

Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimūt.

CAN. VIII.

Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus ſunt refutanda.

Item ex Cōcilio Agathenſi.

A cœtu alienentur fideliū, qui ad concordiam redire contemnunt.

CAN. IX.

Placuit etiam ut (ſicut plerunq; fit) quicunque odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari diuturna † obſtinatione nequiuerint, à ſacerdotibus ciuitatis primitus arguantur: [o] qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſsi-

Cauſa 24. q. 1.

[a] Neque. Eccleſiam, extra quam qui inueniuntur, exterminabuntur. xxiiij. q. j. quia ex ſola. Lau.

[b] Nec ſanguine. ſi impœnitens decedat. hoc ad exaggerationem huius criminis dicitur: quia idem eſt in quolibet alio crimine.

[c] Abluitur. Quo ad uitam æternam, ſed ualet martyriū quo ad minorē pœnam. de pœni. diſt. iiij. ſi quis autem non habens.

Deſperandū eſt de nemine.

[d] Inexpiabilis. uerum eſt poſt mortē. alias de nemine deſperandum eſt: ut de pœni. diſt. vij. ca. nemo. xxxij. q. ij. c. ancillam. Nam qui impœnitens decedit in martyrio, nō ſaluatur. [†] de pœni. diſt. j. ca. ulti. ſed mitius punitur, ut ibidem dicitur, de pœni. di. iij. c. quid ergo. §. poteſt.

† Ad hoc uide [illegible] leg. & no. j. qō. j. uide.

[e] Alienus fit. Opus. i. oratio eius, ſi clericus eſt. opus enim eius eſt orare. xxxvj diſtin. ca. ult. uel ſi eſt laicus, opus eius, id eſt oblatio eius. ſ. ea diſt. ca. oblationes. & xij. quæſtio. j. cap. duo.

1. Cor. 10. b

[f] Neque. ſic ij. q. vij. c. plerunque bo. ni. §. de his etiam.

[g] Murmurauerūt. & perierunt in deſerto. Illa pœna eſt ut citius moriatur. xj. q. iij. epiſcopi ſi ſacerdotali.

[h] Ab exterminatore. id eſt, ab Angelo malo. qui exterminauit murmurantes in deſerto à terra pmiſsiōis. B.

[i] Si quis monachus. Vel manifeſtum. id eſt, manifeſte.

[k] Diuturna. Videtur q tanto tempore debeat qs eſſe in pœnitentia, quanto fuit in peccato. iij. q. ij. c. j. [†] ſed dicimus hoc ponēdum in arbitrio prelati. Nam quandoque inuenitur, q debet eſſe tanta. de pœni. diſtin. j. ca. quāobrē quandoque minor. de pœni. diſtin. ult. ca. ulti. quandoque maior. de pœni. diſtin iij. c. pductior.

Pœnitentia eſt arbitraria.

[l] Prioris. id eſt, abbatis. Abbas .n. pōt abſoluere monachum ſuū inijciētem manus in monachum ſuū, uel alterius: ſed non poteſt. ſi pcuſſerit clericū ſecularē: ut extra de ſent. excom. cum illorum, &c.

Abbas monachū excōicatū abſoluere poteſt.

[m] Studendum. Ad pacem. Hac & ſimilia intelligo cum ciuiliter agitur de crimine, uel in cauſa ciuili: ſecus ubi criminaliter agereē. Expedit enim peccata nocentiū nota eſſe. ff. de iniur. l. eū qui. & extra de collu. dereg. capi. j. Ioan. uel cum agitur actione iniuriarum: ut dictum eſt. ſ. ea cap. j. B.

‡ Iſto caſu debet abſolui à diœceſano epiſcopo. quod dic ut extra de ſē. excō. religioſo. ibi uideas.

[n] Coerceant. Arg. quod epiſcopus ſi quis coram eo accuſauerit aliquem, & uelit deſiſtere, & ille uelit ei remittere, nō debeat eos cogere pſequi cauſam illā, [‡] etiā lite conteſtata: & q illi poſsint deſiſtere, cum epiſcopus debeat eos magis hortari ad pacem, quā ad conuentionem. argu. v. q. ij. c. ſi primates. Ioan. quod uerum credo in crimine iniuriarum, uel cū agitur ciuiliter: alias nō: [‡] ut extra de collu. cap. ij. B.

Accuſator pēdente accuſatione pōt deſiſtere.

‡ Adde, an & quādo poteſt accuſator deſiſtere, no. Cy. in l. fin. C. de accu. & in l. ij. C. de ex hib. re. Bald. in l. athletas. ff. de fal.

‡ Et eſt ratio. qa expedit peccata nocētium. &c. ut dicit in gl. præce. ſecūdum Rom.

[o] Placuit etiam. Arguantur. Argu. quod admonitio ſemper debet pcedere uindictam, argu. xij quæſtio. ij. cap. indigne.

† Diuturna. no. dicto. quod iudex pōt cogere ad cōpromittēdū eos, qui diu litigauerūt in l. quidā æſtimauerūt. ſi certum peta.

ADDITIO.

Ad idem xxxij. q. v. c. præceptū. ff. de fideicom. lib. cum uero. §. ſubiectum. & §. ſeq. Ad idem xlv. diſt.

diſt.c. licet plerum que. Archidia.

[a] Excommunicatione. Videtur tñ, quod primo iudex ſecularis coget [1] eos ad cõcordiam: & ſi hoc non ſufficiat, quod tunc excommunicabitur. xvij.q. iiij. de presbyterorum. &c.

[1] Coget. Vide legiſtas l. quidam æſtimauerũt. ſi cer. pet.

SI ſquis contri- [b] ſtatus. Satiſfaciẽte. Imo etiam non ſatisfaciẽte eo, rancorem tenẽ dimittere: ut de pœnit. diſtin. v. ca. ulti. Quia non eſt licitum nobis aliquem odio habere: ut xxiij. q. iiij. ca. cum in lege xj. q. iij. cap. inter uerba. Sed actionem iniuriarũ, id eſt, ſatisfactionẽ non tenemur dimittere. Nã ad remittendam iniuriã nullus eſt cogendus. [2] xxiij. q. iiij ca. ſi illic. imo bene facit, qui dimiſſo rancore agit iniuriarum. xlv. diſtinct. & qui emendat. xxiij. q. v. de occidendis.

Rancorẽ, ſed nõ iniuriam tenemur dimittere.

[2] Et uide quod not. j. q. iij. qa piatus. in glo. arg. cõ. &c. uerſi. ſed nũqd, &c. Arch.

[c] Inedijs. ſ. pœnis excõmunicationis.

PRæcipimus. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua probat, quod epiſcopi debent ſibij præſtare conſilium & auxiliũ; ad pacem tenendam. Io. de Fant.

[d] Præcipimus. per iſta capit. patet, qđ ad iudicium eccleſiæ ſpectat facere pacem: ut hic, & extra de treug. & pace treugas. Item patet hic, quod epiſcopi puniuntur, q ſibi non præſtant mutuum auxilium: ut iij. q. j. cap. nulli. & etiã mortuo epiſcopo, uel infirmo uicini epiſcopi tenentur ſupplere defectum epiſcopi: ut vij. q. j. capit. pontifices. Ioan.

Epiſcopi ſibi mutuũ debẽt præſtare auxilium.

ADDITIO.

Hinc dicunt aliqui, quare per diuerſa anni tempora treugæ conſtituantur.

ma excõmunicatione [a] pellantur.

Item Fabianus papa.

Inedijs maceretur acerrimis qui fratri ſuo reconciliari non uult.

CAN. X.

SI quis contriſtatus noluerit reconciliari [b] fratri ſuo, ſatisfaciente eo, qui cõtriſtauit, accerrimis maceretur inedijs [c] uſque dum gratãti animo ſatisfactionem recipiat.

Item Innocentius ſecundus.

Epiſcopi ad pacẽ firmiter tenendam uiciſſim ſibi conſilium, & auxilium præſtent.

CAN. XI.

PRæcipimus [d], ut epiſcopi ad ſolum Deum, & ſalutem populi habẽtes reſpectum omni tepiditate ſepoſita ad pacem firmiter tenẽdam mutuum ſibi conſilium, & auxilium impendant: neque hoc alicuius amore, uel odio prætermittant. Quod ſi quis in hoc Dei opere tepidus inuẽtus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

Item Victor papa.

Expellendi ſunt à cõmunione fidelium, qui ſibi inuicem reconciliari noluerint.

CAN. XII.

PErlatum eſt ad ſedẽ apoſtolicam aliquos ueſtrum nocere fratribus uelle, & ut cadant, decertare: ſimiliter in ſacramẽtis diſcrepare: [e] & ob id ſ cõtentiones & æmulationes fieri inter uos: a quibus diſſenſionibus uos auertere, & in his omnibus cõcordare, [f] & opẽ ferre uiciſſim mãdamus. Nam ſi hoc agere citò neglexeritis, & uiciſſim reconciliari non ſtudueritis ab apoſtolicæ ſedis, & totius eccleſiæ cõmunione uos pelli non dubitetis.

DIST. XCI.

QVi aũt [g] turpi lucro, uel inhoneſto negotio uictũ ſibi quærere prohibetur, de oblationibus eccleſiæ ſtipẽdia conſequaẽ. Quòd ſi eccleſia ei ſufficere nõ potuerit, proprio artificio: uel agricultura (exẽplo Apoſtoli, qui de labore manuum uiuebat) ſibi neceſſaria inueniat: ita tñ ut occaſione ſui operis, eccleſiæ uigilijs non deſit: quod abſq; inæqualitate [h] ſui corporis nulli impune cõceditur.

Vnde Pelagius Papa.

Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, uel veſpertinis ſe ſubtrahunt.

CAN. I.

ELeutherius frater & coepiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire, & id quod nobis iubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit, [i] ut quotidianis diebus uigiliæ [k] in eius celebrarẽtur eccleſia, illis contemnentibus implere nõ poſſe: ſed magis unumquẽq; ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſeruitio) uacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi eſſe oſtẽderit cõtumaces, debita obiurgatione cõpeſce, & modis omnibus uigilijs uacare compelle.

Item ex concilio Anathenſi.

De eodem.

extra de treug. ca. ut ſcilicet eo tempore paci reformandæ detur opera. Argum. C. de fer. dies. Argu. xxiij. q. ij ca. placuit. Io. de Fan. & hic adde & uideas quod dicam xxiij. q. iij. cap. illi qui. Archid.

[e] PErlatum. Diſcrepare. Hoc dicit canon, ut ſimplam teneamus baptiſmi formã propter ſchiſma uitandum. de conſecra. diſtinct. iiij. ca. propter uitãdum. ubi tamen conſuetudo eſt diuerſa, nihil officit: ut de conſecr. diſtinct. iiij. cap. de trina.

Baptiſmĩ forma debet eſſe ſimpla.

[f] Concordare. Cũ metropolitana eccleſia. xij. diſtinct. cap. penult. de conſecra. diſtinctio. prima capi. altaria. & diſtinct. iij. cap. literis. Ioan.

Act. 20.

[g] QVi autẽ turpi. Qui autem. Dictum eſt ſupra lxxxviij. diſtin. clericis non licere negotiari. unde oſtẽditur in hac xcj. diſtinctio. ex quo debeant ſuſtentari: quia de eccleſiaſticis ſtipendijs. ubi autem clerico non ſufficit eccleſia, proprijs manibus ſibi quærere uictum debet, iuxta Apoſtolum, non tamen quod ex hac occaſione ſubtrahatur ab eccleſiaſticis officijs. H.

Clericus proprijs manibus ſibi uictũ quærere põt.

[h] Quod abſque inæqualitate. id eſt niſi cum inæquale eſt corpus exuberantia uel defectu humorum, hoc eſt, ex cauſa infirmitatis.

[i] ELeutherius. Promiſit. Quæ promittenda ſunt, not. xxiij. diſtinct. quanquam.

[1] Vnde eorũ culpa in eũ redundabat lxxxvj. di. ca. j.

[k] Vigiliæ. id eſt, mortuorũ exequiæ. uel generaliter eccleſiaſtica officia.

lxj.

lxj diſtin. cap. quoniam feſtus & propter cauſam hæc cautio fuit exacta ab epiſcopo iſto, quia clerici ſui negligentes erant circa diuina officia: alias de iure communi huiuſmodi cautio non eſt in ordinatione epiſcopi exigēda. Sed uidetur quod Eleutherius hoc modo pro ſuis clericis obligari non potuit, promittendo eorũ factum. ſ. inſti. de inuti. ſtipulat. §. ſi quis alium. Sed dic quod bene potuit, cum ad eius offm̃ ſpectaret eos ad hoc cogere, & ita ſua interfuit. Præterea per illa uerba uidetur, promiſiſſe ſe curaturum, ut illi interſint, ſicut cum quis promittit alium iudicio ſiſti. argu. ff. de uerbo. obligat. l. quoties qs alium. & eſt ſi. ſ. lxiij. diſt. c. tibi domino. Itẽ eſt argu. hic quod epiſcopus põt inducere conſuetudinẽ nouam in ſua eccleſia quo ad officia celebranda. xij. diſt. c. nouit. & de conſe. di. iiij. c. j. xxxij. q. v. c. horrendus. Vnde ſicut uir tenetur miniſtrare neceſſaria uxori, quæ tamen eſt talis, quod ei debitum reddere non ualet, ut xxxij. quæſt. vi. c. quod propoſuiſti. & capitu. ij. qui. ita iſte tenetur officiare eccleſiam, licet pauper ſit, & dicere cum Apoſtolo, Scio & abundare & eſurire, &c. xlj. diſtinct. quod dicit. & miniſtrent ei manus. xxj. quæſtio. j. c. clericus. in fine. Imo uidetur, quod debeat auferri ei eccleſia, eo quod ad tenue beneficium ſe promouendum cõſenſit: ut dicitur extra de præben. c. ult. Sed quid ſi à principio fuit diues eccleſia cum ad eam promotus eſt, ſed poſt uergit ad exiguitatem? Dices clericum adhuc teneri? ſic. epiſcopus tamen in hoc caſu & præmiſſo debet eam unire eccleſijs alijs. x. q. iij. ca. unio. de conſecra. diſtinct. j. c. omnes.

Bps põt ſuorũ ſubditorũ factum promittere.

Hãc gl. dicit ſing. Brixiẽ. in ſuo dictio. i uer. factum ad hoc q q̃s nõ põt p̃mittere factum alienum.

Vñ bñ obligabatur. iſti. de inutili. ſtipul. §. cæterũ. & §. ſeq.

Eps in ſua eccleſia nouam cõſuetudinẽ inducere poteſt circa officia.

Eccleſiã etiam pauperẽ tenet cleric⁹ officiare.

PALEA.

PResbyter mane matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ canendo, primã, terriã, ſextã, nonã, ueſperam que perſoluat, ita tamẽ ut horis cõpetentibus, & ſignis deſignãtibus iuxta poſſibilitatẽ, aut à ſe, aut à ſcholaribus publicè cõpleãtur. Deinde peractis horis, ĩfirmis uiſitatis, ſi uoluerit ad opus rurale exeat ieiunus, ut iterũ neceſſitatibus peregrinorũ & hoſpitium ſiue diuerſoriũ cõmeantiũ, infirmorũ quoq; atq; defunctorũ ſuccurrere poſſit uſq; ad ſtatutam horã pro qualitate temporis & opportunitatis.

Item ex dictis ſancti Benedicti, propheta dicẽte, Septies in die laudẽ dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic impletur, ſi matutini, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, ueſperi, cõpletorij tẽpe noſtræ ſeruitutis officia p̃ ſoluamus: quia de his dixit propheta, Septies in die laudẽ dixi tibi. Nam de nocturnis uigilijs ipſe idẽ propheta ait: Media nocte ſurgebã ad confitẽdũ tibi, &c. Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ.

Pſal. 118

Pſal. 118

Vnde in Carthaginenſi concilio legitur.

Sine officij detrimẽto, artificiolo ſibi clericus neceſſaria q̃rat.

CAN. II.

CLericus uictum & ueſtitũ ſibi artificiolo, uel agricultura a abſque officij b ſui duntaxat detrimẽto paret. Clericus. n. qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate uigilijs c deeſt, ſtipendio d priuatus excõicetur.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. III.

CLericus qlibet uerbo Dei eruditus, artificiolo e uictum quærat. Item omnes clerici, qui ad operandum ualidi ſunt, & artificiola & literas diſcant. Qui uerò non pro emendo aliquid in nundinis, uel foro deambulant, ab officio ſuo degradẽtur. Interemptores f autẽ ab officio declinantes, g uel negligẽtius agentes, ab officio remoueantur.

Item ex concilio Aurelianenſi. *De eodem.*

CAN. IIII.

CLerici uerò qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundùm arbitrium epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

a CLericus. Agricultura. arg. C. de epiſco. & cler. l. ij. Nam mercari non põt. lxxxviij. diſtin. c. fornicari. H.

ADDITIO. Sub. ut ibi dicitur. ſed ipſa mercatio debet eſſe honeſtatis conſcia, ut ibi etiam dicitur. quod erit ſecũdum Azo. ſi faceret libros, & poſtea uenderet. ad hoc xiiij. q. iiii. c. j. & x. q. iij. c. cauendum. in fi. quod dic ut no. xiiii. q. iii. in ſumma. in fin. & q. iiij. c. ij. & lxxxviij. diſtinct. c. j. & ij. Archid.

b Officij. Ergo clericus nõ poteſt operas ſuas per totam diem locare, cum non debeat officio deeſſe, ut liiij. di. c. ſi ſeruus.

Clericus locare p totã diem opas ſuas non poteſt.

c Vigilijs. Non tamen uidentur puniendi, ſi deſint diuinis officijs, cum non poſſint percipere neceſſaria ab eccleſia, cum de altario debeant uiuere: ſecus tamen eſt, quia fecerunt ſibi præiudicium, quando permiſerunt ſe promoueri ad tam tenuem eccleſiam, ſicut eſt in matrimonio carnali, arg.

d Stipendio. Sed cui applicabitur hoc? Poteſt dici, quod canonicis inſimul cum epiſcopo. Hoc uerum eſt in eo, quod de cõmuni percipiebat, alias uidetur, quod tantum canonicis, arg. C. de hære. decu. & naui. l. j. ij. & iij. niſi cum iniuſte priuatus eſt. tunc enim omnia ipſe recuperat, quæ amiſit. ff. de re mil. l. penul. C. e. l. j. li. xij. Lau. Sed certe ego credo, quod ſuum beneficiũ debet aſſignari alicui, qui celebret pro eo donec ipſe eſt excommunicatus: ut extra de appel. c. peruenit. B.

Excõicati beneficiũ, cui eſt aſſignandũ.

e CLericus. Artificiolo. Ex quali artificio clericus põt ſuſtentare ſe, notaui xiiij. q. iij. c. in ſumma.

f Interemptores. Id eſt, illud ſecundum quod ſolet eſſe interemptores, & ſic idem repetit, & tunc ſunt duæ partes ſecundum quod eſt hic interemptores, eſt una pars, & uocat interẽptores proxenetas, de quibus habes ff. de proxe. l. ij.

Interẽptores, ſũt p̃xenetę.

g Declinantes. Scilicet clerici. Ioan.

DISTIN. XCII.

[1] [g] *Cum aũt [a] ad eccleſiã uenerint, corde magis quã uoce Deo cantandum meminerint.*

Itẽ Hieronymus in epiſtola ad Epheſios.

Corde, non uoce Deum laudare debemus.

CAN. I.

Cantãtes, [b] & pſallentes in cordibus ueſtris Domino. Audiãt hæc adoleſcentuli, audiant [c] ij, quibus in eccleſia eſt pſallendi officium. Deo non uoce, [d] ſed corde cãtandum, nec in tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine colliniendæ, [e] † ut in eccleſia theatrales [f] moduli audiantur & cantica.

Ab officio autem cantandi & pſallendi diacones inueniũtur exempti, [g] *ne dum uocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant.*

Vnde Gregorius.

Cantandi officium diacones ſibi non uſurpent.

CAN. II.

In ſancta Romana eccleſia dudum conſuetudo eſt ualde reprehenſibilis exorta, ut quidam ad ſacri altaris miniſterium conſtituti cantores eligãtur, & in diaconatus ordine conſtituti modulationi uocis inſeruiant, quos ad prædicationis [h] officium, & eleemoſynarum ſtudia uacare cõgruebat. Vnde fit plerunque, ut in ſacro miniſterio dum blãda uox quæritur, congrua uita negligatur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, [i] cum populũ uocibus delectat. Qua de re præſenti decreto cõſtituo, ut in hac ſede [k] ſancti altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumq; [l] Euangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolennia exoluant: pſalmos uerò ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiacones, uel (ſi neceſsitas exigit) per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretũ meum uenire tentauerit, anathema ſit.

[2] *A quibus ordinandos oporteat eſſe ĩmunes, breuiter monſtratum eſt, de quorum uerò manib. ſuos ordines ſuſcipere debeãt, facilè patet. Sacerdos.n. & cuncti infra ipſum cõſtituti ab epiſcopis debẽt ordinari.*

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

Qui non ſunt ordinati ab epo, in pulpito nõ pſallant, neque legant. CAN. III.

Non liceat in pulpito pſallere, [m] aut legere, niſi qui ab epo [n] ſunt ordinati lectores.

Cum autem. Hæc di. diuiditur in quatuor partes, in quarũ prima dicitur quod corde Deo eſt cantandum, non tantum uoce: & hoc probat duabus authoritatib. Secũda ibi, A quibus. Tertia ibi, Nunc aũt. Quarta ibi, Quod autẽ. Ioan. de Fant.

[a] Cum aũt. Oſtendit magiſter in præcedenti diſt. quod clerici debent celebrare diuina officia in eccleſia. In hac xcij. di. oſtendit magiſter qualiter, quia ſ. non debent uocis modulationi iſiſtere. [1] Adijcit ẽe quod in eccleſia Romana diacones cantare non debent, ſed uerbo prædicationis uacare. [2] Poſtea mouet incidentem q. utrũ epiſcopi, qui non recipiuntur in ſua eccleſia, poſſint i alia parochia epiſcopale officiũ exercere. †

[b] Cantantes. Hæc ſunt uerba Apoſtoli.

[c] Audiant. Verba Hieronymi exponentis.

[d] Non uoce. Tantum. nam & uoce decantandũ eſt, ut de conſec. diſt. v. c. non mediocriter. & ibi, pſallite Deo in iubilatione. tamen magis cordis deuotione quã uocis iubilatione, ut xxxviij. di. ſedulo. Vnde uerſus.

Non uox, ſed uotum, non cordula muſica, ſed cor:
Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei.

[e] Colliniendæ. Vt populum delectent, nam nec ipſa ueritas pronũtianda ſic eſt, ut quis hominibus placeat. xxij. q. ij. c. primũ. Linire autem, ut melius cantent, & pronunciẽt, uel uti electuario, peccatũ non eſt, ſi ad laudẽ Dei, & non gratia laudis conſequendæ deliniantur. arg. xxxiij. q. iiij. obijciuntur. procurare. n. debet, ut clara uoce, non rauca pronunciet: ut xxj. diſt. c. j. ut populus plane intelligens dicat Amen, & xxxviij. di. c. ſedulo.

[f] Theatrales. Tragœdi ſic faciebant in theatro decãtando tragœdias. & dicũtur à tragos, quod eſt hircus, & oda, quod eſt laus, quia hirco remunerabantur, propter fœtidam naturam hirci.

[g] Exempti. Hoc intellige quando induſti ſunt in eccleſia ad cantandũ Euangelium. & ſic intellige ſequens cap.

[h] In ſancta. Prædicationis. Infra xvj. quæſtio. j. adijcimus. contra. ſed illud ex cauſa dictum eſt propter quoſdã improbos monachos hoc ſibi uſurpantes. xvj. q. j. c. peruenit. alias etiam diaconi poſſunt prædicare. Vel hoc intellige ex delegatione: alias ſolius ſacerdotis officium eſt prædicare. Vel prædicationem appellat lectionem Euangelicam.

[i] Stimulet. Id eſt, exaſperet cõtra ſe.

[k] In hac ſede. Apoſtolica. Ex hoc dicunt quidam hanc prohibitionem in eccleſia Romana tantum locum habere. alij tantum de Cardinalibus intelligunt. Hugo. uero generaliter intelligit eſſe prohibitum, cum ſcilicet ad legendum Euangelium induti ſunt: quod patet ex illo uerbo quod infra dicit, inter miſſarum. & cauſa huius conſtitutionis fuit honeſtas.

[l] Solumq;. Argu. quod diaconus nõ niſi cauſa neceſsitatis dẽt legere epiſtolam. xxv. diſ. c. j. & c.

A quibus. Hæc eſt ſecunda pars di. in qua dicitur, quod nullus debet cantare in pulpito, niſi ſit ordinatus. & hoc probat per cap. ſeq. Ioan. de Fant.

[m] Non liceat. Pſallere. Argu. pro laicis, qui non cantant in pulpito, ſed alibi in eccleſia.

[n] Qui ab epiſcopo. Vel abbate. lxix. diſt. c. ſ. uel etiã à ſacerdote: ut xxij. diſt. c. pſalmiſta. Sed aliter accipitur ibi pſalmiſta.

[a] Vt infra eo. capi. j. Ephe. 5.

[a] Vt ĩ. eo. ca. ij.

[1] Vt ĩ. ead. c. nõ liceat. §. de epiſcopis. cũ ca. ſequen.

† Alias, liniendæ ſunt.

Cordis deuotiõe magis, quam uocis iubilatione cãtandũ eſt.

Vocem optare ad clarius cãtandũ, nõ eſt peccatum.

Tragœdi unde dicãtur.

Sacerdotis ſolius eſt prædicare.

Laici an poſsint in eccleſia cantare.

De

De epiſcopis autem, à quibus, uel in quibus locis ordinari debeant, ſuprà diffinitum eſt.

Nunc autem quæritur de ijs, qui ordinati à parochia ſua non recipiuntur, uel pro aliqua cauſa eas adire noluerint: an in alterius parochia epiſcopale poſsint officiũ celebrare

De his in cõcilio Martini papæ ſic ſtatutum eſt.

Sacerdotis officium gerat epiſcopus, quem ſua parochia non recipit.

CAN. IIII.

SI quis a ordinatus eps ad parochiam cuius eſt electus, pro contentione b populi aut pro aliqua c ratione, nõ pro ſua culpa in parochia, q̃ ei fuerit data, non ierit: hunc honorẽ oportet ſacerdotij tantummodo cõtingere: d ita ut de rebus eccleſiæ in quam uenit, nihil præſumat: ſuſtineat autẽ quid de eo ſanctum concilium iudicare e uoluerit.

Item ex concilio Antiocheno.

De epiſcopo ordinato, quem ſua parochia non recipit.

CAN. V.

SI quis epiſcopus ordinatus ad parochiã, cuius eſt f electus minime acceſſerit, non ſuo uitio, ſed quod eum aut populus uetet, aut propter aliam g cauſam, non tamen eius uitio perpetratam: hic & honoris. h ſit & miniſterij particeps, dummodo rebus eccleſię, ubi miniſtrare cognoſcitur, in nullo moleſtus exiſtat: quem etiam obſeruare conuenit quicquid ſynodus prouinciæ i perfectè iudicãdo decreuerit.

Item ex concilio Anchiritano.

A ſua parochia non recepti alijs moleſtiam non inferant.

CAN. VI.

SI qui epiſcopi ordinati ſunt, k neq; recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, uoluerintq; alias occupare parochias, & uim præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando, eos abijci placuit. Quòd ſi uoluerint in presbyterij ordine (ubi prius l fuerant) ut presbyteri reſidere, non abijciantur m à propria dignitate n Si autem ſeditiones commouerint ibidem conſtitutis epiſcopis, presbyterij quoq; honor talibus auferat̃, fiãtq; damnatione notabiles.

Item ex concilio Antiocheno.

Communione priuetur epiſco-

De epiſcopis: Nunc autem: Hæc eſt tertia pars diſtinct. in qua dicitur, quod ſi epiſcopus ad parochiam ad quam ordinatus eſt, non poteſt uenire ex cauſa, poteſt exercere officium ſuum in eccleſia presbyterali, ubi prius fuerat, ita quod non ſit epiſcopo iniurioſus, in cuius parochia fuerit. & hoc probat per quinq; authoritates ſanctorum patrũ. Ioan. de Fantu.

a SI quis. Hæc tria capitula loquuntur de eadẽ materia, ſcilicet cũ quis eſt ordinatus epiſcopus ad aliquam eccleſiã, ſed non audet ire illuc propter ſcandalum uel propter hoſtilitatem, uel quia ibi non recipit aliqua de cauſa, ſine culpa tamen ſua: iſte non debet aliquid præſumere de rebus eccleſiæ, ad quam diuertit: & expectabit quouſq; prouideat ei ſynodus alibi. vij. quæſtio. j. ca. paſtoralis.

b Pro contentione. Argum. contra xvj. quæſtio. ultim. cap. ſi plures.

c Aut pro aliqua. ſcilicet de iure: q2 dicunt ſe non elegiſſe eum, uel dicũt q̃d renunciauit epiſcopatui.

d Contingere. id eſt non epiſcopalia, niſi inuitatus ſit. argu. extra de eo qui renun. epiſ. c. j. j. vij. q. j. capitu. epiſcopi.

e Iudicare Nam aliam eccleſiam, ſi uacat debent ei conferre. vij. q. j. capit. paſtoralis. t ſed & populus eſt excommunicandus, qui eũ non recipit cum iuſtam cauſam non prætendat, niſi ſcandalum timeatur: ſicut & ipſe excommunicatur, cum ad eccleſiam illam ire non uult. j. ea. cap. iij. Ioan.

f SI quis. Cuius eſt. ideſt, ad quam.

g Aliam. quam forte allegat.

h Et honoris. Videtur contra s. proxi. capit. ſed dic honoris, id eſt, honorabilis miniſterij: quia in ueſtibus epiſcopalibus exercebit ſacerdotale officium, nõ epiſcopale, niſi inuitatus ſit, ut dixi s. capit. proxi. & maior reuerentia exhibebitur ei, quam alij presbytero ſimplici.

ADDITIO. Et hoc in memoriam dignitatis: ut ff. de decur. l. ultima.

i Prouinciæ. Quæ, ſcilicet habet decem uel undecim epiſcopos & metropolitanum. vj. quæſt. iij. c. ſcitote. Lauren.

k SI qui epiſcopi ordinati ſunt. id eſt, ſi qui clerici ordinati ſunt epiſcopi.

l Vbi prius. id eſt, in quo loco, uel in quo ordine. Sed nunquid prior eccleſia tenetur eos recipere? uidetur q̃ non. lxxij. diſtinct. capit. placuit. argu. contra. xxj. quæſt. ij. capit. ſi quis iam translatus. Ad hoc dic, quod ſi habuit corporalem poſſeſſionem per ſe, uel per alium eius eccleſiæ ad quam modo non recipitur, non tenetur prior eccleſia eum recipere, licet nondum eius beneficium ſit collatum. Si non habuit poſſeſsionẽ, t tenetur: licet iam alijs conceſſa fuerint eius beneficia: ut extra de elect. c. cum in cunctis. vij. quæſt. j. c. eos. C. de repud. hære. l. ulti. Per aliũ dixi: quia idẽ eſt ac ſi per ſe, extra de præben. c. accedens. argu. iij. quæſtio. j. capi. j. in §. j. Ioan. hæc gloſ. non adaptatur ad text. B.

m Non abijciantur. Arg. quod non debet elect⁹ in alia prouincia priuari beneficio priori ante, quam transferatur ad aliam.

n Dignitate. Sed nunquid eſt clericus huius epiſcopi? Diſtingue: quia ſi non uult renunciare epiſcopatui, ad quẽ electus eſt non erit clericus eius, remanebit tamẽ ei prius beneficium, quod ius conſeruauit ei. Si uero renuntiauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur. extra de renunt. ad ſupplicationem. niſi in criminali cauſa. Tamen non poteſt eum deponere in memoriam priſtinæ dignitatis. ff. de decur. l. ultima. Quod ergo dicit auferatur honor, dic quod per papam, argum. C. ubi ſena. uel clariſ. l. ulti. circa medium. Ratione autem delicti poterit eum excommunicare, ſi excellerit in ſua diœceſi, licet non abrenuntiet epiſcopatui: quia & poſſet quemlibet archiepiſcopum non ſuum, argu. vj. quæſtio. iij. cap. placuit. ff.

t 3 de offi-

Epiſcopo debet ſynodus prouidere, q̃ ad eccleſiam ſuam non audet accedere.

t Et j. ea. c. pen. ſed hoc c. paſtoralis. hoc nõ probat q2 loquitur in papali conceſsione. Archidi.

Excõicandus eſt populus ſuũ non recipiens epiſcopum.

Prælatus an ſit recipiẽdus, q̃ ad eccleſiam dimiſſam redit.

t Scilicet pacificã, uel per eũ ſtetit quo minus eã habuerit. extra lib. vj. de præben. licet epiſcop⁹. Archi.

de offic.præſi.l.præſes.Hoc tamen tene. quod ſine licentia papæ non abrenunciauit, extra de translatio. epiſcopo.inter corporalia.Lau.

a Si quis epiſcopus. Impoſitionem.id eſt,ordinem epiſcopalem.

b Nec acquieuerit intra tres menſes.ī.50.diſtin.cap. quoniam ſponſa. tamen intra duos mēſes.&c. extra de cōuer. coniug. cap.ex publico. Ioan.

c Si quis epiſcopus uacans. id eſt, uacans epiſcopatu, uel epiſcopatum non habens:ſicut dicitur mulier uacans, quæ uirum non habet. ff.ad legem Iuliam de ui publ.l. qui cœtu.§. qui uacantem.Io.

Mulier uacans eſt, q̄ uirum nō habet.

d Irruerit. Sed qd ſi iſte intruſus aliqua contulerit ipſi eccleſiæ? Tenetur ei eccleſia reſtituere, ſicut de ſimoniaco. extra de ſimo. ca. ueniens. & quia nihil deperit eccleſiæ. liiij. diſtinct. c. generalis. Sed ſi bene promotus eſſet, eccleſia non tenetur ei reſtituere: & ideo bonus deterioris eſt conditionis, quam malus: Ioā. Sed contra extra de ſimo. capi. de hoc. Solut in ſimoniaco dicunt quidam quod nihil debet ei reſtitui: & quod dicit illa decret.ca.ueniēns.diſpenſatio fuit. Alij dicunt, quod propter delictum abbatis & monachorum hoc contingit. T. dicit, quod clerico in ſeculo remanenti nihil reſtituitur: ſecus ſi ad religionem tranſit: ut xxvij.q.j.c. ſi quis rapuerit. De clerico autem ſeculari, qui remouetur ab eccleſia, quid iuris ſit, ſi aliqua contulit, 1 no. extra de cle.coniug.cap. quod à te. Barthol.

Intruſus an recipiat, quæ eccleſiæ contulit.

1 In ipſo introitu.

2 Cōcor. tex. in authē. ut iudices ſine quoq; ſuffra.§.cogitatio.col. ij.

3 Dic ut dixi 64. di. Salonitanæ. Archidia.

e Deſideret. Argum. quod quæ malo ſunt inchoata principio, non conualeſcunt, quamuis ad eum caſum deueniant à quo recte poſſent incipi: ut vij. quæſti.j. cap.epiſcopum.extra de elect.c.auditis. Argu.contra extra de iure patro.capit.cura paſtoralis. extra de conuer.coniug.cap. placet. Ioan. Dic, quod ipſo iure nullū eſt, non conualeſcit: alias ſecus. extra de electio.cap.auditis. & cap. quod ſicut. B. Item arg. quod non ualet electio concors, niſi canonica ſit. xviij. quæſtione ſecunda. capitu. ſi quis abbas. lxiij. diſtinctione, capit.j.

f Et perfectum. Et nota.quod conciliū dicitur perfectum, licet non aſſit Primas: ut xviij. diſtinctio.capitulo primo.

pus, qui ſibi commiſſam eccleſiam adire neglexerit.

CAN. VII.

SI quis epiſcopus per manus impoſitionē epiſcopatum acceperit, & ſibi cōmiſſum miniſteriū ſubire neglexerit, nec acquieuerit [b] ire ad eccleſiā ſibi commiſſam: hunc oportet cōmunione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiuſdē prouinciæ ſynod' ſacerdotū.

Item ex eodem.

Sine concilio integri ordinis uacantem epiſcopus eccleſiam non adeat.

CAN. VIII.

SI quis epiſcopus uacās [c] in eccleſiā nō habentem epiſcopū ſurripiens populos ſine concilio integri ordinis irruerit, [d] etiam ſi populus, quē ſeduxit, deſideret [e] illum, alienū tamen eū ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autē & perfectū [f] concilium dicimus illud, cui metropolitanus epiſcopus interfuit.

4 Quod autē ſupra clerici ſe uigilijs ſubtrahētes excōicari iubētur, de his intelligendum eſt, qui ab epiſcopo frequenter admoniti negligentiā ſuam corrigere contemnunt.

Vnde in concilio Martini papæ legitur.

Excommunicetur clericus, qui ab epiſcopo commonitus matutinis, uel ueſpertinis horis adeſſe neglexerit.

CAN. IX.

SI quis presbyter aut diaconus, uel quilibet clericus eccleſiæ deputatus [g] in quolibet loco fuerit, in quo eccleſia eſt: & ad quotidianū pſallēdi officiū matutinis, [h] uel ueſpertinis horis ad eccleſiā non conuenerit, [i] deponatur à clero: ſi tamen caſtigatus [k] ueniā ab epiſcopo pſatiſfactionem noluerit ꝓmereri.

DISTIN. XCIII.

[1] OBedientiā [2] autē inferiores ex ordine ſuperioribus debent. ſummo enim pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ei cōmunicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe extiterit: nec in eccleſia eſſe poterit, qui eius cathedram deſerit. Vnde beatus Petrus princeps apoſtolorum in ordinatione

Quod autem. Hæc eſt quarta pars diſtinct. in qua dicitur, quod omnis ſacerdos copellatur intereſſe officijs. Ioā. de Fantu.

g Si quis presbyter. Deputatus. per hanc literā dicunt quidam illum teneri ad hoc tantum, qui alicui eccleſiæ intitulatus eſt, alias non etiam ſi ordinatus ſit ad titulum ſuæ poſſeſſionis, extra de præben.cap. epiſcopus. Tu dic eum & quēlibet clericum teneri ad hoc, licet non teneatur ſpecialiter ad hanc, uel illam eccleſiam. ſic exaudi extra de regul.c. ſuper eo.

h Matutinis. Matutina dicuntur officia, quæ celebrantur à mane uſq; 4 ad nonam: ueſpertina à nona uſque ad noctem. xj. quæſtio. iij. ſi quis epiſcopus in concilio.

Officia matutina. & ueſpertina.

4 Excluſiue tenet. ſecūdum Hugo.

ADDITIO.

Sed aliter ibi exponitur ſecūdum Lauren. ut ibi dicam. Archid.

i Conuenerit. Nō ex precepto tenentur clerici ad horas. extra de celebra.miſ.cap. dolentes. in fi. ibi uideas Archidia.

k Caſtigatus. Nota, quod ꝓ prima offenſa nō eſt quis puniendus: ut lxxiiij.diſtinct. cap.honoratus. & extra de offic. cuſto. capitu. j.

Offenſa prima debet eſſe impunita.

OBedientiam. In hac diſtinct. incipit ſeptima pars tractatus diſtinctionum. Et hæc diſtinctio diuiditur in ſeptem partes, in quarum prima tractat de obedientia, quā debent omnes catholici eccleſiæ Romanæ capiti ſuo. & hoc probat quatuor authoritatibus. Secunda ibi, Reliqui. Tertia ibi, Ve igitur ex præmiſsis. Quarta ibi, Compagis. Quinta ibi, Diaconi. Sexta ibi, Hoc capitulo. Septima ibi, Hoc autem. Ioannes de Fantu.

1 Obedientiam. Hic intitulatur xciij. diſtinctio. in qua oſtendit magiſter hactenus qualiter, & à quibus, & in

& in quibus locis clerici & prælati debent ordinari: ſed quia dignitas prælatorum ſine obedientia contemptibilis eſt, ideo oſtendit hic de obediẽtia, quam debent inferiores ſuperioribus. Et primo de obedientia, quæ debetur Papæ. Secundo de obedientia, quam debẽt minores maioribus nõne ordinis. poſtea de obedientia, quam ſubditi clerici debent epiſcopis ſuis. oſtendit etiam differentiam inter presbyteros & diacones, quandoq; loquens contra iſtos, quandoq; contra illos. ad ultimum oſtendit presbyteros maiores eſſe diaconibus. Nota aũt quod obedientia cõſiſtit in tribus, in reuerẽtia exhibenda, in mandato ſuſcipiendo, in iudicio ſubeundo. Reuerentiã debet minor, ut aſſurgat maiori ut cedat ei primum locum in ſedendo & eundo, niſi minori maior adminiſtratio commiſſa ſit. Vnde archipresbyter uel presbyter archidiacono debet reuerentiam, licet ordine maior ſit, ratione maioris adminiſtrationis. xxv. diſtin. ca. j. hac conſideratione quãdoque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mandato autem & iudicio nemo tenetur obedire, niſi ei, qui habet adminiſtrationem uel iuriſdictionem ſuper eum, & niſi ab eo abſoluatur per appellationem, uel recuſationem. uel ſi ei controuerſiam moueat, uel ſi prælatus deponatur. viij. q. iiij. in ſumma. & c. nonne. Lauren.

Obedientia in tribus conſiſtit.

Cõicatione.

a Id eſt, ſi moueatur queſtio inter plãtũ & clericũ ſuũ. xj. q. j. de perſona. extra de for. cõpet. ſi qs cõtra. Archidia.

Clementis [a] *populũ alloquens inter cætera ait:* †

Cui pro actibus ſuis prauis apoſtolicus inimicatur, ei communicare non debemus.

CAN. I.

Hoc autẽ, quod de diaconorum minoritate dicitur, ubiq; ſeruandum eſt, niſi cũ locũ diaconus habuerit, aut pprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.

Vnde in ſexta ſynodo legitur.

Diaconus ſacerdotibus non præferatur, niſi locum metropolitani ſui obtineat.

CAN. XXV.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiã in dignitate, hoc eſt, in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante presbyterũ [e] ſedeat niſi cùm locũ habuerit proprij patriarchæ aut metropolitani ſui pro aliquo.c.tũc [f] .n. ſicut illius locũ tenẽs honorabitur. Si qs uerò pſũpſerit hoc tyrãnicè facere, à pprio gradu repulſus, ultimus [g] omnium fiat in ordine ſuo.

DIST. XCIIII.

Vbdiacono. [h] etiã ſummus patriarcha uices ſuas committere ualet.

Vnde Symmachus papa ait. [i]

Etiã ſubdiaconibus uices ſuas apoſtolica committit eccleſia.

CAN. I.

VAlde neceſſariũ p ſpeximus eſſe, ut ſicut prædeceſſorũ noſtrorũ fuit iudiciũ, ita uni eidemq; perſonæ omnia [i] committeamus: & ubi nos præſentes [k] eſſe nõ poſſumus, noſtra per eũ, cui præcipim⁹ [l] repræſentetur [m] authoritas. [n] Quãobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ intra prouinciã Siciliam uices noſtras (auxiliante Deo) cõmiſimus. nec. n. de eius actibus dubitare [o] poſſumus, cui Deo auxilian-

a Vt nos. Sed debeat eſſe fortes, id eſt, debent præſtare exemplum facti boni ex animo, id eſt, ex dilectione, & non uelint dominari.

Ordinat⁹ à maiori, maioris eſt dignitatis.

b Elegit. Not. quod quanto à maiori quis ordinatur, tanto eſt maioris dignitatis: ut j. q. j. filium. extra de maio. & obed. cap. per tuas.

c Conſtituerunt. Hoc in nouo teſtamento. nam in ueteri uterque à domino ſunt electi. ſ. ea. ca. diaconi. contra. Sed illud in ueteri teſta. hoc in nouo. uel per dominum fit, quod ab apoſtolis ſtatuitur, ut xxviij. qõ. j. ſic enim. tamen authoritate eius. de cõſe. diſt. iiij. quando.

Nemo ſe opponat illi à quo beneficiũ accepit.

d A quibus fiunt. Argu. quod nemo debet ſe opponere illi, à quo recepit beneficium, ut xxij. quæſt. v. de forma. & extra de poſtu. ea. ulti. ff. de inoffi. teſta. l. ſi pars. in §. hoc autem. viij. q. ij. cap. illud.

xcvj diſtin. ſi Imperator. j. q. vij. ca. j.

Hoc autem. Hæc eſt ſeptima pars huius diſtin. in qua dicit, quod quando diaconus, uel ſubdiaconus tenet locum patriarchæ, ſuperior eſt. Ioan. de Fantu.

e Præcipimus. Ante presbyterum. ſedeat in cõcilio. xvij. diſtinct. epiſcopos. in fi.

f Tunc. argu. aliquem tandiu habere priuilegium, quãdiu tenet eius locum. j. xvj. q. j. generaliter. C. de teſta. milit. l. ulti. & hæc dictio tunc, extremitatem. id eſt, finem iuriſdictionis complectitur. argu. ff. de condit. & demon. l. iiij. §. ſi ita. Itẽ argu. quod quis conſequetur ex ulterius pſona, quod non habet ex ſua. ff. quæ res. pig. oblig. poſſ. l. Ariſto. Et dicit lex, quod ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de uerb. oblig. l. ſi ſtipulatus. tamen ea tantum habet iſte, quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. arg. ad primum extra de offic. deleg. ſane. ij.

Cõcor. extra. i. l. pe. in fi. C. de aquæduc. libr. xj. & Alexã. de Imol. i ru bri. de off. ei⁹ cui mã. eſt iuriſd. col. iiij.

g Vltimus. Not. quod qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, quod poſtponitur alijs ſui ordinis: ut 50. diſtinct. accedens. & xix. q. iij. mandamus. xxv. q. ij. ſic decet. xxiij. diſtinct. c. j. & j. q. vij. c. j.

Subdiacono. Hæc diſtinc. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quod etiã ſummus pontifex poteſt ſubdiacono committere uices ſuas. & hoc probat per cap. ſeq. Secũda ibi, legatum. Tertia ibi, Archidiaconus. Ioan. de Fant.

h Subdiacono. Hic intitulat̃ xciiij. diſtin. in qua magiſter idem dicit de ſubdiacono, quod dictum erat in ſuperiori capi. de diacono, quod ſcilicet etiam legatus papæ poteſt eſſe. Exponit tres. §. & in ſingulis mutatur materia. In primo dicitur qđ dixi. In ſecundo, quod ſi quis impedit legatũ domini papæ, excommunicandus eſt. In tertio, quod archidiaconus ultra ſuũ ſtatum exigere non debet. Ioan.

i Valde. Omnia. ſ. diſtin. lxxxix. ſingula. contra. Sed dic omnia quo ad cognitionẽ cauſarum, non quo ad dignitates, uel officia eccleſiaſtica: ut ibi.

Præſentia nõ exhibetur per alium.

k Præſentes. Arg. quod præſentia non exhibetur per aliũ. Argum. contra lxv. diſt. c. ij.

Papa laico cauſam ſpiritualẽ cõmittere poteſt.

l Præcipimus. Argu. quod papa etiã laico cauſam ſpiritualem committere poſſit. xxxij. diſtinct. capit. præter hoc. §. uerum. & §. ad hoc.

m Repræſentetur. nam idem ipſe uidetur cognoſcere, qui dedit iudicem, ut extra de offi. deleg. capit. ſane. C. ubi & apud quem reſt. c. peti debet. l. iij. C. de iudi. l. ult.

n Authoritas. Nota, quod delegatus, non habet plus iuris quam delegans, ſiue par ſit alias delegatus, arg. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ulti. ſiue ſit maior. ff. de officio eius. cui mandata. eſt iuriſdi. & ſi prætor. Quandoque tamen habet minus quis, ſi ex delegatione cognoſcat, quam ſi ex iure ſuo, extra de offi. delega. ſuper quæſtionum. §. ſi uero. arg. C. de procur. l. maritus.

Delegat⁹ nõ habet plus iuriſdictionis, quam delegans.

o Dubitare. Argu. quod ſi papa ex certa ſcientia dat iudicem, quod ille non poteſt recuſari. ff. de offi. præfec. præto. l. unica. ſic. j. xvij. q. iiij. cap. ſi quis ſuadente. §. qui autem. extra de rer. permu. cum olim. & extra de appel.

Delegat' etiā Papæ poteſt recuſari.

app.noult.Sed contra extra de app. cum ſpeciali.& c.poſtremo.Io.Sol.iudex poterit ſemper recuſari iuſta cauſa interueniente, ᵃ etiā ſi eſſet legatus Papæ ut extra de offi.leg.licet.cum legitimæ exceptiones cuilibet reſeruenꝉ,ut extra de offi.dele.ex parte.B.

ᵃ Ad hoc extra de offi. dele. cum olim magiſter. ubi & hoc Arc.

Sicilia eſt de patrocinio Petri.

a Patrociniū. Ergo Sicilia eſt de patrocinio beati Petri, ut ar.x.q.iij.relatū.xj.q.j.puenit.

Legatū. Hæc eſt ſecūda pars huius diſtinctionis, in qua dꝛ q̄d nullus debet impedire legatos Romanæ eccleſiæ, & ſi fecerit excōicet, ut in c. ſeq. Io.de Fant.

b Si quis. Legationem. Imo qui legatū hoſtiū impedit, tradēdus eſt hoſtibus: ut ff. de lega.l.ult.

Peccās in multos grauius peccat.

c Sed multorum. Arg. quod qui peccat in multos, grauius peccat, extra de teſti.ſicut.xxij. q.v. qui cōpulſus. ſicut qui circa eandem perſonā multis modis peccat, grauius peccat.xxiij. q.v. relegētes. Sed nunquid qui eū capit. poteſt ab eo abſolui? ſic, extra de ſent. excō. ad eminentiā. Et not. quod legatus huiuſmodi nō poteſt epiſcopū deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus poteſt epiſcopus reſignare, niſi ad hoc haberet ſpeciale mandatū. extra de offi.lega.c. quod trāslationē. arg. ff.de offi. eius cui manda. eſt iur. l.j.Ba.legebat hoc c. truſando ſi quis impedit legatum, non auertit profectum unius tantū, ſcilicet cardinalis, ſed multorum, id eſt, familiæ ſuæ & parentum. Et ſicut multis nocet ille, ſcilicet cardinalis, ita a multis eſt redarguendus:& ita uſq; in finem.

ꝗ Puniaꝉ quis ī eo ī quo peccat. Conc. rex. in §. item lege Iulia. de vi. cū glo. ꝑ quā habes cōco. inſtit. de publ. iud.

Deriſoria expoſitio

d Nocet. Ergo quicunque aliquid nocumenti ſentit admittitur ad agendum uel accuſandum : ut xij.q.ij. non liceat.

e Impedit. Nec legatus delegatum impedire debet, extra de offi.leg.ſtuduiſti.

f Liminibus. Argu. in quo quis deliquit, in eo debere puniri.xij.quæſt.ij. qui & humanis. xxvij. quæſt. iiij. frater & coepiſcopus.

Archidiaconus. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis in qua dicitur, quod archidiaconi non debent facere collectas in ſubditos, & hoc probatur per cap.ſeq. Ioan.de Fantu.

te totū nrę ecclię noſcim' patrociniū ᵃ cōmiſiſſe.

ᶻ *Legatum uero apoſtolicæ ſedis quicunq; impedierit,uſq; ad ſatisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexāder Papa.

Excōicetur, qui legatū ſedis apoſtolicæ impedire tētauerit.

CAN. II.

Si quis autem legationē ᵇ impedit, nō unius,ſed multorū ᶜ profectū auertit:& ſicut multis nocet, ᵈ ita a multis arguēdus eſt, & bonorum ſocietate priuandus. Et quia dei cauſam impedit, ᵉ & ſtatū cōturbat eccleſiæ,ideo ab eius liminibus ᶠ arceatur. ꝗ ab omnibus itaq; talis eſt cauendus, & nō in cōmunionē fidelium uſque ad ſatisfactionem recipiendus.

ᶾ *Archidiaconus quoq; quamuis ex officio ſuo clericorum uitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit epiſcopo nunciare:tamen dominationē ſuper eos exercere,et cenſum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabilonenſi cōcilio legitur.

Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionē nō exerceāt.

CAN. III.

Dictum eſt, quòd in pleriſq; locis archidiaconi ſup presbyteros parochianos quādā exercent dominationē, & ab eis cēſum exigunt, quod magis ad tyrannidē quam ad rectitudinis ᵍ ptinet formā. Si enim (iuxta Apoſtoli ʰ ſententiā) epiſcopi nō debent eſſe dominantes in clero,ſed forma facti gregis ex animo: ⁱ multo minus facere hoc iſti debent. Sint itaq; cōtenti regularibus diſciplinis, & teneant propriā mēſuram: & quod ab ēpis eis iniungiꝉ, ᵏ hoc per parochias ſuas exerceāt ſtudeāt, nihil per cupiditatē & auaritiam pſumentes.

ꝛ Pet. 5. a

DISTIN. XCV.

Quòd autē ˡ ſacerdotes ſupra iubētur epiſcopis tanquā ſubditi obedire,non ita intelligēdū eſt, quaſi non liceat eis præſentibus ēpis ſacra myſteria celebrare,ſicut epiſcopali ſupercilio quidā ab bis uolebant presbyteros phibere:ſed quia presbyteri pōtificibus tāquā filij parētibus debēt obedire: et baptizatos ēt chriſmate ᵐ eis tāgere cōceditur.

g Dictum. Rectitudinis. Sed nunquid de cōſuetudine præſcripta poſſunt archidiaconi mulctare? uꝛ ꝙ nō, extra de pœ. licet. Sed dic ꝙ bene poſſunt,ex quo iudicare poſſunt de cōſuetudine præſcripta, ᶻ ff.de iud.l.ij. §.ul. extra de offi.dele. ex literis. Illud ergo exaudi cū pecuniaria pœna nō timetur:alias ſi illa magis timeꝉ, imponēda eſt. xxiij. q.v. ꝓdeſt. dū tamen pœna pro eodem peccato nō infligat,niſi ter in anno. C. de mo.mul.eos.

Archidiaconi mulctare poſſunt.

ᶻ Ad hoc extra de elect. dudum.ij. & de offic. Archi.ca.ult.Arch.

h Apoſtoli. i. Petri: licet alibi dicatur, quod noīe apoſtoli Paulus deſignatur. xvj.q.j. prædicator. x. qō. iij. qa cognouim'.

i Ex animo, i.ex dilectione, ut non uelit dominari.

k Iniungitur. Videtur ergo, quod archidiaconus nō habeat, niſi demādatam iuriſdictionē. De hoc notaui xxv.di.perlectis.

Archidiaconus an habeat iuriſdictionem delegatam.

Quòd autē. Hæc diſt.diuidiꝉ in tres partes, in quarum prima quæriꝉ utrum ſacerdotes poſsint chriſmare, ſiue cōfirmare pueros in fronte. & dicas quod nō, tamē uult probare p c. Grego. quod poſſunt. ſ̄.xciij.diſt.a ſubdiacono. H Secunda ibi, Sed quæritur. Tertia ibi, Chriſma. Ioan.de Fant.

l Quod autem. Hic intitulatur xcv.diſtin. in qua ponit Gratianus quandam contrarietatem, & eam ſoluit, ꝗ poſtea ponit duas quæſtiones, & eas ſoluit authoritate Innocentij. Repetit poſtea de dignitate presbyterorum, oſtendens multa licere presbyteris in epiſcoporum præſentia.

ꝗ Infra e. c. presbyteros. §. ſed iſtud, Archidia.

m Chriſmate, ſ.de conſe. diſt.v.manus.contra.& c. nouiſsime.cōtra.ſ.di.xxj.cleros.cōtra. Hoc ad tempus

u

Vnde Gregor. ſcribit Ianuario epõ Carolitano.

Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. CAN. I.

PEruenit quoque ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe ꝙ presbyteros tãgere chriſmate eos qui baptizati ſunt, prohibuimus. Et nos quidẽ ſecundũ ueterem uſum eccleſiæ noſtræ fecimus: ſed ſi omnino de hac re aliqui cõtriſtantur, ubi epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiã in frontibus baptizatos chriſmate tãgere debeant, concedimus. a

Supra Leo epiſcopus cõtra, quamuis corepiſcopi.

Item Gelaſius Papa.

Vltra ſuum modum presbyteri contendere non præſumant. CAN. II.

PResbyteros ultra ſuũ modum contendere prohibemus, nec epiſcopali faſtidio debita ſibimet audacter aſſumere: nõ conficiendi chriſmatis, nõ cõſignationis põtificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

Sed iſtud b *Grego. pro ſcandalo ſedando ſemel cõceſſum legitur. Illud autẽ Leonis Papæ & Gelaſij uſu approbãte præualuit niſi forte ubi aliquorum conſuetudo hoc admiſit, ut in abſentia epiſcopi extrema neceſſitate cogente & ex conceſſione Gregorij presbyteri baptizatos in frontibus liniant.*

Prohibitio uero Leonis & Gelaſii in eo caſu intelligatur, cum epiſcopi pręſentes ſunt, uel cum nõ cogit ultima neceſſitas. oleo uero ſanctificato c *ꝑmittitur eis ungere infirmos. Vnde Iacobus ait: Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros eccleſię, qui orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum.*

2 *Sed quęritur, an epiſcopis liceat eodem oleo ungere infirmos, uel ſi impœnitentibus huiuſmodi unctio ſit concedenda,*

De his uero ita ſcribit Innocentius Papa.

Oleo ſanctificato nõ prohibetur epiſcopus infirmos tãgere.

pus pro ſedando ſcandalo fuit conceſſum: nunc uero antiquatũ. uel in primitiua eccleſia presbyteri chriſmabant, nũc uero minime extra de cõſue. quãto. Io.

a PEruenit. Concedimus. Hoc expeditũ eſt, quod presbyter chriſmando, ſi ſua authoritate hoc facit, nihil agit: nec pueri aliquid recipiũt. extra de cõſue. quanto. Sed nũquid Papa ei demãdare hoc põt? Quidã dicũt quod ſic, 1 ex quo oĩa ſacramẽta, quæ recipit presbyter, ex delegatione papæ conferre põt, arg. hic. unde diacon⁹ poteſt cõferre diaconatũ, & confirmare in fronte: ſed nõ poteſt Papa ei demandare, ut conferat ordinẽ, quẽ non habet: uel etiam ut conficiat corpus Chri: quia ſolis presbyteris dictum eſt: Hoc facite in meã commemorationẽ. ar. j. q. j. dictum. hoc dicit Hugo. Alij dicunt, quod non poteſt papa delegare presbytero, ut chriſmet i fronte, unde iſti nihil conferebant. Si obijciaẽ, quare hoc ꝑmiſit Grego. illis cũ in hoc uideatur eis dare licentiam peccandi? Dicunt quidã, quod hoc inuitus permiſit ob nimium ſcandalũ: nec dabat eis occaſionem mali: quia inuitus hoc concedebat. xxxv. q. iij. quod ſcripſi. & xxiij. q. ij. ſi quod uerius. Alij dicunt quod hoc cap. loquitur ſecundum antiqua tempora, ſed hoc nihil eſt: quia litera huius c. contradicit ibi, ſecundum ueterẽ uſum. & quia ſecundum hoc Greg. nihil hic concederet. Sed nunquid Papa poſſet eis concedere, ut chriſma conficerent. H. dicit quod non. Item quæritur ſnũquid epiſcopus demandare poteſt ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis? Sic 2 ſed ea non poteſt demãdare, niſi epiſcopo: argu. extra de conſec. eccle. aqua. Ea uero quæ iuriſdictionis ſunt, poteſt etiam demandare presbytero, ſicut & reconciliare xxvj. q. vj. presbyter. & c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quæ iuriſdictionis ſunt, quædam non poſſunt demandari, niſi eis qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, ut deponere, uerberare clericum. Alia ſunt quæ etiam laicis demandari poſſunt. ſicut iudicare in cauſa ciuili. Item dico, quod epiſcopus nihil habet hodie, quod ſit meri imperij quod demandari non poſſit, de quo lex loquitur. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ. l. j. quia omnia alij epiſcopo demandare poteſt, niſi uſum pallij. extra de uſu pallij. ad hoc. *Supra. Modo uult probare contrarium, & inducit ca. ſupra lxiij. diſtin. c quamuis. & c. ſequens, cuius caſus patet.*

b PResbyteros. Sed iſtud. Hoc allegando dicit: alias conſuetudo non iuuaret in hoc, ut extra de conſue. quanto.

c Sanctificato. Quo deficiente ad miſcetur aliud, extra de conſe. eccle. uel alta. c. quod in dubijs. Et eſt duplex cauſa quare infirmi inunguntur, ſcilicet quia uenialia delentur, & præſtat augmentũ uirtutibus. arg. de conſe. diſtin. v. c. j. & ij. & extra de ſacr. unc. c. j. & q̃a infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali: argu. hic. Sed quid ſi quis non habet oleum, & inungit chriſmate, tenet unctio? Videẽ quod ſic: quia prope eadem uſia eſt: quia chriſma nõ eſt, niſi oleũ balſamo admiſtũ extra de ſa. unc. c. j. ſicut & tenet emptio cũ acetũ uenditur pro uino: quia eſt prope eadem uſia: ut ff. de cõtrahẽ. emp. l. in uenditionibus. ſʒ forte ſecus: quia non eſt forte prope eadẽ uſia. Item nũquid cõfert hoc ſacramẽtum, ſi q̃s inungit oleo non conſecrato? uideẽ quod ſic, quia & baptiſmus confert in aqua non conſecrata. de conſec diſtin. iiij. cap. ſi quis. Alij dicunt contra: nec eſt ſimile, quia uis baptiſmi tota eſt in uerbis: hęc autem uis eſt in re ipſa, ſcilicet in oleo. Sed iſta ratio calumniam habet. extra de bapt. cap. pen. Sed nunquid poteſt hoc ſacramentum iterari? Dicunt quidam quod non. j. q. j. quod quidam. de cõſecra. diſtinct. iiij. oſtenditur. Si obijciatur de matrimonio, non ualet: quia ueritate inſpecta matrimonium non iteratur. xxxj. q. j. hac ratione. prius enim unum deletur, quam ſecundum contrahatur. [redacted]

Sed quæritur. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua quæri-

Papa utrũ poſsit delegare ſimplici ſacerdoti, ut in frõte chriſmet.

1 Iſtud dictum confirmaẽ extra de cõſue. quanto. §. j. ibi, ſua temeritate. &c. q. d. ibi ex noſtra authoritate bene poſſent, & ſic ibi intelligit Hoſt.

Epiſcop⁹ demãdat tã ea, quæ ſunt ordinis, quã ea quæ ſunt iuriſdictionis.

2 Sub. licet ab apoſtolis fuerit inſtitutum, ut a

ſolis eſſet cõficeret. de cõſecr. diſt. v. manus. i multis. n. ſtatutis apoſtolorũ licita eſt diſpenſatio, ſecundum Hug.

Poteſt. Glo. ſing. Phil. Fra. ca. ult. ne clerici uel monac. in vj.

Vngũtur infirmi ꝓpter duas cauſas.

Iacob. 5.

Vnctio extrema, an poſsit fieri ſine oleo.

Vngere, an poſsit q̃s ex oleo non conſecrato.

Vnctio extrema poteſt iterari.

quęritur, ſi epiſcopus poteſt inungere infirmos? & eſt dicendum quod ſic j. cap. prox. Ioan. de Fant.

Maiori licet quod licet minori.

a Illud. Vt de epiſcopo. Argu. qđ licet minori ex officio, multo fortius maiori licere. Arg. xxxiij. q. ij. hiſtoria. xxxv. q. vj. ſi duo. arg. contra. lxxxviij. diſt. epiſcopus gubernationem. ar. ſi mile per cõtrariũ viij. q. j. ſi ergo.

b Dictum. à Iacobo, ubi dixit, Infirmatur qs, &c. quãuis in hoc nomine presbyteri poſſunt intelligi epiſcopi. Argu. contra diſt. l. placuit. uerſi. ut manum non imponant.

c Criſmate. Id eſt, oleo, uel ut dicunt quidam, epiſcopus chriſmate, presbyter oleo inũgit. H.

d Non pœnitentibus. Ita continua: uere ei quem epiſcopus dignum duxerit ad uiſitandũ: & ita in originali habetur, non pœnitentibus. quod intelligit de ſolenniter pœnitentibus.

e Non poteſt. ſic l. di. ca. ult.

f Negantur. Arg. quod excommunicatus uel anathematizatus non poſſit contrahere matrimoniũ: qđ non eſt uerum, ut extra de eo, q du. in matrimonium, quam polluit per adul. c. ſignificaſti. in fi. H.

Adde, an poſsit fieri monachus, not. Bald. in l. q. ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccleſijs.

f Negantur. Arg. omnia eiuſdem generis eodem iure cenſeri. arg. ſ. diſt. iiij. denique. arg. ſ. di. ij. comperimus. Arg. contra. l. diſt. ſtudeat. ar. diſtinc. lxxxj. ſi quis ſacerdotum.

Chriſma. Hæc eſt tertia pars diſtin. in qua dicit̃, quod presbyteri debent chriſma à ſuo epiſcopo recipere, & epiſcopi debẽt honorare presbyteros quia & ipſi presbyteri ſunt, & inſimul debent Dei eccleſiam gubernare. [redacted]

g Presbyteri qui. j. de conſe. diſt. iiij. presbyteri.

CAN. III.

Illud ſuperfluum uidemus eſſe adiectum, ut de epiſcopo a ambigatur, quòd presbyteris licere nõ dubium eſt. Nam idcirco de presbyteris, ut dictum b eſt, quia epiſcopi præocupationibus alijs impediti ad oẽs lãguidos ire non poſſunt. Cæterum ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe uiſitandum & benedicere, & tangere chriſmate: c ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam nõ pœnitentibus d iſtud fundi nõ poteſt: e quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, f quomodo hoc unum genus putatur poſſe concedi? His igitur frater chariſsime, omnibus, quæ tua dilectio uoluit à nobis exponi, prout potuimus reſpondere curauimus.

3 Chriſma uerò à ſuis epiſcopis ad baptiſmi ſanctificationem presbyteri petant.

Vnde in concilio Carthaginenſi quarto.

De eodem.

CAN. IIII.

Presbyteri qui g per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuslibet epiſcopis. h ſed à ſuis: nec per minorem clericum, ſed omni anno i aut per ſeipſos. aut per illum, qui ſacrarium tenet, k & ante paſchæ ſolennitatem chriſma petant.

Itẽ Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum.

Presbyter idem eſt, qui epiſcopus, ac ſola conſuetudine præſunt epiſcopi presbyteris.

CAN. V.

Olim idẽ erat presbyter, qui & epiſcop⁹ & antequam diaboli inſtinctu ſtudia, uel ſchiſmata in religione fierent, & diceretur in populis, Ego ſum Pauli, l ego ſum Apollo, ego aũt Cephæ: communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam autem unuſquiſq; eos, quos baptizauerat, ſuos eſſe putabat non Chriſti: in toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris ſuperponeretur omnibus, ut ſchiſmatũ ſemina tollerentur m & paulò poſt. Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine n ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quam diſpenſationis dominicæ ueritate presbyteris eſſe maiores, & in communi debere eccleſiã regere.

Idẽ ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum.

Coram epiſcopis presbyteris docere licet.

CAN. VI.

Ecce ego dico præſentibus epiſcopis ſuis atque aſtantibus in altario presbyteros poſſe ſacramenta conficere. Sed

h Epiſcopis. Peccant ergo abbates, qui uolunt potius hoc accipere ab alijs, quam à ſuis, niſi forte priuilegiati ſint, ut poſsint petere à quibuſcunq; uelint.

i Omni anno. Hoc exponitur de conſec. di. iiij. omni tempore.

k Per illum qui ſacrarium tenet. id eſt, per diaconem. xxiij. diſtinct. non oportet. iij. Et nota, quod ex quo res datur certo nũtio, eius eſt iam periculo, cuius eſt nuntius, ſi nuntio rem dari uoluit: ſec⁹ ſi miſit nũtiũ, ut eum admoneret, qđ ei res mitteretur. Et hæc colliguntur ff. commo. eum qui rem. §. ſi rẽ. & legibus duabus ſequentibus. & eſt argu. ff. de ſolu. ſi quis. & l. ſi ſoluturus. extra de pig. ſignificante.

Si malũ miſit, imputat: ut leg. & no. iij. qõ. vij. in grauib⁹. i principio. De hoc & not. in c. cõſueuit. ff. nau. caup. ſta. l. fi. §. ſeruorum. Arc.

l Olim. Pauli. id eſt, baptizatus baptiſmo Pauli.

Sub. & ideo ſum melior. Hæc dicebant quidã credentes meritæ baptizantiũ aliquid operari in baptiſmo: q falſum ẽ, de conſe. diſt. iiij. ſi inter. & capit. baptiſmus. Hugo.

m Tollerentur. Et dicit lex, quod cõmodius eſt ſingulas res ſingulis nominib⁹ ſiue appellationibus diſtingui. inſtit. qui. mo. teſta. infirm. §. ſed quia diſtinctio nominũ differentiam rerum declarat, ut xxj. diſt. cleros. ſic C. de codi. non codicillos.

n Conſuetudine. Nihilominus ex inſtitutione, ut ſ. di. xciij. legimus. & ita exaudi quod ſequitur, magis conſuetudine communi, ar. extra de ijs quæ fi. à præla. nouit.

Ecce ego. CASVS. *Ruſticus Narbonenſis epiſcopus non permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere. reprehendit ergo Hiero. ipſum dicens, quod presbyteri prædicare poſſunt & benedicere. Et hoc probat iiij. rõnibus. Prima eſt, quia presbyteri debẽt honorari duplici honore. i. officio et beneficio.*

ueſicio. Secũda eſt, quia conceſſum eſt eis conficere corpus Chriſti, cui nihil poteſt anteponi: multo fortius eis concedi debent, quæ ſunt minora. Tertia eſt, quia ex hoc maxima calamitas creſcit in gregibus domini. ſ. ſi ſacerdotes reuocantur tanquã uitioſi. Quarta ẽ, quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices & etiã appellati ſunt epiſcopi. Quod probat iiij. authoritatibus. Prima eſt circa principiũ. Secunda ibi. Etenim abnuẽtib⁹. Tertia ibi, Quis igitur hic rogo. Quarta ibi, Presbyter negotiorum.

ad Treb. ille, à quo. §. tempeſtiuũ. H. uel dic, quod eo ipſo quod permittit ei miſſam celebrare, p cõſequẽs omnia, quæ ſine miſſa eſſe non poſſunt, ut extra de of ſi. dele. præterea.

d Confirmare. In fide. xj. q. iij. quod prædeceſſor. uel inungere oleo ĩfirmorum, uel chriſmare in uertice.

1. Cor. 1.

quia a ſcriptum eſt. Presbyteri duplici b honore honorentur, maximè qui laborant uerbo Dei, prædicare eos decet. Vtile enim eſt benedicere, c congruum eſt confirmare, d conuenit reddere communionem, neceſſe eſt uiſitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia e Dei ſacramenta cõplere. Nemo hinc epiſcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus iraſcatur, ſi plebem interdũ presbyteri exhortentur, ſi in eccleſijs prædicent, † ſi plebi (ut dictum eſt) benedicant. Et enim abnuentibus mihi, iſta, ſic dicam, Qui non uult presbyteros facere, quæ iubentur à Deo, dicat quid maius eſt Chriſto, aut quid poterit corpori & ſanguini eius anteponi? Si presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altari Dei ſacramenta benedicit, uel benedicere f populum non debet, g qui Chriſtum conſecrare non metuit? Circa laicos ac mulieres, iubẽtibus uobis ò iniuſtiſsimi ſacerdotes, presbyter Dei benedictionis perdit officia, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, & truncatus eſt omni parte uirtutum ſolum presbyteri habet nomen, h plenitudinem ac perfectionem, quæ conſecrationi eius competit, non retentat. Quis igitur hic rogo ſacerdotes honor ueſter eſt, ut damnum gibbi inferatis? i quoniam quum paſtoribus per potẽtiam aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam, & calamitas [...]cit in gregibus: ac [...]minici patrimonij k damna conquiritis, dum ſoli uultis in eccleſijs potentari. Presbyteri uerò ab initio iudices negotiorum l eſſe mandati ſunt, presbyteri ſacerdotum m intereſſe debent concilijs: quoniam & ipſi presbyteri (ut legimus) epiſcopi nominantur, ſecundùm quod dictum eſt ad epiſcopũ. Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij. & alibi ad maiores natu, Qui uos poſuit epiſcopos regere eccleſiam ſuam. Sed oderunt hoc ſuperbi ſacerdotes in presbyterij nomine, qui nolunt hoc eſſe quod Chriſtus, qui diſcipulorum pedes lauit, qui baptizatus à Ioanne eſt, licet baptizandum à domino ſe eſſe ille proclamaret. Quod propterea ſcribo uobis, ut ſi præteriti temporis error n iã non poteſt reuocari, uel

a Sed quia. Ita cõtinua, dico. quod præſentibus epiſcopis poſſunt cõficere. quia nõ ſolum hæc, ſed alia poſſunt facere. Ex ui literæ & etiã probationis uidetur quod epi non prohibent presbyteros miſſam cantare, ſed benedicere & prædicare, & cætera, quæ ſequunt.

† [redacted].

b Duplici. A clericis. ſ. & laicis. uel quo ad obedientiã in ſpiritualibus, & ſubminiſtrationẽ in temporalibus. Vel duplici, id eſt, officio prædicandi & ſumendi tympanum. i. temporalia iuxta illud. Sumite pſalmum. &c.

c Benedicere. Cũ epiſcop⁹ abeſt: Sꝫ hæc ſo. non ualet: quia hic loquitur cũ præſens eſt epiſcopus. Vel intelligas iſtud quando bñdicit priuatim ſine ſolennitate. alias cõtra. xxj. di. deniq; item cõtra xxvj. qõ. vj. miniſtrare. Sed & illud ſimiliter intelligit de ſolẽni benedictione. Vel dic, ꝙ quãdo cãtat miſſam præſente epiſcopo, debet innuere epiſcopo, ut ipſe benedicat: & ſi uult epiſcopus benedicere, nõ benedicet presbyter arg. de cõſe. di. j. cũ ad celebrãdas. aliter presbyter ſuo iure poteſt benedicere. Nam eo ipſo, quod ei dat poteſtatem benedicendi, ſupponitur ei, tanquã minor: & poteſt ab eo benedici, arg. ff. de iuriſd. om. iud l. eſt receptum. & ff.

Presbyter ſimplex an poſsit bñdicere epiſcopo pręſente.

Sed nec tales benedictiones licet presbyteris dare in pſẽtia epõrũ ſine licentia eorũ, ut in c. hic allegato. xxj. di. deniq;. ſecũdum.

ADDITIO. Prima expoſitio præualet, ſecundũ Hug. & hoc patet per id Hiero. qđ ſequitur, exhortentur. Archid.

e Omnia. Quæ ad eos pertinent. Ar. uocabulũ generaliter prolatũ nõ omnia particularia cõprehendere. argu. contra. xxviij. diſt. de Syracuſanæ. z

f Benedicere. i. abſoluere, uel priuatim reconciliare, nõ ſolẽniter ut xxvj. q. vj. ca. j.

g Nõ debet. Arg. cui licet pl⁹, licet & minus. ut xvj. q. ij. c. j. Sed maius tripliciter dicĩ ef ficacia, ut baptiſmus, ut xxxij. diſ. c. præter hoc. §. uerũ. ſ. qa mortalia tollit & uenalia, pp rem ſubiectam & ſanctitatẽ, ut corpus Chriſti, ut hic. authoritate miniſtrantiũ, ut quę ad epiſcopos ſolos ptinẽt, ut ĩ. de cõſe. diſt. v. c. manus. & quarto modo propter ſignificationẽ, ut matrimoniũ qđ ſignificat Chriſti & eccleſiæ coniunctionẽ. extra de big. debitũ. cuiuto propter multitudinem cõuerſorum. j. q. j. interrogo.

z Adde ꝙ cõcordia huius glo. an & qñ uerbũ generaliter prolatum reſtrigaĩ, glo. in l. j. in uer. unuſquiſq;. C. de ſac. ſan. eccle. Bar. in l. j. §. hoc autem. ff. de noui ope. nunt.

1. Tim. 3. d

Act. 20.

h Nomẽ. ar. C. de cur. fur. cum alijs. in fi.

Ioan. 1. Matt. 3.

i Damnũ gibbi inferatis. id eſt, remoueatis presbyteros à conſecratione & prædicatiõe, ſicut illũ, qui gibbũ habet, ut ĩ. di. xlix. hinc etenim uel damnum gibbi, quia non prædicantibus presbyteris incuruatur populus in delictis, & quaſi gibboſus efficitur.

k Patrimonij. Id eſt, rerũ eccleſiæ ĩ. xxj. di. in nouo.

l Negotiorũ. i. cãũ, ut xi. q. j. relatũ. & ij. q. v. ſi qs.

m Sacerdotum. i. eporum. ergo & omnes [illegible] concilio metropolitani ut xviij. di. c. pen. & ult.

n Error. Hic collige, quod ea quæ per errorẽ ſtatuta. ſunt,

ſunt ex diuturna utentium approbatione ius faciunt Ioan. quod falſum eſt: cum cōſuetudo debeat eſſe rationabilis & præſcripta: [1] ut extra de cōſue. ca. ulti. nec iſta litera contradicit B. ut ratione multitudinis excuſentur a pœna, nō a culpa: ut ſ. diſt. iiij. deniq; quod enim factum eſt, infectū eſſe nō pōt, in auth. de æqua. do. §. j. coll. iiij. ff. de capti. l. in bello. §. factæ.

a Vel ad præſens. Id eſt, amodo.

b Quod Romæ. Scilicet ubi minores exercēt ſua officia præſentibus maioribus.

ad præſens [a] in eccleſijs faciāt quod Romæ [b] fit, quod in Aphrica, quod in Oriēte, qđ in Hiſpania, quod in Gallia, quod in Britannia, quod in oībus locis, ubi humilitas perſeuerat: qđ etiā in cœlis fit (quod maius eſt) ubi ſedes angelorū legit̄ diſpoſita.

Item ad Nepotianum.

Epiſcopi & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant.

CAN. VII.

Eſto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi parētem animæ ama. Sed epiſcopi ſacerdotes ſciant ſe eſſe, non dominos. Honorent clericos quaſi clericos: [c] ut ipſis epiſcopis a clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. [d] Scitum eſt [e] illud oratoris Domitij: Cur ego (inquit) te habeā ut principē [f] cum tu me [g] non habeas ut ſenatorē? † Qđ autem Aarō & filios eius, hoc eſſe epiſcopū & pſbyteros nouerimus. Vnus dominus, unus baptiſmus, unum templum, unū ſit miniſterium. Recordemur ſemper qđ apoſtolus Petrus pcepit ſacerdotibus. Paſcite eum qui in uobis eſt gregem domini prouidentes non coacte ſed ſpōtaneè ſecundum domini præceptum, neq; turpis lucri cauſa, ſed uoluntariè: neque ut dominātes in clero, ſed forma facti gregis ex animo, ut cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarciſcibilem gloriæ coronam. Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui quaſi eis inuideant: [h] aut eos dedignentur audire. Sed ſi aliquid (ut inquit apoſtolus Paulus) fuerit reuelatum [i] ſedenti, [k] prior taceat. [l] Gloria patris eſt filius ſapiens. Gaudeat epiſcopus in iudicio ſuo, cum tales elegerit ſacerdotes.

Itē ex concilio Laudic.

Presbyteri epiſcopos non præcedant, ſed comitentur, uel ſubſequantur.

CAN. VIII.

Non oportet [m] preſbyteros ante ingreſſum epi ingredi, & ſedere [n] in tribunalibus, [o] ſed cum epiſcopo ingredi niſi forte aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinationis [p] † commodo eū eſſe conſtiterit.

Item ex concilio Carthaginenſi iiij.

Epiſcopus non dominum, ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat. CAN. IX.

Epiſcopus in quolibet loco ſedēs ſtare preſbyterum non patiatur. [q]

Eſto ſubiectus. CASVS.

Quedam conſuetudo peſſima erat in quibuſdā eccleſiis, ſcilicet quod preſbyteri præſentibus epiſcopis nō audebāt prædicare uel loqui. Sed Hiero. oſtēdit quod ſubditi debēt obedire p̄lato, et prælatus nō debet ſubtrahere ſubditis debita. & hoc probat quinque rationibus. Prima eſt ibi, Scitum eſt illud. Secunda ibi. Quod aūt Aarō. Tertia ibi. Vnus dominus. Quarta ibi, Recordemur. Quinta ibi, Sed ſi aliquid ut inquit. Omnia capitula, que ſequūtur uſq; ad diſ. plana ſunt.

c Quaſi clericos. hoc eſt cōtra ſupciliū epiſcoporū, qui ſubditos appellant filios: cum debeant eos appellare fratres, ut viij. q. j. quid autē. uel ſocios: ut x. qō. iij. cauendum. Caueāt tñ clerici, ne cum ſcribūt epo, uocēt eū fratrē: prout dicit dominus Imperator, q indices ſuperioribus honorem debent facere in ſalutatione. C. de of. diuer. iu. l. ij. ar. C de offic. præf. urb. l. j. ubi hoc idem dicitur.

d Deferatur. Sed pone quod epiſcopus aliter ſe habeat cōtra illum, quam debeat, nunquid iſte ſuo iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur quod ſic, ar. xlv. diſt. cum beatus. xxij. q. v. de forma. & fides non eſt ſeruanda nō ſeruāti, [2] extra de iureiu. peruenit. ij. ſecus tamen eſt. [3] Conſulo tñ ei, ut agat per ſuperiorem, ar. xj. q. iij. ſi epiſcopis. ix. q. iij. nunc uero.

e Scitum eſt. Id eſt, ſapienter dictum eſt H. & ideo ſciri dignum. Lau. hoc eſt, ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

f Vt principem. Factū reſpicit, nā de iure tolerandus eſt prælatus uſq; ad ſentētiam. viij. q. iiij. nonne.

g Me. Arg. q fruſtra petit debitum qui qđ debet non impendit: ut xxviij. q. j. ſi infidelis. xxij. q. vj. non mœchaberis. & c. ſi ducturi. ſ. di. ix. neq; in fi. x. q. j. placuit. xxij. q. ulti. de forma. xviij. qō. ij. abbatibus. argu. contra xj. qō. iij. inter uerba. xciij. di. dominus. xxxiij. q. v. quod Deo. H.

h Inuideant. Arg. contra epiſcopos, qui malūt habere illiteratos, quam literatos circa ſe.

i Reuelatum. ſ. diſt. viij. fruſtra. C. de offic. rec. pro l. potioris.

k Sedenti. In loco inferiori.

l Taceat. Deliberando in ſermone, cum nō debeat interrumpere uerbum eius.

m Non oportet. Tēpore ſolennium officiorū, uel cum redeunt a proceſſione ad chorum.

n Et ſedere. cōiungas īgredi & ſeder, alias falſum eſſet.

o In tribunalib9. C. de hære. & manichæ. cuncti.

In tribunalibus. Id eſt, in ſede iudiciaria, ut iudicent ſine eo.

p In peregrinationis. De licentia ſuperioris. J. de conſec. diſt. v. non oportet. & de conſenſu ipſius eccleſiæ. extra de uot. & uo. redempt. c. magnæ. & etiam domini Papæ.

q Epiſcopus. Non patiatur. ita quod nō liceat ei ſedere, niſi presbyter aſſumeret ſibi officium ſtandi. C. de poſtulan. l. quiſquis. §. ulti.

[1] Adde, q de cōſuetudo rōnabilis & pſcripta, in l. de quibus. ff. de legi.

[2] debēt frātres appellare. Frangenti fidē, fides frāgatur eidē.

[3] Ad hoc facit qđ dr in glo. ſeq. ar. qđ & c.

[3] Adde not. gl. in l. ut reſpōſum. & ibi Bal. C. de trāſact. gl. in l. cum proponas C. de pac.

1 Co. 14. b

Proue. 10 a. & 14. a.

Epiſcopi literatos ſecum habeant.

† Si Lucius Graſſus Philippo cōſuli obiecit, ut refert Quintil. inſt. orat. char. xcv. & in milite Mariano ait, Expectas ut ille te habeat tribunū, cū tu illū nō putes militem. & dicit eſſe uocem honeſtiſſimę libertatis. Idē Iaco. de ſancto Georgio in inueſti. feu. char. 40. col. ij. Andr. Tiraq. de legib. cōnubialibus. char. 144.

Pet. 5. a Epiſcopi ſubditos

† Alias, in peregrinatiōe modo cum eſſe, &c.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. X.

EPiſcopus in eccleſia in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat, intra domum uero collegam a presbyterorũ ſe eſſe cognoſcat.

Item ex concilio Martini Papæ.

Sine præcepto epiſcopi presbyter non ſignet infantes.

CAN. XI.

PResbyter præſente epiſcopo non ſignet b infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

Item ex cõcilio Genuenſi, cap. iiij.

De eodem.

PALEA.

PResbyteri ruris in eccleſia ciuitatis epiſcopo præſente, uel præsbyteris ipſius urbis, offerre non poſſunt: nec panẽ ſacrificatum dare, calicẽq; porrigere, ſi uero abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem uocẽtur ſoli dare debent.

DIST. XCVI.

ILlud autẽ c Honorij Auguſti, quod de electione ſummi põtificis ſupra cõſtituiſſe legitur, nullius eſſe momenti probatur: cum non ſolum de ordinibus, ſed nec etiã de rebus eccleſiaſticis laicis legatur aliquando attributa diſponẽdi facultas. Vnde quæcunque a principibus in ordinibus, uel in eccleſiaſticis rebus decreta inueniuntur, authoritatis nullius eſſe monſtrantur.

Vnde Symmachus Simplicius † epiſcopus catholicæ eccleſiæ urbis Romæ in ſynodo reſidens dixit.

De rebus eccleſiaſticis diſponendis laicis nulla facultas attribuitur.

CAN. I.

BEne quidem d fraternitas ueſtra eccleſiaſticis legibus aſſueta, ſub diuini timore iudicij, quæ erant ſtatuenda diffiniuit, & ad iuſtitiæ cumulum peruenit: cum ſufficienter omnia amplectitur, nec adiectione indiget plenitudo, e maxime f de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugũ diſciplinæ eccleſiaſticæ fecit reſpuere quorum exceſſus enarrare difficile eſt: unum tamen quod occurrit, uenerando ordini ueſtro intimare nõ differo. Inter alia ſcripturam quandam illuſtris memoriæ g Baſiliũ quaſi pro eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ conſcripſiſſe refero, in qua nullus Romanæ eccleſiæ interfuit, uel ſubſcripſit h antiſtes, per quem potuiſſet firmitatẽ legitimam ſortiri. Ne ergo inde diſputem, i unde poteſt ueſtrum iudicare concilium, requiratur & referatur in medium, ut ex lectione cognoſcatis, cuiuſmodi poſsit habere ſubſtantiam. Sancta ſynodus k reſpondit. Deferatur in medium, ut cuiuſmodi ſit, poſsit agnoſci. Hoc cum diceret, Hormiſda diaconus recitauit: Cum in mauſoleo, l quod eſt apud beatum Paulum Apoſtolum, reſideret ſublimis & eminentiſsimus uir

a EPiſcop⁹. Collegã. ita tamen quod non cõtemnatur. ff. de officio præto. obſeruandum. Ioan.

b PResbyter. Non ſignet. in uertice, quia in fronte non poteſt etiam authoritate epiſcopi, ut de cõſec. diſtin. iiij. presbyteri

ILlud autem. In hac diſtictio. probatur quod cõſtitutiones laicorum non præiudicant eccleſijs: quia nihil iuris laicis de reb⁹ eccleſiaſticis conceſſum eſt, niſi ſola defenſio. & hoc probat per xij. authorit. Ioan. de Fant.

c Illud autẽ. Hic depingitur xcvj. diſt. magiſter poſuit conſtitutionẽ Honorij Auguſti latã ſuper electione Romani pontificis. lxxix. diſtin. ſi duo. Sed ne uiderẽtur laici habere poteſtatem conſtituẽdi, uel diſponendi de rebus eccleſiæ, ideo reducit hic illam conſtitutionẽ ad memoriã ut oſtendat quod laicus nõ habet poteſtatem ſuo iure conſtituẽdi aliqd de rebus eccleſiæ: bene tamen poſſunt laici rogati cõcilijs intereſſe, & de rebus eccleſiaſticis cõſtituere, nõ tñ, ut ualeat eorũ cõſtitutio, quia ipſi cõſtituerũt, ſʒ quia ratum habet eccleſia, ut dicit Gratianus ĩ. diſt. proxi. c. j. &c.

d BEne quidẽ Symmach⁹ Papa laborabat in extremis, & timuit ne ĩ electione ſui ſucceſſoris propter ſtrepitus hæreticorum ſchiſma interueniret: rogauit patriciũ Baſilium, qui gerebat uices Odoacris regis, qđ ipſe intereſſet ĩ electione ſui ſucceſſoris. Baſilius ſtatĩ Symmacho uiuente fecit quandam conſtitutionẽ, ſcilicet quod ſine eius conſultatione non fieret electio ſummi pontificis. Præterea quod non liceret alicui prędiũ ipſius eccleſiæ alienare. Quę conſtitutio retractat hic, tum quia ibi quædam cõſtituta ſunt quæ a laico nõ poſſunt conſtitui, tum quia res eſſet mali exempli. lxiij. diſt. cap. quia ſancta. §. uerum.

e Plenitudo. Infra vj. quæſtione j. ſi omnia.

f Maxime. Bene diffiniuit ſupple.

g Memoriæ. Ergo iam deceſſerat Baſilius tempore huius ſynodi.

h Vel ſubſcripſit. Argumen. in contractibus rerũ eccleſiaſticarum nõ ſufficere conſenſum clericorũ, nec in alienationibus niſi ſpecialiter ſubſcribant. ſ argu. x. quæſtio. ij. caſellas. xij. q. ij. abſentibus. & cap. ſine exceptione.

i Inde diſputem. Non eſt diſputandum de eo, de quo ſtatim cõſtare poteſt. Si ergo uxor petat ſibi uirũ reſtitui, & uir paratus eſt incontinẽti probare cõſanguinitatem, nõ eſt audienda. ff. ut in poſſeſsione leg. l. ſi is a quo. Argum. contra. extra de reſtitutione ſpolia. c. literas.

k Synodus. Verba notarij.

l In mauſoleo. uerba ſunt ſcriptoris Mauſoleum proprie eſt ſepulcrũ principis. Et dicitur a Mauſoleo rege, cui uxor Arthemiſia pudicitiæ inſig-

Laici de rebus eccleſiæ nihil poſſũt conſtituere.

† Simplicius. Sub cuius initiũ pontificatus Odoacer Herulorũ rex Oreſte, & Auguſtulo uictis totam Italiã occupauit, & eam de ſuo nõie Odoacẽ nuncupauit, & Romæ ſedem regni ſibi conſtit[illegible] anno do. 471. & ibi, quatuordecim annis regnauit. Et interim tãq rex uel Imperator legẽ ſtatuit [illegible] de reb⁹ eccleſiaſticis, ſola ſua [illegible] authoritate nõ ſolũ p ſe, ſʒ & p B[illegible], quẽ [illegible] rio atque patriciũ uices ſuas gerẽtẽ cõſtituerat. Et inter alias ẽt [illegible] bus, & admonitione Papæ. [illegible]plicij (ut [illegible] oli Honorius ad [illegible] ces, [illegible] nita Boni fa. j. [illegible] diſt. xcvj. c. j. & [illegible]) legem [illegible] cit ut Papa mortuo, non poſſet fieri electio, niſi rege, uel pfecto ſuo prius requiſito & cõſulto nec nõ ad[illegible] legẽ de rebus eccleſiæ nõ alienãdis. Quę leges ſteterunt quãdiu Odoacer regnauit. Sed mox eo p Theodoricum regẽ Gothũ occiſo Rauẽne Simplici⁹ iſte licet ultimo anno põtificatus [illegible] habito cõuẽtu [illegible] liariorum ſuorũ per hoc decretũ præfatas leges aboleuit, non quod latę eſſent a tyranno Odoacrẽ. eũ in uerum & legitimũ regem agnoſcit, imo & pcellentiſsimum uocat, & ſic nec de uero Imperatore Cõſtantinopolitano curabat: ſed utrunq; eodem loco habens, utrorũq; cõſequenter leges damnauit, [illegible] cis latas. Hanc authoritatem cepit pp imperium per Odoacrẽ, attritum Odoacrẽ a nouitio rege oppreſſum. ſ De hoc nota. ead. diſtinctio.

præfectus prætorio atque patricius, agens etiam uices præcellentiſsimi regis Odoacris, Baſilius dixit: Quanquam ſtudij ueſtri & religionis interſit, ut in epiſcopatus electione, [a] concordia principaliter ſeruetur eccleſiæ, ne tamen per electionis occaſionem ſtatus ciuitatis reuocetur in dubium, admonitione beatiſsimi uiri Papæ noſtri Symmachi Simplicij, quem ante oculos ſemper habere deberemus, hoc nobis ſub obteſtatione meminiſtis fuiſſe mandatum, ut propter illum ſtrepitum, & uenerabilis eccleſiæ detrimentum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cuiuſlibet celebretur electio. Hæc cùm legerentur, Creſconius Tudertinæ eccleſiæ epiſcopus ſurgens de conuentu dixit: Hoc perpendat ſancta ſynodus, utrum prætermiſsis religioſis perſonis, quibus maximè cura eſt de tanto pontifice, laici electionem eius in ſuam poſsint redigere poteſtatem: quod contra canones eſſe manifeſtum eſt.

Item Hormiſda diaconus legitur dixiſſe: Ac ne confuſionis [b] atque diſpendij aliquid uenerabilis eccleſia ſuſtineret, miramur, prætermiſsis nobis quicquam de rebus eccleſiæ fuiſſe tentatum: cùm ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil debuiſſet [c] aſſumi. Quare ſi amplitudini ueſtræ & ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antiſtitis electionem reſpiciunt religioſa ueneratione ſeruemus: hanc legem ſpecialiter præferentes, [d] quam nobis hæredibuſque noſtris Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus, ne unquam prædium ſiue ruſticum, [e] ſiue urbanum, uel ornamenta, aut miniſteria eccleſiarum, quæ nunc ſunt, uel quæ ex quibuslibet titulis [f] ad eccleſiarum iura peruenerint, ab eo qui tunc antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris ſeculis ſequuntur, quocunque titulo atque commento alienari liceat: & quicunque hoc facere uoluerit, inefficax atque in irritum reuocetur: ſitque ſcienti & conſentienti, danti, accipientique, anathema. Maximus [g] epiſcopus Bletanæ eccleſiæ dixit: Modò ſancta ſynodus dignetur edicere, ſi licuerit laico [h] homini anathema in ordinem eccleſiaſticum dictare, aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei nõ competebat, conſtituere: dicite quid uobis uidetur: de me licuit laico legem dare? Sancta ſynodus dixit, Non licuit. & adiecit, Lege ſequentia. Hormiſda diaconus legit: Et is, qui prædium ſiue ruſticum, ſiue urbanum iuris eccleſiaſtici fuerit conſequutus, nouerit ſe nulla lege, uel præſcriptione munitũ: [i] ſed ſiue is qui alienauerit, ſiue qui eum ſequens uoluntate contraria prædium huiuſmodi alienatum retinere uoluerit: id cum fructibus reſtituat, quod illic conſequutus fuerit. Hæc cùm legeret, Stephanus Venuſinæ eccleſiæ epiſcopus ſurgens ex conſeſſu dixit: Perlegatur. [k] Hormiſda diaconus legit. Qua pœna placuit accipientis etiam hæredes [l] afficere: in qua re cuilibet clericorum nulla contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegij inſtar, ut quæ pro ſalute & requie animarum ſuarum unuſquiſque uenerabili eccleſiæ pauperumq; cauſa contulerit, aut certè reliquerit, [m] ab his, quos maximè ſer-

õpeatũ. ibi uideas. Item adde in quibus caſib. requirat̃ ſubſcriptio, no. ff. in l. diu⁹. §. ſenat⁹. ff. de fal

inſignis cõſtruxit ſepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia ſepulcra ſic ſunt appellata.

a Electione. Non tamẽ ut aliquid inde conſtitueres, & ita exceſsiſti finẽ mandati Baſilij.

b Ac ne confuſionis. Proſecutio legis, & continuantur uerba ſic, non celebretur de electione Papæ, &c. ac ne.

c Nihil debuiſſet. Hoc dicit propter quoſdam, qui uiuẽte priore Symmacho tentauerũt alium eligere, ut di. lxxix. ſi quis Papa & capitulo, nullus. Ioan.

d Præferentes. i. primo ſtatuentes.

Prædium ẽ duplex.

e Ruſticum. Quid ſit ruſticum prædium, & quid ſit urbanum prædium, habemus ff. de ſerui. ruſti. prædio. & ff. de ſerui. urba. prædi. per totum.

f Titulis. Siue donationis, ſiue emptionis.

g Maximus. ſic & iuriſperiti dicunt quid ſentiant. ff. de ijs, quæ i teſtamẽ. delentur. l. proxime.

Laicus poteſt excõicare ex Papæ delegatione.

h Laico. Non licuit laico iure ſuo ſed ex delegatione Papæ bene: argu. xxxij. di. c. præter. hoc. §. uerum. x. q. iij. cap. ultim. Sed utrum epiſcopus laico poſsit hoc committere, iam dicemus. j. eadẽ. ca quod non. M. tamen dicit contra: quia mucro eſt epiſcopi, imo nec preſbyter hoc poteſt.

Laicus utrũ rẽ eccleſiæ poſſit præſcribere.

i Munitum. Nam ſi quis emit rẽ eccleſiæ, uel aliã rem in caſu illicito, nõ põt præſcribere. Nã dicit lex, qđ non eſt dubiũ cum malę fidei poſſeſſorem, qui contra legũ interdicta mercatur. C. de agricolis & cenſi. lib. xj.

quemadmodũ. Nã nec iuris ignorantia poteſt eum excuſare. ff. de iuris & facti ignorantia l. iuris. & hoc benigne ſtatuerat. ſec⁹ tamen eſt de iure: quia bene præſcribit laicus rem eccleſiæ cum fructibus etiam percipiendis, ſi ſit malæ fidei poſſeſſor. & re ſtitutione ſpoliatorum. grauis.

k Perlegatur. ff. de legi. & ſenatuſcõ. l. inciuile.

l Hæredes. Turpia enim lucra ab hæredibus ſunt extorquenda. extra de uſuris. tua. ff. de calumnia. in hæredem. Sed & alienator poſſet conueniri. ut no. xij. qõ. ij. monemus.

m Reliquerit. In morte. relinquẽdi nanque

uare conuenerat, in alterum transferantur. Planè quæcunque in gemmis, uel auro atque argento, necnon & ueſtibus, minus apta uſibus, uel ornatui uidebuntur eccleſiæ, quæ ſeruari ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatione uendantur a & erogatio religioni proficiat. b

Cumque lecta eſſet, Laurentius epiſcopus Mediolanenſis c eccleſiæ dixit: Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare pontificem: quia non licuit laicis ſtatuendi in eccleſia præter Romanum d pontificem habere aliquam poteſtatem quos obſequendi manet neceſsitas, non authoritas imperandi: e maximè cùm neque Papa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur f aſſenſus. Petrus epiſcopus Rauennatis eccleſiæ dixit: Scripturam, quæ in noſtra congregatione uulgata eſt, nullas uires habere manifeſtum eſt: quia nec canonibus g conuenit, & à laicali perſona concepta uidetur: maximè, quia in ea nullus apoſtoli. ſedis præſul interfuiſſe, uel propria ſubſcriptione eam firmaſſe monſtratur. Eulalius epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit: Scripturam, quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat eſſe inualidam. Primùm quòd contra patrum regulas à laicis, quamuis religioſis h (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur unquam attributa facultas) facta uidetur. Deinde quod nullius præſulis apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quòd ſi cuiuslibet prouinciæ ſacerdotes intra ſuos terminos concilio habito, quicquid ſine metropolitani ſui authoritate tractauerint, irritum eſſe debere i ſancti patres ſanxerunt: quantò magis quod in apoſtolica ſede nunc extante præſule (qui merito k beati Petri apoſtoli per uniuerſum orbem primatum l obtinens ſacerdotij, ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere m firmitatem) à laicis (licet conſentientibus aliquantis epiſcopis, qui tamen pontifici, à quo conſecrati probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, uiribus carere n non dubium eſt: nec poſſe inter eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri. Sancta ſynodus dixit: Licet ſecundùm proſecutionem uenerabilium fratrum noſtrorum Laurentij, Petri, Eulalij, Creſconij, Maximi, uel Stephani, o nec apud nos incertum habetur hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti. ueruntamen etiam ſi aliqua poſsit ratione p ſubſiſtere, modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis ueſtræ ſententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci, ne in exemplum remaneret præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis, uel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis fa-

g Et habes hoc quod hic dicitur xvj.q.ij in canonib⁹. Archi.

Cauſa quælibet eccleſiaſtica p papã laico cõmitti poteſt.

Laicus an epi authoritate poſſit in eccleſia aliquid cõſtituere.

nanq; uerbũ, &c. ff. de tabulis exhiben.l.j.§.ult. i

a Vendantur. Argumẽ.C. de admi. tuto. lex.

b Proficiat. Hic terminat̃ lex ipſa.

c Mediolanenſis. Argumen. Mediolanen. prærogatiuam ſedis habere ante Rauennatẽ: cum ante eum reſponderet, ſicut in alia ſynodo ante eum ſcripſiſſe legitur ſ.diſt. xvij.ca. concilia.§. hinc.& §.illud igitur.G.tamen aliter hoc ſoluit diſtinctio.xvij. §.illud.

m Ex quo . quaſi dicat,ex eo tempore ſit excōicatus, uel ſciat ſe cōdemnatum , ex quo tēpore cōſtat uobis, &c. quaſi dicat. ex eo tēpore ſit excōmunicatus , uel ſciat ſe condemnatum . ex quo tempore perpetrauit crimen.& eſt ſimile in crimine læſæ maieſtatis.argu.C.ad legem Iuliam maieſt.l.quiſquis.uerſicu.donationes,&c. Et ita illud uerbum ex quo,determinat uerbum perpetraſſe . & ſecundum hunc intellectum etiam occultus ſimoniacus ſuſpenſus eſt.Vel determinat hoc uerbum conſtat : & tunc eſt ſenſus,ex quo conſtat eum ſimoniacum, tunc demum erit ſuſpenſus.hoc ultimum dicebat Martinus Hiſpanus.

n Extiterit.Hoc uerum eſt , ſi poteſt probare illud alias non nocet ei taciturnitas,ut ij.q.vij.pleriq;. [5] Sed ſi non poteſt probare,faciat quod dicit Auguſtinus xxij.quæſtio.v.hoc uidetur . Item & ſi probare poteſt.

Sacra lectio.

Simoniacus an gs fiat ſola uolūtate,

1 De hoc etiam ī. e.quicūq; & dicā.ī. ca.eos.ibi uideas.Archidia.

2 Mos. Sed an a pœna gl . Ant. But. ca. ult. de cōſuet.Lu do. Rom. in ſingul. charta.j.

Act.8.

4 Scilicet crimine ſimoniæ, & ſic anathema ſumit hic proprie.

[redacted] cus, [redacted] ipſo iure excōmunicatus.

Peccator quilibet occult' eſt ſuſpēſus

5 Adde , an & quādo tacitur nitas noceat. not. ī l. filius. §.inuitus. ff.de procura.gloſ. in l.quando. §.j.in gl.peruenit . ff.locati.

munerum acceptores extiterint, ſi clerici fuerint honoris ſui amiſsione mulctentur: ſi uero laici perpetuo [a] anathemate condemnentur.

Item ex concilio Calcedonenſi.

Damnatur epiſcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.

CAN. VIII.

SI quis epiſcopus [b] per pecuniã † ordinationem fecerit, & pretio redegerit [c] ſpiritus ſancti gratiam, quæ uendi non põt, ordinaueritq; p pecuniã presbyterũ, aut diaconũ, uel quẽlibet de his, qui cognominãtur in clero, promouerit, & diſpenſatorẽ [d] aut defenſorem, [e] uel quemlibet, [f] qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſui turpiſsimi lucri commodo: is qui hoc attẽtare probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit: & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione uel promotione, quæ eſt pro negotiatione facta, proficiat: ſed ſit alienus a dignitate, [g] uel ſolicitudine, [h] quam pecunijs acquiſiuit. Si quis uero mediator [i] tam turpibus & nefandis datis, uel acceptis extiterit: ſi quidem clericus fuerit, à proprio gradu decidat: ſi uerò laicus, anathematizetur.

Item ex octaua ſynodo.

A ſacerdotio eſt alienus, qui per pecunias ordinat, uel ordinatur.

CAN. IX.

QVi per pecuniam quenquam cõſecrauerit, uel ab alio conſecratus eſt, alienus à ſacerdotio [k] fiat.

Item Calixtus papa.

Nec ordinari, nec promoueri in eccleſia Dei per pecuniam aliquis ualet.

CAN. X.

SAnctorum patrum exempla ſequentes, & officij noſtri debito innouantes, ordinari quenquã per pecuniam in eccleſia Dei, uel promoueri, authoritate ſedis apoſtolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis uerò in eccleſia ordinationẽ, uel promotionem taliter acquiſierit, ac quiſita prorſus careat dignitate.

Item Gregorius Nazianzenus.

De eodem.

---

poteſt, & timeat ſcandalũ, faciat id quod legĩt xxiiij q.iij.c.tam ſacerdotes. & xxiij.q.iij.c.forte Ioan.

Excõicatus perpetuo tripliciter exponitur.

[a] Perpetuo. ſcilicet quouſque emendet. ſi.extra de conſtit.c.ex literis. xxvij.q.j.c.de uiduis. arg.ij.q.v. c.quanto. Vel perpetua, id eſt, perpetua ſeparatione a corpore Chriſti. id eſt, uſque ad finem uitæ, etiam ſi ante pœniteat. & hoc eſt in criminis deteſtationem argu.ff.pro ſocio. l.j. uel perpetuo, i. cõtinuo. arg.ff.de ſerui. urb. præd.l. foramen.

[b] SI quis epſ. Hucuſq; introduxit capi.de ſimonia, q̃ fit ab accipiẽte. Nũc introducit uſq; ad §.ga ergo. capitula tam de accipiẽte, quam de dãte ordinẽ, uel aliud ſpũale per pecuniam.

[redacted]

[c] Redegerit. Quãtũ ĩ eo eſt. ar. xlix. diſt. c.ul.ff.de recep.arbi.l.Celſus. de conſe.diſ.iiij.c. quæris.

[d] Diſpẽſatorẽ, i. œconomũ, uel quẽlibet eccleſiaſticarũ rerũ adminiſtratorẽ, ut pPpoſitũ, œconomũ, & uicedominũ. ſ.ea.c. quos cõſtiterit. ĩ.ead.q. iiij.c.ſaluator. H.

Caſtaldiã emere peccatũ eſt.

[e] Defenſorẽ, i. aduocatũ, uel iudicẽ uel caſtaldũ. Hic collige ꝙ caſtaldiã emerẽ eſt peccatũ. nam diſpenſationem religioſæ domus emere eſt peccatum.

[f] Vel quemlibet. id eſt, archipresbyterum, archidiaconũ monachũ, uel quẽlibet officio eccleſiaſtico mãcipatum: ut dicĩt ĩ.ea. quæſtio.iij.cap.ſaluator. hoc exaudi per id quod legitur.xviij.quæſtio.ij.ca.quidam. in authen.de ſanc. epiſco.§.ſed neque.collatio.ix.

[g] A dignitate. id eſt, a prælatura.

[h] Vel ſolicitudine. id eſt, adminiſtratione.

[i] Mediator. Item nota infamiæ iſti percelluntur: ut ĩ.q.iij.c.ul. Hi omnes ſimoniaci ſunt, nec recipiuntur ad teſtimonium, ut extra de teſtib.c.ueniẽs. Huiuſmodi autem mediator, dum tamen non participauerit, recipitur teſtis in crimine ſimoniæ. extra de ſimo.c.quamuis, quod tamen ſubaudi cum uita accuſati ante talis extiterit, arg.ij.q.j.c.in primis. in fi. In alijs autem contractibus non recipitur interuẽtor in teſtimonium, niſi de uoluntate partium. in auth.de teſtib.§.quoniam uero.colla.vij. Not. ergo. ꝙ in criminibus nõ exceptis, ſcilicet adulterij, & homicidij, & huiuſmodi, quicunq; admittitur ad accuſandum, & ad teſtificandum, ut iiij.q.iij. c.j.arg.à contrario ſenſu. Nam tantũ integræ famæ admittuntur in illis, niſi propriam iniuriam proſequantur. iiij.q.vj. ca. omnibus. ĩ quo caſu nõ admitterẽtur ad teſtimoniũ, ut extra de teſti. c.decætero. & ſecũdũ Hug. eadẽ ſeruatur regula in exceptis: qa nec ad accuſandũ, nec ad teſtificandũ admittũtur teſtes, niſi ſint integræ famæ, niſi accuſatus antea malæ extiterit opinionis, arg. ij.q.j. c.in primis. Sed lex canonica ſecus in exceptis dicit. nã admittit ĩfamem ad accuſationẽ cõtra quemlibet clericũ, qui prauæ opinionis eſt. argu. extra de ſimo. c.tanta. ſed nõ ad teſtificãdũ, niſi aliqua præeunte præſumptione, arg. extra de ſimo.c licet uerſ. præſertim. cũ alia, &c. Nã teſtes ĩ his criminib[9] torquendi ſunt. iiij.q. iij.c. ſi teſtes.§.itẽ ſi res exegerit. v. q. v. ca. illi qui. in auth. d teſti.§.ſi uero ignoti.coll. vij. Sed tormenta ſine præſumptione non ſunt infligenda. extra de regu.iu.l.cũ in cõtemplatione. ff.de quæſtio.l.j.C. eo.tit.l.milites.§. oportet. Nota tamen, quod nõ niſi pceũte præſumptione admittiẽ criminoſus teſtis ĩ exceptis, non tamẽ quilibet: quia non inimicus, non conſpirator. extra, de ſimo.cap.licet. in fin. licet ibi ageretur non criminaliter, ſed denunciatiue. ibi etiam exaudi tales nõ fuiſſe admiſſos de rigore iuris, ſed ſecundum temperantiã æquitatis. Præterea ibi accuſatus excipiebat de minoribus criminibus contra eos, quam de quo ipſi teſtificabantur: maxime, cum de crimine iam eſſent emendati extra de ſimo.c.per tuas. & de hoc dixi.ij.q.j.c. in primis. in fi.xv.q.iij.c.ſane. Io.

Teſtes in criminib[9] exceptis qui debẽt admitti.

[redacted]

Tormẽta nõ ſunt ſine [illegible]ptione infligenda.

ADDITIO. & lxxix. di. c. ſi quis papa. ibi uideas. Archidia.

[k] QVi per pecuniam. A ſacerdotio. cuius nomine quilibet ordo eccleſiaſticus intelligitur, præſertim ſacer[2], ut ſ.di.lxxxj.cap.ſi quiſpiam.xxiij. q.iiij. c. Guliſarius.§.ij. Vel expone à ſacerdotio, id eſt, ab adminiſtratione temporalium.

Sacerdotium quẽlibet ordinẽ eccleſiaſticum comprehendit.

Qui

QVi ſtudet. Dicitur in hoc capitulo, quod qui ſpiritualia emit, deponi debet: nec poterit de iure communi amplius reuocari. Quod autem deteſtabile ſit crimẽ ſimoniæ, quatuor exemplis probat. Primo exemplo Giezi, qui propter ſimoniam quam cõmiſit, factus fuit leproſus. Secundo exemplo Iudæ, qui uẽdidit redemptorem omnium, propter quod laqueo ſe ſuſpendit. Tertio exemplo Simonis magi, qui propter ſimoniã, quã cõmittere uoluit, fuit à Petro dãnatus. Quarto exemplo Chriſti, qui omnibus peccatoribus in templo dimiſsis, ſolos ſimoniacos in deteſtationẽ criminis excluſit. In fine dicit quod qui ſimoniaci ſunt, ſpiritus ſancti gratiam habere non poſſunt.

Simonia quatuor exemplis eſt deteſtabilis.

CAN. XI.

QVi ſtudet [a] donũ Dei pretio mercari, in ſacro ordine, [b] nulla ratione decætero permanere, [c] aut reuocari poſſe dubium non eſt: talis á communione [d] omnibus modis abſcindatur. Nam ſpiritus ſancti donũ pretio comparari, quid aliud eſt, quàm capitale [e] crimen, & ſimoniaca hæreſis † ? quod quàm deteſtabiliter in utroque teſtamẽto uindicatum ſit, multorum exemplis facilè apparet. Giezi † enim, quia gratiam ſanitatis [f] Naaman Syro uendidit, eandem gratiam ſanitatis Eliſeo uindicante leproſus factus amiſit. Iudas, [g] qui omnium redemptorem uendidit, [h] mox laqueo ſuſpenſus, eandem redemptoris gratiam non obtinuit: & meritò: quia nemo poteſt retinere, qđ uendidit. Simon etiam magus, cùm eandem ſpiritus ſancti gratiam emere uellet, damnationis ſententiam à Petro audiuit: Pecunia tua [i] tecum ſit in perditionem: quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri. Dominus etiam, ut uendentes & ementes huius gratiæ expertes oſtenderet, cunctos alios peccatores per gratiam in templo dimiſit, [k] ſingulariter uendẽtes & ementes increpans, & flagellans de templo eiecit: in quo uenditores & emptores ſuos gratia ſpiritus ſancti conſtat deſtitutos eſſe & uacuos. Quos enim Chriſtus eiecit de templo, nunquam ſpiritus Chriſti ſibi faciet templum.

† Cõcor. tex. iũcta ſua gl. l. ſi quequã. C. de epiſ. & cler.

† 4. Reg. 5.

† Id eſt, Giezi peccauit: quia [illegible] uel cõmittendi [illegible] alioqui capax in caſu, in quo ipſe acceperat, alioqui nõ peccaſſet. ar. xxxij. q. iiij. dixit, B.

† Mat. 27.

Item Gregorius.

Simoniaci ſacerdotes eſſe nõ poſſunt.

CAN. XII.

QVicunque ſacros ordines [l] uendunt aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. unde ſcriptum eſt: [m] Anathema damnati, anathema ac-

[a] Studet. Cum effectu. uerba enim ſunt recipienda cũ effectu. ff. qđ quiſque iur. l. j. extra de clericis non reſiden. ca. relatum. uel ſufficit, quod det operam.

[b] Ordine. Bene dicit ordine, quia ſi quis emit ordinem, non poteſt diſpẽſari circa ipſum, ut. j. ea. ca. erga. & extra de ſimo. ca. nobis. i fine. niſi à patre ſuo eo ignorãte eſſet emptus ordo, tunc diſpenſari poſſet. j. q. v. c. ulti. Sed ſecus eſt in beneficiorum emptione. cum enim renuntiat quis beneficio empto, poteſt in illo, uel in alio tolerari: ut j. ea. q. v. ca j. & in decretali de ſimo. cap. ex inſinuatione. Illa tamen decreta. loquitur cum à patre ipſo ignorante eſt commiſſa ſimonia.

Simonia cõmittit, & circa ordinem, & circa beneficium.

[c] Permanere. Infra ead. c. ſi quis. niſi ex diſpenſatione. j. ea. q. c. præſentium.

[d] A communione. Nunquid pro ſola uoluntate eſt excommunicandus quis, cum ſit ſimoniacus? Certe non: quia ex uoluntate non ſcandalizatur eccleſia, niſi proceſſerit in actum. argumen. xxiiij. q. iij. c. Deus, & diſt. xxxij. c. erubeſcant. & intellige à communione, ſcilicet fidelium. ab alia ab ipſo iure ſeparatus eſt etiam occultus: quod tenendum eſt, extra de ſimo. c. tanta. Ioan. quod forte hodie correctum eſt, extra de tempo. ordi. c. ſi. B.

Simoniacus ex ſola uolũtate non eſt excõmicandus.

[e] Capitale. Id eſt, mortale, uel dignum depoſitione.

[f] Sanitatis. Nunquid ergo licitum eſt medico recipere pecuniam pro conferenda ſanitate? Sic, quia illud potius dicitur honor, quam pretium: ut xiiij. q. v. c. non ſane. unde non recipit pecuniam pro danda ſanitate, cum illud ſit gratia, ſed pro labore ſuo. & ſic magiſter non recipit pecuniam pro ſcientia, quam dat, ſed pro labore uel honore: ſicut propheta recipit: ut j. ea. q. capi. iudices. ſic Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, ut xvj. q. j. c. decimæ.

Medicus ꝑ ſanitate cõferẽda poteſt pecuniam accipere.

[g] Iudas. Sed nunquid Iudas commiſit ſimoniam? Certum eſt. Et quidẽ plagium commiſit in eo, quod liberũ hominẽ uendidit. ff. ad legem Fla. de plagi. l. j. Simoniã etiam commiſit in eo, qđ rem ſacram uendidit. Dicit H. quod dominus nõ poteſt uendere ſeruum iã ordinatũ, commutare tamẽ poterit, uel alio genere contractus alienare. Quidã tamen dicũt contra, ut hic. & liiij. diſt. cap. generalis.

Iudas uẽdens Chriſtũ cõmiſit ſimoniã & plagiũ. Act. 8.

[h] Vendidit. No. quod dicit uendidit, & tamen iſte quãdo exegit munera, iam ille gratiam fuerat conſecutus. & ita eſt argumẽtum contra eos, qui non exigunt ante collationem beneficij, ſed poſt. arg. j. ea. cap. eos. & q. iij. capi. ſi quis obiecerit. ff. de calum. l. j. §. qui autem. Tamen quidam dicunt Giezi damnatũ non pro uẽditione, ſed pro mendacio. qđ mihi non placet.

[i] Pecunia tua. Hoc in deteſtationẽ criminis dictũ ẽ. j. q. iij. c. homini qui ſimilis. § econtra. arg. contra.

[k] Dimiſit. Ar. expreſſum contra Baz. dicentem quod quilibet propter peccatum mortale erat priuatus introitu eccleſiæ. arg. de pœni. di. j. c. qui ſanctus ſacerdos. xxxiij. q. iiij. uir cum propria. Nam dominus ſolos ſimoniacos de corpore eccleſiæ eiecit, relictis alijs peccatoribus. intellige tamen hoc de illis, qui ſimoniam committunt in ordine accepto, licet authoritas generaliter loqui uideatur. Vnde dic cum Baz. & M. quod nec talis ſimoniacus, nec publicus fornicator debet eccleſiam ante pœnitentiam intrare. De hac materia notaui xxxiij. qõ. iiij. cap. uir cum propria. Ioannes tamen dicit (quod etiam mihi ſæpe reſpondit) quod peccator quilibet & etiam excommunicatus poteſt intrare eccleſiam cauſa orandi, dummodo non interſit diuinis officijs: cum non inueniatur prohibitum, extra de ſentent. excommu. capi. cum nuper. H.

Peccatũ mortale an priuet quẽlibet ab introitu eccleſiæ.

[l] QVicunq; ſacros ordines. Quia ſi per pœnitentiam reconcilientur, quod tamẽ per pecuniã acquiſierint, retinere non poſſunt, uel quãtum ad imprecationum effectum.

[m] Vnde ſcriptum eſt. Qui offert alijs, uel accipit

ab

cipienti, hoc eſt ſimoniaca hæreſis. a Quomodo ergo ſi anathematizati ſunt, & ſancti nõ ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cùm in Chriſti corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere, b uel accipere poſſunt? Qui maledictus eſt, benedicere quomodo poteſt?

Idem.

De eodem.

CAN. XIII.

Cum liqueat hãc hæreſim ante omnia c radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa origine d ſua apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam, cur non cauetur? cur non perpenditur? quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, ut fiat hæreticus, promouetur.

Item Ambroſius de miniſterijs.

Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert.

CAN. XIIII.

Cum ordinaretur epiſcopus, quod dedit, aurum fuit: quod perdidit, anima fuit. Cùm alium ordinaret, quod accepit, aurum fuit: quod dedit, e lepra fuit. e

Idem.

De eodem.

CAN. XV.

Gratiam cùm ordinareris, non ſuſcepiſti: quia gratuitò eam non meruiſti. f

Item idem de Giezi.

De eodem.

CAN. XVI.

Cito turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia malè quæſita corpus animamq; commaculat. Vides, quia facto authoris ſucceſsio damnatur hæredis. † Inexpiabilis eſt g enim culpa uenditi miniſterij, & uindicta gratiæ cæleſtis tranſit in poſteros.

Denique Moabitæ h & cæteri non intrabant eccleſiam Dei uſq; in tertiam i & quartam generationem, tandiu uidelicet (ut ſimplicius interpretemur) donec culpam authorum multiplicis k ſucceſsio generationis aboleret. Sed cùm illi, qui in Deum idololatriæ errore deliquerunt, in tertiam & quartam l generationem uideantur eſſe mulctati, profectò durior m eſſe uidetur ſententia, qua Giezi ſemen uſque in æternum pro cupiditate habendi prophetica authoritate damnatur, præſertim n cùm dominus Ieſus Chriſtus per lauacri o regenerationem omnibus remiſsionem de

ab alijs, ut ordinetur, excommunicatus eſt: ut hic, & j. eadem. c. perlatum.

a Hoc eſt ſimoniaca hæreſis. Id eſt, ſic dare uel accipere, ſimoniaca hæreſis eſt. B.

b Chriſti corpus tradere. Id eſt, digne exercere officium ſacerdotis.

c Cum liqueat. Ante oia. Contra de conſec. diſt. ij. prima. Sed hoc uerũ eſt poſt reſurrectionẽ: uel ante, id eſt, prę omnibus alijs.

d Origine. Nota quod dicit origine: hoc uerum non eſt quo ad nouum teſtamentum. nam Iudas ante commiſit. † Vel dic ſatis fuiſſe in origine: quia quã cito hoc facit, fuit damnatus ſtatim. j. ea. capit. cito.

† Q*d* Iudas ſimoniam cõmiſit, probatur ſupra ea. q. ſtudet ubi de hoc. & ibi dixi. Arch.

e Cum ordinaretur. Lepra fuit. Id eſt, peccati uulnere ſe infectũ reddidit.

f Gratiã. Non meruiſti. Argu. xxj. q. iiij. cap. ultimo.

g Cito. Inexpiabilis eſt. quo ad ordinis executionem. Vel dic quòd in deteſtationem criminis dicitur, & ſicut lepra diſcordiæ, quæ forte nec paſsiõe purgatur: ut ſ. diſtinc. xc. capit. neque ad Cain. uel quia pœnitet uſq; ad mortem: ut j. eadem. c. ſi quis.

h Moabitæ. Iſti Moabitæ & Amonitæ idololatræ erant, & cum redirent filij Iſrael de captiuitate Aegyptiaca, & ſcirent iſti, quod ſitim patiebantur, obuiauerunt eis cum pane ſine potu, ducentes ſecum Balaam Ariolum, ut eis malediceret, propter quod peccatum pręcepit dominus, ne eos factos proſelytos, reciperent in eccleſiam Dei uſque in ſeptimam generationem, licet ſecundũ aliam tranſlationem dicatur uſque in decimam, ſed non contradicunt ſibi. Nam deſcendentes per ſexum maſculinum non recipiebantur uſque in ſeptimam, per fœmininum uſq; in decimam. Sed Hebræus dixit, quod nihil aliud erat recipere eos ad eccleſiam Dei, niſi dare eis nuptui filias ſuas. hiſtoriam de illis Moabitis habes xxxv. di. c. ſexto die.

a Proſelyti erant illi qui ueniebãt ad populi Iudaici ritũ qui nõ erant oriũdi de populo Iudaico. Archi.

i Vſque in tertiam. Id eſt, niſi habeant fidem trinitatis, & quatuor genera uirtutum, uel quatuor Euangeliorum.

k Multiplicis. Argumentum culpam uel dolum purgari proceſſu temporis: ut ij. quæſtione j. capitul. in primis. xxxv. qõ. viij. c. de gradib9. ff. de hære. uel act. uendi. l. uenditor. ff. de actio. & obli. l. is qui. extra de filijs presbyte. per totum. extra qui matr. accuſa. poſſ. capit. inſuper. Argumen. contra infra ea. ca. ueutum. ff. depoſi. l. prima. §. ſi rem. ff. de con dictio. fur. l. quifurtum. & l. ulti. Sed rei ueritas eſt, qd licet nõ poſsit purgari proceſſu temporis quo ad præſentem caſum, purgatur tamẽ per eccleſiæ diſpenſationem: ut xxiij. quæſtione iiij. cap. ipſa pietas. uer. eſt enim. Vnde uerſus. Cõpoſito lacte fœtẽti quæſo cibate, Qui putat excluſum crimẽ per tẽporis uſum. de cõſuetu. ca. quanto. in glo. ſolam conſuetudinem.

Culpa & dolus purgant tempore.

† Facit ad hoc c. l. cũ hæres. ff. de diuer. & tẽp. præſcri. & l. Papinianus. §. j. ff. de acqui. poſſ. & l. uitia. C. eodem. Deu. 23. & Neem. 13.

l Et quartam. Hic non proſequitur Ambroſius noſtram interpretationem, ſed lxx. interpretũ. Vel dic, quod refert ſe hic ad myſticum intellectum, id eſt, donec habeat fidẽ trinitatis, & quatuor Euangeliorum.

m Durior. Et quis dubitat ſceleratius eſſe commiſſum, quod durius eſt uindicatum: ut j. xxiiij. q. j. c. non afferamus. in fine. quod perpetuũ eſt licet & proprie uxoris interfector grauius puniatur: ut infra xxxij. q. ij. c. admonere. quam matricida. xxxiij. q. ij. c. latorem. Quod tamen ſpeciale eſt ob frequẽtem cauſam factum, & ob pronam in uxores ſuas malitiam refrænandam: talia, quia ſunt ſpecialia, ad conſequentiam trahi non debent. Io. ut xxvij. q. j. c. nuptiarum. & diſt. xxvij. c. ſi uir.

Cõmiſſũ eſt ſceleratius, quod punit durius. Matt. 28.

n Præſertim. Reſpicit id quod dixerat durior, uel incipit ibi uerſus, & reſpicit ad literam ſequentem, ſcilicet cur ergo.

o Per lauacri. Sine quo nemo habet uitam æternam, niſi

dit peccatorum. Cur ergo Giezi ſemen in æternum damnatur? niſi ut uitiorū [a] magis, quam generis ſe mē ſectatores intelligas. Sicut enim qui filij promiſsionū ſunt, exiſtimantur in ſemen bonum: ita etiā qui erroris ſunt, exiſtimantur in ſemen malū. Nam & Iudæi ex patre diabolo ſunt, non utique carnis ſucceſsione, ſed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi lepram cū diuitijs ſuis poſſident: & male quæſita mercede non tam patrimonij, facultatem, quam theſaurum criminū congregauerunt æterno ſupplicio, & breui fructu

[2] *Quia ergo authoritate Leonis papæ ſimoniaci nō niſi ſpiritum mēdacij accipiunt, ſecundum Gregorium apud ſimoniacos ſacerdotium non ſubſiſtit. benedictio eorū in maledictionē cōuertitur, apud eos manet anathema danti et accipienti, cū ſancti non ſint, nec in Chriſti cōſtituti corpore, cum ſint maledicti, nec ſanctificare alios poſſunt, nec corpus Chriſti tradere, uel accipere, nec benedicere alijs ualeāt. Secūdum Ambroſium uero anathematis opprobrio condēnātur atq; a participatione corporis & ſanguinis Chriſti alienantur: cum accipiatur aurū, & lepra detur cū inexpiabilis ſit culpa uēditi miniſterij. ſecundum Calcedonenſe concilium ex tali ordinatione nihil proficere iudicātur: ſecundum Gelaſium Simonis dānatione inuoluunt: ſecūdum Gregorium Nazianzenum in ſacro ordine permanere, aut renouari nulla rōne poſſunt. Ab Eliſeo lepra perfunduntur: a Petro in perditionē damnantur: a Chriſto uero de templo eijciuntur: quid aliud ſimoniacus ſimoniaco in ſua ordinatione poteſt cōferre, niſi qđ Innocentius de cæteris hæreticis teſtatur dicens.*

Qui ſpiritus perfectionē nō habent, ipſam dare nō poſſunt.

CAN. XVII

QVi perfectionē ſpiritus ſancti, quam acceperant, perdiderunt, non dare eius plenitudinē [b] poſſunt, quæ maxime operatur in ordinationibus, quam per ſuam perfidiam perdiderunt. Et iterum. Qui honorem nō habuit, honorem dare non potuit, nec aliquid ille accepit, quia nihil erant in dante: ſed damnationem, quam habuit, per prauam manus impoſitionē dedit.

Idem.

Simoniacus per prauā manus impoſitionē nō benedictionem, ſed dānationem præſtat.

CAN. XVIII.

VEntum eſt ad tertiā quæſtionē: quæ pro ſui difficultate [c] longiorē exigit diſputationē cū nos dicimus ab hæreticis ordinatos uulneratum [d] per illam manus impoſitionē habere caput. [e] Vbi uulnus [f] infixū eſt, medicina [g] eſt adhibenda, qua poſsit recipere

---

niſi ꝓ Chriſti nomine quis fuerit baptizatus ſanguine: ut xv.q.j.§.ut [1] itaq;. de cōſe. di. iiij. c. firmiſsime.

[1] §. hic non repetitur.

[a] Vt uitiorū. Sophiſtice argumētatur. Nam idem eſt in idololatria, ſed in prædictis nō cōſiderat, niſi literalem intellectum.

Quia ergo. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua latenter ſupponit de ordinatis ab hæreticis, ſcilicet pręter formam eccleſiæ: & dicit quod tales nō recipiunt niſi ad dānationē. Ioā. de Fantu.

[b] QVi pfectionem. Plenitudinē. Id eſt, executionē ordinis. hic interſerit magiſter de ordinib⁹ hæreticorū. [2] Sʒ quicquid Ioan. de Fan. & alij de hac materia dixerint, iſtud eſt tenendū, quod quilibet eṗs ſiue catholicus, ſiue hæreticus, ſiue in eccleſia, ſiue extra cōferat ordinē dum tñ cōferat ſecūdū formā eccleſiæ, recipit ordinatus ordinem, licet nō recipiat executionē ordinis. Similiter ſi taliter ordinati alios ordinent, idē eſt, & ſic in īfinitū: ut ī. ea. c. quod quidā. ix. q. j. c. ordinatiōes. Idē dico de conficiendo corpore [3] Chr̄i. ī. ead. c. dn̄s declarauit. & c. nō nocet. ī. de cōſec. diſt. iiij. c. nō in uobis. loquitur ergo principium capituli de his, qui ī forma eccleſiæ receperunt ordinē. Secūda pars de illis, qui extra formā, illi nihil recipiunt, nec aliqđ cōferūt quia nemo dat ꝑt, &c. ut ī c. j. & ī. q. vij. c. Daibertum.

[2] Et hoc uſq; ad §. cōſtat. j. ead.

Epiſcop⁹ etiā hæreticus confert ordinē, ſed nō ordinis executionē.

[3] De hoc no. ix. q. j. ī ſumma. Sed cōtra de cōſec. diſt. ij. utrū. & c. quid ſit. ubi cōtra no. Arch.

ADDITIO.

Dicit Laur. de huiuſmodi hæreticis multa mendacia ſcripta ſunt & inutiliter. Io. de Fan. & Goſ. dicunt qđ hæreticus, qui recipit ultimā manus impoſitionē extra eccleſiam, nō confert, ſed confundit eos. ī. ea. q. 7. c. cōuenientibus. Archi.

[c] VEntum eſt. Tres nanq; Macedones epiſcopi, quibus hæc ſcribit. Inno. īter alia fecerāt quæſtiōes. Prima erat utrum quis ducēs uiduā [4] in uxorē poſsit ꝓmoueri: uel factus clericus propter hoc debeat deponi? Cuius determinationē ponit. ſ. di xxxiiij. c. ſi quis uiduā. Scđa erat utrū dicēd⁹ eſſet bigamus, qui añ baptiſmū unam, poſt baptiſmū habuit alterā? cuius determinationē ponit ſ. diſ. xxvj. c. deinde. Tertia qō erat, an remaneat clerici, i. an reciperent characterē ab hæreticis ordinati, uel an deberent ad ulteriora promoueri & dicit quod nunquam. & hanc quæſtionē in hoc capi. explicat.

Tres quæſtiones.

[4] Scilicet primo. ibi tamē ſcribit archiep̄o Rothomagē. ſed pōt eſſe quod ſolutionem eiuſdem qōnis, miſit illis uel illi. Arch.

[c] Pro ſui difficultate. Quia fuit quæſitū, ſi ordinati ab hæreticis accepiſſent honorē, & ſi ad eccleſiā reuerſi recipiant in honorem clericatus.

[d] Vulneratum. id eſt, capitalem & ſacramentalē dignitatem cum uulnere, i. cū dānatione ſuſcepta tenere.

[e] Caput, i. animā culpæ macula uulneratā. nam & anima ponit pro homine, de conſe. diſtin. v. c. nec tales.

Anima ꝓ homine ponitur.

[f] Vulnus. Vbi. u. malum contingit, ibi moriat, &c. ij. quæſtio. j. c. ſi peccauerit.

[g] Medicina. Hoc uidetur ſic expōnēdum, id eſt, reiteran-

† Tex.eſt ſimil. in l. Archia-- tri. & ibi Bar. C. de profeſ. & med. li.x. Irregularitas per pœnitentiá nõ aboletur.

terandum eſt in his ſacramentum. ĩ.ead.quæſtio.ul. cap.per illicitam . hoc enim uidetur intelligendum cum omiſſa fuit forma. arg.j.q.ult.cap . Daibertum. ubi hoc inducitur.

i Sed noſtræ,ſ.occidentalis. Hęc eſt tertia ratio.

k Lex.i.conſuetudo. C.de emancip.lib.l.j.alibi ponitur pro regula ĩ ead.q.vij.cap.ij.alibi ponitur pro ratione.ĩ. diſtin.cap.conſuetudo. alibi pro canone. ĩ.diſtin.xxxj.cap.Nicena.

Lex tripliciter ſumitur.

ſanitatẽ , † quæ ſanitas poſt uulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe a non poterit: atq; ubi pœnitentiæ remediũ neceſſarium eſt illic ordinationis honorẽ locum habere b nõ poſſe decernimus. Nam (ſi, ſicut legitur, qui tetigerit immundũ, immũdus erit) quomodo ei tribuetur c quod munditia & puritas conſueuit accipere? Sed ecõtra aſſeritur eum, qui honõrem amiſit, honorẽ dare non poſſe: nec illum aliquid accepiſſe: d quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & uerum eſt certe: quia quod non habuit, dare non potuit: dãnationem e utiq; quam habuit, per prauã manus impoſitionẽ dedit. Et qui particeps factus ſit damnationis, quomodo honorẽ debeat accipere, inuenire non poſſum. f Sed dicitur g uera & iuſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre põt omne uitium, quod a uitioſo fuerat iniectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, atque omnium criminum rei: quia benedictione h ordinationis crimina, uel uitia putatur auferri. Nullus pœnitentiæ locus ſit, quia poteſt id præſtare ordinatio, quod longa ſatiſfactio præſtare cõſueuit. Sed noſtræ i lex k eccleſiæ uenientibus ab hæreticis, qui tũc illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem l laicam tantummodo tribuere cõionem conſueuit: nec ex his aliquem in clericatus honorem uel exiguum m ſurrogare.

§ *Sed obijcitur: alij hæretici a fide exorbitant: ſimoniaci autẽ, & ſi gratia ſpiritus ſancti uenalẽ putant, tamen a fide alieni nõ ſunt: atq; ideo quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur, non ualet de his conſequenter intelligi. His* n *ita reſpõdetur. Simoniaci & ſi fidẽ tenere uideãtur, infidelitatis tamen perditioni ſubijciuntur.*

Unde beatus Ambroſius in primo libro de pœnitentia ad Nouatianũ ſcribit dicens.

Simoniaci fidei integritatem non habent.

CAN. XIX.

PEtrus, cũ Simon magicæ artis conſuetudine deprauatus o putaſſet, quòd gratiam Chriſti per impoſitionem p manus, & infuſionẽ ſpiritus ſancti pecunia compararet, ait: Non eſt tibi ſors, neque pars in hac fide: q quia cor tuum non eſt rectum apud Deum.

Act. 8.

a Cicatrice eſſe. Quia & ſi pœniteant, tamen irregularitas manet, quæ non abolet p pœnitentiam: ut xxv. diſtin. c.primũ. & 50. diſtin. c.illud. & j.q. vij.c. ſi quis omnem.

b Habere. ĩ.xxiij. q.iiij. ipſa pietas. contra. Sed ibi de ordinatis a catholicis, & poſt in hæreſim labentibus: hic de his, quibus hæretici man⁹ impoſuerunt. Vel hoc de rigore, illud de miſericordia.

Vxor uiro leproſo debitum redderẽ nõ tenetur.

c Quomodo ei tribuetur. Arg. quod uxor nõ tenet reddere debitum uiro leproſo. Ar. cõtra xxxij.q.vij.ca.omnes. & quęſtio.v.c. ſi quis uxorẽ. Vide de hoc, cui eſt ſtandũ extra de cõiu. lepro.c.j.& ij.

d Accepiſſe. Alias accipere, & ſupple & ideo nõ debet ei nocere, qn ordinari poſsit, q.d. id qđ nihil eſt, non debet præſtare impedimẽtum: ut extra de iure patr.c.qđ autẽ.in fi. Sed hoc fallit extra de ſpõ. c.ad audientiam.

Impedimẽtũ non præſtat ꝗ nihil eſt.

e Damnationẽ. id eſt, ſacramẽtũ qđ dãnabiliter habuit dãnabiliter dedit, & ita factus eſt particeps dãnationis. ĩ. ea.q.vij.c. ſi qs. ĩ.ead.q.iiij.ca.homini.§.cũ ergo.ĩ. de conſec.diſt.iiij. cap.ab antiqua.

f Non poſſum. De mero iure. nã ex diſpenſatione poſſum. ĩ.ead.quæſti. ul.c.conuenientib⁹.

g Sed dicitur. id eſt, obijcitẽ. & hæc erat ſecunda obiectio, quæ fiebat Innocentio. prima fuit ibi, ſed ecõtra.

h Benedictione. Quæ eſt cum ab hæreticis rediẽs reconciliatur eccleſiæ. Vel quę erat ſecundũ illos, contra quos hic agit Innocen. quando reuertẽtes ad eccleſiam iterum ordinantur, uel quãdocunq; aliquis ordinatur. H.

l Per manus impoſitionẽ. quaſi dicat, nõ ſolũ, qui ab hæreticis ordinati ſunt, nõ poſſunt habere honorẽ in eccleſia: ſed etiam qui apud eos baptizati ſunt tantũ, ita qđ nõ ordinati: ut ĩ. ead.quæſt.vij.c. qui in qualibet.

; Adde, ꝙ etiam aliquãdo ꝓ pacto. l. ſi tibi. ff. de adopt.

m Vel exiguũ. Secus in oriẽtali eccleſia, quæ illos ꝑ unctionẽ chriſmatis reformat: ut ĩ. de conſe. diſt.iiij. c.ab antiqua. ĩ.ea. q.iiij.c.placuit. cõtra. Sed ibi de īfantib⁹, hic de adultis & diſcretis. de cõſec. di.4.c.ſicut.

§ Sed obijcit. Hæc eſt tertia pars quęſtionis, in qua dicitur, quod nõ uidetẽ idẽ de ſimoniacis, quod de hæreticis, & rñdet qđ idem eſt, quod ſimoniaci ſunt infideles, & hoc probat per quatuor authoritates. Ioã.de Fan.

; Idẽ tamen uidetur de adulto, qđ de infante. ſi ultima neceſſitas cogat: ut xxiij. q.j. ſi quẽ forte. ſed ſecus eſt, q2 de ſacramento ordinis hic loquitur. Io. de Fan.

n His. Dictis a ſe. Nam ſibi ipſi opponit propter comparationẽ inter ſimoniacos & hæreticos in §.quia.in fin. & ita ſub alternatiõe ueniet uſq; ad §.conſtat ergo.

o PEtrus. Deprauatus. Similiter dicit, ca.de Saule, ꝙ deprauat⁹ cã peccati ad hoc ſe cõtulit, ꝙ dãnauerat. 26.q.v.c nec mirũ. ultra mediũ.

p Per impoſitionẽ, ſ. ut cuicũq; imponeret manũ, acciperet ſpm̃ ſanctũ, & ei infunderet ſpiritus ſctũs.

q In hac fide. ſcilicet noſtra catholica, ſed in actibus Apoſtolorũ habetur in ſermone iſto, ut infra ead. cap. eos qui. unde poteſt dici, in fide tua, id eſt, in eo, quod credis obtinere. ſcilicet ut pecunia infundatẽ ſpiritus ſanctus. ; In hoc facit ad propoſitum Gratiani, quia dicit non eſt tibi pars in hac fide. & ita infidelis, ergo hæreti-

; Id eſt. fides & credulitas. Hugo.

cus. & ſic exaudi c. ſequens.
ᵃ Puram conſcientiam. Quæ etiam ad actũ progreſſa eſt. ſic exaudi de pœ. diſt. j. c. ſi cui etiã non cõtingat.
ᵇ Fidei. Et in hoc facit ad propoſitum.
ᶜ Cum omnis auaritia. Ideo dicitur auaritia ſpecialiter ſeruitus idolorum, quia tanquam Deo exhibet auarus nummo reuerentiam. infra xj. q. iij. c. pauper.
ᵈ Idolorum. Argu. vj. q. j. c. quæro.
ᵉ Perditioni. Et ita eſt hæreticus ſecundum propoſitũ Gratiani.
ᶠ Subijcitur. Potius enim uocatˀ, quã ſit. ĩ. xxiiij. q. ij. ſanc. & ĩ. xxij. q. v. ca. cauete. viij. q. j. c. ſciendũ. ĩ. xxiij. q. iiij. c. forte. Ioan.
ᵍ Eos. Diuinus. In bona ſignificatione a deitate ſumiť, uel a diuinitate. ſic ĩ. xxxviij. diſt. ca. omnes. non a diuinatione: ut ĩ. ea. ca. nunquã.
ʰ Et eorũ. Id eſt, ſequacium eius.
ⁱ Efficiunt. ſ. quantum in ſe eſt: ſicut emere & uendere dicunť ĩ. ea. cauſa. qõ. iij. c. ſaluator. B.

ADDITIO.

xlix. diſt. ca. ulti. de conſec. diſtinct. iiij. c. quæris. ĩ. ea. c. iudices. Archid.
ᵏ Si uult. Nihil enim tam conſonũ, &c. inſti. de re. di. §. per traditionem. C. de cõtrah. empt. ca. dudum. in fi. niſi ubi lex inhibet uẽditionem, extra de iure pat. c. de iure. C. de reb. alie. l. ulti. Imo & quandoque compellitur uendere. C. de communi ſer. ma. l. j. ff. de relig. l. ſi quis ſepulcrum & ff. communi. di. l. j. §. ult. Emere autem non cõpelliturˀ quis. C. de iure deli. nec emere. Argu. contra. C. de dona. l. ſancimus.
ˡ Pecuniæ. Nam pretium in pecunia numerata conſiſtit, ut inſti. de empt. & uen. §. item pretiũ. ar. extra de re. permu. c. ad quæſtiões. nã ubi aliud pro alio datur in ſpecie, permutatio eſt. ff. de contrah. emp. l. j. Sed tamen hic emptio large, & pecunia ſimiliter large accipitur: ut ĩ. q. iij. per totũ.
ᵐ Detrahunt. Sicut enim Iudæi miraculorum operationem tribuebant diabolo, quæ per ſpiritũ ſanctum fiebant: ita iſti ordines, qui ſunt dona ſpiritus ſancti, per diabolum ſibi acquirunt.
ⁿ Cum ergo. Melius diceret, cum enim, &c. ſecundum quod poſt ſequitur in litera.
ᵒ Canon ſanctorũ. Qui ſic ſe habeť, ſi quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus obtinuerit per pecuniam dignitatem: & ipſe & ordinator eius modis omnibus à communione abſcindantur, ſicut Simon magus a Petro. facit ad hoc ĩ. q. iij. c. ſi quis epiſcopus. & c. fi.
ᵖ Et tertius. Vbi diciť de Ieroboam, ꝙ qcunque uolebat, impleat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum: & propter hanc cauſam peccabat domus Ieroboã, & uerſa eſt & deleta de ſuperficie terræ.
ᑫ Et quartus. ubi de Giezi agitur.
ʳ Accipere. Argu. in electionibus & alienationibus, ut firmæ ſint, fieri ex cõſenſu poſt ſequente, ſicut ex priori. ĩ. xxix. qõ. j. ca. ſi qs ancillam. §. his ita. ĩ. xvj. q. j. ca. ult. & qõ. vij. ca. decimas, &c. & ca. eccleſias. extra de iur. pa. cura paſtoralis. ar. contra. xxiiij. di. c. ult.
ˢ Accipere. Similiter impendere, eſt quandocunque impendere: ut ĩ. ead. q. iij. ca. ſaluator. & c. ſi quis epiſcopus. præbendas. & ca. ſi quis obiecerit. & eſt ſi. ff. de calum. l. j. §. quod auté. Eſt ergo ſimoniacus, qui ratione ordinis, uel beneficij collati aliquod munus dat: ut dixi de Giezi ĩ. eo. qui ſtudet. Ioan.

Auaritia eſt idolorum ſeruitus.

ᶠ Scilicet fidelis. lxxxvj. diſt. qui clemẽtiam. ar. Colo. 3. a

Diuinus a deitate & à diuinatione dicitur.

Sic xvj. qõ. j. prædicator. ĩ. prin.

Vides quòd hunc magica uanitate blaſphemantem in ſpiritum ſanctum, apoſtolica authoritate condẽnat, & eò magis, quod puram conſcientiam ᵃ fidei ᵇ non habebat.

Item Gregorius in regiſtro.

Simoniacus infidelis eſſe probatur.

CAN. XX.

Cum omnis auaritia, ᶜ idolorũ ᵈ ſit ſeruitus, quiſquis hãc, & maximè in dandis eccleſiaſticis honorib. uigilãter nõ pcauet, infidelitatis perditioni ᵉ ſubijcitur, ᶠ ẽt ſi tenere fidem uerbis (quã negat facto) uideať.

Item ex epiſtola Tharaſij Conſtantinopolitani epiſcopi miſſa Papæ Adriano.

Simoniacorum hæreſis cæteris damnabilior eſſe probatur.

CAN. XXI.

Eos, qui per pecunias manus impoſuerunt, uel imponũt, Petrus diuinus ᵍ Apoſtolꝰ, cuius cathedrã ſortita eſt ſanctitas ueſtra, tanquam Simonem magũ deponit. Tolerabilior eſt enim Macedonij & eorũ, ʰ qui circa ipſum ſunt, ſpiritus ſancti impugnatorũ impia hæreſis. Illi enim creaturam & ſeruũ Dei patris & filij ſpiritum ſanctum delirando fatentur: iſti uerò ſpiritum ſanctum efficiunt ⁱ ſuum ſeruum. Omnis. n. dominus quod habet, ſi uult ᵏ uendit, ſiue ſeruũ, ſiue aliquid aliud eorum, quæ poſsidet. Similiter & qui emit, dominus eius uolens eſſe, quod emerit, per pretiũ pecuniæ ˡ illud acquirit. Ita & hi qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt ᵐ ſpiritui ſancto, æqualiter peccantes his, qui blaſphemauerunt, dicentes Chriſtum in Beelzebub eijcere dæmonia: atq; (ut uerius dicamus) Iudæ cõparantur proditori, qui Iudæis occiſorib. Chriſtum uẽdidit. Cùm ergo ⁿ ſpiritus ſanctus conſubſtantialis ſit Chriſto, eiuſdẽ ipſi portionis erunt. & proculdubio in eis nõ eſt gratia ſpiritus ſancti, id eſt, ſacerdotij ſanctitas. Nã quod non acceperũt, non habent. Ait. n. Petrꝰ Simoni: Nõ eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſsideri. Nam & uiceſimuſnonus canon ſanctorum ᵒ Apoſtolorũ, & actus eorundem, & tertius ᵖ & quartus ᑫ liber Regũ alienũ omnino à ſacerdotio pronũtiant eũ, qui aliquando dederit, uel acceperit pecuniam in aliquo tẽpore, ſiue antè manus impoſitionem, ſiue poſt. Accipere ʳ enim, ẽ quandocunq; accipere. †

Item ex concilio Bracharenſi. ij.

Et qui dat, et qui accipit, ut ordines ſacri præſtentur, anathema ſit.

Vendere quandoq; quis compellitur.

Pretiũ in emptione debet eſſe i numerata pecunia.

Mat. 12. b

Mat. 26. b

Act. 8. b

Cõſenſus in electionibus & alienationibus debet interuenire.

† Cõcor. tex. in l. ſi fraudator §. ſi ꝓcurator. ff. & his, quæ ĩ frau. cred.

y Placuit.

[a] Placuit. Aliquanti. Argu. propter indignos hanc prohibitionẽ inſtitutã fuiſſe: porrigitur tamen ad omnes ĩ. ea. qõ.iij. peruenit. ĩ.xix.quę. ij.duæ.
[b] Oportet. ĩ. diſt. lxxxv.c.j.
[c] Per multorum. ĩ. di.lxvij. reliqui. in fi.cõtra ĩ. xxiij. di. lector.contra. & xx. qõ.ij. oportet.fi. ĩ. di.lxxv.cap. iij. Sol. hic appellanẽ multi, duo uel tres. uel hoc intellige cum clerici ſunt ignoti.
Item opponitur. Hæc eſt iiij. pars quæſtionis, in qua uult probare ſophiſtice, quod dare aliquid pro rebus eccleſiaſticis, non eſt peccatũ. Io.de Fan.

CASVS. *In hoc §. et ſequẽti ca. probat Gratianus ſuperficialiter quod uendere ſpiritualia non ſit peccatum. Et hoc facit tribus exemplis. Exemplo Saulis, qui non iuit ad Samuelem ſine munere pro uaticinio expetendo. Exẽplo uxoris Ieroboã, quæ nõ iuit ſine munere ad hominem Dei, ſcilicet Achiã prophetã. Et exemplo Chriſti, qui uenditus auriculã ſerui ſanauit. Sed has obiectiones ſoluit ſequẽti c. & §. cũ ergo. c. nunquã. ſecundum Hieronymũ.*
[d] Itẽ opponitur. ei ſcilicet quod propoſitũ ẽ principaliter, quod. ſ. uendere ſpiritualia ſit peccatũ, uel quod ordo uenditus non habet gratiã ſpiritus ſancti.
[e] A Iuda. Huius obiectionis ſolutionẽ ponit ĩ. in §. cũ ergo. in ca. nunquam.

CAN. XXII.

Placuit, ut de ordinatione clericorũ epiſcopi munera nulla ſuſcipiant (ſed ſicut ſcriptum eſt) quod gratis donante Deo accipiũt, gratis dẽt: nõ aliquo pretio Dei gratia & impoſitio manuum uenundetur: quia antiqua diffinitio patrum, ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit dicẽs, Anathema ſit danti & accipienti. Propterea enim, quia multis ſceleribus aliquanti [a] obruti ſancto altario idigne miniſtrãtes, non hoc teſtimonio bonorum operũ ſed profuſione munerũ obtinẽt: oportet [b] nõ per gratiã munerũ, ſed per diligentẽ prius diſcuſsionem, deinde per multorum [c] teſtimoniũ clericos ordinare.

Ex illa authoritate beati Ambroſij & Gregorij patet, quòd ſimoniaci (ſicut et alij hæretici) a fide exorbitant, et ideo conſequenter de illis intelligit, quod de alijs decernitur. 4 *Itẽ opponitur* [d] *quòd prophetia donum ſpiritus ſancti eſt: hoc autẽ in ueteri teſtamento à ſanctis prophetis uendi conſueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro uaticinio expetẽdo, non niſi cũ munere ire præſumpſit.* (1.Re.19.a) *Vxor etiam Ieroboam ad hominẽ Dei non niſi cũ munere acceſſit.* (3.Re.14.a) *Itẽ Chriſtus à Iuda* [e] *uẽditus auriculã ſerui ſanauit.* (Luc.22.c) *Exemplo itaq; Saulis et uxoris Ieroboã patet quòd donum ſpiritus ſãcti emere uel uẽdere nõ eſt peccatũ. Exẽplo Chriſti liquet, quòd ſpiritus ſãctus etſi iniuſtè à ſimoniacis uenalis putetur, uirtutis tamen ſuæ gratiam nõ obliuiſcitur, nec deſinit effectum ſuæ gratiæ etiã uenditus præſtare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in Michæam cõpetenter ſoluit, malos tãtum accepiſſe, & non bonos denuntians.*

Mali prophetæ, non boni prophetiam uendebant.

CAN. XXIII.

Iudices [f] inquit, eius [g] in munerib. iudicabãt, ſacerdotes eius ĩ mercede reſpondebãt: & prophetæ eius in pecunijs diuinabant, & ſuper dominum requieſcebant [h] dicentes, Nonne dominus eſt in nobis? Non ueniẽt [i] ſuper nos mala. [k] Idcirco propter uos Siõ quaſi ager arabitur, [l] & Ieruſalem, ut cuſtodia pomarij erit. [m] Nemo ambigat Ieruſalem propter ſcelera, quæ in hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubuerſam. *Et paulò poſt.* Poterat Petrus Simoni mago uẽdere quod petebat: imò poterat ſimulare uẽdentem. Spiritus enim ſanctus nec uendi nec emi poteſt: ſed oblatã pecuniã cum offerente dãnauit. (Act.8.d) Nec quenquã moueat illud, quod in primo Regũ libro legimus, Saulem (1.Reg.9) [n] uolẽtem ire ad Samuelem, dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, quia pretium, quod offerret pro uaticinio, non haberet, & puerum reſpondiſſe: Ecce inuenta eſt in

[f] Iudices. Alias incipit duces. uerba Micheæ prophetæ, & eſt talis caſus. Quidam cum reprehenderẽtur de ſimonia, excuſabãt ſe exemplo quorundam in ueteri teſtamento, quos Hiero. ponit in hoc c. Primo ergo ponit uerba Michęæ prophetæ, & exponit ea, oſtendens propter huiuſmodi ſimoniacos Ieruſalem fuiſſe deſtructam. Secundo ibi, Poterat Petrus. ponit uerba Petri cum oblata pecunia Simonem condemnãtis. Tertio excuſat Samuelem de quarta parte ſicli à Saule oblata. Quarto excuſat Achiam de panibus ſibi ab uxore Hieroboam oblatis. Quinto Eliſeum de pecunia, quam Azael nuncius Benadab ſibi obtulit: quia non eſt ueriſimile quod acceperit. (Mich. 3.d)
[g] Eius. populi Iudaici. Ioan.
[h] Requieſcebant. Ille dicitur quieſcere ſuper dominum qui obtẽtu [i] ſacerdotij uel prophetiæ non uiuit luxurioſe. & expone requieſcebant, id eſt, gratiam eius habebant ſecum ſecundum opinionem ſuam.
Requieſcere ſuper dominum quis dicit.
[i] Alias, contẽptu, ſecundum Lau.
[i] Non ueniẽt. Quaſi impunitatẽ ſibi ꝑmittebant.
[k] Mala. quæ minantur nobis prophetæ.
[l] Arabitur. Hoſtili aratro, id eſt, deſolabitur, & eſſe deſinet, arg. ff. qui. mo. uſusfructus amit. ſi uſusfructus. & hoc factũ ẽ a Romanis.

ADDITIO.
lxxvj. diſtinct. ieiunium. Arch.

[m] Pomarij erit. Cuſtodia enim pomarij collectis pomis deſerit, & ideo hoc dicit.
[n] Saulem. Hiſtoria legi

legitur in primo libro Regum, quod cum Saul cum quodam ſeruo ſuo aſinas quæſiuiſſet patris ſui, & non inueniſſet, dixit ſeruus Saul: Hic eſt uir Dei, qui ſine ambiguitate loquitur: eamus & quæramus ab eo. & ait Saul: Quid feremus ei? iam panis deficit in ſitarchijs noſtris, & ſporculã non habemus. ait ſeruus: Habeo in manu mea quartam partem ſtateris argenti: & iuerunt ad prophetam, & inunctus eſt Saul in regem à Samuele de præcepto domini.

a Sed fac. i. pone. & ita ſecundum canones poteſt pars ponere falſum. de cõſe. diſt. iiij. ſanctũ.

b Quinque ſunt oboli. argum. in delicto quantitatem rei attendi. j. xiiij. qõe. ulti. capitu. ulti. j. xvij. q. iiij. quicunque. j. xvij. quæſt. vlti. queſti ſunt.

Ioan. 2. c c Qui utinam. Et hoc negatiue legas. i. utinam non plus acciperent. Simile vtinam habes xiij. q. iiij. ſi ea. & xxvj. quæſt. v. epiſcopi.

3. Reg. 14. e Et ideo forte hoc dicit, quia ſi plus non deberent accipere, nullus eſſet qui uellet ſimoniã committere. uel ideo forte, quia quãto minus quis acciperet, tanto minus peccaret: ' ſecundum quod dicitur de abigeo. minus enim punitur pro porco uel oue, quã pro boue. ff. de abigeis. l. 1. §. j. reſponſo. Vel poſſet intelligi ſecundum illam decret. extra de ſimoni. & ſi quæſtiones. argu. contra. j. xiiij. qõ. ulti. c. ulti. xvij. quæſt. iiij. quicunque. extra de ſimo. cap. ex tuæ. Sed hæc contraria habent locum quando mens corrumpitur.

' Cõcor. text. in l. aut facta. §. quantitas. ff. de pœ. & ibi gl. cũ concor.

d Quod uxor. Hiſtoria legitur in tertio libro Regum, quod cum ægrotaret primogenitus filius Ieroboam, dixit uxori ſuæ: Tolle tecum munera, & mutato habitu vade ad Achiam prophetam, ut indicet tibi quid futurum ſit de puero. Quæ cum ueniſſet ad prophetam, & ſi præ caligine oculorum uidere non poterat, dixit tamen, Ingredere uxor Ieroboam: quare te aliam ſimulas? ego miſſus ſum ad te durus nuntius. Et cum multa nuntiaſſet uentura ſuper domum Ieroboam, ſubintulit: uade in domum tuam, in introitu tuo in urbe morietur filius tuus, qui ſolus de ſemine Ieroboam in ſepulchra patrum ſuorũ inferetur. Hiſtoria de Eliſeo propheta in litera patet.

e Achiam hominem Dei, qui ei prædixit mortem filij Abiæ, & qui ei peccata ſua exprobraret, & ſuã ultionem prædiceret: ut j. ea. ſi quis inquit. dic ut xxiij. quæſt. ult. cap. ulti.

manu mea quarta pars ſicli pecuniæ. Hanc dabo viro Dei, & annuntiabit nobis uiam noſtrã. Non eñ ſcriptũ eſt, ꝙ Samuel acceperit, aut ꝙ illi obtulerit: quin potius paſcuntur à propheta. Sed fac [a] eũ accepiſſe: ſtipes magis æſtimãdæ ſunt tabernaculi, quã munera prophetæ. Siclus enim xx. obolos habet, & quarta pars ſicli quinq; ſunt oboli. [b] Noſtri ergo ſacerdotes, ſi uolunt uendere prophetiam, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas dominus flagello ſubuertit, quinq; tantùm obolorum ſint mercede contenti. Qui utinã [c] nõ pretia uillarũ, ſed quinq; obolos acciperent. Hoc ipſum ſonat & in tertio regũ libro, quòd uxor [d] Ieroboam infirmante filio, pergit ad Achiã hominem [e] Dei, & defert ei decem panes, & cruſtulam, & vas mellis. quia hæc magis in ſumptũ [f] prophetæ, quàm muneri prophetiæ reputãda ſunt: licet potuerint hi, qui ad ariolos ire conſueuerant, ex mala eorũ cõſuetudine idipſum exiſtimaſſe ẽt de prophetis: & uoluiſſe ſanctis uiris offerre, quod diuinis offerre conſueuerant. Vnde in quarto lib. Regũ legitur ꝙ Eliſeus [g] venit ad Damaſcum, & Benadab rex Syriæ ægrotabat: annuntiaueruntq; ei dicẽtes: Venit vir Dei huc. Ait rex ad Azaelem. [h] Tolle tecũ munera & uade in occurſum uiri Dei, & cõſule Dominum per eum dicens: Si euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azael in occurſum eius, habens ſecum munera & omnia bona [i] Damaſci, onera xl. camelorum. Sed non eſt credendum accepiſſe: ſicut de eodem Eliſeo legitur, quod Naaman mundatus a lepra obtulit [k] ei munera dicens: Obſecro te, ut accipias benedictionem a ſeruo tuo. at ille reſpondit: Viuit [l] dominus ante quẽ ſto, quia non accipiam. cumq; uim faceret, [m] penitus non acquieuit.

Idem in eodem.

Diuinatio in bonum non accipitur.

CAN. XXIIII.

NVnquam [n] diuinatio [o] in bonam partem accipitur. Videbantur quidem ſibi eſſe prophetæ: ſed quia pecuniã accipiebant, prophetia eorũ facta eſt diuinatio.

f In ſumptum. Ad ſumptus enim & ſuſtentationem accipere licet, extra de ſimo. cum ſit. xxiij. q. v. dicat. ff. de offic. proconſul. lege ſolent. ff. de officio præſidis. plebiſcito. Et ita presbyter ſi pauper eſt, accipere poteſt pro celebratione miſſæ. extra de præben. ſignificatum. niſi ſit proprius ſacerdos, de conſecr. diſtin. j. ſufficit. 4. Reg. 8. b

[redacted]

ADDITIO. 4. Reg. 5. a

Quod not. xxj. quæſtio. ij. cap. ult.

g Eliſeus. Qui miſit lignum in aquã, & natauit ferrum. j. de conſe. diſtinct. ij. re uera.

h Ad Azaelem. ſuarum rerum diſpenſatorem.

i Bona. Id eſt, aliqua de omnibus bonis: id eſt, de omni genere bonorum. ff. de reg. iur. aliud. §. refertur.

k Obtulit. Argu. in eodem facto ſecundum diuerſitatem intentionis alterum peccare, & alterum non: ut xxxij. quæſt. v. propoſito.

l Viuit. Hæc iuratio erat in ueteri teſtamento. xxij. quæſtione prima. & iurabunt.

m Faceret. Argu. contra Cathalanos.

n NVnquam. Id eſt, raro. z pro maiori enim parte dictum eſt, aliter falſum eſt. ut ſupra eadem eos qui.

o Diuinatio. Hoc enim impoſſibile eſt, quod diuinatio ſit ꝓphetia. expone ergo ſic: facta eſt diuinatio, i. diuinatio eorũ, quæ credebatur eſſe prophetia. eorũ enim prophetia declarata eſt non eſſe prophetia.

ADDITIO. Vt hoc melius intelligas ſcias ꝙ ꝓphetia ẽ rerũ latentiũ præteritarũ, præſentiũ, uel futurarũ ex diuina inſpiratione manifeſtatio ſecũdũ Pap.

z Cõcor. glo. in l. ſi hæreditatem. ff. mãdat. & de cõſe. di. v. nũquam. Diuinatio nõ poteſt eſſe prophetia.

Cùm ergo ſecundùm a *Hieronymũ boni prophetæ nõ munera prophetiæ accipiebant, ſed ſtipes tabernaculi: mali aũt quia accipiebãt, prophetiam, quæ Dei erat donũ, in diuinationẽ, quæ diabolica eſt cõuertebãt: quid aliud colligitur, niſi ꝙ in ſimoniacis (quod ſuperius dictum eſt) nulla ſpiritualis gratia cooperatur? Cùm enim in ſacramẽtis, neq; qui plantat, neque qui rigat, ſit aliquid, ſed qui incrementũ dat Deus: quis operatͤ in eis, ſi dominus qui incrementũ dat, in eis nõ lucet, ſed eſt otioſus?*

Item quod dicitur de Chriſto, ꝙ ſicut Chriſtus uenditus auriculã reſtituit Malcho, et fecit miracula: ſic & ſpũs ſanctus poſſit uẽdi, et in ipſa uẽditione ſuã gratiã operari: nõ ualet hæc ſimilitudo. Nõ enim operatur ſpiritus ſanctus ſpiritualiter in perfidis mercimonijs auaritiæ, quod Chriſtus geſſit corporaliter certi myſterij cauſa ad exemplũ patiẽtiæ. Si enim omnifaria eſt ſimilitudo: cũ credatur poſſe uẽdi ſicut Chriſtus: credatur ẽt ſpiritus ſanctus poſſe crucifigi: quod impoſſibile eſt. Põt etiã intelligi, (ut a ſimilitudine nõ recedamus) ꝙ ſicut Chriſtus uẽditus non uenditori, uel emẽti, ſed eis, qui neſcientes aderãt, dona ſuæ gratiæ contulit, pro quibus etiã in cruce ſupplicauit: ſic et ſpiritus ſanctus non uendẽti uel emẽti, ſed his qui de manibus eorũ ignorãtia ducti ſacramẽta dominica accipiunt, ſuę gratiæ effectũ largiri probatur. Item obijcitur, b *ꝙ & ſi malũ ſit eccleſiaſtica emere, tamen ſæpe ſiniſtra principia ad felices perueniunt exitus. Vt enim Iacob per ſupplãtationem* c *peruenit ad benedictionem, ut ſeges quę leproſa manu ſeritur, mũda tamen metitur: ut ex adulterino concubitu pulchra ſoboles naſcitur: ſic & pecunia, quæ per ſimoniam acquiritur, felicem habet exitum cùm pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum ſimoniacis patrocinatur.*

Ait enim Leo epiſcopus ad Mauros epiſcopos.

Quæ malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu.

CAN. XXV.

Principatus, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiã ſi moribus aut actibus nõ offendit, d ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo. e Et difficile eſt f ut bono g peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. h

Item Gregorius Antiocheno epiſcopo.

Non ſuperædificatur bonum opus, ubi Chriſtus fundamentum non eſt.

CAN XXVI.

Cum Paulus dicat: Fundamẽtũ i aliud nemo põt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: conſequẽter probatur, quia ubi Chriſtus nõ eſt fundamẽtum, nullius boni operis eſt ſuperædificiũ. 1.Cor.3.c

Item Syagrio epiſcopo.

Non poteſt fieri eleemoſyna ex pecunia ſimoniacè acquiſita.

---

a Secundum. Recta docet nos magiſter reſiſtere. Argu. a ſimili. xxvij. q. j. nuptiarum. ff. de cõdict. indebi. ſi reus. xxxij. q. vij. apoſtolus. præterea reſpõderi poteſt per id qđ not. ĩ. ea. eos.

b Item obijcitur. In defenſionem ſimoniacorum uſque ad §. ſed nihil. & ibi ſtatim incipit impugnare eos.

Sacramentum ergo corporis & ſãguinis ſui alijs ẽ ad ſalutẽ, alijs eſt ad iudicium. Fides ẽt quamuis ſit uera, tamẽ ſine operibus mortua eſt. Sic & omnes decẽ uirgines æqualiter erãt uirgines, ſed ex bis quinq; erãt fatuæ, & quinq; prudẽtes. Aequa erat uirginitatis ueritas: ſed pro eiuſdẽ uirginitatis intentione nõ omnib. æqua meriti idẽtitas. Sic ẽt eſt æs ſonãs, [a] *aut cymbalũ tiniens, martyriũ uel eleemoſyna, quã neſcit charitas.* [b] *Si uerò cæcus cæco* [c] *lucernæ miniſtret ueritatẽ, neuter tamen ideo magis ſuã illuminat cæcitatẽ. Sic et malus miniſtrat malo uera ſacramenta, ſed non ideo dona ſpiritualia: quia malis eorum meritis Spiritus ſanctus impeditur, ne in eis,* [d] *quod ſuũ eſt operetẽ. Vnde Innocẽtius* [e] *cùm hæreticorum baptiſma cõcedat eſſe ratũ, non tamen ex illo baptiſmate concedit haberi ſpiritum ſanctum. Et Leo hos, qui formã baptiſmatis acceperunt, non ſinit rebaptizari: ſed iubet Spiritum ſanctum quem ab hæreticis nemo accipit, per eius inuocationẽ, et manus impoſitionẽ à catholicis ſacerdotib. cõſequi. Sciendum uerò eſt, quòd ſacramẽta hæreticorum dicuntur irrita, uel damnãda, falſa & inania, nõ quantũ ad ſe: cùm ſint ſancta & uera etiã ab hæretico celebrata: ſed quia cùm illicitè dantib. perfidis ſint ad iudiciũ, illicitè ab eis accipientib. non cõferunt Spiritum ſanctum. Irrita & non uera dicuntur, quia quod promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt: & ideo dãmnanda, ut ea dari, uel recipi ab hæreticis nõ approbentẽ, ſed interdicantur. Non. n. quantum ad ſe polluta ſunt, quãuis ab hæreticis pollui dicantur. Vnde Gregorius cõionem Arrij uocat execrationẽ, & Innocentius uocat Bonoſij ordinationẽ dãnationem: non ꝙ ita in ſe ſint, ſed quia malè dantibus, uel accipientib. id efficiunt. Sic ẽt Hieronymus in Oſeæ ſacrificia* [f] *eorum panẽ luctus uocat, non quantum* [g] *ad ſe ſed quantũ ad effectum: quod ipſemet oſtẽdit ſubiungens: Quicunq; comederit ex eo, cõtaminabitur: quia ſibi ad iudicium ſumet.* Oſee 9. a

Hinc etiam Auguſtinus libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani.

Sacramenta quamuis obſint indignè tractantibus, proſunt tamen dignè ſumentibus.

CAN. XCVII.

PEr Eſaiam dñs dicit: Facinoroſus, qui ſacrificat mihi uitulum, [h] quaſi canem occidat: qui coquit [i] ſimilaginẽ, quaſi ſanguinẽ porcinũ: & qui offert thus in memoriã, quaſi blaſphemus. Quilibet ubilibet offert ſacrificiũ tali corde, uel factis, ut hoc [k] mereatẽ audire, [l] perniciẽ ſibi infert: non illis bonis, [m] qui ſecundum prophetã Ezechielẽ gemunt & mœrẽt peccata & iniquitates, quæ ſunt in medio eorũ, quamuis inde ſe non corporaliter ſeparent. & infrà. Eſa. 66. a — Ezec. 9. b

Sacrificia impiorũ eis oberunt, qui offerunt impie. Nam unum atq; idem eſt ſacrificiũ, propter nomen domini, quod ibi inuocatur, & ſemper eſt ſanctum: & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: non alijs, [n] ſed ſibi. & infrà. Hoc penè in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum eſſe admonemus: quia ſimul omnia ſacramenta, cùm obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus. & infrà.

Spiritus ſanctus in eccleſiæ præpoſito uel

Cæcus cæco ducatũ præſtare nõ debet. Mat. 25. a

[a] Sonans. quia ſeipſum cõſtringit alij ſonum præſtans.

[b] Charitas. ſ. ead. quæſt. c. uide.

[c] Cæco. Si cæcus cæcum conetur ducere ſecum, In foueam ductor primũ cadet, inde ſecutor.

[d] Ne in eis. Exiſtendo in hæreſi uel quo ad effectũ, niſi in cauſa neceſſitatis uel ignorãter. ſ. ea. q. ſuperueniente.

[e] Innocentius. ſ. ead. quæſt. qui perfectionem. j. eadem quæſt. vij. c. neceſſaria. §. item Innocentiĩ. & cap. quod pro remedio.

[f] Sacrificia. ut dicitur ſ. ead. q. ca. ſicut Chriſtus. §. ſed hoc. ſ. ead. c. illi. & cap. dominus. uer. nos dicimus. & cap. ſi quis inquit.

[g] Non quantum. diſt. xlix. ca. ſacerdotes. j. ead. quæſt. iiij. cap. ſaluator.

PEr Eſaiam. Hoc capit. diuiditur in tres partes, in prima parte ponuntur uerba prophetæ. In ſecunda dicit Auguſti. quod ubicunq; malus offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat: non illis, qui digne aſſumunt. In tertia parte dicitur, quod Spiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, nec operatur, per eum remiſſionem peccatorum. Secunda pars incipit ibi, quilibet. Tertia ibi, Spiritus ſanctus.

[h] Vitulum. Talis eſt, & ita agit, quaſi, &c.

[i] Coquit. Alias colit, id eſt, in cultu quaſi colendo in ſacrificio offert. Et eſt ſimilago flos farinæ, de quo fiebat panis ꝓpoſitionis.

Similago eſt flos farinæ.

[k] Vt hoc. Quod dicit propheta.

[l] Audire. Scilicet ſibi dictum eſſe.

[m] Non illis bonis. Accipiẽtibus ab eis ſacramenta.

[n] Non alijs. Ar. qđ de uno, &c. ut diſt. xlv. cap. diſciplina. ibi, meus nõ eſt. ar. contra. j. xxiij. quæ. iiij. cap. forte.

Merce-

miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus non eſt, operet̃ p̃ eũ: & eius mercedem [a] in ſalutem ſempiternã, & eorum etiam regenerationem, [b] uel ædificationẽ, [c] qui per eum ſiue conſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autẽ fictus eſt, quoniam ueriſsime ſcriptum eſt: Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ: deſit quidem ſaluti eius, & auſert ſe à cogitationibus eius, quæ ſunt ſine intellectu: miniſterium tamen eius non deſerit, [d] quo per eum ſalutem operatur aliorum,

Conſtat [e] *ergo (ut Innocentius ait) de cæteris hæreticis ordinatos à ſimoniacis per prauã manus ſimoniacæ impoſitionẽ uulneratũ habere caput. Sed obijcitur,* [f] *q̃ ĩ ordinatione ſimoniacorũ hoc ſolùm* [g] *reprehẽſibile inueniatur, quòd gratia ſpiritus ſancti ſub pretio redigi putetur: aliorſum autẽ in omnib. ĩtegra forma ſacramentorũ ſeruetur. Cùm ergo illicita ſacramenti uſurpatio per pœnitentiã correcta fuerit, ut gratia ſpiritus ſancti gratuita et nõ uenalis exiſtimetur, integer debet adeſſe unctionis effectus: imo ẽt ſi non ſequatur pœnitentia, licet ſimoniacè, tamẽ re uera conſecratus reputet̃,* [h] *ſicut illi, qui quondã nõ niſi pretio dato, nec ad ſacri baptiſmi regenerationẽ, nec ad ſanctæ cõionis participationẽ admittebantur: licet ſimoniacè, tamen non ideo minus baptizati, uel ſacræ cõmunionis participes reputati ſunt: ſed hoc tantùm ſacris canonibus conſtitutũ eſt, ne decætero ſacramẽta Chriſti ſimoniacè deſtribuantur.*

Vnde Gelaſius.

A baptizandis, uel conſignandis pretia non exigantur.

CAN. XCVIII.

BAptizandis, conſignandisque [i] fidelibus ſacerdotes pretia nulla præfigãt, [k] nec illationibus quibuslibet impoſitis exagitare cupiant renaſcẽtes: [l] quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. & ideo nihil à prædictis prorſus exigere [m] moliant, [n] quo uel paupertate cogẽte deterriti, uel indignatione reuocati, redẽptionis ſuæ cauſas iure deſpiciãt, certũ habẽtes, q̃ qui prohibita deprehẽſi fuerint admiſiſſe, uel cõmiſſa non potius ſua ſponte correxerint, [o] periculũ ſubeant proprij honoris.

Item ex ſexta ſynodo.

A percipiente gratiam cõionis, pretium exigi non debet.

CAN. XCIX.

NVllus epiſcop⁹, aut presbyter, aut diaconus, [p] qui ſacrã diſpẽſat communionem, à percipiente gratiam communionis aliquod pretium exigat. [q] Neque enim uenditur gratia, neq; pro pretio gratiã Spiritus ſancti damus, ſed dignis muneribus ſine defraudatione participare concedimus. Si quis uerò eorum, qui connumerantur in clero, ab eo, cui ſacram communionem diſpenſat, aliquod pretium exegerit, deponatur, ſicut imitator ſimoniacæ fraudis.

Item ex concilio Toletano undecimo.

a Mercedem. Id eſt, retributionem æternam.

b Regenerationem. ut infantum.

c Vel ædificationẽ. ut adultorum.

d Non deſerit. ſ. ea. c. remiſsionem.

e Conſtat. Superius introduxit magiſter multa capitula, per quæ oſtendit de hæreticis & ſimoniacis idem eſſe, ex quibus infert cõcluſionem ſuã in iſto §. [1] ſed ſuæ concluſioni obijcit ſtatim dupliciter ibi, ſed obijcitur. & ibi, imo.

f Sed obijcitur. Ad hoc, quod dixit de ſimoniacis locũ habere, quod de alijs hæreticis dicitur.

g Hoc ſolũ. Quod non eſt in ordinatione hæreticorum.

h Reputetur. Verũ eſt quantum ad charactẽrem.

i BAptizandis, conſignandiſque. id eſt, chriſmãdis. Idẽ eſt in quolibet ſacramento, extra de ſimo. cum in eccleſiæ.

k Præfigant. Sic infra x. quæſtio. ult. nec numerus. ſecundum quod ibi eſt in litera nummus, eſt ſimile. alias ſi eſt numerus, non eſt ſimile.

l Renaſcentes. Id eſt, renaſci uolentes uoluntate ſua, uel parentum.

m Exigere. Aliquid tamen ſponte oblatum recipi poteſt: ut ſ. diſtinct. xviij. de eulogijs.

n Moliantur. Sed quid ſi ſacerdos nullo modo uult baptizare, niſi ei detur pecunia? Dicunt quidam, quod ſi baptizandus eſt adultus, nihil ei debet dare: quia ſola fides ei ſufficit. de conſecra. diſtinctio. iiij. baptiſmi. uel ipſemet baptizet ſe. argumen. ff. de adop. ſi conſul. Argum. contra, extra de baptiſmo, & eius effec. debitum. Ioan. Sed certe ſi in neceſsitate tali aliquis ſeipſum baptizet, non eſt tamen baptizatus: [2] licet ad patriam, ſi decederet, conuolaret: ut dicit decre. illa debitum. B. Si eſt puer, baptizet eum offerens uel pater. [3] ſed ſi illi ita debiles ſunt, uel neſciunt formam baptiſmi, uel nullus eſt alius, qui baptizet in neceſsitate, non ideo danda eſt pecunia, & committenda ſimonia: potius permittatur mori ſine baptiſmo. argumen. hic, & ĩ. eadem. ca. placuit. Ego tamen potius darem pecuniam, quam eum ſic dimitterẽ mori: & bene, licet non deberẽ facere. Argu. hic, & infra ead. ca. placuit.

o Correxerint. Relinquendo honorẽ, & perpetuę pœnitẽdo: ut infra, eadem quæſt. cap. ſi quis neque. Ioan.

p NVllus. Diaconus. ĩ. de conſec. diſt. ij. peruenit. contra. ibi dicitur, quod presbyter dare debet euchariſtiam, ſed hoc in neceſsitate. xciij. diſtinctio. diacones. & cap. præſente. H.

q Exigat. Cum effectu. [4] uel etiam ipſe conatus puniẽdus eſt in deteſtationem criminis. ſ. ead. qui ſtudet. arg. vj. q. j. ſunt plurimi. §. uerum. arg. xlvij. diſtinc. c. quoniam. Hug.

Quic-

Sapiẽ. 1. a

Hæretici & ſimoniaci æquiparantur.

[1] Quia ſupra c. j. huius quæſtionis dixit Leo, q̃ ſimoniaci nõ niſi ſpiritum mẽdacij accipiunt, & damnationem. ſ. ea. ferẽ. Dixit Grego. q̃ ſimoniaci uulneratã habẽt animã lethali uulnere. ſ. ea. uentũ. Dixit Innoc. q̃ ordinati ab hæreticis uulneratũ habent caput. unde infert & magiſter idem eſſe de ſimoniacis & hæreticis, ſecundum Hugo. ſed ſuæ cõcluſioni, &c. ut ſequitur Pet. & Bartho. Brixien.

Baptizare ſeipſũ nemo poteſt.

[2] Adde ad hoc leg. & no. de conſe. diſt. iiij. baptiſmi. in gloſ. poteſt.

[4] Idẽ exigendo recepit. ſic ff. de ter. diuiſ. l. aliud cõtra, de pœnit. diſt. j. cogitationis. Arch.

Munera inuiſibilis gratiæ quæſtibus, non ſunt comparanda.

CAN. C.

Quicquid inuiſibilis [a] gratiæ conſolatione [b] tribuitur nunquam quæſtibus, [c] uel quibuslibet præmijs uenundari penitus debet, dicente domino: Quod gratis accepiſtis, gratis date. Et ideo quicunque deinceps in eccleſiaſtico ordine cõſtitutus, aut pro baptizandis conſignandisque fidelibus pro chriſmate, uel promotionibus graduum pretia quælibet uel præmia (niſi uoluntariè oblata) pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit: equidẽ ſi ſciente loci epiſcopo tale quicquam à ſubditis perpetratum fuerit, idem epiſcopus duobus menſibus excommunicationi [d] ſubiaceat: pro eo, ꝙ in conſcientia mala cõtexit & correctionem neceſſariam nõ acquiſiuit. Si autem ſuorũ quiſpiã eodem neſciente quicquam de ſupradictis capitulis accipiendũ ſibi eſſe crediderit: [e] ſi presbyter [f] eſt, quatuor mẽſium excommunicatione [g] plectatur: ſi diaconus, trium. Subdiaconus uel clericus [h] his cupiditatibus ſeruiens, pro arbitrio competenti [i] pœna & debita excommunicatione plectẽdus eſt.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Nihil à ſacerdotibus exigatur pro balſamo, quod in chriſmate ponitur.

CAN. CI.

Placuit, ut null⁹ epiſcoporum pro modico balſami [k] quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur (quia ſinguli tremiſſem [l] pro ipſo exigere ſolent) aliquid ulterius exigat, ne fortè qđ pro ſalute animarum per inuocationẽ ſpiritus ſancti conſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia uoluit emere, ita nos uenundantes damnabiliter uenundemur.

Item ex eodem.

Non eſt aliquid exigendum ab ijs, qui infantes ſuos ad baptizandum adducunt.

CAN. CII.

Placuit, ut unuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc faciat, ut ij, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid uoluntariè pro ſuo uoto offerunt ab eis, ſuſcipiatur. Si uerò pro neceſsitate paupertatis aliquid nõ habeant quod offerant, nullum eis pignus uiolenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios ſuos à baptiſmo retrahunt: qui fortè dum differuntur, ſi ſine gratia baptiſmi de hac uita receſſerint, neceſſe eſt ut ab illis eorum [m] per

---

[a] Quicquid inuiſibilis. id eſt, ſacramentum, In quo gratia inuiſibilis continetur per ſignificationem.

[b] Conſolatione. [redacted], quia nec in ſepultura, nec in funeratione gratia confertur: eſt tamẽ ſimonia. xiij. q. ij. queſta. Imo dicit lex, matrimonia nõ debent eſſe uenalia ff. de dona. inter uirum & uxo. l. ij. Et dic quod licet quæratur in matrimonio quantum detur pro dote hoc nõ eſt ſimonia, arg. de cõſec. diſt. j. nemo. Nã epiſcopus non conſecrat eccleſiam niſi dos fuerit ei aſsignata, ut ibi dicit, & tamen illud non eſt ſimoiacum. j. e. q. ij. placuit.

[c] Quæſtibus. à quæro quæris, nõ à queror quereris.

[d] Excommunicationi. id eſt, ſuſpenſioni. xxxij. diſtinc. eos. No. epiſcopum ſuſpendẽdum eſſe: quia non corrigit ſubditum.[1]

[e] Crediderit. Ad hoc ut occultet illud crimen.

[f] Si presbyter. Hãc leuem pœnam antiquus ſubſtituit: ex poſterioribus autẽ decretis pro huiuſmodi ſui honoris periculo ſubſunt, & nota infamiæ percelluntur: ut j. ea. quæſt. baptizandis. & j. quæſtio. iij. c. ulti.

[g] Excommunicatione. Hic grauius punitur ſacerdos, quam epiſcopus, arg. contra xl. di. homo. [2] Sed hic presbyter in duobus deliquit: & quia contemnit. & quia ſimoniam committit, epiſcopus tantũ in negligentia. [3] Et quod dicit, quatuor menſium excõmunicatione plectatur, hæc pœna non excludit depoſitionem. Alij intelligunt hoc capitulum tantũ de negligente, & nõ de cõmittẽte. ſed huic intellectui obuiat illud accipiendum, & illud cupiditatibus. Sed exaudi hoc per illud extra. de ſimoni. nemo. cum ſcilicet quis celat crimẽ alterius ꝓ pecunia. arg. ſ. ea. c. ibi contexit. B. Sed adhuc contradicit huic intellectui, quod dicit de pœna: qa minor imponitur maioribus. Sed dic ꝙ maior pœna eſt epiſcopo ceſſare per duos menſes, quã presbytero ꝑ quatuor xl. diſtin. homo Chriſtianus.

[h] Clericus. & ſecũdum hoc clericus in minoribus ordinibus poteſt eſſe ꝑlatus.

[i] Competenti pœna. depoſitionis. j. ea. q. iij. c. ulti.

[k] Placuit ut nullus. Balſami. i. chriſmatis. nã poſt cõſecrationẽ chriſma eſt. Chriſma ergo uendi nõ poteſt nec etiam in neceſſitate, cum ſit ſacramentum. j. q. j. multi. & j. quæ. iij. ſi quis præbendas. & ſ. ea. quicquid.

[l] Tremiſſem. Tertia pars ſolidi eſt tremiſsis. De hoc tremiſſe habes. C. de ueſte mili. fortiſſimis. lib. xij. & inde dicitur tremiſsis ſecũdum Iſid. quaſi ter miſſus ſolidum conſtituat.

[m] Placuit. Eorum. Arg. ꝙ in eadem ſit perditione & qui damni cauſam uel occaſionem dat, & qui dãnum dediſſe uidetur. j. xxiij. q. v. de occidendis. & c. cum homo contra xxvj. q. vj. ſi. presbyter. infra xxvii. quæſtio. ij. ſi tu abſtines. ſ. diſtin. lv. ſi quis abſciderit. j. xvij. q. iiij. diffiniuit. ſ. l. diſt. ſtudeat. & cap. ſæpe, j. xvj. q. j. decimæ. Ioan. Sol. hoc intelligendum eſt de cauſa proxima, maxime cum malo zelo

---

[redacted]

Mat. 10. a

Gratia in ſepultura non confertur.

Epiſcop⁹ non corrigens ſubditum eſt ſuſpendẽdus.

Sacerdos grau⁹ punitur, quã epiſcop⁹.

[1] Ar. extra de cle uena. c. j.

[2] Sic no. j. xxiiij. q. j. q contra in gl. ulti.

[3] Et talis non eſt ſimoniac⁹: quia nil uidet emere uel uẽdere. ſed ꝓ tãto dicit ſimoniacus, qa ſimoniam cõmittit & contegit. extra de ſimonia. nemo Hugo.

Chriſma uendi nõ poteſt.

Tremiſsis eſt tertia pars ſolidi.

[redacted]

Damnum dediſſe uidetur qui occaſionẽ dãni dat.

ditio [a] requiratẽ [b] quorum ſpolia pertimeſcentes à baptiſmi gratia ſe ſubtraxerunt.

Item ex concilio Elibertano.

Qui baptizatur, nullos nũmos in cõchã mittere cogatur.

CAN. CIII.

EMendari placuit, ut qui baptizantur (ut fieri ſolebat) nummos in concham non mittant: [c] ne ſacerdos [d] quod gratis accepit, pretio diſtrahere uideatur. Neque n. pedes eorũ lauãdi ſunt [e] à ſacerdotib⁹ uel clericis.

Item ex concilio Triburienſi.

Pro perceptione baptiſmi uel chriſmatis aliquid exigi non debet. CAN. CIIII.

DIctũ eſt ſolere in quibuſdã locis pro perceptione chriſmatis nũmos dari, ſimiliter pro baptiſmo & cõione. Hoc ſimoniacæ hæreſis deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizauit: & ut decætero nec pro ordinatione, nec pro chriſmate uel baptiſmo, uel pro balſamo, nec pro ſepultura, uel cõmunione quicquam exigatur, ſtatuit: ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

Item Ex concilio Cabilonenſi.

Nec pro dedicãdis baſilicis uel pro ſacramentis eccleſiæ cõferendis aliquid exigi debet.

CAN. CV.

STatuimus, ut ſicut pro dedicãdis baſilicis & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt, ita etiã pro balſamo, uel pro luminarib. [f] emẽdis nihil presbyteri chriſma accepturi dent. Epĩ itaq; de facultatibus eccleſiæ balſamum emãt, & luminaria ſinguli ĩ eccleſijs ſuis.

13 *Sicut [g] ergo hæc ſacramẽta [h] licet ſimoniacè miniſtrẽtur, tñ effectũ benedictionis cõferũt accipiẽti: ſic et ſacerdotalis unctio, licet ſimoniacè miniſtretur, ſuo tamẽ nõ debet carere effectu: ſed ſicut ſupradictũ eſt illa ſacramẽta ſunt neceſſitatis hæc dignitatis, et ideo priuilegia illorũ non poſſunt generare cõem legẽ iſtorũ. Habẽt ergo ſimoniaci uulneratũ caput per ſimoniacæ manus prauã impoſitionẽ. Hoc autẽ de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorãtia, nec attractionis uiolentia: qui ab illis ordinanẽt, quos indubitãter ſciũt eſſe ſimoniacos, ſiue ſimoniacè ſiue nõ ſimoniacè ordinẽt ab eis. ut n. diſtĩguit Nicolaus papa, alij ſimoniacè ordinãt à ſimoniacis, alij ſimoniacè ordinãtur à non ſimoniacis, alij non ſimoniacè, à ſimoniacis.*

Hanc diſtinctionem innuit Nicolaus papa ſecundus dicens.

De multiplici genere ſimoniacorum.

CAN. CVI.

STatuimus [i] decretũ de ſimoniacis ſimoniacè ordinatoribus [l],

---

cauſam, uel occaſionem præſtant. Hug.

[a] Perditio. Nihil enim intereſt, an occidat quis, an cauſam mortis præbeat. ff. ad leg. Cor. de ſicar. nihil. Vnde ſi præſtito impunitatis ſacramento ſeruos fugientes ad eccleſiam ſacerdos non reddiderit, & poſt ea fugerint fuga eorũ à ſacerdote quærenda eſt ut ĩ. xvij. q. iiij. diffiniuit. qui enim occaſionẽ dãni. &c. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. ulti.

[b] Requiratur. Nota quod pro loco & tẽpore illicita redduntur, quæ ſimpliciter licita ſunt: ut xxvij. quæſtio. j. neque uiduas.

[c] EMendari. Nõ mittant. Præſumitur enim ſimonia. [†] ſimilis præſumptio eſt ex tempore uel loco. infra xxxj. qõ. j. relatum. ſ. diſtinct. lxxxj. in omnibus. ĩ. viij. qõ. iij. c. j. & ij. ſ. diſtin. lvij. ſi quis. in ægritudine. ĩ. xviij. q. ult. Eleutherius. contra. extra de ſimo. cum ſit Romana. ĩ. ea. q. ij. placuit. Sol. exaudi hoc de nummis exactis. nã ſponte oblatos accipere poſſum. argu. ĩ. cap. pxi. Alij dicũt hoc uitandum propter ſpeciem mali. argu. extra de tranſac. cõſtitutus. ff. ad l. Iul. de ambi. l. una. ubi dicitur, quod accuſatus non debet intrare domum iudicis. Hic argue opus per ſe laudabile ratione temporis reprobari, & ne malignãdi occaſionẽ inducat. licet. n. nummos in conchã mittere op⁹ pietatis ſit tempore tamen ſuſcipiendi baptiſmi ſimoniæ ſuſpicionẽ inducit. argu. eſt. ff. ad l. Iul. de ambitu. l. una. in ſi. adeo, ut ſi etiam ſub aliquo prætextu tempore prohibito detur, præſumptio ſimoniæ non euaneſcat. arg. lxij. diſt. ſi qs in ægritudine. [a] viij. q. iij. c. j.

[d] Ne ſacerdos. argu. non ſolum abſtinendum eſſe à malis, ſed etiam ab omni ſpecie mali. argu. ĩ. liiij. diſtinctione generalis.

[e] Lauandi ſunt. Quia Mediolanenſes primo aqua conſecrata, puerorum pedes lauant, & poſtea baptizant, & non peccant: quia authoritate Ambroſij hoc faciũt, quia qui eſt mundus totus, et [illegible] Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, & [illegible]

[f] STatuimus. Luminarib⁹, [illegible] in conficiẽdo chriſma neceſſarijs [illegible] dem tempore. Nota pro tempore etiã luminum pretium interdici in extrauagant. Alexandri [illegible] de his ſane. [illegible] tis dicitur extra de ſimon. non ſatis. & capitul. cum in eccleſiæ.

ADDITIO.

Adde ad hoc quod legitur & nota. ſupra ead. emendari. Archidia.

Sicut ergo. Hæc eſt xiij. pars huius quæſtionis, in qua intẽdit probare magiſter, quod ſi aliquis ignoranter ordinatus fuerit à ſimoniaco, uel etiam compulſus, quod diſpenſatur cum tali. Si autẽ ſciẽter fuerit ſimoniacus, uel ordinat⁹ à ſimoniaco, non diſpenſatur cũ illo. & hoc probat per ſex authoritates. Ioannes de Fantu.

[g] Sicut. Accipit hic finem altercatio Gratiani, quæ quandoq; ſimoniacos comparat hæreticis, quandoq; nõ: ut ſupra eadem, capit. cum liqueat. §. quia ergo. & §. ſequenti.

[h] Hæc ſacramenta. id eſt, baptiſma & chriſma.

[i] STatuimus. Idẽ dicit hic quod in §. niſi. quia ſubiũgit quid iuris ſit, cum ſic uel ſic ordinantur.

[†] Vnde ſubdit ne ſacerdos, &c.

Opus per ſe laudabile ratione temporis reprobatur.

[a] Error. ĩ. xviij. q. ij. diffinimus.

Abſtinendũ eſt ab omni ſpecie mali. Lotio mediolanenſium.

Pedes in literis ſacris ſignificant affectionem.

uel ordinatis: & ꝗ ſimoniacis ſimoniacè à nō ſimoniacis: & de ſimoniacis nō ſimoniacè à ſimoniacis. Simoniaci ſimoniacè ordinati, uel ordinatores ſm̄ eccleſiaſticos canones à proprio gradu decidant. † Simoniaci quoq; ſimoniacè à non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio malè accepto remoueantur. Simoniacos [a] autem non ſimoniacè à ſimoniacis ordinatos miſericorditer [b] per manus impoſitionem pro temporis neceſsitate in officio concedimus permanere. [c]

Sed hoc [d] intelligēdū eſt de ijs, qui ordinātur à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos, hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci:

De quibus Vrbanus Papa ait:

De ijs, qui non ſimoniacè à ſimoniacis ordinantur.

CAN. CVII.

SI qui [e] à ſimoniacis non ſimoniacè ordinati ſunt, ſi quidem probare [f] potuerint ſe cùm ordinarentur, neſciſſe eos ſimoniacos eſſe, & quòd tunc [g] pro catholicis habebantur in eccleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos laudabilis uita commendat. Qui uerò ſcienter ſe à ſimoniacis cōſecrari (imò execrari) permiſerint eorum conſecrationē omnino irritam eſſe decernimus.

Item Nicolaus iunior.

Hoc idem Alexander ſecundus.

De eo, qui ordinatur ab illo, quem ſcit ſimoniacum eſſe.

CAN. CVIII.

DE cętero ſtatuimus, ut ſi quis in poſterū ab eo, quē ſimoniacū eſſe nō dubitat, [h] ſe cōſecrari ꝑmiſerit: & cōſecrator & cōſecratus nō diſparē dānationis ſentētiam ſubeant: [i] ſed uterq; depoſitus pœnitentiam agat,

a Simoniacos autem non. Illi ſola uoce non reatu ſimoniaci dicuntur. extra de ſimoni. de ſimoniace. ſcilicet propter ordinationem à ſimoniacis factam: ſicut uſurarius quandoque dicitur qui uſuras dat. ff. de uſuris debitor.

b Miſericorditer. Et ita dicitur hic, quod nō receperūt executionem.

c Permanere. In executione.

d Sed hoc. Reſpicit ultimā partem capituli præcedentis, ſcilicet ad ſimoniacos non reatu, ſed propter ordinationem. infra capitulo proximo.

Adde ad hūc textū no. in l. ſi quenquā, C. de epiſco. & cleric.

e SI qui. H. intellige hoc c. de præciſis, qui tamē neſciebantur præciſi eſſe ab ordinatis. Nam opinio eius eſt, quod ſi occultū eſt eum ordinatorem eſſe ſimoniacum, quia toleratur, ordinatus ſuſcipit executionem: ut xv. q. vij. c. ulti. niſi ſit notorium: ut xxij. diſtinctione. capitu. præter. §. uerum. Vel niſi teſtibus hoc probari poſsit: ut ſ. c. quiſquis. & ideo ut locum habeat ſecūdum eum quod hic ſequitur, miſericorditer &c. neceſſe habeat legere de præciſis. Nos uero qui aliter ſentimus. arg. j. eo. quibuſdam. & ſ. ca. reperiuntur. legimus hoc capitulū de occultis. Nam quantumcunque occulti ſint, & etiam ignoretur, iſte non conſequitur executionem: & hoc in ſimoniaco in ordine. & licet ſine culpa iſtius ordinati contingat, indiget tamen diſpenſatione, & hoc in deteſtationem criminis. & ideo dicit miſericorditer. & licet hoc in ignorante, ſecus tamen in eo, qui coactus eſt: ut infra eadem conſtat. Nā ille de iure admittendus eſt ad executionem. Et ea eſt ratio, quia magis conſtat nobis de uoluntate coacta, quam ignorātis. nec intelligas illud capitulum de abſolute coacto: quia non recipiet characterem. extra de bap. maiores. §. ſi autem.

Ordinatꝰ à ſimoniaco occulto, an recipiat ordinis executionem.

f Probare. Per ſacramentum. extra de ſententia excommuni. ſi uero. Vel probatur eo ipſo quod nō probatur contra. C. qui milit. non poſ. ſuper ſeruis. lib. xij. Sed pone prælatum meum eſſe ſimoniacum, & uult me ordinare, ſi probare poſſum, non debeo ab eo ordines recipere. ſi non poſſum, debeo recipere ordines ſecundum plurimos doctores: exequi tamen non poſſum ordines ſine diſpenſatione Papæ tantum ſecundum quoſdam: ſecundum alios cuiuſcunque ſuperioris. Iſta tamen diſpenſatio debet fieri in occulto, ne infametur ille prælatus cuius crimen occultum eſt, huic tamen obuiat extra eod. per tuas. Ioan. Hoc teneas pro certo, quod ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo: ut præ. decre. per tuas. & infra eadem, de cætero. Et ſi uellet me cogere, potius debeo pati excommunicationē: ut extra de ſententia excommuni. inquiſitioni. Bartol.

Simoniacus prælatus ſi uult ſubditū inuitū ordinare quid iuris.

Probare. Hinc argue, quod qui ignorantiam allegat eā probare debet, [1] & cum probatio tripliciter fiat, tunc ſcilicet directe, cū probato eo, ex quo id quod intendit, neceſſario aut uerisimiliter ſequitur: ignorantiæ tamen uerisimilis probatio ſufficit: quod patet ex eo, quod dicitur: nunc pro catholicis habebantur. Ex ijs quoque uerbis ſequentibus, ſi tamen eos laudabilior uita commendat, argui poteſt præcedentia merita ad delicti poſt commiſsi ueniam impetrandam prodeſſe. argu. ff. de re mili. non omnis. Io. Arg. allegantem ignorantiam debere eam probare: ut j. ix. q. j. ordinationes. j. xxxiiij. q. ult. in lectum. extra de elec. innotuit. ſ. di. lxxxij. propoſuiſti. contra. infra. iij. q. ix. indicas. contra. B.

Ignorātiā allegās eā probare tenetur.

1 Cōcor. tex. in l. uerius. & ibi gl. & in l. cū de indebito. ī gl. ī uer. ignoráti. ff. de proba.

g Et quod tunc. xv. q. ulti. c. ult. argu. j. ix. quæſtione. j. cap. iij. contra. Sol. ibi nanque dicitur, quod ſi qui ab hæreticis nominatim excommunicatis fuerint ordinati, ignorantes illos eſſe damnatos, eorum ordinationes ratæ habebuntur. Hic autem dicit tunc ratas eſſe, ſi eorum ordinatores pro catholicis habebātur. unde colligitur quod ſi tunc non catholici ſed damnati habebantur, talium ordinatio non toleratur. Sed ſciendum eſt, quod non ſemper contrarius ſenſus authoritatis pro lege & certa ratione ſuſcipiendus eſt, ſicut in nonnullis decretorum locis diligentia lectoris inueniet. Vel dicatur ſtrictius ſe habere in ſimoniacis propter odium ipſius horrendi criminis, & mitigantius ī alijs peruerſis ordinationibus, quod illo capi. demonſtratur. ix. q. j. ab excommunicatis. Vel quod hic dicitur catholicis, non ad ordinantes, ſed ad ordinatos refertur. Bār.

Senſus cōtrariꝰ nō eſt ſemꝑ pro lege ſuſcipiendus.

h DE cætero. Non dubitat. Quia eſt notorium, uel per ſententiam. H. ſed contradicit litera.

i Sententiam ſubeant. Tu intellige de eo, quem probare potuit ſimoniacum, qui eſt ordinandus. me-

ſius intellige ſecundum quod dixi in glo.ĩ. proxi.ca. in glo. per ſacramentum.uerſi.hoc teneas. A.

a Erga ſimoniacos nullam. Infra ea.ſi quis neque. ĩ.ea.q.vij.requiritis.ĩ.ea.c.j.contra. Sol. hic ſimonia eſt in promoto & promouente.

trimonium.argu.xxxj. quæſtione ij.de neptis.lxij.di. quanto.l.diſt.presbyteros. & diſt. xlv. de Iudæis. & extra de ſpon.ad id quod.

g Amplius. Argu. ad probandum conſenſum interfuiſſe matrimonio, ſi non ſtatim diuertit dum poterit. xvj. quæſtio. j. reuertimini.

& priuatus propria dignitate perſiſtat. Idem.

Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericord.a.

CAN. CIX.

Erga ſimoniacos nullam a miſericordiã in dignitate b ſeruanda habendam eſſe decernimus, ſed iuxta canonum ſanctionẽ & ſanctorũ patrũ decreta eos oĩno dãnamus, ac deponẽdos authoritate apoſtolica sãcimus

Subaudiendum eſt, niſi uiolẽter attracti fuerint.

De his.n. & à quibuſlibet hæreticis uiolenter ordinatis ait Innocẽtius:

De ijs, qui inuiti ad hæreticorum ordinationẽ trahũtur.

CAN. CX.

Conſtat multos uim paſſos eſſe, atque inuitos attractos repugnanteſq; ab hæreticis ordinatos: ſed huiuſmodi aliquis ſi poſt ordinationẽ talem non interfuit cum illi conficerent ſacramẽta, ſi cõmunioni eorũ participatus nõ eſt, ſi ſtatim c diſcedentibus illis, peſſimo conciliabulo eorum abrenuntiauerit, ſi ad eccleſiã redijt: d talis poteſt habere colorẽ aliquẽ excuſationis. e Cæterũ qui poſt menſem, f aut amplius g redierunt: cũ ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos, quamuis nihil ab eis acceperunt, rei sũt uſurpatę dignitatis. *Tale h plerunq; ex intuitu pietatis reformat catholicæ manus ĩpoſitio cũ ſatisfactione et medicina pœnitẽtiæ. Sed dãnationẽ ſimoniacorũ, et eorum qui eis cõſenſerunt, legimus: medicinam uero authenticã i ex hac hæreſi nominatĩ nõ legimus niſi quòd ſicut uſurpatũ eſt k in Nouatianis, l uel Donatiſtis, minoribus m utique hæreticis, non canonicè, ſed ex intuitu pietatis; ita etiam n ex his poſſe fieri colligimus: ideoq; ẽt quia aliorſum. o per omnia orthodoxã habent fidẽ, niſi quòd ſpiritũ ſanctum credunt eſſe uenalẽ. Et (ut ait beatus Auguſt.) hæretici cũ redierint, qua parte ſe abſciderint, ab eccleſia curẽtur, qua uerò parte adhæſerint cognoſcantur.* p

Hinc & Leo ſcribit Ianuario epiſcopo.

Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, in quo inueniũtur ordine, ex beneficio perſeuerent.

CAN. CXI.

Omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deſerens unitatem, hæreticæ uel ſchiſmaticæ cõiunctionis contagione ſe maculauerit, ſi ad eccleſiam redierit cum legitima ſatisfactione, & erroris ſui damnatione, hoc in magno beneficio habeat, q ſi ad empta ſpe omnis promo-

b In dignitate. Id eſt, in ordine. extra de ſimo. c. tanta. & no. ĩ.e.q.v.ca. j. i cum.n. furtiuus ſit character. ĩ. ead. ordinationes. non poteſt diſpenſari. M. ſecus dixit extra de ſimonia. ex inſinuatione.

i Et not. extra de renũ. poſt translationem. ibi uideas.

c Conſtat. Si ſtatim. Argu. quod ſi qua alicui traditur inuita, & pro uiribus renuẽs, ſi ſtatim poſt traditionem fugerit, nõ tenet illud matrimonium, quod præſumitur ex uerbo, ſi ſtatim. maxime ſi nunquam conſenſit. H. & ita per ſequentia deprehenduntur præcedentia. 2 xxij. quæſ.ij. quod ait. de pœni. diſt.iij. Iudas.

Matrimoniũ nõ tenet, ſi mulier inuita alicui tradita ſtati fugerit.

2 Adde ad hoc ꝙ leg.& no. ĩ.xliiij.diſtinc.multis.

d Redijt. Eo animo, ut iterum non redeant ad eos, ſicut dicit lex, quod is qui fugit ab hoſtibus eo animo, ut iterum ad eos redeat, non habet poſtliminium. ff. de capit. & poſtli. re. l. nihil intereſt. C.eod. l.penul. nec enim ſatis eſt, domum quem redijſſe, ſi mente alienus eſt: ut ff. de offic. præſi.l.diuus. & iij. q.ix.indicas.

e Excuſationis. Argu. quod coactio excuſat in ordinibus. ſic l. diſtinctio. presbyteros. xv. q. vj.capi. j. xx. quæſtio. iij. c.præſens. Argum.contra. xv. q.j.merito. & ĩ.de conſec.diſtinct.iiij. eos, quos.

Coactio in ordinibus excuſat.

f Poſt menſem. Argumen. quod ſi aliqua alicui inuito tradita fuerit, & aliquanto tempore cum eo in domo manſerit, & cum potuerit non effugerit, ſi poſtea uirum dimiſerit, poterit reuocari ab eo: quia ex tanto temporis conſenſu ratum fuit ma-

h Tales. Scilicet qui cõſenſerint hæreticis, uel ſtatim receſſerunt, uel nõ ſtatim. Idem intelligo etiã poſt momentum ſi iam cõſenſiſſent, & idem poſt cẽtum annos, ſi non cõſenſiſſent. Nam ſemper accuſarentur. ff. de re mili. non omnes.§. qui captus. factum ergo tangit hoc dicendo. Ideo tamen dicit, qui poſt menſem: quia & ſi intra menſem redierint, ſemper fuiſſe inuiti præſumuntur, niſi contrarium probaretur, ſed poſt menſem præſumerẽtur conſenſiſſe, niſi contrarium probaretur. Et eſt ſimile C. ad Velleia. l. ſi mulier perfectæ. 1

i Authenticam. Id eſt, fructuoſam, niſi executioni rei adeptæ renũtiauerit, ut ĩ.e.q. ſi qs neq;.

k Vſurpatũ eſt. Id eſt, contra rigorem factum eſt. ar.C. de iure dot. ubi.

l Nouatianis. ĩ.e. q.vij. maximũ. & c. donatum.

m Minoribus. Nõ enim cum maioribus hæreticis diſpẽſatur: ut j. quæ.vij. cap.j.

n Ita etiam. Cum ſimoniacis eſt diſpẽſandum, ut iam habebitur.

o Aliorſum. Quaſi dicat: et hoc facit ad diſpẽſationem.

p Cognoſcantur. Arg. ꝙ ſi inſtrumẽtũ ſit falſum in aliqua parte, & in aliqua uerũ, ubi uerũ eſt, debemus illud recipere. C. de trãſact. ſi ex falſis. arg. contra. ix. di. ſi ad ſacras. & xlij. diſt. c. quieſcamus.

Inſtrumẽtũ pro parte uerũ, & ꝓ parte falſum eſſe poteſt.

q Omnis. Habeat. Si tamen iterata unctione non fuerit maculatus: ut ĩ. quæ.vij. ſaluberrimũ.

Inuentã

tionis, in quo inuenitur a ordine permaneat.

De his autem qui ordinantur ſimoniacè à nō ſimoniacis, utpote illi, qui data pecunia archidiacono, uel conſiliarijs epiſcopi epiſcopo ignorante hoc efficiunt, ut de manu eius ſacros ordines accipiant, ita ſcribit Gregorius quartus.

Ordinationes, quæ ſimoniacæ fiunt, falſa indicantur.

CAN. CXII.

ORdinationes, quæ interueniente prætio b uel precibus c uel obſequio alicui perſonæ ea intētione d impēſo, uel quæ non cōi conſenſu cleri & populi ſecūdùm canonicas ſanctiones fiūt & ab ijs, ad quos cōſecratio pertinet, non comprobantur, falſas eſſe dijudicamus: quoniam qui taliter ordinantur, non per oſtium, id eſt, per Chriſtum intrant, ſed (ut ipſa ueritas teſtatur) fures e ſunt & latrones.

14 *Quia ergo ſimonia tripliciter in capitulo notatur, uidendum eſt quot modis pretium in hac hæreſi detᷣ. Hoc beatus Gregorius in euāgeliorum tractatu exponit dicens.*

De multiplici genere ſimoniacorum.

CAN. CXIII.

SVnt nōnulli, qui quidem nummorū præmia ex ordinatione nō accipiunt: f & tñ ſacros ordines pro humana gratia, uel laude largiuntur atq; de ipſa largitate laudis ſolūmodo retributionem quærunt. Hi nimirū quod accipiūt gratis, gratis non retribuunt: quia de impenſo officio ſanctitatis nummum expetunt fauoris. Vnde cùm uirum iuſtum propheta deſcriberet, g ait: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Non dixit ſolum à munere, ſed ab omni munere: quia aliud eſt munus ab obſequio, h aliud à manu, aliud à lingua. i Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebitè impēſa. Munus

a Inuenitur. Si tamen illos ordines ſimoniace non reciperet: & cum quibus diſpenſetur. & cum quibus non, dicunt iſti uerſus. Si bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur, Vt ſubuertatur fidei ſtatus, ordo petatur, Vel ſi p̄ræſtetur, quod utrunque Simon operetur Vt diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur. s̄. ea. ſi quis.

b Ordinationes. Pretio. dato uel retēto, uel ꝓmiſſo. C. de tranſact. tranſactio. Nam remittere dare eſt, extra de teſtib. ueniens. j. ff. de ijs quę in fraud. credi. ſi pignus. Item nuquid eſt ſimonia abrenūtiare bñficio: ut alij detur? Non, niſi deducatur in pactum: ut extra de præbē. dilecto. ſpem 2 tñ inde habere nō eſt ſimonia, extra de pactis. cum pridem. Itē qualiter regnū Dei pecunia poſsit emi, cū nihil ſit ſpiritualius. de pęn. diſtinc. j. medicina. & non ordo, uel honor eccleſiaſticus. & eſt ratio, quia cū uendente regnū cęlorū non poteſt eſſe malitia, hic ſecus. ſed falſū eſt regnū Dei emi, ſed ex miſericordia meritiſque præcedentibus acquiritur. xiij. qō. ij. animæ. de pęn. diſtinct. j. medicina.

c Vel precibꝰ. Hoc de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis, uel à ſe porrectis: alias non, ut j̄. ea. latorē.

c Vel precibus. Hic habes, quod preces inducūt ſimoniam, ut j̄. ea. ſunt nōnulli. viij. q. j. Moyſes. & hoc uerum eſt, ſi aliquis pro ſe ipſo petat. talis autem ſe ingerit. quod non licet: ut viij. qō. j. in ſcripturis. & extra de iure patro. per noſtras Alij dicunt, quod aliquis pro ſe, ſi eſt dignus, poteſt petere. nam Petrus dixit: Quid ergo fiet nobis, qui ſecuti ſumus te? & ita pro ſeipſo petijt. Sed ſi preces porriguntur ab alio, diſtinguitur, ut viij. quę. ij. in ſumma. & quæſtio. j. c. Moyſes. Io.

d Intentione. Ergo ſine ea intentione non eſt ſimonia: alias ſecus, ut not. extra de ſimo. nemo. H.

e Fures. Videtur ergo cum ſimoniacus furi comparetur, quod cum ſimoniaco nemo poſsit diſpenſare, niſi renunciet ordini male ſuſcepto, ut j̄. ea. ſi quis neque. & s̄. ea. erga. & extra eo. nobis. in fi. quia nec uitium furti purgatur niſi res furtiua redeat in poteſtatem domini, ut xiiij. quæſtio. vj. ſi res aliena. Iſtud ſatis concedi poſſet: & ſecundum hoc poſſet dici, quod ſimoniacus nec etiam characterem reciperet; quia ſi ſimoniacus debet renuntiare rei, quam uitioſe eſt adeptus. Conſtat quod executioni non renūtiet, quia executionem nunquam habuit. Characteri etiam non poteſt renuntiare. Vnde ſatis uidetur, quod non receperit characterē, niſi uelles dicere, quod recepiſſet poſſeſsionem characteris: ſicut fur dicitur habere rem furtiuā id eſt, poſſeſsionem rei tamen credibilius eſt, ut dicatur quod habeat characterem, & quod papa poſsit cū eo diſpēſare: licet ille nō renūtiet. Nam etiā uitium furti poteſt purgari, re apud furem manente. ff. de uſucapio. ſi fur. in princip. Idem uidetur in uiolento detētore: ut ff. de precario. certe. §. Iulianus.

14 Quia ergo. Hæc eſt xiiij. pars quæſtionis, in qua uult probare in quibus & quibus modis cōmittitur ſimonia directe. & dicit quod tribꝰ, ſcilicet. in munere à manu munere à lingua, munere ab obſequio. & hoc uſque ad §. quolibet. Ioan.

f SVnt nonnulli. Accipiunt. extra de ſimo. & ſi quæſtiones.

g Deſcriberet. Nō eſt in Eſaia id quod ſequitur, ſed in pſalmo: Iudica me domine. ibi, In quorū manibus.

h Ab obſequio. & ſic uidet, quod non poſsim ſeruire pro beneficio, ut hic, & s̄. eadem proxi. Argumen. contra. xij. quæſtio. ij. quicunque ſuffragio. & cap. charitatem. & de cleri. non reſid. decætero. Licite etiam poteſt quis ſperare, uel appetere dignitates, ut lxxxiij. diſtinct. conſuluit lxj. diſtinct. quid proderit. & extra de pact. cum pridem. Solu. Hu. dicit ſi directe habeat animum ad hoc cum ſeruit, eſt ſimoniacus: ut viij. quæſtio. j. ſunt quidam. Sed tu dic, quod ſi dignus eſt, & dignum exhibet ſeruitium non eſt ſimoniacus: ut hic, & extra de cle. nō reſid. decetero. Alias ſi indignus eſt. uel dignus & indigne ſeruit, ſimoniacus eſt. & hoc notant cum dixit, ſeruitus indebite, &c. & licet dignus ſeruire poſſit, non tamen hoc poteſt duci in pactionem. Nam illud ſimoniacum eſt. extra de pac. pactiones. Nullum ergo munus dabit, niſi illud quod alias fuiſſet daturus propter aliquas neceſsitates, ut extra eod. & ſi quæſtiones. uel niſi det xenium aliquod: ut ff. de offic. pro conſu. l. ſolent §. ulti. uel niſi recipiat illud ad ſtipes templi: ut s̄. ead. iudices.

1 Et not. ix. qō. j. in ſum. ibi uideas. nam ibi ponuntur cōcordantiæ ad ea quæ ſequuntur. Archid.

Verſus.

Beneficij renuntiatio, ut alij detur non eſt ſemper ſimoniaca.

2 Spem. Not. Pañ. Fels. in ca. cōſultationes. de ſimo. Ang. & legitta in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. de peti. hęred.

Preces quā que ſimoniam inducunt.

Simoniacus furi comparatur.

i Sub. uñ non eſt opus ceſsione. arg. ff. de pecu. l. peculiū. §. pen. in fin. ſed ſufficit factū confirmari. ff. de ſucceſ. l. cum uir.

Eſa. 33. c. Pſalm. 25.

† Cōcor. text. in l. qđ ſi Męuius. ff. de hęre. inſti. & in l. à procurat. re. & ibi bona glo. C. manda.

a Ab omni. Vt omnia particularia, & ſingularia comprehenderet. ſ. diſt. ſi Romanorum. Si. ĩ xiiij. q. iij. putant. ĩ. ead. quæſtio. iij. ſaluator. contra xxxj quæſtio. j. quod ſi dormierit. ¹ Nota quod dicit indebite. nam ſi debite impendatur, non ita fit, ut ĩ. ea. quæſti. iij. ſaluator. Et exponit Bazianus indebita, cũ indebite dignus, uel debite indignus ſeruit pro beneficio: alias non, arg. inſtitu. de ſocietate. §. de illa.

b Gratiam. ſupra xxiiij. diſtinctione quando.

à manu, pecunia eſt. Munus à lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, túc ab omni [a] munere manus excutit: quando in diuinis rebus non ſolùm pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam [b] requirit.

Idem in regiſtro.

Aeternã damnationem inueniet, qui quolibet munere ſacros ordines accedit.

CAN. CXIIII.

SI quis neque ſanctis pollens moribus, uel neque à clero populoq; uocatus, [c] uel pulſatione coactus, impudenter Chriſti ſacerdotium iam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore [d] uel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, [e] ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento [f] munuſculo epiſcopalem ſeu ſacerdotalem, nõ lucro animarũ, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatẽ acceperit, & in uita ſua nõ ſpõte [g] reliquerit, eumque inſperata mors [h] pœnitentem non inuenerit, proculdubio in æternum peribit.

Hinc idem Gregorius Ioanni Corinthiorũ epiſcopo.

Pro ordinationibus nihil omnino accipiatur.

CAN. CXV.

DE ordinationibus accipere aliq̃d ſub diſtricta interdictione uetuimus, Oportet ergo ut neque per donum, neque per gratiam, neque per quorundam ſupplicationem [i] aliquos ad ſacros ordines conſentias, uel permittas adduci.

Item uniuerſis epiſcopis per Ilerdam prouinciam conſtitutis.

Nec pretio, nec prece, nec gratia, nec ſupplicatione aliqui ad ſacros ordines accedãt.

CAN. CXVI.

QVibuſdam [k] narrantibus agnoui, ꝙ in illis partibus nullus ad ſacrum ordinẽ ſine cõmodi datione perueniat. Quod ſi ita eſt, flens dico geménſq; denuntio, quia cùm ſacerdotalis ordo intus ortus occidit, foris quoque diu ſtare [l] non poterit. Scimus quippe ex euangelio quid redemptor noſter per ſeipſum fecerit: quia ingreſſus tẽplum cathedras uendentium columbas euertit. Columbas enim uendere, eſt de Spiritu ſancto (quem Deus omnipotens conſubſtantialem ſibi per impoſitionem manuũ hominibus tribuit) commodum corporale percipere: ex quo (ut prædixi) malo iam euenire creditur: quia qui in templo Dei columbas uendere præſumpſerunt, eorum [m] (iudice Deo) cathedræ ceciderunt. Qui uidelicet error in ſubditis propagatur cum augmento. Nam eo ipſo, quòd quiſque ad ſacrum ordinem uel honorem perducitur, iam in ipſa prouectus ſui radice uitiatus paratior [n] eſt alijs uenſidare quod

Per iſta iura uidetur, quod idẽ eſſet ſi ſimpliciter dixiſſet.

c SI quis. Vocatus. Et etiam licet ualde dignus ſit, nõ tamẽ effrænaria temeritate, ſed trepida deliberatione, onus ſacerdotij debet ſubire, ut ſ. ead. non eſt putanda. & diſtinct. xiij. nerui. lxj. diſtin. miramur.

Beneficiũ conferẽs īdigno ꝑpter amorem, ſimoniacus eſt.

d Amore. Ex hoc collige omnem illũ eſſe ſimoniacũ, qui ductus amore alicui indigno beneficiũ confert. argu. extra de ſimo. nemo. nam ex quo fauor tertij nimium fauoris inducit, multo magis ipſius qui ordinat. Vel expone hoc ita quod ceſſet iſte intellect⁹, iniuſto cordis amore, id eſt cupiditate & ambitione.

e Comitatu. id eſt, ſeruitio.

Munus fraudulentum.

f Fraudulẽto. Fraudulẽtum eſt munus cũ dicit ſe alias uoluiſſe hoc ei dare, ut extra eo. & ſi quæſtiones. Vel quando altera pars dicit ſe expenſas feciſſe, & illas petit, ut cedat beneficio, ut extra de pact. cum pridem.

g Non ſponte. Hoc idẽ de quolibet crimine, ſed hoc dicitur ad terrorem. Et nota ꝙ dicit ſponte quia ſi cogeretur iuris ordinẽ dimittere, niſi ſponte, nõ ualeret ei ad ſalutem.

h Mors. Ex hoc (ut dixi) in quolibet crimine non ualet pœnitentia ad ſalutem, niſi perſeueret animo uſque in finem. de pœnit. diſtinct. j. cap. quis aliquãdo. §. item illud Ioannis. Et licet de omnibus alijs criminibus poſsit quis pœnitere ordine retento, ut lxxxij. diſtinct. presbyter. 50. diſtinct. de his. hic non. niſi renuntiet ordini. extra de ſimon. tanta. Vnde non uidetur quod hic locum habeat admonitio uel denuntiatio Argu. cõtra. ĩ. quæſtione ulti. capit. patet. dic ut extra de accuſa. ſuper his.

Pœnitentia nõ ualet ad ſalutem, niſi pſeueret uſque in finem.

i DE ordinationibus. Supplicationem. ĩ. ead. latorem. cõtra: ubi papa ad ſupplicationem quorũdam ordinat quendam. Sed diſtingue, aut aliquis petit pro ſe, aut alius pro ipſo, ut ſ. ca 1. ordinationes. viij. quæſtio. j. capit. apoſtolica. §. his. uel dic, ibi de carnali, hic de ſpirituali.

k QVibuſdam. Primo dicit Gregorius ſe dolere, quod in illis partibus nemo promouetur ad ſacrum ordinem ſine commodi datione. Secundo probatur autoritate domini ſimoniacos ipſo iure eſſe ſuſpenſos. Tertio prohibet hoc de cætero fieri, & ſtatuit pœnam in committentes.

Mat. 21 b

l Stare. quo ad id, in quo nũquam ſtetit, ſcilicet quo ad executionem. Arg. ff. de cõſti. pecu. id quod. argu. contra xxxij. q. ij. Moyſes.

m Eorum. & ita ſimoniaci etiam occulti ipſo iure ſunt ſuſpenſi non tamen uitandi ſunt ſecundum quoſdam, cum probari non poteſt eis ſimonia. vj. quæſtio. ij. ſi tantùm ſic exaudi extra de ſimo. tanta & ſ. ead. reperiuntur.

n Paratior. Quod noua teſta capit, in ueterata ſapit. Quo ſemel eſt imbuta recẽs ſeruabit odorẽ Teſta diu. & eſt ſimile in auth. ut iudi. ſine

Aeſopus Horatius in epiſtolis.

emit. Et ubi eſt, quod ſcriptum eſt; Gratis accepiſtis, gratis date? Et cùm primo contra ſanctam ecclesiam ſimoniaca hæreſis ſit exorta, cur non perpenditur, cur nō uidetur, quia eū quem cum pretio quis ordinat, prouehēdo agit, ut hæreticus fiat? Ideoque hortamur, ut ueſtrum nullus hoc denuo fieri patiatur, ſed neque gratia alicuius, nec ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promouere, niſi eum quem uitę meritum & actionis [a] qualitas ad hoc dignum eſſe mōſtrauerit. Nam ſi aliter factū ſenſerimus denuo, diſtricta & canonica illud noueritis ultione cōpeſci.

Item Symmachus.

Ad epiſcopalem honorem nullus per ambitum accedat.

CAN. CXVII.

NVllus itaq; per ambitum ad epiſcopalem honorem permittatū accedere. Nam cùm hic exceſſus in laicali cōuerſatione culpetur, [b] qs dubitat quin religioſis [c] & Deo ſeruientibus inijciat, uel incutiat opprobrium?

Item Gregorius.

De eodem.

CAN. CXVIII.

EStote ergo in ordinatione præcipuè ſoliciti, & ad ſacros ordines niſi prouectiores ætate & mūdos opere † nullatenus admittatis. Eorum enim, qui in ſacro ſunt ordine collocandi, prius uitam, moresq; diſcutite: & ut dignos huic officio adhibere poſsitis, non uobis potentia, aut ſupplicatio quarumlibet ſubrepat perſonarum. Quando igit de his tractare neceſſe ē, graues [d] expertosq; uiros conſilij ueſtri adhibete participes, & cum eis cōmuni hoc deliberatione penſate.

Idem Columbo epiſcopo.

Neque fauore, neque uenalitate ad ſacros ordines quiſquā promoueatur.

CAN. CXIX.

PVeri [e] ad ſacros [f] ordines nullatenus admittantur, ne tantò periculoſius cadant, quantò citius [g] conſcendere ad altiora feſtinaut. Nulla ſit in ordinatione uenalitas, potentia, uel ſupplicatio perſonarum: nihil aduerſus hæc, quæ prohibemus obtineat. Nam proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam non ex merito, ſed ex fauore (quod abſit) aut uenalitate prouehitur.

Econtra idem Gregorius quibuſdā ſupplicātibus unū acolythū et alterū diaconū legitur ordinaſſe, ſicut ipſe ſcribit Petro epiſcopo Corſicæ inter cætera.

Epiſcopo interueniēte Papa quēdam acolythum ordinauit.

CAN. CXX.

LAtorem præſentiū per interceſsionē [h] ueſtræ ſanctitatis acolythum fecimus, quem ad obſequia ueſtra retrāſmiſimus, ut ſi in lucrādis animabus amplius ſeruierit, proficere [i] amplius poſſit.

Mat. 10. ſine quoquo ſuffra. §.j.col.ij. ubi dicit: dato enim uno illicito principio, neceſſe eſt eū qui dationē facit plures, man⁹ circuire, &c.

[a] Et actiōis. Hic argue carnales ꝑces ꝓ digno porrectas nō facere ſimoniā, ſecus ī pecunia, uel obſequio, q̄ loco ꝑtij itercedere ſolēt, qđ ꝑces non faciūt: ut ī.e.q.v.c. ult. & licet pro indigno porrectę facerent ſimoniā, tū propter merita digni ab hac excuſantur: ut ī. xxxij.q.ij. quicquid. Io. Sed quare min⁹ cōmittitur ſimonia in ꝑcibus oblatis ꝓ digno, quā in pecunia? Reſpōdeo, ideo quia in precibus illud dat de ſuo, & ideo ibi nullum intelligitur eſſe commerciū. Nā perdere uerba leue ē. Et ita nihil peruenit ad accipientē. arg. C. de don. inter uirum & uxorē. maritus. ff. de dona. l. Ariſto. ſed in alio caſu dat. ſed & pro indigno magis deteſtatur eccleſia munerum dationem, quam precum effuſionem. Vel dic q hæc dictio niſi, non excipit à ſupplicatione, ſed à uerbo promouere. ſic ponit. ī. xxxviij. diſt. ſedulo. uerſic. noueriut.

Preces carnales ꝓ digno porrectæ ſimoniam nō faciūt.

Bona quæſtio.

Perdere uerba leue eſt.

[b] NVllus. Culpetur. & puniatur. pœna centū aureorū, & irrogatur infamia, qui petierit aliquā dignitatē. ff. ad l. Iul. de ambitu. l. j. & ī.q. vij. ſancimus. Arg. cōtra. ff. de offi. præto. Barbarius. ſed ſoluetur ī. q. vj. ſicut is.

Infamia irrogatur dignitatē petenti.

† Alias, corpore.

[c] Religioſis. i. clericis. Et per hoc expone illud ca. xx.q. iij. præſens. in fi. argu. gradum altiorē grauius facere cōmiſſum: ut ī. xj.q. iij. ꝑcipue. ar. ī. xxv q.j. nulli. & viij.q. ij. illud quidem.

Gradus altior aggrauat delictum.

[d] EStote. Graues. ī. xxxiiij. diſt. quando.

[e] PVeri. pueri dicuntur intra xiiij. annum. extra de ætate & quali. c. indecorū. uel pueri, id eſt, neophyti. ī xlviij. diſt. ſicut neophytus.

Pueri qui ſunt.

† Hoc uerbū puer, alias habet ſignificatiōes: ut nota. lxxvij. diſ. in ueteri.

[f] Ad ſacros. Nā minores ante xiiij. annū bene poſſunt accipere, licet nō omnes. & ita intelligatur lxxvij. di. c. iii. quia non acolythatū. lxxvij. di. in ſingulis. Tamē ſi puer ordinetur in ſacris ordinibus, bene recipit characterem, cum poſsit recipere minores ordines: ut in dicto c. in ſingulis. Sed nunqd tenetur continere? ſic ſi eſt doli capax, alias non. ī Nam & uoto & ſacramēto ſe obligare pōt doli capax, extra de deli. pue. c. j. ſed religioni nō: ut no. xxvij.q. ij. §. cū ergo. xx.q. ij. ca. ij.

Puer in ſacris ordinatus characterē recipit.

† Idē tenet hic Ioan. de Fā. & de hoc ex. de cle. p ſal. promo. cap. j.

[f] Ad ſacros. Si tamen ordinentur, ordines ſuſcipiunt ſacros. et ſeptēnes.

[g] Quanto citius. ī. diſt. xlviij. ſicut. nā caſum appetit, &c. gerendorum. n. honorum non promiſcua facultas ē. Nō enim prius gerere debet maiorem honorem quam minorem. ff. de mune. & hon. l. honor. §. gerendorum.

Ordo ſit in honoribus gerendis.

ADDITIO.

Ad idem lviij. di. cap. j. & ij.

[h] LAtorem. Per interceſsionem. nam ſæpe Papa ad interceſsionem laicorum ordinat, uel diſpenſat, uel tolerat: ut xxviij. diſt. de Syracuſanæ. l. diſtinc. clerico. lxiij. diſt. Salonitanæ.

[i] Proficere. Extra de maio. & obe. per tuas. ex. de tempo. ordinan. cū in diſtribuendis.

ADDITIO. Iſtæ concord. probant quod iſte ſine licentia Papæ non poterat promoueri: & ad hoc inducuntur. Archid.

[a] FIlium. Mandaſtis. Et ita mandat minor maiori. ſic xj. q. iij. rogo.

[b] Non habet. Sine licentia eius. lxiij. diſtin. literas. & quo ad hoc nihil eſt ſpeciale in eccleſia Ro. ut xxi. q. ij. c. j. lxx. diſt. ſanctorum. Sed ordinati à Papa licet inter alios digni honore ſint, ſubſunt tamen epiſcopis, extra de maio. & obe. per tuas. ff. de albo. ſcri. l. ult. & præferentur eis tātum, qui ſunt eiuſdem ordinis. ff. eo. l. j. & ab epiſcopo poteſt deponi [1] ordinatus à Papa.

Ordinati à papa ſub ſunt epis.

[1] Cōiter not. contra. in pri. decre. per tuas. ſ. q nō poteſt epſ talem dponere, q ibi ap. pbatur per Vinc. Innoc. & Hoſtien. & B. ſed H. & Laurē. ſic ſentiunt cum Ioā.

[c] Ordinandi. Et ita aliquis poteſt pro ſe dignitas preces offerre. quod H. non concedit, [2] in quo non credo eum bene dicere, quia multos condemnat. argu. pro Ioā. xiiij. q. v. nō ſane. xvj. q. j. reuertimini.

Preces dignas p ſe pōt quis offerre.

[2] In hac ſententia eſt H. ſed Laur. ſentit cū Io.

[d] PEr principalem. Hoc ca. habes ix. q. iij. cap. ulti.

[e] Poteſtatem. Hoc idem poteſt [3] epiſcopus. ij. quæ. vij. cum paſtoris. extra de cle. non reſi. de cætero.

[3] Sed cō tra xvj. q. j. cum pro utilitate. uerſic. de hoc.

ADDITIO. Idem tenet Io. de Fan. de hac legitur & no. lviij. di. cap. j. & xj. quæſt. iij. qui reſiſtit. Archid.

Quolibet. Hæc eſt xv. pars quæſtio. in qua intendit probare, quod ſicut ordines pretio non ſunt dandi, ita nec pretio reſtituendi: & quod fit ſimoniacus (ſcilicet indirecte) & ſacrilegus qui promotionem, uel electionem alicuius impedit, uel eccleſiæ conſecrationem, uel fundationem. & hoc probat per tres authoritates ſanctorum, & per ſex leges principum. Ioannes de Fant.

[f] Redimendi. Extra de ſimonia. quærelam. & cap. ſi quis.

[g] NVllus epiſcopus. Seruile ſeruitium. Vocat angariam uel perangariam quod lex uocat ſore ſordidum munus. xvj. quæſtione. j. capi. generaliter. §. nouarum. [4] in uerſi. placet.

[4] Adde quid dicitur angariæ, & perangariæ, not. gl. in l. j. C. quē ad. ciuilia mune. idē lib. x. in l. neminem. C. de ſacr. ſanc. eccl.

Idem Eliæ presbytero & abbati.

Quiſquis in Romana eccleſia ſacrum ordinem acceperit, ab ea ulterius egredi non poterit.

CAN. CXXI.

FIlium ueſtrum Epiphaniū mandaſtis [a] ut ad ſacrum ordinē promouere deberemus, uobiſq; tranſmittere. Sed in uno uos audiuimus, in altero minimè potuimus audire. Diaconus quidem factus eſt. Sed quiſquis ſemel in hac eccleſia ſacrū ordinem acceperit, egrediendi ex ea ulterius licētiam non habet. [b] Si uerò uidere uos non potui, ex hac re conſolationem habeo, quia in filio ueſtro requieſco.

Non itaq; quorūlibet precibus ordinationes factæ, falſæ dijudicātur: ſed hæ demū, quæ precib. ordinandi, [c] uel eius amici, nō ſpirituali ſed carnali affectu porrectis fiunt, cùm aliàs futuræ non eſſent, quas nō charitas interueniēs, ſed ambitio ſupplicantis extorquet. Nō ſolū aūt clericos cuiuslibet epi ſummus pontifex in eccleſia Romana ualet ordinare, uerū ēt opportunitate exigente monachos et quoſcūq; clericos cōuocare pōt et inuitare.

Vnd Nicolaus Papa.

De eodem.

CAN. CXXII.

PEr principalē [d] beatorū Petri & Pauli poteſtatem [e] ius habemus, non ſolùm in monachos, uerùm ēt in quoſlibet clericos & quacunq; diœceſi, cùm neceſſe fuerit ad nos cōuocare, atq; eccleſiaſticis exigētib. opportunitatibus inuitare.

15 *Quolibet ergo munere interueniēte falſa dijudicatur ordinatio. Sicut aūt pretio īteruenīete ſacri ordines nō ſunt tribuēdi, ita nec reſtituendi. Vt enī ait beatus Ambr. ſacri ordines nec ṗtio ſunt emendi, nec redimendi.* [f]

Hinc etiam Gregorius ſeptimus ait:

Pretio interueniēte ſacerdotale officium non reſtituatur.

CAN. CXXIII.

NVllus epſ grauamē ſeu ſeruile ſeruitiū [g] ex uſu [h] contra eccleſiaſticā normam [i] abbatibus ſeu clericis ſuis imponat, uel interdictū ſacerdotale officium pretio interueniēte reſtituat [k] quod ſi fecerit, officij ſui periculum ſubeat.

[h] Ex uſu. Id eſt, non aſſueſcat. uel ex uſu præter id, quod hactenus eſt conſtitutum, quaſi ratione præſcriptionis, ut angarias ſacerdotibus non imponat. Cum enim de aliqua rerum præſcriptione agitur, inſpiciendum eſt utrum communi iure talia à talibus poſſideri ualeant, necne. Primo caſu ſola longæ uſurpationis detentione currit præſcriptio: [5] ut xvj. quæſt. iij. & iiij. per totum. ſaluo eo, q de ſimilibus dicitur ea. cauſa & quæſtio. capit. licet. & ca. inter memoratos. Secundo caſu non currit præſcriptio. Præſcriptio enim ius aduocat creatum, nouū autem non creat: ut xxxiij. quæſtione v. quod deo: & diſtinctione I 10. contra morem. & diſtinctione xciij. illud autem. xvj. q. j. cap. ulti. & quæſtio. iij. c. dilectio. §. poteſt etiam. & quæ. vij. decimas. & j. ead. quæſtio. iij. quæſitum. In his omnibus & in alijs infinitis caſibus præſcriptio euaneſcit: quia non eſt proditū ius commune ſcriptum uel non ſcriptum quo tales talia ualent poſſidere. Io. Hæc regula fallit extra de cauſa poſ. cum eccleſia. & extra de præſcript. auditis. Ioan. Sed certe nō fallit, quia iura incorporalia quaſi poſſidentur, & interdicta pro eis poſſeſſoria conſtituta ſunt. ff. de ſerui. quoties. B.

[5] Dūmodo adſit bona fides. qd̄ dic et plene not. extra de præſcrip. ſi diligenti.

h Ex uſu: Nam tempus non eſt modus, &c. x. quæſt. iij. quia cognouimus. ff. de act. & oblig. obligationum fere. §. placet. niſi forte, cuius non extat memoria. argu. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. hoc iure. & extra de uerborum ſign. cap. abbate.

Tps nō ē mod tollēdæ obligationis.

[i] Eccleſiaſticam normam. Nam iuſta de cauſa bene poteſt ab eis auxilium petere, extra de cenſib. cū apoſtolus. Et ſic non eſt contra. xviij. q. ulti. ſeruitiū. quia illud intelligitur de licitis, hoc de illicitis.

[k] Reſtituat. Nec abſoluere poteſt pro pretio, niſi ſit conſuetudo. extra de ſimo. nemo. Item nec reconcilia

Qui aũt [a] pecuniã acci piunt, ut ordinandis ſacros ordines nõ tribuãt, uel ut canonicæ electioni aſſenſum nõ præbeãt: aut eccleſijs ædificãdis, uel cõſecrandis lapidem benedictum, uel conſecrationẽ ſubtrahãt: multis argumẽtis acceptæ pecuniæ rei et ĩfames [b] eſſe probanẽ.

Ait enim Paſchalis ij.

Sacrilegi ſunt iudicandi, qui eccleſiam Dei non permittunt regulariter ordinari.

CAN. CXXIIII.

SVnt quidam, qui uel uiolentia, uel fauore non permittũt eccleſias regulariter ordinari. Hos etiam decreuimus, ut ſacrilegos [c] iudicandos.

Codice lib. ix. ad legem Iuliam repetundarum.

CAN. CXXV.

IVbemus [d] & hortamur, [e] ut ſi quis fortè honoratorum, decurionum, poſſeſſorũ, poſtremò etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis à iudice fuerit aliqua ratione concuſſus: ſi quis ſcit de iure uenalẽ fuiſſe ſñiam. ſi quis pœnam uel pretio remiſſam, uel uitio cupiditatis ingeſtam: ſi quis poſtremò quacũq; de cã improbum iudicẽ potuerit approbare: is uel adminiſtrante [f] eo, uel poſt adminiſtrationẽ depoſitã in publicum prodeat, crimẽ deferat, delatũ approbet. cũ probauerit, uictoriã reportaturus [g] & gloriam,

Item in Digeſtis, titulo de calũniato. Vlpianus.

De eodem.

CAN. CXXVI.

IN eum, qui ut calumniæ cauſa negotiũ faceret, uel non faceret, pecuniam detegitur accepiſſe, intra annum utilem [h] in quadruplũ [i] eius pecuniæ, quã accepiſſe dicitur, poſt annũ in ſimplum in factũ actio cõpetit. [k]

Ibidem lib. xlvij. titulo de concuſſione iudicis

CAN. CXXVII.

COncuſſionis [l] iudicium publicũ [m] nõ eſt: ſed ſi ideo pecuniã quis accepit, ꝙ crimẽ minatus ſit, põt iudicium publicum eſſe ex ſenatuſcõſultis [n] quibus pœna legis Corneliæ [o] teneri iubẽtur, qui in accuſationẽ innocentium coierint, [p] quive ob accuſandũ, uel nõ accuſandũ denuntiãdũ uel nõ denũtiãdũ teſtimoniũ, pecuniã acceperint.

Vexationem redimere utrũ licitũ ſit.

cilliare. extra de ſimo. c. nemo. Sed nunquid ipſi clerico licet redimere cum iniuſte ſuſpenſus eſt? Videtur quod non. §. proxi. in fi. extra de ſimo. c. Mat. Arg. contra ſcilicet. quod poſſit redimere ius ſuum & uexationem ſuam. j. quæ. iiij. quæſitum. [1] extra de uſuris. capit. j. & extra de ſimon. dilectus. dic ut ibi. imo & ſi quid dederit, repetere poterit. C. de condi. ob turp. cau. quod euitãdi. Quidam dicunt ꝙ non poteſt in aliquo caſu redimere. Alij contra, ſcilicet cum iniuſte ſuſpenditur. hoc no. xvj. q. vij. decimas. iij.

[1] Vbi de hoc. & j. q. iij. alia re. ibi uideas. Arc.

a Qui autem. Tractauit magiſter quæſtionem iſtam affirmatiue. Nunc autẽ uult tractare eam negatiue, ſcilicet utrum ſit ſimonia dare pecuniam, ut nõ ordinetur quis. Sed quoniam non habuit canones, induxit leges, quæ in hoc faciunt ad propoſitum ubi in eis aliquid dicitur negatiue. Quid autẽ hoc ſit ſimoniacũ, habetur extra de ſimo. nemo. in fine.

b Infames. Et ſimoniaci large. arg. extra de ſimo. nemo. arg. C. de inoff. teſt. ſi quando. Sed alij contra, propter deſcriptionem ſimoniæ, ſed mortaliter peccant. j. ea. q. iij. uendentes. I. Sed certe ſimoniaci ſunt, ut dicit illa decr. nemo. Io.

Simoniaci dicũtur ſacrilegi.

c SVnt. Sacrilegos. Id eſt, ſimoniacos. alias nõ facit ad propoſitum Gratiani. Et ꝙ ſit ſacrilegium, ſic ꝓbatur. Si enim ille, qui frangit immunitatem eccleſiæ, uel qui inde aliquid eripit, ſacrilegus iudicatur, [2] multo fortius, qui facit ne eccleſiæ ordinẽtur, uel ne ordines tribuãtur, uel impediatur alicuius electio, uel promotio.

[2] Vt ex. de immu. eccle. inter &c.

d IVbemus. Ad hoc introduxit has leges, ut oſtẽdat pari pœna mulctandos, qui pretio inducti impediunt fieri, quod de iure fieri debet, & qui faciunt qđ de iure fieri non deberet.

e Hortamur. Forte ſe temperat, ne uideatur quem iubere accuſare inuitum. C. ut nemo inuitus. in titulo & materia.

Oppoſi-

f Adminiſtrante. Si is talis ſit, quem in ius uocari liceat. Sed contra. ſecunda quæſtio. j. prohibentur. Solu. illud de maioribus magiſtratibus, hoc eſt de minoribus. argu. ff. de iniur. nec magiſtratibus. & ff. de in ius uocan. lege ſecunda. Vel hoc de perpetuo iudice. argumen. ff. de rebus credi. præſidis. & leg. præcedenti. in authen. ut differentes iudices. §. ſi tamen collatione uona. & hoc ne crimen eius inultum remaneat, illud de temporali. Vel hic cum peccauit in ipſa adminiſtratione: ibi de eo qui extra adminiſtrationem commiſit. ff. de iudic. l. ij. §. legatis. in authent. ut iudic. ſine quoquo ſuffragio. §. ſi quis autem. collatio. ij.

g Reportaturus. Reportabit enim quadruplum. infra l. proxim. xij. quæſtione ij. cum deuotiſſimam.

h IN eum. Vtilẽ. A principio, poſt continuũ. ff. de calum. annus.

i In quadruplum. In quo continetur rei perſecutio, ut tantum triplum ſit pœna: ut ff. eo. l. in hæredẽ. §. fi. & hoc eſt uerum cum ipſe idem dat. Nam ſi alius daret pro eo, tunc totum quadruplum eſt pœna: quia ille qui dedit repetit pecuniam, quam dedit. ff. de calũ. ſi quis ab aliquo. Huius autem quadrupli medietas dabit fiſco, medietas ſpuliato. [3]

[3] Ad hoc C. de aſſeſſo. leg. uj.

k Competit. Non ei qui dedit, cũ turpiter dederit, ſed ei ad cuius læſionem data eſt: ut ff. de calum. l. generaliter. §. illud erit.

l COncuſſiõis. Crimen concuſſionis eſt, cum quis minatur alicui niſi ita uel ita faciat. j. xxiij. q. j. militare. [4] ff. de concuſ. l. j. & ii.

Crimẽ cõcuſſionis.

[4] De hoc leg. & no. e. q. paratus. in fi. ibi uideas e

m Publicũ. Id eſt, ordinarium: & hoc ſemper. uel non eſt publicum, niſi cũ quis pecuniã extorſerit. & hoc eſt ꝙ ſequitur: ſed ſi ideo. Publicum eſt, ad cuius accuſationem quilibet de populo admittitur, niſi infamis ſit, ut inſti. de pub. iudi. circa principium.

n Senatuſconſultis. Voluſiano & Liboniano. Digeſtis ad legem Corneliam, de falſis. l. j. Digeſtis ad legem Iuliam, de ui publi. ex ſenatuſconſulto.

o Legis Corneliæ. Cuius pœna in libero homine eſt deportatio, in ſeruo ultimum ſupplicium. ff. ad legẽ Corneliam, de fal. l. j. §. ulti.

p Accuſationem innocentium coierint. Secus ſi nocentium. xvj. q. vii. ſane.

Ibidem lib. quadrageſimooctauo, titulo de lege Iulia repetũdarũ. Marce.

PALEA.

Ege Iulia repetũdarũ tenentur, qui cũ aliquã poteſtatem haberent, pecuniam ob iudicãdũ, uel non iudicandũ decernẽdumve acceperint, uel quò magis aut minus qd ex officio ſuo facerẽt.

Idem.

De eodem.

CAN. CXXVIII.

Adem lege tenet a qui ob denũtiãdum, uel nõ denunciandũ teſtimoniũ pecuniam acceperit. Lege Iulia repetũdarũ cauet, ne quis ob militẽ legẽdũ b mittendũve c æs accipiat: neve quis ob ſnĩam in ſenatu conciliove publico dicendã pecuniã accipiat, uel ob accuſandũ uel nõ accuſandũ. Marcelus ibidẽ. Lex Iulia repetundarũ præcipit, ne quis ob iudicẽ arbitrumve dãdũ, d uel mutandũ, iubendũve, ut iudicet, neve ob non dãdum, uel non mutandũ, uel non iubendũ, neve ob litẽ æſtimandã, e iudiciũve capitis pecuniæve faciendum, uel non faciẽdum, aliqd accipiat. Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinẽ puniũtur, & plerunq; uel exilio puniũtur, uel etiã durius, prout cómiſerint. Hac lege dãnatus teſtimonium publicè dare, aut iudex eſſe, poſtulareve prohibetur.

QVAESTIO II.

Equitur f ſcda qõ. qua quærit an p ingreſſu monaſterij pecunia ſit exigenda, uel exacta p ſoluẽda? Hoc utrũque licitè fieri utriuſque teſtamẽti ſerie cõprobat. Legitur.n.in primo libro Regũ, q Anna detulit ſecũ Samuelẽ poſtquã ablactatus fuerat, in tribus uitulis, & tribus modijs farina, & amphora uini ad domũ domini in Silo. 1.Reg.1.d In actibus uerò apoſtolorũ legitur, q multitudinis g credentiũ erat cor unũ, et anima una: nec aliqd eorũ quæ poſsidebant, quiſquã ſuũ propriũ eſſe dicebat: ſed erãt illis oĩa cõia: & ſinguli uendebant prædia ſua, & ponebãt pretia eorũ ante pedes apoſtolorũ: Act.4.f quorũ unus (.ſ. Ananias) dum partẽ ſibi reſeruaret, cum uxore ſua Sapphira ſnĩa maledictionis accepta ante pedes apoſtoli cecidit mortuus. Act.5.a Hinc liqdò apparet q ingreſſuri monaſteriũ ſua debẽt offerre rectoribus: nec aliter h ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt ſua ſponte offerre, aliud eſt exacta perſoluere. Anna mater Samuelis nõ exacta neq; petita, ſed ſpõte i munera ſacerdotib. obtulit. Credẽtes ẽt ſua ſpõte offerebãt apoſtolis, ut indigẽtiũ neceſsitatib. deſeruirẽt, quæ inſtãte pſecutione infideliũ eis poſsidere nõ licebat. Ananias quoq; nõ ideo dãnatus eſt, qa ſua nollet offere, ſed qa ſpiritui ſancto mẽtitus, ptia eorũ, q̃ apoſtolis obtulerat, ex parte k fraudabat. Non ergo his athoritatib. permittitur rectorib. ab ingreſſuris aliqd exigere, ſed ſponte oblata ſuſcipere: quia illud damnabile eſt, hoc uerò minimè.

Vnde in Bracharenſi concilio legitur.

Pro dedicandis eccleſijs nihil exigatur. CAN. I.

Lacuit, ut quoties ab aliquo fidelium ad cõſecrãdas eccleſias epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito l munus ali-

---

a Eadem lege tenet. Quia reddit quadruplũ, & infamis efficitur. ff. eo. eadem. §. j. hoc crimẽ etiam extraordinarie punitur. ff. eod. l. lex Iulia. §. fi.

b Legendum. Id eſt, eligendum, ut eligatur qui non debet: uel contrarium.

c Mittendumve. Vt mittatur in legationem qui non eſt mittendus, uel non mittatur qui mittendus eſt.

d Dandum. Puta non ad probandos fideiuſſores, uel loco iudicis recuſati.

e Aeſtimandam. Ne ſcilicet æſtimet litem minoris uel maioris pro pecunia, quod quandoque facere tenetur. ff. ad legem Aquiliã, proinde. §. notandum.

Sequitur. Hæc eſt ſecunda quæſtio, quæ diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur utrum pro ingreſſu eccleſiæ ſit dandum aliquid & primo dicit, quod non. Secunda ibi, Item opponitur, Io. de Fant.

f Sequitur. Hæc quæſtio non habet quæſtionem. extra de ſimonia. cum in eccleſiæ. melius extra eod. ueniens. & melius extra eod. quoniam ſimoniaca. unde nec ante nec poſt poteſt peti aliquid: ut s. ea. quæſtio. j. eos qui. & j. e. q. vij. ſi quis præbendas. niſi forte monaſterium ita eſſet tenue, quod non poſſet prouidere ei: tunc enim bene poſſet dici ei (nec eſſet ſimonia) bene reciperemus te ſi haberemus, poſſeſsiones unde poſſes ſuſtentari. argum. j. ea. ſi quis propter hoc. Hoc tamen uidetur reprobare illa conſtitutio, quoniam ſimoniaca. qd prætextu paupertatis poſsit peti pecunia. Ioã. Quicquid dicat Ioan. ſi ſic dicatur, ſimonia eſt. ut uidetur expreſſe dicere decretalis extra de ſimo. quoniam ſimoniaca. B.

Petendũ nihil ẽ p ingreſſu monaſterij.

Alias, habereſſe cundum Laur.

g Multitudinis, xij. q. j. c. ij.

h Aliter. Hoc non eſt uerum, ſed allegando dicit hoc.

i Sponte. Quod licet. xix. qõ. iij. ſi qua mulier.

k Ex parte. Arg. qd nõ debeat quis cõicata reuocare. j. de pœ. di. iij. ſunt plures. xvj. q. iiij. ſunt qui opes.

l Placuit. Ex debito. ar. j. q. j. placuit. j. ea. q. iiij. eccleſia. s. ead. quæ. j. ſtatuimus. j. xviij. q. ii. Eleutherius. contra. So. ibi.

Munus

quod [a] à fundatore requirant: ſed ipſe fundator ſi quidem aliquid ex ſuo uoto obtulerit, non reſpuat. Si uero aut paupertas illum, aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen unuſquiſque epiſcoporũ meminerit, ut non prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem [b] Baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatam accipiat. Nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ut ſine luminarijs, uel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, [c] qui ibidem [d] ſeruituri ſunt, tanquam domus priuata cõſecretur eccleſia.

Item Bonifacius urbis Romæ epiſcopus ſcribit omnibus Carolitanæ eccleſiæ cœnobitis.

Ab ijs, qui ad conuerſionẽ accedunt, nihil eſt exigendum nec pretio aliquis ad cõuerſionem eſt inuitandus.

CAN. II.

QVam pio [e] mẽtis affectu. fratres chariſsimi, ueſtræ deſtitutioni Romana compatitur eccleſia, uobis fortaſsis eſt incognitum, ſed cognitori oĩum nõ incognitũ habeẽ. Dubitationi autem ueſtræ, quod idoneũ demus reſpõſum [f] Deũ teſtificor ipſa quoque me dubitatio reddit anxium [g] & ineptum, Nuſquam enim legimus dñi diſcipulos, uel eorũ miniſterio conuerſos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu [h] prouocaſſe, niſi fortè de pauperũ alimento [i] quis inconcinnè [k] proponat: quorũ [l] nulli, cuiuſcunque profeſsionis eſſet, uictualia negabantur. [m] Scimus equidem quod omne datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum eſt deſcendens à patre luminum: apud quem & à quo bonæ uoluntatis donum accipit, qui ſacro deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſpoſuit. Reſtat ergo, ut qui pro aliqua eccleſiæ ſuſceptione munus accipit, donum Dei quòd à patre luminum deſcendere debuit, uendat, munus autẽ largiens importunus emat. Quid autem de diuini doni uenditoribus uel emptoribus cõſequatur, concludi neceſſe eſt. Cauete ergo fratres, quam ſit ambiguum quod petiſtis conſilium: quod quidem ſecundum ueſtræ uoluntatis propoſitũ nulla inuenimus ratione confirmatum. Verũ tamen ſi ueſtræ neceſsitati, adeò eſt opportunus, quem reperiſtis, dũ tamẽ omnis abſit pactio, [n] omnis ceſſet conuẽtio, [o] nullaque ueſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuotè geſtet obſequium: & poſtmodum [p]

Iaco. 1. c.

[a] Munus aliquod. aliud à conuiuio, uel à procuratione. in authen. de mand. princip. §. illud. & in auth. ut nulli iudi. §. nulli. ſed bene illã exigit. [1] extra de ſimo. cum ſit. alia non debet exigere, ſed ſponte oblata recipere poteſt. Vel poteſt dici, quod & illa quæ cõſueuit percipere propter ꝓcurationẽ exigere poteſt quaſi pro labore. argu. xij. q. ij. charitatem, ubi hoc diu obtinuit. xviij. q. ſi. ſeruitium.

Recipere licet quæ non licet exigere.

[1] Et ita habes unũ caſum. in quo munus à manu poteſt recipi, ſcilicet pro operibus ſpiritualibus ad quæ quis tenetur. Alius caſus eſt pro operibus ſpiritualibus ad quæ quis non tenetur ex officio. xij. quæſti. ij. charitatẽ ſecũdum Ray. & Goſfre.

[b] Dotem. Imo nec primarium lapidẽ ponere debuit, ut j. de conſec. diſt. j. nemo. in authen. ut de ter. ſit numeruscle. §. inueſtigantes. igitur. colla. j. j. xvj. q. ulti. pie. & c. Frigentius. ſed hic omiſſum fuit, & ideo eſt reſtaurãdũ. uel iam dederat prius, ſed hic debet facere inſtrumẽtum. unde ſi dotem non dediſſet prius, nunc eſt compellendus: quia ibi fecit poni primarĩ lapidem: ſicut in eo qui promiſit reipublicæ pecuniam dare. ff. de pollicitatio. l. j.

[c] Eorum. Pluribus ergo ſufficere debet eccleſia, ut vij. q. j. illud. & de conſecr. diſtinct. j. hoc quoque.

Clerici in ſua eccleſia morari debent.

[d] Ibidem. Argu. cõtra clericos, qui alibi quam in eccleſia ſua morantur. ſ. diſt. xxxvij. de quibuſdam. contra. j. xvj. quæſtio. j. generaliter. j. xij. quæſt. ij. conceſſo.

[e] Qvam pio. Quidam petebãt ab alijs ut darent eis abbatẽ ipſorum: ſed hoc illi nolebãt facere gratis, cum eſſet eis utilis. & hæc eſt conſultatio an eis liceret aliquid dare.

[f] Reſponſum. Non dubitauit papa qd iuris eſſet in quæſtione, ſed ironice hoc dicit.

[g] Anxium. Quia dubitatis utrum ad Dei cultum quiſpiã interuentu muneris prouocandus ſit, ſed dubitandum non eſt. extra de ſimo. & ſi quæſtiones.

[h] Interuentu. j. xxiij. quæſtio. iiij. debet. ſ. xl. diſtinctio. qui ſyncera contra. Sed non uidetur prohiberi niſi pactio. nam & dando & honorando & loquendo poſſumus blandiri infidelibus, ut conuertantur. [2] H. Sed tu dic ſimoniacum eſſe ſi pagano uel hæretico detur ut chriſtianus fiat. extra de ſimõ. querelam. Sed uidetur cõtra, quod cum me poſſim pecunia redimere, ut de pœnitẽ. diſtinct. j. medicina. uidetur quod & alium poſſim & Sylueſter ꝓmiſit omnibus munera, qui uellent baptizari.

Blandiri poſſumus infidelibus.

[2] Sub ut ĩ præced. c. ſecũdũ Io. de Fa. qui iſtam gl. ſequitur ut iacet.

[i] Alimento. Quod dabãt apoſtoli pauperibus cõuerſis. ſupra uerſus princip. quæſtionis, uerſ. ſed illud.

[k] Incõcinne. Quia nõ competit oppoſitio.

[l] Quorum. id eſt, quia eorum.

[m] Negabanẽ. Argu. quod anathematizato debet dari eleemoſyna. ſ. diſt. xlij. quieſcamus. xj. q. iij. quoniam. xxiij. q. iiij. debet. contra. Sed illud de tã catholico. xvj. q. j. ſi cupis. Sed contra v. q. v. cap. ij.

Eleemoſyna danda eſt anathematizato.

[n] Pactio. Non remouetur niſi pactio inhoneſta. nam honeſta non remouetur. argu. xxiij. diſt. quanquam. ij. diſtinctio. cap. in ea ſynodo. argu. xviij. q. ij. Eleutherius. extra de præben. ſignificatum. xvj. quæſt. vij. per laicos. ſ. diſtin. lix. hoc ad nos. vij. q. j. mutationes. hoc not. viij. quæſt. iij. in ſumma.

[o] Conuentio. Nomẽ cõuentionis generale eſt. ff. de pac. l. j. §. ij.

Licet poſt quod non licet ante.

[p] Poſtmodum. Argu. quod licet poſt, quod non licet ante, ut j. viij. quæſtione tertia talia. & capit. Artaldus. [3] Argumen. quod nõ licet ante [4] nec poſt ut ſupra eadẽ, quæſtione prima. eos. ad finem. & quod licet ante, quod non poſt, ut ſupra diſtinctione quarta. in iſtis. ſecunda, quæſtione ſexta. quoties epiſcopi

[3] Cõcor. text. in l. ꝙ ante. & l. ſeq. ff. de his quę in frau. cre.

[4] Nec in ipſo actu. ſ. e. q. j. emendari. & facit viij. q. ij. dilectiſsimi.

uos quaſi ſubſidij [a] gratia aliqua ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrū ſolatio Romana ꝑmittit eccleſia.

Vnde Vrbanus papa.

De eodem.

PALEA.

Nullus abbas pretiū ſumere uel exigere ab eis, qui ad conuerſionem ueniūt, aliqua pacti obſeruatione, uel occaſione præſumat. Regulā antiquam, ſequens, nulli unquā de ordinationibus aliquid oīno accipiendū eſſe conſtituo, neq; ex datione pallij, neq; ex donatione chartharum, neq; ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtellis: quia enim in ordinando epiſcopo pontifex manū imponit, euangelicam lectionē miniſter legit, cō firmationis autem eius epiſtolā notarius ſcribit.

Item Gregorius in regiſtro.

Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec uoluntariè oblata reſpui oportet.

CAN. III.

Sicut epiſcopum non decet manum, quam imponit uendere, ita miniſter [b] uel notarius nō debet in ordinatiōe eius uocem [c] ſuam, uel calamum [d] uenundare, Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex pacto, neq; exactus ac petitus poſt acceptas chartas & palliū offerre aliqd cuilibet ex clero gratiæ tantummodo cauſa uoluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: q a eius oblatio nullam culpæ maculā ingerit, quæ non ex ambientis [e] petitione ꝓceſsit.

Authoritate Bonifacij patenter oſtēditur, quòd ſicut nullus pretio eſt inuitādus ad cōuerſionē [f] ita nulli pecuniæ interuētu eccleſiæ largiri oportet ingreſſum. Authoritate uero Gregorij datur intelligi, quòd pro ingreſſu eccleſię non licet pecuniam exigere, ſed ſpontaneè oblatam licet ſuſcipere.

§ Itē opponitur [g] illud Apoſtoli ad Timotheū.

De eodem.

CAN. IIII.

Viduas honora, [h] quæ uerae uiduæ ſunt. [i] quæ autem non ſunt uerae uiduæ, id eſt, quæ ſuis uel parentum opibus ſuſtentari poſſunt non recipiantur, [k] ut eccleſia non ſufficiat [l] ijs quæ uerae uiduæ ſunt.

Item Hieronymus ad Damaſum papam.

Qui ſumptibus proprijs ſuſtentari poteſt, ab eccleſia ſtipendia non accipiat.

CAN. V.

Clericos † autē illos conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſuſtētari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, [m] ſacrilegiū [n] profectò commit-

ſcopi. & viij. q. ij. dilectiſsimi. ſ. ea. q. j. eos. contra. Sol. ibi ex pactione datum fuit quicquid datū fuit: hic uero ex mera liberalitate, uel gratia ſubſidij conceditur: extra de ſimoni. & ſi quæſtiones. Ioan.

a Subſidij. Vel honoris, ut j. ead. quæſtio. iij. ex multis. & ff. manda. ſi remunerandi. & certe hoc caſu idē eſſet ante & poſt: ſed hoc fit hic propter prȩſumptionem uitādam. & hoc ſoluit contrarium ſ. ead. q. j. eos. ſed ex quo ambitio præceſsit, & petitio pecuniæ, non certe certe debuit etiam poſt. nel gratia ſubſidij debuerunt percipere, argu. j. ea. ſicut epiſcopum. in fine à contrario ſenſu.

b Sicut epiſcopum. Miniſter. id eſt, archidiaconus, cum examinat uocando ordinandos. xxiiij. diſt. quando.

c Vocem. id eſt, lectionē euāgelicam. extra de ſimo. ca. j. & arg. in ſuperiori palea. §. regulā, &c.

d Calamum: id eſt, ſcripturam, quā ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubitet de eius ordinatione, ut j. ij. q. j. legum. hoc olim. Hugo. uel hoc intelligit cum habet ſalariū de publico alias deputatū. [*] Hoc tamen dico; quod in collatione ordinis non eſt diſtinguendum, an habeat ſalariū de publico, uel non. Nā dicit quod in collatione ordinis, nec pro labore. nec pro charta debet aliquid recipere. Sed epiſcopus ꝓcuret ita, ut ſine muneris alicuius acceptione ſcribat, nec tenet lex in authē. de ſanctiſsimis epiſco. §. iiij. collatio ix.

[*] Adde ad hoc. no. in l. cū multis. & ibi gloſ. C. de prin. agē. in re. libr. xij.

Notarius, an ꝓ ſcriptura poſſit ab ordinato aliquid recipere.

e Ex ambientis. Vbi enim cauſa non adeſt, Vitium non imputatur.

ADDITIO.

Ad hoc lxj. diſtinct. neophytus. Archid.

f Conuerſionem. id eſt, fidē Dei. lxj. diſt. c. ſtatuimus. §. his omnibus.

Item opponitur. Hęc eſt ſecūda pars quæſtio. in qua probat, ꝙ diuites non debent ſumere partes de bonis eccleſiæ: quod intelligitur de illis, qui corporaliter non ſeruiūt eccleſijs & hoc probat ꝑ quatuor authoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

g Opponitur. Ad id quod dixit nihil exigendū ab ingreſſuris. quaſi dicat. indifferēter omnes debent ſuſcipi, ut paſcantur de rebus eccleſiæ, exceptis talibus de quibus loquitur in cap. ſeq.

h Viduas honorā. quæ debent ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari. & uiduæ quandoq; dicitur, quæ uirum nondū habuit. ff. de uerbo. ſig. malum. §. uiduam.

i Quæ ueræ uiduæ ſunt. id eſt, quæ ſicut à uiris, ita & à rebus & amore mū di ſunt deſtitutæ.

k Non recipiantur. ut ſuſtententur ſumptibus eccleſiæ niſi ſua dent eccleſiæ. xij. q. j. illi. ſ. diſtinc. xlij. § j. ſ. diſ. xlvij. ſicut.

l Sufficiat. Arg. ꝙ non teneātur canonici ſuſcipere aliquem, ultra quā facultates eccleſiæ ſufficiunt, ut de conſe. diſt. j. omnes & extra de inſtit. ca. j.

m Clericos autē accipiūt. & in malos uſus cōuertunt: & ſic intellige ſequentia capitula, cū ſcilicet male diſpenſant. j. xij. q. j. illi, qui.

n Sacrilegium. argu. quod ſtipendia eccleſiæ non ſunt danda ijs, quibus propria ſufficiūt: ut xij. quæſtio. j. illi qui. argumen. extra de ſimonia.

Quod loquitꝰ de iam ſuſceptis nō de ſuſcipiendis, ſecundum Hu. Viduę ſūt ſumptibꝰ eccleſię ſuſtentādę.

Vt lxxxj. diſti. c. pe. & ult. & xxxj. q. j. qūo. unde expone. honora i. de ſūptibus eccleſiæ ſuſtenta. Archidia.

1. Tim. 5.

Suſcipiendus nō eſt aliquis ultra facultates eccleſiæ.

† Habetꝰ in fi. c. ult. j. xvj. q. j.

Eccleſiæ ſtipendia nō ſunt diuitibus danda.

cum

tunt, & per abuſionem talium iudiciũ ſibi manducant & bibunt.

Item Proſper in libro de contemplatiua uita, decimo capitulo.

Quibus ſua ſufficiũt, eccleſia alimentis non ſuſtententur.

CAN. VI.

PAſtor eccleſiæ ijs, q̃bus ſua ſufficiunt, nõ debet aliq̃d erogare, q̃ñquidem nihil aliud ſit habentibus dare, quã perdere? nec illi qui ſua poſsidẽtes dari ſibi aliquid uolunt, ſine grandi peccato ſuo, uñ pauper [a] uictur' erat accipiũt. De clericis q̃dẽ dicit ſpiritus ſanctus: Peccata populi mei comedũt. Sed ſicut nihil habentes propriũ, nõ peccata, ſed alimenta quib. indigere uident accipiunt, ita poſſeſſores non alimenta quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.

Verùm his authoritatibus prohibentur ab eccleſia ſuſcipi, [b] non illi, qui quondam fuerunt diuites, ſed poſtea omnia reliquerunt, ut Petrus [c] & Matthæus et Paulus, aut pauperibus diſtribuerunt, ut Zacheus, aut eccleſiæ rebus adiunxerũt, ſicut illi, qui prædia ſua uendentes ponebant pretia ante pedes apoſtolorum, ut eſſent illis omnia cõmunia: ſed illi, qui in domibus parẽtum reſidẽtes, uel ſua relinquere nolẽtes, eccleſiaſticis facultatib. paſci deſiderãt:

De quibus in eodem libro Proſperi ſubinfert.

Qui ſua reliquere nõ uult, nõ dẽt ſumptib. eccleſia ſuſtẽtari.

CAN. VII.

SI quis propter hoc ſua relinquere non uult, ut habeat unde uiuat, ut quid [d] accipit, unde rationem reddat? ut quid de peccatis alienis [e] ſua multiplicat?

Idem. Non eſt meum dicere quale peccatum ſit illis, qui cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt: qui eccleſiam, quam iuuare de proprijs facultatib. debuerant, ſuis expenſis inſuper grauant, pp hoc fortaſsis in congregatione uiuentes, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenientes accipiant, aut ne ſuũ cenſum quotidianis expenſis minuant. Quòd ſi aliquid de fructibus ſuis eccleſiæ uelut ꝓ ipſa expenſa ſua [f] contulerint, non ſe præferãt inani iactantia [g] illis, quos nihil habẽtes paſcit & ueſtit eccleſia: q̃a profectò perfectior [h] eſt ille, qui ſe mundi rebus expoliat, [i] aut qui cùm nihil habuerit, nec habere deſiderat, quàm ille, qui ex multis quæ poſſidet, eccleſiæ aliquid præſtiterit, ac ſe de eo, quod præſtiterit, forſitan iactat.

Ecce, qui prohibentur ab eccleſia ſuſcipi. Illi uerò, qui omnia ſua relinquunt uel pauperibus diſtribuunt, uel eccleſia rebus adiũgunt: & ab eccleſia laudabiliter ſuſcipiẽdi ſunt, & eius opibus ſuſtentandi.

Vnde in eodem libro legitur.

Qui ſua relinquunt, uel pauperibus diſtribuunt, uel eccleſiæ rebus adiungunt, laudabiliter eccleſiaſtica diſpenſant.

CAN. VIII.

SAcerdos, cui diſpẽſationis [k] cura cõmiſſa eſt, non ſolùm ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit [l] à populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat [m] accepta, qui omnia ſua aut parentibus reliquit, aut pauperibus [n] diſtribuit, aut eccleſiæ rebus adiunxit, & ſe in numero pauperum paupertatis amore conſtituit: ut unde pauperibus ſubminiſtrat,

---

cum ſit Romana. nec ulla eccleſiaſtica. argu. cõtra. xij. q.ij. charitatem. ff. de reg. iur. ſecundũ naturam. Solu. q̃d hic dicitur, exhortatio eſt, non præceptum. Vel de his loquitur, qui occaſione patrimonij ampliandi q̃ habent, ſe à diuinis ſubtrahunt obſequijs: quibus ſe abſentantibus dãdũ nõ eſt. [1] Vel dic de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibet abundantib. Panis enim egẽtium, &c. ut j. xiiij. q. v. c. ij. & in ſumma. Si abundãtes de bonis eccleſię ſuſcipiũt, ſiue abſentes, ſiue pſentes ſunt, licet non debet eis denegari portio: q̃a nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare: mortaliter tñ peccant, [2] præſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruant. j. ead. c. proxim. §. uerum. cum c. ſequenti. [3]

[a] PAſtor eccleſię. Pauper panis egentium uita pauperis eſt, qui fraudat illum, homo ſanguinis eſt: ut j. xiiij. q. v. ca. ij. & xii. q. j. nulli.

[b] Suſcipi. Ideſt, ſuſcepti alimẽti. non enim tantum de ſuſcipiẽdis loquitur.

[c] Petrus. Nõ uidet cõpetere exemplũ de Petro, qui fuit pauper piſcator: & ita reliquit paupertatem tantum propter amorem Dei: & ſic faciunt multi templarij & hoſpitalarij hodie, & quaſi omnes religioſi: ſed Petrus ſe ipſum abnegauit.

[d] SI quis. Vt q̃d. xij. q. j. expedit. xxiij. q̃ö. vij. q̃d autem. xij. q. j. illi autem. §. j.

[e] De peccatis alienis. i. de oblatis ꝓ peccatis aliorum.

[f] Velut pro. ipſa expenſa ſua. Argu. aliquem poſſe dare eccleſiæ d̃ proprijs pro ſua ſuſtentatione. H. hoc non eſt uerum, niſi illud fiat ſine peccato, ut extra de ſi. tua. nec excuſat paupertas, ut extra eo. quoniã ſimoniaca.

[g] Iactantia. Nam nocet iactantia. vj. q. j. imitare.

[h] Perfectior. Ideſt, expeditior ad ſeruiendũ Deo eſt.

[i] Expoliat. Nam tunc dicitur in eo manere ſpiritus ſanctus, cum uoluntariã diligit paupertatem. de pœ. di. ij. quęrẽdum diuites tamen cum bonis, &c. xxx. diſtin. hoc ſcripſimus.

[k] SAcerdos. Diſpenſationis. j. xlj quæſt. j. c. expedit.

[l] Accipit. Ideſt, accipere debet.

[m] Diſpenſat. Id eſt, diſpenſare debet tam ſibi, quam alijs, &c.

[n] Pauperibus. Quod ei licet. xij. q. iij. c j. ij. & iij.

Cum

---

[1] Ar. xvj. q. j. generaliter.

Oſeæ 4. b

[2] Iſta eſt ſña Lau. quã ſequitur Ioã. de Fant. arg. opti. xlii. diſt. cap. j. xlvii. diſt. ſicut.

[3] Dic ſi ſint tales habentes patrimonium amplum, qui bñ diſpenſant dãdo pauperib. & alijs q̃bus debẽt dare: tales pñt bene habere ſtipendia eccleſiæ. ar. xii. q. j. illi qui. Matt. 4. c. Luc. 19. a Act. 4. g Petr' pp Chriſtũ abnegauit ſeipſum.

Eccleſiæ dare aliqua ꝓ ſua ſuſtẽtatione nemini licet.

inde & ipſe tanquã pauper uoluntarius uiuat. Clerici quoq; quos pauperes natiuitas fecit cùm perfectione [a] uirtutis, uitæ neceſſaria ſiue in domibus [b] ſuis, ſiue in cõgregatione uiuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit, ſed uiuẽdi neceſsitas cogit. De talibus dicere uidetur apoſtolus. Qui in ſacrario [c] operantur, quæ de ſacrario ſunt, edant: & qui altario deſeruiunt, de altario participent. Quod niſi hoc de contemptoribus ſuarum facultatum uellet intelligi, nunquam ſecutus adiungeret: Ita & Deus ordinauit ijs, qui euangeliũ annunciant, de euangelio uiuere. De euangelio uiuunt, qui nihil habere proprium uolunt: qui nec habent, nec habere aliquid concupiſcunt: non ſuorũ, ſed communium poſſeſſores. Quid eſt aliud de euãgelio uiuere, niſi laborantem inde ubi laborat, neceſſaria uitę percipere? [d] Apoſtolus tamen, qui ſic prædicauit euãgelium, ut neceſſaria ſibi ſuis manib. [e] miniſtraret, de ſe confidenter loquitur: Ego autem nullo horũ uſus ſum. [f] Et quare dixerit, ſecutus aperuit dicens: Expedit mihi magis mori, quã ut gloriã meam quis euacuet. Euacuare dicit gloriã [g] ſuã, ſi ab eis, quibus prædicabat, uoluiſſet accipere uitæ tẽporalis expenſam. Nolebat quippe in preſenti laboris ſui fructum, ſed in futuro recipere.

Item ex cõci. Agathẽſi.

Iuxta meritum laboris eccleſiaſtici ſtipendia ſacerdotes diſtribuant.

CAN. IX.

Clerici omnes, qui eccleſiæ fideliter uigilanterq; deſeruiunt, [h] ſtipẽdia ſanctis laboribus debita ſecundùm ſeruitij ſui meritũ [i] per ordinationem canonum à ſacerdotibus conſequantur.

Item ex cõcilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

CAN. X.

Multorum authoritatibus luce clarius conſtat ꝙ ab ingreſſuris monaſterium nõ licet pecuniam exigere, ne & ille qui exigit, & ille q ſoluit, ſimoniæ crimen incurrat.

QVAEST. III.

[k] *Sed adhuc obijcitur, ꝙ qui ingreſſuri monaſteriũ pecunias tribuũt, nõ propoſitũ religionis, ſed participationẽ ſtipendiorũ eccleſiæ emũt. Tẽporalia ergo nõ ſpiritualia ementes, nequaquã ſimoniaci habendi ſunt. His itaq; reſpõdetur, nõ ſolũ qui ſpiritualia, ſed ẽt qui tẽporalia eis annexa [l] pretio accipiũt uel tribuũt, ſimoniaci iudicãtur. Vnde Malachias loquens ex perſona dñi ait: Quis eſt, inqt, in uobis qui claudat oſtia [m] & incẽdat altare meũ gratuito? Nõ eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus nõ ſuſcipiã de manu ueſtra. Oſtia claudere nõ eſt ſacri muneris officiũ, ſed tantùm ſibi adiunctũ.*

Item Grego. ſcribit uniuerſis epiſcopis Hiſpanis.

---

a Cum perfectione. Id eſt, expeditione ad ſeruiendũ Deo.

b In domibus. j. de cõſe. di. v. in omnibus contra. j. xij. q. j. neceſſaria. contra. j. 12. q. ij. nobis. Solut. hic loquitur de clericis indigentibus quibus tenẽt ꝓuidere ſicut alijs pauperibus. iſti tales accipiunt ab eccleſia, non qa clerici, ſed quia pauperes. Arg. canonicis licere beneficia diuidere. ut priuatim percipiant quod in communi ſoliti erant habere, ut di. xxxij. ſi qui uero.

c Sacrario. j. xiij. q. j. §. qa ergo. j. 16. q. j. ca. pen. & ult.

d Percipere. Xij. quæ. ij. charitatem.

e Manibus. j. x. quæ. iij. cauendum. j. xxj. q. j. clericus.

f Vſus ſum. Ne ea occaſione pſeudo apoſtoli acciperẽt, & ſic in prædicatione perſiſterent. Nã ex quo uidebãt eum non accipere, uerecundabãtur & ipſi accipere.

ADDITIO.

De hoc le. & not. 28. q. j. iã nunc. in fi.

g Gloriam. Quàm habeo apud Deum de hoc quod nõ accipio: uel ſi acciperem cum ſcandalo, uel ultra quam deberem, uel ſi prędicarem eo obtentu ut acciperem. [1]

h Clerici. Deſeruiunt. Etiam infirmi ſeruiunt. extra de cle. ęgro. c. j. ff. de ſta. liber. l. cum hæres. §. Stichus.

i Meritum. xij. q. ij. Vulteranæ. & c. de reditibus. ſed j. xvj. q. vij. ca. j. contra. ſed ibi ſoluitur. Vel meritum. i. ut presbyter pluſquã alij percipiat: [2] ut diſtin. lxxiiij. conſuluit. quod nõ eſt in alia ſocietate. ff. pro ſoc. l. uerum. §. ſed cum tres.

k Sed adhuc. Hic ꝯ pingitur. iij. quæ. au ſcilicet ingreſſum, uel præbendas emere ſit ſimoniacũ. Primum membrum expeditum eſt ſupra ead. proxi. q. ſecundum expeditur hic. Not. quod præbenda [3] dicitur quandoq; ius quoddam ſpirituale [4] percipiendi eccleſiã, uel ipſam præbendam. hoc modo emere ſimoniacum eſt. Quandoque dicuntur ipſi fructus præbendæ, quos emere non eſt ſimoniacum: ut extra ne præla. uices ſuas. ca. ul. niſi quis forte emeret fructus ab initio ſuæ ordinationis, uel inſtitutionis in ipſa eccleſia, ut habeat dum uixerit. argu. j. e. ſi quis obiecerit. & cap. ſaluator. tunc enim ita ſunt annexa, ut qui priuetur officio, priuetur & illis: ut lxxxj. diſ. ſi quis ſacerdotum.

l Annexa. Argu. quod idem iuris [illegible] in uno cohærentiũ & connexorũ, quod in altero. Vnde qui priuatur officio, & beneficio: ut s. diſt. xxviij. decernimus. s. diſtin. lxxxj. ſi qs ſacerdotum. & cap. eos. s. diſtin. l. ſtudeat. contra. Ibi de gratia, hic de rigore.

m Qui claudat oſtia. Id eſt, qui gerat officiũ oſtiarij. Vnde uidetur, quod emere huiuſmodi officiũ oſtiarij, uel pulſandi campanas ſit ſimoniacũ: cum illud ſpectet ad officium primicerij. xxv. diſt. perlectis. quod concedo [illegible] emere quancunque adminiſtrationem rerũ eccleſiæ, puta, ꝙ det panẽ in refectorio, uel uinum, uel cuiuſcũq; alterius rei, dicit

H ſim

Clericis ĩdigẽtibus eſt prouidendum.

1. Cor. 9. b

[1] viij. q. j. ſunt in eccleſia. uel quam habeo ex eo, ꝙ malos ꝑ ꝑdicationẽ meã ad bonũ conuerto.

[2] Sed cõtra xxxij. diſ. pręter hoc, in fi. & hoc cõtra. etiã ꝓbat. ca. hic allegatũ conſuluit. ut ibi no. Archidia.

Præbẽda dicitur duplicitẽr.

[3] Prębenda per ſe prophana eſt. Inno. Pan. Feli. c. cũ Martinus Ferrarienſis. de conſti.

[4] Ad iſtud ius nõ põt duo recipi ſimul, uno iure tacite. ed de præb. dilecto. Archi.

Beneficio priuatur, qui priuatur, officio.

Malac. 1.

Simoniacum eſt emere officium pulſandi campanas.

Emptio adminiſtrationis eccleſiaſticæ ẽ ſimoniaca.

nu.ſimoniacū eſſe, argu.contra ſ. ead. quæſt. j. ſi quis epiſcopus prope fin.& ĩ.ead.q. ſaluator.& dicit quod licite poteſt dari pecunia alicui, ut ſuſcipiat tale officium: ſed tamen ille non poſſet dare pecuniã ut ei daretur: ' & ſic aliquid uẽdi poteſt licite quod non poteſt emi. Alij dicũt quod tunc eſt ſimonia emere aliquam adminiſtrationẽ eccleſiaſticã, cũ aliqd ſpirituale habet annexũ: uel talis eſt, quod per clericum tantũ conſueuit exerceri,& ratione officij, quod magis credo.

a Ratio eſt, quã nõ præſumit, q ita fideliter adminiſtret in recõpenſatione eius qđ dedit, argu.ff. de probat. L. cum dein biro. Ioã. de Fant.

AVdiuimus. a Sacrilegio. & crimine læſæ maieſtatis.xv. q.iij.ſane.iij. quæſtio.j.in primis.

b Cauſatur. Id eſt, in cauſam adducit: uel pro cauſa, ſcilicet pro acceptione uel datione pecuniç fit, uel cauſatur id eſt, facit, unde cauſari, id eſt accuſari debeat.

SI quis dator. c Reſtituere. Sed cui dices reſtituendã talem pecuniã? Videt qđ ei, in cuius ignominiã data eſt. xvij. q. iiij. ſi quis in atrio. xv. q. ult. cum multæ. xxvij. quæſt. j. ſi quis rapuerit. extra de ſimo. de hoc in auth. de ſanctiſsi. epiſco. §. ſed neque. collat. ix. & extra de ſimo. audiuimus. Ecõtra uidetur, quod illi qui dedit eam, ut extra eod. ueniens. Item uidetur quod illa pecunia nõ debet remanere penes eccleſiam, cum Petrus dixerit: Pecunia tua, &c. 1 Item quia fiſco competit perſecutio eorum, quæ ſcelere conquiſita ſunt. ff. de iure fiſci. Lucius. ff. de donat. inter uirum & uxo. cum hic ſta-

2. Pecunia ſimoniaca. cui eſt reſtituenda.

2 Supra ea. q. j. Petrus. & ca. q. ſtudet. & act. 8. d

De ijs qui ſacros ordines munerum acceptione diſpenſant.

CAN. I.

AVdiuimus dilectiſſimi, quod nos audire oportuit, ſed audiſſe profecto non libuit, quoſdam ſcilicet eſſe ſacrorum ordinum profeſſores, qui ſub munerum datione uel acceptione Dei eccleſias, uel earum ſibi beneficia uſurpant: quod quidem ſcelus uos non iam dudum acriter correxiſſe uehemẽter ad miramur, Iuſte enim uterque corripiendus eſt, & à ſanctæ liminibus eccleſiæ ſubmouendus: & qui pro eccleſiæ ambitu munera largitur, & qui ut eccleſiam adeat quicquã præſumit accipere. Ille quippe donum Dei emere, hic autem præſumit uendere. A ſacrilegio a quoque hoc facinus non diſpar dixerim, cùm id quod ſponte & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur. b Quare, fratres chariſsimi quæ taliter facta ſunt, curioſè refellite, infecta prohibete, ueſtriſque iuſſionibus reſiſtentes, digno anathematis uinculo percutere non dubitate.

Idem Rothomageñ. Archiepiſcopo & Gallicis omnibus epiſcopis.

De ijs qui eccleſiam, uel eccleſiaſtica beneficia uendunt.

CAN. II.

SI quis dator, uel acceptor Dei eccleſias, uel eccleſiaſtica beneficia (quæ quidam præbendas uocant) ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando emerit, ſiue accipiendo uendiderit: à Simonis non excluditur perditione. Sed ſi perſeuerãs fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui ſub religionis obtentu Deo famulari uoluerit ſi quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto fruſtratur. Rationis ergo uigore cogitur, quod iniuſte receperit reſtituere, c & quicquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Idem Gregorius ſeptimus papa.

Ab officio ſuſpendatur epiſcopus beneficia, uel eccleſiaſtica officia uendens.

CAN. III.

SI quis epiſcopus prę bendas, archidiaconatus, præpoſituras, uel aliqua officia eccleſiaſtica uendiderit, uel aliter quàm ſtatuta ſanctorum patrum præcipiunt ordinauerit, ab officio ſuſpendatur. d Dignũ eſt enim, ut ſicut gratis epiſcopatũ accepit, ita membra e eiuſdem epiſcopatus gratis diſtribuat.

Item ex concilio Vrbani papæ habito Aluerniæ.

Nec altaria, nec præbendas epiſcopis uendere licet.

tus. §. fina.

SI quis epiſcopus d Suſpendatur. id eſt, deponat. lxxxiij. diſtin. ca. j. Vel dic ut ſ. ea q. j. quicquid.

e Membra. ĩ. iij. quæſtio. ix. pura. argu. ĩ. xij. q. ij. cognouimus. ſ. diſtinctio. lxiij. in ſynodo. Argu. eſt hic, quod idẽ iuris eſt in toto, qđ eſt in parte, & in maiori quod in minori. xxij. quæſtio. v. de forma. extra de præben. c. maioribus. xcv. diſtin. c. eſto. ff. pro derelict. l. iij.

Ius idẽ eſt in toto, & in parte.

f QVæſitũ eſt. Secũdũ. H. caſus talis eſt. Quidam epiſcopi cõtulerãt eccleſias quaſdam cũ omni iure ſuo quibuſdam locis religioſis: mortuis perſonis illarũ eccleſiarum collatarum, epiſcopi uolebant in eccleſijs inſtituere clericos p ſua uoluntate, niſi abbates darẽt eis pecuniã. dicitur quod talis datio pecuniæ ſimoniaca eſt, ; argu. ad hoc xvj. q. ij. cap. j. Alij caſus inutiles conſueuerãt hic notari, quos omitto.

g Data. A prædeceſſoribus ſuis pro redemptiõe animarum ſuarum. Trigin-

; Ex parte eorum recipientiũ, monaſteria tamẽ crimẽ ſimoniæ nõ incurrebant: qa ius ſuũ redimebant ſecũdum Hugo.

CAN. IIII.

QVæſitum eſt f de epiſcopis, qui altaria monaſterijs data g frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam ſimoniacæ prauitatis uſus in Galliarum partibus iam diutius inoleuit, ut eccleſiæ uel decimæ (quæ uulgari uocabulo apud eos altaria nuncupantur) monaſterijs datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata auaritia uendantur, mortuis nimirum ſeu mutatis clericis, quos perſonas uocãt. Nos autem authore Deo uenalitatem omnem tam ex rebus, quam ex miniſterijs eccleſiaſticis propellentes, † hoc ulterius fieri authoritate apoſtolica prohibemus: ſicut etiam præbendas omnes uenundan-

† Adde idẽ eſſe ẽt p honoribus conſequẽdis. p hibitũ. n. eſt. notat Bal. in l. ſ. & p totũ tit. ff. ad l. Iul. de ambitu.

tes interdicimus. Porrò quęcunq; altaria, uel decimas ab annis triginta a & ſupra b ſub huiuſcemodi redēptione c poſſediſſe monaſteria noſcũtur, quietè deinceps & ſine moleſtia qualibet eis poſsidenda firmamus. Saluo d utiq; eporum cenſu annuo, quē ab eiſdē altaribus habere ſoliti ſũt.

Item Gregorius.

Quicquid data uel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur.

CAN. V.

EA, quæ à ſanctis patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt, nos quoq; & iudicio, & apoſtolica authoritate firmamus. Quicquid ergo in ſacris ordinibus, uel in eccleſiaſticis rebus uel data uel promiſſa e pecunia acquiſitum eſt, non irritum eſſe, & nullas unquam uires habere cenſemus.

Item Auguſtinus de doctrina Chriſtiana.

Quicquid poßidetur, nomine pecunia intelligitur.

CAN. VI.

TOtum f quicquid homines habent in terra, omnia quorum domini ſunt, pecunia g uocatur: ſeruus, uas, ager, arbor, pecus, quicquid horum eſt, pecunia dicitur. Ideo autē pecunia h uocata eſt, quia antiqui quod habebant, in pecoribus habebant.

Item paſchalis papa.

Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur.

CAN. VII.

SI quis obiecerit non conſecrationes emi, ſed res, i quæ ex conſecratione proueniunt, penitus deſipere probatur. Nam cum corporalis eccleſia, aut epiſcopus, k aut abbas, l aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo m profi-

a Triginta. Propter quod credebant aliquod ius acquiſitum epiſcopo: quia per xxx. annos & ultra recepit huiuſmodi redemptionem à monaſterijs: ſed non eſt ita: quia furtiue recepit, & ideo non præſcripſit. Item licet monachi ſingulis annis emerent ius inſtituendi, non tamen epiſcopis ex hoc fuit ius quæſitũ inſtituendi. Et licet hic fuerit ſimonia ex parte epiſcoporum, non tamen ex parte monachorũ: quia illi quod eorũ fuit, redimebãt: qđ licite facere poterant, ut dixi ſ. ead. queſtio. j. nullus. Et ſic ſimonia eſſe poteſt ex una parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi. Sicut etiam ſponſalia poſſunt eſſe ex una parte, & nõ ex altera, extra de deſponſa. impu. de illis. Et plura ſimilia notaui xxxij. qõ. v. propoſito. & licet epiſcopus peccet recipiendo pecuniam tamen monachi nõ peccabant dãdo, ut xxiij. q. j. quid culpatur. Contrarium huic ſignatur infra xvj. q. iiij. poſſeſsiones. ſed non eſt contra, quia monachi licite quæſierãt iſta altaria, unde nõ habuerũt ea iure præſcriptionis, ſed ex iuxta donatione.

b Et ſupra. Hæc dictio ſupra ad modicum tempus refertur. 1 ff. ex quib. cau. maio. ab hoſtib. §. ſed quod. ar. ff. de uerbo. ſigni. hæc adiectio.

c Redemptione. Sed nunquid eſt licitum redimere ius ſuum? Hoc not. ſ. e. q. j. nullus epiſcopus grauamē & xvj. q. ult. decimas. ij. Dici enim poteſt, quod ubicunque quis ſcit aduerſarium ſuum nõ credere ſe ius habere, redimat uexationem ſuam. Sed quare non deponuntur iſti epiſcopi? Dic quia non agebatur ad hoc & ſententia debet dictari ſecundum formam petitionis. extra de accuſa. qualiter & quando.

d Saluo utiq;. Non enim pleno iure omnino uidetur donaſſe eccleſias epiſcopus: nec poteſt donare ſine conſenſu capituli, extra de dona. paſtoralis.

e EA quæ. Vel promiſſa. Tertium caſum habes, ſcilicet uel retenta, ut extra de tranſact. ſuper eo. Nam remittere eſt dare. extra de teſti. ueniens. & ff. de calum. l. ij. Et ita in ſpiritualibus non poteſt interuenire 2 tranſactio, cum his tribus modis tantum fiat tranſactio. C. de tranſac. l. tranſactio. ff. eo. l. j. Sed nec permutatio poteſt fieri ſuper beneficio habito, uel habendo, alias bene. ad hoc extra de rerum permut. quæſitum. Nec etiam tranſactio. ut extra de trãſactio. ſuper eo. Arg. contra extra de offi. iudi. deleg. ſi quando. Sed ibi fuit facta tranſactio non ſuper beneficio, ſed ſuper proprietate. & ſic intellige extra de deci. ex multiplici. Ioan. Item ſuper re ſpirituali tamquam proprietate poteſt fieri permutatio. extra de rerum permutatio. ad quæſtiones. non tamen ut detur temporale pro ſpirituali. extra de rerum permu. cap. ulti. Illud autem dubium non eſt, quin amicabilis compoſitio interuenire poſsit. extra de tranſact. ca. ij. Item ex authoritate iudicis poteſt interuenire pecunia. extra de præben. ſi in fin. & extra de tranſact. ſtatuimus. ff. de ijs qui not. infa. furti. l. o.

f TOtum. Probatur ꝑ hoc capit. quod ſicut in pecunia ſimonia cõmittitur, ita & in alia re.

g Pecunia. Strictius accipitur tantũ pro pecunia numerata. j. xiiij. quæſt. iij. ca. j. ij. & iij.

h Pecunia. Nomen enim pecuniæ etiã iura continet quandoque. ff. de uerbo. ſign. pecuniæ. Item quandoq; etiam ſpeciem & rem quamlibet, 3 ut hic, & ff. de legatis. iij. l. quiſquis. Item quandoque ea tantum, quæ conſiſtunt in pondere, numero, uel menſura. ff. de lega. j. l. talis ſcriptura. Pretium autem nõ conſiſtit, niſi in numero tãtum, ut inſtit. de empt. & uenditio. §. item pretium.

i SI quis obiecerit. Sed res. Non de rebus corporalibus. ſed de iure ſpirituali. cui cohæret officium, intelligitur. Vel intellige de iure percipiendi res, uel de rebus ipſi officio adhærentibus, uel de rebus conſecratis, ut in ſindone, argu. xij. quæſtio. iiij. ſi forte. argu. j. iij. quæſtio. vj. hæc quippe. j. xvj. quæſtio. ij. capit. j. §. ulti. Vel intelligas de rerum adminiſtratione. 5 Et fit in hoc capi. de duobus mentio, ſcilicet de conſecratione & adminiſtratione ex ordine proueniente. & facit ad hoc. j. quæſtio. vj. capit. j. uel de iure 6 quo res ipſæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipſis ſecundum Hug. & tunc quando quis promouendus eſt ad eccleſiam, uel ordinem, fructus prouenientes iure eccleſiæ uel ordinis, nõ licite emit perceptos, uel percipiendos. tunc enim præſumitur emere eccleſiam uel ordinem. alio autem tempore emere non eſt peccatum. ut extra ne præla. uices ſuas c. iij. xij. q. ij. alienationes.

k Aut epiſcopus. id eſt, dignitas epiſcopalis.

l Aut abbas, id eſt, dignitas abbatialis.

m Nullo. Bene accedit ad id, quod legitur in authen. ut iud. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. Nam ibi dicitur quod fiſcus abũdare dicitur, ſi utatur ſubiectis locupletibus: ut ſ. ead. q. ij. c. ij. contra ſ. ea. q. j eos. contra, ſed hoc cum ex pacto præcedenti.

Simoniã nunqđ cõmittit dãs pecuniam pro ſpiritualibus, ſicut accipiens.

1 Sub. hoc eſt uerum alias. ſed hic nõ eſt ſicut patet eo qđ no. ſupra. Io. de Fantu.

Sententia dictari debet ſecundum petitionis formam.

Trãſactio in ſpiritualib⁹ interuenire nõ poteſt: ſed bene amicabilis cõpoſitio.

2 De hoc dixi ſ. ea. q. ij. quampio. ibi uideas Arc.

3 Dicit lex, ꝙ pecunia eſt quicqđ ꝑ pecunia accipit. ff. de calũ. l. j. §. ulti. & l. ij.

4 Adde no. ꝑ Bar. in d. l. talis ſcriptura. ff. de legat. j. & l. ij. §. item mutuũ. ff. ſi cer. pe.

Res ſpirituales emi non poſſunt.

5 Sup hoc uideq̃ſ le & no. ſ. e. q. cap. j. §. his ita. Archidia.

6 Iſta expoſitio ꝓbat ꝑ Bartol. & Vinc. extra de teſtib. cõſtitutus i gl. ſi in omni iuxta. 6.

ciat, † ſicut nec anima ſine corpore corporaliter uiuit, [b] quiſquis horum alterum uendit: ſine quo nec alterum prouenit, neutrum [c] inuenditum derelinquit. Nullus igitur emat præbendam, uel eccleſiã, uel aliquod eccleſiaſticum, nec paſtellum, nec paſtum [d] antea, nec poſtea [e] pro huiuſmodi ſoluat. [f]

Item Vrbanus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio præpoſito eccleſiæ ſancti Vincentij ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quare in Euãgelio ꝓhibetur. inueſtitura eccleſiæ à laicis fieri.

CAN. VIII.

SAluator prædicit in Euangelio circa finẽ ſeculi pſeudo apoſtolos & pſeudo prophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras: ſed tamen portas [g] inferi non præualituras. Proinde (ut ait Apoſtolus) oportet [h] hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiãt. Oportet nos cum propheta ex aduerſo conſurgere, & murum opponere pro domo Iſrael, & cum Apoſtolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei: quoniam non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Igitur quia innotuiſti nobis, quod tibi obijcitur, utrum uendere eccleſiaſticam [i] rem ſimoniacum ſit: hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur ex hoc, quod beatus Apoſtolus Petrus ait Simoni: Pecunia tua tecum ſit in perditionem quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſsideri. Donum quippe Dei eſt Spiritus ſanctus: & donũ [k] Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. Et ſi bene animaduertis, Simon magus, qui ad fidem fictè acceſsit, non Spiritum ſanctum, quo ipſe erat indignus (quoniam ut ſcriptũ eſt, Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) ſed donum Dei emere uoluit, ut ex uenditione ſignorum, quæ per eundẽ fierent, multiplicatam pecuniã lucraretur. Nec Apoſtolus emptionem Spiritus ſancti (quam bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitionẽ [l] quæſtus talis, & auaritiam (quæ eſt idolorum ſeruitus) in eodem Simone exhorruit, & eum maledictionis iaculo percuſsit. Quiſquis [m] igitur res eccleſiaſticas & Dei dona, quæ à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter ſua [n] lucra uendit, uel emit, cum eodem Simone donum Dei poſsideri pecunia exiſtimat. Ideo qui eas non ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria [o] lucra munere linguæ, uel indebiti obſequij, uel pecuniæ largitur, uel adipiſcitur, ſimoniacus eſt: cum principalis intentio fuerit Simonis, ſola pecuniæ cauſa auaritia uidelicet, id eſt, idololatria, ut ait Apoſtolus Paulus. Alioqui cur ſancta ſynodus Calcedonenſis [p] ccccccxxx. epiſcoporum procuratorem uel defenſorem eccleſiæ, uel quenquam regulæ ſubiectum, adeo per pecuniam ordinari prohibet, ut interuentores quoque tanti ſceleris

Sapiẽ. 1, b

Colo. 3. a

[a] Nec animæ. Id eſt, ipſum collegiũ. uel ad literam.

[b] Viuit exercendo ſenſus corporeos: alias falſum eſt, cũ antequã ſit in corpore, uiuat. ſic exaudi. xxxij. qõ. ij. cap. Moyſes.

[c] Neutrum. Argu. idem iuris eſſe in uno connexorum, quod in reliquo, argu. ſ. diſt. viij. quo iure. iij. qõ. vj. hæc quippe. & xvj. qõ. ij. ca. j. & ff. de iureiuran. cum qui. §. ſi libertus.

[d] Paſtum. Ar. cõ. in auth. de ſanctiſ. epi. §. pro conſuetudinibus. colla. ix.

[e] Nec poſtea. Arg. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. dolo. ibi, ne quid fiat ei quod ante promiſit.

[f] Soluat. Non etiã ſub obtentu cõſuetudinis. j. ea. q. c. ul ti. cõtra. Dic ut ibi.

SAluator. In prima parte oſtenditur authoritate Euãgelij hæreſes debere circa fin. ſeculi imminere. unde oportet nos ex aduerſo cõſurgere cũ propheta & cum Apoſtolo pro domo Iſrael. In ſecunda oſtenditur quinq; authoritatibus, qđ uendere eccleſiaſtica beneficia ſit ſimoniacum.

[g] Sed tamen portas. id eſt, uitia & etiam hæreſes, quibus intratur in infernum, quæ non præualent eccleſię, quia ſemper aliqui boni ſunt in eccleſia. [1] xxiiij. quęſt. j. cap. à recta. & ca. pudenda.

[h] Oportet. Id eſt, utile eſt: ut nos excitent. j. xxiiij. qõ. ulti. cap. ulti.

[i] Eccleſiaſticam Id eſt, eccleſiaſticũ beneficium, uel aliquam rem conſecratam in caſu nõ conceſſo, puta calicẽ [a] ſecũdum quoſdam. Nam & nomen rei generale eſt. ff. de uerbo. ſigni. rei appellatione. ſ. ea. qõ. cap. quæſitum. Vel dic eccleſiaſticam rem id eſt adminiſtrationem. & ſic bene adaptatur litera Calcedonenſis ſynodi.

[k] Et donum. Id eſt, officium per qđ datur Spiritus ſanctus, ſcilicet poteſtas faciendi miracula.

[l] Sed ambitionẽ. Arg. affectũ uel conatũ ſiue effectu puniri. ar. xxij. diſ. c. j.

[m] Quiſquis. Hic collige, quod corporales res eccleſiæ emere, uel uendere ſimonia eſt in tali caſu, cum quis intrat eccleſiam: ut ſupra ead. in prin.

[n] Propter ſua. Hic uacat argu. à contrario ſenſu, ut ſupra ead. qõ. j. quos conſtiterit. & capi. ſi quis epiſcopus. j. xxix. quæſt. ij. capit. perlatum.

[o] Sed ad propria. Id eſt, ꝓcibus quas pro ſe quis offerre non poteſt, ſecundum H. ut not. ſupra eadem q. j. ſunt nonnulli. ſed quid teneas, ibi dixi.

[p] Calcedonenſis. ſi illi qui emunt uel uendunt res eccleſiaſticas, nõ ſunt ſimoniaci: cur, &c.

† Idem Hoſti. in ſum. & re. eccleſ. nõ alie. ĩ prĩ. Panor. in proœ. De cret. fo. 4. colum. 4. Matth. aſflict. de iure protomiſeos colu. 72. Sed Ioã. Gerſon, tract. & uita ſpiritua. animæ, dicit hoc eſſe blaſphemum.

Mat. 24. a

1. Cor. 11. d

Eze. 14. a

Actu. 14. c

Rom. 8. d

Eccleſia ſemper aliquos bonos habet

[1] Pro qua rogauit dñs. xxj. diſt. c. j. de pœ. diſ. ij. ſi. n. uer. Petrus.

Actu. 8. d

[a] De Boe no. a. q. ij. hocius. ibi uideas. ad hoc j. e. q. res. Arch. Res eſt nomen generale.

Affectus ſine effectu punitur.

Simonia eſt emere uel uendere res corporales eccleſiæ.

anathematizet, niſi quod eoſdem ſimoniacos iudicet? Quod ſi præfati milites [a] eccleſiæ ob huiuſmodi ſcelus taliter pcelluntur, nemo ſapiẽs negabit, non militantes [b] eccleſiæ multo dãnabilius [c] ob hanc cauſam, id eſt, emptionis, uel uenditionis debere percelli. Sed beatus anteceſſor noſter Paſchaſius libro de conſecratione affirmauit, q̃ quiſquis eorum alterum uendiderit, ſine quo alterum non prouenit, neutrum non uenditum derelinquit: ac per hoc eum, qui res eccleſiæ uendit, uel emit, ſimoniacum eſſe intelligit. In nomine uerò pcuratoris, [d] intelligit præfata ſynodus, quẽlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, ut uerbi gratia præpoſitum, [e] œconomum, [f] uicedominum: defenſoris nomine aduocatum [g] ſiue caſtaldum, [h] & iudicem. [i] In ſubiecto uerò [k] regulæ archipresbyterum, archidiaconum [l] diaconum, canonicum, monachum, uel quemlibet eccleſiaſtico mancipatũ officio. Quod uero Spiritum ſanctum quantum in ſe eſt, uendat uel emat, qui præpoſituram, uel aliquid huiuſmodi uendit, uel emit, audi Auguſtinum ſuper Ioannem. O quot præpoſituras fecerunt. Alterum præpoſitũ habet Carthagine Primianus: † alterum in Mauritania Rogatus, alterũ habet in Numidia ille & ille: quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam: unuſquiſque laudat [m] præpoſitum ſuum, q̃ uendit, &c. Ecce uenerabilis Auguſtinus de præpoſituræ diſtractione agens in nomine columbæ

Clericorũ arma quæ ſunt.

a Milites. Clerici ſcilicet, qui tales milites ſunt, quorum arma lacrymæ ſunt. xxiij. quæſtio. ultima. capit. conuenior. uel orationes. xxiij. quæſtio. viij. ca. reprehenſibile. uel excommunicatio. xvj. quæſtio. ij. cap. j. & caſtra eorum ſunt eccleſiæ liiij. diſtinct. capi. nullus.

b Non militantes. Contra. ſupra diſtinc. xix. ca. nulli fas. infra viij. qõ. j. capi. illud. & xxxij. quæſtio. v. qui uiderit. ſ. diſtin. xl. cap. homo. infra. xj. qõ. iij. ca. præcipue. infra. xxv. q. j. ca. nulli fas. j. ead. queſt. capi. peruenit. contra. Sol. poteſt dici, quod ideo dicitur laicus peccare magis, quia peccat in duobus, & quia rem eccleſiæ emit, & quia ſuo officio non debitam. argu. ff. de reg. iur. l. culpa. clericus autem in uno, quia emit tantum.

c Damnabilius. Id eſt, damnabiliter. arg. xxvij. q. ij. cap. coniuges. Vel hic appellat nõ militãtes eccleſiæ nõ laicos, ſed clericos, qui eccleſiæ non ſeruiunt: illi enim qui emunt, & non ſeruiunt, magis peccant, quoniam in pluribus, quam qui emunt & ſeruiunt: & ſecundum hoc non ſunt contraria, quæ hic ſignantur.

d Procuratoris. Generaliter ſumitur hic nomen ₁ procuratoris, ar. ff. de procura. l. j.

₁ Sic extra de procura. petitio. Arch.

ADDITIO. Aliquando procurator actoris uocatur reſponſalis, ut extra de reſtitu. ſpo. ex conquæſtione. in fine.

Præpoſitus & œconomus differunt.

e Præpoſitum. Sed quam differentiam facit inter iſta nomina? poteſt dici quod nomen præpoſiti generale eſt, & continet alia ſub ſe, argu. extra de uerbo. ſigni. c. quamuis. Vel dic quod præpoſitus & œconomus nomina diuerſa ſunt, ſed idem ſignificant ſicut primas & patriarcha. xcix. diſtin. ca. j. Vel bene poſſunt eſſe in eadem eccleſia præpoſitus & œconomus. De uicedomino planum eſt: quia ille eſt, qui præeſt rebus epiſcopi lxxxix. di. c. uolumus. uicedominus in rebus epiſcopi, œconomus ₂ in rebus canonicorum, ſæpe tamen unum ponitur pro alio.

₂ Adde gl. & Bar. in l. j. §. ad uocatos. ff. de uar. & extraordi. cog.

f Oeconomum. Oeconomus eſt, cui res eccleſiaſticæ gubernanda mandatur. C. de ſacroſanc. eccle. l. iubemus.

g Aduocatum. Scilicet qui præeſt tantum cauſis tractandis, qui alias dicitur ſyndicus.

h Caſtaldum. ſcilicet qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias maior domus. lxxxix. diſtinc. cap. uolumus.

i Et iudicem. ſicut in eccleſia Bonon. ſed nonne iſti tres poſſunt eſſe laici? ſic ſine dubio. Qualiter ergo in iſtis officijs, quæ nihil ſpiritualitatis habent annexum, ſimonia cõmittitur? dicit H. quod in omni adminiſtratione rei eccleſiaſticæ committitur ſimonia, ſi ematur, ſicut notaui ſ. eadem. in princ. & hoc eſt ſimoniacum, qa p̃hibitum: nõ ideo p̃hibitũ quia fuit ante ſimoniacũ: ſed alij non ita late extendunt ſimoniam, inhærentes cõſuetudini generali. Dicunt enim quod tũc tantum eſt ſimonia in empta adminiſtratione, id eſt dignitate, ſi talis eſt quæ habeat aliquod ſpirituale annexũ ſibi alias non.

Emere adminiſtratioñe rei eccleſiaſticæ ſimoniacũ eſt.

k In ſubiecto uero. Nonne etiam œconomus clericus debet eſſe? utique prout conciliũ Hiſpalẽ. interpretatur. xvj. qõ. vij. in noua. Dic ergo, qđ iſtud uero, potius aduerſatur officio, quam ordini. nam circa alia conſiſtit officiũ œconomi, & circa alia archipresbyteri & aliorũ hic ſequentiũ. Quidam autẽ intelligunt hoc totũ de clericis, in quibus dicũt ſimoniacum eſſe huiuſmodi officia emere, & quod dicit in ſubiecto uero, &c. ideo dicit, qa illi magis ſunt ſubiecti regulæ eccleſiaſticæ quam iſti, licet omnes ſint clerici. Nam dum illi uerſantur circa exteriora negotia & adminiſtrationes, iſti circa diuina officia: & ideo dicit mancipatum officio, & non dixit ordini. Vel ideo dicit in ſubiecto, &c. ut notetur quod iſti habent curam animarum annexam. & quod dicit de canonico uel monacho, non referas ad adminiſtrationem, ſed ad emptionem præbendæ, uel ingreſſus monaſterij. Vel ideo dicit in ſubiecto regulæ, quia eos ligat illa conſtitutio, Nemo militans Deo, &c. ₃ Superior autem adminiſtratio circa temporalia. & eos non ligat illa conſtitutio, Nemo militans Deo.

Oeconomus debet eſſe clericus.

† Alias, Carthaginēſis principatus.

₃ xxj. qõ. iij. ca. j. & ij. ad Tim. ij. capit.

ADDITIO. Hic adde quod not. j. ead. quæſt. vij. c. ſi quis omnem. Archi.

l Archidiaconum. Hoc totum intellige de dignitatibus ipſis.

m Laudat. In eo quod laudat, non committit ſimoniam, ſed in eo quod uendit: quia quod commendandi cauſa dicitur. pro non dicto habetur. ff. de dolo. qđ uenditor. Sed hoc uerum eſt dum commendatio conſiſtit in genere. Nam ubi deſcendit ad ſpecialia, teneretur ex eo, quod commendando plus uendidit, niſi quod commendando dicit, ſit in euidenti. ff. de contrahen. emp. l. ea quæ.

Rei uendēdæ cõmendatio an ſit licita.

Vniuerſalis ex indefinita colligitur.

a Indefinitè. No. ex indefinita colligi uniuerſalem, ut ſ. qõ. j. eos qui. ff. de aleato. l. j. §. qđ autem. Ex quo. n. à canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, ut xxxj. qõ. j. quòd ſi dormierit. ĩ. ij. q. v. conſuluiſti. ſ. diſt. xix. ſi Romanorũ. Argum. ĩ. diſt. lv. ſi euangelica. ſ. ea. q. j. ſunt nõnulli. Arg. contra. ĩ. xxvij. q. j. idololatria.

Mat. 21. d Eſa. 56. c

i Imo eſt ar. pro. de hoc no. extra de cong. le. p. cap. ij.

b Hæc circa. Hæc particula de capitulo non eſt, &c.

EX *multis*. CASVS.

In prima parte reprehendit Alexander omnes ſimoniacos, & ſpecialiter Lucenſes, inducendo authoritatẽ Calcedonenſis concilij & domini, qui uendentes & ementes eiecit de templo. In ſecunda conſtituit quod nullus cõmittat ſimoniam. In tertia conſtituit pœnam depoſitionis contra tranſgreſſores huius conſtitutionis.

c Niſi ei. Simile habes xxxij. diſt. interdixit.

d Calcedonenſis. ſupra eadem, quæſtione j. ſi quis epiſcopus.

Papa non diſpenſat i duobus caſibus.

e Ex principalibus. Papa tamẽ bene poteſt diſpenſare contra, ſi non ſit in articulis fidei. xv. diſtinctione. ſicut ſancti. uel de uniuerſali ſtatu eccleſiæ, ut not. xxv. quæſtione prima. capit. ſunt quidam. ſupra diſtinct. xvj. ſancta.

f Inexpugnabili. quantum ad ordines retinendos.

g Illos. Scilicet ementes eccleſiaſticum beneficium.

Sancti ſpiritus uenditionem, uel emptionem accipit, ſicut & omnes huius euangelici capituli tractatores. Penſandum uerò eſt, qua pœna mulctentur, qui iam Deo & eccleſiæ ſuæ oblata uendũt, uel emunt, ſi cum flagellis à Dei templo eiecti ſunt: qui quæ Deo erant offerenda, uendebant. Si de offerendorum uenditoribus, uel emptoribus dictum eſt: Vos feciſtis domũ patris mei, domũ negotiationis, & ſpelũcã latronum: quid dicetur de eccleſiæ iam oblatorum uenditoribus uel emptoribus? Et ne quis inſanus iam obijciat meritò hoc dominum tam acerbè uindicaſſe, quia tunc illa in Dei templo uendebantur, eccleſiaſticæ uerò res modò extra templum diſtrahuntur, attende ſuperius Aug. non determinãtem locum uenditionis uel emptionis præpoſitorum, ſed tantùm indefinitè [a] dicentem. Circuit aliquis emere columbã: unuſquiſq; præpoſitũ ſuũ laudat, quòd uendit, non adijciens in templo, uel extra tẽplũ. Hæc circa [b] uenditores uel emptores rerũ ſacrarum ſufficiant.

Item Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Lucenſis eccleſiæ clero & populo ſalutem perpetuam.

Miniſtri & ſeruitores eccleſiæ abſq; ulla uenalitate ab epiſcopis ordinentur.

CAN. IX.

EX multis temporibus hoc deteſtabile malũ in ueſtra eccleſia inoleuiſſe cognouimus, ut nulli unquam clerico quamuis religioſo, quamuis ſcientia & moribus prædito eccleſiaſticum beneficiũ concederetur, niſi ei, [c] qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet: fiebátq; eccleſia & res eius ita uenalis, uelut quædam terrena & uilis merx a negotiatorib. ad uendendũ expoſita: quod malum quàm deteſtabile, quantum Deo ſanctiſq; ſuis ſit contrarium, & ſacri canones docent, & ferè omnibus manifeſtum exiſtit. Iſta ſentẽtia inuenitur in ſecundo capitulo Calcedonenſis [d] cõcilij. Calcedonenſe nanque concilium unum ex principalibus, [e] ſimili pœna condemnat eos, qui eccleſiæ beneficium interuentu pecuniæ acquirunt: & eos, qui ſacram manus impoſitionem (per quam ſpiritus ſanctus confertur) mercari dignoſcuntur. Vtroſque enim authoritate inexpugnabili [f] illos [g] à beneficio, iſtos [h] à ſacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & uendentes de templo eijciens, cathedras uendentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs, præcepti ſui authoritate denuntians & dicens: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Illud quoque in eodem facto ſolicitè conſiderate, quòd per totum textum ſancti euãgelij nuſquam reperitur dominum tanta ſeueritate, tam diſtricta cenſura iuſtitiæ peccantes corripuiſſe: cùm non ſolùm eloquio increpans, uerùm etiam facto flagello de funiculis uerberans omnes eliminauit de templo, aperte demonſtrans, quòd tales negotiatores non ſicut cæteri peccatores ſunt corripiendi, [i] ſed à templo Dei, id eſt, à ſancta eccleſia [k] longius ſunt

h Hos. Scilicet ementes ſacram manus impoſitionem.

i Corripiendi. Argumentum ſimoniacos ſine præcedenti admonitione eſſe puniendos, qđ Hugo. non cõcedit, quia ſecundum eũ etiam in accuſatione neceſſaria eſt admonitio propter euangelium. ij. quæſtione prima. ſi peccauerit. Item ut uolens accuſare, ſi defecerit, ſubeat pœnam quam conuictus aduerſarius ſubiret. Item ut aduerſarius non grauetur in expẽſis, [l] & ut diſciplina eccleſiæ non deſeratur. xxiij. qõne quinta. excommunicatorũ. Argumentum contra H. extra de ſimonia. ca. licet Eli. Ioannes. Quicquid dicat H. illi decretali, licet. ſtabitur. B.

Accuſationẽ admonitio debet præcedere.

l Arg. ea. cauſa, qõ. vij. accuſatio. ſ ſi. u. bi de hoc. & de hoc not. j. qõ. vij. requiritis. Arcludia.

k A ſancta eccleſia, id eſt à conſortio fidelium per anathema. nam ipſi fideles ſunt domus Dei, ut infra de pœniten. diſtinctione quarta. in domo. nam alias ipſo iure ſunt ſuſpenſi, ut not. ſupra eadẽ, quæſtione prima. reperiuntur.

Fideles ſunt domus Dei.

Sanguis. Mat. 21. d

Eſa. 56. c

a Sanguis. i. uindicta, uel proditio, uel peccatum. infra ix. q. iij. epiſcopo.

Prelatus ex negligentia ſua tenetur.

b De manu. Nota prælatum ex negligentia ſua teneri. lxxxj. diſt. dictum.

ADDITIO Ad hoc xviij. qō. ij. cognouimus. lxxxiij. diſtinctio. inferior. lxxxj. diſ. dictum. ubi de hoc. Archi.

c Conferre. Iſti uolebát facere fraudem legi, quia nec etiam tali pretextu debet quis aliquid accipere, uel dare. extra de uſuris. capitu. ſuper eo. & hoc eſt fraudulentum munus, ut ſupra ead. quæſtione j. ſi quis neque. Argumentum contra. ſ. eadem, quæſtio. j. iudices.

Ioan. 2. c

d Scriptura. Supra eadem, quæſtio. j. non eſt putanda. xiiij. q. v. forte.

e In Calcedonen. Si. ſupra eadem. q. j. ſi quis epiſcopus.

f Poſsit. Argum. cum ſimoniaco nō poſſe diſpenſari in ordine uel bñficio, ſimoniace acqſito, argu. ĩ. eadem, quæ. vij. requiritis. ſ. eo. quæſt. j. ſi quis neque. Ioan. tamen cum eo, qui ſcienter committit ſimoniam, ſolus Papa diſpenſat. xxv. q. j. c. ideo permittente. §. his ita uer. ſic & ſummæ. Sed ſi eo ignorante ſimonia cõmiſſa ſit, uel ſit tantũ in animo, eṗs diſpenſat, ut extra de ſim. de regularibus. & capi. ex inſinuatione. & ca. ſi. imo cum ſolo animo committit ſimonia, ſola pœnitentia ſufficit. extra de ſimonia. capit. fina. & ita dixit T. ſuper decreta. de ſimonia. nobis. Ioannes. Vel ſic, in prælatione non poteſt epiſcopus diſpenſare, nec in ordine per ſimoniam acquiſito, ſed in Beneficio ſic, 1 ut innuit illa decre. nobis. B.

Diſpenſare cũ ſimoniaco qs poteſt.

1 Dicunt qdam, qd cum ſimoniacis, q adeptiſũt beneficiũ per ſimoniã in nullo caſu pót eṗs dſpẽſare, ar. ex̃. ea. nobis. Archidia.

g V Endentes. Competit.

Argum. quod in tranſactione illicite pecunia interuenit, cum remittitur alicui quod de iure erat illi remittendum.

h Iuſtitiam. Argum. quod ſententia etiam iuſta, ſi per pecuniam data fuerit, nullius momenti ſit, & ſimoniam committit, ut xiiij. quæſtione v. non ſane. xj. quæſ. iij. q recte. 2 Sed quia præmiſis expoſitionem de ſimoniacis, uidetur quod in his duobus modis non ſit ſimonia, quod uerum eſt. alias tamen graue peccatum committitur, & ſententia non ualet. ij. quæſtio. vj. ca. ei qui §. diffinitiua. uer. uenales. C. de pœna iudi. q ma. iudic. l. j. Dicunt tamen quidam, quod ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, quod qui iuſtitiam emit, ſimoniam committit, niſi in matrimonio. ſ. eadem, quæſ. j. quicquid inuiſibilis.

Snía per pecuniam data eſt nulla.

2 Vbi de hoc. & pœna iudicis corrupti, not. ii. q. vi. ca. hoc etiam.

proijciendi. Nã ſicut per columbarum uenditores illi denotãtur, qui ſacram manus impoſitionem uendere conantur, ſic per nũmularios eccleſiaſtici beneficij uenditores deſignantur, qui domum Dei (teſte euangelio) ſpeluncam latronum efficiunt. Quapropter ego Alexander ſanctæ Romanę eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis epiſcopus (imò miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſijs, & maximè in Lucenſi eccleſia, ex iniqua concupiſcẽtia fieri conſpiciens, ne ſanguis a iniquorũ à diſtricto iudice de manu b noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque, & prę ſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri prędeceſſores feciſſe noſcuntur) ut nullus deinceps epiſcoporũ beneficiũ eccleſiæ (quod quidam canonicam, uel præbendam, ſeu etiam ordines uocant) pro aliquo pretio, uel munere clericis audeat unquam conferre, c ſed omnes miniſtros & ſeruitores eccleſiæ gratis & abſque ulla uenalitate in ſancta eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligantur in domo domini qui maiores ſacculos pecuniæ conferant, ſed eos, qui moribus, & diſciplina, atque ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam ualeant ſuſtentare eccleſiam. Conſtituimus & eodem modo firmamus, ut nullus cuiuſcunque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarum, uel donarijs eccleſiarum ſeu etiam quod pauperibus ſit tribuendum: quia (teſte ſcriptura) d qui aliquid malè accipit, ut bene diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuetur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorum & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficium eccleſiæ iniqua cupiditate ductus uẽdere uel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Calcedonenſi e concilio diffinitum eſt, gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſsit f eccleſiæ quam pecunia uenalem fieri concupiuit, & inſuper terribilis anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei, quam læſit modis omnibus abſcindatur.

Item Gregorius homil. xiij.

Qui dona Dei uendunt, uel emũt pariter à Deo dãnantur.

CAN. X.

VEndentes & ementes de templo elimi nauit Chriſtus, quia uel eos qui pro munere impoſitionem manuum tribuunt, uel eos qui donum Dei emere nituntur, damnat. Item in templo uendentes ſunt, qui hoc quod iure competit g quibuſdam, ad præmium largiuntur. Iuſtitiam h

Mat. 21. b

Debitam. Videtur ergo, quod theologi & decretiſtæ non poſſunt aliquid percipere ex eo, quod docent. nam ad hoc tenentur, ut xliij. diſtin. Epheſijs. xvj. q. j. reuertimini. Argu. contra. xxviij. quæſtione. j. iam nunc, xij. q. ij. charitatẽ. Sed dic accipi poſſe licite, 3 ut ſupra eadem. q. j. qui ſtudet. ſuper uer. ſanitatis. Sed pone ꝓmiſsionẽ factam, quando tenetur ſibi ſoluere? Dico quod in principio anni, argumẽtum C. de profeſ. lege, medicos. libro decimo. Item aduocatus in principio debet ſalarium accipere. 4 ff. locati. qui operas. Argumentum contra. C. de ſuffraga. lege una. Salariũ autẽ nõ debet excedere ſummam centum aureorum. ff. de uarijs, & extraordi. cognitio. lege prima. §. ſi cui cautum eſt.

Theologi & decretiſtæ docentes pñt aliquid accipere.

3 De hoc xxxvij. di. de quibuſdã. Archi.

4 Niſi ſit aduocatꝰ fiſci, q debet in medio accipere. C. de aduoc. diuer. iud. l. per hanc. Archidia.

Debi-

enim uendere, eſt hanc pro præmii acceptione ſeruare. Ementes uerò in templo ſunt, qui dum hoc quod iuſtum eſt proximo perſoluere nolunt, dumque rem iure debitam [a] facere côtênunt, dato patronis pretio emitur peccatum.

Item Beda.

Qui gratiam, quam à Deo accipimus, non gratis exercẽt, uenditores columbarum ſunt.

CAN. XI.

NOn ſolùm uenditores ſunt columbarũ, & domum Dei faciũt domum negotiationis, qui ſacros ordines largiendo pretium pecuniæ, uel laudis, uel etiam honoris inquirunt: uerùm ij quoque, qui gradum uel gratiam [b] in eccleſia ſpiritualem, quam domino largiente [c] perceperunt, non ſimplici intentione, ſed cuiuslibet humanæ cauſa retributionis [d] exercent, contra illud Petri apoſtoli: Qui loquitur, quaſi ſermones dei: [e] qui miniſtrat, [f] tanquã ex uirtute, quam adminiſtrat Deus ut in omnibus honorificetur Deus. Quicunque ergo tales ſunt, ſi nolunt ueniente domino de eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis ne faciant domum Dei domum negotiationis.

Item ex epiſtola Vrbani papæ.

Quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius ui, uel munere nemo conuertat.

RES eccleſiæ, quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius, uel ui, uel aliquo munere aliquem [g] conuertere non debere docens ſanctus Vrbanus [h] ait: Quiſquis res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur: & ideo gratis dari debent) propter ſua lucra uendit uel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia poſsideri exiſtimat.

Item Paſchaſius ſecundus.

Simoniacus eſt epiſcopus, qui decimas & oblationes laicis non clericis diſtribuit.

CAN. XIII.

PEruenit [i] ad nos fama ſiniſtra, [k] ꝙ quidam epiſcoporum non ſacerdotibus ꝓpriæ diœceſis decimas atque Chriſtianorum oblationes [l] conferant, ſed potius laicalibus [m] perſonis militũ uidelicet ſiue ſeruitorũ, uel (quod grauius [n] eſt) conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos & Antichriſtos non minimus habeatur: ſicut Nicena ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici, ſiue precio, ſiue beneficio, æterni incẽdij ignibus deputentur.

Itẽ Paſcalis ſecundus.

a Debitam. Id eſt, quam iure tenentur ſoluere: ſcilicet cum quis aduocato dat pecuniam, ut ipſum defendat, ſic uacat illa gloſſa, Videtur ergo.

b NOn ſolum. Vel gratiam. alicuius ſcientiæ, uel alterius doni.

c Domino largiente. Infra. xvj. quæſtio. j. capi. reuertimini.

d Retributionis. Cùm enim ſint literati, & alijs donis præditi nolunt niſi intuitu humanæ retributionis hęc exercere in eccleſia: ut ſupra ead. quæſtio. ij. ca. quã pio. & extra de magi. capit. j. ſecundo, & tertio. Nam dicit etiam lex, quod ciuilis iuris ſapiẽtia nõ ſit pretio nummario dehoneſtanda, &c. ff. de uar. & extraordin. cogni. l. j. dicit tamen lex quod tutor pro facultate pupilli debet magiſtro dare. ff. de adminiſtra. tutorum l. cum plures. §. ſi tutor.

e Dei. Id eſt, Deo attribuit, non ſibi.

f Qui miniſtrat. Id eſt, loqui & miniſtrare debet.

g REs eccleſiæ. Aliquẽ. Et ita uidetur quod ſimoniacus ſit uiolentus raptor uel detentor, [1] ſicut alias dicitur cõmittere ſacrilegiũ, qui res eccleſiæ promiſſas non dat. argumen x . quæſt. iij. cap. ij.

h Vrbanus. Hic unus Vrbanus de alio facit mentionem, & ita fuerunt duo. lxxxj. diſtinct. cap. ſi qui ſunt.

i PEruenit. Infra xvj. quæſtio. vij. capit. peruenit.

k Siniſtra. Not. de epiſcopis, qui omnia agũt ſiniſtre: ut xxxv. diſtinc. ca. eccleſiæ.

l Oblationes. decima; quæſtione prima. capi. quia ſacerdotes.

r Laicalibus. qđ fieri non debet, ut extra de decimis. cap. prohibemus. Vnde nota quod fructus bene poſſunt dari laico ex cauſa, ſed ius decimale nequaquã, Nam aliud eſt ius, aliud eſt ipſa res: ſicut dicit iuriſperitus, quod cum dicimus uitulum eſſe fructum uaccæ, non ius, ſed corpus demonſtramus. ff. de euictio. L. uaccæ. Poſſunt ergo dari decimæ, id eſt, res ipſæ in feudum: ſed tamen nõ tranſibit ad hæredes. extra de decimis. capit. ad hoc unde forte ſecundum quod feudum proprie accipitur. nõ poſſunt dari in feudum. extra de decimis. capi. quanuis. [2] De hoc dixi xvj. quæſtione prima. capitu. ultimo. Et no. quod ſi dantur decimæ laicis, & aliqua creſcant noualia, non accreſcunt eis decimæ noualium, ſed eccleſijs. extra de decimis. capitu. tua. Et dicit Innocentius, quod in his reſtringẽda eſt poteſtas, non prorogãda. extra de decimis. capit. tua nobis.

u Grauius. Nota quod minus peccatum propter adiunctum grauius punitur. Minus enim peccatum eſt dare conſanguineo, quã extraneo. lxxxvj. diſtinctio. capi. non ſatis. hæc eſt ordinata charitas: ſed quia prouidendo cõſanguineis enormiter lædunt eccleſias, idcirco dicit quod peius eſt dare conſanguineis, id eſt, iure grauiorem læſionem ſentit eccleſia. ſic j. xxxiij. quæſtio. ij. capi. latorem. Vel dic grauius, id eſt, communius. xxxij. quęſt. vij. c. quid in omnibus. nam cęci ſunt epiſcopi circa nepotes. viij. quæſtio. ij. cap. dilectiſſimi. unde tãtus impetus in eos omnia fundendi fuit reſtringendus: ut dicit lex in alio caſu. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. Luce in ea.

Laus ciuilis ſapientiæ.

[1] Et ſic tanq̃ uiolentus tenet: de ui. & uerum eſt quod uiolentiã cõmittit: quia non gratis accipit: & quodãmodo ab initio extorquet, ſecũdum Ioã. de Fantu.

1. Pet. 4. c

Decima nunquid poteſt dari laico.

[2] Vbi de hoc, & xvj. q. iij. §. ſic etiã. ibi uideas.

a Ltare. id eſt, quæ in altari offeruntur, uel in adminiſtratione altaris, uel in eccleſia.
b Et decimas. ſcilicet ſi epiſcopus ab aliquo milite redimeret decimas, non eſt ſimoniacum, ſed rei eccleſiaſticæ liberatio. Sed ſi emeret à laicis cum aliter nollent tribuere, ſimoniacum eſſet.

ADDITIO.

De hoc not. xvj. q. vii decimas. ibi uideas. Archi.

Spiritum ſanctũ uendit, qui decimas pro pecunia tribuit.

CAN. XIIII.

Altare a & decimas b per pecuniã dare, & Spiritum ſanctum uendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

Item Innocentius ſecundus.

Careat honore male acquiſito, qui eccleſiaſtica beneficia per pecuniam inuenire tentauerit.

CAN. XV.

SI quis præbendas, c uel prioratum ſeu decanatum, aut honorem, uel promotionẽ aliquam eccleſiaſticã ſeu quolibet ſacramẽtũ d eccleſiaſticum, ut puta chriſma, uel oleũ ſanctũ, & cõſecrationes e altariũ, uel eccleſiarũ interueniẽte f execrabili ardore auaritiæ per pecuniã acquiſiuit, honore malè acquiſito careat, & emptor, atq; uenditor, & interuentor nota infamiæ percellãtur: g & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis h ante, uel pòſt aliquid exigatur, uel ipſe dare præſumat: quoniam ſimoniacum eſt: ſed libere abſque diminutiõe i aliqua collata ſibi dignitate & beneficio perfruatur.

De ſecunda & tertia quæſt. quid ſacri canones diffiniãt authoritatibus hincinde in medium deductis patefactum eſt.

QVAEST. IIII.

1 NVnc ergo de quarta k quæſtione eſt pertractandũ, qua quæritur, an paternũ crimen huic imputetur, quod eo ignorãte conſtat eſſe admiſſum. Quod ignorãtia hunc excuſet, multorum authoritatibus probatur.

Ait enim Auguſtinus.

Alienum crimen neſcientem non maculat.

CAN. I.

NVllius l crimẽ maculat m neſcientẽ. Item.

De eodem.

CAN. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem?

Item in Aphricano concilio legitur.

De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur.

c SI quis præbẽdas. uel benedictiones nubẽtiũ, uel ſepulturas. extra de ſimo. cum in eccleſiæ.
d Sacramentum. in quo confertur gratia, aliter ſumi põt pecunia. xxxij. quæ. ij honorantur. M. tamen contrarium dicit, argu. extra de offic. dele. cauſam. extra de ſponſa. du. duobus.
[redacted]
e Et conſecrationes. Sed nunquid conſecratio altaris eſt ſacramentum? Sic, large ſumptũ, cum ſit ſacræ rei ſignum: ut hic, & extra de ſimo. cum ſit Romana. argu. xxiiij. q. j. c. ſubdiaconus. §. ſed illud.
f Interueniente. Militiam ſecularẽ bene poteſt quis emere. ff. de act. empt. l. creditor. §. inter uenditorem. & §. ſed quodſ ante.
g Percellantur. ſcilicet in perpetuum. ſ. ead. q. iij. ca. ſi quis. & capi. ſaluator. ſ. ead. quæſt. j. ſi quis epiſcopus.
h Conſuetudinis. Arg. conſuetudinẽ longam non facere ad licẽtiam uel excuſationẽ ſimoniæ. extra de ſimo. cum in eccleſię. Argum. contra in authent. de ſanc. epiſcop. §. pro conſuetudinibus. colla. ix. nona, quæſt. iii. c. conqueſtus. ſ. 100. diſtinct. c. nouit. ſ. ead. quæſt. j. c. reperiuntur. ſ. diſt. iiij. c. denique. Arg. contra. j. xxxij. q. iiij. c. obijciuntur. contra. ſ. diſt. viij. ca. ſi conſuetudinem. j. xiij. quæſt. ij. ca. queſta eſt. Ioan. Hodie prætextu conſuetudinis nihil peti poteſt nec ante, nec poſt, ut extra de ſimo. Iacobus. & niſi hoc reperiatur à iure permiſſum, ut no. ſ. ij. q. j. c. placuit.
i Diminutione. Niſi cum ex cauſa detinet fructus epiſcopus, ut extra de eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione. cap. ut noſtrum. Et ita ſi dignitas deferatur alicui diminuta, inſolidum poteſt eam petere. ar. extra de inſtit. c. cum ueniſſent.

1 De hoc j. e. q. vj. ca. ulti.

Conſuetudo nõ excuſat ſimoniam.

NVnc ergo. Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes. Et quæritur hic, utrum teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte quæſtionis probat per decem authoritates, quod non tenetur. Secunda ibi, Sed obijcitur. Tertia ibi, His itaque. Quarta ibi. Notandum. Ioann. de Fantu.
k De quarta. Ad intelligentiam huius quæſtionis not. quod triplex eſt pœna. æterna, corporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna nunquam punitur unus pro alio: ut j. ead. capi. j. & capit. iam itaque. Corporalis pœna duplex eſt: quædam circa corpus ipſum, & illa ſæpe punitur unus pro alio. j. e. capi. eccleſia. §. itẽ peccato. Quædam circa ſtatum rei, ut eſt ſeruitus uel infamia: & illa etiam punitur filius pro patre, ut vj. q. j. c. ſunt plurimi. §. uerum. xv. quæſt. ulti. capitu. cum multæ. Spiritualis quadruplex eſt. nam quædam eſt excommunicationis: & illa nunquam punitur unus pro alio, ut xxiiij. quæſtio. iij. capitulo, ſi habes. Alia interdicti, & illa punitur unus pro alio, ut extra de ſponſalibus. capit. non eſt uobis. Alia eſt remotio ab oblatione, & illa ſimiliter punitur unus pro alio. xvij. quæſtio. iiij. cap. miror. Alia eſt ordinis, & illa ſimiliter punitur unus pro alio. nam propter delictum uxoris uir remouetur à promotione, ut xxxiiij. diſtinctio. capit. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiam, ille pro peccato non remouetur à promotione, ſed tamen perdit eccleſiam, ut infra quæſtio. v. cap. j. Ioannes.

Pœna eſt triplex.

Vnus an puniatur pro alio.

Pœna corporalis eſt duplex.

Pœna ſpiritualis eſt quadruplex.

l NVllius. ſcilicet alterius: nam ſuum quandoque commaculat, ut de pœniten. diſtinctione ſecũda. capi. ſciendum. xxij. quæſt. vij. capit. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona, de qua fit ſermo.
m Maculat. j. xv. q. j. ca. mulier. & quæſt. ulti. ca. cum multæ. j. xvij. q. iiij. ca. miror. xxxiiij. diſt. ca. ſi cuius. & vj. q. j. dicto. §. uerum. xxiiij. q. j. nõ turbatur. Ioan.

Pla-

CAN. III.

Placuit de infantib. qui ab hæreticis baptizantur, neque ſuo hoc fecerunt iudicio, cùm ad eccleſiã Dei ſalubri propoſito fuerint reuerſi, ne parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] ad ſacri altaris miniſterium.

Item in eodem.

De eodem.

CAN. IIII.

Qui apud Donatiſtas paruuli [b] baptizati ſunt, nõdum ſcire ualentes erroris ſui interitum, ſi poſtquam ad ætatẽ rationis capacem perueniunt, agnita ueritate falſitatem eorum abhorrẽtes, ab eccleſia ordine [c] antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt, tales ad ſuſcipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris.

Item Leo quartus Ebrunio & Adelfrido epis.

Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi cõſenſi fuerint.

CAN. V.

Quia præſulatus noſtri (quod bene noſtis) magiſterium non ſolùm de ſacerdotum, uerùm etiam de ſecularium utilitatibus debet eſſe ſolicitum, propterea fraternitatem ueſtrã ſcire uolumus hunc præſentem presbyterum ad ſedem apoſtolicam ueniſſe, nobiſq; uiolentiam & excommunicationem ſuam per ordinẽ retuliſſe. quòd etiam ſinè iuſto legis tramite illi ſua eſſet ablata [d] eccleſia ſimiliter indicauit: quã alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ uſurpare præſumpſit. Inde parentes eius magno dolore compulſi presbyterum illum, qui ſuam tenebat eccleſiam, mox cõprehenderũt, & ei oculos eruerũt: tamen ipſe ſæpe dictus ſacerdos, dicit ꝙ abſq; ſua uoluntate [e] & ſine eius conſilio, hoc ſit peractum. Quod ſi ita eſt, ut ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt, uobis magnopere prouidendum eſt, ut ſi canonicè ipſe excõmunicatus non eſt, canonica [f] ſuper eũ fiat remiſsio. [g]

Digeſtis tit. de pœnis.

CAN. VI.

Crimen, uel pœna paterna nullam maculam filio infligere põt. Nam unuſquiſque ex ſuo admiſſo [h] ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituit. Idq; etiam diui fratres Hierapolitanis reſpõderunt. †

† Reſcripſerunt.

Item ex concilio Toletano quarto.

Perfidia parentum filijs obeſſe non debet.

CAN. VII.

Iudæi baptizati ſi poſtea præuaricantes in Chriſtum qualibet pœna damnati extiterint, à reb. eorum fideles [i] filios excludi non oportebit, quia ſcriptum eſt: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij.

Ezec. 18. c.

Item Auguſtinus ad Bonifacium.

Iudæi filios ſuos ad eccleſiam conuerſos exhæredare non poſſunt.

---

a Placuit. Promoueantur. ſ. ead. q. j. uentum eſt. contra. ĩ. ea. q. vij. qui in qualibet. contra. Solu. illud ex nimio rigore, hoc ex diſpenſatione. Vel ibi de ijs qui poſtmodum in adulta ætate hæreſi conſentiunt, uel qu adulti ab hæreticis baptizantur, hic de iſtis, qui non acquieſcunt uel qui pueri baptizantur ab hæreticis.

b Qui apud. Paruuli. i. doli non capaces. de conſecra. diſtin. iiij. paruuli.

c Ordine. Id eſt, ſecundum antiquã regulam eccleſiæ.

c Sub. quibus nõ nocet etiã ſi à parentibus offerãtur. Ar. de conſe. diſ. iiii. ꝗris. dum tamẽ ſuppleat, qđ eis deeſt. ſ. e. q. j. ca. ſpiritus ſanct⁹. §. ecce. de cõſe. diſt. iiii. ab antiqua. Io. de Fant.

d Quia præſulatus. Ab læta. Et ideo erat ei reſtituenda, licet hoc expreſſe nõ dicatur. ſufficit enim conqueri de ſpoliatione, licet expreſſe nõ petatur reſtitutio, ut ii. q. j. notum. extra de cauſa poſ. cum eccleſia. hic tamen non reſpondet ad hoc: ſed reſpondeo eum innocentem, ergo & reſtituendum, arg. C. de diuer. reſcri. l. j. extra de coniugio. lepro. c. ij.

e Voluntate. Arg. quod nudam uoluntatem teneatur qs purgare, ſi ſuſpectus habetur: & alibi nuda uoluntas legiẽ grauiter plectenda, ut ĩ. de pœni. di. j. ſi quis cum. & cap. ſi quis pulſatus. xxxij. q. v. qui uiderit. Argu. contra. de pœ. diſt. j. cogitationis. Dicas igitur, & pro. i. Vel dic de uoluntate in actũ producta, alias non tenetur purgare eam, argumen. xxiij. quæſtio. ultima. cap. ultimo. & eſt ſim. extra de homic. d. Petrus. extra de teſtibus. conſtitutis.

Voluntas nuda quãdoque eſt plectẽda.

Epiſcop⁹ beneficio priuare nõ põt clericũ, cuius parentes ipſum offenderũt.

f Canonica. Arg. quod ſi conſanguinei alicuius clerici abſque eius conſenſu epiſcopum ſuum offenderent, propter hoc epiſcopus non põt priuare clericũ beneficio, arg. xxiiij. q. iij. c. j. ipſe tamẽ epiſcopus non debet conqueri de cõſanguineis, ſi credit ꝙ ita acerbe eũ puniant. Sed nunquid tenetur eis remittere actionẽ iniuriæ, cũ ſciat, ꝙ ſi non remiſerit, interficient eum fratres ſui? Nõ, dum tamen ipſe eis nihil dicat: ſed rãcorẽ tenet dimittere. xc. di. ſi qs cõtriſtatus.

g Remiſsio. Nullã enim pœnam patietur iniuſte excommunicatus, ut xj. quæſ. iij. non debet abſit enim ut iniuſte, &c. C. de pœn. ſancimus.

h Crimen. Ex ſuo admiſſo. Non enim debet aliquis alieno odio prægrauari. C. de inoffic. teſta. ſi quis in ſuo. §. legis. & hoc eſt uerum in pœnis: ſecus in uſucapionibus, quia uitiũ tranſit ad hæredem. ff. de acquir. poſſ. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare eſt, ut lvj. diſt. undecũq;. & c. naſci. & ca. ſatis. in caſu tñ quandoq; aliter inuenit de tẽporali pœna: ut vj. q. j. c. ſunt plurimi §. uerum. & c. ex merito. xv. q. ulti. cum multæ. & xiiij. q. j. §. his ita. ſ. q. j. fertur. viii. q. j. audacter. & diſ. xlix. c. ecce. cũ multis alijs ca.

i Iudæi. Fideles ſed nihil ſpeciale conſtituitur hic circa Iudæos. Idem enim fit in filijs aliorum damnatorũ. C. de bo. dam. authẽ. bona. niſi in dãnatis crimine læſæ maieſtatis, ut vj. q. j. §. uerũ. Pręterea ſi conuertantur filij ad eccleſiã, non poſſunt eos parentes exhæredare. extra de Iudæ. Iudæi. Quid iuris ſit de filijs hæreticorum, dixi xxiii. q. vij. in princ. Ioan.

a Iam Genuit eum. Siue de natiuitate in utero, ſiue de natiuitate ex utero.

b Conſenſione. Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius, ſed ſuo, ſcilicet cum conſentit ad peccatum alterius ſ.diſt.lvj.undecunque infra xv.q.viij.ca.iij. cõtra.ſ.xxiij.q.iiij. ita.& ca.ſi quis a catholica.

De conſe.diſ.iiii. quæris.& c.ſi ad matris.& hic uideas qđ not.extra de tẽpo. ord. quęſitũ. in gl. fin.infra, &c. Arc. In uia & in inuio differunt.

Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis perſonaliter diuiſi probantur.

CAN. VIII.

Iam itaq; cum homo in ſeipſo, ab eo, qui genuit eum, a alter eſt effectus, pctõ alterius ſine ſua cõſenſione b nõ tenetur obnoxius. Traxit ergo reatũ, c quia unus d erat, cum illo, & in illo à quo traxit, qñ quod contraxit, admiſſum e eſt: non autem trahit alter ab altero, quando ſua unoquoq; propria uita uiuente iam eſt, ut uerè dicat, Anima f quæ peccauerit, ipſa morietur. Vt autẽ regenerari poſsit per officium uoluntatis alienæ, cum offertur conſecrandus, g facit hoc unus ſpiritus ex quo regeneratur oblatus.

Ezec.18.a

Hinc etiam Greg. in li. xxvj. Moralium.

Ei, qui imitatur, impietas alterius nocet.

CAN. IX.

Job 35.b

Homini, h qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua. Humana impietas ei nocet, i quem peruertendo coinquinat. & rurſus: Eum adiuuat noſtra iuſtitia, quem à prauis actioni bus immutat. nocere.n. uel adiuuare neſciunt ea, quæ k uel à bono corrũpere, uel à malo permutare non poſſunt.

Econtra Dominus ad Moyſen: Ego ſum Deus zelotes, qui uiſito l peccata patrũ in filios m uſque in tertiam & quartã generationẽ: licet nõ inæqualitate iudicij, ſed magnitudine clementiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictũ, ita dicens: In tertia & quarta gñatione peccatũ patrũ ſe dominus cõminatur in lege filijs redditurũ: n nõ inæqualitate o iudicij, ut alij peccent, & alij puniantur: ſed magnitudine clementiæ, dũ ſemper expectat ad pœnitentiã, & quod in prima generatiõe delinquitur, nõ prius corripit et emẽdat, niſi & tertia & quarta generatio euenerit. p

Exo. 20.a

Cùm ergo q de baptizatis ab hæreticis Innocentius ſcribat: lex eſt eccleſiæ de ijs, qui ab hæreticis baptizati sũt, per manus impoſitionem laicam tantùm cõmunionẽ præbere, nec ex his aliquẽ in clericatus honorẽ uel exiguũ ſubrogare: patet ꝙ infantes, q ab hæreticis baptizati ſunt, ſola excuſat ignorãtia r ut iuxta illud Aphricani cõcilij, ad ſuſcipiẽdũ clericatꝰ officiũ nõ eos ĩpediat nomẽ erroris.

Itẽ ſicut Auguſti. ſcribit ad Auxilium epm.

c Reatum. Id eſt, cauſam reatus, ſ. originale peccatũ. Ex hoc cap. colligitur quod aliud eſt ĩ uia, aliud in inuio. nam nõ poteſt quis peccare per alium, licet poſsit ſaluari p alium, ut de pœni. diſtin. j. tres. & de cõſec.diſt. iiij. quæris. & bonum ſimile eſt in lege. nam dicit lex qđ ſi quis habet filiũ, & poſtea creatur decurio, iſte non dicetur filius decurionis, ſed illi tantũ, qui poſtea geniti ſunt. C. de decur.l. ult. ff.eod. l.ij.§.in filijs.

Partus eſt pars uiſcerum.

d Vnus. Partus enim pars uiſcerum eſt, ut ff. de uentre inſpic.l j. §.j. licet ſit argu. contra de conſec.diſtin.iiij. ſi quicquid.

e Admiſſum.i. receptum.

f Anima. Sicut dominus per Ezechielem ait, ut ſ. xxiiii. q.iii.ſi habes.

g Conſecrandus.i. baptizandus. Io.

h Homini. Verba Iob ſunt uſq; ibi, Humana. ibi uerba Greg. uerba Iob exponentis.

i Nocet exẽplo.

k Ea quæ. Sicut sũt illa ex quibus exẽpla non ſumimus, ut uenuſtas corporis, ægritudo.

Econtra. CASVS. *Hactenus probauit Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Grat. econtra authoritate Moyſi, quod filius pro peccato patris punitur. Sed ſtatim reſpondet per Auguſt. dicentem hoc non contingere propter inequalitatem iudicij, ſed propter clementiam Dei, qui non punit alium pro alio etiam corporaliter, niſi tertia uel quarta generatio ueniat.*

l Viſito.i. poſtea uiſitando ad pœnitentiam expecto uſq; ad ſenium, ſcilicet quouſq; uideat tertia & quarta generatio: quod eſt dicere, uſque ad finem uitæ. ſic Augu. exponit. unde & ſic licet mihi exponere.

m In filios. Iſtud poteſt intelligi ad literã. & hoc ideo dicit, quia homines non conſueuerunt ultra uiuere. Vel poteſt intelligi myſtice. nã prima generatio dicitur primi motus, & iſti nõ puniuntur: de quibus dictum eſt: Beatus qui allidet paruulos ſuos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ non punitur. de pœn.diſt.j cogitationis. Tertia dicitur conſenſus: & iſte punitur. nam facientem & conſentientem par pœna conſtringit. ij. q.j.notum. Quarta eſt opus: & iſta ſimiliter punitur in filios, cum ſint imitatores paterni ſceleris: alias non.ſ.e.q. j.cito turpem. Aliter numeratur iſtæ quatuor generationes.de pœni. diſt.j. ſuper tribus.

Delictorũ quadruplex ẽ generatio.

n Redditurum. Id eſt, uſq; in tempus filiorum & ultra eos expectaturum ad pœnitentiam de peccatis ſuis.

o Inæqualitate. Vt alij peccent, & alij puniantur, prout ſequitur. & eſt una dictio inæqualitate. & hæc uerba, licet non inæqualitate, ſunt uerba Auguſti. & authoritas iſta facit ad propoſitum G. expoſitio uero contra eum.

p Euenerit.i. niſi oẽ uitam finierit. Ioan.

q Cum ergo. Hic oſtendit, ꝙ ignorantia excuſat infantes ab hæreticis ordinatos, & à ſimili uř excuſandus cui ignoranti př eccleſiã adeptus eſt.

r Ignorantia. Sed non ſemper. de pœni.diſt. ij. ſciendum. &

De eodem.

CAN. X.

NOn imputantur filijs a peccata parẽtum, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus cõmittuntur: nec pro peccatis parẽtum ſpirituali pœna b filij ſunt plectendi. Officio autem uel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt. Non igitur hanc ex peccato patris ꝓmeretur filius. Item ſi excuſatur, c qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur, ut ſuprà in capi. Vrbani legitur, & iſte excuſandus d eſt, qui per ignorantiam ſimoniacè ordinatur.

Sed obijcitur illud Gregorij.

De eccleſia, quæ pactione conſecratur.

CAN. XI.

ECcleſia, quę pactione e conſecrata fuerit, potius execrata quam cõſecrata dici debet. *(Iosue 6. c)*

Itẽ peccato f ciuiũ theſauri Iericho anathematizati leguntur. Vñ Achor, q regulã aureã, et quædam alia pretioſa furatus eſt; de anathemate dicitur tuliſſe. Itẽ peccato Amalechitarũ animalia eorũ iuſſa ſunt interfici: quib. quia Saul pepercit, audiuit à Samuele; Neſcis quia peccatum hariolãdi eſt repugnare, et quaſi ſcelus idololatriæ nolle acqeſcere? (1.Reg. 15) Item peccato Aegyptiorũ poſſeſſiones eorum grãdini traditæ, iumenta & primogenita eorum morte conſumpta ſunt. Item peccato Iſraelitarũ arca domini Philiſtęis tradita eſt. Si ergo quę ſẽſu carent, ut eccleſia, altare, arca dñi, lapides Iericho, uel execrantur, uel peccatoribus traduntur, uel anathematizantur, uel grãdine deuaſtãtur: ſi ea, quę uim intelligẽdi nõ habẽt, ut animalia Aegyptiorũ et Amalechitarũ, peccatis hoĩum perdũtur morte: patet q nullũ excuſat ignorãtia criminis, maximè cùm ex eo utilitas defeatur ignoranti: ueluti ſi quiſpiã de latrocinio et rapina filio ſuo ignorãti diuitias cõgreget, nõ excuſaret filiũ ignorãtia, qn poſt mortẽ patris cogatur reddere malè cõquiſita. g Itẽ ex peccato Achor h plebs Iſraelitica ĩ manib. hoſtiũ tradita ẽ. (Ioſue 7. d) Itẽ peccato filiorũ Eli populus in manu i Philiſtinorũ corruit. (1.Re. 4. b) Peccato quoq; plebis electi eorũ ſæpe ſunt impediti: et tandem cum eis propheta ducti ſunt in captiuitatem.

His itaq; reſpondet: inſenſibilia et irrationabilia peccato hominum uel execrãtur, uel anathematizãtur, uel morte perdũtur; nõ participatiõe peccati, ſed cã ſacramẽti k, uel deteſtatione peccati, uel flagello l delinquẽtiũ cã ſacramẽti, ut theſauri Iericho, m et animalia Amalechitarũ. Iericho enĩ luna ĩterptatur, & ſignificat mũdũ iſtũ. Amalechitæ ĩterptant lĩgẽtes ſanguinẽ: et ſignificãt cu-

dum. & j.c. turbat. §. notandum.

a NOn imputãtur filijs. j. ea. quæſtio. cap. placuit.

b Pœna. Scilicet excõmunicationis. j. xxiij. qõ. iii. ca. ſi habes. ſed alia beue extra de filijs presby. ca. j. & j. eo. q. v. c. j. & ideo ſophiſtice ꝓcedit de una ad aliam. Arg. contra. lvj. diſtinct. ca. j.

c Item ſi excuſat. ut j. ead. q. j. c. ſi qui à ſimoniacis.

d Excuſandus. Excuſantur à reatu criminis, ſed non quin priuentur beneficio, infra ea. q. v. c. j. & capit. præſentium.

Sed obijcitur. Hęc eſt ſecunda pars qõnis, in qua probat cõtrarium per tres authoritates. Io. de Fan.

bus [a] pleniter expreſſum eſt. Si autem (ut dictum eſt) ille accuſator, qui canonicè eſt recipiendus, eum cum legitimo uirorum numero & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporum poterit, tunc canonicè dijudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonicè damnetur. Si uerò eum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minimè poterit, & hoc canonicè dijudicetur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [b] icredibilis ſuo epõ, aut reliquis ſuis conſacerdotibus, [c] ſiue bonis [d] & iuſtis de ſuo populo, uel ſua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in prædicta ſuſpicione remaneat: cum tribus aut cum quinque uel ſeptem bonis ac uicinis ſacerdotibus, exẽplo Leonis papæ, qui duodecim epiſcopos in ſua purgatione habuit, uel eo amplius ſi ſuo epiſcopo uiſum fuerit, aut neceſſe eſſe propter tumultum populi perſpexerit: & cum alijs bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quid de accuſatore faciendum ſit, plenius in canonibus reperiri poterit.

3 *Iuramento uerò candentis ferri, uel feruentis aquæ purgatio data non eſt addenda.*

Vnde Stephanus quintus Huberto epiſcopo Maguntino. †

Candentis ferri et feruentis aquæ iudicium in eccleſia prohibetur.

CAN. XVIII.

Conſuluiſti de infantibus, qui in uno lecto dormientes cum parẽtibus mortui reperiũtur, utrùm ferro cãdente, aut aqua feruente, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant eos non oppreſiſſe. Monendi ſunt nanq; & proteſtandi parentes, ne tã tenellos ſecũ in uno lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente ſuffocẽtur, uel opprimãtur, unde ipſi homicidij [e] rei inueniantur. Nã ferri candentis uel aquæ feruentis examinatione confeſsionem extorqueri à quolibet, ſacri non cenſent canones. Et quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa [f] adinuentione nõ eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, uel teſtium approbatione publicata delicta habito præ oculis Dei timore commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta uerò & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Hi autem, qui probantur, uel confitentur talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio: quia ſi ille, qui conceptum in utero per abortum [g] de-

a In canonibus. ſ. ea. quæſt. vij. teſtes. & ca. ipſi.

b Aut. pro &. 1 Non enim ſufficit quod ſoli epiſcopo ſit ſuſpectus, arg. cõtra extra de offi. iudi. ord. ex parte. & xxx. diſt. cap. ulti. & ſic 2 non obſtat vj. q. ij. placuit. Credo tamen quod ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus, ꝙ poteſt eũ cogere ad purgationem: ſecus ſi non eſt accuſatus ſecundum Lau. 3 ꝑ illud. vj. quæſt. ij. placuit. imo inuenio ꝙ propter calumnioſam accuſationẽ cogitur quis ſe purgare: ut extra de accuſa. ueniens. & argu. ff. ne quis eum qui ĩ ius uo. eſt. l. pen. §. j.

c Conſacerdotibus. Vel etiam] abbatibus. extra eod. cum in iuuentute.

d Bonis. xj. quæ. iij. in cunctis. hic patet quomodo intelligatur illud uerbum a plebe. ſ. ead. presbyter. quia erant boni & iuſti: imo non admittuntur, licet ſint boni, ſi tamen leues fuerint. Nam leues ſunt, q ex facili credunt, quæ ꝓbari nõ poſſunt. xj. qõ. iij. in cũctis. & eſt expreſſum extra eo. cũ in iuuentute. alias ſolus, qui eſſet bonus, ſufficeret. extra de adulter. ſignificaſti. Ioan.

3 Iuramento. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua quærit ſi parentes debent ſe purgare igne uel aqua filios non oppreſsiſſe? Reſpond. quod non. & hoc ꝓbat per cap. ſequen. Ioan. de Fant.

Conſuluiſti. e Homicidij. q hominem occidit, ſi animum occidendi non habuit, non tenetur l. Cornelia de ſica. ut ff. ad leg. Corne. de ſica. l. j §. diuus, tenetur tamen lege Aquilia. etiam licet nocere noluerit, dum tamen fuerit in culpa licet leuiſsima. ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi quemcunque. §. ij. & l. in lege. quod non eſt in lege Cornelia de ſicarijs. ff. de ſica. l. in lege. culpa autem eſt, quod a diligente potuerit præuideri, & non eſt præuiſum. ff. ad leg. Aquil. ſi putator. tenetur etiam quantum ad Deum, ut hic, & 50. diſtin. clerico. & xxiiij. q. ij. in lectum. Non tamen pun tur ratione homicidij, ſed ratione negligẽtiæ: ut xv. qõ. j. inebriauerunt. Minor etiam iniungitur pœna ſiue pœnitentia ab eccleſia pro negligentia, ut 50. diſt. eos. & ca. ſi quis uoluntate. & xv. q. j. ſi qs non iratus.

f Superſtitioſa. Vtili enim & neceſſaria 4 licet, ut xxxiij. q. ij. quos deus. de conſecr. diſt. ij. liquido. xxviij. quæſtio. j. ſic enim. in princi. tituli. Et eſt ar. aliquid inhibitum eo, quod non eſt conceſſum. xl. diſtin. ſi papa. & ff. de colle. illi. l. iij. §. j arg. extra de uoto. & uot. redempt. ex multa. Contra extra de ſent. excom. nuper. ĩ. e. c. monomachiam. & ubi canon nõ excipit, nec nos: ut ĩ. diſtin. xij. omnia. lv. diſtinc. ſi euãgelica. & xxxj. q. j. quod ſi dormierit. C. de hæred. uel act. uend. l. ult. ff. de publi. act. de pretio ff. de aleatori. l. j. §. quod autem. ff. de ritu. nup. palam. in fi. extra de deci. ad audientiam. xxij. quæſtio. v. hoc uidetur. Argu. contra. xxvij. quæſtio. iij. lex diuinæ. Ioan. Solu. omnia conceſſa intelliguntur de iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur: ut innuit ca. lex diuinæ. & extra de ſent. excommuni. nuper. B. & ff. de teſti. l. quæſitum. C. de teſta. l. ſancimus.

g Per abortum. Et hoc ſi puerperium eſt formatum, ut xxxij. quæſtio. ij. Moyſes. & cap. quod uero. Sed licet

1 Glo. eſt ſimi. ĩ auth. ſed nouo iure C. de epiſ. & cleri. in l. ſij. C. de obſe. pat. præſtan.

2 Iſtud ſic reſpicit prin. gl. non cõtra præcedentia.

3 Alias, ſecundum leges.

Accuſator calumnioſus cogitur ſe purgare.

Leues qui dicuntur.

† Vide Ant. in hiſtor. parr. 2. fol. 170. col. 2.

4 Magiſtri. tamẽ aliquando exponunt quod non eſt expoſitum. xxxvij. diſ. relatum. De quo habetur xj. q. j. c. ſicut. §. ex his. extra de poſtul. c. j.

Cõceſſa intelligũtur, quę ꝓhibita nõ ſunt.

leuerit, homicida eſt: quãtò magis qui unius ſaltẽ diei puerulũ peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Hoc autem [a] *utrùm ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tãtùm, quæ hic probibita eſſe uidentur pertineat, non immeritò dubitatur ꝓpter ſacrificium zelotypiæ: & illud Grego. Si uir* [b] *qui frigidæ naturæ eſſe dicitur, per uerum iudicium probare potuerit uxorẽ ſuam nunquam ſe cognouiſſe, ſeparetur ab ea.*

PALEA.

IN libro nãq; Numeri legĩt dominum præcepiſſe Moyſi, ut loqueretur filijs Iſrael, et diceret eis: Vir cuius uxor errauerit, maritumq; contemnens dormierit cum alio uiro, et id maritus deprebẽdere nequiuerit, ſed latet adulterium, et teſtib. argui non poteſt, quia nõ eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpiritus zelotypiæ cõcitauerit uirum contra uxorem ſuam, quæ uel polluta eſt, uel falſa ſuſpicione appetitur: adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimã partem ſacci farinæ hordeaceæ: non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, et oblatio inueſtigans adulterium. Offeret igitur eam ſacerdos, et ſtatuet coram domino, aſſumetq; aquam ſanctam in uaſe fictili, & puſillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; ſteterit mulier in conſpectu domini, diſcooperiet caput eius, et ponet ſuper manus eius ſacrificiũ recordationis, & oblationem zelotypiæ. Ipſe aũt tenebit aquas amariſſimas, in quib. cũ exeeratione maledicta congeſſit: adiurabitq; eam, et dicet: Si non dormiuit uir alienus tecum, & ſi non polluta es deſertò mariti toro, nõ tenebũt te aquæ iſtæ amariſſimæ, in quas maledicta congeſſi. Si aũt declinaſti à uiro tuo, atq; polluta es, et concubuiſti cũ alio uiro, bis maledictionib. ſubiacebis: Det te dominus in maledictionem, et exemplum cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuũ, & tumens uterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in uentrẽ tuũ, & utero tumeſcente putreſcat femur tuũ. & reſpondebit mulier, Amen, amen. Scribetq; ſacerdos iſta maledicta in libello, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere. Quas cũ exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificiũ zelotypiæ, et eleuabit illud corã domino, imponetq; illud ſuper altare: ita duntaxat, ut prius pugillũ ſacrificij tollat de eo, quod offertur, & incẽdat ſuper altare: & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cùm biberit: ſi polluta eſt, & contempto uiro adulterij rea eſt, pertranſibunt eã aquæ maledictionis: & inflato uentre cõputreſcet femur, eritq; mulier in maledictionem, & in exẽplum omni populo. Maritus uerò abſque culpa erit, et illa recipiet iniquitatem ſuam. Quòd ſi polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.

Sed quælibet huiuſmodi purgatio uidetur eſſe inhibita, cùm in præmiſſa authoritate Stephani papæ dicitur: Spontanea confeſſione, &c.

Item ex decretis Nicolai papæ.

In nouo teſtamento monomachia non recipitur.

CAN. XIX.

MOnomachiam [c] uerò in lege non aſſumimus, quam præceptam fuiſſe non reperimus: quam, licet quoſdam inijſſe legamus, ſicut Dauid ſanctum & Goliam ſacra prodit hiſtoria, nuſquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi di- 1. Reg. 17

licet ſecũdum legẽ Moſaicam non ſit homicidium, tamen punitur lege Cornelia de ſicarijs. ff. ad legem Corne. de ſica. l. ſi mulierem. & etiam lege Aquil. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus. §. ſi mulier. tamẽ qui opprimũt infantes, puniuntur pœnitentia triũ annorum. extra de ijs qui ſi. occide. de infantibus. Itẽ qui ꝓcurat uenena ſterilitatis, dicitur homicida: ut extra de homicid. ſi aliquis. ubi de hoc.

Adde ad hoc, & ad ſi. gloſ. Bar. & gl. j. ſ l. necare. ff. d li. agnoſ. & in l. ſi qs. §. abortiuus. ff. de pœnis.

Hoc autem. Dicitur in hoc §. ꝙ dubitari poteſt, utrum purgatio ferri candentis & aquæ feruentis ſit tantum interdicta, & in alijs conceſſa. Et meritò dubitatur, quia aliqua mulier probat ſe uirginem per uerum iudiciũ, id eſt, per aſpectum corporis. Similiter in ueteri teſtamento probatur utrum mulier commiſerit adulterium per quaſdam aquas amariſsimas. & ſtatim reſpõ. Gratia. in ſequenti §.

Num. 5. b

a Hoc autem. hic §. legitur.

b Si uir. xxxiij. quæſt. j. c. quod autem. Ioan.

Sed quælibet. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua quæritur, utrum monomachia, uel alia uulgaris purgatio ſit conceſſa? & reſpondet, ꝙ nõ. & hoc probat per duas authoritates ſanctorũ patrum. Ioan. de Fant.

c MOnomachiã. Iſtos etiam lex Romana cõdemnat, ut C. de gladiatorib. l. una. lib.

Euchariſtia gladiatorib⁹ nõ eſt danda.

lib. xj. Euchariſtia ergo non eſt danda talibus, cùm peccent mortaliter, de conſec. diſtin. ij. §. ſed ſi non. [redacted]. Sed nonne Dauid peccauit? Non, quia inſtinctu ¹ ſpiritus ſancti fecit, ut Sanſon & alij. xxiij. quæſtione v. [illegible] licet. & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xxvj. [illegible] cap. [illegible] exemplo. xxiij. q. v. dixit. xxij. [illegible] ſi quis per [illegible] infra, de conſe. diſtinct. ij. [illegible] [illegible] & interlocu. [illegible] iudi. nemo.

² Tentare. Xxiij. quæſt. viij. ſi nulla urget. & xxij. q. ij. quæritur cur.

Contra in concilio. Hic allegat in contrariũ eius, quod præmittitur, & intendit probare per quatuor cap. ſeq. quod uulgaris purgatio poſsit fieri. & poteſt dici, quod hic incipit quinta pars. Archidiaco.

Alphonſo Thoſta. 2. Parali. c. vj. quæſtio. x vij.

³ Idẽ tenent Cy. Alexã. de Imola. & moderni ſ l. ſi duo. col. ij. ff. de iureiurã. Confeſsio unius an alteri noceat.

⁴ De hoc not. iij. q. vj. hæc quippe. extra de præbẽ. dilecto. in fi. & de ſimo. dilectis. ij. Archidia.

uina ſanxit authoritas, cũ hæc & huiuſmodi ſectantes Deum ſolummodo tẽtare ² uideantur.

Contra in concilio Guarmacienſi.

Si furta in monaſterio fiũt, iudicio monachi ſe expurgent.

CAN. XX.

SAepe ᵇ contingit, ut in monaſterijs monachorum furta perpetrentur: idcirco ſtatuimus, ut quando ipſi fratres de talibus expurgare ſe debẽt, miſſa ab abbate celebretur, uel ab aliquo ex præſentibus fratribus: & ſic expleta miſſa omnes communicẽtur in hæc uerba: Corpus domini ſit tibi hodie ad probationem. †

Item.

Quicunque de adulterio accuſatur, probabili iudicio ſe expurget.

CAN. XXI.

INterrogatum eſt, ſi duo de adulterio inculpati ᶜ fuerint, & unus profitetur, ᵈ & alter negat: quid inde agendum ſit? Decretum eſt in ſancto concilio, ut ille qui negauerit, probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit, dignam pœnitentiam agat.

Item.

Cũ plures de adulterio accuſantur, et unus cæteros purgare noluerit: oẽs rei habeantur, ſi unus in iudicium ceciderit.

CAN. XXII.

STatuit quoque ſancta ᵉ ſynodus, ut ſi duo ᵉ de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, ut alter illorum ᶠ utroſque iudicio purget diuino: ſi unus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur.

Item.

Pro ſingulis miſſa celebretur, qui de aliquo crimine accuſantur.

CAN. XXIII.

SI epiſcopo aut presbytero aliquod maleficium imputatum fuerit, pro ſingulis miſſam celebrare debet & cõmunicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentẽ ſe oſtẽdere. Quod ſi nõ fecerit, quinquẽnio ᵍ a liminib. eccleſiæ extraneus habeatur.

Illud uerò, quod Sixtus & Leo in fine ſuæ purgationis addiderunt, ex eorum exemplo intelligendum eſt. Exemplo enim ſuæ ſatisfactionis noluerunt cæteris præſcribere legem purgandi.

QVAEST. IIII.

QVod uerò quarto loco quærebatur, an duorũ ʰ teſtimonio epiſcopus ſit condemnãdus, multorũ authoritatibus

SAepe. Huic cap. eſt derogatum: quia ſuſpectis non eſt danda euchariſtia: ut j. de conſec. diſtin. ij tribus. extra de purgat. cano. cum dilectis.

ᶜ INterrogatum eſt. Inculpati. Id eſt, infamati. Non enim poſſunt duo accuſari ſimul de crimine. C. de adulte. reos. ſimile ff. de inoffic. teſta. nam & li. §. filius.

ᵈ Profitetur. Notandum quod uictoria unius prodeſt alteri: ſed condẽnatio non nocet. ff. de adulte. denuntiaſſe. extra de adulte. ſignificaſti. ff. de inoffic. teſta. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. ſi ſerui. uendi. loci. §. competit. Item argument. quod confeſsio unius non nocet alteri. xv. quæſtio. iij. nemini. Argumen. contra. lix. diſtin. ordinatos. & lxxx. diſtin. tantis. Et eſt uerum, quod non nocet alij quantum ad condemnationem, nocet tamen quãtum ad præſumptionem, ut extra de adulte. ſignificaſti, &c.

ᵉ STatuit. Duo. Argũ. contra. C. de adult. reos. Sed dic quod non agitur hic criminaliter, ſed ad pœnitentiam, uel ad tori ſeparationem. ⁵

ᶠ Alter illorum. Velut procurator. ⁶ lxiij. diſt. tibi domino. Sed ſi directe ageretur, cum ſit cauſa criminalis, non poſſet unus alterum conſtituere procuratorem: ut iij. q. ix. abſens. Niſi uelis dicere quod in cauſa criminali unus ſocius auditur & pro ſe, & pro alijs: ut eſt arg. iij. q. vj. hæc quippe. & extra de dol. & cõtu. cum dilecti in princip. ⁷

ᵍ SI epiſcopo. Quinquennio. Hodie deponitur, qui in purgatione deficit, ut extra de ſimo. de hoc. ubi habes quid fieri debeat cum uolens purgare ſe nequit.

Illud uero. Dictũ eſt. ſ. in c. omnibus. & c. presbyter. quod clerici cõpelluntur ad purgationẽ: ſed illa duo capit. mandaſtis. & auditum, contradicunt ei, ideo magiſter hoc determinat.

QVod uero. Hæc quæſtio diuidit in duas partes: in quarum prima quæritur an ad condemnationem alicuius ſufficiãt duo legitimi teſtes: & reſpondetur quod ſic. Secunda ibi, ex præmiſsis. Ioã. de Fant.

ʰ Duorũ. Semper duo ſufficiunt. iiij. q. iij. ca. ſi teſtes. §. item ubi numerus. niſi in caſibus ſpecialibus. Sed in iſto caſu unus ſufficit, ut ex. de teſtib. cogẽ. peruenit. & ubi nulli ſit præiudiciũ. de conſecr. diſt. iiij. placuit de infantib. & in cauſa denuntiationis. extra de teſtibus. in omni. & in alio caſu, extra de procu. ex inſinuatione. & ubi agitur ad impediendum matrimonium. extra de ſponſ. præterea. Item quantum ad præſumptionem faciendam. viij. quæſtio. iij. talia. ff. de dote præleg. Theopompus. Item plures duobus requiruntur. j. ead. nullam. & capitu. præſul. Tres requiruntur in depoſitione pecuniæ. in authent. de fide inſtrument. §. ſi quis igitur. colla. vj.

⁵ Iſtã gl. dicit Barſing. in l. reos C. de adulte. ad hoc quod adulter, & adultera poſſunt in eodẽ libello accuſari, quando agit ad tori ſeparationẽ.

⁶ Idẽ no. hic Hu. qui dicit, quod hoc pot eſſe in purgatiõe per ferrum uulgarem ſed ſi quis recte &c. ut ſequitur in gl.

† Imo nõ facienda praedicta.

⁷ Vbi de hoc, & j. quæſt. vj. ſi quãdo. in glo. regulare eſt in fin.

Teſtis quandoque unus ſufficit quandoque plures duob. requiruntur.

Item quinque requiruntur, dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. ſi cer. per. auth. ſed nouo. & in codicillis & in donatione cauſa mortis ſimiliter quinque: ut C. de don. cau. mor. l. ult. quandoque xv. ut C. de proxi. ſacro. ſcri. vnicuique. lib. xij.

Ex præmiſsis. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat contrarium eius quod præmiſſum eſt: & hoc [illegible] contra: quia loquun[illegible] ſpecialiter de [illegible] næ eccleſiæ. Ioan. de Faut.

probatur. *Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Chriſtus ad Iudæos: In lege ueſtra ſcriptũ eſt, quoniam duorum hominum teſtimonium uerũ eſt. Hinc conſequenter argumentatur cõtra eos dicens: Si duorum hominum teſtimonium verum eſt, quare teſtimonium meum, & patris* [a] *mei non accipitis? Item Paulus in epiſtola ad Corinthios: In ore duorum uel trium* [b] *teſtium ſtabit omne uerbum. Item in epiſtola ad Hebræos: Quis præuaricans legem Moyſi, duobus uel tribus teſtibus conuictus, ſine miſeratione lapidabitur.*

Item ex concilio Bracharenſi ſecundo.

Quot teſtibus quiſque clericorum conuinci debeat.

CAN. I.

PLacuit, ut ſi quis aliquem clericorum macula fornicationis impetit, ſecundum præceptũ Pauli Apoſtoli duo uel tria [c] teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi nõ potuerit datis teſtimonijs approbare quod dicit, ex cõmunicationem [d] accuſati accuſator accipiat.

2 *Ex præmiſſis itaque colligitur, quòd duorum, uel trium teſtimonio epiſcopus conuinci, uel damnari poteſt. Porrò Syluester Papa in generali ſynodo reſidens econtra dixit.*

Quot teſtibus epiſcopus, uel presbyter, uel reliqui clerici ſunt conuincendi.

CAN. II.

PRæſul [e] nõ damnetur, niſi cum lxxij. teſtibus: presbyter aũt cardinalis niſi cum lxiiij. teſtibus nõ deponatur: diaconus uero cardinalis vrbis Romanę niſi cũ xxvij. teſtibus nõ condemnabitur: ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, nõ niſi vij. teſtib. cõdemnabitur. Teſtes [f] autem & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.

Item Leo quartus.

Epiſcopi non niſi lxxij. teſtibus condemnandi ſunt.

CAN. III.

NVllã damnationem [g] epiſcoporũ unquã eſſe cenſemus, niſi aut ante legitimum numerũ epiſcoporũ, [h] qui fit per xij. epiſcopos: aut certè probata ſentẽtia per lxxij. teſtes idoneos, qui tales ſint qui accuſare poſsint. Et prius ad ſacra Chriſti quatuor euangelia ſacramẽta præſtent, ꝙ nihil falſum [i] depromant, ſicut nobis beatus Syluester tradidit, & Romana ſancta uidetur tenere eccleſia. Et ſi inter eos, quos damnandos eſſe dixerint homines, fuerit eps, qui ſuã cauſam in præſentia Romanæ ſedis epiſcopi petierit audiri, nullus ſuper illum diffinitiuã præſumat dare ſentẽtiam: ſed omnino eam audiri decernimus.

a Et patris. Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij in teſtamento: ut ff. de teſtamentis. l. qui teſtamẽto. alias non, ut iiij. quæſtio. iij dicto capitulo, ſi teſtes. §. teſtes quos. hic autem iſti mentiri non poterant. Vel dic teſtimoniũ meũ, & patris mei, id eſt, de patre meo & me dictum, ſcilicet teſtimoniũ prophetarum.

b Vel trium. Vt comprehẽdat actorem pro uno teſte. extra de teſtibus. in omni. Illũ tamen loquitur id cauſa denuntiationis. Vel ideo dicit trium, qꝛ quandoque ſecundum canones plures quã duo requiruntur: ſed nunquã pauciores: ut extra de teſti. licet. Vnde in teſtamẽtis bene requiruntur. vij. C. qui teſt. facere poſ. hac cõſultiſsima, niſi in ijs, quæ eccleſię relinquũtur: 1 ut ex. de teſta. cũ eſſes & c. relatum. Ioan. Quod dicit Ioan. de teſtamẽtis, non credo uerum. unde dico cum T. decret. illas, cũ eſſes. & relatum. in quolibet teſtamẽto loqui. B.

PLacuit. CASVS. Dicitur *quod ſi aliquis accuſat aliquẽ de fornicatione, poteſt ꝓbare crimẽ duobus uel tribus teſtibus: & ſi non probauerit, punietur pœna talionis. Patet ſequen. §.*

c Tria. ĩ. diſt. xlviij. quoniam multa.

d Excommunicationem. Id eſt, damnationem.

e PRæſul. Id eſt, [illegible]

f Teſtes. Extra de teſtibus. perſonas. & c. ſuper eo.

g NVllam damnationem epiſcoporum. Sed hoc nõ uidetur poſſe ſtare: quia nullus poteſt iudicare clericos Romanæ eccleſiæ niſi ſolus Papa. Item quia epiſcopi epiſcopũ deponere non poſſunt: ut iij. quæſt. ſexta. quamuis. Reſpondeo quod loquitur in eo caſu, quãdo Papa committit alijs cauſam ſuorũ clericorum, ne ipſe ſuſpectus habeatur, uel ne fauore pro eis, uel odio contra eos iudicaret. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. l. prætor.

Nullam damnationem. ĩ. iij. q. vj. accuſatus. & capit. quamuis.

h Epiſcoporum. Infra. v. quæſt. iiij. duodecim.

i Falſum. Quinq; capitula iurabunt teſtes. ſcilicet: ut dicant ueritatem: ut iij. q. ix. hortamur. & quod teſtentur pro utraque parte ueritatem. ut xiiij. quæſtio. v. non ſane. quod non admiſceant falſitatem, ut hic, quod nec amore, nec odio, nec proprio commodo teſtentur: ut extra de teſti. c. quoties.

Pater in cauſa filij poteſt teſtificari.

Ioan. 8. c

Deu. 17. b

2. Corint. 13. a

Hebr. 10. e

1 In his quæ pietatis cauſa relinquũtur, minus ſolẽnis uoluntas ſufficit, ſicut & inter liberos. C. de teſt. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. Arch.

Teſtes quinque capitula iurare debẽt.

Item

Item quinto requiritur, quod dicant quicquid de re ipſa nouerint, ſiue fuerint interrogati, ſiue nō: ut ex̄. de accuſat. cum dilectus. 1 quod non credo, niſi hoc liqueat ex forma iuramenti. ut infra.

1 De hoc etiam nō. extra de teſti. fraternitatis in gl. ulti. ubi addit Hoſt. aliū caſum, ſ. q neutri parti manifeſtabūt dicta ſua ante quā ſint publicata arg. iiij. q. iij. ca. ſi teſtes. §. itē qui falſo. & ſtudia.

Sed hoc uel ſpeciali priuilegio de clericis Romanæ eccleſiæ intelligit̄, uel propter improbitatē quorundā: qui cū nō ſint ſpectatæ uitæ et ſciētiæ, ī accuſationē miniſtrorū Dei repēte proſiliūt. Quorum uerò uita adeò laudabilis eſt, ut in omnib. imitāda appareat, de quorū aſſertiōe nulli dubitatio naſci poterit: eorū teſtimonio duorū, uel trium teſtium quilibet iure conuinci & damnari poterit.

QVAEST. VI.

1 Sequitur ſexta queſtio, qua querebatur quo remedio cauſa uitiata ſubleuet̄: et ſi remedium illud ſit dādum ei, q cā dilationis uocē appellatiōis exhibuerit. Cauſa uerò uitiata remedio appellationis ſubleuari poterit.

Vnde Fabianus papa ait.

Cauſa uitiata remedium appellationis ſubueniat.

CAN. I.

Licet appellatori uitia tā cām remedio appellationis 2 ſubleuare.

PALEA.

Appellantem non debet afflictio ulla, aut carceris, aut retentionis iniuriare cuſtodia.

Item Anacletus papa.

De eodem.

Sed hoc. Modo dicit quare de tot teſtibus fuit ſtatutum? propter. ſ. priuilegiū clericorum Romanæ eccleſiæ. & hæc ſolutio eſt uera. uel ppter malitiā hæreticorū fuit ſtatutū de omnibus clericis: qua ceſſante ceſſabit cōſtitutio. Sed uerius eſt q propter malitiā hæreticorum uel malorū hoīum ſtatutum fuit de clericis Romanæ eccleſiæ, quibus hoc priuilegium datū fuit, quod non ceſſat, cauſa ceſſante: & hoc innuit. B.

Sequitur. Hæc quæſtio diuiditur in octo partes: in quarum prima probat per ix. authoritates ſanctorum patrum, quod quādocunque quis grauatus fuerit, poterit appellare, & eius appellatio tenebit. Secunda ibi, Cum ergo. Tertia ibi, Qui uero. Quarta ibi, Poſt datam. Quinta ibi, Non ſolent. Sexta ibi, Notandum. Septima ibi, Si uero. Octaua ibi, Diffinitiua. Ioan. de Fant.

2 Licet. Appellationis. Appellatio eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens. ff. de minor. præfecti. tamen & in ijs quæ extra iudicium aguntur, appellatur, ut in electione: ut extra de appellat. conſtitutus. Qui appellat, dicetur. ĩ. eo. non ſolent. & hoc in ciuili cauſa. In criminali autem quilibet etiā inuito reo appellat. ff. de appel. non tantū. & in cauſa liberali: ut ff. de lib. cau. l. j. & ij. Ad quem ſit appellandum. Appellatur autem a minori ad maiorem, & gradatim: ut ĩ. eo. anteriorū. C. de app. præcipimus. excepto Papa, ad quem omnibus prætermiſsis appellatur: ut ĩ. ea. cap. iij. iiij. & v. Et hoc uerum eſt in iudicibus ordinarijs. In delegatis autem diſtinguitur, ſi ipſi alijs cauſam commiſerint, ſi tota iuriſdictio eſt delegata, appellatur ad primum delegantem: extra de offic. delega. ſuper quæſtionum. §. porro. ff. quis & à quo ap. l. j. ſed ſi non tota cauſa eſt delegata, tunc appellatur ad delegantem ſecundum: ut C. qui pro ſua iuriſdictione. l. j. ff. quis & a quo appel. l. fi. & extra de off. deleg. ſuper quæſtionum. Quomodo ſit appellandum. Iudice ſedente pro tribunali poteſt uiua uoce appellari: ſed extra iudicium in libello tantum appellabitur: ut ĩ. ea. §. iudicibus. uerſ. litigatoribꝰ. ff. de appel. a ſententia §. ult. Quando appellandum ſit. Secundum leges appellatur tantum poſt diffinitiuam ſententiam, niſi in caſibus notatis ĩ. eo. nō ita. extra de app. ſuper eo. ij. Secundum canones & ante litem conteſt. & poſt: ut extra de appel. cum ſit Romana. ĩ. eo. non ita. licet hoc ſit correctum per conſtitutionem nouam extra eo. ut debitus ubi dicitur quod cauſa appellationis debet aſsignari. Item ſecundum canones appellatur quoties ſuperior iudex inuenitur: ut ĩ. ea. omnes. ſecundū leges bis tantū: ut ĩ. ea. poſt ſecundā. Io. Hoc pro certo teneas, quod ante ſententiā poteſt appellari quoties pars grauatur, & allegatur cauſa: ut extra eod. ut debitus. Sed poſt diffinitiuā ſententiā tm̄ bis, ut dicunt leges prælegatæ: nec aſsignatur tunc cauſa: ſed dicit, appello ab iniqua ſentētia. Sentētia tamen in cauſa matrimonij nō tranſit in rem iudicatā: ut ex̄. de ſent. & re iud. lator. & c. conſanguinei. B. Intra quod tempus ſit appellandū. Item appellat̄ uſque ad decē dies cōtinuos: ut ĩ. eod. anteriorum. Intra quod tempus debet appellatio proſequi. Appellanti datur annus, uel biennium: ut ĩ. eo. ſi quis appellat. Tamē iudex poteſt moderari tempus reciſius. extra eod. cum ſit Romana. & ca. reprehenſibilis. Item appellatione pendēte nihil innouandum eſt: ut infra ea. §. appellatione. niſi appellans ſuſpectus ſit, uel depopulator: ut infra ead. quoties. ij. In cauſa criminali reus cuſtoditur, uel dabit fideiuſſorem, ſi eſt ſuſpectus. C. de appel. eos. uerſ. ſuper his. Iudicis officiū eſt libellos dimiſſorios dare. ĩ. ea. poſt appellationē. Iudex autem ad quem appellatur, ſi appellatur a ſententia, ſecundum priores allegationes uel infirmabit, uel cōfirmabit ſententiam: ut ĩ. eo. §. diffinitiua. in fi. poteſt tamē nouas allegationes audire. C. de app. eos. §. j. ff. de appel. ſcio quæſitū. in fi. extra de fide inſtrumen. cum Ioannes. Quando autem non eſt neceſſe appellare, habes. ĩ. ea. § diffinitiua. Inhibetur autem appellatio, quia a principe non appellatur. ix. q. iij. cuncta. nec a præfecto prætorio. C. de offi. præf. præto. l. j. nec a ſenatu, ut ff. a quibus app. non licet. l. j. nec ab arbitro. C. de arbit. l. j. nec appellat officiatus. ĩ. ead. § diffinitiua. uerſ. nulli. Item propter ſceleris magnitudinem non appellatur. C. quorū appel. non reci. l. ij. & extra de appel. cū ſit Romana. Item in momentanea poſſeſsione: ut ĩ. eo. §. diffinitiua. 3 uerſ. de poſſeſsione. ſecundū leges, ſed per canones ſic, extra de teſti. ſignificauerunt, & de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. Item in re quæ non capit dilationem. ff. de appel. re. l. ulti. & extra de rapto. in literis. Argu. contra extra de appella. qua fronte. in fine. Ibi appellatio non retardat ſententiam, niſi ad tempus. Item a ſententia maioris partis capituli. extra de ijs, quæ fiunt a maiori parte capit. cap. j. Item contumax appellat: ut xxiiij. quæſtione tertia. de illicita. infra eadem. §. ſunt etiam quorum. C. de iudic. properandum. §. ſin autem. Item ab executore non appellatur. infra eadem. §. diffinitiua. uerſ. ab executore.

Appellationis diffinitio.

Appellās a delegato ad quē appellare debet.

2 Dicas q ſiue appellet in iudicio, ſiue extra, debet obſeruari q dicitur extra lib. vj. de appell. cordi. quę eſt Innoc. iiij. & hoc cū a iudice appellatur ad Papā: & hoc ibi intelligit Hoſt.

Appellationis tēpus poteſt iudex moderari.

Appellatio in multis caſibus nō admittitur.

3 Melius diceret. §. ſunt etiā quorum. verſic. de poſſeſ. ubi de hoc.

Omnis.

CAN. II.

OMnis [a] oppreſſus liberè [b] ſacerdotum, [c] ſi uoluerit, appellet iudicium: & a nullo prohibeatur, ſed ab his fulciaſ, & liberetur, & audiatur. Si aũt difficiles cauſæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem [d] ſedē referātur: & ſi illic facilè decerni nō potuerint, aut iuſtè terminari, ubi fuerit ſummorũ † cōgregatio ſub metropolitano congregata (quæ per ſingulos annos fieri ſolet & debet) iuſtè & Deo placitè coram patriarcha [e] aut primate eccleſiaſtica negotia, & coram patricio negotia ſecularia [f] iudicentur in communi. [g]

Item Sixtus Papa omnibus rectoribus eccleſiæ ſcribit dicens:

Quiſquis pulſatus fuerit, apoſtolicam ſedem appellet.

CAN. III.

SI quis ueſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſacratam & apoſtolicam [h] ſedem appellet, & ad eam quaſi ad caput ſuffragium habeat, ne innocens damnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur.

Item Gregorius.

Epiſcopi grauioribus cauſis pulſati apoſtolicam ſedem appellent.

CAN. IIII.

OMnes epiſcopi, qui in aliquibus pulſantur, uel criminantur grauioribus cauſis: quoties [i] neceſſe fuerit, liberè apoſtolicā ſedem appellent, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant.

Item Marcellus Papa.

Ab omnibus appelletur ad Romanam eccleſiam.

CAN. V.

AD Romanam eccleſiam omnes epiſcopi, qui uoluerint, [k] uel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuum confugere, eamq; appellare debent: ut inde accipiant

---

[a] Omnis. Pone caſum quod appellatur a ſubdito epiſcopi [1] ad epiſcopum: deinde ad metropolitanum, deinde ad concilium metropolitani.

[b] Libere. Id eſt, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt.

[c] Sacerdotum. Ergo a ſeculari iudice ad Papam poteſt appellari: quòd uerum eſt uacante imperio: ut extra de fo. compe. licet. alias non, ut extra de appel. ſi duobus.

[d] Ad maiorem. ī. xvij. di. multis. § j.

[e] Coram patriarcha. quæ una dignitas eſt: ut xcix. di. prouinciæ.

[f] Secularia. Scilicet cum ambo ſint laici: quia prælati non debent tractare ſecularia iudicia. xj. quæſtio. j. te quidem. Vel dic, ꝙ cum laicus iudex non uult facere iuſtitiam, tunc appellatur ad eccleſiaſticum, ut ipſum corrigat: & ſi noluerit facere iuſtitiā, poteſt ipſum excommunicare: ut xxiij. q. v. adminiſtratores. Vel dic, qđ cum iudex ſecularis ſuſpectus eſt, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus: [2] ut in authent. ut diff. iu. §. ſi uero. col. ix. uel etiam ſi deceſſerit: ut ibi dicitur. Vel ſi habeaſ querela contra ipſum: ut in ea. col. §. ulti. ſic extra de fo. cōpe. ex tranſmiſſa. & extra eod. licet.

[g] In communi. Id eſt, publice.

[h] **S**I quis ueſtrum. Apoſtolicam. Ex hoc & ſeq. cap. patet, quod ad Papam alijs prætermiſsis appellatur: ſed in alijs ſecus eſt, ut ĩ. ead. decreta. & quæſtione vij. metropolitanum. & ix. q. iij. conqueſtus. & xvij. diſtin. multis. & xviij. diſt. de concilijs. Cum ergo hoc ſit priuilegium Papæ, ergo ad legatum non appellatur omiſſo epiſcopo: ut xj. quæſt. j. peruenit. Sed contra extra de officio lega. cum non ignoretis. Sed dicas, quod ille non fuit tantum legatus, ſed metropolitanus. Et ſi ille legatus non habuiſſet illud priuilegium, inutile fuiſſet officium legationis: ſed ille, qui ſimplex legatus eſt, non habet illud priuilegium, niſi ei ſpecialiter ſit datum. Ioan. Quicquid dicat Ioan. omnibus prætermiſsis curritur ad legatum, ut dicit illa decreta. & quod facit legatus, Papa facere uidetur. xciiij. diſtinct. cap j. & ff. de adminiſtra. tut. ita autem. §. geſsiſſe. B.

[i] **O**Mnes. Quoties. Dum tamen non ultra ſecundam uicem, ne lites in infinitum extendantur. Non enim licet tertio appellare ſuper eodem capitulo: ut infra ea. ſi quis in quacunque. ſic exponiſ hæc dictio quoties, ff. de legat. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de eden. ueluti. in fi. ſimile quoties, habes extra de elect. querelam. in parte deciſa. ſecundum Hu. exponitur quoties ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt. Alij dicunt, quod licet etiam ter appellare ſecundum canones: ut ĩ. xxxj. q. ij. Lotharius. ſ. ea. omnis. ſed M. dicit quod licet a grauamine quandocunque appellare, ſed bis poſt ſententiam tantum. & exponit quoties, id eſt, in omni grauamine: ſed nō niſi bis a ſententia, ut ĩ. ea. ſi quis in quacunque. & extra de appella. directe. G. dicit quod in illo capitulo. omnis. tertio fuit relatum: & hoc non fuit per appellationem, ſed per cōſultationem: ut ſ. diſtinct. xviij. cap. j. & extra eod. ſua nobis.

AD Romanam eccleſiam.

[k] Qui uoluerint. Ergo fruſtratoria admittitur, ut extra eod. conſuluit. ergo audiendus eſt, qui cauſa dilationis appellat: ut extra de appella. cum ſit Romana. & cap. perſonas. ſed contra ius cum puniſ, ut C. de appell. l. à proconſulibus. & C. quorum appell. non reci. ab executore. in fine. ubi in 50. libris auri puniſ tur fruſtratorie appellans, ergo ius non debet eam admittere: ut xxiij. quæſtione iiij. qui peccat. imo non debet per eam negotium impedire, extra eo. paſtoralis. Reſpon. dubia fruſtratoria eſt admittenda, ſicut occultus peccator ad euchariſtiam. de conſec. diſt. ij. non prohibeat. Hodie autem ipſo iure eſt inhibita appellatio ante ſententiā: niſi tam euidens cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima reputari: ut extra eodem, ut debitus. Sed cum hodie ipſo iure ſit inhibita appellatio. quid prodeſt ſcribere remota appellatione? Reſp. ſi appellatio remouetur in literis, tunc intelligitur remota etiā poſt ſententiam. Alias etiam rationes aſsignaui ſuper illa conſtitutione, ut debitus. ſed ſi non apponitur in literis. tantum ante ſententiā eſt remota. Io. Ego credo ꝙ nihil prodeſt remotio appellationis, niſi ad remouendam fruſtratoriam appellationem, [3] ut dicit decre. expreſſe extra de appellationibus. ex parte B. Hoc ſcias, quod niſi iudici euidenter pateat appellationem tenere, nunquam deferat ei. Vnde ſi non credit tenere appellationem, non deferat ipſi, licet ſuperior poſsit retractare quod factum eſt, ut extra eodem. paſtoralis. Sed pone quod iudex dubitat de appellatione, aut defert tali appellationi, aut non. ſi defert: mentitur ergo conſtitutio & decretalis. Nam conſtitutio dicit, quod niſi talis cauſa ſit propoſita, quæ

---

[1] Id eſt, minori prælato nō tamen officiali epi. quo caſu & cōſuetudo contra hoc nō valet, extra lib. vj. de cōſue. nō putamus. Archid.

Appellaſ a iudice ſeculari ad eccleſiaſticum.

[2] Id eſt, ephoſ qui erat ſupremus digni tatis apex ... [illegible] S. Ioannis euangeliſtæ diſcipulum.

[3] Subau. qui cū eo cognoſceret. & hoc eſt qđ hic dicit litera in fi. cōmuni, ſecundum Io. de Fā.

Appellaſ ad papam omiſſo medio.

Appellare tertio nō licet.

[3] Sub. & ſic remoueſ, quod de iure cōmuni ē remotũ. Sed cōtra hoc eſt. C. de theſaur. l. j. & ff. ad munic. l. j. & ideo plus placet, qđ dicit ſupra Io. de Fā. uā ſi hæc clauſula nihil operatur, quare decr. extra eo. inqſitioni. fundaſ ſuper c. ideo his eiectis dic ut plene no. Hoſtiē. in sũma, eo. ti. §. quomodo. decre. ut debit⁹. uerſ. abſq; rationabili, & c Archidia.

quæ ſi foret probata, legitima eſſet appellatio, non eſt deferẽdum appellationi. Item decreta. paſtoralis. dicit quod in ſolis illis caſibus deferendum eſt appellationi, ubi a iure indulget expreſſe, quod poſsit appellari. Si dubitatur de appellatione: ergo non debet cognoſcere de cauſa, cum dubitet an ſit iudex, arg xj. qõ. iij. graue. Ad hoc dico, quod ſi iudex dubitat de cauſa appellationis, ſummatim poteſt inquirere de cauſa, uel ſeorſum extra formam iudicij inquirẽdo de cauſa. Et ſi uidetur cauſa probabilis, & præterea talis, quod ea ꝓbata legitima iudicaretur, defert ei. Vnde non ſufficit appellãti proponere talẽ cauſam, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima iudicari: ſed etiam requiritur, ꝙ ſit probabilis, & ꝙ iudici iuſta uideat.

a Conſecrationem. Si metropolitanus diſtulerit. viij. quæſtio. iij. Atraldus.

b Cuſtodia. Qui appellat, nec cogitur dare cautionem de proſequenda appellatione, nec cuſtodiri debet, niſi ſit cauſa criminalis, & ſuſpectus ſit, ut C. de appell. eos. §. ſuper his.

c Excommunicatione. Pro alijs tamen bene poteſt excõmunicari, ut extra de appel. ad hoc. & ex. propoſuit.

d SI quis putauerit. Vel primatem. Vel, pro id eſt.

e AD Romanam eccleſiam. Matrem. nec præſumitur eſſe mater niſi diligat filium, ut extra de præſumptio. afferte.

f PLacuit. Maior. ff. de appella. l. j. §. ſi quis. j. cad. anteriorum.

tuitionem atq; conſecrationem. a Quod omnibus minimè conuenit denegari epiſcopis, ſed abſque ulla cuſtodia, b aut excõmunicatione, c aut expoliatione, uel damnatione liberè ire concedatur.

Itẽ Victor epiſcopus.

Qui à proprio metropolitano ſe grauari putauerit, maiorem ſedem appellet.

CAN. VI.

SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham, uel d primatẽ diœceſeos, aut penes uniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

Item Zepherinus urbis Romæ epiſcopus.

Ad Romanam eccleſiam quaſi ad matrem appelletur ab omnibus.

CAN. VII.

ij AD Romanã eccleſiam ab omnibus (maximè tamẽ ab oppreſſis) eſt appellandum, & cõcurrendum quaſi ad matrem, e ut eius uberibus nutriantur, authoritate defendantur, à ſuis oppreſſionibus releuentur: quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum.

Item Iulius papa.

Quoties aliquis appellauerit, audientia ſibi non denegetur.

CAN. VIII.

PLacuit ut a quibuſcũque eccleſiaſticis iudicibus ad alios iudices eccleſiaſticos, ubi eſt maior f authoritas, prouocatum fuerit, audientia non negetur.

Item.

Iniuſtè damnati reſtitutionẽ, & oppreſſi auxilium à Romana eccleſia debent habere.

CAN. IX.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſunt conceſſa tam de congregandis concilijs g & iudicijs, ac reſtitutionibus h epiſcoporum, quàm etiam de ſummis eccleſiarum negotijs, ut ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumãt: & talia ab impijs non præſumantur abſque ultione: nec exerceantur abſque ſua damnatione.

2 *Cùm ergo i Zepherinus dicat ab omnib. eſſe appellandum, maximè tamẽ ab oppreſſis: & Marcellus ſcribat: Oẽs epĩ, qui uoluerint, uel quibus neceſſe fuerit, appellare debent: patet quod accuſato (ſiue grauetur ſiue non) uox appellationis nõ eſt denegãda. Quidam tamen ita diſtinguunt, ut uolentes, ad conſecrãdos, neceſſitatem patientes, ad oppreſſos referant, ut ſit ſenſus: Omnes, qui uoluerint à Romana eccleſia conſecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare. Quibuſcunque in ſuis oppreſſionibus neceſſe fuerit ad eam confugere, ſimiliter uocẽ appellationis exhibeant: ut iſti tuitionem, & illi cõſecrationẽ ab ea recipiãt. Similiter & illud Zepherini diſtinguitur: Ab omnibus eſt appellandũ ad Romanã eccleſiã, intelligendũ eſt, qui ab ea cõſecrationẽ uoluerint accipere: uel qui à ꝑlatis ſuis aliquã iniuriã paſſi fuerint, maximè tamẽ ab oppreſſis: ſecundũ primã iterpretationẽ oppreſſi intelligũtur aliqua iniuria affecti,*

g IDeo huic ſanctæ ſedi. Concilijs. Ergo patet, ꝙ legatus non poteſt facere concilium, ut dixi ſ. diſtinc. iij. ca. regula. §. porro. & diſt. xvij. regula. & ca. huic ſoli ſedi.

h Ac reſtitutionibus. Argu. hic quod ſolus papa poteſt reſtituere clericum depoſitum. de pœnit. diſtinc. vj. qui uult. in fin. & ff. de quæſtio. l. j. in fin. & de pœ. l. diui. Arg. contra. xj. q. iij. epiſcopus in ſynodo. & xlvj. diſtin. clericus. maledicus. Ad hoc dicas, quod ſi eſt ſolẽniter degradatus, ſolus papa poteſt eum reſtituere: ſecus ſi eſt uerbo ſolo depoſitus.

i Cum ergo Zepherinus. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua quæritur, an ſit licitum fruſtratorie appellare. & uera eſt ſolutio, ꝙ non: & quæ dicit, ſuperficialiter dicit: & ad hoc probandum inducit viij. authoritates ſanctorũ patrum. Io. de Fan.

Cum ergo. magiſter magis approbat opinionem, quæ dicit quod fruſtratoria admittitur. & probat hoc ſeq. iiij. cap. & ſuſpenditur cõſtructio uſque ad illum §. patet ergo. unde in titulo cuiuslibet capi. ponitur hæc dictio, cum.

Decreto.

2 De hoc no. 50. diſ. contumaces. ibi uideas.

[a] DEcreto. Aemulorum. Si æmuli erãt, quomodo admittebatur ad accuſationem: cum de iure hoc ſit prohibitum, ut ĩ. ea. q. vij. ſi qui ſunt. & iij. q. v. ca. ij. iij. & iiij. Reſpõ. omnes accuſatores uulgo dicuntur æmuli. præſumitur enim, quod ſemper inuidię cauſa fiat accuſatio. Vnde canon uocat accuſationem illaudabilem intentionem: ut ĩ. ead. q. vij. ſi quis epiſcopus. nam non ſolum uidetur eſſe diſcordia inter accuſatorem & accuſatum, ſed etiã inter domeſticos & amicos accuſatoris & accuſati: ut ff. de lega. ſciendum. §. ij.

Accuſatio præſumitur ſemper inuidiæ cauſa fieri.

[b] Auditionem. Videtur hic, quod non licet appellari ad apoſtolicum omiſſo metropolitano: ut ĩ. q. vij. metropolitanũ. & ſ. ea. ſi quis putauerit. & ff. de appel. Imperatores. Sed nõ tenet hoc in foro eccleſiaſtico, ſ. e. ſi quis. Sed ſubaudi maxime.

[c] Legatos. Ad hoc deſtinatos. Vel dic, quod in legato papæ ſpeciale eſt ſecũdum quoſdam, ut de crimine poſsit diffinire: ut xvij. q. j. frater. alias ſecus, ut ff. de offi. procon. l. ſolent. & ff. de eo cui manda. eſt iuriſdi. l. j. imo nec dico legatum papæ hoc poſſe facere ſine mãdato ſpeciali: ut extra de offic. leg. quod trãſlationem.

[d] Actiones. Notandum actiones eſſe proponendas. xj. q. j. experientiæ. & extra de iudi. examinata. Argu. contra extra eo. tit. dilecti. Io. Solu. ſecundum ius canonicum non tenetur aliquis proponere actionẽ, ut extra de iudic. dilecti. Sed ſi propoſitã inepta, cadit à cauſa proponens, ut extra eo. titu. examinata. B.

Actio ſecundũ canones nõ eſt de neceſsitate proponenda.

iuxta ſecundum uerò oppreßi dicũtur à iudice iniuſtè condemnati. ſecundùm hanc diſtinctionem, qui in aliquibus negotijs non ad releuandũ ſed ad differendum uocẽ appellationis exhibuerint, appellandi authoritatem nõ habent.

Vnde Gregorius ſcribit omnibus per diuerſas prouincias.

De cauſa appellationis cognoſcere non licet, niſi ei, ad quem appellatur.

CAN. X.

DEcreto noſtro ueſtram rogãtes charitatem mandamus, ut ſi aliquis (quod non optamus) ſuorũ æmulorum [a] Aldricum Cenomanẽſis eccleſiæ epiſcopũ accuſare damnabiliter tentauerit, liceat illi poſt auditionem [b] primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos appellare: & noſtra authoritate aut ante nos aut ante legatos [c] noſtros ex latere miſſos iuxta patrum decreta ſuas exercere atque diffinire actiones [d] nulluſq; illũ ante hoc iudicet, aut iudicare præſumat. ſed ſi quid (quod abſit) graue intolerandumq; ei obiectũ fuerit, noſtra erit expectãda cenſura: ut nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ eccleſiæ Romanæ cõfugit, & eius implorat auxiliũ, decernatur, quàm ab eiuſdem eccleſiæ authoritate fuerit præceptum: quæ uices ſuas ita alijs impertiuit eccleſijs, ut in partem ſint uocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Si autem (quod non arbitramur) aliquis ſecus præſumptum fuerit, ab officio cleri ſubmotus, [e] authoritatis apoſtolicæ reus ab omnib. iudicetur: ne lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrauerunt, beſtiali ſæuitia quoſdam audeant lacerare, & quod ſibi fieri nolũt, alijs inferre præſumant.

Item cum Iulius papa dicat:

Iudicia appellantium ab eis ſunt audienda, ad quos appellatur.

CAN. XI.

QVi ſe ſcit [f] alijs eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquẽ ſibi eſſe prælatum. Ipſa nanque eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſijs uices ſuas credidit largiendas, ut in partem ſint uocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde omnium appellantium apoſtolicam ſedem epiſcoporum iudicia, & cuncta maiorum negotia cauſarum eidem ſedi reſeruata eſſe liquet: præſertim cùm in his omnibus eius ſemper ſit expectandum cõſultum, cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit, ſacerdotum cauſa non ſine honoris ſui periculo ſe apud eandem ſedem nouerit redditurum.

Item cùm Nicolaus papa in Remenſem archiepiſcopum inuehatur, qui Rotardum epiſcopum appellantem apoſtolicam ſedem damnare auſus eſt, ita dicens:

De Remenſi archiepiſcopo, qui appellantem Romanam ſedem iudicare eſt auſus.

CAN. XII.

ARguta! ſapientia tua (utinam in bono) accepto fomite iudicij, materiam depoſitionis aduerſus Rotardum aſſumpſit, & ab itinere apoſtolicæ ſedis remouit, & continuatim [g] apoſtolicam ſedem appellantem damnauit, & carcerali [h] cuſtodiæ mancipauit. & infrà. Priuilegia tamen apoſtolicæ ſedis uos obliuioni tradere nullo modo debuiſſetis, quibus uenerandi canones iudicia totius eccleſiæ ad hanc deferri iubent. & infra. Hoc quippe nos in Rotardo idcirco noueritis operatos, ut priuilegia ſedis apoſtolicæ, quæ malè

[e] Submotus. Ecce pœna illius, qui non defert appellationi, ſed ſecundum leges punitur in xxx. pondo auri. C. de appella. quoniam.

De hoc leg. & no. viij. diſt. quo iure. ibi uideas.

[f] QVi ſe ſcit, &c. iij. quæſtio. vj. quãuis, &c.

ADDITIO.

Et ca. multum. & c. dudum. Lau.

[g] ARguta. Continuatim. id eſt, iterum & iterũ.

[h] Et carcerali. Quod poteſt fieri in cauſa criminali, ſi condẽnatus appellans eſt ſuſpectus, nec poteſt dare fideiuſſorem: ut C. de appella. eos.

Honore.

a uobis uiolata eſſe uidebantur, authoritate apoſtolica, & canonica patrum deliberatione priſtino tandem ingemo & proprio decorentur honore. [a]

Item Leo Papa.

Quiſque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus deſiderat.

CAN. XIII.

Qvi ſcit [b] ſe quibuſdam præpoſitum, nō moleſte ferat aliquē ſibi eſſe prælatū: ſed obediētiam quam exegerit, [c] etiā ipſe dependat: & ſicut nō uult grauis oneris ſarcinas ferre, ita nō audeat alijs importabile pō dus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri dicentis: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde.

Patet ergo quòd nulli appellāti ſunt induciæ denegandæ. Cæterū ſi cauſa fruſtratoriȩ dilationis appellauerit: à iudice ad quem prouocatū fuerit, cōdemnabitur. [d] *Tēpus uerò appellationis eſt ante datā, uel poſt datā ſententiā. Quoties enim quis ſe grauari ſenſerit, liberè poteſt appellare.*

Vnde Sixtus papa ait.

Qui grauatur a proprio metropolitano, primate, aut uniuerſalis eccleſiæ ſedē appellet.

CAN. XIIII.

SI quis putauerit ſe a proprio metropolitano grauari, apud primates diœceſeos, aut penes uniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur.

Romanam ſedem appellet qui iudicem ſuſpectum habet.

CAN. XV.

QVoties epiſcopi ſe a ſuis comprouincialibus, uel a metropolitano putauerint [e] prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanā appellent [f] ſedem: atque eis liberè ire liceat: & dū prædictā Romanā eccleſiā appellauerint, aut ab ea ſe audiri [g] popoſcerint, nullus eos aut excōmunicare, [h] aut eorū ſedes ſurripere, aut res eorū auferre, aut aliquā eis uim inferre præſumat, antequam amborum cauſa Romani pontificis authoritate terminetur. Quod ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit, ſed uiribus carebit.

Item Iulius Papa.

De eodem.

PALEA.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, ut ab ea oēs auxiliū oppreſſi, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant.

a Honore. Vt ſicut de facto fuerat depoſitus, ſic de facto reſtituatur, [1] ut de appel. ad hæc ſicut. & capi. ad præſentiam. ſupra ead. quæſt. j. primates.

b QVi ſcit. Ita facit hoc capitulum ad propoſitū: quia ſicut epiſcopus, uel alius prælatus eccleſiæ uult deferri appellationibus ad ipſum factis, ſic & ipſe tenetur deferre appellationibus factis ad ſedem apoſt. Et eſt ſimile bonum C. de offic. præfecti urbi. l. j. ubi dicitur, quod eſt ſocietas muneris, ꝙ magiſtratus gradū ſuperioris agnoſcat.

c Exegerit. Sim. xxxij. q. vj. cap. j. & ij. & lxxiiij. diſtinct. cap. quorundam. & diſt. ix. neque. in fi. ff. de adult. ſi uxor. §. iudex. Ioan.

d Condemnabitur. Si appellatio alicuius fuerit pronunciata fruſtratoria, tunc ſi prior iudex a quo eſt appellatum, non admittit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abſcedat. C. de appella. a proconſulibus. ſed ſi prior iudex admiſit appellationem, pro arbitrio iudicis punitur: ut C. eo. Leos. §. ne temere. Sed ſi in ciuili negotio per calumniam appellet, punitur in 50. libris argēti. C. quorum appel. non reci. ab executore. in fi. Si ſine calumnia, nō punitur niſi in expenſis. extra de ap. c. ſæpe. extra de eo qui mittitur in poſſ. cauſa rei ſeruan. cum ueniſſent. Item remittitur ad eum, a quo appellauit. extra eod. cum in eccleſia. Dicunt tamen quidam, ꝙ niſi euidens ſit aliquem calumnioſe appellaſſe, non debet puniri in expenſis. Argumen. optimum. ff. de lega. ij. qui ſolidum. §. etiam. alioqui quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum: ut ff. de peti. hæred. illud. Tunc autem præſumitur non fieri calumnioſe, cum iuratum eſt de calumnia: ut j. quæſtione vij. ſancimus. ſed hoc non credo: [2] imo ſemper in cauſa appellationis condemno uictum: ut j. eo. omnino. & in conſtitut. noua Innocē. de appella. ut debitus. [3] & ff. de appel. negotiorum. in princip. & ſupra eo. quæſt. j. in primis. Ioan.

e QVoties. Putauerint. Licet non grauentur, & ſufficit quod putent hoc, & ſufficit probare probabilem cauſam appellandi. extra de appellationi. bonæ. in fine. & ff. eodem. appellanti. niſi ſit remota appellatio: tunc enim requiritur quod ſit probabilis, & quod ſit talis, qua probata, legitima ſit appellatio: ut extra eodem. ut debitus. Ioā. Ego credo indiſtincte, quod hodie debet eē cauſa probabilis & legitima: ut extra eo. vt debitus. ꝙ intelligo ante ſentētiā. B.

f Appellent. Nota, quod poteſt a iudice ſuſpecto recedi per appellationem, [3] uel etiam per recuſationem, ut hic, & extra eodem. poſtremo. & ſupra. capitu. proximo, & extra ut lite non conteſta. accedens. j. & quic. quid ſit poſt recuſationem, æque caſſatur, [4] ſicut fieret poſt appellationem ut extra de eo, qui mit. in poſſ. cum ſicut. in fin. Refert tamen cum dicitur, recuſo iudicem ut ſuſpectum: quo caſu loquitur decret. extra de app. ſecundo requiris. Vel ſi ſic dicatur, habeo iudicem ſuſpectū. Quo caſu non cogitur coram arbitro probare cauſam ſuſpicionis, quia poteſt iudicem declinare per appellationem: ut dictum eſt.

g Audiri. Not. nihil intereſſe, utrum dicat quis, ꝙ uelit cauſam ſuam audiri a Papa, uel expreſſe ad ipſum appellauerit, ſicut nec refert, an appellet quis facto, uel uerbo. extra eod. cap. dilecti. in parte deciſa.

h Excommunicare. Poteſt tamen de facto ad cautelam petere abſolutionem, ut extra eod. ad præſentiam. ſi uero appellatio non tenet, tunc poteſt talis excommunicari poſt abſolutionem. argumentum extra eodem. quæſtioni. Ioan.

1 Scilicet Rotardus epiſcopus infra.

Matth. 11 d

Appellans per calumniam ad quid puniatur.

2 Hanc ſententiā ſequit Goffre. quod dic ut plene no. per Bal. Inno. & Ho. extra de do. & contu. finem. Archidia.

3 Iudex ſuſpectus dupliciter deſeritur.

3 Dicit Innocē. Nos cōcedimus quod à iudice delegato uel ordinario poſsit appellari ex ea cauſa, quia ſuſpectus eſt: cū tunc habeat certū mediū recuſationis iij. q. v. quia ſuſpecti. Archid.

4 [redacted]

Non

Oppreſſi et ſe prægrauari putantes intelliguntur ante datā ſententiā: iniuſtè uerò damnati poſt datam ſententiam.

Vnde Euthicianus urbis Romanæ epiſcopus ſcribit omnib. epiſcopis.

Ante exitum cauſæ per appellationem recedere licet.

CAN. XVI.

NOn ita [a] in eccleſiaſticis agendū eſt negotijs, ſicut in ſecularib. nam in ſecularibus poſtquā legibus uocatus quiſque uenerit, & in foro decertare cœperit, nō licet [b] ei ante peractam cauſam recedere. In eccleſiaſticis verò dicta cauſa [c] recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe uiderit prægrauari.

3 *Qui uerò ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde in concilio Mileuitano.

Excōmunicetur, qui iudicibus ſuis obtemperare nō uult.

CAN. XVII.

QVisquis [d] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus: cū hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatū, [e] det literas, ut nullus ei cōmunicet epiſcoporū, donec obtemperet.

Item quod poſt datam ſententiā appellari poſſit, Fabianus papa teſtatē dicēs:

Non denegetur appellatio ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauit.

CAN. XVIII.

LIceat etiam in criminalibus [f] cauſis appellare, nec uox ap-

Appellare ante ſententiam utrum liceat.

[a] NOn ita. Secundum leges ante diffinitiuam ſententiam non appellatur: ut C. de iudic. apertiſsimi. & infra ead. non ſolent. tamen clericus ante diffinitiuam ſententiam appellat: ut C. de epiſco. audien. l. ij. & cum actorum uel pronuntiationis editio negatur. C. ut lite pendente. l. ij. & cum ab iniuria appellatur: ut ff. de minoribus. ait prætor. §. permittitur. Idem dico, ubi appellatur a grauamine manifeſto: ut C. de app. ſi quis prouocationem. Item vbicunque iudex aliquid facit contra legem negando dilationē, uel quid ſimile: ut j̄. ea. non ſolent. Hodie autem ſecundum ius canonicum non appellatur ante ſententiam, niſi euidens fuerit cauſa grauaminis: ut in conſti. Innocen. ut debitus. & ſic uidetur idē iuris ſecundum leges & etiam ſecundum canones, quod falſum eſt: ut dicunt doctores legum, & infra ead. non ſolent.

[b] Non licet. Alia eſt ratio negotiorum eccleſiaſticorum, alia ſeculariū: ut j̄. de cōſec. di. iij. celebritatem. x. di. leges. xxxiij. q. ij. admonere. arg. contra. xj. q. j. quicunq; litem. ſed hoc nō tenet: ut ex. de fo. comp. propoſuiſti. Quidā tamen dicunt, quod ubicunq; tā ſecundū leges, quā ſecundum canones poteſt fieri appellatiō a manifeſto grauamine. Alij dicunt, quod ante ſententiam ſecundum leges non appellatur, niſi in caſibus in iure expreſsis.

Appellationis cauſa, utrum ſit aſsignāda.

[c] Dicta cauſa. Id eſt, aſsignata cauſa appellationis. ſed nō oportet ibi probari, ſed coram iudice ad quem appellat: ut C. de appel. eos. & j̄. ea. q. in fi. niſi in caſu C. de precibus impera. off. auth. quæ ſupplicatio. & extra de ijs quæ fi. a maio. par. ca. cum in cunctis. Nec prius eſt audiendus appellans a iudice ad quem appellauit, quam conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine. aliter enim remittēdus eſt ad eum a quo appellauit: ut extra de app. cum in eccleſia. Videtur ergo, quod quilibet tenetur aſsignare cauſam appellandi: ut hic, & extra de appel. conſtitutus. ij. & ff. de app. appellanti. ſicut in ſuſpecto iudice cauſa eſt aſsignanda, licet alibi probanda ſit: ſed quod non ſit aſsignanda, probatur: quia fruſtratoria appellatio ſecundum hæc iura eſt admittenda. Item non uidetur eſſe neceſſarium, quod allegetur cauſa: quia poteſt ab ea recedi. ff. eo. ſcio quæſitum. in fi. extra eo. ti. conſtitutus. Item quod non ſit neceſſe cauſam aſsignare, probatur extra ut lite non conteſta. accedens. ij. Et dicit lex quod cum coram iudice appellatur, ſufficit dicere appello: ut ff. de ap. ſcio. Dicas ergo quod ſemper appellans tenetur aſsignare cauſam: ut extra eo. ut debitus. [1] tamen ſi cauſam non aſsignat, & poſtea contra iudicem appellationis probat iuſtam fuiſſe cauſam appellandi, bene caſſabitur quod factum eſt: ut extra ut lite non conteſta. accedens. j. Et ita prior iudex bene facit non deferendo appellationi: cum cauſa appellationis non ſit expreſſa. Secundus ſimiliter bene excuſat, quod factum eſt: cum iuſta cauſa ſub fuerit appellandi, Alij exponunt dictam cauſam. i. lite non conteſta. quia ante litem conteſt. non eſt appellandum, ut extra de appel. reprehenſibilis. niſi fiat apertū grauamen, ut extra eo. cōſuluit. j. & c. cum ſit Romana. Io. Hodie ante ſententiam, qui uult iudicem recuſare, ſemper proponat cauſam, ut extra eod. ut debitus. & offerre debet proponēs ſe uelle eam probare coram arbitris ſi iudex petit. alioqui eius appellatio non ualet, ut extra de app. interpoſita. Si uero nō recuſet iudicē, ſed aliam cauſam proponat, allegat talem qua probata ſit legitima, & eam coram iudice offerat ſe probaturum ſi iudex petit. Ber.

[1] Hoc melius habetē eo. ti. cum ſpeciali. vbi Inno. not. quod ſufficit ei quod recuſat, cauſas recuſatiōis legitime proponere. Archi.

Qui uero. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua dicitur, quod contumaces ſunt puniendi ſecundum maius & minus: tamen grauatus ſemper poterit appellare: & hoc probat per tres authoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fantu.

Delegati inferiorū ſuas ſententias exequi non poſſunt.

[d] QVisquis. Iſtud cap. intelligunt quidam de delegatis iudicibus, quorum ſententiā epiſcopus loci tenetur mādare executioni: ut extra de offic. deleg. ſignificaſti. Alij intelligunt de iudicibus datis ab ipſo epiſcopo, qui ſuam ſententiam non poſſunt mandare executioni: quia tantū delegati a principe poſſunt mandare ſuas ſententias executioni. ff. de re iudi. a diuo. ſed hoc non eſt uerum: quia ſubdelegati hoc poſſunt: ut extra de offic. deleg. ex literis. & extra de ſententia & re iudic. cum Bertholdus. Ioā. Fere omnes dicunt, quod ſubdelegatus non poteſt ſententiam mandare executioni per legem. ff. de re iudi. a diuo. & ſi excommunicare poſsit: ut extra de offic. deleg. ex literis. quia iubere, cauere, & in poſſeſſionem mittere, magis eſt imperij, quam iuriſdictionis: ut ff. de iuriſd. omn. iud. iubere. B. Sed quod poteſt mittere in poſſ. cauſa rei ſeruandæ, habetur extra de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. cap. iij.

[e] Probatum. Ergo qui dicit aliquem contumacem, hoc probabit: [2] ſicut qui dolum obijcit. arg. ī. q. j. c. j. & c. nemo. extra de reſtitu. ſpol. audita. Argu. contra ff. de re iudi. contumacia. & lxv. diſt. c. ulti.

[2] Scilicet per teſtes uel inſtrumēta, uel citatiōes quæ i ſcriptis redigēdæ ſūt. extra de pba. qūer.

[f] LIceat etiā in criminalibus. Imo potius in criminali, quam in ciuili: ut ff. de appel. non tantū. & j̄. ead. non ſolent. & §. eſt autem quando. verſ. nullus.

Si quis

pellationis denegetur ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauerit.

Quod ante idem affirmauit.

Ante datam ſententiam licet alicui appellare.

CAN. XIX.

SI quis iudicẽ aduerſum ſibi ſenſerit, uocem appellationis exhibeat.

4 *Poſt datam uerò ſententiam, qui appellare uoluerit, ĩtra quinq; dies* [a] *appellet: & intra eoſdem à quo prouocauit, literas dimiſſorias accipiat, & intra eoſdem ad quem appellauit iter arripiat. Vnde in Theodoſianis legibus* [b] *ſic ſtatutum inuenitur.*

Poſt latam ſententiam intra quod tempus quiſque appellare debeat.

CAN. XX.

PRopter ſuperfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, uel reuocandis ſententijs liberũ habere arbitriũ uideantur, & tẽpora appellationis, & pœnæ cõſtitutæ ſunt, ut quicunq; apud iudicem, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem prouocare uoluerit, intra quinq; dies appellet, & in his ipſis quinque diebus ad iudicem ad quem prouocauerit, ſine aliqua diſſimulatione perueniat: & ipſe dies, in quo accepit literas, in his quinque diebus ſpecialiter computetur. Quòd ſi longius iter ſit, exceptis quinque diebus ſpatium dierum, quo iter [c] agi poſſit, habita dinumeratio ne uiginti millium diurnorum, per ſingulos dies, computetur.

Item.

A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimiſſoria literæ dirigantur.

CAN. XXI.

AB eo, à quo appellatum eſt, ad eũ, qui de appellatione cogniturus eſt, dimiſſoriæ literæ dirigantur, quæ uulgò apoſtoli appellantur: quarũ poſtulatio & acceptio intra quinque [d] dies ex officio finienda eſt.

Iſta iam ſuperius ſub titulo de cautionibus et pœnis appellantium interpretata ſunt. Qui intra ſtatuta [e] *tempora dimiſſorias non poſtulauerint, uel acceperint, uel reddiderint, præſcriptione ab agendo ſubmoueantur, & pœnam appellationis ferre cogantur.*

Idem.

De his, qui cauſa dilationis appellant.

UAN. XXII.

QVicunque [f] non confidentia iuſtæ cauſæ, ſed cauſa differendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellauerit: uel ſi de facto ſuo confeſſus, ne abijciatur, appellare uoluerit, huiuſmodi appellationes non recipiantur.

Item.

Cum poſſeſſor appellat, dum euentus cauſa dubius eſt, poſſeſſionis fructus ſequeſtrentur.

CAN. XXIII.

QVoties poſt auditam cauſam poſſeſſor appellat, fructus poſſeſsionis de qua agitur, dum ſequendæ audientiæ euentus dubius eſt, meritò ſequeſtrantur [g]. Nã ſi petitor appellauerit, hoc ab eo poſtulari non poteſt: quia non poteſt ſequeſtrari, quod non habet. Si propter prædia urbana, uel mancipia, uel iumenta appellaẽ, poſſeſsiones eorũ, uel mercedes, uel uectura, ét ſi de nauis naulo agatur, deponi ſolent.

Idem.

Iniuſtè appellans omnino puniendus eſt.

CAN. XXIIII.

OMnĩo puniendus eſt quoties iniuſta appellatio pronuntiatur. Sumptus, [h] quos dum ſequeretur aduerſarius

---

SI quis. Poſt datã. Hęc eſt quarta pars quæſtionis, in qua quæritur intra quod tempus ſit appellandum, & dicas quod intra decẽ dies. j. ead. anteriorum. Probat tamen magiſter in legibus Theodoſianis, qđ intra triduũ ſit appellandũ. Sed illæ leges ſunt correctæ ꝑ prædictã legem anteriorũ. Io. de Fantu.

a Intra quinque dies. Olim ſtatuti fuerunt duo dies. j. ead. biduum. poſtea Theodoſius dedit quinque, deinde Iulianus decem: ut j. ea. anteriorum.

b Vnde in Theodoſianis legibus. Qui has leges allegat, falſarius eſt, ut C. de uete. iure enucle. l. ij. §. hæc igitur omnia. & C. de nouo Codi. confir. in fin.

c PRopter. Quo iter. Vt ſemper uiginti milliaria pro die computẽtur [1], ut ff. ſi quis cautio. l. j. & ſi quid ſupererit, hoc etiam ꝓ die cõputetur, ut ff. de uerb. ſig. l. iij.

d AB eo. Intra quinque. Hodie triginta: ut j. eadem quæſtio. in fin. cap. penul.

e Statura. Sic & hoc hodie nõ tenet: ut C. eo. quoniam.

f QVicunque. Quod obtinet in ciuili, ut confeſſus non audiatur appellans. in criminali aliud, ut j. ead. ſunt quorum. [illegible] niſi alia probatio iudicem inſtruat. ff. de quæſtionib. l. j. §. diuus. ij. Ioan.

QVoties poſt auditam cauſam.

g Sequeſtrantur. Hoc non tenet hodie, ut j. xvj. quæſt. iiij. uolumus. j. eod. appellatione pendẽte. & extra de ſequeſtra. ad hoc. Vel tenet in caſu, qui eſt ff. de appella. Imperatores. ſcilicet quã do poſſeſſor dilapidat fructus: ut ibi dicitur. hoc expreſſe patet de ſequeſtra. cap. penulti. & fin. Vel dic quod ſi appellatur ab executore, quod tunc ſequeſtrantur fructus, ſed non res ipſa: ut C. quorũ app. non recip. ab executore.

h OMnino. Sumptus. ſecundum canones punitur ſin expenſis, hic, & extra eod. reprehenſibilis, ſecundùm leges puniĩtur in ciuili cauſa. in quinquaginta libris argẽti. C. quorum

1 De hoc not. extra de elec. cũ inter uniuerſas. & de reſcri. nõnulli. § gl. nunqd &c.

Cõcor. l. ij. cũ gl. & ibi Bar. C. quo. appel. nõ reci. & l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel.

Appellatio ab executore, [illegible] cit fructus ſequeſtrari.

Appellantis iniuſte punitio.

rum appellatio. nō recip. ab executore. ſ criminali infamis eſt, & litē perdit, ut C. de appel. a procō-ſulib. niſi primus iudex amiſiſſet appellationem: quia tunc arbitrio iudicis punietur. C. de appel. eos. §. nec temere.

a Quadruplos. Hodie ſimplos, ut C. de fructib & lit. expen. non ignorat. & lege terminato. Vel forte duplos, ut iij. q. ō. iij. libellū. Dic ut extra de dolo. finem.

b Anteriorum. In authē. de appellatio. & intra quæ tēpora debeat appellari. collatio. iiij. in prin.

c Dierum. Sed nunquid ille, dies in quo appellatꝰ computabitur inter illos decē dies? Nō uꝰ: quia dies illa in qua ꝓmiſſio aliqua fit, non cōputatꝰ cum illo tempore, niſi excipiatꝰ: ut ff. ſi quis cautio. l. j. Sed cōtra dies in quo fit diuortium, cōputatur inter ſexaginta dies, qui dātur accuſatori a tēpore diuortij: ut ff. de adult. pater. §. j. Itē licet dicatꝰ intra decē dies, tamen decimus dies comprehenditur intra illud tēpus: ut ff. de ſucceſſ. edic. l. j. §. quod dicimꝰ. & ff. de uerbo. ſigni. ſi quis ſic dixerit. imo idē uideretur, ſi diceret ante decē dies, qđ adhuc in decimo die poſſet appellare: ut ff. de uerbo. obliga. l. eum qui. §. qui ita. & facit ad hoc ī. eadem. ꝓpter. Reſpō. quod ſi tantum ſupereſt de die, quod pōt deliberare condemnatus, tunc illa dies computatur ꝓ uno die. Ican. Ego credo quod ſemꝑ computetur: & ita ſeruatꝰ de facto. Bar.

d A recitatione. Nunquid hoc tempus utile eſt, ſicut fuit tēpus bidui? quod uꝰ. aliter enim uidere-

† Impotentes.

Appellationis dies computatur in decennio, quod datur, ad appellandum.

[redacted]

impendit, reddere cogatur, non ſimplos, ſed quadruplos. a

Præmiſſis authoritatibus intra quinque dies poſt datam ſententiā cuique appellare permittitur. Quod poſtea Iuſtinianus in conſtitutionibus ſuis corrigens, intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit dicens:

Imperator Iuſtinianus Auguſtus.

Intra decem dies remedium appellationis conceditur.

CAN. XXV.

ANteriorum b legū acerbitati plurima remedia interponētes, † & maximè hæc circa appellationes facientes, in præſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſariū. Antiquitati enim cautū erat, ut ſi quis per ſe litē exercuerit, & fuerit condēnatus, intra duos dies tantū modo licentiam appellationis haberet. Si autem per procuratorē cauſa uētilata ſit, in triduū proximū eam extendi. Ex rerum autem experiētia inuenimus hoc ſatis eſſe dānoſum: plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putātes in triduū prouocationes eſſe porrigendas, in prompeū periculū incidiſſe: & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſariū duximus huiuſmodi rei competenter mederi. Et ſancimus omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu per defenſores, uel curatores & tutores uentilentꝰ, poſſe intra decem dierū c ſpatium a recitatione d ſententiæ numerandorum iudicibus ab his, quorum intereſt offerri, ſiue magni, ſiue minores ſint, excepta uidelicet ſubliniſsima prætoriana præfectura, ut liceat homini intra id ſpatium pleniſsimè deliberare ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum: ne timore inſtante opus appellatoriū frequentetur, ſed ſit omnibus iſpectionis copia, quæ indiſcuſſos hominū calores poteſt refrænare. Ad hoc ſancimus, ſi quando lis e ſperatur in noſtrum inferri conſiſtorium, ſi fortè contigerit Imperatoris maieſtatem occupatam publicis cauſis ex mundanis prouiſionibus, non poſſe conuocare patres, quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litē periclitari. Qđ enim uitium eſt f litigantium, ſi culmen imperatorium occupetur? uel quis tantæ eſt authoritatis, ut nolentem principem poſsit ad conuocādum patres, cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid g tale euenerit, cauſa intacta permaneat, donec Imperator h ſua ſponte motus & conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundùm morem procedere.

Illud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autem neglexit. Cùm enim ueneranda uetuſtatis authoritas † ita magiſtratꝰ digeſſerit,

tur eſſe diminutum beneficium antiqui iuris, maxime cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo ueteri iuri ſtandum eſt C. de appel. præcipimus. in fine. Et quod non mutatur: quare ſtare prohibetur? ut C. de teſta. ſancimus. Quare ergo dicit hic a recitatione ſentētiæ: cū ſecundum legem antiquam a tempore ſententiæ computētur hi decē dies: ut ī. eodē. biduum? Dic ergo quod quātum ad ſui initium utile eſt, ſed continuum quantum ad ſui ꝓgreſſum: quia tempus hoc computabitur a tempore ſcientiæ. ut C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & ff. de ædilit. edict. cum ſex. & ī. ead. cap. biduum. Cum enim illi decē dies dentur ad deliberādum, an uelint ſtare ſententiæ, uel non, qualiter poſſet ignorans deliberare? Currit ergo hoc tempus a tempore ſcientiæ, & etiam a tēpore quo poteſt agere. ī. ead. biduum. §. palā. uerſicu. ſi aduerſus. extra de appell. ex ratione. Hu. tamen dicit hoc tempus eſſe continuum, ſed poſtea dicit reſtituendū eum, qui agere non potuit.

e Lis. extra eod. ex ratione.

f Vitium eſt. Argu. quod per me non ſtat, mihi nō eſt imputandum. xliij. diſtinc. Epheſijs. C. de condic. inſer. l. ult.

g Sed ſi quid. Vnde hic non pōt terminꝰ ꝑfigi, ut die tali ſit appellās reuerſurus: ut extra de appel. ex inſinuatione.

h Imperator. Idem eſt ſi alius iudex impediatur ad quē appellatꝰ. i auth. ut ſpō. larg. §. hoc quoque. coll. ix. hoc uerū eſt in cā appellationis.

Appellationis tēpus an ſit utile, an continuū.

a Sic etiā not. extra de appell. ſuper eo. §. ulti. & de excep. pia. in gl. ſic dicas. Arc.

Appellātei impedito, quomodo ſuccurrit.

† Cōcor. l. ſemper. ff. de iu. immuni. & l. teſtamēta. C. de teſt.

In

ut alij maiores, alij medij, alij minores ſint, & appellationes a minoribus iudicibus non ſolùm ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent: nouitas autem hoc dereliquerit, euenit, ut ſuper minimis cauſis a maximi noſtri iudices inquietentur, & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendijs: ut forſitan totius litis ęſtimatio ad ſumptus b iudiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Aegyptiaco tractu, uel adiuncta ei utraque Libya prouocatio ſperatur uſque ad decem librarũ c auri d quantitatem: non in hanc regiam urbem eam uenire, ſed ad præfectum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat uice ſacri cognitoris, nulla ei penitus poſt diffinitiuam ſententiam e appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Aſiana diœceſi, uel Pontica tale aliquid emerſerit uſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri: appellationes ad uiros ſpectabiles comites fortè uel proconſules, uel prætores, uel moderatores, quibus ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti auguſtalis uice ſacri cognitoris f intercedãt, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore proferand † decidendas. Orientalem autem tractum † cauſas appellatione ſuſpenſas, & uſque ad decem librarum auri quãtitatem limitatas, ad uirum ſpectabilem comitẽ Orientis mittere ſimili modo audientiam & finem eis impoſiturum ſancimus.

Illo uidelicet obſeruato, ut uiri ſpectabiles duces, uel alij ſpectabiles iudices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittant appellationes in litibus, quantæcunque ſint quantitatis (cùm non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed a minori iudicio in maius tribunal aſcendere) ſed ad illuſtriſsimam præfecturam illorum appellationes, cuiuſcunque ſint dignitatis, uel quantitatis (ut dictum eſt) dirigantur: quæ una g cum uiro excelſo pro tempore quęſtore eas dirimat: utroque h officio ſubminiſtrante i id eſt tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quàm præfectorio. Ita tamen k hoc ſancimus, ut nec a ducibus, uel ab alijs ſpectabilibus iudicibus, quibus forte & ſi priuati l ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat: ne cauſa non gradatim m procedere, ſed perperam uideatur: ſed a præſidibus n quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, o ſi non ſint ſpectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referatur. p Si autem uel illuſtres ſint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt, uel duces, qui omni modo ſpectabilitate ſunt decorati: uel hi, qui a principe ſunt delegati, ſpectabilem

In principali enim cauſa ſecus eſt: quia ibi perit lis triennio. C. de iudi. properandũ. Item qđ dixi, eſt uerũ, ſi ipſe appellans impediatur r per cauſam neceſſariam, puta per uim fluminis, uel ſimile. extra de appel. ex ratione. Si autem alter impediret eum, hoc ei no ceret: ſed poſſet agere contra impedientem. ff. de dolo. l. arbitrio. §. ſi dolo. Sed ſi ille non eſſet ſoluendo, tunc ei lis reſtituitur. ff. de eo, per quem factũ erit. ex hoc edicto. Argumẽ. contra extra de in integrũ reſtitutio. ex literis. Ibi enim non datur actio contra decipientem, ſed reſtituitur contra ſententiam. ſed hoc fuit, quia impediens nõ poterat ſoluere, qđ petebatur. Io. Hodie ſecundum canones non perit inſtantia iudicij, ſi propter impedimentũ cauſa intra triennium terminari nõ potuit: ut extra de iudi. cap. uenerabilis. B.

r Scilicet principē uel per iudicē. & ſic intelligit iſta decr. ex ratiõe. & probatur eo. tit. ex inſinuatiõe. ſecũdum Ioã. de Fant.

a Cauſis. Quod fieri non debet: ut in authen. ut omnes obed. iudi. §. hoc conſiderantes. colla. v.

b Ad ſumptus. i. ad uictualia, quæ dantur iudicibus: ut extra de ui. & hone. cleri. cum ab omni.

c Ad decem librarũ. No. x. lib. auri minimum quid dici.

d Auri. hic uocat minimã ſummam uſque ad x. libras auri: alibi uſque ad xx. marcas: alibi uſque ad duos aureos. ff. de du. ſi oleũ. alibi. 50. ſolid. C. de defen. ciui. l. j.

Summa minima.

e Poſt diffinitiuam ſententiam. Not. caſus, in quibus ſecundo non auditur appellans. C. de epiſco. aud. authen. ſi quis litigantium. C. de aſſer. tol. l. j. C. de app. l. iubemus. & l. in offerendis. in authenti. de ſan. epiſ. §. ſi quis uero. colla. ix.

Appellãs ſecundo multis in caſib. nõ auditur.

f Sacri cognitoris. i. principis.

g Quæ una. Scilicet præfectura illuſtriſsima.

h Vtroque. ſ. prætoris & quæſtoris. quæſtor enim, qui præfuit ſcrinijs Imperatoris, audiuit cauſas appellationis.

i Subminiſtrante. id eſt, cognoſcente.

k Ita tamen. Senſus eſt: non eſt appellandum à iudicibus, qui ſunt illuſtres, ad ſpectabiles qui ſunt minores, nec a ſpectabilibus ad alios ſpectabiles, cum ſint pares: ſed a præſidibus, qui ſunt minores, appellandum eſt ad ſpectabiles.

l Priuati. quando delegatur eis cauſa: ſed pendente iudicio ſiunt ſpectabiles: ut C. de appel. præcipimus. in fin. & ſic non ſemper conſideratur principium accepti iudicij. ſic iij. quæ. vij. c. infamis. §. tria. in fin. ſic ff. de pigno. act. l. ſi rem. §. ſi Argumen. contra extra de proba. capi. poſt ceſsionem. de elec. dudum.

m Non gradatim. C. de appella. præcipimus.

n Sed a præſidibus. Qui ſunt clariſsimi & minores.

o Datis. non tamen delegatis.

p Referatur. Appellatio ad iudices ſpectabiles.

† Perforant.

† Alias, orientalis autem tractus.

‡ Dicit Lau. q' iſta lex corrigit' per authē. de defen. ciuita. de hoc et not. extra de app. Archid.

Appellare non licet à maiori ad minorem.

Iudicij principiũ non ſemper conſideratur.

Sub

B

a Sub quacunque. Hoc uerum eſt, cum appellatur a ſpectabilibus: ſed ſi a clariſsimis, tunc non appellatur ad urbem, niſi ſit ſupra decem lib. auri: ut ſupra.

b Ad competentes. Per hoc not. appellationem ad alium fieri, quam ad delegantem contra id ff. quis, & à quo appella. l. ij. & extra de offic. delegat. ſuper quæſtionum. ſic infra, ea. placuit, ut preſbyteri.

habeant dignitatem, eorũ appellationes ſub quacunque [a] quantitate in hanc regiam urbem ad competentes [b] antiquo more iudices referantur: omnibus alijs, quæ in appellationibus [c] ſtatuta ſunt, uel ab antiqua proſapia, uel authoritate anteriorũ cõſtitutionum, uel a noſtra humanitate, intactis illibatisque cuſtodiendis.

Item Digeſt. titulo, quãdo appellandum ſit.

Quando appellandum ſit primò, uel ſecundò.

CAN. XXVI.

BIduũ uel triduũ appellationis ex die ſẽtentiæ latæ cõputandum erit. Quid ergo ſi ſententia fuerit ſub conditione [d] dicta: utrùm ex die ſententiæ tempus computamus ad appellãdum, an uerò ex die, quo cõditio ſententiæ extiterit? Sanè quidem non eſt [e] ſub conditione ſententia [f] dicẽda. Sed ſi ſit dicta, quid fiet? Et eſt utile ſtatim [g] tempora ad appellandum cõputari debere.

Quod tamen in ſententijs receptum eſt, ut uel altera die, uel tertia prouocetur, hoc etiam in cæteris obſeruandum eſt, ex quibus ſententia quidem non profertur: [h] appellari tamen oportet, & poteſt. ut cùm quis ad tutelam, uel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio [i] non admittitur.

Dies aũt iſtos in quibus appellandũ eſt, ad aliquid eẽ utiles oratio diui Marci uoluit, ſi fortè eius a quo prouocatur, copia nõ fuerit, ut libelli dent. Ait enim: Is dies ſeruabitur, quo primò facultas adeũdi erit. Quarè ſi forte poſt ſententiam ſtatim dictam copiam ſui non fecerit is, qui pronuntiauit, ut fieri aſſolet, dicendum eſt nihil nocere appellatori. Nam ubi primùm copiã eius habuerit, poterit prouocare. Ergo ſi ſtatim ſe ſubtraxerit, ſimiliter ſubueniendum eſt. Quid ergo ſi conditio horæ effecit, ut ſe reciperet? Si fortè ſententia dicta ſit iam ſuprema hora, [k] utique non uidebitur ſe ſubtraxiſſe.

Adeundi autem facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiam fecerit. Cæterùm ſi non fecerit, an imputetur [l] alicui, quòd ad

c Quæ in appellationibus. Id eſt, ad principem: ut C. de excuſa. tuto. quinquaginta. ff. quando appellan. ſit. l. j. §. ſi quis.

d Biduum. Sub conditione. De futuro, tunc ſuſpenditur ſententia. ff. ſi certum petatur. reſpiciẽdum. Conditio autem de præſenti, uel præterito, non ſuſpendit ſententiam. ff. ſi certum peta. cum ad præſens. & l. ſequen. tamen ſententia excommunicationis lata ſub conditione tenet. i lxiij. diſtinct. Salonitanæ. extra de ſenten. excom. a nobis. j. & extra de appel. præterea. ij. & ff. de uerbor. ſignifica cedere diem.

e Non eſt. Prohibetur quid fieri, quod tamen factum tenet. ſic xlv. diſtinctio. de Iudæis. ff. de interdictis & relega. l. relegatorum. §. ad tempus.

f Sententia. diffinitiua, ſed interlocutoria ſic: ut infra xvij. quæſtio. iiij. §. ſi quis ſuadente. & extra de appel. præterea. ij. quæ eſt huic legi contraria.

g Statim. In alijs præſcriptionib. nõ, niſi a tempore conditionis exiſtentis currit præſcriptio. ff. quando actio de pecu. eſt annalis. l. j. §. annus. & C. de præſcriptio. xxx. anno. cum notiſsimi. §. illud. Sed obijcitur. hæc ſententia non continet in ſe abſolutionem uel condemnationem: ergo nulla eſt: ut C. de ſententijs & interlocuto. præſes. ergo nec ab ea appellari eſt neceſſe: ut infra eadem. capit. ei qui. §. diffinitiua. uerſicu. eſt autem quando. Reſpon. licet modo nulla ſit, ſperatur tamen & timetur quod ſit ualitura. Nam in conditionalibus obligationibus ſpes eſt debitum iri: ut ff. de uerborum ſignificatio. l. cedere diem. inſtitu. de uerborum obligationib. §. ex conditionali. Vnde licet appellatio non inueniat quid extinguat, [1] tamen cõditione exiſtente retro fingitur extitiſſe: ut ff. de ſol. ſub conditione debitor. & effectus ſententiæ retrotrahitur quãdoque ut ff. de ijs qui not. infa. furti.

h Non profertur. ut in electionibus & præſentationibus, ut extra de appel. conſtitutis. & cap. reprehenſibilis. & extra de offi. deleg. ſuper eo. & eſt hic argum. quod a tempore electionis uſque ad x. dies poteſt appellari.

i Excuſatio. No. quod quinquaginta dies dantur ad excuſandum ſe illi, qui uocatur ad munus ciuitatis: ſimiliter ad munus tutelæ. ſed ſi excuſatio non fuerit admiſſa, tunc poterit appellare: ut inſtit. de excu. tut. §. qui autem. ff. quando app. ſit l. j. §. ſi quis tutor. C. de excuſ. tut. l. quinquaginta. nec tenetur tunc appellare cum nominatur tutor: ſed tunc cum excuſatio eius non admittitur, ut ibidem dicitur. Sed cum aliquis eligitur ad dignitatem aliquam, ſtatim tenetur appellare antequam ſe excuſet: ut ff. quando app. ſit. l. j. §. ſi quis tutor. niſi eligatur, ut ſit defenſor ciuitatis. ibi non habet locum appellatio: ut in authen. de defen. ciui. §. item illud. col. iij.

k Suprema hora. Videtur quod iudices uſque ad ſupremã horã teneñt expectare partẽ aduerſam, ſicut totus dies quo pecunia debetur, cedit arbitrio ſoluentis, [4] inſti. de uerb. ob. §. ij. & dicit lex: Audient iudices ueſpere mane & meridie: ut in auth. de iudi. §. ſedebunt. col. vj. & qui ante calendas promiſit, idem eſt ac ſi in calendis promiſiſſet: ut ff. de uerbo. obli. qui ante. Argu. contra. ff. de orig. iur. l. ij. §. & quia magiſtratibus. ubi dicitur quod incongruum eſt quod iudices ueſpere præſideant. Sed diſtingue, ut dicitur extra de offi. iud. deleg. conſuluit.

l An imputetur. Propter hoc uerbum dicunt quidam, quod non poſsit appellari, niſi in præſentia iudicis, quia

Excõmunicatio lata ſub conditione tenet.

[i] Non tamen niſi ĩ euentũ cõditiõis, ut in l. hic al leg. cedere. de hoc not. ſ. ea. q. v. quanto. & j. e. in gloſ. in alijs. Archid.

Sententia abſolutionẽ aut cõdemnationem cõtinere debet.

[2] Cõcor. tex. in l. j. § biduũ. ff. quę ſẽt. ſine app. reſcin.

[1] Nam per appellationẽ extinguitur pronũtiatum. ff. ad Turpilia. l. j. §. ult.

Iudex uſq; ad quã horã expectare debet.

[3] Hoc eſt uerũ in cõtractibus, ſed ĩ iudicijs ſecus: ut colligitur extra de offi. dele. c. cõſuluit. iuxta ſi extra uelit, non cõteſt. c. j. & de dolo. prout.

[4] Appellãdum ne ẽ iudice pręſente.

quia ſi eo abſente poteſt appellari, ergo non refert ſiue ſubtrahat ſe iudex. ſiue non. & eſt argument. pro eis extra eodem. cum ſit Romana. Sed contra extra eod. ſuggeſtum. extra de alienat. iudic. mut. cap. j. C. quomodo & quando iudex. ab eo. C. de iud. l. ult. a.

indiſtincte retractandum quod factum eſt ſi probatur iuſta cauſa abſentiæ, ut extra de ſenten. & re iudi. cum Bertholdus. Nec diſtinguitur, an potuerit conſtituere procuratorem, an nō: uel an abfuerit ex probabili cauſa, an non. Et eſt arg. ad hoc. C. quomodo & quādo iudex. l. ab eo. Ibi enim uidetur, quod nō ſit opus reſtitutione, ſed quod de iure cōi poſsit appellare, ſi abeſt ex cauſa neceſſaria tm̄, ut cum quis ſit deportatus propter ſuum delictum: tunc ſi potuit conſtituere procuratorem, non ſubuenitur ei, ut ff. de minor. Papinianus ait. Sed ſi abeſt ex iniuſta cauſa, nunquā auditur appellās, nec ſubuenit ei: quia contumax non auditur appellans, ut xxiiij. q. iij. de illicita. & j. eadem. §. ſunt quorum. niſi ueniat iudice adhuc ſedente pro tribunali, ut ff. de in integr. reſtitu. diuus. Sed ſi eſt abſens ante lit. conte. tunc vel excōmunicatur, uel fit miſsio i poſ. ut diſtinguitur extra ut lit. non conteſta. tuæ. & c. quoniam frequenter.

domum eius non venerit, quòdq; in hortos non acceſſerit, & ulterius quod ad uillam ſuburbanam? Magiſq; eſt, ut nō debeat imputari. Quare ſi in publico adeundi eius facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. Si quis ipſius quidem a quo appellauit, adeundi facultatem nō habuit, ut ei libellos daret, [b] eius aūt, ad quem appellauit, habeat copiā, videndum eſt, an ei præſcribi poſsit, quòd eum [c] non adierit. Et hoc iure utimur, ut ſi alterutrius adeundi fuerit copia, locum habeat præſcriptio. Palam eſt eam [d] propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, uel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. Si aduerſus abſentem fuerit pronuntiatum, biduum uel triduum, ex quo quis ſcit, [f] computandum eſt, non ex quo pronuntiatum eſt. Quod aūt abſentem dicitur poſſe prouocare ex quo ſcit, ſic accipimus, ſi nō in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nā ſi ille nō prouocauit, difficile [f] eſt, ut hic audiat. [g]

Si quem [†] in inſulam deportandum [h] annotauerit [i] præſes prouinciæ & Imperator reſcripſerit, ut deportetur, uideamus quando ſit appellandum, utrùm cùm Imperator reſcripſit, ut deportetur, an cum ei ſcribitur. Et puto tunc eſſe appellādum, cū recipi eum præſes iubet. Cæterum uerendum eſt, ne ſero ſit, ut tūc prouocetur, cū Imperator inſulam ei aſsignauerit. Cōprobata enim ſententia præſidis uel prætoris, tunc ſolet princeps in ſulam aſsignare.

Rurſus illud uerendum eſt, ſi mendacijs apud principem onerauit eū, quem deportandum laborat, intercludit ei uiam prouocandi. Quid igitur eſt? Rectè dicetur humanitate ſuggerente, ut & hoc & illo tempore nō fruſtra prouocaretur. quia non aduerſus principem, ſed aduerſus [k] iudicis calliditatem prouocauit.

Illud quoque uidendū eſt, ſi cùm Imperatori [l] ſcriberetur, exemplum literarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eū reſcriptum ſit: an appellare a literis pridem ſibi editis poſsit. Certè non poteſt: quia qui tunc [m] non appellauit, uera eſ-

[a] Appellauit. Id eſt, appellare uoluit.

[b] Libellos daret. Ipſe iudex, ſcilicet dimiſſorios. uel intellige de libellis appellationis, quos appellans uult dare iudici.

[c] Quod eum. Facto enim, ſicut uoce, quis appellat, ut extra de appel. dilecti. [a]

[d] Palam eſt eam. Poteſt enim damnum pertinere ad aliquem, & fieri nō ſuo nomine. xij. qō. ij. epiſcopus. §. qui manumittitur. xiiij. quæſt. ij. ſuperpendentia.

[e] Scit. Si. extra de appellat. ſuper eo. verſic. fin. C. quomodo & quando iudex. ab eo.

[f] Difficile. Id eſt, non. nam alibi ponitur hæc dictio difficile pro uix. xlvij. diſtinctio. quantumliber.

[g] Audiatur. Not. cum aliquis eſt abſens poſt lit. conteſta. aut abeſt ex iuſta cauſa, aut ex iniuſta. Ex iuſta tripliciter poteſt abeſſe, quia aut abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, aut ex cauſa neceſſaria tantum, aut ex probabili tantum. Si abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, ut ex cauſa reipubli. tunc ſi eſt legitime defenſus, reſtituitur ad appellandū; [†] ut ff. de in integ. reſtit. l. ulti. Si uero nullo modo eſt defenſus, uel fuit minus legitime, ad totā cauſam reſtituitur, ut C. ex quibus cau. maio. l. j. & de procura. quia. Si abeſt ex cauſa probabili tantū, ut ex cauſa peregrinationis, uel ſtudiorum, tunc ſi eſt legitime defenſus, ad nihilum reſtituitur. & ita loquit hæc lex ff. ex quibus cau. maio. l. necnō. Si autem nō eſt legitime defenſus, tunc ſi conſtituit procuratorem uel potuit conſtituere, ad nihilum reſtituitur: niſi ille procurator, quem reliquerat, mortuus ſit, uel forte ſoluendo non ſit, ut ff. ex quibus cau. maior. ſed & ſi. §. j. Decret. tamen dicit

[h] Deportandum. Præſes enim deportare non poteſt, ut ff. de lega. iij. l. j. §. deportatus. Sed relegare poteſt. ff. de iniuſt. rupt. teſta. l. ſi quis. §. eius. qui. & §. ſequenti. & ff. de interdictis & relega. l. relegatorū.

[i] Annotauerit. i. iudicauerit. Arg. quod metropolitanus poteſt cognoſcere de cauſa criminali epiſcopi, & talem ferre ſententiā: iudico te eſſe deponendum ſicut hic præſes iudicat deponendum.

[k] Aduerſus. Ergo qui appellat a grauamine, iuſte appellat, licet remota ſit appellatio in reſcripto, quia non aduerſus literas principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat. ſic extra de officio iudic. delega. cap. ſane. in fi. ff. de cuſto. reorum. l. diuus. C. de rela. l. ij.

Illud quoque. Hæc eſt ultima lex iſtius tituli.

[l] Imperatori. Conſulendo ipſum, uel referendo. H. & tunc litigatoribus edi debet conſultatio, ut C. de relat. l. ij. extra de appella. intimaſti.

[m] Qui tunc. Hic manifeſte uidetur, quod ſi quis non

F 2 appel

† Et ff. quod app. ſit. l. j & ideo dicebat Goffre. quod ap. emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi nō ſit fraudulenter. hoc ipſe no. in præ dict. c. ſuggeſtum. Archid.

Cōcor. tex. in l. j. §. libelli. & ibi Bar. ff. de app.

L[...]ile duplic[it]er ſumitur.

† Alias, ſi quidem i inſulam.

Abſenti utrū ſubueniatur.

Sed nō ad totam. cauſam. & ita intelligit. H. ex quib. cau. ma. l. ſi qui. ubi dicit i integrum. alias eſſet contra. ff. eo. ſed & ſi. §. ulti. Archid.

Metropolitanus de cauſa criminali epī cognoſcere poteſt.

Appellās a grauamine iuſtè appellat.

Appellare aut iudicē recuſare non ſemp licet.

appellat a ſuſpecto iudice, cum recipit literas iudicis, uel ſi quis non proteſtatur cauſa ſuſpicionis uel appellationis, quod poſtea non poſsit appellare uel recuſare, ut argum, extra de ſentent. & re iud. quod ad conſultationem. & extra de offic. delegat. gratum Sed contra petitis inducijs a iudice poteſt ipſum recuſare etiam allegata cauſa abſentiæ coram eo, ut extra, ut lite non conteſtata. accedens. imo & poſt præſtitam cautionem ſtandi iuri poteſt appellare: ut extra de eo q mit. in poſſeſ. cum ueniſſet. & iij. quæſt. iij. cap. induciæ. palea. §. offeratur. & non uidetur conſenſiſſe in iudicem, qui poſtulat ſibi edi genus actionis. ff. de iudic. non uidetur. & poſt receptas literas iudicis quas remittit papæ, poſſem iudicem recuſare, ut extra de offic. delega. cū olim. ij. item argument. extra de reſtitutio. ſpoliat. ex conqueſtione. Dic q ſemper poteſt a grauamine appellari, ut extra de appellatio. ut debitus.

idoneus eſt defenſor ſine ſatiſdatione. ff. de procu. qui proprio. ſed hoc eſt uirile officiū. C. de procur. alienā.

f Ab initio. Pro filio non poteſt mater agere, uel ipſum defendere: quia hoc eſt uirile officium. C. de procu. alienam poteſt tamen poſtulare pro parentibus ualetudine detētis. ff. de procu. fœminas. Sed aliena negotia poteſt mulier gerere extra iudicium. ff. de neg. geſt. l. iij. §. j. Si tamen uis recipere mulierem intercedētem pro aliquo, facias eam renūtiare auxilio Velleiani, ut C. quando mulier tu. offic. fungi. l. ultima.

Mater pro filio agere nō poteſt.

Cautela ad obligādas mulieres.

ſe quæ ſcripta ſunt conſenſiſſe uidetur: nec eſt audiendus ſi dicat euentum ſacri reſcripti ſe ſuſtinuiſſe.

Item Vlpianus lib. xlix. in tit. de appellationibus recipiendis, uel non.

CAN. XXVII.

NOn ſolent audiri appellantes, niſi hi, quorū intereſt, [a] uel quibus mandatum eſt, uel qui negotium alienum gerunt, quod mox [b] reus ratum [c] habeat. Sed & ſi mater ex pietate prouocauerit, [d] dicendum eſt, & hanc audiri debere. Et ſi litem [e] præparandā curare maluerit, intercedere nō uidetur, licet ab initio [f] defendere nō pōt.

Scæuola libro quarto regularum. Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionē [g] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus eſt: uel in criminali, ſi contra leges [h] hoc faciat. Marcellus libro primo de appellationibus. Eius qui [i] ideo cauſam agere fruſtratur, quia dicit ſe libellū principi dediſſe, & ſacrum reſcriptum expectaſſe, audiri deſideriū prohibetur: & ſi ob eam cauſam prouocauerit, appellatio eius recipi ſacris conſtitutionibus prohibetur.

Item Marcellus lib. v. de dimiſſorijs libellis.

De dimiſſorijs libellis.

CAN. XXVIII.

POſt appellationem [k] interpoſitam literæ dandæ ſunt ab eo, a quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue ad principem, ſiue ad quemlibet alium: quas literas dimiſſorias ſiue apoſtolos appellant. Senſus autem literarum talis eſt: appellaſſe puta Lucium Titium a ſententia talis iudicis, quæ inter illum & Mæuium dicta ſit. Sufficit aūt petijſſe intra tempus [l] dimiſſorias inſtanter [m] & ſæpius, & ſi non accipiat, idipſum conteſtetur. nā inſtantiā petentis dimiſſorias, cōſtitutiones deſiderant. Aequum

NOn ſolent. Hæc eſt quinta pars queſt. in qua ponit caſus diuerſos. Io. de Fant.

a Intereſt. Sic extra de offic. delega. ſuper eo. ff. de inoffic. teſta. ſi ſuſpecta. imo etiam ſi nō intereſt: dummodo qualecunq; timetur præiudicium fieri, ut. ff. eod. a ſententia. in princ. & extra de ſent. & re iudic. cum ſuper.

b Mox. i. intra decem dies: quia ratum debeo habere, quod meo nomine factum eſt, cum adhuc agere poſſim: ut ff. rem ratam habe. l. penult. Vel dicit mox. i. modico temporis ſpatio, quod magis intellectu, quam locutione exprimi poteſt: ut ff. de ſol. ratum. ff. rem ratam habe. quo enim.

Appellationē pro me factā, an teneat ratificare.

c Ratum. Sed nonne ſi aliquis appellat pro altero, ille cogitur habere ratam appellationem, cum negotium eius utiliter ſit geſtum, ut ff. de nego. geſt. Pomponius? Argument. contra quod tantum in criminibus appellatur inuito condemnato, ut ff. de appellatio. non tantum.

Appellat cōiunctus pro cōiuncto.

d Prouocauerit. Pro filio condemnato uel pro conſanguineo etiā poſſunt appellare aliqui, ut extra de reg. iur. cum in contemplatione. in parte deciſa. melius de reg. cum ſimus. in parte deciſa.

e Litem. Appellationis, quia ſi ab initio defenderet, oporteret eam ſatiſdare: quia in aliena re nemo

Ante ſententiam. Hic ponit tres caſus. in duobus appellatio cōceditur, qui ſatis ſunt faciles, & in tertio prohibetur.

g Si quæſtionem. In criminibus tantum fit quæſtio, ut v. q. v. illi. ff. de queſtio. l. j. in princip. Sed in pecuniarijs cauſis non facile, niſi cum aliter ueritas non poteſt liquere. ff. de quæſtio. diuus Pius. liberi etiā torquentur, ſi facto interfuerint. ff. eo. unius. §. teſtes. alias non. C. de quæſtio. decuriones.

Quæſtio in quibus cauſis fit.

h Si contra leges. id eſt, ſi uult torquere aliquem nulla præſumptione præcedente, quod non licet, ut extra de regu. iur. cum in contemplatione.

i Eius qui. Hoc intelligunt omnes cū nuntium miſit. Sed aliud eſt ſi per ſe in propria perſona & ante citationem iter arripuit: ut extra de appella. meminimus. & c. ſuggeſtū. Sed contra hanc diſtinctionem eſt argum. extra de offi. deleg. cum cauſa. ubi differtur cauſa propter miſsionem nuntij. & eſt hodie expreſſum in decret. de appellat. ad hoc. Sic non obſt. eo. tit. ut debitus honor. illud enim intelligitur quando hoc tantum dicit, & nō probat. & ibi dicitur quod primo conuenit, qui primo literas dedit iudici. hodie ſtatur decr. ut debitus.

k POſt appellationem. Similiter ſi appellationem non recipit, dabit literas appellanti, ut eas det ſuperiori: in quibus ſignificabit ei quare appellationem non recipit, ut ff. de app. reci. uel nō. ſciendū.

l Tēpus. xxx. dierū. ut ī. ea. §. ult. in fin. Et ſi intra tempus nō petierit, uidetur renuntiare appellationi. ut ſ. eo. ab eo. §. iſta. & C. eo. quoniam. nec iudex ad quem appellauit, eum audiet: iudex tamen etiam petenti tenetur offerre apoſtolos, ut C. eo. eos. in fi.

m Inſtanter. ſupra centum diſtinct. priſca.

Pet

eſt igitur, ſi per eũ ſtetit, [a] qui debeat dare literas, quo minus det, ne hoc accipienti † noceat.

Vlpianus libro quarto in titulo, nihil innouari appellatione interpoſita.

Appellatione [b] ĩterpoſita, [c] ſiue ea recepta fuerit, ſiue non: medio [d] tpe nihil [e] nouari oportet.

Si quis [f] ex pluribus facinoribus cõdemnatus, propter quædam [g] appellauerit, propter quædam non: utrum ſit differenda pœna eius, an non, quæritur? Et ſi quidem grauiora [h] ſunt crimina, ob quę appellatio interpoſita eſt, leuius autem id propter quod quis non appellauit, recipienda eſt omnino appellatio, & differenda pœna. Si uerò grauiorem ſententiam meruit ex ea ſpecie, ex qua non eſt appellatum, omnino pœna imponenda eſt.

Forma apoſtolorũ hæc eſt: Ego N. ſanctæ Bononienſis eccleſiæ epiſcopus te presbyterum Rolandũ capellanum ſancti Apollinaris ad apoſtolicam ſedem, quam appellaſti, ab obſeruatione noſtri iudicij bis apoſtolis dimitto.

Forma uerò appellationis ante ſentẽtiã hæc eſt:

Ego Adelinus ſanctæ Rheginæ eccleſiæ miniſter (licet indignus) ſentiens me grauari à domino Gualterio ſanctæ Rauennatis eccleſiæ Archiepõ, Romanã ſedẽ appello, et apoſtolos peto. Si uerò poſt datã ſententiã appellare uoluerit, hic erit ei modus appellãdi: Ego A. s. rhe. eccleſiæ mi. li. ind. contra ſnĩam domini G. s. rau. eccleſię archiepĩ iniuſtè in me latã pridie Cal. Maij, anno domini incarnationis M. clxi. [i] † *indictio.* † *iiij. Roma ſe. appello, et apoſtolos peto.*

Si aũt unus [k] *uel duo ꝑ pluribus appellare uoluerint, ſic appellabunt: Ego P. et G. ſyndici* [l] *canonicorũ s. B. e. ſentiẽtes nos*

a Per eum ſtetit. Ergo ſi per ipſum ſtat, hoc ei noceret, ut iudex ſuperior ipſum non audiat ſine apoſtolis: hoc autem hodie in paucis locis ſeruatur: tamen Inno. iiij. hoc idem ſtatuit.

b Appellatione. Planus eſt iſte caſus, nec eget expoſitione.

c Interpoſita. ita quod teneat.

d Medio. dum tamẽ ſit recipienda.

e Nihil. niſi cum appellatur ab executione: tunc ſiue ſit mobilis res, ſiue immobilis, fructus ſequeſtrantur. C. quo. app. nõ. re. ab executore. Item in alio caſu cum dilapidat fructus. ff. eo. l. Impatores. extra de ſequeſt. poſ. ca. ult. & cũ appellans eſt in notorio crimine. extra eo. cum ſit Romana. uel eſt inuaſor eccleſiæ. j. ead. §. ſunt etiam. Item ſi hæres conuictus de legato, uel fideicommiſſo præſtando appellat: tunc non deferetur appellationi: cauebit tamen de eo reſtituendo. ff. ut leg. uel fideicom. nomi. cau. poſtquã. §. j. ita etiam eſt in ſupplicatione. C. de preci. impe. offe. authen. quæ ſupplicatio. Item poteſt nouas probationes ĩducere poſt publicationem teſtium, quas prius non poterat habere. C. de tẽp. appel. per hanc. extra de fid. inſtru. cum Ioannes. Item de reo ſit actor, & tenetur probare uictus appellationem eſſe iuſtam, ut extra de appell. cum in eccleſia. Cum ergo appellationi quandoque non deferatur, patet quod differt a nuntiatione noui operis, quia poſt illam, ſiue ipſa ſit iuſta ſiue iniuſta, nihil eſt innouandum: ut extra de no. oper. nunt. c. cum ex iniuncto. Iudex ergo a quo appellatur, ſi nõ recipit, ſuperiori mandabit opinionem ſuam, & cauſam quare non recipit appellationem: ut ff. de appel. re. ſciendum. Ioan.

f Si quis. hãc l. intelligũt quidam quando crimina ſũt connexa: ut ff. de mi. etiam ſi. Sed hoc falſum eſt: quia non poteſt quis ſimul accuſari de criminibus pluribus deſcendentibus ex eodem facto. C. de accuſa. qui de crimine. Verũ eſt ab uno, ſecus ſi a diuerſis. Item ſi ex diuerſis factis, poſſet etiam ab uno. j. q. viij. c. per ſcripta. §. libellorum. ſed intellige quãdo minor pœna præiudicat maiori. Vel dic quod ſi maior pœna includit in ſe minorem, ut depoſitio priuationem officij: deferetur etiam pœna in minori. nam ſatis eſt ſi punitur in maiori pœna, ar. ad hoc xxiij. q. v. relegentes.

g Quædam. Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non: ut ff. de mino. etiam ſi. §. ex cauſa. C. de tranſact. ſi ex falſis. extra de præben. dilectus. extra de teſta. Raynutius. & ca. Raynaldus. Sed ſententia arbitri nõ poteſt pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arbi. diẽ. quidã habẽt, qualẽ, pro lege. §. ſed & ſi. licet contrarium inueniatur extra de arbi. cum tẽpore. Hoc tñ ſcias, quod rerũ pluralitas non facit plures ſnias, licet ſecus ſit quandoque in ſtipulationibus. ff. de uerb. ob. quod dr̃. & l. ſcire. & ff. ſa. erc. in hoc iudicio. ff. ad exhi. Celſus. §. itẽ Celſus. Ioan. Probabiliter poteſt dici, quod tot ſunt ſentẽtiæ, quot ſunt articuli expreſsi, ar. ff. de uerb. obli. l. ſcire. B.

h Grauiora. Quid ſi ſunt æqualia: Idẽ credo. Et ſic patet hic, quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum. ſimi. extra de conſec. eccle. uel al. qđ in dubijs.

Forma. CASVS.

Ponit hic magiſter qualiter formari debeãt libelli appellationum, dicens Ego N. ſancta Bononienſis, &c. Poſtea dicit, quod huiuſmodi libelli fieri debent in ſcriptis.

i M. clxj. dicit H. qđ hic eſt falſa litera: quia non ſunt tot anni, quod liber iſte compoſitus fuit. fuit enim editus docente Iacobo Bonon. in legibus, & Alexandro in Theologia, qui fuit poſtea Papa Alex. iij. & fuit anno domini M. cl. ut ex chronicis patet.

k Si autem unus. Si plures condemnati ſunt, & uolũt appellare, libellus appellationis omnium nomina continebit. ſed ſi unus eſt ex pluribus condemnatus, ſi unum in libello non expreſsit, illi nocebit: ut ff. eo. ſcio quæſitum.

l Syndici. Poſſunt ergo eſſe duo ſyndici uel ꝓcuratores, ut hic, & extra de teſti. inſuper. & extra de do. & cõtu. cũ dilecti. & extra de ſen. & re iudi. cũ I. & A. Melior tamẽ erit cõditio occupantis: ut ff. de ꝓcura. pluribus. [2] Arg. tamẽ cõtra. ff. de adminiſtra. tut. decreto. in ſi. & ff. de ꝓcura. ſi qs cũ. Tu dicas, qđ bene pñt eſſe plures ꝓcuratores, ſed tantũ unus aget cauſam, quia

[1] Adde quod accipienti exponit hic, id eſt, accipere uolẽti. ſimi. in l. fin. ff. de min. & in l. ſi creditores. ff. & paſt.

Sequeſtratio ſit in aliquibus caſibus.

[2] Sub. & res & qua agit ſi ſit mobilis, a mouet a poſſeſſore ſecũdum Inno. qui ita no. extra & app. ponit.

Appellatio & nuntiatio noui operis differunt.

Accuſari quis non põt ſimul de pluribus criminibus.

Sententia poteſt ꝑ parte tenere, & ꝑ parte nõ.

[4] Alias M. cv.

[5] Alias ſexta.

Decretũ fuit editũ ann. M. cl.

Appellatio plurium.

Procuratores poſſunt eſſe plures.

[3] Extra de procurat. nõ iniuſte. ubi de hoc, & ibi nota. Goffr. qđ ille dicit occupare, q prius ad litis cõteſtationem peruenit. ff. de leg. j. ſi pluribus. Arc.

prægrauari contra ſentẽtiam, etc. Romanã ſedem appellamus, & Apoſtolos poſtulamus. et huiuſmodi appellationes ĩ ſcriptis [a] *fieri debẽt. Ad iudiciũ aũt alterius fidei catholico appellare nõlicet.*

Vnde in Carthaginenſi concilio quarto.

Excommunicetur catholicus, qui committit cauſam ſuam iudicio alterius fidei.

CAN. XXIX.

CAtholicus, qui cãm ſuã ſiue iuſtã, ſiue iniuſtã ad iudicium alterius fidei iudicis [b] prouocat, excommunicetur. [c]

6 *Notandũ uerò eſt, ꝙ quidã iudices sũt, à quib. appellari non oportet.*

Vnde in concilio Mileuitano legitur.

A quibus iudicibus prouocari non licet.

CAN. XXX.

A Iudicibus, [d] quos cõis cõſenſus [e] elegerit, non liceat ꝓuocari.

Quod de arbitris intelligendum eſt. Iudicum enim alij ſunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij uerò ſunt, qui ab Apoſtolico, ut eccleſiaſtici: uel ab Imperatore, utpote ſeculares, legitimam poteſtatem [f] *accipiũt. Arbitrarij ſunt, qui nullam poteſtatem habentes, cum conſenſu litigantiũ in iudices eliguntur: in quos compromittitur, ut eorũ ſententiæ ſtetur. Horum alij ſunt ordinarij et arbitrarij, alij arbitrarij tantùm. Ordinarij* [g] *et arbitrarij ſunt, qui legitimã poteſtatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrãdum, qui non ſunt ſuæ iuriſdictioni ſuppoſiti. Ab his, et ſi ut arbitrarij ſedeãt, et non ut ordinarij, priuilegio tamen ordinariæ dignitatis grauatus aliqs appellare ualebit.* [h]

Vnde in Carthaginenſi concilio quarto legitur.

A iudicibus, qui eliguntur communi conſenſu, prouocare non licet.

CAN. XXXI.

SAnè ſi ex conſenſu partiũ iudices electi fuerint, et à pauciori numero, quàm conſtitutum eſt, liceat [i] prouocari.

---

quia ſi ambo agerent, forte quod unus concederet, alter negaret. Imo & ſi plures ſunt qui agunt, omnes debent conſtituere unum procuratorem, ne cauſa ſpargatur in plures aduerſarios: ut ff. famil. erciſ. l. ſi familiæ. ff. de edili. edic. quod ſi nolit. §. ſi plures. Melius potes diſtinguere: quia ſi plures ſunt rei, qui conueniuntur, omnes tenentur dare unum procuratorem, ne cauſa ſpargatur in plures aduerſarios. ſed ſi plures ſunt illi, qui conueniunt aliquem, non habent neceſſe dare unum procuratorem. Sic diſtinguit lex. ff. iud. ſol. iam tamen. §. ult. Ioan. H. tamẽ dixit, quod plures procuratores poſſunt ſimul agere, ſicut notauit in diſtinctionibus ſuis. B.

a In ſcriptis. Si coram iudice appellat, ſufficit ſi dicat, appello. ff. eodem. l. ij. ſed ſi appellat ſine iudice, tunc ſcribet quis, & a quo, & contra quem appellet, & a qua ſententia. ff. eodem. l. j. in fi. Idem uidetur ſi a grauamine appellat: imo ſufficit, ſi dicat appello, extra eodem. capitu. cordi.

b CAtholicus. Fidei iudicis. Infidelib. enim ſunt interdicta officia publica. C. de Iudæ. l. ultim. xvij. quæſt. iiij. capi. conſtituit.

c Excommunicetur. Niſi ſit ſub rege infideli, ut Paulus, qui appellauit ad Cæſarem. xxiij. quæſt. j. paratus. x. diſtinct. ſi in adiutorium. xj. quæſtio. iij. cap. Iulianus.

Notandum. Hæc eſt ſexta pars quæſtio. in qua probat quod ab arbitris non eſt appellandum. Et licet uerum dicat, tamen ſuperficialiter inducit canones: quia loquuntur in iudicibus ordinarijs electis a partibus ex cauſa, excepto capi. ſeq. quod intelligitur in arbitro, ſecundum Ioan. de Fan.

d A Iudicibus. Si conſenſiſti in iudicem aliquem, propter iniquitatem perſonæ non potes appellare, ut hic, & extra de offi. deleg. ſuper quæſtionum. Sed ab iniqua ſententia potes appellare, quia licet reprobare dicta, ſed non perſonam: ut iiij. quæſt. iiij. ſi quis teſtibus. Vnde appellatur ſi uocauerit litigatores ad inhoneſtũ locum. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. uel ad periculoſum locum. extra de appel. ex parte. j. Dicas ergo, quod niſi remota ſit appellatio, bene appellatur a iudicibus communi conſenſu electis, niſi ſint electi ut arbitri: ut ff. de appella. ex conſenſu. uel etiam ſi ſunt arbitri tales, qui electi ſunt ex neceſsitate: quia a talibus appellatur: ut C. de iud. l. ulti. Itẽ ſcias, quod duo ſunt genera arbitrorum. quidam ſũt arbitratores, qui cõponunt inter partes: & talium arbitrium ſi eſt iniquũ, eſt reducendum ad arbitrium boni uiri: ut ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. Sed arbitrium illorum, qui eliguntur ſub pœna, licet ſit iniquũ, tamen tenet. ff. eod. l. diem. §. ſtari. Sed a ſuperiori poteſt retractari, ut extra de arbit. non ſine. Item ſi per dolum ſentẽtiam tulerint, licet non retractetur per appellationem, tamen per exceptionem retractatur. ff. eod. titu. nõ diſtinguemus. §. cũ quidam.

e Communis conſenſus. Secus in cauſa criminali, ubi conſenſus rei ſufficit. xj. q. j. c. iij.

f Poteſtatem. eius rei, de qua eſt ordinarius iudex, poteſt amicabiliter componere: ut xxiij. q. viij. ſi quis membrorum. in au hen. eo. colla. ix. ut dif. iud. §. ſi uero. v. qõ. ij. ſi primates, ſed non poteſt in ſe recipere arbitrium ſecundum unam lecturam: ut iij. q. vij. cap. infamis. §. tria. circa fi. Ioan.

g Ordinarij. ſecundum canones credo quod & ordinarius & delegatus poſsit eſſe arbiter. Quod poſsit ordinarius eſt, extra de arbi. cum tẽpore. & extra de elec. cauſam. Quod eſt delegatus, extra de præſump. literas. extra de arbi. cum olim. extra de præben. niſi. Et licet non poſsit appellari a ſententia arbitri, ſupplicari tamen poteſt. [1] extra de arbi. non ſine.

h Valebit. Hoc falſum eſt: quia a compromiſſario nunquam appellatur, ſiue alias ſit iudex, ſiue non. C. de arbi. l. j. niſi [2] exprimatur, quod eligitur ut arbiter, tenebit eius ſententia, ut iudicis. C. de iuriſdi. omnium iudi. l. j. & appellatur: ut ff. qui ſatiſda. cog. l. arbitrio. Ioan.

i SAne, Liceat. Licet ſit remota appellatio, tamen

Appellãs abſẽte iudice quid debet facere.

Appellare a iudice cõmuniter electo an ſit licitum.

Arbitrorum duo ſunt genera.

Ordinarius & delegat⁹ poſſunt eẽ arbitri.

[1] Idẽ Spe. in titu. de arbit. §. j. uer. arbitrator. & no. Bal. & Sali. in l. j. C. de arb. & ff. de lega. ij. l. cũ qdã. la. ij. & ibi per Imolã & Bal. in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de legat. j. & Pet. de Ancha. in cle. ſæpe. de uerbo. ſignif. per Paulũ de Caſt. in l. nã & poſtea. §. ſi minor. de iuiuran.

[2] Subau. imo bñ dicit Gratianus, q̃a niſi, &c. ſecũdum Lau.

Item ex concilio Mileuitano:

Qui de epiſcoporum iudicijs querantur, a vicinis epiſcopis audiantur, uel ab alijs ex conſenſu eorum adhibitis.

CAN. XXXII.

PLacuit ut presbyteri, diaconi, uel cæteri inferiores clerici in cauſis, quas habuerint, ſi de iudicijs epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, [a] uicini [b] epiſcopi eos audiant, & inter eos quicquid eſt diffiniant adhibiti ab eis ex cõſenſu, [c] epiſcoporum ſuorũ. Quòd ſi ab eis prouocandum putauerint non prouocent, niſi ad Aphricana concilia, [d] uel primates prouinciarũ ſuarũ. Ad transmarina autem qui putauerint appellandum, a nullo intra Aphricam in communione ſuſcipiantur.

Niſi forte Romanam ſedem appellauerint.

Is autem, qui appellauerit, ad eũ, a quo appellauit, remitti non debet.

Vnde in Sardicenſi concilio.

De eodem.

CAN. XXXIII.

SI quis epiſcopus accuſatus fuerit, & omnes iudicauerint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum ſi appellauerit cùm deiectus fuerit, & confugerit ad beatiſsimum Romanæ eccleſiæ epiſcopum, & uoluerit ſe audiri: ſi iuſtum putauerit, ut reuocetur [e] uel renouetur examen: ſcribere epiſcopis dignetur epiſcopus Romanus his, qui in finitima [f] & propinqua [g] altera prouincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem ueritatis diffiniant. Quòd ſi is qui rogat cauſam ſuã iterum audiri, deprecatione ſua monuerit epiſcopum Romanum, ut de latere ſuo presbyteros mittat, erit in poteſtate eius quid uelit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis iudicent, ut etiam habeat authoritatem [h] perſonæ illius a quo deſtinati ſunt, erit in eius arbitrio. Si uerò crediderit ſufficere epiſcopos comprouinciales, ut negotio terminũ imponãt, faciant quod ſapientiſsimo conſilio ſuo iudicauerit.

Arbitrarij [i] tantum ſunt, qui nullam legitimã poteſtatem acceperint, a quibus appellari nõ licet; quia eis imputandũ eſt, quòd ſibi tales elegerũt. Si uerò ſententia eorũ, a quibus appellatur, ſoluta fuerit per eum, ad quem appellatum eſt, nihil eis oberit, niſi forte uel inimicitia, uel pecunia deprauati iniuſtam probentur tuliſſe ſententiam.

Vnde in eodem concil. Carthaginen. iij. legitur.

Cùm per appellationem ſententia ſoluitur, non debet obeſſe ei, qui non iniquo animo iudicauit.

CAN. XXXIIII.

HOc etiã placuit, ut a quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, ubi eſt maior authoritas, fuerit prouocatũ, non eis obſit, [k] quorũ fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci [l] non potuerint a

---

Sub. maxime, cũ appellatio ſit tẽpore peritura non debet expectarĩ cõ iudicẽ. ar. ff. de admi niſt. tuto. tutor qui. §. j. ſecundum Lau.

niſi quia tertius deeſt, qui poſſet alios reuocare, poteſt appellari. extra de eo qui mit. in poſſeſ. cum ſicut. in parte deciſa. uel intellige, quando unus delegauit alijs vices ſuas. tunc enim appellatur, extra de offic. delegati ſuper quæſtionum.

[a] Placuit. Fuerint. Recuſando eos, & intra triduum alium eligendo. iij. quæ. iij. offeratur.

Suffraganei quandoq; ſupplent defectum archiepiſcopi.

[b] Vicini. Forte non erat metropolitanus, & ideo prouinciales epiſcopi ſupplent defectum metropolitani.

[c] Conſenſu. Maxime. Vel ideo dicit, quia ſine licentia eius non poteſt clericus renuntiare foro. extra de foro compe. ſi diligenti. Sed de licentia epiſcopi poteſt adire iudicem eccleſiaſticum, ut extra de foro compe. ſignificaſti. Vel ideo dicit ex conſenſu, quia epiſcopus delegabit ei cauſam, tamẽ ille non cogitur eã recipere: quia par in parem non habet poteſtatem, uel imperium. & eſt ſi. vj. quæſt. iij. ſi quis epiſcopus.

[d] Concilia. Caſus, ubi non appellatur ad delegantem. hoc ideo fit, quia eſt ſuſpectus. & eſt ſi. ſ. eo. anteriorum. in fi.

[e] SI quis epiſcopus. Vt reuocetur. Alia eſt ergo cauſa appellationis, quam principalis, ut vj. quæſt. iiij. Oſius.

Appellationis cauſa non eſt ad iudicẽ a quo remittẽda.

[f] In finitima. Non ergo remittitur cauſa ad eum, a quo appellatũ eſt, niſi partes [3] hoc petãt, ut extra de app. accepta. & c. interpoſita. §. ij. niſi uelit ei deferri, a quo appellauit, ut reuocet, non ut cognoſcat, ut extra de ſent. excó. per tuas. & extra de matri. contracto contra interdictum eccleſiæ. literæ. & quãdo fruſtratoria eſt appellatio, ut extra de appel. cũ in eccleſiæ.

[3] Id eſt, pars. extra de appel. interpoſita. §. ij. niſi pars appellata peteret quod appellans inſtructam & cũ ſuis munimentis ad ſedem apoſtolicã accederet: ut lib. vj. eo. tit. cordi. ſecundũ Innoc.

[g] Et propinqua. Vt nec ſit ultra duas dietas, ut extra de reſcript. nonnulli. ſic ĩ. iij. quæſt. vj. neminem. extra de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. & extra de appel. c. ult.

[h] Authoritatem. Et ſic uidetur quod epiſcopi uicinæ prouinciæ ordinario in ſe cognoſcant, argum. ſ. c. proxim. & ſic ordinarius & delegatus ſimul poterunt cognoſcere de cauſa. Quid ergo iuris eſt ſi iſti diſſentiant in ſententia? Dic ut ĩ. eod. §. ſi plures extra de ſent. & re iud. c. ſi p.

[i] Arbitrarij. Hæc verba habes. ff. de arbit. diem. §. ſtari. niſi contra ius ſit quod proferẽ infra. ead. c. ei, qui appellat. §. eſt autẽ quãdo.

[k] HOc etiam. Obſit. niſi quantum ad hoc, quod in alijs cauſis poſsint ſuſpecti recuſari. extra de appellatio. ad hæc. & cap. propoſuit.

[l] Si conuinci. Argumentum, quod contra aliquem ex officio ſuo facientem aliquid non ſit malum præſumendum, niſi conuincatur. xj. quæſtione iij. abſit. & capitulo, ſi epiſcopus forte. ix. quæſtione ſecunda. Lugdunenſis. extra de renuntiatio. in præſentia. de ſentent. & re iudi. ſicut. Hodie nõ præſumitur pro ſolo iudice, niſi hoc legitimis conſtiterit documentis, ut extra de probationibus. quoniam contra falſam.

Præſumitur pro illo, qui aliquid facit ex officio.

uel iniquo [a] animo iudicaſſe, uel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati.

Quæritur aũt de eo à quo appellatur, an ſit euocandus in teſtimonium apud eum, ad quem appellatur ſuper negotio cuius cognitionem ſuſcepit?

De hoc ita ſtatutũ eſt in Carthaginẽ. concil. v.

Clericus nõ deuocetur in teſtimonium illius cauſæ, cuius primã cognitionem ſuſcepit.

CAN. XXXV.

STatutum [†] eſt, ut qui in eccleſia quamlibet cauſam iure Apoſtolico [b] eccleſijs impoſito agere uoluerit, & forſan deciſio [c] clericorũ [d] uni parti diſplicuerit, [e] non liceat clericũ in iudiciũ ad teſtimoniũ deuocari eũ, qui præſes, [f] uel cognitor [g] fuerit, & nulla ad teſtimoniũ [h] dicendum eccleſiaſtici cuiuslibet perſona pulſetur. [i]

Ab eis quoq;, ad quos prouocatum fuerit (ſicut in Aphricano concilio legitur) vlterius prouocari non licet.

Non licet prouocari ab his, ad quos prouocatum fuerit.

CAN. XXXVI.

SI autem [k] prouocatũ fuerit, eligat qui prouocauerit iudices, & cum eo ille cõtra quẽ ꝓuocauerit, ut ab ipſis [l] deinceps nulli liceat ꝓuocare.

Poſt ſecundã prouocationem intelligendum eſt: tertiò enim ĩ una eadẽq; [m] cauſa ſuper eiſdem capitulis prouocare non licet. Vnde in vij. lib. Cod. tit. ne liceat ĩ una eadẽq; cauſa tertiò ꝓuocare, Imperator Iuſtinianus ſcribit:

Si quis in quacunque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertiò in eadem [n] lite ſuper ijſdem capitulis prouocare.

[a] Vel iniquo. Si iudex per ſuã imprudentiã iudicauerit male, punitur quantũ iudici uidet æquum. ff. de vari. & extraordi. cog. l. ulti. ſed ſi per imprudentiam aſſeſſoris, tunc aſſeſſor tm̃ punitur. ff. quod quiſq; iur. l. ij. Sed ſi iudex per dolum, uel per gratiam uel odium uel pro pecunia male iudicauerit, punitur in uerã litis æſtimationẽ, & etiã infamis ſit. C. de pœna iu. qui ma. iudic. l. ij. & inſti. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc. §. j. Si autem iudex non uult iudicare, & facit litem ſuam: ut xxiiij. qõ. ij. dixit dominus. dic ut ibi dixi.

[†] Statutum. [‡]

[b] Apoſtolico. Id eſt, canonico.

[c] Deciſio. i. ſnĩa.

[d] Clericorum. id eſt, iudicum.

[e] Diſplicuerit. Et ideo appellauerit.

[f] Præſes. i. præſidium ferens. i. aduocatus, [‡] uel aſſeſſor. præſes. eñ dicitur defenſor. xxxij. quæſt. iiij. nemo.

[g] Cognitor. In ſtrumento tñ iudicis credit ſuper his, quæ acta ſunt corã eo: & etiam dicto ſuo creditur, ut extra de reſtit. ſpolia. olim. in ſi. & c. cum ad ſedẽ. & extra de ſen. & re iud. cũ ſuper. & cap. ſicut. & extra đ eo, qui mit. in poſ. c. ij. & de teſtib. cum a nobis. C. de cõtrahen. ſtip. optimam. C. de falſis. l. ſi quis decurio. Argumentum contra. C de reli. l. j. de arbi. ne in arbitris. ff. de cuſto. reo. diuus. ſ. eo. biduum. in ſi. extra de condi. appo. per tuas. extra de accuſa. cum dilecti. in ſi. Creditur tamẽ iudici cum alijs adminiculis, extra de teſtib. cum a nobis.

[g] Vel cognitor. Probibet ergo ne iudex, uel aduocatus, uel aſſeſſor fiat teſtis in cauſa illa. iudex enim offenſus & ſuſpectus eſt appellãti, ut extra eo. propoſuit. Itẽ quia iudex ſemꝑ uellet tueri ſuam ſententiã, & ita nõ eſſet ex utraq; parte, quod eſt officiũ teſtis: ut xiiij. q. v. nõ ſane. Inſtruere tamẽ põt eũ, qui cognoſcit de appellatione, ut xviij. di. c. j. licet ſit argu contra. ff. de iud. eũ qui. Nec etiã aſſeſſor põt eſſe teſtis. qa ipſe libellis & ſententijs & cognitionibus præeſt. ff. de aſſeſ. l. j. licet ſit arg. ꝙ poſsit. ff. qđ met. cau. metũ. §. ſed qđ ꝑtor. in ſi. Itẽ aduocatus [‡] & executor negotij nõ põt eſſe teſtis, ut ff. đ teſt. l. ul. & iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. teſtes. cir. me. ſicut nec aduocatus iudex poteſt eſſe, ne dũ aduocationis ſuæ memor, &c. C. de aſſeſ. ne mo. Ioã. Quidã dixerũt ꝙ in principali negotio nõ admittunt hæ ꝑſonæ, ſed ſuꝑ his ꝗ facta ſunt in cã, ſic extra de accu. cũ dilecti. hoc tenet H. Alij uero cõtra. B.

[h] Ad teſtimoniũ. Regulare eſt, ꝙ in ciuilibus negotijs cogi poteſt quilibet teſtificari. xj. q. iij. quiſquis metu. C. de teſti. ſi quãdo. ſed clerici nõ cogunt ad teſtimonium, ſicut nec ad alia officia publica, v. i. xvj. quæſt. j. generaliter. quia clerici non de facili debent iurare. ij. qõ. v. ſi quis presbyter. Sed ſi aliter ueritas non poteſt manifeſtari, tunc per eꝑm poſſunt cogi clerici ad teſtificandum. xiiij. q. ij. quanquam. Item & ſi gratia, odio, amore, uel timore ſe ſubtrahunt. extra de teſti. cog. c. j. & cap. dilectorum.

[i] Pulſetur. Id eſt, cogatur.

[k] SI autem. Pone caſum. ſ. e. a iudicibus.

[l] Vt ab ipſis. Si hæc dictio ut, ponitur conſecutiue, ut Grat. uult, tunc intelligas prout dixi ſ. ea. a iudicibus. ſed ſi ponitur modaliter, nihil eſt hic iuris: qa taliter bene poſſunt eligi iudices, ut non liceat prouocari, ut C. de temp. appel. l. ulti.

[m] Eademq;. Argu. contra aduocatos, quia eadem cauſa dicit appellationis cum principali. ſic ſ. eo. ſi eꝑs. & xvj. diſt. habeo. Arg. cõtra. vj. quæſt. iiij. Oſius. Sol. eadem eſt cauſa, id eſt, negotium, ſed non eſt idem iudiciũ: quia alij ſunt iudices. Ioã. & pronuntiant appellationem iuſtam uel iniuſtam, ut ĩ. eod. §. ultimo. ſed in priori cauſa pronuntiat de ipſo principali. & hoc not. in quæſtionibus meis. Ber.

Si quis CASVS. *Tria dicuntur in hac lege. Primũ eſt, quod in una cauſa, & ſuper eodem articulo, non licet tertiò prouocare. Secundum eſt, quod ſententia præfecti pretorio retractari non poteſt. Tertium eſt, quod ſi in cauſa, in qua ſecundo appellatũ eſt, datus fuit iudex delegatus, licet ab eo appellari non poßit, recuſari tamen poteſt ante lit. conteſta. & implorari audientia delegantis.*

[n] Tertio in eadẽ. Ergo qui bis appellauit, nõ audit tertio appellans. hoc ideo, quia præſumit qꝛ toties iuſte condemnatus ſit, & nõ grauet. unde idem põt dici ſecundũ canones ex̃. de appel. ſua nobis. Sed quid ẽ quod dicit hic, aliquis põt recuſari, nõ tamẽ appellari ab eo: cũ tamen a ſuſpecto iudice poſsit appellari, ut ex̃. ut lit. nõ conteſta. accedẽs. ij. ſ. eo. quoties. Item ſecundũ decre. ubicunque inhibet appellatio, & recuſatio, ut extra eo. ſuper eo. ij. & c. cõſuluit. Sed dic, quod inhibetur ſimplex & uaga recuſatio, ubicunque inhibetur appellatio, tamen expreſſe non poteſt inhiberi remedium recuſationis: ut C. de ſenten. & interlocu. omn. iud. l. ulti. Poteſt dici, quod tertio appellatur nõ a ſententia, ſed a ſuſpecto iudice. Sed qualiter poteſt hæc

Iudicis male iudicantis punitio.

Adde ꝑ docto. de hac materia in l. argẽtarius. §. ſi. cũ gl. ff. de edẽ. & quę no. in ca. j. de re iud. li. vj.

† Alias, ſtatuendũ eſt.

iiij. qõ. iij. teſtes. extra lib. vj. de teſt. ca. Romana. quę eſt Inno. iiij.

Iudicis inſtrumẽto & dicto creditur.

Iudex, aduocatꝰ, aſſeſſor, & executor nõ poſsũt eſſe teſtes ĩ cauſa appellatiõis

Adde ꝑ hoc tex. in l. deferre. §. ijdẽ decreuerũt. & ibi Bar. & gl. ff. de iur. fiſ. no. Innocẽ. & Moder. in c. ij. de arbitr.

Vt, dupliciter ponitur.

Appellationis cauſa eſt eadẽ cum principali.

Quæſtio ueneréalis eſt, & incipit, ꝗritur utrũ ĩ cauſa appellationis. ubi dicitur, ꝙ in cauſa appellatiõis iterũ eſt iurandũ. ex̃. de appellat. interpoſitæ. Archidia.

Recuſari põt quis, nõ tamen ab eo appellari.

dem a capitulis prouocatione uti, uel ſentẽtias excellentiſsimorum præfectorum prætorio retractare, licentia data litigatoribus, arbitro b dato ipſius audientiam, qui eũ dedit, c ante litis conteſtationem d inuocare: e & huiuſmodi petitione minimè prouocationis uim obtinente.

Cùm aũt in cauſa capitali, uel ſtatus interpellatum fuerit, non per procuratores, ſed per ſeipſos appellantes cauſam ſuam agere oportet.

Vnde Adrianus Papa ait:

Appellationem in cauſa capitali, uel ſtatus interpoſitam, ꝑ procuratorẽ exequi nõ licet.

CAN. XXXVII.

SI quando in cauſa capitali, f uel cauſa ſtatus g interpellatũ fuerit, non per exploratores, h ſed ꝑ ſeipſos eſt agendũ.

Tempus aũt exequendæ appellationis annus eſt: uel ſi iuſta cauſa interceſſerit, biennium.

Vnde in authenticis conſtitutione xi. colla. v. legitur.

De eodem.

CAN. XXXVIII.

EI qui appellat, impertitur annus, intra quem ſecundũ ſe communiterve litem exequatur, aut ſi iuſta interceſſerit cauſa, alius i annus k indulgetur: quo tranſacto lite non completa, maneat l ſententia rata.

Appellatore ceſſante cùm unus menſis m ſupereſt ex biennio, licet

hæc lex ſtare, quia ſi iſte, qui appellauit, impetrauit iudices, ipſe non poteſt eos recuſare, ut dixi ſ. ead. a iudicibus, ſi aduerſarius eos impetrat, aut ante terminum appellationis, aut poſt terminum. Si ante terminum, tunc literæ non ualent, ut extra de appellationibus. oblatæ. & ca. ſæpe. Sed ſi poſt terminum, ſtultus eſt impetrans, ſi utitur literis illis, cum ſententia iam teneat, ut ĩ. ead. ei qui. Dicas & intelligas quãdo aduerſarius impetrat literas, & ante terminum appellationis, non ante terminum datũ ab homine, ſed ante terminum appellationis datum a lege: quod facere poteſt, ut infra eo. §. appellatore. Vel intellige quãdo idem, qui appellauit, impetrauit iudicem illum: quia eum poteſt recuſare propter nouam cauſam ſuperuenientem, ut extra de off. deleg. inſinuante.

a Super iiſdem. ſ. ea. oẽs. in princ.

b Arbitro. Id eſt, iudice delegato. Vel intellige de arbitro coram quo probanda eſt cauſa recuſationis.

Sub. dato caſu in quo ſecundo appellatum eſt, ſecundum B.

c Qui eũ dedit. Per hoc patet quod ſi delegatus recuſatur, & recuſatio ſit probata, ſtatim euaneſcunt literæ, & remittitur negotiũ ad delegantem. ſed ſi ordinarius recuſatur, tunc tenet illud quod eſt in illa conſtitutione ſpeciali, extra eo. ad hæc. ĩ. infra xj. quæſt. j. peruenit. Ioan.

d Litis cõteſtationem. Quia eſt dilatoria exceptio, ut iij. q. vj. c. ſi quis epiſcopus. §. exceptio. ſic iij q. v. quia ſuſpecti. de hoc dicemus infra. iij. quæſt. iij. c. induciæ. §. offeratur. Et ſic patet, quod in cauſa appellationis eſt lis conteſtanda. extra de teſtam. Raynaldus. ergo & libellus eſt porrigendus, tamen aliter ſit de conſuetudine. Ioan. Certe imo de conſuetudine porrigitur libellus talis: Peto ſententiam confirmari, & infirmari latam inter me & talem. B.

Libellus eſt in cauſa appellationis porrigendus.

e Inuocare. Et iſtum recuſare. Ioan.

f SI quando in cauſa capitali. infra. quinta quæſt. iij. in criminalibus.

g Status. In cauſa ſtatus non conſtituitur procurator, niſi ille qui conſtituit, ſit in poſſeſsione libertatis, ut liiij. diſtinctio. frequens. & C. de aſſer. tollen. l. j. in princip.

h Per exploratores. Id eſt, procuratores, ſed in cauſa appellationis in his caſibus admittitur procurator etiam in cauſa criminali, & in cauſa ſtatus, ut ff. de appellat. non tantum. & ff. de liber. cau. l. j. ubi filius pro patre, & econuerſo, poteſt appellare, etiam ipſis inuitis: quia intereſt filiorum parentes habere liberos, & econuerſo, ut ibi.

De hoc nota ff. de accu. l. ul.

i Per exploratores. Regulare eſt quod per procuratorem non agitur de crimine, ſed fallit in crimine iniuriarũ ut iij. q. ix. c. abſens. §. niſi. Item quis ſe excuſare poteſt de crimine conuentus & accuſatus per procuratorem v. q. iij. reos. Item excipere, extra de accuſa. veniens. & c. ſuper his. Item in leuibus criminibus. ff. de accu. leuia. Itẽ ſi crimen nõ excedit pœnã relegationis, ut ff. an per alium cauſæ appellationis exerceri poſsint. l. j. Itẽ ſi agatur ad pecuniariam pœnam licet infamet reus, ut in ea. l. Item in crimine ſuſpecti. ff. de procura. non ſolum. §. ulti. Itẽ ubi quis alium uult accuſare de ingratitudine. ff. de procu. ſed & hæ. §. j. Item in actione populari interuenit procurator ad defendendum, ſed nõ ad agẽdum, ut ff. de popu. actio. qui in populari. Item ſecundũ quoſdã per nuntiũ põt agi in cauſa criminali, ut extra de reſtit. ſpol. literas. Item cum cauſa nõ eſt pure criminalis, ut extra de procura. tuæ. Item per ſocium litis agitur in cauſa criminali: ut iij. quæſt. vj. hæc quippe. & extra de dolo & contu. cum dilecti. in princip. & ſecunda quæſt. v. ſtatuit.

Procurator in cauſis criminalib⁹ interuenit quandoq;.

i EI qui appellat. Alius. Idem beneficium dant antiquæ decret. ut extra de appella. ex ratione. & capit. cum ſit Romana. Similiter nouæ. extra eo. conſtitutus, hoc tamen tempus iudex poteſt arctare. extra eo. reprehenſibilis. & cap. cum ſit Romana. licet ſit argum. ff. de re iudic. l. iiij. §. ſi quis. ubi dicitur, quod iudex beneficium legis non poteſt diminuere.

ADDITIO. De hoc dic ut not. in prædict. cap. cum ſit Romana.

k Annus. Si appellatur ad alium, quam ad principem, tunc uidentur ſex menſes dandi. Item ſi appellatur a delegato, qui non recipit appellationem, dantur tres menſes. C. eo. ſi appellationem. Sed ſi a delegato principis, tunc nouem menſes. C. de tempo. appel. l. ij. §. quod ſi ſecundam. Si a pedaneis iudicibus, tunc duo menſes, in authent. de iudic. §. audiant ergo. col. vj.

Appellãdi diuerſa tẽpora danẽ ad proſequendum.

l Maneat. Quia fingitur non prouocaſſe, ut C. de tempor. appel. l. ultima. circa finem. fuit tamen extincta ſententia per appellationem, ut ff. ad Turpillia. lege prima. in fine. ſed ante ſententiam appellans ſi non proſequatur appellationem, ſtabit iudicio eius, a quo appellauit. extra eodem perſonas. nec poſt auditur appellans, ut extra eo. reprehenſibilis. & c. conſuluit. & c. perſonas. Ioã. niſi iterum grauetur. extra eo. ut debitus. & c. directe. B.

m Vnus menſis. Hic habes quod uictor poteſt præuenire legalem terminum appellationis per menſem: ut C. de temp. app. l. ulti. §. in his autem caſibus. ſed uicta pars poteſt quatuor diebus præuenire, ut ead. l. §. præce-

Appellationis terminus eſt triplex.

uictori ingredi, ut reus quæratur. Quo ſiue inuẽto [a] ſiue non ſuas afferat allegationes, ut uel confirmetur, uel reſcindatur ſententia, omni caſu [b] abſente in expẽſis condẽnando. Neutro cõcurrente poſt ſecundũ annum fatalem permanet ſentẽtia.

Conſtitutione ſecunda, in colla. quarta.

Sed lis, quæ ſperatur in conſiſtorium principis inferri abſque damno moræ, manet intacta, donec ipſe faciat eam introduci, & a proceribus ſecundum morem dirimi.

Si uerò is, qui appellauit, pœnitẽtia [c] ductus ab appellatione deſiſtere uoluerit nõ prohibetur, ſicut in ſeptimo lib. Cod. tit. de appellationib. Imperatores Arcadius & Honorius ſtatuiſſe legunt.

Si quis libellos appellationis ingeſſerit, ſciat ſe habere licẽtiam & arbitrium ex pœnitentia commutandi, [d] & ſuos libellos recuperandi, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas amputetur.

Eſt autem quando appellationem interponi nõ eſt neceſſe. In eodem nãq; libro et eod. tit. iidem Imperatores decreuerunt:

Nominationes uerò libellis, uel edictis factæ citra conciliũ publicũ [e] nam ualent, a quibus nec appellare [f] neceſſe eſt. *Diffinitiua [g] quoque ſententia, quæ condemnationem, uel abſolutionem non cõtinet, pro nulla habetur. Item ſententia citra ſolitum ordinem [h] iudiciorum a preſide prolata, authoritatem rei iudicatæ non obtinet.*

Item ſi ſententia lata fuerit contra res prius iudicatas, [i] a quibus prouocatum nõ eſt, ſententiæ authoritatem non obtinebit: & ideo appellare neceſſe non eſt.

j. præcedenti. Et not. quod triplex eſt terminus appellationis. Quandoq; ſtatuitur terminus ad iter arripiendum, ut extra de ſent. & re iudic. cum ex cauſa. extra de appel. peruenit. Quandoque ſtatuitur terminus ad præſentandum ſe [1] iudici appellationis, ut extra eod. cum ſit. & cap. ſignificauit. tercius terminus eſt qui ſtatuitur a lege. ſ. annus, uel biennium, & intra illum debet eſſe finita cauſa appellationis, ut hic & C. de tempo. appell. l. nemo. & l. ulti. circa medium. col. viij. Hoc autem ſcias, quod terminum ſtatutum ab homine non poteſt altera pars præuenire, ut extra eo. ſæpe. Sed terminum legalem poteſt præuenire, cum modicum ſupereſt de tempore, ut hic dicitur, & extra eod. oblatæ. Secundum legem antiquam poterat & debebat elapſa medietate termini legalis uictor ſe exhibere iudici appellationis, ut C. de temp. appel. l. nemo. Sed tamen (ut patet ex illa decre. oblatæ) quandoque ante terminum poteſt altera pars proſequi cauſam appellationis, dum tamẽ altera pars nõ præueniat diligentiam alterius; argu. xvj. qõ. iij. placuit. ij. & extra de appella. ut debitus.

1 Obtinuit in curia, qd' is, cui talis terminus eſt præfixus a iudice, ſi corã iudice, ad quem appellauit cõſtitutus non uult agere, nõ cogitur. Archid.

Citandæ ſunt partes in appellationis cauſa.

a Inuento. Hic patet, quod etiam in cauſa appell. partes ſunt citandæ. [2] ſi tamen altera pars non uenerit, iudex ea abſente poteſt procedere, ut hic dicitur. Quia priuilegium eius eſt, qui de appella. cognoſcit, quod poſsit una parte abſente litem audire, ut C. de tempo. appel. l. ult. §. penult. Si tamen abſens probat iuſtã cauſam abſentiæ, bene retractatur quod factum eſt, ut extra de ſentent. & re iud. cum Bertoldus.

2 Ad idẽ extra de appel. per tuas. & nota eo. tit. ſæpe. ĩ gl. iſtud not.

b Omni caſu. Id eſt, ſiue uincat, ſiue uincatur, ut extra de appella. reprehenſibilis. & cap. ſæpe. & C. de iudic. properandum. §. ſi autem. & iij. quæſt. iij. c. induciæ. §. libellum.

Sed lis. Caſus iſtius l. habetur. ſupra eadem cap. anteriorum. §. ad hoc.

c Pœnitentia. ff. de donat. qui ſaxum. ff. de repud. ſi pœnituit. ff. loca. l. ſi in lege. §. pen. ff. de in ius uocan. quamuis. ff. de min. quod ſi minor. §. Scæuola.

c Pœnitentia ductus. Intellige ſi pœnitet, cum adhuc nihil intereſt aduerſarij. ff. de condict. ob cauſam ſi pecuniam poteſt tamen iterum appellare. [3] extra de appellat. directe.

3 Si ĩ alio nouo articulo grauet. & ita loquitiſta decret. ſecundum Vinc. Tan. & Gofre. quamuis Laurent. ibi no. qd' non erat decreta.

d Commutandi. Sic extra de appellationibus. cap. directe. quod tamẽ uerũ eſt re adhuc integra, quia ſi aduerſarius iam receſsiſſet, non poſſet iſte mutare conſilium in iniuriam alterius. ff. de reg. iur. nemo.

e Publicum. Et cleri & populi, ut xxiiij. diſtinct. epiſcopus. etiam abſentibus ad duodecim dietas uocatis, ut extra de elect. cũ inter. ſi ſine periculo poſſunt uocari, ut extra de electio. quod ſicut. Hodie qui non poteſt intereſſe, hoc iurabit. [4] & ſic poteſt committere uices ſuas alicui de eccleſia ſua, ut extra de electio. quia propter. De hac materia nota vij. quæſtione. j. factus eſt, & uocabuntur qui ſunt in prouincia, ut extra eo. coram. Hodie ſtatur conſuetudini. extra de electione. in Geneſi. Item patet hic quod licet omnes canonici elegerint aliquem ſeorſum nõ conuocato cõcilio; quod electio nõ ualet. lxiij. diſtinctio. cap. j.

4 Intellige ſi a capitulo iuramentum requirat, alias non eſt neceſſe, proue ibi omnes notans.

f Appellare. Appellatio tamen tuetur electionem minus bene factam, ut extra de elect. conſiderauimus.

Diffinitiua. Hæc eſt viij. pars, in qua ponit xx. caſus diuerſos. Ioã. de Fan.

g Diffinitiua. Diffinitiua ſentẽtia eſt, quæ finem imponit negotio. ff. de arbit. qualem. & xj. quæſt. iij. ſummopere. alia omnis eſt interlocutoria. ſufficit tamen proferre uerba quæ habent uim condemnationis, uel abſolutionis, ut extra de uerborum ſignificatio. in his. & ff. de arbitr. quid tamen. §. ſi arbiter. Item ſi continet condemnationem, ſed tamen incertam, non ualet, ut ſi iudex præcipiat ſolui debitum, ut C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate profer. per totum. Quandoque etiam tenet ſententia, licet non contineat condemnationem, uel abſolutionem, ut in ſententia ſub conditione lata, ut ſupra eodem. biduum.

Sententia ẽ duplex.

h Citra ſolitum ordinem. Scilicet generalem. nam ſi primum ſententiatum fuerat de proprietate, quam de poſſeſsione, licet hoc fieri non debuerit, tamen niſi appelletur, ſententia tenet. C. de appellationibus. lege prima. T.

Sententia cõtra res prius iudicatas quãdoque ualet.

i Iudicatas. Niſi in cauſa matrimoniali. xxv. quæſt. ix. cap. loci. uerſic. quia ergo. Et in crimine falſi. C. de falſ. querela. Et ubi negatur iudicatum. ff. quæ ſentent. ſine appellatio. re l. prima. in princip. Et cum dolo omiſit exceptionem. quæ competebat ex prima ſententia, ut extra de ſentent. & re iudica. inter

quæ

Itē ſi ſnīa contra ius [a] *ſcriptum feratur, ueluti dum defunctus & minor xiiij. annis fuiſſe, et teſtamētū iure feciſſe dicitur, nullas uires obtīet, nec cō tra eam eſt neceſſariū auxilium prouocationis.*

Si uerò contra ius litigatoris ſentētia dicatur, ueluti dū minor xiiij. annis xiiij. annū impleuiſſe, ac per hoc teſtamentum iure feciſſe pronūtiatur, ad ꝓuocationis remediū oportet confugere. Itē ſi plures iudices [b] *dati ſūt, et unus tātùm ex eis pronuntiaſſe proponitur, nō uī appellandi neceßitas fuiſſe, cùm ſentētia firmitatem iure non obtineat.*

Itē cùm certa [c] *ratione, & ſine certo iudices mulctare poſſunt. Si verò aliter contra ſtatutum legis modū mulctā irrogauerint, quod cōtra ius geſtum uidetur, firmitatem non tenet. et ſine appellatione poteſt reſcindi. Venales* [d] *quoq; ſentētias, quæ in mercedē à corruptis iudicib. proferūtur, ēt citra interpoſitæ prouocationis auxiliū infirmas eſſe decretum eſt. Itē ſi propter infirmitatem ætatis ad honorē, ad quē nominatus es, inhabilē te eßſe probaueris, prætermiſſa appellatione iniqua nominatio remouebitur.*

Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Nō enim poteſt recipi eius appellatio, qui per cōtumaciā [e] *abſens, cùm ad agēdam cauſam negotio prius ſūmatim* [f] *perſcrutato uocatus eſſet, cōdemnatus eſt. Nullus ēt homicidarum, ueneficorum,* [g] *maleficorū, adulterorum, itemq; eorum, qui manifeſtā uiolentiam cōmiſerūt, argumētis conuictus, teſtib. ſupatus, uoce etiā propria uitiū, ſceluſq; cōfeſſus* † *audiatur*

quæ huic legi uidetur contraria. Sed decret. intelligo ꝛ cum aliquis ex certa ſcientia & ex dolo omiſit exceptionem, uolens decipere aduerſarium, argumen. ff. ad Velleia. ſi decipienti. Hæc autem lex loquitur cum ex ignorantia omiſit exceptionem rei iudicatæ, uel etiam ſi ex certa ſcientia omiſit: ſed ideo omiſit, quia non poterat eam tunc temporis probare. hoc enim non præiudicat: ut infra ead. quæſtione vij. plerunque. Item fallit ff. de iureiur. admonendi. ubi retractatur prior ſententia propter periurium. Ioan. Ego intelligo decr. inter. cum prima ſententia nō ualebat, ut ibi dicitur, ꝫ quod poterat eſſe ex multis cauſis. B.

a Contra ius. Niſi iudex æſtimet leges illas non iuuare cauſam: ut ff. de re iudi. cum prolatis. M. Sed hoc eſt falſum, quia error iudicis non debet excuſare ſentētiam: ut ff. quæ ſen. ſine app. re. l. j. in prin. & illa lex, cum prolatis. loquitur quando contra ius litigatoris ſententiatū fuerit. Et ſic patet, quod ſententia lata contra ius litigatoris quantum ad litigatores tranſit in rem iudicatam, ut hic, & extra de ſen. & re iud. cum inter. in fi.

b Iudices. Siue iudices ſint ordinarij, ſiue delegati. ſiue arbitri, & omnes ſint præſentes, quicquid maior pars ſtatuit, illud tenet: ut lxv. diſtinc. c. j. & ij. & ff. de re iud. duo ex tribus. & ff. de arbitris item ſi. §. ultimo. & l. diem. §. ſi plures. niſi in ſolo caſu quem habes extra de reſcrip. paſtoralis. Sed ſi in pari numero diſſentiant, tunc ſi ſint arbitri, neutra ſententiarum tenet: ut ff. de arbit. diem. §. ſi plures. & tunc iudex ordinarius coget arbitros aliquam perſonam eligere, cuius authoritati ſtetur: ut ff. de arbi. item ſi. §. principaliter. In delegatis autem iudicibus tenet utriuſque ſententia, ſed ſuſpenditur quouſque altera confirmetur a ſuperiore. ff. de re iudic. duo iudices. niſi uelis dicere aliud eſſe in delegatis a principe: ꝫ ut C. de appellatio. in offerendis. ubi dicitur quod ſi diſſentiunt, eligant tertium. In ordinarijs uero ſi diſſentiant in pari numero, tenet ſententia pro reo lata. niſi in cauſa liberali, ut extra. de probatio. ex literis. ff. de re iudic. inter pares. Similiter tenet ſententia lata pro teſtamento. ff. de inoff. teſtamen. ſi pars. Tertius caſus pro matrimonio: ut xxxiij. quæſtio. j. ſi quis acceperit. & extra de præſumpt. illud. Quartus in dote. extra de ſenten. & re iudic. capit. finali. Vnde uerſus, Stat teſtamentum, libertas, coniugium, dos: Si ſint æquales, qui producuntur utrinque. Et hæc quæ ſupra dixi, uera ſunt, quando omnes iudices ſunt præſentes. Si autē quis abeſt, & non per contumaciam, ſententia aliorū nulla eſt: ut hic, & ff. de arbit. item ſi. §. ulti. & lege ſequen. & extra de offic. delega. quamuis. & capit. cauſam. Ioan. & ponit hodie decreta. totam hanc diſtinctionē de ſenten. & re iudica. ca. ult. B.

c Item cum certa. Quidam enim iudices poſſunt punire uſque ad duos aureos, quidā plus: ut C. de mo. mul. illuſtres. & l. ſequenti. Et tamen propter inopiam condemnati poteſt iudex ſententiam moderari: ꝫ ut ff. de offic. præſi. illicitas. §. penultim. & uigeſimatertia quæſtione quinta. capit. j. & C. eod. cos. in fi. Sed nunquid uſque ad modum legitimum ualet? non. argumen. ff. fami. erciſcun. in hoc iudicio. Argumen. contra. C. de dona. ſancimus. & extra de præben. dilectus. j. & capitu. niſi. & xij. quæſt. ij. ſi quos.

d Venales. Sed ſi arbiter tulit ſententiam per gratiam. tenet: ſed datur doli exceptio. C. de arbitrijs. l. tertia. ff. ad Trebellianum. l. ſeruo. §. cum prætor. ſed ſi corruptus tulerit, nulla eſt ſententia, ut hic: & C. ſi ex fal. allega. l. ult.

e Per contumaciam. ſic ꝫ. xxiiij. quæſt. iij. de illicita. niſi ueniant iudice ſedente pro tribunali. ff. de in integrum reſtitu. l. diuus. Item bene audietur appellatio contumacis, qui præſens eſt: ut ff. de appel. l. creditor. §. miſſus.

f Summatim. Id eſt, ſemiplene inquiret iudex de negotio, cum aduerſarius abeſt. non enim ſtatim abſente aduerſario mittet præſentem in poſſeſsionem, ſed faciet ipſum iurare, quod credebat ſe iuſte litigare. & ſic intelligitur quod eſt extra, ut lite non conte. quoniam frequenter. in fine.

Nullus. Verba legis C. quorum appellationes non recipiantur. l. ij.

g Veneficorum. Idem eſt in alijs, ut extra de ſponſa. ex literis. ſecundo.

Et hoc

a Et bene ſecundum Vin. & Ho. ꝓut ibi no. Nam deceptis & non decipiētibus, &c. extra de rerum permu. c. pen. Arc.

Sententia cōtra ius litigatoris lata ualet.

Iudices plures ſi ī ſententia diſcordēt, qd iuris?

ꝫ Nō eſt ꝫ hoc uis, ut patet ī eo qđ le. & no. extra de re iud. c. fin. Sed quod ſit in hoc uis, uide tu in eo ꝙ no. ꝫ. lxv. diſtin. epiſcopus. in gl. fi. Arc.

ꝫ Not. tamen qđ ſi iudex minus iudicat quā ſit lege ſtatutum, illud qđ eſt minus pōt declarare. ff. de iniu. diuꝰ. quia pœnę proſequutio ñ iudicis, ſed legis authoritati reſeruatur. ꝫ. e. q. iij. capi. ſi quem. §. notandū. uerſic. & quamuis, &c. Arc.

† Cōcor. l. conſtitutiones. & ibi Bar. ff. de app. & in l. creditor. §. iuſſus. eo. ti.

Miſsio in poſſeſsionē non eſt ſtatim facienda.

appellans: et hoc in notorijs. [a] *in occultis aūt, ſi teſtibus productis, inſtrumētis prolatis, alijſq; argumētis præſtitis ſnīa cōtra eum lata ſit: et ipſe qui cōdēnatus eſt, aut minimè uoce ſua cōfeſſus ē, aut formidine tormētorū territus* [b] *aliquid cōtra ſe dixerit, ꝓuocandi licentia ei non denegat̄. Nulli quoq; officialiū* [c] *a ſententia proprij iudicis prouocatio tribuat̄, niſi in eo tātùm negotio, quod ipſe ciuili ratione ſuper patrimonio fortè apud ꝓpriū iudicē inchoauerit. Quoties etiā fiſcalis* [d] *calculi* [e] *ſatisfactio poſtulat̄, aut tributū expoſcitur, aut publici* [f] *aut priuati* [g] *debiti euidētis, atq;* [h] *cōuicti redhibitio flagitat̄: appellatione excluſa neceſſario in cōtumacē uigor iudiciarius exercet̄.*

Ab executore ſnīæ appellari non poteſt, [i] *niſi forte executor ſententiæ modum iudicationis excedat. Si quis etiam auſus fuerit prouocare, ut uolūtas defuncti* [k] *teſtamēto ſcripta referretur: uel ne hi, quos ſcriptos patuerit* [l] *hæredes, in poſſeſſionē* [m] *mittātur: et is cuius de ea re notio erit, appellationē receperit, & iudex, qui tam ignauā* [n] *cōniuentiā adhibuerit, et litigator qui tā īportune appellauerit, xx. libris argēti mulctētur. De poſſeſſione etiā & eius momento* [o] *ſi cauſa dicatur, quę ſnīa īterlocutoria appellatur, quāuis prouocatio īterpoſita fuerit, tamē lata ſentētia ſortiatur effectū.* [p] *Quandoq; unā & eandē plures ſimul reportant cōdemnationem, nec diuerſitas factorum ſeparationē accipiet: quo caſu.* [q] *ſi omnes appellauerint, & uno ex his agente eorū appellatio iuſta pronuntiata fuerit, emolumētum uictoriæ etiam ad alios* [r] *pertinebit. Si autē unus tantùm appellauit, eiuſq; appellatio iuſta ꝓnūtiata eſt, ei quoq; prodeſt, qui non appellauit.*

Quòd ſi ætatis [s] *auxi-*

Notorius nō cōuincitur teſtibus, nec appellare poteſt.

[a] Et hoc in notorijs. Illud de ſuo ponit Gratianus, & male. in notorijs enim non eſt opus teſtibus ſupra ead. quæſt. j. de manifeſta. nec in notorijs appellari poteſt, ut extra eo. cum ſit. & capi. peruenit. Si ergo hæc duo, conuictio & confeſſio concurrunt, non audi-tur appellans, quia ſola confeſſio in criminali non nocet, nec etiam in ciuili ſecūdum quoſdam, quin poſſit appellari. ff. de confeſ. l. cū fideicommiſſum. [?] ſed contra ſupra eadem. ca. quicunque.

[b] Formidine tormētorum territus. infra xv. quæſtione vj. cap. j.

[c] Officialium. Vt executori, uel tabellioni quādo delinquūt circa ſuam adminiſtrationem]: quia præſumitur qđ iudicē offenderint: & quia non præſumitur, quod iudex iniuſte contra eum aliquid faciat. Item quia non poteſt abeſſe a curia.

[d] Quoties etiam fiſcalis. id eſt, quoties ab aliquo ratio adminiſtrationis requiritur: & intellige quando euidens eſt tributum, alioqui ſecus, ut C. de appel. quoniam nonnulli.

Appellari nō poteſt ī tributis & decimis.

Patet ergo quod in tributis non appellatur: ergo nec in decimis: cum decimæ ſint tributa egētium animarum: ut xvj. quæſtio. j. decimæ. & eſt expreſſum extra de deci. tua. in fi.

[e] Calculi. id eſt, cōparationis.

[f] Publici. id eſt, fiſci.

[g] Priuati. id eſt, de proprio patrimonio Imperatoris, quod reſpectu fiſcalium priuatum dicitur.

[h] Atque. pro, id eſt.

Executor an poſſit recuſari, & ab eo appellari.

[i] Non poteſt. diſtingue tamen: quia aut executor habet meram executionem, aut miſtam. Si meram, non appellatur ab eo, niſi mandati fines excedat, ut hic dicitur: & ſi ſuſpectus eſt, non appellatur ab eo, ut extra de appella. nouit. niſi obijciatur crimen falſi coram eo. Tunc enim ſuperſedebit executioni, ut extra de crimine fal. ſuper eo. & C. ſi ex fal. inſtrum. iudicati. & de tali executore loquitur lex C. de execu. rei iudic. ſi ut proponis. & extra de ſenten. & re iudica. decætero. Quandoque dicitur executor qui habet miſtam executionem, & talis poteſt recuſari propter ſuſpicionem. extra de offic. delega. ſuper quæſtionem. §. ſi uero. De tali loquitur xxv. quæſtione ſecunda. & ſi non cognitio. & talis executor audiet & admittet exceptiones rationabiles, quantuncunque abſolute ei ſcribatur, ut extra de officio. deleg. ex parte. & extra de ætate & quali. capi. eam te. & extra de reſcriptis. cum adeo. Itē licet miſtus ſit executor, non poteſt appellari a grauamine uel iniuria, ut C. de appella. ſi quis. Itē uidetur quod differenda ſit executio, ſi incontinenti uolo probare ſententiam iniuſtam, ut extra de teſt. ueniens. ij. & ff. de iud. ſi prætor. De hac materia plene inuenies xxv. quæſtio. ij. & ſi non cognitio.

[k] Defuncti. Argu. contra extra de appellatio. qua fronte. in parte deciſa. ſed ibi debitū erat liquidum: unde ibi ualebat appellatio, ne corpus ſepeliret ante ſatisfactionē.

[l] Patuerit. Not. quod dicit patuerit. ex hoc eſt argu. quod ſatis eſt pro illo, qui intentauit poſſeſſorium, quod aliquam præſumptionem pro ſe habeat, licet non perfecte probet.

[m] Poſſeſſionē. quia ibi non auditur appellans, uel aliqua exceptio, niſi prius fiat miſſio in poſſeſſionē, ut C. de edic. diui Adria. tol. l. ij.

Appellationes friuolas recipiens punitur.

[n] Ignauam. Not. iudicem puniri qui recipit friuolas appellationes.

Poſſeſſio momentanea.

[o] Momento. id eſt, de momentanea poſſeſſione. momentaneam poſſeſſionem uocat illā, quæ reſtituitur ei, qui ſpoliatus eſt. & uocatur momētanea, quia apta eſt per momentum durare, ſi aduerſarius in momēto probet de proprietate. Ioan.

[p] Effectum. ſecundū canones tamen appellatur a momentaneæ poſſeſſionis ſnīa, ut extra de teſti. ſignificauerunt. ubi ab interlocutoria intra decem dies eſt appellandū. extra de elec. cum dilectus. extra de app. ſuper eo. ij. & extra de reſt. ſpo. ex conqueſtione.

[q] Quo caſu. ut in duobus reis debendi.

[r] Ad alios. ut ſupra ead. quæſtio. v. ſtatuit. & capit. interrogatum.

[s] Aetatis. Niſi ſint cōnexa. ff. de minori. etiam. & l. tutor.

ſ.tutor. & ff. quemadmodū ſeruit. amitt. ſi cōmunē.
a Geſta.i.allegationes.C. de rela.l.ij.
b Relatione.i reſponſionibus partium.
c Præſtari. etiam non appetentibus. C. de appellat. eos. in fine. §.j.
d Pronuntiare. Etiam ex prioribus inſtrumentis, uel etiam ex nouis, ut C.de temp. appella. per hanc. C. de appella.eos.§.j. nouas enim cauſas appellationis poteſt audire iudex, ut extra de appella. conſtitutis.in fi.ff.de appella.ſcio.in fine.

Iudex principalis an poſsit de principali cognoſcere.

d Pronuntiare. Pone ergo, quod alicui ſit commiſſa cauſa appellat. iudex ille pronuntiat appellationem iuſtam, nunquid incipiet de nouo cognoſcere de principali negotio? hæc lex uidetur uelle quod non: ſed quod poſſit, eſt argu.extra de teſta. Raynutius. in fine. & C. de rebus credit. generaliter. §.ſinautem. in fine. & in authen.de ſan. epiſc.§. ſi quis contra aliquem. colla. ix.& extra de appel. ut debitus. in fine.

Qvod vero. Hæc quæſtio diuiditur in vij.partes. In prima parte probat per xij.authorita.ſanctorum patrum, quod laici clericos accuſare non poſſunt, & quia ſunt minores, & quia ad eundem ordinem promoueri non poſſunt, & quia eos non recipiunt in ſua accuſatione: & (quod eſt ualidius) quia oppido eis ſunt infeſti. Secunda ibi, His authoritatibus. Tertia ibi, Huic oppoſitioni. Quarta ibi, De his. Quinta ibi, Itē pœnitētes. Sexta ibi Item cum Balaam. Septima ibi, Item illud. Ioannes de Fantu.

lio unus cōtra ſententiā reſtitutionem impetrauerit maiori, qui ſuo iure nō appellauit, hoc reſcriptū non prodeſt. Iudicibus autem non ſolum ſuſcipiēdę appellationis neceſſitas uidetur impoſita, uerùm etiā xxx.dierū ſpatia ex die ſentētiæ diffinitæ ſunt intra quæ geſta [a] *unà cū relatione* [b] *litigatorib. conuenit præſtari.* [c] *Similiter arbiter appellationem ſuſcipere, et rationem dare compellitur, ſi delegatus fuerit. Litigatoribus uerò copia, eſt ēt ſine ſcriptis libellis illico uoce appellare, cū res iudicata popoſcerit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis. Ab eo autem, qui de appellatione cognoſcit, non poteſt fieri recurſus ad iudicē a quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam ſibi occaſiònem atque excluſam penitus intelligant, cum ſuper omni cauſa interpoſitam prouocationem uel iniuſtam tantùm liceat pronuntiare,* [d] *uel iuſtam.*

Hæc omnia in vij. lib. Cod. inuenies a tit. de appellationibus, uſque ad titulum, ne liceat in una eademq; cauſa.

QVAEST. VII.

1 *Qvòd uerò* [e] *laici in accuſatione Epiſcoporum non ſint audiendi, Euariſtus Papa teſtatur dicens:* †

Laici in epiſcoporum accuſatione non ſunt recipiendi.

CAN. I.

NOn eſt a plebe, aut a uulgaribus hominibus arguendus, uel accuſandus eps: licet ſit ordinatus: quia pro meritis [f] ſubditorum diſponitur a Deo uita rectorum. Ideo iſta dico, quia inſidiator bona ſæpiſsimè ſolet conuertere in malum, & in electis ponere maculam.

Item Sylueſter Papa.

Laicus clericū non accuſet.

CAN. II.

NVllus laicus audeat clerico [g] crimen inferre.

Item Marcellus Papa.

De eodem.

CAN. III.

LAico nō liceat quēlibet clericū accuſare.

Item Iulius Papa.

Anathematizatus ſacerdotes accuſare non poteſt.

e Quod uero ſecundum Bar. Laici ſi ſunt bonæ famæ, admittuntur ad accuſationē clericorū.arg. ī.ea. clericos aut laicos.& G.idem ſentit. Alij dicunt quod laicus proprium prælatum propter delictum accuſare poteſt, quia ſua intereſt habere prælatum bonum, ut dixi xxiij. di. illud. Communior eſt opinio quod non poſsit niſi ſuā iniuriā proſequatur.ut iiij. q.vj. omnibus.extra de teſtib.decætero. ī.ea. qō.j. prohibentur. Niſi in crimine hæreſis. ī.eo. ſacerdotes. & c. oues. & in ſimonia, extra de ſim. tāta. & in crimine læſe maieſtatis.xv. quæſt. iij. ſane. C.de epiſco.& cleric.ſi quenquam. & in crimine ſacrilegij ſecundū quoſdam.xvij.quæſt.iiij. c. ſi quis ſuaden. §. qui autem. & in crimine dilapidationis ut xij.quæſt. ij. non liceat. ut dixi. xvj. quæſt.j. cōſtitutum. In his autem omnibus ita demum admittuntur, ſi bono zelo denuntient crimina.extra de ſimo. licet Eli. in fin. & ſi accuſatus fuerit uitæ ſuſpectæ. ī. eod. quæſt. j. in primis. quia ſi accuſatus eſt ſuſpectæ uitæ, admittuntur laici malæ uitæ. ſi autem bonæ uitæ, tunc tantum laici bonæ uitæ, extra de ſimon. per tuas. Clerici uero contra clericos admittuntur, niſi ſint criminoſi, uel irregulares, ut infra eo. præſumunt. & c.lator.& cap.ipſi Apoſtoli. Tales tamen qui ſunt irregulares, bene admittuntur ad accuſationem eorum, qui ſunt eiuſdem ordinis cum eis uel inferioris, ut infra ea. ipſi Apoſtoli. & ca. teſtes. Similiter monachi audiuntur. extra de accuſa.ex parte. & cap. olim. Et hæc uera ſunt de ſolenni accuſatione. Sed in denūtiatione criminis (ut dicunt quidam) omnes admittuntur, argum. xxiiij.quæſt.j. quiſquis. & quia cuilibet dictum eſt hoc: Si peccauerit in te, &c. xxij. quæſt. v. hoc uidetur. xxiiij. q. iij. tam ſacerdos. Arg.contra.xxxv.quæſt.vj.epiſcopus in ſynodo.& extra de accuſa.cum oporteat. Quid iuris ſit de hoc, nota. ī.ea.quæſt. j. ſi peccauerit.

f NOn eſt. Pro meritis. infra viij. quæſt. j. audacter. & vj. quæſt.j. ex merito.

g NVllus laicus. Clerico. uel moniali. extra de accuſat. cap.meminimus.

Laici an poſsit clericos accuſare.

† Adde quod l. ſi cōtra inhabilem accuſatorē nō opponitur ualet iudiciū. l. hos accuſare. §. lege Iulia. & ibi Bart. & l. ſi placet. ff. de acc.

Clerici clericos accuſare poſſunt.

[a] Iſta decrē. loquitur de laico inimico, & ſic nō probatur imo ſumpto argu. a contrario probatur contrariū, ut ibi not.

CAN. IIII.

IN ſancta Nicena ſynodo ſtatutum eſt, ut nemo anathematizatus [a] in noſtram ſuſcipiatur accuſationem, nec illi, qui nos in ſuā nolunt recipere accuſationem, cū nos ſuper illos [b] ſciamus a domino conſtitutos, non illos ſuper nos: & ſicut maior non poteſt a minore iudicari, ita nec obligari: [c] quia rarum eſt omne, quod magnum [d] eſt. Portemus onera omniū, qui grauantur. Quinimo hæc portat in nobis beatus Petrus Apoſtolus, cuius uice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio nunc & in perpetuum ab omnibus tueamur aduerſis.

Item Euſebius.

De eodem.

CAN. V.

LAicos [e] non accuſaſſe epiſcopos [f] hactenus obſeruatum & conſtitutū eſt: quia non ſunt eiuſdem conuerſationis, & oppidò eis quidā infeſti exiſtunt: quippe cùm uita eorū & conuerſatio debeat eſſe ſecreta, & a laicorum actibus remota: nec ab eis impeti debent, etiā qui eorum caſtitatem & grauitatem nolunt imitari: maximè cum eos nolunt recipere in ſuis accuſationibus.

Item Fabianus Papa.

Nec clerici in accuſatione laicorū, nec laici in accuſatione clericorum ſunt ſuſcipiēdi.

CAN. VI.

SIcut ſacerdotes uel reliqui clerici à ſecularium laicorum excludun tur accuſatione, ita illi ab iſtorum ſunt excludendi & alienandi criminatione. Et ſicut illi ab iſtis, ita & iſti ab illis non recipiuntur: quoniam ſicut domini ſacerdotum ſegregata debet eſſe conuerſatio ab eorum conuerſatione, ita & litigatio: quia ſeruum Dei nō oportet litigare, [g] ſed mitem eſſe ad omnes.

Item Clemens.

Laici clericos accuſare non debent.

CAN. VII.

SAcerdotes & reliqui ſacræ eccleſiæ miniſtri, omneſque plebes epiſcopos ſuos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam ſi ipſi aliter (quod abſit) quàm debent, agant, [h] niſi in fide errauerint.

Item.

De eodem.

CAN. VIII.

QValis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant, diuina ſcriptura oſtendit dicens: Si enim Cham, [i] quia non operuit pudenda patris, maledictus eſt, multò ampliori [k] condemnatione digni ſunt, qui patribus legatione Dei fungētibus contumeliam inferunt.

Perſonæ inferiorum ordinum in ſuperiorum accuſationem recipiendæ non ſunt.

Vnde Sylueſter Papa.

Minores non debent accuſare maiores.

CAN. IX.

CLericus [l] aduerſus exorciſtam, exorciſta aduerſus acolythum, acolythus aduerſus ſubdiaconum, ſubdiaconus aduerſus diaconum, diaconus aduerſus presbyterum, presbyter aduerſus epiſcopum accuſationem dare, aut teſtimoniū ferre nō ualet.

Item Zepherinus Papa.

De eodem.

CAN. X.

MAiorum [m] quiſpiam minorum ac-

---

[a] IN ſancta. Anathematizatus. infra.iij.q. iiij. nullus. hoc proprie eſt. uel, id eſt: ſeparatus a conuerſatione clericorum, quia laicus infra eadem laici. & xxiiij.quæſt.iij.certum. & vj. qō.j. illi. & c. omnes.

[b] Super illos. ſ. diſtinct. x. certum. & c. ſuſcipitis.

[c] Ita nec obligari. xxj. di. inferior.

[d] Quod magnum. ſ. diſtinct. xciij. legimus. Ioan.

[e] LAicos. Certum eſt, quod laicus proſequens propriam iniuriam admittit ad accuſationem clerici coram clerico iudice, [1] ut extra de teſtibus, decætero. Nunquid ergo & econuerſo clericus admittitur ad accuſationem laici coram laico iudice, ſi proſequatur ſuam iniuriam? Dicunt quidam quod nō: nam ubi crimen irrogat pœnam ſanguinis, clericus intereſſe nō poteſt, ut xxxiij. quæſt. ulti. his a quibus. ſed ſi non irrogat pœnam ſanguinis, bene poteſt. Alij dicunt, [2] qđ in nullo crimine clericus pōt accuſare laicum. arg. xj. q.j. nullus. quia nō poteſt in crimine teſtari contra ipſum. xj. qō.j. teſtimoniū. & ſic fallit regula quæ eſt iiij. quæſ. vj. omnibus. agat ergo clericus ciuiliter de crimine.

Clericus laicū accuſare non poteſt.

[1] Vt Hu. & Laur. g lta not. j. c.j. dicentes idē eſſe ubi etiā proſequit propriam iniuriā proſequendo. nec poteſt repelli eo prætextu, ꝙ nō præmonuerit aduerſariū, ut argum. iſtius cap. hic alleg. omnibus. Laur.

[f] Non accuſaſſe epiſcopos. In hoc cap. aſſignantur tres rationes quare laici nō admittuntur cōtra clericos. Quarta aſſignatur ſ. ea. qō. c.j. Quinta eſt, quia magnum eſt, quod clerici accuſentur ab eis: [3] unde debet eſſe rarum, ut ſ. ea. proxi. c. Ioan.

[g] SIcut. Litigare. extra de ſyndi. c. uno.

[h] SAcerdotes. Agant. Si prælati ſunt hæretici, uel excōmunicati, uel non ſeruant canones, uel ſimoniaci, uel notorij fornicatores: tunc poteſt recedi ab eis ante ſententiam. xix. diſt. nulli. xvj. quæſ. ulti. ſane. xxxij. diſtinct. nullus. in alio crimine ante ſententiā [2] nō eſt recedēdum ab eis. viij. qō. iiij. nonne, & xv. q. vj. cap. ult. Ioan. hoc corrigitur pro parte, extra de tempo. ordi. c. fin. B.

Prælati ērī minorū ante ſententiam derelinqui poſſunt.

[2] Iſta gl. reputatur ſingu. per docto. ad hoc ꝙ ab epō nō ſeruāte canones poteſt recedi, ut ab excommunicato.

QValis condemnatio.

[i] Cham xxiiij. q. iij. cap. cum ergo. §. ſed qui.

[k] Ampliori. Argument. quod in eodem genere delicti plus peccamus erga patres ſpirituales, [3] quam carnales: ut xxx. quæſt. iij. Pyctatium.

Peccamus plus erga patres ſpirituales q̄ carnales.

[3] Dicit Laur. pſ̄es ſpirituales dicuntur ſacerdotes. vj. q.j. verſ. hi q. dem. alias eſt c. ꝑ ſe. Gen. 9. d

[l] CLericus. Hoc capi. non tenet. Vel loquitur de his, qui propter irregularitatem nō poſſunt ad altiora promoueri, ut bigami, & corpore uitiati. alias eſſet contra omnem rationem, ut infra eadem lator. Et dic clericus. ſ. pſalmiſta & oſtiarius.

[m] MAiorum. Hoc capi. ſimiliter non tenet. Impeta-

cuſationibus non impetatur. [a]

Item Anacletus Papa.

De eodem.

CAN. XI.

SEntentia Cham filij Noe damnantur, qui ſuorũ doctorũ uel præpoſitorũ culpã produnt, [b] ceu [c] Chã, qui uerenda patris non operuit, ſed irridenda monſtrauit.

Item Euſebius Papa.

Oues paſtorem ſuum (niſi a fide exorbitauerit) non debent accuſare.

CAN. XII.

OVes, quæ ſuo paſtori cõmiſſæ ſunt, eũ [d] nec reprehendere, niſi à fide exorbitauerit, nec ullaten⁹ accuſare poſsũt: † quia facta paſtorũ oris [e] gladio [f] ferienda non ſunt, quanquã reprehendenda [g] rectè uideantur.

His authoritatib. probatur, quòd ſubditi ſiue ſint laici ſiue clerici, prælatos ſuos accuſare non poſſunt. Verùm de criminoſis & de infamibus intelligẽdum eſt, qui uitam ſuorum prælatorum parati ſunt rèprehẽdere, nõ imitari: quod ex uerbis Anacleti datur intelligi, qui ait:

Quare laici in accuſatione epiſcoporum non audiantur.

CAN. XIII.

LAici i accuſatione epõrum audiẽdi nõ ſunt: quia oppido eis quidam infeſti ſunt: & indignũ eſt ut ab eis accuſentur, qui eorum grauitatẽ nolunt imitari.

Idem.

Sacerdotes non niſi à uiris idoneis, & probatis accuſari poſſunt.

CAN. XIIII.

ACcuſatio quoq; eorum, ſuper qua nos conſulere uoluiſti, non niſi ab idoneis & probatiſsimis uiris, qui ſuſpicionibus [h] & ſceleribus carent, fieri debet: quia & dominus ſacri corporis ſui tractatores a uilib. ac reprobis & non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari, ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes [i] a tẽplo eiecit. Vnde liquet quòd ſummi ſacerdotes, id eſt, Epiſcopi à Deo ſunt iudicandi, nõ ab humanis, aut prauæ uitæ [k] hominibus lacerandi, ſed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipſo domino exẽplum dante, quando per ſeipſum, & non per alium, uendentes & ementes eiecit de templo ſacerdotes. Nullus enim (ut reor) inuenitur inter illos, qui uelit ſeruum ſuum [l] ab alio, quàm à ſe iudicari: quod ſi præſumptum fuerit, aut multa indignatione ipſe iraſcitur, aut potius uindictam quærit ſuper eum. Vnde & dominus ait per prophetam: Qui uos tangit, me tangit, & tangit pupillam oculi mei. *Et paulò pòſt.* Si detractores quoruncunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multò magis laceratores & detractores atque accuſatores famulorum Dei damnantur: & in barathrum (niſi ſe correxerint, & per eorum ſatiſfactionem condignam egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt, & uindicibus flammis exuruntur. Hæc & alia periculoſa conſiderantes apoſtoli conſtituerũt ne facile commouerentur, aut lacerarẽtur, uel accuſarentur columnæ [m] ſanctæ eccleſiæ Dei: quæ apoſtoli & ſucceſſores eorum non immeritò dicũtur. Sed ſi quis [n]

Gene. 9. d

† Cõcor. tex. in l. quenquã. & ibi docto. & bona gl. C. de epiſ. & clericis.

Laicus & i excepris criminib. nõ admittitur cõtra clericũ.

Ioan. 2. c

Admonitio præcedat denũtiationẽ.

Idẽ dicas in crimine hæreſeos, & læſæ maieſtatis, ſecundum Lau.

Zachariæ 2. c

a Impetatur. Criminoſe, ſi de clericis intelligas.

b SEntentia Chã, &c. Produnt. Tales deponuntur. xlvj. diſtinct. accuſatores.

c Ceu. id eſt, ſicut.

d OVes. Eum. criminoſe. ſi de clericis intelligas. dic, hoc cum prælatus eorum eſt bonæ opinionis.

e Oris. id eſt, locutionis.

f Gladio. id eſt, lingua.

g Reprehendenda. i. reprehenſibilia. infra ea. nos ſi. ne ſit cõtra ſupra. xxj. diſt. nolite. j. vj. q. j. oues.

His authoritatibus. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua uult probare, quod laici ſi boni ſunt accuſant clericos, ſed huiuſmodi allegatio ſuperficialis eſt, quia aliter canones intelliguntur. hoc tamen probare nititur per ix. authoritates. Ioan. de Fant.

h ACcuſatio. Suſpicionibus. ſuſpecti ab accuſatione & teſtimonio repellũtur. infra ea. teſtes. iij. quæſtio. v. accuſatoribus.

i Sacerdotes. i. ſimoniacos.

k Aut prauæ uitæ. Argu. quod nec etiam in excepto crimine laicus prauæ uitæ eſt admittendus contra clericum: quod uerum eſt, niſi prius clericus fuerit malæ famæ uel opinionis: ut ſupra ea. quæſt. prima. in primis. in ſi. & extra de ſimo. licet Eli. & cap. per tuas. ut dictum eſt ſupra in ſumma.

l Seruum ſuum. Dominus eſt iudex in cauſa ſerui ſui, ut hic: & hoc de conſuetudine: alias falſum eſt, ut extra de foro compe. cum contingat.

m Columnæ. Sic & prohibet lex columnas cuiuslibet domus tolli: ut ff. de lega. primo. l. cætera. C. de ædi. priua. l. ij.

n Sed ſi quis. Hæc pars uſque ad finem loquitur de cauſis ciuilibus, uel criminalibus ciuiliter propoſitis. uſ hoc capit. de laicis loquitur. unde non poteſt intelligi de criminalibus cauſis, quia in illis non auditur laicus contra clericum, etiam ſi præmoneret eũ. Hoc ideo dico, quia non concedo quod in accuſatione ſit præmittenda admonitio, ut extra de ſimonia. licet. & capitu. per tuas. & de accuſat. c. qualiter. Sed denuntiationem ſemper præcedere debet canonica monitio, ut per eadem iura probat. Nec obſtat extra de accuſa. ſi quis epiſcopus. quia illa in denũtiatione loquitur. De hoc notatur xij. quæſt. ij. indigne. Tamen ubi denuntiatur crimẽ ſimoniæ, non eſt neceſſaria admonitio: quia de illo nõ poteſt quis pœnitere retento ordine: ut j. quæſtio. j. ſi

§.ſi quis neque.& q8.vij.requiritis.licet ſit argumen. contra.j.q.ult.patet. & extra de ſimo.licet. cui hodie ſtatur, ſcilicet quia moneatur, ut dimittat beneficium,quo retento non poſſet pœnitere.Vel dicas ſpeciale eſſe in eccleſia, ut ſemper primo admoneatur quam proponatur querela cõtra eam, ſiue ciuiliter, ſiue alio modo agatur.

eſt iudex in cauſa fiſci: ut C. ubi cauſa fiſca. l.j. ſic Imperator eſt iudex in cauſa fiſcali ff.de his quæ in teſt.delen.l.proxime. & tamen res fiſci Imperatoris dicitur.ff.ne quid in loco publ.lege ſecunda.§.hoc interdictum.

aduerſus eos, uel eccleſias eorũ commotus fuerit,aut cauſam habuerit, prius a ad eos recurrat charitatis ſtudio:ut familiari colloquio ea ſanent commoniti, quæ ſananda ſunt,& charitatiue emendent,quæ iuſtè emendanda cognouerint.Si autem aliqui eos priuſquã hoc egerint,lacerare, accuſare, uel infeſtare præſumpſerint,excõmunicentur: & minimè abſoluãtur, antè,quam per ſatisfactionẽ b (ut iam dictum eſt)condignam pœnitentiã egerint:quoniã iniuria c eorum ad Chriſtũ pertinet, cuius legatione funguntur.

Item Alexander.

Communione priuetur,qui priuatim aduerſus epiſcopum conqueritur priuſquam familiariter eum conueniat.

CAN. XV.

SI quis erga epiſcopum, uel actores d eccleſiæ quãlibet querelam iuſtam ſe habere crediderit, non prius primates, aut alios adeat iudices, quam ipſos a quibus ſe læſum exiſtimat,familiariter cõueniat, non ſemel,ſed ſæpiſsimè, e ut ab eis aut ſuã iuſtitiã accipiat,aut excuſationem. ſi aũt ſecus egerit, ab ipſis, aut ab alijs communione priuetur f tanquam Apoſtolorum patrumque aliorum contemptor.

Itẽ Euariſtus Papa.

Niſi opinione diſcuſſa nõ audiãtur accuſatores epiſcoporũ.

CAN. XVI.

SI qui ſunt uituperatores g aut accuſatores epõrũ, h uel reliquorũ ſacerdotũ,nõ oportet eos a iudicib.eccleſiæ audiri antè,quàm eorũ diſcutiatur exiſtimatiõis ſuſpicio uel opinio:qua intẽtione, i qua fide, qua temeritate, qua uita, qua cõſcientia, k quove merito: ſi pro Deo,aut pro uana gloria, aut pro inimicitia, uel odio,aut cupiditate l iſta præſumpſerint.

Item Calixtus papa.

Maiores natus non accuſent, niſi qui ſint recta fidei, et conuerſationis.

CAN. XVII.

QVærendum eſt m in iudicio cuius ſit

a Prius. j. xxiij.q. v.ad fidem.

b Per ſatisfactionem. quod uidetur eſſe ſpeciale in eo, qui offendit eccleſiam, ut prius ſatisfaciat, quam abſoluatur: ut extra de uerbo. ſigni. ex parte. alias ſufficit, quod iuret: ut extra de ſenten. excõ. per tuas.

c Iniuria. Vnde nec clericus poteſt remittere iniuriam factã eccleſiæ: ut xxiij.quæſtio. iiij. ſi is qui. Ioan.

d SI quis. Actores. Actor conſtituitur a non domino, & authoritate iudicis, & ad præſentes lites tantum. inſti. de cura. §.ulti. ff. quod cuiuſq; uniuerſi. item eorum.§.actor. Et hoc ideo, q̃a actor cum decreto fit, & decretum nõ extenditur ad futura. ff. de uſur. l.j. Sed procurator ſemper a uero domino conſtituitur, & ab initio, & ad unam litem, & ad plures, & ad præſentes, & ad futuras. ff. eod.l. iij. & C. de procu. neque. Syndicus ab uniuerſitate & ad unam, & ad plures cauſas conſtituitur præſentes,& futuras, & de authoritate epiſcopi.C.de epiſ.& cler. omnes qui. §. & hoc nihilominus. Canon tamen omnes adminiſtratores eccleſiæ uocat procuratores.j. quæſt.iij. ſaluator. ſecundum canones prælatus & ante lit. conteſt. & poſt procuratorem conſtituit,ut extra de iura. cal. ca.cum cauſam.

e Sæpiſsime.i.ter. 1 xvj.q.vij.omnes decimæ.

f Priuetur. Hic uidetur quod epiſcopus poſsit aliquem pro propria iniuria excommunicare & punire: ut xlv.diſt.& qui emendat. & xxiij.q.iiij.Guiliſarius.contra eſt.xxiij.q.iiij.inter querelas. & v.q.de occidendis.ubi uidetur, quod iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere cuius iudex eſt. Diſtingue quia ſi iniuria tangit ſpecialiter prælatum, non poteſt excommunicare aliquem pro tali iniuria,ſi tangit eccleſiã,poteſt. 2 Nam epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, 3 ſicut procurator fiſci,

g SI qui ſunt uituperatores. Id eſt, conuiciatores, qui depoſiti curiæ tradentur. xj. q.j. ſi quis ſacerdotum. niſi fecerint ex calore iracundiæ: ut ſupra ead. quæſtio. iij. ſi quis iratus. Ioan. Hoc hodie 5 falſum eſt quod traduntur curiæ ſeculari, niſi eſſet poſt excommunicationem contumax, extra de iudi. ca. cum non ab homine. fallit in caſu ſpeciali, de cri. fal. ca. ad falſariorum. ubi depoſitus ſtatim traditur curiæ ſeculari. B.

h Epiſcoporum. Hæc duo capitula loquuntur de ſuſpectis uel ignotis, & de his, qui ſuam iniuriam non proſequuntur.

i Qua intentione; An faciant animo nocendi: ut xxiij, q.v.prodeſt.

k Conſcientia. Si ſit conſcius criminis.

l Aut cupiditate. pecuniæ. ſupra ea. quæſt. prima. prohibentur.

m QVærẽdum eſt. Hic dicitur idem quod in præcedenti capi. Et dic quærendum eſt, ſcilicet a iudice, etiam ſi aduerſarius non quærat.ff. de poſtulan. l. quos prohibet. & xxx.quæſtio. v.iudicantem. & infra ead. alieni. & argumen.C. de quæſt.ſeruos. & loquitur hoc capi. & præcedens de ignotis uel de notis & ſuſpectis, quia tales perſonæ integri ſtatus eſſe debent. ff. de teſtibus. quæſitum. 6 Sed obijcio tibi, ſi iudex quærit de conuerſatione huius teſtis, oportet quod quærat ab alijs. Similiter oportet quod quærat de conuerſatione illorum, a quibus quæritur de conuerſatione iſtius: & ſic in infinitum procedet iudex, quod reprobatur extra de reſcrip.cum in multis.lib. vj. Si autem iudex ab ipſo teſte quærat, an ſit fur,uel homicida,ſtulta eſſet quæſtio, cum nemo illud fateretur 7 de ſe. Reſpond. ſi eſt ignotus, bene poteſt ab eo quærere, an ſit liber, uel ſeruus. Ab alijs autem notis inter quos eſt conuerſatus, quæret de fama iſtius. Poteſt etiam iudex in genere quærere,ſic dicendo ei, Es tu talis, ut poſſis eſſe teſtis? ut ff. de quæſtio. l.j. §. qui quæſtionem,

Accuſa-

Clericus iniuriã eccleſiæ factã remittere non poteſt.

Actor & procurator, & ſyndicus differunt.

1 Idẽ Alexan. de Imol. in l. ſcimus.§. & hæc qui dẽ.C. de iure delib.& Dominic[9] ſ c.ab eo. in ſi.de appel. in vj. Epiſcop[9] an poſsit aliquẽ pro propria iniuria excõicare.

2 Subau. Imo debet. xxiij. q. iiij.ſi is qui.Arc.

3 Adde idẽ tenuiſſe Bar. & Bald. in l. unica. C. ne quis in ſua cauſa iudi.

4 Arg.cõtra. xvj.q. vj. cõſuetudo. in prin. ubi de hoc.

Clericus depoſitus non ſemp ẽ curiæ ſeculari tradendus.

5 Scilicet quod traditur ſtati curiæ. de hoc le. & not.iij. quæſt. iij. clericus. Archi.

Teſtis [illegible] de ſua conuerſatiõe examinandus.

6 An autẽ teneaẽ reſpondere, uid Guid. de Suza.ſ l.teſtium. C. de teſtib.& per Bal.in l.ij. §. qd' obſeruari. in ult. colũ. C.de iura. cal. & aliqd p Bar. in l. ſi.circa mediũ. ff. de his. qui.ut indig. ſed p cõi opinione optime facit qd' not. gl. in l.g. iuraſſe.§.ſi pater.in uer. acquiſiſti. ff.de iureiuran.

conuerſationis & fidei & is, qui accuſat, [a] & is qui accuſatur: quoniam hi, qui non ſunt rectæ fidei ac conuerſationis, & quorum uita eſt culpabilis, & quorum uita, fides & libertas neſcitur, [b] non permittuntur maiores [c] natu accuſare, neque uiles perſonæ in eorum recipiuntur accuſatione.

Item Sixtus papa.

Abſque duobus, uel tribus teſtibus nō recipiantur epiſcoporum accuſationes.

CAN. XVIII.

ACcuſatio epiſcoporum nō eſt facile [d] recipienda, dicente domino: Non accipias uocem mendacij. Et Apoſtolus inquit, aduerſus presbyterum inſcriptionem nō recipiendam abſq; duobus, uel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de presbyteris, uel cæteris fidelibus ſunt præcauenda, quanto magis de epiſcopis?

Item ex concilio Aurelianenſi.

Pro ſola conuentione epiſcopi non ſubmoueatur aliquis à communione.

CAN. XIX.

SI quis ab epiſcopo, uel ab eccleſia, uel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, ſi nihil conuicij [e] aut criminationis obiecerit, eum pro ſola conuentione à communione eccleſiæ nō liceat ſubmoueri.

Item Euariſtus papa.

Quare ſubditi prælatos ſuos reprehendere non poſſunt.

CAN. XX.

SVnt nonnulli, q. præpoſitos ſuos peruerſè reprehendūt, ſi uel parū ipſis moleſti extiterint.

Ex is omnibus datur intelligi, quòd illi ab accuſatione remouentur, qui non affectione charitatis ſed prauitate ſuæ actiōis uitam eorū diffamare, et reprehendere quærunt.

Quòd uerò præmiſſis authoritatibus criminoſi ꝓhibeanť ab accuſatione prælatorum, teſtatur Auguſtinus in lib. ſoliloquiorum [f] ita dicens:

Non omnes ſubditi, ſed criminoſi tantum prohibentur accuſare prælatos.

CAN. XXI.

PRæſumunt prælati non debere ſe reprehendi, uel accuſari [g] pro eo, quòd canones nō eos paſsim conſtituunt accuſandos: quod tantum negať ſolis criminoſis [h] cum de reprehendēdo [i] ueritas ipſa conſtituat: Si malè locutus ſū, teſtimoniū [k] ꝑhibe de malo, &c.

Opponitur [l] huic diſtin. ipſi ſacri canones diſtinguunt, in quo caſu paſtores ſint accuſandi à ſubditis, dicētes: Oues paſtores ſuos non accuſent, nec reprehēdāt, niſi à fide exorbitauerint. Ecce in quo caſu ſunt accuſādi à ſubditis: ī alijs āt minimè.

[m] Huic oppoſitioni reſpondetur ſic: Diſtinctio illa canonum de criminoſis & infamibus intelligitur. Oues.n. crimininoſæ et infames paſtorem ſuum accuſare uel reprehendere non poſſunt, niſi à fide exorbitauerit. Cæterū ſi à fide exorbitauerit, tāta eſt labes illius criminis

[*] Accuſat. In accuſationibus ergo nō præſumitur quis dignus niſi hoc probetur. [1] ī. ea. criminationes. Sic in oblatione euchariſtię, ut de conſe. d iſt ij. tribus gradibus. Et in ordinib⁹. xxiiij. diſtinct. quando. & in eleemoſyna. xlij. diſtin. quieſcamus. Item excōmunicatus quis creditur ꝓpter periculū uitandum potius, quam non, ut extra de ſen tent. excō. per tuas. & c. cum deſideres. §. ſecundæ quæſtionē. Sic in imperratione ueniæ ætatis tenetur impetrans ꝓbare inſtituta morum ſuorum, & teſtimonium uitæ honeſtioris, & animi probitatem, id eſt, ſe eſſe idoneū, ut C. de his. q. ue. æta. im petr. l. ij. alias circa notos potius præſumitur quis dignus, quam indignus, ut extra de præſump. dudum.

1 Scilicet ꝑ aliquas literas an thēticarū perſonarū ꝙ pro eis teſtimoniū ferāt: uel teſtimoniū populi, ut le. & nor. in iſto ca. criminationes. ſecundum Inn. qui ita notat. extra de accuſa. cum P. Archidia.

Exodi 23.
1. Tim. 5. c

[b] Neſcitur. per hoc patet quod loquitur de ignotis.

[c] Maiores. id eſt, clericos.

[d] ACcuſatio. Facile. id eſt abſq; inquiſitione.

ADDITIO.

Scilicet accuſatorū & teſtiū. H. & Lauren. dic inquiſitione, ſcilicet quæ habetur. ī. cap. proxi. ſecūdū. Io. de Fan.

[e] SI quis. Conuicij. Nō tamen ex hoc ſequitur, ꝙ propter conuicium ipſum poſſit excōmunicare, ut xxiij. qō. iiij. inter quere las. uel hic non fuit tantū epiſcopi cauſa, ſed eccleſiæ: uel propter hoc remouēdus eſt à communione à metropolitano, ſed nō ab epiſcopo. Vel dic, ſi conuicium redūdat tātum in perſonam epiſcopi: qa dicit, tu es filius ruſtici, tunc nō poteſt. ſed ſi dixit eum ſimoniacū, quia hoc redūdat in eccleſiam, bene poteſt. [3]

Epiſcop⁹ excōicat ꝑpter conuiciū ſibi factum.

3 [redacted]

[f] SVnt nonnulli. In libro ſoliloquiorum. id eſt, pſalmorum, id eſt, ſolius ſpiritus ſancti eloquiū: quia ſolo inſtinctu ſpiritus ſancti ibi locut⁹ eſt. de hoc habeť de pœ nit. diſtinct. ij. quærendum.

Soliloquium eſt pſalmus.

[g] PRæſumūt prę lati. Vel accuſari. Argu. laicos poſſe accuſare clericos. ī. e. clericos. & xxiiij. diſt. illud. & C. de offic. rec. prouin. iuſtiſsimos. ſed corrigitur taliū opinio extra de teſtib. decætero.

[h] Criminoſis. ſcilicet clericis.

[i] Reprehendendo. ſupple ſed non debent præſumere, cū de ſe, &c.

[k] Teſtimonium. Cum debeat exemplificare de accuſatione, exemplificat de teſtimonio: qđ ideo facit, quia qui admittitur ad unū, admittitur & ad reliquum. iiij. q. iij. teſtes. Ioan.

Ioā. 18. d

[l] Opponitur. Dixerat in illo §. his authoritatib. [2] ꝙ ſubditi criminoſi ſiue clerici fuerint, ſiue laici non ꝓadmittantur ad accuſationem prælatorū. Vnde colligitur à contrario ſenſu ꝙ alij admittātur. Huic diſtinctiōi obijcit, & poſtea ſecūdum ſuā opinionem ſoluit, quæ talis eſt, quod laici non criminoſi poſsūt accuſare clericos: quod falſum eſt, ut extra de teſti. decętero. niſi ſuā uel ſuorum iniuriā proſequitur: & tūc non admittūtur ad teſtimonium.

2 Vel dic dictū eſt ī. §. ex his omnibus, & c. præſumunt, qđ ſubditi criminoſi, &c. B. Brixien.

Huic oppoſitioni. Hęc eſt tertia ꝑs huius quæſtionis, ī qua ꝓbat quod mali non poſſunt accuſare prælatos ſuos, uel illi, qui ad eundem gradum perue

G niro

are non poſſunt. & hoc probat per ſex capitula. Io. de Fantu.

a Alieni erroris. Ex tribus locis iſtius capit. argumentatur Gratianus à contrario ſenſu in ſequen. §.

b Recedentem. id eſt apoſtatam.

c Non obedientē. id eſt. ſchiſmaticū, ut xix. diſt. nulli. & xxv. quæſtio. j. uiolatores.

d Non poſſumus. Argu. φ iudex poteſt infamē repellere, licet reus ipſum recipiat. † xlv. di. licet. xxx. q. v. iudicantem. C. de quæſtio. ſeruos. in prin. iiij. quæſt. iij. parentes. Item arg. quod iudex examinabit accuſatores ſicut ordinandos, ut eos repellat. xxiiij. diſtinctio. quando. & Gregor. præcipit Ioanni, ut inquirat de perſona accuſatoris ſ. ea. q. j. in primis. ſic xxiij. diſt. illud. & ĵ. ea. criminationes & prætor ſuæ dignitatis tuendæ gratia indignos à poſtulatione remouet. ff. de poſtu. l. j. in prin. & repellit militem, licet aduerſarius uelit eū admittere. ff. de procur. filiusfamilias. §. milites. Et quos prætor prohibet in totum & omnino, prohibet etiā ſi aduerſarius cōſentiat, ² ut ff. de poſtul. quos prohibet. Imo ubi aduerſario nō competit exceptio, iudex ex officio ſuo excipiet, ut extra de appell. conſtitutis. & ff. de peti. hæredit. l. ulti. ſed contra. nonne ſic uidetur iudicare ſecundum conſcientiā? & ſcis quia nichil ex ingenio ſuo & domeſticæ uoluntatis motu facere debet: ut. ĵ. ca. proxi. & iij. q. vij. iudicet? Reſpondeo. iudicat in hoc caſu ex his, quæ percipit in exercitio cauſæ, quæ ante eum agitur. Nam cum coram ſe uidet infamem admitti, poteſt ipſum repellere, ſicut cum ſcit tempora appellationis elapſa eſſe, ſuppet de facto. ut C. de tempor. appellatio. l. ij. in fine. ſic xxviij. diſtinctio priuſquam, ſcilicet de facto. quod conſtat iudici tanquam iudici. extra de poſtula. bonæ.

Iudex parte non petēte multa pōt facere.

† Sed contra. ĵ. e. q. his ita. §. iij. uerſ. reſpōdetur. in fi. ibi di cam. Arc.

† Cōcor. tex. in authē. gazaros. C. de hær. & in e. cauſa. & q. c. beati.

² Adde ad hoc id qd̄ legi. & not. extra de exceptiō. c. exceptionē. & lib. vj. eo. tit. c. 2a Arc.

quòd ad eius accuſationē & ſerui aduerſus dominum, & quilibet criminoſi & infames aduerſus quemlibet admittuntur.

Vnde Dionyſius papa.

Infames & hæretici homines bonæ famæ accuſare non poſſunt.

CAN. XXII.

Alieni erroris [a] ſocium, uel a ſui uoluntariè propoſiti tramite recedentem, [b] aut ſacris patrum regulis & cōſtitutionibus nō obedientē [c] ſuſcipere nō poſſumus, [d] nec debemus, nec impetere rectè credētes uel ſanctorū patrū ſanctionibus obtēperantes permittimus: quia infames omnes eſſe cēſemus qui ſuam fidem, aut Chriſtianam legem præuaricantur, † aut apoſtolicā aut regularē libēter poſtponunt authoritatem.

Item ex concilio Toletano iiij.

Chriſtianos accuſare, uel in eos teſtificari non poſſunt, qui fidem acceptam deſeruerunt.

CAN. XXIII.

Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui deo extiterit infidelis. Iudæi ergo, qui dudū Chriſtiani effecti ſunt, & in Chriſti fide præuaricati [e] ſunt, ad teſtimoniū dicendum admitti non debent, quamuis ſe eſſe chriſtianos annuntient: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubij habētur. Infirmari [f] oportet eorū teſtimoniū, qui in fide falſi docentur, nec eis eſt credēdum qui ueritatis ad ſe fidem abiecerunt.

Item Caius papa Felici correpiſcopo.

Hæretici, Iudæi, uel Pagani Chriſtianos accuſare non poſſunt.

CAN. XXIIII.

Pagani uel hæretici ſiue Iudæi non poſſunt Chriſtianos accuſare, [g] aut uocem [h] infamationis [i] eis inferre. in hoc ca. decernitur, ut hæretici non impetant recte credentes. Vnde e contra intelligitur, quod hæretici ab hæreticis impeti poſſunt. Item a tramite ſui propoſiti uoluntariè recedentes non poſſunt impetere ſeruantes limitē ſuæ profeſsionis.

Ex hoc, datur intelligi, φ recedentes a ſuo ꝓpoſito, ſimiliter recedētes criminari poſſunt. Itē nō obediētes ſanctionibus ſanctorum patrū nō poſſunt accuſare obtemperantes ſacris conſtitutionibus. In quo ſimiliter intelligitur, quòd inobedientibus inobedientes accuſare licet. Vnde generaliter colligitur, quòd in accaſatione æqualitas [k] fidei & conuerſationis in

e Non poteſt. Præuaricati. Ergo ſi non ſunt præuaricati. uidetur quod ſunt admittendi, non obſtante præcedenti delicto, ſicut & alius, qui fuerit in mortali, † ut iij. quæſt. j. diffinimus. quod quidam negant, cum nec ad ordines admittatur, qui quandoq; fuit criminoſus, ut xxv. diſtinc. primum. & vj. quæſtio. j. quā crimē. & ff. de ritu nupt. palam. ubi dicitur. turpitudo licet intermittatur, nō tamē deletur. ſic. ff. de furt. qui ea mente. Ioan. Quid iuris ſit de hoc, dicitur extra de teſti. teſtimonium. ubi corrigitur hoc. B.

f Infirmari. ſupra xix. diſtinct. ca. fin. uel aliter. arg. quod non ualet dictū teſtis. ſi poſtea detegitur eius infamia.

g Pagani. Accuſare. Niſi ſuā iniuriam proſequatur, ut iiij. quæſtio. vj. omnibus. Sed hæretici non: quia excommunicati ſunt. extra de hęret. cap. uergentis. & ca. pit. excommunicamus. Sed nūquid iſti, ſcilicet pagani, & Iudæi audiūtur in exceptis criminibus? Dic quod non, ſecundum Hugo. ſic. ſed quo i Iudæi poſſint, uidetur extra de Iudæis. capit. Iudæi. ſed decreta. expreſſe contradicit, quæ dicit quod teſtis debet eſſe fidelis: ut extra de teſtib. licet, j. Et ea ratione, quia ſunt in peccato mortali: & ſic non ſunt audiendi, ⁴ ex̄ de teſti. ſuper eo.

h Aut uocē. Oportet tamen clericos habere teſtimoniū bonum ab his, qui foris ſunt. ĵ. viij. q. prima. licet. de conſecratio. diſtinctio. j. iubemus.

i Infamationis. ut ſe expurgare debeant.

k Aequalitas. falſum dicit. ſufficit enim quod accuſator ſit bonæ famæ, licet accuſatus ſit melioris, ut infra eadem. lator. Item in alijs falſum dicit: quia nec.

† Ad hoc xxxij. q. v. præceptum. ubi de hoc.

Pagani & Iudęi etiā i exceptis criminib⁹ nō sūt audiendi.

⁴ Idem tenet hic Io. de Fā. ad idē extra eo. tit. teſtimonium. ff. e. ti. qſitū. Sec cōtra hoc facit qd̄ legi, & dixi ſ. eo. §. huic oppoſitioni. Archi.

ter accuſantem & accuſatum ſemper conſideranda eſt: ut is, qui accuſat, uel par, uel ſuperior inueniatur.

Item nouellarum conſtitutionum.

Hæreticus hæreticum accuſare, & contra eum teſtificari poteſt. CAN. XXV.

SI hæreticus [a] cōtra hæreticū [b] litiget, cuique eorum hæreticum teſtē adducere licet. Sin autem orthodoxus contra hęreticum litiget, pro orthodoxo quidem hęretici teſtimonium ualeat, contra orthodoxum autē ſolius orthodoxi teſtimonium ualeat.

Item. Orthodoxis autem litigantibus ad teſtimonium nulli hæretico pateat aditus.

Sed quæritur [c] ſi flagitioſiſsimus catholicus poſsit conuenire hæreticum de alio crimine quā de hæreſi? Huic quæſtioni ita reſpondetur: in quo hæreticus inferior eſt, uidelicet in regula fidei, in eo à malo catholico accuſari poteſt. In quo autem ſuperior fuerit, uidelicet in conuerſatione uitæ, in eo à flagitioſiſsimo conueniri non poteſt. Item quod dicitur, paſtores [d] pro ſuis actibus magis ſunt tolerandi, quam corrigendi, dupliciter intelligitur: uel quia à criminoſis tolerandi ſunt: & non corrigendi. Vnde ibi ſubinfertur, quia ſæpe pro meritis ſubditorum deprauatur uita rectorū. Quorum ergo merito (Deo permittente) uita rectorum deprauatur, ab eis potius ſunt tolerandi, quàm corrigēdi. uel quia ſunt quidam, qui ſæpe deſeruntur à publicis documentis, & crimen, quod intendunt, probare non ualent:

De quibus in Homilia de pœnitentia Auguſtinus ait:

Quæ publicis documentis probari nō poſſunt, tolerāda ſunt. CAN. XXVI.

PLerunq; † boni uiri propterea ſufferunt aliorū peccata, & tacent, [e] quia ſæpe deſeruntur à publicis documentis, q̄bus ea, quæ ipſi ſciunt, iudicibus [f] probare non poſſunt.

4 *De his* [g] *etiam illud Anacleti* [h] *intelligitur: Sn̄ia Cham filij Noe dānantur, qui ſuorum doctorum, uel prępoſitorū culpam produ͠t, ceu Chā, qui patris pudēda non operuit, ſed ridēda mōſtrauit. Hac .n. authoritate ſubditi nō prohibent̄ ab accuſatiōe, ſed à proditione. Aliud*

Item obycitur. *Opponitur adhuc, ſ. quod ſubditi etiam religioſi prælatos ſuos accuſare non poſſunt. Et hoc probatur quatuor obiectionib. Prima eſt de Maria ſorore Aaron, quæ lepra percuſſa eſt, quia murmurauit in Moyſen, quia du-*

Infamis Infamem regulariter accuſare nō poteſt. nec infamis infamem, nec criminoſus criminoſum accuſat: ut vj. q. j. qui crimen. nisi prius eum tolerauit ſciens eum talem extra de accuſat. nulli. Sed poteſt dici hoc eſſe ſpeciale in epiſcopo, ut non poſsit remouere ab accuſatione illos, quos prius tolerauit. Item fallit in arenario, qui poteſt accuſare arenariū: ut C. de inoffi. teſt. in arenā. Item fallit in caſibus, in quibus ſocius criminis non repellit ſociū: quos habes notatos iiij. q. iij. liberi. & C. de teſti. quoniam. alias quilibet cuiuſcunq; cōditionis & quantumcunque criminoſus uiles & criminoſos ab accuſatione, uel teſtimonio repellit. Vnde etiam ſocius à ſua accuſatione repellit ſocios uiles & criminoſos. ff. de accuſatio. hos accuſare. §. ſi ſeruus, & iij. q. iiij. ca. pen. quod falſum eſt in exceptis criminibus, ut s. in prin. quæſtionis notaui.

e Dic ut le. & not. extra de accu. ca. j. Archi.

a SI hæreticus. Hæc authentica eſt falſa: quia nunquam hæreticus admittitur ad accuſandum: ut j. iiii. q. j. cap. j. forte loquitur de minoribus hæreticis, qui non peccāt in præcipuis articulis fidei, qui non admittuntur in iudicijs, id eſt, de his quæ acta ſunt corā iudice, ſed alijs cōtractibus propter inopiam probationū admittuntur: non tamen ſine tormentis, ut iiii. quæſtione iii. ca. ſi teſtes. §. ſi res. & C. de hære. l. ulti. Io. Sed certe ſecundum canones non admittitur hæreticus, cum ſit excommunicatus, & debeat ſtatim occidi. extra de hære. ex communicamus. & cap. penul. B.

Hæretic⁹ nunquam accuſat.

b Contra hæreticum. Arg. aliquid admitti pro aliquo, quod non admittitur contra ſe. ſim. xxxvij. diſt. cap. ſi quid ueri. Argu. contra. iiij. q. iij. ſi quis teſtib. Secundum eſt regulare, primum caſuale propter odiū hæreſis.

c Sed quæritur. Hanc ſoluit Vrbanus xij. quæſtio. j. ſcimus. uel aliter, reſpicit illud, quod dicitur ſupra eadem. §. opponitur. & mouet incidentem quęſtionem & diuiditur in duas partes.

d Paſtores. In princ. quæſtio. quæ tamen non ſunt uerba illius cap. ſed ſenſus eſt eius.

e PLerunq;. Et tacent. Dicat tamen ei qui pōt prodeſſe, & non obeſſe. xxij. q. v. hoc uidetur. ſed in publico non debet dicere: ut. vj. q̄one. j. ſi omnia. hæc ergo taciturnitas non obſtat ei, qui non pōt probare. Item non nocet ei, qui non pōt impedire, ut ff. de contrahenda emptio. l. rem alienā. uel ēt erubeſcit loqui: ut ff. de furt. l. penulti. Item nec nocet ei, qui ſcit ſuum ius durare. ff. quibus modis pig. uel hypot. ſol. l. ſicut. §. non uidetur. alias ſemper obſtat taciturnitas: ut ex. de his, quæ fiunt à ꝓlatis. ca. ij. & liiij. diſt. ſi ſeruus.

Taciturnitas q̄nque nō obſtat.

f Iudicibus. Iudici ergo faciēda eſt probatio, nō aduerſatio: ut iiij. queſtione iij. capitu. ſi teſtes. §. ſæpe. & C. de condict. ob turpem cauſam. lege j. Argumen. contra j. quæſtione. j. ſi q̄s. epiſcopus.

† Alias plerique.

g De his. Hæc eſt iiij. pars huius quæſtionis, in qua probat, quod ſubditi ſecreto & pacifice poſſunt ſuos prælatos redarguere, non autem palam, niſi peccaſſent in publico: & ita omnes autho. quas inducit, debent intelligi. & hoc probat per iiij. exempla, & per x. authorita. ſanctorum patrum. Ioannes de Fantu.

a Ad idē extra de proba. ex literis. §. j uerſ. q̄b. & de electio. ſcriptū. §. uerū. in pri. Archi.

Gene. 9. d

? De his. Qui accuſant prælatos de crimine quod non poſſunt probare.

h Anacleti. Supra ead. cap. ſententia.

eſt.n. prodere, Aliud accuſare. Prodit, qui non ꝑ bãda defert: accuſat, qui reo præſente crimẽ iudici offert, probaturus quod ĩ tendit. Chã ſolus uidit pudenda patris: et ideo ꝑ eũ intelliguntur, qui cùm ſoli ſunt conſcij criminũ ſuorũ prælatorum, atque ideo accuſare nõ poſſunt, uitã tamen eorũ infamando alijs ridendã offerunt.

Itẽ obijcitur, ꝙ ſubditi ẽt religioſi prælatos ſuos accuſare nõ pñt. Legitur enim in Exodo, [a] ꝙ Maria ſoror Aarõ, q̃ prima poſt tranſitũ maris rubri ſumpto tympano hymnũ cantare meruit, poſtea murmurãs in Moyſen, eò ꝙ Aethiopiſſam duxerat in uxorẽ, à domino lepra percuſſa eſt. Itẽ in li. Regũ legitur, ꝙ cùm Dauid fugeret à facie Saul, latuit ĩ ſpelũca, in quã cùm Saul diuertiſſet ad purgãdum uentrẽ, Dauid præcidit oram chlamydis eius, quod ſe feciſſe poſtea grauiter doluit, & uehementer pœnituit. Saul à domino erat reprobatus, et ex ĩuidia Dauid ꝑſequebaĩ, ut eũ morti traderet. Dauid erat uir humilis & mitis, Sauli à domino ſubſtitutus, per Samuelẽ unctus in regem: ſed tamen quia præcidit oram chlamydis Saulis, grauiter fleuit: cũ à Saule ſola adminiſtratione unctionis ſepararetur. Unde daĩ intelligi, ꝙ ſubditi quamuis religioſi ſint, ꝑlatos ſuos criminoſos accuſare nõ pñt. Nam per Saulẽ, qui uentrem purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiã corde conceptam, in opus producunt. 2.Reg.6.a. Item legitur in li. Regũ ꝙ cùm arca domini reduceretur de Gabaa in Ieruſalem, à bobus recalcitrãtibus arca inclinata eſt: cui dũ Oza leuita manum adhiberet, ut eã erigeret, à dño percuſſus [b] interijt. Per arcam prælati intelligunĩ, per Ozan ſubditi, per inclinationem arcæ caſus intelliguntur prælatorum: per illum, qui manũ adhibuit, intelliguntur reprehendentes, uel accuſantes uitam doctorum: qui à domino percuſſi intereunt. His ita [c] reſpondetur: uerũ eſt per arcã ſignificari prælatos, & per Ozã ſubditos. Illud uerò falſum eſt, quòd per inclinationem arcæ, caſus ſignificetur prælatorum. Aliud eſt.n. inclinari, uel deſcendere, aliud cadere. Ioan.8.a. Legitur.n. quod ſaluator noſter ſe inclinauerit, ſicut quando digito ſcribebat in terra: & de montibus frequenter deſcenderit, in quos aſcendebat, ut uel pernoctaret in oratione, uel ut diſcipulos in monte altiora doceret [a] præcepta: uel ut turbas fugiens, ex altitudine mõtis eas reſpicere, et liberè poſſet docere. Inclinatio, uel deſcẽſio, humilitatem ſignificat, qua ſpirituales nonnunquã carnalibus condeſcendunt, ut eorum infirmitati compatiantur: iuxta illud Apoſtoli: 2. Corin. 11.g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Hos etiam [c] ſignificauerunt angeli, quos Iacob uidit in ſcala deſcendentes. Gen. 28.c De his per prophetam dicitur: Pſalm. 17 Inclinauit cælos, & deſcendit. Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati, qui ſubditorum culpam miſericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Unde bene dicitur, quòd bobus recalcitrantibus arca inclinata eſt. Boues quippe recalcitrantes, ſubditos ſignificant ſuis doctoribus non obedientes, quibus dum prælati compatiuntur, quaſi bobus recalcitrãtibus arca incli

xerat Aethiopiſſam in uxorem. Secunda obiectio eſt de Dauid, qui cum fugeret à facie Saulis, & latitaret in ſpelunca, abſcidit orã Chlamidis Saulis purgantis uentrem. De quo idem Dauid ſeipſum poſtea reprehẽdit. Tertia eſt de Oza, qui cum arca domini reduceretur de Gabaa in Ieruſalem, & bobus recalcitrantibus inclinaretur, manum appoſuit. Quarta eſt q̃d infames efficiũtur, qui accuſant prælatos ſuos, & ideo accuſare non poſſunt. Has obiectiones ſoluit, & dat cuilibet obiectioni ſuam ſolutionẽ Gratianus, concludendo, quod propter hoc non remouẽtur ſubditi ab accuſatione prælatorũ. Et primo ſoluit, quod dictum eſt de arca: et innuit quod per Mariam, Dauid & Ozam, & per eos, qui reputabantur infames, intelliguntur illi, qui bonam fidem & bona facta ſuorum prælatorum reprehendunt, bonitatem eorum obfuſcare uolentes. Sed malos prælatos bene poſſunt accuſare: quod probat ſequenti capitulo, quia mali prælati non ſunt prælati.

Cõcor. tex. in l. libellorũ. ff. de accuſat. & de priua. delictis l.j. cũ concor.

Exod. 5.c

Núe. 12.a

1.Re. 24.a

2. Reg. 6. & 19.

1. Reg. 24. a.

[a] In Exodo. Moſius in libro Numero. 50. diſt. c. ſi poſt ordin. §. econtra.

[b] Percuſſus. Quia ea nocte non ſe ab uxoris amplexu abſtinuerat.

[c] His ita. Incipit reſpondere his tribus obiectionib. & primo reſpondet ultimæ.

[a] Altiora doceret. arg. quod magiſter dẽt docere in alto.

[c] Hos etiam. Scilicet ſpirituales prædicatores.

Pecca-

natur. Leuita, qui manũ adhibuit, ſignificat illos, qui miſericordiæ cõpaſſionẽ in prælatis ſuis reprehendunt, eosq; in ſeueritatis amaritudinẽ erigere nolũt. Vnde bene leuita iſte Oza dicitꝰ. Oza quippe robuſtus dicitur. Illi.n. robuſti dicuntur, qui cũ de ſua iuſtitia præſumũt, miſericordiã peccantibus negandã putant & impendentes reprehẽdũt. Vnde à domino percuſſi intercũt: quia iudiciũ ſine miſericordia erit illis, q nolũt facere miſericordiã delinquentibus. Cui per Salomonem dicitur: Noli eẽ nimis iuſtus qa eſt nimis iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua. Sic & Moyſi illud intelligitur. per Moyſen.n. prælati intelligũtur [a] per Aethiopiſſam uxorẽ, peccatores intelligũtur. Moyſes Aethiopiſſam uxorẽ ducit, cum quilibet prædicator peccatorẽ [a] ſibi copulat, ut ex eo ſobolem bonorũ operum Deo gignere ualeat. Hanc copulam dum Maria id eſt, ſubditi reprehendũt, lepra peccati inficiũtur. uel per Mariam ſynagoga intelligitur, quę in Moyſen, id eſt, in Chriſtũ murmurauit; quia Aethiopiſſam, id eſt eccleſiam de gentibus ſibi copulauit, quos lepra perfidiæ & erroris ſordidos fecit. Non ergo his authoritatibus ſubditi prohibentur ab accuſatione ſuorum prælatorum, ſed monẽtur, ne reprehendãt miſericordem cõpaſſionẽ eorũ. Item [b] per Saulem prælati intelliguntur & per Dauid [c] ſubditi. Saul [d] purgans uentrem eos ſignificat, qui malitiam corde cõceptam, foras in opus producunt. Sed in præciſione chlamidis non ſignificatur, niſi reprehenſio peccati. per chlamydem.n. regis † poteſtas intelligitur. Hanc pcidit, qui prælatum ſentẽtia damnationis ferit: quod nulli ſubditorum licet. Facta.n. paſtoris, oris gladio, id eſt, ſentẽtia dãnationis à ſubditis ferienda non ſunt. Hinc eſt quod Hieronimus ait ſuper Marcum de põtifice, qui ſcidit ueſtimenta ſua: Sciſſio ueſtis ſciſſionem ſignifiat ſacerdotij, quod in proximo erat ſcindendum, & auferendum Iudæis uel per Dauid ſignificantur, qui nequitiã ſuorum prælatorũ uidentes, maiora eorum peccata cõtemnunt, minima uerò & leuia quaſi extremam oram chlamydis præcidẽtes reprehendere & lacerare ſatagũt. Vel quia Saul ſolus [e] diuertit in ſpeluncam, in qua Dauid ſolus latebat. Item ſuper hoc poteſt intelligi, quod de Cham dictũ eſt, qui ſolus uidit pudenda patris, quæ non cooperuit, ſed ridenda monſtrauit. Hac itaque authoritate non inhibetur ſubditis accuſare prælatos, ſi accuſabiles fuerint.

Itẽ probatur quod ſubditi prẹlatos ſuos accuſare non poſſunt, et iã ſi religioſi fuerint. Infames.n. ſunt eo ipſo, quòd ſuorum doctorum uitam reprehẽdere conantur. Infames.n. fiunt (ut canonum tradit authoritas) omnes, qui in patres armãtur, et qui doctorum ſuorũ uitã reprehendunt, uel accuſant. Nullus aũt infamis in accuſatione prælatorum eſt audiendus, niſi fortè à fide exorbitauerit, ut ſupra dictũ eſt. Cùm ergo ſubditi eo ipſo, quod in accuſationem prælatorum proſiliunt, infames efficiuntur: infamibus autem copia accuſandi denegatur: patet ꝗ ſubditi prẹlatos ſuos accuſare non ſunt. His ita reſpondetur, [f] non omnes prælati pro prælatis habentur. nomẽ enim non facit epiſcopum, ſed uita. †

Vnde Gregorius Ianuario epõ ſcribit.

Quem ætas, non uita ſeniorem facit, grauiter eſt increpandus.

CAN. XXVII.

PAulus [g] dicit. Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula [h] tunc eſt obſeruanda, [i] cùm culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iu-

a Peccatorem. In hoc tamen non peccauit, qa adhuc non erat prohibitum: nec hodie eſt ſi ſub hac conditione ducitur, ut fiat fidelis. xxviij. quæſtio. j. nõ oportet. Ioan.

b Item. Ad hoc ſimiliter tripliciter reſpondet, & ultimo male.

ADDITIO.

& eſt hęc reſponſio ad ſecundam obiectionem. Archi.

c Per Dauid. Secunda ſolutio.

d Saul. iij. reſpõſio

e Solus. Et tamen cum socijs ſuis.

f Reſpondetur. quibus dicitur, ꝙ ſubditi non poſſunt accuſare prælatos.

g PAulus. ſcilicet in epiſtola. j. ad Timot. v.

h Regula. ar. ꝙ poſſumus interpretari & arctare generalia uerba Apoſtoli, ut xxxiij. q. ij. quos Deus cõiunxit. xxij. q. v. hoc uidetur. & ff. de in ius uocand. l. quamuis. & ff. de teſtib. quæſitũ.

i Obſeruanda. exempla enim prælatorum & ſenum facilius corrumpunt. & ideo magis ſunt punienda. ut xj. quæſtio. iij. præcipue. & lxxxvj. diſtinctio. tanta. Scri-

a Arg. ad hoc. xxij. q. iiij. obijciũtur. & cap. dixit. uel dic ſecundũ. H. quod fecit inſtinctu ſpiritus ſancti. argu. xxxv. qõ. j. c. cũ igitꝰ §. hac itaque cõſuetudine. Io.

Iaco. 2. c

Eccle. 7. c

3 Arg. cõtra. ſ. e. q. cõſuluiſti xxxj. q. j. qđ ſi dormierit.

Prælatorum exempla alios corrumpunt.

3 Et generaliter quicũque publice peccat, exemplum peccandi cuilibet tribuit: & in totam eccleſiã delinquit. xxvj. qõ. ij. ſed illud. ſecũdum L. & H.

† Regul.

Gene. 9. d

[redacted]

niorum. Vbi autẽ ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nã ſcriptũ [a] eſt: Laqueus [b] iuuenum omnes uos. & rurſus: Maledictus puer [c] centum annorum.

Eſa. 42.d
Eſa. 65.d

Item Hieronymus ad Heliodorum.

Dignitas non facit epiſcopum, ſed uita.

CAN. XXVIII.

NOn omnes epiſcopi ſunt epiſcopi. [d] Attendis Petrum, ſed & Iudam conſidera, Stephanum ſuſpicis, ſed Nicolaum [e] reſpice. Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius [f] centurio adhuc ethnicus [g] dono ſancti ſpiritus mundatur: presbyteros [h] Daniel puer iudicat. Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cũ Chriſto regnantium. Infatuatum [i] ſal ad nihilum prodeſt, niſi ut projiciatur [k] foras, & à porcis [l] conculcetur.

Act. 10.
Dani 13.c
Luc. 14.g

Vnde Auguſt. hom. vij.

Non epiſcopi nomen, ſed uita reuerentiam meretur.

CAN. XXIX.

NOn omnis, qui dicit, Pax uobis: quaſi columba eſt audiẽdus. corui [m] de morte paſcuntur. Hoc columba nõ habet: imò de fructibus terræ uiuit: innocens eſt uictus eius.

Item Beda in ſecunda epiſtola Petri.

Docti ab indoctis, clerici à laicis, quandoque meritò reprehenduntur.

CAN. XXX.

SEcuti ſunt [n] uiam Balaam [o] ex Boſor, [p] qui mercedẽ iniquitatis amauit: corruptionem uerò habuit ſuæ ueſaniæ ſubiugale mutũ: quod hominis uoce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam. Plerũq; hæretici tam ſtulta dogmata, tam execranda proferũt ſacramenta, ut etiã hebetum ſenſus paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, illorum deteſtentur inſaniam: & illorum diſtorta & Deo contraria itinera ſanius ſapiendo redarguant. Et (quod peius eſt) nonnunquam multi catholicorũ intantum mercedẽ amãt iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, clerici à laicis meritò redarguantur: [q] qui iure comparantur prophetæ, qui uerbis aſinæ contra naturam loquentis corripitur: nec tamen à propoſito praui itineris retardatur: quibus etiam aptiſsimè nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam uenitſe perhibetur. Boſor nanque carneus ſiue in tribulatione poſitus interpretatur. Neque enim alia magis cauſa luxurioſis exiſtit uerbum ueritatis amore pecuniæ, uel deſideriorum temporalium adulterare, quam quia carnis ſe concupiſcentijs mancipauerunt. Sed & nomen ipſius Balaam, qui uanus populus, ſiue præcipitans eos, interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam ueritatis uiam ſpõte deſerunt, quid niſi uanus populus ſunt? Qui etiam in præcipitium ſuos mergunt auditores: quibus non ſalutaria quæ corrigant, ſed quæ illos delectent erronea prædicant: de quibus apertè ſubditur: Hi ſunt fontes [r] ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Danl.13.c Mat. 10.b

Quia [s] ergo non omnes epĩ ſunt epiſcopi: presbyteri à Daniele puero iudicẽtur. ſal infatuatũ à porcis cõculcatur, et qui dixit, pax uobis: plerunq; nõ colũba, ſed coruus reputatur: patet q nõ ſemper pro officio, uel authoritate pſonæ ab accuſatione eſt ceſſandũ: imò cõtra prauos eſt agendũ cùm omnis pſona criminaliter peccãs alte

a Scriptum. ſcilicet in Eſaia.

b Laqueus. ſcilicet malo exemplo.

c Puer. Canon propter malitiã aliquorum fingit aliquid eſſe, quod non eſt, & ecõuerſo. xl. diſtinctio. multi ſacerdotes.

d NOn omnes epiſcopi ſũt epiſcopi. id eſt, non omnes epiſcopi uoce, ſunt epiſcopi re.

e Nicolaum. qui fuit unus de ſeptem diaconibus, quos apoſtoli inſtituerũt: q fuit reprobus.

f Cornelius. q primus ex gẽtibus nomẽ Ieſu Chriſti eſt ſecutus. xxvj. diſtinctio. deinde.

g Ethnicus. id eſt gentilis.

h Presbyteros. q condemnauerũt Suſannam. j. ea. c. nos ſi incompetẽter. §. item cum Balaam.

i Infatuatum ſal. id eſt, ſtulti prælati inſipidi in prædicando? fatui in delinquendo.

k Proijciatur. Id eſt, deponatur.

l Et à porcis. id eſt dæmonibus, qui dominant malis prælatis, quaſi pecori ſuo. xxiiij. q. j. capi. miramur. §. his authoritatibus.

m NOn omnis. Corui. Coruo æquiparatur malus prelatus uel presbyter in nigredine uitiorum, & in raucedine uocis, & in uoracitate, ſcilicet mortuorũ oblationum: & in fœtore ſpiritus, & in garrulitate, & i furto. xxiij. quæſt. iiij. tres perſonas. Ioã. de Fantu.

n SEcuti ſunt. Prælati & doctores mali.

o Balaam. Supple uenientis.

p Ex Boſor. uerba ſunt Petri uſque ad uerſi. plerſque. ubi Beda exponens uerba Petri in canonica dicit, quod hæretici à gentibus reprehenſi comparantur Balaam correpto ab aſina: comparantur etiã ei mali prælati reprehenſi à laicis.

q Redarguantur. Non dicit accuſentur. unde nõ poteſt hic ſumi arg. quod laici poſſunt accuſare clericos, ut ſupra xxj. diſtin. nolite. in fin. contra. Solu. ibi quod triplex eſt reprehenſio: quod ibi uide.

r Fontes. Verba Petri.

s Quia. Infert ex his tribus capitul. quod mali prælati cũ criminaliter peccant, poſſunt à ſubditis accuſari. & ad hoc inducit cap. ſequentia.

Alte

a Dic q pueriliſ ętas durat uſq; ad pubertatẽ: ut l. pueri cũ gloſſ. ff. de uerb. ſig.

b Et dicũt q iſte fuit Macometus, quem colunt pagani. Hu. & de hoc habet. j. xxiiij. q. iij. quidã. uer. Nicolaitæ. ſecũdũ l. q aſſerit q iſte fuit Machometus

Dęmonia malis prælatis dominantur.

Presbyter malus coruo æquiparatur.

Quia ipſas oblationes ſibi uſurpãt & [illegible]

veſtur: [a] et (ut ita dicã) [b] capite minor legib. cenſeatur. Qui.n.facit peccatum, ſeruus eſt peccati, tã in pœna, quàm in culpa.

Vnde Auguſtinus ait:

Qui ſuſceptum officium nõ adminiſtrat, nõ eſt epiſcopus, ſed canis impudicus.

CAN. XXXI.

QVi nec regiminis in ſe rationẽ habuit, nec ſua delicta derterſit, nec filiorum crimen [c] correxit, canis impudicus dicendus eſt magis, quàm epiſcopus.

Quibus ergo Hieronymus, [d] Auguſtin⁹, Gregorius auferunt nomen columbæ, epiſcopi, ſenioris: nonne & priuilegium eſt auferendum dignitatis, ut poſsint à ſubditis reprehẽdi? Vnde ſcriptura diſsimulans [e] priuilegiũ prauæ ſenectutis ait: Maledictus non ſenior, ſed puer centũ annorum. Apparet ergo, ꝙ hi ex accuſatione prælatorum infames fiunt, qui eorum uitam reprehendere, & lacerare conantur: qui locũ ſui regiminis non nomine tantùm, ſed uita & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt ex accuſatione prælatorũ ſuorum, quàm infames. Item quod dicitur, maiorum quiſpiam minorum accuſationibus nõ impetratur: minores intelligẽdi ſunt, non dignitate, ſed uita.

Vnde Hieronymus ait de Paulo ſuper epiſtolã ad Galatas.

Maiores & minores non dignitate, ſed uita intelligi oportet.

CAN. XXXII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, niſi ſe non imparẽ [f] ſciret. [g]

Hoc non de officio [h] eccleſiaſticę dignitatis, [†] ſed de puritate uitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur. Solus.n. Petrus inter apoſtolos primatum gerebat.

Hinc Auguſtinus ait ad Hieronymum:

Non epiſcopi nomen, ſed uita maiorem facit.

CAN. XXXIII.

QVanquam ſecũdum uocabula, [i] quæ uſus obtinuit, epiſcopatus ſit presbyterio maior, Auguſtinus [k] tñ Hieronymo minor eſt.

Item libro ſecundo de unico baptiſmo.

Epiſcopi licet pares ſint meritis, gradu tamen differunt dignitate.

CAN. XXXIIII.

PVto, ꝙ ſine ulla ſui contumelia Cyprianus Epiſcopus Petro apoſtolo cõparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Cæterùm magis uereri debeo, ne i Petrum contumelioſus exiſtam. [l] Quis enim neſcit illum apoſtolatus principatum cuilibet [m] epiſcopatui præferendum? Sed & ſi diſtat cathedrarum gratia, una tamen eſt martyrum gloria. Item cùm Petrus à Paulo poſteriore corrigatur, & pacis, atque unitatis uinculo cuſtodito ad martyrium promouetur: [n] quantò [o] facilius & fortius qđ per uniuerſæ eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, uel unius Epiſcopi authoritati, uel unius prouinciæ concilio præferendum eſt?

Idem.

Tangit ſentētiam illorū, qui dicunt, q qualibet iſtarū dilationū poſſunt pducī tot teſtes, quot quis uoluerit, refrenata tamē multitudine. Arc.

Actori denegant induciæ.

ſolet: A iudice procedente [a] dilationem poſtulari non conuenit, etiã ſi utraque parte pſente tribuatur: [b] cũ nõ aliàs, niſi cã cognita indulgeri queat, & cognitio cauſæ [c] nõ interpellatiõe plenaria, ſed conſidente [d] magis iudice legitimè colligatur: ut ſi fortè dilationis petitio ĩprobata fuerit, ſuſpecta quæſtio per ſententiam iudicis dirimatur.

Conſtitutione [e] vij. in collatione octaua. Libellũ [f] uerò non aliàs actor dirigat, niſi prius ẽt in ipſum, quẽ dixit obnoxiũ, & in negotij executorẽ, [g] exponat cautionem † ſe uel intra duos menſes litem cõteſtaturũ, uel omne damnũ ei, qui conuenitur, cõtingens reſtituturũ [h] in duplũ. In col. ſexta.

3 *Offeratur ei, qui uocatur in iudicium, libellus. et exinde præbitis ſportulis, [i] data fideiuſſione [k] uiginti dierũ gaudeat inducijs, in quib. deliberet, an cedat, an contendat, atque aliũ petat iudici ſociari, [l] uel eũ recuſet: niſi ſit ille, [m] quẽ et ipſe iam alio recuſato petijt. [n] Deniq; pſens interrogetur, an hoc tps tranſierit: quod non modò ipſius reſpõſione, ſed etiã libelli manifeſtetur ſubſcriptione, quã in initio facere dẽt. Litis uerò conteſtatio contra hoc indultum habita, pro nihilo eſt. [o] Conſtitutio vi. in collatione octaua.*

Quod fieri [p] non debet,

a A iudice procedente. In uia.

b Tribuatur. Id eſt, tribui petatur.

c Cauſæ. Id eſt, dandæ dilationis.

d Conſidente. Argu. q̃ ea quæ cauſæ cognitionem requirunt, debent iudice ſedente pro tribunali fieri, ut ij. q. iij. c. præuaricator. & q. vj. c. biduum.

e Conſtitutione. hæc eſt C. de litis conteſtatione.

f Libellum. Libellus porrigẽdus eſt iudici ordinario & delegato, ut extra de libel. obla. capi. ignarus. & extra ut lit. non conteſta. c. j. & etiam coram arbitro, quia arbitria ſe habent ad inſtar iudiciorum. ff. de arbit. l. j. licet ſit arg. contra. C. de epiſ. & cle. authen. generaliter. in fin. Libellus iſte tradendus eſt iudici, & iudex eum porriget reo, ut C. quomodo & quando iud. authen. qui ſemel. Nec tenet reus hũc libellum recipere, niſi actor præſtiterit duplicẽ cautionem, unam quidem qđ intra duos menſes litem conteſtabitur, uel quod reſtituet reo omne damnũ in duplum, ut hic dicit. Item aliã præſtabit, quod per ſe uel per legitimum procuratorem cauſam aget uſq; in finem, & ſi conuictus fuerit iniuſte litem mouiſſe, præſtabit decimam partem rei petitæ in libello. Si autẽ cautionẽ iſtam dare non poteſt, ſuper hoc præſtabit iuratoriã cautionẽ. hoc totũ habes C. de epiſ. & cle. authen. generaliter. Io. iſta hodie de cõſuetudine nõ ſeruant. B.

† Cõcor. cũ hoc §. tex. i auth. offeratur. cũ ibi no. C. de litis conteſta.

Actor libellũ offerẽs, duplicẽ cautionem pſtare debet.

g Executorem in iudicem uel officialem. & expone & pro uel. & habes hanc au. hen. de executoribus. §. ſancimus. col. vij.

h Reſtituturum in duplum. Ita tamen ut cautio nõ excedat xxxvj. aureos, ut in auth. de execu. in princ. colla. vij.

i Sportulis. In iudicibus delegatis expreſſum eſt de ſportulis. ſ. quod habebũt duos aureos in principio, & duos in fine cauſæ. in authen. col. vj. de iudic. §. ne autem. In ordinarijs non inuenimus, niſi in clericis, qui præſtant quatuor ſiliquas. C. de epiſ. & cle. authẽ. ſed hodie. debet autem utraque pars ſoluere officialibus pro labore. xiiii. q. v. c. non ſane. de hoc dic, ut ex̃ de ui. & ho. cle. c. cum ab omni.

Sportulæ iudicibus debitæ.

k Fideiuſſione. Iudicio ſiſti, cum ſit poſſeſſor rerum immobilium. ff. qui ſatiſd. cog. l. cogendum. non autẽ iudicatum ſolui: quã cautionem nemo præſtat cõuentus ſuo nomine, inſtit. de ſatiſd. §. ſed hodie. Sed nunquid ſufficit dare pignora? non uidetur, cum ſit prætoria hæc ſatiſdatio, ut uidetur ff. de præto. ſtip. l. prætoriæ. Sed non eſt uerum. Licet enim non teneatur dare pignora, poteſt tñ ſi uult. ff. de col. bo. l. j. §. iubet. ner. an pignoribus. Imo expreſſe dicitur ibi de ſola fideiuſſione in auth. de exhiben. reis. §. ſancimus. col. v. cum tñ hæc authentica indiſtincte dicit dari debere fideiuſſorẽ, credo q̃ ſiue ſit poſſeſſor rei mobilis, ſiue ĩmobilis, qđ dabit fideiuſſorẽ. Ioan. Dñs H. & alij doctores legũ dicũt quod auth. nõ corrigit legem, ſed diſtinguit. B. Itẽ hic habes, quod licet quis dedit fideiuſſorem ſtandi iuri, qđ adhuc poteſt recuſare iudicem, ſicut appellare põt, licet iurauerit ſtare iuri, ut extra de app. cap. ad hæc. ij. & j. Sed quid eſt, quod dicit, quod uſq; ad xx. dies debet iudex recuſari, cũ exceptio talis ſit dilatoria, & ſic uſque ad lit. conteſta. poteſt opponi, ut extra de ſenten. & re iudi. c. cum inter? Sol. quicquid ab illis cãtetur, ego credo q̃ proponenda eſt hæc exceptio uſq; ad xx. dies tantũ: nec dicitur ideo dilatoria, quod uſq; ad litẽ conte. poſsit obijci, ſed ideo quia ſemper ante litem conteſta. eſt obijcienda. Si enim poſſet quandocunq; obijci uſque ad litem conteſta. quare diceret lex, quod ſi iudex abſens eſt, qui eſt recuſandus, debet reus proteſtari coram alijs, quod habet iudicem ſuſpectum, ut C. de iudi. l. cum ſpecialis. unde dico, quod ſi quis omittit exceptionem de ſuſpecto iudice, & proponat alias exceptiones, amodo non poteſt reuerti ad iſtum. arg. optimum. ff. de iudic. l. ſed & ſi ſuſceperit. Item cũ multas forte recepit ſententias pro ſe, † qualiter poſſet ipſum amodo recuſare? Arg. ad hoc extra de offi. deleg. c. inſinuãte. ĩ. e. q. vj. c. ſi quis epiſ. §. exceptio. Io. quia ſi probo aliquid coram iudice, ſcilicet aduerſarium meum eſſe excommunicatum, uideor approbare iudicem, nec de cetero potero recuſare eum. & ita ſemel Tancre. reſpondit in ſcholis. B.

Fideiubere debẽti, an ſufficiat dare pignora.

Exceptio iudicis recuſatoria, eſt dilatoria.

l Sociari. Quando ordinarius recuſatur.

m Niſi ſit ille. xxxij. q. v. c. horrendus. ſimile ff. de nego. geſt. l. Pomponius. Ioan.

n Alio recuſato petijt. Si quis ergo petijt iudicem aliquem, illum non poteſt amodo recuſare: ut hic, & extra de offic. deleg. c. ſuper quæſtionũ. Imo ſi procurator alicuius petijt iudices, dñs non poteſt illos recuſare, ut extra de cau. poſ. c. cum olim tamen appellare poteſt ab eo, ut not. ſ. ij. q. vi. iudicibus.

o Pro nihilo eſt, quantum ad hoc 2 quin poſsit adhuc recuſari, quaſi lis non ſit conteſt. ut in authen. de exhiben. reis, §. illud. col. v. Re uera tamen tenet litis conteſtatio ſic facta, ut ibi perpenditur.

p Quod fieri. ſ. ut reus teneatur reſpondere coram ordinario iudice per reſcriptum ad eum impetratũ.

† In hoc puncto ſic diſtiguas: aut re⁹ pvocauit actorẽ, uel interlocutoriam: & tũc nõ poteſt iudicẽ recuſare. Aut fuit pvocatus ab actore: & tũc ſic. argu. ff. de cond. fur. & ideo. in prin. Arc.

2 Adde qđ le. & not. xvij. qõ. iiij. uxor.

Exacto.

niſi actor ſatiſdederit certam promittens quātitatem ſe daturum ſi nō exequatur, aut exequens nō uincat cām. Si ergo poſt tempus præſtitutū intra decem dies pro præſente nō occurat, dimittaī reus exacto [a] *eo, quod promiſſum eſt, & ſi quid circa litē plus impēdiſſe cū taxatione iudicis iurauerit.* [b] *Exceptio fori dilatoria eſt, atq; ideo ī initio litis dēt opponi et pbari. Per emptorias aūt exceptiones, ut ſunt pſcriptiones longi temporis, ſufficit in initiō litis conteſtari.*

QVAESTIO. IIII.

[c] *Vòd uerò infames & nō legitimè cōiuncti ad accuſationem admitti nō debeant, & qui generaliter ab accuſatione remouendi ſint, multorum authoritatibus claret.*

Ait.n. Iginius Papa.

Infames eos, qui ſunt bonæ famæ, accuſare non poſſunt.

CAN. I.

Alieni erroris ſocietatem ſectantem, uel à ſui propoſiti tramite recedentem, aut Apoſtolicæ ſedis iuſsionib. inobedientem ſuſcipere nō poſſumus, nec impetere rectè credentes, uel ſanctorum patrum iuſsionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio.

Item Anacletus Papa in prima Decretali.

Qui legem ſuā ſpōte trāſgreditur, ante ſuā reuerſionē rectè agentes accuſare non poteſt.

CAN. II.

Beatus prædeceſſor noſter Clemens uir Apoſtolicus & ſpiritu Dei plenus, unà cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit dicens: Accuſandi uel teſtificandi lıcētia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem, & ſuæ legis, uel ſui propoſiti normam aut regulariter prohibita neglexerint. Trāſgreſſores.n.ſpōte legis ſuæ, eiuſque uiolatores, apoſtatæ nominātur. Omnis enim apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem ſuam, nec in accuſationem rectè agentium, aut teſtimonium, ſuſcipiendus eſt.

Item Pius Papa.

A ſuo propoſito diſcedentes ſunt infames.

CAN. III.

Si quis à uero propoſito retrorſum exorbitauerit, & iuſſa apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, infamis [d] efficitur. Reprobari ergo oportet eorū redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. Fides autem & conuerſatio primum ſcrutāda eſt, & dein de qui irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipiendi, & non prius.

Item Calixtus Papa.

Inceſtuoſi, & non legitimè coniuncti, ſacerdotes & legitime coniunctos accuſare non poſſunt.

CAN. IIII.

Conſanguineorum cōiunctiones, nec legitimæ ſunt, nec manere poſſunt, ſed ſunt repellendæ. Quiſquis ergo non legitimè coniunctus, uel abſq; dotali titulo [e] ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes uel legitimè coniunctos criminari, uel in eos teſtificari minimè pōt: quoniam omnis inceſtus macula pollutus, infamis eſt, & accuſare ſupradictos non permittiur. Non ſolum ergo hi ſunt repellendi, & infames efficiuntur, ſed etiam omnes eis cōſentiētes. [f] Similiter de raptoribus, uel eis, qui ſeniores impetunt, fieri cenſemus. Hos enim leges ſeculi interficiunt,

---

a Exacto.i. reus exiget ab actore, quod tamen nunq̄ uidi. hic nota duo ſpecialia, ut certa quantitas promittatur, & tamē plus exigatur, & q̄ expectatur actor poſt terminū uſque ad decem dies, tamen corā ordinario iudice expectaretur per annum & per tres menſes, ſecundum quoſdam, ut C. quomodo & qn̄ iudex. authen. qui ſemel. Sed uerius eſt, quod hic loquitur cū abſoluitur à iudicio illius iudicis. Et loquit lex iſta cum quis trahitur extra prouinciam per reſcriptū principis, ut in authen. col. v. de exhiben. reis in prin. ſed illa authen. qui ſemel. loquitur cū penitus abſoluit.

b Iurauerit. Not. quoties petitur intereſſe ex delicto alicuius, illud declaratur per iuramentum: ut hic, & ij. q. j. c. ī primis. [1] C. unde ui. l. ſi quādo. C. de fide inſtru. l. ulti. Sed ſi petatur intereſſe ex contractu, illud probabitur debito modo. ff. de minori. l. ſi in emptionē. & ff. de præt. ſtip. l. ult. ff. de eden. l. argentarius. §. ultim. inſtitu. de uerb. obligatio. §. ultimo.

1 Ver. glorioſus. ubi de hoc.

c Vod uero. maxime. nā etiam poſt admittuntur: ut v. quæſ. j. c. qui crimen.

Alieni caſum iſtum habuiſti. ſ. ij. quæſt. vij. c. alieni. & ibi uidebis plenarie.

d Si quis. Infamis. Dic quod infamis non admittitur ad accuſationem, niſi ſuam uel ſuorum proſequatur iniuriam. ut iiii. quæſt. vj. capit. omnibus. ſupra ij. q. j. c. prohibentur. niſi in criminibus exceptis, ut vj. qō. j. cap. ſunt plurimi. §. uerum. nec in his pro ut notaui ī. ii. q. j. cap. in primis. in fi. & qō. vii. in ſumma.

Infamis an poſsit accuſare.

Conſanguineorum.

e Dotali titulo. Secundum quoſdā dos adeo requiritur in matrimonio ut ſine ea matrimonium non teneat. argumentū ad hoc xxx. q. v. c. nullum. ſed uerius eſt quod teneat. C. de nupc. l. Imperialis. §. his autem tamen præſumitur nō eſſe matrimoniū, ut xxx. q. v. c. aliter.

Matrimonium ſine dote tenet.

f Conſentientes. approbando, defendendo, patrociniū præſtando, quo caſu non minus peccat, quam faciens, ij. quæſtio. j. c. notū: imo magis peccat. xxiii. qō. iii. ca. qui aliorum.

Sub

ſed nos miſericordia præeunte ſub infamiæ a nota ad pœnitentiam recipimus.

Idem.

Qui non ſunt recipiendi in accuſatione.

CAN. V.

Conſpiratores b in nullius accuſatione ſunt recipiendi, nec eorum, uel anathematizatorum uox ullum nocere, aut lædere poteſt.

Item Stephanus papa.

De eodem.

CAN. VI.

Nullus anathematizatorum ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur, c quæ ab eis dicuntur, uel conſcribuntur. Eos dico anathematizatos eſſe, quos epiſcopi ſuis ſcriptis d anathematizauerunt, aut eorum e ſtatuta anathematizant. f

Item Fabianus papa.

Anathematizati fideles accuſare non poſſunt.

CAN. VII.

Omnes, quos ſanctorum patrum ſtatuta tam præteritis, quàm futuris temporibus anathematizant, ſubmouemus, † & ab omnium fidelium accuſatione alienamus.

Item Stephanus papa.

Clericus qui epiſcopum accuſauerit, infamis efficitur.

CAN. VIII.

Clericus uerò, qui epiſcopum ſuum accuſauerit, g aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus: quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi h ſeruiturus.

Item Alexander papa.

Infames et exules fiant, qui epiſcopos perſequuntur.

CAN. IX.

Hi, qui i epiſcopos ſuos perſequũt & amouere nituntur iniuſte contra apoſtolicam authoritatem: & ſi à morte prohibentur, dicente domino: Nolo mortem peccatoris, ſed ut conuertatur, & uiuat: perpetua tamen proculdubio notantur infamia: & exilio k digni iudicantur finitimo, de quibus à temporibus Apoſtolorum, & infra tenemus, atque decreta habemus. Eorum accuſandi epiſcopos, uel teſtificandi uocem obſtruimus, quos non humanis, ſed diuinis actibus mortuos ſcimus.

Item Zepherinus papa.

Detractores et inimicorum actores epiſcopos nõ accuſent.

CAN. X.

Detractores, l qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & actores inimicorũ m ab epiſcopali ſubmouemus accuſatione, uel teſtimonio.

Item Euticianus papa.

Infamis uel ſacrilegus religioſum Chriſtianum accuſare non poteſt. CAN. XI.

Nulli unquam infami, aut ſacrilego de quocunque negotio liceat aduerſus religioſum Chriſtianum (quamuis humilis n abiecta ſeruiliſq; o perſona ſit) teſtimonium dicere, nèc de qualibet ratione, uel inſcriptione Chriſtianum impetere.

Notandum uerò eſt, quod aliud ſit excommunicatio, & aliud anathematizatio.

Vnde Ioannes papa octauus ſcribit cuidam epiſcopo.

Aliud eſt excõmunicatio, aliud anathematizatio.

CAN. XII.

Engeltrudam uxorẽ Boſonis noueris non ſolùm excõicatione, quæ à fraterna ſocietate ſeparet, ſed etiam anathemate, p quod ab ipſo Chriſti corpore (quod

---

a Sub infamiæ. ĩ. xxvij. q. j. c. ſi quis rapuerit. C. de rap. uir. l. una. ſi. ĩ. xxiij. q. ij. c. quicũque.

ADDITIO. Ad idem. ĩ. eadem. quæſt. ulti. capit. ſi quis. ſecundũ Hug.

a Sub infamiæ. qualiter ſit hoc intelligendũ, dixi ſ. ij. quæſt. iij. capitu. Euthemiũ. §. hinc colligit. ĩ. iiij. quæſt. j. c. diffiniuimus. Itẽ patet hic quod ſecundum canones ipſum factũ infamat. ĩ. ead. q. v. ca. conſtituimus.

b Conſpiratores. xj. qõ. j. capit. conſpirationum. & cap. coniurationum. nec ad denũciationem admittuntur. extra de accuſ. c. cum oportet. & de ſi. c. licet.

c Nullus. Credantur. ar. contra. xxiij. quæſt. viij. c. ut pridem.

d Scriptis. Id eſt, per ſcripta nunciãt uitandos. & ſic aliquis poteſt abſentẽ excõmunicare per ſcripturam: ut ſ. ij. quæſt. v. c. quanto. & arg. ff. de teſta. l. ſeruus.

e Aut eorum. Sic de ſentent. excom. cap. nuper.

f Anathematizãt. ubi eſt canon latæ ſententiæ.

g Clericus. Accuſauerit calumnioſe, ne ſit cõtra. ſ. ij. q. vij. capi. quapropter.

h Curiæ tradi. nõ ſtatim. ſed tũc cum eſt incorrigibilis. ut extra de iudi. c. cum non ab homine. xj. quæſt. j. capi. ſi quis ſacerdotum.

i Hi qui. Et ſi à morte corporali.

k Et exilio. Ergo iudex eccleſiaſticus poteſt in exilium mittere: ut quinquag. diſtinct. ca. accedens. lxiij. diſtinct. c. in ſynodo. ĩ. proxi. quæſt. capit. iij. in fine. uel ponit exiliũ pro carcere monaſterij: ut ij. q. j. ca. in primis.

l Detractores. infra. vj. q. j. cap. deteriores.

m Inimicorum. id eſt inimicitiarum.

n Nulli. Humilis. Ergo uidetur, quod ſi infamis uult agere ciuiliter: qđ non audiẽ. ſed intellige uel, pro. i. uel loquitur de excõmunicato.

o Seruiliſq;. Ergo loquitur de crĩali cauſa, quia ſeruus in cauſa ciuili ſe defendere nõ põt, ſed in crĩali poteſt: ut ff. de accu. l. ſeruos & l. eos. §. ſeruos.

Notandum uero. CASVS. *Supra in capi. conſpiratores. & c. nullus. & c. ſequẽ. facta fuit mentio de anathemate, ideo Gratia. ponit hic hũc. §. ut aſſignet differẽtiã inter excõmunicationem & anathema, & ad hoc inducit ſequens capi.*

p Engeltrudẽ. Anathemate. Anathema eſt maior excommunicatio. xj. quæſti. iij. nemo epiſcoporũ. Et eſt

---

b Dic ſecũdũ Go. quod iſte §. ner. quã quam. & hoc ca. ĩ. ea. quæſt. hi qui loquũtur de infamia per ſentẽtiam irrogata: & hoc ipſe not. extra de ſimoni. ex diligẽti.

Excõmunicari poteſt abſẽs per ſcripturam.

1 Ex iſto tex. põt inferri cõſtitutiões ad præterita trahi. con cor. text. in l. ſancimus. C. de ſac. ſan. eccleſi. text. eſt ſingul. in c. aqua de conſe. eccle. uel alta.

2 Ex toto. ita quod per eccleſiam iam nõ poteſt corrigi ſecundũ H. de hoc no. extra de iudi. at ſi. in gl. ulti. Iudex eccle. poteſt in exiliũ mittere.

Exe. 18. g

1 Quod falſum eſt ut iiij. qõ. vj. oibus

Anathema.

Et eſt hic differentia inter maiorem & minorem excommunicationem: ut xj.q.iij.c.audi.v.q.ij.c. præſenti. xvij.q.iiij.c.quiſquis. Eſt etiam hic argu. quod ſæpius quis poteſt excommunicari.xj.q.iij.ca. excellentiſsimus.& ca.omnis.xij.q.ij.capi.de uiro.lxxxij. diſt.ca.eos. qui.extra de poſtu.præla. ad hæc. in parte deciſa.& confirmatus poteſt amplius cõfirmari. xj.q.iij. c. quod pdeceſſor. & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: ut xlvij.diſti. cap.pe. Sed contra xxiiij.q.j.c.j. Item nihil ad nos de his, qui foris ſunt. ij.q. j.c. multi. & ultra excõicationem eccleſia nõ põt quid facere. extra de iudi.cum non ab homine. Itẽ qui mortuus eſt, interfici non poteſt, ſed anathema eſt æternæ mortis dãnatio. xj. qō.iij.c. nemo epiſcoporũ. Item qui eſt extra eccleſiam, non poteſt eſſe magis extra: ut xj.q.iij. ca.omnis. Item argu.contra.ff.de uerbor.oblig.l.qui bis. Item Meldendus dixit, qui ſemel eſt excommunicatus, non poteſt amplius excommunicari: ſed denunciari poteſt excommunicatus. & ſic intelligit omnia iura, ubi quis ſæpius uidetur excommunicari. Sed obijcitur ei, quod ſecundum hoc excommunicatus erit melioris conditionis, quã non excommunicatus. Inſtat in Iudæo: quia licet Iudæus non poſsit excommunicari, non tamen eſt melioris conditionis quam Chriſtianus. Ego credo, quod excommunicatio duos habet effectus, unum eijciendi extra eccleſiam, & alium detinendi extra. Et licet excommunicatio non poſsit conſequi primum effectum in excommunicato, tamen conſequitur ſecundũ. Item nunquid tot erunt abſolutiones, quot fuerunt excommunicationes? & uidetur quod una abſolutione omnes excommunicationes tollantur: ut argu. ff.de accep.l.pluribus.& l.ſi ex pluribus. uel quod ſaltem ultima confirmet omnes præcedentes: ut ff.com mu.præd.l.eſt receptum.

eſt eccleſia) recidit, crebro percuſſam eſſe.

Vnde datur intelligi, q anathematizati, intelligẽdi ſũt nõ ſimpliciter à fraterna ſocietate, ſed etiã à corpore Chriſti (qđ eſt eccleſia) oĩo ſeparati.

QVAESTIO V.

Qvòd uerò teſtes de domo accuſatorũ producendi non ſunt, & quòd uox inimicorũ non ſit audienda: multorum authoritatibus probatur.

Ait n. Calixtus papa.

Conſanguinei & familiares aduerſus extraneos teſtimonium non dicant.

CAN. I.

Conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimoniũ nõ dicant, nec familiares, b uel de domo prodeuntes c ſed ſi uoluerint, & inuicem conſenſerint, inter ſe parentes d teſtificentur, & non in alios.

Item Anacletus papa.

Nuper inimici, accuſatores uel teſtes eſſe non poſſunt.

CAN. II.

a Qvod uero. Domeſtici ſunt libertus, colonus, aſcriptitius. C.de his, qui ad eccleſiam confu.l.ulti.§.ſane. Item mercenarius. ff.de pœnis.l. reſpiciendum §.furta. Item omnes, qui ſunt de familia alicuius, ſiue ſint liberi, ſiue non, domeſtici intelliguntur. ff.de ædil.edic.l.ædiles.§.familiæ. Large tamen dicuntur familiares omnes, qui habitant cũ aliquo: ut extra de teſtibus.c.in literis. 4 extra de offi. deleg.c.inſinuante. Vnde cum uxor dicatur de familia: ut ff.ad Syl.l.j.§.ſi uir. domeſtica eſt. & argum.C. de re mil.l.quicunque.libr.xij.& uxor dicitur domeſtica. xlvij.diſt.c.ſicut hi.§.neceſſe.argu.contra.C.de quæſtionibus l.iij. Item domeſtici ſunt, qui ſunt in eiuſdem poteſtate: ut inſt.de teſta.§.in teſtibus. Item propinqui.C.de emenda.ſer.l.j. Hoc etiam notandũ, quod amicus non poteſt eſſe teſtis: ut j proxima cauſa.q.iij.c.ſi teſtes.§.item teſtium fides. Nec cui imperari poteſt ratione patriæ uel dominicæ poteſtatis: ut iiij.q.iij.c.teſtes.§.item in criminali. Item inimicus capitalis nunquam admittitur: ſed ſi eſt inimicus alia de cauſa, admittitur. ſed tẽpore diſputationis diſquiretur, an ſit ei credendum, in authẽ.de teſti.§.ſi uero odioſus.coll.vij. Item conſanguinei omnes ſecũdum Alanum poſſunt admitti, ſi tales appareant, qui ueritatem gratiæ præponant. iiij.qō.iij. dicto ca. ſi teſtes.§. eos teſtes. Sed hoc non credo uerũ, 5 cum etiam iudex propter hoc poſsit recuſari extra de ap.c.poſtremo. extra de offi.iud.del. c.cauſam quæ. Sed in cauſa matrimonij admittuntur cõſanguinei. xxxv.q. vj.capi.j.& ij.& argu.ff.de proba.etiã maritis. extra qui ma. acc. poſ. iudeẽ. Quod uerũ eſt ubi agitur de cõſanguinitate pbanda, uel improbanda: alias repellerẽtur quaſi ſuſpecti, ut extra de teſtib. ſuper eo. Io. Sed certe male dixit Ioannes. quoniam parentes bene admittuntur ſuper fœdere matrimonij, ut in illa decre. ſuper eo. & in decre. uidetur in fi. & ita ſeruatur de facto. B.

b Conſanguinei. Nec familiares. ff.de uerb.ſigni. l.pronuntia.§.j.& l. ſeq.& ff. de fur.l. ſi libertas. extra de teſti.c.in literis.

c Prodeuntes. tempore iudicij: quia ex hoc ſuſpectus eſſet iudex. ff.ad legem iul.de amb.l.j.in fi. ſimiliter qui prodijt de domo iudicis, non poteſt eſſe teſtis alterius: ut iiij.q.iiij.c.ultimo.

d Parentes. j. iiij.q.iij.c.ſi teſtes.§.parentes. cõtra. Sed illud intellige de remotis parentibus, iſtud de uicinis. Vel illud de collateralibus, iſtud de deſcendentibus, uel aſcendentibus. 6 Contra collateralem.n. non cogitur quis teſtificari uſq; ad quartum gradum ut iiij.q.iij. d.c. ſi teſtes. §. lege Iulia. & hoc intelligunt quidam in criminalibus cauſis tantum. Sed in ciuilibus (ut dicunt) licite admittitur contra fratrem frater, & pro ipſo: quia nulla lege eſt prohibitum, & edictum de teſtibus eſt prohibitorium: ut ff.de teſti.l.j. Item quia in priuatis iudicijs filius poteſt habere patrem iudicem: ut j.ea.q.vij.c.infames.§.cognitores. & ff.de indi.l.in priuatis. Io. Ego hoc non credo: quia propter conſanguinitatem aliquis recuſatur: ut extra de appel.c.poſtremo. poteſt tamen dici, quod collaterales admittantur poſt tertium gradum, ea rõne, quia uſque ad gradum illum nõ coguntur inter ſe dicere teſtimonium. Dominus Hug. dicebat, quod filius poteſt habere patrem iudicem, niſi recuſetur: quia recuſari poteſt: ut dicto c.poſtremo. B. Sed quid ſi teſtis eſt conſanguineus illius pro quo inducitur, & illius contra quem inducitur? Satis uidetur, quod tunc par affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis excludit. ff.de ritu nuptia.l.non ſolum §.j. Vel uidetur, quod in ciuili cauſa admittuntur conſanguinei, ſiue propinqui, ſiue remoti in teſtimonium, licet non poſsint eſſe iudices. Minor enim cauſa repellit iudicem, quam teſtem ut dicitur j.ea. c accuſatores. hoc ideo, quia facilius haberentur mille iudices, quam unus teſtis. ad hoc facit extra de appel.c.poſtremo.

1 De his excõicationibus, ſcilicet maiori & minori plene no. ex̃ de ſen. excom. ſi quẽ. & xj. q. iij. ſi inimicus. Archi.

Excõicatus excõicari põt. † Philip. Decius. c. cũ non ab hoĩe nu. 13. C[illegible]) de iudic.

2 Idẽ tenet gloſſa opti. & ibi Cy. & Petrus in l. ij. C. quando tu. uel cur. & gl. i l. aut damnum. §. ſi nos. ff. de pœ.

Excõicatiõis duo ſunt effectus.

3 Adde no. p Bar. in l. de pupillo. §. ſi pluribꝰ ff. de operis noui. nũ. Bal. in l. fi. C. de nup.

4 Vbi de hoc. Vide quod dixi xiiij. diſt. qui ex famulis. in priu.

Cũ iſto tex. iũcta ſua gloſ.

concord. Alexã. de Imol. in l. q iuriſdictioni. uerſi. ſecũdo fallit. ff. d iuriſ. om. iu. p l. quã etiã de arbi. Pro declaratiõe eũ huius ca. dic qđ in criali nõ põt eſſe iudex pater in cauſa filiorũ & aliorũ de qbus hic, ſi opponatur etiam abſq; aliqua excuſatiõne facta rõne ſuſpicionis allegãdæ pbãt p tex. & l. lex Corne. in prĩ. de iniurijs. Sed i ciuili cã põt eſſe iudex etiá ordinari⁹, dũmodo nõ recuſetur p tex. i l. in priuatis. ff. d [illegible] dici. ſed & hoc uide plene in l. apriſsimi & ibi doc. maxime Sal. C. de iudi.

5 Ad hoc facit qđ not. ſ. xxix. di. c. ij. Teſtificari contra collaterales nemo cogitur.

6 H. exponit hic parẽtes. i. cõſanguineos: nã ſecundũ cũ hic uulgariter loquitur. ca.

Accu-

ACcuſatores & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternũ a diem, aut nudiuſtertius inimici fuerũt, ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe ulciſci uelint. Inoffenſus igitur accuſatorum & teſtium affectus quærendus eſt, & nõ ſuſpectus.

Itẽ Symmachus Papa.

De eodem.

CAN. III.

ACcuſatoribus uerò b inimicis, uel de inimici domo prodeũtibus, uel qui cum inimicis morant, aut ſuſpecti ſunt, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læſi ſe ulciſci uelint. Si quis hæc, quæ hodie in ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere tentauerit, aut uolũtariè tranſgredi præſumpſerit: ſi clericus eſt, gradu ꝓprio penitus careat: ſi uerò monachus, aut laicus fuerit, communione priuetur: & ſi non emendauerit uitium, anathemate feriatur. Secretas uerò inſidias, uel manifeſtas põtificibus a quibuſcunque illatas, uel ea quæ huius ſanctæ ſynodi ſententia cõplectitur, ſi quis ad eccleſiaſticam pertulerit c notitiam, potiatur honore: & hi qui aduerſa eis moliuntur (ſicut à ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali & Apoſtolica authoritate firmatum) penitus abijciãtur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis) perpetuo tradantur.

Item Pontianus ſanctę & uniuerſalis eccleſiæ epiſcopus.

Qui non poſſunt eſſe accuſatores uel teſtes.

CAN. IIII.

SVſpectos, aut inimicos, aut facilè litigãtes, d & eos, q non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum uita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accuſatores eſſe & teſtes anteceſſores Apoſtolici prohibuerunt, & nos eorum authoritate ſubmouemus, atq; temporibus futuris excludimus.

Item Euſebius epiſcopis Galliarum.

Ab accuſationibus clericorum repellantur, quos leges ſeculi non admittunt.

CAN. V.

DE accuſationib. clericorum, ſuper qbus mandaſtis, ſcito te à tempore Apoſtolorũ in hac ſancta urbe ſeruatum eſſe accuſatores & accuſationes, quas exterarum e conſuetudinũ leges non aſciſcunt, à clericorũ accuſatione ſubmotas. & infrà. Idcirco & nos ſequẽtes patrum ueſtigia, pro ſaluatione ſeruorum Dei quaſcũq; ad accuſationes perſonas leges publicæ f non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus: & nullæ accuſationes audiãtur à iudicibus eccleſiaſticis, quæ à legibus ſeculi prohibentur.

Item Pelagius Papa.

Alienigena, & quos diuina uoces mortuos appellant, epiſcopos accuſare non poſſunt.

CAN. VI.

CAnonica ſanctorũ patrum ſtatuta ſequentes, atque roborantes, omnes infames, cunctoſq; ſuſpectos, uel inimicos, & eos, qui non

a ACcuſatores. Heſternum. Argu. quod repellitur accuſator & teſtis æque per præteritas, ſicut ꝑ præſentes inimicitias. ſic vj. qõ. j. qui crimen. & hoc in memoriam prioris offenſæ, ut ff. de decurio. l. ulti. ff. de quæſtionibus. l. unius. §. ſeruus. Et eſt hic argumentũ ex recentia temporis aliquid præſumendum eſſe: ut xxxj. quæſtione j. ſi quis uiuente. ſo. diſtinct. ſi qua fœmina. Sed nunquid qualibet inimicitię repellant? Videtur quod tantum criminales & capitales, ut extra de ſimonia. per tuas. in fine 1 & inſtitu. de excu. tuto. §. inimicitiæ. & ff. de arbitr. licet. Nam nõ quilibet amicus repellitur, ſed ſolum ille qui maxima familiaritate coniũctus eſt. ff. de uerborum ſignifica. latæ. §. amicos. Item lex dicit, quod propter leues inimicitias nõ extinguitur legatũm, ſed propter graues, ut ff. de adimen. lega. l. iij. in fine. E contra uidetur, quod inimicitiæ non ſolum capitales, ſed etiam aliæ repellant: quia ab accuſatione repellitur quis propter ciuilem controuerſiam. extra de reſtitu. ſpoliato. item cum quis. nec etiam tales inimici admittuntur ad purgandum, ut extra de purga. cano. cum in iuuentute. in fine. Tu dicas quod ſemper inimicus repellitur, niſi ſint leues & modicæ inimicitiæ. arg. extra de ſimon. licet Eli. Et hoc relinquit inquiſitioni iudicis quales inimicitiæ repellant: ut in authen. de teſtib. §. ſi uero dicatur. col. viij. & iiij. q. iii. ſi qs teſtibus. de tali inimico dicit lex, quod non ſemꝑ repellit qs ꝓpter inimicitias: ſed iudex æſtimabit an ei credi debeat, uel non. ff. de quæſtio. l. j. §. quæſtionem. in fine. Et eſt ſimile ff. de excuſa. tuto. propter litem. Ioan.

Inimicitiæ repellũt ab accuſãdo et teſtificando.

1 Vbi de hoc, & extra de accuſa. cũ oporteat. et ex. ut lite nõ con teſt. accedẽs. in gl. ſed nõne. Archi.

b ACcuſatorib. Inimicis. C. de inoffic. teſtam. l. liberi. ubi filius exheredare poteſt matrem, ſi copulauerit amicitias cum ſuis inimicis. ut extra de accuſa. cũ oporteat. extra de appel. ex inſinuatione.

Filius matrẽ quãdo que põt exhæredare.

c Pertulerit. Admonitione præmiſſa, ſi in modum denuntiationis agitur: alias eſſet proditor criminis. ij. quæſtione. j. ſi peccauerit. Si autem in modum accuſationis, non eſt neceſſaria admonitio. extra de ſimo. licet Eli. Et habes hic, quod remuneratur accuſator. ſic lxxix. diſtinctio. ſi quis Papa.

Admonitio quandoque eſt neceſſaria, quandoq; non.

d SVſpectos. Litigantes. Id eſt, litigioſus, qui ſecundum apoſtolum non promouentur. xlvj. diſtin. cap. j.

DE accuſationibus clericorum.

e Exterarum. i. Romanorum. Sed quare uocat eos exteros, cum eccleſia eos approbet, ut x. diſt. per totum? Reſpon. quia Gallicis loquitur, qui leges illas non tenẽt. Si. xij. q. ij. cum deuotiſsimam. ubi Papa Reginæ Francorum Lõbardam nõ Romanã legem inducit. Alia litera, exterarum conſuetudinem.

f Publicæ. Id eſt, ſeculares. 2

2 Sub. qa ꝑ ceteris de pub. iudi. tractãt ſecũdum H. & L.

CAnonica. Gentis.

ſunt eorũ gentis, [a] uel quorum fides & uita aut libertas neſcitur, & qui non ſunt bonæ conuerſationis, uel quorum uita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione epiſcoporũ funditus ſubmouemus. Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos [b] appellant, ſubmouendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos iudicamus.

Item ex ſynodo Romana habita ſub Adriano Papa.

A clericis repelluntur accuſationes, quas leges ſeculi non aſciſcunt.

CAN. VII.

ACcuſationes & accuſatores atq; eorũ negotia, [c] quæ ſeculares non aſciſcunt leges, diuina ac ſynodica funditus [d] a clericis repellere authoritate cenſemus: quia indignum eſt ſuperiores [e] pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt.

Item Stephanus Romanæ eccleſiæ eps omnibus epiſcopis.

Nec ſeruus, nec libertus, nec infamis, epiſcopos accuſare præſumant.

CAN. VIII.

ACcuſatores & accuſationes, quas leges ſeculi non admittunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus, nullus alienigena † aut accuſator fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Lot ſcriptum eſt: Ingreſſus es, ut aduena: nunquid ut iudices? [f] Accuſator autem noſtrorum nullus ſit ſeruus, aut libertus, [g] nullaq; ſuſpecta, aut infamis perſona.

Item Euſebius Papa.

Infames, qui ad ſortilegos et diuinos concurrunt nec accuſatores nec teſtes eſſe poſſunt.

CAN. IX.

COnſtituimus cũ omnibus, qui nobiſcum ſunt, epiſcopis, ut homicidæ, malefici, [h] fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, uenefici, ſuſpecti, crimino ſi, domeſtici, periuri, & qui raptum fecerunt, uel qui falſum [i] teſtimonium dixerũt, ſeu qui ad ſortilegos diuinoſque concurrunt, ſimileſq; [k] eorum nullatenus ad accuſationem, uel ad teſtimonium ſint admittendi: quia infames [l] ſunt, & iuſtè repellendi: quia funeſta eſt uox eorũ.

Item Iulius Papa.

Suſpecti, aut gratioſi ad accuſationem non admittuntur.

CAN. X.

SImiliter in præfixa ſynodo eſt decretum ne ſuſpecti, aut infames, aut crimino ſi, aut gratioſi, [m] aut calumniatores, uel affines, [n] uel ſcelerati, aut facilè litigantes, ſuſcipiantur accuſatores: ſed tales, qui omni uitio careant, & ſuſpicione.

Item Felix Papa.

Qui inimicitijs ſtudet, uel facilè litigat, nec accuſator, nec teſtis eſſe poteſt.

CAN. XI.

NVllus ſeruus, nullus libertus, nullus infidelis, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs ſtudet, nullus frequenter litigans, & ad accuſandum, uel detrahendum facilis, nulla infamis perſona, uel omnes quos ad accuſandum publica crimina leges publicæ non admittunt, permittantur epiſcopos accuſare.

Item Calixtus Papa.

Familiares ſuſpecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accuſatione.

CAN. XII.

ACcuſatores, uel teſtes ſuſpecti non recipiantur, nec familiares, uel de domo prodeuntes, nec etiam conſanguinei

---

[1] Sub. pręſus. ſ. quorũ uita & libertas neſcitũ, nec fides, ſecundum Hu. & Lau.

a Gentis. De ignotis loquitur, qui non promouentur. xxiiii. diſt. qñ. xcviij. diſt. per totum. alias, iniquum eſſet quod hic dicit ꝙ Theutonicus nõ poſſet teſtificari cõtra Gallicum.

b Mortuos. In peccatis: ut ij. quæ. vij. placuit. Ioan.

c ACcuſationes. Negotia. Id eſt, teſtimonia.

d Funditus. Regulariter cõtra clericos non admittuntur laici. ſ. ii. q. vij. laicos. & cap. ſicut.

e Superiores. Id eſt, clericos.

f ACcuſatores. Vt iudices. A dictis ergo maiorum poſſumus argumentari. xxxvij. diſtinct. ſi quid ueri.

g Aut libertus. Qui non poteſt ordinari, niſi pleno iure ſit emancipatus. liiii. diſt. quicũque. ergo nec teſtari, nec accuſare, ut ij. q. vij. ipſi apoſtoli. & c. teſtes.

Malefici qui ſunt.

h COnſtituimus. Malefici. Qui faciunt ne uiri poſſint cognoſcere uxores ſuas, uel qui uolunt futura ſcire. & hoc crimen eſt publicũ. C. de ſa. paga. & tẽplis eorum. l. ij. & ultima.

i Qui falſum. Extra de ordi. cogni. cum dilectus. contra. Sed ibi non fuit lata ſententia cõtra teſtem, [2] ſed contra reum. Si uero contra teſtem. ſecus eſſet: contra teſtem. n. poteſt ferri: ut C. de teſtib. nullum. in fi.

[2] Quod notatur v. q. vi. ca. preſbyteri.

† Adde quod nat⁹ in extraneo territorio propriè dicit alienigena. l. j. C. de emanc. liber.

Gene. 19. b

k Simileſq;. Alij adduntur ſ. vj. quę. j. quicunque. & ca. infames.

l Quia infames. Hæc non referas ad omnia ſupradicta, quia ſuſpecti & domeſtici nõ ſunt infames. Et ita eſt argumẽ. quod uerbum ſequẽs in priuilegijs non refertur ad omnia ſupra dicta. ſic de conſecratio. di. ij. cũ omne. [3] ſi. ff. de in rẽ uerſo. l. ſi pro parte. §. idem. ff. de lega. j. l. talis ſcriptura. §. ult. & l. ſi ſeruus plurium. §. ulti. Argumentum contra extra de do. cũ dilecti.

[3] Verſic. quãquam. ubi de hoc.

ADDITIO.

Dic ut leg. & not. extra de ap. ſecũdo requiris. & c. inquiſitioni. Archid.

m SImiliter. Aut gratioſi. id eſt, adulatores. xlvj. diſtinctione clericus. primo.

m Aut gratioſi. Vt infra ead. accuſatores. C. de tranſactio. præſes.

n Vel affines. Infra eadem, quæſtione ix. abſens. ſi. ff. de iniur. l. lex Cornelia in princi. tamen inter ſe bene admittentur affines quia affinis põt accuſare affinem. C. de abolit. l. ult.

ACcuſatores, uel.

Ac

Iudex facili⁹ repellitur, quã teſtis.

a Ac dominationis. dominus enim aduerſarij non poteſt eſſe iudex. extra de offic. deleg. ca. cauſam. imo propter dominũ tota familia declinat iuriſdictionem alicuius: ut C. ſi quacunque præditus po. l. prima. Scias tamen quod minor cauſa repellit aliquem à iudicio, quam à teſtimonio. nã iudex recuſatur ſi aduocatus partis aduerſæ eſt commenſalis iudicis: ut extra de appel. c. ex inſinuatione. [1] ſimiliter ſi iudex eſt ſuffraganeus aduerſarij, uel de terra aduerſarij. ut extra ut lite non conteſta. accedens. ij. itẽ ſi quandoque appellaſti ab eo: ut extra de appella. c. ad hoc.

1 Hoc eſt falſum: ut ibi not. & probatur extra de offic. iudi. cap. j.

b Timor. xj. q. iij. quatuor. Ioan.

c OMnes. Armantur. communicando uel infamãdo: 2 ut vj. q. j. c. ſacerdotes. Ioan.

2 Sub. uel uerberando, percutiẽdo, uel calũnioſe accusãdo, ſecundum Aug.

d QVod ſuſpecti. Quod non ſit quis condemnandus ab inimicis, uel ſuſpectis, probatur duabus rationibus. una eſt in princi. cap. altera in fin. Item duobus exemplis, ſcilicet Calcedonen. ſynodi, & Ioan. Chryſoſtomi: & tribus authoritatibus Conſtantinop. ſynodi, & Gelaſij papæ, & Iuſtiniani Imperatoris.

e Exemplis. à quibus licet argumentari. xx. diſtinct. de quibus. C. de ædif. priua. an in totum. & decima diſtinct. capitu. ſi in adiutorium.

f Nam quid. Prima ratio.

g Ad impetendum. id eſt, puniendum, uel iudicandum.

h Quod prouide. prima authoritas.

i Dignoſcitur.

accuſatoris aduerſus extraneos teſtimonium dicant: quia propinquitatis & familiaritatis, ac dominationis [a] affectio ueritatem impedire ſolet. Amor carnalis, & timor [b] atque auaritia plerunque ſenſus hebetant humanos, & peruertunt opiniones: ut quæſtum pietatem putent, & pecuniã quaſi mercedẽ prudẽtiæ.

Item Gelaſius papa.

Qui inimici, uel ſuſpecti ſunt, & qui odio quoslibet inſequuntur, ab accuſatiõe remouẽtur.

CAN. XIII.

OMnes, qui aduerſus patres armantur, [c] ut patrum inuaſores, infames eſſe cenſemus. horum ergo uitiorum authores, uel patratores nõ ſunt in accuſationem põtificum recipiendi, ſed penitus repellendi: quoniam iubent canonica decreta patrũ, ut accuſatio uel teſtimonium eorum, qui odio quoslibet perſequuntur, uel qui inimici, aut ſuſpecti habentur, nullo modo recipiantur.

Item paſchalis Papa.

De eodem

PALEA.

NVlli epiſcoporũ ab accuſatione ſua repellere liceat, quos ante, quam ab eis impeterẽt, à ſua cõi familiaritate neglexerit ſeparare. Quod uerò inimici ab accuſatione prohibeantur, inde eſt quia eorum calliditate innocentia frequẽter opprimi ſolet. Sed cum Anaſtaſius ſuæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimicitia ſui patriarchæ conqueſtus eſt: patet ꝙ etſi manifeſta crimina alicuius ſunt, nõ tamen condemnandus eſt accuſatione inimici. †

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Michaeli Imperatori.

Qui inimici ſunt, iudices eſſe non poſſunt.

CAN. XIIII.

QVod ſuſpecti [d] † & inimici iudices eſſe non debeant, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. [e] Nam quid [f] gratius & amabilius dare quis inimico poteſt, quam ſi ei ad impetendum [g] commiſerit, quem lędere forte uoluerit? Quod prouidè [h] Conſtantinopolitana ſynodus canonum ſuorum ſexto dignoſcitur [i] prohibere capitulo. Veniamus [k] & ad ſanctam Calcedonenſem ſynodum, & quid nobis de ipſo Anaſtaſio Perrhenorum referat epiſcopo, audiamus: Is enim antiſtes tertio euocatus, quia non occurrit, a ſuo patriarcha canonicè [l] condemnatus extiterat: ſed ſolum, [m] quia cùm uocaretur ad ſynodum, quòd inimicus eſſet eius ipſe, qui iudicabat, [n] clamauit a ſancta Calcedonenſi ſynodo ad cauſas illatas ſibi examinandas reſeruatur: & niſi denuo conuinceretur, recipere propriam iudicatur eccleſiam. Si Anaſtaſius a patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia eius conqueſtus eſt, iterato ad iudiciũ reuocandũ dirigitur: & ſi manifeſta [o] ſibi officiant crimina, tñ ſuæ eccleſiæ reddi præ-

Hoc neſcio ubi ſit.

k Veniamus. primum exemplum.

l Canonice. forte ideo dicit canonice, quia tribus edictis citatus erat, vñ debuiſſet 3 miſiſſe reſponſalem. Vel dic quod ſufficit iſti proteſtari ſuſpicionẽ, & quicquid poſt illã proteſtationem fit, non tenet, ſicut ſi poſt appellationem eſſet factum. extra de eo, ꝗ mittiẽ in poſſeſ. cauſa rei ſer. ca. cum ſicut. in fine. Imo licet non proteſtetur, tamen ſi poſtea probat ſuſpicionem, caſſatur quod fit: contra eũ ut extra ut lite non conteſta. cap. accedens. j.

3 De hoc not. ſupra ea. q. ij. epiſcopus.

† Cõcor. text. in l. qui accuſare. licet gl. uideaẽ diſſentire cũ ibi no. per doct. C. de accu.

† Alias, quia ſuſpecti.

m Sed ſolum. ergo cum ordinarius recuſatur, non eſt neceſſe probare cauſam recuſationis, ſicut nec cauſa appellationis aſsignatur tunc, licet hoc hodie corrigatur: ut extra de appellationibus. capit. ut debitus. & capitu. cum ſpeciali.

n Iudicabat. argumentum ordinarium iudicem recuſari poſſe: ut ſupra ſecunda, quæſtione ſexta. capi. placuit ut presbyteri. C. de iuriſdi. omnium iudicum. ca. nemo. & extra de foro compe. capi. ſi quis. quod negant quidam. & dicunt aſſociandum epiſcopũ: ut ſupra quæſtione tertia. capitulo, induciæ. §. offeratur. in authentica. ut differ. iudi. §. ſi uero. collatio. nona. C. de iud. l. apertiſsimi.

Iudex ordinat⁹ recuſari poteſt.

o Et ſi manifeſta. argu. quod notoriũ crimen non obeſt petenti reſtitutionem. 4 ad idẽ extra de reſtitutione ſpoliatorũ. ca. item cum quis. & quod in notorio crimine etiã iudex recuſaẽ arg.

4 Ad hoc facit qđ not. Innocen. extra de exceſ. pla. inter. in prin.

cipitur : quantò magis Ignatius, qui non a patriarcha, ſed potius ipſe exiſtens patriarcha minime debuit eccleſia propria priuari, & inimicis & ſuſpectis iudicibus decernentibus expoliari.

Veniat [a] & facundiſſimus noſter pater Papa Gelaſius hæreticorū expugnator fortiſsimus: & quid de Conſtantinopolitanis epiſcopis more ſolito tūc ægrotātibus [b] dixit, etiā nunc nobis ediſſerat. Quæro (inquit) ab eis iudicium quod prætendunt, ubi nam poſsit agitari? an apud ipſos, ut ijdem inimici ſint & teſtes, [c] & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negotia. Quod ſi in iudicio [d] ubi ijdem ſunt inimici qui iudices, nec humana committi debent negotia, quantò minus diuina, id eſt, eccleſiaſtica, qui ſapiens eſt intelligat.

Et re uera hinc Iuſtinianus [e] Imperator prius legibus ſuis ꝓmulgaſſe.

dignoſcitur dicens: Liceat ei, qui ſuſpectū ſibi iudicē putat ante, quàm lis inchoetur, [f] eū recuſare, ut ad alium recurratur. Nā quodammodo [g] naturale eſt ſuſpectorum iudicū inſidias declinare, & inimicorum iudicium uelle refugere. Hinc ſanctus [h] Ioannes os aureū cōcilij cōtra ſe cōgregati renuit intrare [i] collegiū.

Patet ergo, quòd etſi manifeſta ſint crimina alicuius, tñ accuſatione inimici cōdēnādus nō eſt.

QVAESTIO VI.

E Xtra prouinciā [k] autē reus nullatenus eſt producendus.

Vnde Fabianus Papa ſcribit Hilario epiſcopo.

Vbi crimen admittitur, ibi cauſa uentiletur.

CAN. I.

VBi ſemper [l] cauſa [m] agatur, ubi crimen admittitur, & qui non probauerit, quod obie-

argu. contra. extra de appel. c. propoſuit.

[a] Veniat. Hæc eſt ſecunda authoritas.

[b] Tunc ægrotantibus. Id eſt, debilibus in fide.

[c] Et teſtes. Propter hoc inducit Gratia. capi.

[d] Quod ſi in iudicio. Verba Nicolai.

[e] Hinc Iuſtinianus. Tertia authoritas.

[f] Inchoetur. Non tamen ſemper ante litis conteſt. ut dixi. ſ ea. q. iij. dicto. §. offeratur. uſq; ad triduum autem cogitur alios eligere. C. de iudi. l. ultima. Sed tamen illa lex loquitur quādo eliguntur iudices ad cauſam principalē audiendam. Vnde ſecus uidetur ſi eligantur ad probandam cauſam recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice, dixi in conſtitutione illa, ex̃ de app. ut debitus. & ca. cum ſpeciali.

[g] Nam quodammodo. alia ratio.

[h] Hinc ſanctus. hoc eſt ſecundum exemplum.

[i] Intrare. miſit tamen excuſatorem forte. uel ideo non uenit, quia citatio non tenuit.

EXtra ꝓuinciā. Hæc eſt ſexta q̃ſtio, in qua probat magiſter, quod unuſquiſque debet à iudice proprio iudicari, niſi ex cauſa fuerit appellatum: probat etiam quod epiſcopus nō debet deponi niſi à ſolo papa. Et diuiditur in tres partes, in prima quarum probat per nouem authoritates, quod unuſquiſque debet à ſuo iudice iudicari. ſecunda ibi Aliquando. tertia ibi, Alias autem. Io. de Fant.

[k] Extra prouinciam. regulariter quilibet coram ſuo iudice eſt conueniendus: ut ĩ. ead. pulſatus. & xj. q. j. experientiæ. alioqui pœnam patiatur actor. xj. q. j. inolita. & capi. placuit. & C. de iuriſdi. omniū iudi. l. in criminali. Sed fallit ratione poſſeſsionis. extra de foro compe. cap. ſane. & C. ubi de poſ. agi oporte. l. j. & C. de prædi. minorum. l. ſi prædium. Item ratione contractus. ff. de iudi. l. hæres. extra de foro compe. Romana. §. contrahentes. lib. vj. Item ratione criminis conuenitur quis, uel ubi deliquit, uel ubi inuenitur, uel ubi domicilium [a] habet. C. ubi de crimine agi opor. l. j uel cum eſt quæſtio de fide. xxiiij. q. j. quoties. Trahitur etiam propter loci opportunitatē ad aliam prouinciam xxiij. q. ij. c. ſiue. Item propter appellationem. Item propter iuſsionem papæ: ut ĩ. c. qō. unaquæque. & ca. peregrina. ut patet in uerſibus hic notatis: Contractus, crimen, reus, & res, religioq; Vir, ratio ſimilis, uel ꝓuocat, atq; recuſat, Excellit, iuſſus, uel ſi cōſentit uterque. Contractus. ff. de iudi. l. hæres abſens Crimen, ut hic, & C. ubi de crimi. agi. opor. l. j. Reus. quia actor debet forum rei ſequi: ut ĩ. ea. l. neminem. Et res. argum. extra de foro cōpe. ca. ſane. Religioq;, ut cauſa iuris patronatus & decimarum. extra de iudi. ca. quāto. & c. decernimus. Vir: quia uxor forum uiri ſequitur. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. pe. Ratio ſimilis. ĩ mutua recōuentione. extra de mu. pe. ca. ex lr̃is. Vel prouocat. ĩ. ea. peregrina iudcia. Atque recuſat. extra de foro compe. ſi quis contra clericū. Excellit. quia epiſcopus non deponitur, niſi à papa. ĩ. ea. quamuis. Iuſſus. ĩ. ea. unaquęque ꝓuincia & ca. ultra prouinciarum. Vel ſi conſētit uterque. ff. de iuriſd. om. iud. l. eſt receptum. & ij. qō. vij. ca. nos ſi. Itē in feudo. extra de iudi. c. cæterum. Itē ſi ſecularis iudex eſt negligens. extra de foro compe. licet. Itē in ſcholaribus. ut in conſtitutione Friderichi. C. ne fi. pro pa. authē. habita. de hoc inuenies per Azo. in ſumma.

[l] VBi ſemper. uel ubi domiciliū habet, uel ubi reperitur. C. ubi de crimi. agi oportet. l. j. ſed ſi grauius eſt crimen, remittitur puniendus ad iudicem, ubi deliquit: ſi eſt leuius, ubi poteſt puniri, ut in auth. ut nul. iud. §. ſi uero. cognoſcatur. colla. ix. & §. ſed illud. & ff. de re. mili. l. deſertorem. in princi. Nec admitto illud quod quidam dicunt, quod ſemper primo cognoſcat iudex ex prouincia, de qua reus eſt, an crimen commiſerit, & poſtmodum remittat eum ad iudicem, ubi deliquit: quia iudex ubi deliquit, cognoſcet & puniet crimen. ff. de accuſa. l. ultim. poteſt tamen ſi uult tranſmittere eum puniendum cum literis ſuis ad ſuæ prouinciæ iudicem: quod tamen non facit, niſi ex cauſa. ff. de cuſtodia & exhibitio. reo. non dubium. ſicut Pilatus rem ſit Chriſtum ad Herodem. Sed nunquid idem in clerico, ut ſi clericus Mutineñ. delinquat in diœceſi Bonoñ. ſit iudicandus & deponendus à Bonon. epiſcopo? Reſpon. ut extra de foro compe. capit. poſtulaſti, & c. j. ff. de cuſto. & exhib. re. l. de militibus. & ff. de accu. l. ultima.

[m] Cauſa. Sed quid ſi metropolitanus uel alter epiſcopus deliquit in alterius diœceſi, nunquid ab illo poteſt

Forū ſortitur q̃s multis modis ĩ xj. q. j. ſi quis clericus. & ca. placuit. & c. quicunque.

[a] Vnde ſi clericus duorū epiſcoporū delinquat & iniuriā faciat clerico alterius epi

ſub quo domiciliū nō habet extra illū epiſcopatū: tamen ſub eo reſpondere tenet: q̃ ratiōe clericat⁹ ſortitur forū ei⁹ C. de epi. & cleric. authē. cleric⁹. & ſic etiam no. Ion. extra de priui. ex ore.

Criminoſus ubi debet puniri.

cit: pœnam quam intulerit, ipſe patiatur.

Item.

Accuſatus non niſi in foro ſuo audiatur.

CAN. II.

SI quis epiſcoporum ſuper certis accuſatur criminibus, ab omnibus [a] audiatur, qui ſunt in prouincia ſua epiſcopis: quia non oportet accuſatum alibi, quàm in foro ſuo audiri. Exceptio [b] autem fori dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi & probari. Peremptorias autem exceptiones, ut ſunt præſcriptiones longi temporis, ſufficit in initio litis conteſtari.

Item Deo dem.

CAN. III.

PVlſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat: ante non ſuum iudicem pulſatus (ſi uoluerit [c]) taceat [d]. pulſatis uerò, quoties appellauerint, induciæ dentur.

Hoc autem quod de loco dictum eſt, tunc intelligendum eſt, cum ueritas cauſæ non niſi in loco admiſſi criminis deprehendi poteſt: aut niſi altera pars iudiciũ maioris perſonæ interpellauerit, ſiue declinãdo iudiciũ, ſiue releuando ſententiam.

Vnde Stephanus ſanctæ & apoſtolicę atq; uniuerſalis eccleſiæ Romanæ epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis.

Intra prouinciam, & a comprouincialibus tantum cauſa eſt audienda.

CAN. IIII.

VLtra prouinciarum terminos accuſandi licentia non progrediatur, ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi tantùm ad apoſtolicam ſedem fuerit appellatum.

Item Sixtus papa.

A comprouincialibus accuſatus, uel iudicatus, apoſtolicam ſedem appellet. CAN. V.

ACcuſatus uel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter appellet, & adeat apoſtolicæ ſedis pontificem, qui aut per ſe, aut per uicarios ſuos retractare eius negotium procuret. Et dum iterato iudicio põtifex cauſam ſuam agit, alius in eius loco [e] non ponatur, aut ordinetur epiſcopus: quoniam quanquam comprouincialibus epiſcopis accuſati cauſam epiſcopi liceat ſcrutari, non tamen diffinire [f] incõſulto Romano pontifice permiſſum eſt.

poteſt puniri, arg. quod not. ix. q. iij. ſi autẽ. & in au. j. ſen. de defen. ciui. §. non habente col. iij. xxj. diſtin. inferior. & cap. nolite. extra de ſent. excom. a nobis. ff. de arbi. l. iij. in fin. Sed contra C. ubi de crimi. agi opor. authen. qua in prouincia. & reatus omnem huiuſmodi honorem excludit: ut C. ubi ſenato. uel clariſ. l. j. in fin. & xvj. q. iij. placuit. in fi. Itẽ pone quod ſic tulerit eps ſniam. Qui hoc fecit, ſit excõicatus. dicit Hug. etiam ſi archiepiſcopus hoc fecit ĩ diœceſi epiſcopi, eſt excõmunicatus non ab homine, ſed a canone: quia ſnia ſequitur factũ iam damnatũ. xxiiij. q. j. c. j. ij. & iij. Sed contra de ſent. excõ. a nobis. j. Laurẽtius dicit, quod archiepiſcop⁹ nõ ſit de foro illius, cũ ipſe ſit iudex ordinari⁹ totius prouinciæ. ix. q. iij. c. ij. lxxxv. diſt. quoniam. Vnde cum non poteſt excõicare, ſed aliũ quẽlibet epiſcopum poteſt excõicare, non tamẽ deponere. Io. ego credo Hug. bene dicere: quia propter crimẽ efficit̃ archiepiſcop⁹ ſubiectus epiſcopi propter rõnes ſuperius allega B. ff. de offic. præſi. l. iij. de hoc p B. extra de ſent. excõ. a nobis. j. Ioan.

[a] SI quis epiſcoporum. Ab omnibus ad min⁹ a xxij. ut ĩ. ea. q. viij. ſuggero. xv. q. vij. Felix.

[b] Exceptio. exceptionũ alia eſt dilatoria, alia peremptoria, alia media, ſiue miſta. Dilatoriarum alia declinatoria iudicij, alia dilatoria ſolutionis. Declinatoria iudicij in prin. litis eſt proponẽda & probãda, ut extra de ſent & re iu li. inter monaſteriũ. & C. de excep. l. ult. Niſi exceptio illa de nouo ad notitiã eius peruenerit: ut extra de procu. in noſtra. & extra de except. paſtoralis. uel niſi de nouo competere cœperit: ut extra de offi. iudi. deleg. inſinuante. & ff. de arbi. non diſtinguemus. §. cum quidam. & de tali loquitur hic. Dilatoria ſolutionis debet ante litis conteſtatio. obijci: ſed probari debet poſtquam actor fundauerit ſuam intentionem. C. de excep. ſi quidem. & C. de proba. exceptionẽ. Peremptoria dicit̃, quę poteſt opponi, & probari quandoque, dum tamen ante ſententiam: ut C. ſent. reſcin. nõ poſ. peremptorias. & C. de excep. præſcriptionẽ. Media dicit̃ exceptio quę in hoc habet ſimilitudinẽ cũ peremptoria, qđ poſt litem conteſt. põt obijci. Sed in hoc habet diſſimilitudinẽ cũ dilatoria, quia põt quandocũque ante ſniam obijci, ut extra qui matri. accuſ. poſſ. c. p tuas. ſed ĩ hoc habet ſimilitudinẽ cũ dilatoria, quia ante litem cõteſt. poteſt obijci: ut extra de except. exceptionẽ. Sũt adhuc aliæ exceptiones anomalæ, quæ etiã poſt ſententiã obijciunt̃, ut exceptio Velleiani, & Macedoniani, & armatę militiæ, de qbus agitur. ff. ad Maced. tametſi non. & C. de iur. & facti ignoran. l. j.

[c] PVlſatus. Voluerit. nõ tamen a contrario ſenſu argumenteris: ut. ix. q. j. placuit. & ĩ. ead. neminem. [g] ſed hic loquit̃ de eo, qui habuit cõſenſum ſui epi, ut x. q. j. clericũ. & c. nullus. extra de foro comp. cap. ſignificauit.

[d] Taceat. ſed hoc forte cũ habet conſenſum ſui epi: ut xj. q. j. clericum. Nec obſt. ĩ ea: non liceat. extra de foro compe. ſi diligenti. & vj. quæſt. iij. denique.

[e] ACcuſatus. Loco. viij. q. iiij. nonne.

[f] Non tamen diffinire, ſuſpendere, & excõicare põt metropolitanus. xij. diſtinct. de his. xj. quæſtio. iij. ſi quis epiſcopus. & xviij. diſtinct. propter. Item abſoluere poteſt ſecundum pleroſque [h] ſi eſt innocẽs. C. ubi ſenato. uel clariſ. l. iij. Ioan. Ego contrarium credo: ut hic, & v. quæſtio. iiij. cap. j & ij. B. Sed obijcitur. vj. quæſtio. iij. denique. & xxj. quæſtio. v. ſi quis à proprio. ubi dicitur quod primas uel cõcilium deponit epiſcopum. Sed aliud fuit de licentia papæ Vel

I loquitur

Metropolitanus delinquẽs in aliena diœceſi, an poſſit ibi puniri.

[x] Huic parti contrariæ ſtãdum eſt ſecũdũ Hu. & Ber. ut not. extra de rapto. ca. j. & idẽ ibi notat Gofr. arg. ff. de offi. præſi. l. iij. & idẽ ſentit hic Io. de Fantu.

[a] Subiectus. uide Henri. de Boctis in tract. de ſynodo.

Exceptiones ſunt multiplices, & uarijs tẽporibus opponendæ.

Quod ergo dicitur quæ annua ſũt ad agẽdũ perpetua ſunt ad excipiendũ: ut ff. de doli excepti. l. pure. §. ulti. C. de exc. licet. ſic eſt exaudiendũ, ſi exceptiones congruo tẽpe proponantur ſecũdum Gof. qui ita not. in prædic. decretali, extra de excep. paſtoralis. in fi.

[g] Et cap. nõ liceat. vj. q. iij. deniq. Arc.

[h] Vt B. & Hug. & idẽ no. xij. diſt. c. ij.

loquitur ſecundū ea tēpora, quando cauſæ epiſcoporū nō deferebātur ad ſedem apoſtolicā. xix. diſtinc. ſi Romanorum.

a Multum. Infirmitatis. Hæc eſt iuſta cauſa abſentiæ: ut extra de ꝓc. querelā. qd de hoc iuris ſit, dicā v.q.iij.c.j.

b Dudū. Voluerūt. Sic ergo concilia dederunt primarum Romanæ eccleſiæ, quod uerum eſt ſecundario, ſed ipſe Chriſtus principaliter: ut xxj. diſtin. quamuis. xvij. diſt. hinc etiā. & ix. q. iij. aliorum.

Chriſtus eccleſiæ romanæ primatū dedit.

Aliquando. Hæc eſt ſecūda pars queſtionis in qua dr̄, quod quādoq; pro bono pacis, & pro uitādo ſcādalo, ſuſtinet papa epiſcoporū depoſitiones dūtamē alias cauſa ſubſit, ꝓ qua poſſent deponi a papa. & hoc ꝓbat g ca. ſeq. Io. de Fan.

c Hæc quippe. Suffraganei. i. ꝓ ſuffraganeis

Item Damaſus papa Stephano archiepiſcopo.

PALEA.

Diſcutere epiſcopus, & ſummas cauſas eccleſiaſticorum negotiorum metropolitano una cum omnibus comprouincialibus ſuis, ita ut nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concorditer negotijs conueniant, licet. Sed diffinire eorū atque eccleſiarum ſummas querelas cauſarum, uel damnare epiſcopos abſq; huius ſedis authoritate minime licet: quoniā omnes appellare, ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet.

Item Eleutherius papa.

Comprouinciales & metropolitani epiſcoporum cauſam audire, ſed diffinire non poſſunt.

CAN. VI.

Quāuis liceat apud cōprouinciales & metropolitanos atq; primates epiſcoporum uentilare accuſationes uel criminationes, non tamen licet diffinire ſine huius ſanctæ ſedis authoritate: ſicut ab apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus multorū conſenſu epiſcoporum iam diffinitum eſt: nec in eorum eccleſijs alijs aut præponantur, aut ordinentur ante, quam hic eorum iuſte terminentur negotia. Reliquorum uero clericorum cauſas apud comprouinciales & metropolitanos & primates & uentilare & iuſte finire licet.

Item Leo epiſcopus urbis Romæ Anaſtaſio epiſcopo Theſſalonicenſi.

Ante apoſtolicam cenſuram in cauſis epiſcoporū non eſt diffinitiua ferenda ſententia.

CAN. VII.

Multum ſtupeo, frater chariſsime, ſed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil amplius iudicaueris, quàm quòd euocatus adeſſe differret, ut excuſationem infirmitatis a oſtenderet, tam atrociter & tam uehementer potueris commoueri, præſertim cum etiam ſi tale aliquid mereretur, expectandū tibi fuerat quid ad tua conſulta reſcriberemus. Sed & ſi quid graue, intolerandumq; committeret, noſtra erat expectāda cenſura, ut nihil ipſe prius decerneres quā, quid nobis placeret, agnoſceres. Vices.n. noſtras ita tuæ credimus charitati, ut in partem ſis uocatus ſolicitudinis, non in plenitudinē poteſtatis. Vnde ſicut multum nos ea, quæ a te pie ſunt curata, lætificāt ita nimium ea, quæ perperam ſunt geſta, contriſtant.

Item Iulius papa Orientalibus epiſcopis.

Præter conſcientiam Romani pontificis, nec concilia celebrari, nec epiſcopum damnari oportet.

CAN. VIII.

Dudum a ſanctis apoſtolis ſucceſſoribusq; eorum in antiquis decretum eſt ſtatutis, quæ hactenus ſancta & uniuerſalis apoſtolica tenet eccleſia, non oportere præter conſcientiam Romani pontificis concilia celebrari, uel epiſcopum damnari: quoniam ſanctam Romanam eccleſiam primatum omnium eccleſiarum eſſe noluerunt. b Et ſicut beatus Petrus apoſtolus primus fuit omnium apoſtolorum ita & eccleſia ſuo nomine conſecrata (domino inſtituente) prima ſit & caput cæterarum, & ad eam quaſi ad matrem atq; apicem omnes maiores eccleſiæ cauſæ & iudicia epiſcoporum recurrant: & iuxta eius ſententiam terminum ſumāt, nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem.

2 Aliquando inconſulto Romano pontifice plerique epiſcoporū damnati inueniuntur, & alij in eorum locum ſubrogati, quorum damnationem & ſubrogationem pro bono pacis ex diſpenſatione toleraſſe legitur eccleſia.

Vnde Nicolaus † papa Salomoni regi Britonum.

† Scilicet ſ. Salomoni. iij. & ultim.

Quorundam epiſcoporum depoſitionem cōtra conſcientiam Romani pontificis factam pro pace tolerauit eccleſia.

CAN. IX.

Hæc quippe eſt ordinatio Dei patris tui, & hæc eſt lex eccleſiæ matris tuæ, uidelicet ut omnes epiſcopos regni tui ad Turonenſem archiepiſcopum mittere non detrectes, ipſiusque iudicium poſtulare non dedigneris. Ipſe enim eſt metropolitanus, & omnes epiſcopi tui regni ſuffraganei c eius ſunt: ſicut conſcri

neis ſunt habendi: quia ille fuit in poſſeſsione, & ita erit uſque ad ſententiam. xvj. q. iiij. uolumus. Et ita non eſt arg. interlocutoriam non obeſſe. Vel dic quod ideo non obeſt, quia agebatur ad hoc, ſed de hoc ſolum an epiſcopi eſſent iuſte deiecti.[1] an etiam ab epiſcopis commiſſum eſſet deiectione dignum. arg. ad hoc. j. e. c. ibi, nihil. n. quæro, &c. Et quod interlocutoria nõ obſit, habes. ff. de his, q. ſui uel alieni iuris ſunt. l. pe.[2] & ex. de ordin. cog. cum dilectus. Nõ enim quicqd iudex profert, eſt habendũ pro ſentẽtia: ut C. de ſententijs & interloc. om. iudi. ex ſtipulatione. & C. comminationes, epiſtolas. l. j. tamen per interlocutoriã bene aliquid determinatur, & tranſit in rem iudicatã, ſicut diffinitiua ſententia: ut extra de elect. cum dilect⁹. in fi. & extra de teſti. ſignificauerũt. ſi. extra de ſent. & re iu. cum inter. & quandoque ius facit: ut ff. quod me. cau. metum. §. ſed quod prætor. Sic ergo ſemp eſt cõſiderandũ ad quid agatur, & an iudex incidenter, uel tacite, uel expreſſe, uel diffiniẽdo, uel interloquendo aliquid dicat, ut extra de præſump. afferte. extra de teſti. c. uenićs. C. de his qui no. infa. interlocutio. & ij. q. iij. ca. ſeq. §. notandum. ij. & xxij. q. ij. quæritur.

a His amotis. Sed quare nocet ſentẽtia pro deſtitutis lata ipſis ſubſtitutis? cum res inter alios acta alijs non præiudicet: ut extra de fide inſtrumen. inter dilectos. & eſt contra illud quod eſt ff. de adult. denũtiaſſe. & extra de adul. te. ſignificaſti. ſed hoc eſt propter cauſæ cohærentiam. ſic vij. quæſtione j. præſentium. & lxxxj. diſtinc. tantis. in fi. xlv. diſtinctione. diſciplina. nam ſi pronuntiatum eſt Petrum eſſe uirum Mariæ, per conſequens probatum eſt Martinum non eſſe. extra de ſponſa. ex parte. Vides enim quod cauſæ eligentium & electi ſunt connexæ: quia lata ſententia contra electores præiudicat electo, licet abſenti: ut extra de elect. dudum. j. in fine. niſi appelletur ab altero illorum: ut extra de offic. indi. delega. ſuper eo. Aliud uidetur eſſe inter præſentãtem & præſentatum. Nam tunc ſententiã lata contra unum, non nocet alteri abſenti: ut extra de electio. querelam. hoc ideo eſt, quia illorum cauſæ ita ſibi non cohærent. Vel dic quod nunquam ſententia præiudicat alij niſi præſens fuerit. argu. liiij. diſtinct. c. ſi ſeruus.

ptiones prædeceſſorum meorum euidenter oſtendunt, qui prædeceſſores tuos, quia illos ab ipſius cura ſubtraxerant, forti inuectiõe corripere ſtuduerunt: quamuis nec noſtra ſcripta ſuper hac remiſſa deeſſe uideantur. Cumq; coram deſignato Turonicæ eccleſiæ præſule & integro numero collegarũ, id eſt, duodecim epiſcoporum celebrato conuentu, fuerint eiecti epiſcopi regulariter examinati, appa rueritque quòd canonicè fuerint eiecti, epiſcopis ipſis in ſua deiectione manentibus, qui in locis eorum conſecrati ſunt, potuerunt utique epiſcopatus honore potiri. Quod ſi epiſcopi eiecti inſontes fuerint declarati, his amotis,[a] qui illis ſubrogati[b] ſunt, eccleſias ſuas ipſi recipiant. Nam cum anteceſſores mei præſules eiectionem eorum epiſcoporum, qui ab eccleſijs ſuis ſunt expulſi, nec admiſerunt nec approbauerunt, nec ipſos, qui eis ſubrogari poſſunt, uiuentibus illis legitimos epiſcopos dixerunt.[c] Sanè ſi ad Turonenſem fortè archiepiſcopũ mittere præfatos epiſcopos dedignaris, ſtudeas duos epiſcopos de expulſis,[d] & duos de ſubrogatis una cum eccleſiæ tuæ legato ad apoſtolicam beati Petri ſedem tranſmittere: ubi digna examinatiõe præmiſſa, qui legitimi epiſcopi ſunt, appareant, & ſuas eccleſias irregulariter non amittant. Nihil. n. quæro aliud in præſenti negotio diffinire. Quia uerò magna, quis ſit metropolitanus, apud Britãnos cõtentio eſt: licet nullius memoria teneat uos in ueſtra regione ullam habuiſſe metropolitanam eccleſiam, tamen (ſi libet) poſtquam Deus omnipotens pacem inter uos, & dilectum filium noſtrum Carolum † regem glorioſum conſtituerit, facilè hoc poteritis aduertere. Quòd ſi adeò contentioſius creditis agere, ad noſtrum apoſtolatum deſtinare contendite: quatenus noſtro libramine, quæ fuerit apud uos antiquitus archiepiſcopalis eccleſia, luce clarius innoteſcat: & deinceps omni ambiguitate reciſa, quem ſequi epiſcopi ueſtri debeant.[e] incun-

b Subrogati. Argumẽtũ. ſi aliqua duo ſunt connexa prohibito uno, prohibitum eſt & reliquum. ſic xxxj. diſtinct. ſi laicus. xxvj. diſtinct. deinde. xxxiiij. diſtinctio. ſi quis uiduã. & viij. diſtinctione. quo iure. j. quæſtio. iij. ſi quis obtrecerit. extra de hære. c. fraternitatis.[4] ſic ecõuerſo aliquid prætermittitur rõne connexiõis: ut lxxxj. diſtinct. cum omnibus.

c Dixerunt. Supple, nec ego dico.

d De expulſis. Sed qualiter poterit cauſa per procuratorem criminaliter tractari? forte quia ſic placuit Papæ, uel hic ciuiliter agebaẽ. non enim aliud agebaẽ hic, niſi an eſſent ſecũdum ordinem iuris depoſiti. Et licet fuerit ciuilis, tamẽ neceſſarij erant xij. epiſcopi.[5] ſic xxiij. diſt. illud. xxxiiij. diſt. quorundam. Quia licet nõ fuerit cauſa criminalis, tamen fuit de crimine:[6] uñ neceſſaria eſt ſubſcriptio: ut extra de accuſat. ſuper his. Vel dic, quod in cauſa criminali unus conſocius procurat cauſam aliorum: ut extra de dolo & contuma. cum dilecti. & ij. q. v. ſtatuit. Item hic habes, quod ſententia lata à nõ ſuo iudice rata poteſt haberi. De hoc not. ix. q. ij. nullus. & ij. q. vj. ſi quando.

e Debeant. Argumen. pro obſequijs tempore litis non præſtandis: ut ij. quæſtione vj. quoties. & xj. quæſtione j. c. quia. Argumen. contra. xxxiij. quæſtione ij. ſeculares. xxxv. quæſtione vj. multorum. ff. de ope. libe. operis. Sed hoc ideo hic fuit, quia epiſcopi pro liberis ſe gerebant: alias illi debent obedire. qui eſſent in poſſeſſione. viij. quæſtione iiij. nonne. extra ut lite pen. à memoria. Nec obſt. C. de agri. & cenſi. litibus. li. xj. ubi dicitur, quod ſi eſt contentio

I a inter

Ad hoc Domin. & ſancto Geminia. c. ſi papa. i ſi. de priuilegijs. in vj. Sententia interlocutoria utrũ obſit.

2 Si iudex pronũciat iſtũ habere præbere alimẽta filio huic ſi ſit ideo præiudicium, quin poſſit cognoſcere, an illius ſit. Arch.

Ad qd. gloſ. ſing. Iaſ. in l. ij. §. j. col. iij. ſol. matri.

Sententia [lata] contra electores præiudicat electo.

4 Arg. xliiij. di. in princ. ubi & hoc no. ĩ. ea. q. iij. §. j. & j. q. j. ſicut Chriſtus. Arch.

Procurator quãdoque cãm criminalẽ põt tractare.

† Scilicet Caluũ regẽ, & imperatorẽ Francum, uide Alanũ in Annalib⁹ Britanniæ minoris, charta 65.

5 De hoc no. ĩ. e. q. viij. ĩ ſumma.

6 Nam licet talis cã eſſet ciuilis, ſpectabat tamen ad depoſitionẽ & cõdemnationem epiſcoporũ ſi in ea cõſtaret & legitime eſſent conuicti de crimine ſecũdum Hu.

Poſſeſſor lite pēdē-te ſructi-bus utit.

inter colonum & dominum de fructibus, ꝙ fructus ſequeſtrantur. ſed illud obtinet cum dominus eſt ſuſpectus. Dicas ergo ꝙ poſſeſſor ſemper utitur fructibus lite pendente: ut xvj. q. iiij. uolumus. niſi in caſu: ut extra de iure patr. ex literis. Quod intellige uerum, niſi de hoc ipſo quæſtio ſit, an poſſideat, uel non: ut extra de in integ. reſti. cū ueniſſent. in fi. extra de conſti. cum M. in fi. & ff. de aqua quotid. & æſti. l. pe. Vnde ſi poſt moram controuerſiā canonici eligāt, nō ideo ſtatim caſſat electio, donec cōſtet de iniuſta electione: ut extra de in integ. reſt. c. ij. in fi. & extra de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. Idem dicerē de patrono, licet non debeat poſt morā cōtrouerſiā præſentare, uel eligere.

a Incunctanter. Id eſt, de cætero. & ſic planum eſt

ADDITIO.

Dicit Hug. ꝙ ſenſus eſt, ut interim ei non denegēt debitam reuerentiā, & poſtea incūctanter obediāt ei, qui per ſententiam eis fuerat aſsignatus. Archidiaco.

Alias autem. Hęc eſt tertia pars quæſt. in qua probat, qđ probatum fuit in prima parte, ſ. ꝙ unuſquiſq; debet à ſuo iudice iudicari. Io. de Fan. & ſic continuatur. Dictum eſt ſ. in §. aliquando. quod pro bono pacis Papa tolerauit depoſitiones epiſcoporum ab alijs factas. Nunc uero dicit Gratianus, ꝙ alias niſi pro bono pacis toleraſſet, irrita eſſet depoſitio: ut in ſeq. c. dicit.

b Irritam. Factam ſine authoritate Romani pontificis.

c Peregrina iudicia. Ab extraneis. Argumentum iudicem ad quem appellatur non eſſe ordinarium. ſ. vj. quæſtione iij. ſcitote. & ſic archiepiſcopus eſt extraneus, ut ibi uidetur, & extra de offic. iudic. ordi. paſtoralis. Hugo. Sed potius eſt hic argumentum contra: quia dicitur hic, ꝙ oportet habere iudices comprouinciales, & archiepiſcopus eſt comprouincialis. illa ergo exceptio niſi, ad principium refertur, ſcilicet ad peregrina. & fuit intellectus Gratiani, quod ſi quis recuſaret metropolitanum, ad comprouinciales iudices recurreret, non ad peregrinos, niſi appellaret. & hoc eſt quod dicit, & cum cauſa extra prouinciam commiſſa fuerit. ĩ. ca. non liceat.

ꝛ Id eſt, extraneū, & cæc⁹ ē ꝙ de hoc dubitat: cū hoc ſit certiſsimū, ſecundū Hug.

d Electos. Cum ordinarij ſint ſuſpecti. ij. q. vj. placuit. uel loquitur in cauſa criminali presbyteri uel diaconi: ut xv. q. vij. ſi autem.

e Leges eccleſię. Per Moyſen. Quia ipſe Moyſes loquēs per ſpiritum domini, introduxit in Geneſi Sodomitas ita loquentes.

Gene. 19.

ꝛ Iſtā gl. ſignāt H. & Lau. ſuper uerb. ſic. ĩ. c. niſi fuerit appellatū & melius & clarius ponit ibi Archi.

f Non liceat cuiquam.

f Præiudicio. Hoc ideo dicit, quia ſpretis omnibus ordinarijs ad eum poteſt appellari. arg. ſ. ij. q. vj. cap. j. ij. & iij. nam ipſe eſt ordinarius omnium, extra de electio. cum nobis olim.

g Expetere. Hic patet, quod clericus ſine conſenſu ſui epiſcopi nō poteſt conſentire in alium iudicē. Nam ſic poſſet euacuari iuriſdictio epiſcoporū, ſi omnes conſentirent in alium iudicem. Ad idem facit ij. quæſtio. vj. placuit. ij. & in authenti. de ſanctiſ. epi. §. œconomos. col. ix. Argu. contra. ſ. ead. pulſat⁹. Sed extra de foro competenti. ſi diligenti. expeditum eſt quod non poteſt per pactum renuntiare foro. De hac materia notaui xj. quæſ. j. inolita. Ioannes. Quod dicit Ioannes quod expeditum eſt, in illa decre. extra de foro competenti. ſi diligenti. non eſt uerum: quia illa decreta. loquitur quod clericus non poteſt conſentire in laicum. ſed hodie nec in clericum conſentire poteſt, niſi de conſenſu ſui epiſcopi: ut extra de

Clericus an poſsit foro renūciare.

[redacted]

---

ctanter [a] agnoſcant. Neque. n. eccleſias Dei per diſcordias regum diuiſionis aliqua pati damna neceſſe eſt: cùm (quantum ex ſe eſt) pacē quām prædicant, ſeruare ſtudeant in inuicem, & in omnes.

3 Alias autem irrita erit epiſcoporum ſententia, & à ſynodo retractanda.

Vnde Felix Papa.

Damnatio iniuſta eſt irrita. & in ſynodo retractanda.

CAN. X.

Irritam [b] eſſe epiſcoporum damnationem & iniuſtam cenſemus, & idcirco à ſynodo retractādam: ita ut oppreſsis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

Quòd autem metropolitanū ſuum contemnere, & aliorum iudiciū alicui expetere non liceat, Sixtus Papa teſtatur dicens:

Peregrina iudicia in omnibus ſunt ſubmouenda.

CAN. XI.

Peregrina iudicia (ſalua in omnibus authoritate apoſtolica) generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt, ut ab extraneis [c] iudicentur. qui comprouinciales & à ſe electos [d] debent habere iudices, niſi fuerit appellatum.

Item Anacletus Papa.

CAN. XII.

Leges eccleſiæ apoſtolica firmamus authoritate, & peregrina ſubmouemus iudicia. Vnde & dominus mentionē faciens de Lot per Moyſen [e] loquitur dicens: Ingreſſus es quidem (inquit) ut aduena, nunquid ut iudices?

Item Innocentius Papa.

Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere.

CAN. XIII.

Non liceat cuiquam (ſine præiudicio [f] tamen Romanæ eccleſiæ, cui in omnibus cauſis reuerentia & authoritas debetur) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei eccleſias nutu diuino gubernāt, ad alias conuolare prouincias, uel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicia expetere, [g] uel pati. Quod ſi quis præſumpſerit, ab officio cleri ſubmotus, & iniuriæ reus ab omnibus iudicetur.

Reuerentia autem, quæ apoſtolicæ debetur eccleſiæ, & eius authoritas, intelligenda eſt, cùm uel ad ipſam appellatum fuerit, uel ab ea iudices electi conceduntur. Vnde Sixtus Papa cùm diceret, Cōprouinciales, & à ſe electos debent habere iudices: ſtatim ſubiungit, Niſi fuerit appellatum.

Item Anacletus Papa.

Abſque apoſtolicæ ſedis decreto, extraneos iudices audire non poſſumus.

de ſo.compe.ſignificaſti. B.

[a] NEminem. Eſt autem hoc ideo ſtatutum, quia alibi non poſſunt habere teſtes, uel amicos, ut xxxiij.quæſtio.ij.ſiue.ij.quæſtio.ij.præceptum.& in authē.ut omnes obed.iudi. §.iij.colla.v. Vnde dico, q ſi aliqs impetrat reſcriptū ad iudicē alterius ꝓuinciæ nō ſufficit qđ ultra duas dietas non trahat aduerſariū, ut dicit illa cōſtitutio, extra de reſcript. nōnulli. Sed etiam requirit quod extra prouinciam [1] eū nō trahat, niſi in literis fiat mentio de prouincia. Cum.n. de iure extra prouinciam nemo ſit trahendus, ut hic dicit: ergo niſi reſcriptum principis de eo faciat mentionē. non poteſt authoritate reſcripti trahi extra ꝓuinciam, licet minus ſit ſpatium ad quod trahiť, quam duæ dietę. eſt tñ arg. cōtra extra de offi.iudi.ordin. ſignificauit. Ioā. Certe tamen non nocet contra: ſed illi conſtitutioni, non nulli. ſtať. Iſta opinio hodie nō habet locū, imo contrarium obſeruat Romana curia.

Reſcripto nō poteſt quis trahi extra ſuā ꝓuinciam.

[1] Intelligo uulgarem, ut dixi.vij.qō. j.c.factus.

QVod iudex. In hac vij. quæſtione quærit utrū criminoſus poſsit eſſe iudex, & inde ſumpta occaſione ponit tres ordines infamium uſq; ad illam legem arcentur. Diuidas ergo quæſtionē in tres partes. In prima parte ponitur qđ dictum eſt. Secunda ibi, Arcentur. Tertia ibi, Qui ſine. Ioan. de Fan.

† Alias, niſi ad ſedem apoſtolicā fuerit appellatum.

[b] Quod iudex. Hic quæritur, an criminoſi, uel infames poſsint eē iudices? Et quidem ſi non toleranť ab eccleſia, nō pňt: ſi toleranť, bene pňt & tenet eorū ſententias [2] ipſū tñ

[2] De hac materia tractat ſpēc

CAN. XIIII.

VNaquæq; prouincia tam iuxta eccleſiaſticas, quam iuxta ſeculi leges debet ſuos iuſtos, & non iniquos habere iudices, & non extraneos, niſi huius apoſtolicæ ſedis decreuerit authoritas.

Itē ex ſynodo Romana.

Super appellatione alterius prouinciæ iudices adire nō oportet.

CAN. XV.

NEminem [a] exire de prouincia ad prouinciam, uel de comitatu ad comitatū oportet, niſi ad relationem iudicis, ita ut actor rei forum ſequatur. & infra. Illa quæ ſunt per unāquanque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpēſet: ſicut in Niceno conſtat eſſe decretum concilio. Vltra prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur: ſed omnis accuſatio inter prouinciam audiatur, & a cōprouincialibus terminetur, niſi † prælatus ſit, qui accuſatur.

Item Sixtus.

De eodem.

CAN. XVI.

SI quis clericus ſuper quibuslibet criminibus accuſatus fuerit, ī prouincia, in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerceat actiones: nec exiſtimet eum accuſator ſuus alibi, aut longius ad iudicium protrahendum.

Item ex decreto Adriani papæ.

peccant iudicando. [3] Vel diſtingue, an aliquis ſit infamis per ſententiam, uel ipſo facto, ut tunc nō poſſit: an alias, ut tunc poſsit. Illud tamen certum eſt, q ſi infamia obijcitur alicui, qui eſt electus in iudicem, quod propter hoc bene remouetur, licet hucuſq; fuerit toleratus: ut extra de reſcrip. cap. ſciſcitatus. & extra de exceſ. prælat. inter dilectos. & ff. ad legem Iul. de ui priuata. l.j. criminoſi ergo poſſunt iudicare ex officio ſed nō ex uitæ merito. xv.q.ul.c.ult.

[3] ne in I. Barbarius Philippus & ibi per Bar. & alios. ff. de offic. præto.

[3] Vt ī.e. §. ſi. in ſi. de pœnit. diſ.vj. ca. j. xl. diſt. c.ult.

Vbi crimen admittitur, ibi cauſa uentiletur.

CAN. XVII.

QVi crimen obijcit, ſciat ſe probaturū. Re uera ibi cauſa agatur, ubi crimen admittitur.

QVAEST. VII.

QVòd iudex [b] eſſe non poſſit, quem cum reo par aut maior macula inficit, multis authoritatibus probatur.

Dicit enim ſancta Romana ſynodus.

Infames, iudices eſſe non poſſunt.

CAN. I.

INfamis [c] ꝑſona nec procurator [d] eſſe poteſt, nec cognitor.

Tria ſunt, [e] *quibus aliqui impediuntur, ut iudices nō ſiant. Natura ut ſurdus & mutus, & qui perpetuo* [f] *furioſus eſt, & impubes: quia iudicio caret. Lege, qui a ſenatu amotus* [g] *eſt. Moribus,* [h] *feminæ & ſerui: non quia non habeāt iudicium,* [i] *ſed quia receptum eſt, ut ciuilibus non fungantur officijs. Verūtamen* [k] *ſi ſeruus dum putaretur,* [l] *liber ex delegatione ſententiam daret, quamuis poſtea in ſeruitute depulſus ſit, ſententia ab eo dicta, rei indicatæ firmitatem tenet.*

[c] INfamis. Per ſententiam.

Infamis an poſsit eſſe procurator.

[d] Nec ꝓcurator. id eſt, aduocatus: ut ī.proxi. Vel intellige de procuratore uero, ut infamis nō poſsit eſſe ꝓcurator [4] ſecūdū canones: ut ī. qō. iij. quia epſ. Nec obſtat inſtit. de excep. §.ult. q̃a loquitur hic de infami per ſententiā ibi de tali, qui eſt alias infamis. ſi tamen iudex toleratur in officio, eius tenet ſnia. viij.q. iiij. nonne. Sed infamis poteſt eſſe arbiter, ut ī. ead. §. tria. uerſic. cognitores.

[4] De hoc etiam no. extra de iura. calū. imperatorum.

Infamis arbiter eſſe pōt.

[e] Tria ſunt. Hoc eſt ſumptū a lege. ff. de iudi. cum prætor. §. non autem omnes.

[f] Et qui perpetuo. ſecus ſi ad tēpus, ut ff. de iudi. cum furioſus.

[g] Amotus. Imo & ſi eius electio fuerit caſſata propter eius uitium, ut extra de electio. ſup.

[h] Moribus. id eſt, conſuetudine. imo etiam lege ſiue canone. xxxiij. quæſ. v. mulierē. Nec obſtat xv.q.iij.cap.j. dic ut ibi dixi.

[i] Iudicium. id eſt, diſcretionem.

[k] Veruntamen. §. & uerba Gratiani.

[l] Dum putaretur. Ecce quantū communis opinio operetur, ut extra de iure patro. cōſultationibus. extra qui filij ſint legiti. cū inter

Opinio cōis multum operatur.

Item in Digeſtis, tit. de poſtulando.

CAN. II.

INfames non poſſunt eſſe procuratores, uel patroni cauſarum. Sūt autem tres ordines eorum, qui poſtulare [a] prohibentur. Eſt autem poſtulare deſideriū ſuū, uel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, uel alterius deſiderio contradicere. Nā (ut præmiſimus) non poſtulantium tres ordines ſunt. Quidam prohibentur omnino [b] poſtulare uel propter ætatem, ut minores xvij. annis: uel propter caſum, ut ſurdus, qui prorſus non audit [c] Alij prohibentur, ne pro alijs poſtulent, uel propter ſexum, ut fœminæ: uel propter caſum, [d] ut utroq; lumine orbati † uel propter notam infamiæ turpitudinis, ut ij, qui corpore ſuo muliebria paſsi ſunt: niſi forte ui prædonum, [e] uel hoſtium ſtuprati probētur. Similiter, qui capitali crimine, uel calumniæ cauſa publici iudicij ſunt damnati: uel qui operas ſuas locauerunt, ut cum beſtiis depugnarent in arena, [f] pro alijs poſtulare prohibent. His perſonis pro ſe allegare permittitur, pro alijs poſtulare prohibetur: niſi forte tutelam impuberum uel curam adoleſcentium non affectatam, ſed neceſſariam adminiſtrent. Pro his enim, quorum curam gerunt, eis poſtulare conceditur. Alij enim [g] omnes qui, ut infames [h] notantur, niſi pro ſe & pro certis perſonis poſtulare non poſſunt, niſi in integrum reſtitutionem acceperint. Permittitur [i] autem eis poſtulare pro parente, pro patrono & patrona, pro liberis etiam ſuis, & parentibus patroni & patronæ: pro liberis etiam ſuis, fratribus, & ſororibus, ſocero, ſocru, genero, nuru, uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua, ſurdo, prodigo, & adoleſcente. Item. Pro ijs, quibus propter infirmitatem curatores dari ſolent: ut qui negotijs ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt. Omnes autem, qui non ſponte, ſed neceſſario funguntur officio, [k] ſine offenſa poſtulare poſſunt, etiam ſi hi ſunt, quibus non niſi pro ſe poſtulare permittitur. Affinitates uero nō eas accipere debemus, quæ quondam [l] fuerunt ſed præſentes. Nurus & generi appellatione, & ſoceri & ſocrus, & ulteriores, quibus præpoſitio [m] pro, ſolet accedere, continentur. [1]

[2] *Arcētur etiam a profeſsione aduocatorum (ſicut in ſecundo libro Codicis, titu. de poſtulando inuenitur) qui ſub nomine honorariorum ex ipſis negotijs, quæ tuenda ſuſceperint, emolumentum ſibi certæ partis [n] cū graui dāno litigatoris et deprædatione poſcentes inueniūtur. Itē. Siquis adeo procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certādū, opinionis ſuę imminutionē patietur. Præterea nō licet aduocato ullum contractum [o] inire, ullam pactionē*

† Cócor. tex. in l. j. §. ſecundo loco. ff. de poſt.

Infames quandoq; poſſunt poſtulaꝛ.

[1] Verſic. porro. ubi de hoc.

[2] Secundum Azonem Ioā. Bernar. & Laurēt.

Aduocato qualiter ſit ſatiſfactio.

inter. & j. q. j. ſi qui a ſimoniacis. C. de teſta. l. j. Arg. cōtra extra, qui fil. ſint legit. p tuas. & ꝺ. xxiiij. diſt. c. ult. xxix. q. ij. ſi quis ingenu⁹. & diſt. viij. ueritate. & ff. de iudi. l. ij. in princ. Sꝫ nūquid idem eſt, ſi excōicatus ferat ſententiam, qui publice habetᷣ ꝓ non excōmunicato? not. extra de ſen. & re iud. ad ꝓbandū. Et eſt ratio quare aliud ſit in ſeruo: quia ſeruus in multis caſibus habet pſonā ſtandi i iudicio: ut xij. q. ij. ca. epiſcopus. §. qui manumittitur. ſed excōicatus in nullo. Vel dic (qđ uerius credo) quod nec ſnīa ſerui teneret, niſi cōfirmata eēt a principe. Ioan.

[a] INfames. Poſtulare. Poſtulare eſt pro tribunali pētere, & non alibi. ff. de dam. infec. dies. §. hoc āt.

[b] Omnino. etiam pro ſe.

[c] Non audit. Nullus enim adeo ſurdus eſt, quin aliqd audiat: ut C. qui teſtamen. face. poſ. diſcretis.

[d] Vel propter caſum. ff. de iudic. cæcus. ꝭ. xv. quæſtio. j. cap. ultim.

[e] Prædonum. tūc enim non eſt imputandum: ut ff. de adult. uim paſſam. xxxij. q. v. iſte.

[f] In arena. Niſi cauſa uirtutis hoc faciāt. ff. eodem. l. ij. quod ſi.

[g] Alij enim. Notādum, quod omnes qui maiori infamia ſūt notati, nō niſi pro ſe, & pro ijs quorū ſunt tutores, pñt poſtulare: & illi ſunt de ſecundo ordine. Sed minori īfamia notati poſſunt ꝓ ſe & ꝓ quibuſdā certis perſonis aduocare: & illi ſunt de tertio ordine poſtulātium, ſcilicet de minori.

[h] Infames. Minori infamia.

[i] Permittitur. ut ſunt illi de ſecūdo ordine.

[k] Officio. ut tutores & curatores.

[l] Quæ quondam. ergo unū coniugū defuncto, ſoluitᷣ affinitas. inſti. de nuptijs. §. affinitatis. Sed contra. xxxv. quæſtio. x. ca. j. [1] Sꝫ potes dicere ꝙ quo ad impedimētū matrimonij nō deletur, ſꝫ quo ad alia, aut quo ad beneficia hui⁹ edicti.

[m] Præpoſitio. ſcilicet patribus iſtorum, uel uiris iſtarum. & dr̄ pro ſocer. id eſt, pater ſoceri progener, id eſt maritus neptis. nā gener filij mei eſt mihi ꝓgener.

Arcentᷣ. Hæc eſt ſecūda pars qōnis in qua ponit xij. articulos legales uſq; ad capit. qui fine. Io. de Fan.

[n] Partis. de parte litis non licet paciſci, ut. ff. de pac. ſumptus. ſed ſuper certa re licet, arg. C. de ſent. paſ. ſi debitor. [2] licet M. dixerit, ꝙ licet de aliquota re paciſci ſine graui detrimēto partis, ut hic: tñ ultra centū aureos non licet paciſci: ut ff. de uar. & extraordi. cog. l. j. §. in honorarijs.

[o] Contractum. ex poſtfacto: ab initio tamen poteſt. xj. q. iij. nō licet. ſꝫ ſi nō fecit pactū, poſtea ei dabitᷣ ꝓ modo litis,

conferre cū eo litigatore, quem in propriā recepit fidem, nec ex induſtria [a] iurgium protrahere.

Apud urbē [b] Romam ēt honoratis, [c] qui hoc officiū putauerint eligendū, [d] eouſq; liceat orare, quouſq; maluerint: [e] uidelicet ut non ad turpe [f] compendium ſtipemq; deformem hæc arripiatur occaſio. Nā ſi lucro pecuniaque [g] capiantur, ueluti degeneres inter uiliſſimos numerabūtur. Si uero [h] in uno auditorio duo tantūm, uel plures p̄ cæteris fuerint, quorū forma ſit hilarior, in iudicantis officio ſit, ut par [i] cauſidicorū diſtributio fiat, et exequetur pro partibus auxiliū ſingulorum. Si quis uerò cōmonitus à iudice, ea excuſatione, quæ nequeat cōprobari, quicunq; parti patrocinium delegauerit, careat foro: [k] ſciat etiā nunquam ſibi agendi copiam poſſe reſtitui. Si quis aūt ex litigatoribus detectus fuerit ſeparatim tractaſſe cū pluribus, & aduerſario ſuo ſubtraxiſſe paris defenſionis copiā, oſtēdet proculdubio iniquā [l] à ſe litē foueri, & authoritatem iudiciariam à ſe deluſam experietur. Item.

Quāuis, [m] illi, qui cām fiſci egiſſent, prohibeātur aduerſus fiſcū patrociniū præſtare: tamen hodie [n] etiā aduerſus fiſcum patrociniū poſſunt exhibere priuatis, † etiam dū eā cām [o] declinent ſuſcipere, quam tractauerant, dū fiſci aduocati fuerūt. Itē.

Si cōtra patrem [p] pupilli cām egiſti, tutor [q] uel curator datus eādem cauſam defendere nō prohibeberis. Cognitores [r] uerò ex officio intelligūtur, nō ex arbitrio. [s] Nihil. n. refert, is, qui arbitriū ſuſcipit, an ſit ītegræ famę, an ignominioſus. Filius [t] etiā in re patris arbiter eſſe poteſt. Nam & iudicem [u] eum eſſe poſſe pleriſq; placet.

Si qs uerò [x] iudex ſit, arbitriū recipere eius rei de qua iudex eſt, & in ſe cōpromitti iubere p̄hibetur: & ſi ſnīam dixerit, non eſt danda pœna perſecutio. Seruus arbiter eſſe non ualet, libertinus pōt.

litis, & facundia aduocati, & pro conſuetudine regionis: ut ff. de uarijs & extraordi. cog. l. j. §. in honorarijs. Vel loquitur de tali, qui ſponte ſe uinci ſuſtinet in aliqua exceptione: ut ſi aſſerat ſe non poſſe fouere cauſam, niſi augmētetur ſalarium, quod fieri non debet, argumento medici: ut ff. de uar. & extraord. cognitioni. l. medicus.

a Ex induſtria. Quod ſi fecerit, eum iudex puniat in duab⁹ libris auri: C. de iud. l. p̄perandum. §. illo proculdubio.

b Apud urbem. de eadem lege eſt.

c Etiam honoratis. Etiam melioribus.

d Eligendum. Vt ſunt aduocati.

e Maluerint. Id eſt, quouſque tale officiū uoluerint exercere. unde nō eſt hic argumētū, quod aduocati tandiu audiant, quandiu uolunt allegare: [1] qa iudex poteſt aduocatos remouere cū uoluerit: ut ff. de ijs, quæ in teſtamēto delentur. l. iij. in fi. & C. de iu. auth. iubem⁹.

f Non ad turpe. Id eſt, ad modicū & uile. [2] Et eſt argumentum, quod bona dona danda ſunt doctoribus: ut ff. de admini. tuto. cū plures. & ff. de origine iuris. l. ij. §. ultimo.

g Pecuniaque. Modica.

h Si uero. C. eod. prouidendum.

i Vt par. Illud olim obtinuit, cū ſalaria dabātur de publico, hodie utraque pars ſibi debet prouidere: ut C. de iud. l. properandū. §. illo. Tamen pueris, & debilibus & pauperibus prętor dabit aduocatum: [4] ut ff. de poſtu. l. j. §. ait prætor.

k Foro. ff. de pœ. l. moris. §. j.

l Iniquam. Sic extra de teſti. c. intimauit. & extra de teſtibus cogendis. peruenit.

m Quamuis. Verba Gratiani.

n Tamen hodie. Verba legis.

o Cauſam. Niſi ſuam uel parentū ſuorū, uel pupillorum ſuorum iniuriā proſequantur. ff. e. l. pe. §. ulti.

p Si contra patrem. Male ponit literam, quæ eſt. ff. eo. l. ultima.

q Tutor. Argu. quòd ratione officij licet, quod alias non liceret: ut xciiij. di. præcipimus. & C. de admi. tuto. cum quidam. Item arg. quòd ſi iudex ſucceſsit appellanti, quod poteſt propriam ſententiam impugnare. ff. de iudi. l. Iulianus ait. Item ar. quòd ſi iudex à quo appellatur, efficitur illi⁹ iuriſdictionis, cuius eſt ad quem appellat̄: q̄ poſsit cognoſcere: ut xj. q. iij. ſi epiſcopus. ij. quia iā uidetur alia perſona. ff. quando app. ſit. l. j. §. ſed & ſi p̄ſes. Ar. contra. ff. de iuriſd. om. iud. prætor. lo. Sol conſueuit dici, q̄ debet cām alicui delegare, ut ff. de iuriſ. om. iu. prætor. Vnde gloſſat̄ ibi poteſt, i. debet: alioq̄ poſſet recuſari. B.

r Cognitores. Exponit primum capitulum huius quęſtionis.

ſ Nō ex arbitrio. ff. de arbi. Pædius.

t Filius. ff. de arb. quinetiam.

u Et iudicem. Sed contra. ff. de iuriſ. om. iud. qui iuriſdictioni. ubi dicitur, q̄ iudex nec ſibi, nec liberis ſuis ius dicere poteſt. Sed illud intelligas in criminali cauſa, ſecus in ciuili. ſed tamen in criminali cauſa [5] pōt uſq; ad litis cōteſtatione dicere ius ſuis: ut ff. de offi. præſidis. l. ſenatus tamē delegat⁹ iudex nō poteſt eſſe filius ī cauſa patris, ut extra de appella. poſtremo.

x Si quis uero. Verba huius legis ſunt. ff. d̄ arbitris. l. ſed. & ſi. §. ſi qs.

Iudex. Quidam ita intelligunt, ut hæc duo prohibeātur hic, ſ. ut ordinarius, uel iudex alter non poſsit eſſe arbiter de ea re, de qua iudex fuit. Item & hic prohibetur ne iubeat compromitti in ſe. Quare autem ordinarius non poteſt eſſe arbiter, triplex aſsignatur ratio. Vna, quia ſecundum hoc ordinarius ſemper procuraret, ut eligeretur in arbitrum, ne ab ipſo poſſet appellari. Alia ratio eſt, quia ordinarius debet cogere arbitrum, ut procedat, & debet ſuam ſententiam mandare executioni, extra de foro competenti. c. ſi quis contra. ff. de arbitris. l. iij. Sed hoc non poſſet eſſe, cum idem eſſet

[1] Sic erit medico ff. de uar. & extraor. cognitio. medicus. Aduocato quandoq; ſilentium imponēdum eſt.

[2] Adde q̄ nō debēt eſſe uerboſi in allegando. l. Neſennius. cum ibi no. & neg. ge.

[3] Vile. Imò ad magnum & graue lucrū undique, & ab omnibus arreptum quaſi de lucro & nō de iuſtitia, & oppreſsis defendendis certādo. hoc. n. demū uile eſt, & deforme. Quāuis tales q̄ſtuarij uulturij ē uili, & paupere plebe diuites facti ſumme placuerit his nouiſsimis regibus Gallis quaſi homines ad plebē expilādā ingenioſi ſpretis interim bonis, & doctis, ut uidi.

Doctoribus bona dona danda ſunt.

[4] De hoc legitur & not. extra de offi. iudi. c. j.

Iudex an poſsit q̄ā que propriam ſententiā impugnare.

† Cōcor. tex. in l. j & ibi Cy. C. de adu. fiſci. nota. in l. pe. & fi. ff. de poſtu.

Iudex an poſsit ſuis ius dicere.

[5] Sub. ut colligitur à cōtrario ſenſu. ff. de iud. in priuatis. Arc.

Ordinari⁹ an poſsit eſſe arbiter.

l 4 ordinarius

Porrò infamia [a] multipliciter irrogatur. Aliquñ enim contrahitur genere delicti declarati per ſententiã, ueluti cùm iudex pronunciat: Iniuriam feciſti, hæreditatẽ expilaſti, calũniatus es. Aliquando genere pęnæ, [b] ſicut [c] illi, qui dãnantur [d] in opus publicum, qui priſtinũ quidẽ ſtatum [e] obtinent, ſed damno infamiæ etiam poſt impletum tempus ſubijciuntur. Aliquãdo genere pœnæ & delicti declarati [f] per ſententiam: [g] ueluti dũ fuſtibus cæſo per præconẽ dicitur, συκοφαντεῖς id eſt. calũniaris. Aliquando ipſo genere facti: ut exercẽtes improbũ fœnus, & illicitè exigẽtes uſuras uſurarũ: & mulier, quæ intra tempus, [h] quo moris eſt lugere maritum, contrahit matrimoniũ: & qui ſciens eam uxorem duxerit. Idẽ teſtatur Felix Papa, & eiſdẽ uerbis. Itẽ. In Euangelio, ille, qui trabem geſtat in oculo, probatur nõ poſſe educere feſtucam de oculo fratris ſui. Mat. 7.a. *Item. Dauid in libro pſal.* Pſal. 49. *Peccatori aũt dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtũ meũ & cętera. Itẽ. Gregorius: Cuius uita deſpicitur, reſtat, ut eius prædicatio cõtemnatur. [i]*

Idem in moralibus.

Qui aliorum uitia puniunt, ſua prius corrigere ſtudeant.

CAN. III.

3 QVi ſine peccato eſt ueſtrũ, primus in illam lapidẽ mittat. Ioan. 8.a Ad aliena quippe peccata punienda ibant, & ſua relinquebãt. Reuocentur igitur intus ad cõſcientiam, ut prius propria corrigãt, & tunc aliena reprehẽdãt. Hinc eſt, quòd cùm tribus Beniamin in carnis ſcelere fuiſſet obrupta, collectus omnis Iſrael ulciſci [k] iniquitatem uoluit: Iudi. 20.a ſed tamen ſemel & iterum in belli certamine eſt ipſe proſtratus. Conſulto enim domino, ſi ad

Et hoc plene probatur extra de ar. ex parte. Archi.

ordinarius & arbiter. . Tertia rõ eſt, quia arbitria ſunt ad modum ordinariæ iuriſdictionis: & ſic ſequeretur, quod aliquid eſſet ſimile ſibiipſi: ſicut non ſimul poſſunt concurrere iura naturalia, & iura adoptionis, ut inſti. de adopt. §. iij. Ioan. Ego credo tamẽ quod ordinarius poſsit eſſe arbiter, ut not. ij. q. vj. à iudicibus. Nunquam enim præciſe inuenies, quod ordinarius non poſsit eſſe arbiter. Sed ubique dicitur, quod non poteſt cogere partes, ut in ſe cõpromittant: unde licite compromittitur in eum uolentibus partibus, ut ff. de tuto. & cura. l. iiij.

Famæ definitio.

a Infamia. Fama opinio, & exiſtimatio, idem eſt. Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, moribus & legibus cõprobatus. ff. de ua. & extraordi. cog. l. pen. §. exiſtimatio. Infamia alia iuris, alia facti. In famia facti eſt, quãdo quis aggrauatur uel infamatur apud bonos & graues: de qua agitur ff de obſequijs à libe. l. ij. & l. licet. & vj. quæſtio. j. ſunt plurimi. ſ. quando læſa eſt fama alicuius propter factũ, q commiſit, apud bonos & graues. Vtrum autem hæc infamia repellat or dinandum, dixi ij. q. vij. ipſi apoſtoli. & qõ. viij. in ſum. Infamia eſt diminutio ſtatus alicuius. Hæc infamia, quæ dicitur infamia iuris, quandoq; irrogatur ipſo facto. & alijs modis, ut hic dicitur. Per ſententiam infamatur quis, cum de crimine publico conuincitur quis, uel ciuiliter uel criminaliter: ut ff. de publi. iud. infamem. Niſi in caſu: ut ff. de pub. iudi. l. ulti. in priuatis delictis ſi quis criminaliter ſit conuictus & condemnatus, ſi ſit tale crimen, quod deſcendit ex actione famoſa, tunc infamatur: ut ff. de ijs, qui notantur infamia. quid ergo. §. ulti. ſed §. ille non bene dicit: ſed hoc expreſſe habetur ff. de publi. iudi. l. infamem. Sed ſi ciuiliter agatur, non. ff. de cri. ſtel. l. ij. niſi in caſibus, ſcilicet in actione furti, ui bonorum raptorũ, iniuriarum, & doli mali: ut ff. de ijs, qui no. infa. athletas. §. ulti. Item fallit in crimine expilatæ hæreditatis: ut C. de ijs, qui not. infa. ſi te expilaſſe. & in crimine ſepulchri uiolati: ut ff. de ſepulc. uiolat. l. j. Et quando mulier calumnioſe ſe mitti facit in poſſeſsionem tanquam ſit grauida: ut ff. eod. l. notatur. Sed pro actionibus, quæ ex contractu deſcendunt, nemo ſic infamis, niſi in quatuor caſibus: ut ff. de ijs, qui no. infa. furti. §. mandati. ſcilicet cum directe conuenitur actione tutelæ, mandati, depoſiti, & pro ſocio, ut ibi dicitur. Per ſententiam arbitri nemo infamatur. ff. eodem. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. Sed hæc diſtinctio non uidetur habere locum ſecundum canones: cum omne mortale crimen infamet ut ſupra ead. quæſtione v. conſtituimus. & vj. quæſtione j. infames. & c. omnes.

Infamia eſt duplex.

Sub. alia canonica, de qua no. vj. q. j. c. ij. & hic repete qđ dixi ij. q. vij. teſtes. Arch.

Actiones quatuor ex contractu infamant.

b Pœnæ. Hoc falſum eſt: quia ſola pœna non infamat. C. e. l. nullam.

c Sicut. Aliqua euidenti cauſa precedente, ex qua ſi eſſet cõdemnatus: infamaretur. ff. de ijs, qui not. infa. ictus fuſtium. ſicut eſt in furto, cum quis in manifeſto furto deprehenditur.

d Qui damnãtur. Sine ſententia. & ſic nõ eſt hoc mẽbrum ſuperfluum.

e Priſtinum quidem ſtatum. Scilicet libertatem.

f Declarati. Quandoq; etiam ſi non declaratur, ut cũ militi detrahũtur inſignia militiæ, licet nõ dicatur cauſa: ut ff. eodem. l. ij. §. primo.

g Per ſentẽtiam. Iſtud non uidetur differre à prædictis, niſi q duo mẽbra coniungũtur in unum, niſi uelis dicere, quod aliquid operantur iſta uerba, cum dicitur ei, Sycophanteis, id eſt, calumniaris.

h Intra tempus. Hoc tamen non tenet ſecundum canones, ut extra de ſecun. nup. ſuper illa.

i Contemnatur, id eſt, contemptibilis habeatur, non tamen contemni debet: ut prima quæſtione prima. ſi fuerit. & capitu. multi. & xv. quæſtione ultima. capitulo ultimo.

QVi ſine peccato. Hæc eſt tertia pars q. in qua probatur per quinque authoritates, quod criminoſi iudices eſſe non debent, & quod ſecundum allegata debent iudicare. Io. de Fant.

Iudex de ſubditis iuſtitiam non exhibens põt cõueniri.

k Vlciſci. Argumentum, quod ſi iudex non exhibet iuſtitiam de aliquo ſubdito, ipſe conueniendus ſit: ut xxiij. q. ij. dominus noſter. & in conſtitutione Friderichi. C. ne filius pro patre. authen. habita. ubi dicitur quod ſi iudex ciuitatis debitam iuſtitiam non exhibet, conueniri poteſt.

ulciſcendum ire debuiſſet, iuſſum eſt, ut iret: qui iuxta diuinæ uocis imperium perrexit, & ſemel & ſecundò perdidit: & tunc demum peccatricem tribum ualde feriens penè a funditus b eam extinxit. Quid hoc eſt, quòd in ultione ſceleris inflammatur, & tamē prius iſte proſternitur? niſi quòd prius ipſi purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ feriūtur: ut ipſi iam mundi per ultionem ueniant, qui aliorum uitium corrigere feſtinant.

Item Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Ille de uita alterius iudicet, qui non habet in ſeipſo, quod puniat.

CAN. IIII.

IVdicet ille de alterius errore, qui non habet in ſeipſo, quod condemnet, c Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda: ne cùm de alio iudicat, in ſe ferat ſententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio d nulla offenſione, nulla leuitate ducatur. & poſt pauca: Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ uoluntatis, c ſed iuxta leges & iura pronuntiat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ uoluntati: nihil præparatum & meditatum de domo defert: ſed ſicut audit, f ita iudicat: & ſicut ſe habet natura decernit: obſequitur legibus, non aduerſatur: examinat cauſæ merita, non mutat. Diſcite iudices ſeculi, quē in iudicando tenere debeatis affectum, quam ſocietatem, quam ſobrietatem, quam ſynceritatem.

& paulò poſt: Qui iudicat, uoluntati ſuæ obtemperare non debet, ſed tenere quod legum eſt. & poſt pauca: In iudicando, cordi magis eſt cuſtodia ueritatis, quàm obedientia uoluntatis.

Item Gregorius.

Grauatus criminibus iudicare non ualet.

CAN. V.

IN grauibus g peccatis quis poſitus dū ſuis præmitur, aliena non diluit. Cunctis enim liquet, quia cùm is diſplicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. h Scriptum quippe eſt: Victimæ impiorū abominabiles Deo ſunt uota: iuſtorum placabilia. (Prou. 15. d) neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid i ſed à quo datur: inſpicitur. Hinc eſt quòd ſcriptū eſt: Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius: (Gene. 4. a) ad Cain uerò & ad munera eius non reſpexit. Dicturus quippe, quia dominus reſpexit ad munera, præmiſit ſolicitè, quia reſpexit ad Abel. ex qua re patenter oſtenditur, quia non offerens à muneribus, ſed munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non probat altiſsimus, (Prou. 15. d) nec reſpicit in oblationibus eorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item lōgè eſt dominus ab impijs, & orationes iuſtorū exaudiet.

Idem.

Primùm noſmetipſos, deinde proximos debemus corrigere.

a Pene. Quia tantum ſexcenti remanſerunt. & ſic hæc dictio pene, ad magnam quantitatē refert. ſic ponitur xxiij. qō. v. quali.

a In pri. tamen dicit quod hæc dictio ad modicam quātitatē refertur. & hęc dictio ponit̄ et vij. q. j. factꝰ. i prin. Arch.

b Funditus. Arg. quod poſt pœnitētiā reſtituitur aliquis priori dignitati xxvj. quæſtio. v. quicunq;. & 50. diſtinctio. domino ſancto. & cap. quia tua ſanctitas. Sed illud intellige quo ad iudicandum & prædicandum, non ad accuſandū uel teſtificandum: ut vj. quæſtione j. qui crimen.

c IVdicet ille. Condemnet. Id eſt, dignum ſit condemnatione.

d Nullo odio. Xj. q. iij. quatuor.

ADDITIO. & xxiij. q. iiij. tin dicta. in prin. Hug. & dicit Ber. ad Eugeniū: de uultu illius iudiciū meū prodeat, Opto cui inſit amor, error abſit & perturbatio.

e Voluntatis. Sed nonne iudex poteſt iudicare ſecundum quod ſibi iuſtum uidetur: ut ff. de arbi. qualem. & ex ſentētia ſui animi æſtimabit quid aut credat, aut parum eſſe probatū uideatur: ut quarta quæſtione iij. ſæpe. & potius debet iudex ſequi ſuam opinionem, quam concilium aliorū: ut extra de cōſue. ad noſtrā. Sed dico, quod tenet̄ ſequi opinionē ſuā, ſed non uoluntatem. quandoq; tamen ſequitur opinionem aliorū potius, quam ſuam: ut extra de appella. c. cum ceſſante.

Iudex opinionē ſuā potiꝰ quā aliorū ſequi d̄bet.

f Audit. Ar. quòd ſecūdum allegata eſt procedendum: ut ff. de offi. præſi. illicitas. §. ueritas. & ij. quæſtione j. Deus omnipotēs. J. xj. quæſtio. iij. illa. & capitu. ſummopere. & capitu. ita. & capitu. tunc uera. & vj. quæſt. ij. ſi tantum. & ca. placuit. Sed cōtra. xxx. quæſtione v. nullum. & cap. iudicantem. contra. J. e. poſtulatus, cōtra. Sed ſecundum H. delegabit cauſam ſi conſcientia non concordat allegatis. ſed ſecundum alios poteſt determinare ſecūdū allegata: quia aliud facit aliquis in eo, ꝙ iudex eſt: aliud in eo ꝙ homo eſt: ut xxiij. q. iiij. ſi eccleſia. & ſic iudicare poteſt a ſecundum conſcientiā, quam habet ut iudex, non ut homo. argu. extra de offic. ordi. ſi ſacerdos. & extra de offic. delega. paſtoralis. §. quia uero. & extra de ele. quod ſicut.

a Id ē debet, ſecundū Inno. extra de cenſi. uenerabili. ī gl. j. uerſi. reſpōdeo, quia quādo, &c.

g IN grauibus. Notandum ꝙ imputatur alicui, ſi malum nūcium, uel ſtultum procuratorē miſit: ut ff. cōmo. argentū. ff. de min. cum mandato. ar. ff. de pu. cū ſi exhibuiſſent. & extra de appel. ſæpe. in prin.

[redacted]

h Prouocatur. Ex uitæ merito non poteſt malus ſacerdos dimittere peccata, ſed ex officio poteſt. xv. quæſtione ulti. ca. ulti. Et eſt hic. arg. orationes malorum ijs, pro quibus orant, nocere. j. quæſt. j. ſertur. & ca. neceſſe. & c. non nocet. lxj. di. miramur. §. ſicut. Sed contra. j. quæſtio. j. prophetauit.

i Quid. Quia deus non conſiderat datum, ſed affectum offerentis: ut xxiiij. q. j. odi & proieci. Quandoq; tamē cōſiderat quid offeratur: ut xlix. diſt.

CAN. VI.

POſtulatus iudicare dominus de peccatrice, non ſtatim dedit iudicium: ſed prius inclinans ſe deorſum digito ſcribebat [a] in terra: ac ſic demum (quod obnixè [b] rogatur) iudicat: nos uidelicet typicè inſtituens, ut cùm quælibet proximorũ errata conſpicimus, non hæc antè reprehendendo iudicemus, quam ad conſcientiam noſtram humiliter reuerſi, digito eam diſcretionis ſolerter exculpamus: & quid in ea conditori placeat, quidve diſpliceat, examinatione dirimamus: iuxta illud Apoſtoli Fratres, ſi præoccupat: fuerit homo in aliquo delicto, [c] & cætera. Qui ſine peccato eſt ueſtrum: id eſt primò uos ipſi iuſtitiam legis implete: & ſic innocentes manibus ad lapidandam ream concurrite.

Item Auguſtinus ad quendam comitem.

Sacerdos primùm ſua peccata, deinde aliena detergat.

CAN. VII.

SAcerdos, [d] ut ſapiẽs medicus & perfectus primùm ſua peccata diluere ſciat, & poſtea [e] aliena detergere & ſanare, & non publicare. [f] Item.

In Euangelio ſal infatuatum ad nihilum utile eſſe dicitur, niſi ut proijciatur foras, & ab hominibus conculcetur.

Ex quibus omnibus datur intelligi ꝙ criminoſus alterius criminis iudex eſſe nõ põt: et ſeipſum condẽnat, dum in alterius crimen ſententiã profert. Sed obijcitur: Saul cùm à domino eẽt reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudicium uniuerſus populus expetebat.

Item. Dauid cùm eſſet adulter & homicida, interrogatus à ꝓpheta, ſententiam in diuitem dedit, qui ouẽ pauperis rapuit, dicens: Iudiciũ mortis eſt uiro huic. Item. Salomon cùm amore mulierculæ Deos gentilium coleret, tamen uniuerſa plebs Iſraelitica ad eius iudicia confluebat. Sic & Achab, [g] quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi & alij tam in ueteri teſta. quàm in nouo inueniuntur, quorum uita cùm eſſet blaſphemabilis, tamen eorum ſententia, quia ex officio ſeruata iudiciarij ordinis integritate proceſſit, inuenitur ſeruata. Vnde et dominus ait in Euãgelio: Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c. Hinc liquidò conſtat, quòd mali paſtores dũ ſentẽtia iuſti examinis aliorũ crimina feriunt, ſibi ipſis nocent, dũ ſine exemplo ſuæ emẽdationis aliorum uitia corrigere curant. Subditis uerò proſunt, ſi eorũ increpatione correcti, uel ſententia coerciti, uitã ſuã in melius commutare didicerint. Ac per hoc dũ ab eccleſia tolerati fuerint, eorum iudiciũ ſubterfugere non licet.

2.Re. 12. a — 3.Re. 11. a — 3.Re. 16. g — Mat. 23. a

QVAESTIO VIII.

QVòd antẽ [h] epiſcopus ab uno tantùm audiri, uel iudicari nõ debeat, Zepherinus Papa teſtatur dicens:

Epiſcopus non niſi à pluribus audiatur, & iudicetur.

CAN. I.

ACcuſatores eporum omni careant ſuſpicione: quia colũnas ſuas dominus firmiter ſtare uoluit, non à quibuslibet agitari. Nullũ [i] nanq; eorũ ſnia à non ſuo iudice dicta conſtringat: quia leges ſeculi id ipſum fieri præcipiũt, ut Cod. lib. vij. ti. de ſentẽtijs & interlocutionibus oĩum iudicũ

---

diſtinctione. c. ulc. Quandoque conſiderat pro quo oſſeratur, ut j. q. j. dictum.

[a] POſtulatus. Scribebat. Hoc ſcilicet terra terrã accuſat. uel hoc, ſi qs ſine peccato, & cætera. & hic eſt arg. ꝙ ſufficit ſi ſententia ſcribatur in pariete. Nam & ibi edicta prætorũ olim ſcribebantur in albo. ff. de iuriſdict. omniũ iud. l. ſi quis.

Ioan. 8. a

Sententia põt in pariete ſcribi.

[b] Obnixe. Id eſt, inſtanter.

[c] Delicto uos. qui ſpirituales eſtis, iudicare huiuſmodi. 50. di. põderet. Argu. quod mali non poſſunt iudicare.

[d] SAcerdos. Sic xlij. diſt. c. j.

Gal. 6.

[e] Et poſtea. Arg. presbyterum poſt pœnitentiã poſſe reſtitui 50. diſt. de his uero.

[f] Et non publicare. Ea quæ quis ei in ſecreto dixerit. alias deponitur. infra, de pœniten. diſtinctione vj. ſacerdos. Hodie ponitur in arctum monaſterium ad agendam pœnitentiam perpetuam, ut extra de pœ. & remiſ. ca. omnis. in fi.

Ioan. 8. a

Confeſſionem reuelantis punitio.

[illegible]

[g] Sic & Achab. Xxij. quæſtione ij. utilem.

[h] QVod autẽ. Ab oĩbus epiſcopis prouinciæ debet audiri cauſa epiſcopi, ut ĩ. e. q. vj. ſi quis epiſcoporũ. [i] uel à xij. ad minus, quos ipſe metropolitanus eligit: uel ipſe reus, ſi electos à metropolitano habet ſuſpectos. ĩ. ea. q. j. c. j. Et tales coepiſcopi. nõ ſunt iudices, ſed aſſeſſores, ſicut nec clerici ſunt iudices, qui debent intereſſe cũ eps audit cauſam clerici. xv. q. vij. epiſcopus. & tamen eſt, ꝙ ſunt ordinarij: ut vj. q. iij. ſcitote. Et ſi Papa delegat cauſam epiſcopi, uidetur quod eodem modo intererũt xij. epiſcopi. ĩ. ea. qõ. vj. hæc quippe. & xxxiiij. di. quorundam.

Epiſcopi cauſa à quibus eſt audienda.

Matt. 5. b

Ad idẽ vj. qõ. iij. ſcitote. & q. iiij. ca. j. ij. iij. & iiij. & ix. q. iij. ſalua. Archi.

1. Reg. 5. f

[i] ACcuſatores. Nullũ. magis. extra de iudic. at ſi clerici.

Iudi-

Cuius in agendo quis obſeruat arbitrium, eum habere etiam contra ſe iudicem [a] in eodem [b] negotio non dedignetur: quia & leges ſeculi id ipſum fieri præcipiunt. Iudices duodecim quilibet epiſcopus accuſatus (ſi neceſſe fuerit) eligat, a quibus eius cauſa iuſte iudicetur. Nec prius audiatur aut excommunicetur, uel iudicetur, quàm ipſi per ſe eligantur, [c] & regulariter ad ſuorum primo uocatus conuentum epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter decernatur. Finis uerò eius cauſæ ad ſedem apoſtolicam deferatur, ut ibidem determinetur: nec antea finiatur, quàm eius authoritate fulciatur. Abſens uero nemo iudicetur [d] niſi ex contumacia abſens fuerit, quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent.

Item Felix epiſcopus dixit in concilio Carthaginenſi iij.

A quot epiſcopis audiatur epiſcopus, qui in reatum inciderit.

CAN. II.

SVggero ſecũdum ſtatuta ueterum cõciliorum, ut ſi quis epiſcopus quod nõ optamus) in reatum aliquem inciderit, [e] ſi ei nimia neceſsitas fuerit nõ poſſe plurimos congregare epiſcopos, ne in crimine maneat, a duodecim audiatur epiſcopis.

QVAESTIO IX.

DE accuſatoribus [f] uero, uel teſtibus, quòd in abſentem uocem accuſationis uel teſtificationis exhibere non ualeant, multorum authoritatibus liquet. †

Ait enim Theleſphorus papa.

Niſi reo præſente accuſator non audiatur.

Clericus an poſsit reconueniri corã iudice ſeculari.

[a] Iudicem. Ex hoc uidetur, quod clericus poſsit reconueniri corã laicis etiam in ſpiritualibus, niſi clericus paſſus ſit uiolentiam a laico: ut extra de iure patro. relatum. in fin. & ff. de iud. l. ij. §. item ſi extra. Nam qui aliter non poteſt eſſe iudex, ratione reconuẽtionis poteſt, ut extra de mutuis petitio. prudẽtiã. C. de ordi. iud. adite. ſic ff. de iuriſdi. omniũ. iudi. ſi idẽ. j. reſpõſo. Sed q̃ non poſsit reconueniri, eſt arg. extra de iudi. decernimus. & c. quãto. Nam & quandoq; ceſſat recõuentio, [1] ut C. qui leg. per ſo. l. ult. Itẽ in criminibus ceſſat recõuentio: ut ĩ. ea. quæſtio. xj. prius. Itẽ in poſſeſsione repetẽda. extra de reſtit. ſpo. c. ex cõ queſtione. extra de ordi. cogni. capi. j. & C. de cõpenſa. l. ulti. quod cõcedo & dico q̃ laicus & incidenter non poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali. extra qui filij ſint legiti. cap. lator. Itẽ uidetur q̃ non tenet ſententia lata ſuper altera quæſtione tantum. ff. quando appel. ſit l. j. in fi. ff. de uar. & extraordi. cognit. l. j. nam iudex una ſententia utranq; dirimet, ut extra de ordi. cogni. cũ dilectus.

Recõuentio ceſſat in certis caſibus.

[1] Quia ſi relatione criminis, ſed purgationis definit eſſe accuſatus ff. de pub. iu. is qui. & ĩ. e. q. xj. neganda. ij.

[b] In eodem. Sed nonne eſt alia cau[ſa] reconuentionis quã ſit principale negotium? Utique, ut extra de mut. peti. capit. j. & ij. Sed dicitur eadem, quia ijdem ſunt iudices & litigatores, & quia una ſententia determinandũ eſt utrũq; [2] extra de ordi. cognitio. cum dilectus. & quia ſi inhibetur appellatio in una. & in alia. extra de mut. petitio. cap. ij. Tamen Papinianus qui hanc legem edidit, intellexit, quia ſi tu me conuenis actione mandati, ego te poſſum reconuenire contraria mandati, alias non. C. de ſenten. & interloc. cum Papinianus. Sed Iuſtinianus auxit intellectum eius per authẽ. ad omnes cauſas. C. eod. titu. authen. & conſequenter.

Cauſa reconuẽtionis eſt eadẽ cũ principali.

[2] Vnde ſi iudex pronuntiaret ſuper cauſa cõuentionis & deberet p̃nũtiare ĩ cauſa recõuentionis grauaret, & poſſet appellari. ff. q̃ ſen. ſi ap. l. j. §. ulti. ſecũdum Goffr. ſed ſnia tenet ſecũdum Vincenti. prout ipſe notat extra d mu. pe. ca. j.

[c] Eligantur. id eſt conueniantur.

[d] Iudicetur. Sed propter contumaciam excommunicatur. infra eadem, quæſtio. ix. abſens. & capitu. decernimus.

[e] SVggero. Inciderit. Sed ſi non ſint tot epiſcopi in prouincia. aduocabit uicinos: ut lxv. diſtin. ſi forte. & vj. quæſtio. iiij. cap. j. & ij. Alioqui metropolitanus uel epiſcopus non poſſet audire cauſam criminalem clerici, cum non ſint tot epiſcopi in prouincia. xv. quæſtio. vij. Felix.

[f] DE accuſatoribus. Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes, in quarũ prima probat per xij. authori. ſanctorum patrum, q̃ abſens nõ debet cõdẽnari, nec abſentes in eũ teſtificari, nec illũ accuſarẽ, niſi cõtumax fuerit. Secũda ibi, De his. Tertia ibi, Simul ãt. Quarta ibi, Niſi ĩ crimĩe. Io. de F.

† De accuſatoribus: ſecundũ leges de crimine nũquã procedit̃ cõtra abſentẽ lite non conteſtata. ff. de pœ. l. abſentẽ. niſi in caſu cõtra apparitores: ut C. de pœnis. l. ne diu, pro cõtumacia aũt annotãtur bona eius, & expectat̃ per annũ: & ſi intra annum nõ uenerit, poſtea bona deuoluuntur ad fiſcũ: nec ſuper bonis audit̃, ſed bene audit̃ ſup̃ crimine, ut C. de requir. reis. l. ij. Si aũt intra annum ueniat, bona recuperat, ſi uelit iudicio ſtare. Si autẽ lis eſt cõteſta. & liquet de cã. in maiorib⁹ criminibus nunquã procedit̃ cõtra abſentẽ: imo audit̃ quãcũque uenerit, ut. ff. de requir. reis annus. [3] Sed ĩ minoribus quæ pœnã relegationis, uel dãnũ exiſtimationis cõtinent, bene p̃ceditur contra abſentem. ff. de pœn. abſentẽ. Fallit C. de adul. quãuis. ĩ. decernim⁹. Secundum canones diſtinguit H. an liqueat de cauſa, an non. Si liquet de crimine, poteſt condemnari abſens. [4] iiij. q. v. c. j. & xiiij. q. iij. de illicita. Si non liquet eſt excommunicandus: ut xj. q. iij. rurſus. & c. quicunque. in hoc tamẽ peccat H. quia non diſtinguit, an lis ſit conteſta. uel non. nam ſecundum eum non refert, an lis ſit conteſta. uel non. Ego tamen dico, q̃ cum lis eſt conteſta. & liquet de cauſa, locum habet illud cap. decernimus. Sed ſi lis non eſt conteſta. uel eſt conteſt. ſed non liquet de cauſa, locus eſt illis ca. rurſus. & ca. quicunq;. Nã ante litis conteſt. nunquã ſunt recipiendi teſtes in crimine. extra ut lite non conteſt. ad hoc Deus. niſi aliquid ſpeciale dicamus de dilapidatione, ubi publica commoda periclitantur, ut s. e. q. ij. quia ea. & C. de pœ. ne diu. Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male adminiſtrando ſuos contubernales affligit, ut C. ubi de ratiocin. l. ij. [5] Idẽ eſt in cauſa inquiſitionis: quia teſtes recipiuntur lite non cõteſtata: ut extra ut lit. nõ cõteſt. quoniam frequẽter. Itẽ ubi quis infamatus deficit in purgatione, punit̃ lite nõ cõteſt. ut extra de pur. canonica cum

Abſens in criminali poteſt in bonis puniri.

† Cõcor. text. in l. abſentẽ. C. de accuſa. & in l. ne diu. C. de pœn.

[3] Sed ibĩ de li. conteſt. nihil dr̃, ſed ita intelligit̃ per doct. Abſens an poſsit cõdemnari.

[4] Adde ad hanc quæſtionẽ no. ĩ l. ſeruũ. §. publice. ff. d procur. & in l. ij. C. de requir. re.

Teſtes lite nõ cõteſtata poſſunt quandoque recipi.

[5] Et ſic d bet intelligi extra de do. & contu. ueritatis. ſecũdũ Lau. ubi plene de hoc. Archid.

cum Petrus.extra de ſimo.de hoc. Itẽ in hæreſi poſt mortẽ,ut xxiiij.q.ij.ſane profertur. Sed in cauſa ciuili non proceditur lite non conteſtata, niſi in caſibus,qui ſunt extra, ut lite non conteſt.quoniam frequenter. Item in cauſa appellationis:ut C.de tempo. appel. l.ulti. extra de appel. ſæpe. & & ij.q.vj. ei, qui. Item in abſentia actoris,ut extra de dolo & contu. cauſam. quæ eſt hodie correcta per decr. quoniam frequenter.ſicut credo. C. quõ & quãdo iudex authen.qui ſemel. Item ubi agitur iudicis officio. C.ſi min.ſe ab hære.abſt.in auth.ibi poſita. ff. de min.ſ cauſæ.§.cauſa. Itẽ in cauſa ſubreptionis.extra de ſentẽ. & re iud. cũ olim. Itẽ ſecundũ quoſdam in cauſa libertatis.C.de ĩge.ma. diffamari. Item in petitione legati, uel fideicommiſsi. Argu. C.de uſu.& fruc.lega. uel fidei com. l.ij. Item in Trebellianica reſtitutione. C.ad Trebel.l.pẽ. §.cũ aũt. Item cum electus non cõparet.extra de ele.dudũ.j.in fi. Alias nunquam ferẽda eſt ſententia ante litis conteſta. ſed proceditur cõtra abſentẽ: prout traditur extra ut lite non conteſt. qm̃.in fi. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certũ eſt, extra de offi. iudi. c.ultimo.

† Cõcor. text. in l. ea, quæ.& ibi gl. cũ cõcor. C. quõ & qñ iudex.

CAN. I.

ACcuſatori omnino non credi decernimus,qui abſente [a] aduerſario cauſam ſuggerit ante utriuſque partis iuſtam diſcuſsionem.

Item Eleutherius papa.

Abſente aduerſario ſententiam ferre non licet.

CAN. II.

CAueant [b] iudices eccleſiæ ne abſente eo,cuius cauſa uentilatur, ſententiã proferãt,quia irrita erit † imo etiã cauſam [c] in ſynodo pro facto dabunt, [d] proditoris uero nec calũnia, nec uox audiatur.

Item Calixtus papa.

Reo abſente accuſator non audiatur. CAN. III.

ABſente eo, quem accuſare uoluerit quiſquam, accuſatori nõ credatur:quia ſine ſcripto difficile [e] eſt. per ſcriptum autem nunquam recipiatur, quia per ſcripturam nullus accuſari põt, ſed propria uoce, & præſente eo, quẽ accuſare uoluerit ſuã qſq; agat accuſationẽ.

Item Cornelius papa.

Quæ in abſentes geruntur, omnino euacuentur.

CAN. IIII.

OMnia, quæ aduerſus abſentes [f] in omni negotio,aut loco agunt [g] aut iudicantur,omnino euacuentur:quoniam abſentem nullus addicit, [h] nec ulla lex damnat.

Item Marcellus papa.

Non iudicetur, qui præſentialiter non accuſatur, uel conuincitur.

CAN. V.

NOn oportet quemlibet iudicari, uel dãnari priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locumque [i] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damaſus.

De eodem.

CAN. VI.

HAbetur quoque in decretis ſanctorum patrum ſancitum,non fore canonicum, quenquam ſacerdotum iudicari, uel damnari ante, quam accuſatores canonice examinatos [k] præſentes habeat, locumq; defendendi accipiat: id eſt, inducias [l] eccleſiaſticas ad abluenda crimina.

[a] ACcuſatori. Qui abſente.quia merita cauſarum,&c.C.ſi per uim uel alio modo. l.ult.nec etiã in cauſa reſtitutionis auditur quis uolẽs de iure ſuo docere in abſentia alterius partis, ut extra de offic. delega.conſultationibus.

ADDITIO. extra de in integ.reſtit. cum ex literis.Archidia.

[b] CAueant. Arg.eſt hic pro opinione illorũ, qui dicunt quod ſentẽtia nulla eſt, cum perẽptorium non uenit ad notitiam abſentis. C.quomodo & quando iudex.l.ea quæ. & ff.quæ ſent. ſine appel. reſcin.l.j.§.cum ex edicto.Sed ibi non peruenit:quia nec propoſitum fuit. Vnde ſecundum pleroſq; bene tenet ſententia,licet perẽptoriũ non uenerit ad notitiam rei.Sed hic expones irrita, id eſt irritãda. Vñ ſatis uidetur ſufficere, ſi abſens ſufficienter ſit requiſitus,ad hoc ut poſsit ferri ſententia,licet non ſit inuentus:ut extra de dolo & contu.cauſam. extra de cleri.non reſi. ex tuæ. ar.ad hoc vij. q.j.præſentium. C.de iud.properandum. §.& ſi quidem.ff.de euict.l. ſi ideo.& l.ſi dictum. §.ſi præſente.& ff.loca.itẽ quæritur.§.exercitu. Argu.contra extra ut lite non conteſta.quoniam.§.ſi uero. [1] nam ibi dicitur,quod etiã in cauſa matrimonij non eſt procedendũ cõtra abſentem,licet nõ inueniatᷓ:quia põt eſſe quod habeat iuſtã cauſam abſentiæ. Nec enim uidetur contumax, qui uocem præconis non audiuit.ff.de in integ. reſtit.l.penul. & ulti.Hoc tamen certum eſt,quod ſiue peruenerit ad eũ citatio,ſiue nõ, ſi probauerit iuſtã cauſam abſentiæ, retractatur,id, qđ factũ eſt, ut extra de ſent. & re iudi. c. cũ Bertholdus. Ioã.Hoc teneas,ꝙ ſufficit ſi citetᷓ aduerſarius publice ad domum, ubi cõſueuit morari: ut extra de dolo & contu. cauſam. & c.ultim. & ſi non ueniat lite nõ cõteſtata, fiat miſsio ĩ poſſeſsionem, uel excõicabitᷓ: ut extra ut lite non cõteſta c.tuæ. lite uero cõteſt. [2] ad ſententiam proceditᷓ: ut C.de iud.properãdum §.& ſi quidem. & §.ſin autẽ. & ſi poſtea ueniat aſsignãdo iuſtam cauſam abſentiæ, retractabitur qđ factũ eſt: ut extra de ſent. & re iud. cũ Bertholdus.B.

[1] Vbi de hoc extra de exceſ. præla. ex literis. & uideas qđ ibi not. Innoc.ad huius declarationem.

[2] Hoc intellige, ut not.extra de dolo.c. prout. & de appel. ſæpe.& c. ꝑ tuas. & no.Goffr. in ſumma de iudi.§. idẽ & pᵒ v. q.j. ſed ſi.Archi.

Sententia lata cõtra eũ, ad quẽ citatio ñ ꝑuenit an ualeat.

[c] Cauſam. id eſt, pœnam.

[d] Dabunt. id eſt, ſuſtinebunt.

[e] ABſente. Difficile.id eſt, non:ut ij.quæſtio.vj. biduum.uel difficile,id eſt,uix: quia in caſibus ſit accuſatio ſine inſcriptionis uinculo: ut notatur ij.queſtio.viij.in prin.

[f] OMnia. Abſentes.non per contumaciam,&ſin caſibus exceptis in ſumma. Io.

[g] Aguntur. Nota etiam, quod geſta quæ ſiunt abſente altero,non ualent:ut j̃.c.chartæ. & ſ̃.c. caueant.

[h] Addicit.id eſt,punit.

[i] NOn oportet. Locumque. id eſt, inducias:ut j̃.cap.proximo.

[k] HAbetur. Examinatos. hoc cum ſint ignoti, uel ſuſpecti:ut ij.q.vij.quærendum.

[l] Inducias.arg.ſententiam non ualere, niſi præceſſerint legitimæ induciæ.extra de dila. dilecti. & v.q. ij.uocatio.

Qui

PALEA.

Nec extra patriam fiat prouinciæ primò diſcuſſionis accuſatio ſine apoſtolica præceptione, cui in omnibus cauſis reuerētia debet cuſtodiri: quoniam & antiqua patrum regula hoc docet, in qua imperialia pariter ſtatuta concinunt. Criminū (inquiūt) diſcuſſio ibi agitanda eſt, ubi crimē admiſſum eſt. Et in canonibus: quęcunq; negotia ī ſuis locis, ubi oborta ſunt, finienda ſunt, ſalua tñ in oībus apoſtolica authoritate.

De eodem.

CAN. VII.

Qui accuſare alium elegerit, præſens ꝑ ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione uidelicet præmiſſa. [a] Neq; ullus unquam iudicetur antè, quàm legitimos accuſatores præſentes habeat, locumq; defendēdi accipiat ad abluenda crimina.

Item ex concilio Toletano vij.

De eodem.

CAN. VIII.

Dignum eſt, ut uita innocentis [b] nulla maculetur pernicie accuſatoris. Ideo ſi quis à quolibet criminatur, non antè accuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator pręſentetur, atq; legum & canonum ſententia exquiratur. Quòd ſi indigna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationem non iudicetur.

Item Bonifacius Papa ad Gallos.

Sententia feriatur, qui cauſā ſuā negligit adeſſe.

CAN. IX.

Decernimus [c] ueſtram debere intra prouinciam eſſe iudiciū, & congregare ſynodum ante diem Calendarū Nouembrium, ut ſi adeſſe uoluerit: [d] præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpōdeat. Si uerò adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ [e] de abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt [f] confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato iudicio purgandi [g] ſe occaſione nō utitur. Nihil enim intereſt, utrùm in præſenti examine non omnia, [h] quæ dicta ſunt comprobentur. cùm ipſa quoque profeſſio ex procurata toties cō ſtet abſentia.

Item Felix Papa.

Abſentes nec accuſari, nec iudicari poſſunt.

CAN. X.

Abſente aduerſario nō audiatur accuſator, nec abſente alia parte ſententia à iudice dicta ullam obtineat firmitatē. †

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiſcopo Senenſi.

Altera parte abſente diffinitiua non feratur ſententia.

CAN. XI.

Re uera iuſtus mediator non eſt, qui uno litigante & altero abſente amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmiſſis uolumus & apoſtolica authoritate mōnemus, [i] ut ſi presbyter de quo agitur, poſt excommunicationē [k] ſuam apoſtolicam ſedem adire uoluerit nullus iter eius impedire præſumat.

Item Zepherinus Papa.

In abſentem non eſt ferenda ſententia.

CAN. XII.

Abſens uerò nemo iudicetur (quia diuinæ & humanæ leges hoc prohibent) niſi fuerit [l] abſens ex contuma-

[a] Qui accuſare. Præmiſſa. Inſcriptio. n. ſemper præcedit accuſationem, [1] ut extra de accuſa. qualiter. ij.

[1] De hoc not. ij. q. viij. ī ſumma.

[b] Dignum. Innocentis. Sanctius eſt enim nocētē impunitū relinquere, quam innocentem condemnare: ut ff. de pœ. abſentem.

[c] Decernimus. Quidā ponunt caſum ſic, ꝙ epiſcopus iſte fuit infamatus: & Papa committit iſtis, ut in modum inquiſitionis procedāt: & ſi nō uenerit ut ſe purget, uel ſi defecerit in purgatione, uidetur confiteri [2] de crimine. Vnde pōt condemnari: ut extra de ſimo. de hoc. & c. in ſinuatū. Vel intellige, q̄d hic fuit lis cōteſt. ſicut in ſumma itellexi hoc c. Vel non loquitur de diffinitiua ſententia, ſed de interlocutoria, uel excōmunicatione, [3] uel miſsione ī poſſeſsionem. Videtur tamen ꝙ etiam lite non conteſt. ferri poſsit diffinitiua ſnia, ſed nō de crimine: ſed depoſitionis ꝓ contumacia, ut uidet colligi extra de do. & cōtu ueritatis. Io.

[2] Cōfiteri. Hoc uerū ſi ultra indictam purgationem ſtatutus eſt terminus ad purgādū: quia eo ipſo habet pro cōuicto. ita iſtud c. intelligit ſecundū Pano. c. ueritatis. col. x. de dol. & contu. Alias ſolū deberet excōicari.

[3] Pro iſto intellectu facit q̄d not. ī. q. prox. c. j. in glo. ſed pro contumacia. ſed hūc intellectū nullum puto. Archi.

[d] Voluerit. Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcopus.

[e] Sententiæ. Ferēdæ. cōtra. ff. de pœ. abſentem. illud ſecundum leges.

[f] Manifeſtum eſt. Pręſumptiue: ut ff. de reiudica. contumacia. §. j. ſic xxxiiij. q. iij. de illicita. in fin. Sed uidetur, quod ſemꝑ liqueat de cā: quia aut probat actor ꝙ āſerebat, & tunc condemnandus eſt reus. aut non probat, & tunc eſt abſoluendus reus: ut vj. q. ult. actor. Reſpō. Iſtud obtinet cum uterq; eſt pręſens. & præterea ꝙ reus abſoluit: non procedit ex eo, ꝙ de cauſa liqueat: ſed quia partiū iura ſunt obſcura, & in dubio ferē ſententia pro reo: ut Inſt. de interdi. §. commodū. extra de fide inſtr. inter. in fi. nā quandoq; actor probat intentionem ſuā, & tamen iudici non liquet de cauſa. ff. de re iudi. l. Pompon.

Sententia in dubio fertur ꝓ reo.

[g] Purgandi. Id eſt oſtendendi innocentiam ſuam, uel cauſam abſentiæ.

[h] Non omnia. Dum tamen illa quæ probata ſunt, ſufficiāt ad condēnationem, & omnia ſimul obijciantur: ut xxiij. di. illud. Arg. contra. ī. ea. q. x. placuit.

[i] Re uera. Monemus. Id eſt, mandamus. ij. q. j. notum ſit. xxviij. q. j. ſic enim. & no. ī. ij. q. vij. ſicut inquit.

[k] Poſt excommunicationem. Nota quòd excommunicatus appellat. ar. extra de ſentē. excom. per tuas.

† Cōcor. text. in l. abſentē. ff. de pœ. & in l. ſeruum. §. publice. ff. de procu.

[l] Abſens. Niſi fuerit. Hęc uerba ponuntur in authent. ut omnes obe. iu. §. ſi uero. col. v.

Contu-

cia. pro præſenti nanque eum contumacia [a] haberi facit.

Item Nicolaus Papa Gallioni Senenſi archiepiſcopo.

De eodem.

CAN. XIII.

INdicas Hermanũ [b] epiſcopum ſuper quibuſdã frequẽter fuiſſe accuſatum: pro quibus (quia [c] ex parte ipſius perſona deeſt) nos uni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus, quãuis [d] nec uſque adhuc, qui fuerint [e] illi exceſſus, dixeris: nec utrũ [f] ſanæ mentis erat idẽ antiſtes necne, cũ ipſos exceſſus perpetrabat, euidenter oſtenderis. [g] Satiusque arbitramur quãlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quám ad ipſum pertinere peccatum: cui magis conſulendum [h] ſit & compatiendũ, quàm puniendũ, uel ẽt aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa.

Teſtes non dicant teſtimonium, niſi de ijs, quæ præſentialiter & ueraciter nouerunt.

CAN. XIIII.

TEſtes per quãcunq; ſcripturam [i] teſtimonium non ferant: ſed præſentes [k] de ijs, quæ nouerunt & uiderunt, [l] ueraciter teſtimoniũ proferant: nec dicant de alijs cauſis uel negotijs teſtimonium, niſi de ijs, quæ ſub eorum præſentia [m] acta eſſe noſcuntur.

[a] De his etiam, quæ audierunt, [n] ſi ad hoc uocati ſunt, in ciuili cauſa teſtimonium dicere poſſunt. Vnde in authenticis col. viij. ti. de teſtibus. & Codice eod. ti. legitur:

Si debitum ſcriptum ſit, & probatio ſolutionis proferatur à litigantibus per teſtes ſine ſcriptura: tunc ſuſceptibilem eam apud iudicem eſſe uolumus, dum ad hoc ipſum teſtes aſſumantur:

---

a Contumacia. Sic extra de teſt. in nomine domini.

b INdicas Hermanum. Iſte in furore occiderat hominem.

c Quia. Prima ratio eſt.

d Quamuis. Secunda ratio eſt.

e Fuerint. Et ita non tenebatur uenire: ut v. quæſ. ij. ſi primates.

f Nec utrum. Tertia ratio eſt.

g Oſtenderis. Archiepiſcopus bene fatebatur, ꝙ quandoque fuerat furioſus, ſed tamẽ dixit eum modo eſſe ſanũ, & in ſanitate occidiſſe hominẽ: alias tenẽ ille potius probare, qui dicit aliquẽ in furore peccaſſe: ut extra de ſucceſ. ab inteſta. cum dilectus. & C. de codi. l. non codicillos.

h Conſulendum. Quaſi dicat, ſatis ipſo furore punit. ſic ĩ. di. v. baptizari. ff. de offi. præſi. diuus. Iudex tñ diligẽtiſsime ingret, an fuerit furioſus: quia multi fingunt furorẽ: ut ſic excuſentur: ut ff. de cur. fur. l. obſeruare. & ĩ. ea. hortamur.

Furor ſatis punit.

i TEſtes. Scripturã Nunquid ergo literæ epiſcoporũ non ualent? Non in ferendo teſtimonio: quia teſtibus non teſtimonijs credẽdum eſt, ut extra de coha. cle. & mu. tua. De hoc notaui ĩ. xj. qõ. iij. curæ. [1] ar. ff. de cuſto. re. diuus alias extra iudicium ſecus eſt, ut xj. q. iij. curæ. lxxj. diſt. extraneo.

1 Adde ꝙ not. ij. q. vj. ſtatuẽdũ. in gl. inſtrumẽtum, &c.

k Sed præſentes. Fallit ff. de iureiuran. ad perſonas. extra de teſti. ſi quis teſtium.

k Sed præſentes. In cauſa criminali ſemper teſtes erunt præſentes: ſed in ciuili ſeruetur conſuetudo regionis: ut ff. de teſtib. l. iij. in fine.

l Quæ nouerunt & uiderunt. Id eſt, aliquo ſenſu corporeo perceperunt. [2] large enim ſumitur uiſus, ut ibi, Guſtate & uidete. & legitur in Exodo, Videbant uoces, id eſt, audiebant. Vnde ſi auditu aliqui conſcij ſunt de aliquorum fornicatione, bene poſſunt de hoc teſtificari. extra de teſtibus. præterea. Et quod de auditu recipiatur teſtimonium, patet extra de teſtib. cum cauſa. nam ſufficit qualitercunque aliquid ſciatur. xxij. quæſtione v. hoc uidetur. Si ergo aliquis eſt mutus, dum tamen audiat, & ſcribere ſciat, bene teſtificatur: ut C. qui teſt. fa. poſ. diſcretis. Similiter cæcus teſtificatur, ſi uoces contrahentium habet notas. Nec obſtat ſi dicas, quod cæcus poteſt in uoce decipi: ut xxvij. q. j. nec aliqua. nam in uiſu poſſumus decipi: ut xxxj. q. j. quomodo. & in tactu. xxxiiij. q. ij. in lectum.

2 Sequitẽ Alexã. de Imo. in l. bene ad cognitionẽ, co. vj. ff. ſi cer. peta.

Mutus & ſurdꝰ teſtificari poſſunt.

l Nouerunt. Ergo de ijs, quæ pupillus uidit, non poteſt eſſe teſtis: quia hæc ætas ignorat quid uideat. C. de fal. mo. l. j. [3]

m Præſentia. Dum tamen intelligant. nam aliter nõ dicuntur præſentes: ut ff. de uerb. ſig. coram. Non intellige præſentem prout ponitur xvj. q. iij. c. placuit. §. poteſt. Sed intellige præſentẽ ſiue in eadem domo, ſi ue alibi ſit, dum tamẽ audiri poſsit: ut ff. ad Sylla. l. j. §. eodem tecto.

3 Sed cõtra d cõſ. di. iiij. placuit de infantibꝰ. & c. ſe. ubi & hoc xxxvii. diſ. relatũ. Ar.

n Audierunt. Plures poſſunt notari caſus ubi fertur teſtimoniũ de auditu. Vnus hic. Alius cum probatur uoluntas obmuteſcẽtis: ut xxvj. q. vj. qui recedunt. & c. ijs qui. Aliꝰ in matrimonio: ut xxxv. q. vj. de parentela. Alius. in probatione periurij: ut xxij. q. v. c. hoc uidetur. Alius in memoria facti opis. ut ff. de proba. l. ſi arbiter. Alius extra de teſti. præterea. & extra eo. tit. cũ cauſam. Sed certe non concedo, ꝙ alicubi ſit teſtimonium de auditu, niſi ubi teſtatẽ quis, ꝙ ſic audiuit recitari à maioribus: ut dicitur extra de teſtib. quoties. Et hoc tantum cõtingit ĩ matrimonio, & in memoria facti operis: licet hodie circa matrimonium illud ex parte ſit immutatum, extra de teſtib. licet. ij. niſi quis uelit dicere ibi ideo eſſe teſtimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum, quam per uiſum. Vnde ſi duo intereſſent contractui, quorum unus eſt ſurdus, & alter cæcus: unus audiret uerba contractus alter uideret numerare pecuniam, per illos forte non probaretur cõtractus: quia ſingulares. extra de elec. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo ſpecialia, ſcilicet quod ualet confeſsio extra ius, ſicut & alibi extra de exceſ. præla. quam ſit graue. & in alio caſu, quando quis confitetur ſe debere pecuniam cauſa adiecta: ut C. de non nu. pec. generaliter. & in caſu, qui habetur de ſecunda cautione quam mulier poſt bionium emiſit. C. ad Velle. ſi mulier. & generaliter dicunt quidam ualere confeſsionem factam extra ius: ubi teſtes interſunt rogati. Item aliud ſpeciale eſt hic, ꝙ non ualent teſtes niſi rogati: & iidẽ requiruntur in teſtamẽtis, & in Codicillis. [4] C. de teſti. auth. rogati. & in matrimonio, ut uideẽ xxxv. diſt. noſtrates. & in diuortio. ff. de diuor. l. nullũ. alias non requirit, ꝙ teſtis ſit rogatus: ut ĩ. proxi. cauſa. qõ. iij. ad ſi. Io. conſueuit generaliter dici, & eſt uerum, quòd confeſsio extra iudicium non præiudicat, niſi cum adijciatur,

Teſtimoniũ de auditu ſæpe admittiẽ.

Confeſsio extra ius quãdoque ualet.

Teſtes an debeãt eẽ rogati.

4 Hoc eſt falſum: ut C. de codic. l. ult. §. fin.

ut perhibeant teſtimoniũ pro facienda ſolutione, aut pro memoria [a] alicui iam factæ ſolutionis, & pro confeſsione [b] eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex tranſitu perhibita teſtimonia, ut ſi propter aliud quoddam opus adueniẽs audiuit aliquem dicentẽ ſe accepiſſe ab aliquo aurum, aut debere alicui, nulla ratione ualere cenſemus.

3 Simul autẽ neceſſe eſt, ut uideant. Quòd ſi alius uno tempore, alius alio tempore uiderit, diuerſitas temporum eorum teſtimonium non admittit.

Vnde Leo papa.

Non admittuntur ad teſtimonium, quos non eodem tempore negotio interfuiſſe conſtiterit.

CAN. XV.

Nihilominus quoque puniendi [a] ſunt teſtes, qui ad calumniam aliquid teſtificantur: nec eorum uoces tanquam plurium admittuntur, quos temporum [d] quidem diuerſitas ſimul [e] interfuiſſe prohibuit.

Item Ambroſius in libro de paradiſo Dei. [illegible]

Ad ſeriem geſtorum teſtis ex ſuo nihil adyciat.

CAN. XVI.

Pura [f] & ſimplex [g] teſtimonij ſeries intimanda eſt. Plerunque teſtis dum ad ſeriem geſtorũ aliquid [h] ex ſuo adijcit, [i] totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat: nihil igitur, quod bonum uidetur, addendũ [k] eſt.

Item Felix papa.

Abſens, per alium, nec accuſare, nec accuſari poteſt.

CAN. XVII.

Abſens per alium acuſare, † aut accuſari non poteſt, nec affinis [l] teſtis admittitur.

4 Niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona etiam per procuratorẽ [m] intendere & excipere poteſt, ſeruatis cæteris ſolennitatibus, ut C. tit. de iniurijs. l. ultima.

Item Pelagius papa Sindux magiſtro militum.

Reo [n] abſente libellus accuſationis fruſtra offertur.

eſtur, ut confiteor me tibi debere centum ex cauſa mutui: ut C. de nõ nume. pecu. l. generaliter. Et ſcias quod oẽs iſti teſtes rogati dicũtur intereſſe, qui rogati ſunt audire, licet ad aliud uenerint: ut ff. de teſta. hæredes palam. Authenti. tamen, generaliter. uidetur dicere, quod teſtes debeãt eſſe rogati: ut C. de teſti. auth. rogati. Sed hoc uerum eſt cum cõtractus eſt in ſcriptis.

a Pro memoria. Tres hic ponit caſus quod teſtes rogati põt teſtificari uel pro ſolutione, quã uoluit facere creditori debitor: uel ꝓ ſolutiõe ei facta uel pro cõfeſsiõe creditoris.

b Cõfeſsione. imo magis eſt pro debitore confeſsio creditoris, quam ſi ſit ei redditum inſtrumentũ. C. de ſolutio. l. pecuniæ.

Simul. Hęc eſt tertia pars, in qua probat, quod teſtes debent ſe cõcordare. & nil falſi admiſcere. & hoc probat ꝑ tres authoritates. Ioan. de Fant.

c Nihilominus quoque puniendi. In criminali punitur teſtis capitali pœna. xxxiij. quæſ. v. hęc imago. hoc ſecundũ leges ueteres: ſecũdũ canones infamis eſt. vj. quæſt. j. quicunque. xxij. quæſtio. v. ſi quis. Sed ſecundum legẽ accuſatur de crimine falſi. ff. ad legẽ Corne. de fal. eos qui. Non ob. ff. de his qui notã. infa. Lucius. extra de ordi. cognit. cum dilectus. quia ibi non eſt ſententia lata contra teſtem.

d Quos temporum. Simile iiij. quæſtione iij. in teſtibus. C. de codicil. l. ultima. §. ult. ſimile. C. de teſtamen. ſi unus.

e Simul. quidam dicunt hoc tenere in ijs, quæ non niſi ſemel committũtur, ut homicidium alicuius. Sed ſi ſæpius aliquid poteſt committi, ibi non nocet temporum diuerſitas. Sed eis obijcitur de Suſanna. ij q. vij. cap. nos ſi incompetenter. §. item Daniel. ſed illi reſpondent quod ideo fuerunt illi teſtes reprobati, quia dixerunt quod in eadem hora & in diuerſis locis commiſſum eſſet adulterium: ſed non poterat committi in eadem hora & in diuerſis locis. Et hoc dicũt propter expreſſam ſimilitudinem, & nõ propter identitatem. Nam re uera aliud eſt adulterium, quod hodie fit, aliud quod cras, ſed eſt ſimile illi: quod nõ concedo: cum ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. Si tamen aliquem actum cõtinuum uiderent aliqui, licet diuerſis horis, uidetur quod teſtimonium teneret, ut ſi ſucceſsiue in uno foramine uiderunt aliquos fornicari 2. Vel ſi aliqui uolunt teſtari, quod aliquis excommunicatus celebrauit. & unus audiuit finẽ miſſę, alter principium: hoc caſu concedo eos bene teſtari de una re propter cõtinuationẽ actus: ſicut propter continuationem poſſeſsionis, una dicitur præſcriptio, licet facta ſit a diuerſis perſonis. xvj. quæſtione tertia. capi. placuit. §. poteſt. 3 uerſicu. quod ſi ab eod. ſicut etiam unus dicitur procõſulatus, licet diuerſæ perſonæ ipſum exercuerint, ut ff. de officio proconſulis. meminiſſe. Item quid ſi cõueniãt in tẽpore, ſed diſcordant in officijs? unus dicit de miſſa, alter dicit de ueſperis? Eadẽ eſt quæſtio, ſi uis probare ſolutionẽ decimæ, & unus dicit frumẽtũ ſolutũ, & alter dicit fabã. Et reſpõdeo quod nõ ualet teſtimoniũ: quia omnes ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares, ut extra de electioni. cũ dilectus. diem forte non tenetur teſtis exprimere, ſed mẽſem, ut ſ. ij. quæſt. viij. libellorum.

f Pura. id eſt, ſine dolo.

g Simplex. Qualiter hoc intelligatur, dixi iiij. quæſt. iij. in teſtibus.

h Aliquid. argu. utile per inutile uitiari, ut xij. quęſtio. ij. ſi quos de ſeruis. ſ. diſtinct. xxvij. ſi quid ueri. 4 Sed contra. ff. de excuſa. tuto. qui teſtamento. ſ. diſtin. ix. ſi ad ſcripturas. Sol. utile per inutile uitiat, ubi in iure inuenitur expreſſum, alias non. Arg. xv. quæſt. iij. ca. ſane quiſque. §. cum autem.

i Adijcit uel ſubtrahit, ut v. quæſtio. ultima. præsbyteri. extra de uerborum ſignificat. forus. §. ulti. Arg. xj. quæſtio. iij. quiſquis metu. xxv. quæſtio. ij. præſcriptione. xxij. quæſtio. ij. cum humilitatis. C. de teſtib. teſtium.

k Addendum. Quia non pręiudicaret hoc alicui, ſi de hoc non iuraſſet, ut extra de teſtib. c. de teſtibus.

l Abſens. Nec affinis. ſ. ead q. ſi miſiter. 5

m Per procuratorem de hoc dixi ſ. ij. quæſtio. vj. ſi quando.

n Reo. Hic titu. eſt falſus: quia non intelligitur de libello accuſationis, ſed de libello atteſtationum.

a Super hoc uideas ꝑ leg. & no. ſ. lxxvj. di. c. hunc numerũ. Archi.

2 Vide late de hac q. Iac. Bu. in l. fin. C. de teſ. Cynũ & Pet. in l teſtiũ eo. tit.

3 Melius §. pręſcriptionum. uerſ. qđ ſi ab eo. Archid.

† Adde text. in l. polla. C. de his, qui bus ut indig.

Vtile per ſutile quãdoq; uitiatur.

4 Et ſ. j. q. j. nõne. ubi uideas. & c. dñs. ubi uideas ar. pro & cõtra.

5 Adde, an & quãdo admittant. Bar. no. in l. qui teſtamento. ff. de autho. tu. & in l. qui teſtamento. ff. qui matri. ac. poſ.

CAN. XVIII.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tẽpore aduerſarius ipſius illic præſens fuiſſet, ualidæ erant. Sed quia aduerſario abſente [a] geſta quæ nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Item Decorato patricio.

Teſtes corporaliter præſtito iuramẽto teſtimonium dicant.

CAN. XIX.

HOrtamur, ut ſub timore domini cõſuetam conſcientiæ ueſtræ ſynceritatẽ in hoc quoq; negotio cõſeruantes, omnem a perſonis, quæ ueritatẽ cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari [b] formidinẽ & ueſtris præſentari [c] conſpectibus, tactis ſacroſanctis euãgelijs præbito etiam legaliter ſacramento, ut quæ in ueritate rerum nouerũt [d] profeſsione ſuæ teſtificationis aperiant: ut pate factis omnibus, quæ ſecũdum leges & iuſtitiã cenſenda ſunt, cognoſcatis, & competentem legibus & ueritati terminũ detis.

Item Nicolaus papa Iſmaro Remorum archiepiſcopo.

Accuſator & accuſatus ſimul debent adeſſe.

CAN. XX.

NEceſſe eſt ſecundũ ſacrarum ſcripturarum documentum, ac ſecũdum iuſtitiæ tramitem, & accuſatum & accuſatorem ſimul adeſſe & unam partem quantacunque [e] & qualicunque prędita ſit authoritate, ſic prorſus audiri, ut alteri parti nullum præiudicium [f] irrogetur.

QVAEST. X.

QVod uero [g] *teſtes deficientes in primo capitulo, non ſint admittendi ad ſequentia, ex concilio Carthaginenſi ſeptimo cõfirmatur, in quo ſic ſtatutum legitur.*

Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur.

CAN. I.

PLacuit, ut quotieſcũque clericis ab accuſatoribus multa crimina objciũtur, & unum ex ijs, de quo prius egerint, probare non ualuerint, ad cætera iã nõ admittant. [h]

Probatur illud idem authoritate Arelatenſis cõcilij tertij, in quo ſic diffinitum eſt.

---

[a] CHartæ. Abſente. ĩ. ij. q. j. in primis. extra de teſtib. in nomine domini. & cap. de cætero.

[b] HOrtamur. Amputari. hic eſt arg. quod iudex præſtabit conductum & ſecuritatẽ teſtibus. extra ut lit. non conteſt. accedens. & de electio. bonę memorię. extra de appellat. ex parte. xxxiij. q. ij. ſiue.

[c] Præſentari. ſic ĩ. ead. teſtes.

[d] Nouerũt. teſtis enim pro utraque pte teſtabiť. xiiij. q. v. non ſane. & iurabit qď nihil falſitatis dicet. ij. q. iiij. nullam.

[e] NEceſſe. Quantacunq;. Parilitas. n. ſeruanda eſt in iudicijs. C. de proxi. ſacr. ſcri. l. i ſacris. lib. xij. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. Arg. cõtra extra de dol. & cõt. ex lřis [f] & eſt ſimile j. q. j. teneamus. š. diſ. ix. ego. In ſnia & in iudicio nulli eſt deferẽdũ, ſed i ſedẽdo, & in ſimilibus, ſic ij. qõ. viij. quiſquis.

[f] Prężudicium. Sic xj. q. iij. ſi quis uero. C. de ſtat. & imagi. l. iiij.

[g] QVod uero. Vbi quis ſimul de pluribus criminib⁹ accuſat ſi in uno deficiat, bene admittitur ad alia, ut š. ij. q. j. i primis. dũmodo nõ ſit calũniator, ut ij. q. iij. Paulũ. Nã & cõdẽnatus ꝓſequiť crimen de quo inſcripſerat pendẽte accuſatione, ut ĩ. ea. q. prox. negãda. ij. & ff. de publi. iudi. is qui. §. illud. Sed capitula hic poſita loquunť, ubi qs de calũnia conuictus uult accuſare aliquẽ, & deceptus fuit ſecus ſi in promiſsione aliqua deceptus fuit: ut ij. q. iij. Paulũ. H. & alij diſtinguũt utrum defecerit in minori uel maiori. ſi i minori, admittitur ad ſequentia: alias nõ, ut ij. q. j. in primis. In ciuilibus aũt cauſis conuictus de calumnia, bene ad ſequentia admittiť: ut C. de inoffi. teſta. l. eum qui. inſtit. de excuſ. tut. §. qui autem. extra de appel. conſtitutus. ij. Quidam dicunt, quod ſi quis accuſauit de pluribus criminibus ſimul, & conteſtatus eſt litem ſuper omnibus, licet in uno deficiat, bene admittiť ad ſequentia tanquam iam incepta. Sed ſi tantum ſuper uno eſt litẽ conteſtatus, & deficit in illo, non admittitur ad ſequentia, quaſi ſuſpectus. ff. de accuſa. ſi cui. vj. q. j. quicunque. Tu diſtingue an ſit calumniatus, uel non. ut dixi tamen ſi quis primo egit criminaliter, ſiue obtinuerit, ſiue ſuccubuerit, põt poſtea agere ciuiliter. C. qñ ciuilis actio criminali prężudicet. l. prima.

[h] PLacuit. Quidã ſic ponunt caſum. Accuſo te ſuper pluribus criminibus ſimul, & eodem libello, & litẽ ſuper his omnibus conteſtor: licet in uno deficiã, tamen admittor ad ſequẽtia, licet iã ſim infamis: & hoc eſt ideo, quia tempore litis cõteſtatæ fui bonæ famæ, ut ff. de publi. iudi. is qui. & ij. qõne. j. in primis. ibi, an grauiora, &c. Si aũt te primum accuſo de uno crimine, & deficio, nõ admittor poſtea ad aliã. Ioã. Sed certe mirũ uidetur de iſtis opinionibus. Nã ſi litem cõteſtatus eſt accuſator ſuꝑ pluribus criminibus, publicatis atteſtationib⁹, poſtea nõ admittitur ad probandum aliud. ſed ſi ſuper uno tantũ litẽ cõteſtatus eſt, & nõ probauit, uidetur calumniari: & ita nõ admittiť poſtea ad ſequẽtia ut hæc capitula dicunt, quæ in hoc caſu intelligũtur. Bartholomæus.

[i] Non admittantur. ſed videť qď huiuſmodi exceptio nõ poſsit obijci poſt litem conteſtatam: ut ff. de adulterijs. ſi maritus. §. præſcriptiones. Maxime cum exceptio, ſcilicet tu es calumniatus, ſit dilatoria: quia tantum declinatoria eſt iudicij. ſupra quæſtione ſexta capitulo primo. quod ex hoc patet: nam ab alio adhuc accuſari poteſt. Reſpondet quidam ſpeciale eſſe in adulterio, ut etiã peremptoriam ibi aliquis non poſsit obijcere poſt litem conteſtatam, ſcilicet hanc, tu per quinquennium tacuiſti: ut C. de adulterijs. adulter. ſicut & ſpeciale eſt in illa exceptione extra qui matrimonium accuſa. poſſunt. cum in tua. Alij dicunt, quod hæc exceptio

tu es

Teſtibus eſt præſtãda ſecuritas.

[e] Loquiť in pœnis inferẽdis in quibus deferť. ſ. diſt. cõtumaces. extra de offi. de leg. paſtoralis. qď dic ut no. extra de tranſl. cap. ult. in gl. pe. Archi.

Accuſator deficiens in uno, an admittať ad alia.

[g] Iſte textus ſolet allegari, ꝙ notari⁹ uel teſtis nõ debet apponere ĩ actu ſuo niſi quæ uidit & nouit. Iſtã opinionẽ tenet Pet. de Anch. ĩ c. fraternitatis. extra de teſtib. & Alexan. de Imol. in l. ſi . . ſal. col. ul. C. de tranſa.

[g] Verſic. qđ ſi forte. põt. n. qs de pluribus condemnari ſimul, uel abſolui. ij. q. vj. ſi quis ex ſ luribus.

Qui falſa fratribus obijciunt uſque ad exitum non communicent. CAN. II.

EOs, qui falſa fratribus obieciſſe [a] capitula conuicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communicare (ſicut magna ſynodus ante conſtituit) niſi digna ſatisfactione prius pœnituerint.

Itē Felix papa in ſecunda decretali epiſcopis Galliæ.

Quid quod obijcit, probare nō ualet, decætero ad arguendum non admittitur, niſi prius propriam cauſam ciuilē dūtaxat aſſerere uoluerit.

CAN. III.

SI accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles [b] apparuerint, ad arguendum epiſcopos decætero non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere (non tamē [c] criminales, uel eccleſiaſticas [d]) uoluerint.

Cum ergo, qui falſa fratribus obijciunt, uſque ad exitum uitæ a communione prohibeantur, cum illi qui in epiſcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum decætero admitti prohibeantur: apparet quòd in primo capitulo deficientes tanquam falſorum obiectores ad ſequentia procedere non ualent. †

QVAESTIO XI.

AB accuſato [e] uero accuſationem in accuſatorem uerti, multorū authoritatibus prohibetē.

Ait enim Stepha. papa.

Accuſati, niſi prius ſe purgauerint, alios accuſare nō poſſūt.

CAN. I.

j NEganda [f] eſt accuſatis [g] licētia criminādi [h] prius, quā ſe crimine, quo premuntur, exuerint: quia nō eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, qui criminibus implicant̄, niſi ſe prius probauerint innocentes: quoniam periculoſa eſt, & non debet admitti rei [i] aduerſus quēcunque [k] profeſsio.

Lib. ix. Codicis, tit. j. Imperatores Valentinus, Valerius & Gratianus.

CAN. II.

ij NEganda eſt accuſatis (niſi ſuas [l] ſuorumq; iniurias proſequātur) licentia criminandi in pari, uel minori crimine prius, quā ſe crimine, quo premuntur, exuerint, ſecundum ſcita ueterum iuris conditorum: ita tamē, ut & ipſi inſcriptiones contra eos etiam pendente accuſatione deponere poſſint.

qui es calumniatus, bene pōt obijci poſt litē conteſta. Sed melius dic, quod hic lis non fuit conteſta. niſi ſuper eo, in quo deficit. Vnde cum uult procedere ad alia, ſuper quibus lis non eſt conteſta. iuſte admittitur huiuſmodi exceptio contra illum. Vel dic quod illa exceptio de nouo cœpit cō petere: unde pōt ea uti poſt litē cōteſtatam, ut extra de officio deleg. c. inſinuante.

a EOs. Obieciſſe. Calūnioſe ſubaudi.

b SI accuſatorū. Culpabiles. Ideſt, calūnioſæ ſubaudi.

c Non tamē. Suā iniuriam non proſequendo, ſed publico iudicio accuſando. uel ſpeciale eſt in calumniatore epiſcopi, ne ſit contra. iiij. q. vj. c. omnib⁹. & ſ. ij. q. prima. capi. prohibentur.

d Eccleſiaſticas. Hoc iō dicit, quia cauſa eccleſiaſtica non eſt agēda, niſi per hominē bonæ opinionis. v. q. iij. cap. quia. [1]

AB accuſato. Hæc quō diuiditur in tres partes, in prima quarum probat per tria capita. quod accuſatus accuſare non pōt de minori, uel pari priuſquam probauerit ſe innocentem. Poteſt tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, Aliquando. Tertia ibi, Cauſa uero. Ioan. de Fan.

e Ab accuſato. ſi accuſatus crimen proponit contra ſuū accuſatorē pendēte accuſatione, aut proponit ī modum accuſationis, aut in modum exceptionis. Si ī modum accuſationis, aut nomē accuſati eſt receptum inter reos, aut non, hoc eſt dicere, ſi lis eſt conteſtata, aut non. Si nō, poteſt [2] eum accuſare de maiori crimine, & audietur prius: ut j. ead. capit. prius. & j. c. ij. Si eſt receptum, non poteſt, ſed pendente accuſatione poteſt contra eum inſcriptionem deponere, & poſt ſententiam eam conſumare: ut j. ead. c. ij. & ff. de publi. iud. l. is qui. ſi autem ſuam iniuriam proſequitur. tunc & ante & poſt damnationē poteſt ipſum incipere accuſare. ff. de accuſa. l. qui iudicio. iiij. q. vj. c. omnibus. Si uero in modum exceptionis proponitur crimē prius, ſemper auditur excipiēs: ut C. de adul. l. quoniam Alexandrum. & xxxij. q. vj. cap. nihil iniquius. C. de liber. cau. l. ſi filium. & extra de ordi. cog. c. cum dilectus. [3]

f NEganda. Nota ī criminibus non habere locū reconuentionem, ut hic, & infra ea. c. prius. ut no. ſ. q. viij. c. j.

g Accuſatis. Inter reos receptis: ut ff. de adulte. l. ſi maritus. §. præſcriptiones.

h Criminādi. Etiā ſi ſuā iniuriā proſequatur, ſecundū R. [4] quia non relatione criminum, ſed innocētia reus purgabitur: ut ff. de pub. iud. l. is q. ſed hoc non eſt uerum: ut infra. c. proxi.

i Rei. id eſt, accuſati.

k Quemcunque. Ergo eo ipſo, qđ quis accuſatur, pdit legitima iura: ut ff. de mune. & hon. l. reus. lxxxj. diſtin. c. tantis. extra de accuſ. Deus omnipotens.

l NEganda. Suas. Sed tunc non permittitur, niſi ponas illū primum, qui accuſat, ſimiliter proſequi ſuam iniuriam alioqui concederetur poſteriori qđ auferī primo. Cōdemnatus aūt nō poteſt, niſi ſuā iniuriā proſequat, ff. de accu. l. qui iudicio. cum iam ſit in famis. ff. de publi. iudi. l. infamem. & hoc ſi poſt condēnationem accuſationem inchoat in extraneū, non in ſuū accuſatorē. ſi enim in ſuum accuſatorem, poteſt. ſi non, perdit ex illo crimine ciuitatem uel libertatem: ut ff. de publi. iudi. l. is qui. & hoc ideo, quia parcitur illi, qui prouocatus uult ſe ulciſci. ff. de bo. liber. l. qui cum maior. §. ſi libertus. Secundum canones autem cum quis eſt dānatus de crimi-

1 De hoc not. ſ. ea. q. vij. c. j.

Accuſatus an pēdente accuſatione poſsit ſuū accuſatorem reaccuſare.

2 ff. de adulte. l. ſi maritus. §. pſcriptiones.

3 Cōcor. l. qui crimē. & ibi Cy. C. qui accuſ. nō poſ. gl. in l. fin. C. de accuſa.

3 De hac materia not. C. q accuſ. nō po. l. j.

4 Sub. & Hug. qui ēt idē ſentit, & eadem rōne & idē uſ ſentiī Innoc. ut dixi. ſ. ea. quæ. viij. cap. j.

Condemnatus de crimine an poſsit accuſare.

crimine, amodo non poteſt accuſare, nec ſuum nec extraneum accuſatorem: ut vj quæſt.j.c. qui crimē. niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur. iiij.qō. vj.c.omnibus.

a NOn eſt credendum. Sæpe fit. Nam quandoq; aliter fit. extra de reſtitu.ſpo. item cum quis. C. de dona. inter uir. & uxo. l. ſi maritus. poſſet tamen illud intelligi, cū crimen in modum exceptionis obijcitur, uel directe fuit propoſitū, ſed nō accepta pagina inſcriptionis: ut C. de fal. l. ſatis.

b PRius. Nota ſi duæ ſunt qōnes principales & ambæ ſint ciuiles, quæ prius proponitur, prius eſt determinā da, licet ſint inæquales, dū modo ſe non contingant, & directe proponātur: ut extra de ordi.cog.cū dilectus.ff.de iudi. l.qui prior. Si ſunt criminales & inæquales, & directe proponunt, maior præponit. ſed ſi altera eſt criminalis 1 & altera ciuilis, de criminali prius agit. Si uero non ſunt ambæ principales, ſed una incidit alteri, de incidenti prius cognoſcitur. Incidit aūt quandoq; criminalis criminali, quandoq; ciuilis ciuili, quandoq; criminalis ciuili, quādoq; ciuilis criminali. Criminalis incidit criminali, ut ſi accuſanti de adulterio, obijcio lenocinium & ponit aliud exēplum in hac l. prius. Ciuilis ciuili, ut ſi petenti hæreditatē obijcitur quæſtio ſtatus. Criminalis ciuili, ut ſi agenti per aliquod inſtrumentū, obijcitur quæſtio excipiēdo de falſitate. Ciuilis criminali ut ſi accuſanti obijcit quæſtio ſtatus.

c Cauſæ. Quia ſi proſequaris iniuriam tuā, bene potes. alias non. hoc non placet quare enim diceretur quod ab euentu cauſæ poſſet. Nam etiam ſi eſſet condemnatus, bene admitteretur ad accuſandum uolēs proſequi iniuriam ſuam: ut ff. de accu. l. qui iudicio. multo magis ergo ſi fuerit abſolutus, licet non proſequatur iniuriā ſuā. Vel aliter ex euentu, ſi condemnatus es, non permittiť tibi: ſi abſolutus es, bene permittiť. ſed ſecundum hoc obſtat. ff. de publi. iudi. l. is qui. ubi dicitur, quod inchoatas accuſationes bene pōt poſtea pficere: ut ſ. ead. ca. negāda. ij. Sed dic inchoatas contra alios, nō cōtra accuſatorē. Vel pone caſum, ſi cœpit te aliquis accuſare, qd ſibi eius ſeruū ſurripuiſti tali die tu obijcies ei, qd ille ſeruum illum interfecit anterioridie, & tunc ex euentu cauſę patebit, an poſſit te accuſare, uel non.

d In ſeruum. Aliter enim punitur ſeruus, aliter liber. ut xxij. quæſtio. v. qui compulſus.

e Cauſa. uerba ſunt Gratiani, ſumpta ex lege. C. eo. l. ſi ſtatus controuerſiam. & l. cum & ipſe.

f Si quis. C. qui accuſa. non poſ. l. pen. & l. iniquum.

g Ex familiaribus idest nutricijs. 1 & ſic itellige ſi accuſat dūm de crimine, ꝓpter qd infamari uel interfici, uel proſcribi poteſt. ff de bo. liber. l. in ſeruitu ē. contra. Sed illud intelligitur, cū de minoribus criminibus accuſabat: & ideo nō ſic puniť. Sȝ hoc penitus cōtrariū eſt in familiaribus epiſcopi, extra de acc. nulli. Sed hoc ideo eſt, quia religioſos uiros debet epiſcopus tantum habere in familia: ut ij. q. 7. c cū paſtoris.

h Fortunas. id eſt, bona.

Ordo ſeruandus in pluribus qōnibus.

1 De hac materia not. extra de ordi. cogni. quam.

1 Id eſt, qui a prima ætate in domo fuerit. C. qui accu. non poſ. l. iniquū. L.

Eps a ſuis familiaribus pōt accuſari.

Item ex decreto Adriani papæ.

De eodem.

CAN. III.

NOn eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes, quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei aduerſus quemcunque profeſſio.

Hoc autem intelligendum eſt in pari, uel minori crimine. Cæterum ſi de maiori crimine eum accuſare uoluerit, ueluti ſi accuſatus de fornicatione, de periurio, de homicidio uel ſimonia, uel quolibet alio huiuſmodi crimine accuſatorem ſuū impetere uoluerit, his authoritatibus non prohibetur.

Aliquando enim criminalis quæſtio præiudicat ciuili, aliqñ ciuilis criminali. Vnde in libro tertio Codicis, titu. de ordine iudiciorū, legiť: Ciuili qōne ītermiſſa ſæpe 2 *fit, ut prius de crimine iudicetur: quod utpote maius minori merito præfertur.*

Item libro nono Codicis, tit. qui accuſa. non poſſunt. l. j. CAN. IIII.

PRius b eſt, ut tu reſpondeas criminibus cædis, atque uulnerum, quæ tibi ut grauiora crimina ab aduerſario tuo obijciuntur: & tunc ex euentu cauſæ c iudex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior inſcriptionē depoſuiſti.

2 *Aliquādo ciuilis præiudicat ciuili, aliquando criminali. ſicut enim in ſeptimo libro Codicis, ti. de ordine cognitionū legiť.*

Si de hæreditate & libertate controuerſia eſt, prius debet agi cauſa libertatis. Item.

[g] NVllus. Perſonaliter. Id eſt, cum acceptione perſonæ. ut iij. q. ix. cap. ulti. quia honor unius perſonæ non debet obeſſe alij, ut C. de dignita. l. iij. lib. xij. xj. quæſt. iij. ſi quis uero. C. de ſtatu. & ima. l. iiij. Iudex tamen magis dignum poteſt honorare, ut ij quæſtione vij. quæritur. & quæſtione octaua. quiſquis. non tamen ſedebit cum iudice cum agitur cauſa, ut C. de officio ciuili. iudic. l. j.

Perſonarum acceptio nō debet eſſe ī iudicio.

Inſcriptio.

2 *Inſcriptio* [a] *ſemper fiat,* [b] *ut talionē calūniator recipiat: qa ante inſcriptionē nemo debet iudicari uel damnari, cùm leges ſeculi hæc eadē retineant, ut Codice* [c] *libro nono, titulo de accuſationibus & inſcriptionibus: & Codice eodem libro de adulte. & tit. de abigeis.*

Aliquando ēt ſine inſcriptione accuſatio fieri poteſt. Ea enim quæ per officiales [d] *præſidibus nunciātur, ēt citra ſolēnia accuſationē poſſe perpēdi incognitū nō eſt. Itē Codice de adulterijs. Si maritus iure mariti, hoc eſt intra ſexaginta dies* [e] *utiles adulterium uxoris ſuæ accuſare noluerit, quā ex ſuſpicione* [f] *ſola ream facere ualet, nō cōtinetur uinculo inſcriptionis. Item.*

Abacti [g] *aīalis accuſatio nō ſolū cū inſcriptionibus* [h]*, ſed ēt ſine ea obſeruatione* [i] *ꝓponitur. Itē.*

Si quis [k] *ſe iniuriam ab aliquo paſſum putauerit, & querelā deferre uoluerit, nō ad ſtationarios* [l] *recurrat, ſed præſidalem adeat ptātem aut libellos* [m] *offerens, aut querelas* [n] *ſuas apud acta deponēs.*

In alijs [o] *aūt criminalibus cauſis dignū eſt, ut inſcriptiōes ꝓponātur, quæ magnitudinē uidelicet criminis, tēpusq; deſignent, ut alterutrā partē digna legū terrere poſſit authoritas. Inſcriptio uero ſemper fiat, ut talionē calumniator recipiat: quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari, uel damnari: cum ſeculi leges hæc eadē retineant.* †

De domo etiā iudicis accuſator, uel teſtis ꝓduci non debet, ne in cauſam ſuſpicionis incidat iudex.

Vnde Nicolaus papa.

Suſpicionis incidet in crimē iudex, de cuius domo, uel accuſator, uel teſtis producitur.

CAN. III.

CONtra ritum eccleſiaſticum, contraq; uenerandas leges [p] producitur accuſator, uel teſtis de imperialibus ędibus [q], et cui imperari poteſt. Cùm ad falſum teſtimonium dicendum quis adhibetur, fiunt ſuſpecti iudices, & lupi cuſtodes.

QVAESTIO V.

DE quinta [r] *uero quæſtione in cōcilio Carthaginenſi quarto, ſic inuenitur diffinitum.*

Inſcriptio. Hæc eſt ſecunda pars huius quæſtionis, in qua ponit Gratianus quatuor caſus, in quibus non eſt inſcribi neceſſe. Io. de Fan.

a Inſcriptio. Et ſi non fuerit facta, nihil valet quod actum eſt. ij. q. j. c. in primis. ibi, quod ſi forte hæc ſolēniter. Sed an obligabit ſe accuſans ad talionē? argu. q ſic, extra de accuſ. ſuper his. C. de fid. inſtr. l. ij. cōtra. C. de aduo. diuer. iud. l. j. Dico quod ſic, licet quidam legiſtæ ſecus dicant. 1

b Sēper fiat. Niſi in caſibus notatis ij. q. vij. in ſumma.

c Vt codice. Iſtud vt, reſpicit verba ſequentia.

d Per officiales. Hoc exemplū non valet, quia ibi non fit accuſatio. loquitur enī in notorio crimine iſta lex, quod ſolū officiati denūciant. ſi enim denūciat officialis aliud crimen, ei nō creditur, niſi probet legitime: vt C. de accuſ. l. ea quæ. C. de decurio. l. curioſi. lib. xij.

ADDITIO.

In hac lege non dicitur quod inſcribant, ſed dicitur q ſi non probant, puniuntur vt calumniatores, ſecundum Laur.

e Sexaginta dies. A tempore diuortij cōputandos, vt ff. de adult. l. is cuius ope. §. penulti. Sed iure extranei poteſt eam accuſare poſt hos dies ēt, dum tamen cauſa nō exceſſerit quinquēnium: vt ff. eo. tit. l. mariti. Sed ad tori ſeparationem etiam poſt ſeptennium poteſt, vt xxxiij. q. ij. admonere. Conſiſtit aūt ius mariti in hoc, qđ ex ſuſpicione violēta facit vxorē reā, & quod præfertur alijs accuſatoribus, & qđ non inſcribit, & quod nō punitur quaſi calūniator ſecundū quoſdā, niſi euidens ſit calūnia: vt C. de adulte. l. iure mariti. ff. eod. l. is cuius. Iure tñ nouo tenetur 2 vir inſcribere, vt in auth. vt li. ma. & auiæ. §. cauſas. coll. ix. & extra de procur. c. tuæ. ſecundū canones non videtur, quod ſuſtineat pœnam talionis: vt xxxiij. q. v. cap. hæc imago. Sed hoc eſt verum, cum agitur ad tori ſeparationem: ſecus ſi agatur ad pœnam legalem, vt extra de procur. cap. tuæ.

f Quam ex ſuſpicione. xxxij. q. j. c. j. & ij.

g Abacti. Id eſt, cum quis gregem abigit, vel partem gregis.

h Inſcriptionibꝰ. id eſt, cum agitur criminaliter.

i Obſeruatione. id eſt, cum agitur ciuiliter.

k Si quis. C. de accuſat. lege, ſi qs ſe.

l Non ad ſtationarios. id eſt, non pedaneos iudices.

m Aut libellos. Cum criminaliter.

n Aut querelas. Cum ciuiliter?

o In alijs. Malè exemplificat magiſter, vbi non cogitur quis inſcribere. ſed veros caſus poſui ſupra ſecunda, quæſtione tertia. cap. ſi quem. §. notandum. & quæſtione vltima. in ſumma.

CОntra ritum.

p Leges. Extra de officio iudi. delegat. capi. cauſam ij. ff. de iuriſd. om. iudic. l. qui iuriſdictioni.

q De imperialibus ædibus. id eſt, de domo cuiuſlibet iudicis 3. De hoc dixi iij. q. quinta. ca. accuſatores. Iudex tamen ſuos domeſticos cogitur recipere cōtra ſe: vt C. de aſſeſſo. l. ſi poſt.

r DE quinta. De iurē tertia eſt citādus quilibet, vt vigeſimaquarta, quæſtio. iij. capi. de illicita. Si tamen ad primam citationē non venerit, delinquit: quia ſpernit mandatū iudicis, & punitur. ff. ſi qs in ius voca. non ierit. l. ſecunda. ff. ſi quis ius di. nō obtemper. l. vnica. & præſtabit ſumptus litis de illa factos, vt de iudi. cap. ſancimus. Et agitur hic de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs, quæ dantur epiſcopis: & eædem. dantur præsbyteris & diaconibus: vt xv. quæſtione ſeptima, capi. ſi autem. & dictum eſt de his 3. iij. quæſt. ij. in ſumma.

ſplere debet. ff. de adul. l. miles. §. quidam. ſecūdum Lau.

1 Adde an & qn̄ debent ſe inſcriber̄, no. Cy. & doct. in l. qui crimē C. qui accuſare nō poſſunt. Officiales ſolū notoria denunciare debent.

Maritus duplici iurē poteſt uxorē accuſare.

2 Imo & lex antiqua dicit qđ ſolennia accuſationis

† Textus eſt ꝓ hoc in l. fin. & ibi Bal.

3 Generaliter ſeruādū eſt, qđ nullꝰ ſit iudex in oī cauſa, ubi qs de domo ſua eſt actor, reus uel teſtis, quia uidetur eē ſuſpectus: ſi hoc contingat de legē cauſa, ſecūdū Hu. & L. Citatio & iuſ debet eſſe trina.

Quiſquis.

QVisquis. CASVS *Statutũ fuit in concilio Chartaginenſi, ut epiſcopi apud primates prouinciæ accuſentur. Et ſi epiſcopus qui accuſabatur, uocatus ad cauſam, die ſtatuta, hoc eſt, intra menſem cõputandum a die receptionis literarũ non uenerit, debet excõmunicari: & ſi poſtea uenerit allegaturus cauſas quare non uenerit dabitur ei ſpatium alterius mẽſis. Sed remanebit excõmunicatus donec probet iuſtum impedimentum, ita quòd nec ſuis, nec alienis cõicet interim. ſi non uenerit finito ſecundo menſe, condemnabitur. Si uero accuſator die ſtatuta non uenerit, excommunicetur reo uel epiſcopo præſente cõmunioni reconciliato. Si tamen poſtea iuſtum impedimentũ probauerit, abſoluatur, & cauſam agere permittatur: & expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt principium ſecundi menſis. Vel ſic, Epiſcopus accuſatus ſi intra tempus unius menſis a tempore receptionis literarum non uenerit, excommunicatur. Si allegat iuſtum impedimentum, datur ei alius menſis, ſed remanebit excõmunicatus quouſque probabit iuſtum impedimentum: & ſi non uenerit ſecundo menſe, damnabitur. Si uero accuſator non uenit die ſtatuto, excommunicandus eſt. ſed ſi iuſtam probat abſentiam, abſoluetur, & poſtmodum aget. Iſte eſt caſus ſecundum H. et ſecundum eum exponitur poſt menſem ſecundum, id eſt, poſt principium ſecundi menſis. Alius caſus. Aliquis uult accuſare epiſcopum, uadit ad primatem, uocatur epiſcopus, eligit iudices epiſcopus, deinde uocatur ab eis, ut ſit tali die coram eis, & ſi tunc non uenerit, ſuſpendatur. Si autem miſerit nuntium, qui alleget iuſtam cauſam abſentiæ, uel aliam iuſtam excuſationem, datur ei alius menſis. & ſi in fine ſecundi menſis non uenerit, tunc excommunicatur. Et ſecundum hoc expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt finem ſecundi menſis. & ſic non obſtat infra cauſa proxi. q. iij. c. ſi ægrotans. quia ibi datur tertius menſis ad conuincendam malitiam. extra de dolo & contuma. ca. cum olim.*

Nõ eſt à communione ſuſpẽdendus, qui die ſtatuta ad cauſam uenire non potuit.

CAN. I.

QVisquis epiſcoporum accuſatur, ad primates prouinciæ ipſius eius cauſam deferat accuſator, nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus minimè occurrerit, [a] hoc eſt intra ſpatium menſis [b] ex ea [c] die, uel qua eum literas accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi ueras aliquas neceſsitatis cauſas probauerit, quibus occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, ſuæ cauſæ dicendæ intra alterum [d] menſem integram habeat facultatem: uerùm tandiu poſt menſem ſecundum non communicet, [e] donec purgetur. Si autem ad uniuerſale concilium occurrere noluerit, ut uel ibi cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſententiam [f] dixiſſe iudicetur. Tempore ſanè quo non communicat, nec uel in ſua eccleſia, uel parochia communicet [g] Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, ſubtrahens ſe à communione non remoueatur. Si uerò aliquando defuerit, ſubtrahens ſe reſtituto in communione epiſcopo, remoueatur à communione accuſatur [h] [i] ita

a Occurrerit. Sed pone, quod iudex ita dixerit, ſi non ueneris die illa, ſis excõicatus. [1] & ille nõ uenit, quia non poteſt uenire, nunquid erit excommunicatus? Videtur quod nõ. nam & auditur hic cauſa abſentiæ, & probata cauſa [2] non abſoluitur. Nec enim extat cõditio: quia non dicei non ueniſſe, ex quo caſu non uenit: ut ff. de cõdi. & demonſtra. l. ij. Nec propoſuit Iudex excõicare ipſum in omni caſu, ſed in caſu cõtumaciæ tm̃, ar. ad hoc. ff. de ſol. l. ſi ſeruus decẽ. in fi. & cũ nõ ſit cõtumax, pœnam cõtumaciæ nõ patiẽ, ſi nõ uenit: ut ff. de re iudi. l. cõtumacia. Io. Sol. excõicatus eſt: ſed abſoluitur ſine expẽſis: quia excõicatio tenet, niſi in duobus caſib. ut extra de ſenten. excommu. c. per tuas. B.

b Mẽſis. Vel triũ menſiũ: ut j. prox. q. iij. cap. j. & q. ij. c. ij. contra.

c Ex ea. Not. quod cõputãdũ eſt ſemper tẽpus a receptione literarũ, ut hic, & xvj. qõ. iij. c. placuit. ij. extra de appel. ſup eo. ij. & C. de excu. tu. l. quinquaginta. Nec cõputabitur dies, in quo recepit literas: ut ff. ſi quis cau. l. j.

d Alterũ. ſed obijcitur, aut primus mẽſis fuit perẽptorius, aut non, ſi nõ, quare excõicatẽ contra illud xxiiij. q. iij. de illicita? ſi fuit, quare datur ei alius menſis poſtea. Item qualiter fuit hic miſſum peremptorium prima uice, cõtra illud extra de dila. c. dilecti. Si uis tenere caſum H. dic quod hic ex cauſa fuit primo miſſum peremptorium, ut extra de in integ. reſti. tum ex literis. in fi. & ff. de iudi. l. non nunquam. & ſequens perẽptoriũ datur ad cõuincendam malitiã. ſic j. v. q. iij. c. j. Secundum alium caſum non eſt primus menſis peremptorius. ſecundum hoc dic, quod non punitur hic ſentẽtia excõicationis, ſed ſuſpenſionis, vel alia: nam bene punitur quis in citatione non peremptoria: vt v. qõ. ij. c. præſenti. C. de iudi. l. ſancimus. ff. ſi quis in ius voc. non ie. l. ij.

e Non communicet. In ſacramentis.

f Damnationis ſententiam. Cum lis eſt conteſtata, vt dixi iij. q. ix. decernimus. vel legitur de ſententia excommunicationis.

g Communicet. arg. quod qui eſt ſuſpenſus in vna eccleſia, & in altera: quia cum ſit tantum vna eccleſia, non poteſt eſſe partim intra. & partim extra eccleſiam: ut xxiiij. quæſt. j. cap. loquitur. & vij. quæſtione prima. c. ſi quis presbyter. argu. contra. lviij. diſt. c. ſi quis alterius.

h Accuſator. Sed quare cogitur iſte accuſare, contra illam regulam. C. ut nemo inuitus agere uel accuſare compellatur? Item nonne primo accuſator eſſet admonendus: ut C. qui accuſ. non poſ. l. qui crimen? Forte hoc eſt ſpeciale in epiſcopo, ſicut aliud infra cauſa proxi. quæſt. ij. cap. iij. & hoc obtinet cũ ex accuſatione orta eſt infamia contra epiſcopum & ideo cogitur accuſator procedere, ut infra proxi. quæſt. prima. c. quidam. & quæſt. ult. Epiphanium.

Vel hic

[1] No. hic Lau. quod talis citatus nõ eſt excõicatus arg. extra de pigno. ſignificante. ff. de ſolu. ſi ſeruus. Arc.

[2] Qualiter autẽ probetur impedimẽtũ & caſus fortuitus, uide Ange. & Bal. in l. quæſitũ. & per Io. de Imola plenius ff. de re iudi. habetur & per Bart. in l. contumacia. §. fin. ff. de re iudi. & C. de naufra. l. ſi quis per Spec. in titu. de dila. §. j. uerſic. in ſum. per Cyn. & Bal. in l. ſi ma. C. de ſi de inſtru. & etiã per eundem Bal. in l. quod accuſare. C. de edẽ. & Ang. in l. fi. de ſerui. facit & quod no. Bar. in l. ſi quis ex argẽtarijs §. pe. ff. de edendo.

[i] Cõcor. cum hoc tex. & ſua gl. l. in eã & ibi Bar. ff. de acc.

Suſpẽſus in una eccleſia, eſt in omnibus ſuſpẽſus.

Accuſare cogitur aliquis quandoque.

tamen, ut nec ipſi adimatur [a] facultas peragēdæ cāç, ſi ſe ad diē ſtatutum non noluiſſe, ſed non potuiſſe occurrere probauerit. [b]

QVAESTIO VI.

SExta uerò quæſtio eodē capitulo terminatur in quo ſequitur.

In ciuili & proprio duntaxat negotio ad arguendum ad mittitur, qui in epiſcopi accuſatione culpabilis inuenitur.

CAN. I.

ILlud uerò placuit, ut cùm agere cœperit in epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona damnabilis, decætero ad arguendū nō admittatur, [c] niſi proprias cās, nō tñ eccleſiaſticas, uel criminales aſſerere uoluerit.

Item ex concilio Carthaginenſi viij.

Propriam cauſam agere ualet, cui accuſare non licet.

CAN. II.

OMnibus, [d] quibus accuſatio denegatur in proprijs cauſis accuſandi licētia nō eſt denegāda.

Item Felix Papa omnibus epiſcopis.

In accuſatione epiſcoporū deficiens ciuiliter tantum experiri poterit.

CAN. III.

SI accuſatorū perſonę in iudicio epōrū culpabiles apparuerint, ad arguendū non admittātur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tñ criminales, uel eccleſiaſticas uoluerint.

Item Adrianus Papa.

De eodem.

CAN. IIII.

QVòd ſi accuſatorū perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere: ut ſupra eiſdem uerbis.

CAVSA V.

IN infamiam cuiuſdā epiſcopi chartula accuſationis occultè conſcribitur: tādem accuſator procedit in publicum. Epiſcopus autem ſemel literis euocatus, cauſæ ſuę die ſtatuta adeſſe non ualēs per procuratorem iudici ſe repræſentauit. Abſq; ſynodali audientia damnatur. Demum iudicio per appellationem reuocato, de accuſatoris inimicitia epiſcopus conqueritur: tādē in ipſa probatione deficit accuſator.

1 *Primò quęritur, qua pœna ſit feriēdus, qui famoſum libellū clanculò ſcribēs, probare negligit, quæ literis mandauit.*

2 *Scdò, quoties ſit uocādus ad cām antē, quā ſententiā dānationis accipiat.*

3 *Tertiò, an per pcuratorē cauſam ſuam agere ualeat, qui p ſeipſum cauſæ ſuæ adeſſe non poteſt.*

4 *Quartò, an abſq; ſynodali audiētia ſit damnandus.*

5 *Quintò, an ideo aliquis habēdus ſit inimicus, quia crimen alterius indicat.*

6 *Sextò, qua pœna ſit plectēdus, qui quod intulit, probare non ualet.*

QVAESTIO I.

DE prima [e] quæſtione Adrianus Papa ſcribit dicens:

Vel hic inſcriptū fuit: & ideo cogebatur pcedere, ut extra de accuſa. licet. in ñ. Si aūt nec accuſator, nec accuſatus uenit, tunc neuter eſt puniendus. [1] ff. ſi qs in ius uoc. non ie. l. ij. §. ulti. Item habes hic, quod ſi accuſator nō probat iuſtā cauſam abſentiæ, amodo non auditur de illo crimine, ut extra de accuſa. c. licet. C. qui accuſa. non poſſ. l. iij. Item forte ubi de crimine agitur etiam ciuiliter. ff. de iure fiſci. l. ij. §. ſenatus. Idem ubi accuſatur inſtrumētū falſum, ut extra de fide inſtru. c. accepimus. & c. contingit. Idē ubi accuſat matrimonium, ut extra qui mat. accu. poſſ. per tuas. Idē ubi præfigitur terminus ad inducendos teſtes, ut extra de proba. licet. Idē ubi proponiť terminus ad exceptiones pponendas, ut extra de exc. paſtoralis. Idē ubi impetitur ſtatus alicuius, ut C de inge. manu. l. diffamari. Secus autem in ciuilibus negotijs, ubi per trienniū expectať, ut C. de iud. properandum.

[a] Adimatur. Vt C. qui accuſa. non poſ. ſi ea. & l. qui crimen.

[b] Probauerit. Suum ſacramentum ſufficit i hoc caſu, ut xxij. quæſtione prima. cap. j. C. de rebus credi. in bonæ. 100. diſt. optatum. extra de procura. ex inſinuatione. Non enim requiritur, quod plene probetur cauſa abſentiæ, ut extra de ſenten. & re iudicata. c. cum Bertholdus. [2] argumētū cōtra extra de in integrum reſtitu. ex literis. [3]

[1] Idem ſi actor uenit, & nō reus, uel ecōuerſo, iudex tñ fuit impeditus, & nō potuit adeſſe cauſæ, prout not. extra de dolo & contu. uenerabilis. & li. vj. e. ti. c. actor & eſt qō. Bart. Brixien.

[2] Adde no. I l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de pcura. & l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iu.

[3] Vbi de hoc. & 36. diſ. tanta.

Sexta uero. ILlud. Non admittatur. iſtud eſt expoſitū ſ. iij. quæſt. x. ſi ac cuſatorum. & c. j. & ij.

[c] Nō admittatur. Quidam dicunt, quod in nullo crimine admittať cōtra epiſcopum.

[d] OMnibus. Excipiunť excōmunicati, ut ſ. ea. quæſtio. j. c. j. Itē ſerui, & impuberes, ut ſ. iij. quę. vij. cap. infamis. §. tria. in prin. Et minores, ut C. de autori. præſtan. l. clarum. & in caſu quē habes extra q. ma. accuſ. nō poſ. cum in tua. Item fallit in uſurario, ut extra de uſuris. quia fruſtra. Item fallit in liberis, & parentibus, ut ij. quæſ. j. prohibetur. Item in muliere, ut xxxij. q. j. c. apud miſericordē. §. hoc in mulieribus.

Accuſare prohibentur aliq.

IN infamiam.

[e] DE prima. hic qritur qua pœna punitur, qui famoſum libellū uel falſum cōpoſuit occulte, & pbare nō uult qđ ſcripſit: & diſtinguitur, aut certū eſt q̄ cōpoſuit, aut

Flagelletur, qui ſcripta in alterius famã neglexerit ꝓbare.

CAN. I.

QVi in alterius famã publicè [a] ſcripturam, aut uerba cõtumelioſa confinxerit, & repertus ſcripturam non probauerit, flagelletur: [b] & qui [c] eam prius inuenerit, rũpat, ſi non uult authoris facti cãm incurrere. [d]

Item Gregorius.

De eodem.

CAN. II.

QVidam maligni ſpiritus conſilio repletus, contra Caſtorium notarium ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in publico ciuitatis loco cõteſtationem poſuit in eius crimine loquentẽ, mihiq; etiam aſſerebat eum de faciendo pace callidè contradicentem. Qui ſi non exierit, [e] neq; publicè [f] confeſſus fuerit: quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſerit, uel conſenſum tantæ iniquitatis conſilio præbuerit, ex Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu diffinimus, ut ſancti eius corporis & ſanguinis participatione priuatus ſit. Si uerò (quia tet', & quoniam neſcitur teneri ad diſciplinam) [g] non ualet, ſi tanti mali cõſcius, & prohibitus corpus ac ſanguinem domini percipere præſumpſerit, anathematis ultione percutiatur, & ut fallax ac peſtifer à ſanctæ eccleſiæ corpore ſit diuiſus. Sin autem in eãdem ciuitatem ingreſſus, publicè poterit [h] docere quæ dixerit: uel fortè ſciens ſe non poſſe, quæ ſcripſit, oſtendere, errorẽ [i] ſuum fuerit apertè confeſſus, dominici corporis ac ſanguinis participatione non ſit priuatus, neque à ſanctæ eccleſiæ corpore alienus exiſtat.

Idem in conciliò Elibertano.

Anathematizentur, qui famoſos libellos in eccleſia ponũt.

CAN. III.

SI qui inuenti fuerint famoſos libellos in eccleſia ponere, anathematizentur.

Item Codice lib. ix. tit. de famoſis libellis Imperatores Valentinianus & Valerius.

CAN. IIII.

SI quis famoſum libellum ſiue domi, ſiue in publico, ſiue in quocunq; loco ignarus repererit, aut corrũpat prius, quàm alter inueniat, aut nulli confiteaẽ inuentũ. Si uerò non ſtatim eaſdẽ chartulas, uel corruperit, uel igne cõbuſſerit, ſed uim earũ doloſè manifeſtauerit: ſciat ſe quaſi authorẽ huiuſmodi delicti capitali [k] ſententiæ ſubiugandũ. Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.

aut non. Si certum eſt, aut eſt conuictus, aut ſponte confeſſus. Si conuictus, ſecundũ leges decapitatur, ut j. ea. c. ſi quis. & fit inteſtabilis. ſ. cauſa proxi. quæſt. iij. c. ſi teſtes. §. ob carmẽ. ſecundũ canones uero ſubijcitur uerberibus: ut j. ea. c. j. Si uero ſponte cõfitetur, cũ nõ poteſt ꝓbare, mitius cũ eo agitur, ut j. e. c. ij. in fin. Si non eſt certum, debet admoneri, ut ꝓdeat in publicũ, & probet quod ſcripſit. Quod ſi non fecerit, primo priuabiẽ ſacramẽtis, poſtea excommunicabiẽ, & eſt hoc, cum innocens aliquis infamaẽ: ſecus ſi reus fuerit, qui accuſaẽ. quia expedit peccata nocentiũ eſſe nota. ff. de iniu. eũ qui. in prin. Ioan.

[a] QVi in alterius. Publice. id eſt, in publico loco.

[b] Flagelletur. Secundum leges capite punitur. j. e. c. ſi quis. Nota pœnas corporales infligi ſecundũ canones, ut ſ. xlv. diſtin. c. cum beatus.

[c] Et qui. Sic. C. de furt. ciuile.

[d] Incurrere. Poteſt tamẽ probare crimẽ ſi uult. ff. de iniur. l. eum qui. Ioannes.

QVidam. [e] Non exierit. nonne debuit admonitio præcedere excõmunicationem, ut xij. quæſtione ſecunda, ca. indigne? ſed forte hic præceſſit: & quia illud tempus hic non adijcitur uſq; ad quod tempus tenetur exire ſtatim tenetur exire: quod ſi non fecerit, ex quo eſt in mora, ſtatim incidit in excommunicationem. argu. ſecunda quæſtione ſeptima, capitulo', quapropter prima quæſtione prima. capitulo, conſtat ff. de manumiſsis teſtam. l. libertas. Sed uidetur, quod quandiu poteſt exire, non ſit excommunicatus. ff. de uerborum obligationibus. l. ita ſtipulatus. §. j. Petrus Hiſpanus dixit expectandum uſque ad quadragintã dies. extra de purgatio. canoni. capitulo ultimo. Hæc tamẽ ueritas eſt, quod conditio affirmatiua aliter exponitur, quam negatiua. cum enim dicitur, ſi intraueris Capitoliũ: exponitur ſic, id eſt, ſi cum primum poteſ intrare, intres, ut ff. de conditio. & demonſtratio. l. conditio. Sed conditio negatiua ſic exponitur, ſi non intraueris, id eſt, cum primum deſinis poſſe intrare, ut ff. de uerborum obligatio. l. ita ſtipulatus. §. primo. niſi in caſu hic poſito, & in caſu libertatis, ut ff. de manumiſ. teſtamen. l. libertas. §. primo.

[f] Publice. Contra infra de pœniten. diſtinct. prima. capitulo, quis aliquã do. §. his authoritatib⁹. ubi pœnitenti dicitur: non tibi dico, ut te ꝓdas, ſed iſtud eſt pro deteſtatione criminis. Vel ibi loquiẽ de occulto crimine, hic de manifeſto, licet perſona ſit ignota.

[g] Ad diſciplinam. Id eſt, ad correctionem.

[h] Poterit. Sed nunquid ne reus hunc accuſatorem poſſet remouere, quia eum nõ præmonuit, uel (quod uerius eſt) quia ei ſuſpect⁹ eſt vj. quæſtione prima, cap. qui crimẽ? ſed forte de innocentia ſui confidebat. Sed certe licet iſte ſit infamis ipſo facto & per ſententiam, tamen in odium ſuum & in fauorem rei admittitur ad accuſationem: ut ſic clareat de innocentia rei, & ut accuſator nõ probans puniatur de calumnia. Et ſic eſt hic ſpeciale, qđ aliquis criminoſus admittitur ad accuſationem, licet nõ proſequatur ſuam uel ſuorum iniuriam.

[i] Errorem. ſ. diſt. viij. c. conſuetudo. & ij. q. iij. c. ſi quem. §. notandum.

[k] Capitali. Si capitale fuit crimen conſcriptum, alias non, ut ſupra cauſa proxi. quæſt. iij. cap. ſi teſtes. §. ob carmen.

Vbi no. Hu. quod iſtud ſit uerum, niſi forte ſit talis perſona quæ attingi non debet, puta eps.

Conditio affirmatiua & negatiua diuerſimode exponuntur.

Quod no. l. diſt. de pœnitẽtib⁹. Quidã dicũt, qđ hic dicitur ſpeciale & in fauorẽ infamati, & odiũ infamãtis ſtatuiẽ. Vel illud & pœna, hoc de accuſatione. Arc.

Criminoſus quãdo que põt accuſare.

Vocatio

QVAESTIO II.

Vocatio autē eius, qui impetitur, nō ſemel, ſed bis & tertio per cōgruū ſpatiū rationabilibus ſcriptis debet fieri.

Vnde Damaſus Papa ſcribit dicens.

Vocatio ad ſynodum eius, qui impetitur, & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum.

CAN. I.

VOcatio [a] ad ſynodum iuxta decreta patrū canonica eius, qui impetitur, rationabilibus ſcriptis per ſpatiū debet fieri congruum atque canonicum: quia niſi canonicè uocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet uenerit [b] ad conuentum quacunque neceſsitate, niſi ſponte uoluerit, nullaten⁹ ſuis reſpōdebit īſidiatoribus.

Item Syluester papa.

Quibus temporū ſpatijs reus uocetur ad cauſam.

CAN. II.

PRæſenti [c] decreto cenſemus, ut in primis paternaliter uocentur, & per ſeptē dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic uero expectationi iterum addantur ſeptē dies, interdicta eccleſiam intrandi licentia, & omnia diuina officia audiendi. Poſt uerò addātur [d] duo dies quibus a pace & cōmunione [e] ſanctæ eccleſiæ ſint ſuſpenſi. Deinde uerò iterū alijs duobus diebus ſub eadem expectatione expectentur, quibus uno die ſuperaddito, omni expectatione ueluti iā deſperata reus mox anathematis gladio feriatur.

Item Damaſus papa.

Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

CAN. III.

RElatum eſt ad ſedē apoſtolicam uos accuſationes fratrum per ſcripta [f] ſuſcipere abſq; legitimo accuſatore, qđ deinceps in omni orbe terrarum fieri Apoſtolica authoritate prohibemus: & quod nuper factum eſt, abſque ulla retardatione corrigere curamus: nec unquam prius per ſcripta eorum, qui accuſantur, cauſas diſcutere, quā per querelantium inſtitutionem uocati canonicè ad ſynodum ueniant, & præſens per præſentem agnoſcat ueraciter & intelligat ea, quæ ei obijciuntur. Leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vnde canonicā patrum inſtituta non ſemel ſed ſæpiſsimè clamāt nec accuſationes, nec teſtimonium [g] ullum per ſcripta poſſe proferri, nec de alijs negotijs quicunque teſtimonium dicant, niſi de ijs, quæ ſub eorum præſentia acta eſſe noſcuntur. Similiter & qui accuſare alium elegerit, præſens per ſe non per alium accuſet, inſcriptiōe uidelicet præmiſſa. Neq; ullus unquā iudice-

---

Vocatio autem. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur quoties aliquis ſit uocandus ad cauſam: & certum eſt, quod ſemel, ſecundo & tertio, uel uno pro omnibus peremptorio: ut xxiiij.q.iij.cap.de illicita. Et quicquid de citationibus dicatur ī. cap.j. & ij. hodie induciæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquuntur: ut ī. ead.qō.iij.capit.ſi ægrotans.

[a] Vocatio. Si ter citetur quis, licet non dicatur perēptoriè, tamen ſufficit hoc ut peremptoriè ſit citatus: ut C.quomodo & quādo iudex. l.cōſentaneū. & l.tres denuntiationes. & l.ceſſante. Illud tamē apponere debet iudex, quod peremptorie citet & debet cōminari parti, ſi non uenerit, ꝙ procedet. ff. de iud.l.in peremptorio. & uel in prima uel ſecūda, uel tertia citatione poteſt citare peremptorie, ut extra de in integ.reſt. c.cū ex literis. in fin. & ff.de iu.l.nonnunquam.dūmodo nō maturetur peremptorium nimis, ut extra de dila.c.dilecti.

[b] Venerit. Si aliquis inuenitur Romæ pro ſua neceſſitate, uel ex cauſa delegationis, uel appellationis, nō cogitur ibidem reſpondere, ſed pōt domum reuocare: ut.ff.de iudi.l.ij.§. ea quoque.ff. quibus ex cau.in poſ. ea l.ad cognitionem. & in auth.de ſanc.epiſ.§.ſi uero epiſcopi. colla.ix. ſecus eſt ſi ſit ibi ex uoluntate, ut in auth. ea. §.ſi quis epiſcopus, aut clericus. C.de epiſ. & cle.l.oēs. §.in hac. Nā Roma cōis patria eſt: ut ff.ad municip.l.Roma. Nam cū epiſcopi faciūt cōcilia, bene tenēt ibi quilibet reſpōdere, extra de libel.obla.c.j. nam illuc quilibet generali citatione citatur, ut diſtin.xviij.per totum. Quare ergo dicit hic, quod non teneantur reſpondere coram ſynodo? Dic quod appellat hic ſynodum aliquē conuentum epiſcoporum, qui propter neceſsitatem aliquam fit, non tamen ſynodi cauſa conueniunt. Vel dic, quod ſpeciale eſt in accuſatione, ut accuſatus nō teneatur reſpōdere coram ſynodo, niſi habeat inducias. ſecus in ciuilibus cauſis.

[c] PRæſenti. Vel intelligitur hoc capi. de raptoribus rerū eccleſiaſticarum, propter odium eorū, uel de clericis in eadem ciuitate conſtitutis, [1] quibus minores datur induciæ, quā remotis: ut ī.ea.q.iij.c.ſi ęgrotās. uel de laicis, uel ſunt paternales adiectiones, uel ꝑ quas quis expectaī, & poſtquā canonice & per tēpus legitimū citatus nō uenerit, uel non tenet, per illud. ī.xxiiij. q.iij. ca.de illicita.

[d] Addantur. Simile C.de iud.authē. iubemus. extra de dolo. & contu.ca. cum olim.

[e] Communione. Sed nonne eſt eadem hæc pęna [illegible] prima? nam cui interdicitur eccleſia interdicta ſunt ſacramenta eccleſię: ut xij. quæſt.ij.ca. de uiro. & xxxiij. q.ij.c.latorem. Itē non poteſt intelligi de communione fideliū: quia de illa loquitur in fine. Sed dic quod loquitur de communione fratrum id eſt, quod non cōicabit alijs fratribus, uel in choro, uel in menſa, uel ī dormitorio.

[f] RElatū. Scripta. Sic ſupra ij.q.viij. c.per ſcripta.

[g] Teſtimonium, iudiciale. uā per literas poteſt aliqā perhi-

---

Iudex citās peremptorie hoc debet exprimere.

Exceptio reuocādi domum.

[1] Hanc ſuiani teneas ſecū dum L. & Io. Nā illud intelligiī ī cau. ciuili. hēc ergo tales inducias xix. dierū antequā cōdemnetur, ſecundum Io.

Teſtimonium per literas ꝑ exhiberi.

tur ante, quàm legitimos accuſatores præſentes habeat, & locum defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curãdum quoq; eſt, ne ira [a] cuiquã ſurrepat, faciatq; citius omne, quod non licet.

Item Felix papa Anaſtaſio, & omnibus Orientalibus epiſcopis.

Vi aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati, ad ſynodum non uocentur.

CAN. IIII.

SI primates accuſatores epiſcoporum cũ eis pacificare [b] familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice antea conuocatam, nõ intra anguſta tempora canonice conuocent: & non prius, quam eis per ſcripta ſignificent, quid eis [c] opponitur: ut ad reſpõſionem præparati adueniant. Nam ſi aut ui, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonice ad ſynodum uocari poſſunt: nec reſpondere æmulis debẽt ante, quàm canonice reſtituantur, & omnia ſua legaliter eis reddantur.

His authoritatibus euidentiſſime datur intelligi, quòd niſi quis canonice uocatus fuerit, etiam ſi aliqua occaſione ad ſynodũ ueniat, ſuis nullatenus cogitur reſpondere inſidiatoribus. Canonica autem uocatio eſt, quando ſeruato dierũ interſtitio ſecundum authoritatem beati Sylueſtri, cauſæ ſuæ literis adeſſe iubetur, quibus quid ei obyciatur, authoritate Felicis papæ ſignificari oportet.

QVAESTIO III.

QVod autẽ [d] per procuratorẽ cauſam ſuã agere ualeat, qui impeditus cauſæ ſuæ adeſſe non ualet, authoritate Romanæ ſynodi, quæ tempore Adriani Papę celebrata eſt, probari uidetur, ĩ qua ſic ſtatutum legitur.

Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſſitas premit. CAN. I.

SI ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſsitas detinuerit, pro ſe legatũ [e]

perhibere alij teſtimonium famę ſuę: ut lxxj. diſt. ca. extraneo. & ca. hortamur. & de conſec. diſtin. j. c. iubemus. Sed iudiciale non.

a Ira. quia tempore iræ non diſcernit homo quod iuſtum eſt: ut xj. q. iij. c. illa.

b SI primates. Pacificare. Poteſt ergo iudex cõponere iter partes: ut xc. diſtin. c. ſtudendũ. & xxiij. qõ. ulti. c. ſi quis membrorum. & q. iiij. ca. ſi illic. ff. de noui operis nunt. l. j. §. poteſt. & eſt ſimile ff. de uſur. l. æquiſſimum. Sed hoc uerũ eſt in crimine. quod non inducit depoſitionẽ quia in alijs licet cõponatur, poteſt iudex ex officio ſuo de crimine inquirere: ut extra de col. dete. ca. j. & ij. & C. de abo. l. ij. Similiter in denunciatione nõ admittitur cõpoſitio: ut ſ. ij. qõ. vij. capit. quapropter. Vel intelligitur cũ non accuſatur de iniuria facta eccleſię, ſed perſonæ. xxiij. qõ. iiij. c. ſi is qui. & ſic non ob. ij. q. vij. c. quapropter. Vel melius ibi loquitẽ in denũciatione, ad quam quilibet tenetẽ. De hoc not. ſ. ij. q. iij. cap. ſi quem. §. notandum. ij. in fine.

c Quid eis. Sic iij. quæſtio. ix. c. indicas. extra de dila. ca. præterea. extra de appel. c. ſignificantibus.

QVod autẽ. hæc eſt quęſtio tertia, in qua quæritur, an aliquis poſſit per procuratorem cauſam ſuam agere. Et certum eſt, quod non in cauſa criminali: ut j. ead. ca. in criminalibus. niſi in quatuor caſibus, ut in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona agit per procuratorem: ut iij. quæſt. ix. cap. abſens. §. niſi. & in crimine ſuſpecti tutoris: ut. ff. de procurato. l. non ſolum. §. ultimo. Item ad allegandum cauſas abſentiæ: ut j. ca. j. & ij. Item in minoribus criminibus, ut no. Ioan. in hoc loco. ut ff. an per alium cau. appel. l. j. quia in leuibus criminibus non fit inſcriptio: ut ff. de accuſa. leuia. In ciuili poteſt, niſi in caſibus aliquibus, ut in actione populari, in qua actor non agit per procuratorem: ut ff. de procur. l. licet. & in cauſa ſtatus: ut C. de aſſer. tol. l. j. Quidam etiam coguntur dare procuratorẽ, ut epiſcopi & ſacerdotes: ut infra eadem cap. quia epiſcopus. & illuſtres perſonæ: ut C. de procura. l. pe. De hoc plenius inuenies ſ. ij. q. vj. cap. ſi quando. in apparatu.

d Quod autem. In cauſa iniuriarum datur procurator. Item in crimine ſuſpecti: ut ff. de procu. l. non ſolum. §. ulti. & in minoribus criminibus. ff. an per aliũ cauſæ appella. l. j. quia in leuibus criminibus nõ fit inſcriptio. ff. de ac. l. leuia. Et ad allegandum cauſas abſentiæ in ciuili dari poteſt procurator: ſed in actione populari non põt pcurator dari. ff. de procura. l. licet & in cauſa ſtatus: ut C. de aſſer. tol. l. j. quidam etiã cogũtur dare procuratorem, ut epiſcopi: ut j. quia epiſcopus. & illuſtres pſonæ: ut C. de procu. l. ultim. De hoc plenius inuenies ſ. ij. qõ. vj. cap. ſi quando.

e SI ægrotans. Legatũ. Sed nũquid tenetur infirmus uel abſens ex iuſta cauſa, ex neceſsitate procuratorem mittere reſpõſurũ noĩe abſentis? non uidetur. extra de procur. c. querela. nã ſi contra abſentẽ feratur ſnia, & ipſe poſtmodũ probet iuſtam cauſam abſentiæ, retractatur ſententia, licet non miſerit procuratorẽ: ut extra de ſent. & re iudi. ca. cum Bertholdus. & vij. qõ. j. c. præſentium. Imo & ſi ſub pęna promiſiſſet aliquis ſtare iudicio ad certam diem, ſi probaret iuſtam cauſam abſentiæ, ſubuenitur ei: ut ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi quis ex litigatoribus. Nam ægritudo iudicis: uel partis prorogat diem. ff. de re iudic. l. quæſitum. imo etiam ſi probabili cauſa abſit, nõ proceditur contra eum: ut extra de officio deleg. c. conſultationibus. Item ſecundum hoc non eſſet melior conditio illius, qui abeſt ex iuſta cauſa, quam illius qui abeſt ex iniuſta cauſa, quia qui nõ uult intereſſe, ſufficit ei ſi mittat procuratorem, ut. ff. de proc. l. j. & generaliter traditur pro regula, quotieſcunq; quis abeſt ex neceſsitate, non ex uolũtate, ſubuenitur ei ſiue habeat procuratorẽ, ſiue non: ut ff. ex quibus cauſis ma. ſed & ſi. §. ulti. Item ſufficere debet talis, qui allegec

Iudex an poſsit inter partes componere.

e In hoc contradicit, q̃a uidetur neminẽ eſſe cogẽdum ad accuſandum. Lau. Sed hoc locũ hẽt in ſolẽni accuſatiõe, ad quam nemo compellitẽ niſi caſualiter ſ. ea. q. j. c. ij. & j. ea. q. vj. Epiphaniũ Archi.

Procurator in cauſa populari non poteſt dari.

f Hoc ẽ falſum, ut patet extra de iuram. calũ. c. ult. Ar.

Procuratorẽ non tenetẽ mittere habens iuſtã cauſã abſentiæ.

ad ſynodum mittat : nec a communione ſuſpendatur, cui crimen intendit, niſi [a] ad cauſam ſuam dicendam uenire electorū iudicum die ſtatuta literis euocatus non occurrerit: hoc eſt, niſi eum aliena [b] præoccupauerit neceſsitas, intra ſpatium duorū, uel trium menſium, uel eo amplius, prout cauſa dictauerit.

Codicis lib. ix. titulo, de accuſationibus & inſcriptionibus Imperator Alexander Auguſtus.

CAN. II.

Reos capitalium criminum abſentes ē per procuratores defendi [c] leges publicorum iudiciorum permittunt.

Ecce quòd epiſcopus impeditus, & cauſæ ſuæ adeſſe non ualens, legatū pro ſe iubetur ad ſynodū mittere: ſed legatus iſte non ad cauſam agendam, ſed ad neceſſitatem per præſentiam ſuam ſynodo exponendam mittitur: qua impeditus epiſcopus ſynodo præſentiā ſuā exhibere non ualuit. Cauſam autem (maximè criminalem) nulli niſi per ſe agere licet.

Vnde Adrianus Papa ait:

Criminaliter accuſans uel accuſatus, per ſe experiatur.

CAN. III.

In criminalibus [d] cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquem accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur.

Item Anacletus Papa.

In omnibus cauſis (præterquam in criminalibus) epiſcopi & ſacerdotes pro ſe aduocatum habeant.

CAN. IIII.

Quia epiſcopus, [e] uniuerſique ſacerdotes ad ſolā laudē Dei, bonorumq; operū actiones cōſtituunt, debet unuſquiſq; eorū tam pro eccleſiaſticis, quàm etiam pro ſuis actionibus (excepto

alleget cauſam abſentiæ: ut lxv. diſt. ca. ſi quis. Econtra probatur, quòd nō ſufficit mittere procuratorem, qui alleget cauſam abſentiæ, niſi alleget cauſam cauſæ: ut xviij. diſt. c. epiſcopus. Nam ſicut quis poteſt mittere nuntium, ſic & procuratorem: ut extra de app. ca. conſtitutis. Nec excuſatur quis per iuſtā abſentiam, quin fiat miſsio in poſſeſsionem bonorum ſuorum, ſi nō ſit qui defendat eū: ut extra de eo, q mit. in poſ. cap. ulti. Nec exuli ſubuenitur, ſi non reliquit procuratorem: ut ff. de mino. l. Papinianus. nec ei, qui appellatiōis cauſam proſequitur: ut ff. eum qui app. in prouincia debere defendi. l. j. & ij. Nec ſubuenitur abſenti cauſa Reipublicæ: ut C. de in integ. reſt. l. ignorare. Ad hoc dicunt quidam, quod actor ſemper tenetur mittere ſuum procuratorem, ſiue poſsit, ſiue nō poſsit uenire, per id quod legitur ff. de diuer. & temp. præſcript. l. j. reus autem non tenetur. Melius poteſt dici, quod ſiue ſit reus, ſiue ſit actor, ſi habet iuſtam cauſam abſentiæ, non tenetur mittere, niſi ſub hac forma ſit citatus, ut ueniat, uel procuratorem mittat: ut probatur extra de dolo & contu. ca. cum dilecti, in fi. alioqui ſufficeret talē mittere, qui alleget cauſam abſentiæ. xviij. diſt. c. placuit. & extra de ſen. & re iudi. c. tenor. Tamen ſi diutino impedimento quis eſt detentus, ſi tale ſit negotium, quod poſsit expediri per procuratorem, ita ut plene iudex poſsit inſtrui per procuratorem ſicut per dominum, bene tenetur mittere procuratorem talem ſufficienter inſtructum. Et ego credo, [a] ꝙ decre. querelā. tales cauſas appellat graues, quæ ita intricatæ ſunt & inuolutæ, quod non de facili per procuratorem poſſunt expediri: ſed tamen non nego, quin ſemper poſsit actor mitti in poſſeſsionem rerum abſentis ex quacūque cauſa reus abeſt, ubi actio eſt tempore peritura. Ioan.

[a] Credo. Idē Io. Andreæ, Im. Panor. in d. c. querelā. Maria. Soc. trac. de cita. artic. 18. q. 5. nu. vj [redacted]

a Niſi. Id eſt, ſi non.

b Aliena. Vel quia uocatur a rege: ut xviij. diſt. cap. ſi epiſcopus. tamen canon alia tria excipit, ætatem, & ægritudinē, & grauiorem neceſsitatem: ut xviij. diſt. c. placuit. Item ſi ad teſtimonium dicēdum, uel ad municipales neceſsitates uocetur. ff. ſi quis cau. l. ij. in prin. Item ſi occupatio propriorum negotiorum cum urgeat: ut ff. de re iud. l. contumacia.

c Reos. Defendi. Scilicet ad excuſationes ꝓponēdas, & etiā ad exceptiones obijciēdas, ut extra de acc. c. ueniens. & ca. ſuper his. Melius eſt enim qualemcunque procuratorem admitti, quam abſentem, &c. ff. de procu. l. ſeruum. §. publice. C. de procu. l. exigendi. licet M. dicat per legem iſtam, quod poſt lit. conteſt. poteſt interuenire ꝓcurator ad defendendū in crimine.

d In criminalibus. Niſi i caſibus. notatis. ij. q. vj. c. ſi quando.

e Quia epiſcopus. Sed ꝙd ſi ita pauper eſt ſacerdos, quod non poſsit conſtituere procuratorē? Tunc per ſe litigabit, ſicut illuſtres pauperes, ut in authenti. de illuſtrib. & qui ſuperilluſtres ſunt. col. v. Ideo autē iubentur ſacerdotes conſtituere procuratores, quia non expedit ſeruos Dei litigioſos eſſe, ut extra de ſyndico. c. uno. & ij. quæ. vij. c. ſicut. & ne cogantur recedere a diuinis obſequijs: ut C. de epiſc. & cle. l. omnes. tum etiam quia cauſæ materiā criminibus creare noſcuntur: ut C. de iudi. l. properādum. in prin. habet ergo quælibet eccleſia œconomum: ut lxxxix. diſt. c. quia. & ix. q. iij. ca. cum ſcimus. xvj. q. vij. cap. quoniā in quibuſdam. & ille conſtituetur authoritate epiſcopi. C. de epi. & cleri. l. omnes. §. hoc nihilominus. Sed quid ſi canonici aliqui contra epiſcopum uolunt agere? tunc à ſuperiore [a] dandus eſt procurator ad litem, ſicut cum pupillus agit cōtra tutorē. C. de in li. dando tut. uel cur. l. ij. & ulti. Sed ſecundum iura noſtra canonici per ſe ſine epiſcopo conſtituent procuratorem. Ioan. Sed certe procuratorem ad agendum cōtra alium ab epiſcopo non poſſunt conſtituere ſine authoritate epiſcopi, nec eſſe in iudicio, ut extra de iudi. c. cauſam. & extra de procu. c. j. B. Item habes hic, ꝙ procurator non poteſt eſſe infamis: ut dixi iij. quæ. vij. c. j. Itē habes hic, ꝙ epiſcopus & ſacerdos ſemper debent litigare per procuratores. Et ſic patet quod ante litis conteſtationem & poſt, poteſt clericus ſecūdum iura noſtra conſtituere procuratorem, & per ipſum iurare de calumnia: ut probatur extra de iura. calum. ca. cum cauſam. niſi uelis exponere ibi procuratorē, id eſt, œconomū, ut extra de iur. cal. ca. in pertractandis. Et lex dicit, ꝙ ubi conueniatur monaſteriū uel eccleſiaſtica perſona, poſſunt conſtituere procuratorem, ut in authē. de ſan. epi. §. ſi uero epiſcopi. colū. ix. Alij uero comparant prælatos tutoribus [b], & dicunt quod

Sacerdotes iubentē litigare ꝑ procuratores.

Canonici cōtra epiſcopum agētes, procuratorē conſtituere poſsūt.

[a] Scilicet ordinario tātum nō delegato, qa hoc eſt miſti imperij ſecū dum Innocē. & Hoſtiē. ꝙ dic ut not. extra de procura. petitio. Arch.

publico [a] uidelicet crimine) habere aduocatū [b] non malæ famæ ſuſpectum, ſed bonæ opinionis [T] & laudabilis artis inuētum: ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

QVAEST. IIII.

Qvòd aũt abſque ſynodali audientia dānari nō debeat authoritate Iulij papæ probaẽ, qui ait:

Niſi in legitima ſynodo epiſcopus iudicari, uel audiri non debet.

CAN. I.

NVllus epiſcopus niſi in legitima ſynodo & ſuo tẽpore apoſtolica authoritate [d] conuocata, ſuper quibuſdā criminationibus pulſatus audiatur, uel iudicetur, uel damnetur. Sin aũt aliter a quibuſdam præſumptum fuerit, in uanum deducatur, quod egerint, nec inter ſtatuta eccleſiaſtica ullo modo reputetur.

Item Zepherinus urbis Romæ archiepiſcopus omnibus epiſcopis.

Epiſcopus accuſatus a duodecim audiatur: cauſæ uerò finis ad ſedẽ Apoſtolicā deferatur.

CAN. II.

DVodecim iudices quilibet accuſatus epiſcopus (ſi neceſſe fuerit) eligat, à quibus eius cauſa iudicetur: nec prius audiatur, aut excommunicetur, uel iudicẽt, quàm ipſi [e] per ſe eligantur: & regulariter uocatus ad ſuorum primò conuentū epiſcoporum, per eos cauſa eius iuſtè audiatur, & rationabiliter decernaẽ. Finis uerò cauſæ ſuæ ad Apoſtolicā ſedem deferatur, ut ibi determinetur: nec antea finiatur, quàm eius authoritate fulciaẽ.

Quòd uerò abſque ſynodali audientia epiſcopus damnari prohibetur, ſine prejudicio Romanæ ſedis oportet intelligi: quæ ſua authoritate quoſq; ualet damnare, uel damnatos abſoluere. Vnde Gelaſius papa: Ipſi ſunt canones, &c. infrà cauſa ix. Sententia excommunicationis notatus. Itẽ Adrianus, Saluo Romanæ eccleſiæ in omnibus primatu, manifeſtũ eſt, quòd illa quæ ſunt per unamquanq; prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, ſicut id Niceno [f] decretum conſtat eſſe concilio. Cùm uerò accuſatus ad concilium uenerit, quicquid cõſidentium conſultationibus agitur, aut quod ab accuſantium parte proponitur, non contentioſis uocibus, ſed mitiſſima uerborum relatione proferatur.

Vnde in Toletano concilio undecimo legitur:

In cognitione cauſarum contentioſi locum non habeant.

CAN. III.

IN loco benedictionis [g] conſidentes domini ſacerdotes nullus debet, aut indiſcretis uocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare: nullus etiam fabulis uanis, uel riſibus agi: & (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas uoces effundere. Si quis enim (ut Apoſtolus ait) putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudiciorum obſtrepẽtium turbo confundit, dicente propheta: Erit cultus iuſtitiæ ſilentium. Debet ergo quicquid aut cõſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima [h] relatione uerborum proferri, ut nec contentioſis uocibus ſenſus audientium perturbent, nec iudicij uigorem tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu con- Iaco. 1 Eſaie 32

ꝗ ſicut tutor uel curator non poteſt ante lit. conteſta. conſtituere procuratorem, ut C. de procura. l. neque. ſic neq; prælatus. quod non concedo. Nulla eſt enim cõparatio inter tutores & prælatos: quia tutor eſt tẽporalis, prælatus eſt perpetuus. tutor nõ utitur bonis pupilli, ſicut prælatus bonis eccleſiæ: tutela eſt onus, ſed prælatura eſt honor. prælatus habet liberam & generalẽ adminiſtrationem in bonis eccleſiæ, & dare poteſt bona aliqua, ſi hoc habeat cõſuetudo eccleſiæ: ſed tutor non. extra de dona. ca. cæterũ.

Cõcor. cum hoc tex. iũcta ſua glo. l. hoc edicto. § ſi. ff. de poſtul. & qđ no. Bar. in l. caſſius. ff de ſenatoribus.

Prælati nõ sũt tutorib. cõparandi.

Crimen publicum qđ dicitur.

[a] Publico. Publicum uocat hic crimen, de quo ſolenniter & publice poteſt quis accuſari. idẽ enim eſt in priuatis criminibus, ut C. de iniur. l. ult. q̃a nec in illis interuenit procurator: ut ĩ. ca. c. i criminibus.

[b] Aduocatum. id eſt, procuratorem.

QVod autẽ abſq;. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur, an epiſcopus ſit damnãdus ſine ſynodali authoritate. Sed hæc quæſtio tractata fuit ĩ. iij. qõ. viij. ſed hoc ſolum adijcitur hic, quod Romanus pontifex poteſt epiſcopum ſine concilio damnare: ut j. e. c. duodecim. §. quod uero.

[d] NVllus epiſcopus. Authoritate. generali. audiri enim poteſt cauſa epiſcopi, ſed non poteſt terminari ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis, licet abſolui poſſet, ut iij. q. vj. c. quamuis. & c. dudũ. tamen hoc non credo, ut dixi iij. q. ulti. cap. accuſatus. & arg. j. c. prox. in fin.

[e] DVodecim. Iudices. Ipſi. j. ix. quæſtio. iij. capi. cuncta. & ca. ipſi. & cap. ſaluo.

[f] Sicut in Niceno. ĩ. iij. q. vj. ca. neminem.

[g] IN loco benedictionis. id eſt, ſynodi.

[h] Mitiſsima. ut C. de obſequijs patrono præ. l. ſi manumiſſori. & ĩ. iij. quæſtio. vij. ca. infames. §. ſi qs adeo. lex punit talẽ ultimo ſupplicio: ut C. de ijs q̃ ad eccle. confug. denuntiamus.

Tumul-

cilij hæc, quæ præmiſſa ſunt uiolanda crediderit: & contra hæc interdicta aut tumultu, [a] aut contumelijs uel riſibus concilium perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur: Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium: cũ omni dedecore de confeſsione abſtractus a communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis [b] ſententiam ferat.

QVAESTIO V.

Nunc autem [c] *quæritur an ſit aliquis iudicãus maleuolus, quia crimen alterius indicat.*

De hoc ſcribit beatus Auguſtinus dicens:

Magis nocet, qui crimen celat, quàm qui amicabiliter indicat. CAN. I.

NOn uos [d] iudicetis eſſe maleuolos quãdo crimen alterius indicatis. [e] magis quippe nocentes eſtis non indicando crimẽ, quàm ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo [f] perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus habeat in corpore, quod uult occultari, cùm timet ſecari: nónne crudeliter a te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quãto ergo potius debes manifeſtare crimẽ, ne deterius putreſcat in corde?

Idem ad Vincentiũ Donatiſtam & Rogatiſtam.

Nec qui parcit, eſt amicus: nec qui uerberat, eſt inimicus. CAN. II.

NOn omnis, qui parcit, amicus eſt: † nec omnis qui uerberat, inimicus eſt. Meliora enim ſunt uulnera amici, quàm uoluntaria oſcula inimici. melius eſt enim cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, [g] ſi de cibo ſecurus iuſtitiã negligat, quàm eſurienti panis frãgatur, ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. †

Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus moleſtus ambos amat. Quis poteſt nos amplius amare? quàm Deus? & tamen nos nõ ſolùm docere ſuauiter, uerùm etiam ſalubriter terrere non ceſſat: fomentis lenibus, quibus Deus omnes conſolatur, ſæpe etiam mordaciſsimum medicamentum tribulationis adiungit. Exercet fame patriarchas [h] etiam pios & religioſos: populum contumacem pœnis grauioribus agitat: non aufert ab apoſtolo ſtimulum carnis tertiò rogatus, ut uirtutem in infirmitate perficiat. (2. Cor. 12.) & infra. Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & paſtorem aliquando flagello [i] ad gregem pecora errantia reuocare.

Item ex ſermone Ambroſij, qui ſic incipit: Fortaſſe amarior.

Non odio habetur, ſed diligitur qui caſtigatur & corripitur. CAN. III.

NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed aliquãdo caſtigat: ergo quãdo caſtigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas: quæ dulciores ſunt cùm amatis amariſsimè [k] inferuntur. dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſsio. Vnde ait Propheta, Dulciora ſunt uulnera amici, quàm uoluntaria oſcula inimici. (Pro. 2. 7.)

Ex his uerbis datur intelligi, quòd magis confert utilitati fraternæ, qui crimen accuſando, uel indicando proſequitur, quàm qui celando fouere nititur. Euſebius autem contrà ſtatuere uidetur, dum aliorum crimina ſponte confitentes in epiſcoporum accuſatione recipi prohibet dicens:

Ad accuſationem non admittantur aliorum crimina ſponte confitentes.

---

a Tumultu. Sic præſumitur de iniuſta electione illius qui per clamorem eſt electus. extra de elect. c. Oſius. viij. q. j. c. ſi ergo. Fit eſt ſimile. de conſe. di. iij. c. irreligioſa.

b Excommunicationis. a conſortio fratrũ. ſic ĩ. diſt. xlv. c. neminem.

c Nunc aũt. Si bono zelo qs indicat crimen illi, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, non eſt maleuolus. xxij. quæſt. v. cap. hoc uidetur. & ſi præmonuerit enim quem accuſat. ſecunda, quæſtione prima cap. ſi peccauerit. Vel ſi crimen propoſitũ uult probare. ſecunda, qõe. viij. c. qui crimen. ĩ. ea qõ. j. c. ij. Sed ſi crimen tantum proponeret, & non proſequeretur, puniendus eſſet tanquam proditor: ut xlvj. diſtinct. capit. accuſatores.

d Non uos. Hoc capit. loquitur de denunciatione, & de ſecreta correctione. Et eſt argumentum hic, quod quilibet ad denuntiationem tenetur.

e Indicatis. Illis qui poſſunt ꝓdeſſe.

f Tacendo. ĩ. viij. qõ. j. c. quid autem. contra. ſed hic de ſecreta correctione loquitur, ibi de manifeſta.

g Non omnis. Tollitur. Non ob. lxxxvj. diſtin. c. paſce. quia illud de eo, qui ad mortem eſurit. ſic xj. q. iij. c. quoniam. multos. Et eſt hic argu. quod excommunicato non eſt danda eleemoſyna. De hoc dixi xlij. di. cap. quieſcamus.

h Patriarchas. Iacob & filios eius, qui per famem coacti iuerunt in Aegyptum.

i Flagello. Nota. uoluntatem potius ſpectandã quam factum: ut xxiij. qõ. j. ca paratus. diſt. v. cap. ad eius uero. & qualitas facti ex perſona facientis præſumitur xj. qõ. iij. c. abſit. & xxiij. quæſt. iiij. ca. ea. uindicta.

k Non oſculat. Amariſsime, id eſt, amare.

Pro. 22. b

† Sub. ſed non ſacramentorũ, ut dixi ĩ. ead. qõ. ij. præſenti divideas. Archidia.

Crimen indicans non ſemper dicit maleuolus.

† In hoc caſu ſi facit ex charitate, audi. ĩ. ea. cap. j. ſi ex odio hoc facit, repellit. ij. qõ. vij. ſi qui ſunt. Archidia.

† Ar. xxiij. q. v. nõ putes. ubi de hoc. ar. ad hoc ĩ. j. q. j. quiſquis. ij. q. vj. ſicut. & c. quapropter. xxiij. q. iij. Iam ſacerdotes.

† Cõcor. text. in l. lata culpæ. §. amicos. cum ibi not. ff. de uerbo. ſign. facit lex uerbo ſi. eo. tit.

Voluntas poti? quã factum attendi debet.

† ĩ. xxiij. qõ. iiij. nimium. Panor. cap. ſi uir. de adulter

Illi

CAN. IIII.

ILli, qui aut in fide catholica, aut in inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem epiſcoporum nõ admittantur: nec illi, qui aliorũ crimina ſponte [a] confitentur. Et ideo replicanda eſt [b] ſolicitè ueritas. Quã ſpontè prolatam in illis uox habere nõ poteſt, hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus [c] tortor exigere [d] debet: ut dũ [e] pœnis corpora ſubijciuntur, quę geſta ſunt, fideliter & ueraciter exquirantur.

Item in Prouerbijs.

CAN. V.

Pro. 11. b

QVi ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui aũt fidelis eſt, celat amici cõmiſſum. Item infrà. Quæ uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne poſtea emendare nõ poſsis, cũ dehoneſtaueris amicum tuum.

Ibidem.

Sed aliud eſt ex charitate aliorũ crimina deferre, ut quos ſecreta admonitione corrigere nõ poſſumus, conuictos iudicis ſentẽtia corripiat: atque aliud inſidiãdo falſa obijcere, uel inſultando uera facilè exprobrare. Illud uerò charitatis: hoc aũt impietatis eſt officium. Vnde in eiſdem Prouerbijs dicitur: Verba impiorum inſidiãtur ſanguini: os iuſtorũ liberabit eos. & infrà. Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ ẽ: qui autem mẽtitur, teſtis eſt fraudulẽtus. Item. Labium ueritatis firmũ erit in perpetuũ. Qui autem teſtis eſt repẽtinus, [f] cõcinnat linguam mẽdacij. Item. Qui cuſtodit os ſuũ cuſtodit animã ſuam, qui aũt inconſideratè loquitur, ſentiet mala. Verbũ mẽdax iuſtus deteſtabiẽ: impius aũt confundit & cõfundetur. Item Auguſtinus ĩ pſal. xxxiij. Si aliquãdo humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatũ mouentur, inſurgunt linguæ iniquiſſimorum inimicorum, cũ fuiſſet miſerandum: irridenẽ impij, unde dolent pij.

Prou. 21.

QVAEST. VI.

1 ps

QVi aũt [g] quod intulit, probare non valet puniendus eſt.

Vnde Adrianus papa ait:

Puniatur, qui alij falſa intulerit. CAN. I.

OMnis, qui alijs falſa intulerit, puniatur: [h] & pro falſitate ferat infamiam.

Item Gregorius Papa.

[a] Illi qui. Sponte. Id eſt, detractores. iij. qõe. iiij. c. detractores. & xlvj. diſt. c. accuſatores. Vel aliter, id eſt, ſine diſcretione.

[b] Et ideo replicanda eſt, id eſt, ſæpius quærenda contra omnes ſupradictos, ſecundum quoſdam: quod non placuit: ſed contra confitentes tantum. quia inimici & infideles nunquam admittuntur.

[c] Religioſus. Sed qualiter exercet religioſus vir cauſam ſanguinis contra illud xxiij. qõ. viij. c. his a quibus? Sed dic quod eccleſiaſticus iudex poteſt uirga punire: ut xxiij. quæſt. v. c. j. & hoc nõ eſt iudicium ſanguinis: ſed hic facit quæſtiones in cauſa ciuili: quod fieri licet in defectum probationum. ff. de quæſtio. l. diuus. & etiã in eccleſiaſtica criminali. ij. qõ. j. c. in primis. in fi. Quidam etiã ex hoc loco dicunt uiles cõtra clericos generaliter admitti cum tormentis: ſed hoc falſum eſt: quia tantum in exceptis criminibꝰ admittuntur uiles: ut ſ. iiij. quæſt. iij. c. ſi teſtes. §. ſi res. uerſic. ſi aũt ea cõditio.

Iudex eccleſiaſticꝰ poteſt uirga punir.

[c] Religioſus. Iſtud obtinet in exceptis criminibus, ut in crimine læſæ maieſtatis, ubi accuſator torquetur: ut vj. q. j. §. uerum. C. ad leg. Iul. maieſt. l. nullus. in fin. Sed in ciuili cauſa nunquã torquetur aliquis, niſi in defectum probationum: ut in authent. de teſtib. §. ſancimus. colla. vij. Vel dic quod prima pars loquitur de accuſatore, ſecunda de teſte. viles enim teſtes bene torquentur in exceptis criminibus: ut iiij. queſtione tertia. cap. ſi autem ea. & etiam in ciuilibꝰ negotijs in defectum probationum, ut dixi.

Teſtes uiles poſſũt torqueri.

[d] Exigere. Non per ſe, ſed per alios: ut lxxxvj. diſt. c. non liceat per clericos autem, non per laicos. extra de ſentent. excommu. c. uniuerſitatis. Habes ergo hic, quod prælatus poteſt ſubditos corporaliter punire: ut xlv. diſtin. c. cum beatus.

[e] Vt dum. Hoc non refertur ad omnia prædicta, ſed tantum ad illos, qui ſponte confitentur. Inimicus enim non poteſt eſſe teſtis in aliquo crimine, extra de ſimo. cap. licet Eli. Poteſt tamen dici, ꝙ inimicus torqueri quandoque poteſt: & æſtimabit iudex an adhibebit ei fidẽ, uel non: ut ff. de quæſtio. l. j. §. quæſtioni. in fine. Sed vtrum clerici debeant ſubdi uerberibꝰ pro teſtimonio dicẽdo, dubitatur: quod uidetur: 1 ut hic, & ĩ. ea. qõ. proxi. c. quia. & c. presbyteri & xlv. diſt. c. cũ beatus. Dicunt tamen quidã minores clericos poſſe torqueri, ſed non maiores. Alij dicunt omnes ſuſpectos poſſe torqueri. Nam & liberi uacillantes torquentur: ut extra de accuſa. cap. ſuper his. ff. de qõ. l. de minore. & eccleſia uirgis põt aliquos corrigere: ut xxiij. q. v. c. j. hoc certum eſt, qđ minores clerici indiſtinctè pro quolibet crimine verberibus ſubijciũtur: ut xxxv. diſt. c. ante. Sed maiores non, niſi pro enormibus, ut diſt. xlv. in ſumma. tamen licet clerici torqueantur pro delicto, non tamen pro teſtimonio dicendo ſecundum pleroſque qui dicũt nõ tenere iſtã legem. ĩ. ea. q. vj. c. presbyteri. Vel dic quod clerici ſuſpecti poſſunt torqueri non a laico, ſed ab epiſcopo.

Clerici an poſsint ꝓ teſtimonio torqueri.

1 Dicit H. notãdum eſſe, quod clerici ſpõte aliorũ crimina cõfitẽtes indifferenter ſubijciunẽ uerberibus, ſi res exigat tales recipi in teſtimonium, ut in hoc c. illi, qui. & ita ipſe not. xlv. di. in ſum. Archid.

Alias de pœn.

QVi ambulat fraudulẽter.

[f] Repentinus. Quale ergo erit reſponſum teſtis, nam ſi cito reſpondet, uidetur mendax: ſi in mora, uidetur dubius: ut l. diſtin. c. ponderet.

QVi autem. Hæc quęſtio diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur, quòd qui calumniatur, tenetur ad pœnam talionis: & hoc probat per tres authoritates. Secunda ibi, Presbyteri. Tertia ibi, Epiphanium. Ioan. de Fant.

[g] Qui autem. Hæc quæſtio expedita eſt ſecunda quęſtione tertia.

[h] OMnis. Puniatur, ſi conuictus fuerit de calumniaz

ſenis : ut ij.q.iij.c.ſi quem.§.notandum.

a Quia. Manus. Presbytero enim & diacono tantum manus imponitur: ut xxiij diſt. cap presbyter. & cap. diaconus. Sed contra. lxix. diſt. ca. j. ubi & clerico iubetur manus imponi: ſed illud de manu benedictionis, hoc de manu conſecrationis. Vel dic quòd tempore Gregorij ſubdiaconatus non erat ſacer ordo. xxxj. diſt. ca. j.

De eodem.

CAN. II.

QVi calumniam illatam nō probat, pœnam debet incurrere, quā ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret.

Idem in regiſtro.

Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat.

CAN. III.

QVia iuxta patrum ſententias canonicas, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, ac per hoc, quia ſubdiaconus crimen diacono probare nō potuit: quoniam impoſitionem manus [a] (qua carere potuiſſet) nō habuit, non ſolùm ſacerdotio, [b] ſed officio caruit: & tanquam re uera infamis meruit uerberibus caſtigari. [c] Nam cui cum tribus teſtibus ueluti [d] laico crimen quodlibet approbatur, nō eſt mirū, quod obijcit, dū probare nō ſufficit, ſi corporali infamiæ quēadmodū laicus ex iuris ſimilitudine ſubiugatꝰ. Quod enim eſſet diacono gradū omittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

Codice lib. 1. titu. de epiſcopis et clericis, Imperator Theodoſius.

CAN. IIII.

2 PResbyteri [e] citra iniuriam quæſtionum teſtimoniū dicant: ita tamen, ut falſa non ſimulēt. Cæteri uerò clerici, qui eorundem gradum uel ordinem ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendū petiti fuerint, prout leges [f] præcipiunt, audiantur: ſalua tamen ſit litigatoribus falſi accuſatio, ſi fortè presbyteri, qui ſuo [g] nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quòd nihil metuunt, uera ſuppreſſerint. Multò magis etenim pœna ſunt digni, quibus cum plurimum honoris per noſtram iuſsionem delatum eſt, ſi occulto inueniuntur in crimine. †

Item conſtitutione iij. collatio. ix.

CAN. V.

PResbyteri [h] ſeu diaconi, ſi falſum teſtimoniū dixerint, ſi quidē in re pecuniaria, diuino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati monaſterio tradantur: ſi in criminali, clericatus honore nudati legitimis pœnis [i] ſubijciantur. Cæteri uero clerici communi iure officio eccleſiaſtico pulſi, ſine delectu cauſæ legitimè coerceantur.

Idē Ianuario epiſcopo.

Ad ſancta communionis miniſterium non accedat, qui crimen illatum non probat.

CAN. VI.

3 EPiphanium [k] presbyterum quorundam ſacerdotum literis [l]

b Sacerdotio. Qd' habiturus erat. argum. quod quis dicitur perdere, quod nunquā habuit. xx. quæſtio. j. cap. puellæ. xvij. diſtinct. ca. concilia. xxiij. quæſtio. iiij. cap. Guiliſarius. xxvij. quæſtio. ij. c. ſic quippe. §. ex his. [1]

c Caſtigari. Hic una pœna commutatur in aliam pœnam corporalē. ſic xij. q. ij. §. libertus. & lxxxij. diſtin. ca. presbyter. xiiij. quæſtio. ulti. cap. j. ſi. ff. de accuſat. l. hos. §. omnibus. in fi.

d Veluti. hic uult dicere quod ſubdiaconus conuincitur ueluti laicus, quantum ad hoc ſcilicet. & ſicut cauſa laici ab epiſcopo uno audiri poteſt, ſic cauſa ſubdiaconi, ut xv. q. vij. cap. felix. ſecus eſt in diacono. quidam etiā referunt hoc ad qualitatē teſtium: ut ſicut bigami admittuntur contra laicū, ſic cōtra ſubdiaconum: qa poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, ut xxxiiij. diſt. c. lector. ſed eadē ratione homicida admittitur contra ſacerdotem: cū ſecum diſpenſari poſsit a papa. [3]

e PResbyteri. bonę opinionis, ſecūdum Hu. ſecus ſi ſuſpecti ſunt: ut ī. ea. quæſtio. v. c. illi. ſed hoc nō placet. [3] minores ergo clerici poſſunt corā epiſcopo torqueri non a laico: uel non credo tenere quod hic dicitur.

f Leges. Circa laicos infames.

g Qui ſuo. Id eſt, propter ſuum honorem.

Perdit qs quod nunquam habuit.

1 Et xxiij. q. j. c. quorūdā. ubi & hoc in fi.

2 De hoc articulo not. extra de homi. ſicut dignū. §. ul. Archi.

3 Vñ generaliter intelligas literā, ut ſonat, ſecundū. B.

PResbyteri. CASVS. *Quæſitū fuit à Iuſtiniano qua pœna debent puniri presbyteri & diaconi, ſi de falſo teſtimonio conuincātur? Et reſpondet: ſi in ciuili cauſa falſum dixerint teſtimonium, ſeparati à miniſterio duntaxat per tres annos detrudantur in monaſteriū. Sed in criminali primum degradentur, deinde pœnis legitimis ſubijciantur. Cæteri uero clerici ſine delectu cauſa legales pœnas patiantur.*

h Presbyteri. Qualiter ſtatuit hic Imperator aliquid de rebus eccleſiaſticis contra id xcvij. diſ. c. bene quidem. niſi hoc fecerit auth. apoſtolica. xcvij. diſ. c. eccleſiæ. & ca. uictor? Sed hic inſtruit [4] iudicē eccleſiaſticū, quid facere debeat. ſic ī. ead. capi. delatori.

i Legitimis pœnis. Quæ ſunt. ff. de fal. l. j. §. ult. ubi dicitur quod pro crimine falſi, ſi eſt liber, deportatur, & omnia eius bona publicantur: ſi eſt ſeruus, patiatur ultimum ſupplicium. Vel intellige de pœnis canonicis, prout dicitur diſtinct. 50. c. ſi epiſcopus. Vel dic cum iudex ex officio ſuo punit teſtem, ſecundum ſuum arbitriū punit eum: ut C. de teſti. ca. nullum. ſecus ſi directe accuſatur teſtis, [5] ut 50. diſt. c. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. j. §. ult.

k EPiphaniū. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua uult probare qualiter ſunt puniendi, q non probant quod obijciunt, & ad hoc ponit duo capitula. Ioan. de Fant.

k Epiphanium. De eo agitur extra de teſti. c. quoniam.

l Literis. Sed qualiter hoc fecerit, cum non ſit admittēda accuſatio per literas, ut ij. q. viij. c. per ſcripta. & iij. q. ix. abſēte. ſed hic non plene examinauit cauſam.

4 [redacted]

Crimen falſi qua pœna punitur.

1 Cōcor. tex. i l. omne. §. q manus. ff. de re mil. & l. preſbyteris. C. de epiſ. & cle.

5 Et uideas qd' no. ij. qō. iij. in ſumma i fi. & qđ leg. & no. xxiij. qō. v. rex debet. & xxxiij. q. v. hęc imago. in fin. Archi.

criminaliter accuſatū, [a] cuius nos (ut ualuimus) cauſas diſcutientés, [b] nihilque in eo obiectorum reperientes: ut ad locum ſuum reuerteretur, abſoluimus. [c] Criminis ergo authores uolumus te perſcrutari: & niſi is, qui eandem tranſmiſit epiſtolā, paratus [d] fuerit hoc, qđ obijcit, canonicis atq; diſtrictiſsimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ communionis miniſterium [†] accedat.

Item ex decreto Adriani papæ.

Quæ pœna delator ſit feriendus.

CAN. VII.

DElatori [e] autem lingua [f] capuleť, aut conuicto caput amputetur. Delatores aūt ſunt, qui inuidia prodūt alios.

Item ex concilio Elibertano.

De eodem.

PALEA.

DElator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fidelium fuerit proſcriptus uel interfectus, placuit non niſi in fine accipere communionem: ſi leuior cauſa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem: ſi catechumenus fuerit, poſt quinquennium admittitur ad baptiſmum.

Item ex octaua ſynodo,

Qui innocentem falſo crimine maculauerit, ſacerdotis arbitrio pœnitentia diuturna purgetur.

PALEA.

SI quis falſum dixerit, uel perſonā innocentis falſo crimine maculauerit, iuxta ſacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur.

Item ex concilio Agathenſi.

A communione coerceatur, uel ſecularis uel laicus, qui eccleſiam uel clericum per calumniam fatigauerit.

CAN. VIII.

SI quis uerò ſecularīū per calūniā eccleſiā aut clericū fatigare præſumpſerit, & cōuict⁹ fuerit, ab eccleſiæ ſuæ liminibus, & catholicorū cōmunione (niſi digne pœnituerit) coerceatur.

CAVSA VI.

DVo fornicatores, et infamia notati, quendam religioſum epiſcopū de ſimonia accuſare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiſcopi iudiciū expetit: tandem in probatione deficit accuſator: reus cogitur ad ſuæ innocentiæ aſſertionem.

1 *Quærit primò, an crimine irretiti, uel infamia notati ad huius accuſationem ſint admittendi.*

2 *Secundò, ſi epiſcopus in eos accuſationē uertere uoluerit, an ſimplici aſſertioni ſuæ ſit fides adhibenda.*

3 *Tertiò, ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouinciæ.*

4 *Quartò, cuius iudicium ſibi ſit expetendum, ſi circa ſuam ſententiam epiſcopos ſuæ prouinciæ diſcordare contigerit.*

5 *Quintò, ſi in probatione deficit accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuæ innocentiæ.*

QVAESTIO I.

[g] *QVòd autem [g] crimine irretiti alios accuſare non poſſint, Anacletus papa teſtatur dicens:*

[a] Accuſatum. id eſt, infamatum.
[b] Diſcutientes. de plano, non in forma iudicij. extra de accuſa. c. olim.
[c] Abſoluimus. ab obſeruatione iudicij unde poſtea admittitur accuſatio.
[d] Paratus. Nonne potuit accuſator pœnitere, & dicere ſe erraſſe, ut ſ. ead. quæſtio j. cap. quidā. & ante litis conteſta. poteſt deſiſtere accuſator, ut extra de accuſa. ca. licet. in fi. Sed iſtud eſt ſpeciale in accuſatiōe epiſcopi, uel cum orta eſt infamia, ut dixi ſ. iiij. q. v. c. quiſquis.

Accuſator an & quādo poteſt deſiſtere.

[†] Myſterium.

Quod cōiter no. oēs doc. ī iſta dec. licet. ſolutionem, q̄ [illegible]

[e] DElatori. confeſſo.
[f] Lingua. Sed qualiter dat papa iura de pœna ſanguinis, contra illud xxiij. q. viij. ca. his a quibus. Sed hic docet quid facere debeat iudex ſecularis. ſic xxvij. q. j. ca. ſi quis rapuerit. Io. de Fāt.

QVod aūt. Hęc quęſtio diuiditur in quatuor partes. In prima probatur per xvj. authoritates ſanctorum, quod infames, excommunicati, & inimici nō poſſunt alios accuſare. Secunda ibi, Cum itaque. Tertia ibi, Quicunque. Quarta ibi, Verum. Ioan. de Fant.
[g] Quod autem. In ſimonia quilibet auditur accuſans contra laicum, etiā meretrix, ut lxxix. diſtinct. ſi quis papa. & extra de ſimon. tanta. Et hoc ideo, quia omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius, ut j. q. ulti. patet. ſecus ſi accuſatus ſit clericus, & bonæ famæ, ut ij. quæſt. j. in primis. in fin. Imo eadem eſt diſtinctio in laico an prius fuerit bonæ famæ, an non: ut ff. ad legem Iuliam maieſta. famoſi. Licet autē in exceptis criminib. admittantur criminoſi, non tamen ſine tormēto, ut iiij. quæſtio. iij. ſi ea. Si ergo clericus eſt bonæ famæ, nullo crimine ſuſpectus, non audiť cōtra ipſum, ut extra de teſtibus ueniēs. Si eſt malæ, quilibet admittitur ad accuſandū & teſtificandum: ut extra de ſimo. ca. per tuas. Quidam tamē dicūt, quod licet uiles admittantur ad accuſationem, non tamen ad teſtimonium: quia tota uis negotij pēdet ex teſtimonio, ſed nō in accuſatiōe. Vel dic ut dixi ij. quæſtio. j. in primis. in fi.

Criminoſi in exceptis criminib. teſtificari poſſunt.

Si ſa-

A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur.

CAN. I.

SI ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur, [a] nullatenus a criminoſis accuſari aut calumniari permittitur, nec ab alijs quàm ab ijs, qui ſine crimine ſunt, & iuxta electionem canonicã ſacerdotes ordinari poſſunt, & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

Item Adrianus Papa.

Infames, & qui culpis exigentibus ad ſacerdotium promoueri non poſſunt, ſacerdotes non accuſent.

CAN. II.

[1] OMnes verò infames eſſe dicimus, quos leges [b] ſeculi infames appellant, & omnes qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, ut illi eos accuſent, qui eſſe nõ poſſunt, quod ipſi ſunt: quoniam ſicut maiores a minoribus [c] non iudicantur, ita nec criminari poſſunt.

Item Fabianus Papa.

Infames ſunt, qui regnum Dei conſequi non ualent.

CAN. III.

ILli qui [d] illa peccata perpetrant de quibus Apoſtolus ait: Quoniã qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur: ualde cauendi ſunt, & ad emendationem (ſi uoluntariè uenire noluerint) cõpellendi [e] ſunt, qui in famiæ macula ſunt aſperſi, & in barathrũ dilabuntur, niſi eis [f] ſacerdotali authoritate ſubuentũ fuerit. Similiter & illi de quibus ipſe ait, cum hmôi [g] nec cibũ ſumere: quia infamia ſunt notati antè, quã ſacerdotali authoritate curentur, & gremio ſanctæ matris eccleſiæ redintegrentur: quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. Galat. 5. d

Idem.

Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur.

CAN. IIII.

[2] OMnes illi ſunt ab accuſatione repellendi, quos Apoſtolus commemorat dicens: Cũ his nec cibum ſumere, & ante ſatisfactionem [h] eccleſiæ nõ ſunt recipiendi. 1. Cor. 5. d

Itẽ Clemẽs Papa Iacobo metropolitano epõ.

Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent.

CAN. V.

BEatus Petrus homicidas & adulteros, ac cunctos criminalibus

[a] SI ſacerdos. Præcipitur. Ab apoſtolo, [1] ut xxv. diſt. primum. ſi tale eſt crimen, quod eſt accuſatione & damnatione digniſsimum: ut lxxxj. diſtinct. Apoſtolus.

[b] OMnes. Leges. Sed & alios dicimus infames ſecundum canones, qui nõ ſunt infames ſecundum leges: ut bigamos, & corpore uitiatos: ſicut nec omnes dicimus infames ſecundum canones, qui ſecundũ leges ſunt infames, ut mulier quæ nubit intra tempus luctus. Ioannes. Sed certe bigami, & corpore uitiati non ſunt infames, etſi ſint irregulares, cum non deliquerint. Ber. Dicunt tamen quidam, quod infamia, quæ eſt irrogata p ſentẽtiam, uel quæ contrahitur ipſo facto, ut cum aliqua deprehenditur in adulterio, uel cum aliquis contrahit binas nuptias, de qua agitur ff. de ijs qui notan. infamia. quid ergo. infamia hæc non purgatur per quamcunque pœnitentiam [2] ut ſecunda, quæſtione tertia. capitu. Euthemium. §. hinc colligitur. niſi reſtitutus ſit ab illo qui poteſt reſtituere: ut a principe, uel a ſenatu: ut ſecunda, quæſtione tercia. capit. ſi quã. §. notandum. in fin. ff. de poſtulando. lege prima. §. de qua. Alia eſt infamia facti de qua agitur infra eadem ſunt plurimi. Et hæc melius dicitur infamatio, quæ inducit purgationem, & illa abolet purgatione præſtita, ut decima quinta, quæſtione quinta. de crimine. Eſt etiam quædam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali: ut hic, & trigeſimaſecunda, quæſtione quinta. præceptum. in fine. & aboletur per pœnitentiam: ut infra eadem. illi qui. Tamen (ut dicunt quidam) talis non admitteretur ad accuſationem uel promotionem: quia non ſufficit quod modo non ſit infamis, ſed qđ nunquam fuerit infamis. infra eadem. qui crimen. [3] Item infamia contracta ex ſententia excommunicationis tollitur per abſolutionem, ut quarta, quæſtione prima capitulo primo. Sicut finito tempore relegationis, tollitur infamia orta ex ſententia. ff. ad municip. ordine.

[c] A minoribus. Honeſtate motum, id eſt, criminoſis, ne ſit contra. ſecunda quæſt. vij. præſumunt. & capitu. lator.

[d] ILli qui. Secundum quoſdam prima pars loquitur de criminoſis non excommunicatis, ſecunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis, ſecunda de manifeſtis criminoſis.

[e] Compellendi. Argum. exiſtentem in mortali peccato cogẽdum eſſe ad pœnitentiam. xxij. q. j. prædicandum. xxiiij. q. iij. tam ſacerdos. Argumentum contra. ij. qõ. j. nonnulli.

[f] Niſi eis. Argum. tolli infamiam per ſatisfactionem eccleſiæ, ut xxxij. quæſtione quinta. præceptum. xxxv. quæſtione ſexta. ſi duo. Argu. contra. iij. quæſt. iiij. conſanguineorum. & capitu. ij. qui. infra eadem. quicunque. & vigeſimaſecunda, quæſtione quinta. paruuli. Sed dic quod canonica infamia per pœnitentiam tollitur, ſed nõ illa quæ irrogatur ipſo facto, uel per ſententiam. Io. de ipſo occulto crimine tollitur per pœnitentiam, [4] ſed non de manifeſto: ut extra de tempo. ordi. c. ulti. & penult.

[h] Huiuſmodi. Scilicet excommunicatis.

[h] OMnes. Ante ſatisfactionem, uel iuramentum. extra de ſententia excommunic. per tuas.

BEatus. CASVS. *Iacobus epiſcopus Ieroſolymitanus quæſiuit à Clemẽte, qui ſint repellendi ab accuſatione epiſcoporũ? Et reſpondet qđ quatuor genera hominũ ab eorũ accuſatione debent repelli, ſicut docuit beatus Petrus. ſ. criminoſi et irregulares ſcilicet qui ad eundẽ ordinẽ non poſſunt promoueri: & infames & laici omnes, qui debent ſacerdotibus ſubeſſe: quia nõ debẽt maiores à minoribus iudicari, uel accuſari. Ab humano die, id eſt, carnali ſenſu.*

[1] Et ſic patet præceptum eſſe Apoſtoli ordinandũ eſſe ſine crimine ſecundum Hu. & Laur.

Infamia, an poſſit per pœnitentiã purgari.

[2] Quia pœnitentia, &c. ut not. xv. q. v. presbyter. in gl. quia pœnitentia, &c.

[3] Hoc determinat extra de temp. ordi. ca. ult.

Infamia canonica tolliť pœnitentia.

[4] De hoc not. s̃. ea. c. ij. ibi uideas.

nexibus alligatos: & qui eis coæquales non erant, ab epiſcoporũ uexatione & accuſatione dicente a domino prohibebat: & nõ niſi à coæqualibus ali quid ſibi inferri debere docebat. Infames etiam omnes, quos primates † & leges ſeculi non recipiunt, ſed & laicos ab eorum accuſatione & uexatione ſemper repelli debere rogabat: b & cunctos ſubditos eſſe præcipiebat: cunctorum ſacerdotum uitam ſuperiorem ſanctioremq; ac diſcretam a ſecularibus & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales atque ſacerdotes ſuper carnales ac laicos ſemper conſtituere, & fore dicebat debere: † quoniam pro minimo c eſſe nobis debet ut a talibus d arguamur & iudicemur, uel ab humano die. e Maiores uerò a minoribus nec accuſari uel iudicari nullatenus poſſe dicebat. quoniam hoc non ſolùm diuinas, ſed etiam leges ſeculi inhibere docebat.

Item Adrianus Papa.

Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt.

CAN. VI.

Qui crimen f intendit, agnoſcendum eſt ſi ipſe antè g non fuerit criminoſus: quia periculoſum eſt, & admitti non debet rei h aduerſus quemcunque profeſſio. teſtes autem ſine aliqua ſint infamia uxores & filios habentes, Chriſtũ i omnino prædicantes.

Non ſolùm autem criminoſi, ſed etiã quilibet alij ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa ait:

Deo non placet, qui ſeruos ſuos accuſat.

CAN. VII.

Si omnia k in hoc ſeculo uindicata eſſent, locum diuina iudicia nõ haberent. Superuacuis laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideoq; ſi aliquis putat ſe in hoc Deo placare, quòd ſeruos ſuos accuſat, & ut meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in uanum laborat. & plus inuidiæ l ſtimulis agitatur, quã charitatis: quoniam diuinæ gratiæ plenitudo adiectione humana non indiget, nec ulla requirit cõmendationis augmenta.

Item Theleſphorus Papa.

Populus ſacerdotes arguere, uel increpare non ualet.

CAN. VIII.

Sacerdotes, qui proprio ore corpus domini cõficiunt, ab omnibus ſunt obediendi & timendi, non dilacerandi aut detrahendi: quia a quibus ſe domini populus benedici, ſaluari & inſtrui cupit, nullatenus eos debet arguere: nec uulgus in eorum accuſatione ſuſcipi debet. populus eñ ab eis docẽdus eſt & corripiendus, non ipſi ab eo: quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Dei ergò ordinationem accuſat qui eos qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes accuſat, uel damnare cupit.

Idem. Hi qui non ſunt idonei, non ſuſcipiantur ad accuſationem: ſed omnes qui aduerſus patres, id eſt, ſacerdotes armantur, infames eſſe cenſemus. patres enim omnes, id eſt, ſacerdotes uenerandi ſunt, non reſpuendi aut accuſandi, uel inſidiandi aut infamandi.

Item Pius Papa.

De eodem.

a Dicente. Cum dixit, Qui ſine peccato, &c. iij. quæſt. vij. qui ſine.

b Rogabat. Id eſt, præcipiebat. ſic xj. q. iij. rogo.

c Quoniã pro minimo. Sic continua quoniam & ſi boni ſumus.

d Vt a talibus. ſ. illis qui ſemper parati ſunt reprehendere, de quibus ait xj. qõ. iij. ſenti. ſed aliorum reprehenſiones attendendæ ſunt, qui licet mali non ſint, tamẽ ideo reprehendunt, quia eos malos eſſe credunt. xj. qõ. iij. non ſunt. xij. qõ. j. nolo.

e Ab humano die. Id eſt, qui tantum humana, 1 nõ diuina quærunt. viij. q. j. ſunt in eccleſia.

f Qui crimen. Si uis dicere quod qui peccauit poſt baptiſma poteſt promoueri ſi egerit pœnitentiã, tunc dicas illum hic appellari criminoſum qui per ſententiã 2 conuictus eſt. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiã ipſo iure: uel de illo intellige, qui pendente accuſatione, qua & ipſe fuit accuſatus, uoluit accuſare alium, quod non licet. iij. q. ult. neganda. Baz. autem facit uim in hoc uerbo criminoſus. ſ. plenus uitijs, ſicut ille qui eſt periurus: ut j. eo. quicunq;. Et licet quilibet criminoſus etiã non conuictus repellatur, ut extra de teſti. ſuper eo. tamen ſi probat ſe egiſſe pœnitentiam, bene recipitur, maxime in ciuili. argu. l. diſt. ferrum. & ff. de ædil. edict. quod ita. licet ſit argu. contra extra de ſim. per tuas. ubi dicitur, quod in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatur de æquitate, quam de rigore. Io. Tu dicas breuiter, quod ſi probatur crimen contra aliquem, ſemper repellitur in cauſa criminali: ut ĩ. ij. qõe. vij. quærendum. & extra de teſti. teſtimonium. niſi in exceptis criminibus, ſecundũ diſtinctionem pluries dictam ſuperius. B.

g Si ipſe ante. Licet de illo non ſit condemnatus. argu. extra de teſtib. c. ſuper eo. Et eſt hic argu. quod poſt pœnitẽtiam accuſatur quis de crimine. xxxiij. quæſt. ij. admonere. j. quæſt. vij ſi quis omnem. l. diſt. peruenit. xlviij. diſt. quoniam multa. 3

h Rei. Id eſt, accuſati.

i Chriſtum. Non tamen obeſt eis, ſi eos inſtruxerint. xlvij. diſtin. quantumlibet. & xliiij. diſtin. Epheſijs. Aliud ſi neglexerint eos corrigere: ut xxxvij. diſt. legant.

k Si omnia. De occultis loquitur, 4 quæ ſoli Deo reſeruantur. xxxij. diſtinct. erubeſcant.

l Inuidiæ. Hic canon præſumit potius accuſationem fieri cauſa inuidiæ, quã charitatis, ut dixi ſecunda, quæſtione ſeptima. c. ſi quis epiſcopus.

Oues

... inſtituit, & ſic hæc epiſtola ſuppoſititia.

† Imò cõtrariũ docebat, ut patet in ſua prima canonica, ca. ij. ibi, ſubditi eſtote, &c. Et ſic hæc epiſtola falſo conficta. Tum certũ eſt beatũ Iacobũ apoſtolum doctiorẽ fuiſſe præfato Clemente nec oportuiſſe eũ ab eo doceri.

1 Humana enĩ dies appellat humana proſperitas. Arch.

2 Ad hoc facit, qđ no. iij. qõ. ix. c. ij. in glo. id eſt, adaptatis, in fine.

Teſtis repellit probato crimine contra ipm.

Pœnitentia nõ impedit accuſationem.

3 Cõcor. tex. in l. q ea mente. cũ ibi no. ff. de furt.

4 Alij dicunt qđ intelligit de eo, qui malo zelo accuſat & litera capituli ad utrunque intellectũ adaptatur. Archidia.

Lucæ. 6. f

CAN. IX.

OVes [a] paſtorem ſuum non reprehendant, plebs epiſcopum non accuſet, nec uulgus eum arguat: quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Epiſcopi enim a Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis aut prauæ uitæ hominibus non ſunt accuſandi, aut arguendi, aut lacerandi. & infrà. Nemo bonum faciens, alteri uerbo aut factò nocere uult: quantò minus in ſuſpicione debet uenire fidelis homo, ut dicat, aut faciat ea, quæ pati non uult? quia omnis ſuſpicio [b] potius eſt repellenda quàm approbanda, uel recipiēda.

Ipſa autem detractio licet ex uitio detrahentium ſit, tamen iuſto Dei iudicio nonnunquā aduerſus bonos excitatur: vt quos uel domeſtica [c] præſumptio, uel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambroſius.

Ne quis de ſe præſumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur.

CAN. X.

IMitare Petrum tertiò dicentem: Domine tu ſcis quia amo te. (Ioan.21.d) Etenim quia tertiò [d] negauerat, tertiò confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta ſunt, ut ſciamus neminem iactare ſe debere. nam ſi Petrus [e] lapſus eſt quia dixit: Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed ego non: (Marc.14.) quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid quia dixerat: Ego dixi in abundantia [f] mea, non mouebor in æternum: (Pſal. 29.) eam ſibi iactantiam obfuiſſe confitetur dicens, Auertiſti faciem tuam à me: & factus ſum conturbatus.

Item Gregorius.

Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorum contra eos inſurgunt.

CAN. XI.

SVnt plurimi qui uitam bonorum fortaſſe amplius quàm debent laudant: [g] & ne qua elatio de laude ſurrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere: ut ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore uituperantium ſuffocetur. Hinc eſt quòd doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur inter infamiam [h] & bonam famam: (2.Co.6.b) qui etiam dicit, Vt ſeductores & ueraces.

Verùm hac authoritate [i] prohibentur ſpirituales a carnalibus accuſari, non carnales à ſpiritualibus. Quod ex uerbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eod. cap. ſubiunxit dicens: Capite langueſcēte facilius reliqua corporis membra inficiuntur, ſicut ſcriptum eſt: [k] Omne caput languidū, & omne cor mœrens: a planta pedis uſque ad uerticem non eſt in eo ſanitas. (Eſaiæ.1.b) *Quapropter manifeſtum eſt diabolum (qui ſicut leo rugiens circumit quærens quem deuoret)* (1.Pet.5.b) *cordibus plebium ſuadere, ut doctoribus atque paſtoribus ſuis detractiones irrogent, uel eos accuſent. ut plebes langueſcentes nō tenentibus paſtoribus fræna eorum laſciuiāt atque in ima ruant, ut ſaltem ſic periclitari poſſint. Multum uerò diſtant damna morum à damnis rerum temporalium: cùm iſta extra nos ſint, illa uerò in nobis. & infrà. Peius malum fore nō exiſtimo, quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.*

Hinc etiam Felix ſecundus ait.

Deo rectè famulantes perſequi non licet.

Præſumptio eſt triplex. Dic qđ hæc præſumptio eſt inualida, & repellitur ſ iure. ſ nullo eñ debet mouere animū iudicātis. ij. quæſt. j. in primo & in hoc cap. oues. Archid.

a OVes. Sic ij. q. vij. oues.

b Suſpicio. Sic ij. quæſt. j. c. j. Suſpicioni temerariæ, nō creditur. xj. q. iij. in cunctis. probabilis inducit præſumptionem. ff. ꝙ met. cau. l. ult. vij. quæſt. v. presbyter. violenta condemnationem. xxxij. qō. j. dixit. & C. de adulte. quamuis. licet ſit argum. contra extra de præſumptionib. literas.

c Domeſtica. Id eſt, propria, uel domeſticorū perſona.

IMitare. CASVS. *Nemo debet ſe iactare de bonis, ne cadat, ut Petrus & Dauid.*

Delinquens pluries, pluries pœniteat.

d Tertio. Hic uidetur, quod toties pœnitentiā faciam, quoties committo fornicationem, etiā cum eadem muliere: & ꝙ quaſi pro diuerſis delictis ſit mihi pœnitentia iniicenda: ut de pœ. diſt. v. cōſideret. & de pœ. diſt. j. menſurā. [2] Item ſi poſt primam fornicationem quis pœnitet, iniungitur ei pœnitentia. ſi ſecundo accedit ad eandem, ſecundo iniungitur ei pœnitentia. Talis ergo erit melioris cōditionis, ſi non pœniteat a principio, quam ſi pœniteat poſtea. Item ſi ſecundo accedit ad aliam mulierem, æquale peccatum cōmittit, ſicut ſi ſecundo accederet ad priorem. Sed pro illo ſecundo peccato, ꝙ facit cum altera, noua pœnitentia ſibi indicitur, ergo & noua pœnitētia eſt indicenda ſibi, ſi ad eandem denuo accedat, cum par ſit peccatum. Et hoc cōcedi poteſt: [3] licet ſecūdum leges, qui ſæpius rem contrectat, non committit diuerſa furta. ff. de furt. ei qui.

2 Cōcor. text. in l. fernos. C. ad l. Iu. de vi pub. & le. iiij. C. de epiſc. & cler.

3 Arg. ad hoc extra de re iud. lib. vj. ca. ad apoſtolicę. uerb. deierauit, &c. Arch.

e Petrus. Argum. a maiori. ſi. xxxij. qō. v. ſi Paulus.

f In abundantia. Id eſt, confidentia bonitatis meæ.

g SVnt. Laudant. Hoc eſt uenia le peccatū. xxv. diſt. criminis. ſed qui cōmendant mortalia uitia mortaliter peccant. xlvj. diſt. ſunt nonnulli.

h Inter infamiam. Id eſt, quidam deſipientes dicebant eos ueraces, quidam non. xlj. diſt. quod dixit dominus.

i Verum hac authoritate Scilicet 7. ca. oues. hæc ſunt uerba eiuſdem Pij. & continuantur illi cap. oues.

k Sicut ſcriptum eſt. In Eſaia.

Ex

CAN. XII.

Quieſcite (inquit ſancta ſynodus Nicena) & nolite perſequi eos, qui rectè Deo famulātur, & ſyncera uoluntate ſuperna Dei mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur: quia nō decet, ut carnales ſpirituales perſequantur.

Item Gregorius.

Subditi prælatos ſuos accuſare non debent.

CAN. XIII.

Ex merito plebis non nunquā epiſcopi deprauantur, [a] quatenus procliuius cadant [b] qui ſequuntur. Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt qui uitam moresque bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prędiaq; diripiunt. Caueat itaque unuſquiſque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id eſt, ne aut ipſe alijs detrahat, aut alios detrahentes audiat. [c] Sedens (inquit propheta) aduerſus fratrem tuū loquebaris detrahendo, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c. Parcant ſinguli detractioni linguæ cuſtodiantq; ſermones ſuos: & ſciant quia cuncti qui de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officium ſingulorum ſit, dilectiſsimi, non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam: nec quid in cuiuſquam domo agatur, alia domus vnquam [d] per eos nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ: nec cui quam machinētur dolos: & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantēntur inſidijs. †

Item Lucius Papa.

Bonus nocere non cupit.

CAN. XIIII.

Sapiens non eſt omnis, qui nocet.

Item Anacletus Papa.

Raptoribus deteriores ſunt epiſcoporum detractores.

CAN. XV.

Deteriores [e] ſunt, qui doctorum uitam moresq; corrumpūt, ijs, qui ſubſtantias aliorū prædiaq; diripiunt. Ipſi enim ea quæ extra nos ſunt, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri quoque detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, propriè nosipſos decipiunt: & ideo iuſtè in fames ſunt: & meritò ab eccleſia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis ſæpe paſtores deprauantur eccleſiæ, ut procliuius corruant, qui ſequuntur.

Item Alexander Papa.

De eodem. CAN. XVI.

Summa iniquitas eſt fratres detrahere [f] & accuſare. [g] unde ſcriptum eſt: Omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt: & oīs homicida nō habet partē in regno Dei. 1. Io. 3. e

Patet ergo (ut præmiſſum eſt) q carnales probibentur ab accuſatione ſpiritualiū, non ſpirituales ab accuſatione carnalium.

2 *Cùm itaque criminoſi & infames ab accuſationibus prohibentur, uidendum eſt, quos canonum ſacra authoritas infames appellet.*

De his Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus ſcribit Hilario dicens:

Quæ perſonæ infames habeantur.

CAN. XVII.

Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia: id eſt, omnes qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt: [h] ſimiliter fures, [i] & ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos: ſepulchrorum quoque uiolatores, & omnes qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur, ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, ueneficos, adulteros, de bellis publicis [k] fugien-

---

[a] Ex merito. Deprauantur. Id eſt, praui epiſcopi conſtituuntur. non enim propter aliorum merita efficiuntur mali, ſed mali propter malorum merita prælati fiunt. ut viij. q. j. audacter.

Regem imitantur ſubditi. [b] Cadant. Quia componitur orbis regis ad exemplū. Argumē. 2j. quæſt. iij. præcipue.

[c] Audiat. Sic. 5. 2j. q. iij. non ſolum.

[d] Vnquam. Scilicet per detractores ne ſit contra 3. v. q. v. non uos. Vel dic per eos, id eſt, per curioſos. unde Iuuenalis: Scire uolunt ſecreta domus, atque inde timeri. Verſus.

[e] Deteriores. Peius eſt perſuadere, quam facere: ut ff. de ſeruo cor. l. j. §. perſuadere. & l. ut tantum. & lxxxvj. diſtinct. tanta.

[f] Summa. Detrahere 3. diſtin. xlvj. accuſatores.

[g] Et accuſare. 3. ij. q. vij. ſi quis epiſcopus. de pœ. diſt. j. homicidiorum.

Pſal. 49. Patet. CASVS. *concludit Gratian. ex ſupradictis dicens quod carnales & peccatores non poſſunt accuſare ſpirituales. Et quia facta eſt mētio de infamibus, qui ab accuſatione repelluntur, ideo oſtendit, qui ſecundum canones infames appellentur.*

Cum itaq;. Hæc eſt ij. pars huius q. in qua enumerat omnes infames qui accuſare non poſſunt. & hoc probat per c. ſeq. Ioā. de Fā.

[h] Infames. Contemnunt. ſi. xix. diſt. nulli.

Crimen odlibet famat. [i] Fures. Ex hoc c. patet, q omne crimen infamat, ſecundum canones. & 3. c. oēs. & c. ſeq. Item ex hoc cap. videtur q omne crimen ſit publicum ſecūdum canones.

[k] De bellis publicis. Tales ſunt rei læſæ maieſtatis, ut ff. ad le. Iul. ma. l. iij. & capite puniuntur, niſi quando dominū defendere nō potuerint. ff. de re militari. omne. §. qui in acie.

† Idem Hierony. 3. xvj. q. ſ. ſi cupis.

Petunt.

tes, & qui. indigna ſibi petunt [a] loca tenere, aut facultates eccleſiæ auferunt iniuſtè: & qui fratres calumniantur aut accuſant, & non probant: & qui cõtrà innocẽtes principum animum ad iracũdiam [b] prouocant: [c] & omnes anathematizatos, [d] uel pro ſuis ſceleribus ab eccleſia repulſos: & omnes, quos eccleſiaſticæ leges, uel ſeculi infames pronuntiant. Hi nimirum omnes nec ſerui ante legitimã [e] libertatẽ, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ [f] deſeruiunt, uel non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem, [g] uel intellectum: aut qui inobedientes ſanctorum patrum decretis exiſtunt, aut qui furioſi manifeſtantur: [h] hi omnes, inquam, nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec iſti, nec ſuſpecti, nec liberti, nec rectam fidem, uel dignam conuerſationem non habentes ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare: nec ad accuſationem ſeu ad teſtimonium ullatenus iuſtè poſſunt recipi.

Item Fabianus papa.

Infamis efficitur, qui ſciens periurare præſumit.

CAN. XVIII.

3 Qvicunque ſciens ſe periurauerit [i] quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem [k] ſequentes annos pœniteat: & nunquam ſit ſine pœnitentia, [l] & nunquam in teſtimonium [m] recipiatur: [n] communionem tamen poſt hoc percipiat.

Item Euſebius papa.

Accuſatores † et perſonas quas leges ſeculi nõ admittũt, eccleſiaſtica quoque repellunt.

CAN. XIX.

Nos ſequentes patrum ueſtigia pro ſeruatione ſeruorũ Dei, quaſcunque ad accuſationes perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus: & nullæ accuſationes a iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur.

Sed licet [o] infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeantur, non tamẽ iſti ab huiuſmodi [p] accuſatione prohibendi ſunt. Hæreticos nanque accuſare infamibus non prohibetur, ut ſuprà patuit in eadem cauſa, ubi de accuſatione minorum aduerſus maiores [q] diſputandum eſt.

Idem.

De eodem.

CAN. XX.

Cvm maiores ſcientia & moribus a minoribus accuſari prohibeantur, non æquales ab æqualibus, uel minores à maioribus ab accuſatione huiuſmodi ſunt prohibendi: cum hæreticus catholico minor ſit.

Sed hoc an generaliter accipiendum eſt, Auguſtinus non diffinit dicens:

Dubium eſt, an ſciens auarus, an neſciens hæreticus grauius peccet.

CAN. XXI.

Qværo ergo quis peccet grauius, an qui neſciens [r] hæreſim incurrerit: an qui ſciens ab auaritia, id eſt, ab idololatria non receſſerit? Secundùm illam [ſ] regulam, qua peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur, auarum conſcientia uincit. [t]

a Petunt. ambitioſe, ut ĩ. j. quæſtio. vj. ſicut.
b Ad iracundiam. extra de homicid. ſicut dignum. §. illi uero.
c Prouocant. id eſt, delatores, ut v. quæſtio. ulti. delatori.
d Anathematizatos. ĩ. quæſt. v. conſtituimus.
e Legitimã. id eſt, plenam. aliter enim non promouentur, nec aliquem poſſũt accuſare: ut infra ſequitur.
f Curiæ. liiij. diſtin. c. j. & ij.
g Mentem. ut furioſi.
h Manifeſtantur. ĩ. xxxiij. diſtinct. maritum.

Qvicũq;. Hæc ẽ tertia pars, in qua ponit pœnã periuro, & ſpecificat de infamibus. Ioan. de Fant.
i Periurauerit. ſupra iij. quæſt. v. conſtituimus.
k Septem. xxij. q8. iiij. qui ſacramẽto. contra. Sol. ibi.
l Sine pœnitentia. interiori. ſimile 50. diſt. clerico.
m Teſtimonium. etiam poſt pœnitentiam peractam, ut ĩ. xxij. qõ. v. paruuli. Et hoc eſt uerum in teſtibus: 1 ſecus uidetur in accuſatore, ut xxij. quæſtio. v. ſi quis conuictus.
n Recipiatur. alibi dicitur, quod iuramẽtũ ſolũ Deum habet ultorẽ, ut C. de reb. credi. l. ij. nõ ergo incurrit infamiam. Item alibi legitur, ꝙ periurium continetur ſub crimine ſtellionatus: ut ff. de crimi. ſtellio. l. ij. Sed crimen ſtellionatus non infamat, ut ff. de crimi. ſtellio. l. ij. ergo nec periurium. Sol. ubi iuramentũ non cedit in præiudiciũ alicuius, ſolũ Deum habet ultorem. Dicunt autẽ quidam, quod ſi iuramẽtum eſt de futuro, ſemper infamat: quia ibi frangitur fides Deo & homini: ſecus ſi eſt de præſenti, uel de præterito, ut C. de tranſact. ſi quis maior. Alij dicunt, quod iuramẽtum quod interuenit in contractibus, non infamat, ſecus in iuramento quod fit in iudicijs: hoc eſt certum, quod omne iuramẽtum infamat canonica infamia. 2 Verum autem temerarium iuramentum repellat a legitimis actibus, dixi lxxxv. diſtinctio. Florentinum. & extra de teſtibus & atteſtationibus cauſam quæ.
o Nos ſequentes. Sed licet. Infert ex prædictis.
p Ab huiuſmodi. id eſt, ſimoniæ.
q Maiores, ut ij. quæſtio. vij. per totam.
r Qværo. Neſciẽs. ille eſt ignoranter hæreticus, qui ſeqtur opinionem, quam putat ueriorem, 3 ut xxiiij. quæſtio. iij. hæreſis.
ſ Secundum illam. de pœni. diſtinct. ij. ſciendum.
t Vincit. Vide qualiter argumentatur. licet enim peccatũ ſit

1 Extra de appel. qõni. ibi uideas. de præſumptio. literas. & de purga. ca. ca. j. & de teſti. teſtimonium. Archi.

† Alias, accuſationes.

Iuramentum utrũ infamet.

2 Cũ iſta gloſ. concor. Bart. poſt gloſ. ſ l. Luci⁹. ff. de infa. & Alex. de Imo. ſ l. ſi ex falſis. C. de tranſa.

3 Vnde hic loquitur de illo qui putabat illud credi ab eccleſia, quod ipſe credit, nihilomin⁹ peccat. xvj. qõ. j. ſi cupis.

ſit maius peccato? quia hic ſciẽtia præponitur ignorãtiæ, tamen facta compẽſatione ſcienter peccans poteſt æquiparari ignoranter peccanti. ſimilis compenſatio eſt ix. diſtinct. in canonicis. Quod autem minus ſit peccatum ignorantis quam ſcientis, habes xxij. quæſtio. vij. quemadmodum. quandoque uidẽtur plus peccare ignoranter peccantes quam ſcienter, ut xxiiij. quæſtio. j. ſchiſma. quandoq; parificantur, ut hic.

Peccatũ ignorãtis minus eſt quã ſcientis.

a Præcipitare. Gratianus tamen in ſimili quæſtione præcipitat ſententiam, ut ij. quæſtio. vij. dicto ca. ſi hæreticus. §. ſed quæritur. & Vrbanus eãdem uidetur ſoluere. xij. q. j. ſcimus.

Verum. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua quæritũ, utrũ infamis poſsit epiſcopum accuſare de ſimonia, cum eſſet bonæ famæ: & primũ dicit quod nõ. & hæc eſt uera ſolutio: ſed poſtea impugnat quod dixerat. Ioan. de Fant.

Verum. G. reſpõ. illi capit. quæro. & illi §. ſed licet. in qu. ſ. ſus probauerat infames admittendos contra hæreticos, & ita contra ſimoniacum, & eius ſolutio durat uſque ad §. hæc licet ratione. & ibi incipit ſuam ſolutionẽ impugnare.

b Conſtat. ſi conſtat, ergo non eſt neceſſarius ¹ accuſator. expo: ergo conſtat, id eſt, tale eſt crimen, quod cõſtat eſſe hæreſim. Vel dic, quod conſtat per famã: quia ſunt malæ famæ.

¹ ij. q6. j. de manifeſta. extra de ac. cui dẽtia. Archidia.

c Apparens. Hæc ſolutio eſt canonica, quia concordat cum Grego. ij. quæſtio. j. in primis. & impugnatio quam ponit in ſequenti §. allegando ponitur.

d Tractauerit. Sic ſupple in ſimonia non eſt quæ-

in ſcelere. Sed ſi fortè hoc facit in hæreſi ipſius ſceleris magnitudo, quod facit in auaritia ſcientis admiſsio, hæreticus neſciẽs auaro ſcienti coæquatur. Item utrùm catholicum peſsimis moribus, alicui hæretico, in cuius uita pter id, quòd hæretic' eſt, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus: non audeo præcipitare [a] ſententiam.

4 *Verùm hoc Auguſtini, & illud de infamium accuſatione, de his intelligẽdum eſt, quos conſtat [b] eſſe hæreticos, non de ijs, qui ſe negant in hæreſim lapſos. Hic autẽ in omnibus religioſus apparẽs, [c] dum ſe negat hæreticæ cõmunionis aliquando macula infectum, infames atque alios hmõi à ſua accuſatione ipſe repellit.*

Hæc licet rõne niti uideantur, exemplo tamen læſæ maieſtatis uana intelligũtur: ad cuius accuſationem, dum ſocius initæ factionis admittitur, nõ quæritur, an cogitare cõtra animam principis ſit maieſtatẽ lædere. ſed an aliquis de nece eius tractauerit. [d]

Vnde Imperatores Honorius & Archadius in nono libro Codicis, titulo ad legem Iuliam maieſtatis ſcripſiſſe leguntur.

CAN. XXII.

SI quis cũ militibus, uel priuatis, [e] Barbaris etiam ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, uel dederit, de nece etiam uirorum illuſtrium, qui conſilijs & cõſiſtorio noſtro interſunt, ſenatorum etiã (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) uel cuiuſlibet poſtremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadẽ enim ſeueritate uoluntatem [f] ſceleris, qua effectum puniri iura uoluerunt) ipſe quidem, utpote maieſtatis reus, gladio ferietur, bonis eius omnib. fiſco [g] noſtro addictis. Filij uerò [h] eius, quibus uitã Imperatoris ſpecialiter lenitate cõcedimus (paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuuntur [i]) a materna & auita omnium etiam proximorum hæreditate ac ſucceſsione habeantur alieni: teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes & pauperes: infamia eos paterna ſemper comitetur: ad nullos unquam honores, ad nulla penitus ſacramenta perueniant: ſint poſtremò tales, ut his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & uita [k] ſupplicium. denique iubemus etiam notabiles eſſe infamia ſine uenia, qui pro talibus unquam apud nos interuenire [l] tentauerint.

Sanè ſi quis ex his

k Et uita. 7. lxxiiij. diſt. quorundam.

l Interuenire. Sic s. 50. diſt. miror. Et nota ꝙ quandoque prohibetur ſupplicari pro aliquo. de pœnis diſtinct

rendam, an ſimonia ſit hereſis. Iſte enim epiſcop' negauit ſimoniam eſſe hæreſim, & male, ut j. quæſtio. vij. patet. & ſic concludit in fine.

e SI quis. Priuatis. Nota milites non dici priuatos, ut xxiiij. quæ. j. qui contra.

f Voluntatem. Nota quod punitur hic ſola uoluntas: ut xix. diſtinctio. nulli. xxij. diſtinctio. omnes. quia in maleficijs uoluntas ſpectatur, nõ exitus. ff. ad legem Corne. de ſicar. diuus. Arg. contra. xxxij. diſtinctio. erubeſcant. de pœniten. diſtinct. j. cogitationes. xxxij. qõ. v. Chriſtiana. Solu. regulariter uoluntas non punitur, niſi ad aliquem actum procedatur.

Voluntas ſola non punitur.

g Fiſco. Idem eſt in crimine hæreſis, ut extra de hæreti. uergentis, ¹ alias bona damnatorum regulariter reſeruãtur filijs: ut C. de bonis damnat. authen. bona.

¹ Vbi plene ꝺ hoc, & xxiij. q. viij. in ſumma. & ibi dicam & uideas. & idẽ eſt in interfectore clerici, extra de pœ. in quibuſdã. Archid.

h Filij uero. In poteſtate conſtituti, ſi enim eos poſtea emancipaſſet, nõ ualet, ut C. eod. l. perpenditur. argu. ff. de bon. damnat. l. ulti. §. ex liberis. Filij itaque emancipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam, quod hęc pœna ſpectat ad filios poſtea natos, non ad iam natos: ſed litera eis contradicit.

i Metuuntur. iuxta illud, Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri, Et ſequitur leuiter filia matris iter. lvj. diſtinctio. ſi gens. unde qui emit mancipia, de genere eorum quærit, ut ff de ædil. edi. quod ſi nolit. §. qui mancipia.

diſtin. l. prædixerat. & extra de hæret. ad abolendam. & C. de tranſactio. ſi quis maior.

a Porro. Hic ponit aſſumptionem argumenti ſui. præmiſit enim primo præpoſitionem.

b Pœna. In crimine enim ſimoniæ conuictus deponitur: ut xv. q. iij. ſane. ſed hic capite punitur. Qualiter iſti parificentur notaui xv. qō. iij. ſane. & c. nemini. Sed nunqd ordinatus ſimoniace pōt ordinatorem ſuū cōuenire de hoc cū accuſatores cōſequantur præmium? non credo: 1 licet dicatur hic, quod omnes accuſatores admittantur.

Simoniace ordinatus ordinatorem ſuū cōuenire nequit.

1 Et bene arg. iij. q. ſi. c. ult. ſecundū Io. de Fan. In his ergo, quæ ſunt expreſſa ſimilis eſt accuſatio, ſcilicet ut accuſatores admittantur, & ſolennitates ſeruentur, ſecundum B.

c Nullus. Fidicularum. Id eſt, chordarū, quæ ligantur circa frontē hominis, & ſtringitur caput per eas & eſt fides idem qd' chorda: ut ibi, Me fide perſpicuus Toiç' munitor amauit.

d Militiæ. C. de quæſtio. milites.

e Vel generis. C. de pœn. l. decurionum.

f Aut dignitatis. C. de quæſtioni. decuriones.

g Excepta. Vbi nullus poteſt ſe excuſare aliquo priuilegio tenet lex xj. quæſt. j. quicunque.

in exordio initę factionis ſtudio ueræ laudis accenſus ipſe prodiderit factionem, & præmio à nobis, & honore decorabitur. Is uerò, qui uſus fuerit factione, ſi uel ſero, incognita tamen adhuc conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione tamen ac uenia dignus habebitur.

Porrò[a] *ſimonię accuſatio ad inſtar publici criminis læſæ maieſtatis procedere debet, ſicut Leo Imperator in primo lib. Cod. decreuiſſe legitur, titu. de epiſcopis & clericis. l. ſi quenquā. quod de accuſatione non de pœna*[b] *intelligi oportet. Vnde Imperator. Valerius & Gratianus lib. ix. Cod. tit. ad legem Iul. maieſt.*

CAN. XXIII.

NVllus omnino, cui incōſultis ac neſciētibus nobis fidicularum,[c] tormēta offeruntur, militiæ,[d] uel generis[e] aut dignitatis[f] defenſione uti prohibeatur: excepta[g] tamen maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus æquà conditio eſt.

Sed cū omnes illi aſſumātur in hac accuſatione ſimoniæ, qui poſſunt accuſare de crimine maieſtatis, cōſtat, quod ſicut ibi non dubitatur de crimine maieſtatis, ſed an reus cōmiſerit illud: ſic & hic non denegatur hæreſis, ſed impetitur accuſatus, an cōmiſerit hæreſim.

Sed cum. CASVS. *Hic concludit Gratianus ex ſupradictis hoc modo: Cū ſimonia & crimen leſæ maieſtatis paria ſint in accuſatione, ergo ſicut in crimine leſæ maieſtatis non dubitatur, an ſit crimen leſæ maieſtatis, ſed an commiſerit illud, ſic in crimine ſimonia non dubitatur ſimoniā eſſe hæreſim, ſed an commiſerit ſimoniam, licet neget hæreſim eſſe. Sed nota quod Grat. bene ſoluit in illo §. uerum. et illa ſolutio concordat cū Greg. ij. q. j. in primis. & q. vj. accuſatio. et quæ poſtea dicūtur in ſeq. §. ſunt allegationes. hoc dicit Io. & etiam bene H. tamen & Cardinalis non excuſant eum: ſed dicunt eum male dixiſſe, niſi in illo §. uerum. Poſſet etiam dici, quod epiſcopus iſte, de quo agitur in principio thematis, infamatus erat, licet religioſus appareret: ideo nō prodeſt ei, ſi negat ſimoniā eſſe hæreſim, ſed an commiſerit. Vnde infames bene admittuntur cōtra ipſum. & ita ſecundum hoc bene dicit Gratian. per totum §. niſi in §. illo, uerum, ubi loquitur allegando ſecundum hunc intellectum.*

QVAESTIO II.

QVod aūt[h] quæritur, ſi ep̄s accuſatus in accuſatorē accuſationem uertere uoluerit, an ſuæ ſimplici aſſertioni fides ſit adhibenda: facilè ſoluitur, ſi ſanctorū patrū authoritas diligēter inſpiciatū. ut enim ſancti patres diffiniūt, nullius perſonæ quantūlibet exercitatæ confeſſioni fides eſt adhibenda, niſi competentes probationes adhibeat.

Item in Carthaginēſi concilio quarto legitur.

Epiſcopus alicui crimē obijciens, in ſynodo probet quod obijcit. CAN. I.

EPiſcopus ſi clerico, uel laico[i] crimē impoſuerit, deducatur ad probationem in ſynodum.[k]

Sed obijcitur, ſi ſe ſolū alieni ſceleris conſcium nouerit, probare illud teſtibus non ualet. quid ergo tunc ſibi faciendū ſit.

Ex concilio Varenſi ſic diffinitur.

Epiſcopus nō proferat quod probare non poteſt.

CAN. II.

SI tantùm[l] epiſcopus alieni ſceleris ſe con

h QVod aūt. Nunquā ſoli epo credit. iiij. q. iij. iuriſiurādi. nec tenet lex. xj. q. j. quicunque.

i EPiſcopus. Laico. Sed huic c. eſt cōtra. xj. q. j. experientiæ. & c. ſi quis cū clerico. Sed quod hic dicit, intelligas de eccleſiaſticis criminib. Pōt tñ clericus iudicare de oī crimine quantū ad iniungēdā pœnitentiam. s. ea. q. j. illi qui. & xxij. qō. j. prædicandū. & ex. de iud. nouit. 2 Vel loquit ſecundū tempora apoſtolorum, quādo oēs cauſæ deferebant ad eccleſiā ut xj. q. j. relatum.

Clericus an de omni crimine poſsit iudicare.

2 Et optime extra, ut eccleſi. benef. c. j. verſicu. & ideo. & nota, ex̄. de offi. ordi. cap. j. licet aliter uideatur notari per B. & Innoc. extra de purga. cano. nos inter.

k Synodū. i. conuētū clericorū: qui cōciliū appellat. xij. q. ij. placuit. & c. ep̄s. ij. qui ſine eorū pręſentia, nō debet cauſas audire. xv. q. vij. ep̄s nullus. & hoc intelligo de criminali negotio, ſed in ciuili cauſa eliguntur arbitri: ut xj. quæſ. j. ſi clericus.

l SI tantum. Hæc duo cap. intelligit H. de occulto peccatore, & dicit quòd ſi ſcio aliquē eſſe in mortali peccato, licet ſit occultum, debeo ipſum uitare occulte, ſed non publice: nec poſſum eum de hoc accuſare, cum non habeam teſtes: ſed illud eſt perdurum, ut omnem quem ſciā peccatorem, debeam euitare, & eſt illud contra. ij. q. j. multi

Criminoſus occultus an debeat uitari a ſcientibus ipſum eſſe talē.

j.multi. Sed tu ponas caſum ſic: Epiſcopus aliquis ſolus ſcit aliquem in canonem incidiſſe, [1] debet eum corrigere priuate, & ſi incorrigibilis ſit, priuate uitabit eum, non publice, ne ſit proditor criminis, ut extra de ſentent. excommunica. cum non ab homine. in princip.

nobis. niſi hoc habeat conſuetudo: ut extra de fide inſtrum. cum dilectus. nā literis ſuis creditur, quibus ſignificat ſe aliquem excōmunicaſſe: ut xj.q.iij.curæ.
g Excommunicato. Id eſt, quem dicit excommunicatum.

ſcium nouerit, quandiu probare non poteſt, nihil proferat: [a] ſed cū ipſo ad compunctionem eius ſecretis correctionibus elaboret. Quòd ſi fortè correctus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicæ ingeſſerit, etiam ſi epiſcopus in redarguēdo illū, quem reum iudicat, in probatione deficiat, indemnatus [b] (licet ijs, [c] qui nihil ſciuerunt, ſecedere ad tēpus [d] pro perſonæ maioris authoritate iubeatur [e]) ille tamen quandiu nihil probare poteſt, in cōmunione oīum præterquā eius, qui eum reū iudicat, permanebit.

Item ex cōcilio Aphricano.

De epiſcopo, qui ſibi ſoli dixit aliquem crimen ſuum confeſſum fuiſſe.

CAN. III.

Placuit, ut ſi quando epſ dicit aliquem ſibi ſoli [f] proprium crimen fuiſſe confeſſum, atquè ille neget, nō putet ad iniuriam ſuā epſ pertinere, ꝙ illi ſoli non creditur: & ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle cōmunicare, quandiu excōmunicato [g] non cōmunicauerit ſuus epſ, tādiu eidem epiſcopo ab alijs non communicetur epſ, ut magis caueat [h] epiſcopus, ne dicat in quenquam quod alijs documentis conuincere non poteſt.

QVAESTIO III.

Iudicium [i] uerò Archiepiſcopi alterius prouinciæ alicui expetere nō licet. Vnde Gregorius ait:

Alterius parochianum alicui iudicare non licet.

CAN. I.

Scriptum eſt in lege: Per alienam meſſem trāſiens falcem mittere [k] non debes, ſed manu ſpicas conterere, & manducare. Falcem enim iudicij mittere nō potes, nec debes in eā ſegetem, quæ alteri uidetur eſſe cōmiſſa: ſed per effectum boni operis frumenta dominica uitiorum ſuorū expoliare paleis, & in eccleſiæ corpus admonendo [l] & perſuadēdo, & quaſi mandendo conuertere. Deut. 23

Item Pelagius Papa omnibus epiſcopis.

Quot ciuitates unaquæque prouincia habeat.

CAN. II.

Scitote certā eſſe prouinciam quæ habet decem uel undecim ciuitates, & unum regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe: & unum metropolitanum, alioſq; ſuffraganeos decem uel undecim epiſcopos [m] iudices: ad quorum iudicium om-

[a] Hic fuit caſus Benē. qui cō probat p decret. de ſenten. ex cō. cū non ab hoīe. ſed Gratia intellexit hoc c. §. tantum de excommunicato non p ſententiā: ut xj. q. iij. §. euidēter. & ſ. Arc.

a Proferat. Accuſando publice.

b Indemnatus. Sic ordina literam: ille tamen indemnatus, in communione omnium permanebit.

c Ijs. Id eſt, quantum ad eos, qui nihil ſciunt de excommunicatione illius, uel de crimine eius, ut extra de ſentent. excōm. cum illorū.

d Ad tempus. Id eſt, dum eſt in peccato.

e Iubeatur. Iubere enim poteſt prælatus aliquem ut abſtineat a ſua priuata communione, uel etiam à communione ſacramentorum: quia in ſecreto poteſt præcipere talia hominibus peccantibus. xxxiij. diſtinct. habuiſſe. Tamen per ſententiā non poteſt aliquis aliquem ſecreto ſeparare a participatione ſacramentorum, uel etiam ſuſpendere: poteſt ēt quis cum ſcit aliquem criminoſum, ſuo prælato dicere ut ipſum corrigat: ut xxij. quæſt. v. hoc uidetur. uel expone, iubeatur, id eſt, moneatur, ſic xxxj. queſt. j. hac ratione. Secundum præmiſſa patet, quòd non obſtat. j. de conſe. diſt. ij. non prohibeat. xciij. diſtin. ſi inimicus. vij. quæſt. j. ſcire. & xj. qō. iij. quibus epiſcopi. ubi dicitur, quibus epiſcopi nō communicāt nec nos communicare debemus. quia illa capit. de publice excommunicatis intelliguntur.

[2] Iſtud autem c. loquit de tali delicto, ꝓpter qđ delinquēs incidit in canonem, latæ ſentētiæ: alias eſſet contra. ij. q. j. multi. q̄a oēs peccatores non poſſumus uitare, ut ibi dicitur ſecūdum P. Vel dic ꝙ loquit de eo quē epſ nulla manifeſta cauſa nec ordinario iudicio habito a cōmunione aliorum præcipit ſeparari ſecūdū Lauren. q̄ ita not. in præ dict. c. quibus. Arch.

f Placuit. Sibi ſoli. Non tanquam Deo, ne ſit contra. de pœn. diſt. vj. ſacerdos. j. x. quæſt. j. quicunque contra. Sed illud non tenet. ſic ergo dicto ſolius epiſcopi nec creditur, nec etiam ſcripto, niſi adſit ſubſcriptio: ut extra de teſtib. cum a

h Caueat. Ecce pœna illius, qui iniuſte uitat aliquem, uel iudicat. ſic ſecunda. quæſt. j. c. nemo.

Iudicium. CASVS

Hic ponitur tertia quæſtio in qua quæritur an liceat ſibi expetere iudicium alterius metropolitani? & reſpondet quod nō, ut j. eo. c. i. ij. et iij. niſi de licentia ſui metropolitani: ut ij. quæſt. vj. placuit. & xj. quæſt. j. clericum.

i Iudicium. Nulli licet habere iudicē alterius prouinciæ, niſi per appellationem: ut iij. quæſt. vj. non liceat.

Scriptum eſt. Mittere. Nec ordinare, nec aliqua ſacramenta dare poteſt in alterius epiſcopatu. ix. q. ij. c. j. & ij. ſecus de proconſulibus, qui inſignia ſua extra prouinciam ferunt, & uoluntariam exercent iuriſdictionem. ff. de off. proconſ. l. j. & ij.

l Admonendo. Non tamen publice eis prædicando tanquam ius in eis habens. lxxj. diſt. hortamur. & ix. q. ij epiſcopum. ar. xiij. qō. j. c. j. xvj. q. j. interdicimus. Sed ſine ſolennitate ad bonum monēdo, [3] ꝙ quilibet poteſt facere, & etiā monachus. xvj. q. j. c. j. & c. quia iuxta. ſecundū alios poſſunt prædicare, non tamen concitando turbam. xvj. q. iij. placuit. ij. quia illud non conſiſtit in contentioſa iuriſdictione. Nec refert quis prædicet, ſed quid prædicet. xix. diſt. ſecundum. Ioannes.

[3] Quidā dicūt hoc eſſe uerū, ſi inuitent. vij. q. j. epī uel presbyteri. ubi de hoc. Archid.

m Scitote certā eſſe. Epiſcopus. Hoc ideo eſt ſtatutum,

Appellandō nō eſt omiſſo medio.

tutum, quia cauſa epiſcopi coram xij. epiſcopis eſt tractanda. xv. q. vij. ſi quis tumidus.

a Omnes. Archidiaconos non eſſe iudices.

b Secundum ordines. Ergo medio prætermiſſo non eſt ad ſuperiorem eundum, ut ij. q. vj. cap. anteriorū. uerſi. illo uidelicet. & c. decreto. & quæſtio. vij metropolitanum. ſic eſt argu. quod omiſſo archidiacono non itur ad epiſcopū: ut extra de offi. archidia. ca. j. & xviij. quæſtio. ij. cognouimus. & argu. contra extra de præben. referente.

ADDITIO.

Vbi de hoc & extra de appel. dilecti. dic ut ibi. Archid. De hoc etiam habes xxv. diſt. perlectis.

c Ab extraneis. Ergo metropolitanus eſt extraneꝰ iudex: non eſt ergo iudex prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, quære ix. q. iij. c. ij. Ioan.

d Denique. Vel infirmitate. uel malitia plebis, uel defectu ſcientię, uel irregularitate, ut extra de renun. niſi cum pridem.

e Reſtituatur. Sed nonne debuit perdere locū ſuum, quia ſpontanee reſpondebat coram extraneo iudice. xj. quæſtio. j. placuit. & iij. q. vj. non liceat? Sed dic quod papa pepercit ei. Et eſt hic argumen. de illicita renuntiatione, quod non teneat ſi fiat ignoráte ꝑlato ſuo, uel ſi fiat in manu alterius. xvij. qō. ij. Gonſaldus. extra de renū. admonet. ff. de offic. præſi. legatus. Sed contra, quia etiā tacite quis renūciat iuri ſuo, extra de ijs quæ fiūt a maio. parte capitu. ex ore. & vij. qō. j. eos. & extra de renū. quod in dubijs. & xxxij. qō. j. de bñficio. vij. qō. j. quam periculoſum. Dico quod ipſe non poteſt repetere: quia renuntiatio tenet quantum ad ipſum, ſed eccleſia poteſt eum repetere, ut vij. quæſtio. j non oportet. & cap. eos. Vel dic quod renuntiare poteſt ijs, quæ ſpectant ad onus, ſed non ijs quæ ſpectant ad honorem. Non enim ſubditus poteſt abdicare a ſe iuriſdictionem ſui epiſcopi. extra de foro compe. ſi diligenti. Ioan.

Renuntiatio illicita an teneat.

i Dic hoc eſſe uerū ſ prælaturis & beneficijs iā quæſitis: ſed ſecus in acquirēdis, ut in prædi. decreta. ex ore. ſecundū Goffr.

nes a cauſæ epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac ciuitatum referantur, ut ab his omnibus iuſtè & conſona uoce decernatur, niſi ad maiorem authoritatē fuerit ab ijs, qui iudicandi ſunt, appellatum. Vnde nō oportet, ut degradetur, uel dehonōretur unaquæque prouincia: ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes, & epiſcopos ſingulos, uidelicet ſecundùm ordines b ſuos: & quicūque cauſam habuerit, a ſuis iudicibus iudicetur, & non ab alienis, id eſt, a ſuæ iuſtis iudicib. prouinciæ, & non ab extraneis, c niſi (ut iam eſt prælibatum) a iudicandis fuerit appellatum.

Item Nicolaus papa.

Non aliorum, ſed primatis ſui iudicio quiſque ſe ſubijciat epiſcopus.

CAN. III.

DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimen nouerat, quo rectè poſſet epiſcopatu priuari, uel infirmitate d ſe ſentiebat forſitan prægrauari, quia impeditus nullis poſſet proximis ſua prælatione prodeſſe: is primatis ſui debuerat & non aliorum diœceſeos antiſtitum præſtolari iudicium. Quòd ſi quælibet ambiguitas, uel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione uel epiſcopatus abrenuntiatione oborta fuiſſet contentio, ex more ad apoſtolicam ſedem referri conuenerat, & noſtrá in his omnib. debuerant cuncti decreta penitus expectare: quod quia omiſſum eſt hactenus, dolemus. Dilectiſsimi igitur gloriam ueſtram uehemēter efflagito, ut iam dilectus Suffredus epiſcopus proprio reſtituatur e epiſcopio: & hic, ſi aliquid reprehenſione dignū geſſit, poſtea uel correctione, uel digna animaduerſione diffinietur.

Eſt tamen caſus, in quo epiſcopus alterius parochianum excommunicare ualet.

Vnde in concilio apud Compendium.

Quando epiſcopus parochianum alterius excommunicare ualet.

CAN. IIII.

PLacuit pro communi utilitate, ut nullus epiſcoporum grauiter ferat, ſi eius parochianum f pro deprædationis cauſa alter epiſcopus excommunicauerit.

Item ex concilio Meldenſi.

f Placuit. Parochianum. Sed nonne epiſcopus poteſt punire exemptos, g qui delinquūt in ſua diœceſi? Videtur quod ſic per cap. iſtud. & ſ. iij. q. vj. c. j. & extra de hæreti. ad abolendam. in fi. ubi dicitur, quod nullum priuilegium iuuat. & extra de priuil. tuarum. in fi. Item negligentiam talium poteſt ſupplere: ut extra de ſuppl. negli. prælato. ſicut. extra de priuil. cum & plantare & exceſſus eorū punire, ut extra de priuil. parētibus. Itē quia ratione delicti perditur priuilegium. xj. q. iij. priuilegium. Itē quia reatus omnē honorem excludit, ut C. ubi ſena. uel clariſ. l. j. Item quia in prouícia quis deliquit, illic iuri ſubiaceat, nullo ſe excuſaturus priuilegio. C. ubi de crimi. agi oportet. auth. qua in ꝓuincia. Non enim prætextu priuilegij conceſsi, flagitiorū creſcet authoritas: ut C. de priuil. ſchola. l. ij. lib. xij. ad idē in authen. de mand. princi. §. quod ſi delinquētes iueneris. collatio. iij. ubi dicitur: nō permittas nocentes aliquibus uti priuilegijs. Econtra probatur quod non poſſunt puniri, ut extra de priuile. ſane. & cap. cum capella. xvj. qō. j. frater noſter. & expreſſe dicitur extra de ſupplen. negli. prælat. ſicut. ſi enim tales poſſent puniri ſicut & alij, inutile eſſet eorum priuilegium. Item proconſul non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus: ſic nec epiſcopi de iſtis, qui quodammodo fiſcales facti ſunt per priuilegium. ff. de offi. proconſul. ſi in aliqua. §. j. Solu. quidā dicūt quod pro occulto delicto a ſolo Romano pontifice poſſunt puniri: ſed pro notorio poſſunt puniri ab epiſcopo loci, per id quod legitur extra de priuil. tuarum. Melius dicas, quod ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam, ut in contractu, uel in maleficio occidendo hominem, uel adulterando cum aliqua, tale delictum poteſt punire epiſcopus loci: quia etſi ſit perſona exempta, tamen res, in quā delinquitur, non eſt exempta. Si uero deli-

g Exemptos. De quo late Henri. de Bottis in trac. de ſynodo.

Exempti delinquētes in diœceſi epiſ. an poſsūt ab eo puniri.

quis

De eodem.

PALEA.

D*E illis aũt, qui ĩtra parochiã beneficiũ, aut hæreditatẽ habẽt, & alterius epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam*[a] *& deprædationes*[b] *peragunt, placuit ut excommunicentur:*[c] *nec antè ex parochia exeant, quam quæ patrarunt dignè emendẽt, quorum excommunicatio ſeniori eorum & proprio epiſcopo ſignificanda eſt: nec eos recipiat antequã illuc redeãt, ubi rapinam fecerunt, et ibi omnia pleniter emendent.*

QVAEST. IIII.

P*Orrò*[d] *cu ius iudiciũ ſibi expetẽdum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cæperint, ĩ Laodicenſi concilio ſic inuenitur diffinitum.*

A quo ſit ferẽda ſententia, quando comprouinciales epiſcopi diſcordant.

CAN. I.

SI quis epiſcopus criminaliter in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus: contingat autẽ epiſcopos prouinciæ,[e] qui conuenerint, diuerſas habere ſentẽtias:[f] & alios quidem innocentem eum pronuntiare,[g] alios reũ: propter huiuſmodi controuerſiam amputandam placuit ſanctę ſynodo metropolitanum epiſcopum alterius prouinciæ uicinæ aduocari,[h] & aliquãtos cum eo epiſcopos alios, qui pariter reſidentes quicunque fuerint, dirimant quæſtionem: propter hoc, ut ſit firmum iudiciũ, quod ab unius prouinciæ epiſcopis fuerit promulgatum.

Item ex concilio Martini papæ.

Quando indices electi de ſententia inter ſe diſcordes extiterint, de uicina prouincia archiepiſcopus aduocetur.

CAN. II.

SI quis epiſcopus ĩ aliquibus iudicatur, & uiderit ipſos epiſcopos, qui in prouincia ſua ſunt, inter ſe iudicio diſcrepare, ita ut alij uideantur eum, qui iudicatur, iuſtificare, alij cõdemnare, pro diffinitione huius diſſenſionis hoc placuit ſanctæ ſynodo, ut de prouincia uicina alter metropolitanus uocetur epiſcopus, ut per eum confirmetur, quod ſecundùm rectũ placuerit canonem.

Niſi eadem prouincia primatẽ habuerit, ad quẽ negotia, quæ per metropolitanũ terminari nõ ualent, referenda ſint.

Vnde Bonifacius Papa populis Galliæ.

Primati deferuntur negotia, quæ metropolitanus explicare non ualet.

CAN. III.

SI inter epiſcopos eiuſdẽ concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, uel de alijs negotijs,[i] primùm metropolitanus eorum cum alijs in concilio conſiderans rem dijudicet: & ſi non acquieſcat utraque pars iudicatis, tunc primas[k] regiõis inter ipſos audiat, & quod eccleſiaſticis canonibus

quit circa rem exẽptam, puta male gerendo ſe in officio ſuo, uel alienando res eccleſiæ ſuæ, in his a ſolo papa punitur. Vbi ergo factum exempti præiudicium affere nõ exemptis, bene epiſcopus loci punit in his, in quibus delinquens contingit ſuam iuriſdictionẽ. Secus ſi non afferat alicui præiudicium. Et hæc diſtinctio ꝓbatur extra de priuileg. cum capella. Et dicit quod cum delictum eorum publicũ eſt, poteſt puniri ab epiſcopo, ut ſupra dictum eſt, & ut dicit decretalis, patentibus. & cap. tuarũ. extra de priuilegijs.

a DE illis. Rapinam. quo ad res mobiles.

b Deprædationes. quo ad res ſe mouẽtes, ut animalia.

c Excommunicentur. ſcilicet ab ipſi' loci epiſcopo, uel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Archidiaco.

d POrro. Hæc q̃ſtio expedita eſt ij. quæſtio. vj. dicto §. diffinitiua. uerſ. item ſi plures.

SI quis. Iſtud capi. uidetur continere iniquitatem, tum ex eo quod nõ ſtatẽ hic iudicio maioris partis:[i] tum quia ex eo, quod alienus iudex iudicat nõ ſuum ſubditum. ſed expone ꝓut hic notaui. Ioan.

i Contra id ff. de re iud. duo.

e Epiſcopos prouinciæ. in pari numero.

f Sententias. id eſt, opiniones quibuſdam ſcilicet uolentibus eum abſoluere, quibuſdam uolẽtibus reſeruare ſententiam papæ.

g Pronuntiare. Nõ ſententiãdo, ſed opinionem ſuam recitãdo, & ideo ſic expone, ne ſit contra ff. de re iudi. duo. & l. inter pares. & ij. quæſtio. vj. item ſi plures. ubi dicitur, quod ſi diſcordant delegati, ad delegãtem eſt recurrendũ.

h Aduocari. Per papæ reſcriptum, id eſt, Papa committat metropolitanis & epiſcopis uicinæ prouinciæ negotiũ illud. ſic exponitur ſecundum illos, qui de iudicibus a papa delegatis hoc intelligunt. uel etiam de epiſcopis ipſis, qui ſui iudices ſunt, intelligas: & ſecundũ hoc eſt ſpeciale, qđ par pari poteſt cauſam delegare. Nam quandoque in defectum iudicis ordinarij par in parem habet imperium: ut lxv. diſtinc. capi. ulti. ſic ij. quæſtio. vj. placuit. ij. Vel forte hoc ſit de conſenſu partium. argu. xj. quæſti. j. iudices. Eſt etiam hic aliud ſpeciale, quod ſi diſcordant iudices, nõ obtinet ſententia plurimorũ. ſic C. de appella. iubemus. in fine. & extra de reſcriptis. paſtoralis. alias ſecus. lxv. diſtinct. ſane. Vel forte hoc tenet cũ pares ſunt hincinde iudices, ſed contrariũ eſt xxj. diſtinct. cap. ſubmittitur. ubi dicitur, quod ad maiorem iudicem eſt eundum: ſed hoc ſit (ut dixi) de conſenſu partium. Vel dic, ꝙ omnia iſta ſpecialia ſunt in cauſa epiſcopi, ubi omnes debent concordare in ſententia: ut infra ead. ca. iiij. Ioan.

Par pari põt cauſam delegare.

i SI inter epiſcopos. Negotijs. Not. pro ciuilib. negotijs poſſe celebrari ſynodũ, ut ſ. diſt. xviij. propter.

k Tunc primas. Argu.

& legibus ueſtris conſentaneum ſit, hoc diffiniat: & nulla pars calculo eius ualeat contradicere. [a]

Item Alexander papa.

De eodem.

PALEA.

SI metropolitanus a quocunq; cõprouinciali epõ in cauſa propria appellatus eum audire diſtulerit, in proxima ſynodo, negotij ſui habeat licentiam exercendi, & quicquid per iuſtitiam à comprouincialibus fuerit ſtatutum, debet cuſtodiri. Sed ſi omnium cõprouincialiũ concordi ſententia fuerit dãnatus, manebit erga eum immobilis cenſura.

Vnde in Antiocheno cõcilio legitur.

Epiſcopus, qui ab epiſcopis ſua prouincia conſonam ſentẽtiam reportauerit, ab alijs iudicari non poterit.

CAN. IIII.

SI quis epiſcopus criminaliter accuſat³ ab omnibus, [b] qui ſunt intra prouinciã epiſcopis, acceperit unã conſonamque ſniam, ab alijs ulteri⁹ iudicari non poterit: ſed manere circa eã oportet tanquã conuenientẽ, quæ ab omnib. prolata eſt firmã, ratamq; ſententiam.

Subintelligendum uerò eſt, niſi ad iudicẽ maioris authoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem ſoluta ſententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus papa ait:

Semel definitum retractari non licet, niſi ubi maior authoritas fuerit.

CAN. V.

QVod bene ſemel definitum eſt, [c] & interpoſitis iuramẽtis deliberatũ, nulla debet iteratione (niſi fortaſsis, ubi fuerit maior [d] authoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicenſi.

In renouatione iudicij, beati Petri memoria eſt habenda.

CAN. VI.

OSius epiſcopus [e] dixit, quòd ſi aliquis epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putet ſe bonam cauſam habere, alterum iudicium renouetur. Si uobis placet ſancti Petri Apoſtoli memoriã honoremus, ut ſcribatur uel ab his, [f] qui examinauerunt, uel etiam ab alijs epiſcopis, qui in prouincia proxima morãtur, Romano epiſcopo. Et ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, ut ea non refricentur, quæ acta ſunt: quæ decreuerit Romanus epiſcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo placet omnibus, ſtatuatur. Synodus reſpondit, Placet.

QVAESTIO V.

QVòd autem [g] deficiente accuſatore non ſit reus cogendus ad probationem, authoritate Gregorij probatur, qui ſcribens Maximo ait:

Onus probationis reo non incumbit.

CAN. I.

QVòd autem poſtulas, ut illuc perſonam dirigere debeamus, qua [h] de his, quæ dicuntur, poſsit eſſe probatio, eſſet utcunque excuſabile, ſi unquam ratio ei, qui accuſatur, neceſsitatem probationis imponeret. at poſtquam non tibi, ſed accuſantibus hoc onus incumbit, ad nos (ſicut præfati ſumus) dilatione ceſſante uenire non deſinas. Cùm accuſatus non negationem, ſed exceptionem probare debet.

Codice libro quarto, titul. de probationibus.

M

[a] Argu. quod maiora negotia prouinciæ non licet facere metropolitano ſine authoritate primatis. ſic lxvj. diſt. de perſona. & xcix. diſtin. c. j. & xvj. q. vj. ca. placuit. ſed illud intellige ſi appellatur ad ipſum, ut xviij. diſt. ca. j. & ix. q. iij. cap. conqueſtus. Contradicere. Ecce caſus ubi non auditur ſecundo appellans: ut dixi ij. q. vj. c. anteriorum.

[b] SI quis epiſcopus. Ab omnibus. Per hoc uidet, quod ſpeciale ſit in epiſcopo, ut ab omnibus debeat abſolui, uel condemnari.

[c] QVod bene Definitum eſt. A iudice per ſentẽtiam, uel etiam a quocũque. Et intellige de iuramento, q̃ iudex parti defert, non quod pars defert parti: quia illud nõ poteſt retractari: ut C. de rebus credi. l. generaliter. & ff. de iureiur. l. ad monendi. Item arg. quod qui iurat ſtare uel parere ſentẽtiæ uel mandato alicuius, quod poteſt appellare. ff. rem ratam hab. l. iij. §. falſus. ff. iudi. ſol. cum apud. extra de appel. ca. ad hæc. ij. & cap. præterea. & ca. quæſtioni.

Hunc intellectum nõ ſequit hic Hug. qui exponit ualeat cõtradicere, ſub. niſi p appellationẽ. j. ea. qđ bene. & idẽ ſẽtit Lau. dicens textũ habere locum, niſi ad maiorem iudicem fuerit appellatum. & idem etiã tenet Pe. Archid. Iuramentũ an poſſit retractari.

[d] Maior. extra de iureiuran. capit. uenientes.

[e] OSius epiſcopus. Argum. aliã eſſe cauſam appellationis a principali. Argu. contra xxxj. q. ij. c. Lotharius. & not. ij. q. vj. c. ſi epiſcopus. & §. poſt ſecundam.

[f] Vel ab his. Ille enim iudex, qui tulit ſententiam, ſi nõ deferat appellationi, reſcribet ei ad quẽ appellatur, opinionẽ ſuam, & quare non deferat appellationi: ut ff. de appel. reci. uel non. l. ſciendum.

Iudex a quo reſcribere dbet iudici ad quem.

[g] QVod autem. Reus ſi eſt cogẽdus ad purgationem, niſi laboret in famia: ut j. ead. cap. quod autem. & ij. q. v. ca. presbyter. ubi plene de hoc inuenies. Ioan. de Fant.

[h] QVod autẽ. Qua. id eſt, per quã. Sic ſ. iiij. q. iij. cap. qui intendit. & extra de præſumpt. c. cum in iuuentute. Accu-

Vel dic, id eſt, corã qua .i. in præſentia eius ſecundum Lau.

De eodem.

CAN. II.

Accuſator, [a] quod aſſeuerat profitendo ſe probare non poſſe, reum neceſsitate mõſtrandi contrarium non aſtringit: cùm per rerũ naturã [b] factum negantis [c] probatio nulla ſit. Hoc autẽ obſeruandum eſt, quando reũ publica fama non uexat. tunc enim authoritate eiuſdem Gregorij propter ſcandalum remouendum famam ſuam reum purgare oportet.

CAVSA VII.

Qvidam epiſcopus longa inualetudine grauatus, alium ſibi ſubſtitui rogauit, cuius precibus ſummus pontifex annuit, & quod rogauerat ei conceßit. Poſtea uerò conualuit idẽ epiſcopus, & quod prius fecerat, cupit reſcindi. Hic aduerſus eum, qui ſibi acceſſerat, quæſtionem mouet, ſuamq; cathedrã tanquã ſibi debitam repoſcit.

1 *Hic primùm quæritur utrùm uiuẽte epiſcopo alius poßit in eadem eccleſia ordinari?*

2 *Secundò, an iſte ualeat repoſcere cathedrã, quã ſua interceßione alter accepit.*

QVAEST. I.

I ps *Qvod autẽ uiuẽte [d] epõ alius ſuperponi aut ſuperordinari non poßit, ex concilio apud Aruerniã celebrato defi nitũ eſt, in quo legitur, ut nullus uiuẽte epiſcopo alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus: ſi forſitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.*

Item ex regiſtro Gregorij papæ ad Anatoliũ Conſtãtinopolitanum diaconem.

Actore ſi probante re⁹ abſoluitur regulariter. [a] Accuſator ex hác lege, duæ habentur regulæ. Vna, quod niſi actor probet quod intendit, reus abſoluitur. [1] Secunda eſt, quod negantis factũ nulla eſt probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione præſumptionis transfertur probatio ad reum: [2] ut extra ut eccle. beneſi. ut noſtrum. & extra de procur. ex inſinuatione. in fin. & ff. de dona. inter uirum & uxo. Quintus. Itẽ cum actor intentionem ſuam fundauit iure communi: ut C. de proba. l. ſiue. xxviij. diſtin. quia ſunt culpæ. 100. diſt. contra morem. Item cum reus ſponte aſſumit ſibi onus probandi: ut ff. de proba. circa. Item in communibus iudicijs utriuſque probatio auditur: ut extra de proba. ca. ex literis. Item cum uterque contendit ſe poſsidere, extra de proba. c. licet. Item in crimine falſi utriuſque teſtes audiuntur: ut C. de falſ. l. ubi. Similiter in crimine læſæ maieſtatis, & in ſacramẽtis deſertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus utriuſque teſtes audiuntur: ut C. de abol. l. fallaciter. in fine. Et de ſecunda regula notabis, quod triplex eſt negatiua, facti, iuris, & formæ ſiue qualitatis. Negatiua facti eſt, in qua negatur aliquid factum eſſe. Hæc ſi non habet determinationem loci, uel temporis, nunquam poteſt probari, ut ſi quis dicat ſe citatum non eſſe, uel ſe non cóntraxiſſe cum Berta, tales improbari poſſunt, ſed probari minime. De tali loquitur hic, & hoc ideo, quia negationum non ſunt cauſæ. Si autem adijciatur tempus uel locus, tunc poteſt probari, ſi probatum fuerit de alio tempore, & de alio loco: ut extra de teſti. c. ex tenore. & C. de contrahen. ſtipu. l. optimam. Idem dico de hac negatione, quod capitulum non fuit citatum: quod cum determinatione temporis poteſt probari, licet contrarium innuatur, extra de elec. c. bonæ. ſed illud non eſt propter uim negationis, ſed potius ſingularitatis. Quandoque tamen negatiua probatur ſine determinatione temporis, ut extra de proba. ca. tertio. Sed illa potius eſt præſumptiua probatio, quam uiolenta. Et ſic intelligitur, quod eſt extra de teſti. tam literis. in fine. Item negatiua facti probatur cum habet implicitam affirmatiuam, ut extra de renuntia. ſuper hoc. Item negatiua iuris bene probatur: ut ff. de probatio. l. ab ea parte. quia qui negat aliquid iuſte factum, dicit illud iniuſte factum. Et quia præſumitur aliquid potius iuſte quàm iniuſte factum, ideo illud tenetur probare. Negatiua formæ ſiue qualitatis dicitur iſta, Iſte non eſt idoneus, non eſt legitimus, non eſt ſoluendo: & talis eſt probanda [3] ab eo, qui eam proponit, ut extra de preſump. c. dudum. & ff. de leg. ij. l. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo. & C. de inoffi. teſta. l. omnimodo.

[1] Cõcor. l. q accuſare. C. & edendo. & in l. actor quod aſſe uerat. C. de proba.

[2] Quãdoque econtra a reo, ſ. transfertur probatio. ff. de proba. ſi pactũ. & l. ſi chirographũ. & l. cum de indebito. in pri. §. j.

Negatiua eſt triplex.

[3] Scilicet ab eo, qui eam obijcit ſecundũ B. quod dic ut no. extra de elec. bonæ memoriæ Maguntinenſis.

[b] Per rerum naturã. id eſt, per conſuetudinem cauſarum. Item iſte intellect⁹ perpenditur per id, quod legitur xxxv. q. v. c. ult. in fin. ſic extra de fide inſtru. capi. inter dilectos. & ſic extra de cauſa poſ. & propri. c. cũ eccleſia. & extra de fide inſtr. cap. ij.

[c] Negantis. Sic extra de cauſa poſ. & proprie. ca. cum eccleſia. & extra de pba. quoniam.

Qvidã epiſcopus.

CASVS.

Supra ſexta, quæſt. iij. c. denique. facta fuit mentio de renuntiatione epiſcopatus, Vnde Gratianus nactus occaſionem, ſubijcit cauſam iſtam, in qua tractat de renuntiatione: & an prælato uiuente alius ſit ei ſubſtituendus, & de mutatione ſedis & quibuſdam alijs. quæ omnia, ut competentius agat, thema proponit, duas inde eliciens quæſtiones.

Qvod autem uiuente. Hæc quæſtio diuiditur in nouem partes. In prima probatur quindecim authoritatibus, quod nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua, nec etiam pro infirmitate, niſi ipſe renuntiauit: nec alius poteſt eligi altero non renuntiante, niſi de papæ licentia ſpeciali. Secunda ibi, Ne autem. Tertia ibi, Ecce quod. Quarta ibi, Ambitionis. Quinta ibi, Quod uero. Sexta ibi, Hoc non ſolum. Septima ibi, Ecce in quibus. Octaua ibi, Item cum aliquis. Nona ibi, Hoc etiam tunc obſeruandum. Ioan. de Fan.

Epiſcopo uiuente an poſſit alius ſubrogari.

[d] Quod autem uiuente. Dicendum eſt, quod non, niſi ſit depoſitus. 50. diſtin. poſtquam uel niſi renuntiauerit

Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus.

CAN. I.

SCripſit mihi dilectio tua, me reuerendiſſimo fratri meo Ioãni primæ[a] Iuſtinianæ ſedis epiſcopo pro ægritudine capitis, quã patitur epm̃ præcipere ſuccedere: ne fortaſſe dum epiſcopi iura eadem ciuitas non habeat (quod abſit) ab hoſte depereat. Et quidem nuſquã canones præcipiũt, ut pro ægritudine epiſcopi eps̃ ſuccedat: & ideo iniuſtum[b] eſt, ut ſi moleſtia corporis irruat, honore ſuo priuetur ægrotus. Sed ſuggerendum eſt, ut ſi quis in regimine ægrotat, diſpenſator[c] illi talis requiratur, qui poſſit eius curam omnem[d] agere, & locum illius in regimine eccleſiæ (ipſo non depoſito) cõſeruare, ut neque Deus omnipotẽs offendatur, neq; ciuitas neglecta eſſe inueniat̃.

Idem in epiſtola ad Candidum.

Flagellatis a domino, afflictio addi non debet.

CAN. II.

CVm percuſſio corporalis imminet, utrùm pro purgatione[e] an pro uindicta contingat, Dei iudicium in hoc ignoratur: & ideo nõ debet à nobis addi flagellatis[f] afflictio:[g] † ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Item Gregorius Clẽmentino epiſcopo primati Byzanceno.

Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet.

CAN. III.

PRæſentium latoris Adeodati querelam, qui ſe presbyteratus ſui loco incongruè dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet, tamen paulò iudicauimus apertius retexendam. Aſſerit nanque a Quintiano fratre & coepiſcopo noſtro in loco ſuo quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotijs relaxatum, ægritudinisq; cauſa per duorum[h] mẽſium ſpatium ſuæ ſe eccleſiæ defuiſſe: cuius rei occaſionem captantem prædictũ

elauerit de licentia Papæ, ut ĵ. ea. cap. mutationes. uel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam, quo caſu carebit habita & ambita. ĵ. ea. ſi quis epiſcopus. ad inſtar inuaſoris, qui amittit rem inuaſam, & aliud tantundem, ut C. unde ui. ſi quis in tantam. In ægrotante autem diſtinguunt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis, ut tunc alter ſubſtituatur, uel etiam ſi nimis ſenex eſt ad inſtar iudicis. ff. de iudic. ſi longius. C. de offic. præfecti orien. l. ſi quos. Sed hoc non admitto, niſi in leproſo, qui a dignitate remouetur propter ſcandalum. extra de cle. ægrotan. tua. Hoc etiam ſcias, quod epileptici & alij diuturno morbo laborantes non promouentur, ut xxxiij. diſtin. communiter. & extra de elect. cum inter. ſed promotum morbus non deijcit. ut hic, & ĵ. cap. ij. ſed datur ei coadiutor: ut ĵ. capit. j. Sed ex diſpenſatione magna quandoque uiuẽti epiſcopo alter adiungitur: ut ĵ. ea. non autem. & idem de quolibet clerico intelligas. Sed abbates facti inutiles remouentur penitus. xviij. quæſtio. ij. ſi quis abbas. ſicut etiam fit in iudice. C. de offic. præfecti oriẽ. l. ſi quos. cum etiam ex modicis cauſis remoueantur.[1] extra de ſimon. per tuas. vbi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem fit inhabilis, remouendus eſt, ut uidetur extra de æta. & quali. cap. j. uitæ tamen neceſſarium recipiat. ĵ. eo. quamuis.

a SCripſit mihi dilectio. Primæ. Id eſt, Salonitanæ: quia ibi Iuſtinianus primo reſedit. Alij dicunt Rauennam, & non Salonitanam eſſe primam Iuſtiniani ſedem.

b Et ideo iniuſtum. Præeſſe enim intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur, licet ſit infirmus. C. de ſta. libe. cum hæres.

c Diſpenſator. Simile. ff. de tute. l. ſolet etiam. ubi dicitur quod ſi tutor propter longam ægritudinem non poteſt adeſſe, datur ei curator: qui potius dicitur adminiſtrator.

d Curam omnem. i. res eius adminiſtrare, ſed quæ ſpectant ad pontificale officium, uicini epiſcopi ſupplebunt. ĵ. ea. pontifices. Et eſt hic argu. ꝙ coadiutor & adminiſtratores uel uiſitatores debeant habere liberam & generalem adminiſtrationem,[2] ut ĵ. e. quamnis. & extra de elect. cũ nobis olim. in ſi. & xxj. q. j. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorem? Dico eum cogendum per ſuperiorem. extra de cenſib. Romana. uerſi. ſi uero. lib. vj. & argum. ff. de minor. l. aut. §. j. multa enim bona præſtantur inuitis, ut xlv. diſtinctione. & qui emendat.

e CVm percuſſio. Purgatione. id eſt, probatione. ĵ. eadem. aduerſitas.

f Flagellatis. Sufficienter, ſed non ſufficienter afflictis addi poteſt, ut xxj. quæſt. v. ſi quis a proprio, & cap. ſequen. & eſt argumentum, quod poſt pœnitentiã non poteſt quis accuſari[3] de crimine, ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri. ff. de iure do. & ff. de condict. ob cauſ. ſi pecuniam. §. ulti. ſimiliter pœna non debet uerti in culpã. ut ſupra diſtinctione quinta. baptizari. & capitu. ad eius uero.

g Afflictio, ſ. iij. quæſt. ix. indicas. & extra de iudic. at ſi clerici. & ſ. diſtin. v. cap. j.

h PRæſentium. Per duorum. Idem forte ſi per unum, ut ĵ. eadem. ſi quis in clero.[4] hic ſumit argumentum M. qd' ſi epiſcopus indeterminate licẽtiauit clericum, nõ uidetur eum licentiaſſe ultra duos menſes. ſed tamen hoc eſt referendum ad arbitrium boni uiri, conſiderato negotio. argumen. ff. de uerborum obligat. continuus. Ad hoc capitulum benefacit. ff de re militari. qui commeatus. nam ibi dicitur quod ſi aliquis abeſt ultra ſtatutum tempus, pro deſertore habetur. Simile bonum argumentum. xxj. quæſtione ſecunda. placuit. Poteſt tamen per modicum tempus purgare moram. lxxxviij. diſtinctione, perlatum. Non enim feſtinabit iudex ad ſententiam, ubi quis iuſta cauſa abfuerit,[5] ut ff. de damno infecto. ſi finita. §. ſi forte. etiam licet ad præfixum terminum reus non ueniat, ſed habebitur ratio uiarum, temporis, & ægritudinis, & alterius impedimenti, ut ff. de uaca. mune. l. tempus. ff. quibus ex cauſis maiores. l. ſi cui. §. primo. poteſt enim abſens iuſtam habere excuſationem: ut extra ut lite non conteſtata. quoniam frequenter. Lex dicit, quod ſi quis per licentiam abeſt, ſi uſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, ut C. de aduocatis diuerſorum iudicum, l. ultima. Ioan.

1 Dicunt quidã iuris ordine ſeruato, ut ex. de accuſa. ad petitionẽ. in fine ubi de hoc. Approbat Hoſtiẽ. licet B. ibi aliud innouere videatur ꝗ cum tit. c. qualiter. ij. in fine.

Coadiutor debet habere liberam adminiſtrationem.

2 Multo fortiꝰ hoc obtinere debet in uero prælato. quod eſt verũ: ut not. v. q. iij. c. ul. Archid.

† Cõcor. tex. in l. ſi ſeruus. ff. de euic. & in authẽt. nauigia. cum gl. ij. C. de furt.

Afflictio quandoq; datur afflictis.

3 Hoc argu. nõ procedit. 34. q. ij. admonere. qd' dic ut no. extra de accuſa. de his.

4 De hoc plene no. ex. ut lite non cõteſtata. quã. in glo. de abſentia, &c. & ĵ. e. §. ambitionis. Archidia.

Abſens non eſt feſtina ſententia cõdemnandus.

5 Adde ꝙ talis ſentẽtia nõ preſumitur ſolennis. gl. in l. ij. ff. de in ius vocan.

fratrem noſtrum, alium loco eius illic presbyterum ordinaſſe. Hortamur itaque fraternitatem tuam, ut cauſam eius ſolicitè diſtrictéque perquiras, & ſi manifeſtæ ægritudinis (ſicut dicitur) cauſa eccleſiæ ſuæ defuiſſe eum repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari, ſed in loco ſuo ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui. & infrà. Illud autem charitatem tuam ſpecialiter admonemus, ut ſi uera fuerit huius ſuggeſtio, atque in ſuo ordine fuerit reſtitutus, de presbytero, qui in loco eius ordinatus eſt, ſubtiliter diſtrictéq; debeas eſſe ſolicitus, & ſi quidem ſine datione aliqua ad eundem ordinem peruenerit, ut in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere, in aliam a quamcunque uacantem eccleſiam eum uolumus ordinari. Sinautem in eũ quippiam (quod auertat dominus) tale fuerit repertum, ipſo etiam presbyteratus ordine priuetur, quem non cauſa replendæ neceſsitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

Item Nicolaus Papa Aluino Ianuenſi archiepiſcopo.

Pro infirmitate, uel ægritudine pontifices non ſunt abijciendi, nec in eorum locum alij ſubſtituendi.

CAN. IIII.

Pontifices, qui aliqua occupantur infirmitate, uel ægritudine, abijciendi non ſunt, nec alij in loco eorum conſecrandi ſunt, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti: quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt b ſacerdotes c expleant. In his uerò quæ his præſumere non licet, d vicinorum, e uſque f ad recipiendam ſanitatem epiſcoporũ auxilia ſubrogentur: & hoc cũ cautelæ g ſtudio peragant, ne per neceſsitatis occaſionem, præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos uerò, qui dominici gregis ſuſcipiunt curam atque ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere nõ oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus.

Item ex epiſtola Cypriani epiſcopi & martyris.

Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non ualet.

CAN. V.

Factus eſt Cornelius epiſcopus, de Dei & Chriſti eius iudicio, de clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc h af-

a In aliam. Argum. quod ſi concedo alicui eccleſiam, quę ab eo euincitur, teneor ei aliam concedere, ut extra de præben. inter cætera, quia iuuari nos beneficijs non decipi oportet, ut ff. commodati. l. in commodato. §. penultimo. ꝟ. eadem. omnis. & capitulo, paſtoralis. & eſt contra id quod dicit lex quod donator non tenetur de euictione. ut C. de ædilit. edicto. l. ad res donatas. Sed hic non dicitur epiſcopus donare: quia habet neceſſe concedere eccleſiam, & in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit. ff. de adimendis legatis. l. rem legatam. Tamen de dolo poſſum agere contra donatorem ſi mihi ſcienter det rem alienam, ut ff. de donationibus. l. Ariſto. §. ultimo. Item ſi quis per uiolentiam expellitur de eccleſia, non habet recurſum ad epiſcopũ, ſicut nec emptor ad uenditorem in hoc caſu, ut C. de action. empti. & uenditi. l. expulſos. Et nota quod hoc capitulum ſemper conſueuit ad hoc induci, quod ſpoliatus a iudice non poſsit petere reſtitutionem: ut ij. quæſtio. j. notum. Iudex enim non dicitur facere uiolentiam, ut xxiij. quæſtione ij. cap. j. ff. quod metus cau. l. iij. Semper enim pro ſuo facto præſumitur, niſi poſsit de dolo argui: ut ij. quæſt. vj. hoc etiam. Ioannes.

b Pontifices. Quæ licita ſunt. Vt miſſam canere, & prædicare, ut xcv. diſtinctione, ecce.

c Sacerdotes. Id eſt, Archidiaconi uel decani, qui uicarij ſunt epiſcopi, ut xxv. diſt. perlectis.

d Non licet. In his quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt lxviij. diſtinct. quamuis.

e Vicinorum. Sic lxv. diſtinct. ſi forte.

f Vſque. Sic C. de cura. furio. cum alijs.

g Cum cautela. Id eſt, præſtabit cautionem de bonis eccleſiæ non uſurpandis. Ioan. Cum cautelæ. Id eſt, præſtabit cautionem quód ex hoc ſibi nullum ius uendicabit. & argu. eſt quod quis pro poſſeſſore habetur ex eo, quod fuit in poſſeſſione, a niſi proteſtatio præceſſerit, ut hic, & ſupra xxiiij. diſtinctione. presbyteri. & extra de iure patr. conſultationibus. argu. contra extra de reſtitut. ſpoliat. olim. iij. & x. qõ. iij. quia. & extra, de offic. delegat. conſultationibus.

h Factus. Quæ tunc. Hic uidetur, quod abſentes non ſunt uocandi ad electionem. ut x. quæſtione ij. hoc ius. & extra de ſententia & re iudicata. cum olim. maxime ſi ſint remoti, ut extra de electio. cum inter. imo & ſi in hortis ſunt, non uidentur uocandi: ut ij. qõ. vj. cap. biduum. ſufficit enim ad citationem pulſatio campanæ: ut extra de offic. cuſtod. c. j. & ij. & extra de elect. in cauſis. & extra de poſtulat. prælat. cap. penult. & antepenult. & lex dicit illos ſolos uocandos, qui ſunt in urbe, ut C. de legatio. l. ultim. libro x. Quod autem uocandi ſunt abſentes, probatur, lxiij. diſtin. quanto. Alioqui plus nocet contemptus unius, quã contradictio plurium, ut extra de elect. quod ſicut. & c. cum nobis olim. Nam remoti ſunt uocandi ubi tractatur publica utilitas, ut C. de decur. curiales. l. ij. lib. x. Solutio. Semper uocandi ſunt ubi commode uocari poſſunt, ut extra de elect. quod ſicut. Sed ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliqui poſſunt eligere, ut ibidem dicitur: tñ ſi aliquis nõ põt intereſſe, ſi ſuo iuramẽto fidem de hoc fecerit, permittitur ei per procuratorem eligere, qui ſit de collegio, ut extra de elect. quia propter. Extra prouinciam tñ nõ ſunt uocandi, ut extra de elect. corã. quia poteſt abſens

Eccleſia euicta an poſsit agi contra epiſcopũ qui illam contulit.

e Reſtitutionẽ. hoc uerũ ſi rite & iuridice ſit ſpoliatus, alias ſec°. Panor. c. cõquerente. de reſt. ſpoliat. & a iudice competẽti habẽte poteſtatẽ, licet iniuſte faciat. Panor. c. cum cauſa. de offi. delegati. debet ergo appellar, uel reſtitutionẽ in integrũ uerbis adumbratis peter, ceſſantib° remedijs cõtra priuatos prodi...

a Iſtam ſententiã uidetur tenere Inn. extra, de reſti. ſpol. ſæpe. i gl. ff. de iudi. &c. in fin. ver. Inno. plus uidetur, &c. Archid.

Abſentes an ſint ad electionẽ uocandi.

fuit ſuffragio, de ſacerdotum antiquorum & bonorum uirorum conſenſu: cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cùm locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis uacaret: quo occupato: [a] & de Dei uoluntate, atq; omnium noſtrum conſenſione confirmato, [b] quiſquis iam epiſcopus fieri uoluerit, foris fiat neceſſe eſt: nec habeat eccleſiaſticam ordinationẽ, [c] qui eccleſiæ non tenet unitatẽ. Quiſquis ille fuerit, licet de ſe multum iactans, & plurimum ſibi uendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt: & cũ poſt primum eſſe nõ poſſit, quiſquis, qui poſt unum, qui ſolus eſſe debet, factus eſt, iam non ſecundus ille, ſed nullus [d] eſt.

Item eiuſdem.

Non eſt epiſcopus, qui in locũ uiuentis irrepſerit.

CAN. VI.

NOuatianus epiſcopus non eſt, qui Cornelio epõ in eccleſia a ſexdecim coepiſcopis facto, adulter atque extraneus eps fieri a deſertoribus per ambitum nititur. Et cum ſit à Chriſto una eccleſia per totum mũdum in multa membra diuiſa, [e] item epiſcopatus unus multorum eporum concordi numeroſitate diffuſus: ille poſt Dei traditionem, poſt connexam & ubique coniunctam catholicæ eccleſiæ unitatẽ, humanam [f] conatur eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos ſuos Apoſtolos mittit, ut quædã recẽtia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat. Cumq; iampridẽ per omnes prouincias, & per urbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti, ille ſuper eos creare alios pſeudo epos audet, quaſi poſſit, aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici ordinis cõpagem diſcordiæ ſuæ ſeminatiõe reſcindere: neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia [g] feruere, incrementa uerò habere non poſſe, nec augere, quod illicitè cœperint, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. & infra. Qui ergo nec unitatem ſpiritus, nec cõiunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ uinculo, & ſacerdotum collegio ſeparat, epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui epiſcopatus nec unitatem uoluit habere nec pacem.

Idem ad Papinianum.

Non eſt in eccleſia, qui cum epiſcopo pacẽ nõ habet.

CAN. VII.

SCire debes, epm in eccleſia [h] eſſe, & eccleſiam in epiſcopo: & ſi quis cũ epo non ſit, in eccleſia non eſſe: & fruſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam ſe cõmunicare credunt: quã do eccleſia, quæ catholica una eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa.

Idem.

Suo iuri quis cedere non debet.

CAN. VIII.

QVam periculoſum [i] ſit in diuinis [k] rebus, ut quis credat iuri ſuo & poteſtati, ſcriptura ſacra declarat, cum Eſau primatus [l] ſuos inde perdidit, nec recipere poſtmodum potuit, quod ſemel ceſsit. Gen. 25.d

Idem.

Perditionem ſibi acquirunt, qui ab epiſcopis recedentes unitatem eccleſiæ ſcindunt.

---

abſens habere iuſtã excuſationem, ut extra ut lite non conteſta. quoniam frequenter. Hodie autem ſuper iſta uocatione ſufficit conſuetudo eccleſiarũ, per decreta. extra de elect. in Geneſi.

a Quo occupato. Id eſt, canonice ſumpto.

b Confirmato. Ergo electio papæ eſt confirmanda.

Hoc tamen non eſt uerũ: & ſpãle eſt I eo, quia cum eligitur, confirmatur, & confirmãdo eligit: ut xxiij. diſt. in nomine domini.

c Ordinationem. Argu. quod quæ ab intruſo fiunt, non tenent: ut xij. qõ. ij. alienationes. ix. qõ. j. c. ordinationes.

ADDITIO.

Ad hoc not. extra de elec. nihil in gl. in duobus caſibus extra de ſchiſmaticis. c. j. ibi uideas.

d Sed nullus. Argument. quod nullus eſt, qui malus eſt. ſimile extra de transla. c. inter corporalia. ſic ſecũda, quæſt. vij. cap. non omnes. & xix. diſtinct. ca. ſecundum. Argum. contra. prima, quæſt. j. c. quod quidam.

NOuatianus. e Diuiſa. xxiiij. q. j. loquitur.

f Humanam. Id eſt, nõ ſpiritualem.

g Initia. Argumẽt. contra nouitios magiſtros, qui primo feruent, & poſtea deficiunt. xxiij. qõ. iiij. cap. diſplicet. & capi. non inuenitur & capi. ſi eccleſia. imo a minimis eſt incipiendum: ut xlviij. diſt. c. ſicut.

SCire debes. h In eccleſia. ſexta q. ij. ca. ſi tantum. contra. ſed ibi ſolutum eſt. hic dicitur eccleſia epiſcopus. alibi eſt idẽ quod eccleſiaſtici uiri: ut ſ. lxiij diſt. ca. j. alibi ponitur pro maiori parte: ut ſ. lj. diſt. ca. apoſtolica. qñque ꝓ cõgregatione fideliũ, j. de conſe. diſt. j. ca. eccleſia. Et dic per exempla uarias ſignificationes, ut extra de teſta. c. relatũ. & extra de uer. ſigni. ca. cum clerici. extra de uſu pallij. cap. j.

Eccleſia multipliciter dicitur.

i QVam periculoſum. Arg. quod qui iuri ſuo renunciat, illud repetere non poteſt. j. ea. capi. eos. xxiij. q. iiij. ſi illic. ff. de ſuc. edic. l. j. §. qui ſemel. & C. de pact. l. poſtquã. j. ead. c. hoc nequaquam. ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. ſi uenditor. ubi dicitur, quod remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas. xcij. diſtin. c. ſi quis epiſcopus. xviij. quæ. ulti. cap. dudum. & notaui vj. q. iij. cap. denique.

Iuri ſuo renũtiãs, illud repetere nõ poteſt.

k In diuinis. tempore periculi: ut j. ea. c. ſuggeſtum.

l Primatus. Ius ergo primogenituræ (ut dicunt) eſt dignitas talis: quia primogeniti ꝑ alijs in feſtis ſacrificia offerebant. & quod ſedebant

Ius primogenituræ eſt ſpirituale.

ſedebant ad dexteram patris, & quod cibos duplicatos recipiebant. Et dicit Gandulphus Eſau cōmiſiſſe ſimoniā: quia illud ius ſpirituale fuerat, quod uendidit. ſed eſt contra eum j. quæ. j. cap. qui ſtudet. ubi dicitur quod Giezi fuit primus, qui cōmiſit ſimoniā. Sed nunquid peccauit Iacob emēdo? Non. qa gratis hoc fuiſſet daturus, uel qa redemit id, quod ſibi diuinitus erat debitum. extra de dinor. gaudemus.

j.Re.12 e

[redacted]

a D Enique. Rege ſuo. ſcilicet filio Salomonis. Et eſt hic argu. quod filij Regum de iure debent eſſe reges. Argum. contra. viij. quæſtio. prima. capit. Moyſes. & xciij. diſtinct. cap. legimus.

b Quod ijdem, qui. Argu. quod idem eſt populus, qui fuit ante mille annos. ſic xvj. diſtinctio. capitu. habeo. & ff. de iudic. l. proponebatur. Sed contra, iſti fuerunt ante tēpus Chriſti ultra Caſpios montes trāslati. Sed dic, quod adhuc multi ſequebantur eos in uitijs ſuis: unde illi ijdē dicebantur eſſe cū eis. j. quæſtio. ij. cap. cito.

c Adæquari. xxiiij. quæſtio. j. ca. non afferamus. contra ubi dicit ſchiſma eſſe grauius peccatum, ſed expone grauiꝰ, id eſt, periculoſius, xxxij. quæſtio. iiij. c. nemo.

d Memoriale. hæc quæ generant materiam mali iubentur publice exponi, ut alijs terror incutiatur, ut hic, & xix. quæſt. iij. c. mandāmus. quandoque iubentur deſtrui, ne refricent facti memoriam. xv. quæſt. prima. capi. mulier. Ioannes.

Ad huius dicti declarationē uideas qōnem B. b. quæ ſcipit, Bononien. iurauerunt, &c. & eſt qō. dominicalis. & ī. ead. ſicut uir. in gl. ij. & ꝑ legi. & nota. xxxij. qō. iiij. recurrat. ꝟ. ſ. quæ autem peperit. Archi.

CAN. IX.

D Enique quàm ſit inſeparabile unitatis ſacramentum, & quàm ſine ſpe ſint, & perditionē ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciūt, & relicto epiſcopo alium ſibi foris pſeudo epiſcopum conſtituunt, declarat ſcriptura diuina in libris Regum, ubi a tribu Iuda & Beniamin decem tribus ſciſſæ ſunt: & relicto rege ſuo, a alterum ſibi foris conſtituerunt. Et indignatus eſt (inquit) dominus omni ſemini Iſrael: & demoliuit eos, & dedit eos in direptionē, donec abijceret eos a facie ſua: quia diſſipatus eſt Iſrael a domo Dauid: & conſtituerūt ſibi regē Ieroboam filium Nabath. Indignatū eſſe dixit dominū, & eos in perditionem dediſſe: quia ab unitate diſſipati alterum ſibi regem conſtituiſſent. Tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerunt, ut etiam cùm homo Dei ad Ieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque ultionem futuram prædiceret, panem apud illos edere, & aquam bibere uetaretur: quod cùm non cuſtodiſſet, & contra præceptū domini prandiſſet, ſtatim diuina cenſura percuſſus eſt, ut inde regrediens impetu ac morſu leonis in itinere necaretur. Sed adhuc in Euangelio ſuo dominus maiorem intelligētiæ ſuæ lucem manifeſtat: quòd ijdem, qui b tunc ſe à tribu Iuda & Beniamin ſciderant, & Ieroſolymis relictis in Samariam ceſſerant, inter pſeudo prophetas & gentiles computarentur. Nam cùm primùm diſcipulos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit, & dixit: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. Et ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præterire iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari. c & poſt pauca. Quòd uerò eundem, quem nos Deum patrem, eundem filium, eundē Spiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nā & Chore, Dathan & Abyron cum ſacerdote Aaron & Moyſe eūdem Deum nouerāt, pari lege & religione uiuentes, unum & uerum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſsi, & cōtra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perfecerat, ſacrificandi ſibi licentiam uendicauerunt, diuinitus percuſsi, pœnas ſtatim pro illicitis conatibus pependerunt: nec potuerunt rata eſſe & proficere ſacrificia irreligioſè & illicitè, & contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa in quibus incenſum illicitè fuerat oblatum (ne in vſum decætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendi poſteris exhiberent) iuſſu domini conflata atque in igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundum quod loquitur ſcriptura diuina: Memoriale d (inquit) filijs Iſrael, ut non accedat quiſquam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Deum, ut non fit ſicut Chore. Et tamē illi ſchiſma e non fecerant, nec foras egreſſi contra domini ſacerdotes impudenter atque hoſtiliter rebellauerant: quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, & contra pacem, atq; unitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatū aſſumere, & baptizādi atq; offerendi licentiā uendicare conant.

Mat. 10. a

Num. 16.

Num. 16. f

e Schiſma. Ita magnū, ut iſti Nouatiani nouam fecerint eccleſiam.

f N On furem. Id eſt, non inuaſorem. furtum enim non committitur in re immobili, ut inſti. de uſucapi. §. quod autē. ; Sicut.

; Quod legi. & not. extra de electio. dudum.

Item Leo iiij. Vernoni duci Britanniæ.

Non eſt defendendus, qui uinctis locum innadit.

CAN. X.

N On furē f & latronem, qualem Gillandum eſſe ſentimus in Nannetica

ſede, qui uiuentis (quod non licuit) locum non timuit uſurpare, pro cuiuſcunque muneris donis ul trà debes defenſare.

Item Euariſtus Papa omnibus epiſcopis.

Non licet epiſcopo eccleſiã ſuam dimittere.

CAN. XI.

SIcut uir non debet adulterare [a] uxorem ſuã, ita nec epiſcopus eccleſiã ſuã, id eſt, ut illam dimittat, ad quam fuit ſacratus, abſque ineuitabili neceſsitate, aut apoſtolica uel regulari mutatione ut alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut uxori non licet dimittere virum ſuum, ut alteri ſe, uiuente eo, matrimonio ſociet, aut eum adulteret, [b] licet fornicatus [c] ſit uir eius: ſed iuxta Apoſtolum aut uiro ſuo debet reconciliari, aut manere innupta: ita eccleſiæ non licet dimittere epm ſuũ, aut ſe ab eo ſegregare, ut alterũ uiuẽte eo accipiat, ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat, id eſt, alterũ epm ſuo uiuẽte non accipiat, ne aut fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Si uerò adulterata [d] fuerit, id eſt, ſi ſe alteri iunxerit, aut ſuper ſe alterũ epm adduxerit, aut eſſe fecerit, uel deſiderauerit, per acerrimam pœnitentiã, aut ſuo recõcilietur epo, aut innupta pmaneat. Epiſcopũ uerò oportet opportunè & importunè, atque ſine intermiſsione eccleſiã docere, eamq; prudẽter regere & amare, ut a uitijs ſe abſtineat, & ſalutem cõſequi poſsit æternã. & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam ſuſcipere debet, eumq; amare & diligere, ut legatum Dei [e] & præconem ueritatis.

Ecce his authoritatibus patẽter oſtenditur, ꝙ epiſcopo uiuente alius ſuperordinari non poteſt, nec etiam pro eius ægritudine: ſed illud Gregorij [f] intelligendum eſt, quando ille, qui ægrotat, alium ſibi ſubſtitui nõ rogat. Cæterùm quãdo aliquis uel ſenectute, uel infirmitate grauatus ſuſceptum officium miniſtrare non ualet, ſi alium ſibi ſubſtitui petierit rationabiliter fieri poteſt. Vnde in eodem cap. ſequitur, Si uerò [g] idem Ioannes fortaſſe pro moleſtia ſua petierit, [h] ut ab epiſcopi honore debeat uacare, eo petitionem ſcripto dãte, concedendum eſt, aliter id facere nõ ualemus. Hinc etiam beatus Auguſtinus epiſcopo ſuo non dum defuncto, ſed ſenectute grauato cathedrã epiſcopalem ſuſcepit.

Vnde in epiſtola Paulini ad Romanũ legitur:

Auguſtinus non tam ſucceſſit, quàm acceſſit.

CAN. XII.

NOn aũt hoc tantum ſcripſimus gratulandum, ꝙ epiſcopatũ Auguſtinus accepit, ſed ꝙ hanc curã Dei gratia meruerit Aphricana eccleſia ut uerba cæleſtia Auguſtini ore perciperet, ꝙ ad maiorẽ dominici muneris gratiã nouo more [i] prouectus ita conſecratus eſt, ut non ſuccederet [k]

[a] SIcut. Adulterare. i. dimittere ut adulteretur cum alia.

[b] Adulteret. Id eſt, dimittat fornicantem.

Fornicatio ſeparat coniuges.

[c] Fornicatus. Vxor poteſt dimittere uirum ob fornicationem, ſicut uir uxorem, quia non ad imparia iudicantur, xxxvij. quæſt. j. ſi quis uxorem. ſed non poteſt cum dimittere, ut alij adhæreat.

[d] Adulterata. Ergo eccleſia poteſt delinquere, & etiã uniuerſitas, argu. ff. de orig. iur. l. ij. §. illud & eſt contra illud. ff. de dolo. ſi ex dolo. vbi dicitur, quod municeps non poteſt facere dolum, ſupple de facili. Sed nunquid põt eccleſia, uel ciuitas excommunicari? dico ꝙ nõ: ut xxiiij. q. iij. ſi habes. Sed maiores de eccleſia, poſſunt excõmunicari, ut ex. de ſimonia. venicus. & ff. de con dit. & domo.iſt. municipibus. & xliiij. diſtinct. comeſſationes. Dico enim ꝙ ſi eccleſia, uel ciuitas poſſet excommunicari, ſequeret abſurditas. Nam omnibus illis mortuis & alijs ſubſtitutis eſt eadẽ eccleſia, ergo adhuc eſſet excommunicata, ſi priores canonici nõ petijſſent abſolutionem adhuc. de hoc notaui xij. quæſt. ij. epiſcopus qui. ij.

Vniuerſitas delinquere poteſt.

Excõmunicari nequit eccleſia uel ciuitas.

Ad hoc facit q̃ legitur & not. ĩ. ea. q. deniq;. & habes & hoc plures cõco. extra de iure patr. quoniã in quibuſdã. & gl. j. ver. item quid ſi, &c. & de conſe. diſt. j. de fabrica. Archid.

[e] Vt legatũ Dei, Epiſcopus dicitur legatus Dei, & tamẽ eſt iudex ordinariꝰ. Vnde patet quod legatus Papæ eſt iudex ordinarius, ut proconſul.

Ecce. CASVS. *Concludit Gratianus ex ſupra dictis, & bene ſoluit dicens, quod propter ægritudinem non debet alius epiſcopo ſubſtitui, niſi ipſe infirmus ſingulariter hoc poſtularet, & tunc licite fieri poteſt, ſi hoc in ſcriptis poſtulauerit. Et hoc probatur per capitulum ſupra eod. ſcripſit. & ad hoc inducit exemplũ de Auguſt. qui poſtulante Valerio ſenectute grauato factus eſt epiſcopus, ut in eodem cap. no. ſuprà. Sed in originali, quod ſequitur poſtea planum eſt.*

[f] Sed illud Gregorij. ſ. ea. ſcripſit.

[g] Si uero. Hoc probat in originali, unde hoc extractũ eſt.

[h] Petierit. Ergo nulli infirmo dandus eſt coadiutor, niſi hoc petat. j. ea. qualiter. & capitu. quamuis. & cap. ſcripſit. Argu. contra, extra de eccle. ædific. ad audientiam.

NOn autem. [i] Nouo more. Sed contra. in nullius perſona eſt omittendum, quod ſtatutis generalibus continetur. lxj. diſt. miramur. Sed illud non fit propter utilitatem perſonæ, ſed eccleſiæ.

[k] Vt non ſuccederet. Sic ergo uterque inſolidum eſt epiſcopus. ſi. xxj. quæſtione j. relatio. & uterque poteſt hominem per ſe ſoluere & ligare. ff. de adminiſtratio. tuto. ſi plures. ff. de exercit. l. prima. §. ſi plures. & ff. de offic. proconſul. l. prima. Sed nunquid quem unus ligat, poteſt alter abſoluere? & uidetur quod non, quia pares ſunt, unde uidetur quod ſententia pro reo teneat. ff. de reg. iur. inter pares. Item ſi ſimul ferãt cõtrarias ſententias, cuius ſententia tenebit?

Epiſcopi duo quandoque poſſunt eſſe.

in cathedrã epiſcopo, ſed accederet. [a] Nam incolumi Valerio Hyponẽſis eccleſiæ epiſcopo coepiſcopus Auguſtinus eſt.

Hoc idem probatur authoritate beati Gregorij, qui Ariminenſi epiſcopo dolore capitis laboranti alterum ſubrogauit, ita ſcribens in regiſtro ſuo, capit.cccxxxviij.

Epiſcopo granato infirmitate alius ſubrogari poteſt.

CAN. XIII.

Qualiter ordinati a nobis ſacerdotis corporis (quia id notum eſt) impediente moleſtia, Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus ac ſacerdotali ſit regimine deſtituta, dudum fraternitas ueſtra cognouit quem dudum habitatorum loci illius precibus permoti ſæpius hortati ſumus, ut ſi de eadem capitis, qua tenebatur, moleſtia melioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam auxiliante Deo reuerteretur eccleſiã, qui datis inducijs in hoc quadriennio b expectatur, quem dum cleri uel ciuium huc uenientium noſq; precibus urgentium inſtantius hortaremur, ut ſi ualeret, cum eis auxiliante Deo remearet, datis c ſcriptis ſupplicatione nos petijt, ut quia ad eiuſdem eccleſiæ regimen, uel ſuſceptum officium pro eadem, qua detinebatur, moleſtia, aſſurgere nullatenus poſſet, eccleſiæ ipſi epiſcopũ ordinare deberemus. Vnde quia cunctarum eccleſiarum iniuncta cura ſolicitudinis nos conſtringit, ne diutius gregi fidelium deſit paſtoralis cuſtodia, illorum precibus, & huius ex ſui impoſsibilitate renuntiatione compulſi, d viſum eſt nobis eidem Ariminenſi eccleſiæ debere epiſcopum ordinari, & datis ex more præceptis clerũ plebemq; eiuſdem eccleſiæ non deſtitimus admonere, quatenus ad eligendum ſibi antiſtitem concordi prouiſione concurrant. Hortamur ergo, ut fraternitas ueſtra eum quem uno cõſenſu omnes elegerint, ſicut & ipſi a nobis popoſciſſe noſcuntur: ad ſe faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione diſcutite, & ſi in eo, quæ in textu heptateuchi e continentur, minime domino opitulãte fuerint reperta, atque fidelium perſonarum relatione eius quoque uita uobis placuerit, ad nos eum cum decreti f ueſtri pagina, additaque teſtificationis epiſtola deſtinate, quatenus eiuſdem a nobis eccleſiæ domino diſponente conſecretur antiſtes.

Item ex eodem, capit. ccxliij. ad Eleutherium epiſcopum.

De eodem.

CAN. XIIII.

Qvamuis ſit triſte g nobis ualde, quod loquimur, atque fraterna nos compaſsio potius arguat, quàm aliquid de auditis diffinire permittat, ſuſcepti tamen ſolici-

tenebit? Videtur quod mutuo ſe impediant. ff. de uſufruct. quoties. & hæc forte uera ſunt ubi ſimul adminiſtrant, [t] ſed hic forte Valerius ceſsit adminiſtrationem Auguſtino: quia facilius expeditur adminiſtratio per unum, quam per plures. ff. de adminiſt. tut. l. iij. §. ult. Vel dic quod licet uterque habeat dominium & iuriſdictionem inſolidum, tamen unus ſine altero nõ poteſt iudicare, ad inſtar plurium iudicum: ut ij. quæſtio. vj. §. diffinitiua. ver. ſi plures. extra de offic. delega. quamuis. & c. cauſam. niſi aliter fuerit eis conceſſum a Papa, ſicut quandoque fuit in duobus legatis Alemaniæ. Sed tamen ex hoc poſſet oriri diſcordia, ut quem unus condemnaret alter abſolueret.

[t] Alij dicunt quod tenet ſentẽtia pro reo, ut in l. prędict. inter pares. niſi ĩ caſibus. quod dic ut legitur. & not. extra de re iud. duobus. Archid.

Papæ duo non poſſunt eſſe.

Item nunquid eodem modo poſſunt eſſe duo Apoſtolici? Argu. quod non. ſ. ead. factus. & dominus tantum unum conſtituit. xxiiij. quęſt. j. ita loquitur. & c. quicunque. Quidam cõtra quod diſpenſari nõ poteſt. xxv. qõ. j. ſunt quidam. Præterea quia una eſt eccleſia catholica, & unum caput, & tamen plures Imparatores fuiſſe legimus. xxj. diſtinct. nunc autem. Sed hoc non eſt ita, quia offenderetur illa regula, unam ſanctã catholicam, & c. xxiij. diſtin. qui epiſcopus. Item nũquid Papa põt renuntiare? Vtique. nam Marcellus renuntiauit. xxj. diſtinctione nunc autem. & Clemens Papa, ſed poſt Linum & Cletum iterum recepit cathedram. viij. quæſtione prima. ſi Petrus.

a Accederet. Videtur tamen quod Auguſtinus in adminiſtratione fuit minor. [-] xl. diſtin. ante omnia. in fin. quia ut dicetur, in caſu neceſsitatis, erit unus eps uicarius alterius, ne ſit ibi monſtrum habens duo capita. extra de offic. iudic ordi. quoniam in pleriſque.

[-] Hoc aſſeritue dicebat l. a. dicens quod ipſi Auguſtino datus eſt locus à Valerio.

b Qvaliter. Quadriennio. Quadriennium enim datur, ut poſsit abeſſe cauſa curationis, ſed annus datur ei tantum ad experiendum ſi poſsit celebrare. ſ. xxxiij. diſtinctio. communiter. uel etiã xxx. dies: ut infra. quæſt. ij. cap. ultimo. potius debuiſſet iſte epiſcopus fugiſſe Romam pro ſanitate recuperanda ſicut cõmunis filius, ut xxiij. diſtin. communis. & eſt hic argumẽ. quod Romæ eſt ſanum morari. Ioannes.

c Datis. Ergo in ſcriptis facienda eſt renuntiatio, alias non tenet. ſ. eadem quæſt. c. ſicut vir. §. ecce. Ioan. quod falſum eſt, cum etiã ſolo facto poteſt aliquis renuntiare, ut extra de appel. ſolicitudinem: ut extra de ijs quæ fiunt a maiori parte ca. ex ore. & etiam ſolis uerbis, ut C. de pact. poſtquam. B.

d Compulſi. Abſolute ponitur ille nominatiuus, & nõ habet uerbum.

ADDITIO.

Alias compulſus, & tunc unitur cum illa dictione, nobis, & tunc ſic uiſum eſt nobis compulſis precibus illorum, & c. ſecundum H. alias compulſi, eſt genitiui caſus ſecundum Lauren.

e Heptateuchi. Heptateuchum ab hepta dicitur, quod eſt ſeptem, & teuchos, quod eſt uolumen. unde heptateuchum, id eſt, uolumen ſeptem librorũ. ſ. diſt. xlix. hinc etenim ſunt quinque libri Moyſi, & liber Ioſuæ, & liber Iudicum, qui ibi cõtinentur. — Heptateuchũ quid dicitur.

f Decreti. In quibus teſtetur de examinatione, & vita electi. lxj. di. Catinenſis. & c. epm.

g Qvamuis ſit triſte. Data petitione tempore

tudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſijs cura proſpicere, ne qua earum poſsit utilitas deperire. Peruenit igitur ad nos quibuſdam referentibus quendam epiſcopum ita paſsionem capitis incurriſſe, ut quod mẽte alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, uel eccleſiæ ipſius utilitates depereant, cauta nos neceſſe eſt prouiſione tractare, & ideo, quia uiuentem epiſcopum ab officio ſuo neceſsitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius (niſi recuſante eo) nulla ſinit ratio ordinari. Sed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus, ipſe data petitione non ſe ulterius ad hoc miniſterium ſubuertente infirmitate poſſe fateatur a aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum: quo facto omnium ſolenniter electione alter, qui dignus fuerit epiſcopus ordinetur, ſic tamen, ut quouſque eundem epiſcopũ in hoc ſeculo uita tenuerit, ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrentur. b Enim uero ſi nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium: perſona fidelis ac probabilis uitæ eſt eligenda, c quæ ad regimen eccleſiæ idonea poſsit exiſtere, atque de animarum utilitate cogitare: inquietos ſub diſciplinæ uinculo conſtringere, eccleſiaſticarum rerũ curam gerere, & maturum atque efficacem ſe in omnibus exhibere, qui etiam epiſcopo, qui nunc ægrotat, ſuperſtes loco eius debeat conſecrari.

Ne autem huiuſcemodi paſſionibus ſacerdotibus ſubitò occupatis, cœptum officium inexpletũ remaneat, inſtitutum eſt ut ſacerdos ſiue pſallens, ſiue ſacrificans alios ſecum habeat, qui ſi huiuſmodi caſus interueniat, inchoata miniſteria perficere ualeant.

Vnde in Toletano concilio undecimo.

Quiſque ſacrificans ſacerdotem ſibi uicinum habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei aliqua neceſsitas ingruerit.

CAN. XV.

Illud diuini oraculi mente ſinguli præcauentes quo ſcribitur: Væ ſoli, qui cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe: ſummopere nobis uerendum eſt, & cauendum, ne horis illis atque temporibus, in quibus domino pſallitur uel ſacrificatur, unicuiq; diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti pernicioſa paſsio, uel corporis quælibet inualetudo occurrat, quæ aut corpus ſubitò obrui faciat, aut mentem alienatione, uel terrore confundat. Huiuſmodi ergo caſibus præcauentes, neceſſarium duximus inſtituere, ut ubi temporis & loci ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat quiſquis illic canens Deo atque ſacrificans poſt ſe uicini ſolaminis adiutorem, d ut ſi aliquo caſu ille, qui impleturus officia accedit, turbatus fuerit, uel ad terram eliſus, e à tergo ſemper habeat qui uicem exequatur intrepidus. Sed ſi hoc ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimode ab oblatione prohibeatur. — Eccle. 4.a

Item ex concilio Toletano ſeptimo.

Si ſacerdos neceſsitate præoccupatus fuerit, cœpta ſacramenta per alium explicentur.

CAN. XVI.

Nihil contra ordinis ſtatutum temeritatis auſu præſumatur: neque illa quæ ſumma ueneratione cenſentur, ulla præſumptione ſoluantur, f cùm ad hoc tantùm iuſſa fieri ſunt, ut non interrupta noſcantur, ne languoris prouentu robore ſalutis natura priuetur. Non ergo ſolum fragilitati conſulitur humanæ, ſed etiam ſa-

---

pore infirmitatis, non tempore furoris, nam tunc non teneret renũtiatio. xvij. quæſt. ij. Gonſaldus.

a Fateatur. Iſte æquitate ſuadente, licet ius deficiat, cogitur renuntiare, a cum alijs in hoc ꝑ ſit, & ſibi non noceat. argum. ff. de aqua pluuia arcen. in ſumma. §. idem Varus. & ff loca. ſi quis domum.

a Contra ut dicã j. ea. §. ecce qđ. in uerbo ſenectute.

b Miniſtrentur. Sed pro crimine remoto nõ miniſtrantur ſumptus, quia male meriti publica debent egeſtate laborare, ut ff. de poſiti. bona fides.

Male meriti debẽt egere.

c Eligenda. Arg. contra. ſ. diſtinct. lxxix. ſi quis Papa. & extra de pactis. accepimus. & extra de conceſ. præben. & eccl. non uacan. nulla. ſed omnia illa continẽt ius commune. Vel dic ꝙ ille fuit electus ſub tali conditione, niſi ſuperſtes conualuerit, & tunc eo cõualeſcente irritatur electio, eo mortuo deinde confirmatur, argu. j. ead. paſtoralis. lxj. diſt. ſtudij. extra de electio. cũ terra. lxxxv. diſt. Florentinum. & eſt ſim. C. de cura. fur. cũ alijs. Quidam dicunt, ꝙ modo tanquã adminiſtrator eligitur, ſed eo mortuo in epiſcopum.

Illud diuini.

d Adiutorem. Infra xxj. quæſt. ij. ſicut. contra. Sed dicas talem coadiutorem, uel ſocium, non prælatum. Vel loquitur de eccleſijs cõuentualibus, uel quando ſufficiũt facultates. ſic xciij. diſt. diaconi. ij. & de conſecrat. diſtinct. prima. capitu. hoc quoque. & capitu. epiſcopus Deo.

e Eliſus. Per hoc dicunt quidam loqui de infirmo: qđ falſum eſt, quia infirmus niſi conualuerit non celebrabit. j. eadem, quæſtione ſecunda. in literis.

Nihil contra.

f Soluantur. Id eſt, ne inexpleta remaneant.

Vel

eris miniſteriorum Dei prouidetur ſolicitudine. Cenſuimus igitur conuenire debere, ut cum a ſacerdotibus miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis accidat cuiuslibet euentus, quo cœptū nequeat conſecrationis explere myſterium, ſit liberū epiſcopo, uel presbytero a alteri conſecrationem exequi cœpti officij. Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſterijs cōuenit, quam ut aut incipientis, aut ſubſequentis benedictione ſint completa ſacerdotis. quia nec perfecta uideri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur. b Cùm enim ſimus omnes unum in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format: ubi efficaciā proſperitatis unitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduum ſibi eſſe non ambigant: ſed (ut præmiſſum eſt) præcedentibus libenter alij pro cōplemento ſuccedant, non tamen quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur. Nullus poſt cibum potumq; quemlibet minimum c ſumptū miſſas facere præſumat. nullus abſque præuentu patentis moleſtiæ miniſter, uel ſacerdos cū cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis autem temerariè hoc præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.

3 *Ecce quòd epiſcopo petente precibus etiam populi infirmitate grauato, alius poſſit ſubrogari, patenter monſtratur. ſenectute autem grauato non ſucceſſor, ſed coadiutor dari debet, qui ei decedēti in locum regiminis ſuccedat. Sic Auguſtinus dicitur acceſſiſſe, non ſucceſſiſſe Hyponenſium epiſcopo.*

Hinc etiam Zacharias Papa ſcribit Bonifacio Magūtino archiepiſcopo.

Senectute grauato coadiutor eſt dandus, qui morienti ſuccedat.

CAN. XVII.

PEtiſti, ut cùm noſtro conſulto pro ſuperueniente tibi ſenectute atque corporis imbecillitate, ſi poteris inuenire, alium in eadem ſede in qua præes, pro tua perſona debeas collocare: nos uerò adiutore Deo conſilium præbemus tuæ ſanctitati, ut pro ſalute animarum rationabilium fautore Chriſto ſedem, quā obtines Maguntinæ eccleſiæ nequaquam relinquas. Si uerò dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectū, qui poſsit ſolicitudinem habere & curam pro ſalute animarum, pro tui perſona ordinabis illum epiſcopum, eritq; in Euangelio tibi credito & miniſterio Chriſti Dei portando in omni loco requirens & cōfortās eccleſiam Dei. Item ſi eundem diuina uoluerit clemētia tui poſt diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua uoluntate fuerit diffinitum, ea

---

Miſſa per vnum inchoata, an poſsit per alterū terminari.

a Vel presbytero. Presbyter ergo poteſt ſupplere miſſam ab epiſcopo inchoatam, argumen. hic, & xxv. diſt. c. j. ubi dicitur quod archipresbyter ſupplet defectum abſentis epiſcopi in cantando. Sed contra. j̄. de conſecrat. diſt. ij. c. ult. 1 Sed dic quod nouā miſſam non poteſt incipere, ſed priorem poſſet cōſummare. Incipiat ergo unus, ubi alius deſtitit, niſi ſit oratio dñica cœpta: tunc eā alter reincipiat. Similiter ubi deficit in ſecreta, alter id in principio incipiat. Idem dic in baptiſmo, ut alter de nouo id reincipiat, quia hæc ſunt ſacramenta unitatis. De ordinatione idem credo. xxiiij. diſtin. quorundam. Similiter iudex incipiet ubi alter terminauit. ff. de iud. edictum. Sed nunquid pranſus poteſt ſupplere id quod alter inchoauit? non. Item uſque ad nonā tantum fit hæc ſuppletio. Sed matutinis & ueſperis non expletis uſque ad quod tempus poſſit fieri ſuppletio, dubitatur. Sed dic quod quandocunq; expleri poſſunt ab alio. De ſacerdote quid dices, qui dum uenit ad conſecrationem, memor eſt mortalis peccati? Dico quod perficere debet, licet peccet conficiendo, extra de celebr. miſſa. de homine. Item eſt hic arg. qđ duo imperfecta faciunt unum perfectum. ſic iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. ſæpe. de pœn. diſt. j. tres ſunt. C. de donatio. ſancimus. in fine. xvj. quæſtio. iij. c. dilectio. §. poteſt. Argumen. contra xxiij. diſtinct. quorundam. & C. qui nu. tute. l. j.

1 Nō obſtat: quia ibi loquitē cū expleta fuit miſſa ab epiſcopo, nec imminet neceſsitas Archid.

Imperfecta duo faciunt unū perfectū.

b Compleantur. Argumentum, nihil credas actū, &c. ſi. xxxviij. diſtinctione. quæ ipſis. xxiij. diſtinct. quorundam. Item ex eo quod dicit ordine, eſt argumentum quod ordo turbatus irritat factum, ut lxj. diſtinctio. miramur. & lxviij. diſtinctio. cap. ſicut. quod uerum eſt de ordine qui eſt de ſubſtantia rei,

ADDITIO.

Vt extra de reſcriptis. cum dilecta. & de reſtitutio. ſpol. Piſanis.

c Minimum. Pranſo non licet celebrare 1 miſſam, ut hic, & de conſecratio. diſtinctio. ij. liquido. nec baptizare, nec ſignare. de conſecratio. diſtinctione quinta. ut ieiuni. & capit. ſequen. Sed eſt forte abrogatū id quod eſt. j̄. de conſecrat. diſtinct. prima. ſacramenta. ubi dicitur, quod in Cœna domini pranſus poteſt celebrare. & intellige ſi eodem die pranſus eſt, ut dies a media nocte incipiat, & etiam ſi ante medium noctis comederet, & adhuc ſentiret cructationes: quia nondum eſt cibus digeſtus, quandiu ſentiet cibum, abſtinebit. j̄. de conſec. diſtin. ij. tribus. medicinam forte poteſt ſumere, quia illa non connumeratur inter alimenta, vt ff. de penu. lega. l. non omne. quod non credo: ſed nec aquam calidam pōt ſumere, ut extra de celeb. miſ. ex parte.

Ecce. Hæc eſt tertia pars huius quæſ. in qua dicitur, quod propter ſenectutem uel ſimplicitatem datur coadiutor, qđ probatur per duo capitu. Ioannes de Fantu.

PEtiſti ut cum. Præſentibus

Celebrare pranſo nō licet.

1 Quod not. lxxv. diſt. qđ a patribus. in gl. quid ſi.

Celebrare nullus debet ante digeſtionem.

hora, qua te de præſenti ſeculo migraturũ cognoueris, præſentibus [a] cunctis tibi ſucceſſorem deſigna, ut huc ueniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur, quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus. Idẽ. De eo aũt, quem tibi ſucceſſorẽ conſtituere dixiſti, ut te uiuẽte in tuo loco eligatur epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia cõtra omnem eccleſiaſticam regulam, uel ſtatuta patrum eſſe monſtratur: ſed uolumus, ut miniſtret [b] tibi, & ſit in Euangelio Chriſti adiutor. Nimis enim reprehenſibile eẽ manifeſtum eſt, ut te uiuente tibi aliũ ſubſtituamus: ſed hoc commonemus, ut orare non ceſſes, ut tibi Deus illum ſucceſſorem cõcedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere ualeat.

Item Pelagius papa clero Narnienſi.

Non ſucceſſor, ſed coadiutor inuenti epiſcopo datur.

CAN. XVIII.

Qvia frater & coepiſcopus noſter Ioannes eccleſiaſticæ utilitatis ſtudio ſuadente, & naturæ ſuæ ſimplicitate [c] laudabili conſideratione tractata, ob hoc quòd ſe in gerenda patrimonij gubernandi cura, uel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minimè fatetur idoneum. Conſtituti [d] p̄ſbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: ut ea quæ ſunt neceſſaria, competenti eo diſponente ſolicitudine nihil indecens fieri, uel inutile permittatur. Ideoque præſenti uobis iuſſione præcipimus, ut ſeruata primo [e] loco epiſcopo memorato reuerentia, quam uos conuenit inculpabiliter exhibere in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinẽt, uel quæ eccleſiaſticæ utilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam [f] Conſtituto competentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: imò competẽti uigilantiæ ueſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica utilitate gerenda ille Cõſtitutus monuerit adimplentes: ut his ita diſpoſitis, & cõſueta uobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcunq; in præfatæ eccleſiæ patrimonio, uel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [g] ſunt neceſſaria, compleantur.

Illud uerò Cypriani [h] de hæreticis ĩtelligendũ eſt, qui catholicorũ eccleſias ſibi uſurpare cõtendunt.

Illud uerò Euariſti [i] papæ, tũc intelligendum eſt, quãdo nec ineuitabilis neceſſitas, perſecutorum uidelicet, nec apoſtolica aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopũ de eccleſia ad eccleſiã tranſire cogit. Vnde cùm in principio ſui capituli diceret, Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam: ſubſequenter adiunxit, Abſque ineuitabili neceſſitate, aut apoſtolica, uel regulari mutatione: & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.

a *Ambitionis [k] enim cauſa quicunq; eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta ad maiora*

Certe id quod ſequitur ex tex. nõ habetur: cũ dicit tantum præſentib. cũctis, &c. & nihil dicit de conſenſu. uel ſic continebatur ĩ forma gratiæ. Arc.

[a] Præſentibus. viij. quæſt. j. ca. ij cõtra. ſed iſtud eſt diſpenſatio. Et habes hic, quod licet papa det aliquibus poteſtatem eligendi prælatum, tamen aliorum conſenſus eſt requirendus. ſic xxj. diſtin. in nouo. viij. qõ. j. capi. licet. & ff. de ritu nupt. l. generali.

[b] Miniſtret. Et ita iſte epiſcopus erit uicarius huius archiepiſcopi, ut extra de offic. iudi. ordi. c. quoniam in plerique.

Qvia frater.

[c] Simplicitate. ſ. diſtin. xxxix. cap. Petrus. contra, ſed illud de ordinando. Tamen iſte affectare non debuit id, in quo ſciuit aut ſcire potuit infirmitatẽ ſuam alij dãnoſam. ff. ad legem Aquil. l. idem iuris. in fine.

[d] Conſtituti. Proprium nomen.

[e] Primo. ſ. diſtinc. viij. ca. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in ſpiritualibus: coadiutori in temporalibus. viij. q. j. c. ſi Petrus.

[f] Obedientiam. Argument. quod ſi epiſcopus præcipit alicui pro utilitate eccleſiæ ire Romã, quod illud tenetur facere. xvj. quæ. j. c. nos autem.

Argu. xxiiij. q. j. ca. ult. in princ. ubi de hoc.

[g] Repetendis. Ergo, qui adminiſtrat res eccleſiæ, poteſt agere & conueniri, ut extra de reſcrip. c. edoceri.

[h] Illud uero Cypriani. ſ. ea. cap. factus. & cap. Nouatianus.

[i] Euariſti. ſupra eadem. ca. ſicut uir.

Ambitionis Hæc eſt quarta pars huius quæſtio. in qua probat per quindecim authoritates, quod nullus ſine licentia poſsit dimittere eccleſiam ſuã, & tranſire ad aliã: & ſi fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſupra: in alijs autem credo, quod poſſint renũtiare ſi uolunt. ſ. ead. c. quam periculoſum. extra de ſer. non ordi. c. eo libentius. alias uidentur ſerui. quod falſum eſt. Ioan. de Fant.

[k] Ambitionis. Adhuc enumerat Gratianus cauſas, propter quas fiunt mutationes, & quare clericus amittit eccleſiam ſuam. Sunt autem quinque cauſæ mutationum, ſcilicet cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis, utilitatis, & humilitatis. Cum cauſa neceſſitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, ut infra ea. ca. paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis trãſit, tunc utraque caret: ut ĩ. ea. c. eos. & c. ſi quis epiſcopus. Sed tamen eccleſia poteſt eum repetere: ut ĩ. ea. c. j. & cogitur tũc redire: ut ĩ. ea. ca. ſi qui uero. In cauſa leuitatis eſt uis aliquanta. H. dicit qđ idem ſit in cauſa leuitatis, quod in cauſa ambitionis, quod ſcilicet ſine admonitione poteſt priuari, ſi ex cauſa leuitatis adhæſerit alij, niſi prior eccleſia uelit eum repetere. Si autẽ nõ adhæſerit alij, aut eccleſia habet eum pro derelicto, aut nõ: ſi habet, puta ſi contrahat matrimonium, uel ſit miles, tũc põt priuari. Itẽ ſecundum Hugo. ſi defuerit per tres

Clericus eccleſiam mutat quinq; cauſis.

Qđ eſt cũ ꝓpter ꝑſecutionem recedit. Lau.

ſepti-

ſeptimanas,uel duos menſes,& ſine iuſta cauſa,& abſque licentia prælati eſt in ſtudio, uel in peregrinatione. In his omnib. ſine admonitione poteſt priuari, ut dicit: honeſtum tamen eſt ut admoneatur: ut infra. ea. ca. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero. & extra de cohabi. cler. et mu. c. ſi quiſquam. Verius credo, qđ ſemper primo admonẽdus eſt, ut extra de app. ca. peruenit. ij. Et ter admonendus eſt, ut extra de ſent. excom. in audientia. Item argu. ad hoc ĩ. ea. ca. peruenit. extra de cle. non re. c. ex parte. & extra eo. ca. ex tuæ. Nec enim de facili credendũ eſt aliquem habere eccleſiam ſuã pro derelicto, extra de renũ. ſuper hoc. Nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiã pro derelicto: cum poteſt quis ex iuſta cauſa abeſſe, ut extra ut lite nõ conte. quoniam frequenter. Si autẽ nõ inuenitur, fiat prout dicitur in illa decre. ex tuæ. De utilitate patet: quia cauſa utilitatis trãſire poteſt ad aliam eccleſiam authoritate maioris: ut ĩ. ea. c. mutationes. Item ſi cauſa humilitatis tranſit ad monaſterium, nõ poteſt eam repetere: ut ĩ. ead. ca. hoc nequaquam. Alio modo etiam cõſueuerunt quidam diſtinguere, ut inuenies in illa gloſ. ca. cum quis.

Ambitionis. Cũ quis ſine licentia prælati recedit de eccleſia: ſi quidem ex cauſa neceſsitatis, adhuc eam retinet: ut ſupra. ead. capitu. præſentium. ſi ex cauſa uoluntaria, perdit eam. xxj. q. ij. c. ſi quis iam translatus. Si autem ex utili cauſa recedat, non perdit eam, ſed punitur alio modo a iudice, de conſec. diſt. v. c. non oportet. ij. & xcj. diſtin. clericus. Sed ſi accedit ad aliam eccleſiam, uidetur renunciare primæ, † ut extra de præben. de multa, & de conceſ. præben. ca. literas. in fin. populus tamen eum ſi uult, repetere poteſt. ĩ. ea. c. non oportet. Si autem prælatus per tres ſeptimanas abeſt, per triennium ſuſpenditur. ĩ. eadem. ca. ſi quis in clero. Si per duos menſes, priuatur eccleſia. ſ. ead. c. præſentium. Si per quinque annos, deponitur, extra de cleri. non re. cap. ij. Prælatus uero ſi diebus ſolennibus defuerit ab eccleſia, punitur, infra ead. ca. ſi quis in clero. imo & clericus ſi una hora defuerit. xcij. diſtinc. capi. ultimo. ubi deponitur.

rem eccleſiã tranſire uoluerit, debet reuocari ad propriam. [l] *Quòd ſi redire contempſerit, careat aliena & propria.*

Vnde in Niceno concilio legitur.

Epiſcopus, uel quilibet clericus relicta ſua eccleſia non debet ad aliam tranſire.

CAN. XIX.

NOn oportet [a] epiſcopũ, uel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare, non epiſcopus, non presbyter, nõ diaconus tranſeat. Si quis autem poſt diffinitionem ſancti & magni concilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſmodi negotio mancipauerit, hoc factum prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur, [b] cuius fuit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

Item Grego. Anthemio ſubdiacono.

In monaſterium deputetur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere contemnit.

CAN. XX.

PEruenit ad nos Pigmenium Amalphicanæ ciuitatis epiſcopum [c] in eccleſia reſidere non eſſe cõtentũ, ſed foris per diuerſa loca uagari. idcirco hac tibi authoritate p̃cipimus quatenus hoc de cætero facere non præſumat, ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat. Quẽ ſi forte non emendari poſt tuã iterminationẽ [d] cognoueris, i monaſteriũ eũ deputare, [e] & nobis modis omnib. curabis indicare, ut quid facere [f] debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto.

Epiſcopo nulli cõceditur principalem cathedrã relinquere, et ad aliã eccleſiã ſe trãsferre.

CAN. XXI.

PLacuit, ut nemini ſit facultas relicta [g] pricipali cathedra ad aliquã eccleſiã in diœceſi [h] conſtitutam ſe conferre, uel in re ꝓpria diutius, quàm oportet conſtitutũ, curã uel frequẽtationẽ ꝓpriæ [i] cathedræ negligere.

Item ex eodem.

Interceſſori cathedram, cui datus eſt, tenere non licet.

CAN. XXII.

COnſtitutum [k] eſt, ut nulli interceſſori

[a] NOn oportet. hoc capi. reſpicit primã partem.

[b] Reſtituatur. Eccleſiæ, ſi eccleſia eum repetit: ĩ. ea. c. ſi quis epiſcopus. & tunc cogitur redire: ut ĩ. ead. ca. ſi quis uero.

[c] PEruenit. Epiſcopum. Epiſcopus ad plus ſecundum iura canonica per ſex menſes aberit, ut extra de cleri. non reſid. ca. ex tuæ. authen. tamen dat annum, ut in authen. quomodo opor. epiſcopos. §. illud. col. j.

[d] Interminationẽ. Ergo admonendus eſt.

[e] Deputare. Hic ſubditus ſuſpendit ſuum prælatum. ſic lxxiiij. diſtinc. honoratus. hoc etiam laicus poſſet. xxxij. diſtinc. capi. præter hoc §. uerum. & fœmina: ut ſecunda, quæſtione quinta. capi. Mennam. Sed certe in hoc non erat ſubditus, quia faciebat hoc ex delegatione domini papę. Idem eſt de alijs.

[f] Facere. Argum. quod ſi papa mandat alicui, ut excommunicet aliquem, idem non poteſt eum abſoluere, ut argum. xxvij. quæſt. prima. ca. ſi homo. Sed hoc uerum eſt cum hoc alicui ſpecialiter demandaẽ. ſi autem mandatur deciſio cauſæ alicuius iudici, & alterã partẽ excõicet, poteſt illã abſoluere.

[g] PLacuit. Relicta. Clericus inconſulto epo non poteſt dimittere eccleſiam ſuam: extra de renun. c. admonet. Et ſi tranſit de una eccleſia ad aliam de eodem epiſcopatu, ibi ſufficit tacitus conſenſus epiſcopi: quia tacitus diſſenſus diſſoluit matrimonium carnale: ut xxxiij. q. v. c. qui uxorem. Sed ſi transfert ſe ad aliam diœceſim, tũc quaſi liberatur a patria poteſtate; quod non poteſt fieri niſi expreſſo ‡ conſenſu epiſcopi. C. de emanc. lib. l. iiij. & expreſſe dicitur lxxj. diſt. c. j. & xix. q. ij cap. j. & xxj. q. ij. c. j.

[h] In diœceſi. Niſi cauſa uiſitandi: ut x. q. j. c. placuit. ſeruato quod dicitur. ĩ. de conſe. diſt. iij. c. epiſcopus.

[i] Propriæ. Not. ꝙ prælatus non debet p̃ponere ſuam utilitatẽ utilitati eccleſiæ: & ſi in hoc paſſa ſit eccleſia dãnũ, illud de ꝓprio reſarciet. xij. q. iiij. q cũq;.

[k] COnſtitutũ. Curã debet habere uiſitator in electione:

† Adde pro hoc tex. in l. itẽ eorũ. §. ſi decuriones. ff. qđ cuiuſque uni.

† Dic ut not. extra de cleric. nõ reſi. ex tuę. & xxj. qõ. j. clerici. & ca. relatio. & extra de offi. uica. c. j. Arch.

‡ Et ita hoc ſtatutum eſt in fauorẽ eccleſiæ, ſ. qđ poteſt eũ repetere, ſed nõ cogiẽ eũ recipere. ar. xxxij. q. j. d benedicto. Archi.

Prælatus quandoq; ſuſpendiẽ a ſubdito ſuo.

‡ De hoc not. lxxj. di. c. iij. & xxxj. q. ij. c. j. & hãc ſentẽtiam ſequitur. Vincẽ. & Tancre. in prædic. c. admonet.

ſit licitum cathedram cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudijs & ſeditionibus retinere: ſed dare operam, ut intra annum [a] eiſdem epiſcopum prouideat: qđ ſi neglexerit, anno expleto interuentor alius tribuatur.

Item ex eodem.

Excommunicentur clerici: qui relicta ſua eccleſia ad eam redire noluerint.

CAN. XXIII.

SI qui uerò ſine reſpectu Dei agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, uel in quocunque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, non debēt ſuſcipi in eccleſia, ſed omni neceſsitate cogantur, [b] ut redeant [c] ad eccleſiam ſuam. quòd ſi permanſerint, excommunicari oportet eos.

Item ex concilio Antiocheno.

De eodem.

CAN. XXIIII.

SI quis presbyter, uel diaconus, uel quilibet clericus deſerta eccleſia ſua ad aliam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tèntet, quò migrauerit perpetuò manere, ulterius miniſtrare non debet, præſertim ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt reuocationem ſui epiſcopi nō obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit, omni modo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando ſpem [d] reſtitutionis habere decernimus. Si uerò propter hanc culpam depoſitum alius epiſcopus [e] ſuſceperit, & ipſe a communi ſynodo pœnā merebitur increpationis tanquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

Item ex eodem.

Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire.

CAN. XXV.

EPiſcopum de diœceſi ad diœceſim non debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi a populis fuerit uiolenter attractus, neque ſi etiā hoc ei ab epiſcopis ſuadetur: manere autem eū debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alibi demigrare, ſecundùm regulam ſuper hoc olim a patribus conſtitutam decernimus.

Item ex concilio Calcedonenſi.

De eodem.

CAN. XXVI.

PRopter eos epiſcopos & clericoſ, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit diffinitiones datas a ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Alienæ plebes ab epiſcopo non uſurpentur.

CAN. XXVII.

PLacuit, [f] ut a nullo epiſcopo uſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum.

Item Anacletus Papa.

Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet.

CAN. XXVIII.

EPiſcopus in diœceſi aliena ad alienos clericos ordinandos, uel conſecranda altaria irruere non debet: Quod ſi fecerit, amotis [g] his, quos ordina-

1 Et etiā eliget ſecundum Hug. alij contra. de hoc not. lxj. di. obitum. Arc.

ctiones: & ideo ꝓhibetur eligi, ne poſſit malignari: ſicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne poſsit malignari. C. de interdict. ma. ſi tutor. ſic nec creditori licet ſibi pignus addicere. C. qui bo. cedere poſſunt. l. iiij. Item uiſitator non debet ſibi honorem aſſumere. viij. quæſt. j. in ſcripturis. Et ſic ratione officij aliquid prohibetur, ut x. quæſt. ij. hoc ius porrectum in fine. & ff. de contrahenda emptio. ſi in emptione. §. tutor. Et eſt contra regulam illā, quod nulli debet ſuum officium eſſe damnoſum, extra de fideiuſſori. peruenit. ff. de fur. ſi ſeruus communis. Iſte viſitator mortuo epiſcopo conſtituitur, & iſte debet admonere clericos, ut eligant futurum epiſcopum, ut lxj. diſtinct. obitum. & c. Catinenſis. & ſi plures eligantur, poteſt examinare quis ſit melior, ut lxxv. diſtin. Florentinum. Item cuſtodit reditus eccleſiæ, ut lxj. diſtinctio. quoniam. Quandoque tamen reditus eccleſiæ cuſtodiuntur ab œconomis, ſi eos habeat eccleſia, ut lxxv. diſtinct. c. quoniam quidam.

Officium quandoq; eſt damnoſum.

a Vt intra annum. ſupra lxiij. diſtinct. obeuntibus.

SI qui uero. b Cogantur. Simile. ff. de dec. l. j.

c Vt redeant. Si eccleſia uult eum repetere,[2] ipſe tamen poteſt. extra de renuntiatione. quod in dubijs. xxxij. quæſtione prima. de benedicto. ſic xxxiij. quæſtione quinta. mulier. Sed nonne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, ut extra de preben. de multa? Reſpond. perdit quantum ad ſe, ſed non quantum ad priorem prælatum.

2 Non tamen cogitur. j. ca. ſi quis preſbyter. & ca. ſi quis epiſcopus ſecundum Hug.

SI quis presbyter. d Spem. Ergo reſtitui non poteſt clericus depoſitus ab epiſcopo. & hoc uerum cum pro crimine deponitur, ſecus ſi pro contumacia. quinquaginta diſtinct. contumaces.

e Alius epiſcopus. Si ab uno epiſcopo quis ſuſpenditur, ubique habendus eſt ſuſpenſus: ut hic, & quarta quęſtio. v. cap. quiſquis quia quantum ad officium ſententia ius facit. Secus ſi eſt ſuſpenſus a beneficio. ſed in excommunicato idem eſt, quia cum ſit extra eccleſiam, nihil poteſt poſsidere nomine eccleſiæ. xxiiij. quæſtio. vij. c. ij. & iij. & viij. diſtinct. quo iure. & argumē. xj. quæſt. iij. ſi quis a proprio: ſupra lxx. diſtinct. ſanctorum. & extra de appellat. paſtoralis. in fine.[3]

Excōmunicatus nihil poteſt poſsidere nomine eccleſiæ.

f PLacuit. xiij. quæſt. prima capitulo primo.

EPiſcopus. g Amotis. j. xvj. quæſt. v. c. j. ix. quæſt. ij. Lugdunenſis. contra. Sed ibi nomine alterius cōſecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, ut xiij. quæſt. j. cap. j. Vel ibi dominus ratam habuit ordinationem.

3 Vbi de hoc in gl. quę enim. ibi uide, & j. xxxij. quæſt. v. præceptū Archid.

Altaris.

nit, altaris[a] tantùm con ſecratione manēte tranſgreſſor canonum uno anno[b] à miſſarum celebratione ceſſabit.

Item ex concilio Agathenſi.

Diebus ſolennibus clericus eccleſia ſua deeſſe non debet.

CAN. XXIX.

SI quis in clero[c] conſtitutus, ab eccleſia ſua diebus ſolennibus[d] defuerit, id eſt, Natiuitate domini, Epiphania, Paſcha uel Penthecoſte, dum potius ſecularibus lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere, conuenit ut triennio a communione ſuſpendatur.

Similiter diaconus, uel presbyter, ſi per tres[e] hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit: huic damnationi ſuccumbat.

Item Hilarius Papa.

Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia, cui irrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire.

CAN. XXX.

REmotò[f] ab eccleſia Barchinonenſi atque ad ſuam remiſſo Ireneo epiſcopo, ſedatis per ſacerdotalem modeſtiam uoluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legum deſiderāt quod non licet obtinere: talis protinus de clero proprio & Barchinonenſibus ordinetur epiſcopus, qualem te præcipuè frater Aſconi oporteat eligere, & deceat conſecrare: ne ſi fortè aliter factum ſit, non ſine obiurgatione maximè in tui nominis retundat noſtra præceptio, quod in iniuriam Dei (à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatum) didicerimus admiſſum.

Item Leo epiſcopus urbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicēſi epiſcopo.

Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulſus, etiam propria careat.

CAN. XXXI.

SI quis epiſcopus ſuæ ciuitatis mediocritate deſpecta adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem[g] plebem ſe quacunque ratione tranſtulerit, a cathedra quidem pellatur aliena: carebit etiā propria, ut nec illis præſideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis contentus quiſque ſit, nec ſupra menſuras iuris ſui affectet augeri.

Item ex concilio Meldenſi.

Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris ad maiorem aſpirat.

CAN. XXXII.

SI quis de ordine ſacerdotali contemptu minoris eccleſiæ ambitioſè & improbè ad potiorem aſpirauerit, canonica erga eum definitio conſeruetur: hoc eſt, ut utraque careat.

Qui uerò pretio eccleſiam uacantem ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi concilio legitur.

Deijciatur à clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat. CAN. XXXIII.

SAncitum eſt, atque omnibus modis prohibitum, ut ſi quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, uel laico munera dare uel dediſſe, aut aliam pecuniā[h] tribuere, ut alterius presbyteri eccleſiā uacantem pretio redimat: pro hac cupiditate ſeu rapina, ſeu præſumptione turpis lucri gratia deijciatur a clero, & alienus exiſtat a regula.

5 *Quòd uerò communi conſilio atque omnium aliorum utilitate mutationes epiſcoporum fieri poſſint, & in eccleſijs à quibus receſſerint, eis uiuentibus alij ſubſtitui ualeant, Anterius Papa demonſtrat ſcribens omnibus epiſcopis.*

Neceſſitatis uel utilitatis cauſa epiſcoporum mutationes fieri poſſunt.

Res inanimata cōſecrata, domino non eſt reſtituenda.

a Altaris. Si res inanimata fuerit conſecrata, domino nō reſtituitur, ut xiiij. q. vj. cōperimus. ſecus in re animata, liiij. diſtinctio. frequens. quia animata delinquere poteſt, ſed inanimata non.

b Vno anno. ix. quæſtio. ij. nullum contra: ubi pro tali culpa deponitur, Sed iſtud eſt ex diſpenſatione.

c SI quis in clero. Maxime quia laicis non licet infra de conſecr. diſtinctio. j. ſi quis. & diſtinct. iij. capitu. nulli.

d Solennibus. imo nullo tempore deerit. ut xcj. diſtinct. Eleutherius. & cap. clericus. & xcij. di. cap. ulti. Sed quid ſi plures habet eccleſias uel præbendas? Tunc dicas[1] eccleſiam ſecum diſpēſaſſe, ut ad iſtud nō cogatur.

1 Dicas. Ioan. Staphileus de literis gratiæ. fo. 22.

e Per tres. i. eadem. præſentium. contra. ibi dicitur de duobus menſibus. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem eſt in utroque, dum tamen abſit de licentia ſuperioris.

f REmoto. Ab officio viſitationis,[2] uel etiā ab ipſo epiſcopatu, quem occupauerat.

2 Hoc ideo dicit ut tangat ſententiā Hugo. dicentis qđ iſte Ireneus epūs factus erat uiſitator in iſta eccleſia Barchinonē. quē quidē uolebant alij eligere in epiſcopū, alij nolebant. propter hoc ſcribit Papa metropolitano, ut eum faciat ad ſuā eccleſiam redire: & ibi alium dignū eligi, ſecundum Hu.

g SI quis. Ad maiorem. multo fortius ſi ad parem, quia facilius diſpenſatur in maiori, quam in pari, extra de tranſlatio. licet. ad minorem etiam difficilius q̄ ad parem, extra de tranſlatio. cum ex illo. & eſt hic præſumptio canonis: quia eo ipſo quod trāſit ad maiorem, præſumitur eſſe ambitio potius, quam leuitas: quia nullus trāſit ad minorem, extra de cleric. non reſiden. cap. j.

h SAncitum. At aliam pecuniam. Aliam bene dicit, quia quicquid habent homines, pecuniæ nomine cenſetur. j. quæſt. iij. per totum.

ADDITIO.

Ad idem xxviij. q. j. ſi infidelis. in fin. Archidia.

i Quod uero. Hæc eſt quinta pars quæſtio. in qua probare intendit quod de licentia Papæ ex iuſta cauſa bene poſſunt fieri mutationes, & quod unus debet eſſe prælatus in una eccleſia. & hoc probat per ſex authoritates. Ioan. de Fantu.

Muta

CAN. XXXIIII.

MVtationes epiſcoporũ ſcitote communi utilitate atque neceſsitate fieri licere: ſed non propria cuiuſque uoluntate, aut dominatione. Petrus [a] ſanctus magiſter noſter et princeps Apoſtolorum de Antiochena ciuitate utilitatis cauſa eſt translatus Româ, ut ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoque de quadã parua [b] ciuitate apoſtolica authoritate mutatus eſt in Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinã uitamq; bonam, quam habebat, authoritate huius ſanctæ ſedis, cõmuni epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum, ac populorũ conſilio translatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate ad ciuitatẽ, nec transfertur [c] de minori ad maiorẽ, qui hoc non ambitu, nec propria uoluntate facit: ſed aut ui, a propria ſede depulſus, aut neceſsitate coactus, aut utilitate loci, uel populi, non ſuperbè, ſed humiliter ab alijs translatus eſt. Nam ſicut epiſcopi habent poteſtatem regulariter ordinare epiſcopos & reliquos ſacerdotes: ſic quoties utilitas aut neceſsitas coegerit, ſupradicto modo & mutare & inthronizare poteſtatem habent: non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis authoritate & licentia. Alia etenim eſt cauſa utilitatis, alia auaritiæ & præſumptionis, ac propriæ uolũtatis.

Item Pelagius papa Benigno archiepiſcopo.

Cauſa neceſsitatis mutationes epiſcoporum fieri poſſunt.

CAN. XXXV.

SCias frater dilectiſsime, aliud eſſe cauſam neceſsitatis & utilitatis, aliud præſumptionis ac propriæ uolũtatis. Nõ ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem, id eſt, qui non auaritiæ cauſa, aut dominationis, aut propriæ uoluntatis, uel delectationis ſuæ migrat de ciuitate ad ciuitatem, ſed cauſa neceſsitatis & utilitatis mutatur. Nam † plurimorum [d] utilitas, unius utilitati, uel uoluntati præferẽda eſt. Aliud [f] eſt enim mutare, & aliud mutari. Nam aliud eſt ſponte tranſire, aliud coacte aut neceſsitate uenire. Vnde non iſti mutant ciuitatem, ſed mutantur: quia non ſponte, ſed coacte hoc agunt. Nõ ergo bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa neceſſitatis, uel utilitatis fieri poſſe, quoties communis neceſsitas, aut utilitas perſuaſerit.

Item ad eundem.

Chriſtum negare conuincitur, qui neceſsitatem patientibus miſericordiam non impendit.

CAN. XXXVI.

OMnis, qui gemebat & uexabatur a Saul, fugiebat, & ueniebat ad Dauid. Si rex pijſsimus, atque iuſtiſsimus Dauid ſciret [g] peccatum eſſe fugientes perſecutionem, & tranſeuntes de loco ad locũ, & de ciuitate ad ciuitatem, recipere, tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, neque in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt, non eos tantum perſequuntur, quantum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur.

[a] MVtationes. Petrus. xxij. diſtinct. capi. ſacroſancta.

[b] Parua. Scilicet Vercellina. & regulare eſt, ut a minori promoueatur ad maius: ut xciij. diſt. ca. legimus. in fine. ff. de muner. & hono. ut gradatim. ſed non econuerſo.

[c] Nec transfertur. præſumit enim canon locum non mutari, cum animus non ſit mutatus: ſicut uirgo cenſetur, cum non ſit animus corruptus, licet corpus ſit corruptum. xxxij. q. v. ita ne. ſic propter animum bonum iudicat canon, etiã iniuſtum factum bonum. xxiij. quæſtio. viij. ca. occidit. & quæſtio. vij. c. quod autem. & xxxij. quæſtio. v. cap. propoſito.

Virgo dici poteſt etiã corrupta.

[d] SCias. Plurimorum. illuc potius accedat prælatus, ubi plus lucri poteſt facere, licet maior ſit ibi pœna ſua: ut ĩ. ea. ca. j. & hic apparet ratio, quare epiſcopus nõ debeat fieri monachus inuito papa: quia ibi conſuluit propriæ utilitati tantum, ut ij. q. vij. ca. ſancta. ſed hic communi & propriæ, quæ duo ſunt præferẽda propriæ tantum: ut ij. q. vij. ca. ſancta.

[e] Præferenda eſt. Nam cum quis uocatur ad prælaturam, non præponet priuatum commodum communi, ut hic, & viij. q. j. ca. in ſcripturis. & xvj. q. vj. ca. uos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. alias enim ſuam utilitatem poteſt præferre. ff. de iud. l. ſi longius. ff. de arbi. l. licet autem ff. ad le. Aquil. l. ſi quis fumo. ff. de præſcrip. uer. l. qui ſeruandarum. aliud tamen uidetur in prælato, ut ille ſemper teneatur præponere utilitatem eccleſiæ ſuæ propriæ utilitati: ut xij. q. iiij. c. quicunque. Cum ergo detrimẽtum quis patitur pro publica utilitate, poteſt ſuam præponere utilitatẽ. xix. q. ij. cap. duæ. xiij. diſt. quod ait. quia ordinata charitas a ſe incipit. xxiiij. q. v. c. ſi nõ licet. de pœ. diſtin. vj. ca. qui uult. Vel dic, quod quando priuata utilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, ut eſt in prælatura, ut arg. ff. pro ſoc. l. actione. §. Labeo. Vel diſtingue, an utilitas in acquirendo conſiſtit, aut in dãno uitãdo: tũc ſecus, uel conuerſo.

Vtilitatem ſuam an poſſit quis præferre publicæ.

ı De hoc le. & not. ĩ. e. c. placuit.

† Concor. text. cum gl. in uer. eo tempore. in l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio. & gloſ. in l. j. & ibi Petr. Cy. & Bar. ff. ſol. mat.

ADDITIO.

De hoc not. extra de poſtul. præla. ca. bonæ. j. de reg. c. licet. Archi.

[f] Aliud. Vt ſupra diſtin. vj. c. teſtamẽtum. & extra quod metus cau. ſacris.

[g] OMnis. Sciret Argum. quod eo ipſo uƚ aliquid bonũ & iuſtũ, qꝺ a bono factũ ẽ. xxxviij. di. c. qui de menſa. & ix. quæ. ij. cap. Lugdunenſis.

Coacte.

Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed coactè [a] hoc agunt: ſed ipſi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis, qui eos hoc agere cogunt. Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, & neceſsitatem patiẽtibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia & ueritas. Negant autem miſericordiam neceſsitatẽ patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſterijs, & non habentibus proprium epiſcopum, qui eos inſtruat, cauſa neceſsitatis atque utilitatis, ut ex alia ciuitate, licet minor [b] ſit, in eam, quæ non habet epiſcopum doctiorem, [c] uel potiorem & utiliorem [d] meliori conſilio non ſponte tranſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare negant: aut epiſcopum deiectum & perſecutionem patientem cauſa utilitatis: aut neceſsitatis nolunt inthronizare.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Non ambitione, ſed ſynodali authoritate de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat.

CAN. XXXVII.

Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquã inferioris ordinis clericus. Sanè ſi utilitas eccleſiæ popoſcerit decreto pro eo clericorum & laicorum epiſcopis porrecto in præſentiam ſynodi transferatur, nihilominus alio in locũ eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris uerò gradus [e] ſacerdotes, uel alij clerici conceſsione ſuorum epiſcoporũ poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem.

In proprio gradu epiſcopi, uel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia.

CAN. XXXVIII.

Epiſcopi uel presbyteri ſi cauſa uiſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi uenerint, in gradu [f] ſuo ſuſcipiantur, & tam ad uerbum faciendum, quam ad oblationem conſecrandam inuitentur. [g]

Item Calixtus papa omnibus epiſcopis.

Eccleſia unius epiſcopi ab alio diſponi non debet.

CAN. XXXIX.

Sicut alterius uxor, nec adulterari ab aliquo, uel iudicari [h] aut diſponi, niſi a proprio uiro eo uiuẽte permittitur, ſic nec uxor epiſcopi ipſius, quæ eius eccleſia, uel parochia indubitanter intelligitur eo uiuente abſque eius conſilio & uoluntate alteri iudicari uel diſponi, aut eius concubitu, id eſt, ordinatione frui conceditur. Vnde ait Apoſtolus: Alligata eſt uxor legi uiri, quandiu uir eius uiuit: eo uerò defuncto ſoluta eſt a lege uiri. (Rom. 7.) Similiter ſponſa epiſcopi, quia ſponſa uxorque eius dicitur eccleſia, illo uiuente illi alligata eſt: eo defuncto, ſoluta eſt: & cui uoluerit nubat, tantùm in Domino, id eſt, regulariter. [i] Si enim eo uiuente alij nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille ſi aliam ſpõte duxerit: adulter exiſtimabitur, & communione priuabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia, fugiendum eſt illi ad alteram eccleſiam, eiq; eſt ſociandus dicente domino: Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. (Mat. 10.) Si autem

---

[a] Coactè. Precibus ſuperiorum. ſic ſupra ead. ca. qualiter. uidetur enim quod non poſsit cogi: ut lxxiiij. diſtin. ca. ubi. Vel dic, quod poteſt quis cogi, ut de nolente fiat uolens: ut xxiiij. q. iiij. capi. diſplicet. & lxxiij. diſtinc. ca. placuit. Papa tamẽ abſolute poteſt aliquem cogere: ut ix. quæſt. iij. per principalem.

(Hoc nota. s. j. q. vj. ſicut ibi uideas.)

[b] Minor. Sed nunquid tenetur minor populus ſuum epiſcopum maiori concedere, cum nemo cogatur de ſuo beneficium facere. x. quæ. ij. precariæ? Reſpõ. ſic, ſi alium poteſt habere æque idoneum. uel loquitur in eo caſu cum ibi magis utilis erit: ut ff. locati. l. ſi domo.

(Arg. ff. ſo. matr. l. ij. in prin. ff. de eui. in creditorem. cum ſuis ſimi. ſecũdum Io. de Fã.)

[c] Doctiorem. Omnia comparatiua poſitiue hic ponuntur.

[d] Et utiliorem. Scilicet illis.

[e] Epiſcopus. Gradus. quod uerum eſt de ijs, qui ſubſunt epiſcopis nullo mediante: ut lxxj. diſtin. c. clericos. & extra de renuntia. c. admonet. ſed ſi alijs ſubſunt, ut abbatibus, uel alijs, eorum conſenſus requirẽdus eſt: ut liiij. diſtinct. c. j. & ix. quæſt. iij. cap. conqueſtus. & lxxij. diſtinc. ca. quanto. Quid ſi clericus non uult tranſire de minori ad maiorem? Dico quod nõ poteſt cogi ab epiſcopo, quia nemo creſcere cogitur inuitus. lxxiiij. diſtin. cap. geſta. & lxiij. diſt. ca. quanto. hoc autem papa poteſt. Sed ſi ad alium epiſcopatum uocatus eſt epiſcopus, neceſſarius eſt conſenſus epiſcopi. lxxj. diſtinct. per totum. & lxxxv. diſtinctio. epi. Florentinum. Ioannes. Ego credo, quod eps põt cogere clericum ut tranſeat ad maiorẽ locũ, cum maiora facere poſsit, ut extra de exceſ. prael. c. ſicut. & ad hoc facit extra de æta. & qual. quæris. B.

(Clericus an poſsit per epm cogi tranſire ad maiorẽ eccleſiam.)

(Et male in præd. c. geſta ſecũdum Hu. & La. ſed compelli põt a papa ſolũ: ut s. dicitur ſecũdum L. & Hu.)

[f] Epiſcopi. In gradu. i. honore.

[g] Inuitentur. alias non licet. ix. qõ. ij. ca. nullus. & vj. qõ. iij. c. ſcriptum.

[h] Sicut alterius uxor. Iudicari. ff. de iuriſdic. omnium iudi. l. qui iuriſdictioni [illegible]. contra. ubi dicitur, quod nullus ſibi, uel ſuis ius dicere poteſt. Reſpond. iudicare poteſt maritus uxorem corrigendo eã xxxiij. qõ. iiij. c. duo. iſta. ſed non uerberando eam: ut C. de repu. conſenſu. quia illa aliena ſunt ab ingenuis, ut ibi dicitur, ſed temperate poteſt eam caſtigare: quia eſt de familia ſua. xxxiij. q. v. hæc imago. ſicut dominus ſeruũ. inſti. de ijs, qui ſui uel alieni iuris ſũt. §. fina. & etiam mercenarium ſuum. ff. de pœ. l. reſpiciendum. non autem in forma iudicij põt eam iudicare.

(Maritus uxorẽ caſtigare poteſt.)

[i] Regulariter. Id eſt, homini ſuæ profeſsionis. xxviij. q. j. cap. caue. Vel ſine ſuſpicione turpitudinis. xxij. qõ. j. c. ſi quis uxorem.

Hoc

Hoc non ſolum. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis in qua reprehendit eos qui occupāt locum uiuentis, cum duo ſimul eſſe non poſſunt. Ioan. de Fant.

a E Vm qui contra. Archidiaconatum. Sed nonne iſte debuit deponi, ut iij. quæſtio. ij. audiuimus. & ij. q. j. in primis? Sed iſte excuſabatur authoritate maioris: ı qui hoc fecerat. xiiij. q. v. dixit dominus. & xxviij. diſtinctio. diaconi.

ı Hanc rationē hic probat H. dicens, q̄d ideo excuſatur & diſpēſatur. cum eo. & idē Lau.

b I N apibus. Imperator. Argu. quod omnes reges coronabit Imperator, ut dixi. lxiij. diſtinct. Adrianus. ij. cum plures ſunt reges: ut vj. quæſt. iij. cap. ij. Ioan.

c Vnus. tamen quãdoque fuerunt duo Imperatores de facto: ut xxj. diſtinct. nūc autem. Quid ergo dicemus de Greculo? ⲁ Videtur ꝙ iſte ſit Imperator: quia Conſtantinus illuc tranſtulit imperium: ut xcvj. diſtin. Conſtantinus. & Imperator appellatur, ut extra de maio. & obedi. cap. ſolitæ. ſed non eſt ita: quia Romana eccleſia tranſtulit imperiū ad Alemanos ab oriente, extra de elect. c. uenerabilem. Ioan.

ⲁ Dic q̄d nō eſt uer^9 nec uniuer. Imperator ſecūdū Alexā. in l. quicūque. co. v. ff. de offic. ei^9 cui mā da. eſt iu.

d Iudex unus. ſed imo decem ſunt iudices prouinciæ, ut vj. quæſtio. iij. ſcito te. ſed hic appellat iudicem regem. alibi tamē uidetur, ꝙ unus ſit iudex prouinciæ prętcr regē: ut xxiij. quæſti. iij. duo iſta.

e Roma. ff. de rerum diui. l. ultima. contra. ibi dicitur ꝙ ideo Romulus interfecit Remū, quia muros trāſilijt. Reſpondeo. Nam potuit hoc idem feciſſe ex inuidia.

Gene. 25.

f Parricidio. large ſumpto nomine, ut ff. ad legē Pompeiam, de parricid. l. prima.

ı Circa ſtudc. poſſet quæri,
6 an Papa & Imperator ſint ſuperilluſtres. dic quod nō,

g Archidiaconi. id eſt, in quolibet archidiaconatu erit unus archidiacon^9.

utilitatis cauſa fuerit mutandus, non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitãtibus cum authoritate huius ſanctæ ſedis faciat. Non tamen ambitus cauſa, ſed aut utilitate, aut neceſſitate (ut dictum eſt) faciendum eſt.

Hoc non ſolum de epiſcopis, uerùm etiã de quibuslibet eccleſiæ miniſtris intelligitur: ne uidelicet in locum uiuentis alter obrepat. Vnde beatus Gregorius ſcribit Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat.

Deponatur qui locum alterius inuadere non timet.

CAN. XL.

E Vm qui contra iuſtitiæ regulam in archidiaconatū a alterius ſe prouehi cōſenſit, ab eiuſdē archidiaconatus honore deponimus, qui ſi ulterius i loco eodē miniſtrare præſumpſerit, ſe participatione ſacræ cōionis nouerit eſſe priuatum.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum.

In una eccleſia duo prælati eſſe non debent.

CAN. XLI.

I N apibus princeps unus eſt, & grues unam ſequunt ordine literato. Imperator b unus, c Iudex unus d prouinciæ. f Roma e ut condita eſt, duos fratres ſimul reges habere nō potuit & parricidio f dedicat. In Rebeccæ uerò utero Eſau & Iacob bella geſſerunt. Singuli eccleſiarū epi, ſinguli archiepi ſinguli archidiaconi: g & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.

7 *Ecce in quibus caſibus epo uiuente alius poteſt ei ſubſtitui, quanquã ſecundùm rei ueritatē nō uiuenti eps talis probetur ſuccedere. Translatus. n. ab una ciuitate ad aliam, deſinit h eſſe eps illius ciuitatis. à qua trãſfertur: atq; ideo qui huic ſuccedit, non uiuenti, ſed defuncto i quodammodo epo probatur ſubſtitui. Sed inter eum, qui hoſtilitatis neceſſitate, & eum, qui utilitatis cauſa transfertur, hoc intereſt, quod ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit: ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet.*

Vnde Gregorius Papa ſcribit Ioanni epiſcopo Squilitano, libro ſecundo epiſt. cap. xxv.

Qui metu hoſtilitatis ad aliū locū tranſierit, poſtea ad ſuam eccleſiam redire oportet.

CAN. XLII.

P Aſtoralis officij cura nos admonet deſtitutis eccleſijs ꝓprios cōſtituere ſacerdotes, q gregē dominicū paſtorali ſolicitudine gubernare k debeant. Propterea te Ioannē ab hoſtib. captiuatū Leſ-

Non autem prohibet quin in una eccleſia poſſint eſſe plures Archidiaconi, ut xciij. diſt. diaconi.

Ecce in quibus. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis in qua probatur de mutatione cauſa neceſſitatis & leuitatis. Ioan. de Fant.

h Deſinit. xxj. q. ij. ſi quis iam tranſlatus.

i Defuncto. Cum enim loco eius ſuccedit, pro mortuo habetur. ff. pro ſoc. actione. §. publicatione.

k P Aſtoralis officij. Gubernare. Videtur, quod iſte epiſcopus ſub cōditione, l. uel ad certum tempus fuerit inſtitutus: ſed beneficia ſub cōditione nō dantur. j. q. ij. quam pio. nec ad tempus, ut s̄. eadem quamuis. & lxx. diſtin. ſanctorum. nec cōuenit morib^9 noſtris temporales filios habere. ff. de adoptio. l. quęſitum. ſic. ff de regu iur. actus. ſicut nec libertas ad tēpus datur. ff. de manumiſ. teſt. l. libertas. nec hæreditas: inſtitu. de hæred. inſtitu. §. hęres. nec matrimonium. xxxij. quæſtio. ij. ſolet. Poteſt dici puram eſſe inſtitutionem: ſed ſub conditione reſoluitur, ut ff. de in diem addic. l. ij. ſimile extra de filiis presby. uenit & ſimile extra de pigno. ca. illo. Vel dic, quod iure poſtliminij reſtituitur ei prior epiſcopatus. ſic xvj. quæ. iij. prima. nō enim poteſt dici, quod maneat epiſcopus prioris eccleſiæ. Sic enim eſſet epiſcopus utriuſque, contra illud quod eſt xxj. q. j. relatio. & eſt ſimile. C. de cura. furio. cum alijs. & ſic dices quod prior locus deſinit eſſe religioſus, ut ff. de religio. l. cum loca. ſed poſtea eam repetit iure poſtliminij, ut xxiiij. quæſt. j. cum ꝑ bellicā. Vel dic, quod papa ſub conditione, uel ad cer-

imo ſunt ſuper oēs gradus ſecundū Cynū, & Raynu. in l. fi. C. ubi ſena. uel clyri. & Io. Andre. in addit. ad Specu. in ti. de iuri. om. iud. & Alberi. de ro. in l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. & Alexā. de Imol. in l. quęcunq;. col. iiij. ff. de of. eius cui mā. eſt iuriſdi.

l Archipresbyteri.

ı Verum eſt à iure reprobata. & ſic loquitur ca. quā pio. & extra de pactis. c. fin. cum ſimilibus. Hic aūt loquit quando eſt tacita cōditio à iure inducta. Archidia.

Beneficia ſub conditione non dantur.

mianæ † ciuitatis epiſcopum in Squilitana † eccleſia cardinalem neceſſe duximus cõſtituere ſacerdotẽ: & ut ſuſceptam ſemel animarum curam, intuitu retributionis futuræ impleas. Et licet à tua eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam, quæ paſtore uacat debes eccleſiam gubernare: ita tamen, ut ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & domino protegente ad priorem ſtatum contigerit reuocari, [a] ad eam, in qua prius es ordinatus eccleſiam reuertaris. [b] Sin autẽ prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac, in qua à nobis ordinatus es, uel incardinatus, debeas eccleſia permanere,

Qui uero utilitatis † cauſa transfertur, nequaquã ad priorem redire cogitur. Eſt etiam alius caſus in quo epiſcopus uiuenti epiſcopo ſubſtituetur. Cũ enim aliquis relicta priori cathedra, ſua authoritate ad aliã trãſierit, & alius ei ſubſtitutus fuerit, licet ille prioris eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſierit, ſubſtitutus tamen epiſcopatum habebit.

Vnde Damaſus urbis Romæ ep̃s ſcribit omnibus epiſcopis dicens.

De ſacerdotibus, qui relictis ſuis eccleſiis ad alias migrarunt. CAN. XLIII.

EOs ſacerdotes, qui de eccleſijs ad alias eccleſias migrauerũt tãdiu à cõione habuimus alienos, quandiu ad eas redierint ciuitates, in quibus ſunt conſtituti. Quod ſi alius alio tranſmigrante in locum uiuentis eſt ordinatus, [c] tandiu uacet [d] à ſacerdotij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, quandiu ſucceſſor eius quieſcat in domino.

Epiſcopalium etiã ſediũ mutationes metu hoſtilitatis interueniente nonnunquam fieri ſolent.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Bellitrano.

Neceßitate temporis epiſcopalium ſedium mutationes fieri poſſunt.

CAN. XLIIII.

TEmporis qualitas nos admonet epiſcoporum ſedes antiquitus certis ciuitatibus cõſtitutas, ad alia quæ ſecuriora putamus eiuſdem diœceſis loca tranſponere: [e] quo & habitatores ſecuri ualeant degere, & barbaricum poſsint periculum facilius declinare. Propter-

---

rum tempus poteſt aliquem inſtituere prælatũ, ſicut miles ſub conditione & ad certum tempus inſtituit hæredem. ff. de mili. teſt. in fraudem. §. ſimiles. Ioan.

a Reuocari. Arg. quod reſtituta re in priſtinum ſtatum. omnia iura reſtituuntur: ‡ ut ex. de elect. quia diligentia xvj. quæſtio iij prima. et ſi quis peruenerit ad meliorem fortunã, tenetur ad priſtinã obligationẽ. xxvj. q. vij. ab infirmis. ff. quẽadmo. ſer. amit. l. ſi locus. & C. qui bo. ced. poſ. l. ij.

b Reuertaris. Cum ergo teneatur redire, non ergo deſinit eſſe epiſcopus primæ eccleſiæ: & ſic epiſcopus eſt duarũ eccleſiarum, contra illud. xxj. queſtio. j. relatio. Baz. uero dicit, quod eſt epiſcopus utriuſque, ſicut in matrimonio carnali dixit quod aliq̃s poteſt eſſe maritus duarũ, ſi uxor intrat religionem. Sed contra. nam ille locus deſijt eſſe eccleſia p̃ captiuitatem. ut ff. de relig. cũ loca. Sed nõ eſt ita, quia ipſa ſacramẽta eccleſiæ uera dicim⁹ eſſe apud hoſtes: ut j. quæſtio. j. quod quidã. & qđ dicit lex quod deſinit eſſe ſacer locus, intellige q̃ ad uiduatus eſt ſacris miniſterijs. Ciuitas autẽ deſinit eſſe inductione aratri. ff. quibus mod. uſusfru. amit. l. ſi uſusfructus. & collegium translatis p̃ſonis. ff. de col le. illicitis. l. iij. Sed pone econuerſo, q̃ epiſcop⁹ ſit captus, & nõ ciuitas: tunc bene cõſtituetur alius, ut dicunt quidã: quia ſi tutor eſt captus ab hoſtibus, alius dandus eſt: & tamen ſi captus redierit, omnia recuperat iure poſtliminij, & ille alius deſinit eſſe tutor, ut in ſtit. de Attil. tut. §. ab hoſtibus. quod non concedo. ‡ quia ſic offenderetur illa regula xvj. q. vij. inuentum.

EOs ſacerdotes. Ordinatus. Arg. quod re integra poteſt repeti eccleſia, quæ habita eſt pro derelicto. Nam ſi ceſsit quis bonis rebus nondum diſtractis, poteſt eas repetere, ut arg. C. de repud. hære. l. ult. & arg. ff. de ceſ. bon. l. is, qui. ſimile. ff. de decur. l. qui ad tempus. Sed quæro, cũ iſte ſubſtituebatur, aut uacabat epiſcopatus, aut non? ſi non uacabat, qualiter ſucceſsit in locum uiuentis? ‡ arg. ff. de uerb. obli. l. j. Non poteſt etiam dici quod uacabat: quia non fuit eccleſia adiudicata: maxime cum dicatur, quod nõ ipſo receſſu perdat quis eccleſiã. ‡ Sed breuiter poteſt dici, quod ille fuit admonitus, & p̃ ſententiam fuit eccleſia adiudicata. Vel dic quod cũ de iure debuit uacare, licet ſuper hoc nõ eſſet lata ſentẽtia, poteſt alij adiudicari, ut extra de renunciatio. ex tranſmiſſa. extra de conceſſio. præbend. & eccle. non uacan. cap. literas.

d Tandiu uacet. & ſic uidetur q̃ eo mortuo poſsit repetere eccleſiã: ſed nõ eſt uerum. ſic ergo quod hic dicitur in fauorem eccleſię dicitur, quia eum nõ uult repetere. Vel ideo, quia eccleſia poſt mortem huius eum poteſt repetere. Sed pone, moritur ſubſtitut⁹ eccleſia repetit primum ille nõ uult redire: poteſt ne compelli? Non uidetur. uidetur enim eccleſia renũciaſſe iuri ſuo nõ repetendo, cũ potuit eũ repetere, & noluit, ſed alium præelegit. Imo uidetur quod ipſe repetere poſsit eccleſiam uiuo ſecũdo. & ſi obijcitur ei, quod habuerit eccleſiam p̃ derelicto replicabit quod illa alij adhæſit, ut ex. de diuor. ſignificaſti. qđ non credo: ut xxij. q. vj. nihil. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. idem ait. Ioan.

Epiſcopalium.

CASVS. *Supra oſtendit Gratianus de mutatione epiſcoporũ. Nunc uult oſtendere, quod eccleſia epiſcopalis mutari poteſt hoſtilitatis metu. & hoc probat ſequens capitulum.*

e TEmporis. Tranſponere. j. de conſec. diſt. j. tribus. j. xvj. q. ult. ſi quis. & quæſtio. j. & temporis. ubi de hoc notaui plene.

Item.

---

‡ Ar. contra. xvij. qõ. vij. & hoc diximus. ubi de hoc. & extra de uerb. ſig. abbate. in fine.

† Liſitanæ.

† Squillatina.

Epiſcopus duarũ eccleſiarũ an poſsit aliquis eſſe.

† humilitatis.

‡ Et bene ut ſatis colligitur extra lib. vj. de ſup. negli. prælat. ſi epiſcop⁹. Archid.

Eccleſia pro derelicto habita, an poſsit repeti re integra.

‡ Sub. contra id j. e. eum qui. cũ ſimilibus. Arc.

‡ De hoc not. j. e. c. quia frater. §. ambitionis. & uide q̃ not. xcij. diſt. ſi quid epiſcopi. in gl. j. in quo. Arc.

Subſtituto mortuo, an poſsit qui renunciauit ab eccleſia repeti.

ea te Ioannem fratrẽ & coepiſcopum noſtrũ Bellitrẽſis ciuitatis, ſedemq; tuam in loco quondam Arenatarum ad ſanctum Andream apoſtolum præcipimus tranſmigrari: quatenus ab hoſtilitatis icurſu liberior exiſtere ualeas, & illic conſuetudinẽ ſolẽniũ feſtiuè diſponas.

8 Item cùm aliquis cauſa humilitatis apoſtolica cõceſsione de epiſcopali ſede ad monachalem deſcenderit ſubiectionem, alius loco eius ſubrogari poterit: ille uerò ad pontificatum reſurgere nequaquam ulterius ualebit.

Vnde in quinta actione Conſtantinopolitanæ ciuitatis ſynodo ccclxxxiij. patrum ſub octauo Ioanne Papa, cui præfuit Petrus presbyter cardinalis, et Paulus Anchonitanus eps, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus apocryſarij Papæ dixerunt.

Epiſcopus, qui cauſa humilitatis monachus efficitur, ad pontificatum redire non ualet.

CAN. XLV.

HOc nequaquã apud nos habeatur, ut quicunque de pontificali ordine & habitu ad monachorum deſcenderit uitã, ulterius [a] poſsit in epiſcopatum reuerti. Item, præcipit ſancta ſynodus ut quicunque de pontificali dignitate habituq; ad monachorũ uitam, & pœnitentiæ deſcenderit locum, nequaquam ad pontificatum reſurgat. Monachorum enim uita, ſubiectionis habet uerbum & diſcipulatus, nõ docendi, uel præſidendi, uel paſcendi alios.

Hoc ad pænitentiam agendam, non ad quietẽ ſeruandam quibuſdam cõceditur.

Vnde Liberius Papa ſcribit omnib. epiſcopis.

Pro infeſtationibus malorum non licet epiſcopo gregem relinquere.

CAN. XLVI.

SVggeſtum eſt nobis, ꝙ pro præteritis laboribus & infeſtationibus nonnulli ueſtrũ aſsignatas ſibimet & à Deo commiſſas reliquerunt plebes, & in futurum plures relinquere uelint eas, quas tueri debent eccleſias: & pro ouibus ſibi commiſsis laborare negligant, & monaſteriorũ ſe quieti tradere feſtinent: & uacationem ab epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio, atq; otio uitam ducere magis appetant, quàm in his, quæ ſibi commiſſa ſunt permanere, dicente domino: Beatus qui perſeuerauerit uſque in finem. Vnde nãque eſt beata perſeuerantia, niſi de uirtute patientiæ: Quoniam ẽm apoſtolicam prædicationem omnes, qui uolunt in Chriſto piè uiuere, perſecutionem patiuntur. Ideo fratres chariſsimi non uos afflictionum amaritudo à pio mẽtis ueſtræ propoſito coerceat recedere: conſiderantes quanta pro abſolutione noſtri, & liberatione creator dñsq; & redemptor noſter pertulerit, quibusve ſe cõtumelijs afficiẽdum tradiderit, ut nos, à uinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Attendite itaq; uobis & omni gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus conſtituit epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine ſaluator mundi, ut non ſit qui uos decipiat, [b] aut ſeducat ſubtilitate ſermonis, ut plebes uobis commiſſas relinquatis, & alicui propter opprobrium malorum hominum quieti uos tradatis, ut uos ſolummodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis.

Mat. 10. e

2. Timo. 3. d

Item Nicolaus Humifrido Morinenſis eccleſiæ epiſcopo.

In perſecutionibus epiſcopus eccleſiam ſuam non deſerat.

CAN. XLVII.

SCiſcitaris itaque per Guldaguarium presbyterum utrùm cùm a Normannis de epiſcopio depellaris, debeas dece-

Item. Hæc eſt viii. pars, in qua quæritur de illis, qui cauſa pœnitentiæ relinquunt epiſcopatum, utrum poſsint fieri epiſcopi. Quid iuris ſit habes extra de renun. poſt tranſlationem. Dicas tamen breuius quod ſi fuerint poſtulati, poterunt fieri epiſcopi, niſi pro crimine dimiſerint epiſcopatus. Et hoc probat per quinq; cap. Io. de Fant.

a HOc nequaquam. Vlterius. tamen monachus, qui nunquam fuit epiſcopus, bene poteſt eſſe epiſcopus: ut xvj. q. j. nos autem. & viii. q. j. in ſcripturis. & xviii. quæ. j. c. unico. Item ſi plebanus aliquis ſit monachus poſtea poteſt fieri plebanus: ut xvj. q. j. ſi quos à clericatu. Dicunt quidam ꝙ cũ quis dimittit epiſcopatum ubi plus proficere potuit, præſumitur qđ propter conſcientiam criminis hoc fecerit. Sed hoc non eſt uerum, quia ſæpe ingreditur quis monaſterium propter merita augenda: ut xxvii. q. ii. ſunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc ca. de eo qui conuictus eſt de crimine, & detruditur in monaſteriũ ꝑꝑ hoc: ut extra de renũ. poſt tranſlationem. Vel intellige de eo, qui humilitatis cauſa tranſiuit, & de licẽtia Papæ. & talis per ſe non poteſt redire ad epiſcopatum, ſed de licentia ſuperioris. Sed nunquid talis põt eſſe abbas? non uidetur: quia maioribus honoribus functo, non licet inferiores recipere: ut C. de ijs qui ad ciuilia munera uocantur. l. maioribus. lib. x. Secus tamen credo, quia ẽt poteſt eſſe plebanus ut extra de renun. ad ſupplicationem. & xvj. q. j. ſi quos. & cap. in parochia. Ioan.

Eps ſemel monaſteriũ igreſſus, an poſſit iterum redire ad epiſcopatum.

Sub. vñ repellitur ſicut quilibet pœnitens. l. di. ſi ille. alias ſecus. ut extra, &c. ut ſequitur.

b SVggeſtũ. Decipiat. Arg. ꝙ ſi qs dolo renũtiet, qđ tenet renuntiatio, ꝙ non eſt uerũ ut iii. q. j. redintegranda.

SCiſcitaris. Prore-

tero in monaſterio cõuerſari. In quo ſcias chariſsime frater, ꝙ ſi pernicioſum eſt proretam [a] in tranquilitate nauim deſerere, quantò màgis in fluctibus? Vbi [b] non dicimus, quòd perſecutorum non fugiamus, [c] maximeq; paganorũ inſidias, cùm ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum nocendi facultatem diuinitus [d] aſſequuntur: præſertim cum eis prodire [e] ultro non debeamus: & multos prophetas & apoſtolos, ipſum quoq; Dominum huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius cõſtet: ſed quòd præcipuè nos qui tanquam arietes [f] ducatum gregibus præbemus, imò qui & horum paſtores ſumus, Deo authore cum eis in periculis pro uiribus perſiſtere pro certo conueniat: & cùm tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitaque furentium infeſtatio, mox gregem perquirere, & in unum colligere, & eius animos cæleſtis patriæ pace, ac potiſsimum ſecuritate prædicata ſurſum erigere debemus. Et tandiu ſuper eorum cautela oportet nos eſſe ſolicitos, ut ſi, Dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſsis amittunt, futurę uitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna.

Item Gregorius.

Non eſt reprobatio, ſed uirtutis probatio bonorum aduerſitas.

CAN. XXVIII.

ADuerſitas, quæ bonis uotis [g] obijcit, ꝓbatio [h] uirtutis eſt, nõ iudiciũ [†] reprobationis. Quis.n. neſciat quàm proſperũ fuit, ꝙ beatus Paulus Apoſtolus prædicaturus ad Italiam ueniebat, & tñ ueniens naufragium pertulit: ſed tamen nauis cordis [i] in maris fluctibus integra ſtetit.

9 *Hoc etiam [k] tunc obſeruandũ intelligitur, qñ inter ſubditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum uita proficiat, quando nec ſpecialiter ꝓlatus quæritur, nec per alios tuta põt eſſe eccleſiæ ſalus: ne ſi deſerere ĩcipiat, quibus prodeſſe põt, dicatur de eo: Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſũt oues propria, uidet lupũ ueniẽtẽ & deſerit oues, & fugit. Cum uerè ſpecialiter quęritur, fugiat exemplo Chriſti, qui à facie Herodis fugit in Aegyptũ. Fugiat exemplo Pauli, qui à fratribus per murũ ſubmiſſus eſt in ſporta.*

Vnde Auguſtinus ait:

Fugiat miniſter Chriſti, ſicut Chriſtus in Aegyptum fugit. Fugiat qui ſpecialiter quæritur, dum per alios eſt firma ſalus eccleſiæ. Hinc etiam ait dominus diſcipulis: Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Hinc etiam idem abſcondit ſe, & exiuit de templo, quando Iudęi

---

Proreta, eſt nauis rector.

a Proretam. Id eſt, rectorem nauis: à prora, quæ eſt anterior pars nauis.
b Vbi. Id eſt, quo exemplo non dicimus, &c.
c Non fugiamus. Id eſt, fugere debeamus.

Perſecutiones ꝓpter peccata mittuntur.

d Diuinitus. Deus ꝓpter peccata hominum mittit flagella & perſecutiones. lvj. diſt. ſi gens. xvj. quæſtione j. reuertimini. & xxiii. q. iiii. ſi quos. & ſecundum quoſdam poteſtatem nocendi dat Deus quando permittit quoſdam nocere eo ipſo, quod ſe nõ obijcit. ſecundum alios propriè dat poteſtatem: ſed ipſe ex ſe habet poteſtatẽ nocendi. unde ſatanæ poteſtas nocendi Iob data fuit. Omnia enim quæ fiũt in ciuitate, aut iuſto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt: ut xxvj. quæſtione v. nec mirũ. Ioan.
e Prodire. Pugnãdo cum eis, quòd in nullo caſu poſſunt clerici, ſi alias poſſunt euadere. 50. diſtinctione. de his clericis. Sed poſſunt alios hortari ad pugnam iuſtam & etiam intereſſe, ut xxiii. quæſtione viii. igitur. & capit. ut pridem.
f Arietes. Alibi dicuntur epiſcopi canes. [g] ii. q. vii. q. nec regiminis.

a Ad hoc lxxxiii. di. nemo.

g Sub. In qua & per quã tranſire debem⁹ tribulationes & pericula huius ſeculi, ſicut ĩ naui mare tranſimus ad littora, iuxta illud: hoc mare magnũ & ſpatioſum. & ſequit, ibi naues pertranſibũt. Pſal. ciii.

ADuerſitas. Bonis uotis. Id eſt, propoſitis.
h Probatio. ĩ. e. cũ percuſſio.

ADDITIO.

Et dic probatio id eſt, examinatio & experimentum uirtutis, id eſt, conſtantiæ. Vel probatio uirtutis, ſcilicet ut probatione melior quis efficiatur: & ita appareat, ut in prædicto capi. cum percuſsio. ſecundum Hug.
i Nauis cordis. Id eſt, conſtantia fidei.

Hoc etiam. Hæc eſt ix. pars quæ. in qua dicitur quando debet prælatus relinquere ſubditos, & quãdo non. Ioan. de Faur.
k Hoc. Scilicet ꝙ ꝓlatus maneat cum ſubditis ſuis.
k Hoc etiam. In hoc §. diſtinguitur quid iuris ſit in extrinſeca ſiue intrinſeca perſecutione. Extrinſeca enim perſecutio conſiſtit in manifeſtis inimicis eccleſiæ: intrinſeca in eis, qui adhuc non ſunt præciſi. In exteriori perſecutione diſtinguitur, aut ſolus prælatus quæritur, aut totus clerus. Si ſolus prælatus, aut eo recedẽte tuta eſt ſalus eccleſiæ: & tunc fugiet. & hoc probat exemplo Chriſti, & Pauli, & tribus authoritatibus. Aug. domini, & Dauid. Si nõ eſt tuta, tunc ponet animam ſuam pro ouibus ſuis. Si totus clerus quærit. indiſtinctè ſe pro eis hoſtibus opponet: ut xliii. diſtinctio. ſit rector. ſed ſi alias poteſt conſuli eccleſiæ, totus clerus fugiat cum prælato. Si non poteſt, remaneãt cum prælato, uel omnes uel quidam ex eis. ſi eſt altercatio inter eos de remanſuris, res ſorte dirimatur. xxvj. quæſt. ii. ſors. Circa intrinſecam diſtinguitur ſic, aut omnes ſunt mali, aut quidam. Si boni ſunt commiſti malis, eos nõ deſeret. xxiii. quæſtione. iiii. tu bonus. Si omnes mali ſunt, aut ſpes eſt de correctione, aut non. Si eſt, non ſunt deſerendi. Si non eſt ſpes, tunc ſunt deſerendi, ut ĩ. ead. capit. ulti. Et nota quod loquitur de extrinſeca perſecutione uſque ibi, eſt & aliud genus. abinde miſtim de extrinſeca, uſque ibi, cum autem à uitijs. & abinde tantum de

† indicium.

Act. 17. a

Perſecutio eſt duplex.

Prælatus an ꝓpter perſecutionem licitè poſsit eccleſiã ſuã deſerere.

Ioã. 10. b

Matt. a

Act. 9. c

Mat. 10. c

Ioan. 8. d

lapides tulerunt, ut iacerent in eum.

Hinc etiã Auguſtinus ait de eodem in pſalmo [a] quinquageſimoquarto. Ecce elongaui fugiens: illud tangit, quòd uitabàt perſequentes, ut occaſionẽ [b] iræ demeret: & manebat in deſertis orãs, in quo docebat nos in ſecreto cõſcientię qeſcere, cùm à malis premimur. Cùm uero nõ prelatorum tantùm, ſed totius eccleſię ſalus [c] queritur, fides [d] impugnat, neceſſe eſt, ut ex aduerſo accedant, & in die belli ſeipſos, ut murũ opponãt pro domo domini, & animas ſuas ponãt pro ouibus ſuis, ut exemplo ſuę paſsionis accẽdãt, quos ſermone doctrinæ diutius cõfirmare nõ ualent. Et hoc quidẽ de manifeſtis perſecutionibus.

Eſt & aliud genus perſecutionis, [e] in quo Apoſtolus laborabat dicens: Quis infirmatur, et ego nõ infirmor? quis ſcandalizat, & ego nõ uror? [f] &c. Hinc Auguſtinus in pſal. [g] 101. oſſa, id eſt, fortes: quorum frixoriũ ſunt, qui ſcandalizãtur. tantum.n. frigitur [h] bonus, quãtum amat. Hinc idẽ in pſalmo xxx. [i] Iraſcitur iuſtus peccatis palearum, [k] non tamen o[l]dit: in quo extinguitur oculus [m] et uẽter [n] pro interioribus, [o] quæ turbantur, quãdo nec corripi poſſũt impij, quibus nõ clamat: [p] qa defecit [q] in dolore uita uidẽs nõ proficere, quod prædicat.

Hinc idẽ ait in pſalmo lxix. [r] utrunque genus perſecutionis diſtinguens uox contribulatorum [ſ] Chriſto, id eſt, martyrum inter paſsiones periclitãtium, ſed de capite [t] pręſumentium [u] cũ illis, [x] nos oĩs iuſti cui ex charitate abundans iniquitas Chriſtianorum paſſio eſt, ut Lot corporalem perſecutionem a nullo in Sodomis ſuſtinuit: ſed à malis eorum, cũ quibus habitabat. Eſt ergo pſecutio iuſti, uel à leone [y] in impetu, uel à dracone [z] in inſidijs. vñ omnes [a] clamẽt: Deus in adiutoriũ meum intende. Cùm autem [b] à uitijs ſubditorũ prælatus affligitur, aliquando omnium eſt una & inſatiabilis obſtinatio, aliquando mali inueniũtur bonis admiſti. Quando boni ſimul cũ malis habitãt, nõ ſunt deſerendi boni propter malos, ne peruersè malos euitãdo, uĩcamus [c] quos fugimus, ad gehẽnam: † ſed potius mali tolerentur propter bonos.

Vnde Grego.: Abel [d] eſſe renuit, quem Cain [e] malitia nõ exercet. [f] Ferrum quippe noſtræ mẽtis ad acumen nõ poteſt peruenire ueritatis, niſi hoc alterius eraſerit lima [g] prauitatis. Hinc etiã Augu. Tu bonus [h] tolera malum, &c. Infra de tole

de intrinſeca.

a In pſalmo. Exaudi Deus orationem.

b Vt occaſionem. Et ita peccat qs eo quod dat alijs occaſionem peccandi, ut lv. diſt. ſi euangelica. & xxij. quæſtio. iiij. inter.

c Salus. Ergo uidetur quod pro rebus tẽporalibus nõ debeat prelatus mori, ut xxiij. q. v. non eſt noſtrum.

d Fides. Per hæreſim aliquam.

e Perſecutionis, id eſt, compaſsionis.

f Non uror. compatiendo.

g In pſalmo. Domine exaudi. ibi, Quia defecerunt ſicut fumus dies mei & oſſa: mea ſicut in frixorio confixa ſunt.

h Frigitur. Id eſt, coufligitur: id eſt, tãtum dolet de malorum interitu, quãtum ſalutes eorum diligit.

i Xxx. In te domine ſperaui, uſq;, miſerere mei Deus quoniam tribulor, & conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus. quoniam deficit, &c.

k Palearum. id eſt, malorum qui ſunt ſine fructu.

l Odit. Supple id: quo ſcilicet odio extingueret oculus rationis, ſi haberet illud odiũ. Vel dic non odit homines, ſed peccata eorum. lxxxvj. diſtinctio. odio.

m Oculus. id eſt, intellectus.

n Venter. id eſt, prælatus, qui quandoque uẽtroſus eſt.

o Pro interioribus. id eſt, ſubditis.

p Non clamat. alte ſed intus ingemiſcendo.

q Defecit. dicens ſupple, quia defecit quaſi dicat, omnino conturbatus eſt oculus meus: qa defecit in dolore uita mea ex magna iniquitate malorũ. Et quare dicat hoc, occulte ſubdit, uidens non poſſe proficere & cætera.

r Lxix. ſcilicet Deus in adiutorium meum intende.

ſ Cõtribulatorum. id eſt, illa uox, Deus in adiutoriũ meum eſt uox martyrum in manifeſta perſecutione, & etiã uox iuſtorum in occulta & intrinſeca.

t Sed de capite. Id eſt, Chriſto.

u Pręſumentium. id eſt, cõfidentium.

x Cum illis. Id eſt martyrib9. & hic innuitur intrinſeca perſecutio.

y Vel à leone. Id eſt, à diabolo aperte ſæuiendo.

ADDITIO.

ſicut per Saracenos & apertos hæreticos. Archid.

z Dracone. id eſt, à diabolo occultè perſequendo, uel à falſis fratribus.

a Omnes. id eſt, tã illi, qui extrinſecã, quam qui intrinſecam perſecutionẽ patiuntur.

b Cum autem. Hic §. loqtur de intrinſeca perſecutione.

c Vincamus. id eſt, magis ſumus digni gehenna, quam ij, quos fugimus.

d Abel. id eſt, ſimilis Abel in patientia nõ uult eſſe, qui non poteſt tolerare conſortium malorum. Nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerãtiam teſtis eſt quod bonus nõ eſt, ut ĩ. xxiij. quæſtio. iiij. hæc autem. & cap. tu bonus.

e Cain. id eſt, fratris Abel.

f Non exercet. id eſt. malos non allicit. ſignificat ut illos corrigat.

g Lima. id eſt, perſecutio.

h Tu bonus. infra xxiij. quęſt. iiij. hæc autem. & capitu, tu bonus.

a De hac materia plene no. Inno. extra de renunti. niſi cũ pridẽ. §. j. ubi poſita eſt iſta gloſ. ſicut hic iacet: multa addit, & ibi de hoc per Hoſtien.

a Dic id eſt fortes. fortes .n. & robuſtiores in fide dicuntur oſſa: qa portãt carnes .i. infirmos, ſecundum Hugo.

2.Co.11.g

3 Scilicet per mortale peccatum, id eſt ſi odiret paleas, id eſt malos. in quarum hoĩes ſunt ſecundum Hug.

† Alias ne peruerſe malos euitando, quos fugimus ueniamus ad gehennam. Bonus nõ eſt q. malos non tolerat.

rūdis malis in prima cau ſa hæreticorum idem ait Maius malū in ſeparatione bonorū [a] cōmittimus quàm in cōiūctione [b] malorū fugiamus. tali nō imputat Deus ſua peccata, quia nō fecit: non aliena, quia non approbauit: nō negligentiam, quia nō tacuit: nō ſuperbiam, quia in unitate permāſit. Hinc idē in pſalmo liiij. Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbæ? nō ait ſicut coruo. Colūba uerò à moleſtis quærit auolare: ſed nō dilectionē amittit. ſēperq; gemit. Sic bonus uult ſe ſeparare copore, nō amore ab his, quibus non pōt prodeſſe. Sed ſi aliquādo ligatur nō uiſco cupiditatis, ſed cura et officio, ut deſerere nō poſſit, [c] tūc dicat, cupio diſſolui, & eſſe cū Chriſto: ſed manere in carne neceſſe eſt propter uos. et ſic eſt meritum ex deſiderio.

Ecce elongaui fugiēs: non loco, ne rūpatur charitas bonorū: ne perdat exercitiū malorum, quos Deus admiſcet, ut Iudā apoſtolis: quē quāuis ſciret furē eſſe, tamē ad prędicandum miſit, et ei eucharistiā dedit: docens in eccleſia tolerari malos nec obeſſe bonis malorū conſortia. Quandiu uero oīum ſubditorū eſt obſtinata malitia, nec prodeſt eis prælatorū præſentia, tūc etiā corpore licet ab eis recedere, ne illorū nequitia ſemper in deterius ꝓficiat: et iſti quidē fructū amittant, quē de aliorū profectu poſſent inuenire. Sic beatus Benedictus deſeruiſſe legitur, quos in necē ſuā unanimiter uiderat conſpiraſſe.

Hinc etiā beatus Gregorius Petro diacono interrogāti, an liceat prælato gregē ſemel ſuſceptū deſerere, lib. ij. Dialogorum reſpondit dicens:

Quando liceat prælatis ſubditos deſerere, uel non.

C AN. XLIX.

IBi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, ubi inueniuntur aliqui, quibus adiuuentur boni. Nam ubi omnino fructus de bonis deeſt, fit aliquando de malis labor ſuperuacuus: maxime ſi è uicino cauſæ ſuppetant, quæ fructum Deo ualeant ferre meliorem. Sæpe agitur in animo perfectorum, quod ſilentio prætereundū nō eſt: quia cū laborem [d] ſuū ſine fructu eſſe cōſiderant, in loco alio ad laborem cū fructu Phili. 1.c
migrant. Vnde quoque ille egregius prædicator, qui diſſolui cupiebat, & cum Chriſto eſſe: cui Chriſtus eſt uiuere, & mori 2.Co.11.g
lucrum, qui certamina paſſionū non ſolùm ipſe appetijt, ſed ad toleranda hæc etiam alios accendit: Damaſci perſecutionē paſſus, ut potuiſſet euadere, murum, funem, Actu.9.c
ſportamque quæſiuit, ſeq; latenter deponi uoluit. Nūquid Paulū mortem timuiſſe dicimus, quam ſe ipſum pro amore Ieſu teſtat appetere? Sed cùm in eo loco minorē ſibi fructū adeſſe conſpiceret, ad grauem laborem ſe alibi [e] cum fructu ſeruauit. fortis etenim præliator Dei teneri intra clauſtra noluit. ſed certaminis campum quæſiuit.

Multorū authoritatib. apparet qñ uiuētibus epīs alij poſſunt ſubſtitui, & qñ non.

QVAESTIO. II.

QVòd aūt [f] iſte ualetudine recepta ſuā repetit cathedram nulla authoritate ratū habetur. Celebrationē uerò ſacrificiorū quā infirmitatis cauſa dimiſerit, ualetudine recupata exequi non probibetur.

---

a Bonorum. Arg. quod ſi per aliquē nō ſtat, quo minus faciat idem eſt ac ſi feciſſet. xliij. diſt. Epheſijs.

b Coniunctione. Fugimus enim malū in hoc quod non cōiungimur malis: quia ſi eſſemus cū eis, poſſemus corrūpi cū eis. tamen maius malum committimus ex hoc quod ſeparamur à bonis, quia ſeparando nos à bonis cōmittimus ſchiſma: quod facere maximum malū eſt, ut xxiiij. q. j. nō afferamus. — Schiſma cōmittit, q ſe à bonis ſeparat.

c Non poſsit. id eſt, non debeat propter hos, quibus poteſt proficere. Ioā.

d Ibi adunati. Laborem. nota q labor nō debet eſſe ſine mercede, ut vij q. ij. charitatē. & in auth. de iu. §. ne autem. col. vj. ubi dicitur, quod labor nō debet eſſe ſine fructu. unde uerſus, Cū labor in damno eſt creſcit mortalis egeſtas. iuxta illud, optat præmia quiſque labor. — Labor eſt remunerandus. — Verſus.

e Alibi. Idem fecit Cypria. ut xxxiij. quæſt. j. aduocauit. §. multorum.

f QVod aūt. Siquis de licētia papæ renūciauit, & ad preces eius alter ſubſtitutus eſt, certū eſt, quod ille nō poteſt repetere eam licet cōualeſcat. ut ī. ead. q. j. hoc nequaquā. Et ideo magiſter aliam quæſtio. tractat: utrum ille, q abſtinuerit à miſſa pro ægritudine, recuperata ſanitate poſsit celebrare? Et certū eſt, quod poteſt: ī. e. c. j. dūmodo certū ſit eū eſſe ſanatum. Si autem fuit dæmoniac' uel epilepticus, debet prius per annū eſſe liberatus. xxxiij. diſtin. cōmuniter. lv. diſt. præcepta. & argu. ff. de redhib. act. quod ita. In ægritudine conſtituti miſſas celebrare poſſunt. ī. e. q. j. c. illud niſi ita debiles ſint, quod cœptum officium nequeat adimplere, & niſi habeāt morbum caducum. xxxiij. diſt. communiter. Tamen cū diſtinctione an morbus iſte ſit cum ſpuma & clamore, ut tūc non poſsint: uel ſine ſpuma & clamore, & tūc poſsint ut ibi not. Sed quidā [1] indiſtincte dicunt, q non debent celebrare infirmi. In

1 Subinec diſtinguēdū eſt. quę fuerit ęgritudo, dum mō, &c. ut ſequit. — Epilepticus an poſſit celebrare.

1 Vt Rav.

Vnde Alexãder ij. ſcribit Genobardo Viuarienſi archiepiſcopo.

De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat.

CAN. I.

IN literis tuis continebatur ſic: hic clericus ordinem habet presbyterij: ſed quia caduco morbo laborat, & ipſi impræſentiarũ hoc agnouimus, non auſi fuimus cõcedere ſibi, ut offerret uel miſſam celebraret: quia uerò languor in culpa non eſt, ſuper hac re authoritatis noſtræ decreto conſulendo deliberauimus. Conſulimus itaq;, ut ſi frequenter a hoc morbo tãgitur, ab oblatione & miſſarum celebratione omnib⁹ modis prohibeatur. Indecẽs enim eſt & periculoſum, ut in cõſecratione euchariſtiæ morbo uictus epilepticо cadat. Si uerò Dei miſericordia cõualuerit (q̃nquidẽ nõ culpa, ſed infirmitas ẽ i cã) eũ ſacrificare iã non interdicimus. b

Item Gelaſius Ruſtico & Fortunato epiſcopis.

A regimine ſuſpendatur ecclesiæ, qui in terram frequenter eliditur.

CAN. II.

NVper Foropopulenſis eccleſiæ clerici una cum Sabino ep̃o & Pelagio & laicis propria ſuggeſtione retulerunt præſulem ſuum graui quadam neceſsitate uexari: cuius cum dicerent incurſione frequenter eliſum: quod ne ſcandalum fidelibus uideretur ingerere, & eccleſiã Dei ubique poſitã hac offenſione turbare, præcipuè cum eodem ipſo uolente huc ſe perrexiſſe firmarent: ad dilectionem ueſtram ſcripta direximus, ut eccleſiæ cuius rector tali caſu tenetur aſtrictus, uiſitationem congruam reddatis. Verùm, quia nunc idem ipſe uenit huc põtifex, falſaque omnia de ſe iactata diſſeminat, ſub diuini contemplatione iudicij ueſtræque conſcientiæ exiſtimationiſque reſpectu, rerum fide ſolertiſſimè perquiſita, ſi aliquando ſcilicet uel in domo, uel in proceſsione, uel in alio quocunq; loco probatur repente collapſus, uocesq; dediſſe confuſas, & ſpumas ore iactaſſe: quanta fieri põt examinatione quæratur: quod tñ ſiue non poſsit aliquorũ factũ teſtificatione firmari, ſiue nunquã cõtigiſſe dicat̃, non putandum eſt poſſe ſufficere, ſed certũ manifeſtũq; documentũ: q̃a de tãta re nõ ſegnius c agendum eſt, faciat rẽ tua dilectio frater Ruſtice ſui moris, & aptam magno pontifici, ut eum uel xxx. d diebus tecum eſſe conſtituas: eumq; carnibus indiffe renter neceſſaria probatione cõpellas uti.

CAVSA VIII.

QVidam epiſcopus agens in extremis ſucceſſorem ſibi ex teſtamẽto inſtituit: inde ſuorũ amicorum patrocinio in eundem ep̃atum eligitur: poſt electionem pro indemnitate eccleſię canonicis iuramẽtum præbuit. accuſat̃ de ſimonia, tãquã munus ab obſequio præſtiterit: ante tempus ſñiæ à clericis ſuis relinquitur: ſine literis apoſtolicis ad eccleſiam ſuam reuertitur ep̃s.

1 Hic primùm quæritur, an liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem inſtituere.

2 Secundò, an amicorum patrocinia in electione debeant conualeſcere.

3 Tertiò, an ſit habẽdus ſimoniacus, qui poſt electionem huiuſmodi iuramentum canonicis præſtat.

4 Quartò, an liceat clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere.

5 Quinto, an ſine literis apoſtolicis debeat redire ad propriam eccleſiam.

QVAESTIO I.

QVòd aũt e epiſcopo ſucceſſorẽ ſibi inſtituere liceat, ex uerbis Zacharię Papę conijcitur, quibus epiſcopo Ma-

a IN literis. Frequẽter. Ideo quidã 1 dicũt, q̃d ſi raro accidit, põt celebrare, dũmodo habeat ſociũ. ſ. e. q. j. c. Illud. uel ſupple maxime. uel diſtingue: ut xxxiij. di. communiter.

b Interdicimus. Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, uel à perceptione ſacramentorum, ut ſ. di. v. ad eius uero.

NVper foro. c Segnius. Not. q in magnis rebus diligentior inquiſitio eſt faciẽda: ut xlii. di. qeſcamus. & lxi. diſt. miramur. Et iõ hic actore nõ probante, reo indicit̃ purgatio: extra de cauſa poſ. & proprieta. cũ eccleſia. in ſi.

d XXX. contra xxxiii. di. communiter. Sed ibi certum fuit eum eſſe dęmoniacum: ſed hic dubiũ. & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morb⁹ poſſit occultari: quod phyſicũ eſt. Vnde ſi gnatur contrarium j. de conſe. di. v. cõtraria. 2 Ideo autẽ hic dantur omnes carnes iſti præter hœdinas, quæ prouocant dæmones.

QVod aũt. Hęc q. diuidit̃ in iiii. partes, in quarum prima probat magiſter per iiii. autho. ſanctorum patrũ, q põt epiſcop⁹ ſeu prælatus ſibi eligere ſucceſſorẽ: & hoc uſque ad §. his omnibus. ubi dat ſolutionem. poſtea quædã adiungit ad electionem pertinẽtia. Secũda ibi, Olĩ Tertia ibi, Oportet eũ. Quarta ibi, Audacter. Io. de F.

e Quod autem. Certum eſt, q non licet niſi cui hoc ſpecialiter permittitur, ut Maguntino. vii. q. j. petiſti. nec obſtat lxxix. diſtinctio. ſi tranſitus, ubi innuitur, q Papæ licet ſibi inſtituere ſucceſſorem:

1 Laur. & Hugo.

Infirmitas nõ repellit ab officio diuino.

2 Nõ eſt contra, q̃a hic loquitur de experimẽtis medicinę, quæ bona ſunt & neceſſaria ut hic: ibi autẽ loquit̃ de nimio uſu medicinæ, q eſt ꝓhibitus, ut qd' nõ ieiunet, uel aliud ſimile qd' eſt contra legem diuinam.

Carnes hœdinę ꝓuocant dęmones.

Sed cõtra uidet̃ expreſſe. xvj. qõ. ul ti cap. ult. Succeſſorẽ ſibi inſtituere nulli licet

guntino permiſit adiutorē ſibi ſtatuere: qui ei defuncto in plenitudinē ptātis ſuccederet. Itē ex uerbis Symmachi Papæ dicētis: Si trāſitus Papæ inopinatus euenerit, ut ꝗ ſui electiōe ſucceſſoris nō poſſit ante decernere,[a] apparet quòd epī ſucceſſores ſibi inſtituere poſſunt.

Item exemplo beati Petri illud idem probat, qui beatum Clementem ſibi ſucceſſorem inſtituit.

Vnde Io.iij. ſcribit epīs Germaniæ & Galliæ.

Quòd Petrus linum & Cletum adiutores ſibi aſciuit.

CAN. I.

SI Petrus[b] princeps apoſtolorum adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem pōtificij, aut ſoluendi aut ligandi[c] normam eis tradidit, ſed ſucceſſori ſuo Clementi, qui ſedem apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente[d] ſibi beato Petro, tenere promeruit: Linus uerò & Cletus miniſtrabant exteriora: princeps autem apoſtolorum Petrus uerbo & orationi inſtabat.

PALEA.

VNde ipſe Clemēs in epiſtola ad Iacobū Ieroſolymitanū miſſa inter cætera ſcribit, ꝙ Petrus adhuc uiuēs Clementē in epiſcopū elegit. Simon Petrus in ipſis diebus quibus uitæ finē ſibi ꝑſenſit: apprehenſa manu mea in auribus totius eccleſiæ hæc ꝓtulit uerba, Clemētē hūc nobis ordino epm: cui ſoli meæ prædicationis et doctrinæ cathedrā trado: quē ꝑ cęteris expertus ſū Deū colētē, homines diligētē, diſcendi ſtudijs deditū ſobriū, benignū, iuſtū, patiētē, ſcientē nōnullorū ferre etiā ex his, quæ uerbo Dei īſtituunī, iniurias.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo ſic ſtatutum legitur.

Epiſcopo ſucceſſorem ſibi cōſtituere non licet.

CAN. II.

EPiſcopo non liceat pro ſe alterum ſucceſſorē[e] ſibi cōſtituere, licet ad exitum uitæ perueniat. Quòd ſi tale aliquid factū fuerit, irritū ſit huiuſmodi conſtitutum. Seruetur autem ius eccleſiaſticum id continens non aliter oportere fieri, niſi cum ſynodo & iudicio epōrum, & electione clericorum, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent eum, qui dignus extiterit, eligere, & promouere.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem. CAN. III.

EPiſcopo non liceat ante finē uitæ aliū in loco ſuo conſtituere ſucceſſorē. Si quis autē hoc uſurpare tentauerit, talis conſtitutio irrita erit. Nō ergo aliter fieri oportet, niſi cum cōcilio & iudicio epiſcopōrū,[f] qui poſt exitum prædeceſſoris poteſtatē habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa.

De eodem. CAN. IIII.

PLerique ſacerdotes in mortis confinio conſtituti, in locum ſuum ferūtur alios deſignatis nominibus ſubrogare, ut ſcilicet non legitima expectetur electio: ſed defuncti gratificatio, pro populi habeat aſſenſu, quod quam graue ſit, æſtimate. Ab uniuerſis acclamatū eſt,[g] Hæc præſumptio nunquā fiat. Quæ Dei ſunt,[h] ab homine dari non poſſunt.

Item Hieronymus ad titum, cap.j.

De eodem. CAN. V.

MOyſes amicus Dei, cui facie[i] ad faciē locutus eſt Deus,[k] potuit[l]

---

rem: ſed dicitur ibi quod poteſt cum fratribus deliberare de ſucceſſore.

[a] Decernere. Id eſt deliberare. [1] Sub. qđ aliud eſt, quam ſibi ſucceſſorē eligere. Nā aliud eſt licitū, ut ibi: iſtud uero illicitū, ut hic. Nam deliberare licet cuilibet ꝑlato ꝗ ſuo ſucceſſore cum uidet ſibi mortē imminere: unde ibi dicitur decernere, id ē ꝺlibe rare, nō eligere, ſecūdū Hu.

[b] SI Petrus. Si.i. quamuis.

[c] Aut ligādi. Non intellige, quod iſti prius nō habuerint ptātem ligandi: ſed hoc uult dicere, ꝙ iſtis nō dedit Papa plenā poteſtatē, ne ſit contra. ij. q. j. nemo. 24. q. j. quodcunq;. ubi dicit̄ ꝙ omnes presbyteri hanc habēt poteſtatē. Habuerunt ergo prius hanc poteſtatē, ſed nō tantā. Iſti aūt duo tēporalia pauperibus erogabāt: ad qđ officiū apoſtoli diacones elegerāt. xciii. diſt. legimus. qđ hodie habet camerari⁹ Papæ. & patet ꝙ Linus & Cletus non fuerūt Apoſtolici. Et hoc eſt uerū, ꝙ poſt Petrū ſtatim nō fuerūt apoſtolici, ſed Clemēs fuit poſt eū apoſtolic⁹. Vidēs aūt Clēmens ꝙ hoc eſſet pniciosum exēplo ꝙ aliqs ſibi eligeret ſucceſſorē, renūtiauit papatui, & tūc electus fuit Linus, eo mortuo electus eſt Cletus, quo mortuo denuo fuit Clemens electus, & ſic Clemens ſcđm unā cōputationē fuit ſecūdus, & ſecundū aliā fuit quartus. unde uerſus, [illegible]iſputae hic mūdus quartus fuerit ve ſecundus. Clemens noluit eē Papa ſtatim poſt Petrum. Verſus.

[d] Tradente. ad hoc inducitur capitulū.

[e] EPiſcopo. Succeſſorē. Verū eſt, ꝙ nō poteſt de iure communi. ſed de diſpēſatione [illegible] px. vii. qō. j. petiſti. nec obſtat xx. qō. iii. præſens. ubi pater uolebat qđ eo mortuo, filius eius fieret monachus, ſed ibi non erat ſucceſſio iuris.

[f] EPiſcopo. Epiſcoporū. Hoc requiritur in ordinatione, ſed nō in electione. lxiiii. diſt. per totum.

[g] PLerique. Acclamatū eſt. Ab uniuerſis.

[h] Quæ Dei ſunt, ut eccleſiaſticæ dignitates: [2] ut xvj. q. j. in canonibus. & xxiii. q. viii. conuenior. Ioan. [2] vij. qō. v. remoto. in fin.

[i] MOyſes. Facie. Id eſt, familiariter.

[k] Locutus eſt De⁹. Secundū quoſdam apparuerat per angelum in ſpecie uiſibili, ſicut dicitur deſcendiſſe per angelos. ij. q. j. Deus. Io. aūt dicit ī canonica epiſtola: Deū nemo uidit unquā. tamē ex eo ꝙ dicit Moyſen uidiſſe poſteriora Dei: dicunt quidam eum uidiſſe in ſpecie uiſibili. Deum nemo uidit unquam.

[l] Potuit. Quia adhuc

adhuc non erat prohibitum hoc. ſi. xxxij. quæſtione iiij. obijciuntur.

Moyſes fuit de tribu Leui.

a De alia tribu. Moyſes enim erat de tribu Leui. Ieſus Naue ſiue Ioſue fuit de tribu Ephraim. de his tribubus habes vij. q. j. denique.

Reges eligēdi ſunt.

b Non ſanguini. Argu. ꝙ reges debent fieri per electionem. xciij. diſt. legimus. & j. ead. ſi ergo. niſi habeant ex priuilegio conſtituere ſucceſſorē ſibi: ut lxiij. diſt. in ſynodo. alias etiam de iure omnes ſeculares poteſtates nō debent ſuccedere, ut C. ut omnes tam ciuiles, quam milit. lib. l. unica. in prin. quod autem Dauid in uita ſua Salomonem ſibi ſucceſſorē inſtituit, inſtinctu ſpiritus ſancti eſt factum. Arg. tamen contra vij. q. j. denique.

c Sed uitæ. Supra xl. diſt. nos qui.

d Rogauerit. Ergo uidetur ꝙ preces inducant ſimoniam: ut hic, & j. quæſtio. j. ſunt nonnulli. Et dici conſueuit, quod ſi preces fiūt pro digno, non inducunt ſimoniam: ut j. quæſt. j. quibuſdam. in fine. hoc uerum eſt, ſi non ſint conſanguinei ſui: ut extra de æta. & quali. tuam. in fi. Io. Non credo quod preces conſanguineorū inducant ſimoniam, ſi fiant pro digno, ut j. q. j. latorem. & maxime cum quis poſſit pro ſe rogare, ſi dignus eſt: ut extra de ſimo. tua. nec illa decre. tuā. contra dicit, ſi bene inſpiciatur.

Preces an inducāt ſimoniam.

e Vt deteriora. Color eſt rhetoricus, quando dicit, quod dicit ſe uelle tacere: & dicitur præoccupatio.

Filius ſacerdotis eccleſiam paternam habere non pōt.

f A Poſtolica. Præbendas. Epiſcopo non licet filios inſtituere in paternis eccleſijs. extra de fi. presby. ca. præſentium. niſi per mediam perſo-

utique ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem: ſed extraneus de alia tribu [a] eligitur Ieſus (id eſt, Ioſue) ut ſciremus principatum in populos non ſanguini [b] deferendum eſſe ſed uitæ. [c] At nunc cernimus plurimos hanc rē beneficium facere, ut non quærant eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe: ſed quos, uel ipſi amant, uel quorum ſunt obſequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit: [d] & ut deteriora [e] taceam, qui ut clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Item Innocentius Papa ij.

De eodem.

CAN. VI.

APoſtolica authoritate prohibemus, ne quis eccleſias & præbendas, [f] præpoſituras, capellanias, aut reliqua eccleſiaſtica officia hæreditario iure ualeat uendicare, aut expoſtulare præſumat. Quod ſi quis improbus aut ambitionis reus attentare præſumpſerit, debita pœna mulctabit, & poſtulatis carebit.

His omnibus authoritatibus prohibentur epi ſucceſſores ſibi inſtituere. Sed aliud eſt de ſui ſucceſſoris electione cum fratribus deliberare: aliud ē ex teſtamento tanquam ſuæ dignitatis hæredem ſibi quærere.

Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri apoſtoli ab illis ualet in argumentū aſſumi, qui tales ſibi ſubſtituunt, qualem ſibi ſucceſſorem beatus [g] Petrus quæſiuit. Verùm quia officium non uitæ, ſed ſanguini cœpit deferri, atque ad epiſcopatum tales quiſque ſibi ſucceſſores quærere cœpit, qui uel odioſi populis, uel à plebe docendi in ueniuntur, idcirco ſacris canonibus conſtitutū eſt, ne quiſquam ſibi ſui officij quærat ſucceſſorē: ſed populi electione quæratur, qui eorum utilitati dignè deſeruiat: qui illorum utilitatem, non ſua lucra quærat: qui Chriſto ſemen uelit ſuſcitare, non ſibi diuitias congregare: quod qui facere contempſerit, iure ab eccleſia repudiatur.

Vnde Auguſtinus in li. contra Manichæos.

Qui ſibi et eccleſia prodeſt, utroque pede calceatus intelligitur.

CAN. VII.

[a] OLim iuſſus eſt frater præmortui fratris uxorē ducere, ut non ſibi, ſed illi ſuſcitaret ſobolem, [h] eiuſque nomi

nam, ut extra eo. ex tranſmiſſa. Præbendam autem poteſt habere in eadem eccleſia, ſi eſt legitimus, extra eo. tit. ad hæc. Sed licet ſit legitimus, beneficium tamen paternū non poteſt habere, ſicut hic dicit. Sed illegitimus in eadem eccleſia ſeculari eſſe non poteſt canonicus: ut extra e. ti. ad abolendam. Tamen per illam cōſtitutionem uidetur, ꝙ etiam legitimus non poſſit habere beneficium cum patre. & hoc intelligas de omnibus deſcendētibus, arg. extra de iure pa. cōſuluit. [1] extra de inſtitu. ad decorem. & ff. de uerb. ſig. filij. Forte aliud in collateralibus & aſcendentibus. argu. de pœ. diſtin. j. pœnæ. licet ſit argu. contra extra de inſti. ad decorem. Io. Sed certe poteſt probabiliter dici, ꝙ hoc non extenditur ad nepotes, quia pœnæ ſunt reſtringendæ. ff. de lib. & poſthu. cū quidam. in fi. nec ſemper nomine filiorum nepotes intelligūtur, ut inſtitu. qui da. tu. poſ. in fi. tit. B. Sed quid de illo, qui renunciat: ut detur alij forte conſanguineo? Hanc renunciationem Papa approbat, extra de offic. deleg. ex parte. j. Sed dic quod ibi fuit pura renunciatio.

[1] Vbi ſecundū uetere cōpilationē erat illud uerbū nepotū: qđ hodie eſt ſublatum. Archi.

g Beatus. Sed nunquid adhuc Papa poſſet facere ſibi ſucceſſorem? Non, quia hoc eſſet immutare ſtatutū eccleſiæ: ut xxv. q. j. quæ ad perpetuam &c. & quia ſtatutum facit in id tempus, in quo non eſt futurus iudex. ff. de iuriſ. om. iu. eum qui.

OLim. Hæc eſt ij. pars quæ. I qua redarguit electos, & dignos, qui nolūt recipere prælationem: & hoc facit per iiii. authorit. Io. de Fan.

a Deu. 25. b.

h Sobolem. Tamē iſtius erat carnalis filius: ſed erat filius mortui.

ne a uocaret quod inde naſceretur: quod ſi recuſaret, diſcalceatus uno pede conſpui ſolebat in faciem. Nunc Euangelij quiſq; prædicator ita debet in eccleſia laborare, ut defuncto fratri, id eſt, Chriſto ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt, & quod ſuſcitatum fuerit, eius nomen accipiat. At uerò qui electus ab eccleſia miniſterium euangelizandi & baptizandi renuerit, ab eccleſia ipſa dignè meritoque contemnitur. Qui enim & ſibi prodeſt & eccleſiæ, bene intelligitur utroque pede b calceatus. Vnde illud. Quã ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Rom. 10.c Eſai. 52.b Qui enim lucrandorum curam refugit aliorum, diſcalceati illius non figuratum c ſignificauit, ſed in ſe impletum portauit opprobrium.

Item Greg. in regiſtro.

Locus regiminis ſicut deſiderantibus eſt denegandus, ita fugientibus eſt offerendus.

CAN. VIII.

IN ſcripturis ueſtris uos magnopere requiem quæſiſſe narratis, ſed per hoc ad paſtoralẽ ſolicitudinem uos congruè ueniſſe d oſtenditis: quia ſicut locus regiminis deſiderãtibus negãdus eſt, ita fugientibus e offerendus eſt. Et ſicut ſcriptũ eſt, f Nec quiſquam ſibi ſumat honorẽ, ſed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Heb. 5. Numer. 25 † Et rurſus g idem egregius prædicator dicit: Si unus pro omnibus mortuus eſt: ergo & omnes mortui ſunt: & pro omnibus Chriſtus mortuus eſt. 2 Cor. 5.c Et ſi hoc eſt, ſupereſt, ut qui uiuunt, non iam ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et paſtori ſanctæ eccleſiæ dicitur, Si mon Ioannis amas me? Paſce oues meas. Ioã. 21.d Ex quibus uerbis colligitur, ꝙ ſi is, qui ualet, omnipotentis Dei renuit oues paſcere, oſtẽdit ſe paſtorem ſummũ minimè h amare. Si enim unigenitus patris pro explenda utilitate omnium de ſecreto patris ad publicum noſtrum egreſſus eſt: nos quid dicturi ſumus, qui ſecretum noſtrum præponimus utilitati proximorum? Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt: & tamen pro multorum lucro aliquãdo poſtponenda. Nam ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere, ita (ſi deſit qui prædicet) occupationis onus libenti neceſſe eſt humero ſubire. Quod ex duorum prophetarum opere i docemur, quorum unus prædicationis officium uitare conatus eſt, & alter appetijt. Nam mittenti ſe domino Ieremias reſpondit dicens: A, a, a, Domine Deus ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Iere. 1.b Et cùm omnipotens Deus ad prædicandum ſibi perſonam quæreret dicens, Quem mittam? & quis ibit ex uobis? ultro ſe obtulit Eſaias dicens, Ecce ego, mitte me. Eſaie 6.c Et ab utriſque exterius diuerſa uox prodijt: ſed non à diuerſo fonte dilectionis emanauit. Duo quippe ſunt præcepta charitatis: amor Dei, & proximi. Per actiuam igitur uitam prodeſſe proximis cupiẽns Eſaias officium prædicationis appetijt. † Per contemplatiuam uerò Ieremias amori conditoris ſedulè inhærere deſiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quòd ergo laudabiliter unus appetijt, hoc laudabiliter alius expauit. Iſte ne tacitè contemplationis lucra loquẽdo perderet, ille ne dãna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. Sed hoc in utriſque eſt ſubtiliter intuendum: quia & is qui recuſauit, plenè

Chriſti patres fuerunt duplices.

mortui legalis: ut lvj. diſt. Iſmael. & Matthe⁹ ponit carnales patres, ubi dicit, qui genuit. Et Lucas ponit legales, cum dicit qui fuit. duos enim habebat patres huiuſmodi filius, carnalẽ & legalem.

a Nomine. Id eſt, filium mortui.

b Vtroque pede. Quia & de ſe curat, & de proximo.

c Non figuratum. Sed etiam ſignum & ſignum: hoc eſt dicere, factũ iſtius ſignum eſt & figuræ & figurati. Vel hoc uult dicere, ꝙ factum iſtius non ſignificat factum illius: ſed factũ iſtius ſignificauit factum illius. Vel ideo dicit hoc, quia in facto iſtius cõpletur illa figura.

Sub. qa factũ iſti⁹ eſt res, & ſignificatũ: factum illius figura, & ſignans & factũ iſti⁹, &c. ut ſequitur.

IN ſcripturis.

d Veniſſe. Per electionẽ, uel forte uolebant recuſare,

e Fugientibus. Sic xl. di. ante omnia C. de epiſ. & cler. ſi quenquã. & ĩ. lxxiiii. di. c. ſ. contra. Sed illud de penit⁹ inuito, ſed ab initio aliquis debet cogi, ut conſentiat. Nã nullus eligẽdus eſt niſi ab initio diſſentiat. j. q. vi. cap. ult. tepide tñ debet diſſentire, ſicut fœmina. 32. qõ. ii. honorantur. alias ſi diceret, nolo, cũ forte uellet, faceret cõtra cõſciẽtiã. extra de præſump. c. ult. uel ſi forte diceret, non ſum dignus. licet Hug. dixerit ꝙ poſſit ſimulare ſe nõ eſſe idoneũ. ar. xxii. q. ii. utilem.

Electioni qualiter conſentiẽdum eſt.

a Fœmina, quę tñ uirum deperit. ſic effœminatos eccleſiaſticos irridet hæc gloſſa.

f Scriptũ eſt. in epiſtola ad Hebræos.

g Et rurſus. In ſecunda epiſtola ad Corinthios.

h Minime. Ergo qui ſe dignũ credit & prælaturam ſibi oblatã non recipit, mortaliter peccat, ut ĩ. e. c. prox. & ĩ. c. qui epiſcopatum.

† Côcor. tex. ĩ ſimili in l. itẽ corũ. §. ſi decuriões ff. q⁹ cuiuſq; uniuerſita.

i Opere. Arg. diuerſarum perſonarum ſñiam utranq; tenere. xxii. qõ. ii. beatus. & de conſe. di. ij. quotidie. & xxxv. q. v. ad ſedẽ. Itẽ ar. pro diuerſis conſuetudinib. xii. di. illud. xxxj. di. aliter. & de conſe. di. iiii. de trina. Item ar. pro diuerſitate teſtium extra de uerb. ſig. nihil obeſt. & de pœ. diſt. j. periculoſe. xxiiii. q. vii. quicunque. ſ. di. v. ad eius. & ex. de teſti. cum tu fili.

k Plene. Ecce reſponſio illius, qui ad epiſcopatum petitur non dicet expreſſe nolo: qa tunc mẽtiretur. xxii. q. ii. cum humilitatis. nec debet ſe ſtatim ingerere: ſed dicat, ut dixit Mutinenſis epiſcopus: Nolens uolo, & uolens nolo. xv. q. j. uos autem.

ur-

Electus p quę uerba conſentire dẽt.

† Côcor. text. in l. iii. §. fi. C. de primipi. lib. xii. & le. ii. ff. ad munic.

non reſtitit, & is, qui mitti uoluit, ante ſe per altaris calculum purgatum [a] uidit: ne aut non purgatus adire quiſquam myſteria ſacra audeat, aut quem ſuperna gratia eligit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbè contradicat.

Idem in moralibus.

Locus dilectionis in noto, dignitatis ſemper ſit in neceſsitate.

CAN. IX.

SCiendum ſummopere eſt, quod obedientia aliquando ſi de ſuo [b] aliquid habuerit, nulla eſt: aliquando ſi de ſuo aliquid non habuerit, [c] minima eſt. Nam cùm huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi uirtutem euacuat, ſi ad hæc ex proprio anhelat. Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad percipienda huius uitæ proſpera libidini propriæ [d] ambitionis ſeruit. Rurſus cum mundi deſpectus præcipitur, cum probra adipiſci & contumeliæ iubentur, niſi ex ſemetipſo animus appetat, obedientiæ ſibi meritũ minuit: quia ad ea, quæ in hac uita deſpecta ſunt, inuitus [e] nolenſque deſcẽdit. *Et paulò ſuperius.* Obedientia uictimis iure præponitur, quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uero propria uoluntas mactatur: quod contra hariolandi peccatum inobedientia [f] eſſe mõſtratur. Ex aduerſo [g] ergo melius oſtenditur quid de eius laude ſentiat. Si enim quaſi peccatum hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere, ſola eſt [h] quæ fidei meritum poſsidet obedientia: ſine qua quiſque infidelis conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe uideatur.

Item Auguſtinus.

Qui præeſſe, & non prodeſſe deſiderat, epiſcopari non debet.

CAN. X.

QVi epiſcopatum [i] deſiderat, bonum opus deſiderat. Exponere uoluit quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis, non honoris. Græcum eſt enim, atque inde dictum uocabulum, quod ille qui præficitur illis, quibus præficitur ſuperintendit, curam eorum ſcilicet gerens. Scopos quippe intentio eſt. Ergo epiſcopos, ſi uelimus, Latinè ſuperintendentes poſſumus dicere, ut intelligat non ſe eſſe epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.

Itaque [k] à ſtudio cognoſcendæ ueritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otiũ. Locus uero ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etſi ita teneatur, atque miniſtretur ut decet, tamen non decenter appetitur. [l] quamobrẽ otium ſanctum quærit charitas ueritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ uacandum eſt ueritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem, ſed nec ſic omnimodo ueritatis delectatio deſideranda eſt, ne ſubtrahatur illa ſuauitas, [m] & opprimatur [n] iuſta neceſsitas.

Item Petrus

Pro ingenio diſcentium doctor moderetur uerba doctrinæ.

Promouendus crimẽ ſuum confiteri debet.

a Purgatum. Arg. pro H. quod ꝓmouẽdus debet epiſcopo confiteri crimẽ, & epiſcopus debet eum purgare, id eſt ſecũ diſpẽſare. Eſaias enim adhuc immundus obtulit ſe & poſtea fuit purgatus. Item eſt hic arg. quod ſi aliquis eligitur, qui adhuc eſt in mortali peccato, quod ideo nõ eſt uitioſa electio, ſi ipſe uelit corrigi, ut ĩ. 50. diſtin. quid eſt. Item eſt hic argu. quod duo ſimul poſſunt eligi, ut ſi unus ſuccumbat, alter obtineat, ut dixi. ſ. lxj. diſtinctio. ſtudij.

Arg. ad hoc l. diſt. quid eſt. xxiiij. q. iij. dixit.

b SCiendũ. Si de ſuo, id eſt, ex ambitione. ponitur enim in mala ſignificatione, ut iij. quæſtio. ix. pura.

c Non habuerit. de propria uoluntate.

d Propriæ. Hic patet ratio, quare epiſcopo inuito nõ poteſt clericus eius uocari ad epiſcopatũ, ut lxiiij. diſtinct. literas. ſed inuito eo fit monachus. xix. quæſt. ij. duæ. quia iſte præſumitur facere ex ambitione, & facit ad ſuum cõmodum, ille nequaquam.

Clericus inuito epiſcopo nõ fit epiſcopus ſed bene monachus.

e Inuitus. Arg. ꝙ remunerari non debemus de eo, quod inuiti facimus, ut xiij. quæſt. ij. quam præpoſterũ. xx. quæſtio. j. illud. & xxxij. q. v. ille.

f Inobedientia. In hoc patet, quod inobedientia æquiparatur hæreſi, ut dixi. iiij. quæſtio. j. in ſumma.

g Ex aduerſo. id eſt, ex eo quod unũ contrarium cõmendatur, aliud uituperatur ĩ. de pœni. diſtinct. ij. ca. ſi ſermo. §. ecõtrario. Et nota hic quod optima eſt ꝓbatio, quæ fit per ſuum contrarium: ut hic, & ĩ. capl. j. & xiij. q. ij. animæ. & ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdi. l. j.

Probatio, quæ fit per ſuum contrariũ eſt optima.

h Sola eſt. id eſt, neceſſaria. ſic ſ. diſtinctio. viij. capit. ſi ſolus.

i QVi epiſcopatũ. id eſt, epiſcopari. id eſt, præeſſe ut proſit, nõ ut præſit, ut xl. diſtin. multi. Spare ergo & deſiderare poſſumus epiſcopatũ, ut lix. diſtin. ſi officia. lxxij. diſt. in ſingulis. & j. quæſt. j. non. eſt putanda.

Epiſcopatum deſiderare poſſumus.

1. Tim. 3. a

k Itaque. Dixit ꝙ quis poteſt deſiderare epiſcopatũ modo dicit qualiter, ſcilicet ut nõ ingerat ſe. ff. de procur. l. quæ omnia.

l Appetitur. Argu. quod aliqs ſeipſum non debet eligere, ſi poteſtas in eũ ſit trãslata. ſ. e. in ſcripturis. & xvj. quæ. j. uos autẽ. quia inter conferentem & eum, cui confertur erit diſtantia: ut extra de baptiſ. debitũ. ſimile extra de iure patro. per noſtras. & extra de inſtit. cum ad noſtrã. tamen poteſt ſe coeligere, ut extra de elect. cum in iure.

Eligere ſeipsũ nemo põt.

m Suauitas. contemplationis.

n Et opprimatur. id eſt, ut cõtemplatio eum penitus nõ impediat, qui forte nimis uult eſſe intẽtus contẽplationi.

O portet.

CAN. XI.

3 Oportet eũ, qui docet & inſtruit animas rudes eſſe talem, ut pro ingenio a diſcentiũ ſemetipſũ poſsit aptare, & uerbi ordinẽ pro audiẽtis capacitate dirigere. Debet ergo apprimè b eſſe eruditus & doctus, c irrepræhenſibilis, maturus, pauidus, d ſicut ipſi probaſtis fore e Clementem hunc poſt me.

Item eiuſdem.

Qui omnibus præeſt, ſingulos releuare contendat.

CAN. XII.

Clemens ſi tanquam omnibus pręeſſe uolueris, ſingulos (prout poteris) iuua, f & ſingulos releua, g qui & ſingulorum onus: ac ſolicitudinem portas.

Item Hieronymus ad Titum, cap. j.

Contra Chriſtum faciunt, qui gratia non meritis gradũ eccleſiaſticum tribuunt.

CAN. XIII.

Luc. 10. c

Qui uos ſpernit, me ſpernit. Ex quo manifeſtum eſt, eos qui apoſtoli lege contẽpta, eccleſiaſticum gradum non meritis uoluerint alicui conferre, ſed gratia, contra Chriſtum facere, qui qualis in eccleſia presbyter conſtituendus ſit, per apoſtolum ſuum in ſequentibus executus eſt.

Item Hieronymus in libro leuiti.

Ad ſacerdotium non eligatur, niſi qui cæteris et ſanctior & doctior habetur.

CAN. XIIII.

Licet ergo dominus de cõſtituẽdo principe præcepiſſet, h & elegiſſet tamen conuocatur etiam ſynagoga. Requiritur ergo in ordinando ſacerdote etiam populi i præſentia, ut ſciãt omnes, & certi ſint, ꝙ qui præſtantior k eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc atteſtante populo: l ne qua poſtmodum retractatio m cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret.

Oportet. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua oſtẽdit magiſter quales debent eſſe. qui eligũtur ut præſint alijs, ſcilicet tales, quod ad eorum comparationem cæteri grex dicantur. & hoc probat per ſex authoritates. Ioan. de Fant.

a Pro ingenio. ſi. xliij. diſt. ſit rector.

b Apprime. id eſt ualde.

c Et doctus. Quæ ſacerdotes, uel epiſcopi ſcire debeãt, habes. xxxviij. diſtinct. nulli. & capi. ſequẽ. ſufficit tamẽ mediocris ſcientia, ut extra de electio. cum nobis.

d Pauidus. id eſt, timens peccare.

e Fore. id eſt, futurum eſſe.

f Clemẽs. Iuua. largus enim erit. lxxxvj. diſtinc. fratrem.

g Releua. Argu. iudicem potius debere ſeruare miſericordiã, quam rigorem, ut lxv. diſt. licet. & 50. diſtinct. ponderet. in fi. quia ſtatim nõ debet punire: ſed tenetur ſæpius remittere, ut xlv. diſtinct. licet. & xxvj. quæſti. vij. alligant.

h Licet. Præcepiſſet. Argu. quod quandoque licet iudici excedere fines mandati, dum tamen alias ſententia nihil contineat iniqui, argu. extra de ſenten. & re iud. cauſam. Nã qui datur ad eligendũ, poteſt poſtulare, ut extra de elect. in cauſis. & de renunt. poſt tranſlationem. in prin. Et procurator datus ad rem uendicandam, poteſt agere ad exhibendum. ff. de procura. ad rem mobilem. Sufficit enim quod fiat id quod eſt uicinum mandato. licet ipſum non ſit mandatum: ut ff. iudi. ſolui. iam tamen. §. ulti. ff. manda. l. ulti. Item argum. quod licet contradicere reſcripto, uel mandato principis quandoque, extra de offic. deleg. ex parte. quia licet mandet ſoli epiſcopo, quod det alicui præbendam, tamen non faciet hoc ſine conſenſu canonicorum, ut not. vij. q. j. petiſti.

i Etiam populi. ĩ. diſt. lxiij. plebs Diotren. & capit. noſſe. & cap. ult. & ĩ. j. q. j. ordinationes.

k Qui præſtantior. Hic comparatiuum tẽperat Hugo. ſecũdum eum ſufficit, quod bonus eligatur. Eſt autem aliquis bonus eo ipſo, quod non eſt malus. ut extra de præſump. dudum. & ff. de leg. ij. cum pater. §. rogo. Nec enim maior bonitas unius alij debet facere præiudicium, ut iij. quæſtio. ix. neceſſe. & j. quæſtio. j. teneamus. & C. de ſtatu. & imagi. l. ulti. Si autem aliquis de alia eccleſia eligitur, ipſe debet optimus eſſe, ſicut ſi tutor de eadem ciuitate ſumitur, ſatis eſt ſi eſt bonus: ſi de alia. tunc erit optimus. ff. de tut. & cura. da. l. Diuus. Alij dicunt meliorẽ ſemper eſſe præferendum. unde ſi pauciores uolunt eligere optimum, maior pars minus bonum, ſi minor pars appellat, tenet eorum appellatio, Nam iuſtã cauſam aſſignant, ut extra de his quæ fiunt à maio. parte. capit. cum in cunctis. ſed ſi illi elegerint, caſſanda eſt eorum electio cum ſemper optimum debuerĩt eligere, ut lxiij. diſtin. metropolitano. lxj. diſtinctio. nec emeritis. lxxv. diſtinct. cap. ulti. lxxiiij. diſtinc. epiſcoporum Nõ obſtat xvj. quæſtio. ultima, monaſterium. ubi dicitur, ſufficit, quod non ſit malus: quia illud intelligunt cũ alius ibi melior nõ eſt. In monachis etiam obtinet, quod ſemper melior eſt eligendus. in authẽ. de mona. §. ult. collatione j. ego magis adhæreo opinioni Hug. Nam cum nõ ſit uitium in eligentibus, nec in electo, quare erit electio caſſanda? nam appellatio non debet caſſare, niſi ea quæ iniuſte facta ſunt. ex. de reſtitu. ſpol. audita. & extra de electio. cum nobis. Item ſi bonus iuſte poteſt eligi, ergo cõtra illam electionẽ non admittitur appellatio: quia contra ea, quæ perpetuo decreto ſancita, uel ſtatuta ſunt, non admittitur appellatio. ff. de appella. recip. uel non l. penult. & ulti. non enim eſt quærendum de meritis perſonæ, cum maior ſit numerus ex una parte, quam ex altera, ut extra de electio. dudum. ſic uides in ſimili. Nam ſemper de eadem eccleſia debet prælatus eligi: ſi tamen maior pars eligat de eccleſia aliena licet poſt appellationem, præualet electio maioris partis cum altera pars neminem eligit, ut extra de electio. cum inter R. imo ex aliorum opinione ſequeretur quod quilibet peccaret beneficiendo: quia bene poſſet meliorem rem facere, & magiſter peccat in legendo: quia poſſet melius facere, ſcilicet orare.

l Populo. Ergo in his quæ publice facta ſunt, non poteſt contradici, liiij. diſtinctio nulli. lxxxvij. diſtin. ſi expoſitus. xvj. diſtinct. quod dicitis. & cum in principio electionis quis conſenſit, poſtea non auditur contradicens. ĩ. diſtinct. iiij. In iſtis. & ĩ. ead. quæſt. ij. dilectiſsimi.

m Retractatio. Per hoc uidetur, ꝙ populus poſsit retracta.

Ad hoc facit qđ legitur & not. ĩ. xxiij. q. iiij. innocens. in fine.

Vbi de hoc & lxj. di. nullus in gl. ij. in fi. & xxij. qõ. iiij. innocens. in fine.

Principis mandato contradicere licet.

Electio facta de bono, an ualeat, ubi melior eſt.

Secundum L. cuius fuit tota iſta gl. uſque ibi ego.

Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus præcipit in ordinatione ſacerdotis dicens: Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt. Ego tamen & amplius aliquid uideo in eo, quod dicit, quia cõuocauit Moyſes omnem ſynagogam: ut hoc ſit colligere omnes animi uires, & in unum congregare uirtutes, ut cum ſermo de ſacerdotalibus habetur ſacramentis, uigilẽt omnes animi uirtutes, & intentæ ſint, ut nihil ſcientię, nihil deſit induſtriæ: ſed abſit omnis multitudo ſenſuũ, adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum, ut quid ſit pontifex, [a] quid unctio, quid indumẽta [b] eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui poſsit aduertere.

Item ex libro Numerorum.

Populi gubernatio diuina electione præſtetur.

CAN. XV.

Si ergo tantus ille ac talis Moyſes non permittitur iudicio ſuo de eligendo populi principe, de conſtituendo ſucceſſore, quis erit, [c] qui audeat uel ex plebe, quæ ſæpe clamoribus, [d] aut gratia, aut pretio fortaſſe excitata moueri ſolet: uel ex ipſis etiam ſacerdotibus, quis erit qui idoneũ [e] ad hoc ſe iudicet: niſi ſi cui hoc oranti & petenti à domino reueletur: ſicut & Deus dicit ad Moyſen: Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue hominem, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo: & ipones manus tuas ſuper eũ, & ſtatues eum corã Eleazaro ſacerdote, & præcẽpta ei dato in conſpectu totius ſynagogæ, & præcipe de ipſo coram eis: & dabis claritatem tuam ſuper illum, ut audiant eum filij Iſrael. Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeſtè deſcriptam, ut penè expoſitione non egeat. Nulla hic populi acclamatio, [f] nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio eſt: propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegit: homini ſcilicet tali, qui habet (ſicut ſcriptum audiſtis) ſpiritum Dei in ſemetipſo, & præcepta Dei in cõſpectu eius ſunt: & qui Moyſi ualde notus & familiaris ſit: id eſt, in quo ſit claritas eius legis & ſcientia, ut poſſint eum audire filij Iſrael.

Item Gregorius ciuibus Neapolitanis.

Non ex fauore, ſed ex iudicio debet uenire electio.

CAN. XVI.

Nec nouum, [g] nec reprehenſibile [h] eſt in eligendo epiſcopo populi ſe nota in duas partes diuidere: ſed graue eſt quãdo in huiuſmodi cauſa nõ ex iudicio ſed ex ſolo fauore uenit electio.

Cùm autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegit, datur intelligi, ꝙ aliquando quibuſdam traditur, quos Deus non elegit.

Vnde Hieronymus.

Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps eccleſiæ.

CAN. XVII.

Audacter fortaſſe aliquid dicimus, tñ quod ſcriptum eſt dicimus: Nõ ſemper princeps populo, & iudex eccleſiæ per Dei arbitrium [i] datur: ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri, & operamur maligna in conſpectu Dei, datꝰ nobis princeps ſm cor noſtrũ. & hoc tibi de-

---

Electioni [..]a poſsit popul' cõtradicere. 1.Tim.3.b

retractare electionem quæ fit in eius abſentia, cum excipere poſsit contra electum: ut xxiii. di. illud. cum eis in uitis non ſit dandus epiſcopus: ut lxiii. di. ca. ulti. Sed hoc non concedo, ut dixi lxii. di. ca. j.

a Pontifex. Vel eius officium. xxxvj. di. ſi quis uult.

b Quid indumenta. xliii. diſt. ſit rector diſcretus.

[redacted]

c Si ergo. Quis erit. Argu. ꝙ non licet minori, quod maiori non licet. xxij. q6. v. ſi Paulus.

d Clamoribus. Sic ergo electio, quæ fit ad clamorem populi, non ualet: ut hic, & extra de electio. Oſius. & eſt ſimile. C. de pœnis. l. decurionum. ſic xxii. q. iiii. unuſquiſq;.

1 Vbi de hoc & 17. q. j. ſunt & opes. in princi. ibi uideas.

1 Qui. n. ad clamorẽ populi manumittit aliquẽ, uidetur coactus manumittere. C. q manumitt. non poſſunt. l. ii. & ff. qui & à quibus. ſi priuatus. Quandoque ad uocẽ populi aliquid fit. xxviii. di. de Syracuſanæ. 50. diſt. ut conſtitueretur. attamẽ ad clamorem populi remittitur alicui pœna. ff. de ſica. l. pe. De hoc not. lxi. diſt. miramur.

e Qui idoneũ. Argu. ꝙ nullus poteſt ſe eligere. ĩ. ca. in ſcripturis.

f Acclamatio. ĩ. cap. proxi. contra. Sed ibi bonũ teſtimoniũ populi auditur, hic uero ſtrepitus negatur. v. q. iiii. in loco.

g Nec nouum. ſi. ĩ. lxiii. di. noſſe. quia quot ſũt homines, tot ſunt ſñiæ: quot ſunt ſententiæ, tot ſunt opiniones. ĩ. de conſe. diſtinctio. iiii. ſicut in ſacramentis. & ff. de recept. arb. l. item ſi unus. §. principaliter.

Ne.17.d

h Nec reprehenſibile. Si non eſt reprehenſibile, quare ergo caſſatur electio, q̃ fit ĩ ſchiſmate: ut ex. de electio. q2. [1]

1 Dic qđ tunc non eſt reprehenſibile, cũ utraq; pars mouetur bono zelo, ar. lxv. di. c. j. lxx. di. ſi duo. Archidia.

Audacter. Hæc eſt iiii. pars q. in qua dicitur, qđ qñq; dat Deus malos prælatos ꝓpter peccata populi. & hoc probat per ca. iſtud & ſequẽs. Io. de Fant.

i Arbitrium. Approbatum: ne ſit cõtra ĩ. xxiiii. quæ. j. quid culpatur. ubi dicitur, quod non eſt poteſtas, niſi à Deo iubente, uel ſinente. xxvj. quæſ. v. nec mirum. ſed nõ approbat, [1] ſed permittit eos regnare. ſimile vj. q. j. ex merito.

1 Scilicet omnẽ poteſtatẽ: qa aliqua eſt mala, ſed tamen permittit deꝰ regnare eã ꝓꝑ peccata populi. Vnde Iob. Facit Deꝰ regnare hypocritã ꝓꝑ proteruitatem populi, ſubintelligitur puniendam, uel uindicãdam. ſecũdũ Hu. & Lau.

Et

ſcripturis ſanctis probabo: Audi nanque quid dominus dicat: Fecerunt ſibi regem, & non per me: [a] principem, & non per conſilium [b] meum. Et hoc dictum uidetur de Saule illo, quem utique ipſe dominus elegerat & regem ſibi fieri iuſſerat: ſed quoniam non ſecundùm Dei uolũtatem, ſed ſecundùm peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum ſua uoluntate, uel conſilio cõſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in eccleſijs fieri, ꝙ pro meritis, aut in uerbo, aut opere potẽs à Deo tribuitur rector eccleſiæ, aut ſi malignum faciat populus in conſpectu domini, & tales perſeuerent: talis eccleſiæ iudex datur, ſub quo famem & ſitim populus patiatur: non famem panis, neque ſitim aquę, ſed famẽ audiendi uerbum Dei.

Item Auguſtinus.

Non ſunt filij, ſed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt.

CAN. XVIII.

SVnt in eccleſia quidam præpoſiti de quibus apoſtolus Paulus dicit: Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Quid eſt ſua quærentes? Non Chriſtum gratis diligentes, ſed Deum non ꝑ Deum quærentes: temporalia commoda ſequẽtes lucris inhiãtes, honorem ab hominibus appetẽtes. Hæc quando amantur a præpõſito, & propter hęc [c] ſeruitur Deo quiſquis talis eſt, mercenarius eſt. inter filios eius ſe non cõputet.

Non ergo qui præficiũtur, ſemper cęteris meliores intelliguntur.

Vnde Hieronymus ad Titum, capitulo primo.

Ex electione non præficiũtur epiſcopi, ſed comprobantur.

CAN. XIX.

ILlud inferendũ eſt aduerſus eos, qui de epiſcopatu intumeſcunt, & putant ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperiũ conſecutos: quia non ſtatim omnibus his meliores [d] ſunt, quicunque epiſcopi non fuerint ordinati, & ex eo, ꝙ epi electi ſunt, ipſi ſe magis exiſtiment comprobatos: ſed intelligant propterea quoſdã, à ſacerdotio remotos, quia eos uitia liberorum impedierint. Si autem peccata filiorum iuſtum ab epiſcopatu prohibent, [e] quantò magis ſe unuſquiſque conſiderans, & ſciens, quia potentes potenter tormenta patientur: retrahit ſe ab hoc non tam honore, quàm onere, & aliorum locũ qui magis digni ſunt, non ambit occupare.

Item eiuſdem ad Titum, cap. j.

Pro gradu ſui officij quenq; meliorẽ eſſe oportet.

CAN. XX.

QValis enim erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat magiſtro ſe eſſe maiorẽ? [f] Vnde non ſolùm epiſcopi, presbyteri & diacones debent magnopere prouidere ut cunctum populũ cui præſident conuerſatione, ſermone ac ſcientia præeant: uerùm etiã & inferior gradus, exorciſtæ, lectores, cuſtodes ædium, acolythi, & omnes omninò, qui domui Dei deſeruiunt, quia uehementer eccleſiam Dei deſtruit meliores [g] laicos eſſe, quam clericos.

Item ad Titum, cap. j.

Populus iudicabit epiſcopum ſua officia non agentem.

CAN. XXI.

VEreor, [h] ne quomodo regina Auſtri ueniens à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, iudicatura [i] eſt homines temporis ſui: & uiri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ 3. Re. 10.

---

[a] Et non per me. comprobãtem, ſed tamen iubẽtem. Et ita eſt arg. ꝙ quandoque aliquid iubemus ꝙ non approbamus. Et eſt arg. contra ea quæ per improbitatem obtinentur, ꝙ illa dicuntur fieri inuito dante, ut extra de reſcrip. ſi quando. & C. de peti. bo. ſubla. l. j. & vii. quæ. j. ſcias. ubi habes, ꝙ qui inuitus aliquid facit, potius dicitur pati, quam facere: ut ſ. di. vj. teſtamẽtum.

[b] Per conſilium. i. eſt ap ꝓbationẽ.

[c] SVnt in eccleſia. Propter hæc. Argu. pro temporali non eſſe ſeruiendum alicui, niſi ſecundario: ut lxxv. diſt. cap. ulti. & lxj. di. quid proderit. & lxxii. di. conſuluit. & lix. di. c. ſi officia.

[d] ILlud. Meliores. Argumen. quod non plus debet pro aliquo præſumi ideo, quia habet dignitatem. xl. di. non loca. & cap. multi. & ii. q. vii. quæritur. & diſt. ix. ego ſolus. Argum. contra. xj. quæ. iii. abſit. & lxj. diſt. miramur. in fine.

[e] Prohibent. Propter negligentiã: ut ſ. xlvij. di. c. ſicut hi. §. neceſſe.

[f] QValis. Maiorem. Sic ſ. xcvj. di. quis dubitet. ſ. di. lxj. ſtatuimus. & ca. quid proderit. unde quidã diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedrã: & dum delectantur in loco gloriæ, fiũt alijs authores ruinæ: ut xlviij. diſt. quoniam. cum magiſter faciat cathedram, non cathedra magiſtrum: ut xl. di. c. ulti. magiſtri enim moribus & ſcientia & facundia debent alios præcedere, ut C. de profeſſo. & medi. magiſtros. libro x. & erit talis magiſter, cuius cõparatione ſui diſcipuli paleæ dicantur: ut xxv. diſt. cap. unum orarium. §. criminis.

[g] Meliores, &c. id eſt, clericos eſſe deteriores, quam laicos: ſufficit. n. clerico ſi eſt bonus.

[h] VEreor. Id ẽ, uerecũdor.

[i] Iudicatura. Non poteſtate iudicij: [a] quia illud fœminæ non habent. iii. quæſtione vii. cap. infamis. §. tria. ff. d reg. iur. l. ii.

Condem-

Oſee. 8. a

[a] Sub. ꝙ facit peccatũ propriũ. arg. vii. q. j. ca. aduerſitas. §. cũ aũt. uerſi. tali.

Phili. 2. c

Cathedra non facit magiſtrũ.

cõdemnabunt [a] eos, [b] qui maiorem etiam Ionã ſaluatorem contempſerunt, ſic plurimi in populis epiſcopos iudicent, [c] ſubtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea quæ epiſcopo conueniunt nõ exercentes.

Item Ambroſius in increpatione ad populum.

Qui clericos ſuos non corrigit, populum corrigere non ualet.

CAN. XXII.

Quid autem ego uos arguo, cùm poſsitis me uno ſermone conuincere [d] ? conuincor enim ego, cùm in hac parte clericos uobis magis uideo negligentes. Quomodo enim poſſum corrigere filios, cũ fratres [e] emendare non poſsim ? aut qua fiducia ſuccenſeam [f] laicis, cùm a conſortibus pudoris uerecũdia conticeſcam? Ego autem fratres non de omnibus loquor : ſunt certè quidam deuoti, ſunt & alij negligentes. Ego neminem [g] nomino: conſcientia ſua unumquenque conueniat.

Item Beda ſuper Matthæum.

Epiſcopo ad ſalutem non ſufficit moribus & uita populo adæquari.

CAN. XXIII.

Nec ſufficere nobis ad ſalutem arbitremur, ſi turbis negligẽtiũ, uel quorumlibet indoctorum fide, uel actibus adæquemur, quibus ſacris literis unica eſt credendi [h] pariter & uiuendi regula præſcripta.

Ne ergo (ut ſupra dictum eſt) tales ſui officij ſucceſſores aliqs ſibi quæreret, probibentur epiſcopi alterum pro ſe ſucceſſorem ſibi ſtatuere, ac deſignatis nominibus in locum ſuum alium ſibi ſubrogare.

QVAESTIO II.

Qvòd autẽ amicorũ patrocinia [i] in aliquorũ electione conualeſcere nõ debeant, authoritate beati Gregorij papæ probatur, qui in tertio libro regiſtri ſcribit Antonio ſubdiacono dicens.

In electione epiſcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualeſcant.

CAN. I.

Illud quidẽ præ omnibus curæ tibi ſit, ut in hac electione nec datio quibuſcunque modis interueniat præmiorũ, nec quarũlibet perſonarũ patrocinia [k] cõualeſcant. Nã ſi quorundã patrocinio [l] quiſquã fuerit electus uolũtatibus eorũ cũ fuerit ordinatus reuerentia exigente obedire compellitur: [m] ſicq; ſit, ut res illius diminuantur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus non ſeruetur. Talẽ ergo te admonente debent ſibi perſonã eligere quæ nullius incongruæ uoluntati deſeruiat: ſed uita & moribus decorata tanto ordine digna ualeat inueniri.

Item ad clerum Mediolanenſem.

In electione antiſtitis communi utilitati, non ſuo lucro quiſque proſpiciat.

CAN. II.

Dilectiſsimi filii, officij noſtri cenſura commoniti ſuademus, ut in ſuſcipiendi antiſtitis cauſa nullus ueſtrum

[a] Condemnabunt. melius uiuendo.
[b] Eos. ſcilicet Iudæos.
[c] Iudicẽt. ſ. diſt. xxviij. ca. ulti. contra. ſ. diſt. xxj. nolite. cõtra. vj. quæſti. j. oues. cõtra. ſed nõ dicũtur ſubditi corrigere, ſiue iud:care prælatos poteſtate officij, ſed uitæ cõparatione: ut j. quæſtio. j. nonne.
[d] Qvid autem. Cõuinceae. & ruborem incurere ex hoc quod laici meliores ſunt clericis non enim poſſet ob hoc reprehẽdi. xlvij. diſt. quod ad nos. quia nõ criminis relatione, ſed innocẽtia reus purgatur. ff. de publ. iudi. is qui

Re⁹ innocẽtia purgatur.

[e] Cũ fratres. alias ſocij dicuntur. x. q. iij. cauendum.
[f] Succenſeam. id eſt, iraſcar.
[g] Neminem. contra. ſ. v. quæſtio. v. non uos. ſed hic loquitur. quando crimen nõ poteſt probari: ibi quando poteſt. Occulta enim crimina nõ habent uindictam. vj. quæſtio. j. omnia. xxij. diſt. erubeſcant.
[h] Nec ſufficere. Credendi. Quãtum ad articulos fidei. laicis tamẽ ſufficit pictura pro doctrina. de conſec. diſt. iij. perlatum.

Qvod autẽ. Hic ponit ſecunda quæſt. ubi quæritur, an amicorũ patrocinia cõualeſcere debeãt in electione aliquorũ? Et certe ſi cõſiſtant in pecunia uel obſeqo, ſimonia eſt, ut ſ. j. q. j. ſunt nõnulli. In precibus diſtinguit, aut enim ſunt carnales, aut ſpirituales. Carnales pro digno non inducunt ſimoniam, ut j. q. j. quibuſdam. pro indigno ſic. ut j. quæſtio. j. de ordinationib⁹. Spirituales uero ualent, nec p eas inducitur ſimonia. ut j. q. j. latorem. in obſequio etiam cõſueuit diſtigui utrũ ſit honeſtũ, uel nõ: & ſi honeſtum, utrũ exprimatur uel deducatur in pactum, quod ſeruiat ut præbẽda ſibi conferat.

[i] Patrocinia. Patrocinia aut conſiſtũt in pecunia, uel obſequio: & tũc ſit ſimonia. aut in precib⁹: & tũc aut ſunt carnales, aut ſpirituales. Si ſpirituales, ualent: nec per eas ſimonia cõmittitur, [r] ut j. q. j. latorẽ. carnales etiã pro digno ſunt recipiendæ: ut j. quæſt. j. quibuſdam in fin. ſed preces carnales pro indigno factæ, inducũt ſimoniam. j. quæſtio. j. c. de ordinationibus. & dic ut ſ. ead. Moyſes.

Simonia an inducatur per amicorum patrocinia.

[r] Ad idẽ l. diſt. clerico. ubi de hoc.

[k] Illud. Patrocinia. Niſi dign⁹ ſit ille, pro quo petitur, ut ſ. j. q. j. nullus. itaque. & capit. pueri. & ca. quibuſdam. in fi.
[l] Patrocinio. Sed nonne ſuffragiũ patris prodeſt filio. ff. quod cuiuſque uniuerſi. l. illud? Sed illud quantum ad numerum eligẽtium.
[m] Compellitur. Quis ad antidora tenetur, ut ff. de peti. hæred. ſed & ſi §. cõſuluit. & lxxxiij. diſtinc. nihil. & extra de teſta. cum in officijs. humanũ enim eſt, ut qs exhibeat ei reuerentiã, à quo percepit beneficiũ, ut xvj. q. ij. uiſis.

Beneficij collatori reuerẽtia debetur.

Dilectiſsimi filij.

Libero.

neglecta utilitate communi ſuo lucro proſpiciat: ne ſi quiſquā propria commoda appetit, friuola æſtimatione fallatur, quia nec libero [a] iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pēſantes ergo quæ cunctis expediūt, ei, quem uobis gratia diuina prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiā præbete: id eſt, talem eligite, cui ſemper debeatis obedire. Iudicari [b] nanq; à uobis ultra non debet ſemel prælatus: ſed tantò nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quantò poſtmodum iudicandus non eſt.

QVAESTIO III.

Qvod autē [c] quærit, an ſimoniacus habēdus nō ſit qui poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramentum præſtiterit, facilè probatur. Aliud eſt enim ante electionem iuramentum facere, uel ſe paciſci facturū ad hoc, ut eligatur: aliud eſt nulla præcedente conuentione poſt electionē huiuſcemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impenſum deijcit: hoc autem conſecrando nullum impedimētum generat. De priori caſu ſcribit Pelagius clero Catinenſi.

Qui in epiſcopum eligitur, de rebus eccleſiaſticis aliquam ſecuritatem nulli faciat.

CAN. LI.

TAlia quidem iandudum ad fratrem & coepiſcopum noſtrū Eucarpū de uiſitatione Catinenſis eccleſiæ ſcripta direximus, ut in eis iudicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. Veruntamen, quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare ueſtra etiam relatione cognouimus, q̄ ſciētes ſe ad ep̄atū, nec ętate, nec ſcientia, nec uitæ meritis poſſe p̄duci: ad hoc tātū modo inq̄etare eccl'iā uoluerūt, ut ſibi de his, quæ ex ipſa præſumpta ſunt, impunitatem [d] futurus promittat epiſcopus: & fiat rapinę ſecuritas, epiſcopatus ambitio. Hoc etiā uos duximus cōmonendos, ut decretum in Elpidium diaconem factum, & ſubſcriptum ab omnibus, quos ueſtra relatio deſignauit, ad nos cum prædicti uiſitatoris epiſtola, & cum eodē diacono maturetis Deo propitiāte perducere. Et poſt pauca. Cùm igitur hic filius noſter magnificus uir Leo prætor ueniſſet, retulit nobis de ſingulis, quæ ibi mota ſunt: & quomodo uota prope totius ciuitatis in Elpidio diacone concordarent: unde quia de memorati uiri [e] teſtimonio dubitare omnino non poſſumus, idcirco (ſicut dictum eſt) Elpidium diaconem ad nos facite properare: nec expectetis ulterius ut admonitio ad eum noſtra debeat deſtinari, † quē tamen per ueſtram dilectionem in hac præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus, ne cuiquam

---

Electus ſemel approbatus, an poſsit poſtea reprobari.

a Libero. Sic lxxxiij. diſtinſti. nihil. ſic xj. quæſt. iij. quatuor

b Iudicari. Argu. quod electum, quē ſemel comprobaſti, nō potes poſtea reprobare: f ut infra xxxij. q. v. horrendus. argu. extra de his quæ fi. à ma. parte capi. ex ore. in fi. ī. diſt. iiij. erit. & c. in iſtis. ī. ea. q. proxi. c. licet. fi. ff. de decur. l. pen. in fi. & argu. ff. de pact. dota. conuenire. ff. de negot. geſt. l. Pomponius. Arg. contra. C. de libe. cau. non idcirco. & l. non mutāt. & C. de profeſ. & med. l. grammaticos. libr. x. extra de elec. c. cum dilectus contra. ubi patientia nō ęquiualet electioni, contra id qđ eſt. ff. de pu. ſi ego. §. j. Solu. electus ſemel approbatus nō poteſt amplius reprobari ab eligentibus: niſi ex cauſa noua, uel de nouo ad eorum notitiam uenięte. Tunc enim bene poteſt ab eis reprobari ut extra de offi. delega. inſinuante. & extra de except. paſtoralis. & ff. de mun. & hono. ut gradatim. §. reprobari. & ita intelligitur illa decr. & illa lex. grammaticos.

f Arg. ad hoc extra de deſpō. impu. dcū lis. j. §. ul. ubi đ hoc & extra de regula. ad noſtrā. ibi uideas in gloſ. ſi. Ad idē extra lib. vj. de electio. nulli. Archidiac.

Cautio iuratoria an poſsit peti ab eligendo uel electo.

c Qvod autē. Et ante & poſt electionē licite ſecundum quoſdam petitur cautio quæ habetur ex iure uel cōſuetudine. lxiij. diſtinc. quia. j. quæſtio. iij. ca. quæſitum. extra de præbend. ſignificatum. A ſuperiore uero quælibet cautio peti poteſt. xxviij. diſtinct. de Syracuſanæ. x. quæſtio. iij. capit. ulti. xviij. quæſtio. ij. cap. Eleutherius. 100. diſtinctio. optatum. & c. contramorem. Quidā tamē dicunt, quod ante electionē nulla cautio poteſt peti, & ſi præſtetur, ſimonia eſt: quia uidetur eā facere ut eligatur. ī. ead. cap. j. Idem eſt ſi promittat ante electionem ſe iuraturū poſt electionem: ut j. quæſt. ij. quā pio. ſed poſt electionē bene poteſt: g quia tūc nihil ſperat ab eis: ſed à ſuperiore, ut dixi, poteſt peti, & ei præſtari tale iuramentum, ſiue ante electionē, ſiue poſt. 100. diſtinct. optatum. xxviij. diſtinc. de Syracuſanæ. & xxiij. diſtin. c. quanquā. tamen id quod prius dixi, uerius uidetur, maxime ſi q. libet canonicorum ita iurat, Ego iuro quod ſi fuero factus epiſcopus, nihil alienabo de rebus eccleſiæ, quia tutor eligitur ſub tali conditione, ſi ſatiſdederit, ut ff. de tute. l. muto. §. j. extra de electio. ſignificaſti. Nec tamen uidetur eſſe cōditio, ſed potius admonitio quędā, ut dicit illa lex muto. Tamē ex perſona cōtrahentium præſumi debet contractū ſiue promiſſionem eſſe ſimoniacam, uel non: ſicut & præſumitur circa uſurarium contractū ex perſona contrahentis: ut extra de pignor. cap. illo. in fine.

g Scilicet præſtari iuramētum ſubditis: nec tunc peccat: nec ipſi poſſunt uenire cōtra electionē, ſiue ſit cōfirmatus, ſiue nō ſecundū Hugo. Bar. & Lau. extra de ele. publicato Arch.

d TAlia. Impunitatem. Vt remitteret eis ea q̄ abſtulerant. illud enim eſt ſimonia. Remittere enim eſt dare, ut extra de teſtibus ueniens. j. ff. de calumniator. quin etiam.

e Viri. Arg. teſtimonio unius credi. ut ff. de dote prælegat. Theopompus. ſ. xcvij. diſtinc. nobiliſsimus. ī. diſtin. lxxxvj. tanta. infra xxiii. qō. iiij. inter querelas. xx. qō. iij. præſens.

† Iterari.

ſe aliquid dare uel daturum ſe eſſe promittat: ſed neq; de eccleſiaſticis præteritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquam audeat facere ſiue promittere: aut quaſi factus epiſcopus ea, quæ direpta ſunt, permanere libere patiatur: ſciens, quòd ſi tale aliquid fecerit, uel fecit, nec a nobis omnibus permittitur ualere ipſa promiſsio: & cum iudicij a noſtri qđ de ſe ipſo habuimus, dãno, b paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

De ſecundo uerò caſu in geſtis Vrbani ſecundi legitur.

Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ, licet electo iuramentum præſtare.

CAN. II.

ARealdus Arelatenſis epiſcopus, Narbonenſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam cõſecrandus ad dominum papã Vrbanum uenit. Suus quippe Archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quoniam poſt electionẽ ſuã propter bona eccleſiæ cõſeruanda canonicis iurauit. Conſecratus itaq; eſt à domino papa Vrbano, ante purgatus huiuſmodi iuramento, c De iuramento quod canonicis noſtræ eccleſiæ feci poſt electionem, nullam conuentionem antè, ut eligerer, d feci. Narbonenſis uero eccleſiæ archiepiſcopus nullius e præter id criminis cauſa conſecrationem omiſit me ſciente f neque mihi criminis conſcius ſum, propter quod à ſacerdotio me repellat.

QVAEST. IIII.

QVòd autẽ g clericis ante tþs ſentẽtiæ ab ẽpo ſuo diſcedere non liceat, ꝓbatur authoritate Symmachi papæ dicentis:

Ante tempus ſententia non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere.

CAN. I.

NOn'ne directa † ſunt uerba decreti: ſi quis clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ h tempus, pro dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtam in eum manere cenſuram? Lex enim eccleſiaſtica pontificem ab alijs accuſatum priuſquã i ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui.

præſens. Argu. contra. xxxiij. quæſtione ſecunda. capitulo admonere.

a Iudicij. id eſt, quod circa eum fecimus nos mutabimus.

b Damno. Quia retractabimus quod fecimus.

Arealdus.

c Iuramento. Argumẽtum, quod ſolus epiſcopus ſola manu ſe expurgat, ut ſecunda, quæſtione quinta. capi. quanto. ſed iſtud obtinet cum non habet compurgatores.

d Vt eligeret. argumen. contra. xxviij. diſtinct. de Syracuſanæ.

e Nullius. Ex hoc uerbo dixit Ioan. Fab. quod infamatus de uno crimine, expurgauit ſe de omnibus alijs. ſed certe hic non fuit generale iuramentum, ſed ſolum iurauit, quod nullius criminis cõſcius erat, & quod archiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare papa conſecrauit iſtum pendente adhuc obiectione archiepiſcopi? Sed dic, quod archiepiſcopus in forma iudicij nihil obiecit ei.

f Me ſciente. argumentum bonum ad interpretandum negatiua dicta teſtium, ut cum teſtis iurat ſe non uidiſſe tale quid, intelligendum eſt, quod ipſe ſciat. ſic in authenti. de hæred. & Falcid. §. ſancimus in fine. & §. ſi uero. in fine. colla. prima.

g QVod aũt. Clerici ante ſuſpenſionem, uel depoſitionem prælati non negabunt ei obedientiam. xvj. quæſtio. iiij. capitu. uolumus xv. quæſtio. ultima. capi. ultimo. Nec obſtat xxxij. diſtinct. capit. nullus. lxxxj. diſtinct. capi. ſi quis. & xvj. quæſt. ultima capit. ſane. quia ibi de ſuſpenſis à canone loquitur. Nam in illis tribus criminibus eſt ſpeciale, ſcilicet in ſimonia, & in hæreſi, & in notorio fornicatore, ſed de ſimonia occulta uidetur correctum extra de tempo. or di. capit. ultimo. Sed nunquid ſtatim poſt ſententiam recedent ab ipſo, cum adhuc poſſit appellare, & appellatio extinguit pronuntiatum. Item quia ſententia non eſt ſtatim executioni mandanda, ut extra de ſenten. & re iudic. quod ad conſultationem. Econtra uidetur, quod ſtatim per ſententiam amittit dignitatem. ff. de pœnis. l. qui ultimo. & l. quod ad ſtatum. Item quid ſi pendente appellatione excommunicat ſubditũ ſuum: an eſt ille excommunicatus? Diſtingue, quia ſi eſt proſecutus appellationem ſuam, tunc licet appellatio ſit pronuntiata iniuſta, excommunicatio tenet, quam fecit. Sed ſi tempora appellationis ſunt lapſa, & non eſt proſecutus appellationem, idem eſt ac ſi non appellaſſet, & ſecundum hoc non eſt excommunicatus: ut diſtinguitur. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. j. & ff. de iniuſto rupto teſtamento. l. ſi quis. §. antepenult. Ioan. Ego credo, quod pendente appellatione clerici debeant ei obedire, cum pendente appellatione uel lite nihil ſit innouandum: ut ĩ. ij. quæſti. ſexta. cap. appellatione interpoſita. & extra ut lite penden. nihil innouetur per totum. ff. ad Turpilia. l. prima. in fi. & excommunicatio tenet, cum ſtatim trahat ſecum ſuam executionem: ut extra de appel. ca. paſtoralis. Bar.

h NOnne. Sententiæ. ſola ergo accuſatio non conſtituit aliquem reum uel criminoſum: ut xv. q. ultim. capi. ulti. Vnde reo accuſato poteſt ſolui id, quod ei debetur: ut ff. de ſolu. reo. ſola enim nominatio non ſufficit: ut ij. q. j. capit. multi. & lex dicit, quod ſi condemnatus appellauit, ſtatus eius integer eſt. ff. nil innoua. pen. appel. l. unica. nec inter infames interim eſt habendus. ff. de his. qui not. infa. l. furti. Impeditur tamen interim ab honoribus: ut lxxxj. diſtin. ca. tantis. & extra de accuſa. Deus omnipotens. nec procurator eſſe poteſt. C. de proc. reum.

i Priuſquam. Sic extra ut lite pend. cap. ij. ſi. xxxiij. quæſt. ij. ca. ſeculares. & xxxv. quæſt. vj. c. multorum. & xv. quæſt. ulti. cap. ulti.

Obtinet ubi alter non læditur: uel in forma iudicij non agitur ſecũdũ Hu. Vel dic ut ibi not. in glo. unde nõ tenet, &c. de hoc xviij. diſt. placuit. & lxxx. diſt. tanta. Archidia.

Negatiua teſtis depoſitio eſt benigne interpretanda.

Ad hoc facit qđ not. extra de ele. bonæ memoriæ. in gl. ſic eſſet, &c. in pri.

De hoc etiam no. ij. q. vij. ſacerdotes. ibi uide.

Prælatus ſentẽtialiter depoſitus, ſi appellauit, an interim poſſit ſubditum excommunicare.

† dicta

Solui poteſt reo accuſato.

Adde ad hoc gl. op. in §. ſi quis autẽ. in gl. j. inſtit. de ſu ſpec. tut.

O Sinẽ

a Sine literis apoſtolicis eps accuſatus. Q Vilibet. Repræſentauerit. Clericus etiam ſe non repræſentabit papę ſine literis ſui epiſcopi: ut C. de epiſc. & cleri. l. ſi qua per calumniā. & in auth. quomodo oportet epiſcopos. §. non aliter. colla. j.

b Ambiguitate. Similē extra de offi. ordi. ex parte. extra de fide inſtru. quod ſuper.

c Eorum. Id eſt, Apoſtolorum.

d Sententia ex cōmunicationis. In ſuperiori cauſa dictum eſt, quod epiſcopi quādoq; uſurpant ſibi aliquid de iure ſuorum clericorū, quādoq; ſibi cōſtituūt ſucceſſorē. hic agit qualiter uſurpant, quandoque de iure uicinorum epiſcoporum: & oſtendit hic, quod nemo ordinabit clericos alterius epiſcopi eo non requiſito, nec etiam iudicabit, & quod metropolitanus clericos ſui ſuffraganei nō poteſt iudicare: & ut hæc & alia, &c.

e Quod ordinatio. Hic quæritur, an ordinatio facta ab excōmunicato ſit rata: excommunicatus hic dicitur præciſus ab eccleſia propter hæreſim, uel ſchiſma, uel aliquam aliā cauſam. Dicit. Ioan. Fab. & Ruff. quod qui recepit ultimam manus impoſitionem, id eſt, ordinem epiſcopalem in eccleſia: ordines cōfert, ſed non executionē ordinis. Si autem extra, nihil confert, nec ordinē nec executionē, cum talis nihil habeat, ar. j. q. viſſica. Daibertum. xix. diſtinctio. capi. propter. j. quæſti. j. capit. ſi quis confugerit. Sed hæc opinio reprobatur. j. q. vij. c. conuenientibus. ī. ea. c. ordinationes. f Dicas ergo, quod ſiue quis recipiat ultimam manus impoſitionem in eccleſia ſiue extra, dum tamen forma eccleſiæ ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem confert, ſed nō ſemper executionem. & hoc ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ordinetī ab eo. Sed in hoc ſolo eſt differentia, quod ordinati ab epō, qui recipiunt ultimam manus impoſitionē in eccleſia, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter, ſi alias digni fuerint, poſſunt tolerari: ut ī. ea. c. ij. & iij. niſi in quatuor caſibus. Si ſunt maculati iterata unctione: ut j. q. vij. ca. ſaluberrimum. in fin. Vel ſi ſunt ordinati ſimoniace à ſimoniaco: ut ī. ead. cap. ab excommunicatis. Vel ſi ſunt rebaptizati, ut de conſec. diſtin. iiij. ca. eos. Vel ſi ad ſubuerſionem fidei adhæſerint hæreticis, & in contēptū eccleſiæ uoluerint ordinari ab eis: 1 ut j. q. vij. cōuenientibus. Si autem ſunt ordinati ab epiſcopo, qui extra eccleſiā recepit manus impoſitionē, ſi ſciēter, nunq̄ tolerantur. ſi ignoranter, & hoc ꝓbauerint, tolerantur: ut ī. ea. c. ordinationes. Hæc ergo ſit fides tua, ꝙ hæretici & excōicati, & depoſiti uera ſacramenta conferunt, & uerum corpus Chriſti cōficiūt: ut no. j. q. j. ca. dñs declarauit. Io. Quod Ioā. dicit de depoſito, nō credo eſſe uerū, ut 50. diſt. cap. accedens. B.

f Os conſecrationē. ī. j. q. vij. c. cōuenientib᷑: & c. Daibertum.

Ab excōicatis. id eſt. hæreticis uel ſchiſmaticis. tales enim ipſo iure ſunt excommunicati.

Celebrata. ꝑter formā eccleſiæ. Vel dic, ꝙ in odiū eorū hoc dictū eſt, ſicut eccleſia p paſſionē conſecrata poti᷑ dicitur

Excōmunicat᷑ prælatus an poſſit ordines conferre.

Quod legitur, & no. ī. j. q. 6. j. §. opponitur.

1 Cū poſſint ordinari à fidelibus. & iſtū caſum ponit Hu. penitus alienū à ſuperiori c. ſcilicet, ſi ad ſubuerſionē, &c. ut dicit H. j. q. vij. conuenientibus, & c. ſi quis hæretice ubi hoc notauit.

QVAESTIO V.

Sine literis apoſtolicis eps accuſatus, & à ſancta ſede uocatus ad ſuam nō reuertatur eccleſiam.

Vnde Sixtus papa ait:

A ſede apoſtolica uocatus epiſcopus ad domum nō reuertatur, niſi purgatus, & apoſtolicis literis inſtructus.

CAN. I.

QVilibet fratrū pulſatus, atque ab hac ſancta ſede uocatus, cum ſe à nobis repræſentauerit, a non prius reuertatur, quam hinc literis apoſtolicis, uel formatis pleniter inſtructus, atq; purgatus ſit, ſi fuerit: unde ut poſtq̄ domū reuerſus fuerit, recognoſcāt uicini ſui qualiter ſuā aliorumque cauſam hic finierit, quatenus illam abſq; b ambiguitate ulla nuntiare & prædicare omnibus poſſit. Ab hac enim ſancta ſede & à ſanctis apoſtolicis c tueri, defendi, & liberari epiſcopi iuſsi ſūt & ſicut eorum diſpoſitione ordinante dño primitus ſunt cōſtituti, ſic huius ſanctæ ſedis (cuius diſpoſitioni eorum cauſas, & iudicia ſeruauerunt) protectione, futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. Vnde culpantur, qui circa fratres aliter egerint, quam huius ſanctæ ſedis rectoribus placere cognouerint.

CAVSA IX.

Sententia ex cōicationis d notatus quidam archiepiſcopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quendam capellanum ſui ſuffraganei illo inconſulto depoſuit, atque alium in loco eius ordinauit.

1 *Hic primùm quęritur, an ordinatio, quę ab ex cōicatis facta eſt, aliquo modo poſſit rata haberi.*

2 *Secūdò, an liceat epo, archiepiſcopo, primati, uel patriarchæ clericos alterius prouinciæ ſine ꝓprijs literis ordinare.*

Tertiò, an archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui illo inconſulto damnare ualeat, uel damnatos abſoluere.

e Qvòd ordinatio quæ ab excōicatis celebratur, nullas omnino uires obtineat, nec etiam conſecratio appellanda ſit, teſtatur Gregorius dicens:

Nō poteſt appellari conſecratio, quæ fit ab excōmunicatis.

Os cōſecrationē dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis hominibus eſt illicite celebrata.

Item.

citur execrata quàm conſecrata, ut j. q. iiij. eccleſia. xxiiii. q. j. pudenda.

Sed excõmunicati. IESVS. Videtur hic Grã-tia. ponere opinionem Ruf. & Io. Fauent. dicens, quod ordinationes eorũ, qui nunquam fuerant catholici, irrita ſunt: ſed ordinationes eorum, qui fuerunt epi catholici, licet poſtea fuerint excõicati, miſericorditer ab eccleſia tolerantur. & ad hoc inducit ſequens cap.

A B excõmunicatis. Quondam. Hic habuit Ioannes Fauen. fomẽtum ſui erroris, & pro ſe induxit. j. q. j. ſi quis inquit. & j. q. vii. Daibertum. & extra de ſchiſmati. ca. j. & ij. Sed hoc ideo dicitur, quia facilius diſpẽſatur cum ordinatis à talibus, qui ultimam manus impoſitionem receperũt in eccleſia. & capitula quæ inducit, intelligo cum non fuit forma ſeruata, & cõtra eũ expreſſe eſt j̃. de conſecr. diſt. iiii. oſtenditur. & ca. quomodo. & j. q. j. quod quidam. Videtur autẽ hic, quod ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ordinetur quis ab hæretico præciſo & ſimoniaco, non debeat cum eo diſpenſari. quod uerum eſt. Nec obſtat j. q. j. ſi qui à ſimoniacis. ubi innuitur ſi ignoranter à talibus quis ordinatur, quod poſſit ſecum diſpenſari. ſed illud intelligimus cum G. de prælato tolerato ab eccleſia, hic de præciſo. uel ibi non fuit ſimoniacus & hæreticus, hic autẽ ſimoniacus & hæreticus. Si quis ergo eſt ordinatus à ſimoniaco etiã ignoranter, executionẽ non recipit, cum ſimoniacus ſit ſuſpẽ-

Vnde dicit Hu. quod illud uerbum quondam, &c. addit potius ut oſtẽdat differẽtia in diſpoſitione. nã cũ ordinatis ſciẽter ab illis, qui nunquam fuerũt catholici, epiſcopi nõ diſpenſãt: ut j̃. eo. proxi. ſecũdum Hug.

Ordinatus à ſimoniaco caret executione.

PALEA.

Excõmunicati illicitè manus imponũt, quia poteſtatẽ ordinandi nõ habent. Vbi autẽ illicita eſt manus ĩpoſitio, uulnus infigitur. Vnde reiterari neceſſe eſt, quod minimè probatur eſſe collatũ.

Vnde Damaſus Papa ait:

PALEA.

PEr illicitã manus impoſitionẽ uulneratũ caput illi, qui uidebantur aliqd accepiſſe, habebãt, & ubi uulnus infixũ eſt, neceſſe eſt medicinam adhiberi, qua fixa ſanetur macula. Itẽ reiterari neceſſe eſt, quod legitimè actũ, aut collatũ minimè probatur. Nã quo modo poſſit honorẽ retinere, q ab illo accepit, qui poteſtatem dare non habuit legitimè, inuenire non poſſum. Sed excommunicati hic intelligũtur, qui in ipſa ſua ordinatione pœnã excõicationis contraxerunt, qui nunquã in numero catholicorum fuerũt. Cæterùm, qui inter catholicos prius deputati ſunt, ſi poſtea excõicationis ſñia notati fuerint, ordinationes tamẽ eorum ab eccleſia miſericorditer tolerantur.

Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit dicens:

Ordinationes ab excõicatis non ſimoniacè factæ ex miſericordia tolerantur.

CAN. II.

AB excommunicatis quondam a tñ catholicis, epis ordinatos, ſi quidem non ſimoniacè ordines ipſos acceperũt, & ſi ipſos epos ſimoniacos non fuiſſe cõſtiterit, ad hoc ſi eorum religioſior uita & doctrinę prærogatiua uiſa fuerit promereri, pœnitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipſis quos acceperunt ordinibus permanere permittas: ad ſuperiores autẽ conſcendere non concedimus, niſi neceſſitas & utilitas maxima flagitauerit, & ipſorũ ſancta cõuerſatio promeruerit.

Sed & Illud Grego. de nominatim excõicatis intelligitur, quorum ordinationes ſunt irritæ, ſi eorũ damnatio non erat ordinandis incognita.

Vnde idẽ Vrbanus ait:

Qui nominatim excõicati ſunt, et qui aliorum ſedes inuadũt, alios ordinare nõ poſſunt.

CAN. III.

ORdinationes, quæ ab hæreſiarchis b nominatim excõicatis factæ ſunt, & ab eis, qui catholicorum adhuc uiuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt, irritas eſſe iudicamus, niſi probare c ualuerint, ſe cum ordinarent, eos neſciſſe d damnatos. Qui uerò ab epis quondam quidem catholicè ordinatis, ſed in ſchiſmate à Romana eccleſia

ſus ipſo iure, ut prima quæſtione j. reperiuntur. extra de ſimonia. c. tanta. Sed quid faciendum eſt huic, & ſuus epiſcopus, quem ſcit eſſe ſimoniacũ, uult ipſum promouere? Hug. dicit, quod qui promouetur à ſimoniaco prælato ſuo adhuc tolerato, non peccat, & libere poteſt ſuum officiũ exequi: ſed cõtrariũ legitur extra de ſimo. per tuas. De hoc dixi ſ. j. q. prima, ſi qui à ſimoniacis.

b Ordinationes. Hæreſiarchis. id eſt, præciſis ab eccleſia, qui nunquam catholici epiſcopi fuerunt. De alijs habes ſupra capitu. proximo.

c Niſi probare. Iſti forte erant pueri cum illi erãt præciſi. Vel forte Romæ à Papa fuerant præciſi, & antequam fama crebreſceret, fuerunt aliqui ordinati ab eis. alias in his quæ publice fiunt, non poteſt quis ignorantiam allegare. decimaſexta diſtinctio. quod dicitis. Et eſt hic argumentum, quod qui allegat ignorantiam ipſam ꝓbabit. tertia, quæſtione nona. indicas. prima, quæſtione prima, ſi qui à ſimoniacis. extra de electio. innotuit. octuageſimaſecunda diſtinctio. propoſuiſti. Et hic manifeſte reprobatur diſtinctio Ioannis & Rufi. Hic enim diſtinguitur inter ordinatos ab illis, qui receperunt ultimã manus impoſitionem in eccleſia, & ordinatos ab illis, qui receperũt ultimam manus impoſitionem extra eccleſiam. & tam hi quã illi recipiunt ordinem, ſcilicet characterem, ſed non executionem.

Ignorantiam allegãs, illam probare debet.

d Neſciſſe. ff. de probatio. uerius. contra. Sed hic pſumebatur eos ſcire. ſic octuageſima ſecunda diſtinctio propoſuiſti. in fi.

O a Multo.

ſeparatis conſecrati ſunt, eos nimirum cùm ad eccleſiæ unitaté redierint, ſeruatis proprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus: ſi uita & ſciẽtia eos cõmendant. Amodo uerò quicunq; à prædictis ſchiſmaticis ſanctæq; Romanæ eccleſiæ aduerſarijs ſe ordinari permiſerit, nullatenus hac uenia dignus habeatur. Quãuis autem miſericordiæ intuitu, magnaq; neceſsitate cogente hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus, nullum tamen præiudiciũ ſacris canonibus fieri uolumus, ſed obtineant propriũ robur, & ceſſante neceſsitate illud quoq; ceſſet, qđ factum eſt pro neceſsitate. † Vbi multorum [a] ſtrages iacet, ſubtrahendũ eſt aliquid ſeueritati.

Electio quoq; niſi à catholicis facta fuerit, irrita eſſe probatur.

Vnde Greg. ſcribit Mediolanenſibus.

Irrita ſit electio, quæ non à catholicis facta probatur.

CAN. IIII.

NOs [b] in hominẽ, qui non à catholicis eligitur, [c] nulla præbemus ratione conſenſum, nec ſi alicuius uſurpatione factum fuerit, in locum uel ordinem illum ſacerdotis ſuſcipimus.

QVAESTIO II.

QVòd autẽ [d] epiſcopus uel quilibet ſuperiorum clericos alterius ſine proprijs literis ordinare non debeat.

Calixtus Papa ſcribit dicens:

Alterius eccleſiæ parochianum nullus iudicare præſumat.

CAN. I.

NVllus alterius terminos uſurpet, nec alterius parochianum iudicare, [e] uel ordinare aut excõicare præſumat, quia talis iudicatio, uel ordinatio, aut excõicatio, uel damnatio, nec rata [f] erit, nec uires ullas habebit: quoniam nullius alterius iudicis, niſi ſui ſentẽtia tenebitur, aut dãnabitur. unde & dñs in Deuteronomio loquitur dicẽs: Non tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.

Idem.

PALEA.

PLacuit, ut deinceps nulli ſacerdotũ liceat quemlibet cõmiſſum alteri ſacerdoti recipere ad pœnitentiam ſine conſenſu eius, cui ſe prius commiſit: niſi per ignorantiã

Deu. 19. d Pro. 22. d

Sententia nulla an poſsit ratihabitione confirmari.

a Multorum. Simile ĩ. xliiii. diſtinctio. comeſſationes. & ĩ. diſt. 50. ut conſtitueretur.

b NOs. Simile xxiiii. q. j. aperte. & c. miramur.

c Eligitur. Cõſtat quod ſuſpenſus nõ põt eligere, ut extra de conſuetu. cum dilectus. & extra de ætate & qualitate. cum bonæ. Sed quid ſi maior pars fuerit excommunicata, an poſsint alij eligere ſine ea? argumentum quod non. extra de conceſ. præben. & eccle. non uacã. quia diuerſitatem. Item quid ſi unus eſt excommunicatus, & eligit cum alijs: an tota † electio uitietur? non niſi ipſi cõmunicent conſentiendo. extra de ſent. & re iudic. ad probandum. ubi caſſatur ſententia iudicum, quia unus iudicum fuit excommunicatus. Et argumentum ad hoc extra de offic. deleg. cũ ſup. & ff. de recep. arbi. Pedius. Arg. cõtra. ff. quod cum fal. tut. l. j. §. j. ubi dicit ꝙ non obeſt, ſi tutor falſus interponit authoritatem ſuam cum tutore uero, quia tenet, quod actũ eſt. ſuſpenſus autẽ hodie eligit: ut extra de cler. excõ. mi. ſi celebrat.

d QVod autem. Certũ eſt quod nullus epiſcopus debet ordinare uel recipere clericos alterius epiſcopi ſine literis ſui epiſcopi, ut lxxj. di. per totũ. nec ſufficiunt ad hoc literæ archidiaconi, ut extra de offic. archid. ſignificaſti.

e NVllus Iudicare. niſi in caſibus, ut de pœ. diſtin. vi. placuit. ĩ. vj. q. iii. cap. ult. ĩ. iii. q. vi. peregrina. & ca. j. & ẋ. q. iii. nec numerus. ii. quæſt. v. Mennam. & q. vii. nos ſi incompetenter. & in caſibus ubi quis ſortitur forum, † & cum quis negligit ſuum locum conuertere ad fidem. xvj. quæſtione. iii. placuit. ij. & cum epiſcopus ſolus eſt in una prouincia, ut LXV. diſtinctione ſi forte. in fi.

f Rata. Sed quæritur ſi unus iudex ſententiam excommunicationis latam ab alio rati habere poſsit? arg. ꝙ ſic ĩ. ead. Lugdunen. & iij. quæſt. vj. hæc quippe. lxiii. diſtinct. Salonitanæ. Nam factum falſi procuratoris poſſum ratum habere. extra de offic. delegati. cum olim. ff. de iud. licet. & electionem, quæ nulla eſt, poſſum ratam habere. extra de elect. quod ſicut. Item adoptio iniuſta poteſt confirmari. ff. de adopt. adoptio. Item ſententia fœminæ, & ſerui cõfirmatur, licet nulla ſit, ut iii. quæſ. vii. capitu. infamis. §. tria. in prin. & ff. de offic. præto. Barbarius. extra de arbi. dilecti. & eſt argu. ad hoc inſtitut. de teſtam. mili. §. ſed ſi quis. Nam & per appellationem poteſt cõfirmari, quod nullum eſt. ff. rem ratam haberi. l. iii. §. falſus. Sed contra extra de conſuetu. ad noſtram. Item quod meo nomine geſtum non eſt, ratum habere nõ poſſum, ut ff. de nego. geſt. ſi pupillis. §. ſed & ſi ego. Item cuius præſentia deſideratur, eius ratihabitione non poteſt confirmari, ut inſtitu. de autho. tuto. in fi. Item ſi ſententia excommunicationis confirmaretur, retro eſſet quaſi excommunicatus, quod eſſet abſonũ. Dicas ergo quod ſententia, quæ nulla eſt, nõ poteſt ratihabitione confirmari: quia ſententia plus habet iuris quam facti. & in illa l. ff. rem ra. habe. fuit ſententia lata à ſuo iudice, ſed contra ius. Et ſufficit quod litigator credat ſe condemnatum, ad hoc ut teneat iudiciũ. ff. famil. erciſcun. cum putarem. Solus tamen princeps poteſt ſententiam, quæ nulla eſt confirmare, ut ii. q. j. in primis. & iii. quæſtione vj. hæc quippe. quia & ipſe mutat ſubſtantialia rei. C. de rei uxo. actio. in princip. ſic intellige iii. quæſtione vj. hæc quippe. Alia autem quæ plus habent facti quam iuris, ut emptio, locatio, & traditio, poſſunt confirmari. ff. de cura. furio. conſilio. §. ultimo. unde donationem factam à laico

† Tota. dic ut per Panor. c. ult. de proc.

† Cõcor. tex. in l. liberorum. cũ gl. ff. & his qui no tan. infa. & text. in l. j. § prin. C. de cad. tol.

Epiſcopus clericum alterius epiſcopi non ordinet.

† Qui no. iii. q. vi. in princi.

illius cui peccans prius confeſſus eſt. Qui uero contra hęc ſtatuta facere præſumpſerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

Item Cęleſtinus papa.

In alterius parochia (niſi eo uocante) nulli aliquid agere licet.

CAN. II.

NVllus primas, nullus metropolitanus [a] nullus reliquorum epiſcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum non pertinet: & alterius epiſcopi parochiam ſuper eius diſpoſitione, niſi uocatus ab eo, cuius iuris eſſe cognoſcitur, ut quicquam ibi diſponat, uel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri uoluerit. Sin aliter præſumpſerit, damnabitur: & non ſolum ille, ſed cooperatores & conſentientes ei, Quia ſicut ordinatio, ita etiam eis iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nã qui ordinare [b] non poterit, quomodo iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit, [c] aut iudicare poterit.

Item ex concilio Meldenſi.

De eodem.

CAN. III.

IN dominicis diebus, uel feſtis presbyteri antequam miſſas celebrẽt plebem interrogent ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero ibi miſſam uelit audire: quẽ ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abijciant, & ad ſuam parochiam redire compellant.

Itẽ ex cõcil. Nauatẽſi.

De eodem.

CAN. IIII.

NVllus presbyter aut diaconus alterius plebanum (niſi in itinere fuerit, uel placitum habuerit) ad miſſam recipere audeat.

Item ex concilio Antiocheno.

Ad ordinationem clericorum, uel eccleſiarũ alterius epiſcopi, niſi ab eodem inuitatus non accedat epiſcopus.

CAN. V.

NVllum epiſcopum audere debere ex alia prouincia ad aliam tranſitum facere, & ordinare aliquos in eccleſia, aut præferre ad ſacrum miniſterium: nec ab alijs illuc attrahatur epiſcopus, niſi forte per literas rogatus abierit non ſolum a metropolitano, [d] ſed & ab his, qui cum eo ſunt omnibus ipſius prouinciæ epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante inordinatè ſuperueniat epiſcopus, & aliquos uel ordinare præſumpſerit, uel quoslibet illi eccleſiæ competentes, qui ad ſe minimè pertinent, uſurpare tentauerit: uacua [e] quidem & inania erunt omnia, quæ geſſerit. Ipſe uerò huius indiſciplinati auſus & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat, tanquam depoſitus a ſancta ſynodo, & propter huiuſcemodi præſumptionem iam prędamnatus.

Item ex eodem.

Ad ordinationem eccleſiæ, quæ ſibi commiſſa non fuerit nin' ne accedat epiſcopus.

CAN. VI.

EPiſcopum non debere in alienã irruere ciuitatẽ, quæ illi probatur nõ eſſe ſubiecta, neq; in regionẽ, quæ ad eius curã minimè noſcitur pertinere, ad aliquid ordinãdum, [f] neq; presbyteros aut diaconos cõſtituere ad alios epiſcopos pertinentes, niſi forte cum uoluntate & teſtimonio [g] propriæ regionis epiſcopi. Quod ſi quiſpiam horum quid tale facere uoluerit, irrita quidem erit talis ordinatio, & ſuper his etiam

laico, & non nomine epiſcopi poteſt epiſcopus confirmare: ut vj. q. j capi. ulti. & extra de iure pa. cura paſtoralis. Si autẽ aliquis ordinat clericos alterius credẽs ſuũ epiſcopum ratum habiturũ, tunc poteſt talis ordinatio confirmari per ratihabitionem: ut infra. ea. c. Lugdunẽ. ſecus ſi nõ poneret ſpem in ratihabitione illius: ut ff. de ſolu. l. ſi quis offerenti. In ſententia autem dici poteſt. quod ſi aliquis nomine alterius tulit ſentẽtiam, quod tunc poſsit ratificari. io. Quid iuris ſit de hoc, & de ſententia excommu. notaui in quæſtionibus. B.

[a] NVllus primas. Metropolitanꝰ. Si metropolitanus non poteſt intrare diœceſim ſuffraganei ſui, niſi uocatus, ut hic dicit: qualiter ergo uiſitat diœceſim, & recipit ibi procurationes, ut extra de cenſib. ſopitæ. extra de præſcrip. cũ ex officij? Sed illud intelligo in eo caſu quando per negligentiam deuoluitur ius ad metropolitanum, uel etiam per appellationem.

[b] Ordinare. Argum. ex quominus non licet, nec maius. ut xliiij. diſtin. c. nulli. xvj. q. ij. ca. niſis. Et ſecundum hoc minus eſt ordinare, quam iudicare: qa ſolus poteſt ordinare, ſed non ſolus iudicare ad depoſitionem: j. xv. q. vij. c. ſi autem. & ca. felix. & cap. ulti.

[c] Iudicabit. Sæpe tamen iudicat, qui non poteſt ordinare, ut archidiaconus: ut xxv. diſt. ca. perlectis. & extra de temp. ord. cũ in diſtribuendis.

Maius nõ licet, cui non licet minus.

[d] NVllũ. A metropolitano hoc intelligas in arduis negotijs. [i] aliter ſufficit uoluntas epiſcopi, ut ſ. cap. proximo.

[e] Vacua. Quantum ad executionẽ altaris, tamen conſecratio manebit: ut vij. qõ. j. epiſcopus in diœceſi.

[f] EPiſcopum. Ordinandũ. ſi tamen ſuum ſubditum alibi excommunicaret, uidetur quod tenet. xj. qõ. iij. ca. ſi epiſcopus. ſicut Paulus abſens excõicauit Corinthium. & facit ad hoc. vij. q. j. c. ſi quis presbyter. & cap. ſi qui uero. ſine reſpectu tamẽ pro tribunali non poteſt ibi ferre ſententiã: ut argum. extra de offic. leg. c. nouit. ff. de offic. pra. l. iij. ff. de iuriſd. om. iud. l. ulti. ff. de offi. procon & lega. l. ij. De hoc plenius dixi. extra de offi. leg. c. nouit.

[g] Et teſtimonio.

[i] Et totã prouinciã contingẽtibꝰ ut dixit in litera.

Nus-

quæ malè uſurpauerit, à ſynodo arguatur. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat.

Item ex ſynodo Conſtantinopelitana.

Non accedant epiſcopi ad eccleſias, quæ ſunt extra eorum diœceſim.

CAN. VII.

Epiſcopi, qui extra ſuam diœceſim [a] ſunt ad eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant: neque confundant, & permiſceant eccleſias ſecundum regulas ſtatutas. Alexandriæ quidem epiſcopi ea, quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi ſolius Orientis curam gerant, ſeruatis tamen honoribus primatus † eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicenæ ſinodi continentur. Sed & Aſianæ diœceſis epiſcopi, & ea quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem epiſcopi Pontinæ tantúmodo diœceſis habeant curam: Thraciæ uerò ipſius tantummodo Thraciæ.

Item.

De eodem.

CAN. VIII.

Non inuitati epiſcopi ultra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquibus uel quibuſcunque diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula, quæ ſupra ſcripta eſt de unaquaque diœceſi. Manifeſtum namque eſt, quod per ſingulas quaſque prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare, & gubernare omnia debeat ſecundum ea, quæ ſunt in Nicena ſynodo diffinita.

His authoritatibus ꝓhibentur quilibet epiſcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, ſi contingat eos aliquibus ſacros ordines diſtribuere, an ordinati ab epiſcopis ſuis in proprijs ordinibus recipi poßint?

De his ita ſcribit Vrbanus papa Hug. Lugdunenſi archiepiſcopo.

Clerici ab epiſcopo alterius parochiæ ordinati, à proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt.

CAN. IX.

Lugdunenſis parochiæ clericos, quos contra ſtatuta canonum ab alterius parochiæ epiſcopis ordinatos literarum tuarum ſignificatione monſtraſti, cum graduũ ſuorum honore recipere, religionis tuæ prudentia poterit, [b] ſi eos alias canonicè & ſine prauitate aliqua ordinatos conſtiterit, ſi tamen eorum probabilem uitam id indulgentiæ proſpexeris promereri. Legimus quippe ſanctum Epiphanium epiſcopum ex diœceſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quoſdam clericos ordinaſſe, quod ſanctus uir [c] omnino non feciſſet, ſi ei detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua [d] arbitrata fuerit, iniuncta ſatisfactionis gratia propter eccleſiam, quam offenderunt, cognita pœnitentia miſerationis intuitu in ſuo quoque honore recipies: ſalua tamen in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

QVAESTO III.

QVòd autẽ [e] archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto damnare ualeat, uel abſoluere, ſic uidetur poſſe probari: ſicut totius epiſcopatus eccleſiæ in poteſtate ſunt epiſcopi, ſic & eccleſiæ totius archiepiſcopatus ad diœceſim pertinent archiepiſcopi. Vocantur enim epiſcopi à metropolitano in partem ſo-

---

Nunquid hoc teſtimoniũ ſufficit iſti, ut non iterum examinetur ab illo epiſcopo? Argumen. quod ſic. xix. q. ij. capit. duæ. xlvij. diſtinct. de Petro. & xvj. quæſt. ij. capi. ſi quis epiſcoporum. ſicut tutori dato in teſtamento ſufficit teſtimonium patris ut inſti. de ſatiſdatut. §. j. Argu. contra. lxxiij. diſtinct. ſanctiſsimo. ſed ibi de collocando in eccleſia ſecũda. Itẽ nunquid ſufficiunt literæ archidiaconi? non, ut extra de offic. archid. capit. ſignificaſti. ſed hoc uerum eſt ubi non eſt conſuetudo præſcripta. ĩ. ead. q. iij. cap. conqueſtus.

Tutor teſtamentarius nõ tenetur ſatiſdare.

a Piſcopi. Diœceſim. Id eſt, prouinciam ſiue regionem. ſic econtra nomen regionis pro diœceſi ponitur. ſ c. proxi. ſic & infra proxi. quæſt. ca. per ſingulas. ij. ualet hoc conſiderare ad inſtrumẽta & diuiſiones prouinciarũ: ut vj. q. ij. c. ſcitote.

Diœceſis pro regione ponit, & ecõtra.

b Vgdunenſis. Poterit. argumentũ, quod ſequens ratihabitio cõfirmat, quod primo fuit inutile: ut lxiij. diſtinct. Salonitanæ. & xvj. q. j. capi. ultimo.

c Quod ſanctus uir. ſic ſ. xxxvij. diſtinc. qui de menſa. vij. quæſt. j. capi. omnis. Sed nonne iſte epiſcopus deliquit ordinando clericos alterius? quomodo ergo ſanctus fuit? Omiſsis multis ſolutionibus, dic quod excuſat ideo quia utiliter geſsit: & quia credebat hoc Ioã. placere: ſicut non facit furtum, qui credit hoc placere domino: ut inſti. de ob. quæ ex qua. delic. naſcuntur. §. j.

Quod no. ſ. ea. c. j. in gl. ij. in fin.

Idem tenet Bart. in l. inter omnes. §. recte ff. de fur.

d Moderatio tua. permittitur hic epiſcopo diſpenſatio canonis uel criminis pœnalis. ſimil. eſt. ſ. j. quæſt. v. ca. ultimo. in fine. Sed non permitteretur ſi ſimoniace fuiſſent ordinati. j. q. j. cap. erga. De pœnitentialibus non eſt dubium: quia hoc poteſt quilibet ſacerdos: ut xxvj. q. vij. tempora pœnitudinis

e QVod autẽ. Metropolitanus epiſcopo inconſulto non poteſt iudicare clericos ſuos, niſi in caſibus ſpecialibus.

Metropolitanus clericos ſuffraganei iudicare nõ poteſt.

bus. ſ. quando cauſa per appellationem defertur ad ipſum, ut ĩ. e. conqueſtus. uel niſi cauſa ſit inter epm & clericum, ut xj. q. j. ſi clericus. Item cum diſſenſio eſt de electione epi. ut lxiii. diſt. c. ulti. hoc uero non tenet hodie per id, quod eſt extra de elec. quia propter. Item cum ſuffraganeus eſt negligens, ut ĩ. eo. cũ ſimus. Item oĩa male acta poteſt punire & retractare, ut xxvj. q. v. quicunque. & xii. diſt. de his. Item ſi de conſuetudine aliquid obtinuit, aut ſi eps deceſſit, ut ĩ. e. conqueſtus. Aliter de ſpecialibus negotijs epiſcopatuũ ſe non põt metropolitanus intromittere, ſed cõia negotia, quæ non magis pertinent ad unum quam ad alium, ſed ad ſtatum totius prouinciæ, ut congregare ſynodum, examinare epm, & ordinare, hoc põt, non tamẽ ſine conſilio aliorũ epiſcoporum, ut ĩ. ea. c. j. ii. iii. & iiii. & quinto.

Verſic. ut is collatiõe habita eligat, &c. q. d. licet cognitio electionũ & electorũ pertineat ad metropolitanũ, nõ tamẽ gratificatio: ſed eum eliget in quem oẽs, &c. ut ibi. Archi.

a Per ſingulas. Cognoſcere. id eſt, reuereri. i. diligere, ut ibi, Non noui uos. vii. qõ. j. ſicut uir. in ſi.

b Agere. Quod ad ſtatũ cõem pertinet, ut ĩ. ea. archiepiſcopus. ſic ſ. lxxx di. non debere.

c Per ſingulas. ſ. ij. q. vij. metropolitanum.

d Totius prouinciæ. Hic uidetur quod archieps eſt iudex ordinarius totius prouinciæ. Nam habet procurationẽ & uiſitationem totius diœceſis, ut extra de preſcri. cũ ex officij. & quia unus eſt iudex prouinciæ, ut vii. q. j. in apibus. Ex quo enim archiepiſcopus eſt iudex epi, ergo eſt iudex diœceſis ſuæ, ar. ff. de pecul. ſer. ſi ſeruus meus. Nam ex eo, quod uicarius eſt in peculio ordinarij, ergo & peculiũ uicarij, ut ibi dicitur. Et præterea hic dicit, quod oẽs qui cauſas habent, concurrant ad metropolitanum. Item quia determinat cauſas delatas ad ipſum per querelam, ut x. q. iii. quia cognouimus. Sed licet poſſet dici, quod ſit ordinarius, ſe tñ non põt intromittere de cauſis ſubditorum, niſi in caſibus exceptis, ut extra de offic. ordi. paſtoralis. in prin. ſi tñ ferat ſniam aliquã in ſubditos ſuffraganei ſui, bene tenet, cum ſit iudex ipſorũ. ar. in d. authen. de defen. ciui. §. & iudicare. & §. ſeq. ubi dicitur, quod præſes uel maiores iudices non poſſunt ferre ſententiam ultra ſummã ccc. aureorum: ſi tamẽ tulerint, tenet, ut ibi innuitur. H. dicit non tenere talem ſentẽtiam, quã metropolitanus fert in ſubditos ſuffraganei, quia metropolitanus iudex alienus eſt reſpectu ſubditorũ ſuffraganeorum, ut vj. q. iii. ſcitote. & iii. q. vj. peregrina. ſicut abſoluere nõ põt, niſi appellet ad eum, ex tra de ſen. excom. per tuas. extra de offic. deleg. cũ contingat. Itẽ quia dicitur quicquid fecerit, irritũ eſt, ut ĩ. ea. nullus. Hoc ſcias quod de cauſis epiſcopi poteſt per ſolam querelam cognoſcere. xj. quæſtione prima. ſi clericus aduerſus. Ioannes. Quod dicit H. uerum eſt, ut extra de officio ordina. paſtoralis. B.

Archiepiſcopus an ſit iudex ordinarius totius prouinciæ.

Hoc uerum eſt ſecundũ L. ut not. iii. q. vj. ca. j. in gl. ij. ubi dixi de hoc. Arc.

e Singulis. Poteſt ergo anathematizare aliquem inconſulto metropolitano, imo & quilibet ſacerdos inſcio ſuo epiſcopo, ut extra de off. ordina. cum ab eccleſiarum. nec tenet quod legitur. xj. queſtione iii. nemo epiſcoporum.

f Cum ſimus. Oeconomos. Oeconomus dicit cui res eccleſiæ gubernanda mãdatur, ut C. de ſacroſanctis eccle. l. iubemus.

Oeconomus quid.

g Oeconomum.

licitudinis, nõ in plenitudinẽ ptãtis. Sic quippe uices ſuas eis ĩpertitur, ut ptãtem ſuam ſibi nõ adimat unde et ſine eius conſilio nihil eis agere licet.

Sicut in concilio Martini Papæ legitur.

Nec epiſcopi ſine metropolitani conſenſu, nec ille ſine eorum conſenſu aliquid agere debet.

CAN. I.

PEr ſingulas prouincias oportet epiſcopos cognoſcere a metropolitanum ſuum, & ipſum primatus ſui curam ſuſcipere: nihil autẽ oportet agere b reliquos epiſcopos pręter eum, ſecundùm quod antiquitus à patribus noſtris conſtitutum in canone continetur, propter quod & metropolitanus nihil pręſumptiuè aſſumat abſq; conſilio cæterorum.

Item ex concilio Antiocheno.

Sine metropolitani conſciẽtia, extra ſuam diœceſim nihil agat epiſcopus.

CAN. II.

PEr ſingulas c prouincias, epiſcopos ſingulos ſcire oportet epiſcopum metropolitanũ, qui eis præeſt, curam & ſolicitudinem totius prouinciæ d ſuſcepiſſe, propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his, qui cauſas habent, concurratur. quapropter placuit eum & honore præcellere, & nihil ultra ſine ipſo reliquos epõs agere ſecũdùm antiquũ patrũ noſtrorum canonẽ, niſi hoc tantùm quod unicuiq; eccleſiæ per ſuam diœceſim cõpetit. Vnũquenq; n. oportet epiſcopũ habere ſuæ diœceſis poteſtatẽ, ut regat & gubernet ſecũdùm competentem ſingulis e reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt ciuitate, ita ut ordinare ei presbyteros & diacones probabili iudicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſis cum moderatione & pondere diſceptare. Vltra autem nihil agere permittatur citra metropolitani epiſcopi conſcientiam, nec metropolitanus ſine cæterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum:

Niſi fortè epiſcopi ipſi œconomos in eccleſia ſua ordinare contempſerint.

Vnde in ſeptima ſynodo legitur.

Metropolitanus conſtituat œconomos, quos epiſcopus habere, neglexerit.

CAN. III.

CVm ſimus debitores, omnes ſacras regulas cuſtodire: & eã, quę dicit, in unaquaq; eccleſia œconomos f eẽ debere, modis oibus inuiolabilẽ conſeruare debemus. Et ſi quidẽ unuſquiſq; metropolitanus in ſua eccleſia cõſtituerit œconomum, g bene utiq; eſt. Sinautẽ ex authoritate propria

qui clericus erit: & de ꝓprio clero debet eſſe. lxxxix. diſ. cap. quia. & xvj. q. vii. i nona actione. De hoc notaui xvj. q. vii. quoniam.

a Epiſcopis. Ergo ſicut ſuperiores inferiorum, ſic inferiores ſuperiorum ſupplent defectũ, ut extra de cõceſ. præben. & ecc. non uacan. nulla. & lxxxix. diſtinctione. uolumus.

1. Cor. 5. b — b Corinthium. Et in hoc ſuppleuit negligẽtiam Apollinis, ut ĩ. e. c. ult.

c Saluo. Debet quis ius ſuũ proteſtari, ne fiat ei præiudicium: ſic xxviii. diſ. diaconi. & vii. q. j. pontifices. ff. qui. mod. pig. uel hypo. ſol. ſi debitor. §. ſi in uẽditione.

ADDITIO.

Ad hoc facit. C. de his qui ſpon. mun. ſub. l. j. li. x. ſed arg. cõtra ff. de cõdi. inſti. qđ qs. ff. de act. & ob. obligationũ. §. placet. & hoc leg. & no. xviii. di. c. j.

d Inſtantia. i. præſentia.

e Aliquorum. Scilicet epiſcoporum.

Cauſa inter epm & clericũ corã quo debet tractari. — f Cauſas. ſ. criminales: ut iii. q. viii. ſuggero. Et not. ꝙ cũ cã eſt inter clericũ & epum, ꝙ metropolitanus in ſynodo comprouinciali tractabit cãm. xj. q. j. ſi clericus. niſi uelis dicere, ꝙ hodie ſolus metropolitanus obtinet uicem ſynodi quantum ad illud. xviii. di. c. j. & x. quæſ. iii. quia. De hoc dixi vj. q. ij. epiſcopus.

g Archiepiſcopus. Hoc. c. exponit, præmiſſa.

Metropolitanus à ſuffraganeis reprehendi poteſt. — h Si autem. Inobediens. hic habemus, quod metropolitanus põt coerceri à ſuffraganeis. ſic ĩ. eo. ſaluo. in fi. ſic lxiii. diſtin. Salonitanæ. Sed

Conſtantinopoleos epis a licentia eſt præponendi œconomos in eius eccleſia: ſimiliter & metropolitanis, ſi epiſcopi, qui ſub eis ſunt, non ſategerint œconomos ſtatuere in ſuis eccleſijs. Idipſum autem ſeruandum eſt etiã in monaſterijs.

Probatur illud idẽ exẽplo Apoſtoli, qui fornicatorẽ Corinthium b impœnitentem Satanæ tradidit, poſtea pœnitẽtem eccleſiæ recõciliauit: hoc tantùm ſcribens Corinthijs in prima & ſecũda epiſtola, ut excõmunicato non cõicarent, & reconciliato ſocia charitate copularentur. Sed contrà probatur authoritate multorum. Ait enim Iginius Papa:

Metropolitanus ſine epõrum conſenſu, uel præſentia alicuius eorum non audiat cauſas.

CAN. IIII.

Saluo c in omnibus Romanæ eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſq; cæterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtãtia d aliquorum e audiat cauſas: f quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conſpectu eorum omniũ uentilatæ: & ipſe ſi fecerit, coerceatur à fratrib.

Item Anicius Papa.

De eodem.

CAN. V.

Archiepiſcopus g nihil de epiſcoporũ cauſis aut alijs communibus iuxta ſtatuta Apoſtolorum abſq; cunctorum illorum agat conſilio, nec illi aſſumant, niſi quãtum ad ſuas pertinet parochias, ſine ſuo conſenſu: quoniam tali concordia gaudet altiſsimus, & gloriatur in membris ſuis.

Idem.

De eodem.

CAN. VI.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omniũ comprouincialium præſentia, uel cõſilio epiſcoporum, uel cauſas eorum, aut alias cauſas (niſi eas tantùm, quæ ad propriam ſuam pertinẽt parochiã) agere, aut grauare eos uoluerit, ab omnibus diſtrictè corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si uerò incorrigibilis eiſque inobediens h apparuerit, ad hãc apoſtolicam ſedem, cui omniũ epiſcoporum iudicia referri præcepta ſunt, eius contumacia referatur: ut uindicta de eo fiat, & cæteri de eo timorem habeant.

Item Calixtus Papa.

De eodem.

CAN. VII.

Nullus primas, nullus metropolitanus diœceſani eccleſiam, uel parochiam, aut aliquem i de eius parochia præſumat excommunicare, uel iudicare, aliquidve k agere abſque eius conſilio, uel iudicio, ſed hoc obſeruet qđ ab apoſtolis ac patribus & deceſſoribus noſtris eſt ſtatutũ, & à nobis cõfirmatum, id eſt, ſi quis metropolitanus epiſcopus (niſi quòd ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam) ſine conſilio & uoluntate omnium comprouincialium epiſcoporum extra agere aliquid tentauerit, gradus ſui periculo quidem ſubiacebit, l & quod egerit ir-

qualiter ſubditi poſſunt eũ coercere? Reſpon. repræhẽdere l poſſunt ex charitate. ii. q. vii. ꝑſumunt. & c. ſecuti. Iſte aũt q defert q̃relã ad metropolitanum ſine appellatione, patiatur diſpendiũ litis, argu. in authen. col. iii. de defen. ciuita. circa medium. §. non habẽte. in fi. hoc ideo, quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicẽ, ut xj. q. j. inolita. Io.

l Dic qđ eſt triplex reprehenſio: ut no. ĩ. xxj. diſ. nolite. in fine.

i Nullus. Aliquem. Licet non poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, põt tamẽ de epiſcopo iudicare. xi. q. j. ſi clericus. Et ſic fallit illa regula, Si uinco uincentẽ te, multo fortius uinco te. ff. de diuer. & tempo. ꝑſcrip. de acceſsionibus. §. j. Item fallit ff. qui potio. in pi. hab. Claudius, etiã libertus liberti mei nõ eſt libertus meꝰ. ut ff. de uerb. ſign. l. Modeſtinus. & non omnes, quæ ſunt cũ ſorore mea, ſorores meæ ſunt. lxxxj. diſ. legitur.

Si uinco uincẽtem te uinco te, quãque fallit.

k Aliquidve. Ergo nec abſoluere põt excõicatum à ſuffraganeo ſuo. ex̃. de ſent. excõ. per tuas. eps tamẽ abſoluere põt excõicatum ab archidiacono, quia archidiaconus eſt uicarius epiſcopi, ut extra de offi. archid. cap. j. ſed eps non eſt archiepiſcopi uicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi xxv. diſtinct. perlectis.

Excõicatum ab epo nõ abſoluit archiepiſcopus.

Irritum.

ritum [a] erit & uacuum. Sed quicquid de compro uincialium epiſcoporum cauſis, eorumq; eccleſiarum & clericorum atq; ſecularium neceſsitatibus agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc communi cõſenſu comprouincialium agatur pontificum, nõ aliquo dominationis faſtu, ſed humili, atq; concordi adminiſtratione, ſicut dominus ait: Non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare. & alibi: Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter. Similiter & ipſi com prouinciales epiſcopi cũcta eius conſilio (niſi quãtum ad parochias pertinet proprias) agãt, iuxta ſanctorum conſtituta patrum, ut uno animo, uno ore cõcorditer ſancta glorificetur trinitas i ſecula.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi archiepiſcopo.

In ſuffraganei parochia nihil abſq; eius conſilio metropolitanus agat.

CAN. VIII.

Conqueſtus eſt apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus archiepiſcopus [b] Narbonenſis, q clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuum uenire cõpellas, & de rebus ad eccleſiam ſuã pertinentibus eo inconſulto quaſi iure patriarchatus tui diſponas, cùm hoc nec antiquitas (cui ſancti patres ſanxerunt reuerentiam) habeat, & authoritas ſanctorum canonũ penitus interdicat, niſi fortè pro cauſis, quæ apud ſe terminari non poſſunt, ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint [c] per appellationes, uel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit, res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [d] di-ſpenſare uoluerint. Primates .n. uel patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris epĩs, niſi quantum ſacri canones [e] concedant, & priſca conſuetudo [f] illis antiquitus contulit, diffinimus: ita ut ſecundùm Nicenas regulas ſua priuilegia ſeruẽtur eccleſijs, præterquam ſi apoſtolica ſedes aliquam eccleſiã, uel ipſius rectorẽ quo libet ſpeciali [g] priuilegio decreuerit honorare.

Item Beda ſuper Apocalypſim, Et angelo [h] eccleſiæ Epheſi ſcribe.

De eodem.

CAN. IX.

Epiſcopo [i] ſcribit Ioannes, de cuius manu peccata ſubditorum requirit, ne ſine eius cõſilio ſubditos iudicare debeat.

Sola enim Romana eccleſia ſua authoritate ualet iudicare de omnibus, de ea uerò nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa.

Apoſtolicæ ſedis iudicium à nemine eſt retractandum.

CAN. X.

Patet [k] profectò ſedis apoſtolicæ (cuius authoritate maius nõ eſt) iudicium à nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare [l] iudicio, iuxta qđ Innocentius [m] Papa Rufo, & cæteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait: Nemo unquam Apoſtolico cul.

---

[a] Irritum .i. irritandum, ſi dicas q habet iuriſdictionem ordinariã prouinciæ. Sed ſi ſtet proprie, tunc erit hic argumentum, quod metropolitanus non habet iuriſdictionem ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc. notaui ſ. cap. ii.

Archiepĩ ſubſunt patriarchis. Mat. 20. d Ibid. 23. b

[b] Conqueſtus eſt. Archiepiſcopus. Hic patet quod archiepiſcopi ſubſunt primatibus & patriarchis, ut xxi. diſtinctio. c. j. & lxv. diſt. de perſona. xvii. diſt. multis.

Archiepiſcopus de cauſis ſubditorũ epiſcopi cognoſcere nõ poteſt.

[c] Prouocauerint. Hic patet qđ nec archiepĩs, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorũ epiſcoporũ, niſi per appellationem deuoluantur ad ipſum. xj. qõ. j. peruenit. & extra de offic. delega. cũ non ignoretis. Idẽ dico in legato Papæ, ut dixi ii. quæ. vj. c. iii. præter hos caſus eſt alter xii. diſtin. de his. Item cũ [1] abſolutus ab archiepiſcopo non uult parere epiſcopo, extra de offic. ord. ad reprimẽdũ. Itẽ cũ eſt cã inter epĩm & clericum. xj. qõ. j. ſi clericus. & ĩ. vj. q. ij. ca. ij. & hoc cum epĩs eſt reus: ſed ſi eſt actor, non uideẽ qđ archiepiſcopus ſit iudex rei, ut extra de offi. ordi. paſtoralis. Item cum epĩs non uult abſoluere excommunicatum, ut extra de appel. qua fronte. Itẽ cum archiepiſcopus prouinciam uiſitat. extra de præſcrip. cũ ex officii. Sed illud non dico eſſe generale, niſi ut dixi ſ. ead. q. ii. nullus primas. Item cũ euidens eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de app. ſolicitudinem.

[1] Iſtud, item, reſpicit textũ. nã in iſto caſu. & ſequentibus archiepiſcopus eſt iudex cõpetens.

[d] Iudicio tuo. Aliter. u. non poteſt xii. q. ii. non liceat

[e] Canones. Sic xviii. q. ii. hoc tñ.

[f] Conſuetudo. Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, ut xviii. quæſt. ii. ſeruitium. ff. de pu. & uec. licitatio. §. earũ. ff. cõmunia præd. l. uenditor. Argu. contra x. q. iii. quia. Item ratione diuturnitatis probatur negatiua, quia aliter nõ probatur. ff. de probat. ſi arbiter. Item diuturnitas conſtituit ius. ff. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aq̃. & extra de his quæ fiunt à præla. ſiue conſenſu capituli, ea noſcitur. & arg. iii. q. vj. hoc quippe. Item conſuetudo dat iuriſdictionem, ut C. de eman cip. lib. l. ulti. & extra de arbi. dilecti. Itẽ conſuetudo dat priuilegiũ: [2] ut hic, & lxiiii. diſt. quia. Argu. contra. xciii. di. illud 100 di. contra morem. hoc proſecutus ſum. ſ. diſt. viii. fruſtra.

Conſuetudo multa tribuit.

[2] Alias conſuetudo parificatur priuilegio. extra de iud. nouit. ubi de hoc.

[g] Speciali. Ergo Papa in totum põt auferre priuilegiũ uni eccleſiæ, & alij concedere. ut x. vj. quæſt. j. frater noſter.

Apo. 26.

[h] Et angelo. Hæc ſunt uerba Ioannis in Apocaly. & deberet eſſe initiũ capituli.

[i] Epiſcopo. Hæc ſunt uerba Bedæ.

[k] Patet. Ab hoc loco uſque in finem agitur de excellentia Papæ, & omnia ca. quaſi idẽ dicunt.

[l] Iudicare. Nam talis crimen ſacrilegij incurrit, ut x. vij. quæſtio. iiij. ca. ſi quis ſuadente. §. qui autem.

[m] Innocentius. Familiaris eſt hæc probatio, quod unus papa inducit alium

Papa papã inducit in teſtem.

aliū in teſtē: i ſed hoc ideo, quia de ipſorū teſtimonio nō eſt dubitandū: ſicut dominus mala Sodomæ p Angelos probauit. ii. q.j.c.Deus.

[redacted]

a Intulit. Qui manus intulit præpoſito, uel contumax eſt erga ducem, uel præſidem, capite punitur. ff.de re milita.l.omne. §.j. & ii. irreuerēs miles & contumelia parētis capite punitur lxxxvj.diſt.ca. non ſatis.in fine.

b F Vit. Iniuſte. & iuſte. xxxv.q. ix.c.Gregorius.

c A Ntiquis. Vt quicqd. id eſt, ut ſi appellatur Romam, uel à remotis uel à uicinis partibus, nil attentaretur ante ſententiam Papæ. ī.diſtin.xvii.c.multis.

d N Emo. Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, ut ii.q. vij. c. nos ſi. & in cauſa hæreſis. xl.diſt.cap. ſi Papa. & cum ſubmittit ſe cōfeſſori ſuo, tenetur ei parere, & ligabit eū ſententia illius. Argumen.cōtra eſt, quod dicit de dedicatione eccleſiarum, extra de pœ. & remiſ. c. qđ autem. Item cū papa peccat, pōt eius peccatum etiam eccleſiæ denuntiari ſecundum admonitionem Euangelij, ut ſ.ii.q.j. c.ſi peccauerit. hoc determinaui xl. diſtin. c. ſi Papa.

Papa confeſſori ſuo parere debet.

e Neque ab omni clero. Argu.ꝙ concilium non pōt Papā iudicare, ut extra de elect. cap. ſignificaſti. Vnde ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negotio contra Papam, uidetur quod ſententię Papæ ſtādum eſſet: ut xxiiii.quæſtio. j. cap. hæc eſt fides. Argumen. contra, quia

Papa an poſsit à cōcilio iudicari.

mini (de cuius iudicio nō licet retractari) manus obuias audacter intulit, a nemo in hoc c rebellis extitit, niſi qui de ſe uoluit iudicari. & Beatus Papa Gelaſius: Nec de eius iudicio, id eſt, Romanæ eccleſiæ canones unquam præceperunt iudicari: ſententiamq; illius cōſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt.

Item Anaſtaſius patriarcha Papæ Felici.

Ab alijs damnatos, uel excommunicatos apoſtolica ſoluit authoritas.

CAN. XI.

F Vit ſemper Apoſtolicæ ſedis ueſtræ licentia, iniuſtè b damnatos uel excōicatos poteſtati ſuæ ſua authoritate reſtituere, & ſua omnia eis reddere, & illos qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio, ſicut etiam noſtris & anterioribus nouimus factum temporibus.

Item.

De eodem.

CAN. XII.

A Ntiquis regulis ſancitum eſt, ut quicquid c (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper eorum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum uel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis ueſtræ eſſet deductum, ut huius authoritate iuxta quod fuiſſet faciendum pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur.

Itē Innocentius Papa.

Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat.

CAN. XIII.

N Emo d iudicabit primam ſedē iuſtitiā temperare deſiderātem. neque.n. ab Auguſto neque ab omni clero, e neque a regibus, neq; à populo iudex iudicabitur.

Itē Symmachus Papa.

De eodem.

CAN. XIIII.

A Liorum hominum cauſas Deus uoluit p hoīes terminari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine qōne reſeruauit arbitrio. Voluit beati Petri apoſtoli ſucceſſores cælo tm̄ debere innocentiā, & ſubtiliſsimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiā. Nolite exiſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem, f quas Deus pręcæteris ſuo reſeruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum utitur eo teſte, quo iudice. Tu dicas forſitā, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio: replicabo, g uni † dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Et rurſus patet ſanctorum h uoce pontificū dignitatē ſedis eius factā toto orbe uenerabilē, dū illi quicquid fideliū eſt ubiq;, ſubmittiť, dū totius corporis caput eſſe deſignať. De hac mihi per prophetam i dictū uidetur: Si hęc humiliatur, k ad cuius fugietis auxiliū, & ubi relinquetis gloriā ueſtram?

Mat.16.e

† Vide ī. xxiiii.qō. j.quodcūque. ubi beat' Auguſtin. ait dictū rōd eccleſiæ ꝑ pſona Petri, & beatus Ambro. intelligit dictū unicuiq; fideli.

Eſaiæ 10

Item Antherius Papa.

De eodem.

CAN. XV.

F Acta ſubditorum iudicantur à nobis noſtra uerò à domino iudicantur. Deteriores ſunt, qui uitam moresq; bonorū corrumpunt, l his, qui ſubſtantias aliorū prædiaq; diripiunt.

Item Gelaſius Papa.

De eodem.

CAN. XVI.

I Pſi, ſunt canones, m qui appella-

orbis maior eſt urbe xcīj.diſt.ca.legimus.

f A Liorum. Formidinem. imo ſine uenia debet puniri, ſicut diabolus, qui maxim' comparatione aliorum creatus eſt, ut j.de pœn.diſt.ii.ca. principium.

Papa delinquēs debet ſine uenia puniri.

g Replicabo. Hoc eſt dicere, cum ipſe ſit maior omnibus grauius punitur cū peccat. xj.q.iij.cap. præcipuæ.

h Sanctorum. Id eſt, in ſanctis concilijs confirmantur.

i Prophetam. Eſaiam.

k Si hæc humiliať. de arca, fœderis loquitur propheta, quam Iudæi ferebant ad bella.

l F Acta. Corrūpunt. ī.vj. q.j.ca.ex merito.& c.deteriores.

‡ De iſta habetur ī. xxii. di.ii. ecce. ij.q. vii.c.pleruq;. §.de his etiam. xxiiii. q.j. qa. in qua ſignificabit ſedes Romana.

m I Pſi ſunt canones. ſicut Imperator eſt lex animata

ſtata in terris: ut in authen. de conſulibus. in fi. col. iiij.

[a] CVncta. De qualibet. ergo à legato appellatur: ut extra de ſenten. & re iudic. ca. ulti. & extra de offic. lega. ca. licet. Sed nunquid à laico appellatur ad papam? Non, niſi in his, quæ ſpectãt ad iuriſdictionem eccleſiæ: ut extra de appella. capit. ſi duobus.

[b] Nemo à principe enim & à ſenatu appellari non ualet: ut ff. à quibus appel. non li. l. j.

[c] NVnc uero. Priuilegiũ. Reſcriptum Apoſtolicum ſic interpretaberis, ut nulli afferat præiudicium, ut hic & extra de conſue. c. cũ olim in fin. lxiij. diſtinc. ca. quanto. ſi. xcix. diſt. cap. ecce. C. de emanc. l. nec auus. [1]

[d] PEr principalem. hoc cap. eſt. ſ. j. q. j. capi. per principalem. poſt principium.

[e] Ad nos. Sicut papa priuat aliquẽ clerico ſuo, eadem ratione poteſt Imperator aliquẽ priuare ſeruo ſuo. C. quibus ex cau. ſerui. pro præ. li. acci. l. j. Item alicui poteſt rem ſuam auferre: ut C. de quadr. præſcrip. l. bene. Similiter auferre poteſt & papa beneficium. xix. diſtinct. cap. in memoriam. Item poteſt alicui auferre ius præſentãdi etiam legatus papæ, ut extra de offi. leg. c. dilectus. & extra de cõceſ. præben. & eccle. non ua. quia diuerſitatem. & epiſcopum deponere. Sed nunquid omnes ſimul? Non, quia ſic uniuerſalem eccleſiã turbaret; quod eſſe non debet. j. q. vij. c. & ſi illa.

[1] Ad idẽ lxxv. diſt. ca. j. in fi. ubi & hoc & xxv. q. ij. ſeruatis in prin. ibi uideas.

Beneficiũ poteſt auferre papa.

tiones totius eccleſiæ ad huius ſanctæ ſedis examẽ uoluerunt deferri, ab ipſa uerò nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt, ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium, nec de eius unquam præceperunt iudicio iudicari, ſententiãque eius cõſtituerunt nõ oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt.

Idẽ omnibus epiſcopis.

De eodem.

CAN. XVII.

CVncta per mundum nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet [a] mũdi parte appellandum eſt, ab illa autem nemo [b] eſt appellare permiſſus. Sed nec illa præterimus, quod apoſtolica ſedes ſine ulla ſynodo præcedente, & ſoluendi quos ſynodus iniquè damnauerant, & damnandi nulla exiſtẽte ſynodo quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro ſuo principatu, quem beatus Petrus Apoſtolus domini uoce & tenuit ſemper, & tenebit.

Idẽ epiſcopis per Dardaniam conſtitutis.

De eodem.

CAN. XVIII.

CVncta per mundum nouit eccleſia, quoniã quorũlibet ſententijs ligata pontificum, ſedes beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, utpote, quæ de omni eccleſia fas habeat iudicandi, &c.

Item Sixtus papa Hiſpanorum epiſcopis.

De eodem.

CAN. XIX.

FRatres, quos timore terreno in iuſte dãnaſtis, ſcitote à nobis iuſte eſſe reſtitutos, quibus ex apoſtolica authoritate beati Petri omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non uultis & uos & principes ueſtri à collegio noſtro & à membris eccleſiæ ſeparari.

Item Stephanus eps Gualberto patriarchæ.

Cuilibet eccleſia clericos papa ualet ordinare.

CAN. XX.

NVnc uerò iterato tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſiæ priuilegium [c] infringere, licet Apoſtolica prærogatiua poſſimus de qualibet eccleſia clericum ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Comenſis eccleſiæ antiſtitem protelare: quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam toties monitus non maturaueris, procul dubio ad nos ueniens conſecratus abibit.

Itẽ Nicolaus papa Michaeli Impatori.

De eodem.

CAN. XXI.

PEr principalem [d] igitur Apoſtolorũ Petri & Pauli dexteram, quam ſuprà expoſuimus & poteſtatem, & ius habuimus non ſolum in monachos, uerum etiam in quoslibet clericos de quacunque diœceſi cum neceſſe fuerit ad nos [e] conuocare atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud eſt, quod ex temeritate aſſumitur præſũptionis, aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Cùm ſuffraganei archiepõrũ ſubditis ſuis ad malũ fauere cœperint, atq; circa eorũ correcti nos negligentes [f] extiterint: tũc licet metropolitanis præter illorũ uoluntatẽ, et ligãdos damnare, et reconciliandos abſoluere. Cùm uerò epĩ zelo diuinæ charitatis accenſi, bonos uerbo, & exemplo ædificant, & malorum uitia aſpera increpatione redarguunt, abſq; talium conſilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, uel diſponere.

[f] Negligentes. magiſter dicit, quod quã cito negligens eſt prælatus in corrigendo, ſine omni admonitione auferatur ei iudiciũ, [2] uel iuriſdictio. ſic ſ. e. capi. cum ſimus. ſic extra de accu. ſicut olim. & ex eo qđ non uult iudex pcedere, uidetur, quod ſtatim expirauit ſua poteſtas: ut extra de offic. deleg. cum ſuper. & C. de app. ex eo. & C. de offic. præfec. orien. l. ſi quos. & extra de foro compe. ex tranſmiſſa. Ar. contra. ſ. ea. c. nunc uero. & extra de ſlatu mo. in ſingulis.

Prælato negligẽti auferat iuriſdictio.

[2] Scilicet Hug. intelligit poſt admonitionem.

Quidam

Vnde in fin.cap. Martini papæ non ſimpliciter dictum eſt, Nihil agat: ſed cũ determinatione, Nil præſumptiue aſſumat abſque eorum conſilio: ut uitium præſumptionis uideatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apoſtolus, quia Corin. uidit negligentes circa correctionem fornicatoris, ſua authoritate illum damnauit. Ioannes uerò, quia epiſcopũ Epheſiorum uidit paratum ad corrigenda uitia ſubditorum, ſine eius authoritate illos corrigere noluit: ſed illum tantùm de eorũ correctione admonuit.

1.Cor.5.a

Apo.2.a

CAVSA. X.

Qvidam laicus basilicā à ſe factā à diœceſana lege ſegregare quærit, epũs eccleſiam cũ omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem pertinere contendit: tandem euincit epiſcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter deſæuit, quę eccleſiarum ſunt, tanquam ſibi debita uſurpare contendit.

1 *Modò primùm quæritur, an baſilica cũ omni dote ſua ad epiſcopi ordinationem pertineat.*

2 *Secundò, an res eccleſiarum epiſcopis uſurpare liceat.*

3 *Tertiò, quid nomine cathedratici à ſacerdotibus ſuis exigere ualeat.*

QVAESTIO I.

De prima quæſtione ſic diffinitur in concilio Ilerdenſi.

Baſilica, quæ conſecratur, à diœceſana lege nõ ſegregetur.

CAN. I.

Si ex laicis quiſpiã à ſe factã baſilicã conſecrari deſiderat, nequaquã eã ſub monaſterij b ſpecie, ubi cõgregatio c nõ colligitur, à diœceſana lege audeat ſegregare.

Item ex concilio Toletano tertio.

Eccleſiæ cum dotibus ſuis in epiſcopi poteſtate conſiſtant.

CAN. II.

Sic quidã contra omnẽ authoritatẽ eccleſias, quas ædificauerunt, poſtulant conſecrari, ut dotẽ quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationẽ non pertinere. d Quod factum taliter in præterito corrigatur, ut & in futuro ne fiat prohibeatur, omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad

Lex diœceſana & iuriſdictionis in quibus conſiſtunt.

Qvidam laicum. Lex diœceſana conſiſtit in recipiendo uel cathedraticũ uel tertiam partem decimarum, uel quartam, uel hoſpitium. Lex iuriſdictionis conſiſtit in conferẽdo. Poteſt enim cõferre ſacramẽta, coercere delicta, de cauſis cognoſcere. Quãdoq; lex diœceſana comprehendit etiam legem iuriſdictionis, ut extra de pſcrip. audtis. quantũ ad legem iuriſdictiõis ſubſunt epiſcopo, & eccleſiæ, & monaſteria oĩa. xviij. quæſt.ij.c.hoc tantum. & c.monaſteria. & ca.cognouimus. & xvj.qõ.j.c. interdicimus. Quãtum ad legem diœceſanam ſolæ ſeculares: ut j. ea.c. de his. & ca. antiquos, xij.q.ij.capi.ſtatuimus. Sed regulares eccleſiæ uel monaſteria nõ: ut hic, & c.j.& xvj.q.j.ca.cũ pro utilitate. xviij. q.ij. c. quam ſit neceſſarium. Cathedraticum enim nõ ſoluunt. j.ea. q.iij. c. inter cætera. nec partem decimarũ. xvj.q.j.ca.cum pro utilitate. c. quæſti. & cap.decimas. nec epiſcopũ ad miſſas publicas recipiunt. xviij. q.ij.ca.luminoſo. & ca. dudum. Præſtant tamen ſeruitiũ epiſcopo, uel ex prima inſtitutione: ut xviij. qõ. ij. ca. Eleutherius. uel etiam ratione uiſitationis: ut extra de præſcript.ca. cum ex officij. uel quod debetur ex conſuetudine: ut xviij.q.ij.capi. ſeruitium. Capellæ uero monachorũ ſub ſunt epiſcopo quãtum ad utranque legem. xvj.q.ij. ca. ſane. & extra de priuileg.ca. cum & plantare.§.in eccleſijs. niſi pleno iure. fuerit monaſterijs collatæ. ſed de hoc dicemus xvj. quæſtio. ij. in principio.

De prima quæſtio. Hæc quæſtio. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima probat magiſter per decem authoritates, quod eccleſiæ cum omnibus ſuis rebus debẽt eſſe ſub poteſtate epiſcopi: & de rebus eccleſiæ, ſcilicet decimis, primitijs, & de talibus debet epiſcopus habere tertiam uel quartam, uel mediam ſecũdum diuerſas conſuetudines. Secunda ibi, Si autem. Tertia ibi, Viſitantes. Quarta ibi, Quia ſacerdotes. Ioan. de Fantu.

Si ex laicis. b Sub monaſterij. i. quaſi ibi uelit monaſterium conſtruere.

c Vbi congregatio. Sed quot homines faciũt collegiũ monachorum? Rñ. duo uel tres, ut extra de elec.c.j. ſecũdum leges tres. ff. de uerb.ſign.l.Neratius. Sed decem homines faciũt populum: ut x.qõ.iij. ca.unio. ff. ui bono. rap. l.prætor.§.j. & decẽ oues gregem: licet quatuor, uel quinq; porci gregẽ faciant. ff. de abigeis l.oues Sed duo non faciunt familiam: ut ff.de uerb. ſignifi.l. ſi deteſtatio.in fine. Collegiũ, popul⁹, & grex, ex quot ſiũt.

Sic quidam. d Non pertinere. Hic habes, q cõtractus tenet, ſed pactum appoſitũ in contractu cõtra naturã contractus nõ tenet. ſic extra de condi. appo.ca.j.& xvj.q.j.ca.ſi qs laicus. & extra, q clerici uel uo.c.inſinuãte. ſic. j. de conſec. diſt.j.c. ſi quis baſilicam. Sed obijcit, nonne quilibet in traditione rei ſuæ poteſt ponere legem, quã uult etiã cum tradit rẽ eccleſiæ? ut extra de cõdi.app.cap. uerum. xviij.q.ij.ca. Eleutherius. Item laicus poteſt prædiũ dare eccleſiæ, & in eo cẽſum retinere. xj. q.j.ſi tributum. xxiij.q.ult. tributum. Similiter patronus poteſt petere ſeruitium quod inſtitutum eſt ſibi ab epiſcopo ante cõnſecrationem, extra de iure patro.capi. præterea. Quidã dicunt, quod hic loquitur in eo caſu quando primo dedit pure, ſed poſtea uoluit adijcere conditionem, quod non licet: quia perfecta donatio non recipit conditionẽ: ut C.de dona.quæ ſub modo l.perfe-

Eccleſiæ concedẽs aliquid an poſsit illud ab epiſcopi adminiſtratione eripere.

epiſcopi a ordinationē & poteſtatē pertineant.

Item ex concilio Cabilonenſi.

Eccleſia & omnia iura earũ ad ordinationem epiſcopi pertinent.

CAN. III.

DEcretum eſt, ut omnes eccleſiæ cum dotibus b ſuis et decimis & omnibus ſuis iuribus in epiſcopi poteſtate conſiſtant, atq; ad ordinationem ſuam ſemper pertineant.

Item Leo Papa iii.

Vnaquaque parochia epiſcopi prouiſione regatur.

CAN. IIII.

REgenda eſt unaquæque parochia ſub prouiſione ac tuitione epiſcopi per ſacerdotes, uel cęteros clericos, quos ipſe cũ Dei timore ꝓuiderit, cui iure pertinere uidetur & circumire, ut ſibi neceſſarium uiſum fuerit eccleſiaſtica authoritate cogente.

Item ex concilio Antiocheno.

Iudicio & poteſtate epi res eccleſiaſtica gubernentur.

CAN. V.

QVæcunq; res eccleſiaſticæ ſunt, conuenit cum omni diligentia & bona fide, quæ Deo debet, qui omnia præuidet, & cuncta iudicat, gubernari & diſpenſari cum iudicio & poteſtate epiſcopi: cui totius plebis animæ c uidentur eſſe commiſſæ.

Item ex concilio Toletano quarto.

Baſilicarũ conditores in rebus eccleſiarum nullã poteſtatem ſe habere cognoſcant.

CAN. VI.

NOuerint cōditores baſilicarũ in rebus, quas eiſdem eccleſijs cōferunt, nullam d ſe poteſtatem habere, ſed iuxta canonũ inſtituta, ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationē epiſcopi pertinere.

Item ex concilio Aurelianenſi. *De eodem.*

CAN. VII.

DE his, quę parochijs in terris, in uineis, mancipijs, atque peculijs quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonũ ſtatuta ſeruentur, ut in epiſcoporũ poteſtate conſiſtant. De his tamen, quæ altario acceſſerint, tertia e pars fideliter epiſcopis deferatur.

Item ex eodem.

De ijs, quæ altario offerũtur, medietatem ſibi uendicet epiſcopus.

CAN. VIII.

ANtiquos canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouãda, ut de his quæ altario oblatione fidelium conferuntur, medietatē ſibi eṗs uēdicet, & medietatē f ſibi diſpēſandam ſecundi gradus clerus accipiat, tã de proprijs prędijs, quam de omni cōmoditate in epiſcoporũ ṗtāte durãtibus.

Item ex concilio Toletano.

De eṗis, qui diœceſim ſuã uiſitare contemnunt, & ad redimendas manſiones, quæ uiſitãtibus debentur, clericos cogunt.

CAN. IX.

RElata eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quòd ſint quidam epiſcopi nolētes ad prędicandũ, uel ad confirmandum ſuas per annũ parochias circumire, qui tñ exigunt, ut manſiones, quib. in ꝑfectione uti debuerant, aliquo pretio g ſi iſti

---

l. perfecta. & xxxii. q. ulti. ca. unico. in fi. Alij dicunt ꝙ dos eccleſiæ ſpectat ad ius publicum, ut ĩ. j. di. c. ius publicũ. ſed ius publicũ pacto priuatorũ tolli nō pōt, 1 ff. de pac. l. ius publicum. extra de fo. cōpe. c. ſi diligenti. Tu breuiter dicas, quod illud pactum eſt contra naturam illius cōtractus, & eſt cōtra leges. Nam ſecundum iura res omnes eccleſiaſticæ ad ordinationē eṗi ſpectant, ut ĩ. e. c. nouerint. alias ſi nō obuiat honeſtati uel iuri, licite poteſt pactũ quod approbatũ eſt præmiſsis canonibus apponi, ut præmiſſis caſibus. Nã quilibet in traditione rei ſuæ pōt apponere legem, quam uult. ff. de pact. l. in traditionibus.

a Ad epiſcopi. In eccleſijs autem monachorum abbati presbyter reſpondebit in tēporalibus, eṗo in ſpũalibus, ut xvj. q. vj. ca. ſanc. & extra de cap. mo. c. in eccleſijs.

b DEcretũ. Cũ dotibus. Nihil tñ de eis diſponet citra cōſenſum prælati, ut extra de offi. ordi. c. cum ad eccleſiarum. & ĩ. q. ii. c. penult.

c QVæcunque. Animę. xii. q. j. c. pręcipimus.

ADDITIO.

Et xviii. q. ii. cognouimus.

d NOuerint. Nullam. ĩ. xvii. q. iiii. c. ſunt q. ĩ. xvi. q. vii. decernimus. contra. Sed ibi habēt poteſtatē tantum defendēdi eccleſias. 2

e DE his. Tertia. Alibi dicitur quod nihil habeat 3 præter cathedraticum, ut ĩ. ea. qō. iii. ca. j. alias de medietate, ut ĩ. c. proxi. Nota ergo quod tṗe primitiuo cũ pauperes eſſent epiſcopi, ſtatutũ fuit, ut eṗi de epiſcopalibus eccleſijs, & omnibus bonis eccleſiæ ſumerēt medietatē, ut in c. ſequen. ſed in omnibus parochialibꝰ eccleſijs tertiam. xvj. q. j. cōſtitutum. procedente tempore ex parochialibus tãtum tertiam oblationũ & decimarum haberēt, ut ĩ. e. c. decernimus. poſtmodũ quartã, xii. qō. ii. c. uobis. & capitulo, conceſſo. & cap. quatuor. Hodie autem nec tertiã partem parochialium habebunt, niſi ad fabricam reparandam: nec illam habebũt, niſi uelint fabricã reparare, ut ĩ. quæſ. iii. c. j. ij. & iij. Vel dic, ꝙ ſecundũ conſuetudinē iſta dantur, ut extra de ſepult. c. certificari. hodie aũt cũ ſint diuites, nihil habebunt, præter cathedraticũ, ut ĩ. q. iii. c. j. Ioan. Sed certe quicquid dicat Io. parochialis eccleſia tm̃ habet quartã decimarũ, & epiſcopus aliã pro ſe: alias quartas duas retinet eṗs pro fabrica, & pauperibꝰ, ut xii. q. ii. conceſſo. & c. ſeq. de alijs redittibus nihil habet de cōſuetudine generali & præſcripta epiſcopus, licet ꝓdicta capit. & alia uideanẽ dicere contrarium. Et ita fuit ſententiatũ ꝓ eṗo Bononienſi contra eccleſiã ſancti Ioã. in Perſiceto. & hoc uidetur expreſſum xii. quæ. ii. c. uobis. Bart.

f ANtiquos. Medietatē. ſecundum diſtinctionem decre. extra de teſta. cap. requiſiſti.

g REIata. Aliquo pretio. ſi iſti parochiales.

1 Sub & ſic nō obſtat lex ꝓdic. in traditionib. quę loquitur quãdo per pactũ iuri publico non derogatẽ. ar. ff. de pact. iuriſgentium. Arc.

2 Sub. hoc autē dicit qđ nō habent poteſtatē dilapidatiōis ſecũdum L. & hic adde qđ not. xvj. q. vii. piæ mentis. in gl. ult. de conſecra. di. j. ſi qs baſilicam

3 De hac materia notaẽ extra đ cēſi. cũ olum. ubi Hoſt. de hoc notando ponit hanc ſententiã: & eã attribuit Bart. prouin. ꝗ ita ad literam ſenſit ſicut hic dicit per Bart.

redimant, a qui parare b debebant. Quæ duplex infamia, negligentiæ, & auaritiæ, ſanctæ ſynodo magno fuit horrori. Statuerunt itaq; , ne quis ultra exerceat id cupiditatis ingenium, & ut ſolicitiores ſint epi de ſuis gregibus uiſitandis.

Item ex concilio Terraconenſi.

Annuis uicibus eccleſiæ ab epiſcopis uiſitentur.

CAN. X.

DEcreuimus, † ut antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis uicibus diœceſes ab epiſcopo uiſitentur, & ſi qua fortè baſilica fuerit reperta deſtituta, ordinatori c eius reparari præcipiatur: ab epiſcopis aũt tertia ex omnibus accipiatur, ſicut antiqua traditione nouimus eſſe ſtatutũ.

2 *Si autẽ eps in ualetudine ĩpeditus diœceſes ſuas ꝑ ſemetipſum uiſitare nõ poterit, uiſitationis officium committat alijs.*

Vnde in concilio Toletano quarto legitur.

Inualetudine grauatus epiſcopus uiſitationis officiũ alijs cõmittat. CAN. XI.

EPiſcopum per cũctas diœceſes parochiaſque ſuas per ſingulos annos d ire oportet, ut exquirat quo unaquæque baſilica in reparatione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut lãguore detentus, aut alijs occupationibus implicatus adimplere nequiuerit, presbyteros probabiles aut diacones mittat, qui reditus baſilicarum & reparationes, & miniſtrãtium uitam inquirant.

3 *Viſitantes aũt epi qd à clericis ſuis exquirere debeant, et quid eos docere, in concil. Bracarẽſi ſecundo ſic ſtatutum legitur.*

Quæ uiſitantes epiſcopi à clericis ſuis exquirere debeant.

CAN. XII.

PLacuit oĩbus epiſcopis, ut per ſingulas eccleſias epi & ꝑ diœceſes ambulantes primũ diſcutiant clericos, quomodo ordinẽ baptiſmi teneant, uel miſſarũ, uel qualiter quæque officia in eccleſia peragant. Et ſi rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: ſi autem minimè, docere debent ignaros, e & hoc modis omnibus ꝑcipere, ſicut antiq canones iubent, ut ante xx. dies f baptiſmi, ad purgationẽ g exorciſmi, catechumeni cõcurrãt: in quibus xx. diebus omnino catechumeni ſymbolum, quod eſt, Credo in Deũ patrem omnipotentem, ſpecialiter doceant. Poſt quã ergo hæc ſuos clericos diſcuſſerint, uel docuerint epi, alia die h (conuocata plebe ipſius eccleſiæ) doceant illos, ut errores fugiant idolorũ, uel diuerſa crimina, id eſt, homicidium, adulterium, periuriũ, falſum teſtimoniũ, & reliqua peccata mortifera, & quod nolunt ſibi fieri, alteri ne faciant, ut credãt reſurrectionẽ oĩum, & diẽ, iudicij in quo unuſquiſq; ſm opera ſua recepturus ſit & ſic poſtea epiſcopus de eccleſia illa proficiſcatur ad aliam.

Itẽ Hieronymus ad Damaſum Papam.

Oblationes eccleſiæ laicis uſurpare non licet.

CAN. XIII.

4 QVia ſacerdotes pro omnibus ſolent orare, quorum eleemoſynas, & oblationes accipiunt: qua fronte præſumũt laici oblationes, quas Chriſtiani pro pec-

---

ſta ſoluerunt aliquos denarios aliquot annis, nunqd eps poſtea põt ad procurationẽ petẽdam redire? Argu. quod ſic extra de cen. c. olim. Argu. cõtra. ff. quẽadmodũ ſer. amit. l. ſi cõmunem. ubi dicit, quod qui una ſeruitute utit pro alia ꝑdit primã. Sed qd ſi ptẽ procurationis recepit aliquot annis, nunquid ꝑ partem intelligit retinuiſſe totũ? uidetur quod ſic j. de pœn. diſtin. j. c. uulgaris. ff. quẽadmodũ ſer. amit. l. ſi ſtillicidij. §. ulti. & l. ſequen. ubi dicitur, quod per partem retinere totum uidetur. ff. de ſer. ruſt. prædio. l. una eſt uia. Arg. contra. extra de præſcrip. c. audi tis. extra de capel. mo. c. dilectus. breuiter reſpondeas, q in ꝑcuratione nulla currit ꝑſcriptio, extra de ꝑſcrip: ca. cũ ex officij. Vnde ſiue partẽ ſoluerit, ſiue nihil, ſemper põt petere ꝑcurationẽ, ut no. in ꝑd. c. cũ ex officij.

a Redimam. tñ redimi põt procuratio, ut j. ead. quæſt. iii. c. relatum.

b Parare. Vel præparare.

DEcreuimus. c Ordinatori. i. ſacerdoti. & hoc uerũ eſt, ſi ptem fabricæ recepit. j. ea. q. iii. c. unio. aliter nõ tenet, ſed tñ cõferre debet cum alijs, ut xvj. q. j. ca ſi monachus. extra de eccle. ædi. ca. de his. 2

Si autem. Hæc eſt ſecunda pars qõ. in qua dicit, ut hic & in ſeq. ca. continet. Ioan. de Fant.

EPiſcopum. d Annos. Cum neceſſaria cauſa ſubeſt, tunc ſingulis annis põt uiſitare, ut hic, & j. ea. q. iii. ca. cauendũ. Imo tunc qñcunq; & quotieſcunque opus eſt, poteſt omnes eccleſias uiſitare, ut extra de offic. arch. c. mandamus. Sed ſi non eſt neceſſitas, de triennio in triẽniũ uiſitabit, ut extra de offic. arch. c. ut archidiaconus. Vel hodie bis in anno, ut extra de cẽ. c. cum uenerabilis. Sed qualiter iſtud mãdatur alijs, cũ iſtud ſit officiũ archidiaconi, ut xxv. diſt. ca. perlectis? Sed loquit de ea uiſitatione, quã habet eps in re ſua, uel ſecundum conſuetudinem loci dicitur.

Viſitantes. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua dicit, ut hic & in ſeq. c. continetur. Io. de Fan.

e PLacuit. Ignaros. Arg. contra illos, qui ſtatim ſuſpendunt ſimplices ſacerdotes, ut xxxviii. diſt. c. ſedulo. & ca. qñ. Itẽ arg. ꝓ illo qui conſecutus eſt ꝑbẽdam, dũ finxit ſe ſciolũ, id eſt, ſimulatorem ſcientiæ.

f Dies. Paſchæ.

g Purgationem. nõ tamen ſtatim purgant uitia, ſed ſunt ſigna futuræ purgationis. j. de conſec. diſt. iiii. c. ſicut.

h Alia die. j. e. q. iij. capit. inter cætera in ſi. ubi dicit q tantũ ꝑ unam diẽ morabitur in qualibet baſilica. Sed dic q uno die erit cum ſacerdote, altero cũ populo.

QVia ſacerdo. Come-

---

† Decernimus.

Præſcribi nõ poteſt procuratio.

2 De hoc no. co. tit. c. j. & xij. qõ. ii. quatuor. Arc.

Viſitatio quoties fieri dẽt.

Iſta gl. melius eſſet gl. per ſe ſignata ſuper uerbo presbyteros. & ita eam ponit Ioã. de Fant.

Ad idẽ xxv. q. ii. in Galliarum. magis. n. monẽdo quã comminãdo, & c. xlv. di. licet j. & ii. & xliiii. diſ. comeſſationes. 27 q. i. de uiduis. Arc.

catis ſuis offerunt, uel ipſi comedere, [a] uel alijs concedere, cùm ipſi non debeant ex officio ſuo pro populo orare? Ob hoc papa glorioſe mittere te oportet illos præſumptores in excommunicationem perpetuam, ut & cæteri metum habeant, & amplius hæc in eccleſia non fiant.

Item Calixtus papa.

Minime auferantur à laicis oblationes altaribus, uel crucibus facta.

CAN. XIIII.

SAnctorum patrum canonibus conſona ſentientes, oblationes [b] de ſacratiſsimo & reuerendiſsimo altari beati Petri & Saluatoris, & ſanctæ Mariæ rotundæ, aut alijs eccleſiarum altaribus, ſiue crucibus à laicis auferri penitus interdicimus, & ſub diſtrictione [c] anathematis prohibemus, & eccleſias à laicis incaſtellari, [d] aut in ſeruitutem redigi, authoritate apoſtolica prohibemus.

Item Damaſus papa.

Eccleſiarum oblationes ſub laicorum dominio non detineantur.

CAN. XV.

HAnc conſuetudinē, quæ contra ſanctam eccleſiam catholicam augeri uidetur, omnino interdicimus, ut nullo modo unquàm ullo tempore oblationes, quæ intra ſanctam eccleſiam offeruntur, ſub dominio laicorū detineantur: ſed tantummodo ſacerdotibus, qui quotidie domino ſeruire uidentur, illis ſolis liceat comedere [e] & bibere: quia in ueteri teſtamento prohibuit dominus panes ſanctos comedere filijs Iſrael, niſi tantummodo Aaron [f] & filijs eius: qui panes longè erant ab iſtis panibus, qui nunc in ſancta eccleſia offeruntur: quia illi ſub umbra legis erant, qui uerò modo ſub gratia ſunt Spiritus ſancti, toto mundo Euangelio coruſcante, lucidiores eſſe uidentur. Qua fronte, aut qua conſcientia oblationes uultis accipere, qui uix ualetis pro uobis, nedum pro alijs Deo preces offerre? quia prauum eſt, & cōtra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ ſuæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus ſanctis patribus noſtriſque prioribus placuit hanc ſanctionem fieri, & nos ſimiliter in eiſdem perſiſtere uolumus, ut nullus audeat irritum facere hoc, quod conſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si quis uerò contra hanc regulam noſtram, & contra regulam ſanctorum ccc. patrum, qui in Niceno cōcilio hoc cōſtituerunt, temerarius pſumptor fuerit, & ulterius oblationes de ſacris eccleſijs auferre molitus fuerit, ſub anathematis uinculo ſit colligatus & cōdēnatus, Reſpōderūt oēs, Fiat fiat. 1.Re.21.c

Præmiſsis authoritatibus eccleſię cū omnibus rebus ſuis ad epiſcopi ordinationē pertinere monſtrantur, & tā eccleſiæ, quā oblationes, uel facultates eorum à laicorū diſpoſitione probantur eſſe immunes.

QVAESTIO II.

[a] [g] SEd cùm [g] in epiſcoporū poteſtate facultates eccleſiæ cōſtitutæ eſſe dicātur: poteſtas diſpenſandi intelligenda eſt, non diſtrahendi uel dilapidandi.

Vnde in Agathenſi concilio legitur.

Res eccleſia aliquo modo epis alienare non licet.

CAN. I.

CAſellas uel mancipiola eccleſię epiſcopi (ſicut priſca ſanctorum canonū præcepit authoritas) uel uaſa monaſterij quaſi commendata fideli præpoſito,

---

[a] Comedere. Hic habes decimas appellari nō ſolū ipſa iura, ſed etiā ipſos prouentus, & quod etiam prouētus nō poſſunt concedi laicis. Arg. contra, extra ne præl. uices. ſuâs. ca. ulti. Sed dic ut dicitur. j. qō. iij. cap. ſicut obiecerit. quod ad tempus poteſt decima laicis concedi, non tamē in perpetuum.

[b] SAnctorum. Oblationes. Laici ergo poſſunt cogi ad oblationes. xv. q. j. capit. ſtatuimus. ſicut ad decimas & primitias. xvj. quæſti. j. ca. reuertimini.

[c] Et ſub diſtrictione. de hoc dic: ut lxiij. diſtinct. ca. Salonitanæ.

[d] Incaſtellari. ut inde fiant propugnacula.

ADDITIO.

Hoc intellige ſecūdum id, quod habetur extra de cuſt. eucha. capit. ij. & ad hoc. xij. qō. j. ca. neceſſaria. & c. nulla. Archid.

[e] HAnc conſuetudinē. Comedere. Arg. quod clerici concubinarij non debent comedere bona eccleſiæ. xxxij. diſtinc. c. præter hoc. Argu. contra. xxxij. diſti. capit. ſi qui uero. & xxxj. diſ. c. omnino.

[f] Aaron. illi uero ſacerdotes ſemper comedebāt panem durum: quia quolibet ſabbatho ponebantur eis illi duodecim panes, q fuerunt dicti panes propoſitionis. Sed nunquid de illo pane poterant paſcere familiam ſuam, uel etiam canes ſuos? Non, ſed tantum in neceſsitatibus poterāt: quia tūc etiā alijs licebat comedere eos. unde Dauid & Achimelech excuſantur: ut xxv. q. j. ca. ideo permittit. §. ſi ergo. & §. (Panes propoſitionis)

his ita reſpondetur.

SEd cum in epiſcoporū. Hæc quęſtio diuiditur in quatuor partes, in quarum prima probat, quod res eccleſiæ non ſunt alienādæ, niſi in caſibus, quos ponit. Secunda ibi, Perpetua. Tertia ibi, Epiſcopus habeat. Quarta ibi. Si uero. Ioā. de Fant.

[g] Sed cum. Quæritur, an liceat epiſcopo uſurpare res eccleſiæ. Hæc quæſtio non habet dubitationē: quia cōſtat, quod poteſt uſurpare.

CAſellas. Pauper

integro eccleſiæ iure poſſideant, id eſt, ut epiſcopi neq; uēdere, neq; p quoſcunque contractus res, unde pauperes a uiuūt, alienare præſumant.

Codice lib. primo, tit. de ſacroſanctis eccleſiis † Imperator Iuſtinianus. Excepta b cauſa, uide licet captiuitatis.

Impator Leo, et Anto.

De eodem.

CAN. II.

EA enim, quæ ad beatiſsimæ eccleſiæ iura pertinēt, uel poſthac peruenerint tanquam ipſam ſacroſanctam & religioſam eccleſiam intacta cōuenit inuiolabiliter cuſtodiri.

Conſtitutio noua.

CAN. III.

HOc ius c porrectū eſt ad omnem locū uenerabilē, omneq; collegiū, quod actio pia cōſtituit: ut nec res eorum pignorentur, & hoc perpetuo ſeruetur in ijs rebus immobilibus, d quæ ab imperiali e domo prædictis locis applicantur. in cæteris eatenus excipitur, ſi debitū urget. Præterea ſi habet ſuperflua uaſa, nec aliunde ſoluere ualet, ne quid immobile alienetur, uel diſtrahatur: ea (geſtis habitis coram eo, cuius eſt loci ordinatio) integra uel alijs locis uenerabilibus oblata dentur, uel conflata f cuilibet alij uendātur. Qui autem hæc acceperit citra hanc obſeruationem, ijſdē pœnis ſubiaceat, quæ in rebus immobilibus proditæ ſunt. Si autem debitum quod urget, ex mobilibus ſolui non ualet, primo res immobiles ſpeciali dentur pignori: cuius fructus creditor ſibi reputet tam in ſortem, g quam in uſuras uſque ad quartam centeſimæ. h Quod ſi nolit, tunc ordinator domus apud eum a quo ordinātur habitis abſque diſpendio. i geſtis iuret maiore parte ibidē ſeruientium k conſentiente & debitum urgere nec ex mobilibus ſolui poſſe. quò ſubſecuto, per uiginti dies rem eccleſiæ eſſe uenalem publice fit notum, ut plus l offerēti detur, pretio modis omnibus pro debito dando aliter enim emptori res conceditur, & hoc in ſcribatur, nihil eſſe factū in eadem re ad damnū diuinę domus, Emptore uerò non inuento, res æſtimata diſtrictè m detur creditori in ſolutū, n addita o in pretio decima parte uniuerſæ æſtimationis, & accedēte conſenſu ordinatoris, & maioris p tis ibid. ſeruientiū. Sit tñ ea res mediocris inter cæteras inſpecta ipſius qualitate & quātitate & onere. Is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat p in utili-

a Pauperes. Quia quicquid habet eccleſia, pauperum eſt. xvj. quæſt. j. c. quoniam quicquid.

b Excepta. xij. quæſt. ij. c. ſacrorum.

c Hoc ius. Quod eſt. C. de ſacroſanc. eccle. l. iubemus. quod loquit tantum de Conſtantinopolitana eccleſia.

d Immobilibus. Conſenſu tamē Imperatoris poſſunt alienari. j. ead. cap. precariæ. in authē. de alie. & emphy. §. ſanctiſsimas. colla. ix.

e Ab imperiali. Ecce caſus unus, in quo in nullo caſu poſſunt alienari res. Itē in alio caſu non poſſunt alienari ob aliquam cauſam, ſcilicet cū ſub ea conditione datæ eſſent eccleſiæ ut non alienentur, in authenti. de alie. & emphy. §. ſanctiſsimas. colla. ix. & extra de condi. appoſ. cap. uerum. Sed hoc non eſt uerum. nō enim ualet hoc pactum, cum ſit cōtra legem z Dei: ut xij. quæſt. ij. capitu. aurum.

f Conflata. Quia ad profanos uſus non debent redigi: ut j. de conſec. diſtinc. j. ca. in ſancta. & xij. quæſt. ij. cap. aurum. tamen in neceſsitate pōt obligari ad tabernam, & ſub eadem forma: ut extra de pigno. capitul. j. Dicunt tamen quidam, quod nec uendi, nec obligari poſſunt: cum ſint res ſacræ. C. quæ res pigno. ob. non poſ. l. iij. & dicunt ibi non eſſe nexum pignoris, ſed ſolum detentionem habet quouſque reddatur ei ſua pecunia, ſicut alias pignus detineri poteſt pro ea pecunia, pro qua nō eſt obligatum: ut C. etiam ob chirographariam ſecu. l. unica. Idem poteſt dici de libero homine, qui obligatur: ut nor. xxxiij. quæſt. ultima. cap. ut pridem.

f Conflata. extra de pigno. cap. nullus. j. xij. qō. ij. capit. aurum.

g In ſortem. Literæ eſt præpoſteratio, prius enim computat in uſuram, [quam in ſortem]: ut ff. de ſol. l. in his. §. ulti. niſi dicas, quod hoc aliter ſit in fauorem eccleſiæ.

h Centeſimæ. Vſura dicitur centeſima, quæ æquiparatur ſorti in anno.

i Abſque diſpendio. id eſt, quod eccleſia nil dat tabellioni, ſed ſolus emptor, ſicut eſt in cōtractu dementis & furioſi. C. de epiſc. aud. l. penultima.

k Seruientium. Argumē. contra. lxiij. diſt. c. quanto.

l Vt plus. Quid ſi offerat plus quam ualet? tunc tantum iuſtum pretium recipiet, licet lex dicat, quod cōtrahentes poſſunt ſe inuicem fallere. ff. de minori. l. in cauſæ. ſed eccleſia in ſuis cōtractibus non debet dolum facere: ut extra de dona. cap. per tuas.

m Diſtrictè. ſcilicet ut conſideretur quantum inde poſſet colligi in xxv. annis, & pro tanto uendatur: ut in authen. de eccle. titu. colla. ix. §. ſi autē hæres.

n In ſolutum. Hic inuito creditore aliud pro alio ſoluitur contra. ff. ſi certum peta. l. ij. Item datur ei res mediocris in ſolutum, cū optima dari debeat. C. de ſol. authen. niſi. Itē quod tenetur probare pecuniam uerſam eſſe in utilitatem eccleſiæ. & ſic in tribus oneratur creditor. & ideo ei additur decima pars, licet hoc aliter alij intelligant: ut ſi res ualebat decem, quod ei uendenda ſit pro undecim.

o Addita. Hoc eſt fauore eccleſiæ, ſicut alias fauore libertatis quis cogit rem ſuam uendere liiij. diſtin. capi. fraternitatem.

p Probat. Sed nunquid creditor ita curioſus erit, ut ſemper teneatur ſcire ad quem uſum cōuertat hęc pecunia? ſed ſecūdum hoc nullus inueniatur, qui cum eccle-

Eccleſia. Cui ueteres imperatores ob honorem ſedis ſuæ hæc priuilegia dabāt quę poſtea Iuſtinian⁹ in nouell. extēdit ad reliquas eccleſias, & ſic etiam ad Romanam tanq̄ unā de reliquis.

Eccleſiæ res aliquādo nullo modo poſſunt alienari.

† l. ſancimus in ſi. princi.

z Sub. & priuata diſpoſitio: ut extra de teſt. requiſiſti.

Vſura centeſima.

3 Anno. imo in certum mēſibus. ut no. in tract. uſura. i abaco Latino & Gallico quarta uero cēteſimæ, nō æquat ſortē niſi ī triginta tribus annis, & quatuor mēſibus.

Creditor aliquādo oneratur.

tatem religioſæ domus proceſsiſſe. [a] Sicut aũt alienatio rerum eccleſiæ interdicitur, ita prohibetur ne qua ſterilis ei detur poſſeſsio, aut alias o-neroſa, [b] ueluti nomine fiſcalium.

Item. Prædium propter onus fiſcaliũ inutile alienetur:geſtis ut ſuprà conficiendis, & eodem iuramento præſtito : id eſt, ꝙ alia de cauſa non alienetur, niſi ut immunitas eiuſ dem uenerandæ domus ſeruetur.

Sed & pmutare principes poſſunt pro re maiori,uel æquali, ſi reſpublica hoc expoſcit, pragmatica forma ſuper hoc prę cedente. Item.

Sibi inuicẽ rectè [c] permutãt cũ utriuſq; indemnitate,eorum ſcilicet conſenſu, qui & ſuprà referuntur.

Perpetua quoque emphyteuſis in his rebus [d] pmittiť, ſi res in eorũ gerať præſentia, quibus hoc aſsignať lege, iurantibus his, quorũ intereſt,ex eo cõtractu nihil ad læſionẽ diuinæ domus effici:ſolito reditu ipſius rei, qui fuit,cùm diuino iuri dedicareť, nõ imminuendo, [e] niſi in ſextã [f] partẽ: aut ſi ob cladem diminuta ſuerit,tunc pro conſtante nũc pẽſione [g] in emphyteuſim detur. Quòd ſi res pretioſa quidem eſt, parũ tamẽ, aut nihil præſtat pẽſionis,res ſubtiliter [h] æſtimãda eſt, ut ex hac æſtimatione iuſta penſio cõſtituatur. Ea tamen ſola dentur in emphyteuſim, quæ ad hoc uidentur congrua œconomo, & alijs gubernatoribus. Qui rem huiuſmodi conductam, uel in emphyteuſim acceptã ſecerit deteriorem , aut canonem per biennium [i] non ſoluerit,repelli poteſt, ut tamẽ ſoluat totius temporis [k] penſionẽ, & id,in quo rem læſit, reſarciat : non repetiturus ſi quid impenderit [l] nomine meliorationis.

Si quas uero ruinas habent memoratæ domus, quas reædificare non ualent,in emphyteuſim dentur perpetuã,emphyteuta uſuro materia depoſitæ habitationis domus, ut penſio minuatur in tertiã partem ab ea, quæ ſtantibus adhuc habitationibus colligebatur:aut eo prius reædificante ex additis [m] illic per æſtimationem penſionibus medietas [n] detur religioſæ domui. nam priore caſu ab initio emphyteuſis præſtanda eſt penſio.

Qui uerò res iam dictas non gratuito [o] alienationis titulo citra formam legis accipit , rem quidem cum omni incręmento [p] medij temporis reſtituat : eius autem quod dedit , nullam aduerſus uenerabilẽ [q] domum, ſed aduerſus eum, qui alienauit , habeat actionẽ.Donatarius autem & rem cum omni cauſa reſtituat,& aliud [r] tantundem. Creditor quoq; reſtituta re pignorata creditì actionem contra ſolum pignoris datorem, nõ eccleſiam habet. Emphytheuſis acceptor ab ea cadat : nec quod dedit, repetat : imo ſtatim ſoluat , quod ſoluturus

eccleſia contraheret:ut.ff.de min.l. uerũ. §.ſi locupletı.& l. quod ſi minor. Sed dic,qđ ſufficit probare, qđ eccleſia tũc tpis egebat pecunia:ut ff.de exercit.l.Lucius . ne ſi nimia ſubtilitate circa res eccleſiarũ laboremus, illa ſubtilitas eis in pnicię uertať:ut C.ad Treb.l.pẽ. in prin. C. de uerbo. ſig.l. iij. in fi. eſt tñ ar. cõtra.ff.de i rẽ uer. l.qđ ſi ſeruꝰ. §.pẽ.

[a] Proceſsiſſe. Simile extra depoſiti.cap. grauis.

[b] Oneroſa. Quæ plus habet incommodi, quã cõmodi. Res enim trãſfertur cum onere ſuo : ut xvj.q.j.ca. ſi quis laicus.

[c] Rectè.Si prædiũ unius alij eſt uicinum,ut in authẽ. de eccleſ.tit. §.fin autẽ.coll.ix.& extra de rerũ pmu. ca. ad quæſtiones.

Perpetua. Hæc eſt ſecũda pars qõnis,ĩ qua loquitur de emphyteuſi, & ponit quid iuris ſit, & ſimiliter de precarijs. & ponit hic xij. articulos. Ioan.de Fant.

Perpetua. Vſque ad triginta annos. inſtit. de perpe. & tẽp.act. ĩ prin. uel ppetua,id eſt, quã diu uiuit. ff. pro ſoc.l.j. & ĩ.e.c.p̃cariæ. uel ppetua, id eſt, quãdiu penſio ſoluiť: ut inſti. locati. §.adeo. ſicut excõicatio dř ppetua,id eſt,quo uſq; pœnitet:ut ĩ. ea.q.j. ca.quia. & xxvij. q.j.c.de uiduis. uel uſque ad terciam generationem:ut in auth.de non alie. aut permu. §. emphyteuſim.& §.quia uero Leonis. col.ij. [2]

[d] In his rebus. id eſt, in rebus non multum utilibus.

[e] Non imminuen-do,id eſt, ſi eſt minuẽda,nõ eſt plus minuenda.

[f] Sextam. non remouet quin plus poſsit dari.

[g] Nũc penſione. ideſt, quanta penſio nunc poſsit [3] haberi.

[h] Subtiliter.id eſt ut conſideret quãtũ in xx. annis inde colligať : ut in authẽ. de nõ alie. aut pmu. §.qa uero Leonis.col.ij.

[i] Per biennium. Hoc eſt enim priuilegium eccleſię, ut ſtatim expellat colonũ non ſoluẽtem penſionẽ : ut ar. extra de iureiuran.c.peruenit. & c.querelã. Idẽ eſt in colono fiſci.ff. de pub. & uect. l. uectigalia. inter priuatos requiriť trienniũ. [4] C.de iure emphy.l.ij.in locatione bienniũ ut ff.loca:l.i.quæro.§.inter.

[k] Temporis. præteriti. ſecundum alios futuri in odiũ iſtius, & in fauorem eccleſiæ.

[l] Impenderit.Sed huic obſtat liiij.diſtinct.c.generalis. & extra de in integ.reſti. c.j. ſ; ibi bona fide fecit ſumptus, hic mala fide.xij.q.ij. c.Vulteranæ.

[m] Ex additis. de nouo,id eſt,medietas quæ accreſcit, dabiť cũ antiqua penſione. [5] Alij dicũt, quod medietas antiquę & medietas nouę dabiť.

[n] Medietas. eius quæ accreſcit.

[o] Non gratuito. id eſt emptor.

[p] Incremento, ĩ. oẽs fructꝰ pceptos medio tpe. xij. q. ij.c. non liceat.

[q] Venerabilẽ. ut xij.q.ij.c.diaconi. & ca.ſi quis.& ca. quicquid.C.de rei uen.l.ſi mancipiũ.

[r] Aliud.cõtra xij. q.ij.c.diaconi. ubi ſufficit qđ tãtundem.

[1] Idẽ ſentit hic La. dicẽs, qđ in hoc caſu ſic eſt procedendum contra eccleſii, ſicut cõtra minorẽ, ut dř ſuper illa l. C.ſi aduer. cre.l.j. ne ſi nimia, &c. ut ſequiť ĩ gl. ſecũdum. Lau.

Perpetuũ dicit multipliciter.

[2] Hanc gloſ.ſicut iacet posuit Goff. & Hoſtiẽ. extra de reb. eccl. non alie. ca.nulli.

[3] Scilicet eo tẽpoř quo debet dari ĩ emphyteuſim. Hug.

Emphyteuta nõ ſoluẽs canonẽ expellitur.

[4] De hac materia plene notaui extra de dila. literæ. & de locato & condu. potuit. & de reli. domi.conſtitutus.

[5] Et ſic ſi ualebat x.cum erat ruinoſa, & modo ualet xl. additio eſt ĩ xxx. & ſic habebit xxx. p penſione. Pe.

eſſet ſi iure contraxiſſet. Sed melius [a] dicitur omnino denegandas actiones eſſe huiuſmodi acceptori.

Item Codice libro primo, titulo de ſacroſanctis eccleſiis.

Imperator Leo.

CAN. IIII.

SI œconomus eccleſiæ proſpexerit expedire, ut cuiquam deſideranti certarum poſſeſsionū atque prædiorum urbanorum & ruſticorum ad ius eccleſiaſticum pertinentium temporalis uſusfructus poſſeſsio pro petitione ipſius præſtetᷣ, [b] eius temporis, quod inter utroſque conuenerit, ſiue in diem uitæ ſuæ, ſi ab eo, ꝗ deſiderat, poſtuletur: pacta cum eo qui hoc elegerit, ineat œconomus, atq; conſcribat, per quæ & tēpus, intra quod hoc præſtari placuerit, ſtatuatur: & manifeſtum, ſit qđ quiſque accepit adinuicē.

PALEA.

Huiuſmodi beneficij gratia præſtādo qui dē eccleſiaſtici prædij uſufructu: poſt ſtatutum autem tempus & placitum redituum ipſorum proprietate ad ius & dominium eccleſiaſticū reuertente firmiter, ita ut ſiue cōpleto ſpatio, quod inter eos fuerit cōſtitutum: ſeu mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque cōuenerit) is qui eccleſiaſticam poſſeſſionem & cæterorum redituum uſumfructum habendi gratia pacto interueniente ſuſceperit, nō minus quàm alterius tantæ quantitatis, quantæ acceperat reditus cum ipſorum prędiorum dominio, & rebus immobilibus eorumq; colonis & mancipijs eccleſiæ derelinquat. Niſi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non ualere. Nā hęc uſus præſtatio locū habet in omni domo religioſa: quo finito res utraque pleno iure perueniat in domū iam dictam: nec tributis quidē grauata ſit maioribus ea res, quæ addatur adinuicem. Quibuſcūque modis alijs permittitur, interdicitur tamen certis perſonis rem eiuſmodi accipere, ut œconomo, eiuſq; cognatis. [c] *Quòd ſi neceſſitas cōpulerit, ut pro eccleſiæ neceſsitate, aut utilitate, uel in uſufructu uel indirecta uenditione aliquid diſtrahatur, apud duos,* [d] *uel tres cōprouinciales, aut uicinos epiſcopos cauſa, qua neceſſe fuerit uendi, primitus cōprobetur, ut habita diſcuſsione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione, qua facta fuerit uenditio, uel tranſactio* [e] *corroboretur: aliter facta uenditio uel tranſactio non ualebit.* [f] *Minus uero utiles poſſeſsiones peregrinis, uel clericis ſaluo iure* [g] *eccleſiæ in uſum præſtari permittimus.*

Item ex concilio Mediomatricis.

Eccleſiaſticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant.

CAN. V.

1 PRæcariæ [h] a nemine de rebus eccleſiaſticis fieri p̄ſumantur, niſi tantum

---

dem reſtituatᷣ. ſed ibi loquitᷣ de alienatore, hic de eo cui eſt alienatum.

a Sed melius. hoc appoſuit Guarnerius de lege quæ eſt C. de ſacroſan. eccl. ſancimus nemini. ſed corrigitᷣ. 1 in auth. coll. ij. de nō alie. §. quia uero Leonis. & ꝑ canonē. xij. qō. ij. Vulteranæ. unde ſiue bona fide ſiue mala accepit, habet regreſſum ad authorē ſuū, ut extra de rebus eccl. non alie. ad audiētiā. 2 licet ſit ar. cōtra. C. de euic. ſi fundum. ubi dr̄, qđ malæ fidei poſſeſſor nō aliter habet regreſſum ad ſuū authorē, niſi ſit ſibi cautum de euictione. Dicunt tñ quidā, quod ſi eſt malæ fidei poſſeſſor ille qui recipit tūc nec aduerſus eccleſiā, nec aduerſus alienātē habet actionē: ut xvj. qō. iij. uniuerſas. Si eſt bonæ fidei poſſeſſor, habet actionē aduerſus eū tm̄, ꝗ alienauit: ut xij. q. ij. Vulteranæ. melius eſt ut dicas ſiue bona fide, ſeu mala contraxerit, ſemꝑ hēt actionē aduerſus alienātē.

1 Idē ſentit B. ī caſu & per eadē iura hic infra proxi. alleg. Arch.

2 Vt Marti. qui in hoc caſu ſecutus ē Guar. & idem ſentiūt Laur. & Goffr. B. & Inn. qui oēs. ita not. ī prædi. de cre. ad audientiā. Archi.

SI œconom⁹. b Præſtetur. ſimile extra de his, quæ fiunt a præla. ſine cōſenſu cap. cum apoſtolica. & cap. ſeq. ibi, perpetua firmitate.

HViuſmodi. c Cognatis. & ſic dānoſum eſt alicui officiū ſuū: ut vij. quæſt. j. conſtitutum.

d Duos. Hodie ſufficit ſolus conſenſus epiſcopi cū canonicis. xij. quæſt. ij. ſine. & ſi res uenalis eſt ī parochia alterius, ille interponet decretū, ut C. de prædijs & alijs rebus min. l. ſi prædium. & extra de foro cōpē ſane. Ioā. qđ non credo uerum cum ſufficiat cōſenſus epiſcopi cum capitulo xij. quæſt. ij. ſine exceptiōe. B.

Epiſcopi conſenſus cum canonicis ſufficit ī rei alienatione.

e Vel tranſactio. ideſt, permutatio.

f Non ualebit. Argu. non ualere cōtractum, niſi adſit ſubſcriptio. extra de his quæ fiunt a præla. cap. j. xcvj. diſ. bene quidem. xij. quæſtio. ij. ſine exceptione.

g Saluo iure. id eſt, ut non intelligatur eſſe perpetua donatio, ſed tēporalis, ut not. xvj. q. j. poſſeſsiones. ſed ſi eccleſię daretᷣ, tunc intelligeretᷣ eſſe ꝑpetua, ut extra de his ꝗ fiunt à præla. ſine cōſen. c. cū apoſtolica. in ſi. & ca. ſeq.

Vt ſcilicet ceſſante inopia, ad eccleſiam reuertatᷣ, ut diſ. xvj. qō. j. poſſeſsiones.

h PRecariæ. ꝑcariæ hic dicuntur quædā pręſtationes uſusfructus in recompenſationem eius proprietatis, quæ datᷣ eccleſiæ. præterea precaria eſt quidā contractus affinis emphyteuſi. Sed ī hoc differt. qđ de quinquēnio in ꝗnquenniū renouatᷣ, ut in palea ſeq. & extra de preca. ca. j. quandoq; eſt precarium, quod precibus ad utendum alicui datur: & illud reuocari pōt ꝗñcunque, nō obſtāte aliquo pacto: ff. de precar. cum precario. & extra eo. c. ulti.

Precaria præcaria, & pręcariū differunt.

Duplum

quantum de qualitate cõuenienti datur ex proprio duplum [a] accipiat ex rebus eccleſiæ in ſuo tantum qui dederunt nomine, ſi res proprias & eccleſiaſticas fructuario uſu tenere uoluerint. Si autẽ res proprias ad præſens dimiſerint, ex rebus eccleſiaſticis triplũ fructuario uſu ſuo tãtum quis nomine ſumat: quia ſic eas quenq; tractare, ut rerum eccleſiaſticarum diſpenſatorem conuenit, non ut propriarum largitorem. Decreuit etiam ſancta ſynodus, & imperialis authoritas denuntiauit, ut à nulla poteſtate quis cogatur facere precariam de rebus Deo & ſanctis eius dicatis: cum ratio & uſus obtineat neminem qui non uult contra utilitatem & rationem cogi [b] de proprio facere beneficium. Nec commutationes [c] rerũ, uel mancipiorum eccleſiaſticorum, quęlibet perſona ſine licentia & regio conſenſu facere præſumat.

Itẽ ex cõcilio Beluacenſi.

De eodem.

PALEA.

ij *Præcariæ de quinquẽnio in quinquẽniũ ſcdm antiquam conſuetudinem renouentur.*

Item ex concilio Carthaginenſi.

De eodem.

PALEA.

De præcarijs, quæ à rectoribus eccleſiarũ irrationabiliter fiebãt, & ſe ſuosq; ſucceſſores pęna graui obligabant, ut facta ipſorũ nequiuiſſent diſſoluere, præcipimus ut nemo ſucceſſor in anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus: ſed ſuæ prouidentiæ ſit conceſſum, ut ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eccleſiæ eiuſdem reuocentur.

Item ex concilio Martini Papæ.

Res eccleſiæ diſpenſandi poteſtatem habet epiſcopus.

CAN. VI.

3 EPiſcopus habeat poteſtatem in rebus eccleſiæ, ut diſpenſet neceſsitatẽ habentibus cũ omni reuerentia & timore dei. Participare eum ẽt oportet quæ neceſſaria ſunt: ſi tamẽ ipſe, aut qui cũ eo ſunt fratres indiguerint [d] aliquo, ut neceſsitatem nullo modo patiantur, ſecundùm Apoſtolũ ſanctum dicentẽ: Victu [e] tantùm & tegumento his contenti ſumus. Si aũt res eccleſiaſticas epiſcopus in ſuas proprias uolũtates uſurpare uoluerit, aut fratribus [f] uel filijs, uel quibuſcunq; propinquis ſuis dederit poteſtatẽ, ut ꝑ eos latẽter lædantur res eccleſiaſticæ, hũc oportet obnoxiũ eſſe concilio. Si autẽ eps̃, uel qui cũ eo ſunt presbyteri [g] aut diaconi accuſentur, quia ea, quæ uel ex reditu, uel ex quolibet actu eccleſiæ obueniunt, in ſuos uſus colligunt: & pauperes fraudãt, & fame cõficiũt: hoc quidẽ corripi oportet ſecũdũ quod ordinatum fuerit à ſancto concilio.

4 *Si uerò [h] contra hãc prohibitionem aliquã de rebus eccleſiæ epiſcopum uendere cõtigerit, & res ipſa eccleſiæ reſtauranda eſt, et ipſe gradu ſuo deijciẽdus decernitur. Vnde in eodẽ conci. Martini Papę legitur.*

De epiſcopo, qui nulla neceſsitate res eccleſiæ uendit.

CAN. VII.

SI quis epiſcopus nulla eccleſiaſticæ rationis neceſsitate compulſus, in clero ſuo, aut fortè ubi presbyter non eſt, [i] de rebus eccleſiaſticis præſumpſerit aliquid uendere: & res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in iudicio epiſcopo-

a Duplum. Videtur cõtradicere illi ſ. ead. ſi œconomus. ubi dicitur ꝙ tantundẽ dari debet, ſed lex illa benignior eſt canone: 1 uel canon loquitur in eo caſu, cum ſenex eſt, uel debilis, qui recipit rem eccleſiæ.

b Cogi. Sed fallit, ut vij. q. j. omnis. & ubi aliqs alij prodeſt, & ſibi non nocet: ut ff. de aqua plu. arc. in ſum. §. item Varus. & 86. di. paſce.

c Nec commutationes. Hoc intelligas de rebus collatis eccleſiæ ab Imperatore: ut ſ. ea. hoc ius. in princip. uel loquitur ſecundum ſua tempora.

EPiſcopus habeat. Hæc eſt iij. pars huius quæſtionis.

d Indiguerint. No. qualiter exponitur hoc uerbũ, indiguerint, ut arctetur tantum ad uictum & ueſtitũ. 2 ar. cõtra extra de præb. ꝺ monachis.

e Victu. Qui tamẽ melior, uel peior dandus eſt ſecundũ qualitatem perſonarum: ut xlj. diſt. non cogantur. Et nomine cibariorũ non intelliguntur ueſtimenta, ſed nomine alimentorũ intelliguntur ueſtes; & habitatio: ut ff. de alimẽ. le. l. ult. & l. antepe.

f Aut fratribus. Præſumitur enim ꝙ hoc carnali amore faciat: ut lxxxix. di. decenter. ſic ſ. ea. uñ hæc uſus. ſic extra de appel. poſtremo. ſic econuerſo conſanguinitas quandoque elidit ſuſpicionem, ut extra de coha. cle. & mu. à nobis.

g Presbyteri. Atque puniuntur illi, qui nõ reſiſtunt, ſcilicet officiati, ſicut ipſe epiſcopus: ut C. de app. quoniam. & ij. q. vij. quapropter.

h Si uero. Quarta pars, in qua dicit ut in cap. ſeq. continetur. Io. de Fã.

i SI quis epiſcopus. Non eſt quia forte mortuꝰ eſt: quia ſede uacãte non poteſt alienari res eccleſiaſtica. ita xij. qõ. ij. ſi qua ꝺ rebus. & ine liꝰ ex̃. ne ſede uac. nouit. 4 Tamen H. dicit, ꝙ ſede ſacerdotali uacante authoritate epi poteſt fieri alienatio: ut lxxj. di. fraternitatem. & ſ. e. q. j. decretũ. & eſt arg. ꝓ ipſo. C. qui admi. ad bon. poſ. bonorũ. Sed eccleſia epiſcopali uacãte, clerici nihil poſſunt alienare. Itẽ patet hic, ꝙ epiſcopus nihil põt alienare ſine cõſenſu ſacerdotis. xij. qõ. ij. placuit. & c. abbatibus.

Honore.

1 Vel dic qꝺ loquitur quando eccleſia dat ei: quod põt facere in duplũ & nõ ultra: ibi quãdo ipſe dat eccleſię, ubi non cogitur ultra tantũdẽ, & ita canon benignior ẽ. Vel dic ut ſequiẽ in glo. ſecundũ Io. de Fan.

2 De hoc etiã leg. & no. xij. q. j. epiſcopus eccleſiaſticarum.

Alimentorum nomine cõprehendũtur ueſtes & habitatio. 3 Adde ꝙd ueniat appellatione alimentorũ. gl. in le. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tráſa. Bar. in le. legatis. ff. de ali. & ciba. legat. Cõſanguinitas elidit ſuſpicionem.

4 Et extra de re. ec. non alie. dudũ. ubi eſt expreſſum. Arc.

1. Timo. 6.b

rum deijciatur auditus, & conuictus:& tanquam furti aut latrocinij reus, ſuo priuetur honore. a

QVAES. III.

QVid uerò b nomine cathedratici epiſcopus exigere debeat, in ſcđo cōcilio Bracarenſi legitur.

Præter honorē cathedratici, nihil epiſcopus per diœceſes exigat.

CAN. I.

PLacuit, ut nullus epiſcoporum per ſuam diœceſim præter honorē cathedræ ſuæ, id eſt, duos ſolidos, c aliud aliquid per eccleſias tollat: neque tertiam d partem ex quacunque oblatione populi eccleſijs parochialibus facta ſibi uſurpet, ſed eccleſiæ reparationi ſeruetur: & ſingulis annis epiſcopo ratio fiat. e Nā ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat, lumen & ſarta tecta abſtulit eccleſiæ. Et ſimiliter parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopo ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt: Neque ut dominantes in clero.

Item ex concilio apud Merech.

Baſilicarum reparationi proficiat tertia, quam epiſcopus accipere conſueuerat.

CAN. II.

PRiſcis quidem canonibus erat decretum, ut epiſcopus de parochianis eccleſijs tertiā f cōſequeretur, cui ſua pleniſſimè ſufficere nō poſſunt. placuit huic ſancto concilio, ut nullus prouinciæ Luſitanæ epiſcopus à qualibet parochiana eccleſia tertiā auferre præſumat: ſed quæ exinde conſequi poterat, reparationi baſilicarum proficiant.

Item ex concilio Toletano.

Non accipiant epiſcopi tertiam partem, niſi dirutas eccleſias reparare uoluerint.

CAN. III.

i Epiſtola Clemētis. Id eſt, miſſa Clementi à Petro ſicut dicitur inſtrumētum meū, ꝙ mei cauſa factū eſt. ff. de eden. prætor. §. j. & dicitur etiam epiſtola illius, cui eſt miſſa, tamen cum diſtinctione. ff. de furt. eum qui. §. ult.

k TE quidem. Ne fideiuſſor. Clericus regulariter nō debet fideiubere: ut hic. & extra de fideiuſſo. clericus. niſi neceſſitas ſit. tunc enim ex pietate tenetur ſubuenire alij: ut lxxxvj. diſt. non ſatis. Item clerici poſſunt fideiubere pro eccleſijs ſuis, ut in authenti. de ſanc. epiſc. §. aliū autem. collat. ix. Item inter ſe mutuo fideiubent cū conueniuntur: ut C. de epiſco. & cleric. l. omnes. §. in hac. Item nec adſtrictus curiæ poteſt fideiubere. C. loca. curialis. & ſi clericus fideiuberet, poteſt dici, ꝙ non tenet fideiuſſio, niſi talis priuilegio ſuo renunciet. Nam fideiuſſor pro non dato habetur, niſi priuilegio ſuo renunciet: ut ff. ſi quis in ius uoc. nō ierit. l. j. Vel dic, quod licet non debeat fideiubere, ſi tamen fideiuſſerit, tenet obligatio: ut extra de fideiuſſ. c. peruenit. & c. cōſtitutus.

l Nec aduocatus. Quod prohibetur ſacerdotibus: ut j. xxiij. q. v. denique. & xv. quæſtio. ij c. j.

m Iudicem. Contra. j. xxiij. q. ultima cap. ſæpe. & capitu. his à quibus. Sed dic quod poſſunt tractare de illis temporalibus, quæ ſpectant ad eccleſiam.

Eccleſiæ prædia de quibus tributū non ſoluit, an poſſint ab imperatore uendicari.

Et uidetur quod dicam in prædic. l. xvj. qō. j. placet. Archi.

Chriſtus nemini fuit ſubiectus.

Quod ſic debeat expōi patet ex ſequenti c. ubi Petr⁹ loquitur Clemēti. & eſt de eadē epiſtola ſecū dum Hu.

Clericus an poſsit fideiubere.

Mat. 17. d

Rom. 13. a

1. Petr. 2

Sicut

ſtus, ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſsis uerbo Dei uacare. Hæc uerò opera, quæ ibi congruere minus diximus exhibeant ſibi inuicem uacātes laici: & te nemo occupet ab his ſtudijs, ꝑ quæ ſalus hominibus datur.

Item ex eodem.

In his, quæ ad communis uitæ uſum pertinent, laici ſibi inuicem operari debent.

CAN. XXVII.

Sicut enim impietatis crimen eſt tibi ò Clemés, neglectis uerbi Dei ſtudijs ſolicitudines ſeculares ſuſcipere: ita unicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad communis uſum, [a] uitę ꝑtinēt, operam fideliter dederint, te uerò ſecurum facere ex his, [b] quibus non debes inſtare, [c] omnes cōmuniter elaborent. Quòd ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per diacones [d] edocendi ſunt, ut tibi ſolius eccleſiæ ſolicitudines relinquant.

Ex his oībus datur intelligi, ꝙ in ciuili cā clericus ante ciuilem iudicem cōueniēdus eſt. Sicut enim eccleſiaſticarum legum eccleſiaſticus iudex eſt adminiſtrator, ita & ciuiliū nō niſi ciuilis debet eē executor. Sicut enim ille ſolus [e] habet ius interpretādi canones, qui hēt poteſtatem condēdi eos: ita illı ſolus ciuilium legum debet eſſe interpres, qui eis ius et authoritatē impertitur. In criminali uerò cā non niſi ante epiſcopū eſt clericus examinandus. Et hoc eſt illud, quod legibus & canonibus ſuprà diffinitum eſt: ut in criminali uidelicet cā ante ciuilē iudicem nullus clericus ꝑducatur, niſi fortè cū conſenſu epiſcopi ſui: ueluti quādo incorrigibiles inueniūtur: tunc detracto eis officio, curiæ tradendi ſunt.

Vnde Fabianus Papa ait:

Qui epiſcopo inſidiatur, ſimo tus a clero curiæ tradatur.

CAN. XXVIII.

Statuimus, ut ſi quis clericorum ſuis epiſcopis infeſtus, aut inſidiator extiterit, mox ante [f] examinatum iudicium ſubmotus à clero curiæ tradatur: cui uitæ ſuæ omnibus diebus ſeruiat: & infamis abſq; ulla ſpe reſtitutionis permaneat.

Quia ergo iſte non in criminali, ſed in ciuili cauſa clericum ante ciuilē iudicē produxit, non eſt iudicādus tranſgreſſor canonum nec eſt dicēdus pertraxiſſe reū ad iudicem non ſuū: quia de ciuili cauſa non niſi iudex ciuilis cognoſcere debet.

3 *Econtra ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, ueriſimilia quidem uidentur, ſed pondere carent. Sacris enim canonibus & forenſibus legibus tam in ciuili, quàm in criminali cauſa clericus ad ciuilem iudicē protrahendus negatur.*

Vnde in epiſtola Clementis legitur.

Fratres apud presbyteros iudicentur.

CAN. XXIX.

Si qui ex fratribus [g] negotia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi non iudicentur, ſed apud presbyteros eccleſiæ quicquid illud eſt, dirimatur.

Item Sylueſter Papa.

Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam.

CAN. XXX.

Nvllus clericus, uel diaconus, uel presbyter propter quamlibet cauſam intret in curiam: nec ante ciuilem iudicem ſuam præſumat dicere cauſam.

---

a Sicut enim. Vſum. Ar. ꝙ peccat, qui non recipit arbitriū. [1] & qui non cōponit inter partes xc. di. præcipimus.

[1] Forte ſi eſt uerū in ſeruo, qui nō poteſt eſſe arbiter: ut iij. q. vij. ſi qs uero & idē fortè in monacho, cū ſeruus dicat: ut no. xij. q. j. nō dicatis. in gl. nūquid pauper, &c.

b Ex his. i. ab his.

c Inſtare. Id eſt, intereſſe. ſ. xc. diſ. præcipimus.

d Per diacones. Ar. ꝙ diaconi debēt laicis exponere & inſtruere modum uiuendi. xxv. di. audire.

e Sicut enim ille ſolus. Nam unde ius ꝓdijt, ab eo interpretatio requiritur: ut extra de ſent. excom. inter. quandoq; tamē legatus Papæ interpretatur reſcriptū Papæ, extra de poſtu. prælā. ad hæc. ultra medium. & extra d' ſequeſtra. ad hoc. iudex etiā interpretatur legē ut ff. de legi. nam ut ait. Sed non pōt interpretari ſentētiam ſuam, niſi ſit preſes ꝓuinciæ. ff. de ap. ab executore. Similiter cōſuetudo interpretatur legem: ut extra de uerbo. ſig. abbate. Interpretatio quædā eſt probabilis, & nō neceſſaria, ut magiſtri: ut C. de profeſ. qui in urbe Conſtantin. l. unica. Quædam eſt neceſſaria, ſed nō generalis: ut iudicis: ut ff. de leg. nā ut ait. Quædā eſt probabilis, neceſſaria & generalis, ſ; nō eſt in ſcriptis redigenda, ut conſuetudinis: ut ff. de legi. ſi de interpretatione. & extra de uerbo. ſig. abbate. Quædam probabilis, neceſſaria, & in ſcriptis redigenda. ut principis: ut C. de legib. l. j. & ult.

Interpretatio eſt triplex.

f Statuimus. Mox ante. Non intelligas, ꝙ hæc dictio ante, ibi notet aliquod tempus, ſed eſt ſenſus ante. i. ante examinātem iudicē, ſiue coram examinante. [2] Vel, loquitur cū eſt notoriū crimē. ſic C. de def. ciui. defenſores.

[2] Sic ſumitur ibi: ꝓcidam ante deū, id eſt corā deo, ſecūdum Hu.

3 Econtra. Hæc eſt iij. pars queſtionis, in qua probatur, ꝙ in omni cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, per proprium epūm clericus iudicet. & hoc probat per xiiij. c. in quibus punit etiam contemptores. Ioannes de Fā tu.

g Si qui ex fratribus. Fratres hic uocat clericos, uel etiā omnes Chriſtianos. [3] & loquitur ſecundum antiqua tempora: ut ſ. eadem. relatum.

[3] Infra e. qō. iij. ad menſam.

Aliud

Item Leo papa.

Eccleſiaſticum non forenſe iudicium pœnitens expetat.

CAN. XXXI.

ALiud eſt quidẽ debita iuſtè repoſcere, aliud propria perfectionis amore contemnere: ſed illicitorũ ueniam poſtulantem [a] oportet à multis licitis abſtinere, dicente apoſtolo: Omnia mihi licent, [b] ſed nõ omnia expediunt. Vnde ſi quis pœnitens [c] habet cauſam, quam negligere forte non debeat, melius eſt illi, ut expetat eccleſiaſticum, [d] quàm forenſe iudicium. Non ait propter criminalem cauſam tantũ, ſed generaliter propter quãlibet [e] cauſam, tam ciuilem quam criminalem intelligens.

Vnde Theodoſius Imperator.

Cuicunque licet ſacroſanctæ ſedis antiſtitis iudiciũ eligere.

CAN. XXXII.

QVicunque [f] litem habens, ſiue petitor fuerit, uel in initio litis, uel decurſis [g] temporũ curriculis, ſiue cùm negotium peroratur, ſiue cùm iam cœperit promi ſententia: ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etiã ſi alia pars refragatur, ad epiſcoporũ iudicium cum ſermone [h] litigantium dirigatur.

Idem.

CAN. XXXIII.

OMnes itaque cauſæ, quæ prætorio, uel ciuili iure tractantur, epiſcoporum ſententijs terminatæ, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur: nec ulterius liceat retractari negotium, quod epiſcoporum ſententia deciditur. Teſtimonium etiam ab uno licet epiſcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant: nec alius audiatur, cum teſtimonium epiſcopi a qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud enim ueritatis authoritate firmatum, illud incorruptum habeatur, quod à ſacroſancto homine ſecundum ſcientiam mentis illibatæ fuerit prolatum. Hoc nos edicto firmamus ſalubrĩ, & perpetua lege tenendum eſſe cenſemus.

Hæc ſi quis antiquata contẽdat, quia in Iuſtiniano Codice non inueniuntur ita inſerta, per Carolum renouata cognoſcat, qui in ſuis capitularibus [i] *ait inter cætera.*

CAN. XXXIIII.

VOlumus atq; præcipimus, ut omnes noſtræ ditioni ſubiecti, tam Romani quam Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Friſones, Galli, Britones, Longobardi, Guaſcones, Beneuentani, Gothi, Hiſpani, cæteriq; omnes ſubiecti nobis, quocunque legis uinculo uideãtur adſtricti, uel conſuetudinario [k] annexi more, hanc ſentẽtiam quam ex xvij. Theodoſii Imperatoris libro c. uidelicet xj. ad interrogata Blauij ducis, quam illi & omnibus per ſcripturam miſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam conſulto omnium fidelium noſtrorum poſuimus, lege cuncti perpetua teneant, id eſt, quicunque litem habens ſiue petitor fuerit, &c. ut ſupra.

Item Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam monendo dicit.

Presbyter apud epiſcopum tantũ iudicari debet.

CAN. XXXV.

DE perſona [l] presbyteri hoc attendendum eſt, ſi quam cauſam habuit,

---

[a] Aliud eſt quidem. Poſtulantem. Pœnitentes. n. ſub regula eccleſiaſtica uiuere debent, ut hic, & j. ead. de pſona. & j. de pœni. diſt. v. contrarium. & capit. falſas.

[b] Omnia mihi licent. Tunc non expedit id quod licitũ eſt, quãdo uſus ipſius alijs inferre impedimẽtum: ut xxviij. q. j. ſic enim licet quod fidelis diſcedat ab infideli, ſed nõ expedit, ut ibi dr. Vel aliter, mihi licet mea repetere, ſed non expedit ad uitam conſequendã: quia ſcandalizantur illi a quibus repetũtur. [1] uel ſic, Oẽs cibi liciti ſunt, ſed nõ expediunt propter infirmos fratres, qui tũc quoſdam cibos reprobabãt. uel ſic. Licitum eſt prædicatori ſumere ſumptus ab illis quibus prędicat, ſed nõ expedit, ꝓpter Corinthios, qauari erãt.

[c] Pœnitens. ſcilicet ſolẽniter. & loquit de actore pœnitẽte, & cum eſt de uoluntate rei, uel loquit cũ ipſe pœnitẽs cõuenit.

[d] Eccleſiaſticum. Supple uel reus: quia de actore minus uidebatur.

[e] Quamlibet. Supra in cap. nullus epiſcopus.

[f] QVicunq;. In hac lege quinque notantur. Primũ, quod a iudice ſeculari appellatur ad epiſcopum. Secundũ, qđ ante ſñiam appellatur. Tertiũ quod ab eporum ſñia non appellatur. Quartũ, quod unius epiſcopi teſtimonio fides adhibetur. Quintum, quod alij nõ audiunt poſt teſtimoniũ epi. Pria pars tollitur per id extra de app. ſi duobus. Secũda per id ij. q. vj. nõ ita. Tertia per id ij. quæſ. vj. omnis oppreſſus. Quarta per id vj q. ij. ſi tantum. & c. placuit. Quinta per id quod teſtimoniũ ſoli⁹ epi non ualet. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. iuriſiurãdi. Et licet hęc lex ſit abrogata, tamẽ Innoc. ar. ex ea. extra de iudic. nouit. nõ ut confirmet eã. ſed ut oſtendat quantã affectionẽ Imperatores habuerunt erga ſacerdotium.

[g] Decurſis. id eſt, poſt litem conteſtatam. [a]

[h] Cum ſermone, id eſt, allegationibus.

[i] OMnes itaque. Capitularibus, id eſt, in Longobarda: non tamen inuenitur in ea, quæ nũc eſt ſed in Gallia.

[k] VOlumus. Vel cõſuetudinario. extra de eo, qui mitti. i poſſeſ. capit. iij.

[l] DE perſona. De hac habes ij. quæſtio. j. in primis.

Non

Omnia licent, ſed non expediunt.

1. Cor. 6. c

[1] Arg. ad hoc. xiiij. q. j. c. j.

[a] Sub. ante cõcluſionem, ſecundũ Innocẽ. uel ante diffinitiuam ſñiam qñ cunq; ſecundum Hug.

non ab alio [a] teneri,ſed epiſcopũ ipſius adire debuit: ſicut nouellarũ conſtitutio manifeſtat, quæ ita loquitur de ſanctiſsimis & Deo amabilibus atque reuerendiſsimis epiſcopis, clericis & monachis. Imperator Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſsimo præfecto prætorio.cap.liij. Si quis contra aliquem clericum, aut monachum, [b] aut diaconiſſam, aut monaſtriã, aut aſcetriam [c] habeat aliquam actionẽ, doceat [d] prius ſanctiſsimũ epiſcopum, cui horũ unuſquiſq; ſubiaceat. † Ille uerò cauſam inter eos dijudicet. Et ſi quidem utraque pars his, quæ iudicata ſunt, non acquieuerit, iubemus per loci iudicem [e] executioni perfectè mãdari. Ne uerò [f] obijciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de preſbytero, ſciendum eſt, quia ſuperius in conſtitutione eadem libr. C. legitur appellatione clericorũ etiã presbyteros & diacones contineri. uerba autẽ legis iſta ſunt: Præsbyteros aũt, & diacones & lectores, & cantores, quos omnes clericos appellamus: & reliqua.

Item Gregorius Romano defenſori Siciliæ.

Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat.

CAN. XXXVI.

Peruenit ad nos, quòd ſi quis contra quoslibet clericos cauſam habeat, deſpectis eorũ epiſcopis, eoſdem clericos tuos facias iudicio exhiberi: quod ſi ita eſt, ualde conſtat eſſe incongruum: ſed hac tibi authoritate pręcipimus, ut denuò hoc facere non præſumas: ſed ſi quis contra quemlibet clericum cauſam habuerit, epiſcopũ ipſius adeat: ut aut ipſe cognoſcat, aut certè ab ipſo iudice deputentur: aut ſi forte [g] ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendos iudices ab ipſo executio [h] deputata compellat. Si quis uerò laicus, uel clericus contra epiſcopũ cauſam habuerit, tunc te interponere [i] debes, ut inter eos, aut ipſe cognoſcas, aut certè te admonente ſibi iudices eligant. Nam ſi ſua unicuiq; epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos eccleſiaſticus cuſtodiri ille ordo debuit, confundatur?

Idem Ianuario epiſcopo Caralitano.

A laicis iudicibus, clerici non ſunt opprimendi.

Presbyter an poſſit ab inferiori epiſcopo iudicari.

[1] Sed cõtra xvj.q.ij. uiſis.in fin.qđ dic ut plene not. Innocen.extra de offi.or. quanto.& de præbẽ. in Lateranẽ.& not. p B.extra de priuil. cũ & plãtare. §.in eccleſijs.

† Adde ad iſtud c. an epiſcopi ſint illuſtres, & dic ꝙ ſũt ſimiles illuſtribus, ut probatͣ in l. ad ſimilitudinẽ, & ibi Bal. C.de epi.& cle. proprie tñ ſũt ſpectabiles ſecundũ Alexã. de Imo.ĩ gl. tit. col.ij. ff.đ iuriſ. om iu.

[2] Idẽ ſentit Inno. extra de priuil. cũ olim propter. ĩ gl. & male.& in tali caſu monachus etiã conſtituit procuratorẽ:ut ip[ſe] not. extra de reſcriptis. cum dilecta.ĩ prin.

[a] Non ab alio.id eſt, non à contrario. quandoque enim ab inferiori poteſt iudicari. [1] Hug.tamẽ huic literæ adhæſit, qui dixit ſolum epiſcopum eſſe ordinarium iudicem clerici:& per hoc quod dicit doceat prius,&c. Sed tu dicas, quod prælati eccleſiæ collegiatæ habent iuriſdictionẽ, ut xv.q.iiij. cap.j.extra de immuni.eccleſ.nõ minus.extra de iudi.capit.ij.C.de iuriſdict. omniũ iudi. l.ul.extra de officio ord. cũ ab eccleſiarum. ſed qđ hic dicit prius doceat. &c. dicas priuſquam ſecularẽ. Hu.tamẽ dixit ſolum epiſcopum habere ptãtem excommunicandi:u: xvj. qõ.ij.uiſis, in fi. ubi dicit, quod excõmunicatio ſit mucro epiſcopalis. Et ꝙ ſolus epiſcopus debeat de cauſis matrimonialibus cognoſcere.xxxv. q.vj.multorum. & melius dicit noua conſtitutio extra de exceſ.præla.accedentibus. Conſuetudo tamẽ ĩ talibus dat iuriſdictionem, ut ix.quæſtio.iij.conqueſtus.C.de emãcip. libe.l.j.

[b] Aut monachũ. conuentum noĩe monaſterij rõne alicuius ſucceſsionis, quæ obuenit monaſterio p eũ. alias non cõpetit actio contra monachum, cũ nihil habeat, uel intellige qđ fideiuſsit de mandato eccleſiæ ſuæ, uel & ſine mãdato, ſed pecunia eſt cõuerſa in utilitatẽ eccleſiæ, ut noua cõſtitutio dicit, qđ quibuſdã. extra de fideiuſ. Si aũt monachus cõtra aliquẽ deliquit ipſe monachus cõueniendus eſt, nõ eccleſia: ut xviij. q.ij.hoc tantum.ſicut ſeruus cõuenitur, qui deliquit non eius dominus. C.de noxa.l.pen.& ulti.in fi. Primo aũt loco caſtigatio monachi ſpectat ad abbatem, ut xxiiij.q.iij.corripiantur: & extra de offic. ordin. quanto.extra de appellat.reprehenſibilis.ubi autem procedendum eſt ſecũdum ordinem.iuris, tunc ſolus epiſcopus eſt iudex ſecũdum Hu.ut hic dicitur. Alij dicunt, quod abbas habet ordinariam iuriſdictionẽ ſuper monachos ſuos, & excommunicare eos poteſt, ut extra de maio.& obed.cum in eccleſijs.

[c] Aut aſcetriam.id eſt, incluſam, quæ ſemper aſsidue moratur ibi.

[d] Doceat,id eſt,adeat.

[e] Iudicem. ſi ipſemet non poteſt.& eſt ſimile.C.de epiſco.audi. l.epiſcopale.

[f] Ne uero. Hæc ſunt originaliter uerba Gregorij.

[g] Peruenit. Aut ſi forte extra de fo.cõpe.ſi quis contra.

[h] Executio. Id eſt executor ad hoc deputatus, ſcilicet archidiaconus, ut xxv.diſt.plectis.& extra de fo.cõpe. nullus. [3] Cũ aũt iudex recuſat, in optione actoris erat, an uellet quod recuſatus delegaret cauſam alijs, uel qđ partes cogerentur ad eligẽdos iudices, ut extra de foro cõp.licet.& c.ſi qs. Hodie aũt ſi iudex recuſatus fuerit, & ꝓbata fuerit cauſa recuſationis, ad arbitriũ recuſatoris ipſe, q recuſatus fuerit, dabit iudices, uel trãſmittet negotiũ ad ſuperiorẽ:ut in cõſt. cũ ſpeciali. extra de appel. Sed quæro, an iudices delegati ab epo poſſint partes punire. ſi nõ uenirẽt ad iudiciũ? Nõ uĩ:q̃a ſolus delegatꝰ a principe pt citare, ut ĩ auth.de litig.§.omnẽ.colla. viij. Nec alij pñt ſuas ſententias mãdare executioni, quã ordinarij, uel delegati a principe:ut C.de bo.autho.iud.poſ. auth.& q iurat.ff. de re iud.l.a diuo. Et ſolus delegatus a principe pt mittere in poſſeſsionẽ.ff.de iuriſd.om.iud.iubere. Poteſt tñ dici, ꝙ ſecundum iura noſtra ſubdelegatus habet coercitionẽ:quia poteſt interdicere eccleſiam:ut extra de offi.dele.ex literis. in ſi.& ſecundũ legẽ modicã ſaltẽ habebũt coercitionẽ ſubdelegati. C.de ſportu.l.ij.& ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.l.ulti.in fi.

[i] Interponere. hoc uerum eſt in modicis uel minimis cauſis. Nam maiores cauſæ epiſcoporum ad metropoli-

Iudice recuſato qđ fiet.

[3] Iſta decreta. hodie eſt remota, & fuit ĩ prima cõpilatione, & erat ſecũda decre. eiuſdẽ tit. & eſt palea. ĩ.c. nullus clericus.

De legatus epi an poſsit citare.

CAN. XXXVII.

FRatris & coepiſcopi noſtri Felicis, & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quòd in inſula Sardinia ſacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuã miniſtri tui deſpiciant, dũq; ſolũ à uobis ſimplicitati [a] ſtudetur, quantũ uidemus, diſciplina negligitur.

Item Gregorius Mauricio Imperatori.

Sacerdotes a regibus ſunt honorandi, non iudicandi.

CAN. XXXVIII.

SAcerdotibus autem non ex terrena poteſtate dominus noſter † citius indignetur, ſed excellenti conſideratione propter eum, cuius ſerui ſunt, eis ita dominetur, ut etiam debitã reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquijs ſacerdotes aliquando dij, aliquãdo Angeli uocant. Nam & ad Moyſen de eo, qui ad iuramentũ deducendus eſt, dicitur. Applica illum ad Deos, id eſt, ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt: Dijs non detrahes, id eſt, ſacerdotibus. Et propheta ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt [b] ſcientiam, id eſt, iuſtitiam: & legẽ exquirunt ex ore eius: quia Angelus domini exercituum eſt. Quid igitur mirũ, ſi illos ueſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipſe etiam appellat [c] Deus? Eccleſiaſtica quoq; hiſtoria teſtaẽ, quia cũ piæ memoriæ Conſtantino principi in ſcripto oblatæ accuſationes cõtra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant epiſcopos conuocans, in eorũ conſpectu libellos, quos acceperat incendit, [d] dicens, Vos dij eſtis, à uero Deo conſtituti. Ite, & inter uos cauſas ueſtras diſcutite: quia dignum non eſt, ut nos iudicemus deos. In qua ſententia ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa.

Ante eum quippe pagani in republica principes fuerũt, qui uerũ Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant: & tamen eorum ſacerdotibus honorẽ maximum tribuebant. Quid ergo mirum ſi Chriſtianus Imperator ueri Dei ſacerdotes dignatur honorare, dum pagani (ut prædiximus) principes honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui dijs ligneis & lapideis ſeruiebant? Hæc ergo non tantum ſpecialiter [e] quantum generaliter pro omnibus aſſerimus ſacerdotibus: quoniam adhuc neſcimus quis in terribili iudicio Dei qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat dominus, & reliqua. Nam ſunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortaſſe, quæ uos laudatis, ille reprehendet: & quæ uos reprehenditis, ille laudabit. 1.Cor.4.a

Item ex concilio Mileuitano.

Qua pœna feriatur clericus clericum ad ſecularia iudicia pertrahens.

CAN. XXXIX.

INolita [f] præſumptio uſq; adeò illicitis auſibus aditum patefecit, ut clerici clericos (ſuo relicto pontifice [g]) ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus, ut hoc decætero non præſumatur. Si quis hoc præſumpſerit facere, conuentus & cauſam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Clericus apud ciuilem iudicem iudicari nõ debet.

---

etropolitanũ deferũtur: ut vj.q.iiij.c.ſi inter. ix. q.iij. cap. conqueſtus. & lxxxv. diſt.c.j.

[a] FRatris. Simplicitati. Supra xxxix. diſt. Petrus.

[b] SAcerdotib9. Cuſtodiunt. id eſt, cuſtodire debent: ut ĩ.ead. qõ. iiij.c.nolite.

[c] Appellat. Ergo ex ſola appellatione nominis aliqs cõſequitur ius. [1] ſic xxxij. q.iiij.ca. dicat. C.de lat.lib. tol.l.unica.§.pen. extra de præſump. illud. inſt.de adop. §. ult. Arg. contra ij. q.j.c.multi. ĩ fi. ubi dicit, quod ſola nominatio non ſufficit. C.de pba. l.non epiſtolis. & l.finali.

[d] Incẽdit. Hic uides, quod iudex debet deſtruere libellum, qui nõ eſt legitime compoſitus: ut ij.q.ult. c. ultimo.

[e] Specialiter. pro bonis. ſed etiã generaliter pro bonis & malis [2] uel non tantũ pro præſentibus, qui nunc accuſantur & non conuincunẽ, ſed etiã pro omnibus alijs. xlij.q.ij. non æſtimemus.

[f] INolita. Hoc cap. de actore, & ſequens de reo loquiẽ. Et not. ꝙ ſi actor traxerit reũ ad iudicem non ſuum, perdit cauſam: ſed ſi reus traxerit actorem, pro conuicto habetur: ut C.de iuriſdi.om.iud.l.in criminali. Hoc tamẽ intelligas lite conteſtata: quia ſi ante litis cõteſtationẽ deſiſtit, non incidit i pœnã: [3] ut ĩ.e.c.prox. & ff.rẽ ra.ha.l.amplius. & ff.de in ius uocã.l. quãuis. licet ſit ar. cõtra. C.de trãſac. l.ſi qs maior. ĩ.e. c.placuit. Et quod dicit qđ cauſam perdit, dicũt quidam ipſo iure. uerius credo, quod ꝑ ſententiam: & hoc innuit hoc uerbũ conuentus.

[g] Pontifice. Hic manifeſte habes, ꝙ in cauſa eccleſiaſtica neuter põt adire aliũ iudicem ſiue i ciuili, ſiue in criminali negotio laici aũt ſine conſenſu ordinarij eligunt alium iudicẽ in ciuili negotio: ut ff. de iudic.l.j. C. de iuriſdi. om. iud.l.j. ſed nõ criminali: ut C.de iuriſd.om. iud.l.i criminali. ĩ.ea. ca.ſi quis cũ clerico. Sꝫ in clerico requiriẽ cõſenſus epiſcopi, & ẽt proprius cõſenſus. arg. hic, & ix.q.ij.c.j. & ĩ.ea. c.clericũ. & c.nullus. & c.inolita. & vj.

[1] Argu. ad hoc 94 diſt. dñs, ubi & hoc ar. contra C.de teſt l.neq;. C. d lib.cau. iubemus. Archi.

[redacted]

[2] Secundum Hu. bene inducit authoritas Apoſtoli: ſed qđ ſequiẽ fuit ſiũa M.& B.l-ſi. ſecundum Lau. Actoris punitio reũ ad iudicem nõ ſuum trahentis.

[3] Idẽ Bar. Bal. Ang. Cy.& Paulus & Caſ. in di. l.in criminali in gl.alle.

Clerici an poſsint ĩ iudicẽ nõ ſuum conueniri.

Q

& vj.q.iij.c.denique. & iij.q.vj.c.non licet. extra de foro compe.c.ſignificaſti. Et eſt triplex ratio quare laicus poteſt. & nõ clericus: quia laicus põt iurare ſine licentia ſui iudicis, ſed clericus nõ: ut extra de iura.calum.inhærentes. Sed non poſſet coram laico litigare, niſi ibi iuraret. Item ab alio epiſcopo non põt ordines accipere: ergo nec iudicium quod maius eſt: ut ix.q.ij.cap. nullus primas. Itẽ nõ poteſt ab alio quã à ſuo prælato petere iudiciũ animæ, quod eſt occultum: ergo multo fortius nec manifeſtum, ut de pœn.diſt.vj.c.placuit. Item incõuenieus iã eſſet, quod unus epiſcopus iudicaret clericos alterius epiſcopi, quod eſſe nõ debet: ut ix.q.ij.per totũ. & ſic oẽs de uno epiſcopatu poſſent ſibi aliũ epiſcopũ eligere i iudicẽ. nec renunciare pt clericus huic iuri. extra de foro cõpet. c.ſi diligenti. Credo tamẽ, quod licet non poſsint renũciare expreſſe, quod tñ ſponte, id eſt, tacite poſſunt cõſentire in aliũ iudicẽ. [1] Nam arbitrium ſpõte eligunt, & iudicẽ delegatũ: alioqui exſufflatum erit priuilegiũ clericorũ, quod clericus põt eligere corã quo iudice uelit litigare, in cõſtit.Frid. authẽ.habita.C.ne filius pro pre. Item multa poſſum facere ſpõte, ad quæ nõ poſſum me pacto adſtringere. Nã poſſum iſtituere aliquẽ hæredẽ, nõ tñ hoc pacto ad hoc me adſtringere poſſum: ut C.de pac.l.ul. Itẽ tacite poſſum renũtiare foro, licet non expreſſe, ſicut tacite papa renũtiat priuilegio ſuo: vtij.q.vij.c.nos ſi. & qõ. v.c.mandaſtis. Sicut tacite poſſum renuntiare exceptioni procuratoriæ contra militẽ, ſed nõ expreſſe: ut ff.de procura.l.filiusfamilias. §.ueterani. ſimiliter tacite poſſum renũtiare iuramẽto calũniæ, ſed nõ expreſſe. C.de iur.cal.l.ij.in fi. Et quod ſponte poſsit reſpondere, habes iij.q.vj.pulſatus. Io. Quicquid dicat Io. hoc tene, quod in laicũ nullo modo cõſentit clericus: ut extra de foro cõpe.ſi diligenti. nec in clericũ ſine conſenſu epi: ut extra de fo.cõpe.ſignificaſti. B.

[1] Hoc ñ puto uerum ſecũdum Goffre. ut iij.q.vj.non liceat. ut ibi dixi. Archi.

CAN. XL.

PLacuit, ut quiſquis epiſcoporum, præsbyterorum & diaconorum ſeu clericorũ, cũ in eccleſia ei crimen fuerit intẽtatum, [a] uel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari [b] uoluerit, etiã ſi pro ipſo lata fuerit ſententia, locum ſuum amittat: [c] & hoc in criminali actione. In ciuili uerò perdat quod euicit, ſi locũ ſuũ obtinere maluerit. Si quidem ad eligendos iudices iniquè [d] de eccleſiæ conſortio iudicat, qui de uniuerſa eccleſia malè ſentiendo, de iudicio ſeculari poſcit auxilium: cum priuatorũ etiã cauſas Apoſtolus ad eccleſiam deferri, atque ibidem determinari præcipiat.

Item ex eodem.

Clericus non accuſetur, niſi ante eccleſiaſticum iudicem.

CAN. XLI.

DE diuerſis ordinibus eccleſiæ ſeruientibus, ſi quis in cauſam criminis incurrerit & abnuerit iudicium eccleſiaſticũ debet periclitari. [e]

Item conſti.lxxiiij.c.j.

Qui cum clerico litigium habet, epiſcopum ipſius adeat.

CAN. XLII.

SI quis cum clerico litigium habuerit: ſi quidem de cauſa pecuniaria, adeat prius epiſcopum, cuius iudicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille autem ſine damno, [f] & ſine dilatione competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem noluerit [g] epiſcopus litem dirimere, tunc ad ciuilem iudicem diſceptatio cauſæ perueniat: ubi autem dirimere epiſcopus uult cauſam, ſine ſcriptura [h] omnia procedãt, & diffinitiua ſententia ab eo ſine ſcriptis feratur. Quòd ſi de criminali cauſa litigiũ ẽmerſerit, tũc cõpetentes iudices in hac ciuitate, uel in prouincijs interpellati, conſentaneũ legibus terminum cauſæ imponãt ita tamẽ, ut diſceptatio litis duorum [i] menſium ſpatium non excedat à litis cõteſtatione numerandũ. Itẽ. In criminalibus uerò cauſis nunquam ſine ſcriptura procedere debet. Non autem aliter puniatur [k] clericus, niſi ob noxius repertus ſacerdotio nudatus fuerit ab epiſcopo ſuo, uel clericatus honore. Si autem crimen eccleſiaſticum eſt, tunc ſecundũ canones ab epiſcopo ſuo cauſæ examinatio & pœna procedant, nullam communionem alijs iudicibus in huiuſmodi caſibus habentibus.

Item ex concilio Calcedonenſi.

Clericus aduerſus clericũ negotium habens, ſecularia iudicia non exerceat.

[a] PLacuit. Incẽtatũ.i.obiectum. Et ſic loquitur cũ lis ſit cõteſtata.

ADDITIO.

Sic etiã intelligũt Hug. B. & Laur. Sed Bart. Brix. dicit, Ego credo, quod poſsit intelligi cũ nondum lis fuerit cõteſtata corã eo.

[b] Purgari. per hoc patet, quod loquitur de reo: ſed quod dicit poſtea euicit, intellige id in quo eſt abſolutus.

[c] Locũ ſuũ amittat, i. deponatur.

[d] Inique. Contumeliã enim facit iudici, qui eo relicto uadit ad alterũ ut. ff.de arbi.l.litigatores. Similiter ſi quis rẽ deducit corã uno iudice, & deducit poſtea coram alio, perdit litem. C.de aliter. col.l.j. in fine.

[e] DE diuerſis. Periclitari, id eſt, deponi.

[f] SI quis cũ clerico. Dãno. ſportularum, ad quas clerici nõ tenent, ut i auth.de ſanc.epiſ. §.ſportularũ.colla.ix. ergo nec aduerſarij ipſorum teneri debẽt: ut C.de fruct. & lit.expẽ.l.ult.

[g] Noluerit. illud non tenet. Vel dic noluerit, i.non potuerit: quia forte talẽ cãm nõ pt audire.

[h] Sine ſcriptura. Sine ſcriptura procedit eps, cũ iudicat inter ſuos clericos. Similiter in modicis cauſis nõ requirit ſcripturam: ut in auth. de mã. prin. §.ſit tibi. col.iij. Nõ ob. 3.ij. q.j.in primis. ubi dr omnia nulla, quæ ſine ſcripto pferũt. Illud n. tantũ tenet in criminalibus & maioribus negotijs.

[i] Duorum. Hoc non tenet: ut iij.q iij.cap.induciæ. §. ſpatium.

[k] Puniatur. Nec illud tenet, ut extra de iudi. cum non

[redacted] de Cu. in l. nemo post glo. C. de iur. om. iudi. & Ang. in l. cũ procurator. §. dñs. ff. de operis no. nunt. & l. quãuis. de dã. infect.

Vt patet extra de iudi. qualiter. in fi. Sed contra in authẽ. de ſanct.epi. §. ſi quis ubi de hoc.

non ab homine.

Arbitros eligere quã que cogũtur litigãtes.

a Sicut cleric⁹. a Arbitros. Et hæc eſt rõ, q̃a metropolitanus nõ ẽ iudex clerici: uñ ſub eo nõ d̃bet cõueniri, nec coram epõ debet cõueniri, cum non poſsit eſſe actor & iudex ut extra de reſtit. ſpo. conquerente. & extra de cõceſ. præb. & eccl. non uacan. poſt electionem. in fi. Sed quis coget eum eligere arbitros? Reſpondet, epiſcopus, licet ſit ei ſuſpect⁹, ut extra de app. ſecũdo requiris. Itẽ in alio caſu cogit ipſum eligere arbitros, ſ. cũ recuſat eum uel delegatũ ab eo, ut ſ. eadem. peruenit.

b Audiatur. ſ. vj. q. ij. c. eps. contra. ſed ibi ſoluitur.

c Synodi. Ergo ſi habet ciuilis cã contra epm, ſolus metropolitan⁹ nõ põt audire, ut hic, & vj. q. iiij. ſi iter. ſed forte hoc non tenet in maioribus cauſis, uel loquitur ſecundũ antiqua tempora, qñ pro ſingulis cauſis fiebat conciliũ, ut ĩ. ea. quæſ. iij. c. ij. & iij.

d In clericorũ. Supra ij. q. j. in primis. in fi. extra de iudi. at ſi.

† Verba Grat. incipiunt.

e Quia res. Nec etiã actionẽ põt quis credere alij poſtquam res eſt deducta in litigium, ut C. eo. l. ij. nec ualet priuilegium impetratum tempore litis, extra de teſtib. cauſam. xvj. q. vj. placuit. C. unde ui. authoritatem. C. de fun. & ſal. reip. li xj. l. ſi qua. nec res litigioſa põt dedicari. ff. de litigi. l. ult. qui autem rem litigioſam alienat, & alienatio nulla eſt, & præterea punitur

CAN. XLIII.

Si clericus aduerſus clericum habet negotium, non relinquat ſuum epiſcopum, & ad ſecularia iudicia non concurrat, ſed prius negotium agitetur apud propriũ epiſcopũ: Vel certè ſi fuerit negotiũ ipſius epiſcopi, apud arbitros [a] ex utraque parte electos audiatur [b] negotium. Siquis uerò contra hoc fecerit canonum correctionibus ſubiaceat. Et ſi clericus aduerſus ſuum, uel alium epiſcopum habeat cauſam, apud audientiam ſynodi [c] prouinciæ conqueratur. Si uerò contra ipſius prouinciæ metropolitanum epiſcopum epiſcopus ſiue clericus habeat controuerſiam, pergant ad ipſius diœceſis primates, aut certè ad Conſtãtinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem, ut eorum ibi negotium terminetur.

Itẽ ex concil. Agathenſi.

PALEA.

iij *Clericũ nullus p̃ſumat apud ſecularẽ iudicem epõ non permittẽte pulſare, ſed ſi pulſatus fuerit, nõ reſp̃odeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium iudicio ſeculari proponere.* †

Ex his oĩbus datur intelligi, q̃ clericus ad publica iudicia, nec in ciuili, nec ĩ criminali cauſa eſt producendus, niſi fortè ciuilem cãm eps decidere noluerit, uel in criminali cã nõ ſui honoris cingulo eũ denudauerit. Illud aũt quod in epiſtola Clementis dictum eſt, non cognitorẽ ſecularium negotiorum te uult deus eſſe: ex epiſcopali unctione intelligẽdũ ẽ. Non. n. in epiſcopũ ungitur, ut cognitor ſeculariũ iudiciorũ reſideat, ſed ut procurator aĩarum, & diſtributor ſp̃ualium exiſtat. Prohibetur ergo ſecularibus negotijs occupari, non ad tẽpus ſequeſter fieri, uel ſecularia iudicia non de rebus ſecularibus, ſed ſecularium uirorum intelligenda ſunt. Iudicia de rebus ſecularibus ſecularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli: Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contẽptibiles, q ſunt in eccleſia, conſtituite. Iudicia uerò ſecularium, ſecularia appellãtur, iuxta illud Apoſtoli in epiſtola Clementis qd' ex ſubſequentibus datur intelligi, cum dicitur, Hęc opera quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant ſibi inuicẽ uacantes laici. Prohibẽtur ergo clerici à cognitiõe negotiorum ſecularium uirorum, non ſecularium cauſarum. Negotia quippe clericorum, ſiue criminalia, ſiue ciuilia fuerint, nõ niſi apud eccleſiaſticum iudicem uentilanda ſunt.

1.Cor.6.a

Vnde Adrianus Papa ait.

Non niſi in foro ſuo audiatur clericus.

CAN. XLIIII.

Clericus, ſiue laicus, ſi de crimine aut lite pulſatus fuerit, nõ alibi quàm in foro ſuo prouocatus audiatur.

Idem, *De eodem.*

CAN. XLV.

In clericorum [d] cauſa huiuſmodi forma ſeruetur, ut nequaquam eorum ſententia à non ſuo iudice dicta conſtringat.

Res uerò, in litigio poſita ante legitimum cognitionis euentum in nullam debet omnino transferri perſonam.

Vnde Gelaſius Papa Quingeſio epiſcopo.

In nullam transferatur perſonam res in litigio poſita ante cognitionis euentum. CAN. XLVI.

Quia res [e] in litigio [f] poſita, in nullam transferri poteſt omnino per-

Litigioſa res certis in caſibus alienari poteſt.

Litigioſa res quæ dicitur.

uenditor, & emptor, ſi ſciuit rem litigioſam, ut extra ut lit. penden. eccleſia. C. eodẽ. l. ulti. In caſibus tamẽ licite alienatur res litigioſa. ſ. ex cã dotis, uel tranſactionis, uel donationis propter nuptias, uel ex cã legati, uel diuiſionis rerum hæreditariarũ, ut C. de litig. l. ultima. Item licite alienatur res litigioſa, q̃ ſeruari nõ poteſt. ff. famil. erciſcun. alienationes. & ff. de petitio. hæredi. diuus.

f In litigio. Res dicitur litigioſa de cuius dominio, uel quaſi cã uertitur

uertitur inter petitorē & poſſeſſorem uel iudiciaria cōuētione, uel pcibus principi oblatis, & per eum ad uerſario cognitis, ut i auth. de liti. in prin. col. viij. y

z Exigere. Hoc intellige cū poſſeſſor eſt ſuſpectus, alias poſſeſſor ſemp utitur fructibus pendente lite, ut ſ. v. j. q. iiij. uolum⁹. extra ut lit. pendē te. l. memoria.

y Et not. qđ authē. quæ poni tur C. đ li tig. auth. res litigio ſa. in corporalibus locum habet, ut patet authē. de litigio. §. ad hoc. hic adde, qđ no. ex tra ut lite pen. c. ij. ī glo. pe. & de alie. iu. mutā. cau ſa facta. c. j. & de reſti. ſpo. ſæpe. Arch.

b Vod uero Et ē certum quod ſic ī. ea dem. inolita.

Ed ponatur. Hæc q. diuidit in x. partes, in qua rū prima pbat per xx. c. qđ ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt. Secunda ibi uerum hoc. Tertia ibi, Sed hoc. Quarta ibi, De his. V. ibi, Si ergo. Sexta ibi, Cū ergo. Septima ibi, Idē eſt. Octaua ibi, Quod autem. Nona ibi, Excōicationis. Decima ibi, Presbyteris. Io. de Fant.

c Sed ponatur. Hic quæritur, an ille ſit dignus depoſitione qui excommunicatus uel ſuſpenſus celebrat? Et certe ſic, ut ī. c. ſi quis presbyter. & extra de cle. excom. mi. ca. j. ij. & iij. & beneficio poterit priuari. eo. ti. capit. fraternitati. niſi diſpenſet cum eo. ut lxiij. diſt. Salonitanæ. Magiſter tamē proſequitur aliam quæſtionem ſcilicet utrū ſentē tia teneat, ſiue iuſta ſiue iniuſta. Tribus aūt modis dicā tur ſententia iuſta ſiue iniuſta, ut ī. ea. c. eps. §. ſi ergo. ſ. ex aio, cū malo uel bono zelo ſententiat. Ex cā. ſcilicet cū certa cā ſubeſt, uel non ſubeſt. Ex ordine cum ſeruat uel prætermittit ordo iuris. Item ſniā alia eſt cōdēnationis, alia excōicationis, alia

Sententia dicitur iuſta uel iniuſta tripliciter.

Sententia eſt multiplex.

ſonam, donec legitimę cognitionis euentu, cui potius debeat, iudiciaria diſceptatiōe poſsit agnoſci, ex eadē re quiſpiā nō ſinatur exigere z penſiones, ſed in eodē ſtatu re eadem poſita, in quo uideť (ſicut dictū eſt) ante conſtitutā litē, quiſquis ſibi putat quippiam poſſe competere, iuridico pulſet examine, prę iudicijs omnibus inde ſubmotis.

QVAESTIO II.

Vòd uerò b culpa illa ſuſpenſione digna ſit, ex capitulo illo Mileuitani cōcilij liquidò cōſtat: ſi. n. cōmunione priuandus eſt, qui clericum ad ciuilē iudicē crediderit protrahē dū, multò magis ſuſpenſione dignus eſt, qui ſui epi iudicium interpellantē ad iudicium ſeculare pertrahere non dubitauit.

QVAES. III.

Ed ponatur, c qđ hæc culpa ſuſpēſione digna nō fuerit, quæritur utrùm ſit deponēdus, qui officiū contra probibitionem epiſcopi celebrare auſus eſt. Sed quòd ſententia epiſcopi ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda ſit, Gregorius teſtatur dicēs:

Timenda eſt ſententia paſtoris.

CAN. I.

ſuſpenſionis, alia præcepti, quæ tñ improprie dicitur ſententia. Sententia condemnationis ſemper tenet, niſi ſit iniuſta ex ordine: tunc non ualet, ut ij. qō. vj. c. ei qui. §. diffinitiua. alias ſemp tenet, niſi appelle tur ab ea. Item ſententia excommunicationis ordinē requirit, & etiam cauſę cognitionē, ut ij. q. j. nemo epiſcopus extra de appel. reprehenſibilis. extra de ſentē. excom. ſacro. Siue tamē ſit iniuſta ex cauſa, uel ex animo, uel ex ordine, ſemp tenet, ut ī. e. ſi epiſcopus. Forte nec releuatur p appellationē, niſi quo ad cognitionē, ut extra de ſen tē. excō. per tuas. Sententia aūt mādati, uel præcepti nō ligat, niſi id qđ præcipit ſpectet ad officium præcipiē tis. vij. q. j. quia frater noſter. Primo autē probat G. uſque ad §. pmiſsis. ī. in c. ſi eps. q ſententiæ epi etiā iniuſtæ ſit parēdum. deinde probat eā quēquā apud deū non ligare. de hac materia pleni⁹ habet ij. q. j. iſumma.

Ententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt. a †

Item ex conciclio Antiocheno.

A ſuo epiſcopo excommunicatus, non eſt ab alio recipiendus.

CAN. II.

j SI quis à proprio epiſcopo excommunicatus eſt, nec eum prius ab alijs e debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut concilio f facto epiſcopis occurrat, & reſpondeat, & ſynodo ſatisfecerit, q ſtatuerit g ſub alia eum ſententia recipi, quod & circa laicos, & presbyteros, & diacones & omnes, qui in clero ſunt, conuenit obſeruari.

Item Nicolaus ad Lotharium regem.

Excommunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat.

CAN. III.

PRæcipuè Gualdradæ pellicis tuæ, & dudū à te repudiatæ communionem declina, excommunicata eſt enim, & uſque ad præſentiam noſtram ab omni contubernio Chriſtianorum ſequeſtrata. Quamobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro unius mulierculæ paſsione uinctus & obligatus, ad perenne traharis exitiū. Deterius q̄ppe in populis prȩlati delinquūt, ac p hoc ipſi crudeli⁹, q̄ cæteri puniūtur, h ut

d SEntentia. Timēda eſt. Niſi ī duobus caſib⁹. ſ. cum ſentētia eſt poſt appellationē lata, & cum continet intolerabilem errorem. extra de ſen. excō. per tuas. Tertiū caſum apponūt quidam, cū pro indebitis exactionibus aliquis excommunicat, ut extra de exceſ. pl. cū ad quorūdā. ſ

e SI quis à proprio. Ab alijs. Similiter q ſuſpēſus eſt ab uno, ſuſpēſus ē quātum ad oēs, ut vij. q. j. ſi quis presbyter. & iij. q. v. quiſquis.

f Cōcilio. Hodie ſol⁹ metropolitan⁹ cognoſcit đ cā excōicationis, ut ex. de ſen. exc. p tuas.

g Quod ſtatuerit, ſcilicet ſynodus.

h PRæcipue. Puniūtur. ī. xx v. q. j. nulli fas.

Duos.

ʒ Sub. exceptis ꝰ caſib⁹ poſitis ſub e. §. diffinitiua.

† Limitat Ioan. Geeſon li. j. folio. 188. col. 3.

Excōmunicatiōis ſentētia ī duobus caſibus non eſt timenda.

ſ Hic ſcd ſ tētiam ſequit Goſ. in hac decre. cū ad quorūdā, dicēs, qđ hic eſt cā ſus ſpecialis in quo non tenet ſentētia à ſuo iudice lata. Sed B. Bri. ibi no. cōtra, intelligēs cum Ala. qđ illa decre. continet indulgentiam.

ait beatus Grego. Scire prælati debent, quòd ſi peruerſa unquā perpetrāt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos per ditionis exēpla transmittunt. Vnde neceſſe eſt, ut tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant, quātò per praua quæ faciunt, non ſoli moriuntur. & infra. Cæterum præcaue, ne quando nobis ſecundū domini præceptū duos a aut tres teſtes adhibeamus, imo uerò hoc ſanctæ eccleſiæ dicamus: & (quod non optamus) decætero fias cūctis ſicut ethnicus & publicanus.

Item ex concilio Sardicenſi. cap. xvij.

De eodem.

CAN. IIII.

SI epiſcopus forte iracundus b (quod eſſe non debet) cito c & aſperè d cōmoueē aduerſus præsbyterum, ſiue diaconem, & eum de eccleſia exterminare uoluerit, prouidendum eſt, ne innocēs damnetur, aut perdat communionem: & ideo habet poteſtatē e is qui eſt abiectus, ut epiſcopos finitimos interpellet f & cauſa eius audiaē, ac diligentius pertracteē. Ille uerò epiſcopus, qui iuſtè uel iniuſtè eū abiecit, patiēter accipiat, ut negotiū diſcutiaē, uel probetur eius ſententia a plurimis, uel emēdetur, tamen priuſquam omnia diligenter ac fideliter examinentur, eū qui fuerat cōmunione priuatus, ante cognitionē nullus debet præſumere, ut communioni ſociet.

Item ex concilio Carthaginenſi.

De eodem.

CAN. V.

ij SI quis præsbyter ab epiſcopo ſuo correctus g fuerit, debet utiq; apud uicinos epiſcopos cōqueri, ut ab ipſis eius cauſa poſsit audiri, & per ipſos ſuo epiſcopo reconciliari: quod ſi non fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſe cernendū ſe ab epiſcopi ſui cōione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathematizetur, & nihilominus locum amittat. At ſi querimoniā iuſtam habuerit aduerſus epiſcopum inquirendum eſt.

Item ex concilio Antiocheno.

De ijs qui damnati a ſynodo ſacra miniſteria contingunt.

CAN. VI.

iij SI quis epiſcopus damnatur à ſynodo, uel ſi presbyter aut diaconus a ſuo epiſcopo, & auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro cōtingere, ſiue epiſcopus iuxta præcedētem conſuetudinem, ſiue presbyter, ſiue diaconus, nullo modo licet ei, nec in alia h ſynodo ſpē reſtitutionis, aut locū ſatisfactionis habere: ſed & cōicantes ei omnes abijci de eccleſia oportet, & maximè i ſi poſtquam didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint.

Item ex concilio Martini papæ.

Sine ſpe ſit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præſumit.

[CAN.] VII.

iiij SI quis epiſcopus in cōcilio excōmunicatus fuerit, ſiue presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, & poſt ex

a Duos. Ergo in cauſa denunciationis idē poteſt eſſe iudex, accuſator & teſtis. extra de ſimo. c. licet. Item eſt hic argu. quod Euāgelica admonitio nō ſolū habet locum in occultis, ſed & in manifeſtis. ij. quæſt. j. c. ſi peccauerit.

b SI epiſcopus forte iracundus. id eſt, ut ex animo ſit iniuſta.

c Cito, id eſt, non ſeruato ordine iuris.

d Et aſpere. Quia non adſit cauſa.

e Poteſtatem. Authoritate huius canonis.

f Interpellet. Secundum hæc iura quilibet excōmunicatus audiebaē, qui uolebat ſe probare iniuſte excōmunicatum, hodie ſecus, niſi ſit poſt appellationem excōmunicatus: uel niſi dicat errorem expreſſum in ſentētia, ut extra eodē tit. c. p tuas. Si quis ergo conqueritur metropolitano de iniuſta excōmunicatione, aut appellauit ad eū, aut non. Si appellauit, primo pſtabit cautionē abſoluendus, quod ſtabit iuri: deinde optionē hēt, an uelit eum abſoluere, uel remittere abſoluendum ei, à quo appellauit: ut extra de ſent. exc. c. per tuas. Si non appellauit ad eū, ſecundū priora iura debet remittere abſoluēdum. & ſi ille noluerit abſoluere, tūc Metropolitanus poterit eū abſoluere: ut extra de offi. ord. ad reprimendā. Si tñ uiderit ſniam excommunicationis euidenter iniuſtā, poteſt pronuntiare ipſam iniuſtā, licet nō ſit appellatū ad eum: ut extra de appel. ſolicitudinē. Itē ecōuerſo ſi eſt appellatū ad eū, & uiderit iuſtam eſſe cauſam excōicationis, tenet eū remittere abſoluendū: ut extra de ſen. excom. c. per tuas. in fin. Hodie autem licet non appelletur ad ſuperiorē, ſi tamē eſt periculū ī mora, pōt eū ſtatim abſoluere, ut extra eod. c. ſacro.

g SI quis preſbyter. Correctus, i. ſuſpenſus uel excōicatus minori excōicatione ut patet per id qđ ſequitur, anathematizetur.

h SI quis epiſcopus. In alia. Ergo epiſcopi non poſſunt diſpēſare cum talibus, qui poſt excōicationē celebrāt, cum nec cōcilium hoc poſſit. Arg. contra ij. q. v. quæ de cauſa. Poſſet tamē dici, quod eps cū talibus poſſet diſpenſare. & expone qđ ſpem, &c. i. ipſi ſic delinquentes non debeāt habere ſpē reſtitutionis, quia ſibi incluſerūt. ſic vij. q j. c. ſi qs pſbyter. ſ. lxxxij. di. c. plurimus. i ſi. cōſtat tñ quod ipſe poteſt in caſibus talibus diſpēſare.

i Maxime. Id eſt, tantum. ſic xij. di. c. illud. xviij. diſt. c. peruenit. xvj. q. iij. c. per ſingulas.

k SI quis. Videtur quod iſti clerici, qui cōmunicant excōicato in diuinis officijs, pari excōicatione ligenē, ut extra de ſenten excō. ca. ſignificauit.

Per

a Hic dicit Io. de Fant. qđ ex iſta litera daē intelligi, qđ ubi dictum eſt, ſi peccauerit in te frater tuus, &c. dictum eſſe de notorijs. Nam prout ipſe not. ij. q. j. ſi peccauerit. delictū iſtius erat notoriū: ut e. q. ij. Lothariꝰ Archi.

Excōicatus conquerens metropolitano an poſsit ab eo abſolui.

Excōicatum & celebrantē nō abſoluit epiſcopus.

cõmunicationem præſumpſerit, ſiue epiſcopus ille, aut presbyter aut diaconus facere oblationẽ, uel matutinum, uel ueſpertinum ſacrificium quaſi in officio ſuo agere ſicut prius: non liceat ei, nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec ultra reconciliari: ſed etiam eos, qui ei communicauerunt, omnes ab eccleſia reſpui: maximè omnes, qui ſciebant eum eſſe deiectum. Si autem permanſit turbans & concitans eccleſiã per forinſecam [a] poteſtatem oportet eum ſicut ſeditionariũ ab omni plebe expelli.

Item ex concilio Agathenſi.

De epiſcopis, qui innocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommunicant.

CAN. VIII.

EPiſcopi ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocentes, aut minimis [b] cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiã baptiſmatis feſtinãtes fortaſſe recipere noluerint: à uicinis epiſcopis eiuſdẽ prouinciæ literis moneantur, & ſi parere noluerint, communio illis uſque ad tempus ſynodi à reliquis epiſcopis denegetur: ne fortè per excommunicationis peccatũ [c] excõicati longo tempore morte præueniantur.

Item ex concilio Aphricano.

De ijs, qui tempore ſuæ excõmunicationis cõmunicare præſumunt. CAN. IX.

PLacuit uniuerſo concilio, ut qui excõmunicatus fuerit pro ſuo neglectu, [d] ſiue epiſcopus quilibet, ſiue clericus: & tẽpore ſuæ excõicationis ante audientiam cõicare præſumpſerit: ipſe in ſe damnationis ſententiam iudicetur protuliſſe.

Item Nicolaus Papa.

Deponantur epiſcopi, qui excommunicatis communicant.

CAN. X.

TEugualdum Treuerenſem, & primatẽ Belgicæ prouinciæ, & Gũtbariũ Agrippinæ coloniç archiepiſcopos, nũc corã nobis & ſancta ſynodo ſub geſtorum inſinuatione qualiter cauſam Lotharij regis, & duarũ mulierũ eius, Thebergæ, ſcilicet & Gualdradæ recognouerint & iudicauerint, [e] ſcriptum ſuper hoc proprijs manibus roboratũ offerentes, nihil ſe plus uel minus aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis teſtibus affirmãtes: & ſententiam, quã à ſede apoſtolica in Engeltrudam uxorem Boſonis ſanctiſsimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & cæteri epiſcopi noſtri petiuerãt emittendã, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonicè protuleramus, publicè ſe uiua uoce uiolaſſe confitentes: in quibus omnibus inuenimus eos apoſtolicas atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſsiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe: ab omni iudicamus ſacerdotij officio manere penitus alienos: & ideo ſancti Spiritus iudicio, & beati Petri per nos authoritate epatus exutos regimine conſiſtere definientes. Prædictis aũt depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi, & cõmunicandi ſicut laicis, & loquendi ſuas utilitates: [f] non autem turbas concitandi, uel ſcandalum ſolicitandi illis tribuimus facultatem. Quantum autẽ ad epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, etiam nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo iam decreuiſſe conſtat.

Item Clemens.

Clerici & laici, qui non obediunt epiſcopis, infames efficiuntur. CAN. XI.

SI autem uobis epis nõ obedierint omnes presbyteri, & reliqui clerici omneſque principes [g] tam maioris ordinis, quàm inferioris, atq; reliqui populi, nõ ſolũ infa

a Per forinſecã .i. manu laici. ſ. xvij. di. nec licuit.

EPiſcopi ſi ſacerdotali.

b Minimis. Ergo pro minoribus cauſis, nõ eſt quis excõmunicãdus, quod uerũ eſt: ut j. ea. c. nullus. Sed contra, nõne pro ſola cõtumacia eſt quis excõmunicandus? ut j. ca. certum. [1] ergo ſiue crimẽ ſit magnũ, ſiue paruum, nunquam eſt excõmunicandus aliquis niſi ſit contumax. Ad hoc dicunt quidam, quod ab homine non ſit aliquis excomunicandus niſi pro contumacia: ſed à canone bene, ut xvij. qõ. iiij. ſi quis ſuadente. Hoc nõ eſt uerũ: quia quãdoq; excõmonicatur aliquis pro cõtumacia, quãdoq; pro crimine, ut extra de uerb. ſigni. ex parte. Ioan. Sed certe illa decre. dicit, quod pro offenſa ſit aliquis excõmunicandus, cum non uult ſatisfacere, & ita pro cõtumacia. quare alia diſtinctio eſt melior. B.

c Peccatum. Arg. quod citius moritur quis propter peccatũ: ut xij. q. j. ca. ij. & tollit Deus malos de medio, [2] ne peccatum eorũ augeat. xxiij. q. iiij. ca uindicta, & tollit bonos ne malitia malorum immutet intellectum eorum. de pœ. diſt. iiij. c. ſi ex bono.

d PLacuit. Neglectu. uidetur ergo quod pro negligẽtia aliquis excõicetur, ſicut pro negligẽtiã aliquis deponitur: [3] ut lxxxj. dist. c. dictum eſt.

TEugualdum Treuerẽſem.

e Iudicauerint. Sic patet, quod ... niſi index, qui male iudicat, ut di. ij. q. vi. hoc etiam.

f Vtilitates. Quod nulli prohibetur, ut iiij. q. vj. omnibus.

g SI autẽ. Principes. Ergo Imperatores ſubſunt epiſcopis, & ab eis poſſunt excõicari. xcvj. diſt. duo. mitius tamen cum eis [4] agendũ eſt, quã cum alijs: ut xij. q. ij. de rebus. & ſi in pluribus epiſcopatibus habet Imperator domicilium, quilibet poteſt eũ excõicare. ff. ad municip. aſſumptio.

Si quis

Excõicatio, an pro ſola contumacia fertur.

1 Et ſ. v. q. ij. c. ij. ſed forte hic loquitur de excõicatione, quæ pro diuerſis cauſis infertur. ar. lxxxvj diſt. tanta.

Moriunt boni & mali.

2 Id eſt de hac uita. xxiij. qõ. iiij. hæc autem uita.

3 Sic neglectus culpã geminat. xvij. qõ. j. ſi cuſtos in ſi.

Imperator ab epiſcopo excõicari poteſt.

4 Adde arg. cõtra s. ea. q. præcipue. uerſi. deterius. xv. qõ. j. nulli. Anchi.

mes, ſed etiam extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, & à liminibus ſanctæ Dei eccľię alieni erūt.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

In Chriſtum peccat, qui ueritatis doctorem contriſtat.

CAN. XII.

QVicunque contriſtauerit doctorem ueritatis, peccat in Chriſtū, & patrem omniū exacerbat Deū, propter quod & uita carebit æterna.

Item Ambroſius in libro de officijs.

Simulata uirtutum affectione, obedientia epiſcopo non denegetur.

CAN. XIII.

SI quis uerò non obediat epiſcopo, ſeſe extollere atq; exaltare deſiderans, quærens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectione doctrinæ, aut humilitatis, aut miſericordiæ, is à uero deuius ſuperbit. Quoniā ueritatis ea regula eſt, ut nihil facias commendandi [a] tui cauſa, quò minor alius fiat, neque ſi quid boni operis habeas, id ad deformationem [b] alterius & uſurpationē exerceas.

Non defendas improbum, & ſancta indigno cō mittenda non arbitreris. Neque iterum [c] arguas & impugnes, cuius crimē non deprehenderis.

Item Antherius Papa.

Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur.

CAN. XIIII.

ABſit ut quicquam ſiniſtrum [d] de his arbitremur, qui apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cælorum habentes, ante iudicij diem iudicant. In ueteri quidem lege habetur: Quicunq; ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo, aut gladio [e] ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore. † Nunc uerò inobediens ſpirituali animaduerſione truncatur, eiectus autem de eccleſia rapido ore dæmonum [f] diſcerpitur.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus.

CAN. XV.

SI inimicus [g] eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis, uos nolite expectare ut ipſe uobis dicat, &c. ut ſuprà in tractatu ordinandorum, ubi agitur de obedientia minorū erga maiores.

Item Fabianus epſ.

Excommunicatus eſt, qui ex communicatis communicat.

CAN. XVI.

SIcut apoſtoli [h] ſtatuerūt dicentes cū excōicatis nō eſt cōicandū, & ſi quis cum excōmunicato aduerſando [i] † regulas ſcienter ſaltem [k] in

---

[a] SI quis. Commendandi. Nam aliorum honorēs alijs non debēt eſſe occaſio nocendi, ut C. de ſtatu & imag. l. ulti. nec aliquis debet illud appetere, per quod honor aliorum minuatur, ut xcix. diſtinct. nullus. nec tibi debes conſulere cum alterius iniuria. xxij. q. ij primum nec aliquid facias in domo tua quod uicino noceat, ut ff. de regu. iur. domnium. Si tamen facias aliquid eo ꝓpoſito, ut tibi proſit, licet alij noceat, non peccas. ar. ff. de aqua pluuia. arcē. l. j. §. denique. ff. de dam. infecto. l. fluminū. §. ultis. & l. ſeq.

[b] Ad informationem. C. de ſtatu. & imag. l. ult.

[c] Iterum. Id eſt, multoties.

[d] ABſit. Siniſtrum. Hoc eſt uerū in ijs, quæ poſſunt trahi ad bonū, & ad malū, ubi ſemper in meliorem partem eſt interpretādum, ut xlj. diſt. c. j. & extra de reg. iur. eſtote. Si ergo clericus amplectitur mulierem, interpretabiť quod cauſa benedicendi [1] eā hoc faciat, ut xcvj. diſt. in ſcripturis. tamē quādoq; canon ſolam confabulationem interpretatur in deteriorem partem, ut xxvij. q. j. nec aliqua.

[e] Aut gladio. Hic habes quod olim inobedientia capite puniebatur, ergo & hodie repelleret à promotione. liiij. diſtin. multos. non tñ qualibet inobedientia capite puniebaǐ, ſed ſola illa, q̄ ſchiſma inducebat, ut vij. q. j. denique. in fi. & de hoc nn. iij. q. j. in prin.

[f] Dæmonum. Hoc olim fiebat ad literā. [1] hodie tñ ſatanæ traditur, ut cītius commertatur. ut ī. cap. audi. in princip. & cap. omnis Chriſtianus.

[g] SI inimicus. Ab hoc loco incipit tractare de duplici excōicatione. Et not. ꝙ quædam excōicatio eſt ſimplex, ſiue minor, q̄ ſeparat à ſacramētis, & ab ingreſſu eccleſiæ. Alia ſolennis, quæ proprie diciť anathema, quæ ſeparat & à cōione fideliū. De utraque iſtarū habes iij. q. iij. Engeltrudā. Maior excōicatio imponiť, uel ꝓ maiori crimine, uel ꝓ cōtumacia. Minor infligiť, ꝓ quolibet mortali, ut ī. e. audi. & imponiť ſiue pœnitēti ſiue ñ pœnitēti uel à ſeipſo, [1] uel à ſuo ſacerdote loco pœnæ. Pœnitēs tñ melius facit ſi authoritate ſacerdotis abſtinet à ſacramētis. de pœn. di. j. in actione. impœnitēti aūt imponiť quādoq; à Deo. ſ. quādo eſt in mortali peccato. Tūc enim quantum ad Deū priuatus eſt ſacramētis, ut ī. e. audi. quādoq; à ſeipſo, & male. ſ. cum nō uult pœnitere, & ceſſat à ſacramentis, qa hoc ſibi putat ſufficere ad pœnam ſine pœnitentia, ut de pœ. di. j. ſunt q arbitranť. Sed ſi non putat ſibi ſufficere, ſed abſtinet, qa putat ſe indignū, bene facit, ut de conſe. di. ij. qui ſcelerate. Quādoq; infligiť à ſacerdote loco pœnæ cū uult pœnitere. q̄nque à canone. ſ. cum quis cōicat excōicato. In his duobus caſib⁹ eſt neceſſaria recōciliatio, ut ī ea. excellentiſſimus 50. di. in capite. Si ergo quis ſit excōicatus, ſemper à ſuo excōicatore eſt abſoluendus, niſi uel ſit appellatum ab eo, uel ipſe ſit negligens, ut dixi ī. ea. ſi epſ forte. Sed ſi à canone eſt excōicatus, poteſt abſolui à ſuo ſacerdote, ſecundū diſtinctionem. extra de ſen. excom. nuper. Hæc aūt pœna eſt non ſeruātis excōicationē. ſi clericus eſt, deponiť, ut ī. ea. ſi qs pſbyter. & ſi laic⁹, tant⁹ abſoluiť. ī. e. qui iubēte.

[h] SIcut apoſtoli. Paulus ſtatuit ij. quæ. j. multi. & Ioan. xxiiij. q. j. omnis.

[i] Aduerſando. i. contemnendo.

[k] Saltem. Nedum alibi.

Clericus amplectēs mulierem præſumit bene agere.

[1] Benedicēdi. Hæc glo. more ſuo ironica eſt, alioquin eam reprehendit Aug. Climaſi, (uerb. præſumptio.) Phi. Deci. l. nō bene m. 11. (ubi dixi) C. uaſe legi. inc. cū nō ab homine. col. 4. de iudic. Felc. Rip. in rub. extra de iudicijs. num. 26. & debet inſpici natura & qualitas act⁹ c. literas. c. tertio loco de præſumpt.

Inobediētia an ſit capite punienda.

[1] Vt xlv. diſt. c. cum beatus. §. Salomon.

Excōicatio duas habet ſpecies.

† Vt de pœ. diſt. j. porro. alias incipit, facilius. ī. e. §. euidenter. Arch.

Deut. 17.

† Adde ad hoc textū in l. iij. §. qui ſtationis. & §. in bello. ff. de re milita.

Excōicatus à quo eſt abſoluendus.

† Auertēdo.

domo [a] ſimul locutus fuerit, uel orauerit, [b] ille cõione [c] priuetur.

Item Calixtus Papa.

De eodem.

CAN. XVII.

EXcõicatos quoſcunq; à ſacerdotibus nullus recipiat ante utriuſque [d] partis examinationem iuſtam, nec cum eis in oratione, aut cibo aut potu; aut oſculo communicet, nec aue [e] eis dicat: quia quicunq; in his, uel alijs prohibitis ſcienter excommunicatis communicauerint, iuxta apoſtolorum inſtitutionem & ipſi ſimili excommunicationi ſubiacebunt.

Item Iſidorus.

De eodem.

CAN. XVIII.

CVm excommunicato neque orare, neque loqui (niſi quæ ad eandem excommunicationẽ pertinent) nec ueſci licet. Si quis enim cum eo, aut palam, aut abſconsè locutus fuerit, ſtatim [f] cum eo communem excommunicationis contrahat pœnam.

Item ex concilio Carthaginenſi.

De eodem.

CAN. XIX.

QVi communicauerit, uel orauerit cũ excommunicato, ſi laicus eſt, excommunicetur, [g] ſi clericus, deponatur.

Item ex decreto Honorij Papæ.

Excommunicatorum nomina uicinis omnibus palam et publicè annuntientur.

CAN. XX.

CVræ ſit omnibus epiſcopis [h] excommunicatorum omnino nomina tam epiſcopis uicinis, quam ſuis parochianis pariter indicare, † eaq; in celebri loco poſita præ foribus eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in utraq; diligẽtia excommunicatis, ubiq; eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis [i] cauſa omnibus auferatur.

2 *Verùm hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. excommunicationis enim pœnã dupliciter ſubimus, & dũ reatũ incurrimus, & dum ſententia notamur.*

Vnde Hieronymus in libro Iudicum.

Duobus modis aliquis ſatanæ traditur.

CAN. XXI.

AVdi denique Apoſtolum dicentem de eo, qui peccauerat, Tradidi (inquit) huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, ut

---

a Domo. Id eſt, ſub eodem tecto, ut xxxv. q. vj. epiſcopus in ſynodo. largius ſumitur domus. ff. ad Sylla. l. j. §. eodem.

Excõmunicat⁹ nõ intret eccleſiam.

b Vel orauerit. Si ergo excommunicatus intrat eccleſiam, omnes exibunt, ut xxiij quæſt. j. omnis qui. ſacerdos tamen ſi incepit miſſam nõ exibit, quia nõ relinquet officiũ in explecum, ut vij. q. j. nihil.

c Communione. Scilicet maiori. q͛a iam inciderat in minorem. ſ. ea. q. ſi quis presbyter.

Excõmunicat⁹ an poſsit abſolui aduerſario ignorãte.

d EXcommunicatos. Vtriuſq; ſcilicet excommunicantis, & excommunicati. Per hoc c. dixerũt quidã quod ignorãte aduerſario nõ poſſet excõmunicat⁹ abſolui. i qđ falſum eſt, ut extra de appella. qua frõte. niſi pro crimine ſit excõmunicatus. tũc enim oportet ut primo ei ſatisfaciat, ut extra de uerb. ſigni. ex parte. j. in fine. Vel dic quod ſi iudex ad querelam alicuius excommunicauit aliquem, tunc non abſoluet eum ante quam ab aduerſario intelligat, an ſit pro manifeſto delicto excõicatus, uel non: ut ĩ. ead. ſeruetur. Si autem iudex nõ ad alicuius querelam excommunicauit aliquem, tunc ſuperior ipſum ſtatim poteſt abſoluere, ut in conſtit. Innoc. extra de app. cum ſpeciali.

i Arg. ad hoc extra li. vj. đ appel. Romana. §. ſentẽtia. q͛a merita cãrũ, &c. extra de in integr. reſti. cum ex literis. Arch.

e Nec aue. xxiiij. q. j. oĩs q recedit.

f CVm excõicato. Statĩm. ergo eſt canõ iſte latæ ſententiæ minoris excõicationis. i Præterea ſi non corrigit ſe, excommunicatur per ſententiam: ut ĩ. ea. c. proximo.

k Sic ĩ. e. ſi quis frater. Archi.

g QVi cõmunicauerit. Excõicetur. ſi communicat in crimine & crimĩnoſo, eſt pari excõicatione cum ipſo ligatus, nec poteſt abſolui, niſi ab excõicatore. ſed ſi communicat ei, ſed non in crimine tunc poteſt à ſolo ſacerdote abſolui, extra e. nuper.

Literis epiſcopi an ſit credendum.

h CVræ. Epiſcopis. Hic habes quod literis epi creditur, & habes expreſſe extra de proba. poſt ceſsionem. & inſtrumẽtis aliorum principũ creditur, ſi conſuetudo regionis hoc habet, ut extra de fide inſtru. cum dilectus. Sed obijcit, cũ uiua uox potior, ſit quã mortua, quare nõ credit uerbo epi in talibus, ut vj. q. ij. ſi tantum & c. placuit. Nec Papa epo credit, qui dicit ſe excõicaſſe alium, ut extra de teſti. cum tu fili. q̃nq; n. elogia ex mala fide ſcribunt, ut ff. de cuſt. & exhi. reo. l. diu⁹. Nec ſcripturæ tabellionis creditur, niſi habeat teſtiũ ſubſcriptionem: ut in auth. de hære. & Fal §. ſancimus. col. j. nec inſtrumẽto procuratoris. extra. de procu. ca. j. nec inſtrumẽto iudicis, ut extra de teſti. cũ à nobis. l Et H. dicit qđ ſemper ſtaĩ ſigillo epi. quia obtinet uicẽ publici inſtrumẽti extra de fi. inſtru. ſcripta. & de fide inſt. peruenit. Alij dicunt, q͛ non credit ei, niſi redactum ſit in publicã formã, ut in authẽ. ut null li iudic. §. ſi uero. colla. ix. & C. de dona. in donatiõibus. Vel niſi habeat ſubſcriptionẽ teſtiũ, & ſi nõ ſit p publicã manũ factũ, quia forte ibi nõ ſunt publicæ perſonæ, ut xvj. q. iij. c placuit. §. põt. Hodie expeditum eſt circa ordinẽ iudiciorũ, qđ nõ pſumit ꝓ iudice, niſi quantũ alias ꝓbari põt, extra de ꝓba. q̃m cõtra. In omnib⁹ alijs pſumo ꝓ ſnĩa iudicis. ſ. q͛ ſit iuſta ex aĩo, & ex cã, & quantũ ad ius litigatoris, ut in cõſtitutione, cũ ſpeciali. ex̃. de app.

l Hæc decr. loquit̃ i ciuitate Beneuẽtana, ubi notarij dicũtur iudices. & hoc ẽ ueritas ſecũdum Inno.

† Cõcor. text. in l. monumẽtorũ. cum gl. C. đ re li. & ſumpti. ſun. & l. iſtrumẽta. & l. rationes. C. de proba.

i Excuſationis. Arg. q͛ contra ea quæ publice facta ſunt, nemo poſtmodũ audiendus eſt, ut viij. qõ. j. licet. liiij. diſ. nulli. xvj. di. quod dicitis. xij. q. ij. qui & humanis. Argu. contra lxxxij. di. propoſuiſti. in fine.

1. Cor. 5. b

Verum. Hæc eſt ij. pars quæſ. in qua uult probare, quod non tenemur uitare omnes excommunicatos, ſed illos ſolos, qui ſunt excõicati nominatim. & ponit multos modos excõmunicationis, & hoc probat per vij. autho. ſanctorum patrum. Io. de Fant.

AVdi denique.

CASVS. Oſtendit Hiero. in hoc c. quid dupliciter

ſaluus fiat ſpiritus eius in die domini. Vides ergo, quia & modò, non ſolum per apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorū, ſed etiā per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolum ſoluendi ſed etiam ligandi. Traduntur autem peccatores in interitum carnis, cum pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur. Et (ut mihi uidetur) dupliciter etiam nunc traduntur homines de eccleſia in poteſtatem zabuli, hoc modo, quo ſuperius diximus, cùm delictum eius manifeſtum fit eccleſiæ, & de eccleſia per ſacerdotem pellitur, ut notatus ab omnibus erubeſcat, & conuerſo eueniat ei illud quod ſequitur, ut ſpiritus ſaluus fiat in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Alio uerò modo quis traditus eſt zabulo, cum peccatum eius non eſt manifeſtum hominibus. Deus autem, qui uidet in abſcondito, perſpiciens eius mentem & animum eius uitijs ac paſſionibus ſeruiētem, & in corde eius non ſe diligi, ſed aut auaritiam: aut libidinē aut iactantiam, uel alia huiuſmodi: iſtum talem Dominus tradit ſatanæ. a Quomodo autem tradit eum ſatanæ? Diſcedit à mente eius, & auertit ſe, refugit à cogitationibus eius malis, & deſiderijs eius indignis, & relinquit domū cordis eius uacuā.

Cùm ergo per ſententiā quis nominatus fuerit, cū eo cōicare nō debemus. Cū aūt ſolo reatu occultæ excōicationis cōtraxerit pœnā, non eſt ab eius cōione ceſſandū. Vnde dominus in euāgelio tūc demū peccatorē dixit habēdū ſicut ethnicū & publicanū cū eccleſiā audire cōtēpſerit. Apoſtolus quoq; non ait, Si quis frater eſt fornicator: ſed, Si qs frater nominatur fornicator, &c. ſententiæ nominationē in intelligens. Hinc etiā Vrbanus Guilimundo epiſcopo, Sanè qđ ſuper Richardo. Require in cauſa, Quidam b *epiſcopus in hæreſim lapſus.*

Hinc etiam Chriſtus in Euāgelio zizania dixit eē tolerāda uſq; ad meſſem.

Hinc etiam Hieronymus in eodem lib. Iudicum.

Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt.

CAN. XXII.

NOlite recedere à domino uſq; in noDiernum diem, hoc eſt, donec ſeculū ſtat. Oſtēdat c ergo mihi quomodo Iebuſæus donec ſeculū ſtat, habitet cū filijs Iuda in Ieruſalē: quippe cū nec ipſi quidē filij Iuda habitēt in Ieruſalē. iō ergo nec iſtud uerū eſſe poterit, ꝙ Iebuſæi cū Iudęis in Ieruſalē habitent, qñ nec ipſi quidē habitant in ea. Sed nos intelligimus hoc ſpūaliter, aſſumentes euangelij parabolā, quæ dicit de zizanijs: d Sinite utraq; creſcere, e ne fortè uolētes eradicare zizania, eradicetis ſimul cū ipſis & triticū f & ſ. Audi ergo ſcripturā dicentem, quia non potuerūt filij Iuda diſperdere Iebuſæos, ſed habitauerūt cū ipſis uſq; in hodiernū diē in Ieruſalem. Vnde deprecor uos, qui fideles eſtis, ut ita uitam ueſtrā & conuerſationē ſeruetis, ne in aliquo, uel ipſi ſcandalum patiamini, uel alijs ſcandalum faciatis, ſed ſit uobis ſummi ſtudij ſummæque cautelæ, ne quis in hanc ſanctorum congregationem pollutus introeat, ne quis Iebuſæus habitet in uobis. Vides enim, quia dicit ſcriptura, quòd non potuerunt eijcere filij Iuda Iebuſæos de Ieruſalem. Iebuſæus autem in

... dicitur quis excōmunicari, & tradi ſatanæ. Primo quādo quis anathematizatur, ſicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quē tradidit ſatanæ in interitū carnis, ut ſpiritus in die iudicij ſaluaretur. Quod non ſolum per Apoſtolos, ſed per eos, qui in eccleſia præſident fit quotidie: & dicūtur homines tradi ſatanæ, cum à tota eccleſia ſeparantur. Secūdo modo excommunicatur quis uel traditur diabolo, cū per occultum peccatū quod ſolus Deus in abſcondito uidet, ſeparatur à Deo. Vel unam. à gratia Dei.

a Satanæ. Satanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet poteſtatē, qua ſi in pecore ſuo, ut xxiiij. q. j. c. miramur §. his authoritatibus. in fine.

b Quidam. ſ. xxiiij. q. ij. c. iij.

c Nolite recedere Oſtēdat. ſupple qui hoc ad literam uult intelligere.

ADDITIO.

Nec ſemper etiam ad literam intelligēdæ ſunt authoritates. de conſe. di. ij. acceſſerunt. xxxvij. diſt. relatum. xxxiij. q. iij ecce. arg. extra de uerb. ſig. præterea. ff. de leg. iij. non aliter. xxvj. q. v. nec mirum Archidiacon.

d De zizanijs. Id eſt, de occultis peccatoribus.

e Vtraque creſcere. Id eſt, malos eſſe cum bonis.

f Triticum. Argu. ad quōnem, ubi un⁹ interfectus eſt ab uno ē tribus, ſi dubitat̄ à quo, quod rōne dubitationis oēs debeāt ꝑmoueri, q̄ rōne dubitationis uitioſa & ſuperflua toleratur. xij. q. ij. nō æſtimemus. ex. de ſepul. ſacris ſimile xiiij. q. v. deniq;. & ſanctius eſt impunitū &c. ff. de pœnis ab ſentē. Ar. cōtra de pœnit. di. v. ſi q uero. ff. ad l. Aquil. ita uulneratus. vj. qō. ij. ſi tantū. & c. placuit. Itē eſt hic ar. qđ rōne cōnexionis ꝑmittit quod alias non licet. ſic lxxxj. diſtin. tātis, & c. cum oibus. & ff. de mino. deniq;. & l. uerū. & l. etiā. & quid iuris ſit de hoc, in quæſtionibus notaui. B.

Neque

Dubitatio facit uitioſa tolerari.

Mat. 18. c

1. Cor. 5. d

Mat. 13. d

Mat. 13. d

Ioſue 15. g

Ioſue 15. g

terpretatur conculcatio. Eſto ergo, quia non poſſumus eijcere iſtos, qui nos conculcant, eos quos ſaltem poſſumus, quorum peccata manifeſta ſunt, eijciamus. Vbi.n. peccatū manifeſtum nō eſt, eijcere de eccleſia neminē poſſumus ne fortè eradicantes zizania, eradicemus cum illis & triticum. Mouet tamen me, quod dixit, quia nō potuerunt eijcere Iebuſæos, id eſt, eos, qui interpretantur conculcatio. Et ideo uideamus, qui ſunt in eccleſia conculcantes: illi ſine dubio, de quibus dominus dicebat in euangelio, Nolite mittere ſanctum canibus, neque margaritas [a] antè porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi diſrūpāt uos. Iſte eſt ergo Iebuſæus, id eſt, cōculcatio, qui indignè audiunt uerbum Dei, & cum audierint, neque ut infideles diſcedūt, neque permanent, ut fideles. Sed percepta myſteriorum notitia, & fidei noſtræ ſecretioribus perſcrutatis, conuerſi poſt modū impugnant nos, & contra dictionibus ſuis corda noſtra diſrumpunt, conculcātes uerbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De iſtis ergo dicitur, quia non potuerunt filij Iuda eijcere Iebuſæum de Ieruſalem uſq; in hodiernum diem.

Item idem ſuper duodecim prophetas.

Porcis & canibus ſancta nō ſunt committenda.

CAN. XXIII.

Qvando [b] ergo uir eccleſiaſticus & prudens atque intelligēs multas impietates in ea, quæ uocatur domus Dei, eſſe cognouerit, & non ſolùm multas, ſed etiā fortes, & quæ opprimere poſſint iuſtitiā, & intantum doctorum rabiem proceſſiſſe, ut accipiant [c] pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes deuitent in portis, & audire contemnāt, taceat in illo tempore, † ne det ſanctū canibus [redacted] & ne mittat margaritas ante porcos, qui conuerſi conculcent eas, & imitetur Ieremiam dicentem. Solus ſedebam: quia amaritudine repletus eram. Iere.15.d

Item Ioan. Chryſoſtomus in epiſtola ad Hebræos.

Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet. CAN. XXIIII.

AD menſam quippe paganorū, ſi uolueris ire, ſine ulla prohibitione permittimus. [d] Si enim quis frater nominatur, inter uos, fratrē in hoc loco oēm fidelē ſimpliciter intellige, non monachū tantū quid aūt eſt, quod fraternitatē uocat, niſi lauacrū regenerationis, quod facit poſſe uocari Deū patrē? Si quis (inquit) nominatus fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi neq; cibū ſumere debetis. 1.Cor.5.d Cū aūt de paganis ageret, non ita, ſed ſi quis uos uocauerit ex infidelibus (paganos ſignificans) & uultis ire, omne quod apponitur uobis, comedite: Luc.10.b ſi quis frater nominetur ebrioſus, &c. O quanta integritas, nos non ſolùm non fugimus ebrioſos, ſed etiā imus ad eos participantes cum eis.

Euidenter itaq; ex præmiſſis apparet, ꝙ eorum cōmunionem uitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt, ſed ipſius ſententiæ notatio multipliciter intelligitur.

Aliquādo.n. arcetur quis à liminibus eccleſiæ, & à cōione corporis & ſanguinis Chriſti, uel teſte [e] cōſciētia, iuxta illud Apoſtoli: Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & d calice bibat, quia qui indignè mā ducat & bibit, iudiciū ſibi mādūcat & bibit. 1.Cor.11. *Itē illud Proſperi: Facilius ſibi Deū placabūt, & c. require infrà cā xxxiij mal ficiis impeditus qōne [f] prima de pœnitētia. [g] Vel ſnīa eccleſiaſtica, ſicut pœnitētes qui bus tpe præfinito [h] beneficiū recōciliatiōis impenditur: hæc ſnīa [i] excōicatio uocatur: quia à communione corporis & ſanguinis Chriſti notatū prohibet ſicut & Adā ab eſu l igni uitę excōicatus ē domino dicētei*

[a] Neque margaritas. ſ. xliij. diſt. in mandatis.

[b] Qvando. Argu. ex hoc cap. ꝙ nō nocet taciturnitas qñ nō ꝓdeſt cōtradictio, ut ꝓnotaui xxvij. di. diaconi.

[c] Accipiant. Supr. xliiij. diſtinct. in mandatis.

[d] AD mēſam. Permittim' ad hoc ut eos lucremur. xxiij. qō. iiij. infideles. cum Iudæis tamē non poſſumus comedere, ut xxviij. q. j. oēs. Sed nec hodie cū paganis licitū eſt comedere, cum & ipſi diſcernant cibos ſicut Iudæi. Matt. Hæc ergo eſt cauſa quare poſſumus cōicare paganis, & non excōicatis, cū tamen & illi [l] ſint membrum diaboli, ut eos lucrifaciamus, tamen ideo, quia non multum curarent licet eos uitaremus, ſed excommunicati erubeſcunt ſi non cōmunicatur eis, ut ī. ca. c. audi denique.

Excōmunicatis cōmunicare non poſſumus, ſed bene paganis.

[l] Scilicet pagani.

[e] Vel teſte. Ergo aliquis contra ſeipſum fert ſentētiā ut xxj. diſtin. nunc autem. Arg. cōtra. quia nemo ſibi imperare pōt, ut ff. de arbitr. l. penul. melius tamē eſt ſi hoc faciat authoritate ſuperioris. ī. de pœ. diſtinct. j. in actione. B.

Imperare ſibi nemo poteſt.

[f] Quæſtione. i. diſtinctione. nā tractatus de pœn. per diſtinctiones diuiditur.

[g] de pœnitentia. ī. de pœn. diſ. j c. ſi cui. §. item ſicut.

[h] Tempore præfinito in cœna domini [a].

[a] Vt l. di. in capite: de conſe. di. j. in cœna. alias incipit, à quibuſdam. Archi.

[i] Sententia. Sic iudex ſecularis poteſt aliquē excommunicare, id eſt, a legitimis actibus prohibere, ut ff. de pœn. l. minoris.

Engel-

Videte ne fortè ſumatis de ligno uitæ, qua ſnīa nō ſeparatur quis à cōſortio fidelium. Eſt & alia ſnīa quæ anathema uocatur, qua quiſque ſeparatur à conſortio fideliū: de qua ſuprà. Cum excommunicatis nolite cōicare. Hāc diſtinctionē licet cuiq; aduertere ex authoritate Ioannis papæ: Engeltrudā [a] *uxorē Boſonis, &c. require ſuprà in cauſa, quidam epiſcopus à propria ſede deiectus. Itē ex authoritate eiuſdem: Si quis domū* [b] *Dei uiolauerit, &c. require infrà in cauſa xvij. quidā pſbyter infirmitate grauatus. Itē ex authoritate Sylueſtri papæ pñti decreto cenſemus, &c. require ſupra ī cauſa. In infamiā cuiuſdā epī. Iuxta igitur hanc diſtinctionē intelligēda eſt illa authoritas Innocētij: Si quis ſuadente diabolo, &c. ut infra cauſa, quidā præsbyter: ut iuxta etymologiā uocabuli anathemati, i. ſeparationi ſubiaceat qui ī edictū illud inciderit, qui à corpe et ſanguine Chrī, et ab ingreſſu* [c] *eccleſiæ ſe alienū facit qui īpias manus ī clericū iniĳcere auſus fuerit, qui ēt à nullo epōrū abſolui, i. more pœnitentiū reconciliari poterit, niſi primùm apoſtolico cōſpectui ſe repræſentare curauerit.*

Illud autem Petri de Clemente: Si inimicus eſt iſte Clemens, &c. de ſententia notatis intelligendum eſt, ſicut & illud Vrbani, [d] *quibus epiſcopi nō cōicant, &c. ut īfra in eadē cauſa. Cæterū* [e] *falſum eſſet illud Varenſis cōcilij ſecūdi, ſi tantū* [f] *epſ alieni ſceleris ſe conſciū nouit. Item & illud: Placuit, ut ſi quādo epiſcopus, &c. require ſupra in cauſa, duo fornicatores & infamia notati. &c.*

Itē Gregorius [g] *clero & populo Salonitano.*

Communicare non licet ĳs, qui excōicatis communicant.

CAN. XXV.

R Ogo [h] & moneo, ne cuiquā ſacerdoti ſupraſcripto Maximo communicanti [i] contra animam ſuam quiſquam ueſtrum cōmunicare præſumat.

Item ex concilio Toletano primo.

Nullus clericorum, uel laicorum ad domum excommunicati accedat.

CAN. XXVI.

vj S I quis laicus abſtinetur, ad domum eius, uel clericorū, uel religioſorū nullus accedat: ſimiliter & clericus ſi abſtinetur, à clericis deuitetur. Si quis uerò cum illo colloqui, aut cōuiuari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineaī. Sed hoc pertinet ad eos clericos, qui eiuſdem epiſcopi [k] ſunt & ad oēs, qui cōmoniti [l] fuerint de eo q abſtineī, ſiue laico quolibet, ſiue clerico.

ʒ *Sed hoc ſpecialiter in ĳs, qui excō catis nominatim cōicant unde infra Vrbanus:* ʒ *Sanè quod ſuper Richardo, &c. infra cauſa, quidā epiſcopus in hæreſim lapſus.* [m]

Itē Nicolaus papa in c. excellētiſſimus [n] *rex Carolus: infra circa finē huius cauſæ.*

Gen. 3.

a Engeltrudam. ſ. iij. q. iiij. c. ulti.

b Si quis domum. xvij. q. iiij. c. quiſquis. §. ſi quis domū. ſ. v. q. ij. c. ij. Ioannes.

c Ab ingreſſu. G. uideī hic ſentire, quod qui clericū uerberat, tantum eſt ſeparatus à ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ: nec obſtat ille canō, ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. quia anathema. ibi eſt idem, quod ſeparatio, hoc tamen nō tenet eccleſia: & cōtra eū eſt extra de appella. peruenit. ʒ Ioan. Fauētinus uoluit eum corrigere: & dixit talē eſſe excōicatum, ſed non uitandum antequam denuntietur: ſed expreſſe contra eū eſt extra de ſentē. excom. cum non ab homine.

ʒ Vbi vin. idem not. qđ hic dicitur. Ar.

d Vrbani. ī. ead. c. quib⁹ epiſcopi.

e Cæterum. quaſi dicat, bene diſtinguo inter excommunicatos ſimpliciter, & anathematizatos: ut ſcilicet illi ſint uitandi, iſti non.

f Si tātum. ſupra vj. quæſt. ij. ca. placuit. c. ij. & ulti.

g Item Gregor. Cōtra id, quod dixerat ſimpliciter excōicatos nō eſſe uitandos: modo oſtendit omnes excōmunicatos eſſe uitandos.

Rogo qualiter ponitur.

h R Ogo. Verbū rogandi hic præceptiue ponit monem⁹ enim quos habemus charos: ut xxviij qō. j. ſic enim. & alibi rogo non ponit deprecatiue ff. de nego. geſt. ſi ſerui mei rogatu. Sed ponit rogare ꝓ mādare. ſic ponitur mādare pro rogare. xxiij. q. iiij. Guiliſarius.

ʒ Et ita ponit cōtra propriā ſignificationē ipſius uerbi. ſic alias, ex æqualitate contract⁹ uerba accipiūtur contra ꝓpriā ſignificationē. ff. de euic. Lucius. ī fin. ff. loc.

i Communicanti. In ſacris ſecundū H. uel dic, qđ Maximus fuit excōicatus cum oibus ſuis fautoribus. Vel iſti cōicabant ei ī crimine, alias excōicatio non deſcenderet uſq; ad tertiā perſonā. ī. ea. c. quoniā multos. Nec obſt. xix. diſt. Anaſtaſius. qa ibi cōmunicabant ei in crimine hæreſis.

& condu. l. ex conducto. §. Papinianus. ubi de hoc. Archi.

k S I quis laicus. Epiſcopi. Iſti enim non poterāt ignoraī ſniam ſui epī: ut xij. q. ij. q humanis.

l Cōmoniti. Arg. quod ſufficit, ſi alicui dictū eſt de excōicatione alicuius, ut ipſum teneaī uitare, ut extra de ele. c. uenerabilem. ultra mediū. in parte deciſa. & de poſtul. prę la. ad hæc. Arg. cōtra extra de cler. excō. mi. illud. Reſpō. prima ſnia uera eſt, qñ excōmunicatio alicuius ꝑuenit ad aliū per famam publicam, alias forte ſecus eſſet, ut in contrario.

Excōmunicatus uitandus eſt.

Sed hoc. Hæc eſt tertia pars quæſt. qua dicitur, ꝙ hæc regula de uitandis excōmunicatis habet locum in excōmunicatis nominatim, & ad hoc probādum inducit nouem cap. Ioan. de Fant.

m Lapſus. xxiiij. quæſt. ij. cap. ij.

n Excellentiſſimus. ī. ea. c. excellentiſſimus.

Quibus

Item Vrbanus papa.

Sententia paſtoris timenda eſt licet iniuſtè liget.

CAN. XXVII.

QVibus epiſcopi nō cōicant, non cōicetis: a & quos eiecerint, nō recipiatis. Valde enim eſt timenda ſnia epiſcopi, licet iniuſtè liget. b

Itē ex octaua ſynodo.

Excōicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis cō municat.

CAN. XXVIII.

SI quis frater aut palàm, aut abſconsè cū excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione, ſtatim cum eo excōmunicationis cōtrahit pœnam.

Item ex concilio Carthaginenſi ſecundo.

De eodem.

CAN. XXIX.

QVi merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo presbytero uel epiſcopo, uel clerico fuerint in cōmunione ſuſcepti, et ipſe pari c cum eis crimine teneat̃ obnoxius refugiens d ſui epiſcopi regulare iudicium.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Qui ſnĩam epiſcopi putat eſſe iniuſtã, recurrat ad ſynodum.

CAN. XXX.

CLericus, e qui epiſcopi diſtrictionem circa ſe putat iniuſtam, recurrat ad ſynodum.

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper epiſtolā ad Hebræos.

Vincula eccleſiaſtica nō ſunt contemnenda.

CAN. XXXI.

NEmo contemnat eccleſiaſtica uincula: non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chr̃s, f qui hāc ptātem dedit, & dominos fecit hoies tanti honoris.

Item Auguſtinus de uerbis apoſtoli, ſermone lxviij.

Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur.

CAN. XXXII.

OMnis Chriſtianus, dilectiſsimi, qui a ſacerdotibus excōicatur ſatanæ g traditur: qūo? quia ſcilicet extra eccleſiā h diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. Vnde illos, quos tūc Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excōmunicatos a ſe eſſe demonſtrat. 1. Cor. 5. b

Idem ſuper Ioannem.

De eodem.

CAN. XXXIII.

NIhil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari i à corpore Chriſti. ſi enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius: ſi non eſt membrum eius: nō uegetatur ſpiritu eius. Quiſquis aūt (inquit Apoſtolus) ſpiritum Dei non habet, hic non eſt eius. Rom. 8. b

Item Hieronymus.

Quorū dimiſeritis peccata: &c. id eſt, quibus eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit. Mat. 16. c

Item ex concilio Mileuitano. † † c.xxij.

Vicini epiſcopi audiant eos, qui de iudicijs epiſcoporum ſuorum queruntur.

P.

P*Resbyteri diaconi uel cæteri inferio--*

---

a QVibus epiſcopi. Nō cōicetis. ſimi. vij. qō. j. ſcire debes. xciij. diſt. c. j. Nec ob. vj. q. ij. ſi tm̃. quia hic loquit̃ cū conſtat de ſnía, r ſed ſcitur eam eſſe iniuſtam.

r Sub. q̃ eſt iuſta ex ordine iudiciario.

b Ligét. Dum tamen error non ſit expreſſus in ſnía, extra eo. ꝑ tuas.

c QVi merito. Pari. Quid ergo ſi eps cōicat alicui excōicato a ſimplici ſacerdote iam ligatus eſt à canone. Sed à quo abſoluet̃. Decre. dicit quod cōmunicans excōmunicato, a ſuo prælato eſt abſoluēdus. extra de pœni. & remiſ. quod aūt. & ita à metropolitano. Sed dicas, ꝙ à ſimplici ſacerdote pōt abſolui, niſi cōicet ei in crimine: ut extra eod. nuper. uidetur tamen quod ſicut in ſuſpēſo a iure poſt pœnitentiam non requiritur aliqua abſolutio, ſic nec in excōmunicato à canone: quòd nō eſt uerū: ut in c. nuper. in fin. Sed quid ſi papa communicet excōicato? ille nō eſt ligatus, quia nō ligat ipſum canon. xxv. q. j. c. ideo ꝑmittēte. §. his ita.

Excōmunicato cō municās à quo abſolui debet.

d Refugiens. Id eſt contemnens.

e CLericus. Intellectū huius ca. habes ſ̃ ca. q. c. ſi eps̃ forte.

f NEmo. Sed Chr̃s. Ex hoc capit. dicit P. Hiſpanus haberi cauſam, quare non poſsit appellari à ſententia excōmunicatiōis, cū Chriſtus eum liget, à cuius ſententia nō pōt appellari. Alia eſt ratio, quia nemo excōmunicat̃, niſi pro contumacia: ȷ̃. ea. c. nemo. & nō auditur contumax appellãs, & ij. q. vj. c. ei qui. §. eſt autem quādo. uer. ſunt etiā quorū. Quidā aūt illā aſsignant rōnem: quia excōicatio ſecum trahit executionē ſuā. extra de appel. ca. paſtoralis. unde ſicut ab executore non appellat̃, ita nec ab hac ſnía. Sed hoc nō ualet, quia quādoque appellatur ab executor̃, cū ſcilicet excedit modum: & ſententia, qua quis abſoluit̃ ab alio, ſecū trahit executionē, tñ appellatur ab ea, extra de app. qua fronte.

Appellari nō poteſt ab excommunicatione.

s De hoc no. ſ̃. e. c. epiſcopi ſi.

g OMnis. Satanæ. Dum tñ iuſta de cauſa excōicet̃: ut xxiij. qō. iij. c. ſi quis nō recto.

h Extra eccleſiā. Argu. quod qui ſemel excōicat᷒ eſt, amplius excōicari nō ꝑ: quia qui extra eccleſiā eſt, nō pōt magis eſſe extra eā. ar. cōtra. iij. q. iiij Engeltrudā. De hoc ibi notaui.

i NIhil. Quam ſeparari. Iuſte, alias nō obeſt, ut extra eo. c. a nobis. ȷ̃. ea. cap. quid obeſt. tñ ſi cōtemnit̃, ſtatim incipit ligare. t xxiiij. q. iij. c. notandum. in fi. ſed ideo maxime eſt timenda, qa maxima eſt pœna ut xxiiij. qō. iij. c. corripiantur.

t Ad hoc ȷ̃. ea. ca. ſi qui preeſt §. cum ergo. in 6.

P Resbyteri.

CASVS.

Require caſum huius c. ſupra ij. q. vi. c. placuit. Sequēs c. planū eſt. Irrita, i. irritāda de facto, ſi eſt ipſo iure irrita: ſed nō facit hoc ca. directe ad ꝓpoſitū Grati.

Presbyteri. Hoc cap. habetur. ſ̃. ij. q. vj. c. placuit.

Irritam.

res clerici, ſi ĩ cauſis, quas habuerint de iudicijs ſuorum epiſcoporum conqueſti fuerint, uicini eos epiſcopi audiant: & inter eos quicquid eſt diffiniant, ad hibiti ab eis ex conſenſu ſuorũ epiſcoporũ: quòd ſi ab eis prouocandum putauerint, nõ prouocent, niſi ad Aphricana cõcilia, uel ad primates ſuarum prouinciarũ. Ad trãſmarina aũt qui putauerint appellãdũ, a nullo intra Aphricam in communione ſuſcipiantur.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Iniuſta epiſcoporum damnatio, irrita eſſe cenſetur.

CAN. XXXIIII.

Irritã eſſe & iniuſtã ᵃ epõrum damnationẽ cenſemus, & idcirco à ſynodo retractandam. ᵇ

Item ex concilio Carthaginenſi quinto.

Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocentiam ſuam aſſerere noluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat.

CAN. XXXV.

Rurſus ᶜ conſtitutũ eſt, ut quoties clericis conuictis, uel confeſsis in aliquo crimine, uel propter utilitatem eorũ, quorũ uerecũdiæ parcitur, uel ꝓpter eccleſię opprobriũ aut inſolentẽ inſultationẽ hęreticorum, atq; gẽtiliũ, ſi fortè cauſæ adeſſe uoluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si uerò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum uox penitus audiatur.

Item Gelaſius.

Audientiam ſuam negat, qui excommunicationis ſuæ cauſam agere intra annum differt.

CAN. XXXVI.

Qvicunque intra anni ſpatium ciuiliter ſiue publicè ᵈ cauſam ſuam coram ſuis excõicatoribus ᵉ nõ peregerint ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe ᶠ uideantur. Quòd ſi obſtinato animo ſine cõmunione defuncti fuerint, nos eorum cauſam iuxta beati Leonis ᵍ prædeceſſoris noſtri ſententiã diuino iudicio reſeruantes, quibus uiuis non communicauimus, nec mortuis cõicare debemus.

PALEA.

Qvi uerò excommunicato ſcienter cõmunicauerit, et amodo ſaltẽ in domo ſimul orauerit atq; latebras quò minus ad ſatisfactionem perducatur, præbuerit, donec ab epõ excommunicatore pœnitentiam accipiat, corporis & ſanguinis Domini communione priuatum ſe eſſe cognoſcat.

Itẽ ex cõcil. ʰ *Ilerdẽſi.*

Tardius recipiatur ad ueniã, qui ſacerdote iubente eccleſiam exire contemnit.

CAN. XXXVII.

Qvi iubente ſacerdote pro qualicunque culpa ab eccleſia exire cõtempſerit, pro noxa contumeliæ tardius ⁱ recipiatur ad ueniam.

Sed quæritur, ſi ante dãnati abſolutionẽ epiſcopũ mori contigerit, utrum dãnatus poſtea ualeat abſolui? De his ita ſtatutum eſt in concilio Eupanenſi.

A ſucceſſore ſoluetur, qui poſt mortẽ epiſcopi remanet ligatus.

ᵃ Irritam. Iniuſtam. i. irritãdam. Vel prout ſonat.

ᵇ Retractandam. De facto, ſi eſt ipſo iure irrita, ut extra de appe. ad præſentiam.

ᶜ Rurſus. Id eſt poſt alia ſtatuta. Sic pone caſum. Quidã accuſatus ſ de crimine legitime fuit citat⁹, noluit uenire, excõicatur pro cõtumacia: ſi intra annũ uenerit, audiẽt ſuper crimine, poſtea non, quia habeẽ pro cõuicto uel cõfeſſo iuris interpretatione. Nã qui excõmunicatus eſt ꝓ ſuſpicione hæreſis, poſt annũ pro hæretico habetur, ut extra de hære. excõmunicamus. circa princi. non ob. iij. qõ. ix. decreuimus. quia ibi loquitur, cũ lis eſt conteſtata. Vel ibi non puniẽ de crimine ſed pro contumacia. Sed P. Hiſpanus ꝓpter hoc uerbum purgare, intellexit hoc ca. de clerico infamato, q ſi citatur ut ſe purget, & contumax fuerit, iuris interpretatione pro conuicto habeẽ. xxiiij. quæſtio. iij. de illicita. Vel dic quod temperat illorum rigorem canonũ, qui dicebãt, quod ſi clericus contemnit excomnunicationem, ſtatim deponẽdus eſt. ſupra eadem. ſi quis presbyter. & c. ſequẽ. ſed hic propter inſultationem hæreticorum datur ei annus ad probandũ innocentiã ſuã. Sed ſi per annũ ſteterit excõmunicatus, tũc primo deponiẽ. Vel dic, qđ etiã poſt annũ põt audiri de crimine quantũ ad hoc, ut oſtẽdat innocẽtiã ſuã: ſed non quantũ ad hoc, ut recuperet bona ſua, ut C. de requi. reis. l. ij. Quod tamẽ hic dicitur đ anno, uidetur correctũ extra de cle. nõ reſid. ex tuæ. Sed dic, ꝙ nõ habetur ꝓ cõuicto ſpatio minori, quã anno, ut hic dicit, ſed tamẽ ĩ minori ſpatio põt priuari beneficijs, ut ibi. Et no. ꝙ ſeq. c. loquitur de ciuili negotio, & criminali: hoc autẽ in criminali tantum.

ª Ita qđ directe agaẽ de crimine: in quo caſu loquitur. hoc ca. & ſeq. & iij. q. ix. decernim⁹. & in iſta ca. loquitur lite conteſtata ſecũdum B. ꝙ dic ut no. extra de do. & con tu. ueritatis. in glo. hoc patet. & iij. q. x. in ſum. Archi.

ᵈ Qvicunq. Siue publice. i. ſiue criminaliter.

ᵉ Excommunicatoribus. Excõicandus eſt rẽus, cũ talis eſt cauſa, quod actor non põt mitti in poſſeſsionẽ, ut extra ut lit. nõ conteſt. tuæ.

ADDITIO.

Et intelligit hoc cap. qñ non liquet nec liquere põt de cauſa. alias eſt diſpenſatio ſecundũ Hugo.

ᶠ Clauſiſſe. Quantũ ad cauſam poſſeſsionis, ſed nõ ꝓprietatis. Vnde mitius agitur in ciuili, quã ĩ criminali cã, ut dictum eſt ĩ. cap. prox. ut extra ut lit. nõ cõte. quoniã frequẽter. Vel loquiẽ de actore cõtra quẽ bene procediẽ lite non cõteſtata, ut extra de dolo, & contu. cauſam.

ᵍ Leonis. xxiiij. qõ. ij. ſane. & c de communione.

ʰ Item ex concilio. Hę ſunt paleę. Bart.

ⁱ Qvi iubẽte. Tardius. Hoc in laico. clericus enim deponiẽ ĩ. ca. ſi quis epis. & iudex põt alicui negare iuſtitiã ꝓpter delictum ſuũ, ut ff. ex qui. cauſ. maio. ſed & ſi ꝯ actio. imo quãdoq; duplicaẽ alicui pœna propter contumaciã ſuam, ut ff. de pœn.

CAN. XXXVIII.

SI epiſcopus ante dānati abſolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem ſucceſſori [a] licebit abſoluere.

Præmiſſis authoritatibus, quibus iniuſtæ ſn̄iæ uſque ad examinationē utriuſq; partis parere iubemur, ita reſpōdetur. Gre. nō dicit ſn̄iam iniuſtè latā eſſe ſeruandā ſed timēdā. ſic & Vrbanus. [b] Timenda eſt ergo, id eſt, nō ex ſuperbia contēnenda. Reliquæ uerò authoritates de excōicatis loquuntur, qui uel uocati ad ſynodum uenire cōtēpſerunt, uel calliditatibus aduerſantiū occurrere neſciētes, iniuſtā ſn̄iam à iudice reportauerunt, uel q neglectu ſuæ uitæ ſiniſtrā de ſe opinionē naſci pmittētes, ſn̄iam in ſe exceperunt. Hos ſiquidem ſolos excōicationis ſententia ferire licet.

Vnde in Meldenſi cōcil.

Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione priuādus.

CAN. XXXIX.

NEmo epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cā communione [c] priuet eccleſiaſtica: ſub anathemate autem ſine conſcientia [d] archiepiſcopi, aut coepiſcoporum nullum præſumat ponere, niſi unde canonica docet authoritas, quia anathema æternæ eſt mortis [e] damnatio & nō niſi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerunt corrigi.

Item ex concilio Aluernenſi.

Pro paruis & leuibus cauſis nullus communione priuetur.

CAN. XL.

NVllus ſacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus [f] cauſis à communione ſuſpēdat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri [g] ab eccleſia iuſſerūt cōmittētes.

Item ex concilio Triburienſi.

Pro his tribus criminibus, quilibet communione priuetur.

CAN. XLI.

CErtū eſt pro his tribus [h] criminibus aliquem excommunicari debere, cùm ad ſynodū canonicè uocatus uenire contemnit, aut ſi poſtquam illuc uenerit, ſacerdotalib⁹ reſpuit obedire præceptis aut ſi ante finitam [i] cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo abire præſumit.

4 *De his [k] inquā & huiuſmodi pręmiſſæ authoritates loquuntur, nō de iniuſtè ſuſpēſis. Quòd autē iniuſtæ ſn̄iæ parendum nō ſit, multis authoritatibus probatur, quarum prima eſt illa Hierony. ſuper Matthæum, lib. iij.* †

Sententia paſtoris reū uel innocentē nō conſtituit uel facit.

CAN. XLII.

QVomodo [l] ſacerdos mundum leproſum non facit, ſic epiſcopus uel presbyter non alligat [m] eos, qui inſontes ſunt, nec ſoluit noxios, [n] ſed pro officio

---

de pęn. authen. damnū. §. quiſquis. & eſt ſimile s. xviij. di. ſi quis autem.

[a] SI epiſcop⁹. Succeſſori. Huic ē ſi. ſ. de iudi. mortuo. Eſt ergo hic ar. qđ ſucceſſor pōt corrigere, & tenet confirmare factū anteceſſoris ſui. xxxv. q. ix. quod quis. extra de preca. c. ij. & xvj. q. vj. illud xij. q. ij. quicunq;. & ī auth. ut nulli iudi. §. & hoc iubem⁹. Succeſſor aūt delegatij non pōt abſoluere uel reſtituere poſſeſsionē adiudicatam, niſi ſuccedat in honore & onere. extra de offic ord. paſtoralis. §. præterea.

Succeſſor factū anteceſſoris cōfirmarī tenetur.

[b] Sic & Vrbanus. ī. c. quibus epi.

[c] NEmo. Communione. Sacramentorum.

[d] Sine conſcientia. Hoc eſt uerū, cum illud delictū tangit totā ꝓuinciam: alias non tenet, ut ix. q. iij. c. ij. & c. archiepſ.

[e] Mortis. Sed cū ſit perpetua dānatio, qualiter, dicit medicinalis, ut iij. q. j. multi? Reſpon. cū contēnit eſt dānatio, alias non ut xxiiij. q. ij. notandum. in fi. Item uidetur hic, ꝙ nemo ſit excōicandus niſi ꝓ cōtumacia, ut xlv. diſ. ſed illud. & xxiiij. q. iij. tam ſacerdos. & c. eccleſiæ. ſed hoc non eſt uerum, ut extra de uerb. ſig. ex parte. Vel dic qđ tūc demū quis poteſt excōicari pro crimine, cū eſt incorrigibilis, cū aliter non poſsit corrigi. xxiij. q. iiij. forte. Ioan.

[e] Ad hoc ī. ead. qui merito. & cōſecr. di. ij. ſi non ſunt. ibi cō hoc, & no. ī. c. epiſcopi ſi. & ī c. excōicatos. & 17. q. 4. de presbyterorū. Ar.

[f] NVllus. Et leuibus. Simile ſupra ead. epiſcopi. Vel intellige de uenialibus: ut ī. de conſec. di. ij. quotidie. & c. panem de altari.

[g] Arceri. Id eſt, excommunicari. Baz. tamen intelligit, quod quiſque eſt in mortali peccato, nō debet ingredi eccleſiā, per id, qđ eſt xxxiij. quæſt. iij. uir cum propria. ſed non eſt uerum, ut ibi dixi, & ī. de pœniten. diſtinc. v. falſas. & q. j. qui ſtudet. Io.

[h] CErtum. Tribus. Id eſt, ꝓ cōtumacia iſtorum. Idem eſt de quolibet alio crimine.

[i] Ante finitam. ſic ī. de conſecra. di. j. miſſus.

De his. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua probare intendit magiſter ſuperficialiter, quod ſententiæ iniuſtæ non ſit parendū, ſcilicet quod neminē ligat apud deū, ſup. niſi contemnatur, alias contra. xxiij. quæſtio. iij. notādum. Hoc tamen intendit probare per xix. cap. quæ aliter intelliguntur, quā in ſententia excōmunicationis. Ioannes. de Fant.

[k] De his. Id eſt, de contumacibus.

[l] QVomodo. Si quis enim dicebatur leproſus, ducebatur ad ſacerdotem, & ſi ille iudicabat illum leproſum uel mundū, ita habebatur, ut ī. de pœ. di. j. ca. uoluiſſent. §. ex his itaq;. Et ſic patet qđ ſn̄ia non dat nouum ius. ſed uetus declarat, ut ff. ſi ſer. uē. ſicuti. §. iij. tn̄ ſi ſn̄ia fuerit lata pro reo, ꝑ hoc nō tollit obligatio, ut ff. de condic. inde. Iulianus. ſed ſi ꝓ actore feratur, dat ei nouā actionē, ut C. de rebus credi. actori.

† Cōmenta. c. xvj. Sentētia nō dat nouum ius.

[m] Nō alligat. quātū ad deū, ſed quantum ad eccleſiam: ut xxiiij. q. iij. ſi quis non recto.

[redacted]

[n] Nec ſoluit noxios. Talis abſolutio nō ꝓdeſt quantū ad eū, qui quærit indiſcretum ſacerdotē, ut eū per imperitia

imperitiam abſoluat:ut ꝟ. de pœ.diſtin.vj.c.qui.uult.
[a] Scit. id eſt, ſcire debet, ut iudex. Ioan.de Fan.
[b] CVi. Illata. à Dioſcoro hæretico, cuius ſnia nulla fuit. Sed quid ſi aliam tuliſſet ſniam in ſuos ſubditos? Dico q̃ tenet, quia illi qui ſunt extra eccleſiã bene habẽt iuriſdictionẽ: ut xxiij. q. v.c.ſi propterea. & iij.q.vij.c.ult. Alij contra ſentiũt, ut xxiiij. q.j.c. audiuimus. ſ; illud nõ tenet cum excommunicatus eſt, ut extra de ſent. & re iud. ad probandũ.
[c] SEcundum. Nec Dei. id eſt, Deo.
[d] Nec nocere q̃n puniat malefactorem: ut xxxij. q̃ö. iij.c.nemo.
[e] COepiſti. Dirumpit. ut xv. q. vj.c.authoritatem.
[f] Solueris. quaſi dicat, ſi iuſte ligas erit ligatus in cœlo & ecõuerſo, ut de pœni. diſt.j.ca. quem pœnitet.
[g] TEmerariũ. Plerũque. Nocet enim ſi condemnatur.
[h] Vt noceat. quia ſi per imperitiam iudicat, facit litẽ ſuam: ut inſtitu.de obli.quæ ex quaſi deli.naſcun. §.j. ſ; ſi per dolũ, incurrit infamiã: & præterea puniẽ in totã litis æſtimationem. [1] C.de pœna iud. qui male iud.l.ij.eodem modo ad intereſſe puniẽ. q̃ iniuſte excõicauit aliquẽ, niſi errauit ex cã ꝓbabili: ut extra de ſen. excom. ſacro.
[i] QVid obeſt. Tabula.ij. q.j. cap.nomen.
[k] SEnti. ꝟ.ead. nõ ſunt. contra. xij.q.j.c.nolo. de conſec. diſt.j.c.

[redacted]

Et merito, quia poteſtas non eſt in titulo vel charactere, ſed in ipſo uerbo dei, & eius ſyncera adminiſtratione.

Iudex male iudicãs qualiter punitur.

[1] De hoc no.ij q.vj hoc ẽt. & extra lib. vj. de re iudi. cum æterni. q̃ eſt i not. iij.

Coloſſ. 3.

ſuo, cum peccatorum uarietates audierit, ſcit [a] qui ligandus ſit, qui ſoluendus.

Item Auguſtinus ſuper Matthæum. †

PALEA.

Ridiculum eſt, ut eũ mundum eſſe dicamus, qui uinculis peccatorum ſuorũ ligatus eſt, propter hoc ſolũ, quòd epiſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem, † ut ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cęlo, & ligati in terris ligati ſint in cęlo. Sit ergo irreprehenſibilis, qui alterum ligat aut ſoluit.

Item Gelaſius papa epiſcopis Orientalibus de dãnatione Dioſcori.

Non eſt petenda abſolutio, cũ iniquè fertur ſententia.

CAN. XLIII.

QVi eſt illata [b] ſententia, deponat errorem, & uacua eſt: ſed ſi iniuſta eſt, tanto curare eam non debet, quanto apud Deum, & eius eccleſiam neminẽ poteſt grauare iniqua ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

Itẽ Auguſtinus de ſummo bono.

Deus non uocet, nec noceri patitur aliquem iniuſtè.

CAN. XLIIII.

SEcundum catholicã fidem, nec Dei [c] naturæ nocere quiſquã poteſt, nec natura Dei iniuſtè nocere cuiquã poteſt: nec nocere [d] iniuſte patitur quẽquã. qui enim nocet (ut Apoſtolus ait) recipiet hoc, quod nocuit.

Idem de uerbis domini.

Iniuſta uincula dirumpet iuſtitia. CAN. XLV.

COepiſti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra: ſed ut iuſte alliges, uide. Nam iniuſta uincula dirumpit [e] iuſtitia. quem ſolueris [f] (inquit) in terra, ſolutus erit in cœlo.

Idem de ſermone domini in monte.

Temeritas iudicandi non ei qui iudicatur, ſed iudici nocet.

CAN. XLVI.

TEmerarium iudiciũ plerunque [g] nihil nocet ei, de quo temere iudicatũ: ei autẽ qui temerè iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt ut noceat. [h]

Idẽ ad clerũ Hyponeñ.

Non obeſt homini iniuſta ſententia. CAN. XLVII.

QVid obeſt homini, quòd ex illa tabula [i] uult eum delere humana ignorantia, ſi de libro uiuentium non deleat iniqua conſcientia?

Idem ad Secundinum Manichæum.

De eodem.

CAN. XLVIII.

SEnti [k] de Auguſtino quicquid libet ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

Item Gregorius Conſtantino Mediolanenſi archiepiſcopo.

Quos conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeant. CAN. XLIX.

IN cunctis, quæ in hac uita aduerſa proueniunt, ſola eſt (ſicut noſtis) omnipotẽtis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor proprium ſemper recurrendum, ut nullius ibi lingua [l] implicet, ubi conſcientia nõ accuſat. Quem enim conſcientia defendit liber eſt inter accuſationes: & liber ſine accuſatione [m] eſſe non poteſt, ſi ſola quæ interius addicit, [n] conſcientia accuſet. De ueſtra igitur ſanctitate abſit a Chriſtianorũ iudicio ea, quæ maledicorũ [o] hominũ rumoribus cõficta credimus, i qualicunque modulo ſuſpicionis adduci: quia

iubemus. in illis c. dicitur quod nõ ſufficit conſciẽtia, ſed requiriẽ bona fama quantum ad alios: ſed illa capi. loquũtur quando ſumus inter tales, qui parati ſũt imitari, & non reprehendere. unde ne tales corrũpamus exemplo, niti debemus, ut fama noſtra luceat coram eis. Sed hic loquiẽ cum ſumus inter tales, qui non curãt imitari, ſed reprehẽdere, tũc ſufficit nobis quãtũ ad eos conſcientia bona.
[l] IN cũctis. Lingua ablatiui caſus, ſcilicet ut ꝓpter nullius linguã credat ſe aliq̃s implicitũ & reũ.
[m] Accuſatione. interiori.
[n] Addicit. id eſt, condemnat.
[o] Maledicorũ. Ar. quod infamia orta ab inimicis non inducit purgationem. ext.de purga.can. cum in iuuentute. & ij.q.v. c.omnibus. [2] nec etiam a leuibus perſonis, nec ab illis, qui de facili credunt.

Niſi

Fama bona cũ conſciẽtia requiritur.

Mat. 16.c

[2] Vbi de hoc uide- as.24. q.4 non inuenitur iuxta finem. Archi.

& ſacri eloquij teſtimoniũ tenemus, ut mala maiorum cùm forſitan dicuntur, niſi probata, [a] credi non debeant, ſed citius probata [b] ulciſci. [c] Hoc igitur dixi, ut nimiæ leuitatis eſſe oſtẽderem, ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſsint. Vnde ſanctitas ueſtra debet mentem ſuam à maledicorum hominum rumoribus atque obtrectationibus diſiungere: & ſola, quæ æternæ uitæ ſunt, atq; ad utilitatem ſubditorum proficiũt cogitare.

Vnde Auguſtinus in pſal. xxxvij.

Fruſtra aſpernatur [†] ab homine, quem Deus iuſtificat.

CAN. L.

ETſi ad tempus damnaris ab homine, & ſi dixerit ſentẽtiam proconſul in Cyprianum, [d] aliud eſt ſella [e] terrena, aliud eſt tribunal cæleſte. Ab inferiori accepit ſententiam, à ſuperiore coronam. [f]

Idem in pſal. xxviij.

CAN. LI.

CVſtodi [g] intus innocentiam tuã, ubi nemo opprimit cauſam tuam: præualebit in te falſum teſtimoniũ, ſed apud homines: nunquid apud Deum ualebit, ubi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus erit iudex, alius teſtis quàm cõſcientia tua non erit. inter iuſtum iudicẽ, & conſcientiam tuã noli timere, niſi cauſam tuam.

Item Gregorius papa.

Non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus.

CAN. LII.

INter uerba laudantiũ ſiue uituperantium ad mentem ſemper recurrendũ eſt: & ſi nõ in ea inuenitur bonũ, quod de nobis dicitẽ, magnã triſtitiã generare debet. Et rurſum, ſi non in ea inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim, ſi non omnes laudant: & conſcientia liberos non eſſe demonſtret? habemus Paulum dicentem: Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2.Cor.1.e Iob quoq; dicit: Ecce in cœlo teſtis meus. Si ergo eſt nobis teſtis in cœlo, teſtis in corde, Iob.16.d dimittamus ſtultos foris loqui, quod uolunt. Quid enim aliud detrahẽtes faciũt, niſi quod in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant? ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil ueritatis uideãt? Vocandi tamen etiam ſunt ipſi, & tranquillè admonendi, eiſq; ſatisfieri modis omnibus debet: ſcientes quid de Iudæis ueritas dicit: Ne fortè [h] ſcandalizemus eos. Mat.17.d Si aũt ſatisfieri ſibi ex ueritate noluerint, habeş conſolationem, quam aſpicias in Euangelio, cum enim domino dictũ fuiſſet: Scis, quia audito hoc uerbo [i] ſcandalizati ſunt [k] Iudæi? reſpondit, Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum. Paulus quoque Apoſtolus admonet dicens: Si fieri poteſt (quod ex uobis eſt,) Rom.12.d cum omnibus hominibus pacem habentes. dicturus, cum omnibus pacem habeamus. hoc difficile eſſe perſpiciens permiſit [l] ſi fieri poteſt: & ſubiũxit quod fieri poteſt, cum dicit, quod ex uobis eſt: quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus, etſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cum illis [m] ſine dubio habemus.

Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non uident: parati ſemper reprehendere, nunquam imitari. Apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis.

Vnde Auguſtinus.

Cõſciẽtia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria.

CAN. LIII.

NOn ſunt audiẽdi, [n] ſiue uiri ſcti, ſiue fœminæ, q̃ q̃n reprehẽdunt in aliqua neglìgẽtia, p̃ quã fit, ut in malã ueniãt ſuſpicionẽ, uñ ſuã uitã lõge abeſſe ſciũt: dicunt corã Deo ſufficere ſibi cõſciam, exiſtimationẽ hoĩum nõ ſolũ ĩpudẽter, uerũ ẽt crudeliter cõtẽnentes: cũ occidãt [o] aĩas aliorũ

Chriſtus tributum ſoluit.

† Alias, dãnatur.

a Forte melius diceret de dignati ſecũdum id ꝙ leg. & no. xlv. di. uera iuſtitia. Archidia.

a Ad idẽ xcv. diſt. eſto. ubi hoc.

a Niſi probata. ⁊. xxx. q. v. cap. nullum ante.

b Probata. Alias prolata.

c Vlciſci. i. puniri quam citius fieri poteſt: ut xxiij. q. iiij. c. cum quiſq;.

d ET ſi ad tempus. Cyprianum. martyrem.

e Sella. ideſt edes iudicis.

f Coronã. Si ſententiam patienter ferat: ut ⁊. ead. ca. qui iuſtus.

g CVſtodi. qa corpori uis poteſt fieri, nõ animæ. xxxij. q. v. c. j. xxiij. q. vj. in prin. Ioan. de Fan.

h INter uerba. Ne forte. Hęc fuerũt uerba Chriſti, cum peteret ab eo tributum, dixit Petro: Vade ad mare, & piſcẽ qui tibi prius occurrerit tolle, & qđ iueneris in ore piſcis, des pro me, & pro te: ut xxviij. q. j. iam nũc. Et eſt argu. ꝙ aliquid omittitur ratione ſcandali. 50. diſtinct. c. de his uero.

i Verbo. nõ quod intrat ĩ os, ſed qđ procedit ex ore coinquinat hoĩem. tunc dixerunt diſcipuli, Scis q pharisæi audito hoc uerbo ſcãdalizati ſunt? phariſęorum enĩ erat religio in cibis diſcernẽdis.

k Scãdalizati ſũt. Id eſt, indignati ſunt.

l Præmiſit. Argu. ex ordine uerborũ argumentandũ, argu. xliij. diſtin. c. j. in fin. extra de reſcrip. c. cũ dilecta.

m Cum illis. Arg. quod fides eſt illi ſeruanda, qui eam non uult ſeruare. xxxiij. q. v. quod Deo. xxij. q. iiij. c. innocens. contra arg. extra de iureiuran. c. peruenit. in fi. & eſt huic ſimile de arbitr. Celſus. §. idem.

n NOn ſunt audiendi. ⁊. ij. q. j. cap. nolo.

o Cum occidant. exemplo: ut ij. q. vij. c. Paulus.

Viam

ſiue blaſphemantium uiã Dei: a quibus ſecundùm ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet uita ſanctorũ: uel etiam cum excuſatione b imitantium non quod uident, ſed quod putant. Proinde quiſquis a criminibus flagitiorum atq; facinorum uitam ſuam cuſtodit, ſibi bene facit: quiſquis aũt etiam famam, & in alijs eſt miſericors. nobis .n. neceſſaria eſt uita noſtra, alijs fama noſtra.

Item Hieronymus ſuper epiſtolam Pauli ad Philemonem.

Apud Deum maledicitur, qui moribus diſſonam profert ſententiam.

CAN. LIIII.

SI quis c dixerit d iuſtũ e iniuſtũ, & iniuſtum iuſtum: abominabilis eſt uterq; apud Deũ. Similiter, qui ſanctum dicit non ſanctum, & rurſus, non ſanctum aſſerit ſanctum, abominabilis f eſt apud Deum.

Idem.

Chriſtum uiolat, qui ſanctũ non ſanctum, uel non ſanctum, ſanctum eſſe crediderit.

CAN. LV.

SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit, g & Dei eum iunxerit ſocietati, Chriſtũ uiolat, cuius membra ſumus. & infra. Omnes credentes (ſecundùm apoſtolum) Chriſti corpus efficimur: qui in Chriſti corpore errat h & labitur, aſſerens mẽbrum eius eſſe ſanctum, cùm non ſit, uel non eſſe ſanctum, cum ſit: uide quali crimine obnoxius fiat. Eſaias enim dicit: Væ ijs, qui dicũt dulce amarum, & amarum dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarũ quod ſanctimoniæ contrarium eſt.

Item Eſaias.

Aeternum uæ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit.

CAN. LVI.

VAe qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius i interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit k infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino: & deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eum: & incuruabitur homo, l & humiliabitur uir, m & oculi ſublimium deprimentur: & exaltabitur n dominus in iudicio: & Deus ſanctus ſanctificabitur o in iuſtitia. Eſaiæ 5. e

Item Gregorius in Homilia xxvj.

Ligandi ſoluendiq; poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſtè exercet.

CAN. LVII.

IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat, p qui hanc pro ſuis uoluptatibus, & non ſubditorum moribus exercet.

Idem.

De eodem.

CAN. LVIII.

IVdicare dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua q uel odia, uel gratiam ſequuntur.

Idem.

Non eſt uera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni iudicis.

CAN. LIX.

TVnc uera eſt abſolutio præſidentis, cùm interni r ſequitur arbitrium iudicis, ſ quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, hoc uidelicet demonſtrat: quia prius dominus mortuum ſuſcitauit, & uiuificauit dicens. Lazare ueni foras: & poſtmodum is, qui uiuus fuerat egreſſus, à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt. Ioan. 11. f

Idem in regiſtro.

Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur.

R

---

c Sub. in qua iſti uiuunt, qui tã talia faciunt, uel qui ueniũt in malã ſuſpicionẽ, ſicut aliqs ſanct⁹ homo iret ſolus ad publicas meretrices, ut eis prædicaret, & eas corrigeret. Archid.

a Viam. Dei. id eſt, Chriſtianam religionem.

b Cum excuſatione. ut ſi uiderent aliquem ſoluere ieiuniũ iuſta de cauſa, ipſi idem faciunt, exemplo eorum, cum tamen ignorẽt cauſam quare ille faceret, & ſic ſe excuſãt per alium.

c SI quis. Hic reuertitur G. ad propoſitũ, ad oſtendendum ſcilicet, q̧ ſententia iniqua nocet ei, qui eam protulit, non autem ei contra quem prolata eſt. poteſt etiam hoc intelligi de rebus ipſis, id eſt, ſi qs uitia dixerit eſſe uirtutes, uel ecõuerſo.

d Dixerit. iudicando.

e Iuſtũ. Abſoluẽdo.

f Abominabilis. quia mortaliter peccat: & conſonat ei, quod dicit Aug. ſuper primam epiſtolam ad Corinth. q̧ errare in rebus, eſt mortale peccatum, ſcilicet cũ putat qs id opus eſſe bonum, quod eſt malum, uel econuerſo. Nam quilibet adultus tenetur ſcire hoc eſſe bonum, illud malum. Vel dic dixerit, id eſt, firmiter aſſeuerauerit, cum non ſit certus.

Error quãdoque eſt peccatum mortale.

SI qs hominẽ. g Crediderit. id eſt, aſſeuerauerit.

h Errat. non opinando, ſed ſtulte aſſerendo.

Rõ. 12. b

VAe qui dicitis. i Eius. id eſt, Ieruſalem.

k Dilatauit. Loquitur humano more.

l Homo. i. minor.

l Homo. id eſt, ſuperbia.

Vir. i. maior.

m Vir. id eſt, ſuperbus.

n Exaltabitur. id eſt, altus apparebit.

o Sanctificabitur. id eſt, ſanctus apparebit, ut ibi, ſanctificetur nomen tuum.

Eſaiæ 5. d

p IPſe. Priuat. id eſt, meretur priuari. ſic xij. q. ij. ſæpe fit. uel proprie, quia priuilegiũ non conceditur ad abuſum.

q IVdicare. Sua. ut j. ead. quatuor.

TVnc uera eſt. r Interni. id eſt cõſcientiæ, uel Dei.

ſ Iudicis. i. Dei. hic uult dicere, q̧ ſacerdos neminem abſoluet, niſi præceſſerit abſolutio Dei, id eſt, contritio.

Priuile-

Id eſt, facit, propter qd' debet priuari. & eſt ſimile lv di. pœnitẽs. in fi. lxxxij. di. plurimos. iuxta fin. iiij. q. v. quiſquis.

CAN. LX.

Priuilegium [a] omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. †

Idem.

Is in quem canonica non fertur ſententia, pœnam nõ debet ferre canonicam.

CAN. LXI.

Non debet is pœnã [b] ſuſtinere canonicam, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

Ex his datur intelligi, quòd iniuſta ſentẽtia nullum alligat apud Deum: nec apud eccleſiã eius aliquis grauatur iniqua ſentẽtia, ſicut ex Gelaſij [c] c. habetꝰ. Non ergo ab eius cõione abſtinendũ eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quẽ cognoſcit iniqua prolata ſñia. Cur ergo capitula Carthaginẽſis [d] et Aphricani [e] atq; aliorũ conciliorũ prohibẽt iniuſtè damnatum in cõione recipi ante iudicij examinationem? cur et illud in concilio Maguntinenſi ſtatutum eſt?

Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur.

CAN. LXII.

Epiſcopus, presbyter aut diaconus à gradu ſuo iniuſtè deiectus: ſi in ſecunda ſynodo [f] innocens inueniatur, non põt eſſe, quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat, coram altari de manibus epiſcoporũ. Si epiſcopus eſt, orarium [g] & baculũ & annulum. Si presbyter eſt, orariũ & planetam. [h] Si diaconus, orarium & albã. Si ſubdiaconus, patenam & calicem. ſic & reliqui [i] gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ cùm ordinarentur, perceperant.

§ *Si ergo iniuſtè deiecti, nec ẽt per epos reparari poſſunt, niſi de manib. eorũ recipiant quæ amiſerant: quomodo ſua authoritate cuiq; licet iniuſtè ligatis cõicare, et eis non petita abſolutione ſua celebrare officia: ſicut Gelaſius vr̃ ſentire? Ad hoc reſpondendũ eſt, ꝙ ſñia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta uerò ex ordine & cauſa: aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed nõ ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa. [k] Cùm aũt ex cauſa iniuſta fuerit, aliquando nullũ in eo cõino, qui accuſatꝰ, delictũ eſt, qđ ſit damnatione dignũ. Aliquando non eſt in eo illud ſupra quod fertur ſententia: ſed ex alio nominandus eſt. Ex animo eſt iniuſta ſñia, cùm aliquis ſeruata ĩtegritate iudiciarij ordinis, in adulterũ uel in quẽlibet criminoſũ nõ amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, uel pretio, aut fauore aduerſariorũ inductus ſententiam profert.*

Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait:

CAN. LXIII. Iac.1

Ira enim uiri iuſtitiam Dei nõ operatur: quia qui iratus in aliquem ſententiã profert, &

Priuilegiũ. Hęc eſt pars illiꝰ ſ. diſtinc. lxxiiij. ubi iſta. & cap. geſta.

[a] Priuilegium. Perdit priuilegiũ propter abuſum, ut hic. [1] Propter delictũ, xxv. qõ. ij. ita nos. Item propter contrarium factum. extra de priuileg. ſi de terra. & extra de cõſtitu. cum acceſsiſſent. Itẽ propter negligentiam. ff. de uſu di. l. j. Item propter enorme damnũ ſuperueniẽs, extra de deci ſuggeſtũ. Sed nũquid eccleſia perdit priuilegiũ: ſi delinquant canonici uel monachi? Videtur ꝙ ſic, quia & ciuitas perdit, ſi deliquerint ciues. xxxv. q ij. ita nos. Itẽ nauis eccleſiæ publicatur propter delictũ. C. de ſacroſan. eccl. iubemus. arg. extra de priuil. cũ & plantare. in fi. Sed dicas, quod non, argu. extra de arbit. ca. cum tempore.

[b] Non debet. Pœnam. ſi ergo conſtet ibi, ꝙ ſententia iudicis eſt iniqua, potes iudici uiolenter reſiſtere, extra de appella. ſignificauerũt. lxj. diſtin. ca. nullus inuitis. Eſt ergo hic argu. quod ſi quis celebrat poſt excommunicationem iniuſte latã, quod nõ debet ſuſtinere aliquã pœnam: quia qui ꝓbat ſñiam excõicationis eſſe iniuſtam, nõ eſt cogendus ad aliquã ſatisfactionem, extra de offi. ord. ad reprimendã. arg. ſ. ead. cui eſt. ſed hoc non eſt uerum, ut ſ. ea. ſi epiſcopus forte. & cap. ſeq. [2]

[c] Ex Gelaſij. ſ. e. dui eſt.

[d] Carthaginenſis. ſ. ea. ſi epiſcopus.

[e] Et Aphricani. ſ. ea. c. placuit.

[f] Epiſcopus. Synodo. Hodie concilium nõ deponit epm, ſed ſolꝰ papa: nec conciliũ reſtituit epm, ſed ſolꝰ papa, ut ij. q. vj. iõ. Et hic eſt arg. ꝙ epiſcopus poteſt reſtituere clericũ depoſitum: quod uerũ eſt, cum dicit depoſitionem nullã: quia per falſos teſtes, uel per allegationes eſt cõuictus: licet ſit arg. contra. ff. de quæſt. l. j. in fine.

ADDITIO.

Vbi habetur, ꝙ præſes prouinciæ illũ, quem damnauit, reſtituere non poteſt: ſed illud intellige cum petitur reſtitutio officio iudicis: ſecus ubi iure actionis. Arch.

[g] Orarium. i. ſtolã.

[h] Planetam. id eſt, caſulam.

[i] Reliqui. Hic patet, qđ æque deponitur aliquis à minoribus ordinibus, ſicut à maioribus, ut xxiiij. diſt. c. ulti. & xxvij. q. j. ſi qs epiſcopꝰ. licet ſit ar. cõtra. xxv. diſt. eps.

Si ergo. Hæc eſt quinta pars in qua facit diſtinctionem, &c. Ioan. de Fant.

[k] Ex cauſa. ff. de lib. & poſthu. ſed & ſi. & l. poſthumus. § ult. & l. idẽ. & ff. de condi. & demon. cum talc. §. falſum. & §. ſeq. & l. falſa.

Ra. CASVS.

Quidã ſeruato ordine iudiciario quendã delinquẽtẽ ex odio condemnauit. Quæſitum fuit, an recte iudicauerit? Et reſpondetur quod ſic quantũ ad condemnatũ: ſed tamẽ condẽnans Dei iuſtitiã non imitabatur, in quem non cadit perturbatio: cum hoc ex odio fecerit.

Quantum.

---

[1] Cõcor. l. Chriſtianos. C. de paga. ſacr. & tẽpl. & l. liberam. ff. de pec.

[1] Cõcor. in l. liberam ff. de pec. & in l. qui ſine. ff. de neg. geſt.

Excõmunicatus iniuſte celebraus an ſit puniendus.

[2] Sed hoc ſophiſticũ eſt: quia ille iudica. cui eſt. intelligit de ſententia, quæ ipſo iure nulla eſt: quia data à non ſuo iudice, ab hæretico damnato. Hug.

Epiſcopus deponitur & reſtituitur à ſolo papa.

i Quantum ad ſe. No t. ſententiā quo ad unū tenere, quo ad alium non: ut xxiij. qōe. v. miles & c. cum miniſter. & c. xlix. diſt. c. ulti.

Q Vi rectè. b Expectat. Argu. ꝙ licet non intercedat pactio, peccat tamen, qui expectat remunerationem, ſicut fœnerator: ut inſ. xiiij. q. iij. c. j. Sed nunqđ peccat, qui iudici dat pecuniam, ut iuſte iudicet? Dicūt quidam ſi dans hoc exprimit, ꝙ ideo det pecuniā, ut pro eo ferat ſententiā, turpiter facit: nec tunc repetet ꝙ dedit: ſed ſi ſimpliciter det ei, ut iuſte iudicet, uel ut iuſte teſtetur, nō peccat: & tunc repetet ꝙ dedit. ſ. xiiij. q. v. nō ſane. Plerique doctores legū dicūt: qualitercūq; det, nō repetit: quia uoluit corrumpere iudicē: ut ff. de cond. ob tur. cau. l. ij. & uenales ſententiæ nullæ ſunt. ij. q. vj. c. ei qui. §. uenales. c Ab omni. ſ. j. q. j. ſunt nonnulli.

Iudici dās pecuniā, ut iuſtè iudicet, an peccet.

Ad hoc ff. de cōd. ob turp. cauſam. l. iij. & l. ſi ob turpē. Archid.

d Illa. Commotionis. Iudex ergo cum offenditur debet dare inducias. arg. xxiij. q. v. c. ij. & v. qō. ij. relatum. in fi. & quæſ. v. qui ambulat.

Eſaie. 35. a

e Ra. Coercere. Iudex non debet plus iuſto incandeſcere in eos, quos malos putat. ff. de off. præſi. obſeruandum.

f Vindicantes. Repercutiendo. xxiij. q. j. c. j. alias poſſumus uim ui repellere. ff. de iuſt. & iu. ut uim. & C. unde vi. l. j.

Vt ſ. j. diſt. ... naturale. & ſic hoc ſ-bum apoſtoli, eſt cōſilium. ſed ſubtilius intuētibus uidetur eſſe præceptū ſecūdum Laur.

g Vm apud. Animaduerſione. In ciuilibus cauſis ſi actio eſt perſonalis uſque ad quatuor mēſes non mandatur ſententia executioni. extra de off. deleg. quarenti. ſi eſt realis, ſtatim mandatꝰ executioni: ut inſti. de offi. iudi. §. j. Sed ſi ſententia ſit lata ſuper crimine, ſtatim mādatur executioni: ut ij. qō. j. ſicut. C. de pœnis. cum reus. niſi in caſibus, ſ. cum princeps ex iracundia tulit ſententiā: ut hic, & C. de pœnis. ſi uindicari. Item cū ſententia lata eſt cōtra mulierem prægnātem, differtur executio uſq; ad tēpus partus. ff. de pœ. prægnantis. Item ſi eſt lata in ſeruum, differtur executio quouſque domino reddiderit ratiocinia. C. de bo. proſcrip. l. j. Itē differtur qū inſula eſt aſsignāda a principe. ij. q. vj. biduum. §. ſi quidem. Itē differtur cum quis eſt confeſſus de crimine i donec appareat, an uelit in cōfeſsione pſeuerare. C. de cuſt. reo. l. ij. Hæc habētur in his uerſibus. In perſonali poſt menſes quatuor, in re protinus eſt omnis ſententia perficienda. Sic in criminibus, ſed caſus excipe quinq;. Confeſſus, prægnas, iratus, & inſula, ſeruus.

Sententia intra q̄ tēpus mandetur executioni.

Sententia ſuper crimine lata ſtatim mādatur executioni, prēterquā in caſibus quinque.

i Hoc ideo, quia nō ſtatur confeſsioni, niſi cōfitens perſeueret ff. de quæſt. l. j. §. diuꝰ. & §. ſi qs ultro. Archid.

h Vmmopere. Qui publica. Id eſt, ſecularia. Aut

ſi ille quãtum ad ſe a iuſtam reportet ſentẽtiam, iſte tamen, qui non amore iuſtitię, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei (in quem perturbatio non cadit) non imitatur.

Item Gregorius.

Sententia iuſtitiæ non eſt pro præmio ferenda.

CAN. LXIIII.

Qvi rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, b fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiā, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ uendidit. Bonis malè utuntur, qui pro temporali lucro iuſtè iudicant. Tales quippe ad ueritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim a iuſtitiæ confeſsione recedunt. Acceptio nummorum, præuaricatio ueritatis eſt, unde & pro iuſto dicitur: Qui excutit manus ſuas ab omni c munere, iſte in excelſis habitabit.

Idem Mauritio Imp.

In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio uendicet.

CAN. LXV.

Illa præpoſitorum ſolicitudo utilis eſt, illa eſt cautela laudabilis, in quo totum ratio agit, & furor ſibi nihil uendicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt, nec quid agendum prius, quã concitata ad tranquillitatem mens redeat: nã commotionis d tempore iuſtũ putat omne, qđ fecerit.

Item Ambroſius de ſancto Ioſeph.

Grauiter delinquit, qui cum ira ſententiam profert.

CAN. LXVI.

Ira ſæpe etiam innocentes ad crimen adducit. quia dũ iuſtò amplius iraſcimur, & uolumus aliena coercere e peccata, grauiora cõmittimus, ideo Apoſtolus ait Non uos uindicantes f chariſsimi, ſed date locũ iræ: hoc eſt, declinemus eã, ne nos illa corripiat. vnde dominus Ieſus mittens ad euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argẽto, ſine pecunia, ſine uirga: ut incentiua litis, & inſtrumenta eriperet uitionis.

Rom. 12. d

Lucæ. 9. a

Item ex libro eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt.

CAN. LXVII.

Cvm apud Theſſaloniam ſeditio eſſet exorta, & quidam uir ex militaribus impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuntij atrocitate ſuccenſus, ad ludos Circenſes inuitari populũ, eiq; ex improuiſo circunfundi milites, atq; obtruncare paſsim prout quiſque occurriſſet gladio iubet: & uindictam dare nõ crimini, ſed furori. Ob hoc cùm a ſacerdotibus Italiæ i redargueretur, agnouit delictum: culpamq; cum lachrymis profeſſus, publicam pœnitentiam in totius eccleſiæ conſpectu egit: & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſque regali faſtigio patiẽter impleuit: quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit, leges ſanxit in poſterum, ut ſententiæ principum ſuper animaduerſione g prolatæ, in diem xxx. ab executoribus differrentur: quò locus miſericordiæ, uel (ſi res tuliſſet) pœnitentiæ non periret.

Item Gregorius.

In dictandis ſententijs rectores nullo furore ducantur.

CAN. LXVIII.

Svmmopere præcauendum eſt, ne rectores eccleſiæ, & qui publica h iudi-

cia exercent, in dictandis ſententijs nullatenus leuitate aut furore [a] ducti ſint præcipites: ſed cauſis prius diligenter uentilatis, cùm res, quæ ignorabatur ad notitiam pleniter uenerit, tunc diuina & humana lex reſoluat: [b] & tunc ſecũdum [c] quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione diffinitiua proferatur ſententia. Hinc eſt, quòd Moyſes querelas populi ſemper ad dominum tabernaculum ingreſſus referebat: & iuxta qđ dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirũ nos inſtruens, ut non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino condemnationis & iuſtificationis ſententiam proferamus.

Exo. 32. g

Item Auguſtinus ad Macedonium. †

† Epiſtola 54.

Iuſtum iudicium uendi nõ poteſt.

CAN. LXIX.

NOn licet iudici uendere iuſtum [d] iudicium, etſi liceat aduocato uendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium.

Item Iſidorus.

De eodem.

CAN. LXX.

PAuper [e] dum non habet quid offerat in iudicio, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra ueritatem opprimitur. Citò uiolatur auro iuſtitia: nullamq; reus pertimeſcit culpã quam redimere nummis exiſtimat. [f]

Huic itaque ſententię, quæ non amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa fertur in quenquã, humiliter obediendum eſt.

Vnde in Niceno concilio. *

Cap. vi.

Non recipiantur ab alijs, qui ſuorum epiſcoporum contrahunt offenſam.

CAN. LXXI.

SEruetur iſta ſentẽtia, ut ij, qui ab alijs excõmunicantur, ab alijs [g] ad communionem non recipiantur. Requiratur ſanè ne fortè qui ex aliqua indignatione animi, aut cõtemptione, aut qualibet tali commotione ſtomachi epiſcopi [h] ſui abſtenti ſunt: [i] ut ita demũ ij, qui ob culpas ſuas epiſcoporũ [k] ſuorum merito contraxerunt offenſas, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque epiſcopo ſuo uiſum fuerit humaniorẽ circa eos ferre ſententiam.

Item: Sentẽtia eſt iniuſta ex ordine, quãdo nõ ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa damnatur.

Vnde Gregorius ſcribit Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo. †

† Epiſtola. 3. lib. 8.

Res dubia non diffiniatur certa ſententia.

CAN. LXXII.

GRaue [l] ſatis eſt & indecens, ut in re dubia certa detur ſententia.

Item Auguſtinus in libro de pœnitentia.

Non credantur, quæ certis indicijs non demonſtrantur.

CAN. LXXIII.

QVamuis uera ſint quædam, tamen iudici [m] non ſunt credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur.

Item Damaſus Papa.

Antequam examinentur aliqui, non iudicentur.

---

a Aut furore. ij. q. j. cap. Deus omnipotens. ĩ. xxx. qõ. v. c. iudicantem.

b Reſoluatur. Id eſt, aperiatur.

c Et tunc ſecundum. Tamen bene tenetur iudex iudicare ſecundũ quod ſibi uidetur: ut in authent. iuſiurand. quod præſtatur ab ijs, §. ij. col. ij. ff. de arbit. l. qualem. Et eſt arg. quod ſecundum allegationes potius quam ſecundum conſcientiam ſit procedendum: ut ĩ. ij. q. vij. iudicet.

Iudex an ſecundum conſcientiã debeat iudicare.

d NOn licet. Iuſtum. multo magis iniuſtũ. xiiij. quæſt. v. c. non ſane. Gan. dixit ꝙ aduocatus, uel iuriſperitus non debet uendere uel conſilium uel patrocinium: quia ſi cauſa eſt iniuſta, non debet iudex eam aſſumere: imo ſemper acceptam uel aſſumptã deſerere debet. C. de iudic. l. rem non nouam. ſi eſt iuſta, gratis tenetur conſulere, uel patrocinari. & dicit Auguſtinum hic loqui ſecundum leges. Sed tu dicas, quod tales operas bene poteſt locare quis: nemo enim de ſuo cogitur facere beneficium. x. qõ. ij. c. precariæ. Tamen dico, quod ſi ſine labore poſſunt dare conſilium nõ reuoluendo libros, nec laborando in perlegendis allegationibus, tunc gratis [*] tenentur ſubuenire. De iudice delegato dicas, quod nihil põt petere, niſi expenſas. extra de uit. & honeſt. cler. c. cũ ab omni. Modica tamen xenia poteſt petere, uel accipere: dum tamen talia ſint, quæ iudicantis animum nõ immutent. argu. extra de ſimo. c. & ſi quæſtiones. quia illa non computantur inter lucra. ff. de offic. proconſ. l. ſolet. §. ult. nec huiuſmodi xenia debent excedere in anno centũ aureos. ff. ad l. Iul. rep. l. eadẽ. in fi. teſtis etiã ſumptus petit, ut iiij. q. iij. c. uenturis. Ordinarius autem iudex non poteſt expenſas petere, cum ei certi ſunt reditus ſtatuti. xxiij. q. j. c. militare.

Aduocatus an poſſit operas ſuas locare.

* Gratis. contrariũ tenet Ioã. Andre. in Mercuria. Fran. purpura. ind. [redacted] tium [redacted] pri. ſi cer. peta. Hiero. Cagnolus. chart. 46. col. ij. de offi. aſſeſſo. niſi pauperi. Alber. l. j. C. de poſtulo.

* Si uis de iſta materia plenã habere notitiam uideas quod not. i Spe. lib. j. de ſalarijs. §. j. & de aſſeſ. §. ſalarium. Archid.

e PAuper. xxiij. q. iiij. cap. ne amiſſo.

f Exiſtimat. Simile. diſt. l. ſi lapſis.

g SEruetur. Ab alijs. Licet etiam priuilegiati ſint aliqui, tamen tenentur uitare eã communicatos.

h Epiſcopi. Extra de ſent. excommunicat. c. nulli.

i Abſtenti ſunt. Id eſt, excommunicati ſunt.

ADDITIO.

Sic ſ. ea. cap. ſi quis laicus. in princ.

k Epiſcoporum. Ergo ſi ex iuſta cauſa epiſcopus aliquẽ excõmunicauit, ſuperior nõ debet abſoluere eum: ſed debet eum remittere abſoluendũ ad epiſcopum, etiam ſi appellatũ ſit ad ipm. ꝙ uerum eſt, cum euidens eſt ipſam ſententiã eſſe iuſtã. extra de ſenten. excommu. c. per tuas. in fin. alioqui ſecus, ut eadem decre. ſupra eadẽ cap. ſi epiſcopus forte.

l GRaue. Supra diſtin. xxxiij. c. ulti. de hoc notatum eſt, ſed ubi ius dubium eſt, bene fertur ſententia certa. xxx. qõ. iij. capi. ultim. Quandoque etiam in dubio facto certũ ius ſtatuitur. extra de ſponſa. cap. iuuenis.

m QVamuis. Iudici. Arg. quod iudicandum eſt ſecundum allegata, non ſecundũ opinionem iudicis.

Eorum

CAN. LXXIIII.

EOrũ qui accuſantur, cauſas diſcutere non licet prius, quàm canonicè uocati ad ſynodum ueniant: & præſens per præſentẽ agnoſcat ueritatẽ, & intelligat a quæ ei obijciuntur: quod & per ſapientiam Salomonis dicitur: Antequam ſcruteris non reprehendas. Intellige b prius, & tunc increpa. Antequam audias, non reprehendas. Et licet apertiſsima c ſit contrariorum d reprehenſio, ueruntamen oportet ab ijs, qui dati ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari.

Item ex octaua ſynodo.

Qui falſum de alio profert, & is qui criminis credit, uterque reus eſt.

CAN. LXXV.

NOn ſolùm e ille reus eſt, qui falsũ de alio profert, ſed ẽt is qui aurẽ cito criminibus præbet.

6 *Cùm ergo ſnĩa ex ordine iniuſta eſt, nec tunc ab ea recedendum eſt: quia etiam antè, quàm ſententia daretur in eũ, pro qua litate ſui reatus ligatus apud Deũ tenebatur. Cõtingit aliquãdo, ut adulter ſententiã pro ſacrilego f reportet, cuius rea tũ in cõſciẽtia nõ habet. g Hæc ſnĩa & ſi iniuſta ſit, quia nõ eſt in eo crimẽ, ſuper qđ lata eſt ſententia: tamen iuſtè ab eo reportata eſt: quia ex reatu adulterij iandiu apud Deũ excõicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligẽda eſt illa authoritas Gregorij: Snĩa paſtoris, &c. Iuſtam ſententiam uocat, quando crimen ſubeſt, ſuper quod fertur: iniuſtã, quãdo illud nõ ſubeſt: quæ tamen timenda, uel ſeruãda eſt: quia ex alio iandudum damnãdus erat. Vnde cùm præmiſiſſet Gregor. utrum iuſtè, an iniuſtè obliget paſtor, paſtoris tamẽ ſentẽtia gregi timenda eſt, ſubſecutus adiecit: Ne is qui ſubeſt, et cùm iniuſtè forſitan ligatur: ipſam obligationis ſuæ ſnĩam ex alia culpa mereaẽ. Paſtor ergo uel abſoluere indiſcretè timeat uel ligare. Is autẽ, qui ſub manu paſtoris ẽ, ligari timeat, uel iniuſtè: nec paſtoris ſui iudicium temerè reprehẽdat, ne et ſi iniuſtè ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat.*

Aliquando nullum ſubeſt crimen: & tamen uel odio iudicis, uel factione inimicorũ oppoſitã ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.

Vnde Gregorius ait:

Quot modis humanum iudicium peruertitur.

CAN. LXXVI.

QVatuor h modis humanum iudiciũ peruertitur: timore, i dum metu poteſtatis alicuius ueritatẽ loqui per timeſcimus. cupiditate, dum præmio alicuius animum corrumpimus. odio, dum cõtra quem libet aduerſarium molimur. amore, dum amico k uel propinquo contendimus præſtare auxilium.

Quàm uerò graue ſit uel odio, uel amici

a EOrum. Intelligat. Nam id ẽ intelligat, non dicitur fieri eo præſente. ff. de uerbo. ſignif. l. coram.

b Intellige. Alias dicitur: ſicut praue intellexiſti, ſic praue reſpondes. de cõſec. diſt. ij. c. j.

3. Reg. 3. c. Eccle. 19.

c Apertiſsima. id eſt, aperta & manifeſta non tamen ut iudici notoria. Vel intellige cum iudici eſt manifeſta.

d Contrariorum. id eſt, aduerſariorum.

e NOn ſolum. ĩ. lxxxvj. diſt. c ſi quid. ĩ. ead. quæſtio. c. in cunctis. & c. ſi quis dixerit.

Cum ergo. Hæc eſt ſexta pars qõ. in qua probat, quòd ſi ſententia excommunicationis ex ordine nulla fuerit, tamen ſeruãda eſt, & ſi ſit ex cauſa iniuſta quia ligaẽ ꝓpter contemptũ. & hoc ꝓbat p xxij. authoritates. Ioan. de Fãt.

f Pro ſacrilego. Gratia. male intelligit illud cap. ĩ. ead. capit. j. Innuit enim hic, quod etiam eſt tunc timenda ſentẽtia paſtoris, quando uel illud crimẽ pro quo eſt excommunicat⁹, uel aliud eſt in eo. alias ſi nullũ eſt in eo crimẽ, nulla eſt uel nõ eſt timenda ſnĩa. & fuit deceptus ex illo uerbo, ſue ex alia culpa mereaẽ. ſed Gregor. uocat aliã culpam quam de nouo quærit contẽnendo, ſcilicet excõicationẽ. g Vel dicas cũ allegando, h hoc dicere.

g Et hoc patet i ſi. §. ibi, ſiat culpa quę non erat.

h Ad hoc dictum facit ĩ. e. §. hic & ſi. c. q iuſt⁹, &c. ubi patet qđ ita intellexerit, ut dictum eſt. Arch.

i Non habet. ſic xxiiij. q. iij. cap. notandum. in ſi. ubi dicitur, quod iniuſta excõmunicatio non nocet, niſi contemnaẽ. ſic extra de ſenten. excom. cap. per tuas. ſic nec denunciatio iniuſta eſt cõtemnenda. extra de noui oper. nun. c. cũ ex iniuncto.

Aliquãdo. CASVS. *Hic proſequitur tertiũ membrum, ſcilicet quando ſentẽtia eſt iniuſta ex cauſa, ſcilicet quando nullum crimen ſubeſt, ſed odio iudicis uel machinatione aduerſariorũ ſeruato ordine iudiciario cõdemnatur. quod probat ſequẽ. capit.*

h QVatuor. Eſt & quartus modus, quando iudex pauperibus miſeretur: ut xxiij. q. iiij. ca. eſt iniuſta. & ca. ne amiſſo. Item ſunt alij duo modi: nimia ſeueritas, & nimia remiſsio: ut xlv. diſtin. ca. diſciplina. non enim eſt cõſtãs iudex, cuius animi motũ uultus detegit. ff. de offi. præſid. l. obſeruandum. Itẽ eſt & alius modus, qñ per imprudentiã male iudicat. Inſti. de obliga. q̃ ex quaſi deli. naſc. §. j.

i Timore. Sed nunquid tenet ſentẽtia quam iudex per metum tulit? ſic: ſed elidi poteſt per exceptionem. xxv. q. j. c. omne. ff. de furt. l. interdum. §. j. Argu. contra. ff. de acquir. hære. l. vj. Sententia autẽ quæ per præmiũ lata eſt, nulla eſt: ut ij. q. vj. c. ei qui. §. uenales. Sed ſi odio uel amore lata eſt, bene tenet, ſed irritatur. ff. ad Trebellia. l. ſeruo. §. cum prætor. Ioan.

k Dum amico. De hac amicitia, uel inimicitia. no. iij. q. v. cap. j.

Sub. & ſic debet itelligi. ĩ. e. iniuſtũ ubi đ hoc ſecundum Ioãnẽ de Fant.

Qui

Recuſatur iudex facilius quã teſtis.

a Q Vicunque. Inimicitijs. Videtur ꝙ iudex æque poſsit recuſari propter non capitales ſicut propter capitales inimicitias: ut iij. q. vij. ca. iudices. extra de appel. c. ad hoc. unde patet quod pro minori cauſa recuſatur iudex quam teſtis: ut dixi iij. q. v. c. accuſatores. ſed ideo quia facilius habent mille iudices quã unus teſtis. extra de appel. c. poſtremo.

b Q Viſquis. Occultat. Tũc ſcilicet cũ inducitur in teſtem: alias bene poteſt, & etiam debet quandoq; quis occultare ueritatẽ, ut xxij. q. ij. ca. primum. uer. ſeptimũ. & c. ne quis. & xliij. diſt. c. in mandatis. & cũ à Chriſto quæreretur, quid eſt ueritas, nõ reſpõdit. [1]

[1] Adde hoc quod dicã xxij. q. ij. ca. in ipſarum. §. itẽ quod dicit. Archidia.

c Occultat. ff. de falſ. l. ſi quis obrepſerit.

c Occultat. contra xxij. q. ij. ca. ne quis arbitretur.

d Prodeſſe. Aliquis ergo cogit alij prodeſſe, cum ſibi non obeſt. ff. de aqua pluuia arcẽ. l. ij. §. item Varus.

e N Emo. Lingua. Mẽtiendo de aliquo: propter quod ipſe perdit uitam. Talis enim dicitur homicida. j. de pœni. diſt. j. c. periculoſe. 50. diſtinc. c. ſi quis uiduam.

f Melius. electiue, ut j. ea. c. iniuſtum xxij. quæſt. j. c. conſiderat.

g V Nicuiq;. Ne Ieſũ. vij. q. j. c. oĩs qui gemebat.

Hic quoq;. C A S V S *Dictum eſt ſuprà in præcedẽti cap. quòd qui iniuſtè aliquem condemnat, Deum negat. Dicit nunc Gratia. quòd ſic Deum negat, qui ueritatem occultat pro pecunia, uel falſum teſtimonium dicit: quòd probat per ſeq. cap.*

tia, uel metu, uel munere, uel quolibet modo iudicium peruertere.

Auguſtinus teſtatur dicens:

De ijs, qui aliquo modo iudicium peruertunt.

CAN. LXXVII.

Q Vicunque aut conſanguinitate aut amicitia, ſeu hoſtili odio, uel inimicitiis a in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia: & fructum illius uertit in damnationis amaritudinem.

Idem ad Caſulanum.

De ijs, qui metu poteſtatis ueritatem occultant.

CAN. LXXVIII.

Q Viſquis metu cuiuslibet poteſtatis ueritatẽ occultat, b iram Dei ſuper ſe prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deũ. & poſt pauca. Vterque reus eſt, & qui ueritatẽ occultat, c & qui mendaciũ dicit: & quia ille prodeſſe d nõ uult, & iſte nocere deſiderat.

Idem in eodem.

De eodem.

CAN. LXIX.

N Emo peritorũ aut prudentium putet, ꝙ minus ſit periculũ i uerbis lingua e mentiendo, quàm manibus ſanguinẽ fundẽdo: melius f eſt autem pro ueritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium.

Item Pelagius Benigno archiepiſcopo.

De eodem.

CAN. LXXX.

V Nicuique prouidẽdum eſt, ne aliquẽ iniuſtè proſequatur, iudicet, uel puniat, ne Ieſum g perſequatur.

Hic † *quoque qui ueritatẽ pro pecunia negat, uel falſum teſtimoniũ contra aliquem dicit, Deum negare, uel uendere probatur.*

Vnde Beda ſuper Marcum. †

† Alias ſic quoq;.

† cap. 14.

Qui falſum teſtimonium dicunt, et ueritatem pecunia negant, ſceleris Iudæ participes ſunt.

CAN. LXXXI.

A Bijt Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerunt ei pecuniã ſe daturos.

Mat. 26. a

Multi hodie ſcelus Iudæ, qui Deum ac magiſtrũ dominumq; ſuum pecunia uendidit, uelut immane & nefariũ exhorrent, nec tamen cauent. Nam cùm pro muneribus falſum contra aliquem teſtimonium dicunt, profectò quia ueritatem pro pecunia negant, Deum pecunia uendunt. h ipſe enim dixit: Ego ſum ueritas. Cùm ſocietatẽ fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte cõmaculant, Deum prodũt: quia Deus charitas ẽ.

Ioã. 14. b

Qui ergo charitatis & ueritatis iuſſa ſpernũt, Deũ utique, qui charitas eſt & ueritas, prodũt: maximè cum nõ infirmitate, i uel ignorantia peccãt, ſed in ſimilitudinem Iudæ opportunitatẽ quærũt, qualiter arbitris k abſentibus mendacio ueritatem & uirtutem crimine mutent.

Ioan. 4. d

Item Hieronymus.

Chriſtum negat, qui peruerſis ſe ſocium facit.

CAN. LXXXII.

E Xiſtimant quidam in eo tantùm Deum negari, ſi in perſecutione quis a gentibus comprehenſus ſe confiteri renuerit eſſe Chriſtianum. Ecce Apoſtolus in omnibus quæ peruerſa ſunt, factis l Deum aſſerit negari. Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, ueritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem

h A Bijt Iudas. Vendũt. quãtum in ſe eſt. nã ipſe uendi non poteſt. j. q. iij. cap. ſaluator. Vel uendunt, id eſt, à ſe ſeparãt. ſicut uẽditor rem uenditã à ſe ſeparat & alienat pretio accepto: ita iſti Deũ à ſe alienant pretio accepto. & ſic dicitur per ſimilitudinem.

Deus uendi non poteſt.

i Infirmitate. Corporis: nam infirmus neſcit quid faciat. xvij. q. ij. c. Gonſaldus.

[2] Vt xv. q. j. c. illud relatũ. §. itaque.

k Arbitris. id eſt, bonis uiris, ſicut Iudas captauit abſentiam Apoſt.

l E Xiſtimant. Factis. Nota ꝙ ipſo facto negamus Chriſtum, ut hic. [3] Ipſo facto mẽtimur. xxij. q. v. ca. cauete. Ipſo facto appellamus. extra de appel. c. dilecti. Ipſo facto habemus ratũ. ff. de inoffi. teſta. l. ſi proponas. §. j. ff. rem ra. hab. l. v. Ipſo facto eligimus: extra de ijs, quæ fiũt à maio. par te cap. ex ore. Negat.

[3] Et ſic habes hic ar. quod qui opere negat, loquitur, confitetur, prædicat. xxij. q. v. ca. uete. xlvj. diſ. habet hoc. & j. q. j. c. cũ annis. Arch. Ipſo facto multa fiunt.

iuſtitia, per mendacium ueritas, per turpitudinem ſanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. quotieſcunque uincimur a uitijs atque peccatis, toties Deum negamus: & econtrario quoties bonũ quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandũ eſt in die iudicij, illos tantùm a Dei filio eſſe denegandos, qui in martyrio Chriſtum negauerũt, ſed & illos omnes, quorum opere, uel ſermone, uel cogitatione Chriſtus negatus negat, [a] uel cõfeſſus confitetur. de hac puto confeſſione, de qua diſcipulis præcepit dicens: Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.

Item Auguſtinus. †

Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare conuincitur.

CAN. LXXXIII.

NOn ſolùm abnegat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum, ſed ille etiam qui (cũ ſit) negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait [b] Petro: Diſcipulum meum te eſſe negabis. negauit ergo Chriſtum, cùm ſe negauit eſſe eius diſcipulum, quid autem aliud iſto modo, quã ſe negauit eſſe Chriſtianum? Idem: Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim uita eſt confiteri Chriſtũ, tanta mors eſt negare Chriſtum. [c] An apoſtolus Petrus (ſicut eum quidam fauore peruerſo excuſare nituntur) Chriſtum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem ſe neſcire reſpondit?

Idẽ Ioã. Chryſoſtom. †

Veritatem prodit non ſolũ, qui pro ueritate mendaciũ loquitur: ſed etiã, qui ueritatẽ non liberè prædicat.

CAN. LXXXIIII.

NOlite timere [d] eos, qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis, quod audiſtis: nec fiducialiter prædicetis omnibus, qđ in aure ſoli audiſtis. Sicut enim ex his uerbis oſtenditur: nõ ſolum ille proditor [e] eſt ueritatis, qui tranſgrediens ueritatem, palam pro ueritate mendacium loquitur: ſed etiã ille, qui nõ liberè ueritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet: aut non liberè ueritatẽ defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor eſt ueritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt, ut ueritatem quã audiuit, à Deo, liberè prædicet, ſic laicus debitor eſt, ut ueritatem, quam audiuit a ſacerdotibus, probatam quidem in ſcripturis, defendat fiducialiter: quod ſi non fecerit, prodit ueritatem. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

Sed ſententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temerè fertur.

Unde Auguſtinus ait.

Iniuſtè aliquem anathematizans, ſibi, non alijs nocet. CAN. LXXXV.

ILlud planè non temerè dixerim, quòd ſi quiſquam fidelium fuerit anathematizatus iniuſtè, potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam. [f] Spiritus enim ſanctus habitans in ſanctis, per quem quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam [g] nulli ingerit pœnam, per eũ quippe diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ non agit perperam. Pax [h] eccleſiæ dimittit peccata: & ab eccleſiæ pace alienus tenet peccata non ſecundum arbitrium hominum: ſed ſecundùm arbitrium Dei. petra [i] tenet: petra dimittit

a Negat. Quidam habent, negatus negat, ut hic.

b NOn ſolum. Non ait. Argum. hic & ex præcedenti cap. ꝙ qui unum dicit, & omne id quod ſequitur ex illo dicit: ut ĩ. diſt. viij. c. quo iure. extra de do. & contu. c. cum dilecti. in fi. extra de offic. deleg. c. cum ſuper. ff. quod met. cau. l. j.

c Negare Chriſtum. Sed quid ſi aliquis coactus negat Chriſtum ore, ſed corde non negat: nõ uidetur peccare. nam ex corde procedunt uitia. xv. quæ ſt. vj. cap. j. & Deus cor interrogat. xliij. qõ. v. c. ſi quid. Tamen dico, ꝙ mortaliter peccat: quia nulla cõditione debet ad hoc adduci. xxij. qõ. ij. c. primum. Nam & ſi non uult negare Chriſtum, uult tamen iſtud propter ꝙ negat, ſ. uitam. xv. q. j. cap. merito.

Chriſtum negans etiam ſolo ore peccat.

Act. 1. a

† In Ioã. c. 18. trac. 113.

d NOlite timere. Non remouet naturalẽ timorem mortis. naturale enim eſt quẽlibet timere & horrere mortem. unde Ieſus eam timuit, ſicut legitur, Cœpit Ieſus pauere & tædere. & alibi, Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Sed dicit ne in tantum timeamus eam, ut per eius timorẽ aliquid contra iuſtitiam agamus: uel quod nobis per ſcripturam, uel magiſtros, uel per reuelationẽ diuinam reuelatũ eſt, ſuſtineamus. ut ſubdit quaſi exponendo, ne forte, &c.

Mortem timere naturale eſt.

Luc. 22. d

e Proditor. Proditor eſt qui loquitur mendacium, uel nõ liberè pronuntiat ueritatẽ, ut hic. qui ſibi crimen cognitũ malitioſè publicat. ij. qõ. j. c. ſi peccauerit, qui alium circumuenit, & eum in periculum trahit. xxiiij. qõ. iij. c. transferunt. qui res uel munitiones hoſtibus tradunt. xxij. q. v. c. de forma. qui ſecreta ſibi cõmiſſa reuelat, de pœn. diſtin. vj. c. ſacerdos.

Proditor.

Luc. 22. d

f Illud. Iniuriã. Poteſt ergo agere contra excommunicatorem actione iniuriarum, qđ uerum eſt cum dolo excõmunicauit: alias nõ. ff. vi bon. rap. l. ij. §. ſi Publicanus. Lauren. Imo ſemper poteſt eum conuenire ad intereſſe, niſi iudex probabiliter errauerit, & ĩt agere, ut alias puniatur. extra de ſen. excõm. c. ſacro. ij. q. j. c. nemo. Et ſi temerariè excõmunicat, puniatur. ĩ. ead. c. temerarium.

g Immeritam. Id eſt, ſine cauſa. nam ſine culpa ſæpe aliquis punitur temporaliter. xlv. diſt. ſed illud. [i]

h Pax. Id eſt, ſpiritus ſanctus.

i Petra. Id eſt. Chriſtus.

Colum-

† Homl. 25. in Matthæum.

Mat. 10. c

i Ad idẽ de conſe. diſtin. j. in ſãcta. ubi de hoc ĩ. j. q. iiij. in princi.

Rom. 10. b

columba [a] tenet: còlumba dimittit. Item Salomon: Sicut auis in incertum uolans, [b] & paſſer quolibet uadens, ſic maledictum fruſtra prolatum uenit ſuper eum, qui miſit illud.

Item Gregorius in homilia trigeſimaſexta. [f]

Cuius uita officio non congruit, alios ligatus ſoluit.

CAN. LXXXVI.

PLerunque contingit, ut iudicis locum teneat, cuius ad locum uita minimè concordat: ac ſæpe agitur, ut uel damnet immeritos, uel alios ipſe ligatus ſoluat: ſæpe in ſoluendis ac ligandis ſubditis ſuæ uoluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur. Vnde fit, ut ipſe [c] ligãdi aut ſoluendi poteſtate ſe priuet. & infrà. Sæpe fit, ut erga quemlibet proximũ odio, uel gratia moueatur paſtor. Iudicare autem dignè de ſubditis, &c. vnde rectè per prophetam [d] dicitur: Mortificabãt animas, quæ non moriuntur, & uiuificabant animas, quæ non uiuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iuſtum damnat: & non uicturum uiuificare nititur, qui reum à ſupplicio ſoluere conatur. Cauſę ergo pẽſandæ ſunt: & tunc ligandi ac ſoluendi poteſtas exercenda. Vnde videndum eſt, quæ culpa præceſſit, & quæ ſit pœnitẽtia ſecuta poſt culpam: ut quos omnipotẽs Deus per compunctionis gratiam uiſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat. tunc enim uera eſt abſolutio, &c. & infrà. Ex qua conſideratione intuendũ eſt, quòd illos nos debemus per paſtoralem authoritatem ſoluere, quos authorem noſtrũ cognoſcimus per ſuſcitantem gratiam uiuificare. & ĩ. Veniat itaque foras mortuus, id eſt, culpam confiteatur peccator. Venientem uerò foras ſoluant diſcipuli: quia paſtores eccleſiæ ei debent pœnam amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.

Hæc de ſolutionis ordine breuiter diximus, ut ſub magno moderamine paſtores eccleſiæ, uel ſoluere debeant, uel ligare.

Item Calixtus Papa.

Viribus caret ſententia iniuſtè prolata.

CAN. LXXXVII.

INiuſtum iudicium & diffinitio iniuſta regio metu & iuſſu aut cuiuſcunq; epiſcopi aut potentis a iudicibus ordinata, uel facta nõ ualeat. [e] Huiuſmodi religioſo parum eſſe [f] debet inimicitias aliorum non exercere, aut augere malè loquendo, niſi etiam eas extinguere factis bene loquẽdo ſtuduerit. Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. [f] Verſic. faciẽs miſericordias domi nus.

Item Auguſt. ſuper pſalmum. cij. [f]

Præmium meretur, cui iniuſtè maledicitur.

CAN. LXXXVIII.

QVi iuſtus eſt, & iniuſtè maledicitur, præmium [g] illi redditur.

Hic etſi, ut dictum eſt, non teneatur ligatus apud Deum, ſentẽtiæ tamen parere debet, ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur.

7 *Idem eſt quando cõtra æquitatem [h] ſententia fertur: ueluti quando ſubditi non poſſunt cogi ad malum ſcientes obedientiã non eſſe ſeruandã prælatis in rebus illicitis.*

Vnde etiam Euticianus Papa ait.

Non eſt obediendum epiſcopo, qui pro hæreticis miſſam canere iubet.

CAN. LXXXIX.

SI quis epiſcopus, aut abbas presbytero, aut monacho ſuo iuſſerit miſſas pro hæreticis [i] cantare, non licet. non enim expedit obedire eis.

Item Auguſtinus.

---

[a] Columba. Id eſt, eccleſia.

[b] Volans. Supple reuertitur quandoque.

[c] PLerunque. Vt ipſe. Repetit hic tenorem illorum c. ſ. ea. c. ipſe. & c. iudicare. & capi. tunc uera.

[d] Per prophetam. Ezechielem. xiij. c.

[e] INiuſtum. Non ualeat. Argu. quod ſententia per metum lata, nulla [i] ẽ ipſo iure, ut hic, & xxxj. quæſt. ij. c. Lotharius. xxv. qõ. j. c. omne. Sed dic quod tenet, niſi elidatur per exceptionem.

[f] Parum eſſe. Id eſt, non ſufficit ei, quod ipſe nõ ſit inimicus, uel non generet alij inimicitias, niſi ſtudeat in alijs eas extinguere. xxij. q. v. c. de forma.

[g] QVi iuſtus eſt. Præmium. In hoc quod patienter ſuſtinet.

Idem eſt. Hæc eſt vij. pars quæſtio, in qua intendit probare per xiiij. autho. quod in malis non eſt obediendum prælatis, ſ. ubi iuſsio eorum continet errorem intolerabilem. extra de offi. deleg. cap. cum contingat. & extra de ſentent. excõ. per tuas. quæ de hoc loco tractæ ſunt. Ioan. de Fant.

[h] Aequitatem. Ab hoc loco oſtendit, quid iuris ſit de ſententia præcepti. & dicas quod ſemper parendum eſt iudici in rebus licitis, dum tamen illa ſpectent ad officiũ eius præcipere: ut vij. q. j. c. quia. & ff. de regu. iur. l. factũ & ſi dubium eſt, an ſit licitum, parendum eſt ei. xxiij. qõ. j. c. quid culpatur.

[i] SI quis epiſcopus. Pro hæreticis. mortuis: quod non licet ſpeciali oratione: ut xiij. qõ. ij. c. non æſtimemus. ſed pro uiuis hæreticis, & alijs malis etiam ſpeciali oratione licitum eſt orare: ut xxiij. q. ij. cap. pro obeuntibus. Sed generali oratione pro omnibus defunctis licitum eſt orare, ut de pœn diſt. v. c. falſas. & xxiij. qõ. iij. c. corripiantur.

Non

Proue. 26

[f] In euangelia.

[i] Argu. de pœ. diſt. j. quẽ pœnitec. uer. ſi. dicit en'm ij. quæſt. j. in primis xv. qõ. vj. c. j. xxxiij. quæſt. v. notificaſti. ex. lib. vj. de his. q ui met. cauſa ſi. abſolutionis. Arch.

Ezec. 13. d

Oratione ſpeciali pro hæreticis orare licet.

Præceptis non obedire multoties expedit.

CAN. XC

NOn ſemper malum eſt non obedire præcepto: [d] cùm dominus iubet ea, quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt.

Item Hieronymus in epiſtola ad Epheſ. †

De eodem.

CAN. XCI.

SI dominus [b] ea iubet, quæ non ſunt aduerſa ſanctis ſcripturis, ſubijciatur domino ſeruus. Si uerò contraria præcipit, magis obediat ſpiritus, quàm corporis domino. & infrà. Si bonum eſt, quod præcipit Imperator, iubentis exequere uoluntatem, ſi malũ, reſponde: oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Hoc ipſum & de ſeruis apud dominos, & de uxoribus [c] apud uiros, & de filijs apud patres: quod in illis tãtũ debeãt dominis & uiris parentibuſq; eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non ſunt.

Item Ambroſius.

Non ſunt audiendi, qui contra Deum aliquid iubent.

CAN. XCII.

IVlianus Imperator quamuis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cùm dicebat, Producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebãt [d] ei, cũ autem diceret eis, Producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cæli.

Item Fabianus Papa.

Non iubet aliquid iniuſtũ, qui Deum timere probatur.

CAN. XCIII.

QVi omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apoſtolos, nec contra Prophetas, uel ſanctorum patrum inſtituta agere aliquid ullo modo conſentit.

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

Et qui peccat, et qui peccanti conſentit, uterque reus eſt.

CAN. XCIIII.

ITa corporis tui cedere motibus cõſenſiſti, & relaxatis uoluptatum habenis temetipſum in lacum miſeriæ & in lutum fæcis prohibitum deieciſti, ut qui poſitus fueras in gubernatione populorum, effectus ſis ruina multorum. Probat [c] hoc Theugualdi & Guntharij dudum epiſcoporum legitimus caſus: qui eò quod te minimè competenter erudierunt: quinimò, quia præuaricationem tuam tegere argumentis ſuis, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt: noſtra ſunt Apoſtolica depoſiti authoritate, & ab omni epiſcopatus regimine regulariter ſequeſtrati.

Item Auguſtinus. †

De eodem.

CAN. XCV.

QVi reſiſtit poteſtati, [f] Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid ſi illud iubeatur, quod non debeas facere? hic ſanè cõtemne poteſtatẽ. Ipſos humanarum legum gradus aduerte: ſi aliquid iuſſerit curator, faciendum eſt: non tamen ſi contra proconſul [g] iubeat. Non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire: nec hinc debet minor iraſci, ſi maior præ-

[a] NOn ſemper. Præcepto. Non ſolum iniuſto, ſed etiam inhoneſto, uel etiam ſi a iudice præcipitur aliquid quod ſit inhoneſtum, uel incommodum: ut ff. de recep. l. ſi cum dies. §. compromiſſo. & ij. q. ij. c. præceptum. & ff. de iud. l. ſi longius. & iij. q. ix. cap. hortamur.

[b] SI dominus. ff. de re iudi. l. ad ea quæ.

[c] De uxoribus. Xxxiij. q. v. c. manifeſtum. contra: ubi dicitur, quod licet uir præcipiat uxori, quod non ſeruet uotum, licet ipſe peccet, ipſa tamen tenetur ei obedire. Sed dic quod licet uir præcipiendo peccat, non tamẽ præcipit id, quod eſt peccatum: quia præceptum domini eſt, ut in tali caſu obediat uxor uiro, ut xxxiij. q. v. cap. noluit. Item adhuc obijcitur, quod ſeruus quoad quid a periurio excuſatur propter mandatum domini. xxij. q. v. cap. qui compulſus. & cap. ſi quis coactus. Reſpondetur, tamen excuſatur a pœna pro parte, ſed non a peccato. ſ. diſtin. iiij. c. denique.

[d] IVlianus. Obediebant. j. xv. q. vj. ca. nos ſanctorum. & cap. iuratos. contra. Ibi enim dicitur, quòd ſi dominus eſt nominatim excommunicatus, uel hæreticus, ſtatim uaſallus eius abſolutus eſt a ſacramento. Reſpon. Iul. adhuc tolerabatur ab eccleſia, ne ſuſcitaret ſcandalum aduerſus Chriſtianos. [e] hoc autẽ uerum eſt: quia excommunicatio non tollit obligationẽ, qua eſt uaſallus obligatus domino: ſed tantũ effectum obligationis, unde domino abſoluto ſtatim tenetur ei obedire, ut xv. q. vj. c. nos ſanctorum.

[c] ITa corporis. Probat. Argu. quod ſententia contra unũ præiudicat alij. ſic iij. quæſt. vj. cap. hæc quippe. lxxxj. diſt. c. tantis. extra de ſen. & re iudic. c. cum ſuper. ubi alter appellans cogitur probare cauſam appellationis.

[f] QVi reſiſtit poteſtati. Hæc regula ubique fallit. nã potius tenemur obedire epiſcopo, quã metropolitano: ut ix. quæſt. iij. per totum. Item & monachus potius obedit abbati, [z] quam epiſcopo: ut lvi j. diſt. c. j. & ij. Et potius ſtatur excõmunicationi prælati, quã abſolutioni epiſcopi. extra de offi. ordi. c. cũ ab eccleſiarum. niſi intelligas in eo caſu loqui, quando minor habet iuriſdictionem a maiore, ſecundum quod loquitur. l. ff. de iud. iudicium. Vel loquitur in eo caſu, cum appellatur ad maiorem, tunc potius maiori, quã minori parendum eſt. Item adhuc obijcitur de epiſcopo, qui potius obedit regi, quã ſuo metropolitano. xviij. diſt. c. ſi quis epiſcopus. ſed ibi loquitur cum præuenit mandatum regis. Item obijcitur de uxore, quæ potius obedit uiro, quam Deo, ut xxxiij. q. v. c. manifeſtũ. ſed ſolutum eſt ſ. eod. cap. ſi dominus.

[g] Proconſul. Si. diſt. viij. c. quæ contra mores. & loquitur hic in eo caſu, quãdo in eadem ciuitate ſunt plures iudices quorũ unus maior eſt alio, ubi maior iudex poteſt punire minorem, ut C. de offi. rect. prouinc. potioris. H.

Imper

† cap. vj. ueri ſerui obedire dominis.

Votum uxoris põt maritus impedire.

Excõmunicatio domini nõ liberat uaſallum a ſacramẽto.

[e] Sub. ideo ei obediebat. ar. ibi. q. vij. c. ult. in fi. xvij. quæ. iiij. c. ult. Archid.

Monachus abbati potius quam epiſcopo obedire debet.

[z] Nã potius ẽ monachus ſub abbate quam uxor ſub uiro: ut noc. xxxiij. q. v. noluit. Arc.

† Sermo. 6. de uerb. domini.

Rom. 13. a

latus eſt. Rurſus ſi ipſe conſul aliquid iubeat, & aliud iubeat Imperator: uel ſi aliud iubeat Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Maior poteſtas Deus, da ueniam ô Imperator, tu carcerem, ille gehennā minatur. Hic iam tibi aſſumēda eſt fides tua tanquam ſcutum, in quo poſsis omnia ignea iacula inimici extinguere.

Item Donatiſtis, †

De eodem.

CAN. XCVI.

IMperatores ſi in errore eſſent (quod abſit): & pro errore ſuo contra ueritatem leges darent, per quas iuſti probarentur & coronarentur: non tamen faciendū eſt, quod illi iubēt: quia Deus prohibet: ſicut iuſſerat Nabuchodonoſor, ut aurea ſtatua adoraretur: quod qui facere noluerūt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores ueritatem tenent, & pro ipſa contra errorem iubent: quod quiſque contempſerit, ipſi ſe ſibi iudicium acquirit. Nam inter homines pœnas luit, & apud Deum frontem nō habebit: quia hoc facere noluit quod ei per cor regis ipſa ueritas iuſsit: ſicut & ipſe Nabuchodonoſor poſt miracula ſalutis trium puerorū commotus atque mutatus, pro ueritate cōtra errorem edictū propoſuit, ut quicunque blaſphemarent Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum irent, & domus eorum in diſperſionem. Et non uultis, ꝙ aliquid tale iubeant contra uos Imperatores Chriſtiani, cùm ſciāt à uobis in illis, quos rebaptizatis, Chriſtum exſufflari. [a] Idem in pſalmis. Iulianus extitit infidelis Imperator, nónne extitit apoſtata iniquus & idolatra? Milites Chriſtiani ſeruierunt Imperatori infideli. Vbi ueniebant ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum, qui in cælo erat: quando uolebat, ut idola colerent, & thurificarent, proponebant illi Deum. Quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam gentem: ſtatim obtemperabant, & diſtinguebant dominum æternum à domino temporali.

Item Gregorius. †

Per obedientiam bonum deſerere, malum uerò nunquam facere licet.

CAN. XCVII.

QVid ergo mirum, ſi peccator homo obedientiæ in præſentis uitæ breuitate [b] ſe ſubijcit, quādo hanc mediator Dei & hominum tenuit, & tenendam præcepit: & cùm obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum tamen eſt nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonū quod agitur, intermitti. [c] Neque enim in paradiſo arbor mala extitit, quàm Deus homini, ne contingeret, interdixit: ſed ut melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuerat, ut etiam a bono prohiberetur: quatenus tantò uerius hoc, quod ageret, uirtus eſſet, quantò & à bono ceſſans authori ſuo ſe ſubditum & humilem exhiberet.

Item Iſidorus.

Apud Deum maledicitur, qui peccantibus conſentit.

CAN. XCVIII.

QVi conſentit [d] peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines: & corripietur increpatione ſeuerisſima. Hinc etiam quidam ſanctisſimus pater ait: Si quis peccantem defendit, acrius [e] quàm ille, qui peccauit, coërceatur. Hinc & alius pater ait: Si quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem iudicandum.

Idem Iſidorus.

Non eſt obediendum quod contra Deum præcipitur.

CAN. XCIX.

SI is qui præeſt, fecerit, aut cuiquam quod a domino prohibitum eſt, facere iuſſerit: uel quod præceptum eſt, prætererit, aut præterire mandauerit: ſancti

† Epiſtola 50. ad Boniſa.

Obedientia ē ſumme neceſſaria.

† Lib. 35 in Iob, c. 10

1. Tim. 2. a

Dani. 3. a

Dani. 3. g

† Ad idē quod legi & no. xxiij. q. j. c. ult. ubi d hoc uide. & qđ leg. & notat. xvj. qō. j. nos autē. Archid.

IMperatores. a Exſufflari: Sicut enim noſtri ſacerdotes exſufflant in baptiſmo diabolum: ſic ſacerdotes hæreticorum Chriſtum: ut xxiij. qōe. iij. c. qn. & de cōſe. diſt. iiij. c. poſtea.

b QVid ergo. Breuitate. Breue enim dicitur tempus uitæ huius. xxiij. q. iiij. ca. ipſa. pietas. & de pœnit. diſt. v. conſideret.

c Intermitti. Notā pro obedientia omitti bonum: ut hic, & xxj. diſt. c. denique. & ff. de re mili. l. iij. §. in bello. & xvj. q. j. c. monachi. Itē pro obedientia bonum eſt pati etiam ꝙ iniuſtum eſt. ſi. 100. diſ. contra morem. & licet iſte iniuſte facit præcipiēdo, iſte tamen iuſte facit parendo. xxiij. qō. j. c. quid culpatur. in fi. & adimplere tenemur præceptum, licet uix tolerabile. xix. diſt. c. in memoriā. Sed quid ſi epiſcopus præcipiat alicui, ut eat Romā, & ille ſe excuſat, ideo quia alij inueniuntur meliores? Hæc excuſatio non ualet, qa in legationibus ordo non eſt ſeruandus: ut ff. de leg. l. ſciendum. §. pen. Et eſt hic ar. ꝙ ſi clericus uouerit iter peregrinationis, quod nō poteſt ire inuito epiſcopo. de conſe. diſ. v. c. non oportet.

d QVi conſentit. Per cooperationem, & authoritatem: ut ij. quæſtione j. cap. notum ſit. in fin.

[illegible]

Alias eſt conſenſus per negligentiam. j. q. j. quicqd. alias per conſiliū ſiue per approbationē. Arg.

e Acrius. Infra xxiiij. qō. iij. c. qui aliorū. ſ. lxxxvj. diſt. c. tanta.

SI is qui.

Pauli Apoſtoli ſola ei ingerēda eſt dicētis, Etiam ſi nos, 3 aut Angelus de cælo euangelizauerit uobis, pterquam quod uobis euangelizauimus, anathema ſit. Idem.

Si quis prohibet uobis, quod a domino præceptū eſt, uel rurſus imperat fieri, quod dominus prohibet: execrabilis ſit omnibus, qui diligunt Deum. Item.

Is qui præeſt, ſi præter uoluntatem, uel præter quod in ſanctis ſcripturis euidenter præcipitur, uel dicit aliquid uel imperat: tanquam falſus teſtis Dei aut ſacrilegus habeatur.

Cum ergo ſubditi excōmunicantur ideo, quia ad malū cogi nō poſſunt, b *tūc ſententiæ non eſt obediendum: quia iuxta illud Gelaſij, Nec apud Deū, nec apud eccleſiam eius quenquam grauat iniqua ſententia.*

8 *Quod autē ſuprà communicantes excōmunicatis de eccleſia abijci iubētur, nō de quolibet modo communicantibus intelligendum eſt.*

Vnde Nicolaus papa ſcribit Igmaro † Remorum archiepiſcopo.

De ijs, qui cum excommunicatis communicant.

CAN. C.

Excellentiſsimus rex Carolus Apoſtolatū noſtrum conſuluit, quid agendum ſit de his qui cōmunicant c cum ijs, qui cum Engeltruda ſæpe dānatā communicant fœminæ: quoniā eam cum communicatoribus ſuis & fautoribus pari uinculo anathematis conſtat eſſe aſtrictam. Quapropter nunc beatitudini tuæ iniungimus, ut ſuper hoc noſtra authoritate fretus, curam de his ſumere ſtudeas: & quia docta diuinitus ſanctitas tua ualde nouit aliud eſſe ex neceſſitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod de ſtudio delinquitur, iſtudque poſterius duobus prioribus ſtrictius eſſe puniendum: idcirco ſolerter inuigilet, & cauta diſtrictione ſingulorū modos dijudicet: quatenus qui ex neceſsitate, aut ignorantia delinquunt, authoritate noſtra per te abſoluant: d ſi tamen ipſa eorum ignorantia, uel neceſsitas uera & non ſimulata, uel nō ex uoluntate e proceſſerit: quia (ut bene noſti) ſunt plerique, qui poſsūt quidem, ſed nolunt recta noſcere. unde Pſalmiſta de huiuſmodi ait: Noluerunt quidem intelligere, ut bene agerent. Illos autem, qui ſtudio ſuo obligantur, & contemptu interdicta noſtra poſtponunt, non niſi digna ſatiſfactione præueniente uolum' a te prorſus abſolui. Pſal. 35.

Item Gregorius vij.

De ijs, qui ſine culpa cum excommunicatis communicant.

CAN. CI.

Quoniam f multos peccatis noſtris exigentibus pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, par-

---

Excōicare ſeipſū nemo pt. Gal. 1. a

a Si nos. Ergo aliquis ſeipſum, uel ſibi parem excommunicare pōt: ut hic, & xij. q. ij. c. non liceat. xxj. diſt. c. nūc autem. Sed contra: par in parem nō habet imperiū, ut xxj. diſt. ca. inferior. extra de elect. ca. innotuit. nec aliqs in ſeipſum habet imperium: ut ff. de arbit. l. penul. Sed dic, q̄ per hæc uerba non anathematizauit, ſed tantum dixit eū eſſe anathematizatum, id eſt, ſeparatū ab eis, ut ei non eſſet credendum: uel oſtēdit per hæc uerba qd fieri debeat. Et eſt, ſimile, quod non ſemper eſt credendū uiro ſancto. 50. diſt. capi. ſi quis præpoſtera.

Excōico te & abſoluo te, an liget. uel ſoluat.

b Cogi non poſſunt. Quid ſi epiſcopus dicat, excommunico te, & abſoluo te: an potius ſit excōmunicatus quā abſolutus? Duæ hic ſententiæ uidentur, ſicut plura ſunt præcepta iudicū: ut extra de dolo & contu. ca. cum dilecti. ſicut plures ſunt ſtipulationes, cum pmittitur hoc & illud. ff. de uerb. obl. l. ſcire debemus. & l. quod dicitur. Dic q̄ nulla eſt excōicatio, pp ſui contrarietatem. Si autē diuerſæ ſententiæ ex interuallo proferuntur, ualet utraque. Itē quid dices ſi dicat, excōico te, uel abſoluo? Dic q̄ ſi ante non erat excōicatus, modo eſt excōmunicat'. ſed ſi fuit ante excommunicatus, modo eſt abſolutus. Io. Ego dico, q̄ talis prælatus præſumitur fatuus: & pp eodem habetur ac ſi non tuliſſet ſententiā. ut extra de ſucceſ. ab inteſt. c. cum dilectus. B. Item pone mandatū eſt duobus ut excommunicent aliquem: & unus dixit, excommunico te, ſi ille nō excommunicat te. Dic quod ſi ambo illa uerba pferunt. non eſt excommunicatus. Io. contrariū credo. B. Item quid ſi indeterminate dico, excommunico al terū illorum: nunquid ambo ſunt uitandi? uidetur q̄ ſic, quia in genere pōt ferri excommunicatio. extra de off. ord. cap. ſi ſacerdos.

c Sub. & ſic habetur pro abſoluto, &c. cum abſolutio ulti. fuerit ſecūdū. Pet. idem ſentit Ioā. de Fant.

† Igmaro.

Quod autem. Hæc eſt viij. pars quæſtio. in qua excipit quaſdam perſonas, quæ non ſunt excōmunicatæ, quanquā excōmunicatis communicent: dū tamē in crimine non communicēt eis. & hoc probat per quatuor authoritates. Ioan. de Fant.

c Excellentiſsimus. Qui cōmunicant. Non intelligas, quod hæc excōicatio tranſit in tertiā perſonam: quia ipſa cum ſuis communicatoribus omnibus fuit excōmunicata. Vnde illi cōmunicantes intelliguntur nominatim excommunicati, ut extra de ſent. excommu. ca. quod in dubijs.

d Abſoluātur. id eſt, abſoluti iudicētur: ſic xxiiij. q. j. cap. audiuimus.

e Vel non ex uoluntate. ſic ff. qd' met. cau. l. ſi mulier.

f Quoniā. Quidam ſic ponunt hunc caſū. Aliquis pp enorme crimē fuit excōicatus, & pp enormitatem criminis prohibebatur tēpore Gregorij, q̄ nec filius, nec uxor, nec aliquis de familia ei communicaret: & hoc licite potuit fieri, ut dicūt, per id quod eſt xiiij. quæſtio. uj. ca. ſi habes. ibi, niſi grauiſſime cōmoueret. Sed cū Gregorius uideret eos contēnere talē excōmunicationem,

3 Sub. q̄ a reuera excommunicati non ſunt: ut j. ca. proxi. uel poteſt dici, q̄ antiquo iure excōicati erāt: ſed corrigit per ca. j. pxi. quoniam. ſecundum Ber.

tim ignorantia, a partim nimia ſimplicitate b partim timore, partim etiam ex neceſsitate: c deuicti miſericordia, anathematis d ſententiam ad tempus e (prout poſſumus) temperamus. f Apoſtolica itaque authoritate ab anathematis uinculo hos ſubtrahimus, uidelicet uxores, g filios, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos & ſeruiẽtes, necnon & omnes alios, qui nõ adeò curiales ſũt, ut eorum conſilio ſcelera h perpetrẽtur, & eos qui ignoranter excommunicatis communicant, ſiue illos qui communicant cum illis, qui excommunicatis communicant. Quicunque autem orator ſiue peregrinus i aut uiator in terram excommunicatorum deuenerit, & ibi non poſsit emere, uel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiã damus. Et ſi quis excommunicatis in ſuſtentationem non ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa dare k aliquid uoluerit, non prohibemus.

Item Bonifacius Martyr Zachariæ papæ.

De Bonifacio, qui excommunicatis à pſeudo epiſcopis ſe nõ communicaturum iurauit.

CAN. CII.

ANtеceſſor prædeceſſoris noſtri uenerandæ memoriæ Gregorius, dũ me indignũ ordinauit, & ad prædicandũ uerbum Dei Germanicis gentibus miſit, ſacramẽto l me adſtrinxit, ut canonicis & iuſtis epiſcopis & presbyteris in uerbo & facto & conſenſu aſtipulator m & adiutor fierẽ. Hoc aũt cum diuina gratia ĩplere ſtudui. Falſos autem ſacerdotes hypocritas & ſeductores populorũ uel corrigerẽ ad uiam ſalutis, uel declinarem, & abſtinerẽ à communione ipſorum: quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire & implere nõ potui. Sed & ſpiritualiter n impleui

---

cionem, temperauit ſententiam circa familiam, & ſecundum hoc expone perire propter contemptũ: quia non petebant abſolutionem.

a Ignorantia. facti craſſa & ſupina.

b Simplicitate. iuris errore.

c Ex neceſsitate. quæ uitari poterat, uel etiam ineuitabili, ſed certe Innoc. ponit hanc quæſtionem, & eam nõ ſoluit, ſcilicet utrũ ꝙ enormi delicto tota familia ſit uitanda. extra de ſen. ex com. c. inter alia. in fin. & præterea hoc ſtatutũ nõ eſſet generale, ſed tantũ in uno caſu, quando quis cõmitteret crimẽ enorme. Alij ſic ponunt caſum, Apoſtolus ait: ſi qui fratres nominantur, cũ his nec cibum ſumere licet. & illa ſententia ad omnes fideles extẽdebatur, ut ĩ. ead. c. ad menſam. Vnde uſque ad tempus Gregorij tenebatur, quod familia excõmunicatorum uitabatur ſaltem in ſacramẽtis. Hunc nimium rigorẽ temperat hic Gregor. Nec enim quoad eccleſiam triumphãtem ligatę erãt tales perſonæ, nec etiam credẽdum eſt Apoſtolum uoluiſſe uxorem ſeparandam eſſe à uiro. & ſecũdum hoc expone perire, id eſt, puniri ab eccleſia ĩ ſacramentis. Tertius caſus melior uidet. Ante tẽpus Gregorij omnes, q̃ in hoc capi. continentur, ipſo iure erant exempti ab excommunicatione, licet communicarent excommunicatis. ſed quidam ſimplices credebant ſe excõmunicatos, ſi communicarent dominis ſuis, uel uxores maritis: nec tamen petebant abſolutionem: & ſic peccabant mortaliter propter conſcientiam læſam: quia omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehẽnam xxviij. q. j. c. j. §. ex his. & melius, extra de ſimo. c. per tuas. ij. Dat ergo hic Grego. conſtitutionem, quod tales non ſunt excommunicati habendi: & expone perire propter conſcientiam ignorantia facti, id eſt, ignorauerunt eos fuiſſe excommunicatos & tamen eis ignoranter communicauerunt, & credebant ſe teneri, nec petebant abſolutionem.

Excõmunicatis ſine periculo cõmunicat eorum familia.

d Anathematis. Improprie ponitur, id eſt, ſimplicis excommunicationis.

e Ad tempus. ſcilicet futurum.

f Temperamus. id eſt, temperata eſſe oſtendimus. Eſt ergo hoc uerum, quod nunquam familia excommunicanda eſt propter delictũ domini, niſi forte ut dixi

Familia pro domini delicto nõ eſt excommunicanda.

propter enormitatem ſceleris: ut xxiiij. q. iij. c. ſi habes. ubi dicit Aug. Niſi grauiſsime cõmoueret, nunquam excõmunicarẽ filium pro delicto patris. Sed nõne tota familia Bonifacij fuit pro eo excõmunicata, quia oblationes familiæ ſuæ nõ recipiebant, ut xvij. q. iiij. c. miror? Sed dic ꝙ tantum in rubore domini non recipiebantur oblatiões familiæ: ſicut non recipiuntur oblationes raptorũ & diſcordantiũ & impœnitẽtiũ, licet nõ ſint excommunicati, ut xc. diſt. c. oblationes.

g Vxores. Sed nunquid uir excõmunicatus poteſt petere debitũ ab uxore? dicit H. ꝙ nõ, ſed ipſe tenetur reddere. q̃d cõcedo. Sed ſi petat uir mulierem in iudicio, & ipſa obijcit ei excõmunicationem: iudex tenet ex ſuo officio reſtituere ei mulierẽ: cũ in hoc caſu poſsit ei communicare. unde credo ꝙ tenetur ei debitum reddere. Hoc tamen ſcias, ꝙ ſi filius eſt excommunicatus, uel ſeruus, nõ debet pater uel dominus cõicare ei: ut xxvij. q. j. de filia. Si filius ſit in poteſtate patris, tenetur filius cohabitare ei. ſed ſi eſt emãcipatus, tũc tenet filius uitare patrẽ. Huic tamen ob. xxij. q. ult. de forma. ubi eadẽ fide eſt ſuperior ĩferiori adſtrictus, quã ecõtrario. Ea tamen q̃ hic dicuntur, non tenẽt in clericis: quia ſemper debent uitare ſuum epiſcopũ excõmunicatum, ut xciij. diſt. miratus. quia non ſunt ita adſtricti epiſcopo uinculo naturæ: ſicut fili' patri.

l Vide Mõſter. in Coſmographia.

Excõmunicationẽ opponere uiro uxor nõ poteſt.

h Scelera. id eſt, ſi tales ſunt, qui non ſeruiunt ei in crimine, in quo nec filius, nec uxor excuſatur, ut extra de ſent. excommu. inter alia.

i Siue peregrinus. extra ead. ſi uere.

k Dare. dummodo nõ ſit eccleſiaſticum ſtipendiũ, ut extra de cler. excom. mini. poſtulaſti. & eſt ſimile xlij. diſt. quieſcamus. quia eleemoſyna nulli eſt deneganda lxxxvj. diſtin. paſce.

l ANteceſſor. Sacramentu. Sacramentum forte ideo requiſiuit ab eo, quia habuit eum ſuſpectum, uel ad cautelam.

m Aſtipulator. id eſt, confirmator.

n Sed & ſpiritualiter. Argumen. quod ſufficit, quod quis non faciat contra mentem reſcripti, licet faciat contra uerba, ſic xxij. q. ij. ne quis. & quæſtio. v. humanæ. ff. de in ius uoc. quamuis. Hic enim uerbotenus exceſsit fines mandati. Et habemus hic, quod iuramentum

Not. cõtra id q̃d not. B. cõpoſtel. extra de electio. quod ſicut.

Reſcriptũ quantũ ad uerba quandoque nõ ſeruatur.

mentum pro parte valet, & pro parte non. xxij. quæſt. iiij. inter. ſic donatio, xij. q. ij. ſi quos.

a Quod. Supple, ſcripſiſti nobis.

b Perfectos. Hic habes, quod perfectum amplius poteſt perfici. unde licet matrimoniū dicatur perfici per carnis copulā, non ideo prius fuit imperfectum. Et ex hoc eſt argum. quod excommunicatus amplius poteſt excōicari.

Perfectū amplius p̄ficitur.

c Anima tua. Sufficit ergo mentaliter aliquid impleri, etiam ſi non corporaliter adimpleatur: ut xxiij. q. iiij. recedite. Item argu. ꝙ in obligationibus bonæ fidei plus eſt intelligendum, quã in uerbis exprimatur. xxiij. quæſt. v. ſi non licet. xxxij. quæſt. iiij. meretrices. Item argu. ꝙ ſi iuraui amodo non accedere ad concubinam meam, quod per hoc non excluditur mihi licitus matrimonialis coitus, argu. xxxj. quæſtio. j. illud. nam ſi liberta iurauit non nubere, de illicitis nuptijs intelligitur. ff. de iure patro. adigere. §. ulti.

Excommunicationis. Hæc eſt nona pars quæſtio. in qua quæritur, qualiter quis debet anathematizari, & abſolui. & de hoc ponit quatuor capitula. Ioan. de Fant.

CASVS. *Supra facta eſt mentio de excommunicatione, quæ quia indiget reconciliatione, ideo Gratianus oſtendit, quæ ſit forma uel modus reconciliationis, prius tamẽ oſtēdit quæ ſit forma excōmunicationis.*

ſacramentū: quia in conſenſum & in conſilium eorum non uenit anima mea. Corporaliter autem omnino ab eis abſtinere non potui. dū enim uenisſem ad principem Francorum, † cogente eccleſiarū neceſsitate, nō tales reperi, quales uolui: ſed tamen ſancta communione corporis Chriſti illis non communicaui.

Item Zacharias Papa Bonifacio martyri.

Excōmunicatis non cōmunicat, qui eis animo nō cōſentit.

CAN. CIII.

Quod a prædeceſſor beatæ memoriæ Grego. huius ſedis apoſtolicæ præſul dū ad prædicandum uerbum Euangelij tuam miſiſſet fraternitatē in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, & uerbo pollicitationis illam uoluit ante eſſe munitā, ita ut orthodoxos epiſcopos, presbyteros uel quoſcunque reperire potuiſſes in uerbo exhortationis pfectos b amplius confirmares, & eis communicares: quod & factum eſt. Si quos uerò ſeductores epiſcopos, aut pſeudo presbyteros a recto fidei tramite deuiare reperiſſes, nulla tibi cū eis eſſet cōmunio: qđ te Deo ſolatiante uſq; ad præſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſus es: uel ſi omnino per principalem, & humanū fauorem gentis Francorū dum ad eos acceſsiſſes corporaliter, abſtinere non potuiſti, cogente eccleſiarum Dei neceſsitate: attamen in eorum cōſilio & communionis cōſenſu anima tua c nō eſt coinquinata. Itaque propter hoc quod cum eis cōuerſatus es nō conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo.

9 Exōmunicationis aūt forma & modus atque reconciliationis hæc eſt.

Modus & forma excommunicationis.

CAN. CIIII.

Debent d duodecim ſacerdotes epiſcopum circunſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere. quas in concluſione anathematis uel excōmunicationis proijcere debent in terrā, & conculcare e pedibus. Deinde epiſtola p parochias mittatur continens excōicatorum nomina, & cauſam excōmunicationis.

Itē ex cōcil. Auraſico.

De eodem CAN. CV.

Canonica inſtituta & ſanctorum patrum exempla ſequentes eccleſiarum Dei uiolatores f authoritate Dei & iudicio ſancti ſpiritus a gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & a conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus quouſq; reſipiſcāt, & eccleſiæ Dei ſatisfaciāt.

Item ex eodem.

Modus reconciliationis excommunicatorum.

CAN. CVI.

Cum aliquis, uel excommunicatus, uel anathematizatus pœnitentia ductus ueniam poſtulat, & emendationem promittit: epiſcopus, qui eum excōicauit, antē ianuas eccleſiæ uenire debet, & xij. g presbyteri cum eo, qui eū hinc & inde circunſtare debent. Et ſi ille terræ proſtratus ueniam poſtulat, & de futuris h cautelā i ſpondet: tunc epiſcopus apprehen

d Debent. Sed cū dicit excommunico te, uidetur quod de minori ſit intelligendum, argumentum extra de cenſib. ex parte. ff. de lega. iij. nummis. & ff. de regu. iur. ſemper in obſcuris. ff. de pœnis. ſi præſes. Nam maior ſemper ſpecificāda eſt. argu. iij. q. iiij. Engeltrudam. Ioā. ſed certe a uerbis non eſt recedendum: ut ff. de lega. iij. non aliter.

e Conculcare. Nec poſtea ſumentur ad aliquem uſum, ſed foras proijcientur, ut ſal infatuatum. ij. q. vij. nō omnes.

f Canonica. Violatores. Videtur ꝙ omnes ſacrilegi ſint ipſo iure excommunicati: ut ex̄. de ſent. excō. cū pro cauſa. ſecundū hoc eſt contra. xvij. q. iiij. quiſquis. xij. q. ij. indigne. Dicas ꝙ uiolatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, alij non, ut extra de ſent. excō. conqueſti. & xvij. qō. iiij. omnes. & hic de illis loquitur.

Sacrilegi an ſint ipſo iure excommunicati.

Arg. ad hoc xiij. q. ij. clerici. Archi.

g Cum aliquis. Et xij. argu. ꝙ i reſtitutione epi vel clerici tot intererunt epiſcopi, quot fuerunt in depoſitione. De hoc xxxv. q. iij. ueniam.

De hoc not. xij. q. ij. cū deuotiſsimā. & extra de ſenten. ex cō. tua & ibi uideas. Archid.

h Et de futuris. Simile extra de ſent. excom. ex tenore.

i Cautelam. Similiter ab hæretico reuertente requiritur iuramentum, quòd decætero non labetur, ut j. q. vij. quoties. & ab incendiario: ut xxiij. quæſt. viij. peſsimā. ſimiliter in quolibet horrendo crimine iurabit pœnitens ſe nunquā ſimile cōmiſſurum. xij. q. ij. de uiro. non tamen idem credo faciendum in quolibet mortali peccato. ſed cū hodie

ſa manu eius dextera in eccleſiam illum introducat, & cõmunioni Chriſtianæ reddat: & ſeptem pſalmos pœnitẽtiales decantet: & cum iſtis precibus, Kyrie eleyſon, & pater noſter, Saluum fac ſeruum tuum. Oratio, Præſta quæſumus domine huic famulo tuo dignũ pœnitentiæ fructum, ut eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccãdo, admiſſorum ueniam conſequẽdo reddatur innoxius.

10 *Presbyteris uerò, qui excõmunicati ſacrũ miniſteriũ cõtingere præſumunt, quę pœnitẽtia ſit imponenda, Ioãnes. viij. clero & ordini Salonitano ſcribens diffinit dicẽs:*

Quæ ſit pœnitentia ſacerdotum, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt.

CAN. CVII.

De illis presbyteris, qui tempore ſanctiſſimi prædeceſſoris noſtri Domini Papæ Nicolai excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumpſerunt, ipſi in ſe damnationis (ſicut canones ſtatuerunt a) ſententiam intulerunt tamẽ quia miſeratio apoſtolica ueniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinem miſericordiæ illius hanc indulgentiam exhibemus, ut ſancta communione ſaginati b ſtudeant tribus annis continuis per hebdomadam omni tempore ij. & iiij. & vj. feria uino & a carne penitus ieiunare, & ultra lugenda nequaquam committere.

Qui autem excommunicatis communicãt, pro modo peccati, pœnitentię modum accipiant.

Vnde Vrbanus ſecundus Genebaldo Conſtantinopolitano epiſcopo.

Pro modo peccati puniãtur, qui excõmunicatis cõmunicãt.

CAN. CVIII.

Sanctis quippe canonibus cautum cõſtat, ut qui cum excõmunicatis communicauerit, excommunicetur: ipſius tamen pœnitentiæ atque ſolutionis modos eo moderamine decernimus, ut quicunque ſeu ignorantia c ſeu timore, d ſeu neceſsitate cuiuſquam negotij maximi, & maximè neceſſarij eorum ſe conuictu & ſalutatione, oratione, oſculatione contaminauerit: cum minoris pœnitentiæ medicina, ſocietatis noſtræ participationem ſortiantur. Eos uerò qui aut ſpontaneè, aut negligenter e inciderint, ſub ea uolumus diſciplinæ coercitione f ſuſcipi, ut cæteris metus incutiatur.

CAVSA XII.

Qvidam clerici propria g relinquere uolunt, de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentum conficiunt, de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur.

1 *Modò primùm quæritur, utrùm liceat*
Q *clericis proprium habere.*
2 *Secundò, an res eccleſiæ, quæ ab eis datæ ſunt, poſſint conſtare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.*
3 *Tertio, ſi ante tẽpus ordinationis ſuę, qui nihil habere uidebantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur: an poſſint ea relinquere, quibus uoluerint, an non.*
4 *Quartò, ſi de ſuis et eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur, an utrique h communiter, an ſingulariter eccleſiæ uel ſacerdotij iure proueniãt.*
5 *Quintò, ſi teſtamẽta liceat eis cõficere,*

Excommunicat[9] an ſimplici uerbo poſsit abſolui.

, Hoc ſane intellige, ne contradicat ex̃. de ſentent. excõmu. cum medicinalis.

Sub. nõ ab alio. ij. q. v. quanto. in fin. xxiij. qõ. iiij. eſt iniuſta. Laurent.

die ſimplici uerbo quis poteſt excommunicari: , ut extra de eo qui furt. ord. re. c. j. uidetur ergo ꝙ hodie ſimplici uerbo poteſt abſolui quis: quia omnis res per quaſcunque cauſas contrahitur, per eaſdẽ diſſoluitur: ut extra de reg. iur. omnis res.

Presbyteris. Hæc eſt x. pars q. in qua ponitur, quæ pœnitentia debet imponi illis, qui excommunicati celebrauerunt. Io. de Fant.

a De illis. Statuerunt. ĩ. e. ſi quis epiſcopus. contra. ubi eis negatur ſpes reſtitutionis: ſed non negat quin a papa poſsint reſtitui.

b Saginati. Pingue uerbum de pingui intellectu proceſsit. xliij. diſ. c. ſi.

c Sanctis. Ignorantia. Craſſa: quia uere ignorans non eſſet excõmunicatus. unde lex dicit, Scientiam non ignorantiam uolumus obligari.

d Timore. Extra ꝙ met. cau. ſacris.

e Aut neglĩgẽter. Nota negligentiam comparari uoluntati. ff. de reg. iur. l. latæ culpæ.

f Coërcitione. Sed pone ꝙ aliquis laicus iurauit ſe alij laico ſatisfacere, poſt abſolutionem uult ei ſatisfacere corã ſeculari iudice. Nunquid iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de iſta ſatisfactione, cũ illa ſit cauſa ciuilis? ſic, arg. extra de do. inter uir. & uxorem. de prudẽtia. extra de con. ſer. cap. licet. ubi iudex eccleſiaſticus de libertate ſiue de hæreditate cognoſcit & pnunciat: & iudex eccleſiaſtic[9] de cauſa natiuitatis cognoſcit, extra qui filij ſint legit. cap. lator.

g Qvidam clerici ꝓpria. Supra proxi. cauſa. qõ. j. in illo c. inolita. & c. placuit. G. induxit clericos litigantes de proprijs rebus. Sed quia dubitari poſſet, an poſsint clerici habere propria, ideo poſuit hanc cauſam, in qua quærit, an clerici poſsint propria poſsidere, & an poſſint res eccleſiæ alienare: & an poſſint condere teſtamentum, & ut hæc & alia, &c.

h An utriq; i. eccleſiæ & ſacerdoti.

Cleri

Clericos. Hæc quæſtio diuiditur in duas partes. In prima probat magiſter per xvj. authoritates quod nullus clericus debet habere propriũ, quod tamen de regularibus intelligitur, qui proprijs renuntiauerunt. Secũda ibi, His omnibus. Ioan. de Fant.

QVAEST. I.

1 ps Clericos[a] *nihil poſſidere debere, multis authoritatibus iubetur. Ait enim Toletanum concilium.*†

Impuberes & adoleſcentes in uno conclaui manentes probatiſsimo ſeniori deputentur.

CAN. I.

OMnis ætas ab adoleſcentia[b] in malũ prona eſt: nihil incertius quàm uita adoleſcentiũ. ob hoc conſtituere oportuit: ut ſi qui impuberes aut adoleſcentes in clero exiſtunt, omnes in uno cõclaui commaneant, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant, deputati probatiſsimo[c] ſeniori: quem & magiſtrum[d] doctrinæ, & teſtẽ uitæ habeãt. Quod ſi aliqui ex his pupilli[e] exiſtunt, ſacerdotali tutela foueantur, ut & uita eorum à criminibus intacta ſit: & res eorum ab iniuria impiorum. Qui autem his præceptis reſultauerint, monaſterio deputentur: ut uagantes animæ & ſuperbæ ſeueriori regula diſtringantur.

Item Clemens in epiſtola quarta.

Omnibus clericis communis eſt uita ſeruanda.

CAN. II.

DIlectiſsimis fratribus & condiſcipulis Ieroſolymis cum chariſsimo fratre Iacobo et coepiſcopo habitantibus Clemens epiſcopus. Cõmunis uita omnibus fratres neceſſaria eſt, & maximè ijs, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & uitam apoſtolorum eorumque diſcipulorum imitari uolunt.

Communis enim uſus omnium,[f] quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit: ſed per iniquitatem[g] alius hoc dixit eſſe ſuum, & alius iſtud: & ſic inter mortales facta eſt diuiſio. Deniq; quidam Græcorum ſapiẽtiſsimus hæc ita ſciens eſſe communia debere, ait amicorũ eſſe communia omnia. in omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges.[h] & ſicut (inquit) non poteſt diuidi aer,[i] neque ſplẽdor ſolis: ita nec reliqua. quæ communiter omnibus data ſunt ad habendum, diuidi non debere, ſed habenda eſſe communia. unde & dominus per prophetam loquitur dicens: Ecce quàm bonum & quàm iucundum, &c. Iſtius enim conſuetudinis more retento, etiã apoſtoli eorumq; diſcipuli (ut prædictũ eſt) una nobiſcum & uobiſcũ communem uitam duxerunt. Vt enim bene noſtis, erat multitudinis eorum cor unum, & anima

---

a Clericos. In hac prima quæſtione, ſ. an clerici poſſunt propria habere, G. allegat ꝓ & contra: deinde ſoluit in illo §. cum ergo. & male. Dic ergo qđ poſſunt habere propria, niſi renuntiauerint[1] proprijs. ĩ. ead. q. j. ſint manifeſtæ. Sed hoc nota, quod in primitiua eccleſia omnes credentes ſiue clerici, ſiue laici, nihil proprij poſſidebãt, ſed communia erãt omnia, ſecundum quod loquitur ĩ. e. c. ij. Et ſi qua capitula contrarium dicant, loquuntur de conſilio, uel ſecundum tempus primitiuæ eccleſiæ: uel de ijs, qui tacite uel expreſſe renũtiauerit proprijs.

b Omnis ætas ab adoleſcẽtia. In clericis expectantur xviij. anni, & tunc quæritur, an uelint in ſeculo perſeuerare: ut ſ. diſt. xxviij. de his. In monachis. xiij. ut ĩ. xx. q. j. illud.

c Probatiſsimo. Pupillus enim apud tales educari debet, qui non inſidientur eius pudicitiæ: ut ff. ubi pup. educ. deb. l. pen. Vel dic ſeniori id eſt, presbytero. lxxxiiij. diſtinctio. porro.

d Magiſtrum. nota ꝙ magiſter perhibere debet teſtimonium de uita diſcipuli, ſimiliter de eius doctrina: ut C. de aduo. diuer. iudi. l. nemini. ſic domeſtica teſtimonia qñque admittũtur. Sic & pater perhibet teſtimonium de filio. xx. quæſtio. iij. præſens. ſic & alias ij. q. vij. cum paſtoris. & ĩ. ead. q. manifeſta. ij. q. j. Deus omnipotens.

e Pupilli. Hic de laicis loquitur, qui ſunt commendati eccleſiæ.

e Pupilli. Pupilli, orphani, uiduæ, liberti, miſerabiles perſonæ[2] ſpectant ad iudicium eccleſiaſticum, ut lxxxviij. diſtinc. cap. j. & ij. & C. quando imperator inter pu. & uid. l. unica. §. quod ſi pupilli. & xvj. quæſt. j. generaliter. quæ hic pro contrario ſignantur. Sed dic tutela, id eſt, protectione. Ioan. Credo quod ſint de foro utriuſque. B. unde eccleſia tales tueri, id eſt, nutrire nõ tenetur, ſed tueri, id eſt, ꝓtegere tenet.

DIlectiſsimis. ſex rationib⁹ probat omnia eſſe communia. Et nota ꝙ papa hic ſe poſtponit. ſic poſtponitur. ſ. xcvij. diſtinc. uictor.

f Omnium. Vnde Tulli⁹, Dulciſsima rerum poſſeſsio cõmunis eſt. & dicit Philoſophus, Quietiſsime uiuerent homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſent duo uerba, ſcilicet meum & tuum.

g Sed per iniquitatem. id eſt, per conſuetudinem iuriſgẽtium æquitati naturali contrarium, ne ſit contra. ſ. diſtin. viij. c. j. Vel per iniquitatem, id eſt, per ſolicitudinẽ, ut ibi, Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis. id eſt, de pecunia, quæ per ſolicitudinem eſt quæſita. xiiij. q. v. ca. qui habetis. §. ſed hoc multipliciter.

h Et coniuges. non quo ad uſum carnis ſed quo ad uſum obſequij. uel quo ad dilectionem. xxxj. diſt. omnino. Et eſt arg. quod uerbũ generale generaliter itelligendũ eſt. xix. di. ſi Romanorũ.[3]

i Aer. Aer communis dicitur quo ad uſum, ut inſti. de rerũ diui. §. j. ſed quo ad ius ædificandi, cuius eſt ſolũ, eius eſt aer uſque ad cælũ: ut ff. quod ui aut clam. l. ult. in fi. Poteſt enim ædificare homo, quam alte uelit. tamen non excedat uſitatum modum altitudinis, ut C. de ædifi. priua. l. j.

Cor-

---

[1] Scilicet liij. capi. xxiiij.

Clerici poſsint habere proprium.

[*] Scilicet tacite, uel expreſſe. tacite: ut xix. q. iij. nunc aũt. expreſſe: cum uiua uoce hoc exprimũt. B.

Pupillus ubi debet educari.

[2] Idem Alexã. de Imo. in l. j. ff. de iuriſ. om. iudi. colum. ij. ubi dicit qđ ꝓ miſerabilibus perſonis iudex poteſt interponere officium, & nõ imploratum, per l. j. C. quãdo imper. inter pupill. & uidu.

Meum & tuum turbãt humanũ ociũ.

Amicos facere de mãmona iniquitatis qđ eſt.

Pſal. 132.

[3] Cõcor. tex. in l. j. & fin. C. quę res pignor. obli. poſ. & in l. j. §. cum urbem. ff. de offi. pfec. ur.

una: [a] nec quiſquam eorũ aut noſtrorũ ḋ ijs, quę poſsidebant [b] aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed omnia nobis & illis erant cõmunia, nec quiſquam egens erat inter eos. Omnes uerò qui domos, uel agros poſsidebant, uendebãt eos: & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, offerebant, ponentes ante pedes apoſtolorum: ſicut nobiſcum quidam ueſtrum cognouerunt & uiderunt: & diuidebãt ſingulis prout cuique opus erat.

Ananias autẽ uir auſterus, & Sapphira uxor eius, quia mentiti ſunt apoſtolis de pretio agrorũ ſuorum, quos uẽdiderãt, nobis præſentibus in conſpectu omnium circunſtãtium à conſpectu apoſtolorum propter peccatum [d] eorum & mendacium, quod fecerunt, mortui delati ſunt ambo. Cætera quæ de talibus cognouimus & uidimus, nec recordatione, [e] nec demõſtratione digna ſunt. Quapropter hæc uobis cauẽda mandamus, & doctrinis & exemplis apoſtolorũ obedire præcipimus: [f] quia ij, qui eorum mandata poſtponũt, nõ ſolùm rei, ſed etiam Dei extorres fiunt: quæ non ſolùm uobis cauenda, ſed omnibus prædicanda ſunt. Vnde conſilium dantes, ueſtram prudentiam hortamur, ut ab apoſtolicis regulis non recedatis: ſed cõmunem uitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ bene nouiſtis adimplere ſatagatis.

Item Eugenius papa & Leo ix.

Iuxta eccleſiã clericorũ clauſtra conſtituantur.

CAN. III.

NEceſſaria [g] etenim res exiſtit, ut iuxta eccleſiam clauſtra [h] conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis eccleſiaſticis uacent. Itaque omnibus unum ſit refectorium ac dormitoriũ, ſeu cæteræ officinæ [i] ad uſus clericorum neceſſariæ. Miniſtri uerò poſt epiſcopum ſuper eos eligantur, quorum uita atque doctrina illos potius exornet, quã dehoneſtet.

Nec in atrio eccleſiæ alia ædificia, niſi clericorum ponantur.

Vnde Nicolaus papa.

Nec in atrio eccleſiæ, niſi clericorum ædificia ponantur.

CAN. IIII.

NVlla ædificia ĩ atrio [k] eccleſiæ ponãtur, niſi tantùm clericorum.

Item Hieronymus ad Nepotianum.

Clericus nihil ſeculare poſſideat.

CAN. V.

CLericus, qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primùm uocabulũ ſuũ, & nominis definitione prolata nitatur [l] eſſe, quod dicitur. Si enim cleros Græcè, Latinè ſors appellatur: propterea clerici dicuntur, quia de ſorte domini ſunt: uel quia ipſe dominus ſors, id eſt, pars clericorum eſt: & quia uel ipſe pars domini eſt, uel domini partem habet, talem ſe exhibere debet, ut ipſe poſſideat dominum, Pſal. 15.
& ipſe poſſideatur a domino. Qui dominũ poſſidet, & cum propheta dicit, Pars mea dominus: nihil extra dominum habere poteſt. Quòd ſi quippiam aliud habuerit præter dominum, pars eius non erit dominus. uerbi gratia: ſi aurum, [m] ſi argentum, ſeu poſſeſsiones, ſi uariam ſuppellectilem, cum iſtis partibus non dignatur dominus fieri pars eius. Si autem ego pars domini ſum, & funiculus [n] hæreditatis eius,

a Cor unum & anima una. ſcilicet ut ſint uniti uinculo charitatis.

b Poſsidebant. Ergo aliqs poteſt poſſidere rem, cuius nõ poteſt habere proprietatem. Arg. contra extra de præſcript. cauſam. Sed dic poſsidebant, id eſt, detinebant: ſicut ſeruus dicitur poſsidere. ff. de acquiren. poſ. quod ſeruus.

Act. 4. f.

c Et Sapphira. ĩfra. xxiij. q. viij. legi. & cap. Petrus.

Peccatũ uitam abbreuiat.

d Propter peccatum. propter peccatũ. moritur quis citius, ut xxiiij. q. iij. ea uindicta.

Act. 5. a

e Recordatione. alias retractatione.

f Præcipimus. id eſt, monemus. ſimile xxviij. quæ. j. ſic enim. Videtur tamẽ quod hoc fuit præceptum, [i] quia primitiua eccleſia hoc potuit præcipere, ſicut continentiam. Sed ſi hoc hodie ꝓciperetur, deformaret ſtatum eccleſiæ uniuerſalis: qđ non debet eſſe. j. q. ult. & ſi illa. Vel dic quod præceptũ erat eis, qui tunc renunciauerant proprijs, nõ alijs. xvij. quæſtio. j. cap. j.

i Contra hoc facit litera conſiliũ, &c. & hortamur, &c. ſed ſæpe quæ ſunt præcepti, monẽtur & conſuluntur. ut in præd. c. ſic enim. Archi.

g NEceſſaria. id eſt, utilis & honeſta.

h Clauſtra. Idem dicitur de conſecra. diſtin. v. in omnibus. ſ. diſt. xxxij. præter.

i Officinæ. ſ. diſtin. xxxij. ſi qui uero. contra. ſ. j. quæ. ij. ſacerdos. contra. ĩ. ea. quia tua. ſed ibi loquiſ de eccleſijs collegiatis, hic nõ. uel conſuetudo diuerſarum eccleſiarum ſoluit contrarium.

ADDITIO.

Quia ꝓuidetur eis ut pauperibus, non ut clericis, ſecũdum H. hic autem loquitur, quando uiuunt in communi, & de cõi, ſecundũ Laur.

k NVlla. In atrio. id eſt, in cœmiterio ꝙ habebit xl. paſſus in circuitu eccleſiæ maioris, capellę, uel minoris eccleſiæ triginta: ut ĩ. xvij. qõ. iiij. ſicut antiquus. Sic palatium Imperatoris non eſt priuatorum parietibus coarctandum. C. de oper. publi. quicunque.

Atrium eſt cœmiterium.

l CLericus. Nitatur. Argũ. a nominis interpretatione. xvj. qõ. j. ſi cupis. Nomina enim debent eſſe conſona rebus, in ſtit. de dona. §. eſt & aliud.

m Si aurum. non tamen eſt peccatum habere diuitias, ſi adſint bona opera, ut xxx. diſt. hæc autem ſcripſimus. Sed tunc eſt peccatum, ſi propter eas iuſtitia deſeritur. ĩ. e. habebat. uel cum homo in eis ſpem ſuã ponit: ut viij. qõ. j. ſunt in eccleſia.

Diuitias habere peccatum nõ eſt.

n Et funiculus. Funiculus hic dicitur menſura quædã qua diuidebatur hæreditas poſt funꝰ defuncti, ſecundum illud: Funes ceciderũt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

Funiculus quid ſit.

Non

non accipio [a] partes inter cæteras [b] tribus, ſed quaſi Leuita & ſacerdos uiuo de decimis: & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor: habens uictum & ueſtitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequor.

Item Ambroſius de fuga ſeculi. †

Nihil præter Deum debet curare, qui in eius ſortẽ eligitur.

CAN. VI.

QVi portio Deus eſt, nihil habet curare niſi Deum: ne alterius impediatꝰ neceſsitatis [c] munere. Quod enim ad alia officia [d] confertur, hoc religiõis cultui atq; huic noſtro officio decerpitur. [e] Hæc enim uera eſt ſacerdotis fuga abdicatio [f] domeſticorum, & quædam alienatio chariſsimorũ, ut ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit.

Item Hieronymus ad quendam ſuum Leuitam de duobus generibus hominum.

Clericis & Deo deuotis, nec cauſas agere, nec aliquid proprium habere licet.

CAN. VII.

DVo ſũt genera Chriſtianorum. eſt autẽ unum genus, quod mancipato diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, ut ſunt clerici & Deo deuoti, uidelicet cõuerſi. [g] cleros enim Græcè, Latinè ſors. inde huiuſmodi homines uocantur clerici, id eſt, ſorte electi. Omnes enim Deus in ſuos elegit. Hi nanque ſunt reges, id eſt, ſe & alios in uirtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. & hoc deſignat corona in capite. hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ ĩ ſignũ regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio uerò capitis eſt temporalium omnium depoſitio. [h] Illi enim uictu & ueſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem [i] habentes, debent habere omnia communia. Aliud uerò genus eſt Chriſtianorum, ut ſunt laici. laos .n Græcè, eſt populus Latinè. his licet temporalia poſſidere: ſed non niſi ad uſum [k] nihil enim miſerius eſt, quàm propter nũmum Deum contemnere. His conceſſum eſt uxorẽ ducere, terram colere, inter uirum & uirum iudicare, cauſas agere, oblatiões [l] ſuper altaria apponere, decimas reddere: & ita ſaluari poterunt, ſi uitia tamen benefaciendo euitauerint.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo. †

Clerici nihil proprium poſsideant.

CAN. VIII.

QVia tua fraternitas monaſterij regulis erudita, ſeorſum [m] non debet fieri à clericis ſuis in eccleſia Anglorũ, quæ (authore Deo) nuper ad fidem perducta eſt, hanc debet inſtituere conuerſationem, quæ in initio fuit patribus noſtris: in quibus nullus eorum ex ijs, quæ poſsidebat, proprium habebat: ſed erant illis omnia communia. Si qui uerò [n] ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe non poſſunt continere, ſortiri uxores [o] debent, & ſtipendia ſua accipere exterius: quia & de eiſdem patribus nouimus ſcriptum, quòd diuidebant

a Non accipio. Monachus tamen ſuccedit in hæreditatem: ut xix. q.iij.c. non liceat. & eccleſia nomine eius recipit: ut xviij.quæ. j. cap. j. Vnde Ouidius, alterius uires ſubtrahit alter amor.

b Inter cæteras. ſed ſingulariter. & eſt argum. quod clerici non debent partiri hæreditatẽ cum fratribus.

† cap.ij.

c QVi. Neceſsitatis. id eſt, ſollicitudinis.

d Officia. ſcilicet ſecularia.

e Decerpitur. id eſt, ſubtrahitur. ſic xcix.diſt. c. ecce.

f Abdicatio. Quo ad carnalem affectũ uel copulam.

DVo ſunt. g Cõuerſi. Cõuerſi omnes dicuntur eccleſiaſticæ pſonæ: ut xvij. quæ. iiij. capit. quiſquis. Et uerberans talem incidit in canonem, extra de ſent. excõ. non dubium. & habebunt habitum illorum, cum quibus conuerſant: ut xvj. q.vij.c. in nona. & licet conuerſi hic dicãtur Deo deuoti, non tamen tenẽtur continere. Nam quidam taliũ profitentur, quidam nõ: ut xxvij.qõ. j. capi. ut lex. Nam acolythi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, & tamen non tenentur continere. ut xxxij. diſt. c. ſi quis eorũ. quia poſſunt contrahere matrimonium legitimũ. Itẽ licet templarij ſint eccleſiaſticæ perſonæ, tamen poſſunt mouere arma ex pmiſsione eccleſiæ.

Conuerſum uerberans incidit ĩ canonem.

h Depoſitio. ſic ſ. diſt. xxiij. c prohibete. & capilli, qui remanent, deſignãt quod aliqua debemus retinere ad ſuſtentationem.

1. Ti.ſ.a.b

i Proprietatem. rerum eccleſiaſticarum. tamen bene concedendũ eſt qđ clericus ſit dñs fructum collectorũ. Sed licet pprietas fructuũ ſua ſit, tñ non poteſt eã in morte eius alicui largiri rõne teſtamẽti, ſed intuitu eleemoſynæ ſic: ut extra de teſt. ad hæc. Sicut hæres, licet ſit dominus rerũ quas tenetur per fideicom. reſtituere alij, tamen nihil poteſt inde alienare. ff. ad Treb. l. deducta. §. ultim. & l. quidam. §. ſi quis.

k Ad uſum. Prohibetur etiã laicis, ne ſeruent pecuniã: ut xlvij. diſtin. ſicut hi. Hoc ideo, ne qs in auaritiam incidat, alias bñ licet: qa non debet quis oĩa bona ſua ſtatim effundere: ut lxxxvj. diſt. c. non ſatis: & dic, non niſi ad uſum. i. non ad abuſum. bene. n. poſsũt habere proprium.

Pecuniã ſeruare utrum licitum ſit.

l Oblationes. imo præcipitur eis oblatiões dare: ut xvj. q.j.c. ſtatuimus. ĩ. de cõſe.di.j.c. oĩs Chriſtianus. x.q.j. c.quia ſacerdotes.

QVia tua. m Seorſum. Ergo monachus epiſcopus factus non poteſt habere proprium: ſed ſi hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit eccleſiæ: ut xvij.q.j. c.j.in fine.

† ca.j.reſpõſio. ad Auguſti.

Monachꝰ factus epiſcopus ꝓprium habere non poteſt.

n Si qui uero. ĩ. di.xxxij.c.ſi qui uero. & c.placuit. hoc hodie non tenet, i extra de cle. cõiug. Ioan. & c.j.

o Vxores. ſi ſine cleri-

Hæc eſt uera ſẽtẽtia ſecundũ Vinc. & Innoc. & qđ hic dicitur e ius uetus: & ſtat hodie ei qđ dicitur in decre. hic alle. ĩ cleri. cõiug. c.j. Arch.

prout cuique opus erat. De eorum quoque ſtipendio cogitandum atq; prouidendum eſt, & ſub eccleſiaſtica regula [a] ſunt tenendi, ut bonis moribus uiuant: & canendis pſalmis inuigilent, & ab omnibus cor & linguam illicitis, & corpus Deo authore conſeruent. Communiter autem uiuentibus iam de faciendis portionibus, [b] uel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia à nobis, quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt neceſsitatibus, in cauſis pijs ac religioſis erogandum eſt, domino magiſtro omnibus dicente: Quod ſupereſt, [c] date eleemoſynam, & oia munda ſunt uobis. *Lucæ 11.*

Item Vrbanus papa omnibus catholicis.

Clericis omnia cõmunia eſſe debent.

CAN. IX.

SCimus uos non ignorare, quòd hactenus uita communis inter oẽs Chriſtianos uiguit, & adhuc gratia Dei uiget: & maximè inter eos, qui in ſortem domini ſunt electi, id eſt clericos, ſicut in actibus Apoſtolorum legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unũ, & anima una: nec quiſquam eorum, quæ poſsidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia: & infrà. *Actu. 4. f.* Quicunque ueſtrum communem uitam ſuſceptam habet, & uouit ſe nihil proprium habere, uideat ne pollicitationem [d] ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat: quoniam melius eſt non uouere, quàm uotum prout melius poteſt non perficere. *Eccle. 5.* Grauius enim puniuntur, qui uotũ fecerunt, aut fidem [e] perceperunt, & uotum non perfecerunt, aut in malis uitam finierunt, quàm illi, qui ſine uoto aut fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.

Item Auguſtinus in ſermone de communi uita clericorum.

De eodem.

CAN. X.

NOlo, [f] ut aliquis de uobis inueniat malè uiuendi occaſioné. Prouidemus enim bona (ut ait Apoſtolus) non ſolùm coram Deo, ſed ẽt coram hominibus. *Rõ. 12. d. 2. Cori. 8.* Propter nos conſcientia noſtra nobis neceſſaria eſt, propter uos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet i uobis. Duæ res ſunt conſcientia & fama: conſcientia neceſſaria [g] eſt tibi, fama proximo tuo. Qui confidens conſcientiæ negligit famam, crudelis eſt: & infrà. Nulli liceat in ſocietate noſtra habere aliquid proprium: ſed ſi fortè aliqui habent, nulli licet. & qui habuerint, faciunt quod non licet. & poſt pauca: Enthecam habere non licet. Non eſt epiſcoporum ſeruare aurum, [h] & a ſe reuocare mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, ut plures triſtes relinquamus: quia quod dare omnibus poſsimus, non habemus. Non habeamus ergo enthecam. & infrà: Qui habuerit proprium uel habere uoluerit, & de proprio uiuere, & contra præcepta iſta facere: parum eſt, ut dicam, non mecum manebit: ſed nec clericus erit. dixeram [i] enim, & ſcio me dixiſſe, ut ſi nollent ſuſcipere etiam ſocialem uitam mecum, illis non tollerem [k]

---

clerici, nunquid ergo dormiunt cum alijs? ut ĩ. ea. ca. neceſſaria. non, quia eſſet inhoneſtum in uxorato. Item cantabunt ne cũ clericis? quod uidetur: quia nõ aliter perciperent ſtipendia. & quod hic dicitur ſpeciale eſt in Anglicis: nec enim ſimul habebit quis eccleſiaſticum beneficium & uxorẽ, extra de cleri. coniug. ca. diuerſis. & c. Ioannes.

[a] Sub eccleſiaſtica regula. hic patet q̃d ſi aliquis in minoribus ordinibus conſtitutus ducat uxorem: non tamen poteſt more laicorum uiuere, nec poteſt cõueniri corã ſeculari iudice, nec uerberari ſine ſacrilegio: ut xx. q. iij. eos. & lxxxj. diſt. dictũ. Ioan. quod falſum eſt, ut extra de cle. coniu. Ioan. B.

Monachi non tenẽtur ad decimas. [b] Portionibus. i. dãdis decimis. monachi enim communiter uiuentes nõ dãt decimas: ut ĩ. xvj. q. j. c. decimas. extra d̃ deci. fraternitatẽ.

Decĩas ſol uere pauper nõ tenetur. [c] Quod ſupereſt. Videtur ergo, ꝙ ſi aliquis ita pauper eſt, quod ei nõ ſufficiant ſua, uidetur quod non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto ſibi aliquis tenetur ſubtrahere neceſſaria: ut lxxxvj. diſt. c. nõ ſatis. in fine, quod non eſt uerum.

Pollicitatio nuda quandoq; obligat. [d] SCimus. Pollicitationem. No. quod ex nuda pollicitatione, quã quis facit Deo, poteſt cõueniri. xxij. q. v. c. iuramenti. ſic ex nuda pollicitatiõe facta reipublicæ: ut ff. de pollicita. l. j.

[e] Aut fidem. Hic uidẽ Vrbanus ſoluere quæſtionẽ Auguſt. vj. q. j. ca. quæro. in fin. Dicunt tamen quidam magis puniendum eſſe il-lũ, qui ſemper fuit infidelis, quam illũ qui quandoque fuit bonus. nã illius opera quandoque uiua fuerunt, tamen hæc litera contradicit eis.

[f] NOlo. Auguſtinus fecerat tres conſtitutiones. Prima fuit, ꝙ clerici non poſſent habere propria: ſed illa male ſeruabat, & plurimi erãt trãſgreſſores. ideo ſecũdo reuocauit eam: ut ĩ. ea. cap. certe. Tertio de conſenſu clericorum ſuorum confirmauit primã conſtitutionem, ut in hoc capi.

[g] Neceſſaria. xj. quæſt. iij. ca. ſentit. cõtra. hoc ibi ſolutum eſt.

Argu. in authen. de litigi. §. ſi uero apud. in ſi. Arc. [h] Aurum. lxxxvj. diſt. fratrem quod loquĩ de illis, qui ante retractationẽ renuntiauerant proprijs, & tamen uolũt habere ꝓprium.

[i] Dixeram. in ſecunda conſtitutione, quam feceram.

[k] Nõ tollerẽ. id eſt, non præcluderem eos fieri clericos.

Clau-

a Claudos. Quia adhuc temporalibus non renunciauerant.

b Mortuos.i.qui renuntiauerunt proprijs, & tamen uolunt habere proprium.

c Non dicatis. extra de accuſat. ex parte. extra ne cler. uel mona. non magnopere.

d Poſsidere. Nunquid pauperi famæ morienti tenentur ſubuenire, ſine licẽtia? ita: nec obſtat j.q.j.non eſt putanda. quia in hoc caſu quilibet ei ſubueniret. Res enim quæ nobis ſuperabundant, pauperum ſunt, ut xlvij. diſt. ſicut hi. Si autem eſt in ſcholis, de licentia agere poteſt & mutuare: ſicut filiusfamilias, ut C.ad Macedonia. l.ultima. ff. de iud. ſi longius. §. filiuſfamilias.argum.extra de offic. iudic. deleg. præterea. ff. de iuriſdi. l. ij. Sed nunquid ueſtis eſt ſua quã habet? uel nunquid dicitur poſſidere res temporales, uel ueſtem? nõ uidetur: quia ueſtis qua ſemper utitur ſeruus, de peculio domini eſt.ff.de peculio. id ueſtimentum. ſed ſeruus non poſsidet ea, quæ ſunt in peculio, ut ff.de acquiren. poſſeſsio. quod ſeruus. Item qui ab alio poſsidetur, ipſe nihil poſsidet, ut ff. de adulte. l. ſic eueniet. Sed dicas quòd ex permiſsione prælati ſui poſſunt poſſidere, ut extra de ſta. mona. c. monachi. & not. quòd monachus ratione contractus nec agere poteſt, nec conueniri, 1 ſicut ille, qui ceſsit bonis, ut ff. de arbi. itẽ ſi unus: in princ. Sed hoc notaui xj. q.j.de perſona. Item cũ monachus dicatur ſeruus: ut liiij.diſt. multos. ergo non habet liberum arbitrium, ut xxxij. quæſtio. iij. capitulo unico. nec enim uelle uidetur, qui ex neceſsitate obtemperat. ff. de regulis iuris. l.uelle. Item agere non poteſt de iniuria ſibi illata, ſed tamen eius prælatus poteſt agere, 2 niſi prælatus abſit, nec reliquerit procuratorem, ad inſtar filijfamilias. ff. de iniur. ſed ſi unus. §. ait prætor.

clericatum, ſed ſeorſum manerent, ſeorſum uiuerent. Malui enim habere cæcos uel claudos, a quam plangere mortuos. b Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo quicunque uoluiſſet extra manere, & de ſuo uiuere, non tollerem clericatum ei: ita modò, quia placuit eis Deo propitio, hæc ſocialis uita, quiſquis cum hypocriſi uixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula clericorum. Item. Qui non uult mecum manere, & in communi uiuere, habeat libertatem, ſed uideat utrùm habere poſſit felicitatis hæreditatẽ.

Idem.

Non licet habere proprium ijs, qui ſuis renuntiant, & communiter uiuere ſpondent.

CAN. XI.

Non dicatis c uos aliquid habere proprium: ſed ſint uobis omnia communia: & infrà. Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, ut occultè literas ab aliquo, uel quodlibet munus accipiat, ſi hoc ultro confitetur, parcatur illi, & oretur pro eo. Si autem deprehenditur atque conuincitur, ſecundùm arbitrium presbyteri uel præpoſiti grauius emendetur, & infrà. Cùm huius noſtræ congregationis fratres non ſolùm facultatibus, ſed uoluntatibus proprijs in ipſa ordinis ſuſceptione renuntiauerint, & ſemper promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati & imperijs in Chriſto & pro Chriſto ſubdiderint, certum eſt eos nihil habere, poſsidere, d dare, uel accipere ſine ſuperioris e licentia debere. Quòd ſi propinquus, uel quilibet fratrũ cuiquam aliquid offerre uoluerit, primò quidem priori inſinuetur, & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandauerit. de quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod priori placuerit.

Idem.

De eodem.

CAN. XII.

Exemplum f domini accipite conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui angeli miniſtrabant, niſi quia eccleſia ipſius loculos habitura erat? Quare furem admiſit, niſi ut eius eccleſia fures g cum patitur toleret?

Item Proſper. †

Eccleſiarũ præpoſiti rerum diſpenſatores efficiuntur earũ.

CAN. XIII.

Expedit facultates eccleſiæ poſsideri, & proprias perfectionis amore contemni. non enim propriæ ſunt, ſed communes h eccleſiæ facultates, & ideo quiſquis omnibus, quæ habuit dimiſsis, aut uenditis fit rei ſuæ cõtemptor, cùm præpoſitus i factus fuerit eccleſiæ, omnium

e Sine ſuperioris. extra de officio ordina. quanto. habet tamẽ ius eligẽdi, 3 & ius accuſandi ſuũ prælatum ſiue abbatem, & illud poteſt facere ſine licentia abbatis: quia hoc iure ei concedi tur. extra de accuſ. ex parte.

f Exemplum. Ab hinc oſtendit, quod eccleſia poſsit habere proprium, & hoc uſq; ad §. econtra.

g Fures. Id eſt, occultos peccatores. ſimi. xxiij. quæſ. iiij. tu bonus. extra de tempor. ordina. cap.ultimo.

h Expedit. Communes. quæritur quis ſit dñs rerum eccleſiaſticarũ, nunquid pauperes dicunt eſſe domini? argu. quòd ſic xvj. quæſ. j. quoniã quicquid. Poteſt dici, quòd eccleſia ſit domina, ut xxj.quæſ.iij.inter memoratos. ſicut hæreditas eſt dña, ut ff.de acq.re.do. hæreditas. Alij dicunt quòd ipſe Deus, 4 ut j.ea.q. ij. qui Chriſti. & c. qui abſtulit. uel dic dominium eſſe apud clericos, ſicut dominium rerum uniuerſitatis apud ciues. inſtitut. de re.diui.§. uniuerſitatis. dicuntur & pauperes domini, quia inde ſuſtentantur.

ADDITIO.

De hoc etiam not. extra de uerb. ſign. cauſa. & per Innoc. & Hoſtienſ. extra de cauſa poſſ. cum ſuper. & ibi uideas. Archidia.

i Cum præpoſitus. & confirmatus. nam ante non poteſt adminiſtrare, niſi ſit ualde remotus, ut extra de electio. quod ſicut. & cap.nihil.

S 2 Si ſcirent.

Religioſus etiã in ueſte proprietatem nõ haber.

1 Extra de fideiuſſo. de quibuſdã. ubi de hoc.

2 Quod dic ut no. extra de ſen. excõ. parochianis.

3 Vt extra de reſcript. cũ dilecta. de cõſuet. cũ dilectus. Archidia.

Eccleſiaſticarũ rerũ dominiũ apud quem eſt.

Ioan. 12. a

4 Et cum omnia eius ſint: hoc tñ ſpecialius ſ.j.q. iij. ſaluator. verſi. quiſquis. c. res quæ. xvj. quæſ. j. in canonibus. ꝟ. ſi quis. & hoc uerũ ſecundum Rayn. & Vincent. Archidia.

Libr. 2. c. 9. de uita cõtemplatiua.

quæ habet eccleſia, efficitur diſpenſator. Denique ſanctus Paulinus (ut ipſi melius noſtis) ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, uendita pauperibus erogauit, ſed cùm factus eſſet epiſcopus, non contempſit eccleſiæ facultates, ſed fideliſsimè diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtenditur & propria debere propter perfectionem cõtemni: & ſine impedimẽto perfectionis poſſe eccleſiæ facultates (quæ ſunt profectò cõmunes) poſsideri. Quid ſanctus Hilarius? nónne ipſe omnia ſua aut parentibus reliquit, aut uendita pauperibus erogauit? Is tamen cùm merito ſuæ perfectionis fieret eccleſiæ Arelateñ. epiſcopus, quæ illa tunc habebat eccleſia, non ſolum poſsidebat, ſed etiam (acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus) ampliauit. Itaque homines tam ſecularium, quam diuinarum literarum ſine ambiguitate doctiſsimi, ſi ſcirent a res eccleſiæ debere contemni, nunquam eas debuerant ſuſcipere, qui omnia reliquerant.

Item Greg. Felici epiſcopo de Acropoli. †

† Epiſtola xxix. lib. ij.

Diaconi, uel qualibet religioſa perſona regularem uitã ducere cogantur.

CAN. XIIII.

QVoniam Velina, b Vicentina, & Blandina eccleſiæ tibi in uicino ſunt conſtitutæ, c propterea fraternitati tuę earum ſolenniter operam uiſitationis iniungimus, illud præ omnibus commonentes, ut ubicunque præfatarum eccleſiarum ſiue diœceſum, uel diaconi, uel religioſæ perſonæ inuentæ fuerint, diſtrictè ac canonicè uiuant.

Item Melchiades d Papa.

Quare in primitiua eccleſia prædia uendebantur.

CAN. XV.

FVturam eccleſiam apoſtoli in gẽtibus præuidebant, idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At uerò cũ inter turbines & aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia, ad hoc uſque peruenit, ut non ſolùm gentes, ſed etiam Romani e principes, qui totius orbis monarchiam tenebant ad fidem Chriſti, & baptiſmi ſacramenta cõcurrerent: è quibus vir religioſiſsimus Conſtantinus primus fidem ueritatis patenter adeptus, dedit licentiã per uniuerſum orbem ſuo degentibus imperio non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias, & prædia conſtituit tribuenda. Denique idem præfatus princeps donaria immenſa cõtulit, & fabricam templi primæ f ſedis beati Petri inſtituit, adeò ut ſedem imperialem relinqueret, & beato Petro ſucceſſoribusq; ſuis profuturam concederet. g Idem uerò præſidens ſanctæ ſynodo, h quę apud Nicæam congregata eſt, cum querelam quorundã clericorum conſpiceret corã ſe deferendam, ait: Vos à nemine iudicari poteſtis, quia ſolius Dei iudicio reſeruamini, dij etenim uocati eſtis, & idcirco non poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore & deinceps uiri religioſi, non ſolum poſſeſsiones & prædia, quæ poſſidebant, ſed etiam ſemetipſos domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas i in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrum per ciuitates ac monaſteria innumera, in quibus cœtus domino ſeruientium conueniret.

Exod. 22. Pſalm. 81.

Item Vrbanus Papa, †

† Scilicet primus & fuit Anno domini cccxvj.

a Si ſcirent. Simile. vij. qō. j. omnis qui. argu. bonum pro illis, qui ſuis renuntiauerunt quod ſemper præſumitur illos iuſtam cauſam & litem fouere. & eſt bonum ſimi. extra de no. ope. nunt. capit. j.

b QVoniam. Velina. Nota, plurium eccleſiarum uiſitationem uni committi. Et eſt argu. ꝙ ratione propinquitatis aliquid ſtatuitur cõtra ius. ſic extra de poſtulat. ad hoc. & ſic ratione remotionis. lxiij. diſtin. cũ longe.

c Conſtitutæ. vij. qō. j. conſtitutum. & ꝰ. lxj. diſt. obitum.

d Melchiades. Falſus eſt titulus, quia Melchiades fuit proximus ante Syluestrum, & eius tempore eſt Conſtantinus cõuerſus. xcvj. diſtin. in illa palea, Conſtantinus.

FVturam. CASVS. *Dicebant quidam quod eccleſia non debeat recipere prædia, & hoc probabãt exemplo Apoſtolorum, qui in Iudæa prædia non recipiebãt: ſed pretia prædiorũ, ut pauperes ſuſtentarentur. quibus Melchiades Papa reſpondet dicens: quod ideo Apoſtoli in Iudæa prædia non recipiebãt, quia prauidebant eccleſiã ad gentes tranſituram. quod cum factum eſſet principes Romanorum facti ſunt Chriſtiani, de quibus Conſtantinus fuit unus, qui legem dedit, ut quicunque uellet fieri Chriſtianus, & eccleſiã fabricaret, & prædia eccleſiæ donaret, & ipſemet multa donauit, & eccleſiam beati Petri inſtituit, & ſedẽ imperialẽ ei reliquit, & ab illo tẽpore cœpit eccleſia poſſeſsiones habere, & Chriſtiani cœperunt eccleſias ædificare, et ſeipſos cõſecrare.*

e Romani. Ergo Imperator eſt dominus totius mũdi. ꝰ. vij. q. j. in apibus.

f Primæ. Videtur ergo quod eccleſia beati Petri ſit prior eccleſia beati Ioannis apoſtoli Laterañẽſis ; x. quæſt. j. ſanctorum. ſed expone primæ beati Petri, id eſt, apoſtoli, uel primæ, id eſt, apoſtolicæ.

; Ad hoc facit expreſſe. ꝰ. iij. qō. vj. dudũ. ubi Laurẽ. approbat iſtã ſententiam. Alij cõtra, qa eccleſia Lateraũ. eſt patriarchalis ſed eccleſia beati Pet. non, nec ẽt ẽpalis: ſed eſt de epiſcopatu Portuẽſi: & ideo exponũt, ut ſequit. & hoc tenet Hug.

g Concederet. ergo imperium eſt apud eccleſiam Romanam: ut xcvj. diſtin. in illa palea, Conſtantinus.

h Synodo. nam ante eum non fuerunt generales ſynodi congregatæ: ut xv. diſt. c. j.

i Baſilicas. de conſec. diſt. j. nemo.

Videntes.

Quare prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur.

CAN. XVI.

VIdentes autem ſummi ſacerdotes, & alij atq; Leuitæ & reliqui fideles plus utilitatis poſſe conferre, ſi hæreditates & agros, quos uendebant, eccleſijs, quibus pręſidebāt epiſcopi, traderent, eò q ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura & elegātiora miniſtrare poſſent fidelibus communē uitam ducentibus, quàm ex pretio ipſorum, cœperunt pdia & agros, quos uendere ſolebant, matricibus [a] eccleſijs tradere, & ex ſumptibus earum uiuere. Ipſæ uerò res in ditione ſingularium parochiarum epiſcoporū (qui locum tenent Apoſtolorum [b]) erant, & ſunt uſq; adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus: è quibus epiſcopi & fideles diſpenſatores eorum omnibus communi uita degere uolentibus miniſtrare cūcta neceſſaria debent prout melius potuerint: ut nemo in eis egens inueniatur. † Ipſæ enim res fidelium, oblationes appellantur, quæ à fidelibus domino offeruntur. Memoratis ergo augmentationibus, intantum eccleſiæ, in quibus epiſcopi præſident, domino adminiculante creuerunt, & in tantis maxima pars earum abundat rebus, ut nullus ſit in eis communem uitam gerens indigens: ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo [c] ſuiſq; miniſtris percipiat.

Ideo ſi aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc auelle-re nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

Item Auguſtinus. †

De eodem.

CAN. XVII.

HAbebat dominus Loculos, à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorū neceſsitatibus & alijs indigētibus [c] tribuebat. tūc primum eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta: & ut intelligeremus q præcepit non eſſe cogitandum [e] de craſtino: non ad hoc fuiſſe præceptū, ut nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis: ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

[a] *His omnibus authoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quòd ſi habuerint, non clerici erunt: non tamen clericatus eis tollendus eſt.*

Vnde Auguſtinus ait in eodem ſermone. †

Clericatus non tollatur eis, qui nolunt habere aliquid proprium.

CAN. XVIII.

CErtè ego ſum, qui ſtatueram nullū ordinare clericū, niſi q mecum uellet manere: aut ſi uellet à propoſito recedere, [f] rectè illi clericatū tollerem: [g] ecce [h] in cōſpectu Dei & ueſtro muto conſiliū, qui uolunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus & eccleſia eius, maneant ubi uolunt, & ubi poſsūt, non eis aufero clericatū: nolo habere hypocritas. Malum [i] enim eſſe

[a] VIdentes. Matricibus. Videtur ergo, quòd tantum matrices eccleſiæ olim habuerunt prædia & poſſeſsiones. Vnde uidetur, quod illa ſolennitas, quæ in alienatione rerum eccleſiæ ſeruari præcipitur. x. q. ij. c. caſellas. alias hoc ius. tantum de maioribus eccleſijs intelligatur: cum enim olim eccleſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhibenda in alienatione. Sed cum hodie augmentatæ ſunt poſſeſsiones eccleſiæ, ſufficit conſenſus capituli eccleſiæ ad alienationem faciendam: ut ī. ead. quæ. ij. capi. ſine.

[b] Apoſtolorum. Epiſcopi tenent locum Apoſtolorum, ut hic, ſcilicet quo ad dignitatem: monachi quo ad renunciationem propriorum, et communem uitam. xvj. quæ. j. c. ex authoritate. oēs ſacerdotes quo ad ſacramentorum diſpenſationem. xj. q. iij. c. abſit. xxj. diſt. ca. in nouo. lxviij. diſt. c. quorū uices.

[c] Ab epiſcopo. extra de præben. cap. epiſcopus.

ADDITIO.

Et ſic habes hic, q epiſcopus p ſe uel per alium tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti. lxx. diſtinct. ca. ſanctorum. H.

[d] HAbebat. Indigentibus. Argu. de eleemoſyna fieri eleemoſynam. xvj. q. j. c. decimæ tributa.

[e] Cogitandum. ī. ...vij. c. cōuenientes. contra. ubi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris caſibus debemus occurrere: ut xxiij. diſt. ca. in nomine. Solu. cautela nō prohibetur: ſed ſolicitudo nimia, p quā cultus diuinus minuatur. xlvij. diſtin. cap. omnes huius. & c. ſicut hi.

His omnibus. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probat, quòd poſſunt habere propriū tam clerici, quam epī & eccleſiæ, & hoc probat per undecim authoritates. Io. de Fan.

[f] CErte. Recedere. Id eſt, non aſſumere propoſitū [r] renuntiādi, ut ibi: cadent à latere tuo.

[g] Tollerem. i. non admitterem.

[h] Ecce. Argu. aliquem uenire cōtra factum ſuum. xvij. quæſt. ij. ca. Gonſaldus. xxxv. queſtio. ix. cap. quod quis: xxij. q. iiij. c. in malis. & ca. iurauit. lv. diſt. ca. pœnitentes. ff. de ijs quibus ut indig. l. tutorē. Contra xxxij. qō. v. cap. horrendus. Arg. contra. vij. q. j. ca. quam periculoſum. viij. q. ij. c. dilectiſsimi. xvij. qō. iiij. c. ſunt qui opes. C. de trāſact. l. ex cauſa. C. de cap. & poſtlimi. re. l. nec nos. C. de remiſ pign. l. debitum. ff. de acquiren. hære. l. qui ſuperſtitis. ff. de adopt. poſt mortem. contra. ff. de ſer. ruſti. præd. per fundum. Ioan. Solu. quilibet poteſt uenire contra factum ſuū, ubi eſt expreſſum in iure, alias non. lv. diſt. c. pœnitentes H.

[i] Malum. i. occaſio mali. quia rei familiaris cura ſine peccato uix poteſt exerceri. xxv. diſtinct. capitu. qualis. Vel intellige proprie. Peius enim eſt per hypocriſim peccare, quam manifeſte, ut extra de hæret. cum ex iniuncto. ff. de ritu nuptia. l. palam. & plus eſt ueneno occidere, quā gladio. C. de maleficis. l. unica. & plus eſt perſuadere, quàm complere.

Eccleſiaſticæ res facilius poſſunt alienari hodie, quam olim.

Apoſtolorū locum tenent uiri eccleſiaſtici diuerſimode.

† Et ſic epiſcopi totum clerū ſuſtentabant. ſic j. e. c. epīs. c. præcipimus. c. nulli contra canones & co...res, poſtea epī papis patientib. ſibi ipſis oēs reditus matricis eccleſiæ attribuerunt.

Solicitudo nimia eſt prohibita.

† c. 15. de menda.

Ioan. 3. c

[r] Nō habet ꝓprietas. nō enim inde cadit, qui non ſuſcipit, ſecundum Hu.

Facto proprio pōt quis contrauenire

[r] Scilicet de quo ſ. ea. q. c. nolo. ſed falſo & ſubdititio, ut ibi dixi.

Hypocrita pl⁹ peccat, quam manifeſte delīquēs.

quis neſciat? malum a eſt cadere b à propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitum. & poſt pauca: Si non ſeruat ſanctitatem c foris, dimidius cecidit. Si uerò intus habuerit ſimulationē, totus cecidit. nolo ut habeat neceſsitatem ſimulandi. Scio quomodo homines amant clericatum. nemini eum tollo nolenti mecum cōmuniter uiuere.

Econtrà ſunt aliæ authoritates, quibus conceditur propria habere nō ſolùm alijs, ſed etiam epiſcopis.

Vnde in concilio Agathenſi legitur.

De rebus proprijs, uel acquiſitis, epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant.

CAN. XIX.

EPiſcopi de rebus proprijs uel acquiſitis d uel quicquid de proprio habent, hæredibus ſuis (ſi uoluerit) derelinquāt. quicquid uerò de prouiſione ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus: omnia in iure eccleſiæ reſeruare cenſuimus.

Item ex concilio Martini papæ.

De eodem.

CAN. XX.

MAnifeſta i autem debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent, ijs, qui circa i epiſcopos ſunt presbyteris & diaconibus, ut ſi epiſcopo cōtigerit inopinatus tranſitus, res eccleſiæ nullo modo poſsint minui & perire: neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur pro rebus eccleſiæ; ut nec eccleſia damnū incurrat, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, vbi legitur.

De eodem.

CAN. XXI.

SInt manifeſtæ k res propriæ epiſcopi (ſi tamen habeat res ꝓprias) & manifeſtæ dominicæ, l ut poteſtatē habeat de proprijs rebus epiſcopus moriens ſicut uoluerit, & quibus uoluerit derelinquere: ne ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probātur, m interdicātur. Fortaſsis enim aut uxorem habet, aut filios, n aut propinquos, aut ſeruos. o & iuſtum eſt hoc apud Deum & homines, ut nec eccleſia patiatur detrimētum ignorantia rerū pōtificis: nec ep̄s, uel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur: & in cauſis p incidant, qui ad eum pertinent, mortiſq; eius iniurijs infamentur.

Item in eiſdem canonibus.

Ex rebus eccleſiæ epiſcopus, ſi indiget, ſibi & ſuis neceſſaria ſumat.

CAN. XXII.

EX his autem, quibus epiſcopus indiget, q ſi tamen indiget, in ſuas neceſsitates & peregrinorum fratrum uſus & ipſe percipiat, ut nihil ei omnino poſsit deeſſe. Lex ení Dei præcipit, ut qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

Item ex concilio Antiocheno, cap. xxxv. †

Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet.

ff. de ſeruo corrupto. l. j. §. ultimo. & ſic non obſt. xxxij. quæſt. iiij. c. nemo.

a Malum. Hoc ſcilicet.

b Cadere. Id eſt, non aſſumere.

c Sanctitatem. Id eſt, minus periculō eſt eſſe manifeſtum, quam occultum. & ſic non eſt contra. xxxij. q. iiij. ca. nemo. ubi dicitur, ꝙ tolerabilior eſt culpa ſi lateat.

d EPiſcopi. Acquiſitis. de proprio. Vel dic acquiſitis non occaſione eccleſiæ, ut extra de teſtamē. quia nos.

e Habent. De hoc dicemus. ĩ. ead. quæ. iiij. cap. j.

f De prouiſione. Clerici de rebus mobilibus nihil in ultima uoluntate poſſunt dare, niſi talis ſit eccleſiæ conſuetudo, ut extra de teſta. ad hæc. & c. relatum. §. licet.

Clerici nihil poſſunt dare in ultima uolūtate.

g De fructibus. nōdum perceptis. argum. ff. quemadmo. uſusfruc. amit. l. ſi uſufructuarius. in fi. imo etiā de perceptis non poſſunt condere teſtamentum, extra de teſta. quia nos admonet.

h MAnifeſta. faciat ergo inuentarium: ut xxviij. diſtinc. de Syracuſanæ.

i Iis, qui circa. id eſt, uicedominis: ut lxxxix. diſtinct. ca. uolumus. & cap. ſequenti. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ, alij erunt teſtes uitæ ſuæ. ſ. ij. qō. vij. ca. cum paſtoris.

k SInt manifeſtę. i. diſtinctæ.

l Dñicæ. i. eccleſiæ.

m Probantur. ex hoc cap. & in auth. de eccle. titu. §. interdicimus. col. ix. ff. de dona. inter uirum & uxorem. l. Quintus Mutius. C. eod. titul. etiam uidetur quod ſemper res acquiſitas præſumūtur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi probetur contrariū. Argum. contra. C. arbit. tutel. l. ſi defunctus. ibi enim dicitur, quod tutor, qui nihil ante habebat, poſtea p induſtriam ſuam multa potuit fuiſſe lucratus: unde pupillus cogitur probare illas ſuas eſſe. Tu dicas, quod ſi epiſcopus uel alius prælatus permiſtim utitur rebus ſuis & eccleſiæ, cum non ſit facta diſtinctio, cogetur hæredes epiſcopi probare illas res non eſſe eccleſiæ, ſicut uxor cogitur ꝓbare res aliquas nō eſſe mariti: quia promiſcue utitur reb. mariti, ut ſuis. uel aliter diſtinguas: Si certum eſt, quod epiſcopꝰ ante epiſcopatū habuit proprium, tunc incumbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tantum de rebus eccleſiæ, arg. ĩ. q. iiij. c. j. & ij. Vel dic, ꝙ ſi poſt mortem epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſsione rerum: tunc hæredibus incumbit probatio. Sed ſi hæredes ſunt in poſſeſsione. tunc eccleſia probabit: ut ĩ. ea. quæſtio. v. cap. j. in fine.

Clericorū bona ne præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.

n Aut filios. ſupra xxviij. diſtinctio. de Syracuſanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum, quorum † canon iſte eſt.

† Arg. contra ſ. e. q. c. ij. & ſequen. Dic licet illo tpe primitiuo non liceret clericis habere ꝓpria, tamē apoſtoli inſtinctu ſpiritꝰ ſancti ꝓuiderunt eccleſiā & clericos poſſeſsiones habituriā. ſ. e. futurā. & ſic potuit eē iſte canō apoſtolorū. Arc.

o Aut ſeruos. quos poteſt facere hæredes & liberos.

p In cauſis incidant. id eſt, litigare cogantur.

q EX his. Indiget. quia de rebus eccleſiæ non debet quis paſci, ſi habet propria: ut prima, quæſt. ij. cap. clericos. & capi. paſtor.

† Habetur c. xxv.

Epiſco-

CAN. XXIII.

Epiſcopus [a] eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpẽſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget, tam in ſuis, quàm in fratrum, qui ab eo recipiuntur, neceſſarijs uſibus [b] profuturis, ita ut nulla qualibet occaſione fraudentur: iuxta ſanctũ Apoſtolum ſic dicentem, Habentes uictum & ueſtitum, his contẽti ſimus. Quòd ſi contẽtus his minimè fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos domeſticos uſus, & eius commoda, uel agrorum fructus [c] non cum preſbyterorum, diaconorumq; conſcientia [d] pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis, aut propinquis, [e] aut fratribus filijsq; ſuis committat, ut per huiuſmodi perſonas occultè res lædantur eccleſiæ ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſatur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam, uel ex agris, uel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate, ſibimet uſurpent, ita ut ex hoc pauperes affligantur, criminationibus uerò & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quàm ij, qui diſpẽſant, taliter exponãtur, & hoc oportet corrigi ſancta ſynodo id quod cõdecet cõprobãte.

Item in canonibus apoſtolorum.

Res eccleſiæ ſunt in epiſcopi poteſtate.

CAN. XXIIII.

Præcipimus, ut in poteſtate ſua res eccleſiæ epiſcopus habeat. Si enim animæ hominũ pretioſiores [f] illi creditæ ſunt, multò magis [g] oportet eum curam de pecunijs agere, ita ut poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros [h] & diaconos, & cum timore & omni ſolicitudine miniſtrentur: ex his autem quibus indiget & cætera, utſuprà.

Cùm ergo in concilio [i] Agathen. & Martini Papæ & canonibus apoſtolorum dicatur, ſint manifeſtæ res propriæ epiſcopi: cùm in eiſdem canonibus & in concil. Antiocheno præcipiatur, ut epiſcopus participet eccleſiæ, ſi tamen indiget, nonne patenter oſtenditur, quòd epiſcopus habeat liberè propria? Dicẽdo enim, ſi indiget rebus eccleſiæ, notat eũ habere propria, quæ fortè ſuis neceſſitatibus nõ ſufficiunt. Quomodo ergo [k] clericus, ſi propriũ habere uoluerit, clericus nõ erit, & epiſcopus habens propria nõ ſolùm non deſinit eſſe epiſcopus, uerùm etiã cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate? Sed notandũ eſt [l] epiſcopos Oriẽtales uxores habere et filios, quoſdã autẽ ex noſtris partibus cùm in laicatu, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti habeant uxores & filios, ſiue morte uxoris interueniẽte, ſiue continentia pari uoto ſeruata, ad ſacros ordines accedere: his omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum uſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere propria, quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis, niſi fortè retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant, quod fieri poſſe Proſper teſtatur dicens: † — † lib. ij. c. 12. de uita contemplatiua.

De ijs qui tam infirmi ſunt, ut ſuis rebus renunciare non poſſint.

CAN. XXV.

Illi autem, qui tam infirmi [m] ſunt, ut poſſeſsionibus ſuis renuntiare nõ poſsint, ſi ea quæ accepturi erãt, diſpenſatori [n] relinquunt, nihil habẽtibus [o] cõferenda, ſine peccato [p] poſsident ſua, quia & ipſi quodã modo ſua relinquunt, quãdo proprijs contenti rebus, nihil eorum quæ labori, uel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

S 4

a Epiſcopus. Hoc cap. habes x. q. ij. epiſcop⁹.
b Vſibus. Hic oſtenditur, qua neceſsitate clerici debent eſſe contenti, ſ. ut habeãt uictum & ueſtitum. & ita refertur hic neceſsitas ad naturæ neceſſitatem. & eſt argu. contra illos, qui dicunt ſe propter neceſsitatem habere plures eccleſias.
c Fructus. Ergo res mobiles non poteſt dare ſine conſcientia cleri ſui. extra de do. c. ij.
d Conſcientia. j. ea. q. ij. fine. & cap. alienationes.
e Propinquis. ſ. lxxxix. diſtinct. decenter.
Præcipimus.
f Pretioſiores. Sic j. xvj. q6. vj. c. primo.
g Multo magis. Simile eſt, quod oſtendit ius, ex quo mulier credit ſe uiro de corpore, dignum eſt ut credat de dote reſtituenda. Vnde non tenetur uir dare fideiuſſorem de dote reſtituenda, niſi uir labecetur facultatibus, extra de donat. inter uir. & uxor. per ueſtras. & C. ne fideiuſſor. do. den. l. j.
h Presbyteros. lxxxix. diſtinct. ca. uolumus.
i Cum ergo in cõcilio. Concludit, quod clerici poſſunt habere propria.
k Quomodo ergo. modo quærit de contrarietate illorum. c. ſ. eo. nolo. & ſ. ea. expedit.
l Sed notandum eſt. male ſoluitur. ſed dic ut dixi ſ. ea. in princ. qõnis.
m Illi aũt. Infirmi. ſ. animo.
n Diſpenſatori. Scilicet ſuo, uel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.
o Nil habentibus. Id eſt, pauperibus. decimaſexta, quæ...
[illegible]ſtione j. c. ſiosti.
p Sine peccato. Hic

1. Tim. 6. b

Hoc nõ uidet ueram, extra de dona. cæterũ. Ibi de hoc & j. ea. c. ult. xvj. q. j. poſſeſſiones. in gl. in fin. Archid.

Vir pro dote non tenetur ſi deiuſſorẽ dare.

Quod nulla natura ratione, nulla fulcit ueritate. La. M.

De rebus uerò eccleſię quæritur, an liceat eas p̄ præbendas diuidi, ut annuos reditus quiſque ſibi ſpecialiter uēdicet? Hoc nō poſſe fieri, argumento et authoritate probatur. Clerici ſucceſſores eorū ſunt, de quibus dicitur: Multitudinis enim credētium erat cor unū, et anima una. Neceſſe eſt ergo, ut eorū ſequātur uitam, quorū in eccleſia gradū adminiſtrant. Non ergo aliquid proprium ſibi uēdicabunt, ſed erunt eis omnia communia.

Itē Vrbanus papa ait:

Res eccleſiæ quaſi communes epiſcopus diſpenſet.

CAN. XXVI.

Res eccleſiæ non quaſi propriæ, [a] ſed ut communes & domino oblatæ cum ſummo timore non in alios, quàm in præfatos uſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa.

Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios uſus conuertere.

CAN. XXVII.

Nulli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus alijsq; pijs locis in proprios uſus habere, ne maiores enormiter [b] locupletētur, & minores tali facto pauperes inueniantur. contra agēs, canonica authoritate coarctatus exiſtat.

Si ergo res eccleſię nō quaſi propriæ, ſed quaſi communes habēdæ ſunt, cùm de cōmuni nullus dicat, Hoc meū eſt, [c] nec de rebus eccleſię, Hæc eſt mea: pōt aliquis dicere, ne uideatur non imitari charitatem illorū, in qua nulli aliqd erat propriū, ſed erant illis omnia communia. His ita reſpondetur, ſicut perfectione charitatis manēte ſecundùm diſcretionem eccleſiarū diſtributio fit eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſſiones huius eccleſię ad diſpenſandū committuntur, ex quib. licet res eccleſię oībus debeāt eſſe cōmunes, primùm tamen ſibi et ſuæ eccleſię de ſeruientib. neceſſaria eps̄ ſubminiſtret: reliqua quæ ſuperſunt, fidelium uſib. miniſtraturus, ita & prębendæ eccleſiarum eadē charitate manente, piè et religiosè poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſiæ, ut proprijs ſed ut cōibus utilitatibus deſeruituris, ut ex ijs, quæ ſibi aſſignata ſunt, primùm ſibi neceſſaria percipiat: ſi qua uerò ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, ī cōes uſus eccleſiæ expendat. [d]

Vnde Auguſt. ad Bonifacium.

De eodem.

CAN. XXVIII.

Si priuatum [e] poſſidemus quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, [f] quorum procurationem [g] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vendicemus.

Oſtenſum eſt quomodo liceat clericis habere pro

Hic patet, quod ſi clerico ſufficiāt propria, non habebit eccleſiaſtica, ut xxj. qō.j. quoniam quicquid. j.q.ij. clericos & c. paſtor. & j̄. eo. ſi priuatū. x. qō. iij. cauendum. Sed contra, nemo ſuis ſtipendijs cogitur militare. extra de ſim. cum ſit Romana. & qui altario deſeruit, & cætera: ut j̄ ead. ex his. Solu. hoc cap. de conſilio loquitur, uel de clericis uagabundis: uel loquitur de oblationibus, quæ illis non ſunt communicandæ: uel poſſunt habere bona eccleſiaſtica, non ut ſibi reſeruent, ſed ut diſtribuant pauperibus. xvj. qō. j. c. fin.

Act. 4. f

[a] Res eccleſiæ. Propriæ. Si ergo de rebus eccleſiæ emiſti equū, uel aliud, illud non eſt tuum: ſed dicas, quod illud ſolū clericorum eſt, quod probabili ratione cōſumunt: [1] ut j̄. eadem. expedit. & j̄. ea. ſi priuatum. & j̄. ea. q. ij. ſine exceptione. Quicquid enim habes ſupra illud, quod ſufficit tibi, illud uiolenter detines, ut j̄. diſtin. xlvij. ſicut

Clerici q̄ bona habent.

[1] Ad hoc facit qđ leg. & no. xliiij. diſt. in princi. verſ. ſacerdos. & xlvij. diſtin. c. ſicut hi. verb. proprium. & ſ. ead. epiſcopi. uer. quicquid. ubi de hoc.

[b] Nulli. Enormiter. Arg. ꝙ epiſcopus de iure unius eccleſię poteſt detrahere & alij conferre, dummodo illi eccleſiæ grauia damna non inſligat, ut j̄. ea. qō. ij. bonæ. Quid iuris ſit, dicemus ibi, [2] & xvj. q. j. c. apoſtolicis. §. quod autē. [c] Hoc meum eſt. falſum dicit. nam res quæ communis eſt aliquibus, oīum illorū eſt, ut ff. d rit. nupt. illud. Vnde hoc uerbū ſuum, ambiguum eſt pro toto, & pro parte. & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe. ff. de uerb. ſignificat. pupillus. §. ulti. & cum quis legat ſeruos ſuos tam illi qui ex toto ſui ſunt, quam qui pro parte, intelliguntur legati, ut ff. de legat. iij. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid uniuerſitatis, uel ciuitatis, illud non eſt cuiuslibet. infra ea. quæſtio. ij qui manumittit.

[2] Ar. extra de uſu pal. c. j. & de præbē. pro illorū. in princip. & de priuil paſtoralis. ſ priu. ar. ff. de contra hen. emp. qui fabulas. Arch.

[d] Expendat. Mirum eſt quare Gratianus non inducit cap. quod poſſeſſiones eccleſiæ poſſunt diuid', quæ longe melius faciunt ad propoſitum, ut j̄. q. ij. quiſquis. & cap. ſæpe fit. x. qōe. ij. caſellas. in fin. & xvj. qō j. poſſeſſiones & qō. iij. clerici. Argum. contra. j̄. quæſt. ij. uobis. x. quæſt. iij. unio. & j̄. ead. quia tua. & cap. neceſſaria.

[e] Si priuatum. Poteſt intelligi ſi. i. quamuis priuatum. i. ſeparatim aliquid eccleſiaſticū poſſidemus, non tamen illud eſt noſtrum, quorum procurationem. i. quia tantum illius procuratio nobis eſt commiſſa. Vel dic priuatū. i. propriū. [f] Non illa noſtra ſunt. id eſt, a nobis recipienda & retinenda.

[g] Procurationem. ergo prælati dicuntur procuratores rerum eccleſiaſticarū: ut hic, & xiiij. qō. j. §. j. Quandoque domini dicuntur. xvj. quæſtione j. & temporis. Quandoque defenſores. xvj. quæſtione. j. in canonibus. Quandoque patres, ut lxviij. diſtinct. quorum uices. non tamen habēt liberam & generalem adminiſtrationem ſicut procurator Cęſaris, ut ff. de officio procurato. Cæſaris. lege prima modicū tamē donare poſſunt. extra

Prælati dicuntur procuratores rerū eccleſiaſticarū.

prium, & quomodo non. Itē quomodo res eccleſiæ per præbendas diuidi poſſint.

QVAESTIO II.

1 ps N*Vnc quæritur, [a] ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſiæ dediſſe noſcuntur: an ijs, qui eas acceperunt, aliqua firmitate conſtabunt: cum res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſint, & diſtractę poſſideri multis authoritatibus prohibeantur?*

Ait enim Stephanus Papa.

Eccleſiæ pecuniā auferens, uelut homicida damnatur.

CAN. I.

QVi Chriſti pecunias, [b] & eccleſiæ aufert, fraudat [c] & rapit, [d] ut homicida [e] in conſpectu iudicis deputabitur.

Item Pelagius Hoſtilio epiſcopo.

Quicquid de ſacratis uaſis, uel miniſterijs à quolibet clerico uſurpatū fuerit, eccleſia reſtituatur. CAN. II.

AVguſtino noſtræ ſedis notario ſuggerē te didicimus, ꝙ ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet, quoſdā de clero tuo & maximè parochiarum ad te pertinentium nō pauca ſacrata vaſa, uel miniſteria diſtraxiſſe: & aliqua hmōi perpetraſſe, quæ a religioſo aliena ſunt propoſito. Charitatem uerò tuā (ut hoc competenti ſolicitudine debeat inſequi, uel ulciſci) noſtræ præceptionis authoritate uolumus communiri. [f] Qua de re præſentibus mandamus affatibus, ut competenti uiuacitatis inſtātia quicquid de ſacratis uaſis, uel miniſterijs a quolibet clericorū uſurpatum, uel diſtractum fuiſſe compereris, ſine cuiuſquam more interuentu exigere non dimittas, & eccleſiaſticis uſibus reformare.

Item Bonifacius Papa.

Quicquid domino conſecratur, ad ius pertinet ſacerdotis.

CAN. III.

NVlli [g] liceat ignorare, omne quod domino conſecratur, [h] ſiue fuerit homo, ſiue animal, [i] ſiue ager, uel quicquid ſemel fuerit cōſecratum, ſanctum ſanctorū [k] erit domino, & ad ius pertinet ſacerdotum. Propter qđ inexcuſabilis erit omnis, qui quæ a domino, & eccleſia, cui competunt, aufert, uaſtat & inuadit, [l] uel eripit, & uſque ad emendationem, eccleſięq; ſatisfactionem ut ſacrile-

extra de dona. ceterum. Tamen loco domini habentur cum bene adminiſtrant, loco prædonis cum male, ut ff. pro empt. qui fundum. §. ſi tutor.

NVnc quæritur. Hæc quæſtio diuiditur in ix. partes, in quarum prima probat magiſter per xvj. canones, quod res eccleſiæ uendi non debent, uel alienari in caſu non conceſſo. & ponit pœnas diuerſas alienantibus & uendentibus eas quoquomodo. Secunda ibi, Quæ uero. Tertia ibi, Monemus. Quarta ibi, Vobis enim. Quinta ibi, Statuimus. Sexta ibi, Terrulas. Septima ibi, Item ſi rectores. Octaua ibi, Item ſi ſeruos. Nona ibi, Ne uero. Ioan. de Fant.

Alienatio quid comprehēdit.

a Nunc quæritur. Alienatio eſt omnis contractus, p quē dominium trāsfert, ut C. de fun. do. l. j. ſed hic largius ſumitur alienatio, quia nec obligari poſsūt res eccleſiæ. Quid aūt ſub ſe cōtineat hoc nomen alienatio dicitur extra de reb. eccle. non alie. cap. nulli. in authen. de non alie. uel permu. coll. ij. §. nos igitur. prohibentur res eccleſiæ alienari: ut j. eo. fine. x. q. ij. hoc ius. & res Cæſaris. ff. de lega. j. apud Iulianum. §. ulti. Sed excipiuntur quatuor caſus. Cauſa neceſsitatis, ut ſi debitū urget, ut in illa l. hoc ius. Cauſa pietatis, pro redemptione captiuorū, uel alimonia pauperū, ut j. eo. aurū. Cauſa neceſsitatis, uel utilitatis, ut j. eo. ſine exceptione. Cauſa incommoditatis uel minoris utilitatis, ut j. eo. terrulas. Aliæ cauſæ poſſunt aſsignari, ſed ad has poſſunt oēs canones reduci: res th̄ eccleſiæ, q̄ ſeruādo ſeruari nō poſſunt, citra aliquā ſolennitatem alienant, ut C. de admi. tut. l. lex q̄. §. ulti. C. quādo decre. opus nō eſt. l. ult. & xcvj. diſt. bene. Sed aliæ res eccleſiæ cū ſolennitate alienandæ ſunt, & olim quidem duo de uicinis epis intererant, & de cauſa alienationis cognoſcebant, & ſubſcribebant, ut x. q. ij. caſellas. in fi. j. eo. quicunque ſuffragio. & xvij. qō. iiij. nullus.

Eccleſiaſticæ res ſ quatuor caſibus licite alienantur.

Eccleſiæ bona cum qua ſolennitate ſūt alienāda.

Sed hodie ſufficit conſenſus capituli & epiſcopi, ut infra eadem cap. fine. & ſi res ſit modica, & neceſsitas magna, non eſt neceſſarius conſenſus capituli, ut j. eadem. terrulas. In rebus monaſteriorum alienandis requiritur conſenſus abbatis & capituli & epiſcopi. j. ea. abbatibus. xvij. q. iiij. in uenditionibus. Idem in eccleſijs parochialibus. ubi etiā cōſenſus ſacerdotis requiritur. j. eo. placuit. x. q. ij. ſi quis epiſcopus. Facta alienatio contra dictā formā, eſt nulla, licet ſit in caſu licito, [1] ut j. eo. fine. ſed cū præſcripta forma facta, & etiā in caſu non cōceſſo, tenet ipſo iure, argu. ex̄. de ijs quæ fi. a præla. ſine conſenſu cap. cum nos. ex̄. de empt. & vend. cū dilecti. ſed ſi damnoſa fuerit eccleſiæ, reſtituitur. extra de reſtitut. in integ. c. j.

1 Licito. contrariū ex diametro ad hāc glo. nota. doct. in l. cum hi. §. eā tranſactionē. de tranſa. vide Anto. Corſer. in ſing. uerb. alienatio. & qđ melius tenet gl. pen. j. ea. q. cap. ſine exceptione.

b QVi Chriſti pecunias. large ſumitur, ut j. quæſt. iij. per totū.

c Fraudat. Occulte.

d Et rapit vi.

e Homicida. etiā eſt ſacrilegus, ut j. cap. proxi. & xvj. q. j. decimas.

AVguſtino. Alias incipit, Notario noſtræ ſedis Auguſtino ſuggerente, &c.

f Communiri. Cū tamē & illud de iure cōi poſſet facere. [2] Et ſic eſt contra id quod dicit lex, ſuperfluum eſt poſtulare qđ lex indulſit. C. de theſau. l. j. ſed fit ideo, quia plus timetur qđ ſingulariter pollicetur, quā quod generali ſponſione fit, ut xxiij. diſtin. quantum.

2 Siml. eſt huic ex̄. & offi. ord. licet. & c. graue. xj. diſt. c. fin. in fin. Archidia.

g NVlli. quod ſemel eſt cōſecratum Deo, etiā licet ſit alienum, poſtea non fiet profanum, ut j. xvij. q. iiij. c. queſti. ff. de rerū diui. intantū. Argu. contra. ſ. diſt. liiij. ex antiquis. & c. frequens.

h Conſecratur. Id eſt, datur.

i Siue animal. Aliud ab homine. alias ſequeretur, quod homo non eſſet animal.

k Sanctum ſanctorum. Id eſt, ad uſum ſanctorum ſacerdotum pertinet.

l Inuadit. Ergo qui ſeruū eccleſiæ inuadit, ſacrilegus eſt, ſed

gus iudicetur, & ſi emendare noluerit, excommunicetur.[a]

Item Gregorius vij.

Excõmunicationi ſubiaceat, qui eccleſiaſtica prædia inuadit.

CAN. IIII.

QVicunque militum, uel cuiuſcunque ordinis, uel profeſsionis perſona prædia eccleſiaſtica à quocunque[b] rege ſeculari principe, uel ab epiſcopis inuitis ſeu abbatibus,[c] aut aliquibus eccleſiarum rectoribus[d] ſuſceperit, uel inuaſerit, uel eorum conſenſu[e] tenuerit: niſi eadem prædia eccleſijs reſtituerit, excommunicationi ſubiaceat.

Item Pius Papa.

Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica uexat.

CAN. V.

PRædia diuinis uſibus tradita, quidam humanis uſibus applicant: & Deo noſtro, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, ut ſibi inſeruiant. Quapropter ab omnibus illius uſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia uſibus ſecretorum cæleſtium[f] dicata à quibuſdam irruentibus uexentur.[g] quod ſi quis præſumpſerit, ut ſacrilegus[h] iudicetur.

Item Anacletus Papa.

De eodem.

CAN. VI.

QVi abſtulerit patri,[i] aut matri aliquid, dicetq́ꝫ hoc peccatum nõ eſſe, homicidij particeps eſt: pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit: mater uerò noſtra eccleſia eſt,[l] quæ nos in baptiſmo regenerauit. ergo qui Chriſti pecunias & eccleſiæ rapit, uel fraudat, homicida eſt.

Item Ioan. Papa iij.

Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ inuadit.

CAN. VII.

IN antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, ut qui aliena inuadit, non exeat impunitus: ſed cũ multiplicatione[k] omnia reſtituat. Vnde in Euãgelio ſcriptum eſt, Quòd ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. & in legibus ſeculi cautum habetur, Qui rem ſurripit alienam, &cæt. ut ĵ. in authoritate[l] Euſebij. Luc. 19.

Item Gregorius ad Cõſtantiam Reginã Galliæ.

Pro tenore ſecularium legum puniantur inuaſores rerum eccleſiaſticarum.

CAN. VIII.

CVm deuotiſsimam[m] dominam ſciam de cæleſti uita atque remedio animæ ſuæ ſedulò cogitare, culpam me committere uehementer exiſtimo, ſi ea quæ pro timore Dei omnipotentis ſunt ſuggerenda ſiluero, & te ſanctiſsimam de eccleſiaſtica pace ſedulò nõ commonuero. Nimis me Iuliani fratris & coepiſcopi noſtri proclamatio nuper cõtriſtauit, maximè, cum uillæ ſuæ, id eſt, eccleſiæ à nequiſsimis prædonibus ſunt deprædatæ atq́ꝫ nocturnis incendijs more furum combuſtæ: & dum ijdem maligni iuxta noſtri prædeceſſoris Bonifacij decreta pro violata emunitate[n] illud emẽdare noluerunt, dum & ſeculi leges[o] hæc eadem ita ſe habere uoluerunt, lege uulgari[p] teſte, in qua ſic ſcribitur, Si quis manu armata uſque ad qua-

---

eſt: ſed forte non eſt, ſed reputatur. Simile. ſ. ea. cap. j.

a Excõmunicetur. Ergo non omnis ſacrilegus ipſo iure eſt excommunicatus, ut ĵ. cap. proxi. De hoc dixi xj. qõ. iij. canonica.

b QVicunque. A quocunque. ille ergo conueniẽdus eſt, qui rem eccleſiæ qualencunque detinet, licet exhibeat authorem ſuum, ut ĵ. xvj. qõ. j. in canonibus. Sed diſtingue, an rẽ mobilem detineat, uel immobilem: ut C. ubi in rem ac. l. ij. extra ut lit. nõ conteſtata. qm̃. Et hoc intelligas qñ quis ſuo nomine aliquid poſsidet, ut tunc ſemper poſſeſſor ſit conueniendus, & tunc non eſt neceſſe uocare illum, cuius authoritate poſſidet. ſecus ſi alieno nomine, ut extra ut lit. non conteſta. quoniam. Item hoc ſcias, quod licet rei vẽdicatione poſſet dominum nominare, nõ tamen conuentus poſſeſſorio iudicio, ut hic.

Poſsidens rem eccleſiæ ſiue ſuo, ſiue alieno nomine, an ſemper ſit conueniẽdus.

Poſsidens ab imperatore nõ ẽ ſemper tutus.

c Seu abbatibus. inuitis.

d Rectoribus. Inuitis.

e Conſenſu. Conſenſus enim prælati non obſtat clericis repetẽtibus res eccleſiæ, ut ĵ. eo. nõ liceat. Sed quare non eſt ille tutus, qui ab Imperatore poſsidet. C. de quadri. pręſcri. bene cũ iuſte poſsidet, qui authore prætore poſſidet, ut ff. de acqui. poſſeſ. iuſte? Sed dicas iſtud obtinere in rebus priuatorum, quia nec eccleſia tuta eſt, ſi rẽ recipit ab Imperatore, niſi eã præſcripſerit. ut xvj. quæſt. iij. placuit. j.

Dicas gloſ. ſing. ſecundum Ludo. Roma. ſingu. 612. Alex. conſil. lij. lib. vij. Fely. c. quæ ĩ eccleſiarũ col. xij. de conſtitu.

[redacted]

f PRædia. Secretorum cæleſtium. id eſt, eccleſiæ.

ADDITIO. Vbi tractant ſecreta cæleſtia, de conſecra. diſtin. j. cap. j. Archidia.

g Vexentur. Iniuſte. nam ad tributa & ſeruitia tenentur. xj. q. j. ſi tributum. uel expone, ut ibi dixi.

h Sacrilegus. Alia pœna ſacrilegij eſt ſecundum. l. ff. ad legem Iul pecu. ſacrilegij. Alia eſt ſecundum canones. xvij. q. iiij. per totum.

i QVi abſtulerit patri. homicida enim eſt, qui non paſcit patrem uel matrem,[1] ut xxij. quæſtio. iiij. inter cætera. & lxxxvj. diſtin. non ſatis. in fine.

1 Arg. cõtra iſta ſ. xciij. diſt. diaconi ſunt. in princ. ſed ibi aliter exponitur

k IN antiquis. Multiplicatione. Argum. pœnam pecuniariam poſſe ab eccleſia infligi. xxj. qõ. v. ſi quis cuiuslibet. xxiij. diſt. quanquam. extra de arbit. dilecti. in fin. extra de reli. dom. conſtitutus. in fine. Arg. cõtra. ĵ. eo. fraternitas. ubi de hoc dicitur. & extra de pœnis. ſuã.[2] Sed illud poteſt intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

Pœna pecuniaria, an poſſit infligi ab eccleſia.

2 Et c. ſ. cet. ubi de hoc xiiij. q. j. quod debetur, in princ. ubi de hoc. Archid.

l In authoritate. ĵ. ea. in legibus.

m CVm deuotiſsimam. Intercedit Papa pro eccleſia apud reginã, ſicut alibi apud principem, ut xc. vij. diſt. eccleſiæ.

n Pro uiolata emunitate. Et dicitur emunitas priuilegiũ, quo gaudet eccleſia, ut in ambitu ſuo non fiat pugna uel inſultus, uel rapina per xl. uel xxx. paſſus, ut xvij. quæſ. iiij. ſicut antiquitus. Quæ aũt pœna pro emunitate eccleſiæ læſa ſit ſoluẽda, habes xvij. qõ. iiij. ſi quis contumax.

Emunitas eccleſiæ quæ eſt.

o Leges. Scilicet Lombardæ.

p Vulgari. ſ. Lombarda.

barda. xxxiij.q.viij. ſi quis membrorũ. & c.peſſimam.

a Qui prior eſt. Nã tot ſũt iniuriæ, quot ſunt iniuriantes: ut ff de iniur. l.ſi plures. & ideo pœna unius non liberat alios. ff. ad legẽ Aqu. l.item Mela.§.ſed ſi plures.

b Cõponat. inſtit. de ac.§. oẽs. cõtra. ubi dr̃, qđ nulla pœna debet excedere quadruplũ. Sol. quidam dicũt, ꝙ pœna legalis non põt excedere quadruplũ, ſed conuentionalis põt. melius dicas, ꝙ legalis & cõuentionalis in infinitũ põt extẽdi ſecundũ qualitatẽ negotij uel delicti. Sed ſi habeẽ reſpectus pure ad rem ipſam, tunc ſufficit pœna quadrupli, ar. C.de ſer. fug. l. quicũque. & l. ſi qs ſeruũ. & licet hæc lex nõ teneat, tamẽ ex ea argumẽtatur hic Greg. ſic extra de iudi.c. nouit.

Pœna an poſſit excedẽ quadruplum.

Luc.19. b

c Si uero incendiũ. incẽdiarius eſt ipſo iure excõicat', nec prius abſoluit, quã ſatisfaciat, & iuret ſe id amodo non facturum. xxiij. q.viij. ſi quis membrorũ. & ca. peſsimã. Et ſi fuerit denuntiatus, amodo non poteſt abſolui niſi à papa, ut extra de ſen.exc. c.tua. ſecundũ leges capite punitur. ff.de pœn. capitaliũ.§.nõ nunquã. ubi dr̃, qđ ſi quis ſtra oppidũ, uel propter inimicitias, uel ob prędam aliquid exuſſerit, igne crematur: ſed ſi uillam cõbuſsit, lenius punitur. ff. de incẽ.rui.nau.qui ædes. Ioan. Non inmeĩo qđ incẽdiarius ſit ipſo iure excõicatus, niſi incendiarius eccleſiæ, ut ex. de rap.c.in literis.

Incendiarius an ſit ipſo iure excommunicatus.

d S I ſeculi. Iuſtitiã colere. inſti.de iuſti. & iur.§. præcepta iuris.

e Regia ergo ſa-

tuor homines in uicum alterius ad malefaciendum uenerit: ille qui prior eſt, a pro illicita præſumptione componat b ſolidos nongentos: ſequaces uerò eius unuſquiſque ſolidos lxxx. ſi uerò incendiũ c fecerint, ſibi nonies tãtum componant. ſi uerò prædam fecerint, in quadruplum reſtituant.

Idem.

De eodem.

CAN. IX.

SI ſeculi leges talem iuſtitiam habere uoluerũt, lex diuina cur inferior eſſe debebit, cum in ipſius ueritatis præſentia à Zacchæo collaudatũ ſit, ut ſi aliquid defraudaret, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum in rebus bonum eſt iuſtitiã colere, d ac ſua cuiq; iura ſeruare, & in ſubiectos nõ ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquũ eſt cuſtodire (quod & uos diligere, & omnino confidimus ſtudere) ea propter excellentiæ ueſtræ menſe Nouembrio præſentis anni ſecunda indictione Petrũ fratrem & coepiſcopum noſtrũ à gremio ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranſmittemus: ut fratribus eiuſdem prouinciæ in unum cõgregatis, emunitas uiolata, & præſumptio & ſacrilegiũ canonica authoritate & ueſtra regia e dignitate talem terminum accipiant, ne poſt hac mẽbra diaboli ſi ij nequam in ſancta eccleſia (te etiã ibi regnante) talia præſumant.

Item Euſebius papa.

Eccleſia res ſurripiens in decuplũ reſtituat quod abſtulit.

CAN. X.

IN legib. ſeculi f cautum habetur: Qui rem ſurripuit alienam, illi cuĩ res direpta eſt, in decuplum, quæ ſublata ſunt reſtituat. & in lege diuina legitur: Maledictus oĩs, qui transfert terminos g proximi ſui. Talia ergo non præſumantur abſque ultione: non hæc exerceâtur abſq; dãnatione. Proinde ſi quis eccleſiaſticas oblationes, & quod Deo conſecratum eſt, rapuerit, uel conſenſerit facientibus, ut ſacrilegus dijudicetur, & damnũ in quadruplum h reſtituat, & canonicè pœniteat.

Deu.27. c

Contrà Gregorius ſcribit Auguſtino Anglorum epiſcopo de ijs, qui furtim auferunt aliquid de eccleſia.

Sine augmẽto ſibi ablata eccleſiam recipere oportet.

CAN. XI.

FRaternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qualiter ualeat corrigi. Sunt enim quidã, qui habentes ſubſidia furtum perpetrant. Et ſunt alij, qui hac in re ex inopia i delinquunt. Vnde neceſſe eſt, ut quidam damnis, qui dã uerò uerberib. k corrigantur. Et cũ paulò diſtrictius agitur, ex charitate agendũ eſt, & non ex furore: quia ipſi hoc præſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignib. tradatur. Addis ẽt quo augmento ea, quæ furto de eccleſijs abſtulerunt, reddere debeãt. Sed abſit, ut eccleſia

mina poteſt eſſe iudex: ut hic, & xxiij.q. iiij. c. ſi quos. & xv. q. iij.ca.j. Ar. contra. xxxiij.q.ulti. mulierẽ. C.de arbir. l. ult. Sed dic ubi cõſuetudo eſt, bene poſſunt iudicare, extra de arb. c. dilecti.

ADDITIO.

Vbi no. Inno. ꝙ ſi fœmina habet regimen, uel comitatũ, de iure poteſt iudicare: ut hic patet. Archidia.

f IN legibus ſeculi. in Lombarda, & Gotthica, & Salica, non in Ro.

g Terminos. ſecundũ leges punitur talis pœna 50. aureorum: ut ff.de termino moto. l.j. & ij.

h Quadruplum. Vt in illo quadruplo rei pſecutio cõputetur, ut inſtit. ui bo. rap. in princ. ſed in furto eſt rei perſecutio ꝓpter pœnã furti: ut inſt.de oblig. q̃ ex delic. in fi. & eſt ſimi. lxxxix.di. c.decenter.

i FRaternitas tua. Ex inopia. In delictis non excuſat inopia, ut hic, & xxxij. qõ.iiij. ſicut ſatius. ff. de ri. nup. l.palam. xxxij. q v.ita ne. xxij.quæ. ij.faciat. Ar. contra de conſe.diſ.v.diſcipulos. & di.j. ſicut. cõtra. extra de fur. ſi qs ꝓpter neceſsitatẽ. Quidã dicunt, ꝙ potius debet homo mori, q̃ furari. Humanius eſt dicere ꝙ ſumma neceſſitas excuſat. extra de reg.iur. c.qđ nõ eſt. vñ hic non fuit tãta neceſsitas, quæ poſſet excuſare.

k Verberibus. Hoc ḡnale eſt, ut uerberibus caſtigẽtur, qui ſunt inopes: ut ff. de iur.om.iud. ſi qs id. §.in ſeruos. & ff. de in ius uoc. l. ulti. infra e. q.c. eps. §. libertus. xiiij. q vj. ſi res aliena. Alio etiã modo puniunt nobiles

i Hoc fuit ex comiſſione papæ.

Paupertas ĩ delictis nõ excuſat.

cũ augmento [a] recipiat, quòd de terrenis rebus ui detur amittere, & lucra damnis quærere.

Verũ illud Euſebij de legũ ſeueritate, iſtud Gregorij de eccleſiaſtica mãſuetudine dictũ intelligitur.

Item Deus dedit epiſcopo Mediolanenſi.

Non ſunt alienanda in epiſcopatu acquiſita.

CAN. XII.

RES in epiſcopatu acquiſita [b] ſacerdotibus nulla eſt alienandi licentia.

Item ex ſexta ſynodo uniuerſali.

Vaſa ſacra (niſi pro redemptione captiuorum) non ſunt alienanda.

CAN. XIII.

APoſtolico et [c] paternos canones renouans hæc ſancta et uenerabilis ſynodus diffinit, neminem prorſus epiſcopũ uendere, uel utcunq; alienare cimilia [f] & uaſa [d] ſacrata, excepta cã olim ab antiquis canonibus ordinata, uidelicet pro redẽptione captiuorum: [e] nõ tradere ſalaria eccleſiarũ in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones uenundare, ac per hoc eccleſiaſticos reditus lædere: quos ad propriam utilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe decernim⁹, et paulò poſt. Quiſquis autẽ poſt hanc diffinitionẽ noſtram contrarium quid huic ſanctæ ſedi ac uniuerſali ſynodo agere tentauerit, deponatur, [f] ut præuaricator diuinarum rerum & præceptorum, caſſata uidelicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, uel ſine ſcriptis ab epõ uenditione uel emphyteutica traditione, uel alia qualibet alienatione cimiliorum & ſalariorũ locorum. Qui uerò ceperit aut emerit aliquid ex prædictis cimilijs, uel ſalarijs, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, uel nõ reddiderit ad icidendũ chartã uẽditionis, uel emphyteuſeos, ſit anathema uſque dum fecerit, quod ab hac ſancta & uniuerſali ſynodo confirmatum eſt.

Si autem epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe [g] monaſterium de eccleſiaſticis reditibus, tradat [h] eidem eccleſiæ ipſum monaſterium.

Item Grego. domino epiſcopo Meſſano. [†]

Pro redẽptione captiuorũ ſacra uaſa nõ prohibẽtur alienari.

CAN. XIIII.

ET ſacrorũ canonũ & legalia ſtatuta ꝑmittunt miniſteria eccleſiæ ꝓ captiuorum eſſe redemptione uendenda.

Idem Demetrio & Valeriano clericis Firmianis. [†]

Res eccleſiæ licitè impenduntur pro redẽptione captiuorũ.

---

nobiles quam ignobiles: ut xxiiij. q. j. qui contra.

[a] Cum augmento. ſcilicet innaturali & illegitimo, ne ſit contra. ſ. diſt. lxxxix. c. decenter. xvij. quæſt. iiij. quiſquis. ĩ. ea. q. v. c. penul. & ſ. ea. q. j. ca. in antiquis. Ad hoc reſpondent quidã, ſi uult libere fur, uel prædo reſtituere rẽ ante, quàm conueniatur, pœnam euitat. Hoc falſum eſt: quia non ſufficit raptori reſtituere rẽ ad euitandam pœnam: ut ff. ui bon. rapt. l. non prodeſt. Vel dic, ꝙ eccleſia non petet pœnam, ſed iudex ex officio ſuo eam infliget, & dabit eccleſiæ, cui ſanctitas ignoſcẽdi gloriam dereliquit. C. de epiſc. & cle. ſi quis. & eſt ad hoc bonum arg. xxiij. qõ. iij. c. j. in fi. Vel dic, quod poteſt petere naturale augmẽtum, id eſt, intereſſe, ſed innaturale nõ poteſt. Vel dic, quod non poteſt petere intereſſe, quod eſt extra rem: uel ſi forte occaſione rei ſublatæ familia, uel pecora mortua ſunt, illud non poteſt petere, ſicut nec emptor: ut ff. de actio. empt. & uen. l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorem. Vel ponas caſum ſic: Quæſitum fuit ſi aliquis cõfeſſus fuit ſe furtũ feciſſe ſacerdoti ſuo, an in pœnitentia debet ei iniungi, ut illam rem reſtituat cũ pœna? [2] Reſpõdeo quod non, [3] & ſic contraria non tãgunt caſum.

[b] RES. Acquiſitas. occaſione eccleſiæ: ut ĩ. q. v. c. fixum.

[c] APoſtolicos. Et. pro id eſt.

[d] Vaſa. ĩ. x. q. ij. hoc ius contra.

[e] Captiuorum. Et alijs cauſis.

[f] Deponatur. hæc eſt pœna male alienantis res eccleſiæ: ut ĩ. e. quiſq̃s. & ca. non liceat. & c. ſtatuimus. [1] Sed contra extra de rebus eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. extra de elec. quod ſicut. in fin. ff. de ali. iu. mu. cauſa. l. ex hoc edicto. §. ſi quis alienauerit. Ex quibus omnibus habes, quod ſufficit ſi ſtatim reddat eccleſiam indemnem. Poſſet dici hoc uerum eſſe quo ad hoc, ut exinde non poſſit ulterius conueniri: ſed non quo ad hoc, ne pro huiuſmodi mala alienatione ab adminiſtratione remoueatur. Argu. contra. ff. ui bon. rap. l. non prodeſt. ubi habes, quod nõ ſufficit prædoni ad pœnam euitandam rem reſtituere. Itẽ ſufficit ſemel dolũ commiſiſſe: ut ff. depo. l. j. §. ſi rem depoſitam. Io. Ego ſto illi decr. ſi quis presbyterorum. B.

[g] Conſtruxiſſe. lædendo eccleſiã priorem, poteſt tamen conſtruere, duntamen non lædat eccleſiam. ĩ. ead. ca. ſi epiſcopus. & c. bonæ rei. Tradetur ergo eccleſiæ, ut habeat in ipſa ius patronatus, quod habetur ex ædificatione ſeu fundatione. xvj. q. vij. ca. quicũque. & ca. decernimus. & capi. filijs. extra de eccle. ædifi. ad audientiam. uel aliquod honeſtum ſeruitiũ, extra de iure patro. ca. præterea. uel ob alia tẽporalia, extra de capel. mo. in eccleſijs. vj. q. ij. ca. ſane. Et eſt argu. ꝙ acquiſita de rebus eccleſiæ poteſt eccleſia uendicare ĩ. ea. q. iiij. c. ſacerdotes. & quæſtio. ulti. ca. fixum. Sed quid ſi clericus de peculio eccleſiæ in proprio ſolo ædificet? tunc uidetur ædificiũ ſolo cedere. ff. de rerum diui. l. in tantũ. Sed dicas [4] in fauorem eccleſiæ ſolum ædificio cedere. xvij. q. iiij. cap. quæſtio. & hoc eſt ſpeciale in eccleſia, quod ſi res comparatur de bonis eccleſiæ, ſtatim eſt facta eccleſiæ, ut hic, & extra de pecu. cler. capi. primo. & capi. ſi quis. Idem eſt in milite. C. de rei uendi. l. ſi ut proponis. & in pupillo. C. arbi. tu. l. tertia. & in uxore. ff. de donationibus inter uirum & uxorem. l. uxor.

[h] Tradat. i. ſubijciat. ĩ. xiiij. q. vj. comperimus. xvij. quæſt.

---

[1] Eccleſia an poſſit petere rẽ ſuam cum augmẽto.

[†] Græce κειμήλιά, hoc ẽ theſauri. Res pretioſæ, & ab antiquo repoſitæ. unde κειμηλιάρχος, id eſt, theſaurarius: de quo in l. litib. C. de agri. & cẽſit. l. 11. & reuerẽdiſsim⁹ cimiliarcha in l. ult. in fi. C. de bonis authorita. iudi. poſsiden.

[1] Iſtã gl. dicit eſſe ſing. Alc. de Imo. in l. ſi pœnę. ff. de cõdi. inde. Hierony. Cagno. char. 62. col. 3.

[2] Tenetur tamẽ damnum reſtituere: ut extra de iniur. c. ſi læſerit. & duobus c. ſeq. & extra de rap. ca. j. ij. & iij. & c. in literis, i fi.

[3] Eccleſiaſticas res male alienans, qualiter puniatur.

[4] Et c. diaconi. 17. q. 4. põt tamẽ eps diſpẽſare cũ ꝑlato ſibi ſubdito, ut non deponatur: ut l. diſt. ſi quis preſbyter. Ar.

[†] Epiſtola 35. ſeu c. 199. lib. 6. epiſtolarum.

[4] Dicas. hanc gl. ſequit Spe. de emp. & uendit. §. tertio loco. j. ỹſi. qd ſi clericus. & ibi per Io. An. in additio. Bal. in l. in tantum de rerum diuiſio. Phili. Frãc. in c. ſemel. de regu. iur. in vj. [redacted]

[†] Firmarijs.

Aedificiũ de pecunia eccleſiæ factũ, an acquirat ipſi eccleſiæ.

CAN. XV.

SAcrorũ canonum ſtatuta, & legalis permittit authoritas licitè res eccleſiaſticas in redẽptionem captiuorum impendi, & ideo quia edocti à uobis ſumus, ante annos ſcilicet xviij. Fauiũ † epiſcopum eccleſiæ Firmianæ † xj. libr. argenti de eadem eccleſia pro redemptione ueſtra, ac patris ueſtri Paſsiui, fratris & coẽpi noſtri, tunc uerò clerici, necnon matris ueſtræ, hoſtibus impendiſſe, atque ex hoc quandã formidinem uos habere, ne hoc quod datũ eſt à uobis quolibet tẽpore repetat: huius præcepti authoritate ſuſpicionem ueſtram præuidimus auferendam, conſtituentes nullam uos exinde hæredesq; veſtros quolibet tempore repetitionis [a] moleſtiã ſuſtinere, nec à quoquã uobis aliquã obijci quæſtionẽ.

Idem.

Res eccleſiæ deſolatæ non præponuntur captiuis.

CAN. XVI.

SIcut omnino graue ẽ fruſtra eccleſiaſtica miniſteria uenundare, ſic iterum culpa eſt imminẽte huiuſmodi neceſsitate res maximè deſolatæ eccleſiæ captiuis ſuis [b] præponere, & in eorum redemptione ceſſare.

2 *Quæ uero pœnitentia huiuſmodi inuaſoribus atque prædonibus, qui uaſa ſacra et reliqua quę diuino cultui dedicata ſunt, pollutis manibus arripuerint, & quaſi profana contrectant, ſit indicenda: Nicolaus Papa defi nit ſcribẽs Frontario Archiepiſcopo Burdegalẽſi.*

Inuaſoribus rerum eccleſiaſticarum, quæ pœnitentia ſit imponenda.

CAN. XVII.

DE uiro nefando Burgando nomine, qui rabie inſana commotus diabolicis ſe irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita [c] inſidians, uobis in veſtræ eccleſiæ uilla unà cum clericis ueſtris manentibus & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decretantibus, paneque ſpiritualis uerbi uacua hominum corda reficientibus, atq; laudabile propriæ ſalutis deſiderium habentibus, ſancta Apoſtolorũ Petri & Pauli limina uiſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuaſiones & deprædationes uiolentas inferre dæmoniaco auſu præſumpſerit, & ut epiſtolæ ueſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraq; dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum chriſma pollutis arripere manibus, quaſi uilia & ad uſum communem apta præſumpſerit: dilectio nos ueſtra conſuluit, [d] ſi ipſe, uel qui cum eo in tam impio & iniquo ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quãdoque gratia tacti diuina uenire uoluerint, quo eos pœnitentiæ uinculo conſtringatis, noſtræ inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis, De quibus (ſi tamen ita eſt) iubemus cùm ad pœnitentiam quandoque reuerti accelerauerint, uno anno extra eccleſiam Dei conſiſtere, cuius ſacratiſsima uaſa extra ritum fidei Chriſtianæ diripiendo auferre non dubitauerant: ſecundo uerò anno ante fores [e] eccleſiæ ſine communione maneant: tertio uerò anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes [f] aſtent ſine oblatione: non manducantes carnem, neque bibentes uinum, præter natiuitatis & reſurrectionis domini-

quæſtio.iiij.contra. ubi habes, quod res conſecrata non debeat reſtitui. ſed ſupple laicis, & ad profanos uſus. & licet hic dicatur, quod debet ſubijci priori eccleſiæ, nihilominus tamen epiſcopus poteſt unã eccleſiam alij ſubijcere, cui uult, argument. extra de exceſsibus præla. ſicut unire.

† Alias, Fabium. alias, Fanium.

† Firmanæ.

a SAcrorum. Repetitionis. Quia quod ex cauſa pietatis impenditur, nõ repetitur. C. de nego. geſt. alimẽta. niſi forte fuerit proteſtatus. ff. de religio. ſi quis. §. hæc actio. & in alio caſu. C. de nuptijs. patrem. Hic tamen non ualet proteſtatio: quia eccleſia tenetur redimere: ut infra c. proxi. Si uero priuatus redemiſſet, pretium datum repeteret ſine diſtinctione, ſecundum quoſdam. Et hic redemptus operas præſtabit eccleſiæ per quinquennium, ſi non poſsit ſoluere. C. de cap. l. ij. & ultima. Item nunquid hoc de quolibet capto uerum eſt? ita. Sed nunquid de capto in maleficijs? quod uidetur [1] lxxxvj. diſtin. non ſatis. xxiij. qõ. v. c. j. & capit. reos. & xiiij. quæſt. vj. ſi res. Argu. contra. j. q. j. iubemus. Tamen ſi priuatus det pecuniã pro redemptione alicuius, bene eã repetit, ut C. de ca. l. ultima.

Redẽptus ab eccleſia illi ſeruiat per quinquennium.

1 Quod uidetur. Idẽ Felinus in c. ſignificauit. de Iudæis. Phil. Dec. in c. quæ in eccleſiarũ de cõſtit. Ludo. Gomes ſuper 6. cha. 100 in paruis. [redacted]

b SIcut. Suis. Suis potius, quam alienis ſubueniat: ſubueniat tamen & extraneis. lxxxvj. diſt. non ſatis. xlij. diſtin. quieſcamus Sed qui dicuntur hic captiui? Dic quod ſi ab hæreticis uel gentilibus capti ſunt, uel a talibus, ubi timetur periculũ corporis: uel animæ, tales tenetur redimere eccleſia, & etiam quilibet priuatus. ut lxxxvj. diſt. non ſatis. j. ead. aurum. xxiij. quæſt. iij. non inferenda.

[redacted]

2 Id eſt, mors: ut leg. & no. j. ea. aurũ verſ. cur tot. Arch.

Quæ vero. Hæc eſt ſecunda pars qõ. in qua ponit pœnã ſacrilegij, & hoc p capitu. ſeq. Ioan. de Fant.

c DE uiro. Et compita. Cõpitum eſt locus, ubi plures uiæ concurrunt. xlviij. diſtinct. ſicut.

Compitum.

d Conſuluit. Quæ ſit pœna talium qui inferunt iniuriã clericis dum inſiſtunt diuinis officijs & obſequijs, habes xvij. quæſt. iiij. c. ſicut antiquitus. §. qui autem. & c. ſi quis ſuadente. C. de epiſco. & cleric. ſi quis in hoc genus.

e Ante fores. Sed nonne in primo anno eſt extra eccleſiam? Sed dic quod in primo anno ſtet extra cœmiterium quod uiolauit, & ſecundo anno iuxta fores eccleſiæ.

f Audientes. Non commu-

communicantem, ut xxxiij. quæſtione ij. latorem.

a Spondentes. Sacrilegos argue promittere cogendos ſe nunquam ſimile facturos. ſic xxiij. quæſtione octaua. peſsimam. & cap. ſi quis membrorum. ut dixi undecima, quæſtione tertia. cum aliquis.

Monemus. Hæc ē tertia pars quæſtionis in qua reuertitur ad principale, & probat p v. capitula quod res eccleſiæ non ſunt alienandæ in caſu nō conceſſo. Ioan. de Faur.

b Rem tituli. Id eſt, ſpectantem ad eccleſiam ſuam non auferr alij propria authoritate. 1 Nā & tutor & curator punitur: quia aufert alij rem pupilli ſui, ut C. unde ui. l. meminerint. in fine.

c Reddere. Ipſe ergo qui alienauit poteſt conueniri, ut hic, & j. ea. ſtatuimus. & duobus capitulis ſequentibus. Item & poſſeſſor poteſt conueniri, ut ſupra eadem. Auguſtino. & nota ſ. eadem quicunque. & ſ. ea. Apoſtolicos. Cum enim eccleſia habet in optione, quem uelit conuenire, ſi primo cœpit unum conuenire, & poſtea uelit alium conuenire, non fiet ei præiudicium aliquod per electionem, ut C. ſi tuto. uel cura. l. ultima. Sed quid ſi eccleſia eſt conſecuta ius ſuum a poſſeſſore: nunquid adhuc poteſt conueniri ipſum, qui alienauit? non uidetur: quia bona fides non patitur ut bis idem exigatur. ff. de regulis iuris. bona fides. Quod autem poſſet ipſum conuenire, ad hoc eſt argumentum. j. eadem. Vulteranæ. & capit. ſtatuimus. & capit. quicunque. ff. de petit. hæredit. nec ullam. §. ultimo. Reſpondeo, aut eccleſia agit ad pœnam, aut ad intereſſe. ſi ad pœnam poteſt agere adhuc contra alienantem: quia pœna unius non liberat alium, ut ſupra ead. cum deuotiſsimā. ſi ad intereſſe, non poteſt. 2 Item quæritur, ſi eccleſia conſecuta eſt ſuum ius à poſſeſſore, an teneatur cedere actionem, quam habet contra alienantem? Reſpondeo, q non: quia qua fronte potest petere ceſsionem, qui ex contumacia ſua condemnatur, ut ff. de adminiſtratione tutorum. l. ſi plures. & ff. de tutoribus & ration. diſtrahend. lege prima. §. nunc tractemus.

d Litigandum. Argumentum eſt hic, quod qui male alienauit rem eccleſiæ, non poteſt eam repetere.

Quiſquis.

e Cognatis. niſi victum & ueſtitum: ut octuageſimaſexta, diſtinctione. non ſatis. & decimaſexta, quæſtione prima. capitulo ſi cupis. in fine.

f A colono. Licet enim colonus tradat alij poſſeſſionem, non ideo perdit eccleſia poſſeſsionem. C. de acquirenda poſſeſſione, lege ultima.

g Abijciatur. Mitius cum eo agitur. infra eadem. ſi quis qualiber. & quæſtione quinta. ſi epiſcopus. 3

h Non liceat Papæ. Hic Symmachus Papa ſucceſſori ſuo legē imponit ut Imperator ſuo. infra decimaſexta, quæſtione prima. quia iuxta. Sed qualiter hoc potuit cū nullus mortalium Papam poſsit iudicare. extra de electione innotuit. quadrageſima diſtinctio. ſi Papa. nec inferior ſuperiorem. vigeſimaprima diſtinctione, inferior? ſed certe licet ſit ſolutus legibus, tamē ſecundum leges viuere debet. ff. de legibus. lege princeps.

Quibuslibet.

1 Nā pro tali exceſſu videtur deponendus. Lau.

Eccleſia ſi ab uno ſuū ius cō ſecuta ē, an poſsit alium conuenire.

2 Hoc ſ. deo, quia iam ſuum cōſecutus eſt: & ita intereſſe deſijt. ff. & eo p quē factū eſt l. j. §. plures.

3 De hoc leg. & no. ſ. ea. apoſtolicos. ſecūdum H. illa intelligunt cū actum fuit ab initio cū toto clero ipſius eccleſiæ. Ar. ch. ſia. Papā nullus mortalium iudicare poteſt.

... ex dies. Quarto præterea anno (ſi his prioribus tribus annis eorū fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor) communioni fidelium reſtituantur, totaq; mentis intentione ſpondentes a talia ſe ulterius nunquam facturos, corpus & ſanguinem domini ſuſcipere mereantur, & uſque ad ſeptimum annum tribus in hebdomada diebus ſine eſu carnium & uini potatione maneant pœnitentes.

Item ex concilio Leonis Papæ quarti.

Res eccleſiæ epiſcopus uſurpare uel alienare non præſumat.

CAN. XVIII.

3 Monemus & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus epiſcoporum uel ſacerdotum rem tituli b ſui uſurpare præſumat, ſed neque ſalarium à Chriſtianis ſanctis locis oblatum cauſa amicitiæ, uel timoris, aut muneris pertentet auferre, ne eccleſia Dei ad nihilum redigatur: Quod qui facere præſumpſerit epiſcopus, uel ſacerdos canonicam ſine dubio ſubeat ultionem, & quod eccleſiæ iniuſtè ablatum eſt, reddere c compellatur, ita ut deinceps nullas uires pro his ad litigandum, d uel poſsidendum haberè poſsit.

Item ex hiſtoria Euſebij epiſcopi Cæſarienſis, cap. xij.

Epiſcopo uel abbati res eccleſiæ alienare non licet.

CAN. XIX.

Quiſquis epiſcopus uel abbas de ſalarijs epiſcopi, uel monaſterijs transferre quicquam in principum manus, uel etiam alij perſonæ conferre uoluerit, irritum ſit quod datum eſſe conſtiterit, ſecūdum canonem ſanctorum apoſtolorum, qui dicit: Omnium eccleſiaſticarum rerum epiſcopus habeat ſolicitudinem, & diſpenſet eas, tanquam Deo contemplante Non liceat autem ei fraudare quicquam ex illis, uel cognatis e proprijs dare, quæ Dei ſunt. Quòd ſi pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur: ſed non ſub horum occaſione, quæ ſunt eccleſiæ defraudentur. Quòd ſi calliditate uſus excuſationem prætenderit epiſcopus damnum facere, & nihil ad profectum agrum uel locum exiſtere: nec ſic principibus tribuatur ager, uel locus, ſed clericis uel agricultoribus.

Quod ſi calliditate uſus fuerit princeps, & uel a colono f uel a clero agrum emerit, ſit irrita uēditio, & reſtituatur epiſcopo, uel monaſterio. Epiſcopus uel abbas hoc faciens abijciatur g tanquam qui diſperſit, quæ non collegit

Itē Symmachus Papa.

Prædia eccleſiæ non liceat Papæ alienare.

CAN. XX.

Non liceat Papæ h

prædium eccleſiæ aliena-re aliquo modo pro aliqua neceſsitate: nec in uſumfructũ rura dare: niſi tantummodo domos, quę in quibuslibet [a] urbibus non modica impenſa ſuſtentantur: qua lege omnes cuſtodes adſtringantur, ut donator, accenſator, uenditor, honorem perdat: & qui ſubſcripſerit, anathema ſit cum eo, qui dedit, uel qui recepit, niſi reſtituatur. Liceat etiam quibuslibet eccleſiaſticis perſonis contra dicere, & cum fructibus [b] alienata repoſcere. Qđ non ſolummodo in apoſtolica conſeruandum eſt eccleſia, uerùm etiam uniuerſis eccleſijs per prouincias quidem dicitur id conuenire.

Item.

Qui res eccleſiaſticas uendit, ad altare non audeat accedere.

CAN. XXI.

INdignè ad altare [c] domini properare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſtè poſsidere, aut iniqua, uel iniuſta defenſione i eis perdurare: de quibus debet eſſe tanta prouiſio, ut uindictam admonitio [d] præcedat: & res uſurpatas iniuſtè, qui abſtulit: aut iniuſtè ablatas, qui retinet, æquitate patrocinãte legib. reſtituat. Quòd ſi neglexerit, & neceſsitas compulerit: demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata [e] pcellat. Valde enim iniquum & ingens ſacrilegium eſt, ut quæcunq; uel pro remedio peccatorum, uel pro ſalute ac requie animarum ſuarum unuſquiſque uenerabili eccleſiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab ijs, qui bus maximè ſeruari conuenit, id eſt, Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus in aliud transferri, uel conuerti permittatur. Propterea qui hæc non prouiderit, & aliter quàm ſcriptũ eſt, prædia eccleſiæ tradita petierit, uel acceperit, aut poſſederit, niſi ſe citò correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: ſitque accipienti, uel donanti, uel poſsidenti anathema, & inſtitutæ [f] pœnæ contubernium aſsiduum: nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.

Item Nicolaus papa Adoni Vienenſi archiepiſcopo.

Excommunicentur, qui principum authoritate res inuadunt eccleſiæ.

CAN. XXII.

DE rebus, quæ ſemel Deo contributæ atque dicatæ ſunt, & poſtea ſub occaſione conceſsionis principũ à quibuſdã inuadunt atque

---

a Quibuslibet. Videtur ergo, quod ad hanc accuſationem quilibet admittatur, extra de rebus eccle. non alie. ca. ſi quis. & auth. de non alienan. aut permutan. in fin. colla. iij. & not. xvj. q. vij. c. filijs. & quæſt. j. ca. conſtitutum.

b Et cum fructibus. Hic aduerte, quod fructus poſſunt peti. Sciendum eſt, quod ſi agitur per interdictum aliquod ad petendum rem cum fructibus: tunc reſtituũtur omnes fructus percepti à tẽpore eo, quo eſt propoſitum interdictum, niſi in interdicto unde ui, in quo ueniunt fructus omnes percepti à tempore deiectionis: ut ff. de interdic. l. interdictis. ff. de ui & ui arma. l. prima. §. ex die. Si autem agitur rei uendicatio. aut poſſeſſor fuit bonæ fidei, aut malæ. Si bonæ, reſtituet omnes fructus perceptos à tempore litis conteſtatæ: uel qui culpa ſua non ſunt percepti: ſed ante litem conteſtatam perceptos non tenetur reſtituere, ſed tantum extantes: ut C. de rei uendicatio. l. certum eſt. inſtitu. de officio. iudic. §. poſt inchoatam. Si fuerit poſſeſſor malæ fidei, tam perceptos, quã quos percipere potuit, tenetur reſtituere: ut extra de reſtitutione ſpoliatorum. cap. grauis. & ff. de rei uendicatione. l. ſi nauis. §. generaliter. & C. de rei uendica. l. certum eſt. Si uerò malæ fidei poſſeſſor titulum habuit, tunc excuſatur à percipiendis [g] propter titulum: ut C. de rei uendica. l. ſi fundum. niſi ita ſit, quod ille titulus habeatur pro non titulo, ut cũ quis emit contra interdicta legis: ut C. de agricolis & cenſitis. l. quemadmodum. libro undecimo, & alios caſus habes notatos ff. quod metus cau. l. ſed & partus.

Fructus an ab omni poſſeſſore ſint reſtituendi.

g Nã tunc & de percipiẽdis tenet. ff. de his quę in frau. cred. ait prot. §. per hãc. Lauren.

c INdigne ad altare. quia nec oblatio eius recipitur: ut ſupra eadem, capi. de uiro. & etiam à ſacramentis eccleſiæ ſuſpenſus eſt: ut xvij. quæſt. iiij. c. quiſquis.

d Admonitio. Argumentũ, quod admonitio ſemper p̃cedat uindictam, ut hic, & ij. quæſtio. vij. c. accuſatio. & ca. ſeq. xj. quæſtio. j. ca. petimus. Sed uerum eſt, cũ agitur ad pœnam excommunicationis: quia nemo excommunicandus eſt, niſi præcedat admonitio trina: [h] ut xvj. quæſt. ſeptima. capitu. omnes decimæ. & xvij. quæſt. quarta capi. de presbyterorum. & extra de ſentent. excommunica. ca. ſacro. Item & in illis criminibus præcedet admonitio, ubi ad brachium ſeculare eſt recurrendum: ut prima, quæſt. vij. ca. patet. Item ubicunque non agitur ad depoſitionem. Et generaliter ubicunque agitur ad denuntiationem; ut extra de ſimo. cap. licet Eli. Sed ubicunque agetur ad depoſitionem, non præcedet admonitio. extra de accuſ. capit. qualiter. Ad quid enim admoneretur tunc, cum ſufficit ad depoſitionem quod homo ſemel deliquerit. xxv. diſtinc. capi. primum. Non obſtat, extra de accuſa. ca. ſi quis. quia loquitur ibi in denuntiatione. Itẽ non obſt. ſecunda, quæſt. vij. c. ſi quis erga. quia loquit̃ ibi de alijs cauſis, quæ non inducunt depoſitionẽ, ut quinta, quæ. iiij. c. in loco.

Admonitio ſemꝑ uindictã pręcedat.

h Sed contra. xxiiij. q. ij. ca. ſane. uerſi. imperiũ. ubi ꝗ hoc in glo. ſeꝗ dicit, &c.

e Maturata. id eſt, mature prolata. ĩ. xvj. quæſt. j. cap. in omnibus.

f Et inſtitutæ. Id eſt, deſtinatæ à talibus.

D E rebus. Vt prius.

diripiuntur: ſancimus ut prius a conſulatis principē ad reſecandam tā præſumptiuam factionem: & cognoſcendū utrùm illius ſit conceſsio, an inuaſoris præſumptio. Quòd ſi principis inordinata fuerit largitio, & ipſe princeps ſit pro emendatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur præſumptio, uſque ad emendationem excommunicationis ſit uindicta coercendus.

Item Gelaſius Iuſtino archidiacono, & Fauſtino defenſori.

De rebus eccleſiæ non eſt aliquid alienandum.

CAN. XXIII.

4 Vobis enim & famæ ueſtræ conſulendum duximus, ut pontificis b ueſtri loco uobiſcum ab eodem c aliquis ſubrogetur, qui eius nomine pariter uniuerſa diſponat: quatenus omnia prædia ad ueſtrum reuocetis ſtudiū, nec cuiquam clerico pro portione ſua aliquod ſolum eccleſiæ putetis eſſe deputandum: ne per incuriam & negligentiam minuatur: ſed omnem penſionis ſummam ex omnibus prædijs ruſticis, urbaniſq; collectam ad antiſtitē deferatis. Ex qua tamē collectione habeatur ratio, quid ad cauſas d uel expenſas accedentium neceſsitatum opus eſſe perſpicitur, ut de medio ſequeſtreť: & quatuor portiones, e uidelicet, uel de fidelium oblatione, uel de hac fiant modis omnibus penſione: ita, ut unam ſibi tollat antiſtes, aliam clericis pro ſuo iudicio & electione diſpertiat: tertiam pauperibus ſub omni cōſcientia faciat erogari. Fabricis uerò quartā, quæ competit ad ordinationē pontificis erogatione ueſtra decernimus eſſe pēſandā. Si quid fortè ſub annua remanebit expenſa, electo idoneo ab utraq; parte cuſtode tradatur enthecis, ut ſi maior f emerſerit fabrica, ſit ſubſidio, qď ex diuerſi temporis diligentia potuerit cuſtodiri: aut certè ematur poſſeſſio, quæ utilitates reſpiciat communes.

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni epiſcopis.

Diuini muneris participatione priuetur, qui eccleſiaſtica priuilegia calcat.

CAN. XXIIII.

Qui & diuinis † & humanis legibus in ciuili g damnatione calcatis, & reuerētia religionis abiecta, uel eccleſiaſtica priuilegia calcare contendunt, uel ubilibet in pauperum proſilire diſpēdium: nec huiuſmodi ſaltē commoniti conuictiq; nequitiam ſopire conſentiunt, atq; illata ſacris rebus detrimenta reſarcire, meritò diuini muneris participatione ſunt priuādi: & huius perceptione careāt, quod ſacrilegis auſibus habuere deſpectui. Celeſtinus uerò presbyter fratris & coepiſcopi noſtri Sereni, qui contra pontificale iudiciū cōtraque apoſtolicæ ſedis mandatum prorumpens, ſupradictis communionem ſacram miniſtrare præſumpſit: cum non potuerit ignorare h ſentētiam

a Vt prius. Et hic argument. 1 quod authoritas maioris excuſat. xxviij. diſtinct. ca. diaconi. & lxiij. diſt. ca. Salonitanæ. ſed non eſt hoc uerū: ut ſ. ead. quicunque. & licet hic dicatur, quod princeps ſit redarguendus, bene tamen poteſt excommunicari. xj qō. iij. ca. ſi autem nobis. Sed qualiter agi poteſt cōtra illū, q recipit poſſeſsionem, uel à principe uel ab alio, cum ſcriptū ſit in lege. Non uideor ui poſſidere, ſi recipio poſſeſſionem ab illo, quē ſcio eſſe in poſſeſſione. ff. uti poſſid. l. ſi duo. §. non uideor. & arg. extra de reſtitu. ſpo. cum ad ſedem? Sed hæc quæſtio hodie exſufflata eſt per id, quod eſt hodie extra de reſtitu. ſæpe contingit.

Vobis. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua probat, quod eccleſiæ facultates debent diuidi in quatuor partes: & hoc probat per nouem authoritates. Ioan. de Fantu.

b Pontificis ueſtri. Epiſcopus iſte remotus fuit ab adminiſtratione 2 tēporalium, ſed non ſpiritualium.

c Ab eodem. Iſto enim remoto ab adminiſtratione reſeruatur, ut ipſius authoritate adminiſtratores eligantur.

d Quid ad cauſas. ſcilicet ut expenſæ prius deducantur, quæ factæ ſunt in colligendis fructibus: quod ius deductionis nullus caſus poteſt impedire. ff. famil. erciſc. l. fundus. ff. de peti. hæredi. l. ſi à domino. §. fructus. in decimis ſecus: ut extra de deci. cum homines. ſed cum diſtinctione quam habes extra de deci. paſtoralis.

e Portiones. argumentum, quod prædia eccleſiarum non debent diuidi per præbendas: ut no. s. quæſt. proxi. ca. ultimo. hoc non eſt uerum. Hic autem prohibentur diuidi ideo, quia clerici fuerunt ſuſpecti. 3 Sed ubi non ſunt ſuſpecti, bene diuidentur, ut meliorentur per eos poſſeſsiones: ut infra eadem. ca. ſæpe. fit. Nam diligentius tractantur res propriæ, quam communes: ut xlvij. diſtin. capi. ſicut hi. §. neceſſe eſt. & C. quando & quibus quarta pars deb. l. ulti. lib. x.

f Vt ſi maior. Optimum argumentum contra prælatos eccleſiarum: ut non poſsint allegare ſterilitatem temporis, uel incurſum hoſtium: ſi præcedentibus annis fuerunt uberes anni, ſicut nec colonus. ſimi. ff. loc. ex condu. §. ſi uno. huic contrarium ſignatur x. quæſtione iij. capit. unio. ſed ibi ſoluitur.

Qui & diuinis. g In ciuili. id eſt, impia.

h Ignorare. ſic ſ. xvj. diſtin. ca. quod dicitis. ſ. j. quæſt. j. c. ſi quis à ſimoniacis. & x xvj. quæ. ij. capi. nullus. ſ. diſtin. xx. capi. ſi decreta. ſupra. lxxxvij. diſtinct. c. ult. & xvij. q. ij. ca. ult. audiretur tamē iſte, ſi uellet probare ſe ignoraſſe. lxxxij. diſtinct. c. propoſuiſti. in fi. & j. q. j. cap. ſi quis à ſimoniacis. & extra de elec. ca. innotuit. in fi. Sed qualiter probabit ſe ignoraſſe? Reſpondeo, ꝓbabit, quod fuit in alia prouincia, ut extra de teſti. ca. ex tenore. & C. de contrahend. ſtipul.

1 Hoc argu. ſumitur ex eo, qď dixit text. ipſe prīceps ſit redarguēdus. q. d. non ille q ei9 authoritate accepit, ſecū dum Hu. Maioris authoritas nō ſemꝑ excuſat.

2 Intellige non omni. & hoc colligitur. ſ. ubi dicit ꝙ omnes reditus debēt ad ipſum deferri uel ab eo diuidi. Archi.

Expenſæ ſemp ſunt deducendæ.

3 Hoc colligitur ex illa litera, ne per incuriā, &c. unde ibi innui uidetur à contrario, qď ſi illa cauſa ceſſaret, ſcilicet, ꝙ eſſent diligentes clerici: quod poſſunt diuidi ſecundum H. & Lauren.

† Aliàs, qui & humanis.

Ignorantia probatur dupliciter.

proprij ſacerdotis, ab officio protinus eccleſiaſtico repellatur: ut nullus eccleſiæ miniſtrorum contra pontificalia inſtituta uenire contendat.

Idem eiſdem.

De eodem.

CAN. XXV.

VVlteranæ eccleſiæ actus uel patrimoniū, quod hactenus comperimus deſtitutum, & poſt damnationem Euchariſti, quo fuerat deprauante diſperſum, curæ ueſtræ decreuimus eſſe delegandum, ut diligentia (qua uos pro utilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe uigilantes) prædia culturæ reſtituatis antiquæ: & reuocetis ſi qua ſunt uendita, aut donata mancipia. poſſeſſiones etiam, quas ab Eumancio & opilione epiſcopis, uel cæteris quouis iure uideritis teneri (quia contra conſtituta ſynodi ab epiſcopis prædia alienari nullo potuerunt commento) nihilominus reuocētur. [a] Sit emptoribus [b] ad eum recurſus, qui præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita uenditione diſtrahere: ita, ut penſiones annuas ad pontificem deferatis, cui priuilegia ſua integra conuenit omni ratione ſeruari, ut eius diſpenſatione portiones ꝑueniant conſuetæ: ita, ut portionem quartam, quæ ad eos pertinet, ſua pontifex ordinatione diſtribuat prout cuiuſque locum [c] meritumque cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum eſt, ut clericis quartam partem eroget pro conſideratione ſuæ electionis antiſtes. Fabricarum etiam portio epiſcopo ſciente et diſponente ueſtra erogatione pendatur, quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero & ordini & plebi Brunduſij.

Redituum & oblationum duæ portiones clericis committantur.

CAN. XXVI.

COnceſſo nobis, quem petiſtis, antiſtite fratre iam & coepiſcopo meo Iuliano, neceſſarium fuit (eodem ad eccleſiā ſuam mox remiſſo) ad uos noſtra ſcripta pariter deſtinari, quibus agnoſceretis eidē fuiſſe præceptum, ne unquam ordinationes præſumat illicitas, & infrà.

Reditus & oblationes fidelium in quatuor partes diuidat: quarum unam epiſcopus ſibiipſi retineat, & alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate [d] diſtribuat: fabricis tertiam, quartam pauperibus & peregrinis habeat fideliter erogandam, quarum rationem diuino eſt redditurus examini.

Idem.

De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat.

CAN. XXVII.

QVatuor autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuſlibet eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones: quarum una ſit pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta eſt fabricis applicanda. de quibus ſicut ſacerdotis intererit integram miniſtris eccleſiæ memoratam diſpendere quantitatem: ſic clericus ultra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter nouerit expetendum. Ea uerò, quæ eccleſiaſticis reſtaurandis ædificijs attributa ſunt,, huic operi ueraciter prærogata locorum doceat [e] inſtauratio ſanctorum manifeſta: quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum præſul impendia his ſacris ædibus deputata conuertat: ipſam nihilominus adſtrictam pauperibus portionem, quanquam diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe uideatur, tamen iuxta hoc quod ſcriptum eſt, Vt

ſtipu.l. optimā. uel etiam proprio iuramento, ut xxxiij. q.ij. in lectum.

[a] VVlteranæ. Reuocētur. C. ſi tuto. uel cura. inter l. ulti.

[b] Emptoribus. ſ. x. q. ij. hoc ius porrectum in fin. §. qui uero res. Sed cōtra. xvj. q. iij. uniuerſas C. de euic. ſi fundus. Solu. hoc ca. loquitur de poſſeſſore bonæ fidei: cōtraria de poſſeſſore malæ fidei. Sed ad hæc obijcitur: malæ fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agric. & cenſit. quēadmodū. lib. xj. Reſpondeo: quantum ad hoc eſt malæ fidei poſſeſſor quia non uſucapit: ſed quātum ad hoc eſt bonæ fidei poſſeſſor, quod habet recurſum cōtra ſuū uenditorem.

Dignitates conferantur ſecundū merita.

[c] Locum. Arg. quod ſecundum priorē locum & maius meritū conferendæ ſunt dignitates: ut ſ. ca. proxi. & ſ. diſtin. j. ius militare. & j. q. ij. clerici. & lxxv. diſtinc. c. ult. & ille gradus cæteros antecedat, quē ſtipendia longiora & labor prolixior fecerunt anteire, ut C. de offic. mag. offi. l. nemo. lxj. diſt. ca. j. & cap. miramur. & ſtipendiorum ratio habēda eſt, ut ff. de re mili. l. nō omnes in prin. Arg. contra xvj. q. vij. omnes decimæ & cap. j. in fi. & extra de conſtit. cum omnes.

ſ Alias, lxxiij.

Vbi de hoc etiam plenius extra de ma. & obe. ſta. Archi.

[d] COnceſſo. Sedulitate. Argu. contra clericos exiſtentes in ſcholis, ut non debeant ꝑcipere eccleſiaſtica ſtipendia, ut xvj. q. j. generaliter: & j. ca. charitatem. Arg. contra xxxij. diſt. ſi qui uero.

[e] QVatuor. Doceat. Arg. ꝑ unum factū probari aliud; & cauſam probari per effectū: quia per reparationem fabricatū probatur quod bene ſit expenſa quarta fabricæ: & ſic xviij. diſt. peruenit. ſic C. de admini. tut. l. lex quæ. in fin. Item ex omnibus his capitulis collige laicos nō eſſe cōpellēdos ad reparationē fabricæ, ſed tantū clericos. ſ x. q. j. decernimus.

Clerici ſoli ad reparationē fabricæ cōpellātur.

ſ Arg. quod etiā princeps teneatur ad hoc xcvj. diſt. c. ult. Le.

Teſtifi-

T

Mat. 5. b

uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cælis eſt: oportet etiã præſenti teſtificatione [a] prædicari, commendari, & bonæ famæ præconijs non taceri. quapropter nec clericorũ quiſpiam, &c.

Item Simplicius papa Florentino, & Equitio epiſcopis.

De reditibus oblationum & redituum eccleſiæ quatuor portiones presbytero diſpenſanda credantur.

CAN. XXVIII.

DE reditibus eccleſię uel oblatione fidelium ſola epiſcopis ex his una portio remittatur: duæ eccleſiaſticis fabricis & erogationi pauperum profuturæ à presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: ultima clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. & infrà. Cui, id eſt, Gaudentio epiſcopo ſpecialiter hoc præcipimus, ut tres illas portiones, quas triennio [b] ſibi tantùm dicitur uendicaſſe, reſtituat.

Item Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano. †

De reditibus eccleſiæ etiam nouiter quæſitis quarta pars clericis erogetur.

CAN. XXIX.

COgnouimus de reditibus eccleſiæ nouiter acquiſitis, ad canonicam diſpoſitionẽ quartarum minimè prouenire: ſed epiſcopos locorũ diſtribuere tantummodo quartam antiquorum redituum: nunc uerò quæſita ſuis uſibus retinere: quam rem prauam, ſub introductamq; conſuetudinem fraternitas tua uiuaciter emendare feſtinet, ut ſiue de præteritis reditibus, ſiue de his quæ obuenient, [c] uel obueniẽtibus, quartæ ſecundùm diſtributionem canonicã diſpenſentur. Incongruũ nanq; eſt unam eandemque eccleſiæ ſubſtantiam duplici [d] quodammodo iure cenſeri.

Idem Auguſtino epiſcopo Angelorũ. †

De ſtipẽdio eccleſiæ quatuor debẽt fieri portiones.

CAN. XXX.

MOs eſt apoſtolicæ ſedis ordinato epiſcopo præcepta tradere, ut de omni ſtipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: una uidelicet epiſcopo, & familiæ eius propter hoſpitalitatem atque ſuſceptionem, alia clero, tertia uerò pauperibus, quarta eccleſijs reparandis.

Item ex concilio Toletano.

De eodem.

PALEA

S*Ancimus omnibus epiſcopis curã laicorum inſtare, ut ſi quos in fide Chriſti inuenerint, nimio affectu diligant: & inſuper confirmamus ut ſi aliqua ab ipſis accipiant dona,* [e] *ſtatim in quatuor diuidant partes: ita ut prima pars ſecundùm apoſtolorum præcepta titulorum,* [f] *necnon cœmeteriorũ reſtaurationibus diligenter attribuatur, ſecunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta uerò aduenis.* ‖ cap. 23

Item ex concilio Agathenſi. †

Omnes presbyteri per iuſſionem epiſcopi res eccleſiæ diſpenſare ſtudeant.

CAN. XXXI.

STatuimus (quod epiſcopi omnes iubẽt) ut ciuitatẽſes ſiue diœceſani presbyteri uel clerici rem eccleſiæ ſaluo iure eccleſiæ (ſicut pmiſerit epiſcopi) teneant: uendere autem, aut donare penitus non pręſumant. Quod ſi fecerint, & facta uenditio non ualebit, & de facultatibus, ſi quas habent proprias, indemnem [g] eccleſiam reddant, & communione priuentur. † cap. 16

Item ex eodem concilio. †

De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut aduerſarijs impendunt.

CAN. XXXII.

SI quis de clericis documenta, [h] quibus eccleſiæ poſſeſsio firmatur, aut ſup-

---

[a] Teſtificatione. Arg. quod res ſemper ſunt gerẽdæ in illorum præſentia, quorum intereſt, ut, viij. q. j. licet.

DE reditibus. [b] Triẽnio. Licet iſte epiſcopus p triẽnium poſſederit rés eccleſiæ mobiles, non tamen uſucapiebat eas: quia furtum cõmiſit in eis, ut v. quæſtio. ij. cap. ulti.

[c] COgnouimus. Obuenient. Arg. cõtra ff. de iure dot. cum in fundo. §. ſi fundus. ſimile. ff. dę pact. dot. inter ſocerum. §. ij. ſimile. C. de aſſu. l. ij.

[d] Duplici. Nota duplicitatẽ à canone reprobari. xvj. quæſti. vij. In nona. & xviij. q. ij. in nullo. ſic. ff. de uſucap. eum qui ędes. Item argu. quod idem iuris eſt in ueteribus, quod in nouis, extra de cenſi. cum olim. & capit. cum in eccleſijs. Argu. contra de deci. tua. nam licet ueteres decimę ſint conceſſæ laico, non ideo nouæ ut ibi dicitur. Quandoque tamẽ eadem res duplici iure cẽſetur, extra de religio. domi. ca. quia. & ff. de pecul. hinc quęritur. §. j. ubi habes quod peculium quandoque duplici iure cẽſetur: ſed iſti ſunt caſus ſpeciales.

[e] SAncimus. Dona. ſecundum diſtinctionẽ, extra de teſta. requiſiſti.

[f] Titulorũ. id eſt, eccleſiarũ, ad quas intitulati ſunt.

STatuimus. Hæc eſt quinta pars quæſtio. in qua magiſter reuertitur & probat per xx. capitu. quod res eccleſiæ non ſunt alienãdæ, niſi in caſu conceſſo, alias alienatio nõ tenet: & alienatores quocunque caſu debent puniri. Ioan. de Fant.

[g] Indemnem. De hoc dixi. ſ. ead. nonnimus.

[h] SI quis. Documenta. Idem eſſet, ſi teſtes aliquos impediret dicere ueritatẽ, ut extra de teſtib. cogẽ. peruenit.

Supprimunt.

Duplicitas reprobatur.

† Epiſtola xj. lib. vij.

Quod autem hic dicitur regulare eſt. de hoc etiam leg. & no. extra de deci. cum in tua. in fine.

† In reſponſione ad primã interrogatum.

primere, [a] aut negare, aut aduerſarij fortaſſe tradere damnanda & punienda obſtinatione præſumpſerit, quicquid [b] per abſentiam documentorum damni eccleſiæ illatū eſt, de proprijs facultatibus reddat, & cōmunione priuetur. Hi aūt qui in damno eccleſiæ impiè ſolicitati à traditoribus aliquid ſuſceperint, ſuperiori ſentētia teneantur.

Item ex eodem. †

Epiſcopus hæredem non habens, non alium quàm eccleſiā hæredem inſtituat.

CAN. XXXIII.

EPiſcopus, qui filios aut nepotes non habuerit, alium [c] quàm eccleſiam nō relinquat hæredem. ſi quid de eccleſia non in eccleſiæ cauſa, aut neceſsitate pręſumpſerit: quod diſtraxit, aut donauit, irritum habeatur. qui uerò filios habet, de bonis quæ reliquit, ab hæredibus [d] eius indemnitatibus eccleſiæ conſulatur.

Item ex eodem.

Qui in clero conſtituti ſunt, de rebus eccleſiæ nihil alienare præſumant.

CAN. XXXIIII.

DIaconi, uel presbyteri in parochia conſtituti, de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeāt commutare, uendere, uel donare: quia res eccleſiæ ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ ſibi cōmiſſæ (ut ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant: quod ſi fecerint, [e] conuicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo ꝓprio aliud [f] tantum reſtituant, quātum uiſi fuerint præſumpſiſſe. Libertos etiam, quos ſacerdotes, uel diacones de eccleſia Chriſti ſibi commiſſa facere uolunt, actus [g] eccleſiæ ꝓſequi iubemus: quod ſi facere contempſerint, placuit eos ad proprium reuerti ſeruitium.

Item ex eodem. †

De poſſeſsione eccleſiaſtici iuris quicquid à presbytero diſtrahitur, inane habeatur & uacuum.

CAN. XXXV.

QVicquid parochiarū presbyter de eccleſiaſtici iuris poſſeſsione diſtraxerit, inane habeatur, & uacuum uendicatione [h] comparantis, & actione uendentis.

Item Vrbanus Papa.

Alienationes factæ ab intruſis, et ordinationes ſine conſenſu clericorum, irrita ſunt.

CAN. XXXVI.

ALienationes [i] omnium per intruſionem, ſeu canonicè electorum ſub epiſcopi nomine aut abbatis, qui ſecundum eccleſiæ ſuæ uſum conſecrādus [k] eſt: alienationes dico quocunque modo factas, necnon &

[a] Supprimere. Quia crimen falſi incurrūt. ff. de falſ. l. j. §. ijs qui depoſita.

[b] Quicquid. Arg. ꝙ eccleſia poteſt petere intereſſe, quod eſt extra rem. ſed illud non eſt extra rem, quia inſtrumento tradito poſſeſsionis, & poſſeſsio tradi uidetur: ut C. de dona. l. j.

[c] EPiſcopus. Alium. Hoc eſt conſilium, quia etiam uxorem & ſeruū ſuum poſſet inſtituere hęredē; ut ſ. ead. quæſtio. j. ſint manifeſtæ.

[d] Ab hæredibus. Hic duo contraria dici uidentur, ſcilicet quod eccleſia debeat eſſe hæres defuncti, & qđ eccleſia poſsit conuenire filiū defuncti de eo, quod male alienauit defunctus. Nam ſi eccleſia eſt hæres defuncti, etiā ſi defunctus aliquid indebite alienauit, illud non poteſt reuocare eccleſia, ut C. de re. alienis non alie. l. iii. C. de libe. cau. l. ſi ab eo. C. de rei uendic. cum à matre. Tenetur enim ſequi uoluntatem defuncti: ut xj. quæ. j. Syluester. ideo ſic exponas, eccleſiam ſibi relinquat hæredem. ſed ſi eccleſiam non inſtituit hæredē, ſupple, tunc ſi quid de eccleſia, &c. Generaliter enim omnis hæres tenetur ad omnia onera defuncti, niſi fecerit inuētarium: ut C. de iu. deli. ſancimus. Hoc tamen teneas, ꝙ ſecūdum canones in contractibus & in delictis, ſiue aliqđ peruenerit ad hæredem, ſiue non: ſiue lis ſit conteſtata cū defuncto, ſiue non hæres ſemper tenetur inſolidum: vt xvj. q. vj. ſi epiſcopū. in fin. extra de rap. in literis.

[e] DIaconi. Fecerint, Aeſtimatione ſeruorum reddita de proprio: alioqui reuocarentur: vt j. ead. & ſi illi. niſi ſine benemeriti: ut j. e. ſi quos de ſeruis: ſic eſt in hoc dura conditio libertorum eccleſiæ ꝙ propter operas non præſtitas reuocantur in ſeruitutem. aliud in liberto priuati, ut C. de lib. cau. ſolo obſequij. ꝙ eſt hic ſpeciale. Item aliud ſpeciale, ꝙ filij iſtorum libertorum ſunt obnoxij eccleſiæ j. e. de libertis. ſecus in alijs: ut C. de lib. & eorum lib. l. j & ii. Item aliud ſpeciale, ꝙ liberti tenentur ſeruire eccleſiæ nulla eis opera impoſita: ut hic, & j. e. liberti. Hodie tamē diſtinguitur: ut extra de ſeruis non or. eo libentius.

[f] Aliud. i. ipſam rem reſtituet, & aliud tantū de ſuo. ſic lxxxix. di. decernter. x. q. ii. hoc ius, uer. qui uero res.

[g] Actus. i. negotia.

[h] QVicquid. Vendicatione. In emptorem enim non transfertur dominium, unde non poteſt rem uēdicare. habet tamen contra uenditorem actionem ex empto: ut ſ. e. Vulteranæ. in authē. de nō alie. aut permu. §. quia uero Leonis. col. ii. Sed nonne uenditor poteſt petere pretium re nondū euicta? quia uenditor non ad aliud tenetur, niſi ut faciat emptorē habere rē. Non enim tenetur rem eius facere: ut ff. de actio. emp. ſeru⁹ quē. § ſi ſciens. ſed hic contractus eſt nullus.

[i] ALienatiōes. Hoc ad canonice electos referas: quia intruſi uel ſchiſmatici nec etiam cum conſenſu cap. poſſunt aliquid alienare. j. ca. precariæ. extra de ſchiſma. ꝙ à prædeceſſore. [l] vij qō. j. factus xxv. quæſt. j. omne. ff. de rebus eorum qui ſub tu. te. uel cura. c. quicūque. Argu. contra. j. de conſec. diſt. ii. & dixit. j. quæſt. j. ſi quis à ſimoniacis. iii. quæſtio. vii. tria. in princip.

[k] Conſecrandus. Id eſt, benedicendus. Abbas enim non cōſecratur niſi cum ordinatur in ſacerdotem: ſed tamen dicitur, quod ei manus imponitur ab epiſcopo. lxix. di. quoniam uidemus unde abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere. extra de ſup. neglig. prælat. ſtatuimus.

[a] Id eſt ꝙ ſan. & idē uo. extra de iniurijs. ſ. noſtra. de ſen. excō. ſacrorū. ſ. gl. j. Arc.

† cap. 33.

Hæres onera defuncti ſuſtineat.

† cap. 49.

[a] Vbi de hoc, & ſ. j. q. iii. c. eccleſia. §. itē peccato ciuiā & ibi ſatis dixi. Arc. Liberti eccleſiæ differūt à libertis priuatorum.

† cap. 53

[l] Et ex. & elec. nihil eſt. in gl. in duob. caſib. &c. ibi uideas. Sed ꝑ hæreticū bene acquiritur loco religioſo, ſiue eccleſiæ, argu. xxxii. qō. iiii. recurrat. uerſi. quomō ergo. ubi de hoc. Arc. Abbas nō conſecratur.

ordinationes a perſonarũ ab eiſdem ſine communi conſenſu clericorũ eccleſiæ, ſiue per ſimoniã itidem factas, irritas iudicamus. Illud etiam per omnia interdicimus, ut nullus clericus præbendã b ſuam ſeu beneficium aliquod eccleſiaſticum aliquo modo alienare præſumat. Quod ſi præſumptũ olim fuit, uel aliquando fuerit, irritum erit, & ultioni canonicæ ſubiacebit.

Item ex concilio Ilerdenſi. †

Epiſcopo defuncto, uel adhuc in ſupremis agente, de rebus eccleſiæ nihil eſt uſurpandum.

CAN. XXXVII.

HAec huius c placiti d conſtitutione inter nos cenſura placuit cuſtodiri, ut defuncto antiſtite, uel etiam adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum, cuiuslibet ordinis, officij, gradusve ſit, quicquam de domo eius præſumat, uel de utilitate, quæ inſtrumẽti domus eſſe noſcitur: id eſt, mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ, conetur inuadere: nihil furto, nihil dolo ſupprimens, auferens, atque abſcondens. Sed is cui domus commiſſa eſt, ſubiunctis ſibi uno, uel duobus fideliſsimis, omnia uſque ad tempus ſubſtituendi pontificis debet conſeruare e & his, qui in domo inueniuntur, clericis conſuetam alimoniã miniſtrare. Subſtitutus autem antiſtes ſuſceptæ ſedis cõmoda ordinabit, uelut Deus imperabit, ut eis uti cum his debeat, quos cognouerit diſciplinæ & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe. Quod ſi quiſquã poſt hæc cuiuslibet ordinis (ut ſuperius dictũ eſt) clericus quacunque occaſione, uel de omni facultate quippiam probatus fuerit abſtuliſſe, uel forſitan dolo aliquo ſuppreſsiſſe, reus ſacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & uix f ei peregrina communio concedatur: quia g durum eſt, ut hi quos conſtat in ſeruitio domini cum primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores, uel utilitatibus ſeruiẽtes atque uacantes fuiſſe noſcũtur, deſpecti aliquatenus crucientur.

Item ex concilio Toletano quarto. †

Epiſcopi qui nihil eccleſiæ cõferunt, famulos eius libertate non donent.

CAN. XXXVIII.

ET ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, h æterni iudicis uoce cõdemnabuntur in futuro: quantò magis i, qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt? Quapropter epiſcopi, qui nihil ex ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compẽſauerunt, hanc diuinam ſententiam metuant: & liberos ex familia eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumãt. Impium enim eſt, ut qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non contulerit, k damnum inferat, & ius eccleſiæ alienare contendat. Tales igitur liberos ſucceſſor l epiſcopus abſque ulla oppoſitione ad ius eccleſiæ reuocabit; m quia

a Ordinationes. Hoc non poteſt facere ſine conſenſu capituli ſui: ut xxiiii. diſtin. c. ulti. & penult.

b Præbendam. Fructus poteſt extra ne præla. uices ſuas. cap. ulti. ad inſtar fructuarij. ff. de uſufru. arboribus. ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt uẽdi, licet hoc nõ ſit honeſtum: quia prohibitum non inuenit: ſed tantum cum conſenſu epiſcopi. extra de re. ecc. nõ alien. nulli. niſi ad modicum tempus. argu. extra de cen. præterea. & extra de tranſac. de cætero. Sed quid ſi obligauit ad quinquenniũ, nunquid ſtabit ſucceſſor contractui? ita, ſi nomine eccleſiæ contraxit, & cum epiſcopi authoritate. extra de ſol. c. j. ſecus ſi nomine ſuo. ff. de pig. l. lex uectigali. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol. ſi res diſtracta. ff. loca. ſi quis domum. § hic ſubiungi ſolet. Io. Sed certe quicquid dicat Ioan. ego credo, quod ſicut clericus poteſt uendere fructus præbẽdæ ſuæ ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maxime ad modicum tempus: ſicut tutor uẽdit fructus ſine authoritate iudicis: ut C. de admi. tuto. lex quæ. nec aliqua dec. contradicit legi. B.

c HAec huius. Sic cõſtrue. Hæc cenſura placuit cuſtodiri placiti conſtitutione. & ſecundum hoc, uerbũ placuit, eſt perſonale uerbum.

d Placiti. Id eſt, decreti.

e Conſeruare. Argu. ſucceſſori omnia ſeruanda à morte prædeceſſoris. extra de offi. & pot. iu. ordin. cum uos plerunq; & extra de teſt. relatũ. Item arg. quod mobilia prædeceſſoris pertinẽt ad ſucceſſorem: ut ĩ. e. de laicis.

f Et uix. quod uix fit, tamen fit. ĩ. diſt. xix. in memoriam. argu. contra. ff. ad Velleian. tutor. in princip.

g Quia. Hoc refertur ad id quod ĩ. dixit.

h ET ſi illi. Diſtribuunt. Neceſsitatis articulo. De hoc notatur xlvii. diſtinct. ſicut hi.

i Quanto magis. Innuitur hic, quod magis ſit auferre quam non dare, cũ tamen quandoque æquiparentur. & ſic eſt contra xlvij. diſt. ſicut.

k Non contulerit. Sic uidetur quod ſi res ſuas contulerit eccleſiæ, quod tunc alienare poſſit. ar. ĩ. ead. ſi quis qualibet. extra de re. eccle. non alie. ca. epiſcopi. Ad hoc dicunt quidam, quod nullo caſu poteſt alienare, niſi cõi conſenſu canonicorũ. ſed hoc nihil eſt; quia ſi habet cõſenſum cleri, quare reſtituet tantundem de ſuo, cũ nec alienare poſſet, licet adeſſet omniũ conſenſus, niſi eſſet cõmunis utilitas eccleſiæ: ut ĩ. ea. fine. Sed intellige cum ille manumiſſus nõ erat bene meritus: & ſic erat malæ fidei poſſeſſor, alias poſſet præſcribere libertatem: ut C. de præſcript. longi tempo. l. j.

l Succeſſor. Vel ipſemet. xxxv. quæ. ix. quod quis. & eſt argu. quod ſucceſſor reuocat malefactum ſui anteceſſoris: ut xvj. quæſtione iii. ſi ſacerdos. extra de preca. cap. ii.

m Reuocabit. Niſi per decem annos ſtete-

Beneficij fructus uẽdi põt.

Hoc plane oli probat extra de emp. & uen. c. j. ubi habent iſta uerba hic poſita per Ioan. ca. xvj.

Obligare. Ita practicat ut & ſecularibus curijs poſsit obligare, & quotidie in regno Franciæ ſeruiẽtes regij uel iferiorũ prehẽdunt fructus huiuſmodi ſpendentes uel futu[illegible]

† cap. 66

Epiſcopus ſeruũ eccleſiæ an poſſit manumittere.

Dumtamen toleretur ad miniſtratiõe. alias ſecus, ut ĩ. ea. monem⁹. & hoc no. extra de rebus eccle. non alie. ſi quis preſbyterorũ. Archi.

eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit.

Item ex concilio Aurelianenſi.

De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt aut negãt. aut alijs damnabiliter tradũt.

CAN. XXXIX.

SI quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ poſſeſsio firma tenetur, aut ſupprimere, aut negare, aut auertere, aut fortaſſe tradere damnabili & punienda obſtinatione præſumpſerit: quicquid pro abſentia documẽtorum damni eccleſiæ illatũ eſt, de proprijs facultatibus reddat.

Item ex eodem. †

Miniſtris eccleſiæ de rebus eiuſdem eccleſiæ abſque epiſcopi pmiſſu nihil alienare licet.

CAN. XL.

ABbatibus, presbyteris, alijsque miniſtris de rebus eccleſiaſticis, uel ſacro miniſterio deditis alienare, & obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione epiſcopi, a nihil liceat. Quod ſi præſumpſerint, degradentur communione conceſſa: & quod temerè alienatũ eſt, ordinatione epiſcopi reuocetur.

Item ex ſynodo Anchiritana. †

Res eccleſiæ, quæ abſente epiſcopo diſtrahũtur, ad ius eccleſiaſticum reuocentur.

CAN. XLI.

SI qua de rebus eccleſiæ cũ epiſcopus non adeſt, presbyteri b uendiderint: placuit reſciſſo c contractu ad ius eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit epiſcopi cõſtitutum, ſi pretium debeat recipi, d necne: propter quod e ſæpe cõtingit diſtractarum rerum reditus ampliorem ſummam pro accepto pretio reddi.

Item ex concilio Calcedonenſi. †

Poſt mortem epiſcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant.

CAN. XLII.

NOn liceat clericis poſt mortem f epiſcopi ſui rapere g res pertinentes ad eũ, ſicuti præcedentibus regulis conſtitutum habetur. Si uerò hoc fecerint, periclitari ſe nouerint à proprio gradu.

Item ex concilio Mediomatricis.

Reſcindantur precariæ & commutationes ab inuaſoribus factæ.

CAN XLIII.

PRecariæ h & cõmutationes tempore uiduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerãt, reſcindantur: & cum authoritate eccleſiaſtica, uel ciuili, i ſi faciendæ ſunt fiant.

Itẽ Gregorius Maximiano Syracuſano epo.

Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus eccleſiæ. CAN. XLIIII.

CHaritatem tuã commonere curauimus ut ſi quiſpiam epiſcoporum de hac luce migrauerit, uel (quod abſit) pro ſuis fuerit remotus exceſſibus: conuenientibus œconomis, cunctiſque clericis prioribus, atque in ſui præſentia inuentariũ eccleſiæ rerum facientibus: omnia, quæ reperta fuerint, ſubtiliter deſcribantur: nec (ſicut antea fieri dicebatur) ſpecies quædam, aut aliud quodlibet de rebus quaſi pro faciendi k inuentarij labo-

---

ſteterint in libertate. ff. qui & à quib. ma. ſicut. §. Ariſto. ſic ergo reſtituitur contra libertatẽ eccleſia: quod non eſt in minore, niſi ex magna cauſa: ut ff. de min. ſi ex cauſa. in fine.

a ABbatib⁹. Subſcriptiõe epiſcopi. Licet abbas non poſſet ſine conſenſu epiſcopi alienare rem eccleſiæ, ut hic, & ĩ. xvij. q. iiij. in uẽditionib⁹. & extra de reb. eccle. non ali. nulli tamẽ ſi cõſuetudo loci habet, bene poteſt dare modicum extra de do. ca. ij. & iij. & infeudare poteſt. extra de reb. eccle. non alie. ad noſtram. & hoc poteſt epiſcop⁹ uel abbas ſine conſenſu capituli ſi ſubeſt neceſſitas, & res eſt modica. ĩ. e. c. terrulas. Io. quod falſum eſt, niſi ĩ paruis rebus.

Abbas an poſſit donare.

† Scilicet cõcil. Aurelianẽ. j. cap. xxiij.

b SI qua de reb⁹. Presbyteri. id eſt canonici.

c Reſciſſo. Hic patet quod ſede uacãte clerici nihil diſponere poſſunt de rebus eccleſię: ut x. qõ. ij. ſi quis epiſcopus. & lxxv. diſtinc. quoniã. imo potius ſede uacante, non poſſunt ĩmutare ſtatũ eius, extra ne ſede uacã. c. nouit. tamẽ ſi eſt magna neceſsitas, clerici poſſunt aliqua alienare ſecundũ Hug. ut dixi. lxxj. diſt. fraternitatem. & arg. ĩ. e. precariæ. tamen de authoritate ſuperioris. Nam & iudex præſtat authoritatẽ facto minoris eo tẽpore cum nõ habet curatorẽ, ut C. qui admit. ad bon. poſſ. l. bonorum. Item in minoribus eccleſijs poteſt epiſcopus aliqua alienare mortuo ſacerdote tempore necesſitatis ut x. q. ij. ſi quis epiſcopus. & nota q cõtractus ipſo iure tenẽt: quẽ faciũt clerici mortuo epiſcopo: ſed reſtituitur eccleſia, ſi probat ſe læſam, ſicut eſt in contractu, minoris, qui nõ habet curatorem: ut C. de in integ. reſtit. ſi curatorem. & ideo bene dicit hic reſciſſo cõtractu, ſcilicet p in integrum reſtitutionem.

Sede uacante an poſſint clerici de rebus eccleſiæ diſponere.

† ca. xv.

Videtur contra extra lib. vj. de re. ecc. nõ ali. dudũ. ſed poteſt intelligi q̃d ibi dicitur cũ hac determinatiõe: & ita hoc nõ corrigetur. ad hoc ĩ. ead. precariæ. Archi.

[redacted]

d Recipi. ab emptore.

e Propter quod. id eſt, quia ſæpe cõtigit ampliorẽ ſummam reditus diſtractarum rerũ reddi, ſcilicet emptori p̃tio accepto hoc eſt dicere, q̃ emptor amplius ſæpe percipit de reditib⁹, quã ſit pretiũ, quod dedit, uel quam eccleſia inueniat p̃ pretio, quod accepit: & ideo magis expedit epiſcopo repetere fructus pceptos quàm retinere pretium.

† ca. 11.

f NOn liceat. poſt mortem. Narrat quod cõtingere ſolet. unde ſub. maxime. ĩ. e. hæc huius.

g Rapere. Vitiũ. not. ĩ. ead. de laicis. & c. illud. ead. q. v. ſicubi. H.

† Epiſtola a. li. j.

h PRecariæ. Ergo poſſunt alienare eccleſia uacante: quia capitulũ ſupplet defectu epiſcopi. extra de hæręt. ad abolendam. Ioan. quod falſum eſt: ut extra ne ſede uacan. c. j. B.

i Vel ciuili. ĩ. xcvj. diſt. bene. in fin. Vel dic ciuili, id eſt principis: cuius authoritas requirit in rebus ab ipſo collatis. x. q. ij. precarię.

Haritatem.

k Pro faciẽdi. Hoc intellige cum habet ſalariũ de publico, ut xxiij. q. j. militare.

re tollatur. Viſitatores eccleſiarum, clericique eorum, qui cum ipſis non per ſuæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquid laboris ſui capiant te diſponente ſubſidij. Iuſtum nanque eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, [a] qui pro tẽpore ſuũ cómodare reperiunt obſequiũ.

Item ex concilio Vrbani papæ Aluerniæ celebrato.

Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere.

CAN. XLV.

De laicis quæſtio facta eſt, qui morientibus epiſcopis ſiue alijs clericis res defunctorum inuaſas eccleſiæ pauperibusque ſurripiunt, contra quos commune totius concilij anathema prolatum eſt, ipſo papa huiuſmodi ſententiam promulgante: Si quis poſt interdicti præſentis cognitionem [b] epiſcoporum, ſeu presbyterorum aut aliorum clericorum res [c] inuaſerit, uſque ad ſatisfactionẽ excõicetur.

Epiſcoporum uerò deficientium res per archipresbyterorum, [d] ſeu archidiaconorum manus, aut ſecundùm mortuorum iudiciũ [e] pro ipſorum ſalute in eleemoſynas diſpenſentur, aut ſucceſſori, qui futurus eſt, reſeruentur. Idipſum de presbyterorum, ſeu clericorum aliorum rebus per epiſcopum, uel ſupra dictas perſonas, aut cui deficientes commiſerint, fiat. Si quis autem aduerſus iſta præſumpſerit, anathema ſit.

Item Innocentius papa ſecundus.

De eodem.

CAN. XLVI.

Illud qđ in ſacro Calcedonenſi concilio inſtitutum eſt, irrefragabiliter obſeruare præcipimus, ut uidelicet decedentium bona epiſcoporũ à nullo omnino hominum diripiantur, ſed ad opus eccleſiæ & ſucceſſoris [f] ſui in libera œconomi [g] & clericorũ permaneant poteſtate. Si quis autem amodo hoc attẽtare præſumpſerit, excommunicationi ſubiaceat. Qui uerò morientium epiſcoporum, presbyterorum, uel clericorum bona rapuerint, ſimili ſententiæ ſubiaceant.

Hoc non ſolùm de laicis, uerùm etiã de metropolitanis, et quibuslibet alijs clericis intelligendũ eſt, ſicut in ſexta ſynodo legitur.

Res epiſcopi morientis metropolitano non liceat inuadere.

CAN. XLVII.

Non liceat alicui metropolitano moriente epiſcopo, qui ſub eo eſt, aut res ſuas, aut eccleſiæ ſuæ auferre: ſed ſint ſub cuſtodia clericorum eccleſiæ defuncti epiſcopi, uſque dum alius ordinetur epiſcopus. Si uerò clerici in eccleſia non fuerint: tunc metropolitanus illibata omnia epiſcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res eccleſiæ nulli uſurpare licet, ita eccleſiæ aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius. †

† Epiſtola 4j. li. 2.

Alienam eccleſiam non licet inuadere.

CAN. XLVIII.

Sicut eccleſia proprias res amittere nõ debet, ita etiam rapacitatis ardore alienas [h] inuadere non oportet.

His omnibus authoritatibus pſpicuè mõſtratur, ꝙ nulli ſacerdotum res eccleſiaſticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu ſacerdotis facultates eccleſiæ acceperit nullo iure eas uẽdicare poterit: ſed potius cogetur reſtituere etiam quod illicitè accepit. Sed notandum [i] eſt, quòd quibuſdam

militare. in fin. & j. q. iij. ſi quis epiſcopus. alias ſecus. x. q. ij. precariæ.

a Stipendium. Argu. quod ad quem onus ſpectat & emolumentum. j. e. quicunque. vij. q. j. pontifices. xvj. q. vj. de lapſis. Itẽ eſt hic argu. quod iudices licite poſſunt petere ſumptus à partibus ut dixi. xj. q. iij. non licet. & eſt ſimile ꝙ dicitur alibi, quod labor nõ debet eſſe ſine fructu: ut vj. q. j. ibi.

b De laicis. Cognitionem. non ligat conſtitutio, niſi à tempore ſcientiæ. lxxxij. diſtin. propoſuiſti. in ſi. ff. de decre. ab ordi. faci. l. ulti.

c Res. ꝓprias. ſcilicet qa de rebus eccleſię nõ poſſunt teſtari: ut extra de teſta. quia. ſed moriẽtes poſſunt aliqua dare, ſi hoc habet eccleſię cõſuetudo. extra de teſtam en. ad hæc.

d Per archipresbyterorũ. ſi defunctus nihil de his diſpoſuit: tũc ſi habet hæredem, ei tradet: ſi non habet, eccleſia ſuccedit: ſicut collegiũ ſuccedit in hæreditatem decurionis. C. de hæ. decu. l. ij. & iij, & j. ea. q. v. c. ulti. & ſ. ead. epiſcopus qui.

e Iudicium. Poteſt etiam moriẽs ſuam uoluntatem [1] cõmittere iudicio alterius: ut extra de teſta. cum tibi.

[1] Ideſt, diſpenſationem rerũ ſuarum, ſecũdum Innocen. & Hoſt.

Epiſcopi morientis bona cui ſunt ſeruãda.

f Illud quod. Succeſſoris. Hoc teneas, quod moriente epiſcopo uel ſacerdote ſucceſſori eius reſeruantur bona eius ut hic dicitur, & ſ. ea. hæc huius. ſed moriẽte canonico nihil reſeruatur ſucceſſori ſed diuidatur inter canonicos: ut extra de teſta. relatum.

g Oeconomi. ſi eccleſia habet œconomum, in poteſtate eius erunt res eccleſiæ decedentiũ epiſcoporũ. [2] ut hic, & lxxv. diſtin. quoniam quidem. ſi nõ habet, erũt in poteſtate maiorũ eccleſiæ: ut ſ. ca. proxi. ſi illi nõ ſunt idonei, tunc erunt in poteſtate aliorũ clericorũ: ut j. c. ꝓxi. omnibus deficientibus erũt i poteſtate metropolitani: ut j. e. nõ liceat. niſi ibi uiſitator ſit: quia tũc ille cuſtodiet eas. lxj. diſt. obitum.

[2] Quicquid dicat hic gl. dic quod œconomus, & clerici cathedralis eccleſiæ gubernabũt bona ipſi⁹ eccleſiæ: ut ſ. e. charitatẽ. cui c. ſtandũ eſt, & hoc habet expreſſe, ut patet ex tex. illius. ca. cui ſtandũ eſt ſecũdum Inn. prout hoc not. ex. de offi. or. cũ nos. & ut eccleſi. bene c. j. Arch.

h Sicut. Alienas. rẽ alienã ſemper tenet reſtituere, niſi illa iam ſit conſecrata: ut xvij. q. iiij. c. quia nihil &c. iiij. diſt. generalis. & xiiij. q. ulti. comperimus.

i Sed notandum. Nunc

cauſis exigentibus res ecclesiæ diſtrahi poſſunt. cauſa.n. neceſſitatis cum conſilio clericorũ, uel ut meliora proſpiciant, res eccleſiæ à ſacerdotibus diſtrahi poſſunt.

Vnde in Aphricano concilio legitur.

Niſi cauſa neceſſitatis, nec epiſcopo liceat rem eccleſiæ ſuæ uſurpare.

CAN. XLIX.

Non habenti neceſsitaté nec epiſcopo, licet matricis eccleſiæ rẽ ſui tituli a rapere uel uſurpare. b

Item ex concilio Carthaginenſi.

Nec presbyteri ignorantibus epiſcopis, nec epiſcopi ignorãte concilio rem eccleſiæ uendant.

CAN. L.

Placuit, ut presbyteri non uendant rem eccleſiæ ubi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis: quomodo nec ẽpis liceat uẽdere prædia eccleſiæ incõſulto concilio, c uel cũcto presbyterio, d ſine ulla neceſsitate. e

Item ex epiſtola Leonis Papæ uniuerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis.

Niſi, ut meliora proſpiciat, rem eccleſiæ non licet diſtrahere epiſcopo.

CAN. LI.

Sine exceptione f decernimus, ne quis ẽps de rebus eccleſiæ ſuæ quicquam donare, g uel commutare, uel uendere h audeat: niſi fortè aliqd horum faciat, ut meliora proſpiciat: & cum totius i cleri tractatu k atq; conſenſu id eligat, quod nõ ſit dubiũ profuturũ l eccleſiæ. & ĩ. Epiſcopus rebus eccleſiæ tanquã cõmendatis, non tanquam proprijs utatur. Irrita.n. ẽporum uenditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſq; omnium conniuẽtia, m & ſubſcriptione clericorũ. Itẽ, domus urbium uel caſtrorũ, quæ eccleſiæ plus incommodi, quàm utilitatis afferunt, licet rectoribus eccleſiarum (ſicut in ſuperiori capitulo Symmachi, Non licet Papæ, &c. continetur) uendere uel commutare.

Item ſicut in Agathenſi concilio legitur. †

De eodem.

CAN. LII.

6 Terrulas aut uineolas exiguas n & eccleſiæ minus utiles, aut longè poſitas paruas, epiſcopus ſine conſilio fratrũ (ſi neceſsitas fuerit) diſtrahendi habeat poteſtatem. Seruos quoq; fugitiuos qui reuocati retineri non poſſunt, ſimiliter epiſcopis diſtrahere licet.

Vnde in eodem concilio legitur.

Alienentur fugitiui, qui teneri non poſſunt.

CAN. LIII.

Fugitiui o domos ſuas aut familiã de-

Nunc incipit oſtendere, quando poſſunt alienari res eccleſiæ.

a Non habenti. Sui tituli. i. eccleſiæ. uel ſui tituli. i. ad ſuum commodum: ut ĩ. e. Nouerimus.

b Vſurpare. Id eſt, alienare. & ponitur in mala ſignificatione, cum non ſubeſt neceſsitas.

c Placuit. Concilio. ſ. clericorum: ut ĩ. c. proxi.

ADDITIO. Et uide quod not. xvij. diſtin. in ſum. xxxiii. di quando. in glo. ulti. ubi hoc ca. placuit. allegatur. Archid.

d Presbyterio. Hic habes, ꝙ epiſcopus requirit conſenſum ſacerdotum in alienatione: ut x. q. ii. ſi quis epiſcopus.

e Neceſsitate. Ergo in neceſsitate poſſunt eis incõſultis: ut ĩ. ead. terrulas.

f Sine exceptione. Et tamen poſſunt aliqui caſus excipi. & ſic eſt argu. ꝙ licet Papa præcipiat nullam audiendam exceptionem, tamen eſt admittenda, ut ex̃. de of. deleg. ex parte. & ex̃. de reſcri. ſi quando. & ca. cum adeo.

g Quicquam donare. Niſi modicũ. ut extra de dona. cæterum.

h Vendere. Vel obligare: ut extra de rebus eccle. non alien. nulli.

i Totius. Lxv. diſ. ſane.

k Tractatu. Quis debeat eſſe tractatus, habes x. quæſt. ii. hoc ius.

ADDITIO. Extra de his quæ fi. à præla. tua. & de reb. eccl. duplum. & C. de uen. reb. ciui. l. fi. lib. xj. Archid.

l Profuturum. Sed nõne ſufficit ꝙ utiliter cœptũ eſt, licet nõ ſit inde ſecutus effectus: ut ff. de neg. geſt. ſed an ultro? Reſpon. quod non: quia cum eccleſiam comparemus pupillo, non ſufficit utiliter cœptum, niſi eccleſia ſit facta locupletior: ut ff. de nego. geſt. ſi pupilli. in prin. niſi ita ſit, ꝙ res illa naturaliter, uel terræ motu perierit: ut ff. de min. uerum. §. ſi locupleti. Sed quid ſi eccleſia ex illo contractu non eſt locupletata uel damnificata? Tũc dicã contractũ tenere: quia ſufficit, ꝙ nihil ad læſionẽ diuinæ domus ſit factum: ut x. q. ii. hoc ius. Nã eo ipſo ꝙ non eſt pauperior facta, intelligitur locupletior. ff. de ſolu. l. in pupillo. Hoc ſcias, ꝙ licet omnes clerici conſentiant, ſi tamen non obſeruatur forma alienationis, alienatio nulla eſt: ut C. de ſa. ſan. ec. iubemus. in fi. & hic idem dicitur. Item ſi fiat alienatio in caſu non cõceſſo, dummodo ſeruetur forma alienationis, tenet alienatio: ut ex̃. de ijs quæ fi. à præl. cũ nos. & extra de emptio. & uẽ. cũ dilecti. & c. cum cauſa. ſed reſtituitur eccleſia ſi ꝓbat ſe læſã.

m Cõniuentia. Sufficit tamen eorũ taciturnitas, extra de ijs, quæ fi. à præ. cõtinebatur. & eſt hic arg. ꝙ nulla ſit alienatio, niſi adſit ſubſcriptio: ut xcvj. di. bene quidem.

Terrulas. Hæc eſt vj. pars q. in qua ꝓponit ſeu proponere intẽdit caſus in qbus poſſit alienatio fieri capitulo incõſulto: credo tñ ꝙ nõ in oĩ caſu capitulũ ſit cõſulendũ. extra de ijs q̃ fi. à ma. par. cap. per totum. Io. de Fant. ſed hic cõtradicit.

n Exiguas. Forte exiguas uocat non ualentes ultra xx. ſolidos: ut ĩ. ea. ſi quos. Varijs.n. modis dicitur aliqd eſſe modicũ: ut dixi ij. q. vj. añriorũ. ubi dicitur, ꝙ ſine decreto nõ põt alienari res exiguæ: ut ff. de reb. eo. q ſub tut. l. ul. in prin. xvij. qõ. iiii. qcunq;. & ff. de trãſac. cũ hi. §. ſi in annos ſingulos, ꝙ cõcedo dum tñ ſint utiles, nec inſit neceſsitas ut alienentur, alias ſecus. & hoc uerum eſt, niſi conſuetudo ſit cõtraria. Arg. contra. extra dè do. cæterum.

o Fugitiui. Sed quandiu eſt in fuga uendi non poteſt,

i Dic qđ ſi res immineat neceſsitas ꝙ cõcilium canonicorum expectari non poſsit: tũc ẽps alienare poterit, ar. ff. & admi. tut. l. ĩ. ff. de pet. here. l. ſi dinus. dũmodo id gerat, qđ iure re ꝓbari nõ & bet. ar. ff. de ritu nuptiu. ſi fi. lius.

i Intelligo ex cauſa, ut ĩ. ſe quit ar. ĩ. xliiii. diſ. in princi. Archid.

Alienatio facta ab eccleſia quãdoque tenet quandoq; non.

Tenere. Quod eſt æquiſsimũ & tenent Doct. in l. cũ hi. §. eã tranſactio nẽ. de trãſ act. [illegible]

Adde B. & Alexã. de Imo. in l. cũ alienam. C. de lega.

Tenet. I de gl. ĩ. c. i ſumma. ſed cõtrarie ꝓbant à Doc. poſſunt tamẽ ſaluari, ſecundũ Anto Butr. in ca. cũ apoſtolica. de his, quæ fi.

à præla. fi. ne cõſen. ꝑ gl. ibi, uer. ꝓfuturũ. quãdo alienatio cõmuni opinione reputabaĩ utilis eccleſiæ, licet non eſſet. Anto. Corſet. in ſigu. uer. alienatio.

† Ca. 45. & hoc ca. terrulas. ſeruaĩ in praxi. & ita conſuluerũt Io. Cal. conſi. 11. de iure iurã. cõſ. 7. de reb. eccle. nõ alien. Bal. conſ. 156. lib. j. Soc. conſ. 203. col. 3. li. j. Guid. Papæ deciſi. delphina. 156. Idem Panor. c. ut ſup. de reb. eccle. nõ alien. Phi. Franc. c. j. col. 6. eod. in vj. Rabia. de Monte, in tractat. de emptio. & uend. q. v. principali in fi. Franciſch. Curtij, tracta. feu. parte 2. qõ. xxj. Iſta fuit ſententia I. uel dic melius ſecũdũ Hoſtien. conſuetudinẽ terræ & facultates eccleſiæ & rei uenditæ uel datæ facultatem attendam, ut

ferẽtes, qui etiam ſi reuocati fuerint teneri nõ poſſunt: ſimili ratione ab epiſcopis ſi uoluerint, aut ſi meruerint [a] diſtrahant.

Item ex concilio apud Tanſiatum, cap. ij.

PALEA.

INiuſtum uidetur, & ineptum, ut mancipia quæ fideles uiri ſeu fœminæ pro redẽptione animæ ſuæ Deo & ſanctis eius conſecrauerint, cuiuſcũq; muneris pretio, uel cõmutationis commercio iterũ in ſecularẽ ſeruitutẽ redigantur: cum canonica authoritas ſeruos fugitiuos tantũmodo diſtrahi permittat. Et ideo oẽs rectores eccleſiarũ ſummopere caueant, ne unius eleemoſyna alterius peccatũ fiat. & eſt abſurdum, ut ab eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedens, humanæ obnoxius ſit ſeruituti.

7 Item ſi rectores eccleſiæ de rebus proprijs tantũdem eccleſiæ reſtituere uoluerĩt, eccleſiaſticas facultates liberè dare poſſunt, & conſtabunt his, quibus datæ fuerint [b] perpetua firmitate.

Vnde in Agathenſi concilio legitur. †

Alienatio de rebus eccleſiæ quomodo rata eſſe poterit.

CAN. LIIII.

SI quis qualibet conditione de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit: ſi de ſuo proprio tantum eccleſiæ contulerit, quantũ uiſus eſt abſtuliſſe tunc demum illud ſtare licebit.

8 Item ſi ſeruos eccleſiæ libertate ep̃s donauerit: ea quæ in manumiſsione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: ſi tamen quantitatem canonibus præfixam data nõ exceſſerint.

Vnde in eodem concilio legitur. †

De eodem.

CAN. LV.

SI quos de ſeruis eccleſiæ benemeritos [c] ſibi epiſcopus libertate donauerit, collatam libertatem [d] à ſucceſſoribus placuit cuſtodiri, cũ hoc quod manumiſſor eis in libertatẽ contulerit. Quod tamen iubemus uiginti ſolidorum numerum & modum in terrula, uel uineola uel hoſpitiolo tenere. Quod ſi amplius [e] datũ fuerit, poſt manumiſſoris [f] mortem eccleſiæ reuocetur.

Sed notandum eſt, ꝙ ſerui eccleſiarum manumitti non poſſunt non retento eccleſiaſtico patrocinio: niſi fortè manumiſſor duos eiuſdem meriti & eiuſdem peculij eccleſiæ conferre uoluerit.

Vnde in concilio Toletano iiii. legitur. †

De epiſcopo, qui non retento patrocinio ſeruos eccleſiæ manumittit.

CAN. LVI.

EPiſcopus, qui mancipium iuris eccleſiæ non retento eccleſiaſtico patrocinio [g] manumitti deſiderat, duo meriti eiuſdem & peculij coram concilio eccleſiæ, cui præeminet, per commutationem ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat: ut rata & iuſta inue-

---

in decret. hic in fin. glo. alleg. Et hoc ipſe Ho. nota. in ſum. de his q̃ fiũt à prælat. §. ult. in prin. & hoc etiã tenet. Goffre. ut no. in ſum. e. ti. §. i ſumma notandũ eſt, &c. Archi.

poteſt. C. ad l. Flauiam. de pla. in fuga. Item põt fugitiuus uẽdi ſub ea conditione, ſi apprehẽdatur. ff. e. l. ii. Ideo autem prohibetur uendi ſeruus fugitiuus, quia fuga eſt quædam ſpecies libertatis. ff. de ædil. edic. quis ſit fugitiuus. §. idem recte.

[a] Meruerint. In alio.

[b] SI quis. Contulerit. Ergo ſi de ſuo tantum eccleſiæ dedit, euadit pœnam depoſitionis & ſic eſt cõtra. ſ. e. monemus. & c. ſtatuimus. & c. diaconi. ubi nõ euadit pœnam depoſitionis, licet tãtum de ſuo det. Sed hic loquitur in eo caſu, qñ prius habit⁹ eſt tractatus cum clericis, ꝙ de ſuo tantũ uellet dare, ut poſſet rem illã alienare, & clerici hoc permiſerũt. [b] Vel dic, ꝙ ſi epiſcopus primo aliquid dedit eccleſiæ, ſed poſtea tantundẽ alienat ab eccleſia, hoc intelligitur feciſſe ex uoluntate eccleſiæ. arg. ff. ſolu. matrimo. dotem.

[b] Ad hoc fuit ſentẽtia Hu. q credit ſufficere cõſẽſum clericorum I genere. fuit etiã ſententia Laur.

Item ſi ſeruos. Hæc eſt viii. pars q. in qua ponit, qd iuris ſit de libertis eccleſiæ, & hæc eſt ſententia quod ſerui bene meriti poſſunt manumitti, & de rebus eccleſiæ habere unde uiuãt, &c. Io. de Fant.

[c] SI quos. Benemeritos. Sed qui dicuntur benemeriti? Sunt tales, qui aliquot inſigne ſeruitium fecerunt eccleſiæ. & ponas exemplum lxxix. di. ſi qs Papa. Nam pro præmio remunerandus eſt ſeruus libertate: ut ĩ. ead. capitu. proxi. §. in criminali. & C. de ſer. qui pro præ. li. ac. per totum. large tamẽ benemeritus dicitur quicunque non demeruerit: ut ff. de ma. teſ. ſeruos. ſic quilibet dicitur dignus, qui nõ eſt indignus: ut ex. de pſump. dudũ.

[f] cap. 49. Benemeritus quis dicitur.

[d] Libertatem. Supra ea. q. & ſi illi. arg. contra. ff. ſi quid in fraud. pat. unius.

[e] Amplius. Et ita donatio pro parte ualet, & pro parte non. Itẽ eſt hic ar. ꝙ utile nõ uitiatur per inutile. Simile C. de do. ſancimus. ĩ. de conſec. di. iiii. ſi nõ ſanctificatur. ĩ. xviii. q. iiii. q̃ſti. & ĩ. e. q. v. quia lo.

[f] Poſt manumiſſoris. Et ante poſſet: ſed poſtea magis cõmode reuocare poſſet.

Sed notandum.

CASUS *Supra dictum eſt, quod ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti quandoque. Nunc uero docet, quod ipſa manumiſsio non eſt facienda, niſi retẽto patrocinio, niſi manumiſſor recompenſet eccleſiæ aliũ ſeruum eiuſdem meriti & eiuſdem peculij: tamen dicit e. de duobus.*

EPiſcopus, qui mancipium.

[g] Patrocinio. Tali. ſ. ꝙ conſiſtit in faciendo, ſcilicet in ſeruiendo: ſed patrocinium quod conſiſtit in non faciendo, ſcilicet ꝙ eum non noceat in ius, illud nõ poteſt remittere, ut patet per id quod ſequitur. Verum autem patronus ex toto poſsit remittere ius patronatus, nota. ui liiii. diſt. quicunque. Sed quæritur quare pro uno ſeruo dantur duo ſerui, & non pro una re eccleſiæ dantur duæ res: ut ſ. e. c. ſi quis? Reſpon. quia ſi ſeruus eſt bonus, diligen-

[e] ca. vij.

[g] ca. 6[illegible] Patrocinium à libertis debitum [illegible] poſsit [illegible] mitti.

diligenter gerit res eccleſiæ & negotia, & non permittit fieri fraudem. ſi eſt malus per eum poteſt extorqueri ueritas. hanc rationem aſſignat lex C. de admini. tuto. lex quæ. in prin.

a Diffinitio. Id eſt, uoluntas.

e Niſi uenia. Id eſt, licentia agendi.

f Quinquaginta aureos. Niſi pœniteat ante litis conteſtationem: ut ff. de in ius uocan. quamuis.

g Inofficioſus. Id eſt, impius.

niatur diffinitio [a] commutantis. Tunc enim liberam manumiſsionem ſine patrocinio eccleſiæ concedere poterit: quia eum quem libertati tradere diſpoſuerit, iam iuri proprio [b] acquiſiuit. Huiuſmodi autem liberto aduerſus eccleſiam cuius iuris extitit, accuſandi [c] ac teſtificandi denegetur licentia. Quod ſi præſumpſerit, placet ut ſtante [d] commutatione in ſeruitutē propriæ eccleſiæ reuocetur, cui nocere conatur. Libertus enim niſi uenia [e] ipetrata patronū in ius uocare non permittitur. Vnde in ij. libro Digeſtorum titu. de in ius uocando.

Si ſine uenia edicti impetrata libertus patronū in ius uocauerit, ex querela patroni, uel ſupradictam pœnam, id eſt, quinquaginta aureos [f] det, uel a præfecto urbis quaſi inofficioſus [g] caſtiget, ſi inopia [h] dignoſcitur laborare.

Si uerò à collegio quis manumiſſus fuerit, non ſingulis, ſed uniuerſitati reuerentiam debet.

Vnde in eodem libro, titu. eodem. Idem.

Qui manumittitur à corpore aliquo, uel collegio, uel ciuitate, ſingulos [i] in ius uocabit. Nam non eſt libertus eorum, ſed rei publicæ honorem habere debet. Et ſi aduerſus rempublicam, uel uniuerſitatem uelit experiri, ueniā edicti petere debet: quāuis actorē [k] eorū conſtitutū in ius ſit uocaturus. Si uerò ingenuū [l] princeps fecit, patrono reuerentiā nō debet. In criminali uerò cauſa, ſi libertus patronū in ius uocauerit, caput eius & fortunas petiturus, ante litis exordiū capite puniendus eſt. Crimen uerò læſæ maieſtatis excipitur: uel ſi patronam illicito ſerui cōcubitu uti deprehenderit: quo caſu etiam ſeruo cum munere libertatis dominam accuſare permittitur, ſicut C. lib. ix. ti. de mulierib. quæ ſeruis proprijs cōmiſcentur, Imperator Iuſtinianus conſtituiſſe legitur.

Si qua cū ſeruo ſuo occultè rem habere detegitur, capitali [m] ſentētiæ ſubiugetur, † tradendo ignibus uerberōe: [n] ſitq; omnibus facultas crimen publicum arguendi, ſic officio copia nuntiandi,

b Iuri proprio. Id eſt, ſeruus ipſe proprij iuris eſt factus.

c Accuſandi. Ergo uidetur ꝙ alter quam libertus poſſit accuſare eccleſiam: ut ſi accuſat, ꝙ ſimoniace elegit aliquem: ut extra de ſim. ueniens. uel quod metum intulit alicui: ut ff. quod metus cauſa. metū. §. ij. Sed contra, uniuerſitas nō poteſt dolum committere: ut ff. de dolo. l. ſed ſi ex dolo. ſic nec dicitur aliquid poſsidere. ff. de acqui. poſ. l. j. §. ultim. Nec ciuitas poteſt excommunicari: ut xxiiii. quæ. iii. ſi habes. Itē uniuerſitas per actorē, uel procuratorem ſuū debet ſe defendere: ſed in crimine non interuenit procurator. ergo uniuerſitas nō poteſt de crimine conueniri. quod uerū eſt. Dicas ergo hic ponit uerbum accuſandi pro uerbo agēdi. 1 Vel intellige cum epiſcopus accuſatur de crimine, quod commiſit de conſilio uniuerſitatis: 2 ut xvj. q. vj. placuit. Itē per modū inquiſitionis pōt agi contra uniuerſitatē, prout legitur extra de ſi. ueniens. ij. Vel dic ꝙ non proceditur contra uniuerſitatem, ſed potius contra ſingulos. Ioan. ego credo ꝙ uniuerſitas (niſi ſint infantes & ſimiles perſonæ) accuſari poteſt: quia dolum committere poteſt. Nec ob. lex illa ff. de dolo. ſed ſi ex dolo. quia ꝙ ibi dicitur, non poteſt committere dolum: ſupple de facili. & uidemus ꝙ ſæpe capitulum accuſatur, & excommunicatur concilium uniuerſitatis. Et delictum quod maiores de uniuerſitate committunt, ad omnes refertur. ff. de reg. iur. l. aliud. B.

d Vt ſtante. Ergo pœna ſoluta remanet contractus in ſua firmitate. xxv. quæſtione. ii. quęcunque. quod alias non eſt uerum, niſi ſit hoc dictum: ut ff. de trāſact. qui fidem. Nam iniquum eſt, quod ſimul habeatur pœna & res. ff. de doli exceptione. apud Labeo. extra de pœ.

h Si inopia. Pauperes enim ſemper puniuntur uerberibus. 7. eadem. fraternitas.

i Singulos. Sed communis libertus duorum neutrum poteſt in ius uocare. ff. de in ius uocan. communis libertus. quia res cōmunis omnium eſt. ff. de ritu nuptiar. illud.

k Actorem. gloſſauerunt autem quidam hæc in propria cauſa, non in cauſa uniuerſitatis. hæc gloſſ. falſa eſt: quia bene poteſt conueniri procurator 3 patroni, licet non ipſe patronus: ut ff. de obſeq. l. licet. ff. de in ius uocan. ſed & ſi. §. ulti. Sed ipſe patronus ſiue ſuo, ſiue alieno nomine agat non poteſt conueniri à liberto, ut per eandem l. probatur. ſed econuerſo eſt in liberto: quia licet libertus ſuo nomine non poſsit cōuenire patronum, tamen nomine alterius poteſt: ut ff. eod. quaſi tum.

l Ingenuum. Reſtituendo eum natalibus: ut ff. de natalibus reſti. l. ij.

m Capitali. Hodie adultera uerberatur, & detruditur in monaſteriū: ut C. de adulte. authenti. ſed hodie. Vel dic, quod authenti. intelligitur quando non adulteratur cum proprio ſeruo. Sed nunquid ſeruus poteſt accuſare dominam ſuam, ſi cum alio ſeruo adulteratur? Reſpon. quod non: quia hic loquitur de proprio tantum ſeruo. ſimiliter nec domina uirum ſuum poteſt accuſare, ſi cum ancilla ſua iacet, uel cum aliena: 4 cum hoc cautum non inuenio. hoc ideo, quia deteſtabilius eſt hoc crimen in muliere, quam in uiro. Ioan. male dicit Ioan. quia accuſari poteſt mulier, & uir ſi cum ancilla ſua fornicetur, aut fœmina ſi adulterium committat: ut extra de diuor. ex literis. B.

n Verberone. Id eſt, ſeruo, qui poſt uerbera comburitur.

Vniuerſitas an poſſit accuſari.

1 Ad idē qđ no. C. de inoffic. teſta. l. ii. ff. eo. poſt humus. §. ſi quis.

2 Quæ delinquere poteſt, ſicut & eccleſia: ut leg. & no. 7. vii. q. j. ſicut uir. ner. ſi uero. Arch.

3 Id ē, tutor uel curator. & eſt ꝓ cauſa patroni. ſed in ſimplici ꝓcuratore ſecus ſecundum quoſdam. ff. de obleq. honorib. & quia tunc ſemꝑ patronus cōuenitur, & habet iurare de calūnia. C. de iura. cal. l. ii. Archi.

Patronus à liberto nō poteſt cōueniri.

Domina adultera an poſsit à ſeruo ſuo accuſari.

† Cōcor. text. in l. quoniam Alexan. & in l. caſtitari. cū ibi not. C. de adul.

4 Adde qđ no. gl. Bar. Petr. & Cy. in l. j. C. de adul. Specu. in tit. de adulte. uer. ſed nū quid.

Que-

ſit etiam ſeruo licētia deferendi, cui libertas probato crimine dabitur. In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſerui in dominos torqueri, liberti in patronos iubentur.

Vnde in libro eo. C. tit. de quæſtionibus. Imperatores Antoninus & Seuerus.

De eodem.

CAN. LVII.

QVæſtionem de ſeruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus. Item fraudati cenſus a accuſationibus, & crimine maieſtatis, quod ad ſalutem principis pertinet. In cæteris autem quanquam ſecundùm ea, quæ ſeruus contra dominum dixerit, iudicaturi ſententiam formare nō debeāt, tamen ſi alijs b quoque probationibus fides ueritatis inueſtigetur, præſcriptionis c inuidia euaneſcit. In pecuniarijs uerò cauſis ex inopia probationum ſeruos contra dominum poſſe interrogari d manifeſtum eſt.

Idem.

CAN. LVIII.

INſolitum eſt, & graue exemplo audiri ſeruos aduerſus tutores, uel matrem e dominorum ſuorum, niſi ubi tutelæ agatur.

Si uerò libertus ſua authoritate à patrocinio eccleſiæ receſſerit, ſi admonitus redire cōtempſerit, in ſeruitutem reuocabit.

Vnde in eodem concilio legitur. †

De libertis eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedunt.

CAN. LIX.

LIberti eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedentes quibuſcunq; perſonis adhæſerint: ſi admoniti redire f contempſerint, manumiſſio eorum irrita ſit, qui per inobedientiæ † contemptum ingrati actione g tenentur.

Item ex concilio Iſpalenſi.

Reuocentur in ſeruitutem eccleſiarum liberti, qui cōtra eius libertatem ſuperbiunt.

CAN. LX.

OCtaua diſcuſsio h agitata eſt de quodam Eliſeph ex familia Agabinienſis eccleſiæ: qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbum tranſilijt: ſicque per ſuperbiam non ſolum eiuſdem epiſcopi malis, uel inſidioſis artibus ſalutem lædere uoluit, ſed etiam patronam eccleſiā libertatis immemor prædamnauit: i aduerſus quem ingrati actio canonum & legum authoritate iuſtè dirigitur, ſcilicet ut immeritæ libertatis damno mulctatus, ad ſeruitutis nexum coactus reuocetur. k Talium enim ſtatus, qui contra epiſcopum ſuum, uel patronam eccleſiam nituntur, decidi potius, quàm conſeruari conuenit, ut quorum libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus: &, qui ſuperbire uoluerunt adepta libertate, proditi l diſcant obedire ſubiecti.

Item ex concilio Toletano iiij. †

De

A patrocinio non diſcedant eccleſiæ liberti ad ſacros ordines promoti.

a QVæſtionē. Cenſus. Rei publ. uel etiam eccleſiæ: quia eccleſia comparatur rei publi. ut C. de ſac. ſanct. eccle. l. ut inter diuinum.

b Si alijs. Dicunt quidam, quod nec in exceptis criminibus ſeruus cōtra dominum admittitur, niſi aliqua præſumptio præcedat. nam ſerui & uiles perſonę ſemꝑ quæſtionibus ſubdunt: ut iiii. q. iii. ſi autē ea rei conditio ſit. Sed à quæſtionibus nunquam eſt incipiendū, niſi præcedant indicia: ut extra de reg. iur. cū in cōtemplatione. ſed litera iſta hoc non patitur. Dico ergo, hoc ſpeciale, ut initium ſumatur à tormētis. ſimiliter cū maritus dicitur uxorem occidiſſe. C. ad l. Cor. de ſic. l. ulti. & cū agitur de occiſo domino. ff. ad Syll. & ſi certus ſit percuſſor.

c Præſcriptionis. i. exceptionis, talis ſ. iſte ē ſeru⁹ meus, & ideo non audietur contra me.

d Interrogari. Niſi cum de facto ſuo interrogatur: ut iiii. quæſtione iii. item ſerui.

INſolitum. e Matrem. Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum: ut C. qñ mu. tut. offi. fun. l. ij. & finita tutela poteſt agi contra eos qui non habentur loco dominorū cum pupillum ſpoliant. ff. de uſucap. pro emptore. l. qui fundū. §. ſi tutor.

f LIberti. Redire. Sed quare coguntur iſti redire, cū nullæ operæ ſint eis impoſitæ? libertus enim non tenetur præſtare operas, niſi ſint ei impoſitæ. C. de oper. liber. l. j. licet honorem eis exhibere teneatur, & etiam alere ipſum: ut C. de oper. li. l. j. & l. mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſiæ: ut ſ. e. diaconi. Tamē licet liberti eccleſiæ teneant ei præſtare operas, non tamē tales quales ſerui. aliqua enim debet eſſe differentia: ut ff. de oper. libe. ſi libertus.

g Ingrati actione. Id eſt, actione in factū, quæ datur propter ingratitudinem. nō enim eſt hoc proprium nomē actionis. Sic dicitur actio oneris aduerſi, id eſt, quæ datur propter onus aduerſum: ut ff. loca. in naue.

h OCtaua diſcuſsio. Id eſt, quæſtio.

i Prædamnauit. Id eſt, ualde damnificauit.

k Reuocetur. Hic habes ꝙ propter ingratitudinē reuocatur libertus in ſeruitutem. & intelligas ingratitudinem grauē offenſam: quia non niſi pro graui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutē, & propter eaſdē cauſas, propter quas reuocatur donatio. in authen. ut liber. de cætero. colla. vj. §. illud. ſecundum leges ueteres ſufficit leuis offenſa. C. de lib. & eorum liber. l. ii. Item hic habes, ꝙ ſiue committat libertus eccleſiæ ingratitudinem contra eccleſiam, ſiue cōtra epiſcopum, reuocatur in ſeruitutē: ſecus ſi contra alium de eccleſia, ſupra eadē q. c. qui manumitti tur.

l Proditi. Id eſt de inobedientia conuicti.

Initium quandoq; ſumitur à tormētis.

y Dicunt quidam ꝙ de facto hoc accidit hic, ſ. quod fortes fuerūt, quia ſufficiēter fuit alias probatū, unde licet dñs dicat nō debere torqueri ſeruum contra eum, & uerum dicat, non tamē per hoc abſoluitur, cū alias inſufficiēter ſit probatū: & ſic dñi exceptio nulla eſt. arg. extra de re iu. cū Io. & c. Archidia.

Libertus an teneatur ad operas.

† Scilicet Tolet. iiii. cap. vii.

† obedientia.

Libertus propter ingratitudinem reuocat in ſeruitutem.

† Habes in concil. Tolet. iii. c. vj.

CAN. LXI.

De libertis autẽ hæc præcipit ſancta ſynodus, ut ſi qui presbyteri, uel diaconi ab epiſcopis facti ſunt ſecundùm modum, quo canones antiqui dant licentiã, nnt liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ tam ipſi quam ab eis progeniti [a] non recedant. [b]

Ab alijs quoque libertati traditi, & eccleſijs commendati, patrocinio epiſcopi recolligãtur, & ne cuiquam donetur, hoc à principe epiſcopus poſtulet.

9 Ne uerò longinquitate temporis obſcuretur conditio originis tempore ſuæ manumiſsiõis ſcribant liberti profeſsionẽ, qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab eius obſequio ſe nũquam receſſuros.

Vnde in eodem concilio legitur. †

Profeſsionem ſuæ conditionis liberti eccleſiæ faciant.

CAN. LXII.

Longinquitate [c] ſæpe fit tẽporis, ut non pateat conditio originis. Vnde iam decretũ eſt in anteriori [d] uniuerſalis concilij canone, ut profeſsionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere, qua profiteantur ſe, & de familia eccleſiæ eſſe, & eius obſequium nunquam relicturos.

Vnde his quoque nos adijcimus, ut quoties curſum uitæ ſacerdos impleuerit & de hac uita migrauerit, mox cum ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti eccleſiæ, uel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu omnium debeant ipſi, qui ſubſtituitur pontifici publicare, & profeſsionem in conſpectu eccleſiæ renouare quatenus ſtatus ſui uigorem & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia non careat. Si autem ſcripturas libertatis ſuæ intra annum [e] ordinationis noui ſui põtificis manifeſtare contempſerint, aut profeſsiones renouare noluerit, uacuæ & inanes chartulæ ipſę remaneant, & illi origini ſuæ redditi ſint perpetuò ſerui.

Item ex eodem. †

Nec liberti, nec eorum poſteri à patrocinio diſcedant eccleſiæ.

CAN. LXIII.

Liberti eccleſiæ (quia nunquam eorũ moritur [f] patrona) à patrocinio eccleſiæ nunquam diſcedant, nec poſteritas quidem eorum, ſicut priores canones decreuerunt, ac ne fortè libertas eorũ in futura prole nõ pateat, ipſaque poſteritas ſeſe ab eccleſiæ patrocinio non ſubtrahat, neceſſe eſt ut tam ijdem liberti, quàm ab eis geniti [g] profeſsionem epiſcopo faciant per quam ex familia eccleſiæ libertos ſe eſſe fateantur: eiuſque patrocinium nõ relinquant, ſed iuxta uirtutem ſuam obſequium ei, uel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione impenſi obſequij res eccleſiaſticæ utiliter poſſunt donari.

Vnde in Toletano concilio quarto legitur. †

Quæ de rebus eccleſiæ in remunerationẽ obſequij præſtãtur rata permaneant.

Libertorum eccleſiæ filij, ſunt eccleſiæ obnoxij.

[a] De libertis. Ab eis progeniti. Ergo filij libertorũ debẽt obedientiã præſtare eccleſię patronæ ſuæ, ſicut & patres eorũ ut hic, & C. de libe. & eorũ liber. libertinæ. Sed contra, quod ex liberta naſcitur, ingenuũ eſt: ut C. de ope. lib. quod ex liberta. Solu. quidã intelligunt l. illã libertinę. de filijs manumiſſis cum patre & ante manumiſsionem natis. leges cõtrarias intelligũt de natis per manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt: quia hic dicitur, tã ipſi quam ab eis progeniti. Itẽ ex ſequen. c. j. ca. liberti. patet quod intelligit de filijs natis poſt manumiſsionẽ: ubi dicit de futura prole, quod ab eccleſię patrocinio ſe non põt ſubtrahere. Ideo q. dam dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſiæ: ut filij nati poſt manumiſſionem patrum ſuorum ſint liberti eccleſiæ. Tu dicas, quod filij nati poſt manumiſsionem ſunt ingenui ſunt tamẽ obnoxij eccleſiæ quo ad quaſdã operas, quæ cõſiſtunt in honore, in aſſurgẽdo, & in ſalutando, itẽ quod non uocabũt eam in ius. alias reuocantur in ſeruitutem, ut in cap. ſeq. Ioan.

† In Tole. vj. c. ix.

[b] Non recedant. Hic habet locum diſtinctio decre. extra de ſer. non ordi. eo libentius. Eſt tamẽ hoc ſpeciale in libertis eccleſiæ, quod etiã licet facti ſint ſacerdotes, quod propter ingratitudinẽ reuocantur in ſeruitutem: ut liiij. diſt. qui ex famulis. ſecus tamen in famulis priuatorum.

[c] Longinquitate. Quia ſi per ann. ſteterit in libertate, amodo liber habetur, ut extra de coniug. ſeru. licet. ff. qui & à quibus ma. ſi cũ. §. Ariſto. Vel ſi mater alicuius tempore mortis eius ſe pro libera geſſerit, & filius eius per quinquennium uixerit, ut liber, amodo liber erit, ut C. ne de ſtatu defun. l. ij. & iii. Sed licet ſeruus fugitiuus ſe pro libero geſſerit, non ideo eſt in poſſeſsione libertatis: ut C. de agri. & cenſi. cum ſimus. in fin. lib. xj. & ſimiliter, de acquirenda poſſeſsio. per eum in fine.

† In Tole. iiij. ca. lxix.

[d] In anteriori. nõ determinat hic de quo dicat.

[e] Intra annum. Similiter ſi uaſallus intra annum nõ petit inueſtituram, cadit à iure feudi, ut in cõſtitutione Friderichi imperialis. §. prętereà. de feud. nec obſtat quod legitur extra de iureiuran. ueritatis. ubi dicitur, quod nõ iuratur ſucceſſori papæ. Poteſt enim dici ſpecialem ibi eſſe indulgentiã: in emphyteuta ſecus eſt: quia licet non ſoluat canonem intra annum, tamen non expellitur: ut x. q. ij. hoc ius. Nota quod hic excurſus anni priuat aliquẽ libertate, ſicut excurſus anni probat crimẽ. xj. quæſtio. iij. rueſus. ſic xx. quæſtione. iij. puella. ſic extra de officio ordinarij. paſtoralis. ſic liiij. diſtinctio. ſi ſeruus.

Anni excurſus aliqua facit.

[f] Liberti. Moritur. Eccleſia enim non poteſt eſſe nulla: ut xxiiij. quæſtione. j. pudenda.

[g] Geniti. Propter hoc dixerunt quidam, quod ſpeciale eſſet in eccleſia, quod filij libertorum eccleſiæ ſint liberti eccleſię: quod non eſt uerum: ſed tamen

ſ Iſtam glo. ſequitur Alexã. de Imol. in l. pactũ, quod. col. ij. C. de pact. & idem Alexan. in l. extraneũ. col. iij. de here. inſt. ubi uide concord.

ſ cap. 36.

CAN. LXIIII.

QVicunque ſuffragio[a] cuiuslibet aliquid eccleſiaſticæ utilitatis prouiderint,[b] & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiſerint:[c] promiſſi ſolutionem eos abſoluere oportebit, ita ut ad cõcilium comprouinciale deferatur, ut eorum conniuentia confirmetur: quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt mercenarius mercede ſua.

Item Gregorius. †

Serui eccleſiarum in eorum dominiũ trãſferri poſſunt, qui eccleſiaſticis utilitatibus deſeruiunt.

CAN. LXV.

ECcleſiaſticis utilitatibus deſudantes eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere, ut qui ſe uoluntarijs[d] obſequiorum neceſsitatibus ſponte ſubijciunt, dignè noſtris prouiſionibus conſolentur. Quia igiť Theodorum uirum eloquentiſſimum conſiliarium noſtrum mancipiorum cognouimus miniſterio deſtitutum, ideo puerum nomine Acoſinum natione Siculum iuri dominioq; ſuo dari tradique præcipimus: quem quoniam ex noſtra authoritate iam poſsidet, huius neceſſe fuit ſcripti pro futuri temporis teſtimonio,[e] ac robore largitatis: & authoritate fulciri: quatenus (domino protegẽte) ſecurè eum ſemper ſine ullius retractationis ſuſpicione, ut dominus ualeat poſsidere.

Miſerationis quoq; intuitu ſerui eccleſiarũ libertati donari poſſunt.

Vnde Gregorius Montano & Thomæ. †

Miſerationis & pietatis intuitu ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti.

CAN. LXVI.

CVm redẽptor[f] noſter totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam uoluerit carnem aſſumere, ut diuinitatis ſuę gratia dirupto, quo tenebamur captiui, uinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati, ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium[g] iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea qua nati fuerant † manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei conſideratione permoti nos Montanum & Thomam famulos ſanctæ Romanę eccleſiæ (cui Deo authore deſeruimus) liberos ex hac die, ciueſque Romanos efficimus: omneque ueſtrum uobis relaxamus[h] ſeruitutis peculium. Hanc autem manumiſsionis paginam Paterio notario ſcribendam dictauimus. & propria manu unà cum tribus[i] presbyteris prioribus & tribus diaconibus pro pleniſsima firmitate ſubſcripſimus, uobiſque tradimus. Actum in urbe Romana.

Item ſerui eccleſiarum publicis angarijs non debent fatigari.

Vnde in cõcilio Toletano iij. legitur. †

Serui eccleſiarum publicis angarijs non fatigentur.

CAN. LXVII.

ECcleſiarum ſeruos, & epiſcoporum, uel presbyterorum uel omnium clericorum,[k] a iudicibus uel exactoribus publicis in diuerſis angarijs fatigari dolemus: propter quod omne concilium à pietate glorioſiſsimi domini noſtri poſcit, ut tales uſus deinceps inhibeat: ſed ſerui ſupradictorum officiorum in eorum uſibus, uel eccleſiæ laborent. Si quis uerò iudicum, uel actorum clericum aut ſeruum clerici, uel eccleſiæ in publicis ac

---

tamen quo ad quid ſunt adſtricti eccleſiæ: ut ei aſſurgant, ut eã non accuſent. ī.ea.epiſcopus qui cum.§.ſeq.

a Qvicunq; ſuffragio. i.qa ſuffragiũ præſtitit eccleſiæ cõcilio uel auxilio.

b Prouiderint. alicui.

c Promiſerint. Videtur quod aliquis obligetur nudis uerbis, licet non interceſsit ſtipulatio: ut extra de teſt. indicãte. xxij. qõ v. iuramenti. & j.ea.quæſtio.v. quia ſoãnes. quod uerum eſt. Et poteſt dici quod cõpetit actio ex nuda promiſsione, ſcilicet cõdictio ex canone illo. j.xxij. q. v. iuramenti.

d Eccleſiaſticis. Voluntarijs. Voluntariũ uocat, & tamen ipſe dicit ineſſe neceſsitatẽ: qa ab initio eſt uoluntarium: ſed poſt quã illud incœpit, tenetur illud conſũmare: ut C. de actioni. & obliga. ſicut. Et habes hic, quod eccleſia tenetur ad antidora. extra de teſta. cũ in officijs.

e Teſtimonio. id eſt, inſtrumẽto ſuo, ꝙ fuit ei teſtimonium profuturum.

f Cvm redẽptor. Hic habet formã, ſub qua fiũt manumiſsiones, & planum eſt.

g Ius gentiũ. Alibi dicitur, quod iure diuino eſt inducta ſeruitus. Sed de hoc dixi. ſ. diſtin. j. ius gentium.

h Relaxamus. Sed nõne eo ipſo, quod aliquis inter uiuos manumittitur, uidetur ei peculium datũ, niſi expreſſe hoc adimatur. C. de pec. eius qui lib. meruit. l. unica? Sed dicas, quod aliud eſt in libertis eccleſiæ. Nã eis in manumiſsione non licet dari ultra ſummam xx. ſolidorum: ut ſ. ead. ſi quos.

i Cum tribus. Ergo non requiritur conſenſus omnium, ubi libertas datť: & hoc in fauorẽ libertatis fit: ut C. de commu. ſeruo. ma. l. j. Arg. contra. liiij. diſtinc. c. j. ſ. ea. epiſcopus, qui. Item uidetur hic, quod ſigillum papæ nõ facit chartã authenticam, niſi adſit ſubſcriptio. Ioan.

k Eccleſiarũ ſeruos. Clericorum. Arg. quod eodem priuilegio gaudent ſerui clericorũ quo eccleſiæ. j. xvj. quęſtio. j. ſimiliter. ſimile. lxxxvij. diſtinctio. eos qui. & lxxxix. diſtinct. iudicatum. Clerici enim & eorum mancipia ſunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum, niſi ſubſit magna neceſsitas. extra de immuni. eccle. non minus. C. de epiſco. & cler. l. ij.

Aurum

---

1. Tim. 5. c

† Epiſtola. 18. libr. 3. ad Theodorum.

Hoc nõ habet locum apud Cathelanos, apud quos non datur actio ex promiſſo. teneri tamen debet Cathelanus, qui uanis promiſsionibus & inutilibus inuitationibus detinet uiatorem, ſaltẽ de dolo ff. ſi qs cau. ſi actio ſecũdũ Vin. qui ita no. extra in proœ. rex pacificus. Archidia.

† Epiſtola. 113. lib. v.

Scilicet à papa, ut hic fuit: ꝙ non obtinet in alijs prælatis ſecundũ L. & Hug.

Circa illam materiã annotatius profit omittere in inſtrumẽtis ſuum ſolitum ſignũ & apponere aliud. De quo uide p Arc. hic. cui ad de Gull. de Cug. in l. comperationes. & ibi Bal. in ult. co. C. de fide inſtru. & per Bal. in prin. C. co lum. ij. & Ang. in authẽt. de inſtru. caut. & fide. in prin.

Clerici ſunt à muneribus ciuilibus exempti.

Id eſt, fuiſſẽt, uel primi homines fuerant. l. ij. de natali. reſtitu.

† cap. 21.

priuatis negotijs occupare uoluerit à communione eccleſiaſtica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.

Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum res ſacras diſtrahi licet.

Vnde Ambroſius ait in libro de Officijs. †

Res ſacræ quibus ex cauſis alienari debeant.

CAN. LXVIII.

AVrum eccleſia habet, nô ut ſeruet, ſed ut eroget, & ſubueniat in neceſsitatibus. Quid eſt opus cuſtodire qđ nihil adiuuat? An ignoramus quantũ auri atq; argenti de templo dñi Aſſyrij [a] ſuſtulerunt? Nónne melius côflat ſacerdos pro alimonia pauperũ, ſi aliqua ſubſidia deſunt, quã ſi ſacrilegus contaminat & aſportat hoſtis? Nónne dicturus eſt dominus, Cur paſſus es tot inopes fame mori? Certè habebas aurum, unde miniſtraſſes [b] alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? [c] melius fuerat ut uaſa uiuentiũ ſeruares, quã metallorum. his non potes reſpôſum referre. Quid [d] enim dices? Timui [e] ne templo Dei ornatus deeſſet. Reſpondet: Aurum ſacramenta non quærunt, neq; auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacrorũ, redemptio captiuorũ eſt. Et uerè illa ſunt uaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte: ille uerò theſaurus eſt Domini, q̃ operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Et poſt pauca. Nemo poteſt dicere, cur pauper uiuit? nemo poteſt queri, quia captiui redempti ſunt. nemo poteſt accuſare, quia templum Dei eſt ædificatum. Nemo pôt indignari, quia humandis fideliũ reliquijs ſpatia laxata [f] ſunt. nemo poteſt dolere, q̃a in ſepulchris Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus [g] generibus uaſa eccleſiæ et initiata confringere, conflare, uêdere licet. Opus eſt, ut de eccleſia myſtici [h] poculi forma nô exeat, nec ad uſus nefarios ſacri calicis miniſteriũ transferatur. Ideo primum intra eccleſiam quæſita ſunt uaſa, quæ initiata non eſſent, deinde cõminuta: poſtremò côflata per minutas erogationes diſpenſata egentibus captiuorumq; pretijs profecerũt. Quòd ſi deſunt noua, & quę nequaquam initiata uideãtur, & in huiuſmodi, quos ſuprà dixi uſus, omnia arbitror piè poſſe conuerti.

Item Hieronymus ad Nepotianum.

Non parietes templi ornare, ſed pauperibus prouidere, gloria epiſcopi eſt.

CAN. LXIX.

GLoria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere: ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo, & tugurio ruſticano, qui uix milio & cibario [i] pane rugientem [k] uentrem ſaturare poteram, nunc ſimilam & mella faſtidio. Item eiuſdem. Multi ædificant parietes, [l] & columnas [m] eccleſiæ ſubtrahunt: [n] marmora nitent, auro laquearia ſplendent: gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla eſt electio. Neq; uerò mihi aliquis opponat [o] diues in Iudæa templũ, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur [p] à domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio peccatorum: [q] quãquã hæc omnia pręceſſerint in figura. Scriptum eſt autem propter nos, in quos fines ſeculorũ deuenerũt. Nunc uerò cum paupertatem domus ſuæ pauper dominus dedicauit, portemus crucẽ, [r] et delicias lutũ putemus. Itẽ eiuſdẽ. Amico rapere quippiã furtũ eſt: eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt. accepiſſe pauperibus erogandum, & eſurientibus plurimis, illud reſeruare, uel cautũ, [s] uel timidũ [t] eſt: aut quod apertiſsimi ſceleris eſt, et

---

a AVrum. Aſſyrij. Id eſt, Babylonij, qui cum Nabuchodonoſor ceperunt Ieruſalẽ, & abſtulerunt uaſa de templo domini. ĩ. de conſe. diſt. j. ueſtimenta.

b Miniſtraſſes. Id eſt, miniſtrare debuiſſes.

c Occiſi ſunt. Ergo tunc demum cũ timeatur mors, [1] rediml debent captiui: ut no. ĩ. ſicut omnino.

d Quid. Id eſt, ſimile illi.

e Timui. Sic forte ſe excuſabat.

f Spatia laxata. Id eſt, ampliata.

g In his tribus. In alimonia pauperũ, in redemptione captiuorum, in ædificatione tẽplĩ, uel argumentatione cœmeterij.

h Myſtici. Id eſt, in forma calicis, in quo myſticũ poculũ ſanguinis Chriſti conficitur. Et q̃ dixi de eccleſia, intelligunt quidã de eccleſia in qua eſt: quia cum ſit res ſacra, nô poteſt uendi etiam alij eccleſiæ. Et de hoc notaui x. q. ii. hoc ius.

i GLoria Epiſcopi. Cibario. ſ. familiæ.

k Rugientem. Id eſt, famelicum.

l Parietes. Id eſt, imperitos. [2] ſic xlvj. di. ſunt nonnulli.

poteſt extra de præſcrip. audiclt. ff. de excep. nemo ſimiliter de una actione poteſt tranſire ad cōtrariam, qui in una ſuccubuit, ut extra de iudi. examinata. & C. de inoffi. teſt. contra maiores. & ff. de euic. minor. Sed ſi quis iurauit, quod omnes exceptiones proponeret intra certum terminum, non uidetur quod poſsit unam poſt aliam proponere, ut extra de exce. paſtoralis. Nam etiam qui unam exceptionē propoſuit, ſi poſtmodū cum in illa ſuccubuit, uult aliā proponere, debet hoc facere intra terminum præfixū: ut inſtit. de excu. tut. §. qui aūt. Ad hoc dico, quod ſi alicui competerēt plures exceptiones, quæ non ſunt cōtrariæ, in eo caſu ſi intra præfixum terminū non proponit oēs exceptiones, ſi in una ſuccubuit, non auditur in altera, & ſic intelligitur inſtit. de excu. tut. §. qui autem. & extra de excep. paſtoralis. Si autem ſunt contrariæ, ut ſi primo dixit ſe exemptū, tunc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tēpus præfixum poteſt aliam proponere, ut C. de inofficio. teſta. l. contra maiores. Sed in actionibus ita eſt dicendū, quod ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere, qua uellet agere, eligendo unā, ſi in alia ſuccubuerit, non poterit trāſire ad aliā, [1] ut ff. de tribu. quod in hæredē. §. eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi uincatur, poteſt adhuc alia exceptione uti, niſi in caſibus à iure expreſsis, ut ff. de regu. iur. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, & uelit dicere ſe ſoluiſſe, nō audietur, ut C. de non nu. pec. in authen. cōtra qui. & ita non eſt inconueniens ſi de una exceptione tranſit ad contrariā. ſic xxiiii. quæſt. j. quiſquis. extra de teſt. ex tenore. ſic extra de excep. cum uenerabilis.

[2] Tricennalis. Hic tacite annectit ſecundā quæſtionem, ſcilicet an ius decimarum, uel etiam ius funerandi poſſit præſcribi? Et eſt expeditū, quod ius, id eſt, libertas non dandi decimas à clerico nomine eccleſiæ ſuæ poteſt præſcribi, ut contra epiſcopum, ut extra de præſcrip. de quarta. Item una eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiam alterius eccleſiæ, ut extra de præſcrip. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundum leges, ut C. de relig. monumentorum ſimiliter alia ſacramenta eccleſiaſtica præſcribuntur, ut extra de relig. do. conſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum non continue dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſūt, cum non continuo poſsideantur, ut ff. de ſer. ſeruitutes? Reſpon. licet perceptio decimarum non ſit continua, tamen ius percipiendi eſt continuū. Vel aliter licet perceptio non ſit continua, tamen cauſa percipiendi (ſcilicet præceptū domini quod perpetuum & continuū eſt perpetua eſt & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionem, quod cauſa ſit perpetua & naturalis, ut ff. de ſeruit. urba. præd. foramen. ibi enim dicitur, ſi cauſam à cælo habet, continuum dicitur.

tricēnalis [a] obiectio nobis ſilentium imponit. Oīs.n. poſſeſſio tricēnaria ꝑſcriptione tollitur; uel quadragenaria, ſicut poſſeſſiōes religioſarū domorū, uel cētenaria, ſicut prędia ſāctæ Ro. eccleſię. Vnde Gelaſius Papa ait

Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis uendicantur.

CAN. I.

FAcultates [b] eccleſiæ necnō & diœceſes, quæ ab aliquibus poſsidentur epis, iure ſibi uendicēt, quia [c] tricēnalis lex cōcluſit: quia & filiorū noſtrorum principū ita emanauit authoritas, ut ultra trigīta [d] annos nulli liceat pro eo appellare, [e] quod legū tempus excluſit.

At illi [1] ecōtra, cuius authoritate nobis ſilētiū imponitis, eiuſdē authoritate ueſtra ora claudimus. Ait.n. idē Gelaſius: Nulla [f] præſumptione ſtatū parochiarum, &c. Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel cōſtitutam diuellere non pōt. patet quòd nec uobis patrocinabit, ut ſtatū parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondā legitimè aſſignantes, uindicabili [g] uſurpatione uobis uendicetis.

Quomodo [1] autem diſtinguendæ ſunt hæ authoritates, in cauſa monachorum inuenitur.

2 *Nunc aūt [h] quæritur*

b Facultates. Sic conſtrue, facultates eccleſiæ, quæ ab aliquibus epiſcopis poſsidentur: ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi uēdicēt, id ē, defendāt.

c Quod id eſt, quia tricennalis lex concluſit. i. acquiſiuit illas poſſeſsiones eis. Vel pone caſum, quod ille epiſcopus qui ꝑſcripſerat res alterius, cecidit à poſſeſsione illarū rerū. tunc.n. licite poſſet eas uendicare à poſſeſſore, ut xvj. quæſt. iij. c. placuit. §. præſcriptionum uer. ſi uero.

d Triginta. Cum eccleſia præſcribit contra priuatum, [1] ſed ſi eccleſia præſcribit cōtra eccleſiā, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur xl. anni, ut xvj. q. ij. d. c. placuit. in fine.

e Appellare. Id Id interpellare.

At illi CASVS. *Per ca. ſupradictū uidebatur imponi ſilentium actoribus, & ideo actores eccleſiæ nitūtur claudere os eis eiuſdem Gelaſij authoritate, quæ eſt xvi. q. iij licet in regulis. Vbi dicitur quod ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli non poteſt: & ideo decimationes prioris eccleſiæ aſſignatas nullus ſibi debet uſurpare.*

f Nulla ī. xvj. q. iij. licet in regulis.

g Vindicabili. i. iniuſta. Io. de Fant.

Quomodo. CASVS. *Non ſoluit hic G. cōtrarietatem duorum præmiſſorum cap. Gelaſij, ſed ſeruat reſolutionem infra xvj. q. iij. Poſtea autem annectit ſecūdum articulum huius quæſtionis, ſcilicet utrum ius funerandi præſcriptione tollatur. & certum eſt quod ſic, cū quadragenaria præſcriptione omne ius & omnis actio tollatur. Procedit G. ſic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondentes. Probant ergo actores, quod ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere, quia uxores & filij in ſepulcro uirorum & parentum ſunt collocandi, quod probat nonnullis authoritatibus, & exemplis.*

Nunc autem. Hęc eſt ſecunda pars quæſtionis in qua probat per capitu. Hiero. (ſuperficialiter tamen) quod omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioannes de Fant.

h Nunc autem. Hic explicatur alter articulus primę quæſtionis, ſ. ubi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquitur.

[Left margin notes:] Actiones plures habens, an una electa perdat alias. — [1] Adde an hoc ſit idiſtinctè uerū, per Cyn. in l. edita. & ibi etiam Bal. C. de eden. — Decimæ, an poſſint ꝑſcribi? — [2] De hoc etiam no. 2. quæſt. iii. quia. i glo. ii.

[Right margin notes:] [1] Scilicet actores triplicantes. — [1] Arg. ad hoc extra de pſcrip. illud. ubi de hoc. Archidia. — [1] Hic Gra. uerba ſua interponit.

loquuntur uarie iura. H. dicit quod quilibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, ubi audiuit diuinum officium, ut extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſibus, ſi uelit tranſire ad epiſcopalem eccleſiã, ut ĩ. e. ubicunque. uel ſi eligit ſepulturam in loco magis religioſo, ut extra de ſepult. fraternitaté, uel ſi uelit ſepeliri in ſepulcris parentũ ſuorum, ut ĩ. ca. placuit. Ego credo, ꝙ libere poteſt quis eligere ſepulturam ubicunq; uoluerit,[1] ut extra e. ti. cum liberũ ſit. dum tñ legitimam portionẽ relinquat priori eccleſiæ, ut eo. ti. nos inſtituta. etiam apud locum minus religioſum, ut extra eo. in noſtra. & oĩa contraria intelligas, qñ eſt illectus, uel qñ ex contemptu uel temeritate deſerit ſuã eccleſiã, uel qñ legitimã portionẽ non uult relinquere eccleſiæ priori, parẽtes tñ non poſſunt filijs infra annos diſcretionis eligere ſepulturã, niſi hoc habeat conſuetudo, ut extra de ſepult. de uxore. & extra eo. ti. in noſtra. in fine. ſi quis aũt in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogetur cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, ut extra e. fraternitatem. in fi. & extra. e. c. j. & ii.

Sepulturę electio unicuiq; libera eſt.

[1] Dũmodo hoc nõ faciat ex odio, uel temeritate ĩ. ead. placuit. ſecũdũ L. B.

† Alias, quatuor uirorũ unde uocatur Cariatharbe Ioſue ca. 14. Bartholomæus Angli. uel b. 14. cap. 7.

Tob. 14.

Tob. 4. a.

a Ebron. In ſpelunca duplici. i. quia duo receptacula habuit, in uno recipiebantur maſculi, in alio fœminæ.

Mat. 19. a

b Præter. Hæc dictio pter, hic ponit incluſiue,[2] ſic xxxv. q. iii. porro. ff. de pign. act. l. j. in fine.

[2] Sed excluſiue ponitur. 16. q. 1. adijcimus.

c Quos cõiunxit. Largius hic interpretatur Hierony. authoritatẽ domini, quam in euangelio Matthæi intelligatur. & eſt ſi. xxxviij. q. j. idolatria.

V Naquæq;. Hæc eſt tertia pars qõ. in qua probat ꝙ omnes non poſſunt ſimul ſepeliri. Io. de Fan.

d Sequatur. Nunquid ergo tenet ſequi uirũ uagantẽ? Videtur quod non, ut xxxiij. q. ij. ſi quis. ſic nec libertus tenetur ſequi patronum uagantẽ, ut ff. de ope.

Vxor an teneat ſequi uirũ uagantẽ.

de iure funerandi, quæ harum eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieron. ſcribit, coniugati in uno ſepulcro uidentur eſſe ponendi.

Ait enim:

In ſepulcro patrum ſuorum filij ſunt collocandi.

CAN. [illegible] II.

E Bron dicitur eſſe ciuitas trium uirorum, † quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca [a] duplici cum tribus uxoribus ſuis, id eſt Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia: præter [b] ipſum Adã & Euã uxorem ſuam. Tobias dicit ad filium ſuum: Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius: & cùm ipſa compleuerit tempus ſuum, ſepelias eam iuxta me in uno ſepulcro.

Idẽ: Quos coniunxit [c] unũ coniugiũ, coniungat unum ſepulcrum, quia una caro ſunt. Et quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Item Auguſtinus.

CAN. III.

V Naquæque mulier ſequatur [d] uirum ſuum ſiue in uita ſiue in morte. [e] Item Gregor. † Soror beati Benedicti ſepulta eſt in ſepulchro, quod ipſe ſibi pparauerat, ut quorum mẽs una fuit ſemper in dño, eorum quoque corpora ſepultura non ſepararet.

Item. Ioſeph, moriens in Aegypto, rogauit fratres ſuos, ut tempore uiſitationis [f] ſuæ oſſa ſua ſecũ deferrẽt, & in ſepulcro patrũ ſuorũ ea collocarent. Item. Dictũ eſt prophetæ [g] domini, qui cõtra præceptum domini comederat i Bethel: Nõ inferetur cadauer tuum In ſepulchrum patrũ tuorum. Item.

De nõnullis legitur in libro Regum: Obijt, & appoſitus eſt ad patres ſuos i. hoc eſt, in ſepulcro patrum ſuorũ. Item. In nouo teſtamento [h] beatus Philippus legitur ædificaſſe ſibi ſepulcrũ, in quo ipſe & filij eius quieuerunt.

Item. Beatus Seuerus Rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſsit, in quo ſe, & uxorem, & filiam collocauit. His omnibus exemplis colligitur, † quod in ſepulcris parentum corpora filiorũ collocanda ſunt. Quia ergo parẽtes iſtorũ apud priores eccleſias ſepulti ſunt, & hi apud eaſdem debẽt

lib. qd' niſi. ar. ff. de procu. ſed & hæ. §. non ſolũ. ff. de an. leg. l. Mæuia. §. j. Sed cõtra quia mĩa tenet ſequi leproſum. extra. de coniu. lep. c. ij. & iij. Credo ꝙ ſi ſciret eũ eſſe hiſtrionẽ, tenet eũ ſequi, alias nõ. H. tñ dicit, qd' ſemper debet ipſum ſequi, & dicit ꝙ illud ca. ſi quis. eſt abrogatũ. ſimiliter dicit, ꝙ debet ipſum ſeq. etiã ſi mittatur in carcerem, uel ſi cogat ire in exercitum. Sed eadẽ ratione debet ipſum ſeq, quoties dñs petit à uiro qui ẽ ſeruus, ut ſeruiat ſibi: lex tñ dicit ꝙ poſtq̃ liberta nupſit uolũtate patroni, ꝙ amodo nõ debet ſeruire patrono, ppter ſuſpicionẽ, ſed patronæ ſuæ põt honeſte ſeruire, ut ff. d' ope. liber. ſicut.

† lib. ij. dialogorũ, ca. 34.

Gen. 50. d

e In morte. Hoc eſt conſilium, ut extra e. ti. de uxore. Quærit Hu. pone ꝙ mulier plures uiros habuit, quem illorũ debeat ſequi in ſepultura ſibi eligenda. ſecundũ Io. nõ eſt qõ, quia põt eligere ſepulturam ubi uoluerit. H. dicit; ꝙ tenetũ ultimũ ſequi, ſicut ultima eccleſia ſuccedit clerico. xviii q j. c. uno. ſicut ultimum uirũ ſequit in domicilio & honore. ff. ad mun. filii. §. j.

Vxor, quæ plures uiros habuit: cũ quo ſepelietur.

3. Re. 13.

[3] Iſtã opinionẽ ſequit Alexan. de Imola in l. cum quadã. col. iij. ff. de iuri. om. iud.

Soror CASVS. *probat G. in hoc c. quod oẽs de eadem parentela & cõiugati oẽs ſunt in eodẽ ſepulcro ponẽdi: et hoc probat exemplis quinque & authoritatibus.*

† Scilicet per aſſeres.

f Viſitationis. i. cũ Deus eos uiſitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. de Aegyptiaca ſeruitute: & hoc petijt, quia ignominioſum erat tũc, ꝙ aliquis nõ ſepeliretur in ſepulcro patrũ ſuorum, ut ſtatim ſequit. uel quia in ſpiritu uiderat, quia dñs reſurgere deberet ibi, & præuideret multos reſurrecturos ibi cum illo, & ipſe forte erat unus ex illis.

Ioſeph in ſepulcro maiorũ ſepultus fuit certa rõne.

g Prophetæ. Abdo ſcilicet. hanc hiſtoriam habes j. q. j. ſi quis inquit.

† Alias Gad.

h In nouo teſtamento. i. tempore noui teſtamenti,

non

non fuit ille Philippus Apoſtolus, ſed unus de ſeptem diaconibus.

2 Econtra. Reſponſio defenſorum.

b Arbeæ. Id eſt, Ebron.

c De Cethura. quæ etiam Agar dicitur.

Gen. 25.a d Rachel. Vxor Iacob.

e Arbitrium. Sic extra de offic. delega. de cauſis.

Defuncti uoluntas an ſit ſemper ſeruãda.

f Vltima. Vltima uolũtas defuncti ꝓ lege ſeruanda eſt, ut in authen. de nupt. §. diſponat. coll. iiij. & ſi quis eam non ſeruat, hoc ipſum qđ ei eſt relictũ, ab eo auferetur, ut xj. q. j. Syluester. & hoc intelligas cum uolũtas eſt rationabilis. Nam ſi moriẽs exhæredare uult filium ſine cauſa, hęc uolũtas non eſt ſeruãda, ut j. e. ſi quis. Similiter ſi quis pcipiat corpus ſuum iactari, in mare, ut ff. de cõd. inſti. quidã. ſed ipſe moriens bene poteſt mutare uolũtatem ſuam. nam ambulatoria eſt uoluntas defuncti: ut ff. de adimen. lega. l. ii. Sed pone quod qs iurauit, quod nõ ueniret contra uoluntatem ſuam: nunqd poteſt uenire contra? Videtur quod nõ: 1 quia hoc iuramentũ nõ uergit in interitum ſalutis æternæ: ergo eſt ſeruandum, ut extra de iureiur. ſi uero. Sed contra, nemo poteſt ſibi interdicere legem, 2 ut non liceat ſibi recedere à priori uoluntate: ut ff. de lega. iii. ſi qs in princip. & libertatem ſupremi iudicij nemo poteſt conſtringere, ut ff. pro ſoc. cũ duobus. §. Papinianus. in fi. argu. cõtra. extra de iureiur. cũ cõtingat. Io. hoc plane notabile in qõnibus. B.

Gen. 35.d

Gen. 49.d

Gen. 50.e

1 Qđ et uerũ eſt hic ar. C. ſi aduerſ° uẽ. authẽ. ſacramenta, extra de iureiu. cũ contingat. ſecundũ Io. de Fantu.

2 Dicas ꝙ nemo põt ſibi imponere legẽ, niſi interſit alterius. ff. de ſer. quo ties. ſecundum Gof. ꝗ ita no. extra de conſtit. ex literis. Archidia.

† Epiſto. ſeq. cum in xli. iij.

tumulari. Econtra 2 Adam (ut aſſeritis) in ciuitate Arbeæ b tumulatus eſt. ſed nunquid omnes filij eius ſepulti ſunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo nõ tã facilè poſſet includi. Item Abraham ibi ſepultus eſt, ſed nunquid Iſmael & Madai & alij, quos de Cethura c genuit, ibi ſepulti ſunt? Item Iſaac ibi ſepultus eſt, ſed nũquid Eſau cum eo tumulatus eſt? Item Iacob ibi collocatus eſt, ſed nunquid aliquis filiorum eius præter Ioſeph ibi ſepultus eſt? Rachel d quoque non in Ebron, ſed iuxta Bethlehem tumulata legitur. Exẽplo igitur iſtorum liquet, quòd liberum eſt filijs ſepeliri in ſepulcris patrum ſuorum: & liberum eſt eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitium inuenire. Non ergo hoc exẽplo iſti coguntur ſepeliri in ſepulcris patrũ ſuorũ. Item quæ legibus diffinita ſunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium e ſequuntur humanæ uoluntatis. At legibus diffinitum eſt quibus decimæ ſint perſoluendæ, & ideo danti mutare non licet. Vbi autem quiſque tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt, & ideo in uoluntate tumulãdi conſiſtit.

Vnde beatus Gregorius ait: †

Vltima uoluntas defuncti ſeruari debet.

CAN. IIII.

Vltima f uoluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet.

4 Quod de libero & nõ de ſeruo intelligendũ eſt. Seruus enim teſtamenti paginã condere non põt.

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio epo.

Seruus teſtamentum facere non poteſt.

CAN. V.

Illud etiam ſynceritatem tuam uolumus nõ latere, ad nos fuiſſe perlatũ, quòd Ampliatus conductor, g quem non ſolùm ſeruum conſtat eſſe eccleſiæ, ſed ita eius ratiocinibus à multis temporibus implicatum, ut etiam ſi eſſet ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur, auſu temerario molitus fuerit condere paginam teſtamenti: cuius omne peculium eccleſiaſtico iuri legibus nõ dubitetur obſtrictum: h quapropter his præſumptionibus uice noſtra tua fraternitas contradicat, i nec fieri prorſus, aliqua ſurreptione permittat, ac ſi eidem quicquam humanitus fortè contigerit, quia grandæuus eſſe commemoratur, mox eius ſine dilatione ſubſtantiam percipiat humanitas tua, filijs eius duntaxat, quibus patrimonium probatur eſſe cõmiſſum, ſub fideli deſcriptione contradi, donec uniuerſis tẽporibus, quibus hoc patrimoniũ gubernaſſe cognoſcitur, partes dominicas reddere cogantur indemnes.

5 Quia ergo ſecundũ Gregorium ultima uoluntas defuncti conſeruanda eſt, pro iſto

4 Quod de libero. Hæc eſt iiii. pars qõ. in qua probat contra. ſ. quod ſeruus nõ poteſt facere teſtamentum. & hoc probat per ca. ſeq. Io. de Fant.

Illud etiam.

g Cõductor. Improprie dicitur ſeruus conductor. Nã nec ſeruus aliquid debet, nec aliqd ei debetur, ſed potius per talia uerba reſpicitur factũ quã ius, ut ff. de pecu. nec ſeruus.

h Obſtrictũ. Non intellige obſtrictũ, id eſt, obligatum, qa cũ peculiũ, qđ ſeruus habet, ſit domini, dño non põt res ſuas obligare, ut ff. de reg. iu. l. neq;.

i Contradicat. nõ tanquã hæredibus, quia ſeruus nõ põt habere hæredẽ, ut C. cõmu. de ſuc. ſeruus. ſed conſuetudo eſt pluriũ locorum, quod filiis relinquatur peculiũ qđ pater habuit.

Seruus heredem habere non poteſt.

5 Quia ergo. Hæc ẽ v. pars q. in qua dicitur qđ nullus ſine cã debet dimittere ſepulturam patrũ: & hoc probat per tres authoritates. Io. de Fant

CASVS. *His reuertitur Gra. ad principale propoſitum, & concludit ex illo cap. Greg. ſ. ultima uoluntas, quod quilibet poteſt ſibi eligere ſepulturam pro arbitrio ſuo, et non pro arbitrio prioris eccleſiæ, et ad hoc probãdũ inducit ſeq. capitulum.*

Vbicunq;

rum uoluntate corpora eorum ſunt tumulanda, non pro arbitrio ueſtræ diſpoſitionis.

Item in Triburienſi cõcilio legitur. †

Vbi quiſq; decimas perſoluerit, ibi ſepulturã eligere debet.

CAN. VI.

VBicunque a temporum uel locorum facultas tulerit apud maiorem eccleſiam, ubi ſedes eſt epiſcopi, ſepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, uel loci aſperitatem hoc difficile fuerit uiſum, apud eccleſiam, in qua religioſorũ canonicorum, uel monachorum, uel ſanctimonialium religioſa congregatio communiter degerit, ſepeliatur. Si autẽ & hoc ineptum uiſum fuerit: ubi quis decimas perſoluebat uiuus, ibi ſepeliatur & mortuus.

Quia ergo † decimã b nobis perſoluebat uiuus, & apud nos ſepeliendus eſt mortuus. Item ſi quis de prouincia ad ꝓuinciam trãſiret, & ibi domicilium ſibi collocaret, liber factus c à ditione prioris iudicis, iuriſdictioni illius iudicis ſubijcere tur, in cuius prouincia ſedem ſibi eligeret. Quia ergo iſti à ueſtra diœceſi in noſtram trãſierunt, liberi à ueſtra ditione, noſtro iuri ſubijciũtur, noſtrum eſt ergo ius funerãdi eos.

Sed obijcitur † illud Melchiadis Papæ.

Propria temeritate ſepulturam parentum relinquere non licet.

CAN. VII.

PLacuit per omnia magno concilio, ut nullus proprij arbitrij temeritate d aliam eccleſiam, niſi cui uſus antiquorum parentum canonica inſtitutione ſubiacere perhibetur, ſepulturæ cauſa adire procuret, niſi infirmitatis e cauſa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progreſſus. Ad hæc ſi quis prælatus contra hoc agere ſategerit, eccleſiaſtico uinculo ſe ſubdi cognoſcat.

Sed aliud f eſt ex temeritatis ſuperbia uſum antiquorũ parẽtum nõ ſeq, atq; aliud rõnabili occaſione nouam ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ authoritatem nititur, qui ſuperbia, uel odio ductus, ſiue uanis perſuaſionibus, aut uarijs munuſculis illectus, ſepulturam parẽtum ſuorum ſequi contemnit. ſecundùm Gregorium aũt liberam habeat uoluntatem, qui certæ rõnis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium. Vel (ut quidam g diſtinguunt) libera eſt ultima uolũtas cuiuſq; nõ in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde & teſtamentum appellatur, quia eo quiſque liberè teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de ꝓprijs rebus fieri uoluit.

Sed non vr̃ h libera teſtatoris uoluntas, cùm ſecundùm Auguſtinũ pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatũ, ueluti ſi quis habet unũ filium, Chriſtum putet alterum: ſi uero duos, Chriſtum faciat tertium, & ſic per ordinẽ. & ſecundùm Leonẽ quiſq; medietatem i eorũ, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinquere, apud quàm fidei ſacramẽta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini nõ eſt iubẽtis, ſed dehortãtis, ne quis iratus filiũ ſuũ exhæredaret, atq; totum Chriſto relinqueret. Ait.n. in ſermone ſecundo de uita clericorum. †

Sepulturã an poſsit aliquis ſibi eligere

† .ca.xv.

† Cõcluſio rcorũ.

Forum mutare an alicui liceat.

† Scilicet peractores: qđ tamẽ non facit ad ultimã allegationẽ reorũ ſed ad c. ultima uoluntas. & ca. ubicunq;.

a VBicunq;. Sed nonne quilibet ſepeliẽdus, eſt ubi recepit ſacramentaeccleſiaſtica? ut j. cap. proxi. & extra eod. tit. in noſtra. Ad quid ergo diuiſa eſſent cœmeteria. s̃. eo. capit. j? Reſp. uerũ eſt, ſed iſtud cap. inſtruit ꝙ ſi qs uult eligere aliã ſepulturã, quod hunc ſeruabit ordinẽ in eligẽdo, potiꝰ enim eliget epalẽ eccleſiam, quam alterã. Si tñ alio modo eligit, ſtandum eſt uoluntati ſuæ, duntamẽ habeat iuſtam cauſam eligendi: epo autem non præfigitur talis doctrina. nam põt eligere ſepulturam in minori eccleſia, ut xij. q. ij. bonæ. Et intelligo quod ſemper ex temeritate, uel contemptu, uel ex electione mutatur ſepultura, niſi appareat certa cauſa mutationis, uel niſi ſeruet hunc ordinem, qui hic ſtatuitur in eligendo ſepulturam.

b Decimam. Perſonalem.

c Liber factus. hoc eſt uerũ quãdo plene ſe tranſtulit, ut xxj. q. ij. ſi quis iam tranſlatus. ſecus ſi transferret ſe ad ſecundum locũ, non tamen animo relinquendi primũ locum tunc.n. retinet primum locum & ſecundum, ut ff. ad municip. ſi quis inſtructus. Et quod hic dicitur. intellige ꝙ quis poteſt ſe transferre de uno foro ad aliud re integra. Nam ſiquis in uno loco eſt cõuentus, licet tranſeat ad aliud forum tamẽ in priori foro reſpõdebit, ut ff. de iuriſdi. om. iudic. l. pen. Itẽ & hic ſcias quod ſola habitatio non facit aliquem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per x. annos ſteterit ibi, ut C. de inco. l. ij. li. x. niſi quo ad hoc, quod ibi reſpõdebit, 2 ut ff. de iudi. hæres.

d PLacuit. Temeritate. iſtud uerbum ſoluit contraria. nã alias poteſt quis ſibi eligere ſepulturam, ũt extra eo. c. j. & c. cũ ſit liberum. & ca. in noſtra.

e Niſi infirmitatis. Hoc eſt contra H. q. dicit, quod in trib. caſib. põt mutari ſepultura, ut dixi in sũma. hic habet locũ diſtinctio decre. extra eo. tit. de his.

f Sed aliud. G. hic ponit duas ſolutiones.

g Vel ut quidam. Secunda ſolutio.

h Sed non uidetur. Nunc obijcit ſolutioni ſuæ.

i Medietatem. Quandoq; tertiam ſecundum conſuetudines diuerſas, ut extra eodem ti. certificari.

[illegible] Si quis.

2 Itẽ cũ dicas [illegible] de iuriſdictione ſecũdi, cum eo animo larem mutas, ut ibi ꝑmaneat. C. de inco. l. ciues. ſecundũ L.

3 Scilicet rõne contractus: & in alijs caſibus notatis iij. q. 6. vj. in ſumma. Io. de Fant.

Ad fratres i ere mo.

Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur.

CAN. VIII.

SI quis iraſcitur [a] filio ſuo, & moriens exhęredat eum, ſi uiueret nonne [†] eum placaremus, nonne ei filium reconciliare deberemus? quomodo ergo cum filio ſuo uolo ut habeat pacẽ, cuius appeto [b] hæreditatem? Sed planè ſic faciat ſæpe quod hortatus ſum, qui unum filium habet, putet Chriſtum alterum: ſi duos habet, putet Chriſtum tertium: ſi decẽ habet, undecimum Chriſtum faciat, & ſuſcipio.

Hac nimirum authoritate mẽſura teſtatori pręfigitur, nõ quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur [c] tranſcendere.

6 *Oblationes ergo defunctorũ qui reddere noluerit, excommunicetur.*

Vnde in Carthaginenſi concilio quarto.

Excommunicentur, qui defunctorum oblationes eccleſiis negant.

CAN. IX.

QVi oblationes [d] defunctorum aut negãt [e] eccleſijs, aut difficulter reddunt, tãquam egẽtium [f] necatores excommunicentur.

Item ex concilio Vasenſi.

Vt infideles ejiciantur ab eccleſiis, qui defunctorũ oblationes retinent.

CAN. X.

QVi oblationes defunctorum retinent, & eccleſijs tradere demorantur, ut infideles ab eccleſia ſunt abjiciendi: quia uſque ad exinanitionem fidei peruenire certum eſt, hanc pietatis diuinæ exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes, uotorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimonię, & neceſſaria ſubſtẽtatione fraudantur. Hi ergo tales quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi ſunt. Vnde & quidam [g] patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit congruente ſentẽtia, qua ait: Amico quippiam rapere, furtum eſt: eccleſiam uero fraudare, ſacrilegium [h] eſt.

Item ex concilio Agathenſi.

Qui oblata eccleſiis, aut teſtamento relicta tenere præſumpſerint, excommunicentur.

CAN. XI.

CLerici uel ſeculares, [i] qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamento relictas, retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint eccleſijs uel monaſterijs crediderint auferendum: ſicut ſancta ſynodus conſtituit, uelut necatores pauperum, quouſque reddant, ab eccleſijs excludantur. [k]

Si quis autem clericus furtum eccleſiæ fecerit, peregrina [l] ei communio tribuatur.

7 *Item quæritur, [m] an pro ſepultura mortuorũ aliquid ſit exigendum?*

De his ita ſcribit Gregorius in regiſtro Ianuario epiſcopo Sardiniæ. [†]

Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt.

CAN. XII.

QVeſta eſt nobis Nereida fœmina

Pater ſine cauſa filiũ exhęredare non poteſt.

[†] Alias, cum.

[redacted]

[a] SI quis iraſcitur. hodie.n. non poteſt quis exhęredare filiũ ſuum niſi habeat iuſtam cauſam exhæredationis, & illã debet ſcribi in teſtamento: ut C. de liber. ptaté. authen. non licet. tamen ex iracundia omnia ſua dare poteſt eccleſiæ, dum tamen relinquat legitimam filijs: ut xvij.q.iiij. ſunt qui opes. Item ſi quis relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum, honeſtum eſt quod eccleſia reſtituat ei bona, ſi cœperit habere filios, ut xvj.q. iiij.ca.ult.

[b] Appeto. ſic xxij.q.ij.c. non enim.

[c] Prohibetur falſum dicit, quia etiã totum dare poteſt eccleſiæ: ut xix.qõ.iij.c.perlatũ. [1] dũ tamen legitimã relinquat filijs: ut C. de inoffic. teſta.authe.nouiſsima.

Oblationes. Hæc eſt ſexta pars qõ. in qua probat magiſter, quod ille qui detinet oblationes defunctorum, quos defunctus mandauit, peccat mortaliter. & hoc probat per tria capit. Ioan. de Fantu.

[d] QVi oblationes. non intelligas hoc de oblationibus uoluntarijs, ſed de illis, quæ relicta ſunt eccleſijs: qui.n.debitas oblationes tenet, uel decimas uel primitias, excõmunicatũ: ut xxxij. diſt.ca.propter hoc & xvij. qõ.j.ca.ſtatuimus.

[e] Negant eccleſijs. ſi autem confitentẽ quod debeant, ſed exceptionẽ aliquam proponunt, quare dare non debent, audiendi ſunt: ut ff. de lega.j. l.ſi domus.§. qui confitẽtur.extra de offi. dele.c. ex parte. ij.

[f] Egentium. Vt lxxxvj. diſtin.c.paſce.& xvj. q.j.ca de cimæ.& extra de reſcrip.c.ſi quando.

[g] QVi oblationes. Et quidam, ſcilicet Hieronymus: ut xij.q.ij. gloria epiſcopi.

[h] Sacrilegium. alibi dicitũ talis homicida: ut xij. q.ij.ca. qui abſtulerit.

[i] CLerici uel ſeculares. Ideſt laici.

[k] Excludantur. arg.ꝙ ſacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati.

[l] Peregrina.i. commorabitur inter laicos. uel peregrina, id eſt, cum recedit uel peregrinatur de hoc mundo.

Item quæritur. Hæc eſt vij. pars quæſt. in qua prohibet, ne pro ſepultura aliquid exigatur, niſi detur spontanea uoluntate. & hoc probat per quatuor cap. Io.de Fan.

[m] Item quæritur. Hic ponit incidentem qõnem, [2] an ſepultura poſsit uẽdi. Hu. ponit quatuor ſignificatiões huius nominis ſepultura. Quandoq; dicitur ſepultura locus, ubi qs ſepelitũ, talis locus licite uẽditur, ſi nõ eſt ſacer uel religioſus.i.qui non ſit in cœmeterio aliquo: quia licite uẽditũ ad eccleſiã ædificandam, uel ad cœmeteriũ ampliãdum: ut xij. q.ij.aurum. Scdo mõ dicitũ ſepultura ipſa ſepultura iã facta, & hæc uẽdi nõ põt ſpecialiter, ſi locus eſt ſacer. Tertio modo dicitũ ius inferẽdi in ſepulcrũ. nec ꝓ hoc aliquid recipi põt. Quarto dicitur ipſe actus uel officiũ ſepeliẽdi, & illud nõ poſſunt uẽdere clerici, qui ex offõ ſuo ad hoc tenentũ: ut j. e. ꝓcipiendũ. & j.q.j. dictũ. & extra de ſim. nõ ſatis.

QVeſta eſt.

[2] Hoc ideo, quia ſupra fecerat mẽtionem de iure funerãdi, ſecundum Lau. Sepultura an poſsit uendi.

[†] Epiſtola 55. li.7

[redacted]

clariſsima, quòd ab ea cẽtum ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraternitas ueſtra uelit exigere. Hoc autem uitiũ, & nos poſtquam Deo authore ad epiſcopatus honorem accesſimus, de eccleſia noſtra omnino uetuimus, & per prauam denuò conſuetudinem nequaquam uſurpari permiſimus: me mores, quia dum Abraham à filijs † Ephron, hoc eſt, à filijs Seor a ſepulchrum pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, pretium accipere renuit, b ne cõmodum de cadauere uideretur conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus uir fuit, quantò magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ uitium in alienis denuò tentari præſumatur admoneo: ſed ſi quando aliquem in eccleſia ueſtra ſepeliri conceditis: ſi quidem parentes ipſius proximi, uel hæredes pro luminaribus ſponte quid offerre uoluerint, accipi non uetamus. Peti uerò aliquid aut exigi omnino prohibemus, ne (quod ualde irreligioſum eſt) aut uenalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut uos de humanis uideamini mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium.

Item Hieronymus ſuper Geneſim. †

Etiam coacti de ſepultura pretiũ non debemus accipere.

CAN. XIII.

POſtquam pretio uictus eſt Ephron, ut ſepulchrum uenderet, & acciperet argentum licet cogente c Abraham: uau litera, quæ apud illos pro ω d legitur ablata de eius nomine eſt, & pro Ephron e appellatus eſt Ephran: f ſignificante ſcriptura non eum fuiſſe conſummatæ perfectæque uirtutis, qui potuerit uendere memoriam mortuorum.

Sciant igitur, qui ſepulchra uendunt uoluntariè, nec coguntur, ut accipiant pretium, ſed à nolentibus quicquam extorquent, mutari nomen ſuũ & perire quiddam de merito eorum, cùm etiam ille reprehendatur occultè qui inuitus accepit.

Item ex concilio Triburienſi. †

De eodem.

CAN. XIIII.

IN Eccleſiaſtico g nãque libro ſcriptũ eſt, mortuo non prohibeas gratiã, ſciens quoniã oẽs mortemur. & itẽ: Omnia quæ de terra orta ſunt, in terrã conuertentur. Quid terra terram uendis? memẽto, quod terra es, & in terrã reuerteris (& alibi de homine dictum eſt, Terram terris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris) & quoniam mors ibi futura eſt, & appropinquat, etſi tardat recordare, quia non hominis eſt terra, ſed (ut pſalmiſta commemorat) domini eſt terra, & plenitudo eius. Si terram h uendis, inuaſione rei dominicæ reus teneberis. Gratis accepiſti a Deo gratis da ꝓ eo. Quare interdictum ſit oibus omnino Chriſtianis terrã mortuis uendere: & debitã ſepulturã denegare, niſi fortè proximi & amici defuncti propter nomen & redemptionẽ animæ uiri defuncti gratis aliquid dare uelint.

Item ex concilio Varenſi.

a Seor. Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſũt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

b Renuit. Primo enim commẽdatur hoc capi. poſtea tamen conuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti, & inde uituperatur in ſeq. c.

c POſtquã. Cogente. Per preces populi. & licet cõtractus factus ad clamorem populi teneat, non tamẽ electio: ut extra de ele. ca. Oſius. & lxj. diſtinc. c. miramur. in prin. & viij. q. j. c. ſi ergo.

d Pro o. O eſt ultima litera Græcorum, & A prima & deſignato[.] conſummationẽ & pfectionem, a initium & imperfectionem: & Hebræi ponunt uau ꝓ o, in iſta dictione Ephron, quæ ablata eſt, &c. & uidetur hic Hierony. uelle, quod Ephron peccauit. Sed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipſum uendere locũ malẽ, maxime quia locus ille iam deputatus erat ſepulturæ. erant enim ibi ſepulti Adam, & Eua. dicit tamen P. Mãducator, ꝙ neuter peccauit. Sed quare reprehenditur hic à Hierony. Reſpond. non propter ſuum factum, ſed propter futuros uolens oſtendere. quod illi peccarent qui tali modo uenderent.

e Ephron. Id eſt, perfectus.

f Ephran. id eſt, imperfectus.

g IN Eccleſiaſtico. id eſt, in Eccleſiaſte. & ille liber eſt Salomonis, & incipit uanitas. Eſt alter, qui dicitur Eccleſiaſticus, qui incipit: Omnis ſapiẽtia à domino. & ille liber eſt Ieſu filij Sirach.

h Si terram. Sacrã uel religioſam, & dico quod terra ſit ſacra, uel religioſa authoritate pontificis, non ex eo, quod mortuus infertur ad locum, ut extra de relig. domi. ad hoc. Sed ſecũdum legem ſecus eſt. nã ſi transfert corpus ad aliũ locũ, definit locus eſſe religioſus, uel etiam ſi capitur ab hoſtibus: ut ff. de reli. l. cum in diuerſis. & l. cum loca. Et not. ꝙ quicquid eſt ſacrum eſt religioſum: ſed non cõuertitur. Vbi enim mortuus infertur, ſit religioſus, ſed non ſacer: ut ff. de re. di. l. in tantum. §. ſacra. Item dicitur locus religioſus, ubi corpus eo propoſito ponitur, ut ibi ꝑpetuo remaneat, alias remaneret prophanus: ut ff. de relig. l. ſi quis eo animo. & remoueri poteſt quãcunque placuerit, ut C. eo. titu. nec dum. Et licet pars hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliatur, non ideo omnia loca ſũt religioſa, ſed tantum ubi caput eſt ſepultum: ut ff. eo. l. cum in diuerſis. Itẽ nec totus locus deputatus ſepulturæ ſit religioſus, ſed ille in quo corpus eſt humatum, ut ff. eod. l. ij. §. ſepulchrum.

Præ-

Gene. 23.

† Alias à filijs Emor, hoc eſt Ephrõ filio Seor. quem acriter ibi inſectaſ ob ſepulturę uẽditionem domi. Alphontius. Toſtatus Abulenſis eps Hiſpanus, q circa annum dom. 410. in Biblia fuſiſsime ſcripſit. O & a qd ſignent.

† In qũ. Hebraicis c. 23.

a Eccleſiaſte. Imo in eccleſiaſtico. ca. 7. d. qui uocabatur panarctos, [redacted]

† ca. xvj. [redacted]

Quod hac parentheſi icluditur ſuppoſititiũ puto, q in antiqs noſtris exemplaribus nõ habetur.

Pſal. 23.

De eodem.

CAN. XV.

PRæcipiendum eſt ſecundùm canonum authoritatem, ut de ſepulcris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant, niſi fortè, qui ſepelitur, uiuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de ſuis reb. tribui, aut etiam poſt mortem ipſius illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynā facere de rebus illius aliquid ſponte dare uoluerint, & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ illius aliquid exigatur, ſiue ab illis, qui locis & uillis præſunt. Prohibendū eſt etiam ſecundùm maiorū inſtituta, ut in eccleſia nullatenus ſepeliatur, ſed in atrio, aut i porticu, aut in exhædris [a] eccleſiæ. Intra eccleſias uerò aut ꝓpe altare, ubi corpus & ſanguis domini conficitur, nullatenus ſepeliantur. [b]

Item Auguſtinus.

A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa.

CAN. XVI.

QVibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris [c] locis poſt mortem adiuuari non poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt, reſtat, ut de ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed de culpa temeritatis accuſant.

Item Gregorius. †

Quibus proſit in eccleſia ſepultura.

CAN. XVII.

CVm grauia peccata non deprimunt, tūc prodeſt mortuis ſi in eccleſia ſepeliantur: [d] qa eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca ueniunt, ſuorumq; ſepulturam aſpiciunt, recordantur, & pro eis domino ꝓces fundunt nā quos peccata grauia deprimunt, ad maiorem cumulum dānationis potius, quam ad ſolutionem eorum corpora in eccleſijs ponuntur.

Item ex concilio Magotienſi.

Qui ſepeliantur in eccleſia.

CAN. XVIII.

NVllus mortuus intra eccleſias ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, uel fideles [e] laici.

Quid uerò mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidve ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis oſtendit dicens:

Quare mortui iuxta eccleſiā ſepeliantur.

CAN. XIX.

NOn æſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus peruenire, niſi quod ꝓ eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarū ſacrificijs [f] ſolēniter ſupplicamus. Quāuis.n. non pro quibus fiunt omnibus proſint, ſed his tantùm pro quibus dum uiuunt cooperantur ut proſint: ſed quia non diſcernimus [g] qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus [h] facere, ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſsint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta his, quibus nec obſunt nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt.

Præcipiendum. In exhædris. [a] Exhædræ dicuntur quædam uoltæ, quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ.

[b] Sepeliantur. Si ſint modicæ perſonæ, ut ĩ. ead. nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura ĩ eccleſia: quia locus ĩlle ſpecialiter Deo dedicatus eſt, cui mors ultra non dominabitur.

QVibus peccata. Hæc eſt viij. pars quæſtionis, in qua dicitur quod nullus debeat ſepeliri in eccleſia, niſi ſit ſanctus, niſi in atrio uel in exhædris, & ponit etiam ꝙ proficiant mortuis cœmeteria, & qualiter, & ubi animæ ſunt defunctorum. & hoc probat per viii. authori. Io. de Fant.

[c] A ſacris locis. Id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiūt. uel ad literā intelligas, quia loc⁹ non ſanctificat hoīem, ut xl. di. non loca.

[d] CVm grauia pctā. Sepeliantur. Ecce ratio una, quare hoīes potius ſunt ſepeliēdi apud eccleſias, quam alibi. Secunda ratio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs ſanctorum illorum in quorum nomine dedicata eſt eccleſia illa, ut ĩ. c. non æſtimemus. in fine. Tertia ratio eſt, qa minus ibi uexantur à ſpiritibus immūdis. unde in cœmeterijs dicit̄ eſſe requies defunctorum, ut xii. quæſtione ſecunda, aurū. lex tamen alia cōſideratione ꝑcepit, ne corpora in ciuitate ſepelirentur, ne ciuitas corrumperetur fœtore, ut C. de reli. & ſump. fu. l. mortuorum. & eſt hic argu. quod ibi potius ſepeliendi ſunt homines, ubi eſt maior concurſus populorum, & in cathedralibus eccleſijs. ut ſ̄. ead. ubicunque.

[e] NVllus. Fideles. Vocant̄ laici hic fideles à fidei uirtute, ita ut faciant miracula. Alij intelligūt à fide baptiſmi. ſecundum hoc intellige C. de ſacroſan. eccle. l. ii. uel dic qd' omnis Chriſtianus poteſt ſepeliri in eccleſia, ſed non gētilis, ut ĩ. de conſecra. di. j. eccleſiam. ij. & hoc intelligas niſi alias in mortali deceſſerit, uel impœnitens, uel niſi eccleſia interdicta ſit, uel niſi ſint torneamentarij, quib. propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. extra de tornea. ca. primo. & extra de rap. ſuper eo.

[f] NOn æſtimemus. Sacrificijs. aut ieiunijs parētum: ut ĩ. ea. c. animæ.

[g] Quia non diſcernimus. argu. ꝙ ratione dubitationis melius eſt totum & ſuperfluum facere, quam nihil facere, uel etiam aliquid omittere. ſic xlii. diſtinct. quieſcamus. xxiiii. quæ. iij. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt, quæ alias eſſent illicita, ut extra de ſepult. ſacris. extra de uſur. in ciuitate. xj. quæſt. iij. nolite. Et ratione dubitationis poſſum uendicare incertā partem, uel rem. ff. de rei uendi. quæ de tota. & nummos meos non poſſum uendicare, ſi ſint miſti alijs. ff. de ſolu. ſi alieni.

[h] Omnibus. Infra eadem, pro obeuntibus. contra. Solutio. eccleſia ꝓ omnibus uiuis, ſiue bonis ſiue malis po-

---

Exhædræ hodie dici, quæ ſunt loca, quæ in periſtylijs canonicorū, aut monachorū. i. clauſtris uulgo capitula dicuntur. Vide Budæū in annota. prioribus ad l. ſi uero. ff. de ijs, qui deiecerūt.

Sepeliant̄ corpora ĩ eccleſijs aut cœmeterijs.

† lib. v. dialo. ca. iiij.

Hęc ſententia fuit Laurē. & Hug. Sed qd' ſequit̄ fuit ſnia B. Iſi. quā Hu. reprobat.

Dubitationis ratione fiūt aliqua.

Eccleſia an poſsit pro omnibus orare.

: De hoc & no. xj. q.iij. ſi qs eps. & ibi dixi. Arc.

lis poteſt orare generali ſiue ſpeciali oratione, ¹ & pro Iudæis & paganis ut cōuertantur, quia de nemine eſt deſperandum, dū eſt in uita iſta, ut j. de pœ. diſt. vii. nemo. Sed pro paganis uel Iudæis mortuis non eſt orandum, nec pro catechumenis, ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, ut hic dicitur, & xxiij. q. iiij. ſicut. & hoc ſiue ſint damnati, ſiue non, dum tamē hoc nō conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandū pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos, ſic loquitur illud ca. pro obeuntibus. ſed pro illis qui nō ſunt damnati, oratione ſpeciali & gñali oramus licite, niſi ſint ualde boni, ut j. e. tempus.

a Cum ille. Scilicet ſpiritus.

b Vt reſurrecturo. Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, &c. eſt ergo hoc ſignum, quod credamus futuram reſurrectionē, ut j. ead. habent.

Superfluum uideretur & uanum orare pro mortuis ſecūdū Lau. & hoc cōtinetur ſub iſto, &c. ſecūdum Lau. cuius fuit illa glo.

c Econtra. Contra id quod dicit, quod poſſumus orare pro mortuis.

I N præſenti.

d Iob. id eſt, coniugati.

e Daniel. Id eſt, uirgines, uel continentes.

f Noe. Id eſt rectores eccleſiarum. & hoc intellige, ſi deceſſerint in mortali. ſic xxv. diſtin. qualis.

Sed laborabit. Id eſt, punietur æternaliter.

Orandum nō eſt ꝓ his, qui in mortali peccato deceſſerūt Pſal. 48.

h P Ro obeuntibus. Pro impijs. Sed nunquid eccleſia orabit pro illis, quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur quod ſic: quia eis uiuis communicauit: ergo & mortuis, ut

Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quo pro illo fiat ſimiliter à ſuis.

Corpori autem humano quicquid impenditur, non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum effectū quo nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Vnde oportet ut quā diu pōt pro carne proximi curam gerat, cum ille [a] inde receſſerit, qui gerebat. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem non credunt, quantò magis debent facere, qui credunt, ut corpori, ſed tamē ut reſurrecturo, [b] & in æternitate manſuro, impenſum eiuſmodi officium ſit etiā quodammodo eiuſdem fidei teſtimonium.

Quod uerò quis apud memorias martyrum ſepelitur, hoc tantùm uidetur mihi prodeſſe defuncto, ut commendans eum etiā martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

Econtra [c] Hieronym.

Poſt mortē orationes uiuētiū mortuis damnatis nō proſunt.

CAN. XX.

I N preſenti ſeculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos adiuuari. cùm autem ante tribunal Chriſti uenerimus, nec Iob, [d] nec Daniel, [e] nec Noe [f] rogare poſſe pro quoquā, ſed unumquenq; portare onus ſuum.

Verùm hoc de impœnitentibus accipiendum eſt, de quibus propheta dicit: Non dabit Deo placationem ſuam, nec pretiū redemptionis animæ ſuæ. & ideo frater non redimet eum, ſed laborabit [g] in æternum, & uiuet adhuc in finem. De alijs aūt intelligi non poteſt.

Vnde Grego. † Papa Bonifacio archiepō.

In pœnitentia defunctis bona proſunt uiuentium.

CAN. LXXI.

P Ro obeuntibus quippe conſuluiſſe cognoueris, ſi liceat ꝓ eis oblationes offerri: ſancta ſic tenet eccleſia, ut quiſque pro mortuis uerè Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum faciat memoriam. Et quamuis peccatis omnes ſubiaceamus, congruit ut ſacerdos pro mortuis catholicis memoriā faciat & intercedat, non tamen pro impijs [h] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

Idem.

Animæ mortuorū quatuor modis ſoluuntur.

CAN. XXII.

A Nimæ [i] defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. Curatio uerò funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis ſunt uiuorum ſolatia, quā ſubſidia mortuorū. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio uilis aut nulla. Non ideo tamen contemnēda, aut abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeq; iuſtorum. ubi illud etiam ſalubriter dicitur, quanta poſsit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas uiuentibus & ſentientibus exhibemus, ſi neque hoc apud Deum perit,

xxiiii. q. ij. ſanè. arg. contra. xxj. qō. iij. Cyprianus. Reſpon. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, ut cum quis ſuſpendit ſe, uel præcipitat, aut alio modo ſe interficit, pro illo nō eſt orandum, ut xxiij. q. v. placuit. & q. viii. quicunq; clericus. ſecus ſi eſt dubium, unde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate, non oratur pro illo, ut extra de reliquijs. audiuimus. & xxiii. q. v. placuit.

† [redacted]

A Nimæ. CASVS. *Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod quatuor proſunt defunctis, ſ. oblatio ſacerdotum, preces ſanctorū amicorum eleemoſynā, et ieiunia cognatorū. In ſecunda parte dicitur, quod illa obſequia, quæ fiunt circa corpus mortui magis ſunt ſolatia uiuorū, quam defunctorum ſubſidia, non tamē ideo corpora defunctorū & maxime iuſtorū ſunt abycienda. Iſtud tamē ſeruitiū quod corpori īpēditur, apud Deū nō perit: multò magis eleemoſynæ, quam uiuentibus & ſentiētibus facimus, apud Deū perire non debet.*

i Animæ. Hoc ca. eſt quaſi pars illius, non æſtimemus.

Exani-

quod exanimis a hominum membris officij diligentia perſoluitur.

Item Auguſtinus in Enchiridio.

Ante diem iudicij ſacrificijs eleemoſynis mortui iuuantur.

CAN. XXIII.

TEmpus, quod inter hominis mortem & ultimam reſurrectionem interpoſitū eſt animas b abditis c receptaculis continet, ſicut quæque digna eſt, uel requie, uel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dum uiueret.

Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum uiuentium releuari, cùm pro illis ſacrificiū mediatori offertur, uel eleemoſynæ fiūt in eccleſia, ſed hæc eis proſunt qui cùm uiuerent, hæc ſibi, ut poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. Eſt enim quidam uiuēdi modus, nec tam bonus, ut nō requirat iſta poſt mortē: nec tam malus, ut ei iſta poſt mortem nō proſint. Eſt uerò talis in bono, ut hæc nō requirat: & eſt rurſus talis in malo, ut nec his ualeat cum hæc uita tranſierit, adiuuari. Quocirca omne hic meritum comparatur, quo poſſit poſt uitā releuari quiſpiam, uel grauari. Et poſt pauca. Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis d omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non ualde malis propitiationes e ſunt, pro ualde f malis etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, tamen uiuorum conſolationes ſunt. Quibus autē proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio, aut certè ut tolerabilior fiat ipſa damnatio.

9 *De obſeruatione autē tertij, ſeptimi, triceſimi, uel quadrageſimi diei quæritur, unde exordium ſumpſerit. Ambroſius in libr. de obitu Theodoſii Imperatoris dicit.* †

Quare certi dies in mortuorum cōmemoratione ſeruētur.

CAN. XXIIII.

QVia alij tertium diem, alij triceſimū alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt in officijs mortuorum, quid doceat lectio g conſideremus. Defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, ut ſepelirent eum. & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & completi ſunt xl. dies. ſic enim dinumerabātur dies ſepulturæ. & luxit eum Iſrael ſeptem diebus. hęc ergo ſequenda ſolennitas eſt, quam præſcribit lectio. ſic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt: quia planxerunt filij Iſrael Moyſen triginta dies & conſummati ſunt dies luctus. utráque ergo obſeruatio habet authoritatem, qua neceſſarium pietatis † impletur officiū.

Lugere autē & triſtari tā pro noſtra, quàm pro aliorū morte Cyprianus prohibet, dicens: †

[redacted]

Ieiunium plus prodeſt uiuis [redacted]

a Exanimis. Id eſt, exanimatis, id eſt, mortuis. & eſt hic argu. quod magis meretur homo impendendo aliqd uiuis, quā mortuis. Vnde patet, quod ſicut ieiunium alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiuniū ꝓdeſt uiuo, quod concedo, ſi ille eſt uicine coniunctus illi: ut dixi lxxxiij. diſtinct. c. presbyter. in glo. & ita.

b Tempus. Animas. non ſumme bonas. nam tales credo ſtatim ad cælos uolare, iuxta illud: Gaudent in cælis animæ ſanctorum. xxv. diſti. c. ſanctorum.

[redacted]

c Abditis. Id eſt, locis nobis occultis. Ex his uerbis uidetur, quod Auguſtin. dubitabat quo animæ defuncto- rum recedant, cum infernus ſit ſub terra, & cælum ſit ſupra: ut xxiij. q. iiij. c. hæc autem.

d Pro baptizatis. [redacted]

e Propitiationes. id eſt, ut Deus propitius ſit eis.

f Pro ualde. Hic Auguſti. diſtinguit quatuor genera hominum, ſcilicet ualde bonos, & ualde malos, mediocriter bonos, & mediocriter malos. Pro ualde bonis non eſt orandum. iniuriam enim facit martyri, qui orat ꝓ martyre, ut extra de cele. miſ. ca. cum Marthæ. §. ult. Item nec ualde malis proſunt [redacted]

Hoīm genera quatuor ſunt.

[redacted] licet argu. contra. ſ. ead. c. pro obeuntibus. Sed pone quod aliquis dat eleemoſynam pro eo, qui deceſsit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus. eleemoſynæ, uel orationes proſunt talibus ad mitiorē pœnā, ut hic dicit, ergo aliquantulū de pœna ſublatum eſt. Ponamus quod centeſima pars pęnę ſit ſublata per unā eleemoſynā. ſi ergo dētur centum eleemoſynæ, tota pęna erit remiſſa. ergo iſte liberabit, qd hic negat. Ad hoc dico, & ſi prima eleemoſyna tollit centeſimā partē pœnæ, ſecunda eleemoſyna etiā tollit tantā pœnam, ſed non tantam in quantitate, ſed tantam in ꝓportione, & ſic ſemper aliqd remanet de pœna: & ſic ſoluo illud, quod obijcitur de indulgētijs, quod ſi propter oblationē unius denarij tollitur, quarta pars peccatorū mortalium uel uenialium, per oblationem ſecūdi denarij tollitur tantum proportione, non tantū in quantitate: & ſemper aliquid remanet, licet omne argentum effunderetur.

De obſeruatione. Hæc eſt nona pars quæſt. in qua continetur, quod in ſeq. cap. declaratur. Io. de Fantu.

CASVS: *Dictū eſt. ſ. quod ſacrificia, uel eleemoſyna & huiuſmodi fiunt ꝓ mortuis, ſed quia hæc obſeruātur circa diuerſos dies: iō unde ſumpſit initiū talis obſeruatio, uideamus, et ꝓpter hoc inducit ſe. c.*

g Quia. Lectio. Scilicet Geneſis 50. cap.

Lugere. Hic incipit x. pars q. in qua ꝓbat ꝑ quatuor

Eleemoſynæ defunctis proſunt.

Hoc uult dicere. prima eleemoſyna tollit cēteſimā toti⁹ pęnę, ſecūda nō totius centeſimā, ſed reſiduum, & ſic de aliis & ſic etiā intelligit qd ſ. dicitur. Arch.

Gene. 50.

Deu. 34. c

† Scilicet humanæ cōſolationis & offi[cij] humanitati debiti, ut docet Ambro. in li. de Abraham patriarcha. & Ioan. Chryſoſt. c. ubicunque. ſ. ea.

† Sermone iiij. de mortalitate.

quatuor capit.quod non debemus plangere mortuos ex diffidentia tanquã non debeant reſurgere. Io. de Fantu.

CASVS. *Supra facta eſt mẽtio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendũ,& quod lugere nimiũ ex deſperatione futuræ reſurrectionis nõ licet, ſed intuitu pietatis licet. ut infra ead. cap. habent.*

Q Vam præpoſterum.
a Poſtulemus. cum dicimus, fiat uoluntas tua. & eſt argu. quod opere id complere debemus, qđ uoce proteſtamur. diſtinc.xxiij. capit. pſalmiſta.
b Inuiti ſic xxiij.q. v.ca.ad fidem. & ſic eſt arg. quod nõ debemus conſequi cõmodum ex eo, quod inuiti facimus:ut ff. ad Treb. l. ſi ꝑroni. §.ij. ſic. xvij. q.iiij. cap. ſunt qui opes. viij.q.j.ca.ſciendũ.
c V Bicunq;. Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus, Quæ genuit: cælo tegitur qui non habet urnam. argu.contra. Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.
Pſalm.23. d H Abent. Neſciunt.i.non credunt Ioan.
Q Vi diuina. Religioſis. Illi.n.magis tenent abſtinere ab huiuſmodi, quam laici.
De mortuis. Hęc eſt undecima pars quæſtio. ſecundum Ioan.de Fant.
Defuncti utrũ ſciãt quæ hic aguntur. f Sciant. mali neſciunt, niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni, qui adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc nõ fruuntur uiſione Dei ut J. ead.
1.Theſ.4.

Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus.

CAN. XXV.

Q Vàm præpoſterum eſt, quamq; peruerſum, ut cum Dei uoluntatem fieri poſtulemus [a] quando euocat nos Deus & accerſit nos de hoc mũdo, non ſtatim uoluntatis eius imperio pareamus; obnitimur & reluctamur: & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum domini cum triſtitia & mœrore perducimur exeuntes iſtinc neceſsitatis uinculo, non uoluntatis obſequio:& uolumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem uenimus inuiti. [b] Idem: Nobis quoque ipſis minimis & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter atque manifeſtè de Dei dignatione præceptũ eſt, ut conteſtarer aſsidue, ut publicè prædicarem fratres non eſſe lugendos acceſſione dominica de ſeculo liberatos: cùm ſciamus non admitti, ſed præmitti recedentes: præcedere, ut proficiſcentes & nauigantes ſolent.

Item Ioan. Chryſo. in epiſtola ad Hebræos.

Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit.

CAN. XXVI.

V Bicunq; [c] ſepeliamur, domini eſt terra, & plenitudo eius, ſecundùm quod oportet fieri efficiatur. lugere autẽ & deplorare & lamentari eos, qui ab hac uita decedunt, ex puſillanimitate contingit.

Hoc autem èx deſperatione futuræ ſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini: ſed addidit, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Pietatis nanque affectu & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur, ſicut nonnullos ſanctorum aliorum exequijs pias lacrymas impendiſſe legimus.

Hinc etiam Anaſtaſius papa.

Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent.

CAN. XXVII.

H Abent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſationem, qui uitam alteram neſciunt, [d] qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum, non confidunt. Nos autem qui hoc credimus & docemus, triſtari nimium de obeuntibus nõ debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra hoc quod quiſq; prædicat, quærere iuſtitiam amans dicente Apoſtolo: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.

Item ex concilio Toletano tertio.

De eodem. CAN. [illegible]

Q Vi diuina uocatione ab hac uita recedunt, cum pſalmis tantummodo & pſallentium uocibus debent ad ſepulchra deferri. Sufficiat autem, quòd in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet & nos Apoſtolus ſanctus lugere defunctos, dicens: De dormientibus autẽ nolumus uos contriſtari ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Et dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad huius uitæ ærumnas plorauit reſuſcitandum. Si autem poteſt hoc epiſcopus omnibus Chriſtianis prohibere, non moretur agere. Religioſis [e] autem omnino aliter fieri non debere cenſemus: ſic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorũ. 1. Theſſ. 4.c Ioan.11.c

11 *De mortuis aũt quær'i, utrũ ſciãt* [f] *ea, quæ à uiuis gerũtur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait: Abrahã pater noſter neſciuit nos.* Eſaie.6 3. *Auguſtinus quoq; in lib. de agenda cura pro mortuis illud* [illegible] *teſtatur, dicens:*

ca.fatendũ. ſed boni qui fruuntur uiſione Dei, ſciunt quid agatur hic iuxta illud Gre. Quid eſt, quod neſciant, qui uidentem omnia uident? [1] Et alij dicunt, quod boni dicuntur ſcire omnia quæ ſunt eis neceſſaria.
g Neſciuit. quia nõdum erat hoſtia oblata [2] per quã aperta fuit ianua paradiſi, ut ex. de baptiſmo. maiores. Ioan. Fatea-

[1] c. 22. li. 4. part. ij. char. 441 parti ij sim preſtorũ.

a F Atendū. Credunt, & malè quia ſunt phantaſmata, ut xxvj. q.v.c. epiſcopi.

De his autē. Hæc eſt. xij. pars qō. ſecūdum Io. de Fan.

Sepeliri poſſunt ſuſpenſi.

b Q Væſitū. In patibulis. licite ergo ſepeliūtur ſuſpenſi & concremati, dūmodo hoc fiat authoritate principis: ut. ff. de cadau. l. ij. & nō eſt cōtra. xxiij. qō. v. c. placuit. Quæri cōſueuit quare liberet ille qui fugit ad eccleſiā, & nō ille qui recipit corpus Chriſti, cū corpus Chriſti maius ſit omnibus, ut de conſec. diſt. ij. c. nihil? Reſp. quia corpus Chriſti eſt cibus aīæ, & nō corporis, ergo aīam liberat, & non corpus. Vel dic ꝙ priuilegium eccleſiæ eſt, & nō debet trahi ad conſequentiam, ut j. xvij q. iiij. ſicut. nec aliquod priuilegium trahēdū eſt ad cōſequentiā. vij. q. j. c. petiſti. & xvj. q. j. c. hinc.

Eccleſia, & nō corpus Chriſti, protegit malefactorem.

2. Co. 12. a

[redacted]

C Anonici cuiuſdā. c Sua repetere. Oēs clerici, qui hñt propriū uel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi non hñt ꝓpriū, nō poſſunt, ſꝫ bona eccleſiæ ſuæ repetere, pñt, ſi ſunt ꝓlati, uel ſi prælati non ſunt, de mādato ſuꝑioris poſſunt ea repetere, ut xvj. q. j. c. monachi. ij. Itē omnes clerici poſſunt agere ꝓ miſerabilibꝰ ꝑſonis de mādato ſuperioris ut lxxxvj. diſt. ca. peruenit.

Clerici an poſsint ſua repetere.

Q Vod aūt. CASVS. *Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur*

Mortui an ſe neſciunt, quid hic à uiuis geratur.

CAN. XXIX.

F Atendum eſt neſcire quidē mortuos quid hic agatur, dū hic agitur poſtea uerò audiū ab eis, qui hinc ad eos moriēdo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur etiā iſti meminiſſe: & quæ illos, quibus hæc dicantur, oportet audire. Poſſunt & ab Angelis, qui rebus, quæ hic aguntur, præſtò ſunt, audire aliquid mortui, quod nūc quēq; illorū audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. Multi quoque ad uiuos aliquos ex mortuis uenire credunt, a ſicut econtrario Paulū ex uiuis in paradiſum raptū eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

11 De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur an iuxta eccleſias ſint ſepeliendi?

De quibus etiam in Maguntinen. cōcilio ita ſtatutum eſt.

Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur.

CAN. XXX.

Q Væſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis b ſuſpēduntur, pro ſuis ſceleribus poſt confeſsionē Deo peractam, utrū cadauera eorū ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & miſſæ celebrandæ, an non? Quibus reſpondemus: ſi de omnibus peccatis ſuis puram confeſsionem agentibus, & dignè pœnitentibus cōio in fine ſecundū præcepta canonū danda eſt: cur canones cōmunionē, uel, ſepulturam eis interdicunt, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluūt, & confitenē uel cōfiteri deſiderant? Scriptū eſt enim: Nō iudicat Deus bis in idipſum. Nahum. 1. c.

PALEA.

F *Vres & latrones, ſi in furando, aut de prædando occidātur: uiſum eſt quòd pro eis non eſt orandum: ſed ſi comprehen ſi, aut uulnerati præsbytero aut diacono cōfeſſi fuerint, confeſsionē eis nō negamus.*

De eodem.

CAN. XXXI.

S I fur aut latro captus fuerit, & abſque occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur: quia ad imaginē Dei creati, & baptizati ſunt nomine eius, interfectores eorum quadraginta diebus pœnitentię ſubiaceant: intrent in eccleſiam ueſte induti ab eſcis & potibus interdicti ſint: à toro & gladio & equitatu abſtineant: in tertia & quinta feria & ſabbato aliquo genere leguminum & olerum, pomis & paruis piſciculis cū mediocri ceruiſia uicisſim utantur & temperatè. ſi autem à ueridicis comprobatur teſtibus, quòd ſine odij meditatione ſe ſuaq; liberando diaboli membra interfecerint, & pariter pœniteant: pœnitentiam pro homicidio eis nō iniungimus, niſi ipſi uoluerint aliquid humanitatis facere. At ſi presbyter eſt, nō deponatur: cunctis tamen diebus uitæ ſuæ pniam agat.

CAVSA XIIII.

C *Anonici cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem mouent de prædijs: teſtes ex fratribus ſuis producūt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum mercibus emolumenta acciperent.*

1 *Hic primùm quæritur, an liceat eis ſua repetere.* c

2 *Secundò, an illi teſtes ſint audiendi.*

3 *Tertiò, an illud ſit uſuras exigere.*

4 *Quartò, an liceat clericis, uel laicis à quolibet uſuras expetere.*

5 *Quintò, an eleemoſynæ de uſuris fieri poßint.*

6 *Sextò, an uſurarij pnīam agerē ualeāt, niſi ꝙ malè acceperūt reſtituāt.*

QVAESTIO I.

Q *Vòd autē ſua repetere nō poſſint, facilè uidetē ꝓbare. Ait*

X

quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certũ eſt quod omnes, qui renuntiauerũt proprijs, cum nihil habeant, ſua repetere nõ poſſunt, nomine tamen eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt & eſſe in iudicio: ut xvi. q. i. c. monachi. clerici uero ſeculares & oẽs, qui non renũtiauerunt proprijs, ſua repetere poſſũt quia neque lege, neq; canone prohibetur. Et procedit hoc ordine Gratia. in hac qõne. Primo probat quinque authoritatibus, quod laicis ſua repetere nõ licet & hoc duabus domini; et alia apoſtoli, quarta Greg. quinta Cartagi. cõcil. Tãdẽ allegatis reſpõdet, duplicẽ adhibẽdo ſolutionẽ. et ita omnia plana ſunt uſq; ad §. ſicut ergo.

Mat. 19.c — Luc. 18.d — Mar. 10.c. — Mat. 5.f

enim dominus in Euangelio: Si uis perfectus [a] eſſe, uade, et uende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Quia ergo iſti iter perfectionis arripiunt, nõ licet eis ſua habere. multo ergo minus licet eis repetere: quia nõ debet repeti, quod poſſideri [b] nõ licet. Itẽ. Si quis uoluerit tibi tunicam tollere, et in iudicio tecum cõtendere, dimitte ei & palium. Itẽ Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios: Secularia igitur iudicia, ſi habueritis, [c] omnino peccatum eſt in uobis. Item. Gregorius exponens, Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius [d] redigar poteſtate inquit. Cũ mens concepta deſideria ſequitur, ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.

1. Cor. 6. a — Ibid. 6. c

Item ex concilio Carthaginenſi quarto. †

† cap. x.

Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget.

CAN. I.

EPiſcopus nec prouocatus [e] pro rebus tranſitorijs litiget.

Quia ergo [f] generaliter perfectis prohibetur in iudicio cõtendere, patet quòd iſtis nõ licet ſtare coram iudice. His ita reſpõdetur. Prohibeẽ perfecto in iudicio ſtare captãdo lucrũ, ſed non euitando damnũ. Vel aliter. Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua, quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. utuntur enim rebus eccleſiæ non ut ſuis, ſed tanquam ad diſpẽſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in libro de uita contemplatiua, Sacerdos cui diſpenſationis cura cõmiſſa eſt, &c. require in cauſa eius à quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebaẽ. Sicut ergo iſti non ſua poſſident, ita nec ſua repetũt, ſed res eccleſiæ quarũ procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibentur contendere, ſic intelligendũ eſt, uidelicet ut non ſibi ſtent coram iudice, ſed alijs. Alijs autem corã iudice aſtitiſſe, & pro eis iudicẽ interpellaſſe nõnullos ſanctorũ [g] legimus. hi aũt nõ ſibi ſtãt, ſed pauperibus, quorũ neceſſitatibus profutura repetũt: & ita non prohibentur ſtare coram iudice. Illud uerò Euãgelij. Si q̃s abſtulerit tibi tunicã, &c. nõ eſt ꝓcipiẽtis, ſed exhortãtis,

[a] Perfectius. id eſt ſine mortali peccato, & ſine ueniali. nam curã propriorum nõ poſſumus habere ſine peccato: ut xxv. diſti. c. qualis.

[b] Poſſideri. ſimile eſt iij. q. j. c. De §. patet. unde hæreticus nõ pōt petere reſtitutionẽ aliquorum: quia nihil proprium pōt poſſidere: ut ĩ. diſ. viij. quo iure. & xxiij. q. vij. c. j. & ij. nec laicus pōt repetere decimas, q̃a eas nõ pōt poſſidere: ut extra de pſ. cauſam. Ad hoc. n. ut quis poſſit aliquid repetere, requirit ꝙ fuerit in poſſeſſione iuris uel facti: ut extra de reſti. ſpo. ex parte. Vñ nõ ſufficit probare ſpoliationẽ, niſi probauerit ꝙ poſſederit: ut extra de offi. deleg. cõſultationibus. Vnde patet ꝙ quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de app. ſignificauerunt. & extra de reſtit. ſpol. olim. Inuenio tamen, ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non pōt. nam petitur reſtitutio conſanguineæ, cũ qua de iure quis non poteſt commiſceri: ut extra de reſti. ſpo. literas. Item ſeruus petit reſtitutionẽ rerum domini abſentis, quas de iure poteſt poſſidere: ut C. ſi per uim uel alio modo. l. j. ſimiliter uxor pōt petere res a uiro ſibi datas, ſi ſpoliata eſt: quarum rerũ dominium non pōt hr̃e. ff. de ui & ui ar. l. j. §. deijcitur. Itẽ habẽs plura ſtipẽdia petit reſtitutionẽ alicuius, cũ tamẽ de iure nõ poſſit illud poſſidere cũ alijs. ut extra de ꝑbẽ. referente. Ioã. Ego credo ſaluo meliori cõſilio ꝙ laic⁹ ſpoliat⁹ decimis pōt peteẽ reſtitutionẽ cũ latro reſtituaẽ: ut ex̃. de reſt. ſpol. in literis. cũ laici quotidie poſſideãt [f] decimas ex tolerãtia ꝓlatorũ: ſec⁹ in hæretico, cũ ſit excõicatus, ut ex̃. de hære. excõicamus. & decre. illa, cãm. dicit detineẽ, & nõ poſſidere. B.

Reſtitutionẽ quãdoq; petit qui poſſidere nequit.

Laicus poteſt decimas petere, quibus ſpoliatus eſt.

[f] De facto. quod dic. ut no. xvj. qõ. vij. cap. j. Archid.

[c] Habueritis. iniurioſè, ita ut ſcãdala gemini ꝓpter hoc.

[d] Sub nullius. i. ſub rei t̃palis prãte nolo redigi intẽ, ut aliquẽ offendã, iuxta illud: Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor. ut ex̃. de uerb. ſig. c. intelligẽtia.

Horatius

[e] EPiſcopus. Prouocatus idest in iudiciũ uocatus. debet. n. p aliũ litigaẽ, ut no. v. q. iij. c. ult. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, nõ debet eã fouere, ſicut nec tutor pupilli, ut ff. de admi. tut. l. quoties. §. ſicut autẽ.

[f] Quia ergo. reqre ĩ. j. q. ij. c. ſacerdos.

Sicut ergo. CASVS. *Concludit Grati. ex ſupradictis, quod clericis ſua repetere non licet. poſtea reſpõdet dupliciter allegatis. Et primo ſic. ſ. quod pfecti nõ debent contendere in iudicio captãdo lucrũ, ſed uitãdo dãnũ poſſunt eſſe in iudicio. Secũdo dicit, qđ licet clerici regulares ſua repetere nõ poſſunt, cũ nihil habeãt, tamẽ res eccleſiaſticas tanquã cões, quarũ procurationẽ gerunt, repetere nõ prohibẽtur: qui in iudicio cõtendere poſſunt, nõ ſibi, ſed alijs. ſ. pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.*

[g] Sanctorum. ĩ. xij. q. j. c. expedit.

Quod

Vnde Auguſtin. ait.

Peccat, qui ultra debitum exigit, nõ qui ſibi debita repoſcit.

CAN. II.

QVod debetur [a] & ſi benignè remittitur, non tñ iniquè repetitur: peccat aũt qui exigit ultra [b] debitum: ideoque lex modum fingẽs, pœnã talionis [c] inſtituit, ſed tu eò longè es à peccato iniuſti exactoris, quò omnino non exigis debitum ideoq; bon⁹ magiſter ait, Qui te percutit in unam maxillam, præbe ei & alterã. præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitũ ab eo, q nullũ [d] hẽt debitũ. [e] Sic [f] & cætera [g] accipias.

Idem de ſermone domini in monte.

De eodem.

CAN. III.

QVisquis præceptis non obtemperat, reus eſt & debitor pęnæ. & paulò pòſt. Præcepto domini non obedire, peccatum eſt. & conſilio ſi uti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis.

Item Gregorius in epiſtola ad Iouinianum.

Quod præcipit, imperatur: [h] qđ imperat, neceſſe eſt fieri: ſi nõ fiat: pœnã hẽt. ubi conſiliũ datur, offerentis arbitriũ eſt. ubi præceptũ, neceſsitas eſt ſeruientis, ut obediat: uel imperantis, ut ei obediat.

QVAESTIO II.

DE eo autem, quod quæritur, an de ſuis fratribus [i] teſtes ꝓducere poſſint, multis authoritatib. eſſe vr̃ ꝓhibitũ. Leges. n. tã ſacrorũ canonũ, quàm ſeculariũ principũ prohibent aduerſum aliquẽ teſtẽ de ſua domo produci. Contra ſe. n. quiſq; teſtari põt, pro ſe uerò minimè. Quia ergo iſti producũtur, ut pro ſcipſis teſtimoniũ ferant, (non. n. utilitatis ſuæ eccleſiæ ſe penitus immunes arbitrantur futuros) patet ꝙ eorũ uox in talibus nõ eſt audiẽda. Sed diſtinctio hæc, & teſtium examinatio in criminalibus cauſis ſeruãda eſt: in ciuilibus aũt nõ uſq; quaq;. In criminali. n. cã nõ licet teſtẽ de ꝓpria domo produci: in ciuili autẽ prælatis eccleſiæ licet.

Vnde Paſchalis ij. Guidoni archiepiſcopo Vienenſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens:

Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt.

CAN. I.

SVper prudentia tua plurimùm admiramur, quòd in negotio beati Stephani [k] clericorum ipſorum accepta

---

[a] QVod debetur. Ex aliquo maleficio: uel intellige ex quolibet debito.

[b] Vltra. Videtur ergo ꝙ non poſsit licite peti pœna dupli, uel quadrupli à fure, ut no. xij. q. ij. c. in antiquis. quod concedit H. ſed non eſt ita, quia hoc habetur ex canone, ꝙ peti poſsit xj. q. ij. c. in legibus.

[c] Talionis. Cõtra delinquẽtem, ſ. ut cãta ſatisfactio petatur ab eo, quãta iniuria pręceſsit: ut xxiij. q. iij. c. ſed differentiæ. uel loquitur de pœna talionis infligẽda actori, qui iniuſte litigat, & quia calũniose agẽs punit in ſumptibus litis ut extra de pœ. calumniam.

[d] Nullum. Scilicet quo ipſe teneatur alijs. Vel aliter id eſt, nulli vult ſoluere pœnã pro peccato debitam.

[e] Debitum. Id eſt, pœnam debitam ex peccato.

[f] Sic &. Hic eſt §.

[g] Cætera. Id eſt. ꝙ omnia ſunt cõſilij, [l] ſicut illud, q percuſſerit te in vnã maxillã, &c.

[h] QVisquis. Quod pręcipitur, imperatẽ. Hic Gregorius innuit differentiã inter præcipere et imperare. [i] nã alias Auguſt. dicit ꝙ Cæſar precipit, faciendũ eſt: quod imperat, tolerãdũ eſt ut xxiij. q. j. c. militare. Item inter mãdatũ et præceptum uidetur eſſe differentia: quia finitur mãdatũ morte mãdatoris, ut extra de offic. deleg. c. relatum. ſed præceptũ non, ut in auth. ut nulli indi. §. & hoc uero iubemus. colla. ix. Item quãdoq; ea, quę ſunt præcepti, conſulũtur: ut xxviij. quæſtione j c. ſic enim. Quandoque etiã quæ ſunt mandati, præcipimus: ut ſic æquiparentur præceptum & mandatum, ut C. de actio. & oblig. l. ſi quidem. Item quandoque uerbum rogandi pro uerbo præcipiendi ponitur: ut xj. quæſtio. iij. rogo.

[i] DE eo autem. An de ſuis fratribus. In cauſa criminali nũquam admittũtur domeſtici: ut iij. q. v. c. j. niſi in duobus caſib⁹ ſ. cum canonici accuſant pręlatũ ſuum ut ij. q. vij. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatẽ: ut xxxv. q. vj. c. j. ſimiliter in cauſa ciuili nõ admittitur domeſticus. iiij. q. iij. etiã ciuili iure. Itẽ etiã niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ: ut j. ea. c. j. extra de teſt. inſup. Similiter ad ꝓbãdũ cõſanguinitatẽ admittit domeſticus: ut xxxv. q. vj. c. j. ſiue agat ad cõtrahẽdũ, ſiue ad dirimẽdũ mr̃imoniũ: ut extra q̃ mat. acc. poſ. c. uidet. Sed ꝓ alio impedimẽto mr̃imonij domeſtici non admittuntur, et ſi uelint ꝓbare affinitatẽ: ut extra de teſt. c. i literis. Io. Sed cõtra uidet dicere decr. extra de teſti. c. ſuper eo. & ſic de facto ſeruat, & in illa decr. in literis. ſuſpicio erat contra eum, quia ſteterat cũ uxore per ſeptem annos, & etiam ibi ſuper affinitate inducebantur domeſtici, præterea ut notauit ibi T. familiares ſui erãt uel domeſtici, quibus imperare põt ratione dominicæ uel patriæ poteſtatis. alias domeſtici bene admittunt. B.

[k] SVper prudẽtia. Stephani. Vnus canonic⁹ poteſt inducere in teſtimoniũ ſuũ contra canonicum cõtra eiuſdẽ eccleſiæ canonicos: quia non eſt magis domeſticus uni, quam alij & par affectionis cã ſuſpicionem excludit: ut ff. de ritu nup. l. nõ ſolũ. §. j. ſicut & põt ipſum inducere cõtra ſuũ pręlatũ ut ij. q. vij. c. lator. Sed nunquid põt eum inducere contra canonicum alterius eccleſiæ? H. dicit ꝙ non. Tu potes dicere ꝙ ſic: quia non eſt domeſticus iſtius, ſed eccleſię tantum. ſimiliter prælatus poteſt induci in teſtẽ pro

Par ad pœnã dupli uel quadrupli poteſt conueniri.

li. xix. cap. xxv. cõtra Fauſtum.

De hoc not. xij. q. ij. fraternitas. ibi uideas. & facit ad hoc extra de ſen. excõ. quãuis. & cap. ca noſcitur ubi plene de hoc nota. per Hoſt.

Matt. 5. a

... præcipere & imperare differunt.

[l] Iſtam gl. approbat & dicitã uerã & notabi. Alexã. de Imol. in l. more. col. x. ff. de iuriſ. om. iudic. & per Spec. in tit. de iud. de leg. §. reſtat. ad fi. j. col & in tit. de le. § finit uer. ſed pone de facto.

[i] Ope exceptionis: ut dicam xviij. q. ij. dudũ. ibi uideas. lxiij. di. principali. Archidia.

[s] Alij cõtra 4. q. 5. etiam ciuili iure. nã mercenarij ſunt domeſtici ff. de pœnis. reſpiciẽdũ §. furti. C. de his qui ad ec. confu. præſenti. Archi.

Canonicus pro canonico teſtificari poteſt.

† Ad idē de uer. ſignifi. princeps. C. de dig. ius ſenatorum. ſed cōtra, quia executores negotiorū & adminiſtratores ī eiſdē negotijs teſtes eē nō poſſunt. ff. de teſti. mandati. Arc.

eccleſia ſua: dum tamen alius conſtituatur, qui nomine eccleſiæ agat: ut extra de teſti. c. inſuper. ¹ nec dicuntur iſti ferre teſtimonium in propria cauſa: quia cauſa eccleſiæ non eſt cauſa ſingulorum: ut xij. q. ij. c. quī manumittitur. Sic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamenti, in quo aliquid ei relictum eſt, ut inſtitu. de teſta. §. legatarius. Sed nōne talibus imperatur ab eccleſia? ergo non poſſunt eſſe teſtes ꝓ illa: ut iiij. q. iij. c. idonei? Sed iſtud eſt in fauorem religionis. nam contra rationem pro religione iudicatur, ut ff. de reli. & ſump. l. ſunt perſonæ. ſed licet dicam, quod unus canonicus pōt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici, non tamen dico ꝙ poſſit eſſe iudex ſuus cōtra extraneum: quia minor cauſa repellit aliquem à iudicio, & à teſtimonio: ut extra de offi. deleg. capi. cum. R.

a Tractauerunt. Quia ea quæ in capitulo geſta ſunt melius poſſunt ꝓbari per canonicos, quā per alios: ut extra de teſt. c. ueniens. in fi. licet lex dicat alias inter domeſticos facile quid confingi poſſe pro negotij qualitate: ut C. de dona. l. data.

b Et uiſu. iij. q. ix. cap. teſtes.

Poteſt. Iſte § diuiditur in duas partes. In prima ſoluit aliter, quā ſuperius dixerat, dicens ꝙ domeſtici ad teſtimoniū non admittūtur pro eo, cuius ſunt domeſtici. ſupradicti autem clerici nō pro domeſticis admittūtur, ſed ꝓ eccleſia, q̄ mater eſt omniū. In ſecūda parte dicitur ꝙ presbyteri in contractibus ſecularium non debent ad teſtimonium uocari, ſi tamen caſu interfuerint, epiſcopo iubente teſtimoniū ferre poſſunt, ut in ſeq. c. docetur.

c Qvanquam. Non rogentur. an poſsit clericus cogi, notaui ij. q. vj. c. ſtatuendum.

d Euentu. Supra iiij. q. iij. c. ad fidem.

re nolueris teſtimonium. Diuerſæ nanq; ſunt ſpecies cauſarum, nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus ſiquidem accuſatorum & teſtium illa diſtinctio obſeruanda eſt, quæ in canonibus continetur, ne qui ad probationem domeſtici aſſumantur. Cæterùm in poſſeſsionum uel huiuſmodi negotijs hi potiſsimùm aſſumendi ſunt, qui eadem negotia tractauerunt, a de quorum auditu & uiſu b hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo ijdem clerici idonei ſunt ad aſſertionē cauſæ illius, nullatenus remoueantur: ſed ſicut alijs literis deliberatum eſt, inter ſancti Ioannis, & ſancti Stephani canonicos lis illa plenius decidatur. Poteſt ēt intelligi aliter: domeſtici ad probationem non admittantur, ut pro his uidelicet quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant.

Hi autē (ſicut ſupra de actoribus dictum eſt) nō pro domeſticis, ſed pro eccleſia, quę mater eſt oīum pauperum, teſtimoniū dicant. In conficiendis aūt inſtrumentis ſeculariū negotiorū presbyteri nō uocentur ad teſtimoniū: ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit, iubente epiſcopo teſtimonium dicant.

Vnde in ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa ſtatutum eſt.

In conficiendis inſtrumētis ſacerdotes ad teſtimonium non uocentur.

CAN. II.

Qvanquam ſacerdotum teſtimonium credibile habeatur, tamen in ipſis ſecularibus negotijs pro conficiēdis inſtrumentis ad teſtimoniū non rogētur, c quia eos talibus rebus intereſſe nō cōuenit. Si aūt euētu d aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid uiderint uel audierint: e ubi nullę ad illud idoneæ ſecularium inueniantur perſonæ, ne ueritas occultetur: f & malus, ut bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, ut aut coram ſe g & competentibus h iudicibus, aut aliter i honorificè ueritatē teſtificētur.

QVAES. III.

Qvòd autē k præter ſummā emolumenta ſectari ſit uſuras exigere, Auguſtini authoritate probatur, qui in pſal. xxxvi. ſcribit dicens: †

Qui plus quàm dederis accipit, uſuras expetit.

e Vel audierint. Et hoc eſt in illis caſibus ubi teſtimonium ualet de auditu: ut iij. q. ix. c. ſi debitum.

f Occultetur. Iſtud eſt regulare, quod in defectum probationum quilibet poſsit cogi: ut extra de teſt. cog. ca. peruenit. imo talis admittitur, qui alias non eſt idoneus: ut iiij. q. iij. c. item ſerui reſpōſo. ſimile eſt lv. di. c. priſcis. & de conſe. di. iiij. in neceſsitate. & C. de hæreti. l. ult.

g Coram ſe. Sed qualiter teſtaī clericus coram epiſcopo, cum cauſa uerſatur coram laico iudice, cum continentia cauſæ diuidi non debeat: ut extra de ſeque. ad hæc? Reſpond. hoc eſt priuilegiū clericorum, quod non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, ſicut egregiæ perſonæ nō cogūtur corā quolibet iudice teſtificari, ut ff. de iureiurādo. l. ad perſonas. ²

h Competētibus. Scilicet, iudicibus eccleſiaſticis.

i Aut aliter. Id eſt ut committat epiſcopus aliquibus, qui excipiāt teſtimonia ipſorū. Io.

k Qvod aūt. Hic quęritur, an uſura ſit ultra ſortem aliquid recipere? Et certe ſic, niſi in quinque caſibus. Primo, in caſu fauore eccleſiæ. extra de uſur. ca. j. & cā. conqueſtus. Secundo, & cum fideiuſſor ſoluit ſortem & uſuras, poteſt uſuras petere, ut ff. de fideiuſſ. l. conſtitutus. Tertio, & cum pœna petitur præter ſortem: ut xij. quæſtio. ij. in legibus. Quarto, & cum petitur uſura tanquā intereſſe, ut dicam j. e. q. iiij. c. quoniam multi. & ff. pro ſocio. l. ſocius. qui. Quinto, & cū recipitur aliquid pro re, quæ non conſiſtit in pondere, numero, uel menſura, ſicut in locatione. Item in ſexto caſu ratione incertitudinis, ut extra de uſu. c. in ciuitate. & nō ſolum quodcūq; lucrum, ſed etiam ipſa ſpes facit hominem uſurarium: ut j.

Clerici ñ coguntur teſtificari.

² Ad idē [illegible] qd facere no debet laico. xxij. q. ul. c. ul. ſecūdū Io. de Fā.

Vſura aliquādo nō committitur. licet ultra ſortem quid accipiatur.

† Verſi. tota die miſeret.

ut j.ea.c.j.ſicut ſpes facit hominem ſimoniacum:ut j.q.iij.c.non ſolum. Ad intelligentiam aũt huius quæſtionis ſcias quod duo ſunt contractus,qui de natura ſui gratuiti ſunt, ut mutuum & cōmodatum. In mutuo certum eſt,& requirit quod ſit gratuitum : alioqui eſt uſura. Item ſi commodatũ nō eſt gratuitũ , non quidem eſt uſura, ſed tamen ſi aliqd recipit pro cōmodato, ſtatim deſinit eſſe cōmodatũ quia aut recipitur aliquid pro re ipſa aut pro uſu rei ſi pro re ipſa aliqd recipit,aut eſt pecunia,aut alia res. ſi pecunia, eſt emptio ſeu uẽditio.ſi alia res, erit cōtractus ꝑmutationis. ſi ꝓ uſu rei accipitur pecunia , erit cōtractus locationis.ſi res alia , erit cōtractus innominat[a],do ut des uel do ut facias . oẽs iſti cōtractus ſunt liciti laicis & cauſa negotiatiõis:ut lxxxviij.di.c.fornicari.Clerici tñ inquãtũ pñt debent abſtinere ab emptiõe & uẽditione: qa illud nõ facile fit ſine peccato: ut j.de pœn.di.v.c. qualitas . Tñ in cauſa neceſſitatis ꝑmiſſum eſt clericis negotiari , ut extra ne cle.uel mona.c.j licitũ tñ eſt clericis emere aliquã rudẽ materiã,& inde aliqd artificiũ facere, ſi eis ſua nõ ſufficiũt:ut xcj.diſt.c.clericus uictũ.& xxj.q.j.c.j.de conſec.diſt.v.c.nunquam. Et tunc non acquiritur lucrũ ex negotiatione,ſed ex artificio . talia enim lucra licita erant Apoſtolis:ut xxj.q.j.c.j.

Contractus duo ſunt gratuiti.

1 Adde hic Bal.in titul.C.de conſti.pe. in j.glo.& in l.iij . & ibi clarius per eundẽ Bal. & Salice.C.de exercito. Bal. in l.ij. in prin.C. de uſu rei iud.& in c. j.in v.col. de plus peti . late. per Salice . in authẽtica ad hæc. in xj. q̃one . C.de uſu. Iaſon in l. cunctos. in 24. col. uerſi. 6.& ulti. quæſto . C . de ſum. trin. Ioan.Cal. in conſil. xj . poſito ſub tit.de uſuris.do. Alexan.in conſ.30 j. quod incipit , uiſo proceſſu cauſæ uertentis inter Ioã.in alt. col.

2 ad cap. xviij.

Clerici an poſsint emere & uẽdere.

3 Periculo. l. ſi unus ex ſocijs . §. ſi unus . pro ſocio.

3 Vẽdere. puta locã

CAN. I.

SI fœnerraueris homini:id eſt, ſi mutuò dederis pecuniã tuam,à quo plus, quàm [a] dediſti expectes,nõ pecuniã ſolam, ſed aliquid plus quàm dediſti [1] , ſiue illud triticũ ſit,ſiue uinum,ſiue oleum ſiue quodlibet aliud, ſi plus quã dediſti expectes [b] accipere,fęnerator es , & in hoc improbandus , non laudandus .

Item Hieronymus ſuper Ezechielem,lib.vj. †

Quicquid ſupra datum exigitur,uſura eſt.

CAN. II.

PVtant quidam uſuras tantùm eſſe in pecunia [c] , quod prouidens diuina ſcriptura omnis rei aufert ſuperabondantiam,ut plus nõ recipias , quam dediſti . Item alij pro pecunia fœnerata ſolẽt munuſcula diuerſi generis accipere , & non intelligunt ſcripturam uſuram appellare , & ſuperabundantiam quicquid illud eſt , ſi ab eo quod dederint plus reacceperint.

Item Ambroſius de Tobia. †

Quicquid ſorti accedit , uſura eſt.

CAN. III.

PLerique refugientes precepta [d] legis [e] , cùm dederint pecuniam negotiatoribus [f] , nõ in pecunia uſuras exigunt , ſed de mercibus eorum tanquam uſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex [g] dicat † neq; , inquit,uſurã eſcarum accipies,neque omnium rerum. Item : Eſca-

SI fœnerraueris. CASVS. *Aliquis dedit pecuniam mutuam : & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitum fuit ab Auguſtino utrum ſit uſurarius ? Et reſpondet quod ſic .*

a Plus,quam.ſupple quod conſiſtit in pondere , numero,& menſura.ſed in equo & domo aliud eſt:quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum.& eſt ea ratio,quia in prædictis, quæ conſiſtunt in pondere numero & menſura , trãſfertur dominium:cum illud ſit mutuum . Vnde res illa ſtatim eſt periculo [3] illius qui recipit eam.unde inconueniens eſſet,ut nomine illius rei magis grauaretur. ſed domus & equus non ſunt periculo ſui.Vnde nõ eſt inconueniens , ſi alias grauetur pro re tali dando aliquid.ad hoc facit.ff.de iureiur.l.eum qui. Sed cõtra hoc obijcitur.Pone qd aliquis uendat uſum pecuniæ,& recipiat in ſe periculum pecuniæ.talis contractus nõ eſt uitioſus:quia cũ uſus ſit illius,qui uendidit,licite poteſt eũ uẽdere. [3] Et ſic habes quod aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniam,& aliud in hoc caſu : alias non . & hoc ideo,quia pecunia nõ deterioratur , ſicut aliæ res deteriorãtur. Item nõne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam,uenditor tenetur ei ad antidora : ut extra de teſt.c.cum in officijs.& ff.de peti. hęre.l. ſed & ſi. §.conſuluit . & naturaliter eſt ei obligatus ad aliam, quare ergo illam naturalem obligationem non poteſt deducere in ciuilem , ſcilicet ut pactum fiat pro illa danda,ad quam tamen tenetur : cũ ẽt talia pacta interueniãt in ſpiritualibus ad quæ alias qs teneť extra de præben. ca. ſignificatum.& extra de elect.cap.ſignificaſti.

b Expectes. Ex pacto ſecundũ quoſdam , uel etiã ſine pacto.qa ſola ſpes facit uſurarium,ut hic.Sed quid ſi mutuet eo pacto,ut ſibi etiã remutuet , cũ opus habuerit ? Nõ credo, quod illud poſſet deducere in pactũ : & ita hic naturalis obligatio nõ põt deduci in pactum. [3]

c PVtant. Pecunia . ſtricte ſumitur hic nomẽ pecunia. nam generaliter dicitur pecunia quicquid habes, ut j.q.iij.c. totum.

d PLeriq; . Præcepta. Nolũt quidam facere contra legẽ, ſed faciunt fraudẽ legi. Ille uero facit fraudẽ legi, qui obſeruat uerba legis, ſ; mẽtem eius circumuenit : ut ff.de legib.l.fraus . Fit fraus legi quatuor modis . De re ad rem:id eſt, quando in fraudem datur aliqua res , ut hic , & j.q.j ca. ſunt nonnulli.talis eſt fraus Macedoniani.ff.ad Macedonia.l.ſed Iulianus. §.mutui. Item de perſona ad perſonam,ut cum quis ſub perſona alterius exercet uſuram,ut xlvj.diſtinct.cap ſicut non ſuo.& cum maritus non poteſt aliquid dare uxori , ſupponit aliam perſonam cui det : ut ff.de dona. inter uirum & uxo. hæc eſt ratio.§.ulti. Item de uno contractu ad alium contractum fit fraus.ut cum mulier non poſsit dare aliquid uiro,fingit ſe uendere ei:ut ff.de donat.inter uirum & uxorẽ.l.ſi ſponſus. §.circa.ſic xvj . quæſtio. iij . capit . ſi ſacerdotes . Item de uno contractu ad alium fit fraus,ſed alio modo : ut cum mulier nõ poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem: ut ff.ad Velleianum.l.quamuis.xxxiij. quæſtio.v.capitu.mulierem . [4]

e Legis, Id eſt,canonis legitime agentis , ſcilicet legis propheticæ dicentis : Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram,&c.

f Negotiatoribus . Videtur quod ſi quis pecuniam ſuam dedit negotiatori, ut inde emat merces, & det ſibi partem lucri:quod illud ſit licitum:quod non cõcedo ſi periculum ſpectet ad recipientem,ut ſit inter eos contractus mutui,ſed ſi per illa uerba ſocietatem contrahunt , & tunc periculum ſpectat ad utrunque, tunc bene licitum eſt quod unus ſocius det pecuniã, & alter ſuppleat laborem,qui deeſt in pecunia,ut ff. pro ſocio.l.quinta.

g Lex.Moſaica.

do.Franc. Purpura . l.ij. §.j.colum.9.nu. 68. ſi cer. per . [redacted]

† c.xiiij.

3 Iſtã ſententiã tenet Goffr. extra de uſur. cõſuluit. ſ; gl. præcedẽs uř innueř cõtrariũ , uerſic. itẽ nonne. Archidia .

3 Adde ad hoc plene not . per Iaſ. in l. cunctos. col.xij.C. de ſum . trini.

Legi ſit fraus quadrupliciter.

4 De hac materia plene no. extra de priui. quãto, ibi uideas ĩ ſumma Hoſt. de contrahen.emp. §.ulti.

a Accedit. ex pacto.
b Ad negotiatorem. cui credidit pecuniam.
c Poma. Videtur ergo q̃ uſura differat in hoc a crimine ſimoniæ, q̃ a crimen ſimoniæ non cõmittit in modico, ut extra de ſimo. & ſi qõnes. ſ; non eſt ita. & ca. & ſi qõnes intelligas quod non præſumit in modico cõmitti ſimonia ratione perſonæ.

Simonia an in modico committatur. † Vide Alcia. parer. li. vij. ca. ulti.

d QVod uero. Nulli licitum eſt uſuras ſumere, nec etiã Iudæo, ut extra de uſu. poſt miſerabilẽ. uidet tamen q̃d in caſu licitum ſit etiam Chriſtiano ſumere uſuram: ut ĩ. ea. ca. ult. tamen licitũ eſt aliquãdo ultra ſortem aliquid recipere, ut notaui in proxima quæſt. ĩ. i ſumma.
e CLerici. Indignis. Licitas enim negotiationes poſſunt clerici facerẽ: ut extra ne cler. uel mona. c. j. & hoc cum eis ſua nõ ſufficiũt: ut xcj. diſ. c. clericus.
f Si ceſſare. Nõ ergo ſtatim deponẽdus eſt clericus ꝓpter uſuras. xlvij. diſt. c. j. Arg. cõtra xlvij. diſt. ca. ij. Solu. ſtatim deponendus eſt: & quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpenſandi.
g MIniſtri. Datã. ĩ. xlvj. diſt. c. non licet.
h CAnonũ. Et uendendi. In eadem forma, ſed ĩ rudi materia poſſunt emere coriũ & chartas, & inde facerẽ ſotulares & libros: ut xxj. q. j. c. j. & xcj. diſt. ca. cleric⁹. nec ẽ negotiatio, ſ; artificiũ.
i SI quis oblit⁹. Ex quolibet.

g Vel de turpi lucro hoc intellige. ſed cõtra in vſura ſecũdũ Lau. de hoc legi. & not. extra de vſur. prætere. ibi videas. Archidia.

uſura eſt, & ueſtis uſura eſt, & quodcunq; accedit [a] ſorti, uſura eſt: & quod uelis nomen ei imponas, uſura eſt. Item ſi quis inſtaurandum conuiuiũ putat, ad negotiatorem [b] mittit, ut abſinthiaci cupellã † deferat ſibi gratis, ad cauponem dirigit, ut Picenũ uinum aut Tyriacum requirat: ad laniũ, ut hyllam ſibi procuret, ad alium, ut ſibi poma [c] adornet.

Item ex concilio Agathenſi.

Quando amplius quàm debetur exigitur, uſura accipitur.

CAN. IIII.

VSura eſt, ubi amplius requiritẽ, quã quod datur: uerbi gratia, ſi ſolidos decem dederis, & amplius quæſieris: uel ſi dederis frumenti modium unum, & ſuper aliquid exegeris.

Ecce euidẽter oſtẽditur, quòd quicquid ultra ſortem exigitur uſura eſt.

QVAESTIO IIII.

QVòd uerò [d] nec clericis nec laicis liceat uſuras exigere, probatur authoritate Gelaſii & aliorũ.

Ait enim Gelaſius papa ſcribens clericis per Lucaniam & Siciliam.

A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant.

CAN. I.

CLerici ab ĩdignis [e] quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negociationis ingenio, uel cupiditate ceſſandum. In quocũque uerò gradu ſint, ſi ceſſare [f] noluerint, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur.

Item ex concilio Arelatenſi primo, quod cõfirmauit Papa Syluester.

Excommunicentur miniſtri altaris, qui fœnerantur.

CAN. II.

MIniſtri, qui fœnerãtur, placuit iuxta formam diuinitus datam [g] eos à communione abſtinere.

Item ex concilio Terraconenſi. †

Qui uolunt eſſe in clero, à ſtudio negociationis abſtineãt.

CAN. III.

CAnonum ſtatutis firmatũ eſt ut quicunque in clero eſſe uoluerit, emendi uilius, & uendendi [h] carius ſtudio non utatur. quod ſi exercere uoluerit, cohibeatur a clero.

Item ex concilio Martini papæ.

Alienetur à clero uſuras aut ſuperabundantiam exigens.

CAN. IIII.

j SI quis oblitus timorem domini & ſanctarum ſcripturarum, quæ dicunt: Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram poſt hanc cognitionem magni concilij fœnerauerit, uel centeſimam exegerit, aut ex quolibet [i] negotio turpis lucri quæſierit, aut per diuerſas ſpecies uini, uel frugis, uel cuiuslibet rei emendo, uel uendendo aliqua incrementa ſuſceperit: de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

Item ex eodem. †

Pro pecunia, quam clericus mutuò dedit, iuſto prætio ſpecies accipere poteſt.

CAN. V.

ij SI quis clericus in neceſsitate ſolidum [k] præſtiterit, hoc [l] de uino uel frumento accipiat, quod [m] mercandi [n] cauſa tempore ſtatuto [o] decretum [p] fuerit uenundari. Cæterum, ſi ſpeciem non habuit neceſſariam, ipſum, quod dedit ſine ullo augmento recipiat.

Item ex concilio Agathenſi tertio. †

Clericus non accipiat plus, quàm commodauit.

CAN. VI.

NVllus clericorum amplius accipiat, quàm commodauit. Si pecu-

xxj. q. iij. c. placuit
k SI quis clericus. Solidũ. ſcilicet pecuniam numeratam.
l Hoc. i. tantum.
m Quod. id eſt, quantum.
n Mercãdi. Si deberent uendi.
o Tempore ſtatuto. id eſt, ſolutionis tempore.
p Decretum. A iudice uel ab alio: ſcilicet hoc uult dicere, q̃ creditor frumentũ pro tãta pecunia debet recipere, quãtũ ualuit tpe ſolutionis: [a] & ita cõſiderandũ eſt tẽpus ſolutionis. Sed ſi non eſt præfixum, tũc æſtimatur quantũ ualet tempore, quo res petitur: ut. ff. ſi cert. pet. l. uinum.
Quoniam

† cap. …
a Non igitur elligas, q̃ hic tempus ponat neceſsitas uenditori aliud quã debeat accipiendi, ſed plus nõ exigẽdi aliud enim pro alio non põt ſolui inuito. ff. de ſol. l. quis. C. eo. tit. c. autẽ. ſecũdum B. L. ſid. Arch. Pſal. 14.

† Imo ex conſilio Terraconẽſi. c. ...

† Imo ex cõcilio Carthagineſi iij. ca. ...

niam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, eandem quam dedit, accipiat: & quicquid aliud, tantum quantum dedit accipiat.

Item Leo Papa. †

Etiam laicis uſura damnabilis eſt.

CAN. VII.

NEc hoc prætereundum quoque duximus eſſe, quoſdam lucri turpis cupiditate captos, qui uſurariã exercere pecuniam, & fœnore uolũt diteſcere: quod nos, ut nõ tantùm dicamus in eos, qui ſunt in clericali ordine conſtituti, ſed etiam in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus: quod uindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus: ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Item ex Niceno concilio. †

Eijciantur à clero turpia lucra ſectantes.

CAN. VIII.

QVoniam multi clerici auaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt. Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. ſtatuit hoc ſanctũ concilium, ut ſi quis inuẽtus fuerit poſt hanc diffinitionem uſuras accipere, uel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari uel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum † dare: omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum, a deijciatur à clero, & alienus habeatur ab eccleſiaſtico gradu.

Item Iulius Papa.

Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit, ut plus uendat.

CAN. IX.

QVicunque tempore meſsis, uel uinde miæ non neceſsitate: ſed propter cupiditatem cõparat annonam uel uinũ: uerbi gratia de duobus nummis comparat modium b unum, & ſeruat uſque dum uendatur denarijs quatuor, aut amplius: hoc turpe lucrum dicimus.

Item Ambroſius in libro de bono mortis.

Rapinam facit, qui uſuram accipit.

CAN. X.

SI quis uſuram accipit, rapinam c facit uita non uiuit.

Item Auguſtinus ad Macedonium. †

Non minus crudelis eſt qui pauperẽ trucidat fœnore, quã qui diuiti aliqua rapit.

CAN. XI.

QVid dicam de uſuris: quas etiam ipſę leges & iudices reddi d iubent? An crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, uel eripit diuiti, quã qui trucidat pauperem fœnore? Hæc utique atque huiuſmodi malè utique poſsidentur, & uellem ut reſtituerentur: ſed non eſt quo iudice repetantur. Iam uerò prudenter intueamur quod ſcriptum eſt: e Fideli homini totus mundus f diuitiæ ſunt, infideli autem nec obolus. g Nonne omnes qui ſibi uidentur gaudere conquiſitis, eisq; uti neſciunt alienum h poſsidere conuincimus? Hoc enim certè alienum non eſt, quod iure poſsidetur. hoc autẽ iure poſsidetur, quod iuſtè: & hoc iuſtè, qđ bene. † Omne igitur quod malè poſsidetur, alienum eſt. malè autem poſsidet, qui malè utitur.

Porrò à quo uſuræ exigendæ ſint, Ambroſius † teſtatur dicens.

a QVoniam. Ad quæſtum. Videtur hic ꝙ prohibeamur ſumere uſuram cauſa lucri captandi, non autem uitãdi damni: arg. ad hoc ĩ. ea. c. ſi quis oblitus. vbi dicitꝰ, incremẽta ſuſceperit, maxime ſi ſit bonę fidei contractus: , ubi ex ſola mora veniũt vſurę: vt ff. de uſur. l. mora. §. in bonæ. ſi quis ergo eſt in mora ſoluendi, ab eo poſsũt repeti vſurę, nõ tãquam vſurę ſed tãquã intereſſe: vt ff. pro ſoc. l. ſocius qui. & tũc petunt vſuræ iudicis officio, nõ iure actionis licite em̃ põt quis agere ad hoc, vt reddat indennis: vt extra de fideiuſ. c. peruenit. & xij. q. ij. c. ſi qs de clericis. ubi agit ad intereſſe.

b QVicunq;. Modium. Si aliquis uendat merces, quæ mõ ualent quatuor, & facit pactum ut ei dentur quinq; ad terminũ præfixũ, illud nõ eſt uſura ſi dubium eſt quãtũ poſſunt ualere merces illæ ad terminum præfixum ut extra de uſur. c. in ciuitate. licet ſi uenderet longe cariori foro, quã modo ualeant, tũc eſſet uſura: ut extra eo. ti. c. conſuluit. Ioan. Et ꝙ dicitur de uenditione mercium, intelligitur ſi tempore contractus nõ fuerat uenditurus: alioqui eſſet uſura: ut extra eo. tit. cap. ult. B.

c SI quis. Rapinam. Sic ergo uſurarius eſt raptor ergo in eum nõ transfertur dominium, ſicut nec in ſimoniacum. poteſt tamen cõcedi ꝙ nõ trãsfertur dominium in eum. Item cum uſurarius nõ audiatur, niſi reſtituat uſuras, quas ab aliquo receperit ergo nec raptor: ut uidet ꝙ nõ admitto. Et rapina large ſumitur pro qualibet iniuſta uſurpatione: ut xxxij. q. iiij. c. meretrices.

d QVid dicã. Reddi. Id eſt, dari: quia uerbum reddẽdi ponitur pro uerbo dandi. ff. de uerb. ſig. l. uerbum reddẽdi. Poteſt tamẽ dici, ꝙ ſecundum leges nõ ſunt dandę uſuræ: tum quia ſacræ leges nõ dedignantur imitari ſacros canões: ut ij. q. iij. c. ſi quẽ. §. notãdũ tum quia Imperator iubet ſeruari ea q̃ ſtatuta ſunt i Niceno cõcilio: ut in auth. de eccl. ti. in prin. col. ix. ſed Nicenum conciliũ prohibet uſuras: ut xlvij. diſt. c. quoniam. & ĩ. e. c. quoniam. cũ ergo Imperator cõſtitutione ſua cõfirmauit ſtatuta Niceni cõcilij, patet ꝙ uoluit derogare omnibus legibꝰ, quæ loquuntur de uſuris. Vel dic ut dixi x. di. c. lege.

e Scriptum eſt. In prologo Bibliæ.

f Totus mundus. Id eſt, quælibet parua pars mũdi, ut hæc dictio totus, hic ponatur diſtributiue.

g Nec obolus. ſupple totus mũdus.

h Alienũ. Canon fingit rem alienã illã, qua quis male utitur: ut hic, & xlvij. di. c. ſicut hi. & extra de uerb. ſig c. ius dicitur.

Vſurę etiã dãni uitãdi poſſunt peti.

† j. epiſtola j.

a Quæ ſint actiones ſiue cõtractus bonæ fidei habet Inſtitu. de actio. §. actionũ. & not. extra de excep. cum uenerabilis. in glo. quæſitum, &c.

† c. xvij.

Vſura quãque non ſit, licet pro quatuor quinque ſoluãtur.

pſal. 14.

b Id eſt, ut tantundem cum augmẽto ſextæ partis, puta ſeptẽ pro ſex, [redacted] Dominiũ non transfertur in uſurarium.

Vſuræ etiã ſecũdum leges non ſunt dandæ.

a Hic uult dicere, qđ ea, q̃ poſſidet, licet pauca, ei ſufficiũt, ac ſi totꝰ mũdus eſſet ſuus ſecundum Gof. Arc.

† Epiſtola liiij.

† Hinc Tho. Aquinas in opuſculis, tracta. de uſur. ca. v. infert qđ ſecũdum legẽ diuinam non trãsfertur dominiũ in uſurarium: ſed tantum ſecundũ legẽ humanam.

Ab illo exigere uſuram poſſumus, cui iure nocemus.

CAN. XII.

AB illo exige uſurã, cui [a] merito nocere deſideras: cui iure inferuntur arma, huic legitimè auferuntur uſuræ, quẽ bello uincere non potes. ab hoc uſuram exige, quẽ non ſit crimen occidere. ſine ferro dimicat, qui uſuras flagitat. ſine gladio ſe de hoſte ulciſcitur, qui fuerit uſurarius exactor inimici. Ergo ubi ius [b] eſt belli, ibi ius uſuræ.

QVAESTIO V.

[c] *QVòd uerò eleemoſynæ non ſint faciẽdæ ex fœnore, uel uſuris, nec quolibet malè acquiſito, Auguſtinus teſtatur in lib. de uerbis domini, tractatu † xxxv.*

De uſuris eleemoſyna fieri non poſſunt.

CAN. I.

NOlite uelle eleemoſynas facere de fœnore & uſuris. [d]

Item Auguſtinus.

Oblatio de rapina reprobatur.

CAN. II.

IMmolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata. Dona iniquorũ non probat altiſsimus, nec reſpicit in oblationibus iniquorum, [e] nec in multitudine [f] ſacrificiorũ eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtãtia pauperis quaſi qui uictimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium, uita pauperis eſt: † qui defraudat illum, homo ſanguinis [g] eſt: qui effundit ſanguinẽ, & qui fraudem facit, neceſſariò fratres [h] ſunt.

Item Auguſtinus in homilia. †

Non eſt aliquid rapiendum diuitibus, ut detur egentibus.

CAN. III.

FOrtè aliquis cogitat & dicit: multi ſunt Chriſtiani diuites auari, cupidi: nõ habebo [i] peccatũ, ſi ſuum illis abſtulero & pauperibus dedero. Vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero: ſed huiuſmodi cogitatio ei diaboli calliditate ſuggeritur. Nam ſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerat, addit potius peccatũ quã minuat.

Item Hieronymus.

De eodem.

PALEA.

NEmo qui rapit, moriens ſi habet unde reddat, ſaluatur. Si eos, quorũ fuit, inuenire non poterit, eccleſiæ uel pauperibus tribuat.

Item Ambroſius.

De eodem.

PALEA.

RApinam emere nõ licet, niſi ea intẽtione, ut cui eſt ablata reſtituatur.

Item Auguſtinus. †

Furtum committit, qui inuẽtum non reddit.

---

a AB illo. Cui. Sicut nulli nocere debes, ſic à nullo debes petere uſuras, ut e. intelligatur negatiue, & ſic planũ eſt. Alij dicunt ꝙ ab hoſtibus licitum eſt petere uſuras. nam & omnia eorũ licite poſſumus auferre: ut xxiiij. q. vij. c. j. & ij. & quibuſcunque inſidijs poſſumus nocere eis: ut xxiij. q. ij. ca. dñs.

b Vbi ius. Iuſtũ. bellum eſt ꝙ geritur ex edicto principis: ut xxxiij. q. ij. c. Iuſtum. Ioan.

QVod uero. Hæc q. diuiditur in quatuor partes: in prima quarũ probat per ix. auth. ꝙ de uſuris & rebus male acquiſitis, de quibus dominiũ nõ transfertur, nõ poſſunt fieri eleemoſynæ. Secũda ibi, Ecõtra. Tertia ibi, Itẽ obijcitur. Quarta ibi, Sed Aug. Ioan.

c Quod uero. Quidã generaliter dicunt, ꝙ de nullo illicite acquiſito poteſt fieri eleemoſyna: nec de meretricio, nec de uſura, nec de alea, nec de hiſtrionatu, nec de ſimonia. Scriptum eſt enim: Honorabis dominũ deum tuũ ex iuſtis tuis laboribus. j. q. j. nõ eſt putanda. & in Deut. dicitur, Non accipies mercedẽ proſtibuli. & eſt argu. ad hoc j. e. eleemoſyna. & xxxij. quæ. iiij. ſicut non ſunt. Nam illicite acquiſita non ſunt in bonis noſtris, nec noſtra: ut ff. pro ſo. cũ duobus. §. ulti. Alij dicunt, ꝙ ſi de illicite acquiſitis non transfertur dominium, uel etiam transfertur, ſed competit repetitio, non poteſt tamẽ fieri eleemoſyna: ut in uſura. ar. extra de iureiur. debitores. & in ſimonia: ut extra de ſim. ueniẽs. Sed ſi non datur repetitio & transfertur dominium, bene fit inde eleemoſyna: ut ſi aliquid datur meretrici, illud non poteſt repeti: ut ff. de cond. ob tur. cau. idem quod ſi. §. quoties. unde de tali poteſt meretrix facere eleemoſynam. Idem de eo eſt, quod datur hiſtrioni, & de eo quod extorquetur ratione officij alicuius: ut j. ead. non ſane. Quod autem dicitur, quod ſacerdos nõ poteſt percipere mercedẽ ꝓſtibuli, poteſt dici quòd non debet recipi oblatio meretricis, licet eleemoſyna poſsit inde fieri. & hæc eſt rõ, ut ꝓ ruborem citius cõuertatur: ut xc. diſtinct. oblationes. & xvij. quæſtione iiij. miror. Sed de illis, quæ ſunt extorta per uiolentiam, non ratione officij alicuius, ut de rapina & d̃ furto, nõ poteſt fieri eleemoſyna. Dicũt tamẽ quidam, ꝙ ſi res furtiua uẽdaẽ, de nũmis illis poteſt fieri eleemoſyna: quia non ſunt nũmi furtiui, qui danẽ ꝓ re furtiua: ut ff. de fur. q uas. §. ult. ꝙ nõ credo, ut extra de uſuris cum tu. in fi.

d NOlite. Vſuris. Hic inculcatio uerborũ eſt, & fœnus dicitur uſura uſurarũ. unde Lucanus, Hinc uſura uorax, auidumque in tẽpore fœnus.

e IMmolantis. Iniquorũ. j. j. q. j. nullus. & ca. non eſt putanda.

f Nec in multitudine. ſed ĩ meritis: ut xxiiij. q. j. odi.

g Sãguinis. Supra lxxxvj. di. paſce.

h Fratres. Id eſt, pares, ſiue ſimiles in peccato. j. ea. c. multi. & de pę. di. j. homicidiorum.

i FOrte. Non habebo. Nec enim propter bonum eſt faciẽdum malum: ut xxx. q. j. noſſe. xxxij. qõ. iiij. ſicut nõ sũt. [2] Non uideẽ tamen, quod talis furtum cõmitta: quia furtũ nõ ſit, niſi adſit animus lucrãdi: ut ff. de fur. l. j. ſed nõ eſt ita: quia ſpecies furti eſt ex alieno largiri: ut ff. de fur. ſi pignore. §. j.

Eleemoſyna utrum fieri poſſit de illicite acquiſitis.

† Id eſt, ſermone.

† Facit ad hunc tex. l. cũ hi. cũ ibi not. ff. de tranſa.

† vij. lib. v. homiliarum.

1 De hoc nota. extra de decimis. ex tráſmiſſa.

Malũ propter bonũ non eſt faciendum.

2 Ad hoc plene extra ne cleri. uel mona. c. iij.

† Sermo. 19. de uerbis Apoſtoli.

Furari intendẽs q̃ ſq̃ue furtũ nõ cõmittit.

regno depoſuit: [a] & Pipinum † Caroli Imperatoris patrem in eius locũ ſubſtituit: omnesq; Francigenas a iuramento [b] fidelitatis abſoluit. Quod etiam ex authoritate frequenti † agit ſancta eccleſia, cùm milites abſoluit à uinculo iuraméti, qđ factũ eſt his epiſcopis, qui apoſtolica authoritate à pontificali gradu deponuntur.

Item Greg. ſeptimus Romanæ ſynodo præſidens dixit.

Excommunicatis uinculo fidelitatis non tenemur obnoxij.

CAN. IIII.

NOs ſanctorũ prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes eos, qui excommunicatis † fidelitate [c] aut ſacraméto conſtricti ſunt [d] apoſtolica authoritate à iuramento abſoluimus: & ne ſibi fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus, quouſq; ipſi ad ſatisfactionem ueniant.

Item Vrbanus ſecundus epiſcopo Vapicenſi.

Antequam reconcilientur fidelitatem excommunicatis uullus ſeruare cogitur.

CAN. V.

IVratos milites Hũgoni comiti, ne ipſi, quandiu excommunicatus eſt, ſeruiant prohibeto: qui ſi ſacramenta prætenderint, moneátur oportere Deo magis ſeruire, quàm hominibus. fidelitatẽ enim, quam Chriſtiano principi iurarunt, Deo eiuſque ſanctis aduerſanti & eorũ præcepta calcanti nulla cohibentur authoritate ꝑſoluere.

QVAESTIO VII.

ABſq; [e] ſynodali uerò audientia ſacerdotẽ damnari in Iſpalenſi cõcilio, cui Iſidorus interfuit ſic probibetur.

Sine concilij examinatione presbyter uel diaconus nõ deijciatur.

CAN. I.

SExta actione comperimus Flagitanũ Cordubeñ. eccleſiæ præsbyterum iniuſtè olim à pontifice ſuo deiectũ, & innocẽtem exilio condẽnatum, quẽ rurſus ordini ſuo reſtitutũ eſſe comperimus. Id denuo aduerſus præſumptionem ueſtram decreuimus, ut iuxta ſanctorum patrum ſynodalẽ ſententiam nullus ueſtrum ſine concilij [f] examine quemlibet presbyterum uel diaconum deijciẽdum putet. nam multi ſunt, qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica non authoritate canonica damnant. Et ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimant, ita quoſdam odio inuidiaq; humiliant, & leui opinionis aura cõdemnant, quorum crimen nõ approbant. Epiſcopus enim ſacerdotibus ac miniſtris ſolus [g]

a Depoſuit. Ergo papa deponit Imperatorem: ut xcvj. diſt. c. duo. & c. ſi Imperator. nam & transferre poteſt Imperiũ, ut extra de elec. c. uenerabilẽ. Arg. contra. xciij. diſt. c. legimus. in fi. & xcvj. diſt. cum ad uerũ. Sol. dr̃ depoſuiſſe, qui deponẽtibus conſenſit.

b Iuramẽto. Supple ratione dignitatis præſtito, non ratione perſonæ. Io. de Fantu.

c NOs ſctõrũ. Fidelitate. xj. q. iij. ca. quoniã multos. cõtra. ſed ibi eſt ſolutũ. Itẽ contra argu. xj. q. iij. c. Iulianus. ſed ibi eſt ſolutum.

d Conſtricti ſunt. Sed quid dices, ſi iuraui me ſoluturũ alicui pecuniã, uel ſub pœna promiſi, & ille excõicatur: nunquid teneor ei ſoluere? Videtur qđ nõ: quia qualitercunq; poſſumus, debem9 uexare malos ut ceſſent a malo: ut xxiij. q. vj. iam uero. & utilius eſurienti, &c. ut v. q. v. c. non oĩs. & excommunicatis ĩ nullo caſu cõmunicabimus, niſi ĩ his quæ ſpectant ad correctionem eorum: ut xj. q. iij. c. cum excommunicato. Itẽ quia intelligor iuraſſe ſub hac conditione, ſi res ĩ eodẽ ſtatu permanet ut xxij. qõ. ij. ne quis. in fi. ff. de ſol. l. cũ quis. Itẽ ubi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt mora: ut ff. de uerb. ob. l. ſi pupillus. Item quia male meriti publica egeſtate laborare debẽt: ut ff. depo. bona fides. De hoc autẽ nõ eſt dubiũ, quin debitũ poſſit peti ab excõmunicato, ut extra de ſen. excõ. ſi uere. Solu. pecunia illa non reddaẽ ei, ſed deponatur in ædem ſacram. Verius credo, quod licet ille non habeat ius petendi, tamẽ debet ei ſolui. ſic extra de iureiurã. debitores. & probatur hoc extra de ſenten excom. ſi uere. Vnde licet excommunicatio tollat obligationem quo ad fidelitatem, non tamen quo ad alios contractus, ut uidetur. Io. Probabiliter dici poteſt, quod excommunicato non ſit ſoluẽdum, cum nemo debeat participare cum eo: ut xj. q. iij. cum excommunicato. niſi in caſibus: ut ĩ. xj. q. iij. c. quoniam multos. Nec obſtat illa decre. ſi uere. quia illud factum fuit de neceſſitate. B.

e ABſq;. Si agatur cõtra clericũ de crimine criminaliter, neceſſaria eſt ꝑſentia epiſcoporũ, ſecundũ quod traditur. ĩ. ea. c. ſi quis. & c. felix. Diſtinguiẽ tamen: quia ſi agaẽ de crimine ad depoſitionẽ ordinis, tũc habet locũ. c. felix. & c. ſi quis. Si aũt agaẽ ad depoſitionẽ beneficij, tunc ſolus epiſcopus põt cognoſcere cum clericis ſuis: ut xviij. q. ij. ſi quis abbas. & xvj. q. vij. c. inuentum. & extra de iud. ac ſi clerici. & xj. qõ. iij. ſi qs eps dãnatus. & extra de coha. cle. & mu. c. ſicut. & ca. de ſacerdotibus. Itẽ ſi agatur de crimine in modum exceptionis, ſolus poteſt cognoſcere. extra de accuſa. ſuꝑ his licet ſit arg. cõtra xxiij. diſt. c. illud. Tamẽ quocunque modo agaẽ de crimine, ſemper accuſator puniẽ ut calumniator: ut extra de accuſa. ſuꝑ his. & c. cum dilectus. Io. de Fan.

f SExta actiõe. Cõcilij. Ergo tres epiſcopi faciunt concilium: quia tres epiſcopi examinãt cãm diaconi: ut infra ead. capit. ſi quis.

g Solus. Incorporalia enim facilius conſtruunẽ, quam deſtruantur, extra de translatio. cap. inter. Hæc eſt una ratio, quare in promotiõe clericorũ nõ requirunẽ plures epiſcopi, ſed in remotione ſic. Item quia ſæpius ordinantur clerici, quàm deponuntur: unde graue eſſet toties uocare tot epiſcopos.

Item

Imperator põt à papa deponi.

Vt in conſequẽti trahũt ſibiq; iure poteſtatis attribuunt qđ ſimplicis erat cõſilij. ut etiã tenet hic gloſſ. uer. depoſuit. quæ text. corrigit. & quã ſequuntur Guliel. Occã dialogo. lib. vj. par. j. c. ix. & fo. 240. col. 3. & ĩ tracta. de poteſtate eccleſiæ, q. ij. ca. viij. Andreas Iſer. quæ ſint regalia. co. xxij. in uſibus feud. Iacob. Almain. de poteſt. eccleſi. contra Thomam de Vio. Ioã. Igne. in diſput. an rex Fran. ſubſit Impera. col. 39. dixi ad Philippum Decium ĩ c. j. nu. vij. de probatio.

Excõmunicato debeatur ſolutio.

[redacted]

Clerico criminoſo qs pœnitẽtiam impouit.

honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. Si enim hi, qui in hoc ſeculo à dominis ſuis honorē libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis nexum non reuoluuntur, niſi publicè apud prætores ac præſides in tribunali foro fuerint accuſati, quanto magis hi, qui diuinis altaribus conſecrati, honore eccleſiaſtico decorantur, qui profecto nec uno damnante, nec uno iudicante poterunt honoris ſui priuilegio exui: ſed præſenti ſynodali iudicio quod canon omnino de illis præceperit, oportet diffiniri.

Idem Grego. Ioan. epiſcopo Panormitano.

Cauſas clericorum epiſcopus non niſi cum ſenioribus eccleſiæ audiat.

CAN. II.

Si quid de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit quod te iuſtè poſsit offendere, facilè non credas, ne te ad uindictam res accēdat incognita: ſed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter eſt perſcrutanda ueritas, & tunc (ſi qualitas rei popoſcerit) canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis.

Item ex concilio Agathenſi primo.

A quot epiſcopis presbyteri uel diaconi ſunt audiendi.

CAN. III.

Si quis tumidus, uel cōtumelioſus extiterit in maiorē natu, a uel aliquā cauſam habuerit, à tribus uicinis epiſcopis, ſi diaconus eſt, qui arguitur ſi presbyter, à ſex, ſi epiſcopus, a xij. ſacerdotibus audiatur. Vniuerſi epiſcopi dixerunt, Cōtundi debet contumacia, & ſuperbia in omnibus frangi. Cauſæ uerò pro perſonis b ab his c ſtatuto numero audiantur.

Item ex concil. Carthaginenſi ſecundo.

De eodem.

CAN. IIII.

Felix epiſcopus Seleucitanus dixit: Etiam hæc additio ſecundum ſtatuta ueterum conciliorū, ut ſi quis epiſcopus (quod non optamus fieri) reatum aliquem incurrerit, & ſi fuerit ei nimia neceſsitas, nō poſſe plurimos congregare epiſcopos, ne in crimine maneat, à xij. epiſcopis audiatur: & à ſex presbyter, & à tribus diaconus cum proprio d ſuo epiſcopo. † Alias, præſentis epiſcopi.

Item ex conci. Carthaginenſi quarto.

De eodem.

CAN. V.

Si autē e presbyteri uel diaconi accuſati fuerint, adiuncto ſibi ex uicinis locis proprius epiſcopus † legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſati petierint, id eſt, una ſecum in presbyteri nomine ſex, in diaconi tres, qui ipſorum cauſas diſcutiant: eadem in dierum dilatione, & à communione f remotionum, & diſcuſsione cauſarū inter accuſatores & eos, qui accuſantur forma ſeruata: reliquorū uerò clericorum cauſas etiam ſolus g epiſcopus loci agnoſcat & finiat.

2 *Solus autem ad excluſionem aliorū epiſcoporū, nō ſuorū clericorum dicitur, ſine quorum præſentia eius ſentētia erit irrita.*

Vnde in Carthaginenſi conci. iiij. legitur.

Abſque præſentia clericorum nullius cauſam epiſcopus audiat.

CAN. VI.

Epiſcopus nullius cauſam audiat abſq; præſentia ſuorum h clericorum: alioqui irrita erit ſententia epiſcopi, niſi præſentia clericorum firmetur.

Item ex concil. Iſpalenſi ſecundo.

Niſi in ſynodo canonicè uocati ſacerdotes damnari non poſſunt.

CAN. VII.

Epiſcopus ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt, ſed ſolus auferre non poteſt. Si enim hi, qui in hoc ſeculo à dominis ſuis honorem libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis iugum non reuocātur, niſi publicè apud prætores ac præſides in tribunali foro fuerint accuſati:

Ordinatio clericorum facilius fit [illegible]

Itē quia depoſitio frequenter fit cauſa odij, ſed ordinatio cauſa electiōis. ſolus aūt cōfert dignitates, ſi hoc habet ex conſuetudine: ut ex̃. de his, q̃ fi. à præl. ea noſcit.

a Si quis tumidus. Natu. quātū ad ordines.

b Pro perſonis. id eſt, prout perſonæ ſunt cōſtitutæ in ſacris ordinib⁹.

c Ab his. id eſt, ab epiſcopis.

d Felix. Cum proprio. id eſt, præter propriū epiſcopum. ij. q. v. presbyter.

e Si autē. Hoc ca. eſt pars illius iiij. quæſtio. v. quiſquis.

f A cōione. id eſt, eadem dilationes dantur accuſatori quæ & reo, & æquè excommunicabitur accuſator, ſi nō uenerit ſicut reus: ut iiij. q. v. quiſquis.

g Solus. id eſt, ſine alijs epiſcopis: nō tamen ſine clericis ſuis: ut ĩ. ea. c. proxi. Ioan.

g Solus. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua dicitur, quod cauſas aliorum electorum à ſacerdote & diacono in c. ſuo poteſt epiſcopus diffinire, ſupple excepto ſubdiacono, qui hodie cū diacono pari paſſu ambulat, extra de ſeruis nō ordi. ca. miramur. Ioan. de Fant.

h Epiſcopus. Suorū. Sufficit tñ maior pars, ſi abſentes pbeāt aſſenſum: ut lxiiij. di. c. j & ij. Sed nūquid & iſti clerici ſunt iudices iſtius? Non uidetur, cum quilibet eorum ſit forte minor eo. Quidā dicunt q̃ ipſum cōcilium ſiue capitulū habet iuriſdictionem ordinariā: nullus tñ p ſe eſt iudex. Alij dicunt, quod ſunt aſſeſſores epiſcopi, & ſententia ſine talibus aſſeſſoribus lata, nulla eſt, ſicut ſentētia nulla eſt, quæ fertur contra

contra fiſcum abſente aduocato fiſci, ut ff. de iure fiſci. l. ſi fiſcus. ſicut uidetur dicere lex: ut ſentẽtia quæ fertur officio iudicis ipſo abſente: quod nulla ſit: ut C. de ſent. & inter. om. iud cum ſenteutiam. Quod tamen clerici ſint iudices, eſt arg. vj. q. iij. ſcitote.

quantò magis hi, qui diuinis altaribus conſecrati, honore eccleſiaſtico decorantur? qui profectò nec ab uno damnari, nec uno iudicante poterunt honoris ſui priuilegio exui, ſed præſente ſynodali iudicio quid canon de illis præceperit, oportet diffiniri.

QVAEST. VIII.

De ultima uerò [2] quæſtione ſic ſtatutũ eſt in concilio Neocæſarienſi. †

Presbyter, qui ante ordinationẽ confitetur ſe corporaliter lapſum poſtea non offerat.

CAN. I.

Qui admiſit corporale peccatum, [b] & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi cõfeſſus fuerit, [c] quòd ante ordinationem ſuam peccauerit, non quidem offerat, [d] maneat autem in alijs officijs propter eius ſtudij [e] utilitatem. Cætera [f] uerò peccata cenſuerunt plurimi etiam ordinatione priuari.

Quòd ſi de his non fuerit cõfeſſus, nec ab aliquibus manifeſtè põt cõuinci, huic ipſi de ſe poteſtas [g] eſt committenda. Similiter & diaconus ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſe à miniſterio [h] cohibebit.

Item ex concilio Ilerdenſi †

Deſeruientes altario, ſi carnis fragilitate deliquerint, epiſcopi arbitrio ſubiaceant.

CAN. II.

Hi qui [i] altario Dei deſeruiunt, ſi ſubitò in flenda carnis fragilitate corruerint, [k] & Deo reſpiciente dignè pœnituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti ſacrificium Deo offerant: maneat in poteſtate [l] pontificis, uel ueraciter afflictos non diu ſuſpendere, uel deſidioſos prolixiori tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, ut ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora ulterius promoueri. Quòd ſi iteratò [m] uelut canes ad uomitũ reuerſi fuerint, nõ ſolum dignitate officij careant, ſed etiam ...

[a] De ultima Vo. Hic quæritur, ſi aliquis confitetẽ crimẽ qđ fecit ante ordinationẽ ſuã uel conuincitur peccaſſe ante ordinationẽ ſuã, an poſſit frui officio ſuo? Diſtinguas ergo, qa aut eſt tale crimẽ, qđ inducit depoſitionem aut non. ſi nõ inducit, acta pœnitentia remanet in ordine ſuo, ut hic, & lxviij. diſt. ſicut. Item ſi inducit depoſitionem, tunc ſi confitetur illud in pœnitẽtia, non abſtinebit ab officio ut 50. diſt. de his. uero. § ſi. ſimiliter ſi confitetur illud extra ius, quod talis confeſsio ei nõ præiudicat, ut ĩ. e. qõ. v. presbyter. licet ſit arg. contra extra de exceſ. prælã. quã ſit graue. [1] Si uero confitetur in iure crimen ſuũ cõmiſſum ante ordinationem ſuam deponitur ab officio ſacerdotali, retinebit tamen normam presbyteri & omne inferius officium, ut ĩ. e. c. j. & cap. ſi quis presbyter. & hoc cũ ſponte illud cõfitetur. Si uero cõfiteatur illud timore probationum, tunc ſiue ante, ſiue poſt ordinationem ſuã illud commiſit, deponitur irreparabiliter: ut xxiiij. diſtinct. capit. ultimo. 50. diſtinct. c. ex pœnitentibus. lxxxj. diſtinc. ſi quis ſine examinatione. & cap. ſi quis epiſcopus. Si ergo quis ſponte confitetur crimen commiſſum poſt ordinationẽ, ad tempus debet ſuſpendi ad agendam pœnitẽtiam, ſed poſtea reſtituitur ex diſpenſatione, ut ĩ. eadem. cap. ij. Si quæras, quæ crimina inducũt depoſitionẽ, dico quod non eſt à canone expreſſum. Videmus enim quod quædam non inducunt. nam clericus tumultum faciens in ſynodo, non deponitur, ut v. quæ. iiij. in loco. Item qui cantat duas miſſas ſub uno canone, ut de conſecra. di. ij. relatũ. Item ſi epũs citatus non uenit ad ſynodũ. xviij. diſtin. ſi quis aũt. & c. decernimus. & tñ quodlibet tale eſt mortale. Similiter pro temerario iuramento non deponitur aliquis, ut extra de iureiur. ſicut. Tradunt autem quidam pro regula, quod omne crimen inducit depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone excipiaẽ. Alij dicunt quod nullum crimen inducit depoſitionẽ, niſi ſpecialiter à canone excipiaẽ. [2] & hæc opinio maiori æquitati innititur, quare tenẽda eſt. Io. Sed hæc materia eſt hodie determinata extra de temp. or. c. ult. B. [3]

[b] Qui admiſit corporale peccatũ. i. fornicationem.

[c] Si cõfeſſus fuerit. ſponte, nõ metu probationum.

[d] Offerat. i. officiet. alias cõficiat.

[e] Studij. Quia ſtudioſe cõfeſſus eſt, uel quia utilis eſt eccleſiæ. cum tali enim diſpenſatur, ut 50. di. ſtudeat.

[f] Cætera. i. cæteros peccatores. qui nolunt ſponte confiteri. Vel dic propriè alia peccata à fornicatiõe. Et ſic eſt ar. ꝙ minus punitur aliquis ꝑꝑ fornicationẽ, quã propter aliud crimẽ, hoc ideo quia pauci ſine illo crimine inueniũtur, ut 50. di. quia tua. & ad idem eſt arg. lxxxij. diſ. presbyter. lxxxj. diſt. ſi ꝗ clerici. Ar. contra. xxxiij. di. c. ult.

[g] Poteſtas. Confitẽdi [4] crimen, ſed & ſi non uult cõfiteri, relinquiẽ arbitrio ſuo, ut xxxiij. di. habuiſſe.

[h] A miniſterio. Diaconali. ſed nõ ſubdiaconali.

[i] Hi qui. Hoc ca. ponitur. ĩ. diſ. 50. hi qui. ij.

[k] Corruerint. Loquitur ergo de eo, qui poſt ordinationem deliquit. Sed nonne magis delinquit ille, qui delinquit in dignitate, quàm qui extra dignitatem delinquit, ut xl. diſt. homo Chriſtianus. & xxv. q. j. nulli? Reſp. ſic, ſed ideo magis punitur: quia ſciens ſe permiſit ordinari. 50. di. ex pœnitentibus.

[l] In poteſtate. Si intelligas hoc cap. de clerico depoſito, tunc eſt hic ar. quòd epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum. Si aũt de ſuſpenſo, tunc patet ꝙ relinquitur arbitrio epiſcopi an uelit ſuſpenſo reddere officium ſuum. Sed cum iſte clericus ratione criminis non poſſit promoueri ad ſublimiorem gradũ, quomodo ergo poteſt ipſum reſtituere famæ, cũ per pœnitentiam non tollatur infamia, ut ij. q. iij. c. Euthemiuni. §. hinc colligitur? Poteſt dici, quod ex quo Papa dat poteſtatem diſpenſandi, ergo per conſequens reſtituendi famæ.

[m] Iterato. Arg. grauius puniri iteratum delictum, ut xxv.

Crimen ante ordinationem cõmiſſum an impediat frui officio.

† cap. ix.

[1] Nõ cõtradicit, quoniam ibi accidit ꝑꝑ accidens. ſ. ꝑꝑ ſcandalũ, & infamiã nõ ꝑꝑ cõfeſsionẽ: ut ibi notat. ꝑ Vin. & B. Sed de hac materia dic ut plene not. Inno. B. Comp. & Hu. extra de ele. per inquiſitionem.

Crimina quæ ſunt depoſitiõe digna.

[2] Idẽ tenet Alex. de Imo. ſ l. ſcimus. circa pri. C. de iure delibe. ꝑ text. in §. cũ igitur. in authẽ. de non eligen. ſecũdo nubẽ.

† capi. v.

[3] De hoc etiã in no. lxxxj. diſ. ca. j. extra de temp. ord. ex tenore. & c. ult. & in prædic. decre. ſicut. & ꝙ iſta ſñia tãquã uerior ſit tenẽda hic not. Hug.

Fornicationẽ pauci euitãt.

[4] [illegible] uel purga[illegible] d[illegible] eſt. [illegible] tus, [illegible] eſt, cogit ad purgationẽ. ar. ij. q. v. presbyter. ſecundum Hug. & Lau.

Dignitas aggrauat peccatũ.

lũ dignitate officij careãt, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu non percipiant.

Item ex concilio Toletano nono. †

Ex miniſtris eccleſiæ geniti, in ſeruitutẽ deuocẽtur eiuſdẽ.

CAN. III.

CVm multæ ſuper innocentia ordinis clericorum hactenus emanauerint ſniæ patrũ, & nullatenus ipſorum firmari correctio morũ quiuerit, uſq; adeò ſniam iudicãtiũ protraxere cõmiſſa culparũ, ut nõ tantùm inferret ultio in authores ſcelerũ, uerùm etiã in progeniem dãnatorum. Ideoq; quilibet ab epiſcopo uſq; ad ſubdiaconem deinceps uel ex ancillæ [a], uel ex ingenuæ [b] deteſtando connubio [c] in honore conſtituti filios procreauerint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica cẽſura damnentur. Proles autẽ aliena pollutione nata, nõ ſolùm hæreditatem [d] nunquã accipiet, ſed etiam in ſeruitutẽ eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis uel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

Item ex concilio Martini Papæ.

Qui confitetur ſe ante ordinationẽ peccaſſe, non ſacrificet: conuictus autem deponatur.

CAN. IIII.

SI quis presbyter ante ordinationem peccauerit, non offerat, ſed tantùm pro religione nomen [e] presbyteri portet. Si autem non ipſe confeſſus fuerit, ſed ab alio publice cõuictus, nec hoc ipſum habeat, ut nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconibus obſeruandum eſt, ut ſi ipſi confeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiãt.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum.

De manu ſacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licitè ſacramenta ſumuntur.

CAN. V.

SCiſcitantibus [f] uobis, ſi à ſacerdote, qui fuerit comprehenſus in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis communionem recipere, necne: reſpondemus, non poteſt aliquis quantumcunque pollutus ſit, ſacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt. Qualiſcunque enim ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt: idcirco ab eo (quouſque iudicio epiſcoporum reprobetur) communio percipienda eſt. Quoniam mali bona adminiſtrando, ſe tantum modo lædunt, &c. Fax accenſa ſibi quidem detrimentum pręſtat, alijs uerò lumen in tenebris adminiſtrat: & unde alijs cõmodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumitè ergo ab omni ſacerdote intrepidi Chriſti myſteria: quia oĩa in fide Chriſti [g] purgantur. Fides eſt enim quæ hunc mundũ [h] uincit: & quia non dantis meritum, ſed accipientis [i] fit, dicente beato Hieron. Ad credendum omni animæ baptiſmus eſt perfectus, & in omni ſacerdote corpus Chriſti eſt perfectum. Qui rurſus ſacræ ſcripturæ concordans ait: Priuſquam audias, ne iudicaueris quenquam: atque ante probationem accuſationis illatæ neminem à tua communione ſuſpendas: quia non ſtatim qui accuſatur [k], reus eſt, ſed qui conuincitur criminoſus.

xxv. q. ij. ita nos. extra de coha. cleric. clericos. & de hære. ad abolendã. Ioan. de Fant.

† ca. xix.

[a] Cum mulræ. Ex ancillę. Sed quare punitur dominus ancillæ filius? Reſpon. in fauorẽ eccleſiæ. uel ideo, quia ratione criminis illa facta eſt de ſuo foro.

[b] Ingenuæ. Specialis eſt iſte caſus, ubi filius conditionem matris liberæ nõ ſequitur, cõtra id, quod eſt xxxij. q. iiij. liberi.

[c] Connubio. Ergo patet ꝙ loquitẽ de ſacerdotib⁹ qui legitime ducũt vxores. tales enim grauius puniũtur, ut xxxij. diſt. eos. lxxxj. diſt. quidam. & xxviij. diſt. præsbyter. Quicquid eñ hic dicatur, cum eccleſia nõ ſit iſto iure uſa, perdit [z] ius iſtud: ſicut & aliud, ꝙ poſsit exigere pœnã ſacrilegij, ut xvij. q. iiij. quiſquis.

[z] Perdit. Hoc uerũ quãuis Panor. hanc ꝑo. reprobet, in ca. ij. de cohabitatione clerico. & mulier. [redacted]

[d] Hæreditatem. Scilicet paternam. nam matri etiã ſuccedit ſpuri⁹ filius. & teſtamentũ matris põt dici inoffícioſum, ut ff. de in offi. teſt. ſi ſuſpecti. §. j. Ioan. hodie ſpurij omni beneficio excluduntur, ut C. de natu. libe. auth. licet. B.

Spurius ſuccedit matri.

[e] SI quis preſbyter. Nomen. Si quæris qđ ei ualeat retinere nomẽ presbyteri? Dico qđ in omnibus retinet priuilegiũ presbyteri i loco ſubſcriptionis & in alijs, ꝑter hoc ſolum, ꝙ nõ põt miſſã celebrare, ut ĩ. ea. q. vij. felix.

[f] SCiſcitãtib⁹. ĩ. diſt. xxxij. nullus cõtra. Ioan. Sed ibi loquitur de crimine, quod eſt notoriũ per ſententiã [z], quod falſum eſt, ut extra de cohab. cler. ueſtra. & cap. ſeq & c. ulti. ubi dicit quod ſufficit ſi eſt notoriũ rei euidentia. B. Sed nonne eo ipſo, quod quis cõprehẽſus eſt in adulterio, infamis eſt, licet nondũ ſit dãnatus, ut ff. de ritu nup. palã? Reſp. talis infamia nõ ſufficit ad hoc ut abſtinẽdũ ſit à ſacramẽtis ſuis, niſi infametur per ſentẽtiã, ut dixi xxxij. diſt. §. uerum. requiritur enim qđ ſit deprehẽſus & conuictus, extra de iudi. cum nõ ab homine. Tñ bene cõcedo quod omnis ſacerdos in mortali exiſtẽs eſt ſuſpectus quo ad ſe, ut j. q. j. ſacerdotes. ſed non quo ad alios, niſi ſit præciſus, uel niſi ſit notorius fornicator, uel ſimoniac⁹, ut xxxij. diſtinc. c. præter hoc. §. uerum.

[z] Hic ar. de occulto uel alias manifeſto ſecũdum Hug.

Infamis eſt in adulterio deprehẽſus.

[g] In fide Chriſti. id eſt, per fidem Chriſti.

[h] Mundũ. Id eſt, amorem & delectationẽ mundanorũ

[i] Sed accipientis. id eſt, recipitur ſecundum meritum recipientis, ſed nõ ſecundum meritũ dantis. de conſecr. diſt. ij. utrum.

[k] Accuſatur. Simile viij. quæſtio. iiij. ca. nonne. xxxv. quæſtio. vj. multorum. & xj. quæſt. iij. eorum. extra ut lite penden. laudabilem. Ioan.

Quod

QVod monachi. Hæc quæſt. diuiditur in ſe- ptẽ partes, in quarũ prima probat, quod monachi debent eſſe in monaſterio, & flere ſua & aliorum peccata. Secunda ibi, quod uero. Tertia ibi, his autem omnibus. Quarta ibi, de his uero. Quĩta ibi, qđ aũt. Sexta ibi, Ius ergo. Septima ibi, q̃ uero. Io. de Fant.

Monach⁹ utrum poſſit præfici eccleſiæ parochiali.

a Quòd monachi. De hac materia canones uarie loquũtur. Dicas ergo, qđ ſi regimen populi committit̃ monacho ab ẽpo cũ abbatis licentia, tũc pôt celebrare officium. lviij. diſt. c. j. ĩ. ea. c. doctores. & ca. moderamine. & ca. ex authoritate. Sed an ipſo iure poſsit cõmitti, uel tantum ex diſpenſatione, de hoc dubitat̃. Dicũt q̃dã, qđ hodie iure cõi ſed olim ex diſpẽſatione tãtũ. lv. diſtin. c. priſcis. Alij dicunt, q̃ nec hodie, niſi ex diſpẽſatione. extra de capel. mo. ĩ eccleſijs. ut extra de ſta. mo. ca. ij. Satis poteſt admitti, qđ ſecundum antiqua iura monachi nõ poterãt p̃eſſe parochialibus eccleſijs, niſi ex neceſsitate: ut ly diſtin. c. priſcis. hodie uero pñt utilitate ẽt ſuadente: quia magis probati ſunt quam ſeculares: & ſic magis ſunt utiles: ut ĩ. ea. c. cũ pro utilitate. & xlvij. diſt. c. quãtumlibet. & hoc ſi aſsit conſenſus epiſcopi & abbatis: ſed ſi monaſteriũ habet eccleſiam aliquã pleno iure, ſufficit cõſenſus abbatis: [1] ut ĩ. ea. q. ij. c. uiſis. De regularibus canonicis nõ eſt dubiũ, qn licite poſſint p̃fici eccleſijs, ſed in hoc eſt differentia, qđ monachus ſecum debet habere ſocios ſui ordinis, ſed regularis nõ tenet̃ niſi cõmode poſsit, ut extra de ſta mo. quod Dei timorẽ. Ioã. & ita de iure cõi pôt præfici monachus eccleſiæ parochiali: ſi pôt habere ſecum ſociũ ſui ordinis: ut extra de ſtatu mona. c. ij. B.

Dic & ſolũ ſine ... cõuẽ...

CAVSA XVI.

QVidã abbas habebat parochialem eccleſiam: inſtituit ibi monachũ, ut officium celebraret populo. poſſedit eã per quadraginta annos ſine aliqua interpellatione, tandem querela aduerſus abbatẽ mouetur à clericis baptiſmalis eccleſiæ, in cuius diœceſi parochiana eccleſia illa conſiſtebat?

1 *Hic primùm quęritur, Q utrũ monachis liceat officia populis celebrare, pœnitentiam dare, & baptizare?*

2 *Secundò, ſi contigerit eos capellas hr̃e ep̃ali beneficio, an ab eis ſint inſtituendæ, an ab epiſcopis.*

3 *Tertiò, an iura eccleſiarũ p̃ſcriptiõe tollãtur?*

4 *Quartò, ſi eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribat, an etiam monaſteriũ aduerſus eccleſiam præſcribere poßit?*

5 *Quintò, ſi capellam in ſuo territorio ædificatã iure territorij ſibi uendicare ualeat?*

6 *Sextò, ſi archipresbyter, uel ep̃s ſua authoritate nõ iudiciaria ſñĩa capellã illã irrepſerit, an cadat à cauſa ut eccleſia, cui p̃ſidet, nõ ultra hẽat ius repoſcẽdi, qđ ſuus paſtor illicitè uſurpauit?*

7 *Septimò quæritur, ſi laici capellã tenebant (ut quibuſdã moris eſt) & in manibus abbatis eã refutauerint, & ordinandam tradiderint, an conſenſu epiſcopi & clericorũ abbas poſſit eam tenere?*

QVAESTIO I.

1 *QVòd monachi [a] officia populis celebrare non poſſint, multis authoritatibus probatur, quarũ prima eſt illa ſctæ Nicenę ſynodi, qua dr̃.*

Monachorum conuerſatio ab omnibus debet eſſe diſcreta.

CAN.

PLacuit [b] oĩbus reſidẽtibus in ſctã Nicena ſynodo, ut monachorũ cõuerſatio & uita ſecũdũ etymologiã nõis ab omnibus diſcrepet. Monachus. n. Græcè, Latinè ſingularis dr̃. unde monachũ per oĩa ſingulariter [c] agere oportet. Quâobrem firmiter & indiſſolubiliter oẽs præcipimus, ut aliquis monachus pœnitentiã nemini tribuat, niſi ſibi inuicẽ, ut iuſtũ eſt: mortuũ non ſepeliat, [d] niſi monachũ [e] ĩ monaſterio ſecũ cõmoratẽ, uel ſi fortuitu quẽquã aduenientiũ fratrũ ibi mori cõtigerit.

b Placuit. Hoc cap. loquitur de monaſterijs non habentibus populum.

c Singulariter. i. non ſeculariter uiuere. nam ſingulariter, id eſt, ſolitarie uiuere debent. ĩ. ead. c. ſi clericatus. in fin.

d Sepeliat. Dicũt quidã, quod nullus ſacerdos ſiue monachus, ſiue alter pôt iniũger̃ pñias niſi ab ẽpo ſit cõmiſſa ei cura animarũ: ut ĩ. ea. c. p̃uenit. & c. cunctis. niſi in caſu neceſſitatis, ubi etiã laicus pôt pñiam dare. ĩ. de cõſe. diſt. iiij. ſanctũ. de pœn. di. j. quẽ pœnitet. unde qui ab eis recipiunt pñiam, nec quantũ ad Deum, nec quantũ ad eccleſiã ſunt abſoluti. Alij dicũt, q̃ quilibet ſacerdos pôt hoc facere. [2] Nã eo ipſo, qđ aliqs ſubmittit ſe ſuæ iuriſdictioni, habet poteſtatem ipſum abſoluẽdi & ligãdi cũ ſit ſacerdos. ĩ. ea. §. hoc idẽ. Tñ certũ eſt, q̃ nullus ſuũ ſacerdotẽ pôt dimittere ſine cã. ĩ. de pœ. diſt. vj. placuit. Hodie expeditum eſt, q̃ nulla eſt talis abſolutio q̃ cõſequit̃ ab alio ſacerdote: ut extra de pœn. & re. oĩs. Sed qđ ſi parochianus alicuius deliquit ĩ alteri⁹ ẽpatu uel territorio? Videtur, q̃ confitebitur ſacerdoti parochiæ illius, in cuius territorio deliquit: quia rõne criminis factus eſt de foro ſuo. Itẽ alia rõne, quia per confeſsionẽ pœna æterna cõmutat̃ in pœnam tẽporalẽ: ſed pœnam temporalem nunquam extraneus iudex poteſt remittere. [3] Dic qđ proprius ſacerdos eſt iudex illi⁹ criminis quo ad unam pœnam: & ille ubi deliquit, quo ad aliam pœnam.

e Niſi monachum. Arg. quod eſt licitum aliquid in hominem ſuæ profeſsionis, quod non eſt licitum in alium. ij. q. vij. c. ſi hæreticus. & xxviij. q. j. cap. caue.

Pñiam dare pôt laicus in neceſsitate.

[2] Si de hac materia uis plenã hr̃e notitiã, uide quod no. Hoſt. in ſum. de pę. & remiſsio. §. cui cõfitẽdũ ſit. & Gofre. in ſum. eo. ti. §. faciẽda eſt.

Deliquẽs in alteri⁹ territorio non tenetur ibi crimen conteri.

[3] Hoc iõ, quia non pôt condemnare nec abſoluere. ff. & reg. iu. nemo. extra de pœ. & remiſsio. qđ autẽ. ſecundũ Io. de Fã.

Nemo.

a NEmo.diſt.lxxix. c.ſingula . Hoc cap.eſt pars illius.xviij.q.ij.c.peruenit.ij . Et non loquitur de monachis , ſed de ſecularibus clericis,qui uolebant monaſterijs præeſſe : & dicit quod non poſſet fieri.

b DE monachis . Diſcedere . Quãtum ad ea, quæ ſunt de ſubſtãtia monachatus : ut de habitu ſeruãdo , & cõtinẽtia,& de nõ habendo propria . in his enim nõ abſoluiẽ, licet trãſeat ad eccleſiã ſecularẽ,ſed in ieiunio, ſilẽtio , & uigilijs abſoluitur : ut ĩ ca.proxi. Diſtinguiẽ tamen, quia ſi monachus tranſit ad epiſcopatum,ex toto abſoluitẽ à iuriſdictione abbatis : ut xviij. q.j.c.unico. Si uero trãsfertur ad eccleſiam ſecularẽ, quæ nõ eſt ſubiecta abbati ſuo, uel in ſpiritualib⁹ uel tpalibus , ex toto eximitur à iuriſdictione abbatis : ut ĩ. ea.in parochia. Siuero eccleſia ſubeſt abbati ſuo quo ad tpalia , rñdebit abbati ſuo:ſed quo ad ſpiritualia eximiti ab obedientia abbatis : ut ĩ.q.ij. c.uiſis. & capit.ſane. & extra de capel.mona.in eccleſijs.Si uero eccleſia illa ex toto eſt ſubiecta abbati quo ad omnia, tunc remanet obediẽs abbati,niſi ĩ ieiunijs & in alijs. ut dixi . Vnde non debet regere eccleſiã illã ſecundum officiũ monachale . Nam ad quãcunque eccleſiam ueneris, illius conſuetudinem ſeruabis. xij. diſt . c.illa. xlj. diſtinct.c.quiſquis . Sed nunquid in comeſtione carnium eximitur à regula monachali? non uidetur:ga canõ tñ infirmitatis cauſam excipit in monachis.ut ĩ.de cõſec.diſt.v.c.carnẽ.tamẽ poteſt ſatis dici,ꝙ ſic,ne alijs ſit ſcandalum:ut xlj.diſ.quiſquis .

c MOnachus.ſupra vij.q.j. c.præcepit. & ca.hoc nequaquam .

d Habet officium . Non habens curam animarum .

† Epiſtola. j.lib.4.

Item Greg. Ioã. Rauennati archiepiſcopo . †

Monaſterij diſtrictionem & eccleſiaſticũ miniſterium quilibet ſimul tenere non poteſt.

CAN. II.

NEmo a poteſt eccleſiaſticis officijs deſeruire,& in monaſtica regula ordinatè pſiſtere, ut ipſe diſtrictionẽ monaſterij teneat,qui quotidie in miniſterio eccleſiaſtico cogitur permanere.

Item Innocentius.

Monachi, qui ad clericatum promouentur , à priori propoſito diſcedere non debent.

CAN. III.

DE monachis,qui diu morãtes in monaſterijs,ſi poſtea ad clericatus ordinẽ puenerint, ſtatuimus nõ debere eos a priori propoſito diſcedere. b

Si ergo(ſicut Innocentius diffiniuit) à ſuo propoſito eis diſcedere non licet, et ſicut Gregorius teſtatur, in monaſtica regula deuotè perſiſtere, & eccleſiaſticis obſequijs ſimul deſeruire nõ poſſunt patet quòd parochianis eccleſiis monachi præfici non poſſunt .

Itẽ Hieronymus ad Riparium & Deſiderium.

Monachus non habet officiũ docentis,ſed plangentis.

CAN. IIII.

MOnachus c nõ docentis,ſed plangentis habet officium, d qui uel ſe,uel mundũ lugeat , e & domini pauidus præſtoletur aduentum .

Idem ad Paulinum.

In populari frequentia monachi eſſe non debent.

CAN. V.

SI cupis eſſe quod diceris f monachus , id eſt,ſolus, quid facis in urbibus ? quæ utique non ſunt ſolorum g habitacula , ſed multorũ . & infra . Habeto † ſimplicitatẽ h columbæ,ne cuiquam machineris dolos : & ſerpentis aſtutiã , ne aliorum ſupplanteris inſidijs . Nõ multũ i diſtat in uitio , uel decipere poſſe, uel decipi . Chriſtianũ quem ſenſeris tibi aut ſemper aut crebro de nũmis loquentem (excepta eleemoſyna, quæ indifferenter k omnibus patet)inſtitorem l potius habeto, quàm monachũ . præter uictum & ueſtimentũ & manifeſtas neceſsitates nihil cuiquam tribuas,ne filiorum m panem canes n comedant .

Idem ad Heliodorum.

Monachus paſcitur,clerici paſcunt. CAN. VI.

ALia cauſa eſt monachi, alia clerici. Clerici oues paſcunt , ego paſcor: o illi de altari uiuunt,mihi ſecuris p quaſi ad radicẽ infructuoſæ arboris poniẽ . Si munus q

e Lugeat. Se uel mundum , id eſt , peccata ſua , uel aliorum,qui in mundo ſunt lugeat. 1

f SI cupis.Diceris. Arg.à nominis interpretatione.nomina enim debent eſſe conſona rebus , in ſtit.de do.§.eſt.& aliud.& ff.de tu.l.j.xxj. diſtinct.c. cleros.& xij.q.j.c. clericus. xxiij.q.j. c.pudẽda.in auth. de defen.ciu.coll. iij.in princ.

g Solorũ.i.ſolitariorũ, ne ſit cõtra ĩ. ea. cap.ſi clericatus . Et eſt ar.ꝙ monaſteria nõ ſũt conſtruẽda in urbibus : ut ĩ.de conſe. diſt.v. nunquã.

h Simplicitatem. Duplex eſt ſimplicitas,quædam contraria doloſitati,& illa eſt bona : quædam contraria diſcretiõi, & hæc eſt mala.xxxix.diſt.c. Petrus . & xxxvj. diſt.in principi.

ADDITIO. Et repellit à promotiõe : ut xxxix. diſt.c. Petrus . ubi de hoc. Archi.

i Non multũ. Tamẽ qñque minus eſt falli,quã fallere:ut xx.q.ij. in ipſarum. eſt ergo uitiũ falli , i.facilem eſſe ad fallendum. Intelligũt tamen quidam hoc de deceptione fidei : in contractibus autẽ decipi non eſt peccatum. xxij.q.iiij. cap.innocens.

k Quæ indifferenter . Scriptum eſt eñi , Oĩ petenti te tribue,& excõicato. xj.q.iij. c.quoniã multos. j.q.ij. quam pio. xxiij.q. iiij.ita plane . & c. duo iſta . xiij.q.ij. c . nõ æſtimemus . Sed cõtra,deſudet eleemoſyna in manu tua,donec inuenias iuſtum, &c.& arg. lxxxvj. diſt.c. non ſatis. ĩ.ea.ca. ult. & arg.v. q.v. nõ omnis. De hoc notaui ſ. xlij. diſt. quieſcamus.

l Inſtitorem.id eſt,negotiatorem.

m Ne filiorum.id eſt pauperum.

n Canes.i.hiſtriones & meretrices & leccatores. 2

o ALia.Ego paſcor.à ſacramentis ipſorum.

p Securis.quia ſucciſus eſt mũdo.ĩ.c.placuit.

q Si munus . Sed unde faciet monachus eleemoſynam

1 Vt ĩ.de poeni. diſ. j.qui ſanctus.

Simplicitas duplex eſt.

† Idem Grego. ĩ. vj . q.j. c. ex merito.

Falli uitium eſt.

2 Ad hoc arg. xliij. diſ.i prin. uer.unde. Monach⁹ an poſſit eleemoſynam facere.

ad altare non defero, mihi ante presbyterum ſedere non licet. Illi, ſi peccauero, [a] licet me tradere ſatanæ in interitũ carnis, ut ſpiritus ſit ſaluus in die domini.

Idem ad Ruſticum.

Non licet aliquid monachis agere ſine presbyterorum conſilio.

CAN. VII.

Eccleſia habet ſenatum cœtum presbyterorum, [b] ſine quorum conſilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia audire noluit presbyteros ſuos. Senatũ [c] quoq; Romani habebãt, cuius cõſilio cuncta agebãt: & nos habemus ſenatũ noſtrum cœtum presbyterorum.

Item Eugenius papa.

Secundùm etymologiam nominis ſolitariam uitam ducat monachus.

CAN. VIII.

ij Placuit [d] communi noſtro concilio, ut nullus monachorũ pro lucro terreno de monaſterio exire nefandiſsimo auſu præſumat. Neq; pœnitentiam dare, neque filium [e] de baptiſmo accipere, neque baptizare, neque infirmũ uiſitare, neq; mortuum ſepelire, neque ad eccleſiam ſecularem tranſire, neque alijs quali buſcunq; negotijs [f] ſeſe implicare. ſit clauſtro ſuo contentus: quia ſicut piſcis ſine aqua caret uita, ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius, & taceat: quia mundo mortuus [g] eſt, Deo autem uiuit. Agnoſcat nomen ſuum. monos enim Græcè, Latinè eſt unus. achos Græcè, Latinè eſt triſtis. Vnde dicit monachus, id eſt, unus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo uacet.

Item Paſcalis ſecundus Victori Bononienſi epiſcopo.

Abſque epiſcoporum conſenſu epiſcopalia iura monachi nõ uſurpent.

CAN. IX.

Peruenit ad nos (unde ualde miramur) quòd quidam monachi & abbates in parochia ueſtra cõtra ſanctorũ decreta, epiſcopalia iura [h] & officia ſibi arroganter uẽdicant, uidelicet pœnitẽtiam dare, & remiſsionẽ peccatorum, recõciliationem pœnitentium, decimas & eccleſias: cũ abſq; proprij epiſcopi licẽtia, uel Apoſtolicæ [i] ſedis authoritate hoc nullatenus præſumere debeãt: ſicut in Calcedonẽſi [k] cõcilio de huiuſmodi à ſanctis patribus ſtatutũ eſt, & ſub anathematis [l] uinculo monachis omnib. ꝓhibitum. Mandamus itaq; dilectioni tuæ, ut eos cõuenias, & ne talia deinceps præſumant, omnino prohibeas.

Item Calixtus papa.

De eodem.

CAN. X.

Interdicimus etiã abbatibus & monachis publicas pœnitentias [m] dare, infirmos uiſitare, & unctiones facere, & miſſas [n] publicas cantare.

1.Cor.12.6

ſam uel oblationẽ, quiſ nihil habet propriũ, nec ei præter neceſſaria licet aliquid recipere, arg. hic. & corpori ſuo non debet ſubtrahere neceſſaria, de cõſecra. diſt. v. non mediocriter? Quidã dicunt quod nomine monaſterij offeret. arg. liiij. diſt. abbati. & hoc ſi habet adminiſtrationem. uel dic munus, id eſt, decimam.

[a] Si peccauero. Ergo ſecularis prælatus poteſt excõmunicare monachum. 3.Re.15.a Et eſt argu. quod ſi monaſterium aliquod eſt intra terminos alicuius archidiaconatus, quod archidiaconus habet iuriſdictionẽ ĩ ipſum monaſteriũ. Ad idẽ facit ĩ. ca. proxi. & xciij. diſt. à ſubdiacono. & extra de offic. archid. cap ulti. Eccleſia enim, quæ eſt intra territoriũ alicuius, ſub illius eſt iuriſdictione, ut ĩ. q. vij. omnes. argu. contra xviij. qõ. ij. peruenit. ij. & c dudum. & extra de capel. mo. dilectus.

Monaſteriũ poteſt eſſe ſub iuriſdictione Arch.

[b] Eccleſia. Presbyterorum. Si intelligas de illis perſonis, quæ ſunt prælati monachorum, planum eſt.

Quia monachi ſine eis nihil agũt, ut ĩ. ca. monachi.

[c] Senatum. & ſic capitulum dicitur ſenatus: & ſenatus reſtituit hominem famæ, ut ff. de poſtul. l. j. §. de qua. ergo & capitulũ. Nam & capitulum quandoque diſpenſat, ut extra de ſimo. ex inſinuatione. & arg. extra de præben. cum nõ ignores. Item in hoc comparatur capitulum ſenatui. nã ſicut à ſententia ſenatus non appellatur, ut ff. à quib. appel. non licet. l. j. ita nec à capitulo, ut extra de his, quæ fi. à maio. parte capit. cum in cunctis. Vnde dico, quod capitulum eligendo indignum diſpenſat cum ipſo, ut ſi ſit talis diſpenſatio, quæ prohibita ſit ei, quemadmodum dico in epiſcopo.

Capitulũ eligẽdo indignũ quãdoque diſpenſat.

[d] Placuit. Hic loquitur de monachis non habẽtibus populum.

[e] Neque filiũ. Nõ eſt licitum ſibi facere cõmatres: ut xviij. q. ij. peruenit.

[f] Negotijs. Niſi iubeatur. ĩ. ead. quia uere.

[g] Mortuus. hic uides, quod ĩgreſſus religionis æquiparatur morti naturali. Vnde quod iuris eſt circa dotem, uel donationẽ propter nuptias in morte naturali, idem eſt in hac morte, id eſt, in ingreſſu religionis: ut C. de epiſ. & cle. Lulti. Et ſicut donatio cauſa mortis cõfirmatur morte naturali, ſimiliter confirmatur morte ciuili, ut C. de donatio. inter uir. & uxor. res uxoris. Ioan. & hoc teneas ꝓ regula, ꝙ in ſolis illis caſib. ciuilis mors æquiparatẽ morti naturali, ubi hoc in iure cautum inuenitur. B.

Religionis ingreſſus morti æquiparatur.

[h] Peruenit. Iura. Ergo abbates non debent exercere epiſcopalia iura, nec de cauſis matrimonialib. cognoſcere, ut extra de exceſ. præla. accedentib. niſi epiſcopalia iura præſcripſerint, ut extra de præſcript. auditis.

Abbates epiſcopalia non exerceãt.

[i] Vel apoſtolicæ. argu. contra extra de confir. utili uel inutili. porrecta. Sed dic, quod non poſſunt confirmari quo ad hoc, quia poſſunt remoueri cum opus fuerit. extra de ſtatu monacho. cap. ij.

Non eſt cõtra, quia non tãgit caſum iſtũ ſecundum Io. de Fã.

[k] In Calcedonenſi. ĩ. ca. qui uere.

[l] Et ſub anathematis. infligendi.

[m] Interdicimus. Publicas pœnitentias. hoc enim ad epiſcopos pertinet, ut 50. diſt. in capite.

[n] Et miſſas. quas nec alij debent in monaſterijs publice cantare populo, niſi fuerint inuitati, ut xviij.

 quæſtio-

tare chriſma & oleum [a] conſecrationesque alta-rium ordinationes cleri-corum ab epiſcopis [b] ac-cipiant, in quorum paro-chijs manent.

Item Alexander ſecundus.

Monachi intra clauſtra morantes clericorum officia exterius non miniſtrent.

CAN. XI.

IVxta Calcedonēſis tenorem optimi cōcilij monachis (quamuis religioſis) ad normam ſancti Benedicti intra clauſtrū morari præcipimus: uicos, caſtella, ciuitates peragrare prohibemus: & à populorū prædicatione oino ceſſare cēſuimus: niſi forte quis de ſuæ animæ ſalute ſolicitus, ut eorum habitū aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere uoluerit.

Item ex concilio Calcedonenſi.

Monachi, qui ſunt in ciuitatibus, epiſcopo debent eſſe ſubiecti.

CAN. XII.

QVi uerè pureq; ſolitariā [c] eligūt uitam, digni ſunt cōuenienti honore. Eos [d] uerò, [e] qui per ciuitates ſingulas ſeu poſſeſsiōes in monaſterijs ſunt, placet nobis epiſcopo eſſe ſubiectos, & quieti operā dare, atq; obſeruare ieiunia, [f] & orationes in locis, in quibus ſemel ſe Deo deuouerint permanētes, & neque cōicare eccleſiaſticas, neque ſeculares aliquas attrectare actiōes relinquentes propria monaſteria, niſi fortè iubeant, pp urgentes neceſsitates ab ipſius ciuitatis epō. Et neminē ſeruorum ſuſcipi in monaſterium, ut ſit cū eis monachus, niſi cum domini proprij licentia. Prætereuntem uerò hæc decreuimus extra cōionem eſſe, ne nomen Domini blaſphemetur.

Conuenit ergo ciuitatis epiſcopo curā [g] & ſolicitudinem neceſſariā monaſterijs exhibere. His ita reſpondet: authoritas illa Nicenæ [h] ſynodi ꝓhibet monachos de monaſterijs exire, & per capellas ſepulturas mortuorū celebrare: confluere uidelicet more clericorū ad cuiuslibet exequias celebrādas. Cæterum ſi apud monaſteriū aliquis ſemet ipſum tumulari uoluerit, nō eſt prohibendus.

Vnde Gregorius ſcribit Ioan. epo de urbe ueteri.

Miſſa celebrari, & mortui ſepeliri in monaſterio non prohibentur. CAN. XIII.

AGapitus abbas monaſterij ſancti Grego. inſinuauit nobis plurima ſe à ueſtra ſanctitate grauamina ſuſtinere: ꝙ in eodem monaſterio miſſas [i] prohibeas celebrari: mortuos etiam interdicas ſepeliri: à qua ihumanitate uos hortamur ſuſpēdi: [k] & ſepeliri ibidē mortuos. miſſas celebrari nulla ulterius habita cōtradictiōe pmittas.

Idem Carolitano epiſcopo Venerio.

Non ſunt caſſandæ piæ uoluntates defunctorum.

CAN. XIIII.

ADmonere te uolumus, ne piæ [l] defunctorum uoluntates tua (quod abſit) remiſsione caſſentur.

Item Gelaſius papa.

Teſtatoris arbitrium ſeruari oportet.

CAN. XV.

COnſideratio eccleſiaſticæ utilitatis hoc poſtulat, ex iuſta diſpoſitione teſtatoris ſeruandum arbitrium eſſe.

Item ex concilio Triburienſi.

De eodem. CAN. XVI.

VBicunq; facultates rerū & opportunitas temporū ſuppetit, &c. ſicut in eodē cap. ſuprà legitur [m] in cauſa eorū, qui de diœceſi ad diœceſim tranſierunt.

---

queſtio. ij. dudum. & cap. luminoſo. & cap. abbatem.

[a] Oleum infirmorum, uel catechumenorum.

[b] Ab epiſcopis. Sed cum hoc ca. loquatur de nō habētibus populū, quare recipiūt oleum uel chriſma, cum populum non habeāt? Reſpondeo, hoc præcipitur ad cautelam, ne aliquem ibi non baptizatum contingat mori.

[c] QVi uere. Solitariam. id eſt, eremiticam.

[d] Eos. qui ſcilicet digni ſint honore.

[e] Vero. id eſt, tamen. Ex aduerſatione iſta, & ex eo ꝙ dicit ſubiectos, uidetꝙ eremitæ non ſubſunt epiſcopis: quod quidam concedunt, quia ſunt locuſtæ, quæ non habent regem. [2] Sed nos cōtra, [3] ut xciij. diſt. nulla ratione. xj. q. iij. ſi autē. Hic etiam nota, ꝙ eremita poteſt uocari ad prælaturā: ut extra de elect. cū monaſterium. Qualē autem uitam habere debeant, non reperi: tamen priuilegium clericorum habent, ut hic apparet. Sed ſi quæras quomodo eremita poſsit eligi ad prælaturā, cum de magis ſtricta ad minus ſtrictam uitam non eſt licitum trāſire. xix. q. j. c. uno? Reſpōdeo, uita monachorū ē magis ſtricta quo ad hoc quia renunciāt proprijs, & ponunt hominē ſupra ſe: ſed eremita non renunciat ꝓprijs, ut xix. qō. iij. c. perlatū. §. ecōtra.

[f] Ieiunia. Sed quid ſi prius tenebat aliquos dies ieiunare, nunquid nihilominus monach⁹ factus tenet eos ieiunare? arg. quod nō. xxxiij qō. v. noluit. de pœni. diſt. j. c. quis aliquando. §. his au-thoritatibus.

[g] Curam. xviij. q. ij. monaſteria. & ca. abbates. & cap. cognouimus.

[h] Nicenæ. ſ. e. c. j.

[i] AGapitus abbas. Miſſas. Publicas. Sed nōne hoc licite ꝓhibuit ut ſ. ead. interdicimus? Sed dic ꝙ loquitur hic de monaſterio habente populum.

[k] Suſpendi. id eſt, abſtinere. Io. de Fā.

[l] ADmonere. Ne piæ. ſec⁹ ſi ſunt iniuſtæ. xvij. q. iiij. quicūque. ff. de relig. at ſi qs. §. hæc actio. xij. q. ult. quia. ff. de condi. inſtit. quidā. Imo ad epiſcopū ſpectat exequi uoluntates defunctorū: [4] ut extra de teſta. ſi heredes.

[m] VBicunque. Legitur ſ. xiij. q. ij. ubicūque. Impro-

[1] De hoc habetur xcv. diſt. §. oleo.

Eremitæ ſubſunt epiſcopis & poſſunt ad plaтurā uocari.

[2] Tangit dictū Salomonis dicentis: Locuſta regē nō habet.

[3] Et bene: quia ois anima ſublimioribus poteſtatib. debet eē ſubdità. xj. q. j. magnū. extra de cenſi. ois anima. Archidia.

[†] ca. iij.

[4] Idē no. ſ. qō. i. Syluester. ubi plenē not. et qđ dicit glo. ſatis probatur per iſtud c. & ſeq. ſecundum Ho.

Ecce his authoritatibus patet, q; ſi quis apud monaſteriũ ſepulturã ſibi eligere uoluerit: liberè à monachis poteſt ſepeliri.

Vnde liquidò colligitur prohibitionem illam Nicenæ ſynodi propter improbitatem [a] *circunnagantium eſſe factam.*

Vnde in Calcedonenſi concilio legitur. †

Monachi, qui ſine licentia epiſcopi nagantur, ad propria loca redire cogantur.

CAN. XVII.

QVidam monachi nihil habentes ſibi iniunctum à proprio epiſcopo, [b] interdum uerò etiã illi qui ab eo fuerãt excõmunicati, [c] ueniũt ad ciuitatem Conſtantinopolitanã, & in ea perturbationes trãquillitati eccleſiaſticæ inferunt, & diuerſorũ domos corrumpunt. Statuit igitur ſancta ſynodus hos primũ cõmoneri, ut exeãt à regia ciuitate, demũ eos inuitos [d] deijci, ac inde per defenſorem compelli, ut ad ſua loca redeant. [e]

Item Pelagius Papa Paulino ſolitario.

Monachi circunnagantes per defenſores ſunt cõpellendi.

CAN. XVIII.

PRobinum Samariæ † & Milianum, atque Probinianum, uel alios pſeudo monachos Ioanni defenſori præcipimus, ut eos debeat detinere: [f] quatenus ſi quã deſiderãt ſuæ cõtẽtionis rationẽ cognoſcere: ad nos [g] ut informent, debeãt exhiberi Certè ſi ſola obſtinatione ab eccleſiaſtico corpore ſunt ſciſsi: in Reatina ſ[illegible] ſicut petiſti) iſula [h] [illegible] lent, prædicto defenſori duximus iniungendum.

Item Leo Papa. †

Nullus monachus præter domini ſacerdotes audeat prædicare.

CAN. XIX.

ADijcimus illud etiã, quod nobis propter improbitatem quorundã monachorũ religionis ueſtræ uerbis mandaſtis per vicarios ueſtros, hoc ſpecialiter ſtatuentes, ut præter dñi ſacerdotes [i] nullus audeat prædicare, ſiue monachus ſiue laicus ille ſit, qui cuiuſcunque ſcientiæ nomine glorietur.

Ecce in hoc capitulo et uitiũ eſt expreſſum, & generali conſtitutione euacuatum. Quòd uerò pœnitentiã dare prohibentur, inde eſt, q; nulli ſacerdotũ licet alterius parochianũ [k] *ligare uel ſoluere. Monachi aũt etſi in dedicatione ſui presbyteratus (ſicut et cæteri ſacerdotes) baptizãdi, prædicandi, pœnitentiã dandi, peccata remittẽdi, beneficijs eccleſiaſticis perfruẽdi ritè poteſtatem accipiunt, ut amplius & perfectius agãt ea, quę ſacerdotalis officij eſſe, ſanctorum patrum conſtitutionibus cõprobãtur: tamẽ executionem ſuę poteſtatis nõ habẽt, niſi a populo fuerint electi et ab epiſcopo cum cõſenſu abbatis ordinati.*

a Improbitatem. Imo quia non habent populum.

b Qvidam monachi. Epiſcopo. poteſt ergo eps monacho præcipere, & iniungere [1] aliquã legationem: ut s.eo. q uere. ſimiliter abbas, ut j.ea.monachi.

c Excommunicati. Ergo monachi poſſunt excommunicari ab epo: ut xviij. qõ. iij. abbates. & ab alijs prælatis: ut s.ea. alia.

d Inuitos. Per brachium ſeculare eſt inobediens corrigendus: ut s.diſtin. xvij. nec licuit. & xj.qõ.j. petimus.

e Vt ad ſua loca redeant. uel in exilium mittantur: ut j.cap.proxi.

e Ad ſua loca. Hoc eſt regulare: ut ſemp primo cogant redire ad monaſteriũ ſuũ: vt xxvij.q.j.nec aliqua. in fi.& c.impudicas.& c.peruenit. niſi ſæpius delinquãt, uel primũ monaſteriũ ſit nimis diſſolutũ: ut xxvij. q.j. ſi qua. & c.ſi qs rapuerit.

f PRobinũ. Detinere. Nec talis detentor incidit in canonem. ex. de ſent. excõ.ut famæ.

g Ad nos. Nam cũ de fide dubitat, Romana eccleſia ẽ cõſulenda: ut xxiij. q.v.de Liguribus.

h Inſula. Nota pœnam canonicam eſſe exilium. 50.di. accedens. & dixi iij.q.iiij.hi qui epiſcopos. Ioan.

i ADijcimus illud. Sacerdotes. Vel per licentiã ſacerdotum. Nec obſtat.xxv. diſt.perlectis. ubi dicitur q; diaconus põt prædicare. ſic xciij.di.in ſancta. uel ibi prædicare ponit pro legere. Similiter laici prædicant & mulieres de licentia ſacerdotis, ut s.diſt.xxiij. mulier. in fin. Sed nunquid ſubdiaconus poteſt prædicare? ita, quia prælationem & curam animarum habere poteſt: ut extra de ætate & qualitate. præterea. prædicat ergo ratione prælationis, ſed non ratione ordinis: quia locũ ſacerdotis obtinet: ut xciij. diſt. præcipimus. Templarij aũt & hoſpitalarij ideo prædicant, quia habẽt de hoc priuilegiũ. Sed qd ſi aliq ſunt falſi prædicatores & aliqua lucrẽtur, nũqd reſtituent illi eccleſiæ? Videt q; nõ, qa non refert quis uel qualis prædicet, ſed quæ pdicet. xix. di. ſecũdũ. Et Apoſtolus dicit in epiſtola ad Philippenſes, Siue per ueritatẽ, ſiue per falſitatem Chriſtus annuntietur, in hoc gaudeo, & gaudebo. Dic qd Apoſtolus gaudebat de cõuerſis, nõ de prædicantibus. Arg. tñ q; eccleſiæ acquirit. [2] de inoff. teſta. l. poſthumus. §.ſi qs. [3] ubi dicit quod ſi extraneus expugnauit teſtamentũ, hoc ei non prodeſt, ſed legitimis. Ioan.

Ecce in hoc. CASVS. Dicit Grat. q; cauſa eſt expreſſa s.in proxi. c. quare monachi prædicare n debeãt. ſ.improbitas eorũ. q; autẽ dictũ ẽ s. in c.placuit. q; monachi pœnitẽtias dare, & ſimilia facere non poſſunt, hoc ideo ſtatutum fuit, qa nullus parochianũ alterius ſoluere põt ue ligare. Et licet monachi i tẽpore ſuæ ordinationis ſumãt poteſtatẽ prædicandi, & alia officia faciẽdi ſicut cæteri ſacerdotes, tñ executionẽ illius ptãtis nõ hñt, niſi a populo eligãtur, & cum cõſenſu abbatis ab epo loci ad hoc fuerint inſtituti. Similiter negotia eccleſiaſtica & ſecularia. tractare non poſſunt, ut patroni cauſarum uel cognitores, niſi ab epiſcopo loci cõmoneantur: q; probat ſeq. c.

k Parochianum. In fra de pœn.diſt.vj. placuit.

Monachi ſubſunt epiſcopo.

1 Videt tamen qd hoc nõ poterit monachus, niſi pmiſſione abbatis. xviij. q.iij.in fi. ad hoc facit qd no ta.viij.di. quæ contra. in gl. vlt. & xj. qõ.iij.qui reſiſtit. Archid.

† ca.223.

† Alias, Sabariæ. alias, Salatiæ.

Mulieres prædicare poſſunt.

† Scilicet Leo j.epiſtola lxj. ad Theodori. epm Cypri.

Philip. 1. c

Prædicãt & ueri & falſi prædicatores

2 Hoc eſt verum ſecundum Laur.

3 Ad idẽ ff. de leg. j.ſi ſeruus plurium. [illegible]

Eccleſiaſticas uerò atque ſeculares actiones attrectare prohibentur, ut nõ præſumant ſibi patrocinia cauſarum, niſi ab epiſcopo commoniti fuerint: nec ſecularibus cauſis occupentur, ut reſideant cognitores dirimendarum litium.

Vnde Pelagius ſcribit Antoninæ Patriciæ & Deciæ.

Monachus defenſor fieri non debet.

CAN. XX.

DE præſentium portitore, quod defenſor [b] factus nõ eſt, nulla uobis animi moleſtia ſit: quia ſatis ualde amariſſimum habeo de iſto propoſito ad illud officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ à monachis Deo promiſſa ſunt, ualeant adimpleri. omnimoda enim eſt illius habitus & iſtius officij diuerſitas. illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic cauſarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque uel eccleſiaſtica inſtituta, uel ſupplicantium neceſſitas poſcit. faciat autem Deus, ut tales ſint hi, uel qui a nobis in iſto habitu nutriuntur, uel in monaſterijs creſcunt, ut prouecta ætate & uita probata non ad litigiorũ officia, ſed ad ſacerdotium ualeant promoueri.

Gelaſius tamen, ſicut in tractatu de promotionibus clericorum inuenitur in capitulo illo, Monachus nouitius, &c. permittit illos ex diſpenſatione fieri defenſores.

Quod uerò ſacerdotalium officiorum poteſtatem habeant, teſtatur Ambroſius dicens:

Clericorum officia celebrare monachi presbyteri non prohibeantur.

CAN. XXI.

DOctos ac probos monachos presbyterij honore dedicatos, prædicare, baptizare, pœnitentiam dare, debita miſeris relaxare, decimarum, primitiarum, oblationum uiuorum & mortuorũ portione iuſta perfrui debere moderata diſpenſatione commendamus: ut iuxta Apoſtolũ de altario cui ſeruiunt uiuẽtes, per obſequium dominicę plebis panem & uinum immaculata benedictione transforment in corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti.

Itẽ Innocentius Papa.

Beneficijs eccleſiaſticis monachus presbyter liberè perfruatur.

CAN. XXII.

SI monachus ad clericatum promoueatur, beneficia ei pleniter, & annonæ & decimæ donentur, abſque ulla dilatione & minoratione: [c] ut quantò melius poſſit iuxta poſſibilitatem ſuã quando neceſſitas extiterit, ad opera eccleſiaſtica & ipſam eccleſiã reſtaurãdam [d] adiutoriũ faciat.

Item Gregorius.

De eodem.

CAN. XXIII.

MOderamine apoſtolicæ authoritatis decernimus, ut monachi ſi presbyterij honore dedicati ſunt, cum ligandi, ſoluendiq; poteſtate decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, quæ fiunt pro uiuis & pro defunctis portionem iuxta canonem ad ſuam, proximorumq; [e] utilitatem merito perfectioris iuſtitiæ non minus quàm cæteri ſacerdotes laudabiliter ſibi uendicent. [f]

---

[a] TE præſentium. Defenſor. Id eſt, iudex uel aduocatus, uel procurator negotiorum ſecularium. ſic j. qõ. iij. ſaluator. & extra ne cleric. uel mona. ſed nec. Non poteſt ergo ſine ſuperioris licentia eſſe iudex uel aduocatus, uel arbiter. Sed abbas poteſt hoc facere ſine licentia alicuius. Nam abbas monachos habet in poteſtate: ut xij. q. j. nõ dicatis. Vnde ipſe non eſt ſub poteſtate alicuius. ff. de adulte. ſic eueniet. Et q poſſit abbas eſſe procurator, habes extra de cenſibus. ſopitę. extra de tranſact. contingit. Seculares ergo cauſas etiam iubentibus epiſcopis non poſſunt agere, ut hic, & extra ne cle. uel mo. relatũ. niſi miſerabilium perſonarum: ut lxxxvj. diſtin. c. ulti. & xv. q. ij. cap. unico. ubi plene de hoc. Item nec ſyndicus poteſt cõſtitui in propria eccleſia: ut extra de ſyndi. ſicut. nec procurator, ut in auth. de ſan. epiſ. §. alium. niſi alius non ſit æque idoneus, tunc poteſt de licentia abbatis: ut extra de teſti. inſuper & j. eo. monachi. iudex tamen conſtituitur monachus a ſuperiore: ut extra de priui. cum olim. Et nota, q ſi quam cauſam mouent monachi, præſumitur ſemper q bono zelo eam moueãt: ut extra de noui oper. nunt. cum ex iniuncto. Ioã. de Faut.

Monach9 an poſſit eſſe iudex uel aduocatus.

Cõcor. text. in l. repetita. C. de epiſ. & cler. & tex. in authent. de ſan. epiſc. §. deo nobis. col. ix

[b] Defenſores. j. diſt. lxxvij. c. ulti. cõtra. Vile eſt illud contrarium: quia ibi defenſor ponitur pro oſtiario, & ideo magiſter illud noluit ſoluere.

Quod uero. Hæc eſt ij. pars q. in qua probat q ſi monachus habet populum de licentia epiſcopi uel Papæ, q poteſt omnia officia celebrare ſiue miniſtrare ſicut clerici ſeculares. Ioan. de Faut.

[c] SI monachus. Minoratione. ſi. j. quæſt. iij. c. ulc. & eſt arg. ex quo q eſt electus canonicus, q ſtatim habebit fructus præbendæ plene, ut alij. extra de præb. c. relatum. tallit hoc extra ut eccle. benefi. ut noſtrum. in ſi. & de inſti. cum ueniſſent. in fin.

[d] Reſtaurandam. Arg. q habẽs eccleſiam debet reparare eam: ut extra de eccle. ædi. c. de his. & c. ulti. hoc uerum eſt, ſi habet tertiam quæ debet fabricæ: ut x. qũ. j. decreuimus. & q. iij. unio.

[e] MOderamine. Proximorumq;. Argu. q de bonis eccleſiarũ poſſumus ſubuenire conſanguineis: ut lxxxvj. diſt. non ſatis. ſed proximos hic appellat fideles.

Proximi qui ſint.

[f] Sibi uendicent. Cum ergo eccleſia poſſit uendicare decimas, patet q dominium decimarũ eſt penes eccleſiã: licet decima nondũ ſit tradita ei. decimæ enim ſunt Dei, ut j. e. reuertimini. Vnde etiam quemlibet poſſeſſorem eccleſia conuenit ſuper decimis, ut j. ea.

Decimarum dominiũ eſt penes eccleſiam.

Alias, uendicare nõ poſſet. ff. de rei uendi. l. in rem, in princ. & l. ſolum. §. j. Archid.

Idem.

Clericorum officia monachi presbyteri liberè adminiſtrãt.

CAN. XXIIII.

EX authoritate huius decreti (qd̃ Apoſtolico moderamine & pietatis officio à nobis eſt cõſtitutum) ſacerdotib. monachis, apoſtolorũ [a] figuram tenentibus, liceat p̃dicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiã imponere, atque peccata ſoluere.

Item ex decreto Bonifacij papæ.

Monachi presbyteriq; honore decorati, poteſtatem habent ligandi & ſoluendi.

CAN. XXV.

SVt nõnulli nullo dogmate fulti, audaciſsimo quidem zelo magis amaritudinis quàm dilectionis inflammati, aſſerentes monachos, qui mũdo mortui ſunt, & Deo uiuunt, ſacerdotalis officij potentia indignos, neque pœnitentiam dare, neque Chriſtianitatem largiri, neque abſoluere poſſe per ſacerdotalis officij diuinitus ſibi iniunctam poteſtatẽ: ſed omnino labuntur. neque enim beatus Benedictus [b] monachorum præceptor almificus huiuſcemodi rei aliquo modo fuit interdictor, ſed eos ſecularium negotiorũ edixit expertes fore tãtũmodo. Quod quidem apoſtolicis documentis, & omnium ſanctorum patrum inſtitutis non ſolùm monachis, ſed etiam canonicis [c] magnopere imperatur. Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus. Tantorum igitur patrum inſtituti exẽplis (quibus periculoſiſsimum eſt refragari) credimus à ſacerdotibus monachis ligandi ſoluendique officiũ Deo operante dignè adminiſtrari, ſi eos dignè contigerit hoc miniſterio ſublimari. Decertãtes igitur monaſticæ profeſsionis presbyteros ſacerdotalis potentiæ arcere officio, omnimodo præcipimus, ut ab huiuſcemodi auſibus reprimantur in poſterũ: quia quãtò quiſque eſt excelſior, tantò & illis erit potentior.

His omnibus authoritatibus perſpicuè monſtratur monachos poſſe pœnitentiam dare, baptizare, et cætera ſacerdotalia officia licitè adminiſtrare. Quòd uerò populi electione, eporum inſtitutione, et abbatis cõſenſu poteſtatem ſuam exequi ualeãt, Hieronymi, Gelaſij, & Gregorij authoritate probatur.

Ait enim Hieronymus ad Ruſticum monachũ.

Dignè in monaſterio uiuens, per populi electionem ad clericatum poterit promoueri.

CAN. XXVI.

SIc uiue in monaſterio, ut clericus eẽ merearis. multo tempore [d] diſce quæ poſtmodũ doceas: & iter bonos ſemp̃ ſectare meliores. Quòd ſi populus uel epiſcopus te in clericũ elegerit, age ea quæ clerici ſunt.

Idem ad eundem.

Ad ordinem clericatus promoueri monachi poſſunt.

CAN. XXVII.

SI clericatus titillat [e] deſiderium, diſcas quod poſsis docere. & rationabilẽ

ſ. ea. decimæ. hoc enim eſt priuilegiũ eccleſiæ, qd' re non dũ tradita facta eſt domina rei, ut extra de conſuet. c. ij. in fi. & C. de ſacroſan. eccl. ut inter diuinum. Quidam tamen dicũt, q eccleſia non poſsit uendicare decimã, niſi ſegregata ſit: quia qui rẽ uendicat, ſpecificare eam debet, ut extra de app. ca. ſignificantibus. Sed hoc nihil eſt, quia ĩcertam partem bene poſſum uendicare, ut ff. de rei uend. quæ de tota. & l. ex diuerſo. & l. ult. Sed adhuc alia ratione uidetur, quod eccleſia non poſsit decimam uendicare: qa niſi decima ſitj ſegregata ab alijs bonis, non deſinit eſſe prioris domini, ut ff. de pollici. l. ij. §. ult. Sed illud eſt qñ decima debetur ex uoto, aliud quando ex iure. Dicas ergo, quod licet decima nondũ ſit ſegregata, quod tamẽ eſt eccleſiæ. Vel dicas quod totũ illud frumẽtum eſt commune: quia cum frumẽtum uolũtate dominorũ commiſcetur, fit cõmune, & quodlibet granum fit cõmune, tũc detur actio communi diuidũdo ut diuidatur. Sed ſi ſine uoluntate dominorũ eſt cõmiſtum, tunc nõ fit commune: ſed uẽdicare poteſt uterq; partem ſuam. ff. de rei uen. l. ſi frumentum. & inſtit. de rerum diuiſi. §. ſi duorũ. Sed nec illud uidet̃ poſſe ſtare: quia cum ſemen nõ fuit cõmune, ergo nec frumentum. Vel dicatur, quod decimę petantur per actionem confeſſoriam, quia ius pręſtãdi decimam, eſt ſeruitus quædam. Vel uerius dicas quod petũtur cõdictione, ex canone, uel iudicis of

Decimæ qua actione peti poſſunt. 2. Ti. 2. a

[1] Qualibet condi

ficio, ut ff. de condi. ex lege. l. unica.

[a] EX authoritate. Apoſtolorum. ſcilicet ſeptuaginta duorum diſcipulorum. xxj. diſt. in nouo. epiſcopi enim tenẽt locũ ipſorum. lxviij. diſtinc. quorum uices. Vel p̃prie, ſcilicet quo ad propriorum renuntiationem.

[b] SVnt nõnulli. Benedictus. argu. q omnia quę nõ p̃hibuit ſanctus Benedictus, ſunt cõceſſa monachis. ſic xxviij. qõ. j. iam nunc. xxx. q. iij. illud.

[c] Canonicis. regularibus. imo omnibus, ut uidetur argu. lxxxviij. diſt. ca. j. & etiam per totũ. xj. qõ. j. te quidem. xiiij. q. iiij. cap. ij. & xv. q. ij. c. j. xxiij. q. ult. his a quibus. extra de poſtu. clerici. & extra ne cler. uel mona. multa.

[d] SIc uiue. Multo tẽpore. id eſt, uſque ad decrepitã ætatẽ, ut xxxviij. diſt. nullus. uel multo, id eſt, p̃ quinquenniũ, ut i proœmio, digeſtorum. ff. de ſepar. l. j. §. quod dictũ. Vel per triennium. C. de fideicõ. l. j. uel p̃ bienniũ, [2] ut Inſtit. de lit. ob. §. multum. argu. hic cõtra momẽtaneos magiſtros. lix. diſt. ſi officia. quia non mediocriter errat, qui minus bonũ p̃fert, &c. ut ĩ. de cõſecr. diſt. v. non mediocriter. & arg. q potius ſeniores magiſtri ſunt audiẽdi, ut xx diſtin. de quibus. [3] arg. contra ff. de ædil. edic. præcipiunt.

[e] SI clericatus titillat. id eſt, delectat.

Humi-

ctio ex lege uel canone, & quælibet alia cõdictio eſt actio i perſonam. Inſtit. de ſictio. §. itaque Arch.

[2] Sub. uel per decẽniũ. ff. qui & à qui. l. ſi eum. §. Ariſto.

[3] Vide qd' legi. & no. 24. q. 1. cum beatiſsimus.

Deo offeras hoſtiam: neſis miles prius, quàm tyro: ne prius magiſter ſis, quàm diſcipulus. Nō eſt humilitatis a meæ neq; menſuræ iudicare de cæteris, & de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quippiam dicere. Habeāt illi ordinē ſuum & gradum: quē ſi tenueris, quomodo tibi in eo uiuendum ſit, editus ad Nepotianum liber te docere poterit. Nunc monachi cunabula moresq; diſcutimus, & eius monachi, qui liberalibus ſtudijs eruditus, in adoleſcentia iugū Chriſti collo ſuo īpoſuit. Primumq; tractandum eſt, utrùm ſolus, an cum alijs in monaſterio uiuere debeas? Mihi placet ut habeas ſanctorum contubernium: b nec ipſe te doceas, & abſq; doctore c ingrediaris uiam, quam nunquam ingreſſus es.

Item Gelaſius papa.

In loco, quo abbas iudicauerit monachus eligatur, & ab epiſcopo ſacerdos ordinetur.

CAN. XXVIII.

SI quis monachus fuerit, qui uenerabilis uitæ merito ſacerdotio dignus præuideatur, & abbas ſub cuius imperio regi Chriſto militat, illum fieri presbyterum petierit, d ab epiſcopo debet eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinari: omnia, quæ ad ſacerdotis officium pertinent, uel populi e uel epi electione prouidè ac iuſtè acturus.

Item Syricius papa.

Tempore maturæ ætatis eccleſiaſticis monachi promoueantur ordinibus.

CAN. XXIX.

MOnachos quoque quos morū grauitas, & uitæ ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorū officijs aggregari, & optamus, & uolumus: ita ut qui ītra triceſimū ætatis annū ſunt digni minoribus, per gradus ſingulos creſcētes tēpore ꝓmoueantur ordinibus: & ſic ad diaconatus uel presbyterij inſignia maturæ ætatis conſecratione perueniant, ut nec ſaltu f ad epiſcopatus g culmen aſcendant: niſi in his eadē, quæ ī ſingulis dignitatib. ſuperius h præfiximus, fuerint tēpora cuſtodita.

Item Auguſtinus ad Eudoxium. r

Eccleſiaſtica officia nec auida electiōe monachi ſuſcipiāt, nec blādiēte deſidia reſpuant.

CAN. XXX.

VOs autē fratres exhortamur in domino, ut propoſitum ueſtrū in domino cuſtodiatis, & uſq; ad finē uitæ perſeueretis: ac ſi qua opera i ueſtra mater eccleſia deſiderauerit, nec elatione auida ſuſcipiatis, k nec blandiente deſidia reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis Deo, cū māſuetudine portantes eū qui nos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet manſuetos uias ſuas. nec otiū ueſtrū neceſsitatibus l eccleſiæ præponatis, cui parturiēti ſi nulli boni miniſtrare uellent, quomodo naſceremini non inueniretis.

Itē Pelagius papa Bono epō Sauinati.

Gelaſius quendam Rufinum monachum iubet ſacerdotem fieri, & in quadam baſilica ordinari.

CAN. XXXI.

IN parochia tua baſilica ſancti Laurentij, quæ in poſſeſsione m filij & conſiliarij noſtri uiri magnifici Theodori fundata eſt, officium presbyteri deeſſe cognouimus: & quia præfatus filius noſter nobis retulit ſe inueniſſe Rufinum quendam monachnm olim ſibi uita, religione, & moribus comprobatum, & hunc poſtulat ibi presbyterum conſecrari: quod ſubitò n fieri nos prorogata o obſeruantia non acquieuimus; ideo dilectio tua

a Humilitatis. id eſt, paruitatis.

Contubernium. argu. extra de ſtatu mona. ca. monachi. & xx. q ult. ca. ult.

b Contubernium. argu. quod plus ualet uita communis, quā uita eremitica. unde ab eremitica uita licite tranſitur ad monachatum, ut dixi ſ. ca. qui uere. ſed à monachali ad eremiticam non poteſt, niſi de abbatis licentia fiat ratione debilitatis, ut xx. q. iiij. monachum.

c Et abſque doctore. ſimile xxxvij. diſtin. relatum.

d SI quis monachus. Petierit. alias non poſſet, ut lviij. diſt. ca. j. & ij. & j. ca. monachi.

e Vel populi. populi non eligere, ſed teſtimoniū dare electo, ut xxiij. diſt. c. j. ſed eps, uel archidiaconus, uel archipresbyter eligit ſecundum conſuetudinem loci, ut extra de offi. deleg. ſuper eo. Ioan.

f MOnachos. Nec ſaltu. i. prætermiſsis ordinibus, ut lij. diſt. c. ſolicitudo. Vel id eſt, non ſeruatis debitis interſtitijs, ut lxvij. diſt. in ſingulis. ſed eſt cōtra lxxvij. diſtin. c. ult. ubi dicitur, ꝙ monach⁹ omnes ordines intra annum poteſt recipere, ſed illud ex diſpēſatione, quod hic dicit, eſt ius cōmune.

g Ad epiſcopatus. ut ſi ſit presbyter, poſt decē annos poteſt epiſcopus fieri, ut lxxvij. diſtinctio. quicunque.

h Superius. ſ. lxxvij. diſt. cap. j. ij. & iij. Ioan.

i VOs aūt. Opera. arg. ꝙ ſi clericus ſcit operas alicuius, illas tenet̄ preſtare eccleſię. extra de poſtu. c. ſi. ſed cuius expēſis pſta-bit eas? uidet̄ ꝙ expēſis eccleſiæ: ut arg. xij. q. ij. charitatem. maxime ſi non habet proprium, de quo hic loquit̄. Secus tamen eſt in liberto, qui præſtabit operas ꝓprijs ſumptib⁹ patrono ſuo, niſi pauper ſit: ut ff. de oper. lib. ſuo. hic tamē non loquitur de talib. operis, ſed tantū de poſtulatione uel prælatiōe recipienda. Item arg. ꝙ ſi alicui de eccleſia iniūgitur aliqua legatio, tenetur eā recipere, ut iij. quæſtio. j. c. nulli.

k Suſcipiatis. ſimile viij. quæſtio. j. in ſcripturis.

l Neceſsitatibus. ſ. vij. q. j. ſcias.

m IN Parochia. In poſſeſsiōe. i. quæ fuit eius. ſimile xviij. q. ij. abbatem. cum. n. fundata eſt eccleſia, nullā habet ibi pſtem, ut x. q. j. nouerint.

n Quod ſubito. tēpore. n. indigemus ut aliquid maturius agamus. ſo. di. ponderet. in princ.

o Prorogata. id eſt, dilata.

Eremitali cite trāſit ad monachatum.

Et j. q. j. ꝗbuſdā.

Sed nominare ſecundū H. ut dixi ſecundū eū ſ. ca. ſic uide. Vnde Goff. dicebat hic ꝙ illud uel, qď ponitur ī tex. non diſiūgit, ſed cōiungit, ut dicat uel, pro &. Archidia.

Libert⁹ ꝓprijs ſumptib. pſtare debet operas patrono.

Et cap. ſciēdum. & ca. qui epiſcopatum. j. q. vj. ſicut is. ſecundum Lau.

Abbatē epiſtola. 81.

his literis acceptis ſabbatho ueniente faciat eum diaconum: [a] & ſi Deus uoluerit, & uixerimus, mediana [b] hebdomada presbyterũ faciemus: [c] quatenus ſuperueniente paſchali feſtiuitate ſacra miniſteria in memorata Baſilica a perſona cõpetenti ualeant adimpleri.

Item Gregorius in regiſtro. †

Qui de clerico monachus efficitur, proprio epiſcopo ordinãte, poterit eligi & conſecrari.

CAN. XXXII.

SI quos a clericatu in monaſticã [d] contigerit uenire conuerſationẽ, ſi talis uitæ monachus fuerit, ut epiſcopus, qui ante militauerat, eum dignum ſacerdotio præuideat: in loco, quo iudicauerit, eligi poterit & ordinari.

Item ex concilio Agathenſi. †

Sine teſtimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eligantur.

CAN. XXXIII.

MOnachi vagãtes ad officium [e] clericatus (niſi eis teſtimonium abbas ſuus dederit) nec in parochijs, nec in ciuitatibus [f] ordinẽtur. Si enim neceſſe fuerit clericũ de monacho ordinari, cum cõſenſu [g] & uolũtate abbatis hoc præſumat eps.

Itẽ ex cõcilio Ilerdẽſi.

Cum abbatis uoluntate monachi ordinentur, quos pro utilitate eccleſiæ epiſcopus ordinare uoluerit.

CAN. XXXIIII.

CVm pro utilitate [h] eccleſiæ aliquos monachorum in clericatus officio epiſcopus probauerit promouẽdos, cũ abbatis [i] uoluntate debẽt ordinari. Ea uerò, quæ in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana [k] lege ab epiſcopis contingantur.

Item ex concilio Terraconenſi. †

Sine abbatis imperio ad clericatus officium, monachi non eligantur.

CAN. XXXV.

MOnachi à monaſterio foras egredientes, ne aliquod miniſteriũ eccleſiaſticum [l] præſumant agere prohibemus, niſi fortè cum abbatis imperio. Similiter ut nullus eorum, id eſt, monachorum, forenſis negotij ſuſceptor uel executor exiſtat, niſi id quod monaſterij expoſcit utilitas, [m] abbate [n] ſibi nihilominus imperante.

Item Auguſtinus ad Aurelium. †

Ad clericatus militiam non eligantur deſertores monaſteriorum.

[a] Eum diaconum. Ergo ſubdiaconus erat iſte, qui fuit electus ad regimen parochialis eccleſiæ. Subdiaconus enim ad hoc licite eligitur: ut extra de æta. & qualita. præterea. imo etiam ad epiſcopatum: ut extra eo. tit. a multis. Item aliud notabile eſt hic, quod ſi patronus præſentat epiſcopo monachum aliquem, ꝙ tenetur epiſcopus eum inſtituere. & dicunt quidam ꝙ & tunc tenetur epiſcopus eum recipere cum ſubeſt neceſſitas uel utilitas: ut ĩ. eo. cũ pro utilitate. & lv. diſt. priſcis. & id quod legitur extra de ſtatu mon. monachi. & capitu. quod Dei. intelligunt ꝙ non debent præfici parochialibus eccleſijs, niſi ſubſit neceſſitas uel utilitas. Ioan. Sed certe idem eſt de quolibet alio clerico. B.

[b] Mediana. Cum cantatur. Sitientes.

[b] Mediana. Supra lxxvij. diſtin. in ſingulis. contra.

[c] Faciemus. Per alium. quem enim Papa in diaconem ordinat, amodo non poteſt recedere ab ipſa curia Romana: ut j. quæſt. j. filium.

[d] SI quos. In monaſticã. ſupra. vij. q. j. hoc nequaquam contra. ſed ille ad pœnitentiam deſcendit. hic meritum augere propoſuit, quod ubi non exprimitur, ex uarietate præſumitur adminiſtrationum relictarum. & hoc bene diſtinguit extra de renunt. capit. poſt trãſlationem.

[e] MOnachi. Ad officium. Officiando eccleſiam, ſed priuatim poſſunt celebrare, extra de clericis peregrin. capit. tuæ.

[f] Nec in ciuitatibus. Non eſt dubium quin a clericatu tranſeatur ad monachalem uitam, quia diſtrictior eſt uita monachorum quam clericorum. Sed mirum eſt, quomodo ad clericalem uitam permittitur tranſire a monachali uita: ut hic, & in præcedenti cap. & lxiij. diſt. cap. j. & ij. cum de magis diſtricta uita, ad minus diſtrictam uitam tranſire non licet: ut xciij. diſtin. legimus. in fin. Reſpon. ad prælaturam ideo tranſit ex diſpenſatione, ut proſit, & tunc uotum non frangit, quia iſtud in melius commutatur. melior eſt enim publica utilitas, quam priuata. ĩ. ea. vos autem. qui autem ſic tranſit ut præſit, peccat mortaliter. uotum enim frangit.

[g] Conſenſu. Hoc eſt ĩ. lviij. diſtin. c. j. & ij. Ioan.

[h] CVm pro utilitate. Vel pro neceſſitate. ĩ. cap. proxi. & lv. diſt. priſcis. ſed ĩ. eo. c. ſ parochia indiſtincte loquitur.

[i] Cum abbatis. Videtur ergo ꝙ epiſcopus inuito abbate non poſſit monachum præficere eccleſiæ alicui uel facere ipſum clericũ ſuum: ut hic, & ſupra proxim. & lviij. diſtinctio. capitu. j. & ij. Sed contra ĩ. eadem. qui uere. & ij. quæſtio. vij. cum paſtoris.

[k] Diœceſana. Id eſt, nec tertiam nec quartã dabunt epiſcopo. ſed de hoc notandum eſt x. q. j. in ſumma.

[l] MOnachi. Eccleſiaſticum. Officiando eccleſiam, ſed priuatim poſſunt celebrare.

[m] Vtilitas. Ergo licet aliquid bonum & utile ſit, non tamen eſt agendum, niſi eo modo quo fieri debet: ut xj. quæſt. iij. quid ergo. xij. quæſ. ij. quatuor & infra, de conſecr. diſt. v. non oportet. & ff. de re mili. l. iij. §. in bello.

[n] Abbate. Poteſt ergo monachus eſſe procurator eccleſiæ ſuæ, de licentia ſui abbatis, & etiã aliorum. ĩ. eadem. qui uere. & lxxxvj. diſt. peruenit. & dixi ĩ. ead. c. de præſentium uidetur etiam ꝙ ſine mandato: ut C. de procurat. exigendi. ſicut miles procurat cauſam ſui numeri, qui alias non poteſt eſſe procurator: ut ff. de procu. l. filiusfamilias. Sed hæc ratio non habet hic locum: quia monachus nec cauere poteſt de rato, nec præſtare cautionem iudicatum ſolui, ad quæ tenetur procurator, qui ſine mandato interuenit. ſi tamen geſsit utiliter, & eccleſia habet ratum, non propter hoc poteſt irritari quod factum eſt: ut C. de procura. non eo minus. argumen. contra. xcvj. diſtinct. bene. in fin.

Monachũ a patrono præſentatũ debet epiſcopus inſtituere.

† Epiſtola xl. li. j.

a Dic clarius mediana, i. ſabbato quod præcedit dominicã de paſſione, cantatur ſitientes. tunc etiã celebrat generalis ordinatio clericorũ. lxiij. diſt. principali. lxxxv. diſt. ordinationes. Hug.

† cap. 27.

Monach⁹ ad clericalem uitã trãſire permittitur.

† cap. 25.

Monach⁹ poteſt eſſe procurator eccleſiæ.

Sed epiſcopi etiã ſolius ſine abbate, vbi eſt utilitas monaſterij, ut ſ. c. q uere. hic alleg. ſed nõ ſine mãdato epi, uel abbatis ſecundum Innoc. & Hoſtiẽ. q. ita not. extra de re iudi. cũ I. & A.

† Epiſtola lxxvj.

CAN. XXXVI.

Legi epiſtolam benignitatis tuæ de Donato & fratre eius, & q̃d reſponderem, diu fluctuaui: ſed tamen etiam atq; etiam cogitanti quid ſit utile ſaluti eorum quibus nutriendis in Chriſto ſeruimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, niſi nõ eſſe uiam dandam ſeruis domini, ut ſe facilius putent eligi ad aliquid melius, ſi facti fuerint deteriores. [a] Etenim ipſis facilior lapſus, & ordini clericorum fit indigniſsima iniuria, ſi deſertores monaſteriorum ad militiam clericatus eligãtur: cùm ex ijs, qui in monaſterio permanent, non tamen niſi probatiores atq; meliores in clerũ aſſumere ſoleamus: niſi fortè (ſicut uulgares dicunt) malus choraula, † [b] bonus ſymphoniacus eſt: ita ipſi uulgares de nobis iocabuntur dicentes: malus monachus, bonus cleric⁹ eſt. Nimis dolendũ eſt, ſi ad tã ruinoſam ſuperbiam monachos erigimus, & tã graui cõtumelia clericos dignos putamus, in quorum numero ſumus: cũ aliquãdo bonus etiam monachus uix bonum [c] clericum faciat, ſi adſit ei ſufficiẽs cõtinentia, & tñ deſit inſtructio [d] neceſſaria, aut perſonæ regularis ĩtegritas. Sed de iſtis credo ꝙ arbitrata ſit beatitudo tua, ꝙ noſtra uoluntate (ut ſuis potius corregionalibus utiles eſſent) de monaſterio receſsiſſent. Sed falſum eſt, ſponte abierunt: ſponte deſeruerunt, nobis quantum potuimus pro eorum ſalute renitentibus.

§ *His autem omnibus authoritatibus monſtratur, ꝙ monachi, qui ſunt à populo electi, et ab ipſis epiſcopi cum conſenſu ſui abbatis ſunt ordinati, legitimè poteſtatem ſuam exequi ualent. Illud uerò Gregorij, [e] Nemo poteſt obſequijs eccleſiaſticis deſeruire, &c. de illis intelligendum eſt, qui in numero cardinalium uel epiſcoporũ ordinati, monaſterij ſui diſpenſationem ſibi reſeruare contendunt.*

Vnde idem Gregorius ſcribit Mariano epiſcopo Rauennati. †

Pro abbatis uel monachi promotione nullo modo grauentur monaſteria.

CAN. XXXVII.

Ne pro cuiuſlibet monachi aut abbatis ꝓmotione onus fortaſſe ali qđ monaſteria ſuſtineãnt; ſtudendũ eſt nobis: ut ſi quiſpiã monachorum ex quocunq; monaſterio ad clericatus officium uel ſacrum ordinem [f] acceſſerit, [g] non ibi aliquã ulterius habeat poteſtatem.

Idem Maximiano Syracuſano epiſcopo. †

Qui eccleſiis quoquo modo militant, abbates monaſteriorum eſſe non poſſunt.

CAN. XXXVIII.

Presbyteros, diaconos, cæteroſq; cuiuſlibet ordinis, qui eccleſijs quoquo modo militant, abbates [h] per monaſteria eſſe non permittas: ſed aut amiſſa [i] clericatus militia, monaſticis non promoueãtur ordinibus, aut ſi in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruũ eſt, ſi cùm unum ex his præ ſui magnitudine diligenter quis nõ poſsit explere, ad u-

[a] Legi. Deteriores. Nam nemo ex delicto ſuo facit conditionẽ ſuã meliorem. ſi. xij. di. nos conſuetudinem ff. de do. inter uir. & uxo. l. iij. §. j. & ff. q̃d ui aut clã. l. Seruius. ſic extra de ſimon. ſicut. in fin. & extra de ſen. excõm ſi uere. Et econuerſo ex merito nõ debet qs cõſequi pœnam. extra de fideiuſ. peruenit. extra de donat. inter uirum. & uxo. & ſi neceſſe.

[b] Malus choraula. qui incipit cantum in choro, uel qui choreas ducit.

[c] Bonum. Id eſt, perfectũ. [1] ſunt tamen monachi meliores, id eſt, perfectiores clericis. & ſic non obſtat contra. xlvij. diſtinct. quantumlibet.

[d] Inſtructio. Sufficit monacho, ꝙ tãtum bonus ſit, licet ſit illiteratus uel irregularis, quæ duo nocent clerico promouendo. lv. diſt. c. j. & xxxvj. diſt. cap. illiteratos.

[e] Illud uero Gregorij ut ſ. ea. c. ij.

[f] Ne pro cuiuſlibet. Sacrũ ordinem. Id eſt, epiſcopatum. [2]

[g] Acceſſerit. Bene dicit acceſſerit. ſ. cũ effectu. nõ enim deſinit eſſe prioris eccleſiæ prælatus, niſi habeat corporalem poſſeſsionem ſecundæ: ut ĩ. xxj. qõ. ij. ſi quis iam. & extra de elect. cum in cunctis. ſed de hoc dicitur xciij. diſt. ſi qui epiſcopi. Ioan.

[h] Presbyteros. Abbates. Sed quomodo poterant clerici ſeculares eligi in abbates, cũ hoc ſit prohibitũ: ut ex. de electio. cum cauſam. & melius eod. tit. cſt in magiſtrũ. & eo. tit. cum ad noſtram? Reſpon. non eliguntur, ſed poſtulantur. ſic lxj. diſtin. Oſius. ſed forte cum prius erant monachi, fuerũt aſſumpti ad parochiales eccleſias: & poſtmodum cum electi eſſent in abbates, uolebãt retinere eccleſias priores. [3] & ex hoc uidetur eſſe melior conditio monachorum, quã clericorum ſi monachi licite eliguntur ad ſeculares prælaturas, & clerici non poſſunt eligi ad monachorum prælaturas, cum ſit argumẽ ij. q. vij. ſicut. ĩ. xxviij. quæſt. j. omnes. Sed quæro rationẽ illius diuerſitatis. Si dicas ideo quia clericus non eſt peritus in regula monachali, eadem ratione nec monach⁹ poteſt eligi in epiſcopum ſi non eſt peritus in regula clericali: ut ſ. c. ſic uiue. & c. ſeq. ꝙ concedo. Sed quid ſi clericus ſit peritus in regula monachali, nũquid tunc poteſt eligi in abbatem, cum ratio conſtitutionis eſſet in eo: ut lxj. diſt. §. his omnibus. verſ. ſed ſciendum? Dico ꝙ nõ: quia licet ſciat regulam, non tamen probatus eſt in ea. & graue eſt inexpertos, &c. ut xix. qõ. iij. monaſterijs. quia nec ipſe eſt probatus in habitu, nec ipſe probauit habitum, in quo maxima uis ordinis conſiſtit.

[i] Amiſſa. Ergo delinquenti datur electio.

[1] Scilicet quo ad inſtructionẽ & integritatẽ regularis perſonæ, ut mox dicit. alias ſunt monachi, &c. ut ſequitur. Laur.

† Alias, primus. ſ. in choro.

[2] De hoc xviij. q. j. ĩ ſumma.

Clerici ſeculares nõ eliguntur ad prælaturas regulares.

[3] Scilicet parochiales, in quibus erant intitulati. & hanc lecturam habet. ĩ. c. §. ſuperiori. ſecũdum Laur.

† Epiſtola xl. ſeu cap. cciiij. lib. vj.

† Epiſto. xj. lib. iij.

utrunq; a uideat idoneus.

Hoc uel generaliter uel ſpeciali priuilegio dictum poteſt intelligi: ſicut & de quodam monaſterio in regiſtro Gregorij legitur hoc modo:

De quodam xenodochio, cuius abbas ad epiſcopatum eligi prohibetur.

CAN. XXXIX.

Hinc eſt etiã, ꝙ xenodochium ſeu monaſteriũ quod in eodem Frãcorum regno conſtitutũ eſt: quia per ambitiones & contentiones quorundam nõ canonicè tractabatur, a peruerſitate malorũ liberare cupiẽs præcepit, ut ſine regali prouiſione & monachorũ electione, nullus ibi abbas aliqua unquam ſubreptione introduceretur: præcepit etiã ut eiuſdem monaſterij abbas nunquã b ad epiſcopatum eligeretur, ne fortè occaſione epiſcopatus, abbatia aliquid detrimenti c pateretur. †

Quod priuilegium ita eſt illius eccleſiæ, ut cõmunem legem regibus uel abbatibus omnino dare non poſſit. Nõ enim quod uni ſigillatim d *cõceditur, ſtatim omnibus conuenit.*

Superiori authoritate e *nõ prohibẽtur abbates* f *ſacerdotes fieri: cùm beatus Benedictus iubeat abbatem fratribus egredientibus & regredientibus benedictionem dare: quod non niſi ſacerdotũ* g *eſt. lectionem* h *quoq; Euãgelij ſimiliter abbati ad legendũ tribuit: quã ſubſequẽti oratione legere ſimiliter ſacerdotalis officij eſt. Sed tales ſacerdotes uel diaconos fieri* i *prohibet, qui in eccleſiaſtica militia cogãtur iugiter permanere. Item illud Hieronymi* † *ad Ripariũ & Deſideriũ: Monachus nõ doctoris, ſed plangẽtis habet officiũ. Et ad Heliodorũ: Alia cauſa eſt monachi, alia clerici. Et ad Ruſt. Sine conſilio presbyterorum monachis nihil agere licet: non ita generaliter intelligendum eſt, ut nulli monachorum liceat docendi officium aſſumere: ne beatum Gregorium, aut Auguſt. Anglorũ epiſcopum beatum quoque Martinum, et innumeros etiã, quos de monachica conuerſatione ad ſummũ ſacerdotij gradũ ſcriptura teſtatur* k *eſſe promotos, cogamur negare officiũ docendi habuiſſe, aut in die conſecrationis ſuę aſſeramus eos à priori propoſito diſceſſiſſe: quod (ut Innoc. teſtatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hieronymus diſtinguere inter perſonã monachi et clerici, oſtendens quid cuique ex proprio officio conueniat. Aliud enim cõuenit cuique ex eo* l *ꝙ monachus eſt, aliud ex eo ꝙ clericus ẽ. Ex eo ꝙ monachus eſt, ſua et aliorũ peccata deflendi habet officiũ: ex eo ꝙ clericus, docendi & paſcendi populũ. Monachos* m *uerò uſque ad tempus Euſebij, Zozimi & Syricij monachos ſimpliciter, & non clericos fuiſſe eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria.*

Idem etiam Hieronymus refert monachos Scythiæ conueniſſe in unum, ut ſacerdotem ſibi inuenirent, qui eis miſſarum ſolennia celebraret.

Item Leo Auguſtus, †

Omnes clerici uel monachi tutelæ immunitatem habere debent.

CAN. XL.

Generaliter ſancimus omnes uiros reuerendiſsimos epiſcopos necnon presbyteros ſeu diaconos & ſubdiaconos, & præcipuè monachos, n licet non ſint clerici im-

ctio. ſic extra de iure patro. c. cum te. argum. contra. ff. de peti. hære. ſi rem & pretium.

a Ad utrunque. Si mi. lxx. diſt. ſanctorum. & C. de aſſeſ. l. ulti. ſ. lxxxix. diſtin. ſingula.

Hinc eſt etiã. b Nunquam. ſed nõne potius eſt opprobrium quam priuilegium, quod abbas in epiſcopum eligi prohibeatur? Reſpondeo, in hoc eſt priuilegium ꝙ eccleſia non cogitur, dare abbatẽ ſi eligitur in epm.

c Detrimenti. Solent enim abbates electi i epos, diſpergere res eccleſiæ ſuę cũ ſe receſſuros ſperant, quia non parcit populis regimẽ breue. arg. ff. de exerci. l. j. circa princ. de pœnit. diſtin. iij. inter hæc hircum.

d Sigillatim. Argu. ꝙ priuilegium conceſſum uni, non extẽditur ad alios. ſ. eo di. cõtra morem. vij. q. j. petiſti. tamen ius uni conceſſum extenditur ad alios. ſ. diſt. v. ad eius uero. Itẽ quod primatibus conceditur, uidetur conceſſum & illis, qui ſubſunt eis: ut C. de aduo. diuer. iud. l. reſtituendæ. Item licet perſonalia iura non extendantur ad alios, tamen quãdoq; poſſunt concedi alijs. nam minor cedit alijs beneficium reſtitutionis, ut ff. eod, l. ꝙ ſi minor. in princi. licet ſit argu. contra: ut ff. de adminiſt. tutorum. licet ex pluribus. ff. de reg. iur. l. in omnibus.

e Superiori authoritate. Scilicet presbyteros.

f Abbates. Id eſt, ſacerdotes nõ prohibentur fieri abbates.

g Niſi ſacerdotum. Ut xxv. diſtinct. perlectis.

h Lectionem. Hoc melius intelligunt illi, qui nouerunt regulam beati Benedicti.

i Feri. Supple. abbates.

k Teſtatur. Supra eod. de monachis.

l Ex eo. Sic aliud facit quis in eo ꝙ homo, & aliud in eo quod peccator: ut xxiij. quæſt. iiij. c. duo iſta.

m Monachos. Alia ſolutio.

Generaliter. n Monachos. Epiſcopis & monachis interdicitur cura & tutela: ut lxxxviij. di. c. eps. & ſ. ead. c. de præſentium.

a Alias, de ætate, & quali.

Abbas in epiſcopũ quandoq; non eligitur.

Id eſt, nõ poteſt cogi ꝑ aliquẽ aliũ à papa.

Priuilegiũ unius ad alterũ nõ extenditur.

† Quod ſequitũ nõ eſt de tex. Gregorij, ſed ſunt ũba Graciani, et ſic ſ hoc tex. nõ eſt priuilegium ſed erat ius cõmune regum Francorũ, ut probaẽ in tracta. cõtra partes datas ad edictũ Henri. ij. parte ij. gloſſ. xv.

† Aduerſus Vigilãtiũ ad Ripariũ preſbyterum.

Epiſcopi & monachi nõ poſſunt eſſe tutores.

† C. de epiſcopis. & cleri. l. xl.

munitatem ipſo iure omnis habere tutelæ ſiue teſtamẽtariæ, ſiue legitimæ, ſiue datiuæ, & non ſolùm tutelæ eſſe eos expertes, ſed etiã curæ nõ ſolũ pupillorum & adultorũ, ſed etiã furioſi & muti & ſurdi, & aliarũ perſonarum quibus tutores, uel curatores a ueteribus legibus dantur. Eos tamen clericos & monachos hmôi habere beneficiũ ſancimus, qui ad ſacroſanctas eccleſias uel monaſteria permanent, non diuagantes, [a] neque circa miniſteria diuina deſides: cũ propter hoc ipſum beneficiũ eis indulgemus, ut alijs omnibus derelictis, Dei omnipotẽtis inhæreant miniſterijs: & hoc non ſolùm ĩ ueteri Roma, uel in hac regia ciuitate, ſed in omni terra ubicunq; Chriſtianorum colitur nomẽ, obtinere ſancimus.

Nouarum etiam collationum & ſordidorum [b] munerum immunitatem acceperunt.

Vnde Conſtantinus cunctis ſcribit clericis. †

CAN. XLI.

IVxta ſanctionem quã dudum meruiſſe perhibemini, fundos & mancipia ueſtra [c] nullus nouis [d] collationibus [e] obligat, ſed uacatione gaudebitis.

Item Imperator. Honorius & Theodoſius. †

CAN. XLII.

PLacet rationabilis cõſilij tenore perpenſo, diſtricta moderatione pſcribere a quibus ſpecialiter neceſsitatibus eccleſiæ urbium ſingularũ habeantur immunes. Prima quippe illius uſurpationis cõtumelia depellẽda eſt, ne prædia uſibus cæleſtium [f] ſecretorũ dedicata, ſordidorũ munerum fæce uexentur: nihil extraordinarium [g] abhinc ſuperindictumve flagitetur, nulla ſolicitudo trãslationis [h] ſignetur: poſtremò nihil præter canonicã illationem, niſi quã ſi aduentitiæ neceſsitatis [i] ſarcina repentina popoſcerit, eius functionibus adſcribatur. Si quis cõtrauenerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam [k] quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) exilio perpetuæ deportationis mulctetur.

Hoc idem datur intelligi [l] ex uerbis beati Syluestri, qui obedientiam minorum erga maiores aſſignans [m] ait: Abbas oſtiario, monachus abbati ſit ſubditus ſuprà in tractatu ordinandorũ. Oſtendit ergo Hieronymus quòd ſimpliciter monachis nihil liceat agere ſine conſilio presbyterorum. Nec officium docendi ſibi aſſumere liceat ſine authoritate clericorũ, niſi fortè diuina gratia intus commoniti, ſicut beatus Gregorius refert in dialogo de beato Benedicto qui homines montis Caſſani ad fidẽ adduxit, & aram Apollinis, quæ erat ibi erecta, ſubuertit: & de quodam Equitio, cui Angelus in ſomnis apparuit, & eum ad prædicandum miſit: qui cũ uitio linguæ cõquereretur, Angelus phlebotomo linguam eius tetigit, & totum illud uitiũ curauit.

tium. & c. monachi a monaſterio. niſi forte miſerabilium pſonarũ: ut lxxxvj. diſt. c. ulti. alij uero clerici ſponte poſſunt ſuſcipere: ut lxxxvj. diſtin. c. peruenit. Eſt ergo priuilegium clerici ꝙ non tenetur recipere tutelam alicuius: cum tamen uelit & poſsit ſuccedere ab inteſtato. quod eſt contra legem illam Inſti. de le. pa. tu. §. quia plerunq;. & ſ. lxxxvj. diſtinct. capit. peruenit. ubi habes de hac materia.

a Non diuagãtes. Arg. quòd [1] ſcholares in ſcholis non debent percipere ſtipendia: ut xij. quæſtio. ij. c. conceſſo.

a Non diuagantes. Argu. cauſa ceſſante ceſſat priuilegium. lxxxiiij. diſt. c. quiſqs. extra de cle. non reſi. c. quia nonnulli. extra de deci. ca. ſuggeſtum. C. de reſti. mi. l. ulti. inſtit. de excuſa. tuto. §. item hi qui. Reipublicæ enim cauſa abſens, excuſatur a tutela: ſed ſi ante fuit tutor, ſimiliter refutat onus tutelæ. ff. de iudi. l. ij. §. eleganter. in fi. ff. pro ſocio. l. actione. §. item. Vnde ſi aliquod priuilegium datum eſt religioſis, ceſſante religione ceſſat priuilegium: ut xxv. qõ. ij. c. ultim. & extra de uerb. ſignif. cap. abbate. in fin.

b Sordidorum. Vt calcis coquẽdæ, arenæ fodiendæ, & ſimilium.

c IVxta. Mancipia ueſtra. Similiter uxores, ut. C. de epiſcop. & cleri. l. ij. & eorum coloni: ut lxxxix. diſtin. c. indicatum. & eorum familia: ut xij. quæſt. ij. cap. eccleſiarum.

d Nouis. Sic x. qõ. iij. c. unio. & capit. quia cognouimus. extra de cenſ. cap. cum Apoſtolus.

e Collationibus. Extraordinarijs uel ſuperindictis: ut ĩ. l. prox. ſoluant tamen tributum: ut xj. qõ. j. c. ſi tributũ. xxxiij. qõ. viij. cap. tributum. & C. de epis. & cle. l. de his. ſed nouas collationes non poſſunt laici ab eis petere propter aliquas neceſſitates, ut hic dicitur, & extra de immu. eccle. c. non minus. ſed epiſcopus tempore neceſsitatis cũ charitate aliquid moderate poteſt ab eis petere: ut extra de cenſi. c. cũ Apoſtolus. [2] non ergo tenet lex quæ dicit, ꝙ clerici tenentur ad inſtructionem murorum, alias itinerum, ut C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. ad inſtructionem.

f PLacet. Cæleſtium. Id eſt, eccleſiarum. Vel intellige ſecundum quod eſt extra de cenſi. cap. j.

g Extraordinariũ. id eſt, quod repentino caſu ſuperuenit. Extraordinarium & ſuperindictum idem eſt. C. de exact. tri. l. ſi diuina. lib. x.

h Translationis. i. non eſt transferenda poſſeſsio ab eis, licet non ſoluant tributum, ſicut fit in alijs: ut x. qõ. ij. §. qui rem.

i Neceſsitatis. Nec tunc per laicos, ſed per epiſcopum petetur collatio a clericis: ut extra de immu. eccleſ. cap. non minus. [3]

k Acrimoniam. Id eſt, pœnam quæ traditur ff. ad leg. Iuli. pecul. ſacrilegij. & xvij. qõ. iiij. per totum.

l Datur intelligi. Scilicet quod monachi laici erant.

m Ait. Supra diſtinctione xciij. ca. a ſubdiacono.

[1] Hoc ar. non colligit ex hac litera, cũ hic loquatur de abſentibꝰ ex inhoneſta cauſa. & hic no. ꝟbum diuagãtes. ar. ſ. ca. monachi uagãtes. Archidia.

† L. j. C. de epiſco. & cleric.

Priuilegium datũ religioſis, ceſſante religione ceſſat.

† C. de ſacroſanctis eccle. l. v.

[2] Ad idẽ extra de immu. eccleſ. quia pleriſque arg. opti. ff. de libe. exhibẽ. ſi quis ex liberis.

[3] Intelliſge ut habeẽ eo. ti. aduerſus. & eo. titu. li. vj. quoniam nonnulli. & c. clericos. De hoc etiam not. xxiij. qõ. viij. tributum. ĩ gl. j. ibi uideas. Archid.

Connu

Quòd uerò Hieronymus ſeipſum talibus connumerat, [a] *tale eſt quale illud Apoſtoli ad Philippēſes: Quicunque imperfecti ſumus, hoc ſentiamus: ſeipſum imperfectis connūmerās. Hinc idem Hieronymus alibi ait:* [b] *Natus in paupere domo & tugurio ruſticano. & infrà. Nos ſuffarcinati auro, ſe famelicum faſtidiētibus mella, pauperē diuitibus cōnumerans: ſuprà ubi agitur de clericis, qui propria deliquere noluēt. c. gloria epi. Ecce ſufficiēter monſtratum eſt, quòd monachis presbyterij honore decoratis, à populo electis, & ab epo inſtitutis eadē liceāt, quæ et alijs ſacerdotibus. probat hoc ēt ex ſimilitudine cōſecrationis. non. n. in conſecratione eorū aliud dicitur, & aliud in conſecratione aliorū. Vtriſq; enim in cōe à Domino benedictionem infundi eps obnixè depoſcit. Et dū cōſecrat, cunctis ſacerdotibus ſigillatim dicit: conſecrentur & ſanctificentur domine manus iſtæ, ut qcquid conſecrauerint: cōſecratū ſit: et quæcunq; benedixerīt, benedicta ſint.*

Ecce cōmunis eſt benedictio: unde igitur diuortiū? Sicut ergo in benedictione utriq; communem nāciſcuntur poteſtatem, ita ī inſtitutione communiter aſſequuntur poteſtatis executionē. Cæterùm abſque epiſcoporū licentia non ſolùm monachis, ſed ēt omnib. general ter clericis poteſtatis executio interdicitur.

Vnde Clemens papa.

Sacerdotalia officia ſine permiſſu epiſcoporum non agant presbyteri.

CAN. XLIII.

CVnctis fidelibus & ſummopere omnibus presbyteris, & diaconibus, & reliquis clericis attendēdum eſt, ut nihil abſq; epiſcopi proprij [c] licētia [d] agant: nō utique miſſas [e] ſine eius iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua parochia agat: non baptizet, nec quicquam abſq; eius permiſſu faciat.

4 De his [f] uerò, qui intra monaſterij clauſtra cōſiſtunt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur utrū dare uel accipere decimas debeant. In quibus hæc diſcretio ſeruanda eſt, ut de agris & uineis, quæ ad proprium ſtipendium coluntur, decimas ſibi retineant. Si enim decimæ à populo filijs Leui reddebantur pro miniſterio quo domino deſeruiebant in tabernaculo offerendo ſacrificia & holocauſta pro populo: patet quòd monachi de proprijs prædijs non magis, quàm alij ſacerdotes decimas ſoluere coguntur. Sed dicitur, prædia monachorū, ſiue pretio ſint empta, ſiue pro ſalute animarum oblata, antequam in ius eorum uenirent, & baptiſmalibus eccleſijs ſiue quibuslibet alijs, primitias & decimas perſoluebant: illæ autem eccleſiæ ſuo iure priuari non poſſunt.

Vnde in Maguntinenſi concilio ſtatutum inuenitur.

Qui res ſuas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori eccleſia auferre non poterit.

CAN. XLIIII.

SI quis laicus uel clericus [g] uel utriuſq; ſexus perſona ꝓprietatis ſuæ loca uel res alicubi dare delegauerit: decimationum prouentū priori eccleſiæ legitimè aſsignatum īde abſtrahere [h] nullā habeat ꝑtātem.

Phil. 4.c.

1 Cardinalis. Imo nōdū erāt Cardinales, nec ipſe & collegio, uel clericis papæ erat.

2 Iſte canon, nullus. & ca. præcedēs hic alle. ſ. epi. nō uidētur probare propoſitū allegantis: quoniā in epiſcopis loquunt. noſter autē canon, ſcilicet cū ctis. loquitur in ſimplici ſacerdote parochiali: ut patet ex tex. dicebat Io. de Fā. qđ caſus huiꝰ c. cū ctis. eſt ꝙ clerici nihil debēt facere ſine licētia epi. Arch.

Monachi an teneantur ad decimas đ agris ſuis.

a Connumerat. ſ. ead. c. alia licet ipſe eſſet presbyter cardinalis.

b Alibi ait. ſ. xij. q. ij. c. gloria.

c CVnctis. Proprij. niſi inuitetur ab alio pſbytero: tunc enim poteſt ſine licētia epiſcopi: ut vij. q. j. ca. epiſcopi. & ix. quæ. ij. c. nullus primas.

2 priuatim ēt poſſunt celebrare, ut extra de cle. pereg. cap. iij.

d Licentia. gñali.

e Miſſas. publice.

De his uero. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua probat per ſex cap. ꝙ monachi tenētur ad ſolutionē decimarū. Ioan. de Fan.

f De his. Hic incidenter quæritur, an monachi debeāt dare decimas de agris ſuis? Pro regula ergo teneas, quod quilibet tenetur dare decimas, niſi oſtendat ſe exemptū eſſe, ut extra de deci. à nobis. & ſecundum hodierna iura etiā Ciſtercienſes & alij regulares tenentur dare decimas đ omnibus prædijs ſuis, q̄ de nouo acquirunt, ſiue ea manib. proprijs colāt, ſiue nō, ut extra de deci. ca. nuper. Sed ſecundū uetera iura ita tenebatur, ꝙ omnibus religioſis cōceſſum erat non dare decimas de nutrimētis animaliū ſuorum, & de hortis, & de noualibus quæ proprijs manib. & ſumptibus excolebant. Monachis uero Ciſterciēſis ordinis & templarijs & hoſpitalarijs conceſſum erat non dare decimas, nec etiam de alijs prædijs, quæ ꝓprijs manib. & ſumptibus excolebant, ut extra eo. cap. ex parte. & cap. ad audientiam. & cap. ſtatuimus. De clericis ſecularib. dicunt q̄dam ꝙ teneant, ſiue ſint prædia eccleſiæ ſuæ, ſiue ꝓpria. Alij fauorabilius dicebāt eos non teneri dare decimas de prædijs eccleſiæ ſuæ, ſed de proprijs bene tenētur dare, ut j. ea. q. c. decimas. & extra eo. c. nouum. in fi. leproſi autem nō ſunt exempti a decimis, niſi tātummodo in hortis, & in animalibus ſuis, ut extra de eccle. ædi. c. ij.

g SI quis laicus, uel clericꝰ. Clericus ergo dat decimam, quod uerū eſt de proprijs prædijs.

Clericus dat decimā de ꝓprijs prædijs.

h Inde abſtrahere. res. n. trāſit cū onere ſuo, ut extra đ deci. c. cū non ſit ī homine. 3 & ff. de cōtrah. emp. l. alienatio. ff. de dona. l. ad eum. §. j. & ff. de regu. iur. l. nemo. ff. de diſtrac. pigno. l. ſi creditor.

3 Et extra de pigno. ex literis. in fi. ubi de hoc.

Irrita.

Quod ſi facere tẽtauerit, talis traditio irrita[a] prorſus dicatur: & ipſe ad emendationem, eccleſiaſtica coerceatur, cenſura.

Item ex concilio Cabilonenſi.

Antiquiores eccleſiæ nec decimis nec ulla poſſeſſione priuentur.

CAN. XLV.

ECcleſiæ antiquitus conſtitutæ, nec decimis nec ulla poſſeſſione priuentur, ita ut nouis[b] oratorijs tribuantur.

Item ex concilio Vormacienſi.

Antiquiores eccleſiæ propter nouas, iuſtitiam ſuam non perdunt.

CAN. XLVI.

QVicunq; uoluerit ĩ ſua proprietate eccleſiã ædificare, & cõſenſum[c] & uoluntatẽ epĩ habuerit, in cuius parochia eſt, licitũ ſit. ueruntñ omnino prouidendũ eſt epõ, ut aliæ eccleſiæ antiquiores propter nouã ſuã iuſtitiã, atq; decimam nõ perdant: ſed ſemper ad antiquiores[d] eccleſias perſoluantur.

Decimas autem baptiſmalibus eccleſijs perſoluẽdas Leo papa quartus affirmat dicens.

Baptiſmalibus eccleſijs decima dari debent.

CAN. XLVII.

DE deciĩs iuſto ordine nõ tm̃ nobis, ſed ẽt maiorib. noſtris uiſum eſt, plebibus tm̃, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur, debere dari.

Si ergo nulli licet decimationũ prouẽtũ à priori eccleſia, cui aſsignatus fuerat, abſtrahere, ſi ius antiquioris eccleſiæ nouis tribuendũ non eſt, ſi decimæ tãtũmodo baptiſmalibus eccleſijs dandæ ſunt, patet ꝙ monachi ex proprijs prędijs, decimas dare coguntur. Sed & illa authoritas Magotienſis † *concilij de uẽditore uel donatore loquit̃, diffiniens ꝙ ille, qui uendit, aut donat, non põt prouẽtum decimationũ illi eccleſiæ detrahere, cui prius legitimè fuerat aſſignatus. monachi aũt decimas et primitias, non authoritate uendentis uel donantis, ſed authoritate eiuſdem concilij et Paſchalis*[e] *Papæ detinẽt: à quibus diffinitum eſt, ut monachi de proprijs prædijs decimas non perſoluant.*

Sic enim in Magotiẽ. † *cõcilio ſtatutum legitur.*

Non perſoluant de proprijs prædijs abbates & epiſcopi decimas. CAN. XLVIII.

QVeſti ſunt præterea quidam fratres, quòd eſſent aliqui epiſcopi & abbates: qui decimas non ſinerent dari ad eccleſiam, ubi illorum coloni[f] miſſam audiũt.

† Maguntinenſis.

† Maguntinenſi.

a Irrita. Pactum illud non obſtat, quin ab eccleſia uel alio poſſeſſore poſsit peti decima, ut extra eo. c. paſtoralis. ff. de pact. l. inter. & ſi poſſeſſor partem fructuum, & ille, à quo cauſam habuit, etiam partem fructuum percepit, uterque conueniẽdus eſt, ut extra eo. tit. c. à nobis. & ca. tua nobis. Sed nunquid pactũ iſtud tenet quantum ad cõtrahentes? Videtur quod ſic, ut ff. de pactis. l. epiſtola. §. pactum. ſed contra extra de pact. cap. plerique.

b ECcleſiæ. Ve nouis. Quidam hoc intelligũt in eo caſu cũ prior eccleſia enormiter læditur, alias epiſcopus bene aufert de iure unius, & dat alijs, ut xij. q. ij. c. bonæ rei. & j. q. j. c. nulli epiſcoporũ. & extra de exceſ. præla. ca. ſicut unire. ĩ. de conſecra. diſt. j. c. ij. Hug. tamen ſcribit quod epiſcopus nõ põt auferre uni eccleſiæ, & dare alij inuito ſacerdote. Nã quod ſemel eſt conſecratũ, alienari nõ poteſt. xij. q. ij. capi. nulli. & c. ſine exceptione. Itẽ quia ſacerdos iſte non cogitur de ſuo facere beneficium, ut x. q. ij. c. precariæ. Item quia priuilegium ſolius papæ eſt, uni auferre, & alij dare, ut ix. q. iij. ca. conqueſtus. & ca. nunc uero. & cap. per principalem. Item quia nulli conſulendum eſt cum alterius iactura. xj. q. iij. cap. ſi quis uero. xiiij. qõ. v. c. deniq;. & xxij. q. ij. c. primum. Itẽ arg. eſt pro ipſo ĩ. ea. c. multis. ſed contra eũ eſt extra de eccle. ædi. ca. ad audientiam. melius extra eo. tit. c. tua. ubi non obſtat ei iuramentum quod fecit de rebus eccle. non alie. unde hoc nõ uidetur eẽ alienatio, ut ibi perpenditur. Item auferẽdo uni, & dando alij eccleſiæ ſibi ſubiectæ, nõ uidetur alienare: ſicut frater dando ſorori non uidetur alienare. C. de fideicom. l. uoluntas. & eſt ſimile C. de ædifi. priua. l. ſi quis poſt. & ff. de lega. ij. l. unum ex familia. & l. peto. §. fratre. ſimile extra de ijs quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap. cum Apoſtolica. Ioã. de Fantu.

Eps̃ an poſsit uni auferre & alteri dare.

c QVicunque. Conſenſum. ĩ. de conſe. diſt. j. c. nemo. & c. ſi qs etiam.

d Ad antiquiores. arg. ꝙ ubi contenditur pro iure duarum eccleſiarũ, ſemper ſtãdum eſt antiquiori, ut extra de relig. do. c. j. Itẽ argu. quod ſemper baptiſmalib. eccleſijs ſoluendæ ſunt decimę, & non capellis, ut ĩ. c. proxi. & ca. queſti. & ca. ſtatuimus. & ca. in ſacris. & extra eo. tit. c. nũtios. & ſecundũ hoc epiſcopus nõ debet habere decimas baptiſmalis plebis, id eſt, ruralis eccleſiæ, ſed tantũ epiſcopalis plebis. de illis enim loquitur c. xij. q. ij. c. uobis. & cap. Vulteranæ. & c. cõceſſo. & c. quatuor. † Tamẽ dico, quod quælibet ruralis eccleſia etiam debet ſuas decimas in quatuor partes diuidere, ut una ſit baptiſmalis eccleſiæ, alia pauperum, tertia fabricæ, quarta capellanorũ: licet hodie epiſcopi omnia occupent. aliter nota. ĩ. x. q. j. c. nouerint. & contra Ioan. eſt extra de deci. cap. quoniam. & c. cum contingat. B.

Decimæ ſunt ſoluẽdæ eccleſijs baptiſmalib᷒, & non capellis.

† Ad idẽ dicũt Vincen. & B. extra de teſta. reg. ſiſit. in princip. Diuiſio decimarũ in quatuor partes.

e DE decimis. Paſchalis. Sed quõ Paſchalis potuit dare hoc priuilegiũ monachis, cũ ſit contra præceptũ diuinæ legis, ut ĩ. ea. c. decimæ. & c. reuertimini. contra quod non poteſt diſpenſari. xxv. q. j. c. ſunt quidã. & s. diſtin. v. c. j. ĩ. diſtinc. viij. quæ cõtra? Sed forte non eſt abſurdum, ꝙ priuilegiũ concedatur, quãuis ſit contra ius diuinũ. ſed ſi contraria conſtitutione illud tolleret, non poſſet fieri. Sed nunqd laico poſſet dare tale priuilegiũ? Dic ꝙ ſic Ioã.

f QVeſti. Coloni Partiarij, qui partem fructuum per-

Partiarij coloni q̃ ſint.

Proinde decreuit iſte ſacer conuentus, ut epiſcopi [a] & abbates de agris & uineis, quæ ad ſuum & ad fratrum ſtipendium habēt, ad eccleſias [b] ſuas deferri faciant. Familiæ verò eorum ibi dent decimas [c] ſuas, ubi eorum infantes baptizantur, & ubi per totum anni circulum miſſas audiunt.

Item Paſchalis iiij.

De proprijs laboribus monachi & canonici decimas minimè ſoluere cogantur.

CAN. XLIX.

DEcimas à populo ſacerdotibus ac leuitis eſſe reddendas, diuinæ legis ſanxit authoritas. cæterū à monachis [d] ſiue clericis communiter uiuentibus [e] nulla ratio ſinit, ut milites, [f] aut epiſcopi, aut perſonæ quælibet decimas de laboribus ſeu nutrimentis ſuis proprijs extorquere debeant. Vnde beatus Gregorius ſic ait: Communi uita uiuentibus, iam de faciendis portionibus, uel exhibenda hoſpitalitate uel adimplenda miſericordia nobis quid erit loquendum, cùm omne quod ſupereſt, in cauſis pijs ac religioſis erogādum ſit, dicente domino: Quod ſupereſt date eleemoſynā: & ecce omnia mūda ſunt uobis.

Lucæ. 11. f

Quod autem dicitur, quòd antiquiores eccleſiæ propter nouas nec decimis nec ulla poſſeſsione priuentur, non ita intelligendum eſt, ut nullo modo credatur licere epiſcopo aliquā partem poſſeſsionum uel decimationum unius eccleſiæ alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos epiſcopatus in unum pōt redigere, ita & unus proprio conſentiente epō in duos poteſt diuidi: uel ēt metropolitano inuito quælibet eccleſia ab eius iuriſdictione Apoſtolica eximi poteſt authoritate.

Vnde Gregorius Papa ſcribit Benenato epiſcopo, cap. xxv. †

† Epiſtola xxxj. ſeu c. xxxj lib. ij.

Duos epiſcopatus in unum redigere Apoſtolica poteſt authoritas.

CAN. L.

ET temporis qualitas, & uicinitas [g] nos locorū inuitat, ut Cumanā atque Muſitanā unire [h] debeamus eccleſias: qm̄ nec longè à ſe itineris interuallo ſeiūctæ ſunt, nec (peccatis facientibus) tāta multitudo populi eſt ut (ſicut olim fuit) duos habere debeant ſacerdotes. Quia igit̄ Cumani Caſtri ſacerdos curſum huius ui

---

Decimæ ſunt à colonis partiarijs dādæ.

percipiunt. tales enim pro ea portione quam ipſi percipiunt, tenentur dare decimas, & domini eorum pro ea quam ipſi percipiunt: ut extra eo. c. quoniam. & c. à nobis. & cap. tua nobis. Imo & in penſionario colono idem iuris eſt, ſiue ipſe pro penſione ſeruiat, ſiue domino det certam pēſionem: quia antequam aliqua penſio detur res eſt decimanda: ut extra eodem titu. c. cum homines.

a Vt epiſcopi. Patet hic q clerici nō dabunt decimas de bonis eccleſiæ: ut extra eo. c. fraternitatem. & 100. diſt. c. nouit. & j. c. proxi. licet H. contradixerit, qui dixit eſſe ſpeciale in epiſcopo. ſed obſt. extra eo. c. quoniam. §. ultimo.

b Ad eccleſias ſuas deferri. Proprijs ſumptibus.

c Decimas. Si prædia ſint in epiſcoporū parochia. Vel loquitur de decimis perſonalibus, quæ dandæ ſunt ubi ſacramenta percipiuntur: ut extra eod. cap. ad Apoſtolicæ.

r Iſte intellectus approbat j. ea. c. ſtatuimus. in gloſſ. ij. & xiij. q. j. in ſumma. ibi videas.

d DEcimas. A monachis. duplici ratione, tū quia non habent populum, tum quia non miniſtrant eis ſpiritualia.

e Communiter uiuētibus. Ecce quod aliud habent priuilegium clerici communiter uiuentes, quam qui ſeparatim: & quod idem habent q monachi. Similiter in abſolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis: ut extra de uita & honeſta. cleri. c. quoniam. in fin. & extra, qui cler. uel vo. capit. j. & extra de ſent. excom. cap. monachi. & cap. ex tenore. in fi. contra extra de ſententia excommu. c. cum non ab homine.

Clerici cōmuniter uiuētes & monachi, habēt idē priuilegium.

f Milites. An milites poſsint habere decimas, dicetur infra quæſt. vij. cap. j.

Quod autem. Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua probat Gratianus quod Papa poteſt epiſcopatus diuidere & unire, & quoſdam eximere, archiepiſcopis ſuis inconſultis. Ioan.

g ET temporis. Vicinitas. Argu. q propter remotionem uel incommoditatem, multa fiunt licite, quæ alias nō licerent: ut j. eo. q. vij. c. ſi quis uult. lxiij diſt. c. cum longe. xiij. q. ij. c. ubicunque. extra de eccle. ædifi. c. ad audientiam. ſ. vij. q. j. c. temporis.

h Vnire. Sicut Papa poteſt unire plures epiſcopatus, ſic epiſcopus plures eccleſias: ut extra de exceſ. prælat. c. ſicut unire. Si quæras apud quam iſtarum eccleſiarum reſideat dignitas epiſcopalis, uel an utræque retineant dignitatem priorē? Dico q uarijs [a] modis poſsūt vniri eccleſiæ: uel hoc modo ut una ſubijciatur alteri, & ſecundum hoc dignitas epiſcopalis erit in una tantum. Vel hoc modo poſſunt uniri, ut ex duabus dignitatib⁹ una fiat dignitas, & ſecundum hoc non dicentur eſſe duę eccleſiæ, ſed una tantum. Et ſecūdū hoc illi, qui ſunt canonici in una, erunt canonici in altera: & tam iſti quam illi canonici intererūt electioni epiſcopi, & alijs communibus negotijs. In tali unione diſtinguēdum credo, quòd aut eccleſiæ ſimul uniuntur, aut una earum unitur reliquæ: quæ duo ſunt penitus diuerſa. Si una unitur alteri, ſecundum hoc illius naturam & conſuetudinem & priuilegium aſſumit cui vnitur, & peribunt iura illius eccleſiæ quæ unitur: ut extra de ſtatu mona. c. recolentes. circa finem. Si autē neutra alteri unitur, ſed illæ ſimul uniuntur, tunc dico quod conſuetudines uel priuilegia, quæ meliora ſunt & humaniora, retinet illud unitum. Nam cum malum & bonum aſſociantur, malum recipit naturam boni. xxxij. quæſt. j. c. non eſt culpandus. & arg. C. de rei uxo. ac. in princ. & C. communia de legat. l. ij. circa fin. Tertio modo, poſſunt uniri eccleſiæ, puta quod utraque remaneat epiſcopalis: & ſecundum hoc remanent duo epiſcopatus, licet idem ſit epiſcopus utriuſque eccleſiæ, & ſecundum hoc ſi primo ſuberant iſtæ eccleſiæ diuerſis metropolitanis, propter illam unionem neuter metropolitanus perdit ius ſuum: ut extra de relig. do. c. quia & epiſcopus iſte erit ſub duobus metropolitanis. In

a Varijs. glo. c. unico. extra ut eccleſia bñfici. ſine dimi nu. cōfer. Petr. de Peruſ. in tracta. de unione.

Eccleſiæ uarijs modis uniuntur.

tæ expleuit, [a] utraſque nos eccleſias præſentis authoritatis pagina uniſſe, tibique commiſiſſe cognoſcas: utrarumque [b] etiã eccleſiarum, ſcio te eſſe proprium pontificem. Et ideo quæcunque uel de earum patrimonio, uel cleri ordinatione promotionéve iuxta canonũ ſtatuta uiſa fuerint ordinare atque diſponere, habebis ut proprius re uera ſacerdos liberam ex noſtræ authoritatis conſenſu atque permiſsione licentiam.

Vbi uerò commodius atque utilius eſſe perſpexeris, ibi habitato: ita ſanè, ut alteram eccleſiam, cui corporaliter præſens non es, ſolicita prouidentiq; cura diſponas, quatenus illis diuina miniſteria ſolenniter domino præſtante peragantur.

Idẽ Ioãni epiſcopo. †

Duos epiſcopatus in unum redigere apoſtolica ualet authoritas.

CAN. L.

POſtquam hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) deſolauit eccleſias, ut reparandi eas, ſpes nullo modo populo deficiente remanſerit, maiori ualde cura conſtringimur, ne defunctis earũ ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernante, per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidijs. Huius ergo rei ſolicitudine ſæpe commoniti, [1] hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut vicinis eas mãdaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemq; Treuerenſiũ eccleſiæ præ uidimus eſſe committendam, quam tuæ eccleſiæ aggregari vniriq; neceſſe eſt: quatenus utrarunque eccleſiarum ſacerdos recte (Chriſto adiuuante) poſsis exiſtere, & quæ tibi de eius patrimonio, uel cleri ordinatione, ſeu promotione uigilanti, ac canonica cura uiſa fuerint diſponere, quippe ut pontifex proprius liberam habeas ex præſenti noſtra permiſsione licentiam.

Item ex concilio Carthaginenſi ij.

Non habeant epiſcopum diœceſes, quæ nunquam habuerunt. CAN. LII.

FElix epiſcopus Seleucitanus dixit: etiã ſi hoc placet ſanctitati ueſtræ, inſinuo ut diœceſes, [c] quæ nunquam epiſcopos habuerunt, non habeant: [d] & illa diœceſis, quæ aliquando habuit, habeat propriũ, [e] ſecundùm hanc perſecutionem ſanctitatis ueſtræ eſt exiſtimare quid fieri debeat. ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt. Placet.

Item ex concilio Aphricano tertio. †

Niſi cum uoluntate epiſcopi diœceſes, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios epiſcopos.

CAN. LIII.

MVltis concilijs hoc ſtatutum eſt à cœtu ſacerdotali, ut plebes quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quæ epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum uoluntate eius epiſcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores. [f]

Item Gregorius Ioanni epiſcopo [g] Lauſeo. †

Apoſtolica authoritas à iuriſdictione archiepiſcopi epiſcopos ualet eximere.

CAN. LIIII.

FRater noſter Adrianus Thebanæ ciuitatis epiſcopus, ad Romanam urbem ueniens lachrymabiliter eſt conqueſtus de quibuſdam ſe capitulis à fraternitate tua necnon à Ioanne [h] primæ Iuſtinianæ urbis antiſtite iniuſtè condemnatum. De nequiſsimo autem damnandoq; eius [i] iudicio aliàs ſumus (iuuante domino) tractaturi. Adrianum uerò epiſcopum reperimus & tuo contra ſacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo iure pecuniarijs in cauſis eum fraternitatis tuæ fuiſſe condemnatum ſententia. Quia igitur & ab antefato Ioanne primæ Iuſtinianæ urbis epiſcopo con—

In primo caſu erit ſub illo cui Papæ placuerit, uel erit ſub metropolitano illius eccleſiæ, cui vnita eſt altera. illius enim naturam aſſumpſit. Et ſic Imperator qñque unit duas dignitates in vnam, ut in authen. ti. ut iudices ſine quoquo ſuffra. §. illud. colla. ij.

a Expleuit. Ergo ſi eſſet unius, non uniretur: ut ĩ. ea. c. multis. & extra de eccle. ædific. capitu. ad audientiam. imo potius eo mortuo non debent uniri: ut extra ne ſede uacant. cap. j.

b Vtrarumq;. In utraque ergo erit ſedes epiſcopalis: ut xxj. qõ. j. c. relatio. Vel forte ubi ipſe elegerit habitare, & alia erit ſibi ſubiecta.

c FElix. Vt diœceſes. ſ. diſt. lxxx. cap. epiſcopi. & c. illud.

d Non habeant. Niſi in caſu: ut ĩ. e. capitu. præcipimus. xcix. diſt. c. nulli.

e Propriũ. Niſi in duobus caſibus. ĩ. e. capit. ex temporis. xxv. quæſt. ij. c. ita nos. licet ergo ciuitas per mille annos ſine epiſcopo fuerit, dum tamen epiſcopalis limes poſſit probari, nõ obſtat præſcriptio. ĩ. qõ. iij. c. licet.

f MVltis. Rectores. Id eſt, epiſcopos. Videtur ergo ꝙ Papa non poſsit inuito epiſcopo nouum facere [1] epiſcopatũ in diœceſi ſua: ut ſ. ea. cap. & temporis. H. dicit hunc eſſe tenorem huius cap. ꝙ nullus ſacerdos poteſt inſtitui ſine uoluntate diœceſani epiſcopi.

g Ioanni epiſcopo. Supple & Ioanni patriarchæ, quia archiepiſcopo Lauſeo ſcribit pro Adriano.

h FRater. Necnon à Ioan. Sub quo erat Lauſeus metropoli. de cuius diœceſi fuit Adrianus, ſed fuit exemptus.

i Eius. Scilicet Ioannis.

† Epiſtola xxxv. lib. ij.

Epiſcopo inuito an poſsit in ſua diœceſi nouus epiſcopatus fieri.

1 De hoc nota. ĩ. c. proxi. in glo. ar. ꝙ ſ. xcix. di. c. ij. in gl.

1 Commoti.

† Cõcil. Carthagi. iij. c. xlij.

† Epiſtola 7. lib. 2.

Do-

Exemprio ſimpliciter, an eximat uniuerſaliter.

a Depoſitus. etiam de facto. ſic xxiiij. q.j. c. audiuimus.
b Aliquid. Argu. ex eo quod quis eximitur, uidetur exẽpt⁹ uniuerſaliter etiam cum ſuis eccleſijs. in authen. ut eccle. Roma. cen. ann. gau. præſcri. in princi. colla. ij. quia beneficia principũ large ſunt interpretanda, ut ff. de conſtit. princ. l. beneficiũ. extra de dona. cap. cum dilectus. xij. q. ij. c. qui manumittitur. & xxiiij. q. j. ca. j. rogamus & in authen. ut libe. decætero. §. ſi quis. coll. vj. j. ca. q. ij. c. uiſis.

... detur ... ma exemptio mali exempli.

Argu. contra extra de relig. do. ca. conſtitutus. in ſi. extra de dona. c. paſtoralis. extra de priuil. c. ex ore. in ſi. & ca. cũ capella. ff. de fundo inſtru. l. quæſitũ. §. ult. Io. Quid iuris ſit de hoc in quæſtionibus notaui diligenter. B.

Cauſas mediocres tractant epiſcopi.

c Noſtri. Videtur quod per legatum, uel etiã delegatũ, quæſtio fidei ſit tractanda, cum tãtum ad Petrum ſit referenda quæſtio fidei. xxiiij. q. j. cap. quoties. Sed dic ꝙ mediocres cauſas poſſunt epiſcopi tractare: ut extra de hære ti. c. ad abolendam. ſed magnas non: ut extra de hæreti. ca. cum Chriſtus.

Delegatus utrum criminales cauſas audire poſſit.

d Si mediocris. Videtur ergo quod delegatus criminales cauſas poſsit audire, ut ij. q. vj. ca. decreto. C. de offi. proconſu. l. j. Arg. contra ff. de offi. procõſu. l. ſolent. extra de offi. lega. cap. quod translationem. Sed dic quod mediocres cauſas appellat, cũ tale eſt crimẽ quod non inducit depoſitionem, in quo poteſt interuenire ꝓcurator, ut ff. an per alium cauſæ appel. red. poſ. l. j. & ubi non eſt opus inſcriptione, ut ff. de accuſ. l. leuia. Vel dic ꝙ cognoſcere poteſt legatus de crimine epiſcopi, ſed non deponere. Vel dic quod poteſt ꝓnunciare aliquẽ deponẽdum, ſed eũ condemnare nũ poteſt. ſic ij. q. vj. c. biduum. uerſi. ſi quidẽ in inſulam.

Mediocres cauſę quæ ſint.

e Vel huc. Hic argue, legatũ nõ poſſe oĩa quæ delegãs. quod uerum eſt, uiſi ei ſpecialiter aliquid fuerit permiſſum, ut xxv. quæſt. ij. capitu. in Galliarum.

[redacted]

tra ius canonesque depoſitus, a honoris ſui gradu carere non potuit, in ſua eum reformari eccleſia, atque in propriæ dignitatis ordine decreuimus reuocari. Et cùm oportuiſſet ex eo dominici corporis cõmunione priuari, quòd poſt admonitionem ſanctæ memoriæ prædeceſſoris noſtri contemptã (per quã eum eccleſiamq; eius de tuæ iuriſdictione poteſtatis † exemit) rurſus in eis aliquid b tibi iuriſdictiõis ſeruare præſumpſeris: tamen nos humanius decernentes, communionisque tibi ſacramẽtum interim conſeruãtes decernimus, ut fraternitas tua ab eo eccleſiaq; eius omnẽ antè habitæ ſuæ poteſtatem iuriſdictionis abſtineat: & ſecundum ſcripta deceſſoris noſtri, c ſi qua cauſa uel fidei uel criminis uel pecuniaria aduerſus præfatum Adrianum conſacerdotem noſtrum potuerit euenire, ꝑ eos, qui noſtri ſunt uel fuerint in urbe regia reſponſales, ſi mediocris d eſt quæſtio, cognoſcatur: uel huc e ad Apoſtolicã ſedem (ſi eſt ardua) deducatur, quatenus noſtræ audientiæ ſententia decidatur. Quòd ſi contra hæc, quæ ſtatuimus, quolibet tempore qualibet occaſione uel ſubreptione uenire tẽtaueris, ſacra ſcias te communione priuatũ: nec eam te (excepto ultimo uitæ tuæ tẽpore) niſi cũ conceſſa Romani pontificis decernimus iuſsione percipere: res aũt ſiue ſacras ſiue alias mobiles, immobileſq; eius eccleſiæ, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiã nobis oblatam præſentib. annectimus literis) ſine aliqua ei fraternitas tua dilatiõe reſtituat: de quibus ſi qua inter uos quæſtio uertitur, uolumus ut apud reſpõſalem noſtrũ, in urbe regia uentiletur. Si autem necdum in diœceſi alicuius epiſcopi illa loca aſsignata fuerint, ex uigore Apoſtolicæ ſedis, proprium epiſcopum accipiant.

Vnde Gregorius iunior ſcribit Bonifacio epiſcopo.

Vbi multitudo fideliũ excreuit, ibi epiſcopi ſunt ordinãdi.

CAN. LV.

PRæcipimus f ut iuxta canonum ſtatuta ubi multitudo excreuerit fidelium, ex uigore Apoſtolicæ ſedis debeas g ordinare epiſcopos, pia tamen contemplatione, ut non uileſcat dignitas epiſcopatus.

f PRæcipimus. Arg. quod ſine authoritate papæ epiſcopatus nõ fiunt. & arg. xij. q. j. c. mutationes.

g Debeas. ut tamẽ habeatur conſenſus epiſcopi, ſi regio illa eſſet intra diœceſim alicuius epiſcopi: quia quicqd excreſcit, ſpectat ad epiſcopum: ut extra de deci. capitu. quoniam. Io.

h PLures. In una. i. itra eoſdem limites.

i Non poſſunt. Ita quod habeãt eoſdẽ limites. ex quo enĩ ſunt baptiſmales, debent habere limites diſtinctos, ut xiij. q. j. c. j. unus enim tantum debet eſſe princeps. vij. q. j. cap. in apibus.

[redacted]

Plebes.

Sicut duo epiſcopatus ſupraſcripto modo ĩ unũ poſſunt redigi, et unus in duob. ualet diuidi, ſic etiã epiſcopus de baptiſmalibus et parochianis eccleſijs facere poteſt cũ conſenſu ſuorum clericorum. Quòd cùm factũ fuerit, illa pars populi, quæ nouis eccleſijs ſupponitur, à iure prioris eccleſiæ abſoluitur. hoc niſi fieri poſſet, multitudo eccleſiarũ ad paucitatem redigeretur. Plures aũt baptiſmales eccleſias in una terminatione facere non poteſt.

Vnde in Toletano concilio legitur.

In una terminatione plures baptiſmales eccleſiæ eſſe non poſſunt.

CAN. LVI.

PLures baptiſmales eccleſiæ in una terminatione eſſe non poſſunt, ſed

a Plebes utrarunque. Arg. quod qui eē melius nouerūt, ſiue ſint domeſtici, ſiue extranei, poti⁹ debēt eē teſtes, quā alij, licet ſint domeſtici uel conſanguinei, ut extra qui matri. accuſa. poſ. cap. uidetur. in fi. & extra de teſti. cap. ueniens. in fi. C. de repud. conſenſu. ſ

b Diſcernant. Vel per arbitrium, uel per amicabilē compoſitionē. ſuperioris tamē authoritas eſt neceſſaria. extra de tranſact. c. decætero. & cap. ſtatuimus. & extra de arbit. c. per tuas. alias laicus nō poſſet eē iudex in ſpiritualibus, ut extra de iudi. c. decernimus. & cap. ſeq. & in conſtit. Innoc. contingit. quæ eſt de arbi. Et eſt hic arg. quod ſpiritualis cauſa laico poteſt committi. xxxij. diſtinc. §. uerum.

c Iudicio. Id eſt, iuramento, uel etiā ſortibus, quibus Dei uoluntas oſtenditur. xxvj. q. ij. §. j. & ca. ſors. Vel Dei iudicio, id eſt, eccleſiaſtico. iij. q. v. cap. qa ſuſpecti. uer. ueniat. xj. q. j. cap. futuram.

Ius ergo. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis, in qua probare intendit quod omnes eccleſiæ cum rebus ſuis ſint in epiſcopi poteſtate: nec decimæ ſine eius licentia alibi poſſint dari: & quod epiſcopus debet illas diſpenſare ſecundū Deum prout ſibi uidebitur melius expedire. Io. de Fan.

d STatuimus. Oblationes. Arg. quod excommunicari poſſunt laici, q̄ non dant ſacerdotibus oblationes (ſcilicet debitas) ut ĩ. de conſec. diſtinc. j. ca. omnis Chriſtianus. quod H. intelligit etiam de gratui-

[redacted] ix.q. … ſumma.& c.j. & 14. q.2. ſuper prudētia.

[redacted]

una tantummodo cum capellis ſuis: & ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricū, plebes utrarunque a diſcernāt: b & ſi non conuenerint, lis Dei iudicio c diſcernatur.

6 *Ius ergo eccleſiarum ita interpretandū eſt, ut niſi epiſcopo diſponente. alijs eccleſijs fuerit aſſignatum, in nullo priorū redituum diminutionem patiantur.*

Vnde Anaſtaſius epiſcopus.

Communione priuetur, qui decimas uel oblationes contra epiſcopi conſcientiam tenere uoluerit.

CAN. LVII.

STatuimus, ut ſi quis oblatiōes d eccleſiæ uel decimas, quas populus dare debet, tenere cōtēderit, uel extra baptiſmalem e eccleſiam dare uoluerit pter conſcientiā epi, uel eius, cui huiuſcemodi officia cōmiſſa ſūt, nec cū eorum uoluerit agere conſilio, bannū f noſtrum componat, & communione priuetur.

Cùm addit, extra conſcīētiam epiſcopi, intelligendū reliquit, quòd epiſcopo conſentiente alijs eccleſijs dari poſſunt.

Idem.

Iuxta diſpoſitionem epiſcopi decima diſtribuantur.

CAN. LVIII.

IN ſacris canonib. præfixum eſt, ut decimæ iuxta epiſcopi diſpoſitionē diſtribuantur. Quidam autē laici, qui uel in proprijs, uel bñficijs ſuas habent baſilicas, contempta epiſcopi diſpoſitiōe, non ad eccleſias, ubi baptiſmū & prædicationem & manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramēta percipiunt, decimas ſuas dāt, ſed proprijs baſilicis, uel alijs eccleſijs pro ſuo libito tribuunt: quod omnibus modis diuinæ legi, & ſacris canonib. conſtat eſſe contrarium. Vnde ueſtrā poteſtatē, ut eos corrigatis, expetimus.

Cùm autem reprehendūtur, quia contēpta epiſcopi diſpoſitione hoc faciunt, intelligitur quòd ſi epiſcopo diſponēte hoc fecerint, irreprehenſibiles inueniantur.

Item Symmachus epiſcopus eccleſiæ catholicæ urbis Romæ dixit. †

Anathema ſit, qui præter epiſcopi conſcientiam decimas et oblationes diſpenſare uoluerit.

CAN. LIX.

IN canonibus in Gangrenſi eccleſia Apoſtolica authoritate conditis de fructuum oblationibus, quæ miniſtris eccleſiæ debentur, & de ijs, quæ in uſus pauperū conferuntur, ſcriptum habetur: Si quis oblationes eccleſiæ accipere uel dare uoluerit præter epiſcopi conſcientiā, uel eius, cui huiuſcemodi ſunt officia cōmiſſa, nec cū eius uoluerit agere cōſilio, anathema ſit. Et iterū in eodem concilio Gangrenſi: Si quis oblata Deo dederit alteri, uel acceperit, præter epiſcopi, uel eius conſenſum, qui ab eo inſtitutus eſt, ad diſpenſandum miſericordiam pauperibus: & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

tis oblationibus: & clericus non habet unde ſuſtentetur, argu. extra de ſimon. ca. cum ſit. arg. contra. xcj. diſtin. c. clericus. xij. quæſt. ij. ca. charitatem.

e Baptiſmalē. Decimæ ergo ſoluēdæ ſunt baptiſmalibus eccleſijs. arg. ĩ. ead. c. de decimis. & ĩ. e. cap. in ſacris. quod uerū eſt de prædialibus: ſed perſonales debentur parochialibus eccleſijs, ut ĩ. ead. quæ. & dixi ĩ. ead. c. quicunque. Itē patet, quod epiſcopus poteſt auferre decimas uni eccleſiæ, & dare alteri: ut dixi ĩ. ead. ca. eccleſiæ.

f Bannum. ſexaginta ſolidorum, ut in Lombarda continetur. & ſic ſemper intelligitur, ubi non determinatur. Et eſt hic argu. pœnam pecuniariā ab eccleſia poſſe infligi. xviij. diſtin. cap. quoniam. extra de rapt. c. in archiepiſcopatu. arg xxiij. quæſtio. v. ca. quid ergo. Argu. contra extra de pœn. cap. licet. Item argu. quod iudex poteſt aliquem cōtumacē excommunicare, & aliter punire: quod non eſt uerū: ut extra ut lite non conteſt. cap. quoniam. in fine.

IN ſacris. Vel bñficijs. id eſt, feudo. Et eſt argu. ius patronatus cum feudo tranſire, niſi fuerit exceptū, ut extra de iure patrona. cap. ex literis. argu. contra ĩ. eadem quæſtio. vij. cap. memini.

IN canonibus. Maxi-

Decimæ cui eccleſiæ ſunt ſoluendæ.

Eccleſia poteſt pœnam pecuniariā infligere.

In ſynodo vj. Romana.

Vbi de hoc, & xviij. diſt. quoniam, i fi. & 23. quæ. 5. ſi uos. & 94. diſ. c ult.

a Alias, concilio.

Et illud uerum eſt. ſingulariter, ſed cū uniuerſitate bñ. ff. de contra hē. emp. l modicis. ſecūdum Lau.

Valde ergo iniquum † & ingens ſacrilegium eſt quæcunq; uel pro remedio peccatorum, uel pro ſalute animarum ſuarum aut requie unuſquiſq; uenerabili eccleſiæ contulerit aut certè reliquerit, ab his, à quibus maximè a ſeruari conuenit, id eſt, chriſtianis & Deũ timentibus hominibus, & ſuper omnia à principibus, b & primis regionum in aliud transferri uel conuerti. & infra.

Generaliter uerò quicunq; res eccleſiæ cõfiſcare, c aut competere, uel peruadere periculoſa ſua infeſtatione præſumpſerit: ſimiliter & ij, qui res eccleſiæ iuſſu, uel largitione principum, uel quorũdam potentum, d aut quadam inuaſione uel tyrannica poteſtate tenuerint, & filijs uel hæredibus ſuis (ut à quibuſdam iam factum audiuimus) quaſi hęreditarias reliquerint, niſi citò e res Dei admoniti à põtifice agnita ueritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſemus, ut potius cuſtodes chartarũ, f quàm defenſores rerum creditarum (ut præceptum eſt) iudicemur. & infrà. Ferro enim abſcindenda ſunt uulnera, quæ fomenta nõ ſentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri ab eccleſia, qui ſacerdotali admonitione non corrigũtur, dicente domino: Auferte malũ ex uobis. Vniuerſa ſynodus ſurgens acclamauit, Vt ita fiat rogamus. Dictum eſt octies: Exaudi Chriſte. Symmacho papæ uita ſit: dictum eſt duodecies. †

Idem.

Eadem plectuntur pœna, qui eccleſiæ res & bona epiſcoporum inuadunt.

CAN. LX.

SImiliter & hoc ad omniũ eccleſiarũ notitiam ueſtra, cunctorumque exhortatione & iudicio cenſemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri (quia res epiſcoporũ eſſe eccleſiæ g non dubitantur) ſi in eorũ facultatibus ſimili h fuerit crudelitate graſſatũ, peruaſores rerum memoratarum prædicta canonũ diſtrictione feriãtur, ut qui moribus proprijs ac nulla cõſcientiæ caſtigatione corriguntur, ſaltem eccleſiaſticæ & canonicæ uindictæ perfodiãtur aculeis.

Item ex libro capitulorum Caroli & Lodouici Imperatorum.

Res eccleſiæ principũ authoritate diſtribui non poſſunt.

CAN. LXI.

QVia iuxta ſanctorũ patrum traditionẽ nouimus res eccleſiæ uota fideliũ eſſe, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuiq; non ſolùm habita cõſeruare, uerùm etiã (Deo opitulante) conferre optamus. Vt autem ab eccleſiaſticis officijs de diuidendis i rebus eccleſiæ ſuſpicionem dudũ conceptam penitus amoueamus, ſtatuimus, ut neq; noſtris, neque filiorum, k & Deo diſpẽſante ſucceſſorum noſtrorũ temporibus ullam penitus diuiſionem aut iacturam patiantur.

Cùm ergo præter conſcientiam epiſcopi, uel eius cui officia huiuſcemodi commiſſa ſunt, quilibet prohibetur oblatiões eccleſię

a Maxime. quem quis tenetur defendere contra alios, multo fortius contra ſe. ff. ſi ſer. uen. l. altius. xix. diſt. ca. nulli fas. j. ea. c. nulli epiſcoporum. extra de natis ex lib. uen. c. unico.
b A principibus. quibus Chriſtus eccleſiam commiſit. xxiij. qõ. v. c. principes.
c Confiſcare. ſecundum leges ueteres, bona damnatorum confiſcabant: hodie ſecus: ut C. de bon. dam. auth. bona. Res autẽ eccleſiæ non poſſunt confiſcari: ut ſ. ea. c. placet. arg. contra extra de præſcrip. c. ſi diligenti.
d Potentum. Nota authoritatem maioris, in illicitis non excuſare. xij. qõ. ij. ca. quicunque. & ca. de rebus. xj. qõ. iij. ca. ſi dominus. & j. e. q. vij. c. decimas. xxv. qõ. j. ca. omne quod. xxxvj. qõ. ij. ca. nullus. arg. contra. lxiij. diſt. c. Salonitanæ. xiiij. quæ. v. c. dixit.
e Niſi cito. Primo tamen uidetur citãdus princeps, cuius authoritate res eccleſiaſtica tenẽt: ut xij. q. ij. c. de rebus. ſed illud ob ſcandalum principis. ſed non eſt ita.
f Chartarum. id eſt, librorum: quia Epiſcopus non debet ſemper libris inſiſtere: ut lxxxvj. di. c. fratrem.
g SImiliter. Eccleſiæ. quia epiſcopus eſt ĩ ipſa eccleſia: ut vij. q. j. c. ſcire. Ex hoc cap. conſueuit dici, ꝙ res clericorum eodem gaudent priuilegio quo res eccleſiæ. xij. q. ij. c. eccleſiarum. & lxxxvij. diſt. c. eos. Vnde uidetur quod æque committatur ſacrilegium in rebus clericorum, ſicut in rebus eccleſiæ. Vel dic, quod ſunt res eccleſiæ quo ad defenſionem: quia eccleſia debet eas defendere ſicut ſuas. xij. q. ij. c. de laicis. & lxxxvij. diſt. c. eos. Vel dicuntur eccleſiæ quo ad hoc, quia ſi damnificat eccleſiam epſ eccleſia habet recurſum ad res ſuas: ut xij. q. iiij. c. quicunque. Vnde dico, ꝙ omnes res clerici ſunt obligatæ ſuæ eccleſiæ, ſicut res mariti uxori: ut extra de pig. c. ex literis. & C. qui po. in pign. l. ulti. ſicut & res tutoris pupillo. Vnde qui minor eſt xxv. annis, non debet eſſe prælatus, cum res ipſius non poſſint obligari eccleſiæ: ut C. de legi. tut. l. ulti. Nec obſtãt cõtraria hic ſignata. ſ. x. q. iij. c. epiſcopus. & q. ij. cap. ſunt manifeſtæ. ubi dicitur qđ aliæ ſunt res eccleſiæ, aliæ epi: & hoc fateor: ſed dicuntur eſſe eccleſiæ quo ad ea, quæ dixi xij. q. v. c. ſi epiſcopus.
h Simili quam præmiſimus circa res eccleſiaſticas.
i QVia iuxta. Diuidẽdis. id eſt ſeparandis ab eccleſia. conſueuit tamen hoc cap. induci ad probandũ, quod res eccleſiarũ non poſſunt diuidi per præbẽdas, ut dixi xij. q. j. c. ultimo.
k Neq; filiorum. arg. aliquẽ ſuo ſucceſſori legẽ poſſe indicere. ut xij. q. ij. c. non liceat. lxiij. diſ. c. ego. arg. contra. ij. q. v. c. mandaſtis. ubi de hoc. 1 Conſti-

Hoc [redacted] habes ſ. xcvj. di. c. j. col. iij.

Eccleſię res cõfiſcari non poſſunt.

Eccleſiæ & clericorum bona eodem potiũtur priuilegio.

1. Cor. 5.

[redacted] Hoc intellige ut extra de uita et hone. cle. c. ſi. Archi.

Quare minor xxv. annis non debeat in prælatum eligi.

1 Contrario ſtandũ ẽ & ideo caute hic dicit, Deo diſpẽſante.

diſtribuere, liquido appa ret, quòd cum epiſcopi cõ ſenſu quibuslibet eccleſijs poſſint diſtribui.

Huic interpretationi uĩ cõtra ire authoritas illa Toletani cõcilij. †

Nihil de iure ſuæ diœceſis epiſcopi præſumant auferre.

CAN. LXII.

Conſtitutũ eſt à præſenti cõcilio epiſcopos diœceſes ſuas ita regere, ut nihil ex earũ iure prçſumãt auferre [a]: ſed iuxta priorum authoritatẽ cõciliorũ tã de oblationibus, quã de tributis ac frugibus tertiã [b] conſequantur. Quòd ſi amplius [c] quippiam ab eis præſumptũ extiterit, per concilium reſtauretur: appellantibus ipſis conditoribus [d], aut certè propinquis [e] eorum, ſi iam illi à ſeculo deceſſerunt.

Itẽ Symmachus papa.

Poſſeſsiones eccleſiæ relictas nulli ſit alienandi licentia.

CAN. LXIII.

Poſſeſsiõ es quas unuſquiſq; eccleſiis proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis, aut diſtractionibus, uel ſub quocũq; argumẽto non patimur, niſi fortè aut clericis bonorũ meritorũ, aut monaſterijs religionis intuitu, aut certè peregrinis, ſi neceſsitas largiri ſuaſerit: ſic tamen ut hæc ipſa non perpetuò [f], ſed temporaliter perfruantur.

Sed illud Toletani cõcilij ita intelligẽdum eſt, ut epiſcopi præter quartam uel tertiã, quæ ſecundùm locorũ diuerſitates eis debẽt, nihil cõtingãt.

Vnde in concilio Leonis papæ ſtatutum eſt.

A clericis & pijs locis ultra ſtatuta patrum aliquid epiſcopus non exigat.

CAN. LXIIII.

Nulli epiſcoporũ liceat à ſubiecto ſacerdote, uel alio quocunque clerico, & pijs locis dationes ultra ſtatuta [g] patrũ exigere, aut ſuppoſita in angarijs inferre: ſed cùm optimus ſit perſpector, ita proſpiciat ut uniuerſæ ſibi oues cõmiſſæ, à ſe maximè alãtur, atque in neceſsitatibus [h] iuuentur: non illicitis exactionibus opprimantur: quia Dominus paſcere & docere nos docuit, & omnibus miniſtrare: non terrenis lucris & auaritijs delectari.

Itẽ Gregorius Leoni epiſcopo Carthaginẽſi.

De reditibus eccleſiæ quarta pars clericis eſt diſtribuẽda.

CAN. LXV.

Ad hoc [i] locorũ gradus rationis ordo diſtinxit, & iudicia. [k]

---

[a] Conſtitutum. Auferre. Niſi in caſibus xij.q.ij.c. bonæ rei. & x.q.ij. cap. hoc ius extra de eccle. ædifi. ad audientiam.

[b] Tertiam. Alibi dicitur quod quartam. xij.q. ij.c. conceſſo. alibi quod medietatem. x. qõ.j.c.antiquos. ſed loci cõſuetudo eſt, ſeruanda, ut dicit Gratia. in ſeq. §. x.q.iij. §. cathedraticum. Vel dic, diuerſitas temporum ſolui: contrariũ. ij. q.j.c. ſi peccauerit.

[c] Quod ſi ampliꝰ. & ſi fecerint, quaſi concuſſores ſunt in quadruplum puniẽdi. argu. xviij. diſt. ca. quoniam quidẽ. xxiij. q. j. c. militare. C. de aſſeſ. l. iij.

[d] Conditoribus. Id eſt, patronis, qui poſſunt male alienata repetere: ut ĩ. ead. qõ. vij. c. filijs. imo quilibet de populo hic admittitur. xij.q.ij.c. non liceat. Sed nunquid patronus laicus poteſt criminaliter clericũ accuſare de dilapidatione, cum ſuã iniuriã ꝓſequatur. arg. quod ſic ĩ. q.vij.c.filijs. & arg. xxiij. diſt. cap. illud. Nam ipſorum intereſt: ut ĩ. ead. qõ. vij.c. quicunq;. Simili ratione uidetur, quod quilibet de populo: quia publice itereſt, ne res eccleſiæ male tractentur: ut ij. q.j.c. prohibentur. in fi. Sed tamẽ ſecus eſt: ut no. ij. qõ. vij. in ſumma. & cap. præſumunt. Et eſt arg. ad hoc xxviij. diſtin. c. conſulẽdum.

[e] Propinquis. ius enim patronatus tranſit ad filios: ut ĩ. ea. q.vij.c.filijs. etiam quãuis hçredes non ſint: arg. ff. de iure patrona. l. filij. ff. de relig. l. quod pater. & ad hæredes extraneos: ut ĩ. q. vij. ſit plures. ff. de op. li. fabriles. & argu. contra. ff. eod. l. ſi operarum. & C. eod. l. liberti. Ioan.

[f] Poſſeſsiones. Non ꝑpetuo. Hoc uerbũ perpetuo, ſpectat tantũ ad clericos, ſecũdũ quod exponit G. ĩ. c. §. ſed illud. Sed hæc ueritas eſt, qđ monaſterijs & pijs locis poteſt dari aliquid perpetuo: ut ĩ. ead. q. ij. cap. uoliſ. & xij. quæſt. ij. cap. ſi quos, & capi. eccleſiaſticis. Si autem ſimpliciter datur aliquid perſonæ, intelligo perſonaliter eſſe datum. ſupra decima, quæſtio. ij. c. hoc ius. ſi eccleſiæ datur, intelligo donationem eſſe perpetuam: ut infra eadem, cap. ultimo. extra de inſtit. cap. cum ueniſſent. Nam cum res intelligatur data uſque ad mortem hominis, & eccleſia non poſsit mori. xij. q. ij. c. liberti. ſemper intelligitur perpetuo eſſe datũ, quod eccleſiæ datur. Sed ſi quis dederit eccleſiæ tãtum uſum rei, non ꝓprietatẽ, in hoc caſu utitur eccleſia re illa uſque ad centum annos: quia hæc ætas longæui hominis eſt. ff. de uſufruc. l. an uſusfructus. & C. de ſacroſan. eccle. l. ut inter. Sed nunquid epiſcopus ſine canonicis temporalẽ donationem facere poteſt? Dico quod ſic: quia tantum perpetuæ conceſsiones ſpectant ad alienationem: ut extra de ijs, quæ fiunt a præla. ſine cõſenſu cap. tua. & xij. quæſt. ij. cap. bonæ ſecus ſit in conceſsionibus eccleſiarum, quæ licet tẽporales ſint, tamen ſolus non concedet niſi hoc habuerit ex cõſuetudine: ut extra de ijs, quæ fiunt a præla. ca no ſcitur. Argu. tamen contra. xij. quæſt. j. cap. epiſcopus. ubi nec fructus poteſt eṗs dare ſine conſciẽtia cleri ſui. Io.

[g] Nulli epiſcoporum. Statuta. Si ergo epiſcopus aliquid exigit a ſubdito ſuo, negari poteſt ei, niſi oſtendat hoc a canone ei conceſſum eſſe: ut decimaoctaua, quæſt. ij. cap. hoc tantum. & ix. q. iij. cap. conqueſtus.

[h] Neceſsitatibus. A pauperibus enim nihil petet: ut prima, quæſtione ſecunda. capit. placuit. ſic dicit lex, quod ſi patria tenuis eſt, potius eſt iuuanda quam ſpolianda: ut C. nouæ uectig. inſtitui non poſ. l. prima.

[i] Ad hoc. C. de Iudæ. l. nullus.

[k] Et iudicia. ĩ. lxxxix. diſt. c. ad hoc. Vel

De hoc uariet no. x. qõ. j. de his. ibi uideas. Arc.

† iiij. ca. xxxij.

Patronus laicus, an poſsit clericũ de dilapidatione criminaliter accuſare.

Vſusfructus eccleſiæ relictꝰ durat centum ann.

ꝛ Ad idẽ extra lib. vj. de reb. eccleſ. nõ alien. dadum. ubi de hoc.

ꝫ Et x. q. iij. cognouimus ubi de hoc & extra de pœnis. in quibus in glo. permiſsum, &c.

Patria ſi ſit tenuis, quod potius iuuari quã ſpoliari debeat.

eſſe conſtituit, ut nec præpoſiti in opprimendos ſe fruſtra ualeant occupare ſubiectos, nec ſubiectis iterum contra ſuos præpoſitos effrænata ſit reſultandi licentia. Volumus igitur, ut quicquid eccleſiæ tuæ, uel ex reditu, uel quolibet [a] alio titulo fortaſsis acceſſerit, ut quartam exinde portionem ſine diminutione aliqua debeas ſegregare, atque eam ſecundùm domini timorem presbyteris, diaconibus, ac clero (ut tibi uiſum [b] fuerit) diſcretè diuidere.

Item ex ſexta ſynodo.

Epiſcopus turpis lucri gratia nihil à monachis uel clericis ſuis exigere debet.

CAN. LXVI.

PRædicator [c] eccleſiæ Paulus diuinus [d] Apoſtolus ac ſi canonem ponens Epheſiorum presbyteris, imò uerò [e] & omni ſacratæ multitudini [f] ac plenitudini ita fiducialiter perhibuit: Argentũ aut aurum, [g] aut ueſtẽ nullius cõcupiui: ipſi ſcitis: quoniã ea quæ mihi opus erãt, & ijs qui mecũ ſunt, miniſtrauit manus iſta. Omnia iſta oſtendi uobis quoniã ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, beatius exiſtimãs [h] dare quàm accipere. Propter quod & nos docti ab eo, diffinimus nullatenus epm turpis lucri gratia excogitare ad excuſandas excuſationes in peccatis, expetere aurum uel argẽtũ aut aliã ſpeciẽ a pſbyteris, uel clericis, uel monachis, q ſub ipſo ſunt. Ait.n. [i] Apoſtolus: Nõ debẽt filij theſauriza re [k] parẽtib. [l] ſed parẽtes filijs. Et apoſtolus Petrus: Paſcite, q in uobis ẽ gregem Dei nõ coactè: [m] ſed ſponte, ſm Deũ, non turpis lucri gratia, neque ut dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo, & cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilis gloriæ coronã.

Illud aũt quod in fine capituli [n] Symmachi ponitur, hæc ipſa nõ perpetuò, ſed tẽporaliter perfruãtur: ad perſonales tãtũ poſſeſſiones clericorũ uidelicet et pauperũ, non ad monaſteriales referendũ eſt. Quàm uerò ſit graue apud Deũ, decimas et oblatiões, ac primitias ſacerdotibus nõ ſoluere, authoritate Hieronymi & Auguſtini apparet.

Ait nanque Hieronymus ſuper Malachiã. † † c. iij. in commentarijs.

Reus apud Deum habetur, qui ſacerdotibus decimas non ſoluerit.

CAN. LXVII.

REuertimini [o] ad me, & ego reuertar ad uos: dicit dominus exercituum. & dixiſtis, In quo reuertemur? [p] Mala. 3. b

---

Quatuor portiones nõ ſolum a decimis ſiẽdas, ſed de omnibus reditibus.

[a] Vel quolibet. Ergo nõ ſolum de decimis & oblationibus fiant quatuor portiones, ſed etiam de penſionibus & alijs reditibus. xij. qõ. ij. quatuor.

[b] Viſum. Ergo epiſcopus pro arbitrio ſuo poteſt bona eccleſiæ diuidere. xij. q. ij. Vulteranæ. ĩ. e. quæſt. vij. decimas. contra. Sed ibi ſoluitur. hoc c. loquitur quãdo bona non ſunt ſeparata, alias contra. xij. q. j. §. ulti. quod potius concordat.

Prælatus a ſubditis aurũ nec argentum exigat.

[c] PRædicator. Probat ſexta ſynodus authoritate Petri & Pauli, quod prælatus à ſubditis non debet exigere aurum uel argentũ, ſed potius eos erudire. Nam beatius eſt dare quã accipere. extra de celebrat. miſſa. cum Marthæ.

[d] Diuinus. Quandoq; ponit in mala ſignificatione: ut j. q. j. nunquam.

[e] Imo uero. ſi iudex dicit, condemno te, imo abſoluo te, ultimo uerbo ſtandum eſt. [r] de pœnit. diſtin. ij. ſi enim.

[r] Arg. ad hoc. ff. de manu. teſta. Stich. ff. de hære di. inſti. ſi ita ſcriptum.

[f] Multitudini. Argumẽ. quod ubi præcipitur, ad omnes extenditur. lxj. diſtinct. miramur. xxxviij. diſt. ignorantia. & ĩ. diſt. v. ad eius uero.

[g] Aurum. Verba Pauli.

[h] Exiſtimans. uerba ſynodi, imo uerba fuerunt domini, ut extra de celebratio. miſſa. cap. cum Marthæ. Act. 20. b

[i] Ait enim. in ſecunda epiſtola ad Corinthios.

[k] Theſaurizare. Superficialis eſt iſta argumentatio, quia & filij theſaurizant parentibus: qui parentes ſuccedũt eis ſi quid habent, ut ĩ iij. qõ. iiij. ij, qui & ĩ. xxx. qõ. viij. hoc ſalubriter. Non eſt ſuperficialis: quia non ſuccedunt parentes filijs, niſi in defectu eorum.

Hæreditas parentum debetur filijs.

[l] Parentibus. Etiam ſpiritualibus. & reſpexit apoſtolus naturam & uotum parentum, prout uoto parentum hæreditas filijs debetur: ſed filiorum hæreditas ſola pietatis cauſa parentibus debetur, ut ff. unde lib. ſcripto hærede. §. ultimo. & ff. de inofficio teſtamen. nam & ſi. iuxta illud, Ordine turbato, ſuccedis Bulgare nato. Item dicit lex, quod omnia quæ noſtra ſunt, ex uoto filijs paramus, ut ff. de bon. lib. l. penulti. primo reſpon. & hæreditas parentum quaſi debita obuenit nobis, ut ff. pro ſocio. l. & quia. & filij pene ad propria bona ueniunt. ff. de ſuc. edic. l. prima. §. penulti. Et dicit imperator, cogitare debent parentes quod & ipſi fuerunt filij, & ea quæ a ſuis parentibus ſperabant, ſuis filijs facere debent. in authenti. ut cum de appellat. cogno. §. conſiderare. collat. viij. Verſus. 1. Corint. 12. e 1. Pet. 5. a

[m] Non coacte. id eſt pro lucro terreno.

[n] Capituli. ſupra ead. poſſeſsiones.

Quam uero. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis, in qua probat magiſter quod decimæ ſunt dandæ clericis pro labore ſuo. & qui eas nõ dat, peccat mortaliter. clerici autem debent eas diuidere iuſto modo cum pauperibus & religioſis & hoſpitibus, & hoc probat per quatuor capitula. Ioannes de Fantu.

[o] REuertimini. In prima parte ponit Hieronymus uerba prophetæ uſque ad illud uerbum, effuſionis. In ſecunda parte exponit ea ad literam uſque ad illud, ſi quis doctus. Abinde miſtice, ſiue moraliter.

[p] Reuertemur. Quaſi dicant, non diſceſsimus, imo in hoc receſsiſtis: quia confixiſtis me. hac tamen conditione, ſi homo affigit, id eſt poteſt affigere Deum. & ideo dicit capitulũ, ſi affigeret, quia naturæ Dei nihil nocere poteſt. undecima, quæſtione tertia. cap. ſecundum catholicam. quia impaſsibilis eſt. vigeſimaſecunda, quæſtione quarta. cap. incommutabilis.

ti In decimis. Not. Deum dici affligi, cum eius ſubdi affliguntur. i ſimile. ij. quæſt. v. habet hoc propriũ & iij. quæſt. j. nulli. in fine

i Arg. ex tra de ꝓbat. licet. in fin.

a In decimis. ſ. non ſolutis.

b Tota gens. i. ex toto gentiliter uiuentes, uel alias quilibet de populo.

c Supplantaſtis. Argu. contra. ỹ. de conſec. diſtin. ij. panem. ſed intellige quantũ in uobis eſt : xj. quæſt. iij. inter uerba. Vel ita defraudant ſubtrahendo iſta pauperibus.

a Ad hoc ỹ. j. q. j. q̃d quidã. iuxta fin. & c. multi. circa fin.

d Annus expletus eſt. Nõ tamen finis anni ſpectandus eſt, ut tunc decimæ præſtentur: ſed præſtandæ ſunt cum fructus colligũtur. extra de deci. cum homines. imo ſi ager bis in anno det fructus, toties dandæ ſunt decimæ, ut extra eo. ex parte. ij. hic ergo ſigillauit eos, qui tam tarde dederunt. In perſonalibus tamen decimis poſſet dici, ꝙ in fine dandæ ſunt propter lucra minima. Inconueniẽs enim eſſet, ꝙ ſcriptor uel aliquis negotiator ſingulis diebus deberet decimã partem lucri dare eccleſiæ, argu. ad hoc tale quale extra de pignori. ex literis. ibi, propter poſſeſsionum minutias. & quia talis ſolutio incommoditatẽ haberet, ut ff. fam. erc. plane. idem dicendum de caſeo & lacte. Ioã.

Decimæ quo tempore ſint dandæ.

e Perdidiſtis. Argu. aliquem debere puniri in eo in quo deliquit. xij. qõ. ij. qui & humanis. & qui negat quod debet, negari ei debet qđ ſibi debetur, extra de uſuris. quia fruſtra. C. de fideicom. lib. l. ſi quis in ſuo. xcv. diſt. eſto.

f In horrea. arg. ꝙ ipſi ruſtici debent deferre in horrea decimas ad ipſas eccleſias, argumento. infra quæſtio. vij. decimas. C. de anno. & tribu. l. pro locis. lib. x. non ergo a clericis uel eorum nuntijs ſunt colligendæ in agris.

g Ad abundantiam. ỹ. quæſt. vij. maiores

h Verbum. Hæc ſunt uerba Hieronymi.

i Oſtendit. Hic, & C. de inoffic. dona. l. ij. Quãdoq; etiã notat uitium. xlj. diſt. ſæpe.

Effuſio dui notat.

Si affiget homo Deum, quia uos cõfigitis me. Et dixiſtis: In quo cõfigimus te? In decimis a & i primitijs: & ideo in penuria uos maledicti eſtis, & me configitis tota gens. b Nunc ſequamur ordinẽ prophetæ. Quia mihi nõ dediſtis decimas, & primitias, idcirco in penuria & fame maledicti eſtis, & me uos ſupplantaſtis c ſiue defraudaſtis. Ecce annus expletus eſt, d & nihil in meos theſauros, ſed in ueſtra horrea comportaſtis, & pro decimis & primitijs, quæ parua erant ut a uobis darentur, ubertatem poſſeſsionum ueſtrarum, & omnem frugum abundantiam perdidiſtis. e Vt autem ſciatis me iraſcente id eſſe perfectum, quia fraudaſtis me parte mea, hortor uos atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea f mea, hoc eſt, in theſauros templi, ut habeant ſacerdotes & Leuitæ, qui mihi miniſtrant, cibos, & probate me ſi non tantas pluuias effudero, ut cataractæ cæli apertæ eſſe credantur, & effundã benedictionem meam uobis uſque ad abundantiam. g Verbum h effuſionis, nomen largitatis oſtendit: i ſed fieri poteſt, ut agros irrigantibus pluuijs ſit quidem fertilitas, uerùm aut locuſta ueniat, aut brucus, aut erugo, k aut eruca: & labores hominum uaſtabunt. propterea ſubiungit & dicit: Et increpabo pro uobis deuorantes, locuſtas uidelicet, & reliqua quæ prædiximus, & non corrumpent fructum terræ ueſtræ. Si quãdo fames & penuria, & rerum omnium egeſtas opprimit mundum, l ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere: qui ſe in pauperibus ſi non accipiant eleemoſynã fraudari loquitur: & ſuas m poſſeſſiones poſſumus decimas & primitias interpretari. n Si quis doctus & eruditus in lege domini poteſt alios erudire, non debet ſuæ aſsignare prudentiæ ingenioq; quod poſſidet: ſed gratias agat primùm domino, qui cuncta largitur, deinde ſacerdotibus eius ac miniſtris, á quibus o doctus eſt. Si enim non egerit gratias, ſed ſcientiam uendicauerit p ſibi, in penuria maledicetur: ꝙ ſi intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos á Deo eruditus eſt, humiliauerit ſe, & in horreum Dei intulerit cibos: hoc eſt, ſcripturæ alimenta in eccleſijs populis miniſtrauerit: ſtatim aperientur ſuper eũ cataractæ q cæli, & effundetur pluuia ſpiritualis, & mandabit nubibus r ſuis, ut pluant ſuper eũ imbrem: ſ & abundantia rerum omnium perfruetur.

Item Auguſtinus.

Quod decimæ ſacerdo[...] ſunt tradendæ.

CAN. LXVII.

DEcimæ tributa t ſunt egentium ani-

k Aut erugo. Erugo enim eſt ros, qui cadit ſuper teneras ſpicas, & propter hoc ſole uemente marceſcunt. Eruca eſt uermis, qui ibi naſcitur. ff. locati. ex conducto.

Erugo.

Eruca.

l Ex ira Dei. homo enim propter peccata ſua affligitur, ut vij. q. j. ſciſcitaris. lvj. diſtinct. ſi gens. ỹ. xxiij. quæſt. iiij. ſi quos.

m Suas. Si ergo ſuæ ſunt, rei uendicatio intentabitur pro eis. C. de ſacro ſanct. eccleſi. ut inter.

n Interpretari. id eſt, mortaliter exponere.

o A quibus. Arg. quod diſcipuli debent referre gratias magiſtro, non tantum uerbis, ſed etiam rebus, ut xcix. diſt. ecce.

p Vendicauerit. i. ſibi aſcripſerit.

q Cataractæ. Id eſt, feneſtræ.

r Nubibus. i. prædicatoribus.

ſ Imbrem. Gratiæ & ſcientiæ, quæ in eo augebit. de pœn. diſtin. iij. ſi ſermo. Ioan.

t DEcimæ tributa. i. debita animabus egentibus diuina gratia. Vel melius dicas, quod dantur egentibus clericis: non tamen ideo minus dandæ ſunt, & ſi diuites ſunt. nõ enim intuitu perſonarum dantur eccleſijs. Si ergo decimæ ſunt tributa: ergo non poſſunt præſcribi, ut j. quæſtione iij. § porro. C. de præſcriptio. xxx. anno. competit. quod falſum eſt, extra de præſcript. de quarta. Item ſi ſunt tributa, ergo compenſatio

Decimæ ſunt tributa egẽtiũ. ; Secundũ hoc accipimus egentium animarũ [...] ſonat. [...] hoc ỹ. ea. q. in canonibus. Vel dic egentium animarũ. i. filiorũ Leui, qui partẽ poſ. cum cæteris non acceperunt. nam clerici ſunt de numero pauperũ: ut xxiij. q. vij. q̃d autẽ ỹ. j. q. i. c. ſi. ce[...] [...] ci[...]

marum. quòd ſi decimam dederis, nō ſolùm abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis & animæ conſequeris. non igitur dominus Deus præmium [a] poſtulat, ſed honorem. Deus enim noſter, qui dignatus eſt totum dare, decimam à nobis dignatus eſt recipere: non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturā. Sed ſi tardius dare peccatum eſt, quantò magis peius eſt peccatum non dediſſe? De militia, [b] de negotio, [c] de artificio redde decimas. Cū enim decimas dando, & terrena & cæleſtia poſsis præmia promereri, quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? hæc eſt enim Dei iuſtiſsima conſuetudo, ut ſi tu illi decimā nō dederis, tu ad decimā [d] reuoceris. Dabis impio militi, qđ non uis dare ſacerdoti. Benefacere ſemper Deus paratus eſt, ſed hominum malitia prohibetur. [e] Decimæ etenim ex debito [f] requiruntur: & qui eas dare noluerint, res alienas [g] inuadūt. [h] Et quanti pauperes in locis ſuis ubi ipſe habitat, illo decimas non dante, famè mortui fuerint, tantorum homicidiorum [i] reus ante æterni iudicis tribunal apparebit: quia rē à Deo pauperibus delegatam ſuis uſibus reſeruauit. Qui ergo ſibi aut præmiū [k] cōparare, aut peccatorū deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, etiam de nouem partibus ſtudeat eleemoſynam dare pauperibus.

Item Hieronymus.

Seipſum cōdēnat, qui euāgelizantibus neceſſaria ſubtrahit.

CAN. LXIX.

APoſtolicis uiris euāgelizatoribus Chriſti, in neceſſarijs [l] uſibus nolle tribuere, ſeipſum condemnare eſt.

Quòd autem decimæ epiſcoporum conſenſu monachis licitè tribuantur, beatus Hieronymus Damaſo papæ ſcribit dicens:

Liberū eſt clericis, monachis et religioſis decimas cōcedere.

CAN. LXX.

QVoniā q̄cquid [m] habent clerici pauperum eſt: & domus illorū omnibus [n] debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitū inuigilare debent: maximè curandum eſt illis, ut de decimis, oblationibus, cœnobijs, & xenodochijs qualem uoluerint, & potuerint, ſu-

ſatio in eis non admittitur. C. de compen. l. iij. Præterea ſi ſunt tributa, ergo ſi [illegible]is appellat ut eas retineat, non auditur: ut ij. qū. vj. quoties fiſcalis. & eſt expreſſum, extra de deci. tua. in fine.

a Præmium. Id eſt, gratis uult beneficium ſuum concedere, nō pro pretio, ſed tamē honorē uult habere. arg. ff. man. l. ſi remunerandi. & eſt ſimi. j. q. j. iudices. ubi dicit, quod non ſunt dicēda munera, ſed ſumptus. et facit ad hoc qđ dixi xxxij. q. ij. honorantur.

b De militia licita. ergo & clerici ſi militēt. xxij qō. j. militare. tenentur dare decimas.

c Negotio. Dummodo licita ſit negotiatio: ut extra eod. ex tranſmiſſa. & tamē uix aliqua negotiatio ſine peccato poteſt expediri, ut de pœ. diſt. v. c. qualitas. Dicitur tamē licita quo ad laicos in quibuſdā rebus: ut lxxxviij. diſtin. ca. Fornicari. Sed nunquid de illicite acquiſitis debeāt dare decimas, no aui xiiij. q. v. in princ. Sed nunquid de furto uel latrocinio dandæ ſunt decimæ? Dicūt quidam quod ſic, ne apud eos ita remaneant. argu. ad hoc xxij. quæſt. j. conſidera. alij negant, ne eccleſia uideatur approbare delictū. Sed dico, quod à fure uel à raptore bene petitur decima, non ratione negotiationis ſuæ, cum illa ſit reprobata, ſed quia inuenitur in poſſeſsiōe: quia decima ſequit̄ quemlibet poſſeſſorem ſiue Iudæum, ſiue excommunicatū: ut extra de deci. de terris. extra de uſur. quanto. extra de ſentētia excommu. ſi uero. alioqui eſſet prædo melioris cōditionis, quàm bonæ fidei poſſeſſor: quod eſſe non debet: ut ff. de peti. hære. l. ſi à domino. §. ult. Item nunquid Iudæi perſonales decimas dabunt? Videtur quod ſic, ut extra de uſur. c. quanto. circa fi. de deci. ca. ad audientiam. quia dicitur ibi, quod de omnibus prouentibus dabunt: quod concedo. Tanc. tamen & B. narrant contrarium per decret. illam extra eodem titu. de terris. & per decret. extra de uſur. c. quanto. quod concedo. Item

Negotiatio uix poteſt eſſe ſine peccato.

Decimæ an ſint de illicite acquiſitis dāde.

Iudæi tenentur ad decimas pſonales.

ex omnibus, quæ ex lucratiua cauſa habētur, dabuntur decimæ, ut de donatione ex legato: uel ſi extraneus inſtituitur in teſtamento. aliud eſt ſi quis abinteſtato ſuccedit: quia tali debita eſt hæreditas iure naturæ: unde potius debitum eſt, quàm lucrum: ut ff. unde liberi. l. ſcripto. §. ul. idem dico per quaſcunque manus ambulauerit, q̄ quilibet teneat̄ ad decimam de lucro ſuo. Sed nūquid doctor de collecta uel aduocatus de p̄rocinio, uel mercenarius de eo, qđ meretur dabit decimam? non uidetur, cum illud nō ſit lucrum, ſed debitum. Credo tamē q̄ ſic: quia ſcriptum eſt, honorabis dominū Deum tuum, de tuis iuſtis laboribus: ut j. q. j. non eſt putanda. Itē quia hic dicitur, de omni artificio dandæ ſunt decimæ: ut extra eo. nō eſt in poteſtate.

Aduocatus ante neat̄ ad decimas de patrocinio.

Alij cōtra & melius ſecundū B. ꝑut not. extrà de deci. paſtoralis. q̄ ſn̄ia cōiter approbatur. ſed dictū Ioā. ē iuſtius: et ibi no. Hoſt.

d Tu ad decimam. id eſt, tantum decima remanebit ibi: uel dæmonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorum.

e Prohibetur. īfrà. de pœ. diſt. j. ſi agamus. ſ. lxxxvj. diſt. cap. ieiunium.

f Ex debito. Ergo uidetur, quod actio perſonalis cōpetat pro decimis petendis.

g Alienas. Ergo ante ſeparationem ſunt eccleſiæ: ut no. ſ. ead. q. c. moderamine.

h Inuadunt. Nota quod idem eſt iniuſte detinere, quod rapere: ut hic, & extra de reſti. ſpol. ſæpe. Et idem eſt auferre, quod non dare. xlvij. diſ. ſicut. & xij. q. ij. c. idigne.

i Homicidiorum. ſ. xj. q. iij. præcipue. & lxxxvj. diſt. paſce.

k Præmium. j. xxvij. q. ij. ſunt qui.

l APoſtolicis. Neceſſarijs. id eſt, in uictu & ueſtitu: ut x. q. ij. epiſcopus. Ioan.

m QVoniam quicquid. Res eccleſiæ ſunt pauperum: ut xxiij. q. vij. quod autem. Similiter res clericorū ſunt pauperum: ut xxiij. q. viij. conuenior. & dicunt̄ eſſe pauperū, quia tēpore neceſsitatis ſunt pauperibus cōicandæ: ut xlvij. diſt. ſicut ibi.

Eccleſiaſticæ res ſunt pauperum.

n Omnibus. Not. quæ eccleſia dicatur ſufficiens ad hoc

hoc ut quis debeat eſſe contentus una, id eſt, quæ poſſet omnes recipere: ut xlij. diſtin. ca. quieſcamus. extra de præben. de monachis. argu. contra xj. quæſt. ij. epiſcopus. ubi dicitur, quod erit contentus uictu & ueſtitu.

ſtentationem impendant. Liberũ eſt. n. monachis & ſpiritualib. uiris Deũ colentibus, & timẽtibus decimas & oblationes, cunctaq; remedia cõcedere: [a] & de iure ſuo in dominium illorũ, & uſum transferre: nec tã in pauperibus paupertatem, quã religionẽ attẽdere. Quòd autẽ beatitudo tua: q̃ſiuit, utrũ uſus decimarũ & oblationũ ſecularib. prouenire poſsit? nouit ueſtra ſanctitas omnino nõ licere: [b] proteſtantib. hoc omnib. diuinis [c] authoritatib. paternorum canonũ. Quã ob rem ſi aliquando fuerint ab his malè detenta, quæ diuini iuris eẽ noſcũtur, & in uſum tranſierint monachorũ & ſeruorum Dei, epiſcopo [d] tamẽ loci illius præbente conſenſum, [e] conſtabũt eis omnia perpetua firmitate & ſtabilitate ſubnixa. † Clericos aũt illos cõuenit eccleſiæ ſtipẽdijs ſuſtentari, quibus parentũ & amicorũ nulla ſuffragãtur ſtipẽdia. Qui aũt bonis [f] parentũ, [g] & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium profectò incurrũt, & committunt: & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant, & bibunt.

De prædijs autem, quæ à colonis eorum colũtur, ſic diffinitum eſt in Magotien. concilio. Queſti ſunt præterea, &c.

QVAESTIO II.

1 *DE capellis [h] uerò, q̃ ab eis poſſidentur, quòd per eorum inſtitutionẽ à ſacerdotibus ſint gubernãdæ, Ioãnes papa probat, ſcribens Iſaac Syracuſano epiſcopo.*

ps

Presbyteri in monaſteriorum eccleſijs p abbates inſtituãtur.

---

[a] Concedere. cum conſenſu epiſcopi alias ſi p̃latus præter authoritatẽ epiſcopi concederet, poſt eius mortẽ reuocaretur. extra de tranſac. decætero.

Decimæ an poſsit cõcedi laicis.

[b] Non licere. hoc eſt certum, quod ius decimarum laicus poſsidere non poteſt, cum ſit ſpirituale: ut extra de præſcript. cauſam. extra de deci. prohibemus. Sed nũquid fructus decimarum poſſunt concedi laicis? ſic ad tempus: ut extra ne præla. uices ſu. querelam. & uſque ad finem uitæ ipſorum. 1 ar. extra de ijs, quæ fiunt à præla. cum apoſtolica. in fi. argu. contra. x. qõ. j. cap. hanc.

1 Ad hoc facit qđ no. j̃. ead. q. iij. §. ſic etiã. & s̃. j. q. iij. peruenit ad nos. extra de decim. quãuis. ibi uideas. & j̃. e. q. vij. capit. j. in princ.

[c] Diuinis. No. generalem ſermonem non generaliter intelligendum. lxxxviij. diſtin. c. fornicari. lxxv. diſtinctio. ca. quod dic. lxxvj. diſtin. ſcire. lxxv. diſtin. c. j. j̃. ead. q. iij. dilectio. & quæ. vij. decimas Deo. xij. q. ij. fine. xiiij. q. ij. ſuper. de conſe. diſtin. ij. re uera. diſtin. xcv. ecce. argu. xix. diſt. c. j. contra. diſtin. xviij. propter. j.

† Quod ſequit̃ habetur. s̃. j. q. ij. cap. clericos.

[d] Epiſcopo. Et ſufficit authoritas ſolius epiſcopi ad talem alienationem: ut extra de ijs, quæ fiunt à præla. cum apoſtolica. contra xij. quæſt. ij. fine. non enim uidetur, quod ſolus epiſcopus poſsit concedere ſinè capitulo. Sed hoc ſoluitur extra de ijs, quæ fi. à præla. cum apoſtolica. Hic ergo laicus, qui capax non eſt, facit locum capaci. argu. C. de nat. libe. authen. licet. ff. de iniuſto rupto teſtamento. l. multi. & quod nullus religioſus debeat recipere eccleſiam de manu laici, eſt expreſſum, extra de priuileg. cum & plantare. & j. q. vij. c. ſi quis.

Eccleſia de manu laici non põt recipi.

[e] Conſenſum. arg. quod ratihabitio epiſcopi retrotrahitur, & confirmat illud, quod per ſe inualidum erat. 2 arg. extra de iur. patro. cura paſtoralis. j̃. ea. q. vij. decimas. argumentum contra, extra de electio. cap. auditis.

2 Ad hoc xxxj. qõ. ij. ca. j. de conſe. diſ. iij. tunc.

[f] Bonis. Supra j. quæſt. ij. clericos. & c. paſtor eccleſiæ. & cap. ſacerdos.

[g] Parentum. Videtur loqui de illis clericis, qui eccleſiæ non ſeruiunt. ſupra decima, quæſtione tertia. c. cauendum. ſupra xij. q. j. cap. illi autem infra xxxj. q. j. quomodo.

DE capellis. Hæc quæſt. diuiditur in duas partes. In prima probatur per capit. ſeq. quod ſi monachi habent eccleſias pleno iure, poſſunt in eis capellanos inſtituere & deſtituere. Secunda ibi, Hac authoritate. Ioan. de Fantu.

[h] De capellis. hæc eſt ſecunda quæſt. an in capellis monachorum presbyteri ſint inſtituendi p monachos: quod ut melius pateat, uidẽdum eſt, quid iuris habent religioſi in ſuis capellis. Et no. quod duobus modis fiunt capellæ religioſorum, ædificatione ſcilicet, & collatione. Si ædificatione, habent inſtitutionẽ t̃palium, & eps ſpiritualium: ut j̃. ead. c. ſane. & ca. ulti. Si autẽ collatione, aut collatæ ſunt eis ab epiſcopo, aut à patrono. Si ab epiſcopo, aut ſub certa forma, aut cum omni iure, aut ſimpliciter. Si ſub certa forma, non habent ibi plus iuris, quam forma contineat. Si uero cũ oĩ iure, tunc habẽt t̃poralẽ & ſpiritualem inſtitutionem. j̃. ead. ca. uiſis. Et ſic intelligitur illud, cuius eſt poſſeſsio, eius eſt & inſtitutio. 3 In hoc caſu loquit̃ extra de ca. mo. in eccleſijs. remanet tamen ius ep̃ale in ordinatione clericorum, iudicio, altariũ conſecratione. & uiſitatione. ix. q. iij. per ſingulas. Si autẽ conceſsit eps ſimpliciter, quid iuris ſit, habetur, extra de dona. ca. paſtoralis. Si uero patronus cõceſsit capellam domui religioſæ, non plus iuris habet acceptor, quàm dator, arg. s̃. ea. q. j. ſi quis laicus. extra de dona. inter uir. & uxo. nuper. ff. de reg. iur. nemo plus. niſi hoc factũ ſit de conſenſu diœceſani epiſcopi, in quo caſu cedit in dñium religioſorum, extra de iure pa. quod autẽ. extra de don. paſtoralis. Quæ autem dicta ſunt, intelligas de monaſterijs non exemptis. In exemptis enim & eorum capellis, quod principi placet legis habet uigorem. Et no. q Io. de Fan. dicit quod ſi eccleſia nondũ eſt cõſecrata, tãtã in ea habet patronus poteſtatẽ, quod præter epiſcopi licentiam poteſt religioſo loco concedere non ſolum ius patronatus, ſed etiã ipſam eccleſiã, argu. j̃. ea. q. ult. nemini. ſed hæc opinio corrigenda eſt, cum religioſus locus iam ſit, maxime p̃pter ſolennitates, quæ ibi fiũt ab epo. de conſe. diſt. j. nemo. Et quod religioſus locus ſit, habes extra de reli. do. ad hæc. unde iã in epiſcopi poteſtate conſiſtit, cũ lapis benedictus ibi iã ſit poſitus. j̃. ea. q. vij. oẽs. nã nec à laico põt aliqs inſtitui. j̃. e. q. ult. ſi plures. multo min9 ſupponit pe loco

Monachi quid iuris habent in ſuis capellis.

3 Intelligit L. cuius fuit tota iſta gl. quod epiſcopo ſeruat curã animarũ ut ſacerdos ibi inſtitudus curam ab eo recipiat animarum & in hoc caſu, & c. ut ſequitur. ſed forte non ſine cauſa Ioã. hoc remouit. Arch.

loco religioſo per laicum : cū inſtitutio ſit temporalis, ſuppoſitio uero perpetua. Item eſt contra eum x. qō. j. nouerint. ubi dicitur ꝙ poſtquam Deo dederit, quod nihil habet iuris in re illa patronus. Ioā.

a Viſis literis. Delegauit. i. inſinuauit. Vel dic melius, id eſt, quæſiuit.

b Pro quiete. a curis temporalibus, ut ſ. ea. q. j. de præſentium.

c Conſtantes. j. de pœni. diſtinct. ij. principium. §. ſi uero. j. xxvij. queſt. ij. §. ex his omnibus. contra. Sed dic qđ non potuit habere charitatem perſeuerantem. argu. extra de uerb. ſignifi. nam & ego.

d Per portas. i. per ſenſus corporeos, quibus mediantibꝰ peccatum tranſit ad nos.

e Traditæ. Pleno iure. Idem intelligunt quidam ubi epiſcopus ſimpliciter concedit. arg. ff. de ſer. l. ſi cui. & ff. de uſu & hab. ſi ita. Sed cōtra extra de donat. paſtoralis. & j. quæſt. j. ſunt nonnulli. cū autem monaſterio priuilegiato cum capellis ſuis habitis, & habendis concedit epiſcopus eccleſiam, etiam pleniſſimo iure ſecundum pleroſque peruenit ad monaſterium, etiam quo ad correctionem exceſſuum. Sed tamen abbas ille non deponet aliquem nec ſuſpendet in perpetuum, niſi hoc haberet ex priuilegio aliquo, ut j. in fine c. Sed nunquid eṗs ita poteſt eximere eccleſiam aliquam, quod nihil retineat in ea? Dico qđ non, quia eṗs non pōt alium judicē facere ordinarium in diœceſi ſua, nec ita plene poſſet epiſcopus remittere ius eṗale, ut hic in ſi. quia ſic poſſet a ſe reijcere juriſdictionem epiſcopalem. Nam quantumcunque generaliter eṗs eximat aliquam eccleſiam, ſemper retinet correctionē, uiſitationem, procūrationem, & cathedraticū, ut extra de cenſ. cum uenerabilis. & de donat. paſtoralis. Nec etiam in præiudicium archidiaconi poteſt epiſcopus aliqua iura remittere eccleſiæ: ut extra de exceſ. prælа. c. j. & ij. Si obijcis id quod eſt extra de religio. do. conſtitutas. ubi dicitur quod epiſcopus poſſit plene eximere aliquam eccleſiam, dicas quod illa exēptio fuit confirmata a Papa, ſicut patronus quātumcūq; generaliter remittat ius patronatus, tamen quædam iura retinet in liberto. C. de bou. liber. l. fina.

Epiſcopꝰ eccleſiam a ſe nō poteſt totaliter eximere.

Licet epiſcopus cōcedat inueſtiturā, nō tamen correctionem. arg. ff. de ſeru. urb. præd. l. ſi dum. ſecūdum. Laur.

CAN. I.

VIſis literis charitatis ueſtræ, quibus ſatis perpenditur, quanto ſtudio huic ſanctæ ſedi reuerentiam exhibetis, non modicè gauiſi ſumus. Nunc itaq; ſuper ea, quæ conſuluiſtis, ut chariſsimo fratri benignè diſcretum conſilium damus. delegauit [a] enim nobis pia māſuetudo ueſtra, utrūm eccleſiæ pro quiete [b] monachorum à ſanctis catholicis epiſcopis eis traditæ, per ſacerdotes ab eis ordinatos & inueſtitos debeant inſtitui: addidit quoque fraternitas tua, litem & ſeditionem inter clericos monachoſq; ex hac cauſa non modicam eſſe ortam, quod inſtigatione uerſuti hoſtis nemo fieri ambigat: habet enim mille nocendi modos: nec ignoramus aſtutiam eius. Conatur nanque à principio ruinæ ſuæ unitatem eccleſiæ reſcindere, charitatem uulnerare, ſanctorum operū dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere, & perturbare. Dolet enim ſatis & erubeſcit, charitatem quam in cælo nequit habere, homines conſtantes [c] ex lutea materia tenere in terra. Vnde oportet, (quantum fragilitati noſtræ conceditur) ut omnes aditus nocendi eius uerſutiæ muniamus, ne mors ingrediatur per portas [d] noſtras. Conſilio itaque multorum fratrum diligenter exquiſito decernimus, ut amodo eccleſiæ monachis traditæ [e] per ſuos [f] ſacerdotes inſtituātur. Diuinæ enim leges habent, & ſeculares, ut cuius eſt poſſeſſio, [g] eius fiat inſtitutio: [h] & ſi in dādo quod maius eſt, [i] facilis fuit charitas, fit facilior in concedendo quod minus eſt ſancta largitas. maius enim fuit poſſeſſionem dare, quam ſit inueſtituram concedere. [k] Quomodo poſſeſſoris iura cognoſcentur, & ſuarum rerum ſibi tributa reddentur, ubi quod ſuū eſt, per alterum datur, & cū uoluerit aufertur? Humani moris [l] eſt illum uereri, cuius iudicio, [m] & uoluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Vnde fit, ut in partem epiſcopi ad ſeruiendum ſacerdos procliuior fiat: & ſic epiſcopus qđ ſanctè & religioſè dederat, quadam ſimulata authoritate ad ſe trahat. [n] Sic itaq; priuatur mercede, quā cōſecutus fuerat: tum quia ficta charitate aufert quod dederat: tum quia prauorum ſacerdotum diſcordias & ſciſſuras amantium uerbis nimis factus credulus, [o] & quod prius fucatè moliebat̄ lucrari, pòſt detecta fraude. [p] conatur

f Per ſuos. j. quæſt. c. iij. j. xviij. quæſt. ij. cellulas. ſ. diſt. liiij. abbati.

g Poſſeſsio. i. res poſſeſſa. argu. ff. de verb. ſig. interdum.

h Inſtitutio. i. ordinatio uāicuiq; eſt res ſua cōmittenda. C. de iud. l. nemo.

i Quod maius eſt. argu. quod cui conceditur maius, & minus, ut xij. qō. j. præcipimus. & extra de deci. ex parte. Item cui prohibetur maius & minus, ut xiiij. qō. v. pœnale. & xliiij. diſtin. nulli. & ſ. ea. quæſt. j. & temporis. & c. poſtquā. ff. de adult. nec in ea. maius enim eſt dare id, ad quod quis non tenetur, quam permittere uti datis, ad quod quilibet tenetur.

k Concedere. i. pmittere cōceſſa uti.

l Moris. Argu. ex eo qđ aliqđ ſolet fieri, ut xxviij diſt. de Syracuſanæ.

m Iudicio. ſ. viij. quæſt. ij. cap. j.

n Ad ſe trahat. ſ. j. q. iij. quæſitum. ſ. xij qō. ij. ſacrorum. ſic C. de donat. ſi ꝗs argentum. §. ultim.

o Credulus. Argu. qđ imputat alicui, quod nimis eſt credulus. xj. q. iij. non ſolū. lxxxvj. diſt. ſi qđ. & xxiij. qō. iiij. quam magnum. argu. contra. xxij. qō. iiij. innocens.

p Fraude. Imo donator cauere debet donatori de dolo, ne res donata benigne, fraudis conſilio reuocetur. ff. de ædili. edi. l. ad res.

quadam uſurpatione ex toto auferre: quorum aduertentes calliditates, hoſtis uerſuti ſuaſiones, monachis deinceps omnino licentiam damus ſuarum eccleſiarum inueſtitores fieri: ita tamen, ut iudicio ſynodi ſi contra ſacerdotium agere præſumpſerint, mulctentur, & felici mucrone epiſcopi ſacerdotum piacula reſecētur.

2 *Hac authoritate monachis cōceditur inueſtitura ſuarū eccleſiarum. ſed uidetur contraire Vrbanus papa ij. dicens.*

PALEA.

A*Dmonemus atq; prę cipimus ut decimas omnino dare Deo non negligāt, quas ipſe Deus dari conſtituit: quia timendum eſt, ut qui Deo ſuum debitum ſubtrahit, ne forte Deus propter ſuum debitū auferat ei neceſſaria*

Item Nicolaus papa.

De eodem.

PALEA.

P*Ræcipim⁹ ut decimę et primitiæ, ſeu, quæcunq; oblationes uiuorū & mortuorum eccleſiis Dei fideliter reddantur à laicis, & ut in diſpoſitione epiſcoporum ſint ſecundùm canones diſtribuēdę: quas qui tenuerit, à ſancta communione priuetur, aut ſeparetur.*

Item Leo papa.

De eodem.

PALEA.

N*Vll⁹ decimas ad aliū ptinentes accipiat.*

Item Ambroſius.

PALEA.

N*Am qui Deo non uult reddere decimas, quas tenuit, et homini nō ſtudet reddere quod iniuſtè abſtulit, non timet adhuc Deū, et ignorat q̄ ſit uera pnīa, ueraq; confeſſio, iſte talis non pōt uerā facere eleemoſynam.*

Itē Vrbanus ſecundus.

Abbates abſque epiſcopi cōſilio in parocchialibus eccleſiis presbyteros non ordinent.

CAN. II.

S Anè q̄a monachorū quidā epīs ius ſuū auferre cōtendūt, ſtatuimus ne in parochialibus eccleſijs quas tenēt abſque epiſcoporū [a] conſilio præſbyteros collocēt, ſed epī parochiæ curā cū abbatis conſenſu ſacerdoti cōmittant, ut eiuſmodi ſacerdotes de populi quidē cura, epīs rationem reddant, abbati uerò pro rebus tēporalibus [b] ad monaſterium pertinentibus, debitam ſubiectionem exhibeāt, & ſic ſua cuique [c] iura ſeruentur. Idem: In parochialibus eccleſijs præsbyteri per epiſcopos inſtituantur, qui eis reſpondeant de animarum cura, & ijs, quæ ad epiſcopum pertinent.

Item ex concil. apud Fauentiam habito.

Quorumcunque monachorum eccleſiæ epiſcoporum ſubdantur regimini. CAN. III.

S Tatuendum nobis eſt, quatenus eccleſiæ quoruncunque monachorum in ſingulis parochijs ſitæ, epiſcoporum (ut decet) diuinitus ſubdantur regimini, [d] eiſque debita obſequia [e] exhibeant.

Ecce Vrbanus papa prohibet inueſtiturā parochialiū eccleſiarū per monachos fieri: quas Ioānes papa eis conceſſit. Sed illud [f] *Ioānis papæ intelligendū eſt de illis capellis quæ cū omni iure ſuo ab epīs monachis conceduntur. Illud aūt Vrbani intelligēdum eſt de illis, quas abbates in proprijs prædijs ædificant* [g] *in uillis uel in caſtellis ſuis.*

QVAEST. V. †

T*Ales etſi ius territōrij habeāt, tamen poteſtatem gubernādi, po-*

Hac authoritate. Hæc eſt ſecunda pars qō. in qua dicitur quod in §. ecce Vrbanus. qui ſequitur, continetur: & probatur per ca. ſeq. Io. de Fant.

a S Ane quia. Epiſcoporū. ĩ.e.q.j. peruenit.

b Temporalibus. Si quæras in quo ſacerdos teneatur reſpondere monachis de temporalibus, dico in hoc, ꝙ ſi eccleſiæ monachorū non ſit aliquis cenſus impoſitus, cum pñt monachi imponere. ſed ſi eſt impoſitus ab antiquo, ipſi eū non poſſunt augere, ut extra de cēſi. c. prohibemus. Item nō ſolum monachis ſacerdos reſpondebit in temporalibus, [1] ſed etiā epiſcopo ſi eccleſia illa ab antiquo præſtitit cenſum epo: ut j.q. iij. quæſitū. & c peruenit. & xviij. q. iij. capi. ul. & pen. Io. ſed certe decre. dicit ꝙ cenſus nouus imponi nō pōt etiam authoritate epiſcopi, ut extra de cenſi. ſignificauit. niſi fuerit ab initio impoſitus, ut habes extra. e. ti. eccleſijs. xviij. quæſti. ij. Eleutherius etiā authoritate epī à principio ut extra de cenſi. præterea. & etiam poſtea ſi nunquam fuit impoſitus, poteſt imponi, ut extra de cenſi. cum uenerabilis. & hoc cum eccleſia eximitur. B.

c Sua cuique. ĩ. xij. quæſtio. ij. cum deuotiſsimam.

d S Tatuendum. Regimini. Abbates enim corriguntur ab epiſcopis: ut ĩ. xviij. quæſ. ij. abbates.

e Obſequia. Sic ĩ. q. ō. iij. quæſitum. & xviij. q. ij. c. ultimo, & pen. Ioan.

Obſequia. i. ut in cathedratico & ſynodatico & annuo cenſu, ſi qua ſolita ſunt præſtare, uel ſi qua alia ſeruitia conſueuerūt eis exhibere, ut in concord. hic allegatis, ſecundum Hugo.

f Sed illud ĩ. eadem uiſis.

g Aedificant. Et ita pinguius ius habent monachi in eccleſijs fundatis in ſolo ſuo, quam laici in eccleſijs fundatis in ſuo.

Alex.

CASVS.

T Hic intitulatur v. quæſtio, qua quæritur an abbates eccleſias in ſuo territorio ædificatas iure territorij ſibi ualeant uendicare? Et reſpond. quòd nō quo ad ſpiritualia, ut

Sacerdos parochialis cui dabit cēſum.

[1] Sed ecce monaſteriū ædificat eccleſiā in ſuo ſolo, ſed nō dotat, dotatur tamen ab alio: habebit ne monaſterium poteſtatē ibi quo ad omnia tēporalia? non. Hug. ĩ. q. prox. in ſumma qđ ſic. & ratio eſt, quia quicquid illi eccleſiæ confertur datur & monaſterio, ſecundum eundem. Arc.

Pinguius ius habēt monachi i eccleſijs quā laici.

† Aduerte qđ hic eſt præpoſteratio, quia ponitur. q. v. in locum tertiæ, & conſequenter quarta ꝓ tertia, & quinta ꝓ quarta. [redacted]

ut infra ea. poſſeſſio. Idem eſt intelligēdū de epo, qui in aliena diœceſi eccleſiā ædificat. ſed in fundo ſuo.

a De epo. ſ. qui ædificat eccleſias in alienis diœceſibus, & in proprijs prędijs. Et quia continuat hæc materia cum præcedēti, ideo tractatur hic q. v. Sed quare non ita fecit magiſter in themate? q̄a forte non ita cōpetenter poſſet poni thema. Nota ergo quod ſi eps fundat eccleſiā in ſuo proprio ſolo. i. in patrimoniali loco, & in alterius diœceſi nō habet ibi poteſtatem nec quo ad tēporalia, nec quo ad ſpiritualia. Si uero in ſolo eccleſiæ cui præeſt, & in alterius diœceſi, habet poteſtatem ibi quo ad temporalia non autem, quo ad ſpiritualia, ſicut & monachis licet quidam hoc negent dicentes epiſcopū uel clericos non habere niſi ius patronatus in eccleſia quā fundant in prædio propriæ eccleſiæ, & in aliena diœceſi. Si ergo legatur hoc ca. de eccleſia fundata in proprio prędio, uerbum illud circa finem, ſcilicet omnis gubernatio: intelligitur quo ad temporalia & ſpiritualia. Si uero de eccleſia fundata in fundo eccleſiæ, & in alio epiſcopatu: dic omnis gubernatio quo ad ſpiritualia tantum. Nam qua ratione concederet hoc monachis in prædijs monaſterij, ea ratione & epiſcopis & clericis in prædijs eccleſiæ ſuæ: & hoc modo intelligitur extra de iure patrona. ſignificaſti.

Epiſcop⁹ quid iuris habet ī eccleſia quā fundauit.

pulum, & ſpiritualia miniſtrandi nō habet: quod etiam de epiſcopo a *intelligendum eſt.*

Vnde Nicolaus papa ait.

Epiſcopus, qui in alterius diœceſi eccleſiam ædificat, eius cōſecrationē ſibi vēdicare nō valet.

CAN. I.

SI quis epiſcoporum in alienæ ciuitatis territorio pro quacūque ſuorum opportunitate eccleſiam ædificare diſponit, non præſumat dedicationem facere, quę illius eſt, in cuius territorio b eccleſia aſſurgit. Aedificatori uero epiſcopo hæc gratia reſeruetur, ut quos deſiderat c clericos d in re ſua ordinari, ipſos ordinet e is cuius territoriū eſt, uel ſi ordinati iā ſunt, ipſos habere acquieſcat, & omnis eccleſiæ ipſius gubernatio ad eū, in cuius ciuitatis territorio eccleſia ſurrexit, pertinebit,

Item ex concilio Toletano quarto. †

† ca. 34.

Baſilicæ nouiter conditæ ad epiſcopum pertinent, cuius populi conuentus eſſe conſtiterit.

CAN. II.

POſſeſsio f territorij conuentū g non adimit: ideoq; nouę Baſilicę, quæ cōditæ fuerint, ad eū proculdubio pertinebunt h epiſcopum, cuius conuentus eſſe conſtiterit.

b SI qs epiſcoporum. Territorio. id eſt, diœceſi. Quandoque accipitur pro ipſa terra & poſſeſſione & proprietate, ut ſ. proxi §. j. & j. quæſtione. iij. licet. Quid autem ſit territorium, habes. ff. de uerbo ſignifica. pupillus. §. territorium. Territorium enim eſt uniuerſitas agrorum, intra fines cuiuſque ciuitatis, ut ibi dicitur.

Territorium quid ſit.

c Deſiderat. Et dicit Hugo. quod priuilegium eſt epiſcopi, vt vndecunq; velit poſsit clericum præſentare. contra illud lxx. diſtin. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc.

d Clericos. Argu. quod plures poteſt præſentare patronus ad vnam eccleſia. ar. lxiij. di. c. de principali.

Patronus plures pręſentare poteſt ad unam eccleſiam.

Item Gregorius. †

Epiſtola xix. li. xj.

Aedificatori epiſcopo in diœceſi alterius eccleſiam, conſecrare non licet.

CAN. III.

LAtor præſentium i Ioā. frater & coepiſcopus noſter indicauit nobis, quòd quidam Exuperantius epiſcopus auſu temerario in diœceſi ipſius oratorium cōſtruxit: ipſumq; ſine præcepti authoritate cōtra morē præſumpſerit dedicare k, miſſaſque illic celebrare non metuit. Quam rē cū ſumma celeritate ac diſtrictione cōuenit emēdare l: nec ulterius tale aliquid attentare permittas:

Quod de iure m *ordinādi non poſſidendi intelligēdum eſt. His authoritatibus facile perpēdi poteſt q̄ ſiue abbates ſiue epiſcopi in ſuis caſtellis uel uillis eccleſias ædificauerint, nō ideo epo, in cuius diœceſi fuerint, conuētus adimitur: et ideo ſacerdotes iuxta illud Vrbani et Nicolai in eis nō niſi per epos cum conſenſu tamē & electione ædificantiū ordinari poſſunt.*

e Ordinet i. inſtituat. Si aūt ſunt ordinati, quid iuris ſit, ſequit in litera. Ordinet. Etiam ſine examinatione, quia ſufficit teſtimoniū epi præſentantis. vij. q. j. epiſcopus de loco. ſic & in monacho abbatis. ſ. e q. j. monachi. ſi tamen ſit de ſuo epiſcopatu cui teſtimonium fert. Ioannes.

f POſſeſsio. i. prædij proprietas. argumen. ff. de verbor. ſignifica. interdum.

g Conuentum. i. populum, uel iuriſdictionē, & ita populus facit conuentum.

h Pertinebunt. J. ea. q. vij. omnes.

i LAtor præſentiū. Infra de conſecratio. diſtinctione prima. præcepta. ſu pra ſeptima. quæſtione prima ca. epiſcopus in diœceſi.

k Dedicare. Sed nunquid fecit locū religioſum dedicando eccleſiā ſine cōſenſu proprij epiſcopi? Videt q̄ non, argu. inſti. de re. diu. §. ſacræ. de conſec. diſ. j. nemo. Credo tamen contrarium ut vij. qō. j. epiſcopus in diœceſi.

l Emendare. Non dicit qualiter. Sed nunquid deſtrui faciet eccleſiā? Non, arg. xvij. q. iiij. q̄ſti. xiiij. q. vj. comperimus. ſ. vij. qō. j. eps in diœceſi. arg. contra extra de noui oper. nū. cum ex iniuncto. Dico q̄ ſi de nūtiatio præceſsit, deſtrui debet illud: quod factum eſt, aliter non, ut in c. prædicto. 1

1 Sub. ſed erit tranſeundū ad interdictū qd̄ ui aut clā: ut ff. de no. op. nū. leg. j. §. j. Io. de Fant.

m Quod de iure. Reſpicit c. poſſeſſio. ſ. eadem.

QVAES. III.

QVòd autē præſcriptio

QVod autem. Hæc quæſt. diuiditur in decem partes: in quarum prima probat per quatuor authoritates quod præſcriptio tricennalis currit aduerſus eccleſias. quod hodie correctum eſt j. ead. quas actiones. Secunda ibi,

Ecce

Ecce bis. Tertia ibi, Poteſt etiam aliter. Quarta ibi, Item ſi de rebus. Quinta ibi, Item ea quæ. Sexta ibi, Prima actione. Septima, ibi tolluntur. Octaua ibi, Præſcriptionum. Nona ibi, De præſcriptionibus. Decima ibi, Sed ſola. Ioan.de Fant.

ne a *tẽporis omnia iura* b *tollantur, probatur authoritate Calcedonenſis concilij,* † *& Gelaſij Papæ, & Toletani concilij. Prima hæc eſt:*

Ruſticanæ parochiæ apud epiſcopos qui eas poßident triginta annis ſine uiolentia, permaneant immobiles.

CAN. I.

PEr ſingulas eccleſias parochias ruſticanas permanere immobiles apud eos, qui eas tenent, epiſcopos decernimus, & maximè c ſi eas ſine uiolẽtia per xxx. annos gubernauerunt. Si uerò intra triginta d annos facta fuerit de his dubitatio, e liceat eis, qui ſe dixerint læſos, propterea mouere apud ſynodum prouinciæ certamen.

Item Gelaſius. †

Triginta annis ab epiſcopis poſſeſſa, immobiles permaneãt diœceſes.

CAN. II.

PRæſulum noſtrorum authoritas emanauit, ut facultates eccleſiæ epi ad regendum f habeant poteſtatem: ita tamen ut uiduarum & pupillorum atque pauperũ, necnon & clericorũ ſtipendia diſtribuere debeant. Hoc eis etiã ſtatuimus dari quod hactenus decretũ eſt: g reliquũ ſibi epiſcopi uendicent: ut (ſicut antea diximus) peregrinorum atque captiuorum largitores eſſe poſſint.

Item Gelaſius II. †

Illud etiam annecti placuit, ut ſi (quod abſit) facultates h eccleſiæ nec non diœceſes, quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi uendicẽt, quod tricennalis lex concludit: quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit authoritas.

a Quod autem præſcriptione. Hic deſcribitur tertia qō an oĩa iura præſcriptione tollãtur. Ad euidentiã ergo dicẽdorum, uidendũ eſt prius de uſucapionibus, poſt de præſcriptione. Videndum ergo quid ſit uſucapio, & quid in ea exigaẽ, & quę res poſsit uſucapi. Vſucapio eſt acquiſitio dominij p continuã poſſeſsionem tẽporis lege diffiniti, argum.ff. de uſucap.l.iij. exiguntur aũt in ea quinq;: bona fides ab utraque parte, arg.ff. pro empt. l.ij.§.ſi eam. C.de p̃ſcrip.lon.temp. authen. malæ fidei poſſeſſor. Item iuſtus titulus, & continua poſſeſsio, & quod res ſit mobilis, & non ſit uitioſa. Et qđ dixi ab utraque parte, uerũ eſt quo ad initium contractus, nõ quo ad contractum medij tpis. ĩ.e.§.põt. Secundũ canones tñ exigitur bona fides cõtinua. extra de præſcri.uigilanti. & c. ultim. Titulus autem eſt iuſta cauſa poſsidendi quod noſtrũ non eſt. & exigitur titulus, ut C.de uſucapio. pro emptor.l.ulti.& extra de præſcript.ſi diligenti. Quandoque tamẽ uſucapio procedit ſine titulo iuſto errore interueniente. † C.de uſuca.pro do.l.j.ff pro emp. qđ uulgo.ff.pro legato.l.iiij.& ulti. Iuris tamen error nõ prodeſt in uſucap. ff. de iur. & facti igno. l. iuris.ff.de uſuca. nunq̃. j. rñ. Exigitur etiam continua poſſeſsio. hoc planum eſt. Et quod res ſit mobilis: quia in immobilibus non habet locum uſucapio. Quæ autem res uitioſa dicaẽ, habes inſtitu.de uſuc. §.j. & ij. ff. de acquir.re.do.bonæ fidei. Item uſucapio non interrumpitur lite conteſt. ff. de rei uendic. ſi quid poſt acceptum.& ff.pro empt.l.ij.§.rem alienam.arg.C.de anna.excep.ut perfectius.ĩ.ea.§.tolluntur. Illi tamẽ quatuor caſus ſunt ſpeciales. Vnde uerſus, Non uſucapies niſi ſint tibi talia quinque, Recta fides, iuſtus titulus, res non uitioſa, Quod res tradatur, poſſeſsio continuetur. Sequitur de præſcriptione qđ ſit, quæ eius ſpecies, & quæ ad eam exigãtur, & quæ præſcriptio currat contra eccleſiã, & qualiter interrũpaẽ, & qs ſit eius effectus. Præſcriptio eſt exceptio, ex tpe ſubſtantiam capiens, & quæ actioni perſonali uel in rem opponitur. Eſt aũt quædã longi tẽporis præſcriptio, de qua nihil ad pñs: cũ contra eccleſiã nõ currat † quæ cõtra præſentes ſpatio x.annorũ, & cõtra abſentes ſpatio xx. annorũ cõpletur. C.de præſcr.x.uel xx.anno.l.ult.nec currit niſi cum bona fide. Alia eſt longiſsimi tpis. ſ. xxx. uel xl. anno. in qua ſecundũ leges nõ exigiẽ bona fides uel titulus. C.de an.except.l.j. Secundum canones hec rõ procedit, niſi quis bonam fidem habuit. extra de præſcrip.c.uigilãti.& in cõſtit. Innoc. qm oẽ. & xxxiiij. qō. ij. ſi virgo. nec etiã illa quæ eſt xxx. anno. currit contra eccleſiam, ſed tm xl. ĩ.eo. quas actiones. Item ſecundum canones titulus requiritur, ĩ longiſsima præſcriptione, ut extra de præſcri. ſi diligenti. Ioã. quod T. negat niſi ratione præſumptionis. B. qñq; tñ minus iuſtus titulus parit cauſam preſcribendi: ut extra de empt.& uend. peruenit. & extra de iure patr.cura. Interrumpitur autem naturaliter & ciuiliter. Si naturaliter interrumpitur, prodeſt omnibus ius habẽtibus in re. ff. de uſucap.l. naturaliter. Si ciuiliter, prodeſt interrumpẽti tñ, & eius hæredi, ut ff. de diuer.& temp. præſcri. inter quatuor. Eſt aũt effectus eius, ut acquiratur tantum exceptio ſecundum Ioã. non dominium niſi utile, ut ĩ.eo. quicunque. ſecundum B. & alios etiam directum dominium acquiritur, ut eſt expreſſum C. de bon.ma. auth.niſi. & infra eo. inter memoratos. ibi, ſit æternum dominium.

b Iura. Hoc non eſt uerum, quia nec omnia iura nec a quocũq; præſcribi poſſunt. ꝙ nõ oĩa. habes. ĩ.e. licet. & C.de p̃ſcri.xxx. an. cõperit. quod nõ a quocunque. extra de præſcri.cũ ex officij. & c. cauſam. Ioan.

c PEr ſingulas. Maxime.i. tantum. ſic xij.qō.ij.ſi quis epiſcopus. nam uiolentus detentor non præſcribit. extra de præſcript.c.ult.

d Triginta. Hodie non ſtatur huic numero. extra de præſcript. de quarta. ĩ.eo. quas actiones.

e Dubitatio. Per lit.cõteſt. ſic eñ res efficiẽ dubia. arg.ex̃.de off.dele.relatũ. C. qb.ad li.procl.l.iij. uel p libellũ oblatũ principi ſecuta conuẽtione: ut C.de p̃ſcri.xxx.an.l iij. uel p ſynodalẽ proclamationem. extra de p̃ſcr. ſanctorũ. nã ſimplex denuntiatio habeẽ p li.cõte. ut extra ut li.nõ cõteſt.qm, in ſi. Et dico ꝙ ex quo ſemel facta eſt, lit.cõte.poſt ſecundũ canones nõ currit p̃ſcriptio: qa p̃ſumitur poſsidẽs iã habere malã fidẽ, & de iure ſuo iã titubare. C.de acqui. poſſ. nemo. unde nõ p̃ſcribit uſq; ad mille an. ut extra de præſcri. quoniam. ſed leges quæ non curant de mala fide, dicunt xl.annos exigendos. † C.de ann.excep.l.j. Ioã.

f PRæſulum. Ad regendum. Argum. ff. pro empt. qui fundum. § ſi tutor.

Decretũ eſt. ab eodẽ Gelaſio. xij.q.ij. quatuor.

g Facultates. Hoc habes xiij.q.ij. facultates.

† cxvij.

Vſucapio quid ſit, & quot in ea exigãtur.

† Scilicet primus epiſtola ij. ad Siculos.

Titulus quid ſit.

† Secus ſi nõ eſſet iuſtꝰ error. C. de uſuca.l.fin. ff. de uſuca. pro emp. l.ij. §. ſi a pupillo.

Præſcriptio quæ & quotuplex ſit.

† Dicunt quidam ꝙ nec etiam pro eccle-

ſia.arg. ĩ. e. placuit. ibi de hoc in glo. ar-quod, &c.

Præſcriptio dupliciter interrumpitur.

† Imo primus in eadẽ epiſtola.

Præſcriptionis effectus.

† Vt C. de annali excep. l.j. C.de præſcrip.xxx. an. l. ulti.

Sicut

Item ex concilio Toletano quarto. †

† cap. 34.

Territorij poſſeßio conuentum non adimit.

CAN. III.

SIcut diœceſim [a] alienã tricennalis poſſeſsio tollit, ita territorij poſſeſsio conuentum [b] non adimit. [c]

Item ex eodem. †

† cap. 33.

Tricennalis poſſeßio intra unam prouinciã ſeruari debet.

CAN. IIII.

QVicunq; epiſcopus alterius epi diœceſim per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit, quãuis ſecundũm ius legis [d] eius non uideat eſſe diœceſis, admittẽda tamẽ non eſt contra eũ actio repoſcendi. Sed hoc intra unã prouinciã, [e] extra uerò nullo modo: [f] ne dũ diœceſis defenditur, prouinciarũ termini confundantur.

2 *Ecce his authoritatib. probatur, quod poſſeßionis et gubernationis iura præſcriptione tolluntur. Sed idem Gelaſius cõtra teſtatur ſcribens Maximo & Euſebio epiſcopis.*

Status parochiarum nec præſumptione, nec tẽporis præſcriptione mutari poteſt.

CAN. V.

LIcet in regulis cõtineatur antiquis, parochias [g] unicuiq; eccleſiæ priſtina diſpoſitiõe [h] deputatas nulla poſſe ratione cõuelli, ne per conſuetudinẽ peſsimam exẽplii [i] mali, temeritate creſcente, uniuerſalis cõfuſio naſceretur, tamen ẽt decretis noſtris, ante non multum tẽporis deſtinatis, omnia iuſsimus, quæ taliter fuerãt inuaſa, [k] reſtitui: ſed quia temeritas peruadentiũ legẽ ſibi poſſe putat [l] generari, ſi ſceleri ſuo pertinaciã retentionis adiũgat: ea quæ inter fratrẽ & coepiſcopũ noſtrũ Conſtantinũ Anuſcanæ † eccleſiæ ſacerdotẽ, & inter nuncios directos ab Anconitano pontifice decreuimus, per uos impleri cupimus: tũ ĩ formã [m] ĩ cæteris cognitionibus, quæ ſit ſequenda perſcripſimus. Nulla igitur præſumptione ſtatum parochiarum, qui perpetuæ ætatis…

† Camſcanæ, ł alias, camſcanæ.

[a] SIcut diœceſim. id eſt, eccleſiam diœceſis. Et dic ſicut, id eſt, quamuis.

[b] Conuentum. id eſt, ius epiſcopale.

[c] Non adimit. non ideo adimit.

[d] QVicunq; Legis. naturalis. nam de iure naturali non ſunt præſcriptiones inductæ. nam iure naturali iniquũ eſt, aliquẽ ditari cum aliena iactura: ut extra de pœ. ſuam. & ff. de condic. ind. nam hoc. Sed ideo inuẽta eſt præſcriptio, ne dominia rerum ſemper ſint in incerto. ff. de uſuc. l. j. Vel dic ſecundũ ius legis ciuilis, & hoc ſecundum opinionem dicẽtium [s] præſcriptione dominiũ nõ acquiri, ſed tantum exceptione. ſed contra eos eſt. ĩ. ea. q. clerici. in fine. C. de bo. ma. auth. niſi. & res præſcriptione temporis mutãt dominium. ff. de uſuca. l. cum qui ædes. uer. & uniuerſitas.

Prçſcriptio ad qd ẽ inuẽta.

s Qui ſũt mo. ĩ. c. §. poteſt. ij. in glo. ar. pro.

[e] Prouinciam. Id eſt, diœceſim. quandoq; enim prouincia ſumitẽ pro diœceſi: ut 50. diſt. ſtudeat. quandoq; econuerſo: ut ix. q. ij. c. epi. Quidam tamen in loco iſto dixerunt, quod intra aliã prouinciam non poſſet præſcribi, licet intra aliam diœceſim poſsit. Quid autem præſcribi poſsit in diœceſi alterius, uarie à uarijs eſt notatum. & celebris fuit hæc ſnia, Quod quicquid eſt intra terminos alterius diœceſis, præſcribi poteſt: dummodo non ſit in limite uel coniunctum limiti: ut extra de parochijs. ſuper eo. non tamen quo ad epiſcopalem iuriſdictionem, ſed tantũ quo ad proprietatem, ut dicunt: & hoc dum cõſtat de limitibus. Sed ſi de limitibus nõ conſtat, tunc quo ad proprietatem, & quo ad epiſcopalia iura res alterius epiſcopi prçſcribitur: ut ĩ. ea. licet extra de deci. cum ſint homines. Sed illis uehementer obſtat extra de prçſcr. ad aures. & ca. auditis. & c. cũ ex officij. & de relig. do. c. j. in quibus non ſolum res, ſed iura epiſcopalia præſcribuntur. Similiter hic diſtingui poteſt inter iura parochialia, & iura epalia: ut iura parochialia poſsint præſcribi, ſiue diœceſes ſint limitatæ, ſiue nõ, ut ius decimarum, ut baptiſmata, oblationes, & procurationes: dummodo res illæ non ſint coniunctæ limiti: ſed iura epalia non, ut conſecratio: imo ulterius procedi poteſt, ꝙ ſimiliter iura epalia, quæ conſiſtunt in lege iuriſdictionis epalis, præſcribi poſſunt ab alio epiſcopo: quia taliter præſcribitur emptio. nõ tamen unus intrabit terminos alterius: ſed intra terminos proprios utetur iure illo, niſi in caſu: ut ĩ. ea. c. placuit. Sed tamen dicunt quidã, quod quodlibet ius epale põt præſcribi: dũ modo non ſit uicinũ limiti. Sed quantum ad proprietatẽ, ſatis uidetur qđ ſiue ſit in limite, ſiue alias, quod res alterius præſcribi poſsit: ut extra de proba. c. ex literis. Si quæras, quare limes non poſsit præſcribi: dico ideo, ne confundantur termini prouinciarũ: uel ideo quia limes cõis eſt: ut probatur ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. ulti. & l. ſeq. ſed ſi rem, quæ mihi eſt cõmunis cũ alio, ille poſſederit, ego per ipſum retineo poſſeſsionẽ: ut ff. quẽad. ſer. amit. l. ſi cõmunem. Vel ideo non præſcribitur, quia non præſumitur, ꝙ aliquis cõmuni re uitioſe utatur: ut ff. pro ſocio. merito. & ſic prçſumit, quod quantocũque tempore alter poſſideat, quod nõ tantum nomine ſuo, ſed noĩe meo poſſederit. Sed certe hæc ratio non uidetur ſufficiens: quia eadem ratione nec fines prædiorũ poſſent pſcribi: quod falſum eſt: ut ĩ. ea. quæſt. iiij. ca. uolumus. extra de præſcrip. ca. quia. & C. finiũ regundorũ. l. ult. Alij dicunt, qđ limes bene poteſt præſcribi, ſed non manens limes: quia quàm cito eſt præſcriptus, deſinit eſſe limes.

Prçſcribi quid põt in alterius diœceſi.

Limes diœceſis eſt impræſcriptibilis.

[f] Extra uero nullo modo. quantum ad omnia epiſcopalia iura.

Ecce his. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probat per tria cap. quod limites, & eis adhærentia non præſcribuntur. Ioan. de Fant.

[g] LIcet in regulis. Parochias. Id eſt, intra limitem unius diœceſis.

[h] Diſpoſitione. id eſt, terminatione. ĩ. xiij. q. j. c. j.

[i] Exempli. ſupra diſt. xcvj. bene quidem. ĩ. j. q. j. capi. principatus.

[k] Inuaſa. Nam inuaſores nõ præſcribũt. C. de præſcr. xxx. ann. ſi quis emptionis. & xciij. diſt. illud.

[l] Putat. Nam diuturnitas temporis, &c. extra de ſimonia. non ſatis.

[m] Formam. Arg. quod certis perſonis mandatur, ad alios

tis firmitate durauerit, patimur mutari: quia nec negligentia pontificum, nec temporalis obiectio (quæ per incuriã fortè generatur) neq; ignauia faciẽte cõſenſus adhibitus, nec ſubrepente ſupplicatione præceptio diuellere poteſt, ſemel diœceſim conſtitutam, ex qua ſemper ad regenerationem, atq; cõſignationem epiſcopi plebs deuota cõuenit: [a] territorium etiã nõ facere diœceſim olim noſcitur ordinatum.

Hoc multipliciter diſtinguitur. Sunt quædam diœceſes, quæ certis limitib. diſtinctæ ſunt. Hæ nullo modo præſcribi poſſũt. Aliæ uerò, quæ non ſunt certis limitib. diſtinctæ, & de quibus certa definitio non olim præceſſit, ꝑſcriptione tolluntur.

Vnde Innocentius papa ait: [l]

Limitis poſſeſſio præſcribi nõ poteſt.

CAN. VI.

INter memoratos fratres noſtros Fulgentium Aſtigitanum [l] & Honorium Cordubẽſem epõs diſcuſsio [b] agitata eſt: & propter parochiam baſilicæ cuiuſdã, quam ho rum alter Cellanenſem, [c] alter Reginẽ. aſſeruit: & quia inter utraſq; partes hactenus limitis actio uentilata eſt, cuius quamuis ſit uetuſta retẽtio, nullum [d] tamen iuris præiudicium affert: ideoq; ne in dubium ultra inter eos noſtra deuocaretur ſentẽtia, [e] prolatis canonibus ſynodalia decreta per lecta ſunt: quorum authoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatẽ, ne quis terminos alienos uſurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inſpectores uiros mittẽdos: [f] ita ut diœceſis [g] poſsidentis (ſi tamen baſilicam ueris ſignis limes prouiſus mõſtrauerit eccleſiæ, cuius eſt ius retentionis [h]) ſit æternum dominium. Quòd ſi limes [i] legitimus eandem baſilicã non concludit, & tam longi temporis probatur obiecta, præſcriptio, appellatio [k] præſentis [l] epiſcopi non ualebit: quia illi tricennalis obiectio ſilentium imponit. Hoc etiam & ſecularium principum edicta præcipiunt, & præſulum Romanorum decreuit authoritas. Si uerò intra metas tricennalis tẽporis extra alienos [m] terminos baſilicæ iniuſta retentio reperitur, repetentis epiſcopi iuri ſine mora reſtituetur.

Item Gelaſius papa Iuſto epiſcopo.

Spatia, quæ diffinita fuerint, tempore præſcribi non poſſunt.

CAN. VII.

DIlectio tua ſtudeat (inquiſita omnium fideliter rerum ueritate) ut ſi de ſpatijs, [n] de quibus memoratur orta contentio, definitio iandudum certa proceſſerit, intemerata [o] ſeruetur: alioqui ſi nihil unquã conſtiterit terminatum, tunc de præſcriptione temporum ſi qua pars confidit, præbeat ſacramentum: [p] ita tamen, ut quæ hactenus poſſediſſe probabitur, iuſiurandum ſinatur offerre. [q]

Quod in uno negotio ſtatuitur, ad oĩa ſimilia extendi.

alios extẽdi: & quod in uno negotio ſtatuitur, ad omnia ſimilia extendi. 3.ij. qõ.j. c. multi. xiiij. qõ. ij. ſuper. xxxij. q. vij. c. Apoſtolus. arg. diſt. lxj. ca. miramur. diſtin. xxxviij. ignorantia. extra de re iudi. c. in cauſis.

[a] Conuenit. Pone quod aliqs epiſcopus poſsideat eccleſiam intra diœceſim alterius epiſcopi, remotam à limite, & fluuius quidã erat limes, ſed fluuius paulatim accedit ad illam eccleſiam, ita quod efficitur uicina limiti. Dic quod interrumpitur ꝑſcriptio naturaliter, nec præſcribitur. Vel dic quod nihilominus ꝓcedit præſcriptio: nec termini epiſcopales uariant propter hoc: ut ff. de cõtrahẽ. empt. l. Rutilia Polla. Quid dices de eccleſia ſita in limite, & in utraque diœceſi habet parochianos? Dic quod erit communis quoad parochialia: ſicut & arbor i cõfinio poſita. ff. cõmuni diui. arbor. & inſula in confinio poſita. inſtit. de re. diui. §. inſula. inſolidum autem habebunt epiſcopalia. ſi diſcordant in eccleſiæ diſpoſitione, ſuperioris erit officium in hac parte. extra de iure patro. nullus. uel alternis annis diſponẽt. ff. de uſufruc. quoties.

Eccleſia in limite diœceſis poſita cuius eſt.

[e] Poteſt dici ꝙ eccleſia erit illius ſolius, in cuius limite campus poſitus eſt. arg. de acqui. re. do. adeo. §. ult. ſecũdum Lau.

[l] [redacted].

[l] Aſtigenenſem.

[b] INter memoratos. Diſcuſsio. Id eſt, quæſtio diſcutiendi.

[c] Alter Cellanenſem. quæ eccleſia erat ſubiecta ſibi.

[d] Nullum. Argum. quod limitis manifeſtatio rem iudicatam reuocet: [a] ar. 3. ea. q. j. c. felix.

[e] Sententia. Quam ſuper hoc ſentimus.

[f] Mittendos. Vbi

[a] Nam uidetur ꝙ alterã iã dederat ſententiã: cũ

enim agitur de finibus agri, oculis ſũt ipſa loca conſideranda. extra de præſcript. quia. ff. fi. re. l. ſi irruptione. & utriuſque partis teſtes audiuntur: ut extra de proba. ex literis.

[g] Ita ut diœceſis. Sic conſtrue, id eſt, ut æternum dominium diœceſis, ſcilicet de qua eſt controuerſia, ſit poſsidentis eccleſiæ, cuius eſt ius retentionis.

[h] Ius retentionis. Id eſt, quæ eſt in poſſeſsione.

[i] Quod ſi limes. Poteſt eſſe ſenſus, id eſt, ſi limes ipſius poſsidẽtis eam non cõcludit, [i] & tamẽ ipſe præſcripſit, habeat eccleſiam. Vel aliter ſi diœceſis non eſt limitata, & eam præſcribit, habeat eam.

[k] Appellatio. Id eſt interpellatio.

[l] Præſentis. id eſt, petentis.

[m] Extra alienos. id eſt, illius, contra quem ius præſcribitur. Ioan.

[n] DIlectio tua. De ſpatijs. Prædiorum, non limitum. j. q. iiij. c. ij. Vel intellige de limitibus.

[o] Intemerata. 3. vj. q. iiij. quod benè. j. xviij. q. ij. cap. Eleutherius.

[p] Sacramentum. ſcilicet teſtium, per quos probat præſcriptionem. ſic trigeſimaprima, q. ij. c. ſi uerum.

[q] Offerre. Alteri parti. Vel dic, ꝙ illi parti, quæ probauit præſcriptionem, ſi non põt probare titulum & bonam fidem, permittendũ eſt ei iurare, quod bona fide poſſederit rem illam, & quod iuſto titulo habuerit eam: non tamen dico quod cogitur probare titulum: ſed ſi probat curſum temporis, & alleg.

dicat ultra, ꝙ reuocata erat ꝓpter manifeſtationem limitis. ſecũdum Hu. dic ultra, id eſt, de cætero.

[i] Vt quia eſt in epiſcopatu alterius, longe tamẽ à limite ſecũdũ Hu.

& allegat titulum, præſumo ratione temporis ipſum habere titulum, ut xij. diſtin. illa. ff. de uſur. cum de in rem uerſo. Nec obſt. quod dicitur extra de præſcript. cap. ſi diligenti. & extra de probat. licet. ubi uidetur dici qđ debeat cōſtare de titulo. Intelligo enim tunc quando eſt præſumptio contra eum, ut ibi fuit. & ſic intelligo quod eſt extra de deci. dudum. ſed fatuus eſt, qui allegat titulũ quem probare non poteſt: ſed dicat præſcripſi.

Poteſt. Hæc eſt iij. pars qō. in qua dicit quæ res ui poſſeſſa non præſcribitur. Ioã. de Fant.

a Placuit. Priuilegia. infra xxv. quæſt. ij. c. j. & ſecundo.

a Priuilegia. Id eſt, chartas eccleſiæ. ſ. xij. quæſt. ij. ſi clericis.

b Conſuetudine. Ergo conſuetudo dat priuilegium. ix. q. iij. conqueſtus.

c Imperatoribus. Hic canon emendat legem quę loquitur de quadriennij præſcriptione in rebus donatis ab imperatore.

d Annos triginta. Arg. quod præſcriptio decennij uel uicennij non habet locum in eccleſia, ut ipſam rem priuati tali præſcriptione poſſit retinere. Alij dicunt contra. Sed nonne contrarium eſt. C. de quadrien. præſcri. l. bene à Zenone. nam ibi dicit quod ſi imperator rem priuati conferat alij, tutus eſt donatarius. & hic dicitur neceſſariã eſſe præſcriptionem. Sed dic maxime, uel dic & pro uel. C. de uerb. ſignifica. l. penulti. Vel dic quod ſicut eccleſia noluit hoc recipere contra ſe, ut xij. q. ij. quicunque militum. ita nec pro ſe. a Vel ibi loquitur cum dedit Imperator rem alienam tanquam alienam: hic tanquam ſuam. Vel hoc quod dicit de xxx. annis, refertur ad proximum, ſcilicet ad alios, & non ad imperatorem, ut extra de ſent. & re iudic. cum inter. in fin.

De hoc not. x. qō. iij. qa cognouim*.

Eccleſia quãto tēpore pōt rem priuati præſcribere.

a Vide ſ. xij. q. ij. c. quicunq;.

Poteſt etiã aliter diſtingui. Quæ quiſque ſua authoritate uſurpat, qa nullo titulo poſſidere incipit præſcribere nō poteſt. & in hoc caſu intelligenda eſt illa authoritas Gelaſij: Temporalis obiectio quæ per incuriã fortè generatur, nō poteſt diuellere diœceſim ſemel cōſtitutã, intelligendum eſt, ſi nullo titulo, ſed ſola uſurpatione eam poſſidere cœperit. Si uerò iudicis authoritate et priuilegiorum longa conſuetudine poſſidere cœperit, tunc temporalis obiectio actori ſilentium imponit.

Vnde Gelaſius Papa ait:

Debēt priuilegia. xxx. annis poſſeſſa, immobiliter obſeruari

CAN. VIII.

Placuit huic ſanctæ magnæq; ſynodo, ut res uel priuilegia, [a] quæ Dei eccleſijs ex longa cōſuetudine [b] pertinent, etiã ſiue a diuæ recordationis Imperatoribus, [c] ſiue ab alijs Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta [d] poſſeſſa ſunt, nequaquã a poteſtate præſulum eorum quæcũq; perſona ſecularis per poteſtatē ſubtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: ſed ſint omnia in poteſtate ac iuſſu præſulis eccleſiæ quæcunque intra xxx. annorũ ſpatia ab eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo clericorũ uel ſeculariũ contra præſentē definitionē egerit, tanquã ſacrilegus iudicetur: & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria priuilegia ſeu res reſtituerit anathema ſit.

Idem epiſcopis Dardaniæ inter cætera [e] inquit.

Repeti non poſſunt, quæ triginta annis quietè poſſidētur.

CAN. IX.

Poſt quingētos annos conſtituta Chriſti [f] quoſdam audio uelle ſubuertere: cùm triginta annorum lex [g] hominum non poſſit abrumpi.

4 *Item ſi de rebus eccleſiæ cōtrouerſia mota ē, et definitio ſubſecuta: etſi iniuſta ſit, tamē quia nō ſua ſed definiētis authoritate [h] poſſidere cœpit: tricēnalis [i] præſcriptio petitori ſilētiũ imponit: ita tamē, ut ſupputatio præſcriptionis nō à tpe definitionis ſed à deceſſu definientis exordium ſumat.*

Vnde in Toletano concilio [k] ſtatutum eſt.

Vita irritè diſponentis non poterit pertinere ad tricennium temporis.

CAN. X.

Si ſacerdotes [k] uel miniſtri dum gubernacula eccleſiarum admi-

e Inter cætera. Verba ſunt Gratiani.

f Poſt quingentos. Conſtituta Chriſti. id eſt, eccleſiæ alicuius.

g Lex. i. præſcriptio a lege introducta. lex eñ proceſſu temporis nō poteſt confirmari, quia ſi eſt iuſta, ſtatim ualet & confirmat. a ſi eſt iniuſta, nunquã ualet. ſ. diſt. iiij. erit autē lex. uidetur tamen ꝙ contra legem poteſt præſcribi ſpatio xx. annorum, ut ff. de orig. iur. l. ij. §. exactis.

Item ſi de rebus. Hæc eſt iiij. pars q. in qua dicitur quod tēpore prælati male alienantis, non currit præſcriptio, ſed poſt eius mortem ĩcipit currere. & hoc probat per cap. ſequens. Ioan. de Fant.

h Authoritate. Nã iuſte poſsidet, qui authore prætore poſsidet. xiiij. quæſt. v. dixit. extra qui fi. ſint legit. cũ inter. ff. de acquir. poſſ. iuſte. Arg. contra de pœn. diſt. ij. ſi quis ſemel.

i Tricennalis. Imo præſcriptio x. dierum tũc ſufficeret. nam plus facit ſententia, licet iniuſta, quam aliquod priuilegium, ut extra de ſent. & re iudi. cum inter. in fi. Ioã. Sed non loquit de tali ſententia, ſed de concordia, quæ definitio uocatur. B.

k Si ſacerdotes. Triplex caſus ſolet hic poni. Primus ſic: ecce epiſcopus alienauit res eccleſiæ in caſu illicito. dicitur hic quod uiuente epiſcopo nulla præſcriptio currit contra eccleſiam in rebus illis: ſed eo mortuo incipit currere. Et ſecundum hoc expone diffiniſſe. i. ſua diffinitione & authoritate alienaſſe. argument. xx. quæſt. ij. epiſcopus qui mancipia. & dic ſcribendo decreuerunt. i. decreto ſcripturæ interpoſito alienauerunt. Vel ſecundum alium caſum expone ſcripto decreuerunt. i. ſcripto tranſegerunt, & in fraudem. cum eñ nō poterat dare nepotibus ſuis, fingebat ſe habere litem

a Sed cōtra. iij. di. in iſtis. & §. ſeq.

Adde quod a, ponitur hic pro ex. ſimile in l. j. §. adeo. ff. de acq. rer. domi. Caſus tripliciter ponitur.

[redacted]

ſitem cum eis de illo, & tranſigebat cum eis. Tertius caſus eſt: epiſcopus tulit diffinitiuã ſententiã contra aliquam eccleſiã ſuper aliqua poſſeſsione eccleſiæ. & contra ius ſcriptum, [1] dicitur hic ꝙ ipſo uiuente nõ currit contra eã præſcriptio. Sed cum iſta ſententia lata fuerit contra leges ſcriptas, ut hic innuit, & ita nulla actio uel exceptio ex ea cõpetit, ut argu. ij. qõ. vj. §. diffinitiua. uerſ. itẽ ſi ſententia. qualiter etiã iſte poterit pſcribere poſt mortem? Dico ꝙ iſte nõ, ſed eius ſucceſſor: & ſic intelligitur extra de iure patro. cura paſtoralis. Vel dic ꝙ iſte bona fide poſſedit, quia ignorauit illã ſententiã non tenere, & ſic ſententia quæ nulla eſt, dat alicui cauſam præſcribendi: ſicut titulus qui non ualet, dat cauſam præſcribendi, ut extra de empt. peruenit. ff. pro empto. qđ uulgo. ff. pro leg. l. iij. & iiij. nec contradicit extra de ijs quæ ſi. a præla. cap. ij. quia ibi ſciente capitulo alienatio fuit facta poſſeſsionum, unde ibi poſſeſſor ſtatim tutus eſt, ſed hic capitulo contradicente. uel forte iſte non erat malæ fidei poſſeſſor: qa ignorabat ſententiã iniquam, uidetur tamen ꝙ illicite alienatis non poſsit currere præſcriptio. C. de bo. mater. l. j. & in hoc eſt deterioris cõditionis eccleſia quã minor ſiue filiusfamilias, quia non prius contra eum præſcribitur, quã ſuæ poteſtatis eſſe incipiat, ut C. de bon. quæ lib. quæcunque.

[1] Patet exemplũ extra de re iud. cũ cauſa. & hic intellectus ex eo perpendit, quia dicit contra patrũ ſanctiones ſecundum Hug.

niſtrare uidentur, cõtra patrum ſanctiſsimas ſanctiones de rebus eccleſiæ definiſſe aliqua dignoſcũtur: nõ ex die [a] quo talia ſcribendo decreuerũt, ſed ex quo talia moriendo [b] definita reliquerũt, ſupputationis [c] ordo ſubſtabit. [d] nuſquã etenim poterit ad tricẽnium temporis pertinere uita irritè iudicantis: quia ſtatus contractuum [e] non ſumpſit initium ab origine [f] æquitatis.

[g] *Item ea, quæ in beneficijs poſſidentur, ſine quæ metu hoſtilitatis internieñte diutius poſſeſſa fuerint, præſcribi nõ poſſũt.*

Vnde in Agathenſi concilio definitum eſt.

Quæ in beneficijs poſſidentur, præſcribi non poſſunt.

CAN. XI.

CLerici quilibet quãtacunque diuturnitate temporis de eccleſiæ remuneratiõe aliqua poſſederint, in ius proprium [g] præſcriptione temporis non reuocentur, [h] dummodo pateat eccleſiæ rem fuiſſe: ne uideantur etiam epiſcopi tempore adminiſtrationis prolixæ aut precarias cùm ordinati ſint facere non debuiſſe, [i] aut diu retentas facultates in ius ſuæ proprietatis poſſe transſcribere.

Item ex concilio Aurelianenſi.

g A communione. ſcilicet rerum eius: id eſt, non communicemus facultates eius nobis, ſed locus, in quo acturus eſt pœnitentiam puteturt: ut ĩ. ead. de lapſis. uel cõmunione rerũ eccleſię ſibi commiſſæ. nõ enim ppter hoc res ſunt eccleſiæ auferendę, licet hoc quotidie fiat ab epiſcopis: & forte non minus iniuſte, cum pœna pecuniaria magis timeatur quã corporis: & ideo iuſtẽ uidetur poſſe fieri: argu. xxiij. qõ. iiij ca uindicta. extra ut lite non conteſt. quoniam. in ſi. Et intelligunt quidam hoc dictum eſſe de libertis eccleſiæ promotis, qui omnia, quæ acquirũt, ipſi eccleſiæ acquirũt: ut extra de ſer. non ord. ca. iij. unde ne propter eorum delictũ damnificetur eccleſia, ſtatuitur hic, ut puniantur in perſona. & non in rebus. Res. n. eccleſiæ non poſſunt confiſcari: ut ĩ. ead. quæſtio. j. in canonibus. & §. nouarum.

h DE lapſis. Subſidium. Argu. ad quẽ ſpectat onus, &c. xij. q. ij. charitatem xxvij. qõ. i. ſi quis rapuerit. ĩ. 50 diſt. ſi quis epiſcopus. ĩ. xij. q. v. ca. ult. ff. de reg. iur. ſecundum naturã. Nam naturale eſt, commoda eum ſequi, &c. C. de fur. & ſer. cor. l. ſi. §. ſed eſt.

i Sed res eorum. Videtur hic, quod ſi clericus remouetur

3 Scilicet ſibi cõmiſſæ. & ſic facit ad propoſitũ Gratiani.

Eccleſiæ res non cõfiſcantur.

ceatur ab eccleſia ſua, ꝙ omnia ſua ei reddantur? ut extra de cle.cõiug.ꝙ à te.& extra de renun. ca.iij. & 27.q.j.ſi quis rapuerit.ſed hoc nõ concedo.xij.q.ij.nõ liceat.ſed dico ꝙ tantũ uſusfructus illorũ debet habere tempore uitæ ſuæ.& ſic intellige ꝙ hic dicitur.

a S I fortaſsis. Non inutilis. ꝑpter hoc ꝙ prælatus inutilis fact⁹ ē. quaſi diceret, inutilitas prelati non debet redundare, &c.

b E Piſcopo. Subijciat. cum coepis. Vel ſecundum Hu. ſolus hoc faciat. ǰ. 18.q.ij.ſi qs abbas. Arg.epm poſſe dpo nere abbatē. & hoc uerum eſt ab honore, nõ ab ordine: ſicut de monacho dicitur ſ. lxxxj. diſt. ualer.& ſ.j.q.v.c.j.

c I Llud. In uſum. qñq; tamē res eccleſiæ dantur in proprietatem. xij. q.ij. bonæ.ſed cum dantur intuitu officij, non: ut hic.

d Auferre. ǰ. e.q. ult. inuentum.contra.ſ.di. lxxiiij.geſta. Argu. ſ.e. q.j. poſſeſsione cõtra. Sed dic nullatenus, id eſt, uſq; ad tempus præſtitutum.

e Pro qualitate. Vide meliorē conditionem clericorum percipiētium aliquid in eccleſia, propter obſequiũ aliqđ, uel extrinſecam probitatem, quam canonicorũ, q̃ ob delictum nõ amittunt illud, ſed habēt uſq; ad obitum ſuum: arg.hic, & xij. quæſt. ij.ſæpe. Vel dic auferre præſumant, non dico ei, ſed eccleſiæ. & ſic facit ad propoſitum G. ꝙ delictum perſonæ non redundat, &c.

f Meliorem. Extra de in integ.reſtitu. requiſiuit & hoc uerum eſt in acquiſitis: ſecus in acquirendis. C. de acqui. poſ. ex liberis. ſed ſi propria habet prelatus, agatur contra eũ. C. arbi.tut.quicquid. & xij.q.ij.monemus.

¹ Sine alijs coepiſcopis, ſed non ſine ſuis canonicis, ſecũdum Hu. & hic uideas qđ leg.& no. xxj. diſt. ſubmittitur.in fin.

² De hoc nota. xv. qõ. vij. in ſum.

† Magunzinen.

Item Leo iiij. Carolo regi.

Inutilis ſacerdos eccleſiam ſuam dignitate non priuat.

CAN. VI.

S I fortaſsis (quod non credimus) apud uos inutiles iudicamur: eccleſia tamen, cui permittente domino præſumus, nõ inutilis, ^a ſed caput principiumq; omniũ merito ſimul ab omnibus uocatur.

Item in Magotienſi † concilio.

Poſſeſsiones monaſterij, pro peccato abbatis epiſcopo tollere non licet.

CAN. VII.

E Piſcopo non liceat poſſeſsionem monaſterij tollere, quamuis abbas peccauerit: ſed ſubijciat ^b eũ poteſtati abbatis alterius monaſterij.

Item Gelaſius.

Quæ ſacerdotes dederunt, ſubſequentes pontifices nullatenus auferre præſumant.

CAN. VIII.

I Llud ſtatuendum cenſuimus, ut quaſcunque munificētias clericis aut ſibi ſeruientibus de rebus eccleſiæ in uſum, ^c aut de proprijs in proprietatem præcedentes dederint ſacerdotes, ſubſequentes pontifices nullatenus auferre ^d præſumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate ^e perſonarum, uel regula præcedentium canonũ in perſona habeatur, non tamen in facultate diſtrictum.

Si ergo delictum perſonæ in dãnum eccleſiæ non poteſt conuerti, quia procurator conditionē eccleſiæ põt facere meliorē, ^f nõ deteriorem: ſi peccato abbatis poſſeſſiones monaſterijs auferri non licet, quomodo delictum epiſcopi uertetur in damnũ eccleſiæ ut inde detrimentũ cauſæ ſuæ patiaẽ? Sed detrimentum cauſæ pati nõ ſic eſt accipiẽdũ, ut eccleſia ſuo iure priuetẽ: ſed potius qa clericis corã iudice ſtãtibus, epũs tacebit, et ꝓ iniuria illata mulctabitur, ſi propria habuerit.

QVAEST. VII.

Q Vòd aũt eccleſias ^g de manu laicorũ ^1 nec abbati, nec alteri accipere liceat, omniũ canonũ teſtatur authoritas. Gñaliter.n.tam eccleſiæ, quã res eccleſiarũ in ptãte epĩ conſiſtunt. Laici autem nec ſua nec epiſcoporum authoritate decimas uel eccleſias poſſidere pñt: unde ſi epiſcopi ſiue beneficio ſiue pretio eccleſias uel decimas laicis dederĩt, domũ orõnis, domũ negotiationis et ſpeluncam latronũ faciunt. unde poſt euerſionem cathedræ à cœtu fidelium ſegregati, æterno uerbere à domino flagellabuntur.

Vnde Gregorius ſeptimus ait:

Q Vod aũt. Hæc.q. diuiditur in vj. partes, in quarũ prima dicitur & probatur ꝙ oẽs decimæ & eccleſiæ debent eſſe in ptãte epĩ loci, & debet illas canonice diuidere & dare eccleſias & beneficia canonice, & ſine illo nullus põt eccleſias uel decimas conferre. Secunda ibi, Quoniam in quibuſdã. Tertia ibi, Piæ mẽtis. Quarta ibi, Vt ergo. Quinta ibi, Si qs uult. Sexta, ibi, Cõſtituit. Io. de F.

g Eccleſias. Hæc eſt vij. q.ſ.an abbas poſsit retinere eccleſiam quam accepit de manu laici, interueniẽte poſtmodum conſenſu epiſcopi? Et dic ꝙ ſic: ut ǰ.ead.nullus. & ca.decimas. Extendit eam magiſter etiam ad decimas & omnes res eccleſiaſticas. & in hũc modum eã tractat. Primo oſtẽdit qđ laici eccleſias uel decimas nec ẽe epiſcoporũ authoritate habere uel poſsidere poſſunt, ergo nec alicui eas conferre poſſunt: ſi tamen poſt conſenſus epiſcopi interueniat, tenet donatio. ǰ.e. §. ſicut ergo.& cap. decimas, ius autem patronatus etiã ſine authoritate ipſius cõferre poſſunt loco religioſo. extra de iure pat. illud. & cap. cõſultationib. Oſtẽdit poſtea G. ² qđ iuris ĩ eccleſijs ab eis fundatis laici ſibi ualeant uendicare. Dic ergo ꝙ qui eccleſiam conſequitur à laico, ipſo iure ſuſpẽſus eſt. Ar. ǰ.e. decimas. & ca. cõſtitutiones. & c. ſi qs deinceps. niſi authoritate Papæ habeat laicus inueſtituras, ſicut rex Apuliæ: tunc poteſt dare cui uult præter authoritatẽ epiſcopi. ǰ.ea. nemini.

h Laicorum. Supra lxiii. di. Adrianus.ij. cõtra. ſed illud c abrogatũ eſt: ut diſt.e.§.uerũ. Io.

Laici eccleſias aut decimas habere nõ poſſunt.

² Scilicet ǰ.e.ca.piementis.cũ c.ſequen.

Decima à laicis non poſſideantur.

CAN. I.

DEcimas, quas [a] in uſum pietatis cōceſſas eſſe, canonica authoritas demōſtrat, à laicis poſſideri apoſtolica authoritate prohibemus. ſiue .n. ab epiſcopis, uel regibus, uel quibuslibet perſonis eas acceperint, niſi eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Oportet autem congruentius nos decimas & primitias, quas iure ſacerdotum eſſe ſancimus, ab omni populo accipere: quas fideles domino præcipiente offerunt, iuxta illud uaticiniū Malachiæ prophetæ: Inferte omnē decimationem in horreū [b] meum: ut ſit cibus in domo mea. Has uerò decimas ſub manu epiſcopi [c] fore cenſemus: ut ille, qui cæteris præeſt omnibus iuſtè diſtribuat: ut nec quicquam perſonis honorabilius [d] exhibeat unde alij ſcrupuloſo corde moueantur, ſed ſint omnia communia: quia inhoneſtum uidetur, ut alij ſacerdotes habeant, alij uerò detrimentum patiātur: ſed ſicut una eſt fides catholica, ita neceſſe eſt ut ille, qui prouiſor eſt loci, quamuis multæ [e] ſint eccleſiæ: omnibus [f] tamen fideliter diſtribuat.

Vnde Vrbanus ij.

De eodem.

PALEA.

COngregato apud Claremonteñ. urbē multorum coepōrum ſynodali conuentu propoſita nobis eſt à quibuſdā eorum quæſtio, de eccleſijs uel de eccleſiaſticis poſſeſſionibus à clericis uel monachis uſque impræſentiarum inconſultis epiſcopis acquiſitis. nos autem uſi ſaniori conſilio eorundē epōrū, cōdeſcedentes pro tempore, prouidenteſq; eccleſiaſticæ paci, uel quâ aliter abſque ineuitabilis ſcandali periculo hmōi quæſtio non poterat procedere, apoſtolica authoritate decreuimus, ut ea, quæ à clericis uel monachis à quibuſcunq; perſonis prout potuerint, uel uſque hodie fuerunt acquiſita, rata perenniter & inconcuſſa permaneant: hoc tamen tenore, ne in poſterum incōſultis ēpis talia præſumant.

Item Gregorius.

De eodem.

PALEA.

PEruenit ad nos fama ſiniſtra, quòd quidā epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ diœceſis decimas atq; Chriſtianorū oblationes conferunt, ſed potius laicalibus perſonis, militum uidelicet, ſiue ſeruitorum, uel (quod grauius eſt) etiam cōſanguineis. unde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit, huius præcepti diuini tranſgreſſor, inter maximos hæreticos et antichriſtos non minimus habeatur, & ſicut Nicena ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici, ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

Item Ambroſius in ſermone quadrageſima.

Laici an poſſint ſine peccato decimas percipere.

[a] DEcimas, quas. Videtur ergo ex hoc ca. & extra de deci. c. quamuis. & c. prohibemus. & extra de præſcri. cauſam. ꝙ laici peccant, ſi decimas poſſideant. H. dicit ꝙ ep̄s bene poteſt conferre laico decimas, ſicut etiam poſſet pignori ſupponere uel uendere: ut extra de pign. c. j. ſed ius ſpirituale non pōt conferre. Alij uero dicūt, ꝙ quocunque modo accipiunt, peccant per prædicta cap. & extra de deci. ad hæc quia etiā fructibus uti prohibentur: ut x. q. j. hanc cōſuetudinem. Ego credo, ꝙ temporalia non poteſt habere laicus iure feudi ut ad hæredes deſcēdant, ut extra de dec. ad hæc. quia ius ſpirituale quod reſidet apud eccleſiam, ſine temporali conſiſtere non poteſt: ſicut corpus ſine anima: ut j. q. iii. ſi qs. Item quia inutile eſſet illud ius eccleſiæ: ut dicit lex de uſufru. ut inſtit. de uſufruct. §. ij. Nec obſtat extra de ijs quæ fi. à præla. cum apoſtolica. qa ibi potius factū quam ius tangitur. ex. de ap. ad pœnitētiam.

Mal. 13. a

[b] In horreum. Argu. ꝙ non ſolum dare, ſed etiā ad domum deferre decimam debēt: argu. s̄. ea. q. j. reuertimini.

[c] Sub manu epiſcopi. j̄. e. que. nemini. cōtra. ſed ibi de iure patr. agitur, ꝙ laicus poteſt dare, & ab eo recipi. s̄. di. xxxii. præter. ī. x. q. j. decretum eſt.

[d] Honorabilius. s̄. e. q. j. ad hoc. Contra. s. lxxiiii. diſt. conſuluit. s̄. j. q. ii. cap. ulti. s̄. xii. q. ii. Vulteranæ. in illis omnibus dicit, ꝙ ſecundū merita perſonarum poteſt res eccleſiaſticas diuidere. Sol. hoc c. loquitur de illis clericis, quorum præbendæ non ſunt diſtinctæ. Vel dic ꝙ loquitur de decimis & oblationib. q̄ æqualiter ſunt diuidendæ. pares ergo erunt reditus oīum, qui ſunt in eadem eccleſia quo ad præbendam: ut extra de cōſti. cum omnes. & cap. cum M. & extra de præbē. relatum. ſed ſecundū apoſtolum, unus non debet eſurire, & alius ebrius eſſe: & quorundam remiſſio, alijs non debet eſſe tribulatio: ut xxv. q. j. §. his ita. in fin. ſicut iniquum eſt inter ſocios, ꝙ unus conſequatur plus, quam alter: ut ff. p ſocio. uerum. §. ſi cū tres. Vel dic ꝙ non negatur hic quin ſecundum merita perſonarum poſſit diuidere res: ſed ſecundum carnalem affectum nō debet eas diuidere. Ioan.

Reditus corū qui ſunt in eadem eccleſia, debēt eē pares.

[e] Multæ. Quo ad membra: quia ipſa eccleſia eſt una: ut vii. quæ. j. Nouatianus. xxiiii. q. j. loquitur.

[f] Omnibus. Arg. pro capellis: ut communicentur eis decimæ: ut lxx. diſt. ſanctorum. s̄. ea. q. j. c. decimas. & xii. q. j. uidentes.

Quicun-

a Qvicunque. Quod minus fecit. Sed pone quòd aliquis diu non ſoluit decimas, nec modo poſſit ſoluere, niſi uenderet omnia quæ habet: nunquid tenetur ea uendere? Sic, ſed eccleſia debet ei dimittere unde uiuat: cū hoc eidem eſſet ei datura. res enim eccleſiæ omnibus ſunt communicandæ: argu. ſ. ead. q. j. quoniā quicquid. nec enim ita auare ſunt omnia extorquenda: quia habenda eſt eius ratio, ne egeat. argu. ff. de re iudic. inter. §. ulti. Item patet hic, ꝙ ſicut laicus non poteſt præſcribere in decimis, ſic nec in quantitate decimarum: licet ſit argu. contra extra de deci. in aliquibus. ubi dicitur quod decimæ quædā ex lōga conſuetudine debētur: ſed illud poteſt intelligi ſecundum decre. extra eo. ad apoſtolicæ. Vel loquitur de decimis perſonalibus quæ reddi debent eccleſiæ, in qua recipit ſacramētum. ſed certe iſtæ & illæ ſimiliter lege diuina debentur, ut xxiii. queſt. v. dicat. Et no. ꝙ licet non currat præſcriptio in quantitate decimæ, tamē currit in quantitate cathedratici: ut extra de cēſi. olim. quòd mirum uidetur: cum clericus poſſit præſcribere in decimis & non in cathedratico: cum cathedraticum non poſſit epiſcopus à ſe abdicare: ut extra de dona. paſtoralis.

b De negotio. De hoc dixi. ſ. e. q. j. c. reuertimini.

c Aut de ipſa. Supra lxxxvj. diſtin. Eſau. contra. & c. qui uenatoribus. ſ. di. xxxiiii. quorundam. contra. Solu. ibi de arenaria uenatione, quæ prohibita eſt: hic de ſaltuoſa, quæ quibuſdam eſt conceſſa: de qua decimatio dari præcipitur: arg. xxiii. q. j. niſi bella. & ca. noli.

d Omnes decimæ. Sanctificantur. Id eſt, miniſterijs ſanctis, id eſt, ſanctæ Dei eccleſiæ ſcilicet deputatis conferuntur; ut xii. quæſtione ij. nullus. ſupra eadem, quæſtione prima. reuertimini.

e Admoneantur. Trina. n. admonitio debet præcedere uindictam. arg. xij. quæſtione ij. Indigne. ſ. v. quæſtione ij. præſenti. ĩ. proxi. quæſtione iiij. de presbyterorum.

Res eccleſiæ omnibus ſunt communicandæ.

Decimarū quantitati utrū poſſit præſcribi.

a Hoc uidet Inno. tenere, qd dic ut plene not. de dec. ſuper titu.

2 Quantitate. idem Cardi. Floren. ĩ cle. j. col. ii. de iure patro na.

Fideliter decimas dat, qui omniū ſuorum decimas ſoluit. CAN. II.

QVicunque recognouerit in ſe, quòd fideliter non dederit decimas ſuas, modò emendet quod minus fecit [a] quid eſt fideliter decimas dare? niſi ut nec peius nec minus aliquando offerat de grano, aut de uino, aut de fructibus arborum aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio, [b] aut de ipſa [c] uenatione ſua.

Item ex concilio Rothomagenſi.

Excommunicentur, qui decimas ſacerdotibus dare nolunt.

PALEA.

OMnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, dñi ſunt, et illi ſanctificātur. [d] *Boues, et oues, et capræ, quæ ſub uirga paſtoris tranſeūt, quicquid decimū euenerit, ſanct ſicabit dño: nō eligat neq; bonū neq; malū, nec in alterum commutabitur. Si quis cōmutauerit, & qd mutat, et quod mutatum fuerit, dño ſanctificabit, et nō redimet. Sed qa modò multi inueniūtur decimas dare nolentes, ſtatuimus ut ſecūdū domini noſtri præceptum admoneātur* [e] *ſemel, et ſecundò, et tertiò. Qui ſi nō emēdauerint, anathematis uinculo feriātur, uſq; ad ſatisfactionem et emēdationem congruam.*

Item ex concilio Magotienſi

Veterum exemplo decimæ ſoluantur. CAN. III.

DEcimas Deo & ſacerdotibus Dei dandas, Abraham [f] factis, & Iacob [g] promiſsis inſinuat, & omnes ſancti doctores commemorant.

Non aūt decimæ ſunt redimendæ à populo, ſi aliter dare eas noluerint. Vnde in eodem concilio legitur.

Decimæ non ſunt à populo redimendæ. CAN. IIII.

DEcimas [h] quas populus dare nō uult, niſi quolibet munere ab eo redimanť, ab epis prohibendum eſt ne fiat. [i]

Item Auguſtinus. †

Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fiſci acceſſit. CAN. V.

MAiores noſtri ideo copijs oibus abundabant, [k] quia decimas Deo dabant, & Cæſari [l] cenſum reddebāt. Modò autem quia diſceſsit deuotio Dei, acceſsit indictio fiſci. Nolumus partiri [m] cum Deo decimas, modò autem tollitur totū. Hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.

Item Origenes. †

f DEcimas. Abraham. Vt xxi ii. qōne. v. dicat.

g Iacob. Cum iret in Meſopotamiam, dixit quod ſi ei bene ſuccederet, decimas Deo daret.

h DEcimas. Ex hoc cap. & illo j. quæ. j. nullus. & vij. quæſtio. j. ſancitum. dicunt quidam, quod non licet mihi ius meū ſpirituale redimere. & exponunt finem huius cap. prohibendum eſt, ſcilicet epiſcopis ne fiat ab eis, ſcilicet ut redimant, quia ſimonia eſt: argu. extra de ſim. Matthæus & c. querelā. Alij dicunt quod ſi iniuſte uexor in iure ſpirituali, quod ad me pertinet, uexationē meam redimere poſſum: ut ſi timeo iniuſte deponi: argum. extra de ſim. nobis. & c. dilectus. j. & j. quæ. iij. quæſitum. & iudiciū iuſtum emere poſſum: argum. xiiij. q. v. non ſane. C. de adult. ſerui. Ioan. conſueuit dici, quod ſi ſum in poſſeſsione, poſſum redimere, alias non: ut extra. ead. dilectus.

i Ne fiat. Supple redemptio decimarum, &c. ſicut dicit lex ꝙ faber nō poteſt dare pecuniam pro ſpecie: ut C. de fab. l. j. lib. xj. Arg. contra xiiij. q. vj. comperimus. ubi pretium recipitur, pro re ſpirituali.

k MAiores. Abundabant. ſ. ea. quæſtione. j. decimæ.

l Cæſari. ſ. xj. q. j. ſi tributum. ĩ. xxiii. q. viij. conuenior.

m Partiri. Id eſt, decimam partem dare. Et ita aliud eſt partiri, & aliud partem dare. ff. de uſufructu. l. etiā partis. ff. de uerborum ſignificatione. lege, nomen. §. portionis.

† Maguntinen.

Ius ſpirituale an poſſit redimi.

† Homi. 8. li. 5 o. homiliarū.

Nō quia ibi laicus non debebat priuari iure ſuo: & res iā conſecrata poterat ipſi laico reddi. Archidia.

† Homi. 15. in 21. cap. Matthæi.

Ite

ET hoc diximus. CASVS Ponit Origenes authoritatẽ illam, Intrauit Ieſus in templum eijciens uendentes, &c. dupliciter eam exponẽs ad literã, uſque ad locum illum, nunc autem. deinde moraliter uſque in finem. Sic ergo ordina literam: incipit ibi, & primum. & cum ueneris ad illum locũ, nũc autem: repetas principium. & hoc diximus ſecundum ſimplicem intellectũ, iuxta moralem autem alia dicemus.

Eſai. 56. c

[a] Salomone. Infra de conſe. di. j. c. j.
[b] Ab Eſdra. Reuerſo à captiuitate Babylonica: quia Nabuchodonoſor deſtruxerat tẽplũ.
[c] A Romanis. Id eſt, à Tito & Veſpeſiano. xxiij. q. v. §. hinc lxxvj. diſt. ieiunium.
[d] Deſtructa. Arg. q̃d eccleſia deſtructa, nõ remanet locus priuilegiatus: arg. ad hoc extra de uer. ſign. abbate. in fi. ſ. cad. q. j. generaliter. Argu. contra. xix. quæ. iii. quæ ſemel. ff. de contrahen. empt. l. ædẽ. Sed dicimus hoc uerum eſſe, cum ſuperioris authoritate eccleſia deſtruitur. Arg. contra de conſe. di. j. placuit.
[e] Speculationis. Id eſt, cognitionis & culturæ unius Dei: ſicut olim dictũ eſt: Notus in Iudæa Deus, &c. nã modo ubiq; colitẽ.
[f] Secũdum legem. eã ſequendo ad literã, quo ad ceremonialia: ut ex̃. de conſtitu. translato.
[g] Eiecit. Id eſt,

† myſterio.

Matt. 21. b

† Idẽ dicit Laur. cuius fuit hæc gl. & idem Ioã. de Fant.

Columbas uendit, qui eccleſiam indiſciplinatis cõmittit.

CAN. VI.

ET hoc diximus ſecũdùm ſimplicem intellectum: iuxta moralem autem talia dicemus, & primò quidem de templo, de quo per prophetam dixit Deus: Domus mea, domus orationis uocabitur. ergo ſecundum corporalem circuncisionem carnis, & ſecũdum corporalis legis feſtiuitates, & ſacrificia & alia corporalia conſequentur, & templum Dei æſtimabitur quod in lapidibus inſenſatis erat conſtructum, primum quidem à Salomone, deinde reparatum ab Eſdra,[b] poſtea verò poſt Chriſti aduentum, à Romanis[c] deſtructum, & illa domus eſt domus orationis: qua deſtructa,[d] neceſſe ẽ ut Iudæi quaſi non habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium ſpeculationis[e] Dei ueri, nec poſsint ſecũdum legem[f] Deo ſeruire. Hoc ergo facto, omnia Chriſtus eiecit[g] in miniſterio † ſpiritualium actuum ſuorum: & tunc quod fecit, uiſibiliter egit eijciẽs uẽdentes & ementes de templo, & menſas nummulariorum euertens, cathedras uendentium columbas diſsipauit, ad correctionem populi: ut non pro mundanis feſtiuitates[h] in nomine Dei celebrent: nec emptionibus & uẽditionibus uacent, in loco non competenti, in quo non debent emere uel uẽdere, ſed orationibus tantũ uacare atque congregari, quaſi in domo orationis. Nunc autem arbitror templũ Dei ex lapidibus uiuis, cõſtructum eſſe eccleſiam Chriſti. Sunt autem multi in ea non ſicut condecet ſpiritualiter uiuentes, ſed ſecundùm carnem militantes, qui & domum orationis de lapidibus uiuis cõſtructam, faciunt eſſe ſpeluncam latronum actibus ſuis: non eccleſia Dei digni, ſed ſpelunca latronũ. Qui enim conſiderat, in multis eccleſijs taliũ Chriſtianorum peccata inueniet, arbitrantes quæſtum eſſe pietatem:[i] & cùm deberent de Euangelio uiuere, ſecundùm quod uiuere decet ſeruos Dei, hoc non faciunt, ſed diuitias & multas poſſeſsiones acquirunt. Nónne dices ſpeluncam latronum factam eſſe ſub illis eccleſiam? ut rectè dicat Chriſtus ad eos propter diſsipationem eccleſiæ ſuæ: Quæ utilitas[k] in ſanguine meo, dum deſcendo[l] in corruptionem?

Pſal. 29.

Item ipſe per Oſeę[m] prophetam tali modo: Væ mihi quia factus[n] ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut qui racemũ in uindemia, cùm non ſint botri ad manducandum, & primogenita. Væ animæ meæ: quia perijt timoratus à terra, & qui corrigat, in hominibus omnibus non eſt. Et cùm intellexeris Ieſum dicentem talia, & lugentem peccata noſtra, aſpice ſimul & illud, quod in Euangelio ſcribitur: Cùm uidiſſet Hieruſalem, ſtetit, & fleuit ſuper eam, & dixit: quia ſi cognouiſſes[o] & tu. &

Michææ 7. a

oſtendit officia turpia & immunda eſſe eijcienda.
[h] Feſtiuitates. Non ideo reprehẽduntur quia ad feſtiuitates ueniunt, ſed quia nõ diuinis inſiſtũt officijs, ſed turpibus cãtilenis, de conſecra. diſt. iii. cap. ij.
[i] Pietatẽ. Supra iii. q̃. v. accuſatores.
[k] Quæ utilitas. Cum uidet quod non poteſt proficere in eis, dicit, quare fundo ſanguinẽ meum? unde dicit, in ſanguine meo effuſo propter peccata redimenda.
[l] Dum deſcendo. per eos in corruptionem, id eſt ſi iterum corrumpitur eccleſia: nec enim dabis ſanctum tuum, id eſt, Chriſtum uidere corruptionem, ſcilicet quantum ad membra: q̃a omnes corrumpuntur, & inficiunt peccatis. Vel in corruptionẽ, id eſt, putrefactionem ſcilicet corporis, ut detineretur in morte ſicut cæteri, quaſi dicat nulla, ſi hoc eſt: quia nulli annuntiabor, nullũ lucrabor.
[l] Cum deſcendo. per uarios gradus tormentorum, ſcilicet uulnerationem, uerberationem, colaphizationem.
[m] Per Oſeæ. In libro xij. prophetarum, quorum primus eſt Oſeæ, nam hoc in Michæa. vij. cap. dicitur.
[n] Factus. Id eſt, pauper & inops, paucos acquirens, ſcilicet ad modum iſtorum, qui pauca colligunt.
[o] Si cognouiſſes. Supple fleres: uel conuerſa: eſſes ad fidem per prædicationem. & eſt defectus locutionis. Et eſt argum, quod nec teſtes, nec inſtrumenta uitiantur

³ Sub. ſicut alij ſupplẽt cõuerſa, &c.

Lucæ 19. f

ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalem, rationabilius fleuit ſuper eccleſiam ædificatam quidem ut eſſet domus orationis factam autẽ propter turpia lucra ſpeluncam latronum. Et arbitror conuenire uerbum Dei de uenditoribus columbarum, eis, qui tradunt [a] eccleſias auaris [b] & tyrannis & indiſciplinatis, & irreligioſis epiſcopis aut presbyteris: propter quod & cathedras tantummodo appellauit euangeliſta euerſas eſſe ab Ieſu: & utinam audirent hæc eum [†] dicentem admonitione ſcripturæ, qui gloriantur de cathedris Moyſi, in quibus ſedent, & uendũt cathedras columbarum: & tradunt eas talibus prępoſitis, ad quos rectè dicitur à domino per Ieremiam prophetam: Principes populi mei non me cognouerunt: filij enim ſunt inſipientes, & non intelligentes. ſapientes ſunt, ut faciant mala: bene autem facere neſciunt.

Cùm ergo eccleſiæ & oblationes earum non cõſiſtant niſi in poteſtate epiſcoporum: patet profectò quòd non ſunt ab alio recipiendæ quàm de manu eorum.

Vnde in Aurelianen. concilio [†] ſtatutũ eſt.

Omnes baſilicæ ad eum pertinent epiſcopum, in cuius territorio poſitæ ſunt.

CAN. VII.

OMnes baſilicæ quæ per diuerſa loca cõſtructæ ſunt, uel quotidie conſtruuntur in epiſcopi poteſtate [c] conſiſtunt, in cuius territorio poſitæ ſunt.

Item Calixtus papa.

Archidiaconus, archipresbyter, præpoſitus, uel decanus nec officia, nec beneficia eccleſiaſtica ſine conſenſu epiſcopi tribuat.

CAN. VIII.

NVllus omnino archidiaconus, aut archipresbyter, [d] ſiue prępoſitus, uel decanus animarum curam uel præbẽdas eccleſiæ ſine iudicio uel conſenſu epiſcopi [e] alicui tribuat: imò ſicut à ſanctis canonibus conſtitutum eſt animarum cura, & pecuniarum eccleſiaſticarum diſpenſatio in epiſcopi iudicio & poteſtate permaneant. Si quis uero contra hoc facere, aut poteſtatem, quæ ad epiſcopum pertinet, ſibi uendicare præſumpſerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur.

Itẽ Gregorius [f] octauus in generali ſynodo reſidens dixit.

De manu laici epiſcopatus uel abbatia ſuſcipi non debet.

CAN. IX.

SI quis deinceps [g] epiſcopatũ uel abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter epiſcopos uel abbates habeatur nec ulla ei ut epiſcopo ſeu abbati audientia [h] concedatur. Inſuper ei gratiam beati Petri, & introitum eccleſiæ interdicimus, [i] quouſque locum, quem ſub crimine tam inobedientiæ, quam ambitionis (ex qua ſcelus idololatriæ coepit) reſipiſcendo non deſeruerit. Similiter etiam de inferioribus eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. Item, ſi quis imperatorum, [†] regum, ducum, marchionum

tur propter defectũ locutionis ſ.j.q.iij. ſaluator. & ff. de hære. inſti.l.j.in fi.

[a] Qui tradunt. Nõ ergo tantum ſimoniacis. & eſt arg. q ubi communis eſt cauſa, non refert cuius nomẽ exprimatur. C. de diuer. reſcrip.l.j arg. lxj. diſtin. miramur. [†] authoritas enim præmiſſa tantum de ſimoniaco loquitur: ſed hic extẽdit eam etiam ad alios. Ioã.

[b] Auaris. ſ. diſti. lxxxv. Florentinũ.

[c] OMnes. Poteſtate. ſ. diſt. lxj. obitum. ſ. x. q. j. cap. iij. ſ. ead. quæſtio. v. cap. j. & ij. ſ. ead. ix. quæſtio. iij. cap. iij. ſ. ea. quæſt. j. qui uere. ſ. x. quæſtio. ij. epiſcopus. niſi in aliquo ſpeciali priuilegio ab eius iuriſdictiõe ſint exẽptæ. extra de priuilegiis. cum & plantare.

[d] NVllus. Archipresbyter extra de officio archi. cum ſatis. argu. diſtin. lxiij. ſi in plebibus. Arg. contra. xxv. diſt. capi. j. Iſtud cap. multũ facit contra archidiaconum. Sed illi qui dicunt quod archidiaconus uel alij prælati ex officio ſuo poſſunt dare præbẽdas. &c. intelligunt hoc ſine licentia generali. Qui dicũt cõtra per hoc cap. intelligunt illud ſi in plebibus de ſpeciali licentia, quando ſcilicet epiſcopus ſpecialiter ei concedit ut aliquẽ inſtituat. de conceſ. præben. conſtitutus. hoc. n. delegari poteſt: ut extra de præben. cũ ſecundum. niſi hoc habeat ex generali cõſuetudine uel ſpeciali: dum eſſet præſcripta. argu. tamen pro eis extra de electio. cum in cunctis extra de offi. deleg. ſuper eo. Sed illud capi. ſi in plebibus. intelligitur de cuſtodia: ut extra de appel. bonæ.

[e] Epiſcopi. Vel capituli cum eccleſie uacat. arg. extra de hæret. ad abolendã. imo uniuerſitas bene poteſt conferre curam animarũ: argu. extra de conceſſio. præben. capitu. nulla.

[f] Item Gregorius. Hic mutat Gratianus materiam.

[g] SI q̃s deinceps. ſ. diſtinc. lxij. ſi per ordinationẽ.

[h] Audientia. Hic excõmunicato non datur audientia. ſic ſ. vj. quæſtio. j. §. uerum. & xxiii. quæſtio. v. non uos. ſ. diſtinctio. xxiij. in nomine. j. xxiiij. q. iij. de illicita. Ioã. Hæc glo. per hoc cap. nõ probatur. B.

[i] Interdicimus. Ex hoc uidetur, quod tales ipſo iure ſunt ſuſpẽſi. Sed contra uidetur extra de iure patro. præterea. j. ibi dicitur quod tales ſunt excõmunicãdi. Ad hoc quidam dicunt q non ſunt ſuſpẽſi, [†] ſed ſunt ſuſpẽdendi: & exponunt interdicimus, id eſt, interdicẽdum dicimus. Tu potes dicere, quod ſunt ſuſpenſi à canone: & ſic ſuſpenſus à ſuo prælato poteſt abſolui: cũ conditor canonis ſibi nõ reſeruauerit abſolutionẽ. extra de ſenten. excom. c. nuper. Si autẽ aliquis ſub tali conditione ſuſpenditur, donec pœniteat, tunc quã cito pœnitet, ſtatim eſt abſolutus: ut xv. q. vj. nos ſanctorum. lxxxj. diſti. ſi quis amodo. Hu. tamen excipit duos caſus, in quibus talis,

Ad idẽ extra de ap. ca. pe. C. de natu. lib. authẽ. ſi qs.

Matt. 21.

[†] Alias, eum dicẽtis admonitiõe ſcripturæ.

Iere. 4. e

Archidiaconus an poſsit inſtituere.

[†] Scilicet primo ſub Clodouęo Rege primo Chriſtiano Frãcorum. c. xix. & habetur in j. tomo conciliorũ ad fin.

Eccleſiam recipiẽs à laico utrũ ſit ſuſpenſus.

[†] Scilicet, à ſacramẽtis, ſecundũ id qđ not. lxiij. diſ. ſi quis per ordinationẽ. ibi uideas

[†] Iſtud c. cũ ſequẽ. edidit Ildebrãdus alias Grego. vij. cõtra imperatores Germaniæ, & conſequẽter cõtra omnes reges, & prĩcipes, ad abolenda eorum legalia, & iuriſdictionem tẽporalẽ uſurpandam. horrenda bella ſuſcitando ut teſtatẽ Abbas Vſpurgen. & oẽs hiſtorici.

lis, q recepit eccleſiam à laico, non eſt ipſo iure priuatus, ſcilicet cum accedit poſtea cõſenſus epiſcopi: ut s. ead. q. j. quoniam & cũ clericus præſcripſit, ut extra de iure patr. cura paſtoralis. Melius poteſt dici, qđ tunc demum eſt priuatus quando recipit eccleſiam tãquã uolẽs eſſe prælatus. ſed ſi recipit eã quaſi proprietatem aliquam, nõ ut ibi ſit prælatus, tunc non eſt ſuſpenſus ipſo iure, & ſic loquitur illud ca. cura paſtoralis. hodie tamẽ non uidetur q talis poſſit abſolui ab epiſcopo: quia ineligibilis fact⁹ eſt: ut extra de elect. qſquis.

a Inueſtiturã. Sed nũquid per inueſtituram receptã à laico, factus eſt qs poſſeſſor? Arg. q non: extra de donat. per tuas. & extra de ijs quæ fi. à maio. parte. cap. ex ore. & extra de ſent. & re iudi. cũ aliquibus Argu. contra. extra de conſue. c. ij. in fin. & extra de ſucceſ. ab inteſt. cum dilectus. ff. de cõtrahen. emp. clauibus. & j. e. contra. in fi.

De hoc in gl. ulti. de renun. ſane. & extra ut lite pendẽ. eccleſia. in gl. co ipſo &c.

Voniã inueſtituras.

b Vel fœminæ. Argu. quod ad præſentationẽ fœminæ poteſt quis inueſtiturã conſequi: ut extra de iure patrona. ex literis.

c Ane Theſſalonicenſes. Diſceſſerunt. s. viij. q. iiij. nonne. contra. Solu. iſte inciderat in hęreſim iam damnatam: & ſic ſententia canonis erat [illegible]ta in ipſum: ut xxiiij. q. j. Achatius. itẽ talis coniuratio nõ fuit uitioſa, & ſic non obſtat xj. q. j. ſi quis clericorum.

d Principes. ergo canonici poſſunt recedere ab epiſcopo, quẽ rex inueſtiuit.

comitum, uel quilibet ſecularium poteſtatum, aut perſonarum inueſtituram a epiſcopatus, uel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit, eiuſdem ſententiæ uinculo ſe obſtrictũ eſſe ſciat.

Idem.

Excommunicationi ſubiaceat, nec inueſtituræ ſentiat fructum, qui de manu laici eccleſiam ſuſceperit.

CAN. X.

QVoniam inueſtituras contra ſanctorum patrum authoritatem à laicis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in eccleſia (imò ruinam ſanctæ religionis) oriri, ex quibus Chriſtianæ cenſuræ religio conturbatur: decernimus ut nullus clericorum inueſtituras epiſcopatus, uel abbatiæ, uel eccleſiæ de manu imperatoris, uel regis, uel alicuius laicæ perſonæ, uiri uel fœminæ b ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit, recognoſcat inueſtituram illam apoſtolica authoritate irritam eſſe: & ſe uſque ad dignã ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere.

Item ex canone apoſtolorum.

De eodem.

CAN. XI.

SI quis epiſcopus ſecularibus poteſtatibus uſus, eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregetur, omneſq; qui illis communicant.

Item ex chronica Anaſtaſij.

De eodem.

CAN. XII.

SAnè Theſſalonicẽſes epiſcopi ob metũ imperatoris Anaſtaſij, Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo conſenſerunt, quem concilium Calcedonenſe anathematizauerat. Quadraginta uerò epiſcopi Illyrici & Græciæ conuenientes in unum, per confeſsionem in ſcriptis factam, & à proprio metropolitano diſceſſerunt, c & Romam mittentes Romano epiſcopo communicare in ſcriptis profeſsi ſunt. & paulò pòſt: Cùm Dioſcorus iunior manus impoſitionem accepiſſet à rege receſſerunt multitudines populorum dicentes, quia ſecundum quod continent canones ſanctorum Apoſtolorum, non eſt factus epiſcopus: & ideo non recipietur. Principes d enim inthronizauerant eum.

lxxix. diſtinc. ſi quis per pecuniam.

e Icut Domini. Scindi. diuidi tamen poteſt eccleſia, ut de una fiant duæ: ſed non ita diuidi, ut una permaneat. s. e. q. j. plures dem eſt in præbenda: ut extra de præbẽ. maioribus. ſimiliter in prouincijs: ut 100. diſt. c. j. ff. de offi. aſſeſ. ſi eadem. ſic

Item Paſchalis papa.

Excommunicetur, qui per laicos eccleſias obtinet.

CAN. XIII.

iij SI quis clericus, abbas, uel monachus uel canonicus per laicos eccleſias obtinuerit, ſecundum ſanctorum Apoſtolorum canones & Antiocheni concilij capitulum excommunicationi ſubiaceat.

Scilicet ſecundus, qui hoc cum trib⁹ ſequentibus edidit in cõcilio Lateranẽſi Romæ, pœnitẽtiã publicam agens, q captus approbauerat priuilegia imperatorũ. & eiuſmodi inueſtituris uide Abba. Vrſpurg. in chronico, charta cclxxiij.

Idem.

Qui per laicos eccleſias obtinet, & qui manus imponit, communione priuetur.

CAN. XIIII.

COnſtitutiones ſanctorum canonum ſequentes ſtatuimus, ut quicunque clericus ab hac hora inueſtituram eccleſiæ uel eccleſiaſticæ dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiaceat, & communione priuetur.

Idem.

De eodem.

CAN. XV.

NVllus laicorum eccleſias uel eccleſiarum bona occupet, uel diſponat. Qui uerò ſecus egerit, iuxta beati Alexandri capitulum, ab eccleſiæ liminibus arceatur.

Idem.

De eodem.

CAN. XVI.

SIcut Domini ueſtimentum ſciſſum non eſt, ſed de eo ſortiti ſunt, ita nec eccleſia ſcindi e debet: quia in unitate tota conſiſtit. In poteſtatem ergo proprij

a Pe eccleſiæ. Sic ergo propter delictum unius hominis ſubijcitur tota terra interdicto: ut extra de ſpon. non eſt uobis.

b PEr laicos. Spem. hoc c. intelligit H. niſi aliqua promiſsio præuenerit ſpem ſuam: alias (ut dicit) poſſunt monachi conuenire in aliquē & dicere ei, ſumas habitum: uolumus te eligere in abbatem cum fueris factus monach⁹. & q̄ taliter poſsint cōuenire in aliquē, eſt argu. lxi. di. bene. nā & laicus ſic poteſt poſtulari in epiſcopum: ut lxi. di. Oſius. licite. n. poteſt quis habere ſpem de dignitate: ut lxi. di. quid proderit. lxxiiii. diſtin. conſuluit. viii. q. j. qui epiſcopatum. lxxviii. di. ca. ii. lix. di. ſi officia. Ioan. Sed hoc nō credo: quia neophytus nō poteſt eſſe abbas: ut extra de elect. c. cum cauſam. & melius extra de ele. c. officij. & capit. cum aduoſtram. B.

epiſcopi eccleſiæ reducā- tur, & ab ipſo (ſicut in ſacris canonibus cautum eſt) ordinentur. alioqui & eccleſiæ ² ipſæ & clerici earundem diuinis deſtituantur officijs.

Item Alexander Papa ſecundus.

Nullus clericus per laicos eccleſiam obtineat.

CAN. XVII.

PEr laicos nullo modo quilibet clericus uel presbyter obtineat eccleſiam: nec gratis, nec pretio, ullus habitum monachi ſuſcipiat ſpem, b aut promiſsionem habēs ut abbas fiat. Nullus presbyter duas c habeat eccleſias.

Item ex concilio Calcedonenſi. †

Singuli epiſcopi ſuos habeāt œconomos.

CAN. XVIII.

1 QVoniam in quibuſdam eccleſijs (ut ex rumore d comperimus) præter œconomos epiſcopi facultates eccleſiæ tractant: placuit omnē eccleſiam habentem epiſcopum e habere œconomū de clero proprio, f qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſecundùm ſniam proprij epiſcopi: ita ut eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium g epiſcopi non ſit: & ex hoc non diſpergantur eccleſiaſticæ facultates, & ſacerdotio maledictionis derogatio procuretur. q̄ ſi hoc minimè fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

Item ex concilio Hiſpalenſi, cui interfuit Iſidorus. †

Laici non ſunt conſtituēdi œconomi, ſed ex proprio clero eligendi.

CAN. XIX.

IN nona actione h dicimus quoſdam ex ueſtro collegio contra eccleſiaſticos mores laicos habere in rebus diuinis conſtitutos œconomos. proinde pariter tractantes elegimus, ut unuſquiſque ueſtrum ſecundū Calcedonenſium patrum decreta ex proprio clero œconomum ſibi conſtituat. Indecorum enim eſt uicarium epiſcopi laicū eſſe, & uiros eccleſiaſticos iudicare i in uno k enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſsio: quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyſe: Non arabis in boue ſimul & aſino. id eſt, homines diuerſæ profeſsionis in uno officio ſimul non ſociabis. Vnde oportet nos & diuinis libris & ſanctorum patrū obedire præceptis: conſtituentes ut qui in adminiſtrationibus ſociantur pōtificibus, nec profeſsione diſcrepent, nec habitu. l nam cohærere & con-

c Duas. Intitulatas, niſi ſint pauperes: ut extra de æta. & qual. eam te. & x. q. iii. unio. 1

QVoniam. Hæc eſt ſecūda pars q. in qua dicitur, q̄ nullus epiſcopus gubernare debet res eccleſiæ ſine œconomo, id eſt, clerico. & hoc probat per v. capi. Ioan. de Fant.

d Vt ex rumore. Ei tamen non creditur: ut extra de eo, qui cog. conſangui. ſuper eo.

e Epiſcopum. Similiter & aliæ conuentuales eccleſiæ habebunt œconomum: ut ix. q. iiii. cum ſcimus. & q̄nque parochiales eccleſiæ: ut extra de offic. ordi. cū uos. & regulariter debet œconomus eligi per epiſcopum: ut ix. q. iij. cum ſcimus. & C. de epiſco. & cle. omnes. §. ſed nihilominus. niſi conſuetudo ſit q̄ capitulum eligat. e extra de electio. cum eccleſia. Dicitur autem œconomus, cui res eccleſiæ gubernandæ mandantur, C. de ſacroſan. eccle. iubemus. Vicedominus autem dicitur, qui adminiſtrat res epiſcopi: ut lxxxix. diſt. uolumus. ² Syndici appellantur, qui ab uniuerſitate ad uniuerſitatem cauſarum conſtituuntur. Actor uero ad unam cauſam, & ab una perſona poteſt conſtitui: ut ff. quod cuiuſque uniuer. l. item. § ii. inſtitu. de cura. §. ultim. Nec obſtat quod eſt ff. de mune. & hono. l. munerum. §. defenſores. ubi dicitur. quod ſyndicus eſt, qui ad certam cauſam conſtituitur: quia ibi large ſumitur nomen ſyndici pro quolibet defenſore.

f De clero proprio. Argu. contra extra de iura. calū. Imperatorum. ubi dicit, q̄ œconomus non erit unus de collegio. 3 ſed ibi poni ut œconomus pro ipſo ſyndico.

g Teſtimonium. Supra ij. q. pe. cum paſtoris.

h IN nona actione. Id eſt, die.

i Iudicare. Ita di. lxxxix. decenter.

k In uno Xii. q. ii. cognouimus.

l Nec habitu. Nunquid ergo albus monachus poteſt eſſe monachus inter nigros? uidetur quod non: quia quilibet conformabit ſe moribus eorum, inter quos uiuit: ut xli. diſtinct. quiſquis. nam ex diuerſitate habit⁹, ſcandalum generatur: ut xii. diſtinct. illa. xxxiii. q. v. q̄ Deo. Econtra uidetur, q̄ non eſt ibi diſpar profeſsio, cum tātum monachalis profeſsio ſit ibi: nam dūmodo clericalis profeſsio ſit, ibi una profeſsio dicitur. xii. q. j. duo. præterea uidetur q̄ monachus poſsit fieri canonicus: ut lxxiiii. diſtinctio. quorundam. 4 & prælatus maior in ſeculari eccleſia: ut lxiii. diſtinctione cap. ii. & etiam epiſcopus in ſeculari: ut xviii. quæſtio. j. c. j. & ſic uidetur, quod licite poſsit eſſe in eadem eccleſia diſpar habitus quantum ad colorem ueſtium. quod ſatis poteſt admitti. Et hoc Hugo. concedit: tamen quanto magis ſe poſſunt tales conformare alijs in exteriori habitu, hoc faciant, ne ſcandalum fiat. unde monachus

Laicus in epiſcopū poſtulat.

† ca. 26.

1 Ad idē xxi. q. j. c. j. & c. relatio. Hug.

Oeconomus à quo eligatur.

Vicedominus qs dicatur.

2 Adde quæ ſit differētia inter œconomū, actorē, & ſyndicū. no. Bar. & gl. in l. actor. ff. rem ra. habe.

† Habetur conci. Spalēſi. ii. cap. ix.

3 De hoc not. ff. q̄d cuiuſq; uniuer. l. plane. in Specul. de ſyndico. uer. dēt autem. fieri, &c. ibi uideas. Monach⁹ alb⁹ an poſsit habere locum inter nigros. Deu. 23. b

4 Hoc p iſtud c. n̄ probatur, ut ibi no. ſecūdum Hu. & La. hic aſſerūt arg. extra de uita & honeſ. cleri. c. Deus qui. ubi & hoc Sed ibi. Ho. no. cōtrariū. & eſt expreſsū in ſecundū cū ex̄. de reg. ſuper eo. ubi dicit, & eſt efficax ar. ex̄. de ren. do. mi. inter ubi hoc et not. à quo dicto non recedas. & clare colligo. ex̄. de regu. ſicut & antiqua, ubi fuit iſte caſus. Arch.

chus factus canonicus uel epiſcopus non abijciat habitum: ſed retento habitu deſuper ferat habitũ in quo magis conueniat eis inter quos eſt:ut extra de uita & honeſta.cleri.Deus qui.

a LAicis. Facultas. Hoc uerum eſt de iure communi: ut xcvj. diſtin. bene quidem. ſecus ſi habeat hoc ex ſpeciali priuilegio: ita tamen, ut nunc duret illud priuilegium: ut lxiij.diſt. in ſynodo.

b SI quis principum. Dominationem. j. xxiij. quæſtione.viii.conuenior.xij. quæſtione.ij.quicunque.

PIæ mẽtis. Hæc eſt iij.pars quæſtio. in qua dicitur, quid iuris habeant patroni in eccleſijs. & hoc probat aj. authoritatibus. Ioan.de Fant.

c Piæ mentis. Nunc uide quale ius patroni habeãt in eccleſia. Eſt autem ius patronatus quoddam ius, quod non eſt mere ſpirituale, nec eſt mere temporale, ſpirituale non eſt: quia competit laico, & tranſit ad hæredes: ut infra eadem. §. conſiderandum. temporale non: quia uendi non poteſt: ut extra. de iure patron. de iure. Nec poteſt dici, quod partim ſit temporale, partim ſpirituale, cum ipſum ſit ſimplex, nec recipiat diuiſionem: ut extra eodem titu.capitu. j. tamen bene concedo, quod ſit partim temporale & partim ſpirituale, & tamen ſimplex eſt: quia talis diuiſio potius ad intellectum quam ad actum referenda eſt: ut dicit lex quæ dicit, quod illud quod dicitur quod ſeruus dicitur communis, potius ad intellectum quã ad actum eſt referendum: ut ff. de ſtipula. ſer.ſeruus communis.dicitur tamen annexum ſpirituali, extra de iure patrona. de iure. Efficitur autem quis patronus tribus de cauſis: dotatione,conſtructione, & fundatione. unde uerſus. Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. Dotatione & conſtructione, ut infra ead.filijs. Fundatione: ut xviij. quæſtio.ij. abbatẽ. Si quis autem poſt conſecrationem dat aliquid eccleſiæ, per hoc non ſit patronus: ſed qui ante conſecrationem dat aliquid eccleſiæ, fit patronus: hoc ideo quia ille perducit rem de non eſſe ad eſſe. Item alia ratione, quia ſi poſt conſecrationem fieret aliquis patronus, iam uidetur imponi ſeruitus rei ſacræ: quod eſſe non debet: ut ff.de ſer.ſeruitutes. ij. §. ulti. & quod humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem nõ recipit. ff. commu.prædr.l. caueri.

Ius patronatus quale eſt.

[redacted]

Patronus ex quibus cauſis efficiatur.

iungi non poſſunt, quibus ſtudia & uota ſunt diuerſa. Si quis autem epiſcopus poſt hæc eccleſiaſticam rem aut per laicalem procurationẽ adminiſtrandam elegerit, aut ſi teſtimonio œconomi gubernandam non crediderit,uerè ut contemptor canonum & fraudator rerum eccleſiaſticarum, nõ ſolùm à Chriſto de rebus pauperũ iudicabitur reus, ſed etiã cõcilio manebit obnoxius.

Item in ſynodo Symmachi Papæ.

Non habet laicus aliquid ſtatuendi in eccleſia facultatem.

CAN. XX.

NOn placuit laicum ſtatuendi in eccleſia habere aliquam poteſtatem: cui obſequendi manet neceſsitas, non authoritas imperandi.

Itẽ in concilio eodem Eulalius epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit:

Eccleſiaſticas dignitates Laici diſponere non debent.

CAN. XXI.

LAicis quamuis religioſis,nulla de eccleſiaſticis dignitatibus aliquid diſponendi legitur attributa facultas. [a]

Item Calixtus Papa.

Laicus ſacrilegus habetur, qui diſpoſitionem uel dominationem rerum eccleſiaſticarum uſurpat.

CAN. XXII.

iiii SI quis principum uel aliorum laicorum diſpoſitionẽ ſeu dominationem [b] rerum ſiue poſſeſsionum eccleſiaſticarum ſibi uendicauerit, ut ſacrilegus iudicetur.

Item Gelaſius Papa Senectiori epiſcopo.

In eccleſia,quam quis ædificat, nihil ſibi præ cæteris uendicet.

CAN. XXIII.

3 PIæ mẽtis [c] amplectenda deuotio eſt, qua ſe Iulius nobis in re Iuliana ſui iuris fundaſſe perhibet eccleſiã: quam in honorem ſancti Viti confeſſoris, eius nomine cupit conſecrari. Hanc igitur frater chariſsime (ſi ad tuam diœceſim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari: collata [d] prius donatione ſolenni quam miniſtris eccleſiæ deſtinaſſe præfati muneris teſtatur oblator: ſciturus ſine dubio præter proceſsionis [e] aditum,qui omni Chriſtiano debetur, nihil ibidem ſe proprij iuris habiturum.

Idem.

De eodem.

Sunt autem tria, quæ conſequitur patronus, honorẽ uidelicet, onus,& utilitatem. honorem habet in præſentando, onus habet in defendendo eccleſiam, ne quis dilapidet eam: ut j.ea. filijs. Vtilitatem habet, quia ſi uergit ad inopiam, prouidebit ei eccleſia: ut infra ead. quicunque. & licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen et abundantius quam alij: ut extra de teſtamentis. cum in officijs. Transfertur autem ius patronatus,quatuor modis in aliũ. Primo ſucceſsione:ut j.ea.conſiderandum. Secundo donatione: ut extra c.ex inſinuatione. & capi. conſultationibus. Tertio permutatione:ut j. ead.nemini. Tranſit etiã quarto cum uniuerſitate: ut extra e.cum ſeculum. Ius autem patronatus non deſcendit ad hæredes pro portionibus hæreditarijs,ſed quilibet eorum eſt patronus inſolidum: ut extra eo. capi.j. ſicut & alia iura quæ incorporalia ſunt, in ſolidũ deſcendunt ad quemlibet hæredum: ut ff. de ſerui. l.uiæ. Ioan.

Patronus tria conſequitur ex iure patronatus.

Patronꝰ debet honor, onus & emolumentum.

Ius patronatus quadrupliciter transfertur.

Res per mutatā donatio uenditioque,

Ius patronatꝰ trãſire facit nouus hrs.

d Collata. Sed nõne antequam fundaretur debuit dos aſsignari,ut de conſe.diſt.j.nemo?

a Vtique,ſed quod omiſſum fuit, inſtaurandum eſt: ut diſt.viij. quæ contra mores.

a Vbi de hoc,& extra de conſe. ecc.capi.cum ſicut. ubi uideas.

e Proceſsionis. Id eſt, quod procedit cum ipſo ad epiſcopum cum clerici præſentantur. olim tamen nihil iuris habebant patroni præ alijs:ut x.quæſtio.j.nouerint. Vel dic proceſsionis,id eſt,promotionis:quia per eum ſacerdos promoueri debet. Item & ſi cenſus aliquis impoſitus eſt authoritate epiſcopi, illum põt patronus petere:ut extra eod.præterea. xviij.quæ.ii. Eleutherius. Ioan.

Frigen-

CAN. XXIIII.

FRigentius uerò petitoria nobis inſinuatione ſuggeſsit, in re ſua quod ſextilianum uocatur, baſilicam ſe ſanctorũ Michaelis archangeli & Martini confeſſoris pro ſua defenſione fundaſſe: & ideo frater chariſsime ſi ad tuam pertinet parochiam, benedictionem ſuper memoratæ baſilicæ ſolenni deuotione & ueneratione impende: nihil tamen ſibi fundator ex hac baſilica nouerit uendicandum, niſi proceſsionis aditũ, qui Chriſtianis [a] omnibus in cõmuni debetur.

Item Clemens.

De eodem.

CAN. XXV.

ECcleſias ꝑ cõgrua [b] & utilia facite loca: quas diuinis precibus ſacrari oportet, & non à quoquam grauari.

Item Leo quartus Carolo regi.

Laici presbyteros de eccleſijs non eyciant.

CAN. XXVI.

COntra ſanctorũ patrum cenſuras uidetur exiſtere, ſi ſecularis uel laicus presbyteros ab eccleſijs, in quibus tempore ordinationis eorundem nominati [c] uel introducti fuerint, uidetur expellere. [d]

Si uerò fundatores eccleſiarum ad inopiã uergere cœperint, ab eiſdẽ eccleſijs temporalis uitæ ſuffragia percipiant.

Vnde in Toletano concilio legitur. [f]

Fundatores eccleſiarum ſi in opes ceperint eſſe, ab eiſdem alimenta accipiant.

CAN. XXVII.

QVicũque fidelium propria deuotione de facultatibus ſuis eccleſiæ aliquid [e] contulerint: ſi fortè ipſi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, [f] ab eadem eccleſia ſuffragium uitę pro temporis uſu percipiant.

Si ergo eccleſiaſticas facultates diſpenſandi poteſtatem non habent laici, multò minus eccleſias ipſas quibuslibet ad regendum committere, uel ab alijs auferre, ualent.

Hic autẽ diſtinguendum eſt quid iuris fundatores eccleſiarũ in eis habeant, uel quid non habẽt ius prouidendi, & conſulendi, & ſacerdotem inueſtiendi, ſed nõ habent ius uendendi, uel donãdi, uel utendi tanquam proprijs.

Vnde in canonibus inuenitur.

Hæredes eius qui eccleſiam conſtruxit, nihil aliud quam ſolicitudinem pro ea gerere debent.

CAN. XXVIII.

FIlijs uel nepotibus ac honeſtiorib. propinquis [g] eius, q conſtruxit uel ditauit eccleſiã, licitũ ſit hãc habere ſolertiã, ut ſi ſacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare præuiderint, aut honeſta conuentione compeſcãt, aut epiſcopo uel iudici corrigenda denũtient. [h]

[a] FRigentius. Qui chriſtianis. Ergo Iudęus nõ efficeretur patron⁹ licet fundaret aliquam eccleſiã. ī.ea. piæ. & ĩ.eadem.quicunque.

[b] ECcleſias per congrua. ne non ſit infirmus locus, nec ſint ibi prædones, nec aliquo modo periculoſum ſit. nam propter has cauſas debet eccleſia tranſmutari in alium locum. ut ĩ.ea.ſi quis uult.& de conſe.diſt.j. tribus. & lxxiiij. diſtincti. quorundam.

[c] COntra. Nominati. ergo ex ſola nominatione aliquis conſequitur ius: ut lxxij. diſtin. placuit. viij.q.ij.dilect⁹.ij. q.vj.nominationes. De hoc dixi. lxiij. diſtincti. quanto.

[d] Expellere. Hic habes, ꝙ expelli uidetur, qui nõ admittitur ad dignitatẽ, ad quam eſt nominatus uel electus. nã idem eſt auferre, ꝙ non dare: ut dixi ī.ea.q.j.decimę. facit ad idẽ extra de reſtitu.ſpol c.ſæpe. ff. de bon. autho. iudi. poſsi. quã muis. Argu. extra de appel. ſignificauit. ubi dicitur, nemo deijcitur, niſi qui poſſeſſionẽ habuit. & ff. de ui & ui arma. l. j.§. hoc interdictũ. Argu. contra ubi ei tantum, qui poſſedit, datur hoc interdictum.

[e] QVicunque. Aliquid. nõ tamen propter quã libet rem modicam datam ante cõſecrationẽ, efficitur quis patronus, niſi tantũ dederit qđ ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria: ut de conſec. diſtin.j.nemo.

[f] Ad inopiam ſed nõne eccleſiæ tenẽtur omnibus pauperibus ſubuenire: ut ī.ead.q.j.quoniam? Reſpõ.ſic, ſed iſtis abundantius quam alijs. extra de teſta. cũ in officijs.& melius prouidebit ei, qui quãdoq; fuit diues, quã pauperi: ut xlj. diſt. non cogantur. iſtud autem intelligas, quando patronus in ſummã egeſtatem deductus eſt & quando eccleſiæ ſupereſt.xxv.qõ.ij. §. ult.ad fi.in eo.n. caſu libertus tenet alere ſuũ patronũ. ut ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis à liberis.§. parentes. & §.pen.

[g] FIlijs uel nepotibus. Propinquis. Et ſic uidetur ꝙ ius patronat⁹ nõ tranſeat niſi ad hæredes ſanguinis tantum. tamen.c.indiſtincte loquitur de quolibet hærede. ſ.e. conſiderãdum. & cap.ſi plures. Sed nunquid patre damnato de crimine, amittit filius ius patronatus? Videtur quod ſic: ut vj.q.j. uerum. & l. ſi quis cum.& ff.de iure patro. qui contra. & l.iiij.argu. contra. Dicunt quidam, ꝙ nõ priuatur illo, niſi à ſolo papa, cum illud habeat authoritate canonis: arg. extra eod.tit. cap.j. Vel dic quod cum uniuerſitate laic⁹ iudex poteſt aliquem priuare iure patronatus, ſed per ſe nõ poſſet: ar. ad hoc extra de iu.pa.ex lřis.

[b] SIcut. Grauius. Hic uidetur quod maius ſit peccatum ſacrilegium quam adulterium. & ſic eſt contra xxxij. quæſt. vii. quid in omnibus. ſed ibi ſolutũ eſt. Item nonne homicidium maius ſacrilegio eſt? Sic: ſed intelligas quod hic dicitur, in eadem ſpecie facti. nã homicidium quod fit in clerico, maius eſt, quam illud quod fit in laico: quia unum eſt ſacrilegium, aliud non. ſimiliter quod fit in ſanctimoniali, eſt maius, quam illud quod fit in alia muliere.

[c] Maius. Sic xxij. quæſtio. j. omne. & cap. mouet.

[d] ATtendendũ eſt. Poſt debitæ. Hæc uerba ſumpta ſunt à lege, quæ eſt. xvj. qõ. prima. §. nouarum.

Eccleſia habet carcerem.

[e] Et carceri. Ergo eccleſia habet carcerem, & infligit pœnam relegationis. xiij. qõ. j. in primis. Item habes hic quod diuerſæ pœnæ infliguntur alicui pro eodẽ delicto, ut xxj. q. v. c. iij. & xvj. quæ. j. ſtatuimus. & c. q. vij. conſtitutiones. contra illud, quod eſt extra de iud. at ſi clerici. & extra ut lite nõ conte. quoniam frequẽter. in fi. & quia lex dicit ꝙ unum delictum non debet uarijs æſtimationibus coerceri. ff de pœnis. l. ſanctio.

Vide ꝙ leg. & no. lu. qõ. iiii. his qui.

[f] SI forte. Subtractum. tamẽ epſ cum tali poteſt diſpenſare. l. diſt. ſo. ſi qs presbyter.

[g] Pœnam. Scilicet æternam.

[h] QVi rapit. Sacrilegiũ. Alibi dicitur quod facit homicidium, ut xij. quæſtio. ij. qui Chriſti. & cap. qui abſtulerit.

Nullus

a Nullus clericorum. Vel flagellare. poſſunt tñ magiſtri & parẽtes & epi, moderate 1 caſtigare, ut xxiii. q. v. c. j. in fi. ſimiliter uir uxorem: ut not. vij. q. j. ſicut alterius. 2 & plactus ſubditũ: ut xxiij. q. iiij. forte. ſed dñs habet in ſeruũ pleniſsimã coerctionẽ, uſufructuarius modicã, ut ff. d uſufru. locũ. & l. ſed & ſi cui. in fi. patronus aũt in libertũ hẽt leuem coerctionẽ, ut ff. de iniu. ptor. §. prǽterea. Sed nõne magiſter uel eps intra eccleſiã poteſt uerberare clericum, cũ epiſcopus iudicet ſtra eccleſiam, ut ij. q. ij. pceptum. & in iudicijs eporum interueniũt uerbera, ut xxiij. q. v. c. j. in fine? Sed dic q̃ cauſa odij non debet eũ expellere de eccleſia: qa ſi magiſter non percutiat diſcipulum ex odio, nõ incidit in canonẽ, ut extra de ſenten. excom. ſuper eo.

b In mutuam. Hodie tales mittendi ſunt ad curiam, niſi ſint impuberes uel regulares: ut extra eo. ti. ſuper eo. Vel loquit de cõiter uiuentibus, q cũ modũ nõ excedunt, iudicio meo poſſunt abſolui ab epiſcopo, ut extra de vi. & ho. cler. qm̃. & extra qui cler. uel uo. c. j. 3 & ex̃. de ſentẽ. excõ. ex tenore. in fine. Vel hoc ideo, quia cõio materiam diſcordiæ generare ſolet, ut ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. dulciſsimis. Vnde abundantius eſt illis prouidendum: quia ubi periculũ maius eſt, magis eſt conſulendũ, ut ff. de car. edi. l. j. §. ſed & ſi quis. 4

c Dignitas. Quia ſecundũ dignitatẽ punitur aliquis: ut xlv. di. cũ beatus.

d Si quis contumax. Adhærentibus. eodẽ gaudẽt priuilegio cum ſacris, ut ff. de rei uen. qui religioſis. & eſt ſi. xliiij. diſtinct. §. j. Ioan.

e Cõponat. ĩ. e. ſi quis in atrio, dicit q̃ eccleſiæ dabit. Sed dic q̃ ſatis dicit eccleſiæ dari, cũ dat prælato eccleſiæ. aliæ pœnæ ſtatuunt ĩ. e. quiſquis. Sed dic q̃ pœnæ ſunt arbitrariæ. Vel ſecundũ conſuetudinẽ locorũ loquunt. Vel dic & melius q̃ ſi quis uiolat 5 emunitatẽ nullũ dãnũ faciẽdo, ſoluit ſolidos nongentos. ſed ſi dãnũ aliquod fecerit, ſoluet triplum pro emunitate, & dãnum nouies, ut ĩ. ca. quiſquis. in fi.

f Sed im moderate non. ff. ad leg. Aqui. ſed & ſi. in fin. & l. ſeq. & ff. loca. item quæritur.

2 Cõcor. text. in l. ſed & ſi. §. ſi. & ibi gloſſ. ff. ad leg. Aqui. & ĩ authẽ. de nupti. eũ ibi no. §. ſi uero. colla. iiij.

3 Hæc ſñia Gof. approbatur p pra di. decret. quoniam.

4 Ad idẽ nota. xlii. diſt. quieſcamus.

5 Alias, immunitatem.

CAN. XV.

NVllus clericorũ ſeruum uel diſcipulum ſuũ fugientẽ ad eccleſiam extrahere audeat, uel flagellare a pſumat. Quod ſi fecerit, donec dignè pœniteat, à loco cui honorẽ nõ dederit, ſegregetur. Si qui uerò clerici in mutuã b cædẽ properint, prout dignitas c officiorũ in tali exceſſu contumeliam pertulerit, à pontifice diſtrictius uindicentur.

Item ex concilio Tribu rienſi. † ca. xx.

Qui de atrio uel porticib. eccleſiæ fugientem abſtrahit, excommunicetur.

CAN. XVI.

iiij SI quis contumax uel ſuperb. timorẽ Dei, uel reuerentiã ſanctarũ eccleſiarũ nõ habuerit, & fugientẽ ſeruũ ſuũ uel quem ipſe perſecutus fuerit de atrio eccleſiæ uel de porticib. eccleſiæ quolibet mõ adhærẽtibus d per uim abſtraxerit, p emunitate nõgentos ſolidos epo cõponat, e & ipſe publica pœnitentia iuſto iudicio epi mulctet.

Sacrilegiũ ergo eſt, quoties quis ſacrũ uiolat uel auferendo ſacrum de ſacro, uel ſacrum de non ſacro, uel non ſacrum de ſacro. Dicitur ẽt ſacrilegiũ cõmittere, qui uiolentas & impias manus in clericum iniecerit. Porrò ipſum ſacrilegium duplicẽ continet pœnã: pecuniariã uidelicet, et excõicationis. pecuniaria eis perſoluẽda eſt, ad quos querimonia ſacrilegij ptinet.

Vnde Ioan. Papa viij. ſcribit omnib. epiſcopis.

De multiplici genere ſacrilegij & pœna eiuſdem.

CAN. XVII.

QVisq̃s iuẽtus fuerit reus ſacrilegij, epis uel abbatib⁹, ſiue pſonis, ad quas f q̃rimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerit, trigĩta libras examinati argẽti puriſsimi componat.

Sacrilegium cõmittit, ſi quis ĩfregerit eccleſiã, uel trigĩta eccleſiaſticos, paſſus, q in circuitu eccleſiæ ſunt: uel domos, g q̃ intra pdictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiẽdo uel auferendo, ſeu q iniuriam uel ablationem rerum intulerit clericis, h arma nõ deferentibus, uel monachis, ſiue Deo deuotis, oĩbusq; eccleſiaſticis i pſonis. Capellæ quæ ſunt intra ambitum murorũ caſtellorum, nõ ponuntur ĩ hac trigĩta paſſuum obſeruatiõe. Similiter ſacrilegium cõmittit auferendo ſacrũ d ſacro, uel nõ ſacrũ k de ſacro, ſiue ſacrũ de non ſacro. Idem. Si quis domum Dei uiolauerit, & aliqua ſine licẽtia

f Quiſquis. Ad quas. i. quibus cõpetit querela, & loquitur de ipſis iudicibus: & dicit quod iudicibus iſtius querelæ tantũ ſint ſoluenda triginta p emunitate uiolata, nam aliam pœnam præſtabit iniuriam paſſo. ĩ. c. proxi.

Eccleſiæ emunitatẽ uiolãs qualiter punitur.

g Vel domos. ſ. clericorũ. nã aliæ domus non debent eſſe intra ambitũ eccleſiæ, ut xij. q. j. nulla.

h Arma. Ergo ſi clericus arma ferẽs uerberet, non incidet in canonẽ uerberãs extra de ſentẽ. excõ. cũ non ab homie. & c. ut famæ. xvj. q. j. gñaliter. hoc tamẽ nõ eſt uerum niſi poſt trinã admonitionẽ reuerti noluerit ad clerũ, ut extra de ſenten. excom. ſi uero aliquis. & c. in audiẽtia. quia nec clericus pt bñficio illius canonis, ſi q̃s ſuadẽte renũtiare: ut extra de ſent. exc. cõtingit. Hoc tñ intelligo, qñ ex cauſa leuitatis induit arma uel abijcit habitũ clericalẽ: ut tũc nõ ſtatim pdat priuilegiũ. aliud eſt ſi penitus apoſtataret, ut ſi fiat miles, uel ſi uxorẽ ducat: tũc dico cũ ipſo facto pdere priuilegium. lxxxiij. diſt. quiſquis.

Clericus arma ferẽs an perdat priuilegium.

i Eccleſiaſticis. ut ſunt cõuerſi & pœnitẽtes, tẽplarij & hoſpitalarij, q gaudẽt priuilegio clericali, ut xxvij. q. j. ut lex. xj. quæ. j. aliud. extra de ſenten. excom. parochianos. & xij. q. j. duo ſunt.

Dicas q̃ licet recipiat militiam, dũmodo nõ exerceat ſæua, poteſt gaudere priuilegio clericali ſecundũ Innoc. prout no. extra de apoſta. c. j & facit ad hoc liij. diſtin. c. j & no. lj. diſ. ſi q̃s poſt Archidia.

k Non ſacrum. Lex tamen dicit q̃ in hoc caſu non committitur ſacrilegium, ſed tantum furtum, ut ff. ad legem Iul. pec. l. diuus. ſed illud non tenet.

Nouies

illius, cui commiſſa eſſe dignoſcit, inde abſtulerit: uel eccleſiaſticis perſonis iniuriam fecerit, donec in cõuentu admonitus legitimè ſatisfaciat ſciat ſe cõmunione priuatũ. ſi uerò poſt ſecundam et tertiam conuentionem coram epiſcopo ſatisfacere detrectauerit, ſacrilegij periculo ab omnib. obnoxius teneatur, ita ut ſecundùm Apoſtolum, nemini fideliũ miſceatur. Idem. Si qui monaſteria et loca Deo dedicata, & eccleſias infringunt, & depoſita uel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnũ nouies [a] *cõponant, & emunitatẽ tripliciter,* [b] *et uelut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubiugentur.*

Item Alexander papa ſecundus.

Niſi canonicè iudicatum epiſcopum comprehenderit laicus, excommunicetur.

CAN. XVIII.

[y] SI quis deinceps priorum [z] aut cuiuſcunque dignitatis uel cuiuſcũque ordinis laicorum epiſcopũ cõprehenderit, percuſſerit, aut aliqua ui à ꝓpria ſede expulerit, niſi fortè iudicatũ [d] canonicè: authores & cooperatores tanti ſceleris anathematizent, & bona eorum eccleſiæ ipſius iuri perpetuò tradant. [c] Si uerò in presbyterũ uel in quemcũque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumpſerit, canonicæ pœnitentiæ atq; depoſitioni [f] ſubiacebit. Si cõtumax fuerit, excommunicetur.

Item Nicolaus Papa Thadoni archiepiſcopo Mediolanenſi.

Flagellatores clericorum poſt tertiam admonitionẽ, ſi non reſipuerint, excommunicentur.

CAN. XIX.

DE presbyterorum flagellatoribus & occiſoribus, prædonib. ſ. qui ſeculari [g] brachio minimè coercentur, iuxta ꝓceptum domini placet ut fraterno amore conueniãtur ſecundo ac tertiò, qui requiſiti ſi te non audierint, cõueniente eccleſia eos ſacra cõmunione priuare, atq; (ſi in ſua obſtinatione permanentes, ſacerdotalia monita fortè contempſerint) ab eccleſię cõpage ſub anathematis interdictione reſecare licentiam tribuimus. Quos ẽt reſipiſcentes tandem digna ſatisfactione præmiſſa [h] in gremium ſanctæ matris eccleſiæ reuocari noueris poſſe.

Item ex concilio Maguntinenſi, cap. xxxiiij.

PALEA.

QVi presbyterũ occiderit, uiginti annorum pœna ſecũdùm canones imponatur: ſi autẽ negauerit, ſi liber eſt, cum ſeptuaginta duob. iuret: ſi autem ſeruus ſuper xij. uomeres feruentes ſe expurget: conuictus noxa, uſque ad ultimum uitæ tempus militiæ cingulo careat, et abſque ſpe coniugij maneat.

Item ex concilio Triburienſi.

PALEA.

VT presbyteri non uadãt niſi ſtola aut orario induti. Et ſi in itinere ſpoliantur aut uulnerantur, uel occiduntur, non ſtola ueſtiti, ſimplici emẽdatione abſoluantur: ſi autem cum ſtola, triplici.

Item ex eodem, capitulo quinto.

---

[a] Nouies. Quid eſt ergo quod dicit inſtit. de act. §. oẽs. ubi dicitur ꝙ nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſpon. nõ debet iudex excedere pœnã quadrupli, niſi ubi in iure inuenitur quod poſſit excedere: quia quãq; extenditur ad decuplum, ut xij. q. ij. in legibus. & ca. cum deuotiſsimã. Vel ſolue ut ibi.

Pœnam quadrupli poteſt iudex quandoq; excedere.

[b] Tripliciter. Ecce triplex pœna, qua punitur ſacrilegus quia iudici dabit triginta libras, itẽ damnum nouies cõponet, & emunitatem tripliciter. ſimiliter corporalẽ pœnã ſuſtinebit, ut ſ. ca. attẽdendũ. Io.

Sacrilegus tripl ici pœna punitur.

[y] SI quis deinceps. Priorũ. id eſt, nobilium.

[d] Iudicatum. i. depoſitũ: quod tñ uerũ eſt, ſi incorrigibilis eſt, ut extra de iudi. cũ non ab homine. xj. q. j. petimus. & xxvij. q. j. ſi homo. quidam tamen ex hoc loco dixerunt, quod ſi quis iniecerit manus uiolentas in clericum excommunicatum, ꝙ non eſſet excõicatus, per id quod legitur xxiij. q. v. excommunicatorũ. qđ nõ credo.

[c] Tradantur. Ecce pœna illorũ qui inijciunt manus in epm. ſic xxvij. quæ. j. ſi quis rapuerit. aliam pœna adijcit Inno. extra de pœnis. in quibuſdam.

[f] Atque depoſitioni. arg. quod eccleſia põt deponere [1] laicum: ut xj. qõ. j. nullus eps. & xxxij. qõ. v. præceptum. Ioan.

[1] Scilicet ab honore & cingulo dignitatis, ſi quã habet ſecũdũ Hu.

[g] DE presbyterorũ. Qui ſeculari. Ergo ſecularis iudex in his enormibus criminibus, primo habet correctionem, [2] & deinde eccleſiaſticus iudex, ut xxiij. q. v. ſunt quædã. Io. qđ falſum eſt: ut extra de iud. cũ non ab homine. B. Item hic patet, qđ ſecularis poteſtas & eccleſiaſtica, debent ſibi mutuum præſtare auxilium: ut xcviij. diſt. cum ad uerum. & xxij. diſtinc. eos, qui. & di. xvij. non licuit.

[2] Ad hoc facit qđ not. ſ. xc. d ſt. c. placuit.

[h] Præmiſſa. Arg. quod excõicatus prius debeat ſatiſfacere quã abſoluatur: ut hic, & xj. q. iij. excellẽtiſsimus. in fi. & xxiij. quæſt. viij. ſi quis membrorum. & ca. peſſimam. extra de iure patro. relatũ. argu. contra extra de ſen. excõ. per tuas. Sol. aut excommunicatur quis pro cõtumacia aut pro delicto. Si pro contumacia, tunc præſtita cautione abſoluetur. Si pro delicto, & illud eſt euidens, non prius abſoluetur quam ſatiſfecerit. ſic diſtinguit extra de uerbo. ſigni. ex parte. Ioã. Certe ſemper excõmunicatur qs pro cõtumacia: ſed illa quandoq; prouenit ex delicto, ut inſinuit illa decreta. ex parte. niſi ipſo iure incidat in canonem latæ ſententiæ, ut ĩ. ea. q. iiij. ſi qs ſuadente. Barth.

Excõmunicatus an poſſit abſolui non præmiſſa ſatisfactione.

Quẽ

PALEA.

Omnes presbyteri interfectores cōpoſitione epi ad cuius parochiā pertinent, ſoluātur: ita uidelicet ut medietatē Renaldus eps eius utilitati eccleſiæ, cui præfuerit, tribuat: & alterā medietatē in eleemoſynam eius iuſtè diſpertiatur: qa nullus nobis eius hæres ꝓximior uidetur, quàm ille, q ipſum dño ſociauit.

Item ex libro quinto capitularium.

Pro graduum uarietate mulctentur, qui clericos occidunt.

CAN. XX.

Qui ſubdiaconū occiderit. ccc. ſolidis componat, qui diaconum cccc. qui presbyterum [a] ſexcentis, qui epiſcopum dcccc. qui monachum quadringentis.

Item ex eodem libro, ſexto capi.

De eodem.

CAN. XXI.

Qui occiderit clericum, uel monachū, arma relinquat & Deo in monaſterio ſeruiat cūctis diebus uitæ ſuæ, nunquā ad ſeculum reuerſurus, & ſeptem annis public [b] pœnitentiam agat.

Item Innocentius papa ſecundus.

Qui clericum percuſſerit, excōmunicetur: & non, niſi à Romano pontifice abſoluatur.

CAN. XXII.

vj Si quis [c] ſuadēte diabolo, huius ſacrilegij uitiū uel crimen incurrerit, quòd in clericū [d] uel monachū uiolētas [e] manus [f] iniecerit, anathematis uinculo ſubiaceat, [g] & nullus epiſcoporum illū præſumat abſoluere, niſi mortis urgente periculo, donec apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.

3 *Qui aūt de eccleſia ui aliquē exemerit, uel ī ipſa eccleſia uel loco uel cultui, ſacerdotib. & miniſtris aliqd iniuriæ importauerit, ad inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis accuſabit, et cōuictus ſeu cōfeſſus, capitali ſnīa à rectorib. ꝓuinciæ ferietur, ſicut in i. lib. C. legitur, tit. de epiſcopis et clericis, lege, Si quis in hoc genus ſacrilegij prorumperit. & in ff. ad leg. Iul. repetundarū.* [h] *l. ulti. Cōmittunt etiā ſacrilegium qui contra diuinæ legis ſanctitatē, aut neſciendo* [i] *cōmittunt, aut negligendo uiolant & offendunt, aut qui de principali iudicio diſputant, dubitantes an is dignus* [k] *ſit, quem princeps elegerit: uel qui intra prouinciā* [l] *in qua prouinciales & ciues habentur, officiū gerēdæ ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis deſiderant: ut C. li. nono, eod. tit. de crimine ſacrilegij. Similiter de iudicio ſummi pontificis alicui diſputare nō licet.*

Vnde Nicolaus papa omnibus epiſcopis.

Nemini eſt permiſſum de eo, quod papa ſtatuit, iudicare, uel eius ſententiam retractare.

CAN. XXIII.

Nemini eſt de ſedis apoſtolicæ iudicio iudicare, aut illius ſen-

a Qui ſubdiaconū. Preſbyterum. Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœ. cap. ij.

b Qui occiderit. Publicā. Sed nunquid ſpectat ad imperatorē imponere alicui publicā pœnitentiam? Dic ꝙ imꝑator inſtituit, qd iudex eccleſiaſtic⁹ facturus ſit, ſicut econuerſo: ut v. q. ulti. delatori.

c Si quis. hoc nomine ſi quis. etiam fœminæ continentur: ut ff. de uerb. ſignifi. l. j. fœmina enim bene incidit in canonē hūc ut extra de ſenten. excom. mulieres.

d In clericū. Etiam Pſalmiſtam, qui clericus dicitur. xxj. diſtin. clericos. & etiam in alias eccleſiaſticas perſonas: ut not. ī. ea. q ſquis.

Clericum percutiēs nō ſemper incurrit excommunicationē.

e Violentas. Ab hac regula multi caſus excipiūtur: ut impuberes, & qui iocoſa leuitate ſe percutiunt: & cum magiſter diſcipulū percutit: ut extra eo. c. j. quia nō ſunt huius manus uiolentæ. Item cum clauſtrales percutiunt ſe: ut extra eo. c. cū illorum. Item cum oſtiarius rōne officij ſui aliquem uerberat. Vel cum aliquis officialis arcet aliquē à turba. Vel cum aliquis defendendo ſe, percutit clericum. Vel cum inuenit clericum cū uxore ſua, matre, ſorore, filia hos caſus habes extra eo. c. ſi uero. Item mulieres & debiles ꝑſonæ excipiuntur: ut extra eo. ca. mulieres. Item ipſi prælati licite percutiūt clericos ſuos, uel alij clerici de mandato ipſorū: ut extra eo. ca. ex tenore. Item quādiu habes inimicitias: ut extra eo. ca. decætero. Itē excipiūtur illi, qui leuem iniuriam fecerint clerico: ut extra e. c. peruenit.

a Scilicet ab itinere non à ſententia excommunicationis.

f Manus. Idem ſi pedes: uel ſi ſpuat, uel perfundat eum aqua. Aliud dico ſi rumpat ueſtimenta ſua. ſed idem credo & tunc: quia uiolentia fit perſonæ. & quia quæ religioſis. &c. ff. de rei uē. l. quæ religioſis.

a De hoc no. de pœni. diſt. j. ſi quis pulſatus. ibi uideas.

g Subiaceat. Iſte canon eſt latæ ſententiæ, & ille extra de fal. ad falſariorum. extra de lo. ex reſcripto. & ubicunque quis ipſo facto incidit in ſententiā ut xxiiij. q. j. capi. j. & ij. Io. de Fant.

Qui autem. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua ponit diuerſos modos ſacrilegij. Io. de Fant.

h Repetundarum. magiſter errauit in nomine huius titu. ſed illud inuenitur ff. ad legem Iul. pecu. l. ſacrilegij.

i Neſciendo. quia iuris ignorantia diuini, uel naturalis non excuſat.

k Dignus. Quem princeps iudicat dignū, & nos iudicabimus. ſimile xciij. diſt. c. j. ff. de re iud. quidā. C. de aduo. di iud. reſtituendæ. in fi. ar. contra, quia poſſum appellare à iudice quem ipſe ex certa ſcientia dedit. extra de offi. deleg. cum olim. j. extra de appel. ca. nouit. extra de ſen. & re iud. cum cauſa.

l Qui intra prouinciam. prætor tamen eligendus eſt ubi larem fouet: ut C. de offic. præto. l. tres ſimiliter defenſor de ipſa ciuitate eligendus eſt. in authē. de defen. ciui. §. j. & ultimo. & prælatus poti⁹ de gremio ꝓprio, q̄ de alieno: ut lxj. diſtin. nullus. & ſacerdos de propria diœceſi. lxxj. diſt. c. hortamur.

1 Et hoc ideo, quia appellationis remediū omnibus eſt cōmune. in authen. de iu. §. pen. Io. de Fā.

Nemini.

tẽtiam retractare [a] permiſſum, uidelicet propter Romanæ eccleſiæ primatum Chriſti munere in beato Petro apoſtolo diuinitus collatum.

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia cõmittit.

Vnde in Toletano concilio quarto legitur. ☩

Sacrilegium facimus, qui Iudæis publica officia cõmittunt.

CAN. XXIIII.

Conſtituit ſanctum concilium, ut Iudæi aut hi, qui ex Iudæis [b] ſunt officia [c] publica nullatenus appetãt: quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt. Ideoq; iudices prouinciarum cũ ſacerdotibus eorum, ſurreptiones fraudulenter relictas ſuſpendant, & officia publica eos agere nõ permittant. Si quis autem hoc permiſerit, uelut in ſacrilegum excommunicatio proferatur: & is, qui ſurrepſerit, publicis cædibus [d] deputetur.

4 *Verùm ne reuerentia religionis dños ſuo iure fraudaret, ſi famuli ad eccleſiæ ſepta confugientes inde nequaquã abſtrahãtur: ſacris canonib. eſt inſtitutũ, ut ꝓſtito à domino ſacramẽto impunitatis, et ẽt reddãtur inuiti.*

Vnde Gelaſius papa ſcribit Bonifacio epiſcopo.

Poſt præſtitam ſecuritatem ſerui reſtituantur dominis, qui ad eccleſiam confugiunt.

CAN. XXV.

Metuentes dominos famuli, ſi ad eccleſiæ ſepta confugerint, interceſsiones debent quærere, non latebras: ne hæc ipſa præſumptio tarditatis [e] temeritatẽ augeat retinendi. Filius etenim noſter uir ſpectabilis Petrus, quæritur ſeruum ſuũ in eccleſia ſancti Clementis diutius commorari: cui dum deputaſſet ſacramenta præſtari, aſſerit illum egredi nulla ratione uoluiſſe: & ideo directus ſupradictus homo de præſenti [f] cum eo, quẽ elegeris eſſe mittẽdum, cùm de impunitate eius ſacramenta [g] præbuerit eum ſtatim facias ad dominum ſuum modis omnibus remeare, quod ſi in hac pertinacia forte extiterit, poſt ſacramẽtum ſibi præſtitum, reddatur inuitus.

Idem Ioanni epiſcopo Vienenſi.

Securitate recepta ad ratiocinia reddenda, fugitiui ad eccleſia redire cogantur.

CAN. XXVI.

Vxor Felicis: & filiæ eius Romam (quia ſic oportuit) peruenerũt. Si quidem hunc ipſum primum ſe ad Barbarorum [h] baſilicam conferentem, ſeque bonas cauſas habere iactantem, egredi ſub hac conditione præcipimus: ut ſi actus ſuos fideliter & rõnabiliter allegaret, nihil circa eũ prorſus aſperum fieri durumq; pateremur: alioqui ſi contra fidem & utilitatẽ dñicã ueniſſe probaretur, ipſe ſibimet [i] imputaret, [k] atque domini ordinationi congruæ ſubiaceat, qui ſuperueniente filio noſtro uiro ſpectabili Orthaſio ſic eſt ad ſingula quæque cõuictus, ut os aperire nõ poſſet: & uera eſſe, quæ huic obijcerent, uoce propria fateret: ideoq; teneatur in cuſtodia mãcipatus.

Idem Syracuſano & Conſtantino, & Laurentio epiſcopis.

Eripiatur in libertatem ſeruus, cui Chriſtiano Iudæus ſignaculum circumciſionis impreſſit, alioqui ab eccleſia domino ſuo reddatur inuitus.

CAN. XXVII.

Iudas, qui Iudaicæ profeſsionis extitit, mancipiũ ſui iuris, quod ante paucos annos [l] ſe aſſerit cõparaſſe, nunc ad eccleſiã

---

[a] Retractare. Sed ipſemet, uel eius ſucceſſor poteſt eã reuocare: ut xxxv. q.ix. c. ſententiam.

Sacrilegij. Dictum eſt ſupra, quod ſacrilegium ſex modis cõmittit. Nunc uero dicit G. quod ſimiliter cõmittit quis ſacrilegiũ cum Iudæis publica officia committit. & ad hoc inducit ſeq. ca.

cap. 64. Conſtituit.

[b] Qui ex Iudæis. id eſt de familia ipſorum: uel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuerſis.

[c] Officia. 3. diſtin. liiij. nulla officia.

[d] Cædibus. Not. quod eccleſia iudicat de ijs, qui foris ſunt, cõtra id quod eſt ij. q. j. multi. hoc in pœna temporali ſiue in pecuniaria, ſimiliter in ſpirituali, ſed indirecte: ut extra de uſur. poſt miſerabilem. & eſt ſimi. xxviij. q. j. c. ſæpe.

Eccleſia de his, qui foris ſunt, quandoq; iudicat.

Vtrum. Hæc eſt quarta pars quæſti. in qua quæritur, qd iuris ſit de ſeruis fugientibus ad eccleſiam. Io. de Fant.

Metuentes.

[e] Tarditatis. i. retentionis.

[f] De præſenti. Id eſt, in præſenti dominus iſte poterat per aliũ iurare: ut hic patet, & 100. diſtin. ca. optatum. & ſcias quod procurator debet iurare in animã domini: ut lxiij. diſtinc. tibi domino ſancto. ſed ſyndici ſiue œconomi in propriam animam, ut extra de iur. calum. in pertractandis.

Procurator in animã domini iurare debet.

[g] Sacramenta. hoc intellige, cum non eſt tanta ſæuitia domini, quin ſuo ſacramẽto poſsit credi: ut dixi xxxij. qõ. j. de Benedicto. Ioan. de Fant.

Vxor Felicis.

[h] Barbarorũ. propriũ eſt nomen, ſicut Carbonenſis.

[i] Sibimet quod nõ petijt cautionem de impunitate.

[k] Imputaret. not. argu. quod imputet ſibi, qui de iure ſuo confiſus noluit uti beneficio canonis. unde ſi quis de iure ſuo confiſus incontinenti litem conteſtetur non petitis inducijs, bene præiudicat ſibi, [1] licet quidã hoc negẽt: [2] quia lex dicit, quod lite conteſtata contra hoc indultũ habita pro nihilo habenda eſt: ut iij. qõ. iiij. offeratur. Item habes hic, quod aliquis poteſt renunciare priuilegio, qđ ad honorem cœleſtem inductum eſt, contra illud extra de fo. compe. ſi diligenti. ſimile huic dicit lex, imputet ſibi, qui pro nouo beneficio uetus elegit grauamen. C. de iure deli. l. ult. §. penultimo.

Beneficiũ iuris ſpernẽs ſibi debet imputare.

[1] Idẽ Alex. de Imola. in l. j. ff. de edẽ. circa princi. in uerſi. ſecũdo nota.

[2] Videtur qđ bene ſecundum id qđ not. ij. qõ. j. in ſumma.

[l] Vdas. Ante paucos anos. ſupra

Venefranam confugiſſe ſuggeſsit, ſicut petitorij tenor annexus oſtendit: eò quòd dicat ſibi ab infantia Chriſtiano nuper à præfato domino ſignaculum circunciſionis infixum: quapropter ueſtræ diligenter inter utrunq; ſolicita cura, rerũ fideliter examinet ueritatem, quatenus nec religio temerata uideatur, nec ſeruus hac obiectione mentitus competẽtis iura domini declinare cõtendat.

Item ex concilio Toletano duodecimo. †

De atrio eccleſiæ, quod triginta paſsibus clauditur, niſi prius data ſecuritate, fugiens non abſtrahatur.

CAN. XXVIII.

Diffiniuit ſanctũ concilium, ut nullus audeat confugientes ad eccleſiam uel reſidentes inde ui abſtrahere, aut qd̃cunque nocibilitatis uel damni ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre, ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſias petunt, per omnia licitum in triginta paſſus ab eccleſię ianuis progredi: in quibus triginta paſsibus uniuſcuiuſq; eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur. a ſic tamen, ut hĩ qui ad eam confugiunt, in extraneis uel longè ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo abſcedant: ſed in hoc triginta paſſuũ numero, abſq; domorum extranearũ receptaculo progredientes aditum obtinebunt: qualiter ad requiſitæ naturæ uſum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu neceſsitudinis, qui dominicis ſe defendendos commiſerint clauſtris. Si quis autem hoc decretum uiolare tentauerit, & eccleſiaſticæ excõicationi ſubiaceat, & ſeueritatis regiæ feriatur ſententia. Ipſos aũt qui ad eccleſiam confugiũ fecerunt, ſi iuxta priſcorum canonum inſtituta, hi qui eos repetunt, ſacramenta reddiderint, & ſacerdos ipſius eccleſiæ ab eccleſiæ foribus non abſtraxerit: aut fuga talium ſi euenerit, ſacerdoti quærenda eſt, aut damnorum ſententia ſecundùm electionem principis b huiuſmodi ſacerdotibus irroganda eſt.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Ante ſecuritatem acceptam, de atrio eccleſiæ fugitiuus non cogatur exire.

CAN. XXIX.

Id conſtituimus obſeruandũm quod eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, ut ab eccleſiæ atrijs uel domo c epiſcopi eos abſtrahere omnino non liceat: ſed nec alteri conſignare d niſi ad euangelia datis ſacramentis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri: ita ut ei, e cui reus fuerit criminoſus, f de ſatisfactione conueniat: qui ſi ſacramenta ſua conuictus fuerit uiolaſſe, reus periurij nõ ſolum à communione eccleſiæ uel omnium clericorum, uerum etiam à catholicorum conuiuio g ſeparetur. ꝙ ſi is, cui reus eſt, noluerit ſibi intentione h faciente componi, & ipſe reus actus timore de eccleſia diſceſſerit, ab eccleſiæ clericis non quæratur: ſeruus autem qui ad eccleſiam confugerit, pro qualibet culpa: ſi à domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur, & poſtquam dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excuſatur probatus fuerit pertuliſſe, & pro contemptu eccleſiæ, & præuaricatione fidei, à communione, & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. ſi uerò ſeruus pro culpa ſua ab eccleſia defenſatus ſacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolẽtẽ à dño liceat occupari. i

5 *Occaſione nanq; religionis. ſeruus dominum ſuum contemnere, & eius miniſteriũ deſtituere non debet.*

Vnde in Gangrenſi concilio legitur.

Religionis occaſione, dominum ſuũ non audeat contemnere ſeruus.

CAN. XXX.

xij. Si quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominum ſuum

---

ſupra diſtinct. liiij. ca. mancipia. & ca. nulli. c. fraternitatem. contra. ſed aliud ẽ dicere ſe velle fieri Chriſtianũ; ſecundum quod illud c. loquitur: aliud eſt dicere ſe eſſe Chriſtianum, & mentiri, ut ſic poſſit recedere à domino ſuo, ſecundum quod loquitur hic.

Diffiniuit.

a Defendatur. Sed quis prouidebit iſtis interim in expenſis? Reſpondeo eccleſia, ut C. de ijs qui ad eccle. confu. l. præſenti. in fine. ſicut cuſtos carceris prouidebit captiuis. C. de epiſco. audi. l. iudices.

† capi. x.

b Principis. i. iudicis eccleſiaſtici, uel principalis perſonæ, ſcilicet actoris. & ſic non obeſt xcvj. diſt. denique.

Papæ, ut not. de conſecra. diſt. j. corpora. Archidia.

Id conſtituimus. c Vel domo. Quæ domus erat intra xl. paſſus, ut xlj. diſt. epiſcopus uilẽ. & de conſecr. diſt. iij. epiſcopus. Idem tamẽ priuilegium habet ſi eſt extra iſtos paſſus. Ioan.

d Conſignare. i. tradere.

e Vt ei. Id eſt, cũ eo.

f Criminoſus. Id eſt, obnoxius.

g Conuiuio. Id eſt, conſortio.

h Intentione. Id eſt, plus debito requirit.

i Occupari. Anthoritate propria, ut uideẽ extra de immu. eccle. inter. licet ſit arg. cõtra. ĩ. ea. c. proxi. in ſi. & C. de ijs, qui ad eccle. confug. l. iij. Ioannes.

Occaſione. Hæc eſt quinta pars q. in qua probaẽ, qđ ſeruus occaſione religionis non debet dominum carnalẽ fugere. & hoc facit per duo cap. Ioan. de Fantu.

Nullus

contemnere, & eius miniſterium deſtituere, ac non potius docuerit eum ſuo domino bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

Item ex concilio Martini Papæ.

Corripiatur duriſſimè, qui cauſa religionis docet ſeruum dominum ſuum contemnere.

CAN. XXXI.

viij S I quis ſeruũ alienum cauſa religionis doceat cõtemnere dominum ſuum, & recedere à ſeruitio eius, durisſimè in omnib. arguatur.

Item ex concilio Carthaginenſi, cap. xxxj.

Primati inſinuetur neceſſitas, quæ res eccleſiæ diſtrahere compellit.

CAN. XXXII.

N Vllus res eccleſiæ diſtrahat. quòd ſi reditus [a] non habet, & aliquando nimia neceſsitas cogit, hanc inſinuandam eſſe primati ipſius prouinciæ cenſemus, ut cum ſtatuto [b] numero epiſcoporum, utrum faciendum ſit arbitretur. & ſi tãta urget neceſsitas eccleſiæ, ut nõ poſsit [c] antè primatem conſulere, ſaltem uicinos conuocet epõs, curans ad concilium referre omnẽ eccleſiæ neceſsitatem. quòd ſi non fecerit, reus Deo & ſancto concilio uenditor honore amiſſo teneatur.

Item ex concilio Agathenſi. †

Sine licentia epiſcopi, quicquid abbas uendiderit, in irritum deducatur.

CAN. XXXIII.

I N uenditionibus, quas abbates facere præſumunt, hæc forma ſeruetur, ut quicquid ſine epiſcopi [d] licentia uenditũ fuerit, ad poteſtatem epiſcopi reuocetur. Mancipia uerò monachis donata, ab abbate manumitti [e] non licet. Iniuſtum enim putam', ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, ſerui eorum libertatis otio potiantur.

6 *Etiam ſi epõ conſentiente [f] monaſterij poſſeſſio ab abbate data fuerit, nullius momẽti erit donatio: niſi fortè ĩ eccleſiæ fabricã erigendã donatio proceſſerit: quo caſu tantum ei donare licet, quantum eccleſiæ parietes concludunt.*

Unde Grego. ſcribit.

Nullo titulo res monaſterij ualent ab eius iure ſegregari.

CAN. XXXIIII.

Q Veſti ſunt nobis prædicti monaſterij monachi abbatẽ ſuum in Tranquillitanũ caſtrũ terram, quæ in ſexcentos pedes extendiẽ, ſub prætextu fabricandæ eccleſiæ fraternitati tuæ donationis titulo conceſsiſſe. Ideo uolumus, quantum parietes poſſunt ædificatæ eccleſiæ circundare, iure eccleſiæ uendicare. [g] Quicquid uerò extra parietes eiuſdem eccleſiæ eſſe potuerit, in iure monaſterij ſine difficultate aliqua reuertatur: [h] quia nec mundanarum legũ nec ſacrorum canonum ſtatuta permittunt, res monaſterij ab eiuſdem iure quolibet titulo ſegregari. ea propter donationem eiuſdem terræ, quæ contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitue.

PALEA.

H *Anc ergo ſcripturarũ noſtrarum paginam omni futuro in tempore ab omnibus epiſcopis firmam ſtatuimus, illibatamq; ſeruari ut & ſuæ eccleſiæ (iuuante domino) tantummodo ſint iure con-*

[a] N Vllus. Reditus. i. mobilia, quæ ſufficiũt ad ſoluendum debitum.

[b] Vt cum ſtatuto. Illud hodie non requiritur, quia hodie ſufficit conſenſus epiſcopi & capituli. xii. q. ij. ſine exceptione. & extra de ijs, quæ fi. à prælat. quanto. & c. cum apoſtolica. [1]

[c] Non poſsit. Arg. eſt hic quod ſi propter periculum moræ non poſſunt abſentes uocari ad electionem, quod eis abſentibus & non uocatis poteſt fieri electio, [2] ut xcvj. diſt. c. j. uer. Eulalius. & xxvj. q. vj. Aurelius. Io.

[1] De hoc etiam no. xij. q. j. ca. j. uer. ꝙ ſi neceſsitas.

[2] Ad idẽ extra de elect. quòd ſicut. & c. cum inter uniuerſas De hac materia not. vij. q. j. factus. Arch.

[d] I N uenditionibus. Epiſcopi. Quidam dicunt quod hic dicitur, & xij. q. ij. abbatibus. hodie non tenere, per id, quod eſt. ȝ. proxi. quæ. ij. nullam. ubi dicitur quod tota diſpoſitio monaſterij ad abbatem pertinet. ſed eis obuiat quòd eſt extra de reb. eccle. non alie. cap. j. Hoc ſcias, quod nullum prædiũ poteſt alienari inconſulto epiſcopo loci in cuius diœceſi ſitum eſt prædium, ut C. de præd. mino. l. ſi prædium. & extra de foro compe. ca. ſane.

Prædia monaſterij inconſulto epiſcopo nõ poſſunt alienari.

[e] Manumitti. quia qui manumittit mãcipiũ eccleſiæ, duo dabit eccleſiæ pro illo, ut xij. quæſt. ij. epũs qui. ſed cum abbas nihil debeat, ergo nihil poteſt dare: ut liiij. diſt. abbati. Ioan.

† ca. lvj.

Etiam. Hæc eſt vi. pars quæ. in qua dicitur quod non poteſt abbas etiam epõ dare loca aliqua in damnum monaſterii. Io. de Fan.

[f] Epiſcopo conſentiente. Non dicit bene: quia bene poteſt authoritate epiſcopi [3] abbas alij dare eccleſiam: ſed ideo reprobatur donatio facta ab abbate cũ conſenſu epiſcopi in ſequenti capitulo: quia ipſi epiſcopo dedit abbas, & ipſe epiſcopus non potuit confirmare donationem ſibi factã: quia nemo põt præſtare authoritatem rei propriæ, ut extra de inſti. cum ad noſtram. & ff. de autho. tut. l. j.

[3] Dic quòd ſufficit cõſenſus epiſcopi, niſi cõuẽtus abbatiſ cõſentiat. extra de reb. eccl. nõ alie. c. j. in fin. & extra de his, q̃ fiũt à præla. c. ij. & ca. ea noſcit. & extra de reb. eccle. nõ alie. c. ad noſtrã. ſecũdum Ho. q̃ ita no. in prædi. c. j. de reb. ec. nõ alie. Arc.

[g] Q Veſti ſunt. Vendicare. tamen hæc eccleſia erit ſub alio monaſterio de cuius reb. conſtructa eſt, ut xij. quæſtio. ij. apoſtolicos.

[h] Reuertatur. Argu. quod donatio pro parte, eſt ualida, & pro parte nõ: ut xij. q. ij. ſi quos. Sed nonne iſta eccleſia habebit uiam qua ibiẽ ad ipſam? nam qui habet hauſtum, iter debet habere, ut ff. de ſeruitutibus ruſticorum præd. l. item ſic. §. qui habet hauſtum. Reſpond. ſic habebit, ſed monachi non cogentur gratis eam dare: cogentur tamen uiam uẽdere iuſto pretio: ut ff. de relig. ſi quis ſepulcrum.

Rurſus hoc concilium confirmatur ſententia Auguſ. de opere monachorũ, ut & T. xvj. q. j. c. de præſentium.

Sed

tenti, et monaſteria eccleſiaſticis cōditionibus, ſeu angarijs, ſeu quibus libet obſequijs ſecularib. nullo modo ſubiaceant: canonicis nullis iurib. deſeruiāt ſed remotis uexationibus diuinum opus cū ſumma deuotione perficiant.

7 Sed notandum eſt, ꝙ aliud eſt in ſuos uel ꝓprios quorū uſus res eccleſię cōuertere (quā ꝑnicioſam cupiditatē, ſacri canones ubiq; prohibent, & damnabilē oſtendūt) aliud eſt ꝙ diſpēſatione charitatis humanæ infirmitati conſulitur: ut quondā illi ſua reddātur, qui in ſacro ꝓpoſito manere cōtēnit, qđ nō tā iure fori, quàm iure poli nonnullos ſanctorum feciſſe legimus. Beatus. n. Ioannes Euangeliſta duobus^a iuuenibus, quos pœnituerat omnia ſua pro Chriſto reliquiſſe, & pauperibus erogaſſe, aurū et gēmas reddidit: ut cūcta quæ uendiderāt ſibi rēdimerēt. Sed obijcitur, beatus Ioānes nō oblata reddidit quę pauperib. iā erogata fuerāt. ſed alia recōpenſauit, quæ in pauperū uel eccleſiarū facultatib. nunquā cōputata fuerāt. Similiter ſi abbas^b uel eþs aliqua habuerit, q̄ in eccleſiaſticis facultatibus nondū ſunt annumerata: exēplo beati Ioānis det illa recedenti, oblata uerò eccleſiæ retineat.

Sequitur ergo aliud exemplum quo eadē, quæ oblata ſunt, laudabiliter reddenda monſtrantur.

Ait. n. Augu. in ſermone de uita clericorū, Sermone quinquageſimoſecūdo ad fratres in eremo.

Non debet eccleſia ſuſcipere quæ lio exhæredato ſibi offeruntur.

CAN. XXXV.

QVicunq; uult exhæredato filio, hæredem facere eccleſiā, quærat alterum, qui ſuſcipiat non Auguſtinū: imò Deo propitio neminem inueniet. Quam laudabile factum ſancti Aurelij Carthaginenſis epiſcopi. Quidam enim, cum filios non haberet, nec ſperaret, res ſuas omnes (retento ſibi uſufructu) donauit eccleſiæ. nati ſunt ei filij, nec opinanti. reddidit epiſcopus ea, quæ donauerat. in poteſtate habebat eþs nō reddere:^c ſed iure fori d non iure poli.^c

Ecce ꝙ aliquando oblata iure & laudabiliter redduntur: ueruntamen non hoc exemplo recedēti ſua reddenda mōſtrantur: aliud eſt. n. in profeſſione ſuæ uitæ perſiſtere: aliud à propoſito ſui ordinis diſcedere. Si ſanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia poſt oblationem filios accepit: non ideo in apoſtaſiam euntibus ſua reddenda ſunt: quibus utilius^f neceſſaria ſubtraherentur, ut coacti redirent ad ordinem, à quo receſſerant. Sed ſicut inimicis et perſecutoribus iubemur neceſſaria ſubminiſtrare, ſicut ab apoſtolo monemur, ſpſ redimere, ut expeditius orationi uacemus: ſic ne eccleſia ſcādalū patiatur, ne diſcedēs in deteriora ꝑcipi

Sed notandū eſt. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis, in qua ſoluit quæſtionem principalem, ſcilicet utrum abbas debeat conuerſo apoſtatæ reſtituere ſua. & dicitur quod non debent reddi, ſed ſinere qđ recipiat: & hoc probat per æquitatem canonicam. Ioan. de Fant.

a Duobus. Tito & Eugenio. Sed nonne beatus Ioannes renuntiauerat proprijs? utique. ergo quicquid habuit acquiſitum fuit pauperibus uel illi eccleſiæ, ad quam ſe tranſtulit. Sed dic, quod adhuc non ꝑuenerat res ad eccleſiam illam. Vel dic, quod de uirgis fecit illud argētum quod dedit.

b Si abbas. ſophiſtice & male rñd. quia quam cito abbas habet aliquid, tam cito fit eccleſiæ.

Et ideo quærit hic Hug. qualiter abbas poſſit habere talia cū omnia q̄ ad eū ꝑtinēt monaſterij ſint. ſimile inuenitur 54. diſt. ex antiquis. ſecūdū H. Filius pro parte pōt donationē patris reuocare.

Q Vicunque. Non reddere. Simile xiiij. q. vj. comperimus. Sed nonne filius natus iure communi poteſt reuocare legitimam portionē ſuā, ſi pater omnia bona ſua donauit: ut C. de inoffic. dona. l. ſi totas? nam ſi aliquis liberto ſuo dedit bona ſua; cum crederet ſe non habiturum filios, nunquid filius poſtea natus non ſolū partem, ſed etiam totū reuocabit: ut C. de reuoc. dona. ſi nunquam? Reſpondet, uerum eſt & quod hic dicitur, intelligendum eſt, quod eccleſia non cogitur totum reddere, ſed tantum legitimam portionem uel canon corrigit legem.

a Legitimā hāc limitationē ad dic. l. ſi unq̄ ſequitur Bal. in l. j. col. ult. & ibi Pau. col. ij. Arc. & alij hic. Bart. i l. Titia. §. impator. de leg. ii. Iaſ. i authen. ſi qua mulier col. j. C. de ſac. ſanc. eccl. ſed hæc limitatio ē falſa, quia imo in totum reuocat, ut idē Bal. conſuluit conſi. 215. punctus. li. 5. Philip. Deci. in l. licet no. iij. in fi. C. de pact. Fran. Ripa. in dict. l. ſi unquā. q. xlix. & idem Andre. Tiraq. charta 93. [redacted]

Iure fori. quaſi dicat, ad hoc nō cogebatur iure actionis, ſed quadam naturali æquitate tenebatur. ad hoc ij. qō. iij. c. hinc colligitur.

c Non iure poli. Id eſt, quadam naturali æquitate.

Ecce. C A S V S.

Concludit Gratianus ex ſupradictis capi. quod monacho recedenti ſua reddēda ſunt ſed poſtea dicit hanc non eſſe ueram ſolutionem: ſed aliā ueram ſubdit, dicēs quòd licet Aurelius illi ruſtico, qui proprijs non renunciauit, nec habitū mutauit, ſua laudabiliter reddidiſſet, nōn tamen propter hoc exemplum monacho eunti in apoſtaſiam ſunt reddenda: ſed potius eſt compellendus, ut in religiōe perſeueret. Veruntamen ſicut tenemur inimicis et perſecutoribus neceſſaria miniſtrare: ſic propter ſcandalum uitandum, & mortem monachorum & incendium monaſterij, recedenti de monaſterio ſua laudabiliter ſinantur auferri, etſi non reddantur.

f Vtilius. Vt ſupra quæſt. quinta. c. non omnis.

Prima

tetur, ne in perniciē monachorum, aut incēdium monaſtery c caſione ſuorū exardeſcat: laudabili sibi ſua nō dico reddunt, ſed auferri ſinunt, quām ab illo iſta inferantur.

CAVSA XVIII.

Qvidam abbas conſecratus in epiſcopum prius monaſterio multa contulit: poſtea in epiſcopatu plura acquiſiuit: cui dum fratres ſucceſſorem quęrerent, epiſcopus loci ſemet electioni illius uolebat inſerere, ut per ipſum abbas in monaſterio ordinaretur, fratres renituntur.

1 *Quæritur primò, an monaſteriū poſſit petere, quæ ab epiſcopo acquiſita ſunt: an epiſcopalis eccleſia poſſit ſibi uendicare, quæ monaſterio fuerant tradita.*

2 *Secūdò, an per epiſcopum abbas ſit eligendus & ordinandus: an tantummodo à proprijs fratribus ſit inſtituendus.*

QVAESTIO I.

Prima quæſtio [a] terminat in cōcilio habito apud Alteum, in quo ſic ſtatutum legitur.

Qui de monacho epiſcopus ordinatur: quod ante conſecrationem habuit, monaſterio: quod uerò poſt conſecrationē acquiſiuit, ꝓpriæ eccleſiæ derelinquat.

CAN. I.

Statutum eſt (& rōnabiliter ſecundùm ſanctos patres à ſynodo confirmatū eſt) ut monachus quē electio canonica à iugo regulæ monaſticæ profeſsionis abſoluit, [b] & ſacra ordinatio de monacho ēpum fecit, uelut legitimus [c] hæres paternā ſibi hæreditatē poſtea iure uendicādi poteſtatem habeat: ſed quicquid acquiſierat, uel uiſus fuerat habere, monaſterio relinquat: & abbatis ſui, qui fuerat, ſecundùm regulā ſancti Benedicti arbitrio.

Poſtquam .n. epiſcopus ordinatur, ad altare ad quod ſanctificatur & intitulatur, ſecundum ſacros canones, quod acquirere poterit, reſtituat. [d]

QVAESTIO II.

Secundam uerò [e] q̄ſtionē terminat authoritas Toletani [†] concilij dicens.

Abbates & alia officia per epiſcopos debent inſtitui & ordinari.

CAN. I.

Hoc tantùm [f] ſibi in monaſterijs uendicent ſacerdotes, quod præcipiunt canones: id eſt, monachos ad conuerſationem ſanctā promouere: abbates aliaque offi

Abbas factus epiſcopus cui eccleſiæ acquirit.

a Prima quæſtio. Certum eſt, ut quandiu eſt abbas uel monachus in monaſterio, ipſi acquirit: ſed quicquid acquirit factus epiſcopus, acquirit epiſcopali eccleſiæ: ut j. ead. capit. j. & hoc forte obtinet cum eſt translatus perfecte ad eccleſiam epiſcopalem: ut j. xxj. qō. ij. ſi quis iam trāslatus. Sed quid ſi tantum eſt confirmatus, adhuc tamē non eſt translatus? Videtur uelle litera illa ex eo, quod dicit, abſoluit, &c. quod acquirit eccleſiæ epiſcopali: ſed illa litera poſtquam, &c. uidetur uelle, quod priori. pōt dici cum Hug. quod non prius acquirat ſecundæ eccleſiæ, quam ſit adeptus corporalem poſſeſsionem: ut ſ. xcij. diſt. ſi quis epiſcopus: & extra de elec. cum in cūctis. ſicut nec miles, qui tranſit de uno numero ad alium, non prius dicitur eſſe de ſecūdo numero: antequā perueniat ad eum: ut ff. de mil. teſta. ex eo tempore. Io. de Fāt.

b Statutum. Abſoluit. Ab obedientia, quā fecit abbati. Abſoluitur enim ab obedientia ſua, cum ſit fact' de filio pater. Item à monachali regula in ieiunijs, uigilijs, & modo cantandi. ſilentio enim non poteſt à modo uacare, cum debeat habere tubam præconis: ut xliij. diſt. ſit rector. Item poteſt ſibi facere cōmatres, qđ prius nō licuit. exēplo Greg. qui prius monach' factus eſt, poſtea cū eſſet diaconus cardinalis, comparer Mauricij imperatoris factus eſt. De hac materia plene inuenies xvj. q. j. ca. ij. & iij. & q. vij. in nona.

[redacted] materiam facit quod leg. & no. extra de priuil. qui dā. & xvi. q. j. ne pro cuiuslibet.

c Legitimus. Imo etiā monachus exiſtens legitimus hæres, eſt etiam in eo c̄aſu, in quo ali' nō poſſet eſſe hæres: ut xix. qō. ult. ſi qua mulier. C. de epiſco. & cleri. Deo nobis. Sed obijcitur: ſi hæreditatem uendicat, ergo poteſt habere proprium cum tamen remaneat monachus: quod eſſe non debet: ut extra de ſtatu mona. cum ad monaſterium in fin. ſed dic ſibi, id eſt, eccleſiæ ſuæ.

d Reſtituat. Sed qualiter hoc ſtare poteſt? cum enim aliqs factus eſt monachus, omnia quæ habebat, dedit monaſterio: ut. xix. q. ulti. ca. nunc autem. ergo & ius ſuccedendi. qui enim dat omnia bona ſua, dat & ſpem futuræ actionis: ut C. de dona. l. iij ergo uidetur, quod prius ſuccedit monaſterium. Sed dic, quod ius ſuccedendi non competit, niſi poſt mortem defuncti. unde illud ius non dedit monaſterio, ſed tantum ſolam ſpem: ſed illa ſpes euaneſcere debet ex quo illa perſona deſinit eſſe filius illi' monaſterij: [2] ut inſtit. de acqui. per arroga. §. mortuo. Ioan. de Fan.

Monachus ius ſuccedēdi nō dat monaſterio.

[2] Quod accidit p translationem ad eccleſiam ſecularē uel aliam prælationem. xvj. q. j. ne pro cuiuslibet. extra de ele. cōſtitutis. Archi.

Secūdā uero. Hæc quęſt. diuidit in duodecim ptes. In quarum prima continetur, quod in cap. ſeq. dicitur. Secunda ibi, Econtra. Tertia ibi. Ecce in Toletano. Quarta ibi, Hinc ēt. Quinta ibi, Item ſunt. Sexta ibi, Abbates. Septima ibi, Pro huiuſmodi. Octaua ibi, Non ſolum. Nona ibi, Prohibētur. Decima ibi, Item ſunt. Vndecima ibi, Viſitandi. Duodecima ibi. Pro talibus. Ioan. de Fant.

[†] 4. c. 50.

e Secundam uero. Quæſtio ſecūda nō eſt dubia: quia tantum monachi eligent: ut j. ea. abbatem. Io. de Fant.

f Hoc tantum. Argu. q nō poteſt ēps plus ab eccleſijs petere, q̄ quod ex canonibus ſibi

Epiſcop' non plus ab eccleſijs petere pōt, quam quod ex canonibus ſibi deberi probant.

cia inſtituere, a atq; extra regulam acta corrigere. b Quòd ſi aliquid in monachos canonibus interdictum, præſumpſerint, aut uſurpare quicquã de monaſterij rebus tentauerint, non deerit ab eis ſententia excommunicationis.

2 *Ecõtra Gregorius ſcribit Caſtorio Ariminenſi epiſcopo.*

Congregatio monaſterij, non epiſcopus aut aliquis extraneorum abbatem inſtituat.

CAN. II.

ABbas in monaſterio non per epiſcopum, aut per aliquẽ extraneorum ordinetur, c neque ab epiſcopo miſſa d ibi celebretur, ut nulli eccleſiæ ſubijciatur. e

Idẽ Caſtorio epiſcopo.

De eodem.

CAN. III.

ABbatẽ cuilibet monaſterio non alium ſed quem dignum moribus atque actibus monaſticæ diſciplinæ communi conſenſu congregatio poſcerit, ordinari uolumus: miſſas aũt publicas f per epiſcopos, uel clericos in monaſterijs omnino celebrari ꝓhibemus.

Itẽ Pelagius papa Mellito ſubdiacono.

Ille debet abbas inſtitui, quẽ ſua congregatio, & poſſeſſionis dominus ordinari popoſcerit.

CAN. IIII.

ABbatem in monaſterio illum uolumus ordinari, quem ſibi de ſua congregatione & monachorum electio, & poſſeſſionis dominus, g & quod magis obſeruandũ eſt) ordo uitæ ac meritum popoſcerit ordinari.

Item Gregorius omnibus epiſcopis.

De libertate monachorum.

CAN. V.

QVãm ſit neceſſariũ monaſteriorũ quieti proſpicere, &c. & infrà. Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ex authoritate beati Petri apoſtolorũ principis, (cu' uice huic Romanæ eccleſiæ ꝓſidemus) ut nullus epiſcoporum, aut ſecularium ultra præſumat de reditibus uel chartis monaſteriorũ, uel de cellulis, h uel uillis, quæ ad ea pertinent, quocunque modo, ſeu qualibet occaſione minuere, uel dolos, uel immiſſiones i aliquas ſibi facere. & infra. Defuncto uerò abbate cuiuſcunque congregationis, nõ extraneus eligatur, niſi de eadem k congregatione, quem ſibi propria uolũtate cõcors, l fratrum ſocietas elegerit. Quòd ſi aptam inter ſe perſonam inuenire nequiuerint, ſolerter ſibi de alijs m monaſterijs eligant ordinãdum. & infra. Pariter autem eſt cuſtodiendum, ut inuito abbate ad ordinandum n alia monaſteria, aut ad ordines ſacros uel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. & infra. Nullus monachum ſine teſtimonio, & conceſſione abbatis in eccleſia aliqua teneat, uel ad aliquem honorem promoueat. Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni futuro tempore ab omnibus epiſcopis firmã ſtatuimus, illibatamq; ſer-

ſibi deberi probat ut ix.q.iij.conqueſtus. & x.q.iij. qa cognouimus.

a Inſtituere.i.cõfirmare. Vel dic ꝓprie qđ inſtituit, cum ſint negligentes: ut ix. q.iij.cũ ſcimus. Vel tũc ẽt poteſt aliũ iſtituere, cũ monachi minus idoneum uolũt eligere: ut j̄.ea.q.ſi quis abbas.

Monachorum coerctio ad quẽ ſpectat.

b Corrigere. Ergo coerctio monachorum ad epiſcopũ ſpectat: ut 50. diſt. accedens. j.e. ſi quis abbas. & c. abbates. & ca. cognouimus. Dicũt quidã, qđ in minimis exceſsibus ab abbate uel priore ſunt puniendi: ſed in maioribus ab epõ, ut extra de ſent.excõm.monachi. & xc. diſt. ſi qs monachus. & xj.q.j.nõ dicatis. Sȝ melius dicab, qđ ſi ordine iuris agit contra monachum, qđ coram epõ ſit agendũ: ut xj.q.j.de perſona. ſecus ſi nõ in forma iuris. extra de appel.reprehenſibilis.Ioã.

Econtra. Hæc eſt ſecũda pars quæſ. in qua probatur ꝑ vij cap. quod de iure cõi ad monachos tantum ſpectat electio abbatis: & ſi populũ nõ habent, non ſubſunt epiſcopo lege diœceſana, ſed tm̃ lege iuriſdictionis. Ioan.de Fant.

c ABbas. Ordinet. id eſt, eligatur.

d Miſſa. publica, cõuocato populo: niſi ſit de uoluntate fratrum: ut j̄.e. luminoſo.

e Subijciatur. quo ad legem diœceſanam, ut xvj.q.j.cũ pro utilitate. niſi i caſu: ut xij.q.ij.apoſtolicos. eo ipſo ergo ꝙ epiſcopus in aliquo loco celebrat, præſumitur locus ei ſubiectus.ar.

viij. q.j. põtifices. Hoc tamen ſcias, ꝙ epiſcopus põt ſubijcere unã eccleſiam alij: ut extra de exceſ prel. ſicut. & ẽt aliqua [illegible] bus populũs [illegible] intereſt, niſi inuitetẽ ab abbate: ut j̄.ea.q.dudum. Io.

g ABbatẽ. Dominus. ar. eſt hic ꝙ electio maxime ꝑlati ſpectat etiã ad patronum, ut xvj. q.v.ſi quis epõrum. & q. vij.decernimus. & lxiij.di.principali. & j̄.ea.q. ij. Eleutherius. ſed nõ eſt ita: ut extra de iure patr.nobis. & j̄. c.prox. Sed ſolennis electio præſentanda eſt principi uel patrono: ut extra de elect. cũ terra. & melius en.ti. ſacroſctã. & c. qđ ſicut. & lxiij.diſti. Reatina. & c lectis

Electio principi præſentãda eſt.

h QVam ſit. Vel de cellulis. arg. ꝙ capellæ parochiales hñt idem priuilegium cum monaſterijs. x. q.iij. inter cætera. ſed nõ eſt ita: ut extra de præbẽ.c. de monachis. niſi monaſteria eſſent exẽpta, tã i capite, quã in membris. xvi.q.ij. i ſumma.

i Vel immiſsiões. id eſt, exactiones.

k Niſi de eadem. ſ.diſt.lxj.nullus inuitis. & c.obitum & cap.uictoris.

l Concors. & canonica: ut lxij. diſ. cap.j. & j̄.ea. ſi qs abbas.

m De alijs. etiam eremitã, ut extra de elect. cum monaſterium. arg. cõtra j̄.proxi.quæſt. ult in §.penul.

n Ad ordinandũ. ſi tamẽ monachus ſit neceſſari', ꝑ ſuperiorem

uari: ut & ſuæ eccleſiæ (ſuuante domino) tātummodo ſint iure cōtenti: & monaſteria eccleſiaſticis conditionib. ſeu angarijs uel quibuslibet obſequijs ſecularibus nullo modo ſubiaceāt, nullis canonicis iuribus [a] deſeruiāt: ſed remotis exactionibus à cunctis grauaminibus diuinū opus cum ſumma deuotione animi perficiant.

Item Caſtorio epiſcopo Ariminenſi.

Miſſas publicas in cœnobio epiſcopi non celebrent, nec aliquod eis grauamen inferant.

CAN. VI.

LVminoſo abbate [b] referente, plurimis in monaſterijs multa à præſulibus præiudicia atque grauamina monachos pertuliſſe cognouimus. Oportet ergo ut tuæ fraternitatis prouiſio de futura quiete eorum, ſalubri diſponat ordinatione, quatenus conuerſantes in illis in Dei ſeruitio gratia illis ſuffragante, mente libera perſeuerent: miſſas quoque publicas [c] in cœnobijs fieri omnimodo prohibemus, ne in dei ſeruorum receſsibus, [d] & eorum receptaculis ulla popularis præbeatur occaſio conuentus, quia nō expedit animabus eorum nec audeat illic epiſcopus cathedram collocare [e] uel quamlibet poteſtatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem [f] quāuis leuiſsimam faciendi, niſi ab abbate [g] fuerit rogatus, quatenus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate: ut remotis uexationibus ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum ſumma deuotione animi perficiant.

Item Gelaſius papa.

Baptiſterium in monaſterio non permittitur fieri.

CAN. VII.

PRidem præcepimus ut de monaſterio [h] ſancti Andreæ, quod eſt ſuper maſcalas, baptiſterium propter monachorū moleſtias debuiſſet auferri, atque in eodem loco, quo fontes ſunt, altare [i] fundari: cuius rei perfectio hactenus eſt protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuam, nullā iam morā poſt ſuſceptas [k] literas noſtras inſerere: ſed repleto loco ipſorum fontium, altare illic ſine dilatione aliqua fundetur quatenus & prædictis monachis opus Dei ſecurè liceat celebrare, & non de negligentia tua contra fraternitatem tuam noſter animus excitetur.

Item ex concilio Maguntino.

Cum permiſsione epiſcopi abbas locum ſuum deſerere poteſt.

CAN. VIII.

ABbas pro humiliatione & cum permiſsione [l] epiſcopi locū ſuum poteſt relinquere: tamen eligant ſibi fratres abbatem de ipſis, ſi habent: ſinautem, de extraneis.

3 *Ecce in Toletano concilio [m] dicitur, quòd ſacerdotes, et abbates & alia officia inſtituere debeant. Beatus Gregorius [n] & Pelagius papa rohibent, dicentes abbatem à fratribus ſuæ congregationis eligendum & ordinandum. Quomodo ergo hæc tanta diuerſitas ad concordiam reuocabitur? Sed ſciendum eſt, [o] quoſdā monachos eſſe indomitæ ceruicis & effrænatæ ſuperbiæ, quos dū abbates ad religionē cogere uoluerint ī eorū deiectionē cōſpirant, & alium moribus ſuis cōueniētē ſibi præſicere contendūt: quales erāt illi, qui in*

periorem cogatur ipſum dare: ut extra de iure patro. nullus. Sed quid ſi monachus ſit factus papa, inuito abbate, debet ne redire? [redacted].

a Iuribus. quantū ad legē diœceſanā: ut xvj. quæſt. j. cū ꝓ utilitate. ut no. x. q. j. in ſumma.

b LVminoſo abbate. Hoc capitulū loquitur de monaſterijs exemptis uel priuilegiatis.

c Publicas. In quibus eſt cōcurſus populorū, quæ dicūtur in hora tertia. ī. de conſecra. diſtin. j. & hoc. ſed publicas, i. ſolennes bene caueant.

d Receſsibus. potius ergo erūt monaſteria ī ſolitudine, quam in urbe. xvj. q. j. ſi cupis. 3

e Collocare. Vt ibi exerceat iudicia.

f Ordinationem. ī. ead. cognouim⁹. contra. ſed hic loquiē de exemptis, ibi non. Vel ſi hic loquitur de nō exemptis, tunc dic ꝙ epiſcopus hoc facere poteſt niſi abbas negligens ſit in ordinationib⁹, id eſt diſpoſitionibus, ut ix. quæſtio. tertia, cum ſcimus.

g Abbate. x. quæſt. iij. inter cætera.

h PRidē. Monaſterio. epiſcopus ibi fecerat baptiſterium.

i Altare. hoc ideo quia locus fontiū non debet pedib⁹ cōculcari, ut ī. ea. de cōſecratio. diſtinct. j. altaris. & hoc cōmodius nō pōt fieri ſi ibi altare ædificetur.

k Poſt ſuſceptas. ſic extra de appellatio. ſup eo. in fi.

l ABbas. Cum permiſsione. Non enim poteſt ſine licentia prælati ſuā deſerere eccleſiā: ut extra de renuntia. ad monet. xvj. queſtio. ult. capit. ult. lxxj. diſt. cap. j. & ij. & xix. quæſtione ij. duæ. Ioan.

Ecce. Hæc eſt tertia pars qōnis, in qua dicitur, quod monachi non poſſunt abbatem deponere ſine ſuperiore. Ioā. de Fan.

m In Toletano cōcilio. ī cap. j.

n Beatus Gregorius. ī. eadem. abbatem. primo.

o Sed ſciendū. Magiſter intelligit 3 quod capit. ſupradicta ex cauſa data ſunt. Ioan.

Nullam

Monach⁹ factus papa ſine licentia abbatis, redire debet.

ſ Se redire. Idē Panor. in c. quod Dei timorem. de ſta. monach. Rochus Curti. ī trac. de iuē patro. char. 14. in paruis. Ioan. Bapti. in tracta. de act. col. 15

3 Secundum hāc glo. expone receſſibus. i. locis ſolitarijs: uel dic, id eſt monaſterijs ad q̄ monachi ueniūt de ſeculari cōuerſatione recedentes.

3 Vñ dicebat Lauren. quod Gratian⁹ uult ponere cōtrarietatē ubi nō eſt. unde licet iſta c. oīa ſicidu cat, tamē torū contrariū eſt dicendū, ſcilicet quod loquaē de iure cōi, ſecundū Lau.

necem Beati Benedicti cõſpiraſſe legũtur. pro huiuſmodi conſtitutũ eſt ut abbates & alia officia per ſacerdotes inſtituantur.

Vnde Pelagius Papa ſcribit Opilioni defenſori, dicens.

Non licet monachis abbates pro ſuo arbitrio expellere aut alios ordinare.

CAN. IX.

NVllam poteſtatem decætero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio ſuo aut abbates expellere, aut ſibimet alios ordinare: [a] quia nulla authoritas [b] remanebit abbati, ſi monachorum poteſtati cœperit ſubiacere: ut decætero fideliter & ſtudiòsè uniuerſa quæ uel ad diuini cultus reuerentiam, uel ad utilitatem eiuſdem monaſterij pertinent, abbatis ſolicitudo, ad quẽ poteſtas tota [c] pertinere conuenit, debeat adimplere.

[d] Hinc etiam conſtitutũ eſt, [e] ut clerici ſingulorum monaſteriorum ſint in poteſtate epiſcoporũ: nec alicui liceat extra eorum conſcientiam monaſteria ædificare.

Vnde in Calcedonenſi concilio legitur.

Sine conſcientia epiſcopi monaſterium nullus ædificet.

CAN. X.

QVidam monachorũ habitu utentes indifferẽter per ciuitates incedunt: necnon & per monaſteria & ſeipſos præſumptione propria commendant. [c] Placuit igitur neminé aut ædificare aut cõſtruere monaſteria, aut oratorij [f] domum, ſine conſcientia ipſius ciuitatis epiſcopi. Item clerici ĩ parochijs, monaſterijs, aut martyrijs conſtituti, ſub poteſtate ſint eius, qui in ea ciuitate eſt epiſcopus, ſcd'm traditionem ſanctorum patrum, neque per præſumptionẽ recedant à ſuo epiſcopo. Eos uero qui auſi fuerint reſcindere huiuſmodi inſtitutionem quocunque modo, uel ſi noluerint ſubiacere proprio epiſcopo: ſi quidem fuerint clerici, ſecundùm perſonarum ordinationem ſubiaceant condemnationibus canonum. Si uerò laici uel monachi [g] fuerint, communio ne priuentur. Item clerici, [h] qui pauperũ diſpoſitioni uel monaſteriorum uel martyriorum præſunt, ſub poteſtate ſingularum ciuitatum epiſcoporum ſecundùm canonum traditionem perdurent: neq; per ſuam temeritatem epiſcopi ſui moderationem declinent.

Qui autem huiuſmodi diſpoſitionem quolibet modo ſubuertere auſi fuerint, & epiſcopo ſuo non obedierint, ſi quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi ſubiaceant: ſi autem monachi uel laici ſunt, à communione ſuſpendantur.

Item ex concilio Carthaginenſi iiij.

Examinetur ab epiſcopo, qui religioſis fœminis preponendus eſt.

CAN. XI.

QVi religioſis fœminis præponendus eſt, ab epiſcopis comprobetur. [i] Monaſterium quoque abſque epiſcopi permiſsione nulli incipere, aut fundare licet.

Vnde in Agathenſi concilio legitur.

Sine permiſſione epiſcopi nullus monaſterium præſumat incipere, aut fundare.

CAN. XII.

DE monachis monaſterium nouum [k] (niſi epiſcopo permittente aut pro-

Familiaritas nimia parit contemptum.

Subditi non plus debẽt eſſe ſubditi, quam expediat.

[g] Id eſt, ꝓpter eorum malitiam.

Hoſpitale ſine licentia epiſcopi cõſtrui nõ poteſt.

NVllam poteſtatem. [a] Alios ordinare. Id eſt, eligere. [b] Authoritas. Humani enim moris eſt illum timere, cui⁹ iudicio nũc erigitur, nunc deprimitur. xvj. q. ij. uiſis. Nec ſuperiores debẽt inferioribus nimis familiares eſſe. nã ex conuerſatione æquali naſcitur contẽptus dignitatis. ff. de offi. præſi. obſeruandum. nec etiam debẽt ſubditi plus eſſe ſubditi quam expediat. ij. quæſ. vij. admonendi. Ioan. [c] Tota. Ergo epiſcopus nullã habet iuriſdictionẽ i monaſterijs. & ſic eſt cõtra. xvij. q. ulti. in uenditionibus. xij. q. ij. abbatibus. ſed iſtud uerbũ tota, nõ excludit epiſcopum, ſed ipſos monachos, id eſt, ita pertinet ad abbatem ꝙ non ad monachos.

Hinc etiã. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua probat ꝙ omnes monachi pertinent ad prouiſionẽ & correctionem epiſcopi. Et hoc probat per quinque capit. Ioan. de Fant.

[e] Cõſtitutum eſt. Id eſt, propter cauſam. [f] intelligit enim Gratianus omnia hæc cap. ex cã fuiſſe ſtatuta.

QVidam monachorum. [c] Commendant. Sed nemo debet ſe commendare. xj. q. iij. ſi quis uero. Argu. contra. ff. de officio proconſul. lege, obſeruare. §. antequam. uero.

[f] Aut oratorij. Quibus tẽporibus in oratorijs ſit miſſa audienda, habes j. de conſe. diſt. j. ſi quis etiam. & non ſolum oratorium, ſed nec etiã hoſpitale põt ſine licentia epiſcopi conſtrui: ut extra de relig. domi. ad hæc. ſed ſi oratoriũ non eſt ſine licẽtia epiſcopi cõſtruẽdũ, tamen ſimplex hoſpitale poteſt cõſtrui ſine licentia epiſcopi, extra de eccle. ædifi. ſi hoſpitale. quæ hodie eſt remota. Item nec in oratorijs licitũ eſt ponere campanas: ut extra de priuile. patentibus. Io.

[g] Vel monachi. Loquitur ſecundũ ea tempora, cũ monachi fuerunt laici. xvj. quæ. i. generaliter.

[h] Clerici. Id eſt, prælati.

QVi religioſis. Cõprobet. ne ſit nimiũ iuuenis: [i] ut xxxiiij. d. quorũdã. & c. fraternitatis.

[i] Item ꝙ nõ ſit monachus. xvj. qõ. j. de preſẽtiũ. ſcd'm L.

[k] DE monachis. Nouũ. Nouũ dr̃, cuius facies immutatur: ut ff. de noui oper. nun. l. j. §. opus nouum. ſi ergo totum monaſteriũ ſit deſtructũ, requiritur cõſenſus epĩ in cõſtructione ſed in reparatione non requiritur: ut xvj. quæſtio. ult. ſi quis uult. extra de Iudæ. [l] & C. de op. publi. l. ij. & iij. arg.

Nouũ monaſterium quomodo dicatur.

[l] ca. Iudæi. & ibi Card. Flo. Felinus.

Aut

bante a) nullus incipere aut fundare præſumat.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. XIII.

CEllulas nouas, aut congregantium b eccleſias monachorum, abſque epiſcopi notitia prohibemus inſtitui.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Abſque epiſcopi uel abbatis uoluntate, nullus monachorum cellulam conſtruere præſumat.

CAN. XIIII.

NVllus monachus cõgregatione monaſterij derelicta, ambitionis c & uarietatis impulſu, cellulam conſtruere ſine epiſcopi permiſſione uel abbatis ſui uoluntate præſumat.

§ Item: ſunt & alij qui pro executione diuerſarũ cauſarũ, quoslibet admittunt, qui diſtrictionem eorum ſoluant, & quietem religionis perturbent.

De quibus in concilio Triburienſi legitur.

Abbas, qui cautus in ſuo regimine non fuerit, à proprio epiſcopo & à uicinis abbatibus ſuo arceatur honore.

CAN. XV.

SI qs abbas cautus d in regimine, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſq; non fuerit, ac diuina præcepta uerbis & exemplis non oſtenderit, ab epiſcopo, in cuius territorio conſiſtit, & à uicinis abbatibus & cæteris Deum timẽtibus a ſuo arceatur e honore, etiam ſi omnis congregatio uitijs ſuis cõſentiens, eum abbatem habere uoluerit.

Item ex concilio Aurelianenſi.

In epiſcoporum poteſtate abbates conſiſtant.

CAN. XVI.

ABbates pro humilitate religionis ĩ epiſcoporum f poteſtate conſiſtant, & ſiquid extra regulam fecerint, ab epiſcopis corrigãtur, qui ſemel in anno in loco ubi epiſcopus elegerit, accepta uocatione g conueniant. Monachi autẽ abbatibus omni obedientia & deuotione ſubiaceant. quòd ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua uagari, aut peculiare h aliquid habere præſumpſerit: omnia, quæ acquiſierit i, ab abbatibus auferantur ſecundùm regulã monaſterio profutura. Ipſi autem, qui fuerant peruagati, ubi inuẽti fuerint, cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces, ſub cuſtodia reuocentur. Et reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat, qui in huiuſmodi perſonas non regulariter animaduerterit, uel qui monachum ſuſceperit k alienum.

Item ex concilio Arelatenſi.

CAN. XVII.

MOnaſteria uel monachorum diſciplina ad eum pertineant epiſcopum †, in cuius ſunt territoria conſtituta.

Item Paſchalis Papa ſecundus.

Nullus miniſtret abbatibus epiſcopalia, qui alicui epiſcoporum nolunt ſubeſſe.

CAN. XVIII.

ABbatibus l qui neque ſub epiſcopo, neque ſub metropolita-

a Aut probante. Ex poſtfacto: quia ratihabitione poteſt cõfirmare: ut xxj.q.j. cap. ulti.

b Cellulas. Aut congregantiũ. Noua collegia non põt quis facere, nec ẽt nouas regulas uel nouam uitam. extra de relig. domibus ne nimia. ff. de colle. illi. l. iij.

c Nullus. Ambitionis. Infirmitatis enim cã, põt abbas pmittere monacho facere cellulã ſpecialem: ut xxx.q.iiij.ca.ulti.

Itẽ ſunt & alij. Hæc ẽ qnta pars quæſtio. in qua dicitur quod malus abbas nõ retineatur etiã ſi uelint monachi. Ioãnes de Fant.

d Si quis abbas caut⁹. Ergo uƒ, quod aliquis põt deponi pp ſimplicitatẽ: ut hic, & lxxiiij. diſt. epiſcoporũ. Sed dicas ꝙ hic uocat illũ incautũ, qui negligens eſt. nã propter negligentiã deponitẽ aliquis: ut lxxxj. diſtinct. dictũ. Vel dic ꝙ abbates ꝓpter modicas cauſas poſſunt remoueri: ut extra de ſimo. per tuas.

Prælatus negligens eſt deponendus.

e Arceatur. Hic patet quòd epiſcopus etiam ſine numero epiſcoporũ, abbatẽ poteſt deponere à dignitate abbatiæ. Sed non poteſt ſolus ab ordine deponere: ut xvj. quæ. vij. inuentum. & nota. xv. q. vij. in ſum. & hoc ideo quia cauſa illa nõ eſt criminalis. extra de accu. cap. ſuper his. & de ſimo c. per tuas.

Abbatem ab abbatia põt ſolus epiſcopus deponere.

Abbates. Hęc ẽ ſexta pars quæſtionis, ĩ qua probat quod omnes monachi debẽt epiſcopo obedire, & uenire ad ſynodũ, & debet requirere fugitiuos. & hoc ꝓbat per quatuor capi. Ioan. de Fant.

f In epiſcoporũ. Ad epiſcopũ enim ptinet omnis cura diœceſis tã in monaſterijs, quã ĩ alijs eccleſijs: ut ix. quæſtio. iij. ca. ij. & xciij. diſtinc. nulla. Ioan.

g Vocatione. Si neceſsitas magna fuerit, alias abbates non debẽt uocari ad ſynodum: ut xviij diſtinct. epiſcopus. ij.

h Aut peculiare. Niſi ab abbate eã cõceſſa ſit adminiſtratio, ut extra de ſtatu monachorũ. cap. monachi.

i Quæ acquiſierit. Ergo fugitiui & uagabũdi acqrunt eccleſiæ ſuæ quicquid acqrũt: ut hic, & C. de ep. & cleri. deo nobis §. hoc ẽt. ſicut ſeruus fugitiuus dño acquirit. ff. de acq. poſ. l. j. §. per ſeruũ. Sed ponamus quod aliquis ſæpius delinquit, propter qđ monaſterium noluit ipm recipere †, quæro an id qđ poſtea acqrit, priori monaſterio acqrat uel ſequenti? Videtur quod ſequenti, quia cũ ꝓ derelicto habitus eſt, non debet priori acquirere, ſicut nec ſeru⁹ habit⁹ ꝓ derelicto: ut ff. de ſti. ſeru. ꝙ ſeruus. & arg. xvj. q. xj. de lapſis. C. de lat. lib. tol. l. ſed ſcimus. Ioan. Sed hanc quęſtio. plene notaui ĩter dominicales quęſtiones. Bartol.

Monachi fugitiui cui eccleſiæ acquirunt.

† Ad huius dicti declarationem uide qđ leg. & no. xxvij. q. j. nec aliqua. uerſi. quod ſi. in ſi. & c. peruenit.

† Scilicet in grauibus delictis exigẽtibus depoſitionẽ, ſcđm Pa. in c. licet. de offi. ord.

k Suſceperit. Sine cõſenſu abbatis: ut xx. quæ. iiij. monachum. Ioan.

l Abbatibus. Supra xciij. d. nulla ratiõe. Epiſco-

no,neq; ſub primate,neq; ſub patriarcha ſunt,nullus prorſus epiſcoporum epiſcopalia [a] quælibet adminiſtret.cùm enim ſe nulli epiſcopo omnino ſubeſſe profiteantur, conſequens eſt,ut nullus epiſcoporum quæ ſua ſunt, eis tanquã extraneis largiat.

Pro huiuſcemodi ergo ſtatutum eſt, ut cauſæ & utilitates monaſteriorum, per epiſcopos diſponantur.

Vnde Gregorius ſcribit Vitali defenſori Sardiniæ.

Vtilitates monaſterij à proprio epiſcopo debent diſponi.

CAN. XIX.

COgnouimus ꝙ monaſteria ſeruorũ Dei uel fœminarum pro ſuo quiſque libitu & diuerſarum cauſarum executione perturbet:quod omnino non gratè ſuſcipimus. Tuamq; ex hoc experientiam commonemus, ut nequaquam hoc uſurpari de nuo accepta noſtra authoritate permittas: ſed epiſcopo loci illius, ſub cuius moderamine degunt: curæ ſit cauſas eorum,utilitatesq; diſponere. Valde enim eſt indecens ut omiſſo [b] eo, alius quilibet ſe aliorum cauſis admiſceat:ſed ille eorum uitas competenti regulariq; debet moderamine diſponere,qui pro commiſsis eorum animabus [c] compellit rationẽ reddere Deo.

7 *Pro huiuſmodi etiam prohibet beatus Gregorius mulieres paſſim ad monaſterium accedere, et monachorum commatres fieri ſcribens Valentino abbati.*

Neque commatres ſibi facere, neque ad fœminas accedere monacho licet.

CAN. XX.

PEruenit ad nos quòd i monaſterio tuo paſſim mulieres accedant, & (quod eſt grauius) monachós tuos ſibi commatres [d] facere: & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occaſione humani generis inimicus, ſua eos(quod abſit) calliditate decipiat: ideo huius te præcepti ſerie commonemus, ut neque mulieres in monaſterio tuo deinceps qualibet occaſione permittas accedere,neq; monachos tuos ſibi commatres facere. nam ſi hoc denuo ad aures noſtras quocunque modo peruenerit, ſic te ſeueriſsimæ noueris ultioni ſubdẽdum, ut emẽdationis tuæ qualitate cæteri ſine dubio corrigantur.

8 *Non ſolùm autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis interdicitur, uerũ etiam à ſanctimonialium habitatione prohibentur.*

Vnde in octaua ſynodo legitur.

Cum ſanctimonialibus monachis habitare non licet.

CAN. XXI.

DIffinimus minimè duplex [e] monaſterium fieri: quia ſcandalum id & offendiculum multis efficitur. Si uerò aliqui cum cognatis [f] mundo abrenuntiare, & monaſticam uitã ſectari uoluerint, debent quidem uiri uirorum adire cœnobium,fœminæ uerò mulierũ ingredi monaſterium. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt dupla.ſecundùm regulam ſancti patris Baſilij, & ſecũdùm præceptionem eius ita formentur. Non habitent in uno monaſterio, monachi [g] & monachæ: adulterium enim intercipit [h] cohabitatio,ſi habeat aditum monachus ad monacham, uel monacha ad monachum,ſecretò ſingulariter ad collocutionem.Non cubet monachus in muliebri monaſterio: neq; ſingulariter cum monacha cõuiuetur. & quãdo neceſſaria uitæ à parte uirorũ ad regulares deferunt monachas,extra portã hęc ſuſcipiat abbatiſſa in monaſterium fœminarũ cũ quadam uetula monacha. Porrò ſi cõtigerit ut aliquam propinquam ſuam uidere uoluerit mo-

a Epiſcopalia. Licet abbas ſit exemptus,tamen primo debet petere iura epiſcopalia ab epiſcopo loci,niſi ipſe malitioſe deneget ea.

b COgnouim⁹. Vt omiſſo. Argu.quod omiſſo epiſcopo,non põt appellari ad metropolitanũ:ut vj. q.iij.ſcitote.Ioan.

c Animabus.Arg. cui maius cõmittitur,& minus: ut xij. q.j.ꝑcipimus.

Pro huiuſmodi. Hæc eſt ſeptima ꝑs qõnis,i qua monachi prohibẽtur habere cõmatres. Ioan. de Fant.

d PEruenit.Cõmatres.Sed nõne ꝑ baptiſmũ cõtrahit cõpaternitas? Sic,ut xxx. q.j.oẽs. ſed monachi poſſunt baptizare:ut xvj.q.j.doctos. ergo poſſunt eſſe cõpatres: Reſpõdeo poſſunt fieri cõpatres baptizando, ſed nõ leuãdo:quia in illo maior contrahitur familiaritas. Ioan.

Monachi leuãdo cõpatres fieri nõ poſſunt, ſed bene baptizando.

Non ſolum. Hæc eſt octaua pars q̃ſtionis, in qua mã datur quod monaſteria monachorũ & monialium non ſint duplicia: & hoc probatur per quatuor capitula. Ioan.de Fantu.

e DIſſinimus. Duplex.in quo ſunt monachi & monachę.

f Cognatis. Nam qui ſeculo uult & rebus renuntiare, renunciabit & cognatis.xij.quęſt.j. cui portio.

g Monachi. Imo nec clericus nec laicus debet uiſitare monaſteriũ monialium: ut extra de uita & honeſt. cler.c.monaſteria.

Moniales uiſitare non licet.

h Intercipit.id eſt intercipere ſolet: quia ex cohabitatione ꝑſumit acceſſus.xxvij.q.j.c.nec aliqua. & lxxxj.diſ. c.clericus. & c. in omnibus.& xxxv. q.vj. c. ab iſto. Et eſt arg.ꝭhic qꝺ cũ petit reſtitutio cõſanguineę, qꝺ nõ ſolũ cõmiſtionis, imo nec cohabitationis facienda eſt reſtitutio.

Et

nachus, in præſentia abbatiſſæ huic confabuletur per modica & compẽdioſa uerba, & in breui a ab ea diſcedat.

Item in regiſtro Gregorij. †

Monachi & monachæ in nullo ſimul cohabiteut loco.

CAN. XXII.

IN nullo loco monachos & monachas permittimus in unum b monaſteriũ habitare, ſed nec ea, quæ duplicia monaſteria uocantur. & ſi quid tale eſt, religioſus epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco manere ſtudeat, monachos autẽ aliud monaſteriũ ædificare cogat. ſi autem plurima ſint talia monaſteria, ſeparentur in alijs monaſterijs monachæ, & in alijs monachi. res autem quas habẽt cõmunes, ſecundum iura c eis competentia diſtribuantur.

Item ex concilio Agathenſi. †

A monaſterio monachorum, longius conſtruantur monaſteria puellarum.

CAN. XXIII.

MOnaſteria puellarum longius à monaſterio monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter oblocutionem hominum collocentur.

Item ex concilio Hiſpalenſi. †

Puellarum monaſteria monachorum præſidio & miniſterio regantur.

CAN. XXIIII.

IN decima actione, cõſenſu communi decreuimus ut monaſteria uirginum in prouincia Bethilica † monachorũ adminiſtratione ac præſidio gubernentẽ: tũc.n. ſalubria Chriſto dicatis uirginibus probamus, † quando eis Patres ſpirituales eligimus: quorum non ſolùm gubernaculis tueri, ſed etiã doctrinis ædificari poſsint. ea tamẽ circa monachos cautela ſeruata, ut remoti ab earum familiaritate, nec uſque ad ueſtibulũ habeant accedendi familiare permiſſum, ſed neq; abbatẽ, uel eum, qui præficitur, extra eam d quæ præeſt loqui uirginibus Chriſti, aliquid, quod ad inſtitutionem, uel adminiſtrationem earum pertinet, licebit: nec cum ea ſola, quæ præeſt, frequẽter eos loqui oportet, ſed ſub teſtimonio duarum e uel triũ ſororum, ita ut rara ſit acceſsio, & breuis omnino locutio.

Prohibentur etiam ſanctimoniales propria receptacula habere.

Vnde Innocentius ſecundus.

Sanctimonialibus receptacula ſeu domicilia priuata habere non licet.

CAN. XXV.

PErnicioſam & deteſtabilem conſuetudinem quarumdam mulierum (quæ licet neque ſecundùm regulam beati Benedicti, neque Baſilij, aut Auguſtini uiuant, ſanctimoniales tamen uulgò cenſeri deſiderant) aboleri decernimus. f Cũ enim iuxta regulam ſancti Benedicti degentes in cœnobijs tam in eccleſia quàm in refectorio atque dormitorio communiter f eſſe debeant, propria ſibi ædificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus ſub hoſpitalitatis uelamine paſsim hoſpites religioſos contra ſacros canones & bonos mores ſuſcipere nullatenus erubeſcunt. quia ergo omnis qui malè agit, odit lucem, ac per hoc ipſe abſconditè in iuſtorum tabernaculo ſe opinãtur poſſe latere oculos iudicis cuncta conſpicientis: hoc tam inhoneſtum, deteſtandũq; flagitium, ne ulterius fiat omnino prohibemus, & ſub pœna anathematis interdicimus. Similì modo prohibemus ne ſanctimoniales ſimul cum canonicis & monachis in eccleſia in uno choro conueniant ad pſallendum.

10 *Itẽ ſũt alij quos epiſcopi prægrauãtes,*

---

a Et in breui. Hic manifeſte perpenditur, quod præſumit uarijs modis cõtra aliquẽ & ꝓ aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex ſingularitate, ex ſocietate, & breuitate tẽpis, quæ oĩa iudex diſcret[e] cõſiderabit, ut xxiij. q. 8. c. occidit. & lxxxj. diſt. ca. in oibus. 7. de pœn. diſt. j. c. aut facta. extra de teſtib. ca. cum cauſam.

b IN nullo loco. In unum. Fere eadem uerba ponunt in authen. de ſanctiſ. epi. §. ſi qs autem ad monaſticam uitã. coll. ix.

c Iura. forte ꝓ numero perſonarũ. cũ enim collegiũ ſeparatẽ, pro numero perſonarũ diuiduntur bona. ut ff. de colleg. illi. l. j. in fi. Vel forte ſecundum quod quilibet dedit monaſterio. argu. xij. q. iiij. c. j.

d IN decima. Extra eã. id eſt præter conſcientiam abbatiſſæ.

e Duarũ. Hic patet qđ ſi clericus accuſetur, qui deliquerit cum moniali uel cum alia, poteſt ſe expurgare cũ mulieribus. ad quid. n. uocarentẽ iſtæ ſi nõ poſſent eſſe teſtes? Cum. n. clericus repellatẽ à dignitate obtinenda ꝓpter teſtimoniũ mulierũ, ut extra de teſti. tã literis. multo potius ꝑ eas expurgarẽ ſe põt. uñ ſatis admitti põt, quod ſi clericus non põt hẽre aliquos compurgatores clericos, quod ꝑ honeſtos laicos põt ſe purgare, ut ij. q. v. c. omnibus. in fi. lxxxj. diſt. ca. clerici. & ſic xij. q. j. c. j. & in authen. de mon. §. cogitandum. colla. j.

Prohibẽtur etiã. Hæc eſt noua ꝑs quæſtionis ſecũdæ. Ioan. de Fant.

f PErnicioſam. Cõmuniter. Ideo cõiter omnia faciunt, ut ſibi inuicẽ ſint teſtes & honeſtatis & caſtitatis: ut in authẽ. de mon. §. cogitandũ. coll. j.

Item ſunt. Hæc eſt x. pars quõnis; in qua probatẽ ꝙ clerici ſeculares nõ debẽt eſſe abbates in monaſterijs. & hoc ꝓbatẽ ꝑ duo c. Ioã. de Fant.

Peruenit

Præſumptio contra aliquẽ, & ꝓ aliquo ex multis ſumitur.

[redacted].

† ca. 28.

Mulieres & pro clerico & cõtra clericum poſſunt teſtificari.

† Cõcil. Spalen. ij. cap. ij.

† Betica.

Vbi de hoc, & extra de ꝓſump. cũ in iuuentute. in fi. ubi uideas. Arc.

† Prohibemus.

Niſi eſſent quidã à cõione ad meliora exẽpti, ut eſſent anachoritæ, & ita excluſa Camaldul. ſed dicit ꝙ nõ debent inter ſeculares, &c. qa ne ſoli, &c. extra & ſta. mon. monachi. ſecundum Lau.

† Malẽ probat canonicas germaniæ quas conciliũ approbauit. ſ. 12. q. ult. ca. uiti.

Ioan. 3, 8

ſalutē ipſarū animarū negligunt, quibuslibet uerò occaſionibus bona mōaſteriorū diſtrahere cupiunt. Tales erant quidā clerici Rauēnatis eccleſiæ, qui ſimulata religiōe, monaſterijs cupiebāt præfici, non tranſeuntes ad monaſticū habitū, neque renuntiantes eccleſiaſticæ militiæ.

De quibus Gregorius ſcribit Ioanni Rauennati archiepiſcopo.

Monaſteria clericorum aut laicorum habitacula fieri non debent.

CAN. XXVI.

PEruenit ad me ꝙ in eccleſijs fraternitatis tuæ aliqua loca dudū monaſterijs conſecrata, nunc habitacula clericorū aut etiam laicorū facta ſunt: dumq; ij, qui ſunt in eccleſijs, fingunt [a] ſe religioſè uiuere, monaſterijs præponi [b] cupiūt, & ꝑ eorū uitas monaſteria deſtruuntur. Nemo enim pōt eccleſiaſticis officijs, &c. & infrà. Proinde fraternitas tua, ſi hoc quolibet in loco factū eſt, emendare feſtinet: quia ego nullo modo patiar, ut ſacra loca pro clericorum ambitu deſtruantur. [c]

Idem Martiano archiepiſcopo Rauennati.

Qui in ſacro ſunt ordine conſtituti in monaſterijs nullam habeant poteſtatem.

CAN. XXVII.

DVdum ad nos multorū relatione peruenerat, monaſteria in Rauennatum partibus cōſtituta, omnino clericorum ueſtrorum dominio prægrauari: ita ut occaſione regiminis ea quidem (qđ dici graue eſt) uelut in proprietate poſſideāt: quibus nō modicū cōdolentes, prædeceſſori ueſtro literas miſimus, ut hoc emēdare debuiſſet: ſed quoniā uitæ eſt termino citius occupatus, ne hoc onus monaſterijs remaneat, fraternitati ueſtræ nos eadē ſcripſiſſe recolimus, & qa (ut cōperimus) in huius rei hactenus correctione ceſſatum eſt, hæc audientes ad uos iterum præuidimus ſcripta dirigere. hortamur ergo, ut omni mora, omnique excuſatione ſummota, ita monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releuare, quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel qui ſunt in ſacro ordine conſtituti, ob aliud (niſi hortandi [c] tantummodo cauſa) accedendi habeant licentiam: aut ſi fortè ad peragēda ſacra miſſarum fuerint inuitati myſteria † : ſed ne pro cuiuslibet monachi, aut abbatis promotione, &c. & infrà. Nec illic vlterius habeat poteſtatem aliquam: ne monaſteria huius occaſionis velamine, ea quę prohibemus ſimul cum canonicis & monachis in eccleſia ſuſtinere onera compellantur. Hęc itaque omnia uigilanti cura emendare iam ſecundò commonita ſanctitas ueſtra non differat: ne ſi poſt hæc negligentes uos eſſe (quod non credimus) ſenſerimus, aliter monaſteriorum quieti proſpicere compellamur. nam notum uobis ſit, quòd tantæ neceſſitati ſeruorum Dei congregationē ſubiacere non patiemur.

† miniſteria.

Idem.

Gratia uiſitandi & exhortandi, monaſterium epiſcopus adire poteſt.

CAN. XXVIII.

VIſitādi [h] exhortandique gratia, ad monaſterium quoties placuerit ab antiſtite ciuitatis accedatur: ſed ſic charitatis officium illic impleat epiſcopus, ut grauamen [k] aliquod monaſterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Frequenter epiſcopi monaſteria uiſitent, & quæ corrigenda ſunt, corrigant.

CAN. XXIX.

NOn ſemel, ſed ſæpius in anno epiſcopi uiſitent monaſteria monachorum, & ſi aliquid corrigendū fuerit, corrigatur.

[a] PEruenit. Fingūt. Tales ſunt cogēdi, ut uel ueri clerici, uel ueri monachi ſint: ut extra de regu. ut clerici.

[b] Præponi. De talibus habuiſti xvj. q. ulti. c. iij.

[c] Deſtruantur. Id eſt, cōuertantur ī aliam formam: ut ī. cau. proxi. q. iij. §. quæritur.

[d] DVdum. Fraternitati. Sed nōne cū aliquid ꝓcipitꝛ alicui, ſufficit ꝙ præceptum ſit prædeceſſori [e] ad hoc ut ſucceſſor teneatur: ut ī authe. ut nulli iud. §. & hoc uero iubem⁹. coll. ix. licet aliud ſit ī mādato: qa illud extinguitur morte: ut extra de offi. deleg. c. gratū? Dicūt quidā, ſiue ſit præceptū, ſiue mādatū, dūmodo expreſsis nominibus ſcribatꝛ, ſemꝑ expirat morte: ut extra de offi. dele. c. quoniam abbas. Alij dicūt aliud eſſe ī ꝓcepto quam in mādato.

[e] Prædeceſſori. dicit ꝑ Feli. Phi. Deci. c. eam te. de reſcri. Præceptū an morte expiret?

[f] Hortandi. Id eſt, prædicandi.

[g] Inuitati. ī. ea. c. luminoſu. ſo.

Sed ne. Xvj. q. j. capit. ne pro cuiuslibet.

Ad idē ſj. q. j. quā periculoſum. ſecundum Lau.

[h] VIſitandi. Hæc eſt xj. pars qſtionis, ſcđm Io. de Fant.

[i] Quoties. Cū utilitas uel neceſsitas exigit: alias ſemel tm̄ ī anno ueniet eꝑs: ut notaui x. q. j. c. decreuimus. uꝛ tñ ꝙ hodie bis ī anno poſſit ex officio ſuo uiſitare: ut extra de cēſi. c. cū uenerabilis. in fin.

Viſitat eꝑs monaſteria quoties utilitas uel neceſsitas exigit.

[k] Vt grauamen. Id eſt, ut non exigat enormē & immoderatā procurationem: ut x. q. iij. c. illud. ſed ſecūdū qđ taxatur extra de cēſi. cap. cum Apoſtolus. & hoc intelligas cū epiſcopus accedit ad eccleſiā ꝑ ꝑ utilitatem eccleſiæ. Sed ſi cā proprij negotij accedit, nō tenetꝛ ei monaſteriū ꝓuidere: ut x. q. j. c. relata. & c. placuit. xij. q. ij. c. charitatē. extra de cenſi. c. cum uenerabilis. ibi, cum cauſa correctionis, &c.

Procuratio nō ſemper eſt debita epiſcopo.

[l] NOn ſemel. Pro

Pro talibus. Hæc eſt xij. pars quæſt. in qua probat quod licet monaſteria lege diœceſana non ſubſint epiſcopo, ſi non habent populum: tamen in fundatione ſiue dedicatione monaſterij ponitur aliquid de penſione quod exigi poteſt. Io. de Fant.

a Pro talibus. Scilicet epiſcopis. t eis enim nō ſub ſunt monaſteria, quo ad legem diœceſanam. x. quæ. j. in ſumma. Io.

t Et ita ex cā oia iſta ca. ſecūdū Gratianum ex audi ſecū dum Lau.

b Leutheri⁹. Conueniſſe. Arg. ꝙ pactio poteſt interuenire in ſpiritualibus: ut x. q. iij. c. ult. & ca. nec numerus. & j. q. iij. c. quæſitū. ut no. viij. quæ. iij. in ſumma. ſed huic c. obſtat. j. q. ij. c. j & j. q. j. c. ſtatuimus. & q. iiij. c. eccleſia. & j. de conſec. di. j. c. ſi quis baſilicam. Sed dicas qđ hic nō uere dr̄ pactum: quia ſine pacto tenetur eccleſia aliquid dare epiſcopo in ſignū ſubiectionis: ut hic dicitur in ſi. Item & authoritate epiſcopi poteſt aliquid conſtitui patrono: a ut extra de iure pa tr. cap. præterea.

Pactio in ſpiritualibus an interuenire poſsit.

a Etiam hic uideas quod not. xvj. qō. ij. c. ij. in gl. ſi quæras.

c Penſionis. Vltra id quod conuenit in principio.

d Nomine eulogiæ. Id eſt, in ſignū prædicationis, quā fecit tempore conſecrationis.

e Debeat. Cōſiderata conſuetudine aliorū monaſteriorū: ut extra de cēſi. ſuper eo. x. q. iij. c. nec numerus. in ſi. Ex hoc c. patet qđ monaſteria nō ſūt penitus exempta à lege diœceſana. tenentur enim ei ad eulogias, ſicut hic dicitur. Item tenētur ad procurationem, quæ debetur ratione uiſitationis, ut extra de præſcri. cū ex officij. Item ſi aliquid ex conſuetudine debent: ut infrà. e. c. proxi.

Monaſteria à lege diœceſana non ſunt prorſus exempta.

f Seruitiū. Et tamē uix fuerunt xxv. anni à tempore Gregorij uſque ad tempus Vrbani.

g Vſque ad hoc tempus. Ergo conſuetudo inducit annuas præſtationes: nam & dat iuriſdictionem & dat priuilegium: ut not. ix. q. iij. c. conqueſtus. in ſi. & dat ius eligendi. extra de conſue. c. cum dilectus. in ſi. Item & inducit ſeruitutē. ff. de aqua pluuia arc. l. j. §. ul ti. & l. ij. & ff. communia prędio. l. uēditor. Item & conſuetudo obligat, ſicut ius ſcriptū: ut xj. di. c. eccleſiaſticarum. Et ꝙ ex tēpore aliquid præſumitur debitū, ſunt argum. multa. ff. de uſuris. l. cum de in rem. & l. qui ſemiſſes. & l. cum quidā. §. i. & C. de fideicō. lib. l. j. Arg. contra iſta extra de cō ſue. c. j. & extra de cēſi. c. ſciētes. & c. peruenit. & j. q. j. nullus. & x. q. iij. c. quia cognouimus. & ff. de oper. liber. operis. & C. de pac. l. ſi certis. & extra de cau. poſ. ca. cum eccleſia. Item quia ex curſu temporis nulla oritur obligatio, cum nec tollatur tempore: ut ff. de acti. & obli. l. obligationū. §. placet. Sed uarij uarijs modis dixerūt de hac materia, ſed omiſsis illis dico ꝙ nūquā de cōſuetudine ſola (licet eſſet præſcripta) ius aliquod ſit quæſitum a: niſi forte ſit tanta cuius memoria nō eſſet: ut ff. de aqua quotid. l. hoc iure. §. duct⁹ aquæ. & ff. de aqua plu. arcē. l. j. §. ulti. ſed ſolummodo cō modum & ius poſſeſsionis quęſitum eſt ex conſuetudine. Poſſeſſor enim nihil tenet͂ probare de iure ſuo: ſed aduerſarius probabit eſſe indebitū. unñ quādiu eſt quæſtio an talis præſtatio ſit debita, ſemper erit poſſeſſor ī poſſeſsione: ut xvj. q. iij. ca. uolumus. extra ut lite pendeu. cap. à memoria. & ff. de aqua quotid.

Conſuetudo an poſſit annuas præſtationes inducere.

Ex cōſuetudine ſola nunquā ulli ius quæritur.

a Arg. cōtra extra de præſcripti, ad audientiam. iuxta prīci. uer. eſt arg. quod rōne conſuetudinis debet͂ cenſus, & ſi alius titul⁹ nō probetur ſcđm Hoſtiē.

12 *Pro talibus* a *qui animarum curā nō habentes, bona tamē monaſteriorū in ſuos uſus cōuertere cupiebāt, ſtatutū ē, ut monaſteria cū ſuis rebus penitus ſint libera à poteſtate et dominio epiſcoporū. Quòd autē nullis canonicis iuribus monaſteria dicūtur eſſe ſubiecta, nō ita intelligendū eſt, quin ipſi epiſcopo aliquid nomine eulogiæ uel in die dedicationis, uel in natali ſanctorū quorum nomine ipſum monaſterium dedicatum eſt, debeat offerri.*

Vnde Gelaſius Papa ait:

Non debet epiſcopus aliquid à monaſterio exigere, præter conditiones, quas dedicationis tempore conſtituerit.

CAN. XXX.

Eleutherius frater & coepiſcopus noſter, querit͂ ꝙ mater eius in caſa, quæ Caſtellum dicitur, oratoriū conſtruxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos conſtituerit, ex quibus unus eſt presbyter, hoc autem tempore dedicationis inter epiſcopum Cardellum (cuius ipſa diœceſis eſt) & matrem ſuam aſſerit conueniſſe b, ut quicquid dedicationis uel natalis martyrum die, quorum in eodem monaſterio reliquiæ ſunt, per fidelium oblationes intrauerit, medietatem quidem habeat ipſum monaſterium: medietas autem epiſcopo offeratur: contra quam conuentionem Marium presbyterum (ſiue ſciente ſiue neſciente epiſcopo) monachis ipſis uel presbytero, qui ex eis eſt, uim dicitur intuliſſe, & frequētes moleſtias generare: ita ut memoratum presbyterum propè ceciderit, & miſſas eum facere nullo modo permittat: dicens ut quaſi penſionis c nomine aliquid ſtatuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare iubemus, & ſi apud te euidenti ratione conſtiterit, quia tempore, quo dedicatum eſt ipſum monaſterium, conditiones ſuperius poſitæ cōuenerint, ſeruari eas ex noſtra authoritate præcipimus, nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur. ſin uerò nil tale inter eos conſtiterit, mediāte te quid epiſcopo nomine eulogiæ d offerri debeat e, inter ipſos monachos & presbyterum uolumus diffiniri: ſaluo tamen eo, ut presbyter Gaudentius, qui etiam monachus eſt, miſſas in monaſterio ſuo (ſicut cōſueuit) facere à nullo ulterius debeat prohiberi.

Item Vrbanus ij.

Conſueta ſeruitia epiſcopis monaſteria exhibeant.

CAN. XXXI.

Seruitiū f quod monaſteria, aut eorum eccleſiæ à tempore Gregorij ſeptimi uſque ad hoc tempus g fecerunt, & nos concedimus.

Canonica ergo iura, quibus mōaſteria ſubiecta nō ſunt, ſynodales exactiones intelliguntur. nō enim cogēdus eſt abbas (ſicut in Turonico cōcilio ſtatuit) ad ſynodū ire, niſi aliqua rationabilis cā exiſtat. ſūt.n. quædā ſeruitutis officia, ut angariæ operum, crebræ receptiones, annuæ exactiōes, mulctationes peccātiū: ꝗbus omnibus mōaſteria libera ſūt.

CAVSA XIX.

DVo clerici ad monaſteriū trāſire uolūt: uterque licentiā ab epiſcopo ſuo petijt: unus relicta eccleſia ꝓpria eo inuito, alter dimiſſa regulari canonica, cœnobio ſe contulit.

1 *Modò quæritur, ſi epiſcopus debeat ꝑmittere ut relicta ꝓpria eccleſia, clericus monaſterium ingrediatur.*

2 *Secūdò quærit, ſi epiſcopus licentiā dare noluerit, an eo inuito monaſterium poſſit adire?*

3 *Tertiò quæritur, ſi contigerit ipſos regulares canonicos fuiſſe, utrū cōcedēdus eſſet eis monaſterij ingreſſus?*

QVAESTIO I.

QVòd epſ [a] licētiā clericis adeundi monaſteriū dare debeat, in Toletano cōcilio præcipitur, in quo ſic ſtatutum legitur.

Non debet negari ingreſſus clericis, qui monachorum propoſitum appetunt.

CAN. I.

CLerici, qui monachorum propoſitum appetunt (quia meliorem [b] uitam ſequi cupiunt) liberos eis ab epiſcopis in monaſterijs largiri oportet ingreſſus, nec interdici propoſitum eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur.

QVAEST. II.

INuito uerò epiſcopo clericū eius à nullo eſſe ſuſcipiēdum Leo epiſcopus teſtatur ſcribens Ruſtico Narbonenſi epiſcopo.

Inuito epiſcopo, eius clericū nemo ſuſcipiat.

CAN. I.

ALienum clericū [c], inuito epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat.

Sed ſubaudiēdū eſt, niſi ad propoſitū melioris uitæ tranſire uoluerit: tunc enim liberum eſt illi etiā epiſcopo contradicēte monaſterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa in capitulo ſancti Rufini.

Qui monachorum propoſitū appetit, etiam inuito epiſcopo ſuſcipiendus eſt.

CAN. II.

DVæ ſunt, inquit, leges: una publica, altera priuata [d]. Publica lex eſt, quæ à ſanctis patribus ſcriptis eſt confirmata: ut eſt lex canonum, quæ quidem propter trāſgreſsiones eſt tradita. uerbi gratia: Decretum eſt in canonibus, clericum non debere de ſuo epiſcopatu ad alium tranſire ſine commenda-

---

quotid. l. penulti. & hoc eſt uerum, cum allegat aliquā conſuetudinis cauſam, & tunc cauſa allegata, & conſuetudine longiſsima probata, debitum præſumitur, adeò: ut non admittatur probatio in cōtrarium. & ſecundum hoc nulla eſt differentia inter cōſuetudinē præſcriptā, & præſcriptionē. Quidam aſsignant hanc differentiam inter præſcriptam conſuetudinem, & præſcriptionē: ꝗa cōtra præſcriptionē nō admittitur probatio, licet cauſa præſcriptiōis appareat iniuſta: ut extra de præſcrip. c. de quarta. ſed cōtra conſuetudinem præſcriptā bene, ut ſ. probetur indebitum, licet allegetur debitū præceſſiſſe: ut C. de agri. & cenſi. l. litibus. lib. xj. Tutius credo præſcriptionē allegandam, quam cōſuetudinem præſcriptam: quia ad probandam cōſuetudinem multa requiruntur: ut dixi s. di. viij. c. fruſtra. Et hæc uera ſunt ꝙ cōſuetudo ſemper tuetur poſſeſſorem, donec probetur contrariū, niſi ui uel clā uel precario poſſederit. tunc enim ille ꝗ dedit, ſua authoritate poteſt negare. x. quę. iij. cap. quia cognouimus. Ioan. Quicquid dicat. Io. ego credo, quod ex cōſuetudine præſcripta ſpatio quadraginta annorum & bona fide iꝰ & poſſeſsio acquiratur: ut extra de conſuetu. capi. ultimo. in fi. & ff. de legib. l. diuturna. B.

Conſuetudo & præſcriptio differunt.

Ad probādā conſuetudinē multa requiri.

[a] QVod epiſcopus. Dubitatio harum triū quæſtionū ab eodē fonte procedit: unde una ſolutione terminatur. Hu. dicit quod clericus ſecularis inuito epiſcopo poſsit tranſire ad monaſterium: ut infra e. c. j. & j. e. q. ij. cap. duę. Sed nec monachus nec regularis canonicus, pōt inuito abbate trāſire ad locum alium: ut j. e. q. iij. c. j. & ca. ſtatuimus. ſed eius opinio corrigitur extra de reg. & tranſeun. ad reli. ca. licet. ubi habes, ꝙ quilibet pōt trāſire ad arctiorē religionem, petita tamen licentia, licet non obtenta: ſed ad parem religionem nemo poteſt tranſire: ut extra de regu. capi. ſane. Ioan.

Tranſitus ad religionē arctiorem permiſſus eſt.

[b] CLericī. Meliorē. Hæc cauſa eſt ſufficiens quod de minori ad maius tranſeundū eſt. xciij. diſt. ca. legimus. in fi. ſed nō ad parē, extra de regu. c. ſane. & cū dicit cap. ſic uiue in monaſterio, ut clericus eſſe merearis. xvj. quæ. j. ſic uiue. Ioānes. de Fat.

INuito uero epiſcopo.

[c] ALienū clericū. Imo nec etiam laicum alienum: ut lxxj. diſtinctio. cap. primatus. ſi ergo clericus huius epiſcopatus eligitur ad aliquā dignitatē, in alio epiſcopatu, ſine licentia huius epiſcopi, non poteſt eam recipere: ut lxxvj. diſtinc. capi. ulti. & lxiij. diſt. capitu. literas. & lxxxv. di. c. archidiaconum Io.

[d] DVæ ſunt. Priuata. Vt charitas, de qua dicitur: Habe charitatē, & fac quicquid uis: ut de pœ. diſt. ij. radicata.

ticijs literis ſui epiſcopi: qđ propter criminoſos cōſtitutū eſt: ne uidelicet infames ab aliquo epō ſuſcipiātur perſonæ. ſolebāt enim officia ſua cū nō poterant in ſuo epiſcopatu, in alieno celebrare, qđ iure pceptis & ſcriptis deteſtatū ē. Lex uerò priuata ē, quæ inſtinctu sācti ſpiritus in corde ſcribiť: ſicut de quibuſdā dicit Apoſtolus: Qui habēt legē Dei ſcriptā in cordibus ſuis. & alibi: Cùm gentes legē nō habeāt, ſi naturaliter ea quę legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. Si quis horū in eccleſia ſua ſub epiſcopo populū retinet, & ſeculariter uiuit: ſi aſſlatus ſpiritu sācto, in aliquo monaſterio uel regulari canonia ſaluare ſe uoluerit. qui.n. à lege priuata ducit, nulla ratio exigit, ut à lege publica conſtringatur. (dignior eſt enim lex priuata, quàm publica. Spiritus quidem Dei lex eſt: & qui ſpiritu Dei aguntur, lege Dei ducūtur: & quis eſt qui ſpiritui ſancto poſsit dignè reſiſtere?) Quiſquis igitur hoc ſpiritu ducitur, etiam epiſcopo ſuo coutradicente, eat liber noſtra authoritate. Iuſto enim lex nō eſt poſita: ſed ubi ſpiritus Dei, ibi libertas. & ſi ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege.

QVAESTIO III.

Canonicos autem regulares ad monaſterium tranſire multis authoritatibus prohibetur.

Vnde in concilio Eduenſi cōgregato ſub Gregorio vij. legitur.

Regulares canonici monachi fieri non debent.

CAN. I.

NVllus abbas uel monachus canonicos regulares à ppoſito profeſsionis canonicæ reuocare, & ad monaſticū habitū trahendo ſuſcipere audeat: ut monachi fiant, quādiu ordinis ſui eccleſiā inuenire quiuerint, in qua canonicè uiuēdo, Deo ſeruire, & aīam ſuā ſaluare poſsint. ꝙ ſi temerario auſu id agere tentauerint, anathematis uinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa ſecundus.

De eodem.

CAN. II.

MAndamus & uniuerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter profeſſus niſi (quod abſit) publicè lapſus fuerit, monachus efficiatur. quòd ſi decreto noſtro contraire præſumens agere tentauerit ad ordinem canonicum præcipimus ut

---

Sine commendaticijs. Sed quare creditur commēdaticijs literis, cum quilibet poſsit commendare rē, etiam uitioſam? Nam quæ commendandi animo dicuntur, neminem obligant: ut ff. de contrah. emp. l. ea quæ. Sed dicas ꝙ ſi quis cōmendat rem in genere, non obligatur: ſed ſi in ſpecie, obligatur. ff. de ædil. edi. l. ſciendū. ſed nec in genere licitū eſt commendare ex certa ſciētia rē uitioſam: ut extra de ſerui. c uni co. alioqui de dolo teneť: ut ff. de dolo. ꝙ uenditor.

Obligatur ne, qui rem uitioſam commendat?

Propter criminoſos. Licet pp criminoſos fuerit conſtitutio data, tamen extenditur etiā ad nō criminoſos: qa nullus recipitur ſine cōmēdaticijs literis ſui epiſcopi. ubi enim aliqd ſtatuitur ppter impulſiuā cauſam, cauſa ceſsāte, nō ideo ceſſat cōſtitutio: ſed ubi aliquid pter finalē cauſā eſt ſtatutum, ibi ſi ceſſet cauſa, ceſſat cōſtitutio. Sic diſtinguiť ff. de dona. l. ij. §. ulti.

Hebr. 8. d.

Roma. 2.

In ſuo. Supra vij quæ. j. c. ſi qs presbyter.

Si quis horū. Maxime, qa idem eſt in alijs. lxj. di. §. his omnibus.

Si aſſlatus. Sed qualiter pōt aliquis clericus inuito epo tranſire ad religionem, cū ei forte iurat⁹ ſit, & obediēs ſuus ſit, & crimē idololatriæ ſit nolle obedire: ut viij. q. j. c. ſciendū. & uideo ꝙ peregrinari nō pōt ſine licētia epi: ut de cōſe. di. v. c. nō oportet. & ſæpe bonū omittendū eſt, pp meritū obedientiæ: ut xj. q. iij. c. qd ergo. cū etiā obediēdū ſit, licet iniuſte aliqd præcipiať: ut xxiij. q. j. qđ culpatur. Itē cū clericus non poſsit alienare res eccleſiæ ſuæ, ergo multo fortius ſeipſum non poteſt alienare, cum perſonæ digniores ſint rebus: ut xij. q. j. c. præcipimus. & maior eſt alienatio perſonæ quam rei: ut xvij. q. j. c. alij. ſed dic ꝙ excuſatur à delicto inſtinctu ſpiritus ſancti ſicut alij: ut extra de diuor. gaudemus. xxiij. q. v. dixit.

Obedientiæ cōmēdatio.

De hoc not. extra de regu. licet. in gl. ſufficit ergo. ubi no ta. de hac quæſtione.

1. Tim. 1. b

2. Cor. 3 d

Dignior. Tamen in tribus caſibus præiudicat priuata lex publicæ. nam mulier licet ducatur lege Dei, non poteſt inuito uiro intrare religionem. xxvij. q. ij. c. ſi qs cōiugū, nec impubes inuito patre. xx. q. ij. ca. puella. nec epſ inuito Papa. extra de regu. ca. licet. non fallit regula intelligentes. Io.

Priuata legi præiudicat publica tribus caſibus.

Canonicos. Hæc quæſtio diuiditur ī quatuor partes: in prima quarum probatur ꝙ canonicus regularis ſine licentia nō dēt fieri monachus, & hoc pbatur per tres authoritates. Scđa ibi. Quęriť ſi monaſterijs. Tertia ib. Quęritur de his. Quarta ibi, Quæritur ſi īgreſsi s. I. de F.

Nullus. Monach⁹. Vt priores q pſunt mōaſterijs. extra de ſtatu monach. c. monachi.

Regulares. Similiter cleric⁹ in qua eccleſia eſt ſemel intitulat⁹, ſi ea ppetuo pſeuerct: ut lxx. di. c. ſanctorū. & lxxj. di. c. clericos. ut. n. ait Apoſtolus, In ea uocatione, ī qua qs uocat⁹ ē, ī ea pmaneat, ut 21. q. j. c. j.

Ordinis ſui eccleſiam. Simile extra de ui. & hone. cleri. ca. Deus. extra de relig. do. inter quatuor. in fi.

Mandamus. Lapſ⁹. Tūc. n. poſſet, imo cogeretur: ut xx. q. j. c. ſicut. Io.

Monachus. Hoc conſueuit intelligi, cum cauſa leuitatis tranſit ad aſperiorem uitam: tamē bene cogiť ibi ſtare: ut extra de reg. c. licet. Sed manifeſte obſtat extra de ſtatu mona. c. cum nobis. ſed hæc eſt remota. unde ſatis credo quod ſi nō petijt licentiam, cogitur redire.

Vide Panor. cō ſil. 95. li. 1.

nec

redeat, & deinceps memorialem a cucullam deferat, & ultimus in choro maneat.

Subaudiendum uerò eſt, niſi cum patris ſui licentia religionis propoſitum induerit.

Vnde Vrbanus papa ſecundus ſcribit abbati ſancti Ruffini.

Patris ſui conceſsione, regulares canonici monachi fieri poſſunt. CAN. III.

STatuimus ne profeſſionis canonicæ quiſpiam poſtquam Dei uice ſupra caput ſibi hominē impoſuit, alicuius leuitatis inſtinctu, uel diſtrictioris b religionis obtentu ex eodē clauſtro audeat ſine patris & totius congregationis permiſſione recedere: diſcedentem uerò nullus abbatum uel epiſcoporum, nullus monachorum ſine communi literarum cautione ſuſcipiat.

2 *Quæritur c ſi monaſteria quæ ſemel dedicata ſunt, poßint trāſire in clericorum uel ſeculariū habitacula? quod in Calcedonenſi cōcilio omnibus modis prohibetur, capitulo uigeſimoquarto.*

Quæ ſemel ſunt dedicata monaſteria, ſemper monaſteria perſeuerent.

CAN. IIII.

QVæ ſemel ſunt dedicata monaſteria conſilio epiſcoporū, maneant d perpetuò monaſteria: & res, quę ad ea pertinent, monaſterijs reſeruari oportet: nec poſſe ea ultra fieri ſecularia habitacula. qui uerò permiſerint hoc fieri, ſubiaceant his condemnationibus, quæ per canones conſtitutæ ſunt.

Item in ſynodo vij. capitu. xxiiij.

Qui loca ſacra, communia diuerſoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur.

CAN. V.

QVoniā à quibuſdā uiris quædam uenerabiles domus ſurripiuntur, e tam uidelicet epiſcopalia quam monaſteria, & facta ſunt communia diuerſoria: ſi quidem uoluerint ij, qui hæc retinent, reddere ea ut ſecundùm antiquitatem reſtaurentur, bene & optimè eſt: alioqui & ſi de ſacro catalogo fuerint, hos deponi f pcipimus: ſi uerò laici uel monachi, excommunicari: quos nimirum conſtat & condemnatos eſſe à patre & filio & Spiritu ſancto: & deputabuntur ubi uermis eorum nō morietur, & ignis non extinguet: quia Deo aduerſantur, qui dicit: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.

3 Quæritur de his qui ad cōuerſionē ueniūt, quo tempore debeant tonſurari. De his ita ſcribit Gregorius papa Fortunato epiſcopo Neapolitano

Antequam biennium in conuerſione compleuerit: aliquis tōſurari non debet.

CAN. VI.

MOnaſterijs omnibus fraternitas ueſtra diſtrictius interdicat, ut eos, quos ad conuerſionē ſuſceperint, prius quā biennium g in cōuerſione cōpleuerint, nullo modo audeant tonſurare: ſed hoc ſpatio uita moresque eorum ſolicitè comprobentur, ne quis eorum aut non

---

hec obſt. extra eo. ca. ſane. quia ibi dicit, permittas. & ſic eſt diſpenſatio.

a Memorialē. Nō qđ ſit monachus, ſed rōne prioris maleficij: ut ſ. xc. iij. diſtin. c. præcipim⁹. ſed maritus qui tranſiuit ad religionē, reuocatus ab uxore ſua non fert cucullā: ut xxxiij. q. v. c. quod Deo. & ſic quādoq; pōt eſſe diſpar habitus in eodem choro.

Subaudiendum.

STatuimus. b Vel diſtrictioris. ſ. xx. q. iiij. c. uirgines. contra extra de regu. c. j. ſed hæc dictio leuitatis, ſoluit contrariū, &c. ſimile. C. de offi. magiſt. mil. l. penul.

Quærit. Hæc eſt ſecūda pars quæſtionis, in qua quęritur an monaſteria poſsint redire ad humanos uſus? Et dř qđ non: & hoc probat ꝑ duo ca. Ioan. de Fant.

c Quærit. Incidentem qōnem ponit magiſter: & illa dupliciter pōt intelligi. Vno mō ſic: an de monaſterio poſſit fieri ſecularis eccleſia? uel ſic, an monaſterijs poſſint pfici ſeculares clerici? Dicas ergo ꝙ de monaſterio nūquā pt fieri ſecularis eccleſia, ut hic dř, niſi enormiter uiuant: tūc pñt monachi remoueri, & inſtitui ſeculares canonici: tñ cū authoritate papæ: ut ex. ne cle. uel mona. relatū. d uel niſi ita ſit, ꝙ nō inueniant aliqui de ordine illo, per quos poſſit locus ordinari: ut extra de relig. do. ſter. Vel niſi ita ſit, qđ aliter nō poſſit reformari locus ille quā ꝑ canonicos: ut ex c. de ſtat. mo. cū nobis. quæ eſt remo-

ta. & cōtra uſq; eſt licite poſſit de ſeculari eccleſia facere regularem: ut ex. de eccl. ędifi. ad audientiā. & xvj. q. vij. c. ſi qs uult.

QVæ ſemel ſūt dedicata.

[e] Quod uero. Hęc quæſtio determinatur ſupra xix. quæſtione j. in ſumma.

Virgines. Loquitur de uirginibus talibus, quæ habent uitam canonicorum: de quibus agitur duodecima, quæſtione ultima. capitulo ultimo. Sed aliæ uirgines debent petita licẽtia, recedere ad diſtrictiorem religionem, & non cauſa leuitatis, ut extra de regu. licet. Io. de Fant.

Sed

ſi uerò fuga diſciplinæ alium locum quæſierint redire cogantur.

Quod autẽ de uirginibus ſacris hoc capitulo ſtatuitur, de monachis & conſequẽter intelligitur, et de quolibet ẽt clerico,

2 *Sed obycitur illud Baſilij.*

Vota monachi ſine conſenſu abbatis ſui irrita ſunt.

CAN. II.

Monacho non licet uota uouere ſine conſenſu abbatis ſui: ſi autem uouerit, a frangendum erit.

Item illud Agathenſis concilij.

Monachus nullus ſuſcipiat aut ordinet abſque abbatis ſui permiſſu.

CAN. III.

Monachum, niſi abbatis ſui permiſſu aut uoluntate, ad alterum monaſterium b commigrantẽ nullus abbas ſuſcipere aut retinere præſumat: ſed ubicunq; fuerit, abbati ſuo authoritate canonum reuocetur. Item clericis c ſine cõmendatitijs literis epiſcopi ſui, licentia nõ pateat euagandi. In monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur, quos ſi uerborum increpatio non emendauerit, etiam uerberibus d ſtatuimus coerceri. Seruandum quoque de monachis ſtatuimus, ne eis ad ſolitariam cellulam liceat à congregatione diſcedere, niſi fortè probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatẽ, aſperior abbatis licentia regula re e mittatur: quod ita demum fiat, ut intra eadem monaſterij ſepta manentes; tamen ſub abbatis poteſtate, ſeparatas habere cellulas permittantur. Abbati quoq; ſingulas diuerſasq; cellulas habere, aut plura monaſteria non liceat, niſi tantum propter incurſum hoſtilitatis intra ciuitatis muros receptacula collocare.

Verũ hoc intelligẽdum eſt de monachis religioſè uiuẽtibus, quibus uota ſpecialis abſtinẽtiæ uel alicuius diſtrictionis, quæ generalẽ cõſuetudinẽ ſuorũ fratrũ excedat, ſine abbatis conſenſu uouere non licet, ne ſup eos fratres ſcandalizẽtur. Cauſa etiã illorũ ſtatutũ eſt hoc, qui regularẽ diſciplinã ſubterfugientes, peregrinationis ſuæ uota ſibi aſſumunt: quod nec monacho, nec alicui clerico licet, ne hac occaſione ad ſecularẽ cõuerſationẽ redeat.

CAVSA XXI.

Archipresbyter cuiuſdã eccleſiæ præpoſiturã alterius accepit, nec priorem uult relinquere, ſecularium quoque negotiorum procurator efficitur, qui claris & fulgidis ueſtibus ſe exornans, ab epiſcopo ſuo corrigitur, relicto officio ſuo ad ſecularem iudicem habet confugium.

1 *Primùm quæritur, an clericus in duabus eccleſiis poſſit conſcribi.* Q.

2 *Secundò, ſi unam uoluerit relinquere, an liceat ei ad aliam tranſire.*

3 *Tertiò, an procurationes ſecularium negotiorum, clericis liceat ſuſcipere.*

4 *Quartò, an claris & fulgidis ueſtibus eis ornari expediat.*

5 *Quintò, an ab epiſcopo correcti, ſuum officium relinquere, & ad ſecularem iudicem confugere ualeant.*

QVAESTIO I.

In duabus f eccleſiis aliquẽ connumerari poſſe ſeptima ſynodus prohibet, dicens.

In duabus eccleſiis clericus conſcribi nullo modo debet.

Sed obijcitur. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, quod monachi non poſſunt uotum facere in monaſterio ſine conſenſu abbatis. Ioan. de Fant.

a Monacho. Vouerit. Vel etiã ſi facit uotũ, priuſquã intret monaſterium. ar. xxxiij. q. v. noluit. & intelligas de uoto abſtinentiæ, g quod alij ſcandalizentur.

1 Argu. xij. diſt. c. j. & ſic & not. de uxore 33. quæſt. v. manifeſtũ. quod ergo dicit frangendum, dic ſecundum Hu. ſi abbas uoluerit uel inter fratres ſcãdalum generet: alias non, ſi de rebus monaſterio licitum, ſecundum Hug. Abbas in aliquibus diſpẽſat.

b Monachũ. Monaſterium. Quod nõ eſt ſtrictius, uel ſi eſt ſtrictius fortè tranſiuit cauſa leuitatis: ut xix. quæſt. iij. c. ſtatuimus.

c Item clericis. Secunda pars.

d Verberibus. Moderate tñ. xlv. diſt. c. cum beatus.

e Remittaẽ. Ergo abbas põt diſpenſare in remittenda regula. ut hic, & de conſe. di. v. carnem. nam & diſpẽſare põt circa ordines: ut extra de eo, q fur. or. rece. cũ H. lator. & circa canonẽ latæ ſententiæ: ut extra de ſent. excó. cum illorũ. Io. de Fant.

In duabus eccleſijs. CASVS. *Hic intitulatur prima quæſtio, ubi quæritur an clericus poſſit intitulari in duabus eccleſiis? Et reſpondet quod non, niſi in ſex caſibus. Vnus eſt cũ eccleſiæ pauperes ſunt: x. q. iij ca. unio. Secundus eſt propter diſpenſationẽ epiſcopi: ut lxx. diſt. ſanctorũ. Tertius eſt propter paucitatem clericorũ, ut infra ea ca. primo. in fine. Quartus eſt, cùm habet unã intitulatam clericus, & aliam commendatam. infra ea. c. qui plures. Quintus eſt ſi papa hoc concedit: ut infra ea. c. relatio. Sextus eſt, cũ una adhæret alteri, uel depẽdet ex altera ut in ſecundo Lateranenſi concilio, extirpanda.*

f In duabus. De iure

iure cōi nullus pōt habere plures eccleſias, a niſi in ſex caſibus, ſcilicet quando eccleſiæ tenues ſunt: ut x. qō. iij. unio. Et ſi una pendet ex altera: ut extra de ætat. & qual. eam te. Et ſi habet unā intitulatā, & aliam commendatam: ut ī. ead. cap. qui plures. extra de ele. c. dudū. Et ſi epiſcopus diſpenſat cū aliquō: ut lxx. diſt ſanctorū. Et ubi eſt paucitas hoīum, ſcilicet extra ciuitatē: ut ī. ea. c. j. in fine. Itē ſi eccleſia adhæret præbēdæ: ut extra de præb. extirpandæ. Io. de F.

a CLericus ab inſtāti. Non cōnumeretē. Id eſt nō intituletē: quia non debet connumerari inter clericos eiuſdē eccleſię niſi ſit intitulatus nec habet uocē in electione cū alijs, licet percipiat fructus illiꝰ eccleſiæ: quia bene pōt epſ uel eccleſia concedere alicui beneficiū alicuius eccleſiæ, non tamen eſt ibi canonicus: ut xvj. q. j. poſſeſſiones. quãq; etiam habet præbendā, & nō eſt canonicus: ut extra de magiſt. c. quia nōnullis. Et licet talem præbēdam teneat corporaliter, tamē dr̄ uacare de iure: ut extra de cōceſ. præb. & eccle. non uacā. cum noſtris. & capi. literas.

b Dominis. Sibi cōtrarijs, alias bene pōt: ut. ff. de oper. lib. duorum.

c Neceſſitatem. Quaſi dicat, q̄d faciet ergo clericus ſi habeat pauperē eccleſiam? Rñdeo, quærat uictum artificio honeſto: ut xcj. di. c. clericus. Sed nōne ſi eccleſia pauper eſt, debet uniri alij: ut x. q. iij. unio? ſic, niſi iſte ſciens à principio recipit pauperem: unde imputet ſibi, niſi quia forte poſtea eſt depauperata. Sed quæro, quam eccleſiam dicas pauperem, nunquid illam, quæ ualet decē marchas auri: ut ij. q. vj. anteriorum? Dico illam pauperem, quæ non poteſt aliquem honeſte & ſufficienter procurare: & præterea non poteſt hoſpites ſuperuenientes recipere: ut extra de præben. de monachis. imo depoſito tātum relinquitur, quod ſufficiat ſibi & ſuis: ut quinquag. diſt. ſtudeat. ſed cū omnes hoſpites indiſtincte teneātur recipere: ut xlij. diſt. c. quieſcamus

CAN. I.

CLericus ab inſtanti tempore non connumeretur a in duabus eccleſijs. Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium commodū, & ab eccleſiæ conſuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipſa dominica uoce, quòd nemo poteſt duobus dominis b ſeruire: aut enim unum odio habebit, & alterū diliget: aut unū ſuſtinebit, & alterū cōtemnet. unuſquiſq; enim (ſecūdum apoſtolicā uocē) in quo uocatus eſt, in hoc debet manere, & in una locari eccleſia. Quæ. n. propter turpe lucrū in eccleſiaſticis rebus efficiūtur, aliena conſiſtunt à Deo, ad uitæ uerò huius neceſſitatē c ſtudia ſunt diuerſa. Ex his ergo qui uoluerit, acquirat corpori oportuna. ait enim Apoſtolus, Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerūt manus iſtæ. & hoc quidē in hac urbe ſeruandū, cæterùm in uillis, d quæ foris ſunt, propter inopiā hoīum indulgeatē.

Sed duæ eccleſiæ intelliguntur eccleſiæ duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conſcribi.

Vnde in Calcedonenſi concilio ſtatutum eſt.

De eodem.

CAN. II.

CLericum in duarum eccleſijs ciuitatum conſcribi non oportet.

Sed contrà nonnunquā epiſcopus ciuitatis unius efficitur archiepiſcopus alterius ciuitatis, nec tamen priorem eccleſiam deſerit: ſed prior eccleſia quaſi commendata relinquitur ſecunda quaſi intitulata habetur.

Vnde Leo iiij. ſcribit.

In una eccleſia intitulatus alteram ſibi commendatam poteſt habere.

CAN. III.

QVi pluros eccleſias retinet, unā quidē titulatam, aliam uerò ſub commendatione e retinere debet. Sic & illud Agathenſis concilij intelligendum eſt.

Duobus monaſterijs unus abbas præeſſe non poteſt.

CAN. IIII.

VNum abbatē duobus f monaſterijs præſidere interdicimus.

Pōt etiā utriq; tanquā titulato præeſſe, ſed iure ſpeciali, non communi.

domus clericorum omnibus debet eſſe communis: ut xvj. q. j. quoniā quicquid. ergo requiritur quod ſit ditiſſima. Nam diuitiæ bonæ ſunt, dummodo fiat ex eis miſericordia. xxx. diſt. hoc ſcripſimus. Expedit enim epiſcopis habere diuites ſubiectos. nam imperium abūdat ſi habeat ſubditos locupletes in authen. colla. ij. ut iudic. ſine quoquo ſuffra. §. j. & potius eligēdi ſūt diuites, quā pauperes. in auth. de defen. ciuita. §. quibus. Ecōtra uidetē ſufficere quod tantum neceſſaria habeat, & illa neceſſitas arctatē ad uictum & ueſtitū tantum: ut xij. q. j. epiſcopus. ſed hoc obtinuit ſecundū illa tēpora. xlj. diſtin. epiſcopus uilē. hodie uero creuit g decus eccleſiæ, creuitq; Deus eccleſias: ut de cōſe. di. j. c. uaſa. Dico hæc omnia cōſideranda ſecūdū qualitatē perſonæ, & ſitum eccleſiæ. aliquid enim ſufficit uni, quod non ſufficit alij: ut xlj. diſt. nō cogātur. & minus ſufficit manēti extra uias cōmunes, quā ī uijs: & conſuetudo prouinciæ in hoc ſeruanda eſt: ut ī. diſ. iiij. c. erit. & xcix. diſtin. ſciendum.

d In uillis. Poteſt autem aliquis extra ciuitatē n habere plures eccleſias: & hoc ideo, q̄a extra ciuitatē ſūt pauci clerici, & ꝓpter paucitatē clericorū multa permittunē. ut lv. diſtin. c. priſcis. Itē ea ratione: quia q̄ ſunt extra ciuitatē, nō ita cito inueniunt illos, quibus ſua artificioſa uendant, nec ita conuenienti foro habent omnia ſicut illi, qui ſunt in ciuitate.

e QVi plures. Sub commendatione. & illius eccleſiæ non eſt prælatus, ſed potius procurator: ut lxj. diſtinct. capi. obitum & capi. Catinenſis. & qui commendauit, poteſt reuocare quando uult. Nam commendare nihil aliud eſt, quam deponere: ut ff. depoſiti. l Lucius. ff. de uerborum ſignification. l. commendare. dic ut de elect. nemo deinceps. libro ſexto.

f VNum abbatem duobus. ī. proxima cauſa. & quæſt. ulti. cap. ult. Io. de Fant.

De iure cōi nullus habeē ꝑt plures eccleſias, & quibus caſibꝰ poſſit.

a Scilicet intitulatas. de iu. cōi C. qui milit. non poſ. l. 4. §. in poſterū. li. 12. nec duos honores. ff. ad municipales. libertus. §. ꝑſcriptio, ſecūdū L. & d̄ hoc not. extra de præbē. ca. præter ea.

Mat. 6. c

1. Cor. 7. d

Act. 10. g

Præbendā poteſt quis habere. & tamē nō erit canonicus.

Clericus pauperē eccleſiam habens laboret aliquo artificio honeſto.

Eccleſiā pauperē quam dicemus eſſe.

Diuitiæ bonę ſūt.

Decus eccleſiarum hodie creuit.

g Creuit. ſed cū [illegible] cū decus ſit ſyncera prædicatio [illegible] bi dei, et obedientia unde quō creuerit.

; Quod dic ut no. extra de reſcri. cū adeo. [illegible] gl. ij.

Diuitiæ facilius ī ciuitate, quā extra cōgregantur.

Cōmēdare eſt deponere.

Rela-

[a] R Elatio. Cardinalē. id eſt, proprium epiſ. Canonice. Nūquid talis forma erit in literis procuratoris, ut ſic ſcribatur: quicquid canonice uel legitime per eū fuerit ordinatum, ratum habeo? Certe nō, ut ff. de procur. ſi procuratorem. extra de confirma. cum dilecta. in fine. Nam ſi ille legitime aliqd fecerit procurator, nō reſcinditur ſententia, ut C. de procuratoribus. ſi pcurator. extra de officio iudicis delegati. cū olim. Ioā. Certe talis procuratio non ualet: [1] quia ſemper diceret dominus illū non eſſe legitimū actum. & uidi per dominum Hugonē talē procuratorē conſilio reprobari. Bar. Brix.

[b] Illud. Deſinas. ſ. diſtin. lxxxix. c. j. contra. Ioan. Sed illud eſt ius commune, hoc ſpeciale. vij. quæſt. j. petiſti. B.

[d] Subtrahamus. Niſi illud apponeretur, ſtatim quam cito confirmaſſet eū in ſcō epiſcopatu, uacaret primus. extra de elec. cū in cūctis. ĩ. e. q. ij. ſi qs iā tranſlatus. ſecus tamē in alijs beneficijs eſt. nā ibi in recipiendo unū, nō uī renūciare alij. extra de teſtam. officij. [2] nam et ſi uxor recepit ſibi aliquod legatū à uiro, non ideo renuntiat doti. C. de rei uxor. acti l. unica. §. ſciendum. Io. de Fant.

Q Vi uero. relicta. Hæc qō. diuiditur in quatuor partes. In prima probatur quod nemo ſine literis cōmendatitijs epiſcopi ſui, poteſt tranſire ad aliam eccleſiam. & hoc probat per capit. ſequent. Secunda ibi, Si quis iam certa ibi, Sicut autē. Quarta ibi, Conductitijs. Ioannes de Fant.

† Epi. 13. c. 31. li. 2.

[1] Et ſic uides qꝫ epſ terraconē ſis uocabat cardinalis, ſicut & canonici Rauenna tes, necdū tale nomen erat romæ ubi poſt ea fuit recē ſū. no. qꝫ i originali Greg. ſūt hæc uerba: de auctorita. noſtra. terraconenſi eccle. cardinalē cōſtituimus ſacerdotē. q̄ uerba Gre. hic omiſit.

[2] Cū iſta gl. cōcor. Bal. & Sa. in l. ſi procurator. C. de procur. qbus adde glo. & Pa. de ſeazar. in c. hj. de pcur. & idē no. Bar. in l. q̄ oīa. §. plane. cū l. ſe. ff. eo. & in rub. C. de exercit. l. j. eo. & in l. cū mandati. C. man. & expſſe p Sp. i ti. de pcu. in §. rōe autē. per. itē expitur. Lud. Ro ī l. q bona fide. §. q alieno. nume. 12. de dam. infe.

[3] Ergo ī uerū ti. ut uult Gra. & bene, hodie dantur ppe-

Vnde Gregorius. †

Vnus epiſcopus duabus præficitur eccleſijs.

CAN. V.

R Elatio cleri ſimul & populi Terraconenſis gentis nos ualde lætificat, ob hoc qꝫ de tua fraternitate bona teſtatur, & quia defuncto pontifice ſuo Petro ſibi Cardinalē [a] poſtulant te conſtitui ſacerdotem: eorum deſideria neceſſariò complenda eſſe præuidimus. Tota ergo mentis intentione ita lucrū animarum domino noſtro facere feſtinato, ut digna te merces ante conſpectū eius, in die retributionis inueniat. Quicquid uerò de prædictæ rebus eccleſiæ uel eius patrimonio ſeu cleri ordinatione promotionemve & omnibus generaliter ad eū pertinentibus ſolerter atque canonicè [b] ordinare facereque prouideris, liberam habebis (quippe ut ſacerdos proprius) † modis omnibus facultatē.

Ad eundem.

CAN. VI.

I Lud quoque fraternitatem tuam ſcire neceſſe eſt, quoniam ſic te prædictæ Terra. eccleſiæ Cardinalem eſſe conſtituimus ſacerdotem, ut & Fundenſis eccleſiæ pontifex eſſe nō deſinas, [c] nec curam gubernationemque eius prætereas: quia ita fraternitati tuæ ſæpe dictæ Terraconenſis eccleſię curam iniungimus, ut Fundenſis eccleſiæ tibi iura poteſtatemve nullo modo ſubtrahamus. [d]

Non enim poteſt utriq; præſidere tanquā titulatæ, ſed uni tanquam commendatæ, alteri uerò tanquam titulatæ præeſſe ualet.

QVAESTIO II.

Q Vi uerò [e] relicta ſua eccleſia, ad aliā tranſire uoluerit, nequaquam ſine dimiſſorijs literis ſui epiſcopi ſuſcipiatur.

Vnde in ſeptima ſynodo legitur:

Sine dimiſſorijs literis ī aliena eccleſia cleric⁹ nō ordiētur.

CAN. I.

Q Voniam diuerſarū eccleſiarum clerici ſuas, in quibus ordinati ſunt eccleſias relinquentes, ad alios concurrunt epiſcopos, & ignorante epiſcopo proprio in alienis cōſtituuntur eccleſijs, ubi contingit eos ſine ſui examinatione permanere, præcipimus amodo ut nullus clericorum omnino in quocunq; gradu ſit, licentiam habeat ſine dimiſſorijs [f] literis ſui epiſcopi, [g] in altera conſtitui eccleſia. Qui uerò hoc amodo non obſeruauerit, ad opprobrium [h] eius qui ordinauerit eum, deponatur, tam ipſe, quā qui eum ſine ratione ſuſceperit.

Item ex concilio Hiſpalenſi. †

Ad aliā eccleſiā trāſire clerico non licet, ſi ṫ proprijs miniſterijs ſua fuerit deſtituta.

[e] Qui uero. Hæc quæſtio terminatur lxxj. diſtin. ca. j. ij. & iij. Sed quid ſi quis epiſcopus receperit clericum alienum? De hoc uariæ pœnæ ſtatuuntur. Quidam canones dicunt, utrunque eſſe excommunicandum quouſque clericus reuertatur, ut lxxj. diſtin. clericos. Sed dicitur hic in c. j. quod uterque ſit deponēdus. In ij. cap. dicitur, quod eſt remouendus ad tempus ab officio. Vnde cū diuerſæ pœnæ ſint ſtatutæ, iudex poteſt infligere quā magis uiderit expedire. extra ut lite non conteſtata. quoniam. §. ſi uero. extra de offic. delega. de cauſis. Io. de Fantu.

Q Voniam diuerſarum.

[f] Dimiſſorijs. Patet enim quod nō ſufficit in tali tranſlatione tacitus cōſenſus epiſcopi: ut lxxj. diſtin. c. j. ſed ſolennis actus ſic. C. de emanci. l. iij. Sed ſi ad eccleſiam eiuſdē epatus trāſiret, ſufficeret nudus & tacitus conſenſus: qa tacitus conſenſus diſſoluit matrimoniū carnale, ut xxxiij. q. v. qui uxorem. & eſt ratio quare à priori erit abſolutus, quia nemo poteſt duobus dñis ſeruire, ut ē. eade quæſtione j. cap. j. Sed ſi aliquis haberet præbendas in diuerſis epiſcopatibus, ab utroque poſſet iudicari, & ordinari. Et ſic unus epiſcopus poſſet ordinare clericum alterius: quod eſſe non debet: & ita ſequeretur impoſsibilitas iuris.

[g] Sui epiſcopi. Sufficit habere literas ſolius epiſcopi, ubi epiſcopus notus eſt: ſed in remotis epiſcopis requiruntur quinque ſigilla: ut extra de cleric. peregri. capitulo. j.

[h] Ad opprobriū. Eadem pœna ſtatuitur, cum epi-

Ee 4 ſcopus

tuo in cō mēda. [redacted]

Vbi de hoc. & ĩ. e. q. 1. ſi qs iā. ibi uideas.

† Spalē. ij. c. iij.

ſcopus inſtituit aliquem inultis patronis.xvj.quæſt. vij.decernimus.

a Placuit. Exceptionis.i.excuſationis.

b Reſtituat. Et ſic pōt peti reſtitutio clericorū.

c Cingulo.i.in executione non deponitur, vt ſequitur.

CAN. II.

Placuit ut ſi quis clericus miniſterijs eccleſiæ propriæ deſtitutis, ad aliam tranſitum fecerit, cōpellente ad quem confugerit ſacerdote, ad eccleſiam, quam prius incoluerat, reuertatur. Qui uerò eum ſuſceperit, nec ſine ullo ſtatim niſu exceptionis [a] ad propriam eccleſiam remittendum elegerit, quādiu eū reſtituat, [b] cōmunione ſe priuatū cognoſcat, deſertoré autem clericū cingulo [c] honoris atq; ordinis ſui exutū, aliquo tempore monaſterio relegari cōuenit, ſicq; poſtea in miniſterium eccleſiaſticis ordinis reuocari. [d] Nam non poterit in talibus propagationibus [e] aboleri licentia, [f] niſi fuerit in eis per correctionem diſciplinæ ſubſecuta correctio.

Obijcitur autem illud Calcedonen.concilij.

Nihil commune habeat cum eccleſia priori, qui de una ad aliam tranſlatus eſt.

CAN. III.

Si quis iam tranſlatus [g] eſt ab una eccleſia in aliā, nihil habet cōmune cū priori, ſiue ſub eccleſia [h] cōſtitutis martyribus, ſiue in parochijs, uel xenodochijs, aut eorū negotijs. Eos uerò qui auſi fuerint poſt ordinationem huius magnæ & uniuerſalis ſynodi agere quæ prohibita ſunt, ſtatuit ſancta ſynodus cadere à ſuo proprio gradu.

d Reuocari. Ipſo iure, ſicut ille, cui ad tempus interdictum eſt poſtulare.ff. de poſtulan. Imperatores.

e Propagationibus. Propagatur enim vitiū per malum exemplū. xj. quæ.iij. præcipue.

f Licentia.i. impunitas.

Si quis iam. Hęc eſt ſecūda pars quæſtionis, ſecundum Io. de Fantu.

Beneficiatus trāſiēs de una eccleſia ī aliā, an ſtatim pdat primam?

g Translatus. Translatum eū intelligo, cū eſt confirmatus & adeptꝰ poſſesſionē, vt extra de elec.cum in cūctis.ſed propter ſolam cōfirmationem nō perdit ius qđ habuit in priori eccleſia, niſi adeptus ſit poſſesſionē, vt xcij. diſtin. ſi qui epiſcopi. Et intellige, qñ ē trāſlatus de authoritate epiſcopi ſui, & in eo caſu poteſt intelligi extra de conceſ. præben.& eccl. non uac. literas. & extra de præben. de multa. alioqui ſi ſine licentia epiſcopi tranſit, non ipſo iure uacat prior eccleſia: imò prior epiſcopus poteſt eum repetere, ut vij.q.j.non oportet. & capit. ſi qui uero. Vel dic, quod uacat quantum ad ipſum. Ioan. Ego credo quod prior eccleſia eum poſsit repetere, cum eo ſit ſpoliata: ut extra de reſtitu.ſpol.per totū. B. Item ſi aliquis recepit beneficium ſimplex in alia eccleſia, non ideo perdit priorem eccleſiam, uel præbendam, dummodo non ſumat illam pro titulo. Poſſunt enim canonici dare ſimplex beneficiū non canonico, ut extra de magiſt.quia nonnullis. & xvj. quæſtione.j.poſſeſsiones. Sed nūquid epiſcopi poſſunt diſpēſare circa pluralitatem beneficiorum, cū dicatur in illa conſtitutione, de multa, quod per ſedē apoſtolicam pōt diſpenſari? Et probo ꝙ poſſunt, quia à canone permittitur eis diſpenſatio.lxxj.diſt.ſanctorū. & ſicut habet poteſtatem circa epiſcopatus, ſic epiſcopi circa eccleſias. extra de exceſsi prælatorum.ſicut unire. Item quia legiſlator ſibi non ſeruauit ſpecialiter diſpenſationem, cum dixit Romanum pontificem poſſe diſpenſare, ergo alijs permiſit, ut extra de ſenten. excommu. nuper non enim dicitur in conſtitutione, ſolum Papam poſſe diſpenſare. ſed aliud eſt dicere ſolum Papam, & aliud Papam: ut extra de teſta. requiſiſti. Non enim credendum eſt Papā uelle iura aliorum diminuere: ut xcix.diſt. ecce.& cap. nullus. Et quicquid facit intelligendum eſt ſine præiudicio aliorum e͞porum facere, ut ix. q.iij. nunc uero. C. de emāc. nec anus. nec inde naſci debet iniuriarum occaſiō, unde iura prodierunt, ut extra de accuſa. qualiter. & C. unde ui. meminerint. Nec dicitur in conſtitutione quod Romanus pontifex debet diſpenſare, ſed ꝙ poteſt diſpenſare. Sed per hoc verbum pōt, non imponitur neceſsitas.ff. de officio præſid.l.ſæpe.& l.ſequen.& licet de Romana ſede dicatur, non ideo excluditur de alijs, argum. ij.qō. vj. ca.ad Romanā. Et niſi expreſſe corrigatur, vetꝰ ius manebit ſimul cū nouo, vt C. de appel. pręcipimus.in fin. & quoties noua actio vel nouū ius indulgetur, vetus nō tollit, niſi hoc expreſſe dicatur. ff. de actio. & obli. quoties.xxxv. qō. iij.de inceſtis. in fi. & adde rōnes quas dixi lxx. diſtinct. ſanctorum. E contra videtur, quod non poſſunt: quia etiā iure antiquo priuabatur epiſcopus iure dandi plura beneficia. Vel ex gratia quadam poterat ille, q habuit plures eccleſias, eligere vnam quam volebat. extra de præben. qa. & capi. referente. Item cum Papa tā tū exprimatur, ergo alij nō poſsūt. xcv. diſtinct. illud. nam quod de vno dicitur. de alio negatur xxiij. quæſtione iiij. forte. xxv. diſtinct. qualis. ſic argumentatur. Innocē. extra de his quæ fi. à præla. cum apoſtolica. & capi. tua. & quæ Titio nubere iubetur, omnibus alijs nubere prohibetur.ff. de condit. & demonſtra. cum ita. Ad hoc poteſt dici, quod ſolus Papa poteſt diſpenſare quod aliquis ſit intitulatus in diuerſis eccleſijs diuerſorū epiſcoporum. Nam in hoc caſu, uidetur ſequi impoſſibilitas iuris: quia qua ratione debet recipere ordines ab uno, & ab alio: & ſtare mandato unius & alterius. cum tamen mandata illorum poſſent eſſe contraria, & ille iurauit obedire utriſque. Item quia nemo debet ordinare clericum alterius diœceſis, uel recipere ſine dimiſſorijs literis, per quas ſit abſolutus à priori. Et quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire: hanc impoſsibilitatem iuris ſolus Papa poteſt temperare. Vel facias uim in eo quod dicit maioribus, [i] ut ſolus Papa poſsit diſpenſare de maioribus, epiſcopi autem de minoribus. Item in eo fac uim cum dicit, cum ratio poſtulat, id eſt, ſi talis eſt caſus quod epiſcopus non poteſt diſpenſare. Item non dico eum ſtatim priuatum priori eccleſia, niſi quando de licentia epiſcopi tranſit. hoc enim nō poteſt fieri ſine dimiſſorijs literis s͞. eadem. quoniam. Nam ſi ſine licentia tranſit, poteſt reuocari à priori, ut ſeptima, quæſtione prima. non oportet. & capit. ſi qui uero. Vel ad cautelam epiſcopus commendat ei ſecundam eccleſiam, uel det ei ſub conditione, ſi poterit obtinere diſpenſationem. Et adde quod dixi lxx. diſt. ſanctorum.

h Siue ſub eccleſia.i. ſiue prior eccleſia fuerit monaſterium, ſiue parochia, &c. nil ſe intromittat amodo de negotijs prioris eccleſiæ.

Epiſcopi an poſsit circa bn͞fiſiciorum pluralitatē diſpenſare.

Vetus ius non tollitur nouo ſupueniente, niſi expreſſe dicatur.

Reſpōſio ſecundæ quæſtionis.

[i] Scilicet decret. & multa. aliud eſt transferri authoritate ſuperioris. bene & canonice ſoluit. nā hæc ſententia inuenitur in canonibus. 7.q.1. mutationes.

Sicut

Aliud eſt transferri, atq; aliud propria temeritate trāſire: illud apoſtolica authoritate fieri licet, hoc uerò omnibus modis prohibetur.

3 *Sicut antē duabus eccleſijs unus pręponi nō debet, ita nec una eccleſia īter plures diuidi ualet.*

Vnde in Remēſi concilio legitur.

Vna eccleſia duobus ſacerdotibus diuidi non poteſt.

CAN. IIII.

SIcut in unaquaq; eccleſia unus presbyter debet eſſe: ita ipſa quæ ſpōſa uel uxor eius dicitur, nō pōt [a] diuidi inter plures presbyteros, ſed unum tantūmodo habebit ſacerdotē, qui eam caſtè & ſyncerè regat. Vnde interdicimus, ut nullus præſumat eccleſiam inter duos uel plures diuidere, [b] quia eccleſia Chriſti, uxor & ſponſa debet eſſe, nō ſcortum: ſicut Calixtus Papa teſtatur.

4 *Cōductitijs* [c] † *quoque presbyteris eccleſia committi non debet.*

Vnde innocentius ij.

Conductitijs presbyteris eccleſia non committatur.

CAN. V.

PRæcipimus etiam ne conductitijs [d] preſbyteris eccleſia cōmittat: ſed unaquæq; eccleſia (cui facultas ſuppetit) propriū habeat ſacerdotem.

QVAEST. III.

QVòd autē [e] clerici ſecularīū negotiorīū procuratores eſſe nō ualeāt, authoritate Carthaginēſis cōcilij primi ꝓbatur: in quo Nicolaus Papa epiſcopis Caſtilianis dixiſſe legitur.

PALEA.

PEruenit in ſanctā ſynodū quia de eis, qui in clero cōnumerant̄, quidam propter turpis lucri gratiā maiorum poſſeſſionum cōductiones et ſeculares cauſas ſuſcipiāt, et ſeipſos quidē à miniſterijs ſanctis ꝑ deſidiā ſeparēt, ad domos autē ſecularīū concurrāt, & ſubſtantiarū eorum gubernationes auaritiæ cā ſuſcipiāt. Decreuit igitur ſancta ſynodus, nemīnē deīceps eorū, hoc eſt nō epiſcopū, ſiue clericū aut monachū, cōducere poſſeßiones, aut miſceri ſecularibus procurationibus, niſi fortè q legibus ad minorū ætatū tutelas, ſiue ꝓcurationes inexcuſabiles attrahantur, aut cui ipſius ciuitatis epiſcopus eccleſiaſticarū rerū cōmiſerit gubernacula, uel orphanorum aut uiduarū quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarū, quæ maximè eccleſiaſtico īdigēt adminiculo, ꝑp timorē Dei. Si quis uerò tranſgreſſus fuerit hæc ſtatuta, correctioni eccleſiaſticæ ſubiaceat.

Itē ex cōcilio Carthaginēſi primo Nicolaus epiſcopus Caſtilianis † *dixit.*

Qui clero annexi ſunt, ſecularium poſſeßionum procuratores non fiant.

CRedo placere ſuggeſtionem meam ſanctitati ueſtræ, & diſplicere uobis, ut qui ſeruiunt Deo, & annexi ſunt clero, accedant ad actiones [f] ſeu adminiſtrationes [g] uel ad procurationes do-

† Imo legendū eſt Nicaſius epiſcopus culuſitanus dixit, ut patet ī cōci. Carthaginēſi primo. capi. vj.

---

[a] Sicut. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, ſecundum Ioannem de Fantu.

[a] SIcut. Non pōt. Supra xvj. quæ. j. ne pro cuiuslibet. ex̄. de filijs presbyte. propoſuit. contra. vij. quæſtione j. illud. Sed plures poſſunt eſſe in eadē eccleſia, ſed tātum erit unus prælatus.

[b] Diuidere. Ita quod maneat. Sed ſi eſt eccleſia uel ꝓbenda abundans, de ea bene pōt epiſcopus facere plures eccleſias uel ꝓbendas, dum tamē eccleſiæ non ſint ſub eadē limitatione: ut xvj. quæſtione j. plures. ſicut de una prouincia fiūt plures, ut x. diſtinctio. lex Imperatorū. & 101. diſtinct. peruenit. & de duabꝰ eccleſijs fit una: ut extra de exceſſi. prælato. ſicut. ecōtra de una duæ, ut extra de eccle. ædifi. ad audiētiam. Ioan.

Eccleſia abundans ꝑ epiſcopū in plures diuidi poteſt.

[c] Cōductitijs. Hęc eſt iiij. pars q. ſecūdum Io. de Fant.

Presbyteri conductitij q dicuntur.

[d] PRæcipimꝰ. Conductitiis. Conductitios appellat eos, quibus ꝓ certo ꝑtio cōmittitꝰ cura animarū. hoc. n. eſt iniquum, ut extra ne præla. quoniā. alias ſi prælatus aliquis alicuius eccleſiæ habeat ſecū ſacerdotem ſub annuo cenſu, non eſt iniquum, & ſi peregre uadit, & pro certo pretio interim aliquem conducit. poteſt ergo quis conducere operas ſacerdotis alicuius, etiā uſq; ad ſeptennium. extra ne ꝓlati uices ſuas. c. quęrelam. Sed non regimen animarū, † ut extra eodem titulo. quoniam. Vel dic conductitios preſbyteros appellari uicarios quia ꝑ uicarios non debet quis regere eccleſiam, ut extra de cler. non reſid. c. quia nonnulli.

† [redacted]

† Vide q not. ſ. j. q. 3. in prin. §. his ita.

Vicarij cōductitij presbyteri dici poſſunt.

[e] QVod aūt. Hæc quæſtio expedita eſt ſupra xv. quæſt ij. in ſumma. Dicitur enim quis exercere ſecularia negotia tribus modis. Vno modo ſi aliquid ematur ut carius uendatur, & hoc non licet. De hoc tractatur lxxxviij. diſt. per totū. Quandoq; idē eſt, quod exercere cauſas ſeculares: & illud etiam nō licet clericis niſi pro certis perſonis. extra de poſtula. ca. j. Quandoq; idem eſt, quod eſſe procurator rerum ſecularium, ſiue adminiſtrator: nec illud licet clericis. extra ne cle. uel monachi. cap. ij. & capitulo, ſed nec. Quandoq; idē eſt, quod conducere poſſeſsiones à laicis. hoc nō eſt iter dictā eis clericis, qn̄ indigent: quia hoc etiā licet monachis, ut extra de decimis. dilecti.

Clerici an poſsit negotia ſecularia exercere.

[f] CRedo. Ad actiones. ſ. cauſarum.

[g] ſeu adminiſtrationes. ſ. rerum ſecularium.

Domo

morũ [a] ſeculariũ. Gratianus eṗs dixit, apoſtolorum ſtatuta ſunt, quæ dicũt, Nemo militãs Deo, implicet ſe negotijs ſecularibus. Proinde aut clerici ſint ſine actionibus domorum, aut [b] actores ſine officio clericorũ. Vniuerſi dixerunt: Hoc obſeruemus.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

De eodem.

CAN. II.

PLacuit ut epiſcopi, presbyteri, & diaconi, uel quicunque clerici non ſint conductores [c] aut procuratores neque ullo turpi uel inhoneſto [d] negotio uictum quærant, quia reſpicere debẽt ſcriptum eſſe: Nemo militans Deo, implicet ſe negotijs ſecularibus.

Itẽ ex epiſtola [†] Cypriani ad presbyteros & diaconos & plebem Furnenſem.

Seculariũ negotiorũ procurationẽ clerici nõ ſuſcipiant.

CAN. III.

CYprianus presbyteris, diaconibus, & plebi Furnis conſiſtentibus, ſalutem. Iampridem concilio epiſcoporum eſt ſtatutum, ne quis de clericis & Dei miniſtris tutorem [e] ac curatorẽ teſtamento ſuo nominauerit, quãdoquidem ſinguli diuino ſacerdotio honorati, & in clericorũ miniſterio cõſtituti, non niſi altari & ſacrificijs deſeruire, & precibus atque orationibus uacare debeant. Scriptum eſt enim: Nemo militans Deo, implicet ſe negotijs ſecularibus, ut poſsit placere ei, cui ſe probauit. [f] quod enim epiſcopi & anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes, & ſalubriter prouidentes, cenſuerunt ne quis decedens ad tutelam uel curam clericũ nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione [g] eius celebraretur. Neque enim ante altare Dei merẽtur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros uolunt auocare.

Item ex eadem.

Non licet clericis mollitijs & ſecularibus rebus obligari.

CAN. IIII.

MOllitijs [h] & ſecularibus rebus, laqueiſq; obligari non debent, qui diuinis rebus & ſpũalibus occupati ſunt: nec ad terrenos & ſeculares actus uacare.

Item ex eadem.

Secularibus negotijs clerici non alligentur.

CAN. V.

SI qui [i] in eccleſia domini ad ordinationem clericorum promouẽtur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocentur, nec moleſtijs & ſecularibus negotijs alligentur: nec ab altaribus & ſacrificijs recedant, ſed die [k] noctuque cæleſtibus rebus & ſpiritualibus ſeruiant.

Item ut ſupra Cyprianus.

De eodem.

CAN. VI.

SAcerdotium [l] religioſè decretũ & neceſſariè factum ſeruetur [m] a nobis, ſimul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis ſacerdotes & miniſtros Dei altari eius & eccleſiæ uacantes, ad ſeculares moleſtias deuocet. Obſeruari decætero poterit, ne quis ultra hoc faciat circa perſonam clericorum, ſi quod factum eſt, fuerit uindicatum.

QVAESTIO IIII.

QVòd uerò [n] *fulgidis & claris ueſtibus eis ornari non liceat, in ſeptima ſynodo iubetur, in qua ſic ſtatutum eſt.*

2. Timo. 2.a.

[a] Domorum. Id eſt, familias laicorum, ut procurent laicorum familiã in uictu.

[b] Aut. Non intelligas quod eis detur optio: ſed iſtud aut, ponitur continuatiue. ſic ponitur lxxxviij. diſt. cõſequens. & xlv. di. diſciplina. Ioã. de Fantu.

[c] PLacuit. Cõductores. ſ. ſci. ſ. ut ipſi p̃ſtent tributum & uectigal. eccleſia enim nõ debet recipere poſſeſsiones grauatas tributis: imo ſi hẽt, deferet eas, ut x. q. ij. hoc ius. §. item prædium. Vel appellat hos cõductores, qui aliquid cõducunt, ut alijs carius locẽt. Et eſt ſimile. C. loca militis.

† Habetur cõcil. iij. c. xv.

2. Timo. 2.a

[d] Inhoneſto. Quia honeſto poſſunt, ut xcj. di. clericus uictum.

[e] CYprianus. Tutorem. Tutelam teſtamentariã non recipiẽt clerici, ſed legitimam poſſunt, ſi uolunt, ſed non cogũtur recipere eam. De hoc notaui decimaſexta, quæſt. prima. gñraliter. & lxxxvij. diſtinc. peruenit.

Clerici an poſsint eſſe tutores

[f] Probauit. Id eſt, deuouit.

[g] Pro dormitione. i. morte. Nunquid ergo talis eſt excommunicatus? non: ſed ideo fit, quia impœnitens decedit. Dicunt tamẽ quidã hoc eſſe dictum ad terrorẽ, ut extra de rap. ſuper eo. & de torpea. cap. j.

[h] MOllitijs. i. delicijs.

[i] SI qui. Vnde tunc non poſſunt uocari in ius. ff. de in ius uo. l. ij.

[k] Sed die. Horis tamen interpollatis. ſic ſumit xxxvj. diſ. ſi quis uult. & ff. de condit. & demon. ſi quis ita. ubi dr̃, q̃ ſi alicui taliter legatũ eſt ut cum filijs habitet, nõ requiritur quod quolibet momento ſit cũ eis. [1]

[1] Delicijs. [redacted]

2. Timo. 2.a

[l] SAcerdotiũ. Id eſt, cõſtitutio de ſacerdotibus.

[m] Seruetur. Hęc ſunt uerba conſtitutionis uſq; ad illum locum obſeruari.

[n] QVod uero. Nota q̃ uſus ueſtium nõ deſpicitur, ſed abuſus. ſ. iactãtia & uoluptas: quia in uictu nõ refert, quis, uel quid, uel quantum comedat, dũmodo non guloſe ſumat: ut xlj. diſt. quiſquis. & cap. deliciæ: idem dico in ueſte, ut xlj. diſtin. parſimoniã. & hic in capitu. primò. Poſſunt

[1] Ad idẽ ff. de an. leg. l. Meuia. i pri. & §. j. & ſic ẽt nota. 21. diſ. ſacroſancta. unde & ſi per quatuor mẽſes ſeruiat, totus anni reditus conſequi ut [illegible] ff. de ann. leg. à mulis. Io. de Fant.

[redacted]

Corripiantur clerici, qui unguentis, & claris ueſtibus & fulgidis laſciuiunt.

CAN. I.

OMnis iactātia & ornatura [a] corporalis, à ſacrato ordine aliena eſt. eos ergo epiſcopos uel clericos, qui ſe fulgidis & claris ueſtibus † ornant, emendari oportet. quòd ſi in hoc permanſerint, epitimio [b] contradantur. ſimiliter & eos qui unguentis [c] unguntur. Quoniam uerò radice amaritudinis exorta, contaminatio facta eſt in eccleſia catholica Chriſtianos calumniantium hæreticorum: hi, qui hanc receperunt, non ſolùm imaginarias [d] ſcripturas abominati ſunt, ſed etiam omnem reuerentiam repulerūt, eos, qui religiosè ac piè uiuūt offendentes: ac per hoc completur in eis, quod ſcriptum eſt: Abominatio eſt peccatori Dei cultus. Igitur ſi inuenti fuerint deridētes eos, qui uilibus & religioſis ueſtibus amicti ſunt, per epitimium † corrigantur.

Priſcis enim temporibus, omnis ſacratus uir cum mediocri aut uili ueſte conuerſabatur. omne quippe, quod non propter neceſsitatem [e] ſuam ſed propter uenuſtatem accipitur elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Baſilius: ſed neque ex ſericis texturis ueſtem quis uariatam induebat, neque apponebat uariorum colorum ornamēta in ſummitate [f] ueſtimentorum. audierant enim, quia qui mollibus ueſtiuntur, in domibus regum ſunt.

Item ex octaua ſynodo.

Clerici ſiue in itinere ambulantes, ſiue alibi degentes, congruis ueſtibus ſibi utantur.

CAN. II.

NVllus eorum, qui cō numerantur in clero, ueſtimentum indecēs habeat, ſiue in ciuitate degens, ſiue in itinere [g] ambulans, ſed ſtolis [h] utatur, quæ conceſſæ ſunt clericis. Si uerò quis tale quid fecerit: per unam [i] hebdomadā ſuſpendatur.

Item Zacharias papa.

Non ſecularibus ueſtibus, ſed ordini ſuo conuenientibus clerici utantur.

CAN. III.

EPiſcopi, presbyteri, diaconi ſecularibus indumentis nō utanẽ, niſi (ut cōdecet) tunica ſacerdotali [k] ſed neq; dū ambulauerint in ciuitate, aut in uia, aut in plateis ſine operimēto [l] præſumāt ambulare, p̄terquā ſi in itinere longo tēpore ambulauerint: quia ſicut mulier orās in eccleſijs nō uelato capite, deturpat caput ſuū (iuxta apoſtolicam uocem) ita ſacerdos ſine operimento deturpat ſacerdotium ſuum, quod ſi temerè præſumpſerit contra ſtatuta agere, cōione priuetur, donec quæ ſtatuta ſunt, adimplere maturet. 1.Cor.11.d

Item Leo papa.

Extra domos ſine proprio ornatu, ſacerdotes non appareant. CAN. IIII.

SIne ornatu ſacerdotali, extra domos ſacerdotes apparere nullo modo conuenit, ne (ut aliquis ſecularium) [m] iniurias patiantur. contrarius deniq; inuentus aut deſinat, aut canonicæ ſubiaceat diſciplinæ.

Item Innocentius papa ſecundus.

De eodem.

Careant beneficijs eccleſiaſticis, qui corrigi ab epiſcopis contemnunt. CAN. V.

PRæcipimus ut tā epiſcopi, quàm clerici in ſtatu mentis, in habitu corpo-

---

Veſtes ſerantur ſecundū regionis cōſuetudinē

Poſſunt ergo clerici ſecūdum cōſuetudinē regionis, pretioſis ueſtibus uti, ut conformēt ſe moribus eorum, inter quos uiuunt & ne uileſcat dignitas clericalis: ar.lxxx.di.epiſcopi. ſed rubeis & uiridibus pānis non utentur, oēs deſuper habebūt clauſas ueſtes. extra de uita & honeſt.clericorū. Clerici purpuram & cendatū poſſunt ferre. Nā ueſtis domini purpurea fuit. nec tenet illud quod legitur extra de uita & hone.cleric. ſtatuimus. qa non fuit per uſum utētium approbatū, ſicut nec illud Grego.vij. extra de appell. meminimus. Grego.tamen dicit, quod ſi cultus pretioſarū ueſtiū non eſſet in culpa, ſermo Dei nō tam manifeſte exprimeret, quod diues indutus purpura & byſſo deſcendit ad inferos. de pœnitētia. di.iij.c.cauendū. ſ; illud nō obſtat, qa ſine charitate erat. nā propter diuitias quis non dānaret. xxx. diſtin. c.hæc ſcripſimus.

Pannis rubeis & uiridib. non utant clerici.

[illegible]

Prouer.15

† Id eſt, mulctato re.

a OMnis iactātia. Ornatura. q̃ ſit cauſa uoluptatis. alias ſecus: ut xlj. di. parſimonia. & c. deliciæ.

Epitimiū quid ſignificat.

b Epitimio. id eſt, ſuſpenſioni unius ſeptimanæ: ut j.c. proxi. Vel epitimium dicitur increpatio uel eſt genus pœnæ.

c Qui unguentis. Non propter ægritudinē, ſed ut melius redoleant propter uoluptatem, quod non licet. xcij. di. cantantes. & de conſec diſt. iij. cap. peruenit.

d Imaginarias. in qbus imaginamur & reſpicimus con

Mat.11.b

ditionē noſtram.

e Neceſsitatem. id eſt commoditatē & honeſtatē. [1]

f In ſummitate. i. in limbo.

g NVllus. In itinere. Niſi fuerit iuſta cā timoris. extra de uita & honeſt.cleri.cap.clerici.

h Stolis. id eſt, ueſte talari, ſup pellicio, uel cappa.

i Per unam. Nota de ſuſpenſione unius ſeptimanæ. ſic de conſec. diſt. ij. ſi quis per ebrietatem. & v.q.ij.c. præſenti.

k EPiſcopi. Sacerdotali. i. talari: ut xxiij. diſtin. c. non liceat.

l Operimento. id eſt, ſine cappa, uel pallio.

m SIne ornatu. Secularium. Ero uidet, quod qui uerberat tales non ſit excōmunicatus. extra de ſenten. excō. in audiētia. ſed hoc nō eſt uerum, ut notaui xvij. q. iiij. capit. quiſquis. Ioan. de Fano.

PRæcipimus. Suum

[1] Bene dicit: nam ſi ſolum neceſsitatē attendas, pellis caprina ſufficeret. qd' non eſt uerum xlj. di. par ſimoniā. §. ul. ſecūdum Ioā. de Fau.

ris Deo & hominibus placere ſtudeant,& nec in ſuperfluitate ſciſſuræ,aut colore ueſtium,nec in tonſura,intuentium (quorũ forma & exemplum eſſe debent) offendant aſpectum ſed potius quod eorũ deceat ſanctitatẽ.quòd ſi moniti ab eis † emendare noluerint, eccleſiaſticis careant beneficijs.

QVAESTIO V.

Qvum uerò [a] epiſcopũ relinquere, et ab officio ſuo diſcedere,atq; ad ſecularem iudicem confugere,nulli licet.

Vnde in Agathenſi concilio legitur.

Clericus ad iudicem ſecularem confugiens,de communione eccleſiæ depellatur.

CAN. I.

PLacuit ut clericus ſi relicto officio propter diſtrictionem ad ſecularem iudicem fortaſſe confugerit,& is,ad quem recurrit,ſolatiũ ei defenſionis impenderit,cum eo de eccleſiæ communione pellatur.

Item ex concilio Antiocheno.

Presbyter uel diaconus ab epiſcopo depoſitus imperatorem non adeat.

CAN. II.

SI quis à proprio epiſcopo depoſitus presbyter uel diaconus, aut etiam à ſynodo quilibet epiſcopus fuerit exauthoratus,moleſtiam imperialibus [b] auribus inferre non præſumat, ſed ad maiorum epiſcoporũ ſynodum ſeſe conuertat; & quæ ſe putat habere iuſta, in eorum cõcilio alleget, atq; ab his de ſe expectet quæ fuerit deprõpta ſententia: quòd ſi deficiens puſillanimitate hoc noluerit facere,ſed importunus fuerit Imperatori, huiuſmodi nullam ueniã [c] habere, neq; locũ ullius aſſertionis ſuæ,nec ſpem recipiendi gradus habeat in futurum.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto.

Non defenſetur ab aliquo qui epiſcoporũ iudicio dãnatur.

CAN. III.

SI quis cuiuslibet honoris clericus iudicio epiſcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum ſiue ab eccleſijs,quibus præfuit,ſiue à quolibet homine defenſari,interpoſita pœna [d] damni pecuniæ, atq; honoris, quo nec ætatem [e] nec ſexum excuſandum eſſe præcipimus.

Item ex concilio Arelatenſi tertio.

Communione priuetur,qui eccleſiaſtica diſciplinæ regulam fugientem defenſare præſumit.

CAN. IIII.

SI fortè aliquis clericorum regulã diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubterfugiens fuerit euagatus, quicunque eum ſuſceperit, [f] & illum pontifici ſuo non reconciliauerit, ſed magis defenſare præſumpſerit eccleſiæ communione priuetur.

Item ex concilio Martini Papæ.

Spe reconciliationis careat,qui ab epiſcopis condemnatus Imperatorem adierit.

CAN. V.

SI quis epiſcopus,presbyter, aut diaconus excõicatus in cõcilio iniuſtè ſe quæritur cõdemnatũ,ad maiorũ epiſcoporum conciliũ reuertatur:ut eorũ inquiſitionẽ & iudiciũ expectãs,ſi quas ſe iuſtas cauſas hr̃e putat,illis exponat,ſi autẽ contẽpſerit,& importãs ſe palatio [g] aures principum inquietare uoluerit, hic ad nullam ueniam poterit peruenire, neque ſpẽ futuræ reconciliationis habebit.

Item Greg.Conſtantino Auguſto. †

Epiſcoporum cauſæ coram principibus examinari non debent.

CAN. VI.

SI epiſcoporum cauſæ mihi commiſſorũ apud pijſsimos dominos aliorum

[a] Qvũ uero. Hæc qõ determinatur xj.q.j. cap. placuit. & in cap. quicunque.& cap. inolita.

[b] SI quis à proprio. Imperialibus.ab Imperatore non poteſt peti cognitio publicorũ iudiciorũ: ſed epiſcopale iudiciũ põt peti ab eo. xj.q.j.cap.placuit ut quicunq;.

[c] Nullã ueniam. Idem eſt in eo,qui excõicatus celebrat.xj.q.iij. ſi qs epiſcopus.idem in eo qui tranſit ad aliã eccleſiã authoritate ꝓpria. vij. q.j.c.ſi qs pſbyter.

[d] SI quis cuiuſlibet. Pœna. Argumen.pœnam pecuniariam poſſe infligi ab eccleſia.xxiiij. diſt.quáquã. xviij.diſt.quoniam quidem.xvj. q.j. c.ſtatuimus.& q.vj.cognouimus. & xxiij. q. v. cap. de Liguribus.

[e] Nec ætatem. dũmodo ſit capax doli, ut de conſec.di. iiij.c.eos. extra de deli pu.c.j. B.

[f] SI forte.Suſceperit. ad defendendum.

SI quis epiſcopus. CASVS. *Statuit Martianus papa in hoc c. qḋ ſi eps̃ uel alius clericus conqueritur ſe iniuſte dãnatũ recurrat ad cõciliũ epõrũ,& ibi ſi quas habet innocẽtiæ cãs, alleget. ſi autẽ noluerit ad principẽ recurrere,nullam ſpẽ futuræ reconciliationis habebit.*

[g] Palatio. Nullus enim eps̃ uel præſbyter ſine cõſcientia aliorũ epõrum ibi ad imperatorem.xxiij.q.viij.c. ſi quis epiſcopus.

SI epiſcoporũ. CASVS. *Quidã epi,cũ ſuas cauſas corã apoſtolico tractare deberent, refugiũ habebãt ad iudices ſeculares,quod Gregor.ſuis peccatis deputat. De hoc tamen referẽdo gratias deo, ſcribit Conſtantino imperatori, dicens, quod niſi epi cito ad eũ uenerint, canonicã diſtrictionem in eos exercebit.*

Gratias

† Aliàs ab epiſcopis.

† Imo Conſtantiæ Auguſtæ uxori Mauritij, ut patet ĩ epiſtola 34. lib.4. c.78. epiſtolarum Gregorij.

Tribulatus agere debet gratias deo.

Gratias ago. Nõ de facto ipſorũ: quia ipſi peccãt. ſed pro pœna quam ego ſuſtineo: ſicut Iob egit gratias Deo pro ſua pœna, nõ pro perſecutione malorũ, cũ ſic dixit: Sit nomen dñi benedictũ. Vidam epiſcopus.

ea. non eſt. & c. ita ergo. & c. ſi peccatum. Alia cauſa eſt, propter idololatriam. ſicut enim conceſſum fuit ut hoſtias Deo immolarẽt, ne eas offerrẽt dæmonib*, ſic potius permiſſum fuit ut per Deũ iurarẽt, quã p creaturas, ne inciderẽt ĩ crimẽ idololatriæ: ut j. e. cõſidera. Forma autẽ iuramenti, alia fit ſolo ſermone: alia fit interuẽtu alicuius rei ſacræ. Illa q̃ ſolo ſermone fit, ſcd̃m tria tẽpora triplex inuenitur. Aliter enim iurabãt in ueteri lege. aliter in primitiua eccleſia: aliter hodie. In ueteri lege iurabatur. Viuit Dominus: Viuit anima mea: hæc addat mihi dominus: ut j. e. & iurabũt. In primitiua eccleſia iurabaẽ, teſtis eſt mihi Dominus: teſtis eſt mihi conſciẽtia: hoc dico corã Deo: ut j. ca. ſi peccatũ. Hodie iuratur, p Deũ. & ſic me Deus adiuuet: ut xxxv. quæſt. vj. de parẽtela. Pœna periurij ẽ, ſicut de alijs mortalibus: ut j. ea. q. c. ult. & fit ĩteſtabilis: ut j. e. q. v. paruuli. huic aũt quæſtioni propoſitæ breuis daẽ ſolutio: quia iuramentũ nõ eſt præſtandũ, niſi in dubijs & neceſſarijs, cum pigri ſint homines ad credendum: ut j. e. ita. & c. peccatum eſt.

Iuramẽti forma.

Iuramenta legis ueteris.

Iuramenta primitiuæ eccleſiæ.

Matt. 5. f

Iacob. 5. e

Pœna periurij.

[illegible]

Caſ. 575.

In ſuperiori cã tractatũ eſt de obedĩẽtia clericorũ erga ſuos epõs. Sed quia quãdoq; quis iurat ſe ſuo prælato nõ obedire: ideo Gratianus hãc xxij. cãm ſubnectit: in qua de iuramento tractat, & de mandato. & quot comites iuramentũ habeat. quæ ut melius appareant, proponit thema, de quo quinque elicit queſtiones.

Quod iuramentum. Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes: in quarũ prima probaẽ per x. ca. quod poſſumus iurare p re licita & ex cauſa: alias non. Secunda ibi, Quæritur quis. Tertia ibi, Ex p̃miſsis. Quarta ibi, Sed quæriẽ. Quinta ibi, Periurij. Ioannes de Fant.

b Quod iuramentum. Ad intelligẽtiam ſequẽtiũ, uidẽdum eſt quid ſit iurare, & quid iuramentũ, quæ cauſa inſtitutionis iuramenti, & quæ ſit forma iuramenti. Iurare eſt aliquid Deo teſte dicere. Iuramẽtũ eſt uox ipſius iurantis: uel act* ipſe, uel ipsũ quod iuratur. Cauſa ĩſtitutionis una eſt, pp infirmitatẽ hominũ de facili dubitantiũ. cũ enĩ uolumus aliquib* perſuadere qđ eis utile eſt, & nõ credunt ſimplici uerbo, permittitur nobis iurare: ut j.

Iurare q̃d ſit.

Iuramentum duplici cauſa ẽ inſtitutũ.

patrocinijs † diſponuntur: infelix ego in iſta eccleſia quid facio? ſed ut epiſcopi mei me deſpiciãt, & contra me refugiũ ſeculares iudices habeãt: omnipotẽti Deo gratias ago, a peccatis meis deputo: hoc tamen ſuggero breuiter: quia aliquantulũ expecto, & ſi ad me uenire diſtulerint, exercere in eos diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

CAVSA XXII.

Quidã epiſcopus iurauit falſum, qđ putabat uerũ: quo coperto archidiaconus eius iurauit ſe nunquã p̃ſtaturũ ei obediẽt ã. Cõpellitur archidiaconus ab epiſcopo, ad exhibẽdã ſibi cõſuetam reuerẽtiã. accuſaẽ epiſcopus de duplici periurio, & de eo q falſum iurauit, & quia archidiaconum ad peierandum compulit.

1 Primò quæritur an iuramentum ſit præſtandum, an non?

2 Secũdò, ſi ſit periurus qui iurat falſum, quod putabat uerum?

3 Tertiò, ſi licuit archidiacono denegare epiſcopo conſuetã obediẽtiam?

4 Quartò, ſi cõſtiterit eſſe illicitũ q iurauit archidiaconus, an ſit ſeruãdũ?

5 Quintò, ſi cõſtiterit illud ſeuandum eſſe, an epiſcopus ſit reus periurij, qui contra iuramentum archidiaconũ ſuum iure compellit?

QVAESTIO I.

a *Quòd iuramentũ* b *præſtãdũ nõ ſit, authoritate canonicæ ſcripturæ pbatur. Ait enim Chriſtus in Euangelio diſcipulis: Sit ſermo ueſter, Eſt eſt: Nõ nõ:* c *qđ autẽ amplius eſt, à malo* d *eſt. Itẽ Iacobus in epiſtola ait: Ante oĩa fratres mei nolite* e *iurare omnino. utraq; authoritate iuramentũ prohibemur p̃ſtare. Sed aliud eſt ad iuramentũ ſpõte accedere, aliud uel ad aſſerendã innocentiã ſuã, uel ad fœdera pacis conſeruanda, uel ad perſuadendum auditoribus qñ pigri ſunt credere qđ eis utile eſt, iuramẽtum offerre. primum prohibetur, ſecundum conceditur: nõ enim iurare omnino peccatum eſt.*

Vnde in concilio Toletano octauo legitur.

Iuramentum pro fœdere pacis eſt faciendum.

CAN. I.

Omne quod f in fœdere pacis uenit, tunc ſolidius conſiſtit, cum iuramenti hoc interpoſitio roborat. Sed & omne, quod amicorum animos conciliat, tunc

c Eſt eſt, Nõ nõ. ideo fit geminatio, ut referatur ad os, & ad cor. ut extra de iureiur. c. et ſi xp̃s. & negatio duplex hic nõ inducit affirmationẽ: licet ſit arg. contra ff. de uerb. ſig. duobus uerbis.

d A malo. Ab incredulitate. ſ. illius cui iuraẽ: ut extra de elec. ſignificaſti

e Nolite. Sic tñ remouet ĩdiſcretum iuramẽtũ, uel uult dicere, q non pro qualibet re ſit iurãdũ: qa nõ pro utili: ut ij. q. v. ſi qs Io.

f Omne qđ. Iſtẽ quatuor hic

fidelius durat, cum eos ſacramenti uincula ligant. omne enim quod teſtibus aſtipulatur, uerius conſtat cum id iurationis adiectio affirmat. quòd & ſi teſtis deficiat, [a] innocentis fidem ſola iuriſiurandi taxatio [b] manifeſtat.

Item Aug. ſuper epiſtolam ad Galatas.

Iuratio non eſt prohibenda, nec tanquam bonum appetẽda.

CAN. II.

NOn eſt contra præceptum Dei iuratio, quæ à malo non iurantis eſt, ſed increduli à quo iurare cogitur. Nam hic intelligitur ita dominũ prohibuiſſe à iureiurando, ut quantum in ipſo eſt [c] quiſque non iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum & ſuaue aliquid. Nam utique Apoſtolus nouit præceptũ domini, & tamen iurauit. Non enim audiendi ſunt [d] qui has iurationes eſſe non putant. quid enim facient de illa iuratione, Quotidie morior per ueſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro: quã Græca exemplaria manifeſtiſsimam iurationem eſſe oſtendunt. Prohibemur ergo iurare cupiditate aut dilectione iurandi. quamuis enim iuramentum amplius ſit, quàm eſt eſt, uel non non, & ideo à malo ſit: non tamen eſt à malo tuo, ſed à malo infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.

Item Augu. in epiſtola ad Publicolam. †

Peierare peccatum eſt, non iurare.

CAN. III.

IN nouo teſtamento dictum eſt, ne omnino iuremus: quod mihi quidem propterea dictum eſſe uidetur, non quia iurare peccatum eſt, ſed quia peierare [e] immane peccatũ eſt: à quo longe nos eſſe uoluit, qui omnino ne iuremus commonuit.

Idem. †

In neceſſarijs uerum iurare, peccatum non eſt.

CAN. IIII.

VT noueritis uerum iurare non eſſe peccatum inuenimus & apoſtolum Paulum iuraſſe: Quotidie morior per ueſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Per gloriam ueſtram, iuratio eſt. non enim ſic ait, per ueſtram gloriam morior, quaſi ueſtra gloria me faciat mori: quomodo ſi diceretur, per uenenũ, per gladium, per beſtiam, per inimicum mortuus eſt, intelligeretur faciente inimico, faciente ueneno mortuus eſt.

Idem de ſermone domini. †

Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum iuramentum eſt euitandum.

CAN. V.

ITa ergo præcepiſſe dominum intelligitur ne iuraretur, ne quiſquam ſicut bonum [f] appetat iuſiurandum, & aſsiduitate iurandi, ad periurium per conſuetudinem [g] delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſarijs iurationem habendam, refrænat ſe quantum poteſt, ut nõ ea utatur, niſi neceſsitas cogat, uidelicet cũ uidet pigros eſſe homines ad credendum, quod eis utile eſt credere, niſi iuratione firmetur. Ad hoc utiq; pertinet, quod ſic dicitur: Sit autẽ ſermo ueſter, eſt, eſt, nõ, non. Hoc bonum eſt & appetendũ. Quod autem amplius eſt, à malo eſt. Id eſt, ſi iurare cogeris, ſcias de neceſsitate uenire infirmitatis eorum, quibus aliquid ſuades, quæ infirmitas utique malum eſt: unde nos quotidie liberari precamur cum dicimus: Libera nos à malo. Itaque non dixit, [h] quod autem amplius eſt, malum eſt. Tu enim malum non facis, qui be-

---

hic ponit caſus, in quibus poteſt iurari. ſunt & alij quos habes ij. quæ. v. in princi. & xxviij. diſtinc. de Syracuſanæ. & extra de iura calum. c. j. extra de electio. ſignificaſti.

[a] Deficiat. ſupple & reus ſit infamatus: alias deficiẽte accuſatore non cogit ſe reus expurgare, niſi fuerit infamatus, ut vj. queſtione ultima. qđ autem. licet quidã uoluerit dicere cõtra. C. de reb. creditis. in bonæ. & hęc dictio ſola, excludit hic uulgarem ꝓbationẽ, [i] ſed non excludit numerum compurgatorum.

[b] Taxatio. i. impoſitio iudicis, eſt. n. taxare, modus iurandi. extra de purga. ca. c. cum in iuuentute. Io.

[c] NOn eſt cõtra. In ipſo eſt. j. eadem. ſi peccatũ. xj. q. iij. anteceſſor. Io.

[d] Audiendi ſunt. Imo eo ipſo ꝙ nolũt iurare, ſunt habendi hæretici, extra de hæret. excõmunicamus. & ca. ad abolendam. §. ſi qui. quidam enim nimis faciles ſunt ad iurandum: quidã metu diuini numinis uſq; ad ſuperſtitionẽ ꝑueniunt, ut ff. de condi. inſtitu. quæ ſub conditione. Io.

[e] IN nouo. Sed quia peierare. arg. ꝙ quãdoq; prohibet aliquid non ꝓp ſe, ſed ꝓpter aliud qđ inde ſequi põt. [a] xj. q̃ſtio. iij. nolite. & xxxvij. di. ideo. inſtitu. ui bono rapt. §. ſed nedum talia. xlj. diſt. quiſquis. xij. quæſt. j. habebat. ij. q̃õ. vij. præſumunt. xxiij. q. iij. Deus. ubi aliqđ prohibet propter ſuum contrarium. ſicut hic.

[f] ITa ergo. Bonum. arg. qđ bonũ prohibet ꝓpter cõſequẽs malum, ut xxj. diſtin. denique. uitia enim uicina ſũt uirtutibus, ut xlj. diſtin. cap. ſæpe.

[g] Conſuetudinẽ. aſsiduitas enim facit aliquid eſſe peccatum quod alias nõ eſſet, ut xxv. di. crimis appellatio.

[h] Nõ dixit. Vim ergo debemus facere in uerbis ſecũdũ ius ut viij. diſt. ſi conſuetudinem. & ff. de uerb. obliga. ſi quis ſtipulatus.

Tu ma

---

[i] Quæ aliena debet eſſe à ſacro ordine. 2. q. 5. monomachiã.

Iurare nolens ẽ habẽdus hæreticus.

1. Co. 15. d

Mat 5. f

[a] Ar. contra. xxiij. q. v. de occidendis.

† Epiſto. cliiij.

† li. j. to. mo iiij.

Matt. 5. f

Matt. 6. h

ne uteris iuratione.

Item Auguſtinus in ſermone domini in monte, libro ſexto. †

Iurare non eſt peccatum.

CAN. VI.

Tu malum non facis, qui bene uteris iuratione, quæ & ſi non bona, tamen neceſſaria eſt, ut alteri perſuadeas, quod utiliter [a] perſuades: ſed à malo eſt illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

Itē Hieronymus ſuper Ieremiam. †

Per Deum iurare permittitur, ne per idola iuretur.

CAN. VII.

Et iurabunt, uiuit dominus, in ueritate & in iudicio & in iuſtitia, & benedicent eum oēs gentes, ipſumq; laudabunt. Quomodo ergo Euangelium iurare nos prohibet? Sed hic iuramētū [b] pro confeſsione [c] dicitur, & ad condemnationē idolorum, per quæ iurabat Iſrael: denique offendicula [d] auferuntur: & iuratur per dominum Deum, quodq; dicitur, uiuit dominus, in teſtamento ueteri: iuſiurādum eſt ad cōdemnationē mortuorū, [e] per quos iurauit omnis idololatra.

Itē Hieronymus ſuper Matthæum, lib. j. †

Infirmis iurare conceditur.

CAN. VIII.

Conſidera, quòd ſaluator non per Deū iurare prohibuit, ſed per cœlum [f] & terrā, & per Hieroſolymam, & per caput tuum, & hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum, ut quomodo uictimas Deo immolabant, ne eas immolarēt idolis: ſic & iurare permitterentur per Deum, non quòd rectè hoc facerent, ſed ꝗ melius eſt [g] Deo id exhibere, quàm dæmonijs.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Excommunicetur clericus per creaturas pertinaciter iurans.

CAN. IX.

Clericum per creaturas iurantē [h] acerrimè eſſe obiurgandū: ſi perſtiterit in uitio, excommunicandum: inter epulas [i] uerò cantantem, ſupradictæ ſententiæ ſeueritate coercendum decernimus.

Item Pius papa.

Clericus deponatur, laicus anathematizetur per capillum, uel caput Dei iurans.

CAN. X.

Si quis per capillum [k] Dei uel caput iurauerit, uel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit, ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, † deponatur ſi laicus, anathematizet.

Et ſi quis per creaturas iurauerit, acerrimè caſtigetur: & iuxta id, quod ſynodus dijudicauerit, pœniteat. Si quis autem talē hominem non manifeſtauerit, [l] non eſt dubium quin diuina condemnatione coerceatur. Sed ſi epiſcopus iſta emendare neglexerit, acerrimè corripiatur.

[a] *Quæritur quis maius reus teneatur, an ille, qui per Deum, an ille, qui ſuper ſacra Euangelia iurat? Huic quæſtioni Ioannes Chryſoſtomus reſpondet dicens.*

Non eſt maius per Euangelium, quàm per Deum iurare.

CAN. XI.

Si aliqua cauſa fuerit, modicum [m] uidetur facere, qui iurat per Deum: qui autem per Euangelium, maius [n] aliquid feciſſe uidetur. quibus dicendum eſt: Stulti, ſcripturæ propter Deum factæ ſunt, non Deus propter ſcripturas. [o]

[a] Tu malum. Quod uidelicet & ſi propter utilitatē alterius poſſum iurarē, multo magis propter meam: ut xxiij. q. v. ſi non licet.

[b] Et iurabūt. Sꝫ hic iuramētū. prima ratio.

[c] Pro confeſsione. Iurando enim per Deum, confitemur ipſum.

[d] Offendicula. Id eſt, idola, per quæ iurabant.

[e] Mortuorum. ſcilicet deorū. Io.

[f] Conſidera. Sed per cælum. licet per creaturas nō poſsim⁹ iurare, iuramus tamen per Euangeliū, quod eſt creatura: quia ibi tātū reſpect⁹ habetꝰ ad Deum. Ideo autē prohibetur iurari per eas, ne per cōtemptum earū peieretur: ut j. ea. §. ſed obijcitur. & ne uideatur numē eſſe ī eis. j. ea. §. ult.

[g] Melius eſt. Electiue ponitur, non cōparatiue. ſic xj. quæſt. iij. nemo peritorum.

[h] Clericū. Iurātem. ſine ſolennitate, tunc enim depoſitionē inducit, quādo ad ſolēnitatē iurat: arg. xxvij. diſtin. §. ultimo.

[i] Inter epulas. de conſec. diſtin. v. c. nullus.

[k] Si quis ꝑ capillū. ſecundum leges, qui iurat ultimo ſupplicio punitur. in authen. ut non luxurientur contra naturā. circa mediū.

[l] Non manifeſtauerit. Ar. quod aliquis cogitur accuſare: ut ij. q. vij. c. quapropter. xxiiij. q. iij. tā ſacerdos. j. q. j. c. q̄ſq̄s. Sed contra, nemo inuitus accuſarē cogitur. C. ut nemo inuitus agere uel accuſare cōpellatur. j. & furē nemo cogitur indicare uel accuſare. ff. de præſcrip. uerb. ſolent. Sed poteſt dici, quod iudicis officio cogi pōt, ſed non iure actionis. Illud tamē credo, quod denūtiare cogitur aliquis ſecundum communem opinionē. qđ notaui ij. q. j. ſi peccauerit.

Quæritur. Hæc eſt ſecunda pars qō. in qua quæritꝰ utrū ſit maius peccatum iurare per Deum, quàm per Euangelia. & hoc probat per duo capitula. qđ plus eſt iurare per Deum. Ioan. de Fant.

[m] Si aliqua. Modicum. quantum ad uulgares.

[n] Maius. j. ea. q. v. c. peierarꝰ. cōtra ſed illud de iudicio eccleſiæ, illud de iudicio dei. Vel dic qđ qui iurat ꝑ Deum nō ſolenniter, minus peccat, quā ꝗ ſolenniter per Euangeliū ſed ſi utrūque iuramētū eſt ſolēne, magis peccat, qui iurat per Deum.

[o] Propter ſcripturas. Hic patet, qđ æquæ obligatꝰ, qui iurat ꝑ Deū, ſicut qui iurat ꝑ Euāgeliū, ſed ſi per Deū iuraret pere. ij. q. j. ſi peccauerit. uel ſaltē dicere tali ꝑſonæ quæ poſsit prodeſſe, non obeſſe. j. e. q. v. hoc uidetur ſecundum Hug.

Iurat pro pter utilitatem.

† Imo li. j. Tomo iiij.

‡ Sub. qui ꝑ hoc dānabantur, & cōtemptibilēs habebantꝰ quia non credebat populus ipſos hre aliqđ numinis in ſe, ſicut prius quā dō iurabat ꝑ ipſos.

† In commē. ad ca. iiij. Iere. Iurare ꝑ creaturas non licet. Iere. 23. a

† In commenta. ad cap. v. Lege ciuili quomodo puniantur qui iurant.

Accuſare an quis cogatur.

Hoc intellige ſi teſtib⁹ poteſt eū cōuincere, alias debet tacere, & eum latenter corri-

† Ex iſto text. infertur qđ dignitas aggrauat delictū, & ꝑ cōſequēs pœnā. not. in l. preſbyteris. C. de epiſ. & cle. Cy. ī l. nemo. C. de ſum. trini.

Iurans ꝑ deum an plus obligetur quā iurās per euāgeliū.

Item Hieronymus.

Non ſolùm in altari uel reli quijs, ſed etiam in communi lo quela periurium caueatur.

CAN. XII.

HAbemus in lege Dei ſcriptum: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in uanum. Ideo admonendi ſunt omnes, ut diligenter caueant periuriū non ſolum in altari, ſeu in ſanctorum reliquijs, ſed etiam in cōmuni loquela.

Item Iſidorus ſententiarum libro ſecundo.

Non prohibet Deus iurare, ſed peierare.

CAN. XIII.

NOn eſt contra Dei præceptum iurare: ſed dum iurandi uſum facimus, periurij crimen incurrimus.

Item Auguſtinus de uerbis Apoſtoli: ſermone xxviij.

Iuratio non eſt peccatum.

CAN. XIIII.

SI peccatum eſſet iuratio, nec in ueteri lege diceretur: Non peierabis reddes autem domino iuraméta tua. Nō enim peccatum nobis præciperetur.[a] Item non uobis dicimus nos, non iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. quātum ad me[b] pertinet, non iuro: ſed quantū mihi uidetur, magna neceſsitate compulſus, cùm uidero mihi non credi, niſi faciam: & ei qui mihi non credit, non expedire quod non credit, hac perpenſa ratione, & conſideratione librata, cum magno timore dico, coram Deo, aut, teſtis eſt mihi Deus, aut, ſcit Chriſtus quòd ſic eſt in animo meo & uideo quia plus eſt, id eſt, quia amplius eſt, quā Eſt eſt, Non nō: ſed hoc quod amplius eſt, à malo eſt, non iurantis, ſed non credentis.

3 *Ex præmiſsis colligitur, quòd iurare nō eſt peccatum, nō tamen tanquā bonum eſt appetēdum: ne conſuetudine iurandi labamur in periurium, ſed cùm dicatur procedere à malo nō credentis, uidetur quod & ſi iurare peccatum nō ſit, iuramētum tamē recipere malum ſit, ſed nōie mali non malitia ſed peccati pœna intelligitur. Ex pœnali.n. infirmitate incredulitas illa proceſsit, qua ad iurandum compellimur. Ipſum autem iurare ſicut peccatum non eſt, ita iuramentum ab aliquo recipere, malum non eſt.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Publicolam. †

Iuramentum accipere non prohibemur.

CAN. XV.

QVamuis dictum ſit ne iuremus, nuſquam me in ſcripturis ſanctis legiſſe memini ne ab aliquo iurationem recipiamus.[c]

4 *Sed quæritur an ſit utendum fide eius, qui per dęmonia iurat?*

De his ita ſcribit Augu. ad Publicolā. †

Licet uti fide eius, qui ut eam ſeruet, per dæmonia iurat.

MOuet te utrum eius fide utēdum ſit, qui ut eam ſeruet, per dæmonia iurauerit. ubi te uolo prius conſiderare, utrū ſi quiſpiam per deos falſos iurauerit ſe fidē ſeruaturum, † & eam non ſeruauerit, non tibi uideatur bis[d] peccaſſe. ſi enim tali iuratione promiſſam ſeruaret fidem, ideo tamen peccaſſe iudicaretur, quia per deos falſos iurauerit ſe fidē ſeruaturū: illud autē nemo reprehenderet, quia fidem ſeruauit. nūc uerò, quia & iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem

---

Iuraret non ſolenniter, & per Euangelium ſolēniter: uel ecōuerſo magis eſt obligatus quo ad eccleſia ſolēniter iurās, ſed quantū ad Deū æqualiter. extra qui cler. uel uo. rurſus. Sed obijcit, quanto ſanctius eſt per quod iurat, tanto magis eſt pœnale periuriū, ergo magis obligatoriū: ut j. eo. mouet. ſed illud intelligo cum iurat illicitè, & habet reſpectus ad ſolā creaturā. Hic patet, quod nō eſt licitū iurare per creaturas, niſi in iure exprimat, qđ poſsit ſicut p Euāgelium, per altare per crucem. j. ea. habemus. & v. q. v. qui peierat. & j. e. ſi aliqua. & per ſalutē principis: ut j. q. vij. quoties. Secundū leges tamē uidet, quod poſsit iurari per creaturas: ut. ff. de iureiuran. l. ij. §. ulti. & l. qui per ſalutem. Sed per mēbra dei non eſt licitū iurare: ut in authen. ut nō luxurientur homines cōtra naturam. colla. vj. circa medium.

Leu. 19. b

Leu. 19. b Matth. 5.

a SI peccatum. Præciperet. quia non eſt peccatū, quod De⁹ uult ſine lege[1] ut xxvj. di. c. deinde. & qui peccat legis authoritate, non peccat: ut xxiij. q. iiij. qui peccat.

[1] Ad hoc xxxiij. q. v. uoluit. in fine.

b Ad me. ſicut dicit canon, quod aliquis dicitur mutari potius quā mutare. vij. q. j. mutationes. & ca. ſcias.

Ex præmiſsis. Hæc ē tertia pars q. in qua quæritur utrum ſit peccatū recipere iuramentum ſi dubitat: & probat quod non, per capi. ſeq. Ioā. de Faut.

c QVamuis. Recipiamus. niſi cū ſcimus aliquem falſum iuraturum,[2] tunc enim prohibemur recipere iuramentum: ut j. ea. q. v. qui exigit. uel cū ſcimus aliquē cito poſſe labi in periuriū: ut extra de coha. cle. clericos. Et eſt hic argu. quod eo ipſo eſt aliquid licitū, quod nō eſt prohibitū: ut xxvij. q. ij. lex diuinæ. xxviij. q. j. iam nunc. Item arg. q antecedens eſt licitum, nō tamen cū ſequens. ſic xxiij. q. j. quid culpatur. in fine.

[2] Iuramentū nō eſt recipiendū ab illo quem [illegible] mus falſum iuraturum.

[3] Item & cū ſcio ueritatē, ſed ex odio exigo iurationē. C. de iur. calum. authē. ī hoc ſacramento. Lan.

Sed quærit. Hæc eſt quarta ps quæſtio. in qua quæritur ſi ſit credendū fidei eius, qui per dæmonia iurat? & probat quod ſic, p ca. ſeq. Io. de Fan.

d MOuet te. Bis. Plus enim peccat, qui in duobus peccat, quam qui in uno. xiij. diſtin. c. j. Sociat.

† Epiſto. cliiij.

† Tom. ij. ī princ. dic. epiſto. cliiij.

† Tenet enim ſeruare iuramentū licet peccet ſecundū Alexā. de Imo. & moder. in l. ait prætor. §. iurari. in fi. §. ff. de iureiurā.

quod non debuit: bis utique peccauit. ac per hoc qui utiẽ fide illius, quem conſtat iuraſſe per falſos deos, & utitur non ad malum, ſed ad bonum & licitum non peccato illius ſe ſociat, [a] qui per dæmonia iurauit: ſed bono pacto eius, quo fidem ſeruauit. neque [b] enim hic eam fidem dico ſeruari, qua fideles uocantur, qui baptizantur in Chriſto. Illa enim longè alia eſt, longeq́; diſcreta à fide humanorũ placitorum, atq; pactorum.

Veruntamen ſine ulla dubitatione minus malũ eſt, per deos falſos iurare ueraciter, [c] quam per Deum uerum fallaciter. Quantò enim, id, per quod iuratur, magis ſanctum eſt, tantò magis [d] eſt pœnale [e] periurium. [f] Alia quæſtio eſt, utrum non peccet, qui per falſos deos ſibi iurari facit, q̃a ille, qui ei iurat, iurat ꝑ falſos deos, quos colit? Cui q̃ſtioni poſſunt illa teſtimonia ſuffragari, quæ ipſe commemoraſti de Laban [g] & Abimelech: ſi tamen Abimelech per deos ſuos iurauit, ſicut Laban per Deum Iacob. †

Sicut etiam cùm in libro Machabæorum Romani legantur pacem firmaſſe cum Iudæis, intelligẽdi ſunt iuraſſe per falſos deos, ſicut & Iudæi iurauerunt per Deum uerum: ſic etiam & de iuramento, quod fit per creaturas, intelligendum eſt quod ipſum quidem iurare per creaturas malum eſt, quia à Deo prohibitum: ſed ſeruare quod iuratur, bonum eſt, ut euitetur peccatum mendacij & doloſitatis. Gẽ. 42. c

Sed obijcitur quòd Ioſeph uir ſanctus per creaturas iurauit, dum dixit fratribus ſuis: Per ſalutẽ [h] Pharaonis non exibitis hinc. Sed ſciendum eſt quòd ſancti non tam per creaturas, quàm per creatorẽ creaturarum iurabant, nec in creaturis aliud, quam creatorem ipſarum uenerabantur: ſicut Ioſeph qui per Pharaonem iurando hoc in eo ueneratus eſt, quod Dei iudicio poſitus erat in infimis [i] unde Apoſtolus ait: Omnis poteſtas à Domino Deo eſt. Ro. 13. a Item Chriſtus Pilato: Non haberes in me poteſtatem, niſi eſſet tibi data deſuper. Ioã. 19. a Deus autem per creaturas iurare prohibuit: ne uel more gentilium, aliquod numen deitatis creaturis ineſſe crederetur: uel ne creaturas contemptibiles iudicando, per eas promiſſa pro nihilo duceremus.

Sed quæritur quid grauius ſit, an per creaturas, an per creatorem iurare fallaciter? Dupliciter enim reus eſt, qui per creaturas iurat mendaciter: quia & contra prohibitionem iurat, per quod ſibi iurare non licet: à quo peccato eſt immunis qui non niſi per creatorem iurat, & proximum dolo capit: quod facit etiam per creatorem mendaciter iurans. Sed ſi periurium tantò magis pœnale eſt, quantò ſanctius illud per quod iuratur, apparet. quòd & ſi per creaturas mendaciter iurans dupliciter [k] peccet, grauiori tamen ſe ſubijcit pœnæ, qui per creatorem iurat mendaciter.

5 Periurij autem pœna grauiſsima eſt: quam ſi quis timens ad confeſsionem uenire noluerit, à fidelium conſortio eſt abijciẽdus.

Vnde Euticianus papa.

Fidelium conſortio careat, qui pœnitentiã periurij agere noluerit.

Fides multipliciter ſumitur.

[f] Ad hoc xxiij. q. j. caue.

† Iacob. Sic loco Sochor reſtituimus ex lib. Aug. per Frobenium impreſsis.

Periuriũ cõmittit iurans & per falſos deos.

a Sociat. & ita obligat iuramentum, quod fit per falſos deos. & non obſtat ff. de iureiurã. l. nõ erit. §. pen. ubi dicitur ꝙ non ualet iuramentum, quod fit ꝑ falſos deos: quia ibi loquiẽ de hominibus eiuſdẽ fidei.

ADDITIO.

Scilicet de duobus fidelibus: hic autem unus erat infidelis: & ita fit hoc in fauorẽ religionis: uel ibi eſt aliud ſecũdũ leges, ſecũdũ Lau.

b Neq;. hic reſpõdet tacitæ quæſtioni: cum pagani non habeant fidem, quomodo dices eos frãgere fidem? Ad hoc reſpondet, quod hic non agitur de fide uirtutũ, ſed de alia fide. Multipliciter enim dicitur fides. quandoq; idem eſt fides quod ſacramẽtũ baptiſmi: ut xlv. diſt. de Iudæis. Itẽ dicitur fides caſtitas tori [f] ut xxvij. quæſt. ij. coniuges. Itẽ dicitur fides ſecuritas ſiue pactum ut xxiij. quæſtio. j. noli. Item dicitur fides conſcientia: ut ibi, omne quod nõ eſt ex fide peccatũ eſt: ut xxviij. q. j. §. j. Item dicitur fides habitus mentis bene conſtitutę. Item dicitur fides, credulitas, ſecũdũ quam credimus illud qđ nõ uidemus, ut ibi, Fides nõ habet meritum, &c. de pœni. diſt. iiij. c. in domo.

c Veraciter quod eſt, ſi fallaciter iuretur per deos falſos & ita periurium cõmittit, qui uerũ iurat per deos falſos.

d Magis. hæc dictio magis, nõ comparatiue poniẽ: ſed abnegatiue: q̃a falſi dei non ſunt ſancti.

e Pœnale. i. maiori pœna dignum. quãto enim res eſt ſanctior uel melior tanto eſt maius peccatum offendere eã quam aliã: ut xvij. queſt. iiij. ſicut qui. & j. ea. queſt. v. qui peierat.

f Periuriũ. Id eſt, temerariũ iuramentum. & ſic bene adaptaẽ ratio ſequens.

g De Laban. ſed nõne ille peccat, q̃ per deos falſos iurat? ergo & ille peccat qui recipit tale iuramẽtum: ut j. e. q. v. ille? Sed dic ꝙ licet ille peccet, tamen permittitur tale iuramẽtum, cum aliter non poſsit adhiberi fides dictis ſuis. pręterea ſi iuraret per Deũ uerum, facilius obuiaret tali iuramento: & tamẽ magis peccaret.

h Per ſalutem. & in cãnone per ſalutem dominorum iuratur. ut j. q. vij. quoties.

i In infimis. alias Memphis, quæ erat caput regni Pharaonis.

k Dupliciter. & ita quãdoq; duo mala, ratione coniunctionis non æquiualent alteri eorũ per ſe. ſic extra de offi. iud. deleg. ſup quæſtionum. §. ſi uerò. Prædican.

P**Radicandum.** CASVS.

gnificatum fuit Euticiano papæ, quod quidam presbyteri de periurio leuẽ pœnitentiam imponebant: quare ſtatuit Euticianus ut Chriſtiani moneãtur periurium euitare cum ſit graue delictum: ſed ſi in illud inciderint, taliter de ſeipſo pœnitẽãt, qualiter de adulterio & de alijs criminalibus uitijs pœniterẽt. Si quis uero timens lõgã pœnitẽtiã periurij, ad cõfeſſionem uenire noluerit, excõmunicetur donec reſipiſcat.

CAN. XVII.

PRrædicandum eſt ẽt ut periurium fideles caueant, & ab hoc ſummopere abſtineant, ſcientes hoc grãde ſcelus eſſe, & in lege & in prophetis & in euãgelio prohibitũ, Audiuimus aũt quoſdam paruipendere hoc ſcelus, & leuẽ quodãmodo periuris pœnitẽtiæ modũ imponere: qui ẽt noſſe debent talẽ de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem [a] & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio ſponte commiſſo, & de cæteris criminalibus uitijs. Si qs uerò ꝑpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiã lõgã ad confeſsionem uenire noluerit, ab eccleſia repellendus [b] eſt, ſiue à communione & conſortio fidelium, ut nullus cũ eo comedat neque bibat, neque in domo ſua eũ recipiat.

QVAESTIO II.

Qvòd autẽ [c] periuriũ ſit falſum iurare, facilè probat. *Ait enim Auguſtinus in libro pſalmorũ, ſuper Domini eſt terra.*

Peierat qui aliter facturus eſt, quàm promittit.

CAN. I.

IN dolo iurat, qui aliter facturus eſt [d] quã promittit: cùm periuriũ ſit nequiter decipere [e] credentem.

Item Hieronymus ſuper Ieremiam libro ſecundo. †

Quos debeat habere comites iuſiurandum.

CAN. II.

ANimaduertendum, eſt, quòd iuſiurandum hos habeat comites, ueritatẽ: [f] iudiciũ, [g] atque iuſtitiam: [h] ſi iſta defuerint, nequaquã iuramẽtum erit, ſed periurium.

Item qui falſum iurat, mentitur: mentiendo autem iurare, nihil aliud eſt, quàm peierare. Cùm ergo omnes qui loquuntur mendacium, perdendi ſint, iuxta illud Pſalmiſtæ, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. multò magis damnabiles ſunt, qui mentiendo peierare conuincuntur, quàm qui nomen Dei ſui in uanum aſſumunt. Sed aliud eſt falſum iurare, aliud iurare in dolo. Non enim omnis qui aliter facturus eſt, quã promittit, in dolo iurat. Licet enim apoſtolus aliter facturus eſſet, quàm promitteret Corinthijs in prima epiſtola cùm ait, Veniam ad uos: non tamen in dolo iurauit, aut mendaciter promiſit. Ille enim dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente eſt, non ſic ſe facturũ ut promittit. Ille autẽ, qui promittit falſũ, quod putat eſſe uerũ, nec ĩ dolo iurat nec mendaciter ꝑmittit.

[a] Qualem. quantum ad numerũ annorum hoc intellige, non quãtum ad aſperitatem pœnitentiæ nam regulariter pro quolibet mortali debetur ſeptennis pœnitẽtia, niſi dignitas delinquentis, uel qualitas delicti aliud ſuadeat. xxxiij. qõ. ij. hoc ipſum. & lxxxij. diſt. presbyter. & xxvij. qõ. j. deuotã. unde licet ſeptẽnis pœnitẽtia imponatur pro periurio, ſicut pro homicidio uel adulterio, aſperior tamen pœnitẽtia imponitur pro adulterio, uel homicidio, quam ꝑ periurio, & durior pro homicidio quã pro adulterio: ut xxiij. q. ij. ſi quod. Ioan.

Pœnitentia ſeptennis debẽt pro quolibet mortali.

[b] Repellẽdus. Argu. aliquẽ compellendum ad pœnitẽtiam. vj. quæſtio. j. illi qui.

[illegible]

[c] Qvod autẽ. Hæc qſtio diuidiẽ in quinque partes. In prima parte probat per v. capit. quod non eſt periurus qui iurat falſum, qu od putat eſſe uerũ. Secunda ibi, Ille ergo. Tertia ibi, Item quod dicitur. Quarta ibi, cum humilitatis. Quinta ibi, Quãdoque. Io. de Fant.

[c] Quod autẽ. Hic quæritur an ſit periurus, qui iurat falſum quod putat uerum. Ad quod notãdum eſt, quod quatuor modis committitur periurium. Vno modo ut ſi qs falſum ignoranter iuret: & illud nullo modo eſt peccatũ: ut ĩ. ead. beatus. Secundo modo dicitur periurium tãtum falſum iuramẽtum ſcienter factũ: & illud ſemper eſt peccatum, & mortale: ut ĩ. ead. ca. homines. Tertio modo dicitur periuriũ indiſcretũ iuramentum: & illud quandoq; eſt peccatum mortale. ĩ. ead. quæſtio. iiij. qui ſacramento. quandoque ueniale: ut xxv. diſtinct. §. alias ea. & extra de iureiur. ca. uerum. Quarto modo dicitur periuriũ trãſgreſsio iuramẽti: & illud quandoque nullum peccatum eſt: ut in illicitis: ut ĩ. ead. quæſti. iiij. in malis. quandoque eſt mortale: ut ĩ. ead. quæſt. iiij. ſi aliquid.

[illegible]

Periurium quatuor modis committitur.

† li. 1. cõmẽt. ad c. iiij. Ieremiæ.

Pſal. 5.

[d] IN dolo. Qui aliter facturus eſt. id eſt, qui aliter proponit facere.

[e] Nequiter decipere. ſcilicet haberẽ animum decipiẽdi. ſi. n. non haberet animũ, ſecus eſſet, ut ĩ. ead. ne quis.

[f] ANimaduertẽdum. Veritatem. id eſt, conſcientiam ueritatis. ĩ. eadem. capit. ne quis. ſed ueritas rei non ſufficit, niſi adſit cõſcientia: ut ĩ. ead. homines. ſic & ueritas cõſcientiæ ſufficit ut à furto excuſet ſi credo dominũ permiſſurum: ut in ſtit. de obliga. quæ ex deli. naſcuntur. §. placuit.

Ad hoc ff. [illegible] quib. [illegible] fraudem. 1. Corin. 16 a.

Veritas conſcientiæ à furto excuſat.

[g] Iudicium. Id eſt, diſcretionem.

[h] Atque iuſtitiam. id eſt, ut iuſtum ſit & licitum quod iuratur.

Homi

Vnde Auguſtinus de verbis apoſtoli, ſermone xxviij.

De eo qui iurat falſum, quod putat uerum.

CAN. III.

HOmines [a] falſum iurât, uel cùm fallunt, uel cùm falluntur. Aut putat [b] homo uerum eſſe quod falſum eſt, & temerè [c] iurat. Aut ſcit [d] uel putat falſum eſſe, & tamen pro uero iurat, & nihilominus cum ſcelere iurat. Diſtant autem iſta periuria, quæ duo [e] commemoraui. Fac illum iurare qui uerum putat eſſe pro quo iurat: uerum putat eſſe, & tamen falſum eſt. non ex animo iſte peièrat. fallitur hic: pro uero habet quod falſum eſt: non pro re falſa ſciês iurationem interponit. Da alium: ſcit falſum eſſe, & dicit uerum eſſe, & iurat tanquam uerum ſit, quod ſit falſum eſſe. Videtis quàm iſta deteſtanda ſit belua, & de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri uelit? [f] Omnes homines talia deteſtantur. Fac alium: putat eſſe falſum, & iurat tanquã uerum ſit, & fortè uerum eſt. verbi gratia, ut intelligas: Pluit in illo loco: interrogas hominem, & dicit pluiſſe, & ad negotium eius competit, ut dicat pluit: ſed putat non pluiſſe: periurus eſt. Intereſt quemadmodum uerbum procedat ex animo. Reâ linguam [g] non facit niſi rea mens.

Quia ergo mens huius non erat rea (neſciebat enim falſum eſſe, quod iurauit eſſe uerum) nec temerè uel negligenter, ſed cum magna diligentia ui debatur ſibi deprehendiſſe uerum, quod iurauit falſum: periurij reus nequaquam eſt iudicandus.

Item quod dicitur: qui falſum iurat mentitur; non uniuerſaliter hoc intelligi debet. non enim omnis qui falſum dicit, mentitur; ſicut nec omnis qui mentitur falſum dicit.

Vnde Auguſtinus in Enchiridio. † c. xxij.

Non eſt mentiri, dicere falſum quod putat uerũ.

CAN. IIII.

IS autem mentitur, qui contra id quod animo ſentit, loquitur uoluntate fallendi. Et utique uerba propterea inſtituta [h] ſunt, non ut per ea ſe inuicem homines fallant: ſed ut eis quiſque in alterius notitiã cogitationes ſuas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta peccatum eſt. Nec ideo ullum mendacium putandum eſt non eſſe peccatum, quia poſſumus aliquando alicui prodeſſe mentiendo, poſſumus enim & furando, ſi pauper cui palàm datur, ſentit commodum, & diues cui clam tollitur, non ſentit incommodum: nec ideo tale furtum [i] quiſquam dixerit peccatum non eſſe. Et infrà. Nemo mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum, quod putat uerum: quia quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur. Non itaque mendacij ſed aliquando temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautè credit, ac pro ueris habet: potiusq; econtrario, quantum eſt in ipſo, ille mentitur qui dicit tanquam uerum, quod putat falſum. quantum enim ad animam [k] eius attinet, quia non quod ſentit, hoc dicit, non uerum dicit, quamuis uerum inueniatur eſſe, quod dicit. nec ullo modo liber eſt à mendacio qui ore ne ſciens verum loquitur, ſciens aũt uoluntate mentitur. Non conſideratis itaq; rebus ipſis, de quibus aliquid dicitur, ſed ſola intentione [l] dicentis, melior eſt qui neſciens falſum dicit, quoniam id uerum putat, quàm qui mentiendi animum ſciens gerit, neſciens uerum eſſe quod dicit.

a HOmines. Hic oſtẽdit tres modos piurij.
b Putat. Primum.
c Et temere. Id eſt, indiſcrete.
d Aut ſcit. Secundum ꝙ iurat. Id eſt, quod uerum eſt.
e Quæ duo. Scilicet primum & ſecundum. & ſub ſecundo comprehendit & tertium.
f Velit. Quia ipſum peccare nemo per ſe uult: ut xv. qõ. j. merito.
g Linguam. Sic xv. q. vj. cap. j.
h IS autem. Inſtituta. ex hoc dicto Auguſtini ſequitur, ꝙ qui mentitur, nihil dicit: qa non dicit id quod uox ſignificat, ſicut hic dicit. Aliud enim cogitat mente quam ore profetur. Item id non dicit ꝙ cogitat: quia uox illud non ſignificat. nec dicit illud ꝙ uox ſignificat: quia illud non intẽdit: ergo nihil dicit: ut ff. de rebus dub. l. in ambiguo.
h Inſtituta. Semper ergo in priuilegijs uel in reſcriptis, interpretabuntur uerba ad id ad ꝙ inſtituta ſunt, ut hic, & xxxvij. diſt. relatum. & ſemper ad communem intelligentiã, &c. extra de ſponſa. ex literis. & ff. de leg. iij. non aliter. Sed contra: plerunque dum proprietas uerborum attenditur, ueritas ſenſus amittitur. extra de uerb. ſig. propterea. nam potius mens attenditur, quam uerba conſideranda ſunt: ut ĩ. ea. q. v. humanæ. & cõtra uerum intellectum fit interpretatio. extra de poſtula. ad hæc. circa finem. & potius conſiderandum eſt qd teſtator ſenſerit, quam ipſa uocis ſignificatio: ut ff. de fundo inſtructo. l. cum delanionis. §. aſinam. & hæc uera ſunt, niſi interpretatio a iure habeatur: ut xx. q. ij. puella.
i Furtum. Xiiij. qõ. v. forte.
k Ad animum. Argu. plus conſiderari animũ uel opinionem, quam factum uel ueritatem: ut extra de bigam. nuper. iij. quæſt. vij. §. tria. j. q. j. ſi quis à ſimoniacis. xxxviij. diſt. ne ſedulo.
l Intẽtione. Secus eſt in furto: quia licet aliquid credat, inuito

e Vnde dic duo: quorũ alterũ duo capita habet, ut p exempla patet, quę ſupponit. unde etiã præmiſit, ſcit, uel putat. Archidia.

Mentiens nihil dicit.

Verba an ſint ſemper attendenda.

Item Gelaſus Papa.

Non mentitur qui animum fallendi non habet.

CAN. V.

BEatus Paulus apoſto lus nõ ideo (quod ab ſit) feſelliſſe credẽdus eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius, quoniã cũ ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, diſpoſitione diuina [a] maioribus [b] occupatus ex cauſis, implere nõ potuit quod promiſit: quantum enim ipſius uoluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod re uera uoluiſſet efficere. quantũ enim ad diuini ſecreta conſilij (quæ ut homo omnia non potuit, licet ſpiritu Dei plenus, agnoſcere) ſuperna prætermiſit diſpoſitione præuentus. Nec quia beatus Petrus apoſtolus pro affectu diuinæ reuerẽtiæ ipſi domino reſpondit, Non lauabis [c] mihi pedes in æternum: feſelliſſe (quod abſit) aut in ſua putabitur minimè conſtitiſſe ſententia, quia mox eidem diuinæ uoluntati ceſſerit, & quod ſe dixerat non eſſe facturũ, cauſis adſtrictus humanæ ſalutis paſſus eſt uoluntate prona faciendum.

2 *Ille ergo falſum iurando mentitur, qui ſcit falſum eſſe quod iurat. Eſt enim mendacium [d] (ut Auguſtinus ait) falſa ſignificatio uocis, cum uoluntate fallendi. Sed cùm fallere [c] ſemper ſit uoluntatis, falli autem uel infirmitatis uel temeritatis: grauius autem fit: quod ex uoluntate, quàm quod ex temeritate vel infirmitate procedit: aliquando cõtingit falli uel nullum, uel minimum eſſe peccatum, aliquando ex ipſa rerum uaria conſideratione minus eſſe fallere, quàm falli.*

Vnde idem Auguſtinus in Enchiridio. † c. xvj.

Falli in his quæ ad fidem nõ pertinent, aut paruum, aut nullum eſt peccatum.

CAN. VI.

IN quibus rebus [f] nihil intereſt ad capeſſendũ regnũ Dei, vtrùm credantur an non, & utrũ uera putentur an falſa: in his errare, & aliud [g] pro alio putare non eſt arbitrandum eſſe peccatum: aut ſi eſt, minimum eſſe, atque leuiſsimum.

Idem in eodem. † c. xviij.

In his, quæ ad fidem pertinent, grauius eſt falli quàm alios decipere.

CAN. VII.

IN ipſarum conſideratione rerum quæ dicuntur, [h] tantùm intereſt (quia ſiue quis fallatur, [i] ſiue mentiatur, utcunque [k] † falli, quàm mentiri minus eſt malum) quantũ pertinet ad hominis uoluntatem: tamen longè tolerabilius eſt in his, quæ a religione fidei ſeiuncta ſunt, [l] mentiri, quàm in his, ſine quorum fide uel notitia, Deus coli non poteſt, falli. † vbicumque.

3 Item quod dicitur, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: non de omni mendacio intelligendũ eſt. Sunt enim quædam mendacia in quibus etſi ſit aliqua culpa, non tamen damnabilia ſunt: imò non tanquam mendacia habenda ſunt. Sunt & alia mendacia, quæ ſunt grauioris culpæ: de quibus intelligitur, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Pſal. 5.

---

inuito domino rem eius tractare, tamen non committit furtum ſi domino placet: ut inſti. de obli. quæ ex delicto naſcuntur §. placuit.

a BEatus. Diuina. Qua omnia uincula humana franguntur. xix. qõ. ij. quæ ſunt & ſecundũ quã diſpoſitionem eſt licitum ꝙ alias eſt illicitũ: [1] ut xiiij. q. v. dixit. Et eſt argu. hic ꝙ in omni uoto uel ſacramento intelliguntur huiuſmodi gñales conditiones, ſi Deus uoluerit: ſi uixero: ſi potero: ut j. ea. qõ. ne quis. & xxvij. q. ij. §. cũ ergo. & ff. q ſatiſd. cog. l. ulti. & etiã hæc, ſi marito placuerit. xxxiij. q. v noluit. argu. contra. xxij. qõ. ulti. c. ulti. ubi de hoc notaui.

b Maioribus. Not. ꝙ ſecundum canones excuſatur quis a iuramẽto propter maiora negotia: [2] ut extra de iureiur. breui. & c. querelam. ſecus ſecũdum leges: quia difficultas præſtationis nõ reddit ſtipulationẽ inutilem: [3] ut ff. de uerbo. oblig. continuus. §. illud.

c Non lauabis. Nec Petrus fuit ſibi contrarius, nec domino: dñs enim uoluit ex humilitate lauare pedes Petri, ſed Petrus propter reuerentiam noluit hoc: ſed reuerentia & humilitas ſibi nõ cõtrariantẽ. Item ſibi nõ fuit cõtrariꝰ: quia primo propter reuerẽtiam noluit: ſecũdo propter obedientiã permiſit lauari. & obedientia nõ eſt contraria humilitati uel reuerentiæ. ſimilem ſuperficialem contrarietatem habes viij. q. j. in ſcripturis. cum ſuis concordantijs.

Ille ergo. Hæc eſt. ij. pars q. in qua dicitur ꝙ multum intereſt in quib. rebus mẽtiatur et hoc probat per duo cap. Ioan. de Fant.

d Mendacium. Stricte ſumitur hic mendaciũ. largius ſumitur cum dicitur, falſitas eſt ueritatis immutatio: ut in authen. de inſtr. cau. & fid. in princ. collat. vj.

c Fallere. Fallere aliquem in contractu aliquo, minus peccatum eſt, quam falli ab aliquo circa articulos fidei. in his enim quæ ſpectant ad fidem non multũ differunt inter ſe fallere & falli: ut xvj. quæſt. j. ſi cupis.

f IN quibus rebus. Sicut hoc an planetæ moueantur cõtra firmamentum, uel cum ipſo: an homo & non homo eãdem ſpeciem ſignificent.

g Aliud. Not. diffinitionẽ erroris: ut xxxviij. diſt. quamuis. & c. ſedulo.

h IN ipſarum. Quæ dicũtur. Et non creduntur, ſicut in cõtractibꝰ.

i Fallatur. Siue per negligentiam, ſiue non.

k Vtcunque. Id eſt, qualitercunque.

l Seiuncta ſunt. Quaſi dicat minus malũ eſt fallere in contractibus, quam falli in fide. & ſic non obſtat xvj. qõ. j. ſi cupis.

Item ꝙ dicitur. Hæc eſt iij. pars q. in qua ponit diſtinctionẽ inter peccata mortalia & uenialia. & hoc probat per capit. Aug. Ioan. de Fant.

Primum.

Fallere & falli quandoque parum differunt.

1 Ad hoc xxiij. qõe. iiij. ſi non licet. ex. de diuor. gaudemꝰ.

2 Adde hic Alex. de Imo. in l. quod te. circa ſi. ff. ſi cer. pet. glo. & ibi. Bal. in c. j. & alie. feudi. & aliquid per Bart. in l. pe. ff. d iu reiur. per Bal. in c. j. §. porro. quæ fuer. prima cauſa beneſi. amit. & in cap. licet. ſi de feudo fue. cõtro. inter do. & agn.

3 Sub. & tamen excuſat. ff. de donat. nã his extra de reſtitu. ſpol. olim. ij.

Petrus noluit & uoluit pedes ſuos à Chriſto lauari.

Vt aũt appareat quæ mẽdacia ſunt uenialia, et quæ damnabilia, diſtinguendum eſt quot ſint genera mendacij.

De quibus Auguſtinus ſcribit in libro de mendacio. †

Quot ſunt genera mẽdacij.

CAN. VIII.

PRimum eſt capitale mendacium, & longè fugiendũ, quod fit in doctrina religionis, [a] ad quod mẽdacium nulla cõditione [b] quis debet adduci. Secũdũ, ut ſi aliquẽ lædat iniuſtè, quod tale ẽ ut nulli proſit, [c] & obſit alicui. Tertiũ, qđ prodeſt alteri, ita ut obſit [d] alteri: quãuis nõ ad immunditiam [e] obſit corporalem. Quartum, ſola mentiendi fallendiq; libidine, quod mirum † mendacium eſt. [f] Quintum, quod fit placendi [g] cupiditate de ſuaui eloquio. His omnibus [h] penitus euitatis atque reiectis, ſequitur ſextum genus, qđ nulli obeſt, & prodeſt alicui: uelut ſi quiſpiam pecuniã alicuius iniuſtè [i] tollendam ſciens, ubi ſit neſcire ſe mentiatur. Septimum [k] genus mendacij eſt, quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: uelut ſi nolens hominem ad mortem quæſitum prodere, mentiatur. Octauum genus mendacij eſt, quod & nulli [l] obeſt, & ad hoc prodeſt, ut ab immũditia [m] corporali aliquem tueatur. Non eſt igitur mentiendum in doctrina pietatis: quia magnum ſcelus eſt, & primum genus deteſtabilis mendacij. Non eſt igitur mentiendum ſecundo genere, quia nulli facienda iniuria eſt. Non eſt mentiẽdum tertio genere, qa nulli cum alterius [n] iniuria eſt conſulendum. Nõ eſt mentiendum quarto genere, propter mẽdacij libidinem, quæ per ſe ipſam uitioſa eſt. Nõ eſt mentiendum quinto genere: quia nec ipſa ueritas placendi [o] cauſa hominibus enuntianda eſt: quantò minus mendaciũ, quod per ſe ipſum, quia mendacium eſt, utique turpe eſt. Non eſt mentiendum ſexto genere: neque enim rectè teſtimonij ueritas pro cuiuſcunque temporali commodo ac ſalute corrumpitur: ad ſempiternam [p] uerò ſalutem nullus ducendus eſt, opitulante mendacio. Neq; ſeptimo genere mentiendum eſt: nõ enim cuiuſquam commoditas aut ſalus tẽporalis pficiẽdæ [q] fidei præferẽda eſt † nec ſe quiſquã in rectè factis [r] noſtris tã malè moueri ſentiat, ut fiat etiã animo deterior, longeque à pietate remotior. Nec octauo genere mentiendum eſt quia & in bonis [s] caſtitas animæ, pudicitiæ corporis præfertur: [t] & in malis quod ipſi facimus, eò q fieri ſinimus, nobis damnabilius [u] eſt. In his autem octo generibus tantò

---

[a] PRimum. Religionis. ſicut Ieſum non eſſe paſſum, uel non eſſe natum de uirgine. j. quæſtio. iiij. §. notandum.

[b] Conditione. potius enim debet omnia mala pati, quam tali malo conſentire. xxxij. q. v. ita ne.

[c] Vt nulli proſit. ut eſt mẽdacium detractoris, uel falſi teſtis, in cauſa criminali. ſimile dicit lex, non eſt ferẽdus, q uult obeſſe, & nõ prodeſſe: ut ff. de rei uen. in fundo.

[d] Vt obſit. ut mendacium teſtis in cauſa pecuniaria.

[e] Immũditiã. tũc etiã magis obeſſet.

[f] Mirum mendaciũ eſt. quaſi dicat, mirum eſt quod ita uult aliquis mentiri, ubi nulla uertitur utilitas. quidam tamẽ habẽt merũ [a] mendacium.

[g] Placendi. quod faciunt adulatores ad hoc ut placeant: ut xlvj. diſtin. ſunt nõnulli. tamen adulatio quãdoque eſt ueniale peccatũ: ut xxv. diſtinctio. §. aliās ea.

[h] His omnib⁹. quaſi dicat præcedẽtia quinque ſunt mortalia, & ſequentia ſunt uenialia.

[i] Iniuſte. ſecus ſi iuſte, ut ſi fecerit authoritate iudicis.

[k] Septimum. In hoc differt ſeptimũ à ſexto, qa illud pdeſt ad uitandũ periculũ perſonæ, ſed iſtud ad euitandum periculum damni.

[l] Et nulli. hic dicitur quod nulli obeſt: & tamẽ obeſt ei qui mentitur. Et ſic eſt arg. q ipſa perſona, de qua fit ſermo, uel ad quã fit ſermo, non includitur in generali ſermone. Simile ff. cõmu. prędi. quicquid uenditor. arg. contra xxvj. diſt. c. deinde. & ff. de pign. l. Paulus. §. ulti. ubi dicitur quod ſi ſeruus obligauerit omnia bona dñi ſui, ipſe intelligitur obligari.

[m] Vt ab immunditia. ut ſi uolẽt i cõ‑

trahere cum ſoluta, dicam eã eſſe coniugatam: & prodeſt ei iſtud ad conſeruandam pudicitiam. Et nota q hæc tria mendacia in hoc conueniunt quod per ea alicui prodeſt mentiens, ſed nulli obeſt. Sed differunt in hoc, quod unum prodeſt ad euadendum damnum rerum: aliud ad euitandum periculum uitæ: tertium ad pudicitiam cõſeruandã.

[n] Cũ alterius. ſic xiij. q. v. deniq;. xj. q. iij. ſi quis uero. periculoſa eſt enim talis cõpenſatio. xiiij. diſtin. quod ait. poteſt tamẽ ſibi aliqs conſulere cum alterius iniuria, dum tamen non eo propoſito faciat ut alij noceat, ſed tantum ut ſibi proſit: ut ff. de aqua plu. arcẽ. l. j. §. deniq;. nec tũc facit iniuriã, cũ ſuo iure utitur: ut extra de elect. cum eccleſia. & extra de appella. cap. bonæ.

[o] Placendi. adulationis cauſa. & eſt ſimile xxxij. q. iiij. obijciuntur. xcij. diſtinct. cantantes.

[p] Ad ſempiternã. ſed qualiter poteſt aliquis ad æternã ſalutem duci per peccatum? Reſpon. indirecte: ut ſimoniacus dicat regulam ſuã eſſe dulcẽ, & per tale mẽdaciũ lucretur aliquẽ Chriſto. Et eſt ſimile j. q. ij. quam pio. xlv. diſt. de Iudæis. Et ſic patet q nullus debet mentiri ut alius periculũ corporis uel rerum euitet. xiiij. diſt. quod ait. & j. ead. faciat.

[q] Perficiendæ. id eſt, ſalutem alterius nemo debet præferre propriæ fidei.

[r] Factis. quaſi dicat licet nos ſancimus quod nemo debet mentiri pro uita alterius, nõ ideo aliquis ita crudelis uel impius ſit, q nõ defendat talẽ facto, licet uerbo nõ poſſit defendere.

[s] Quia & in bonis id eſt, inter bona.

[t] Præfertũ. ut xxxij. q. v. tolerabilius.

[u] Dãnabilius. Electiue ponitur: & eſt

 ſenſus

---

[a] Vnde dic q hic appellat religionẽ fidẽ articulorum, qua religamur Deo.

† c. xiiij.

[a] Et tunc exponitur merũ, id eſt, ſine aliqua utilitate.

† merum

[illegible]

Cõſulere ſibi põt quis cum alterius iniuria.

Mẽdacio ducit qs ad æternã ſalutem.

† Cõcor. l. ſancim⁹ & ibi Bar. C. de ep'ſ. & cleric. glo. in l. ſi qs Titio. ff. de lega. ij. Facto quãdoq; licet quod non licet uerbo.

quiſque minus peccat cũ mentitur, quantò magis à primo recedit. a Quiſquis autẽ eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatũ non ſit putauerit, decipiet ſemetipſum turpiter: cũ honeſtũ ſe deceptorem arbitretur aliorum.

Itẽ Auguſtinus de uerbis Apoſtoli. †

Non licet alicui cauſa humilitatis mentiri.

CAN. IX.

Cum humilitatis b cauſa mentiris: ſi non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod euitaras. Veritas autem ipſa in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorẽ, ut etiam eſſe cognoſcas: ueritas autem ipſa eſt ut quod eſt dicas. nam quomodo eſt humilitas ubi regnat falſitas? c

Item Gregorius.

De eodem.

CAN. X.

Ineauti ſunt homines qui mendacio ſe illaqueant.

Item Auguſtinus ſuper Ioannem.

Non licet alicui mentiri, ut arrogantia uitetur.

CAN. XI.

Non ita caueatur arrogantia, ut ueritas relinquatur.

Item in Enchiridio. †

Non omne mendaciũ æquè peccatum eſt.

CAN. XII.

Mihi autem non abſurdè uidetur omne quidem mendacium eſſe peccatum, ſed multum intereſt quo animo, & de quibus rebus d quiſque mentiatur. non enim ita peccat, qui conſulendi, e quomodo ille, qui nocendi uoluntate mentitur: nec tantum nocet qui uiatorem mentiẽdo in aduerſum iter mittit, quantum is qui uiam uitæ mendacio fallente deprauat.

Item Auguſtinus in libro de conflictu uitiorũ, atque uirtutum. †

Non eſt aliquo modo quiſquam decipiendus.

CAN. XIII.

Nec artificioſo f mẽdacio, nec ſimplici uerbo oportet quenquam decipere: quia quomodo libet mentitur g quis, occidit animam.

Idem Auguſtinus in quinto pſalmo.

Pro temporali uita alicuius perfectus mentiri non debet.

ſenſus, malum quod nos facimus, ſcilicet mendacium, eſt nobis damnabile: ſed quod ſinimus fieri homicidium, nobis non eſt damnabile.

z Recedit. non uidetur hoc uerum: quia minus peccatur ſeptimo genere mendacij, quã octauo: quia maius malum uitatur per ſeptimum mendacium, quam per octauũ. Ad hoc dico quod receſſus iſte non cõſideratur ſecũdum ordinẽ mendaciorum, quẽ hic enumerat: ſed poti⁹ cõſideratur circa qualitatem primi mendacij. Nam primum mendacium cõſiſtit in religione: quod maximum eſt. unde eſt maximũ peccatũ ſit in hoc mentiri. quãto ergo magis receditur à religione, tanto eſt minus peccatum. Vel dicas quod tria ultima peccata non differunt inter ſe, niſi ſecundum qualitatem facti. & ita nõ reputat iſta tria mẽdacia pro diuerſis. Ioan.

a Cum humilitatis. Hæc eſt iiij. pars quæſtionis in qua probat per duodecim authoritates ſanctorum quod in nullo caſu ſit mentiendum: tamẽ qui iocoſe mentitur, cũ decipere non intendit, uel cauſa pietatis, min⁹ peccat. Io. de Fant.

b Cum humilitatis. ſed nonne bonarũ mentium eſt, ibi recognoſcere culpã ubi culpa non eſt: ut 5. diſtinctio. v. ad eius? Reſpond. in genere poteſt quis dicere ſe eſſe peccatorem: quia nemo ſine crimine uiuit: ut xxv. diſtinctio. §. criminis. & recognoſcendo in ſe culpam eſſe, non peccat, dummodo hoc credat uerum eſſe quod dicit. xl. diſtinctio. ante omnia. & ij. quæſtione ſeptima. quanquam. ſed ſpecialiter dicendo aliquod peccatum de ſe, cuius contrarium eſt uerum, mortaliter peccat. Sed obijcitur de ſacerdote, qui omnia crimina ſpecialiter de ſe confitetur. Sed dic quod illud facit in perſona eccleſiæ. nullum enim uitium eſt quod non reperiatur in aliquo membro eccleſiæ uel dic ut dicit Auguſtinus quod in uno peccato multa peccata poſſunt notari. Cũ enim quis peccat mortaliter, committit homicidium, occidendo animam ſuam: committit furtum, quia ſe ſubtrahit Deo: adulterium, quia recedit à Deo, fornicatur cum diabolo: periurium, quia fidem promiſſam in baptiſmo, non ſeruat. Et quod dicit in omnibus uitijs, in quibus miſer homo peccare poteſt, &c. ibi comprehenduntur genera ſingulorum, & non ſingula generum. tres enim ſunt modi peccandi, ſcilicet delectatiõe, cõſenſu, & opere. j. de pœnit. diſtinctio. ij. ſicut.

c Falſitas. quia duo contraria non poſſunt eſſe in uno ſubiecto: ut xxxij. quæſtione j. cum renunciatur.

d Mihi autem. Rebus. maius enim eſt mẽtiri de Deo, quã de homine.

e Qui conſulendi ratione conſilij nemo peccat, uel obligatur, dũmodo non ſit fraudulentum: ut ff. de reg. iuris. cõſilij. & ubi alias nõ erat facturus ille, cui conſulitur: ut ff. manda. l. ſi remunerandi. §. ſi tibi mandauero. quãdoq; tamen tenetur plus conſulens, quam faciens: ut lxxxvj. diſtinct. tanta.

f Nec artificioſo. ut ſi hoc modo dicat, iſte equus neſcit ſcandere arborem: intendens quod neſciat ire ſuper põtem. & ubicunque aliquis obſcure uel ambigue loquitur: ut ff. de iure fiſci. ita ſi dei.

g Mentitur. ut lædat aliquem. ſecus ſi iocoſe mentiatur: ut infra capit. proximo. Quid ergo dicis de Abraham? nõne mentitus eſt, cũ aliud gereret in animo: ut infra eadem. §. Abraham? Item quid de Paulo qui dixit: Neſciui quia princeps eſſet, cum ſciret? ut uigeſimatertia, quæſtione prima. paratus. Item quid de mendacio Iehu, qui aliud in animo gerebat: ut infra ead. utilem? Ad hoc dicendum eſt quod Abraham myſtico intellectu uerum dixit, oſtendens patrem & filium in fine temporum reuerſurum ad Iudæos, cum omnes reuertentur ad ipſum. Paulus per illa uerba prædixit deſtructionem regni Iudæorum futuram ueniente Chriſto. Item Iehu non fuit mentitus, ſed ironice locutus eſt. Vel dic quod inſpiratione diuina hoc dixerunt: ut extra de diuortijs. gaudemus.

Ne quis.

---

r Hoc uerũ intellige ubi nõ poſſumus prohibere, alias ſecus: ut 24. q. 3. nõ inferẽda. &c. ult. 2. q. 7. negligere extra de ſẽt. excõ. quãtæ. & lib. 6. e. ti. dilectio. ubi eſt expreſſum. & 83. diſt. c. ita ſentit. hic Hug. q. n. cũ poteſt, malo non obuiat, cõſentit. cõſẽtiẽtẽ uero & facientem par pœna conſtringit. ij. q. j. notũ. extra de off. deleg. c. j. Archid.

† Sermo. 29.

Peccatorem ſe dicens, utrũ peccet.

Peccatũ unũ committens, multa cõmittit.

† ca. 18.

Cõſilium neminem obligat.

† cap. 10 Tomo 9.

z Vt ff. de pact. l. teri.

Abrahã. Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expers.

CAN. XIIII.

NE quis arbitretur perfectum & ſpiritualem hominem pro iſta temporali uita, morte cuius ſua uel alterius non occiditur [a] anima, debere mentiri: ſed quoniam aliud eſt mẽtiri, aliud eſt verum occultare: ſi quidem aliud eſt falſum dicere, aliud uerum tacere: ut ſi quis fortè non uelit ad iſtã uiſibilem mortem hominem prodere, paratus eſſe debet verum occultare, nõ falſum dicere, ut neque prodat neque mentiatur: nec occidat animam ſuã pro corpore alterius. Duo uerò ſunt genera mẽdaciorum, in quibus non eſt magna culpa, ſed tamẽ non ſunt ſine culpa: cùm autem iocamur: aut proximo conſulendo mẽtimur. Illud autem primũ in iocando, ideo non eſt perniciosum, quia nõ fallit. nouit enim ille cui dicitur, cauſa iocãdi fuiſſe dictũ. ſecundũ autem ideo minus eſt, quia retinet nõnullam [b] beneuolentiã. Illud uerò quod non habet duplex [c] cor, nec mendacium quidem dicendum eſt: uerbi gratia, tanquam ſi cui gladius commendetur, & promittat ſe redditurum cùm ille, qui commendauerit, popoſcerit: ſi fortè gladium ſuum repetat furens, [d] manifeſtum eſt, nõ eſſe reddendũ, ne uel ſe occidat, uel alium: donec ei ſanitas reſtituatur: hic ideo nõ habet duplex cor: quia ille cui cõmendatus eſt gladius, cũ promittebat ſe redditurum poſcenti, non cogitabat furentem poſſe repetere: manifeſtum eſt non eſſe culpandum. Aliquando uerum tacere, falſum autem dicere, non inuenitur ſanctis conceſſum.

Idem in libro de mendacio.

Noſtro peccato, alterius ſaluti conſulere non debemus.

CAN. XV.

FAciat homo etiã pro vita temporali uel ſalute hominũ quod poteſt: [e] † cùm autem ad hoc vẽtum fuerit, ut tali ſaluti niſi peccando conſulere nõ poſsit, iam ſe exiſtimet non habere quid faciat; quoniam id reliquum [f] eſſe proſpexerit quod rectè faciat.

Item Iſidorus in ſynonymis. †

De eodem.

CAN. XVI.

OMne genus mendacij ſummopere fuge: nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum: nec ut præſtes, [g] mentiri ſtudeas: nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. caue mendacium in omnibus.

Item Auguſtinus. †

De eodem.

CAN. XVII.

SI quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo poſsit a morte liberari, non es mentiturus. Os enim, quod mentitur, occidit animã. cùm ergo mentiendo uita æterna amittitur, nunquam pro cuiuſquam uita tẽporali mentiendum eſt.

[a] Not. ꝙ multiplex eſt perfectio, ſ. perfectio ſufficientiæ, ordinis, prælationis, religionis, & aliæ quædam ſicut diſtĩguũt theologi ſecũdum Ro.

Mẽdaciũ ẽ triplex, nec ẽ ſemper mortale.

[a] Ne quis. Nõ occiditur. [illegible] Ad quòd notandum ꝙ triplex eſt genus mendacij. Malignitatis, quod fit cauſa decipiendi: & illud omnibus eſt mortale peccatum. Ioco ſitatis, ubi nemo læditur. & illud nulli eſt mortale peccatum. Benignitatis ſiue pietatis, ꝙ fit pro ſalute alicuius, & de illo dicitur quod ſit mortale perfectis, ueniale imperfectis. Sed quare nõ eſt mortale potius illud peccatum quod fit ioco, & per quod nulli proſunt, quam illud per ꝙ proſunt alicui? Reſpondeo quod illud non fit ex animo, ſed iſtud fit, & per illud intendit decipere, per iſtud non. Et intelligas hic perfectum ſolum illum, qui ex toto renunciauit omnibus pompis ſeculi: qui ſi decederet, ſtatim ſaluaretur. Sed cum nullus debeat peccare uenialiter, ad hoc ut alter liberetur a morte: ut ſ. ea. primũ. qualiter ergo reſpondebit ille a quo quæritur ab hoſte, eſt talis in hac domo? ſi tacet, præſumit eũ eſſe in domo: ſi autem fatetur, reus erit homicidij? Reſpondeo tacere poteſt: & licet alter præſumat malum ex taciturnitate, hoc ei nõ imputatur. abſit enim ut ea quæ bona & licita facimus, &c. ut xxiij. quæſt. v. de occidendis. uel per æquiuocationem caute deludat interrogantem, dicendo nõ eſt hic, id eſt, non comedit hic: ſicut Abraham fecit. [a] ſ. e. quærit. hoſtem eñ caute poſſumus deludere. xliiij. diſtinct. mandatis. nõ obſtat xj. quæſtio. iij. quiſquis metu. vbi dicitur qđ ueritatem occultare, idem eſt, quod dicere falſum: ſed illud verum eſt in teſte qui aſſumpſit officium teſtificandi. Item non obſtat. xxv. quæſt. ij. præſcriptione. quia obtinet circa iudicia.

[a] Alia exempla plura habes. ſ. eod. §. Abraham uſq; ad ſi. qõ. ſecundũ Raym.

[b] Nonnullam. Quia facit ut conſulat proximo.

[c] Duplex. ſ. xj. q. iij. anteceſſor.

[d] Furẽs. ergo ſemper ſubintelligitur hæc conditio, ſi res in eodem ſtatu manſerit: ut ff. de ſolut. cum quis. in princ. extra de iureiuran. quemadmodum. Et eſt hic argu. ꝙ propter nouum caſum, nouum datur auxilium: ut extra de offi. dele. inſinuante. ff. de interrogat. act. de ætate. Item argu. eſt hic ꝙ uerba generalia non extenduntur ad ea de quibus non eſt dictum uel cogitatum: ut ſ. e. beatus. xj. q. iij. anteceſſor. & ff. de tranſa. cum Aquiliana. extra de deci. ex multiplici: & extra de reſtitut. ſpol. audita, &c.

[e] FAciat. Quod põt. ex hoc cap. habes quod ſolum illud dicimur poſſe facere, ꝙ iuſte facere poſſumus. Quandoque hæc dictio poſſe, ſimul denotat potẽtiam iuris uel facti: ut extra de reſcri. ſciſcitatus. quãdoque potentiam facti tantum: ut vij. quæſt. j. Moyſes. quandoque refertur ad honeſtatem. de pœn. diſt. ij. charitas. ff. de conditio. inſtitu. filius. quãdoque ad commoditatem. ff. de verbo. ſignific. Nepos Proculo.

[f] Id reliquum eſſe. Id eſt, ſolum ſibi eſt relictum.

[g] OMne genus. Vt præſtes. Id eſt, ut proſis. Ioan.

† Ex iſto tex. infert ꝙ actus reſoluit in potentiã. Concord. text. in l. iij. §. ſi ꝗs ff. de ſtatu. & l. j. ff. de leg. ij.

Propter nouum caſum, nouũ datur auxilium.

† In dialogo hominis & rationis.

Potentia ad multa refertur.

† lib. cõtra mẽdacium, c. 6.

Conſueuit dici, ꝙ quatuor modis dicit̃ aliquid poſſe fieri, ſcilicet facultate naturæ, iuris permiſsione, uitæ merito, officij debito. de hoc no. Innoc. extra de cõceſ. præbẽda decedẽs.

Item Auguſtinus in libro quæſtionum Geneſis, cap. xlv. †

Non reputantur mendacia, cùm ea, quæ non ſunt, ioco dicuntur.

CAN. XVIII.

Q Vod autem ait fratribus ſuis Ioſeph, Neſciebatis quia non eſt in augurio homo, qualis ego? † de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem: quid ſibi uelit, quæri ſolet. An quia non ſerio, ſed ioco dictũ eſt, ut exitus a docuit: non eſt habendũ mendacium. Mendacia enim à mendacibus ſerio aguntur, non ioco. Cum autem quæ non ſunt tanquã ſint ioco dicuntur, nõ reputantur mendacia.

Sed in ueteri teſtamento multa permittebãtur, † quorum exemplis hodie uti non licet.

Vnde Gregorius.

Veterum exemplo mentiri non licet.

CAN. XIX.

S I quis per uetus teſtamentum uult ſuũ tueri mẽdacium, quia minus illic quibuſdam fortaſſe nocuerit, dicat neceſſe eſt rerum alienarum raptum, b retributionem iniuriæ, c quæ infirmis illic conceſſa ſunt, ſibi nocere non poſſe: quæ omnia cunctis liquet quanta animaduerſione ueritas inſequitur, d quæ nobis iam ſignificationis ſuæ umbra poſtpoſita, in uera carne declaratur.

Idem.

Obſtetrices de pietate remunerata, de mendacio ſunt punita.

CAN. XX.

S I quælibet culpa ſequenti ſolet pia operatione purgari, quantò magis hæc facilè abſtergitur, quam mater boni operis pietas ipſa comitatur? Nonnulli uerò ex obſtetricum fallacia conantur aſſerere hoc mendacij genus non eſſe peccatum: maximè quia illis mentiẽtibus ſcriptum eſt, quod ædificauit eis dominus domos: in qua magis recompenſatione cognoſcitur quid mendacij culpa mereatur. e nam benignitatis earũ merces, f quæ eis in æterna g potuit h uita retribui, pro admiſſa culpa mendacij in terrenam eſt recompẽſationem declinata.

Abraham quoque loquẽs ad pueros ſuos, ait: Sedete hic cum aſino: ego & puer illuc uſque properantes pertrãſibimus, & cùm adorauerimus, reuertemur ad uos: licet aliud ſe facturum deliberaret, tamen excuſatur à mendacio. Vnde Ambroſius in lib. de patriarchis † Prophetauit † Abraham quod ignorabat: ipſe ſolus diſponebat redire immolato filio: ſed dominus per os eius locutus eſt quod parabat. i *captioſè* k *autem loquebatur cum ſeruulis, ne cognito negotio aut impediret eum aliquis, aut gemitu obſtreperet, aut fletu.*

§ *Quandoque aliquid iubendo ſignificamus uelle fieri, quod tamen fieri nolumus: ſed experimentum obedientiæ quærimus: ſicut Abraham à Deo tentatus legitur, cùm iuſſus eſt immolare filium, quem dominus nolebat ab eo occidi, Vnde in eodem libro idem Ambroſius.*

---

† lib. j. c. 145. 144. c. Geneſ. Gen 44. d

† Alias, & augurio quo comẽdauit ſe eis dicendo per hominẽ, &c.

a Hoc dictum ſane intellige. nam tunc bene peccabant, ſi hoc faciebant præter authoritatẽ iudicis. & ſecundum hoc intellige hoc dictũ G. nã eius authoritate poterant hoc iure faceſ. ſed ſi faciebãt non ideo puniebantur a iudice ſine lege, ut hic dicitur ſecundum Hug.

† Permittebantur. melius diceret Gratia. exempla ſanctorum' facta narrant, q̃ nõ approbãtur: ut & tradit Joã. Imo. in l. ſtipulatio hoc modó de uerb. obl.

Pœnam & præmiũ conſequit qs ex codẽ facto. Proſperitas in hoc ſeculo eſt periculoſa.

Mulieres quæ Pharaoni promiſerunt oẽs mares interficere, bis

a Qvod autem ait. Vt exitus arg. ꝙ per conſequentia probantur præcedentia: ut xxxiij. qõ. j. c. j. & j. qõ. j. conſtat. ff. de act. & oblig. obligationum.

b S I quis per uetus. Raptum. Rapinam commiſerunt filij Iſrael. xiiij. qõ. v. dixit. Et eſt hic argu. ꝙ uno prohibito, prohibita ſunt omnia ſimilia: ut s̃. diſt. iiij. denique in fine. & extra de conſtitut. translato.

c Iniuriæ. Tunc licuit Propria authoritate ulciſci iniurias: ut xxiij. q. iij. cum in lege. & qõ. v. ſi audieris. hodie non licet: ut xxiij. q. iiij. c. inter. & q. v. de occidendis.

d Inſequitur. Cum dicit: Mihi uindictam, & ego retribuam. & cum dicit: Si quis percuſſerit te in una maxilla, præbe ei & aliam. xxiij. qõ. j. in princ. Ioan.

S I quælibet. Mereatur. Id eſt, demereatur.

f Merces. Argum. aliquem conſequi pœnam & præmium ex eodem facto: ſicut miles, qui mittitur cauſa ignominiæ, liberatur a ſacramento. & eſt cõtra id. ff. de negot. geſt. ſiue. & xvj. q. j. legi.

g Aeterna. Vides ergo quòd ſi aliquis proſperitatem habet in hac uita, per hoc aufertur ei ſpes æternæ uitæ: ut de pœn. diſt. iij. quid ergo turbamur. Item ex iſto loco uidetur quòd iſtæ mulieres, quæ mentitæ fuerunt pro ſalute alterius, peccauerunt mortaliter: quia pro ueniali peccato nullus priuatur æterna ſalute. Auguſt. tamẽ dicit eas ueniliter peccaſſe. Sed ut patet in gloſſa Gregorij ſuper Exo. unde ſum[illegible] interficerent. illud peccatum fuit ueniale: quia fuit pro uita illorũ conſeruanda & de illo loquitur Augu. Poſtea uero pueris reſeruatis cum redarguerentur a Pharaone, ſecundo ſunt mentitæ, cum dicebãt Hebræorũ mulieres habere ſcientiam obſtetricandi, &c. & tunc non fuerunt mẽtitæ pro uita puerorum, quia illi iã ſeruati erant: ſed pro propria uita, ne interficerentur. & hoc mendacium fuit mortale: propter hoc damnatæ fuerunt. Quidam tamen dicunt, ꝙ licet propter ueniale peccatum nõ dãnetur aliquis, tamen impedire poteſt aliquem ne ſaluetur. Sed hoc non credo, cum ueniale peccatum nõ tollat gratiã, nec eam impedit: etiam ſi omnia uenialia peccata aliquis commiſiſſet.

h Potuit. Si habuiſſet charitatem.

i Parabat. Dñs.

k Captioſe. Id eſt, cautè.

Volebat.

ſunt mentitæ.

Exo. t. d

Gen. 22. d

† lib. j. de Abraham cap. viij.

† alias de eſt, Abraham.

Non enim uolebat [a] *Deus à patre immolari filium ſuū: nec impleri hoc munus uolebat, q̄ ouem pro filio immolandā obtulit: ſed tētabat affectū patris, ſi Dei præcepta præferret filio. Et infra. Nō inijcias (inquit) manū in puerum, neque facias illi quicquā. Affectū tuum inquiſiui, nō factū exegi. tentaui mentem tuam, ſi etiā filio dilectiſſimo non parceres ꝑpter me. Non aufero quod ipſe donaui: nec hæredē inuideo, quē largitus ſum nō habenti.*

Item Hieronymus.

Simulatio utilis eſt, & in tempore aſſumenda.

CAN. XXI.

Vtilem [b] ſimulationem & in tempore aſſumendam, Iehu regis Iſrael nos doceat exemplū, qui cū non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, finxit idolū uelle colere, dicens, Cōgregate mihi oēs ſacerdotes Baal: rex Achab ſeruiuit ei in paucis, ego ſeruiam ei in multis. Et Dauid quando mutauit faciem ſuā corā Abimelech, & dimiſit eū, & abijt. nec mirum quanuis iuſtos homines, tamē aliqua ſimulare pro tempore ob ſuā & aliorū ſalutem: cū & ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus nō habens peccatū, nec carnem peccati, ſimulationē [c] peccatricis carnis aſſumpſerit: ut condemnās in carne peccatū, nos in ſe faceret iuſtitiam Dei.

Ecce quę mēdacia ſint uenialia, et q̄ dānabilia. Sed quęritur quare dicat Auguſtinus non eſſe mentiendū pro temporali uita alicuius: cū Abraham deſcendens in Aegyptum rogauerit Saram, ut ſororem eius ſe eſſe mētiretur, dicens: Noui quidē ꝙ pulchra ſis mulier, & ꝙ cū uiderint te Aegyptij dicturi ſunt, uxor illius ē, et interficiēt me, ſeruabuntq; te. dic ergo obſecro te, ꝙ ſoror mea ſis: ut bene ſit mihi propter te, & uiuat anima mea ob gratiam tui. Sed Abraham nō mendacium dici, ſed uerum taceri uoluit.

Vnde idem Auguſtinus ait in quæſtionibus Geneſis. † — † q. xxvj. lib. j.

Quomodo Abraham exſcuſatur à mendacio quia Saram ſororem ſuam eſſe dixit.

CAN. XXII.

Quæritur cur patriarcha mentiri [d] uoluit, ut diceret Sarā ſororem [e] ſuā, & nō potius Deo cōmiſit: qui ſi uellet, eius pudicitiā apud Pharaonem [f] ſeruare poſſet. Sed ueritatem uoluit celari, nō mendacium dici. ſoror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc oſtēditur, ꝙ nemo debet tentare Deum ſuum, dum habet quid rationabili conſilio faciat. [g] fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commiſit, in quem ſperauit: nec eum fides aut ſpes fefellit. ſi autem interrogatus uxorem illam ſuam indicaret, duas res Deo committeret, & uitam ſuam, & uxoris pudicitiam.

Item opponitur, ꝙ Iacob mentiendo, & ſibi profuit, & alij nocuit: nec tamē reprehenditur, ſed cōmendatur. Sed Iacob dicendo ſe eſſe Eſau primogenitū non eſt mentitus. † *nō enim dixit ſe eſſe primogenitū naſcendo, ſed ius primogenituræ illo uendēte ritè adeundo. ſic & Chriſtus Ioānem dixit eſſe Heliā: nō perſona, ſed imitatione uirtutis. Erat ergo Iacob Eſau nō naſcēdo (ut diximus) ſed emptione primogenituræ, de nō primogenito in primogenitū trāſeundo: ſicut et ipſe Eſau primogenita uēdēdo, de primogenito non primogenitus fieri meruit.*

---

a Volebat. Sed nunquid uoluntas Abrahæ fuit cōtraria uoluntati Dei? nō: ſed ipſa uolita fuerunt contraria. Abraham enim uolebat interficere, & Deus hoc ipſm noluit, ſcilicet ipſum Abraham uelle interficere, & ſic eadem fuit uoluntas.

b Vtilem. Argu. ꝙ dolus contra hoſtem bonus eſt: ut xxiij. qō. ij. dominus. & xliij. diſt. in mandatis. & ff. de cap. & poſtli. re. nihil intereſt. C. de commer. & mercat. l. ij. & xiiij. qō. v. dixit. & de conſec. diſt. ij. dixit dominus. Sicut econuerſo, quedā diſſimulare poſſumus. ff. de noua. doli. in fi. argum. contra. xxiij. qō. j. noli. dolus uero uel ſimulatio ad fallendum ſemper malus eſt: ut xxvij. diſt. quod interrogaſti. & xij. qō. j. certe. C. de lati. liberta. tollen. l. j. §. ſed & qui pileati.

c Simulationem. Vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas ſi diabolus eum filium Dei ſciuiſſet, nunquam eum a Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet.

Quæritur. d Mentiri. Ecce dicit Auguſt. ipſum mentitum, & tamen poſtea dicit ipſum non mentitum. & hoc eſt notandum circa reſcripta, uel circa iudicia, an quærēdo uel narrando uel diffiniendo aliquid dicatur: ut iij. qō. vj. hæc quippe. & ſic eſt hic argumētum ꝙ interrogatus non confitetur. Arg. contra. xxx. qō. j. de eo.

e Sororem. Hic patet ꝙ non quilibet ſecūdus gradus fuit in lege prohibitus. extra de conuer. in fin. interrogaſti. in parte. deciſa. Item patet hic ꝙ licite per æquiuocationē poſſumus hoſtem deludere: ut not. ſ. ea. ne quis. & j. §. proximo.

f Apud Pharaonem. contra. xxxij. q. iiij. nemo. ubi dicitur & Abimelech. ibi ſol. nam ambo in ipſum Abraham deliquerunt. de pœ. diſt. j. §. ex his. alias eſt. §. deniq; verſ. reges quoque. Laur.

g Faciat. Non ob. de conſe. diſt. j. omnis Chriſtianus: ut ibi ſoluitur. ſic xxiij. q. ulti. ſi nulla.

Sed

Ibidem.

Dolus contra hoſtem bonus eſt.

Alias, Auguſtinus.

4. Re. 10. d

Diabolus à Chriſto fuit deceptus.

1. Re. 21. d

Quomodo intelligat Abraham mendaciū non dixiſſe.

Gen. 12. e

Gen. 22. d

Gen. 25. d

Mat. 11. b

† Adde Alexā. de Imol. in l. qui iurato. circa fi. ff. qui ſatiſd. cog. & text. in l. ꝙ iſtraſ ſet. i prin. ff. de iure iur. & ſingulariter. Bald. in l. obſeruare §. proficiſci. in ij. uel iij. colum. ff. de offic. proconſu.

Sic et Iudæi cũ eſſent filij Abrahæ carne, qa nõ fuerunt filij eius imitatione, nõ deputant̃ inter filios Abrahæ, ſed dñr filij diaboli, cuius filij ſunt nõ naſcẽdo, ſed imitãdo. [a] *unde à dño audire meruerunt: Si filij Abrahę eſtis, opa Abrahæ facite. nunc aũt quæritis me ĩterficere, hominẽ qui ueritatem locutus ſũ uobis. hoc Abrahã nõ fecit. uos ex patre diabolo eſtis: et deſideria patris ueſtri facere uultis. Ecõtra Gentiles cũ ſecundùm originẽ carnis ab Abrahã eſſent alieni, tamẽ imitatione fidei et iuſtitię ſucceſſerũt in filios Abrahæ. Vnde ab apoſtolo dicitur eiſdẽ: Si aũt Chri, ergo Abrahæ ſemẽ eſtis.*

Hinc idẽ apoſtolus ſcribẽs Romanis ait: O tu Iudeę ſi circũcidaris, nec legẽ eius obſerues, circuncíſio tua præputiũ [b] *facta eſt: quomodo et præputiũ ſi iuſtitias legis cuſtodias, ĩ circũciſionẽ reputabit̃.* [c] *preferẽ ergo (ut ex pręmiſſis colligitur) imitatio opis origini carnis. ueraciter ergo nõ mẽdaciter Iacob ſe dixit Eſau eſſe: nec mentiẽdo ſed uerũ dicẽdo ſibi ꝓfuit: alteri uerò nõ nocuit:* [d] *quia bñdictionẽ ſibi debitã accepit, non alienã ſurripuit. Eps uerò iſte, de quo agit̃, et ſi falſum iurauit, tamẽ quia (ut ſuprà dictũ eſt) ream linguã nõ facit, niſi rea mens, nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc ẽt exẽplo Saulis: q cùm eſſet in caſtris pugnaturus contra Philiſtæos, iurauit ſe interfecturũ quicunq; ante ſolis occaſum comederet: Ionathas aũt filius eius, nõ audito* [f] *regis iuramẽto, cùm pugnando magnã hoſtiũ ſtragẽ* [g] *dediſſet, et ſalutẽ feciſſet ĩ Iſraël, fame laborãs* [h] *uidit fauũ mellis: quem regia uirga, quam geſtabat in manibus, accepit, & comedit: ſtatimq; oculi, quos ferè fames clauſerat, aperti ſunt, & facies eius exhilarata eſt: quo comperto Saul uoluit eum dare neci: ſed precibus & pia populi ſupplicatione placatus, mortis reuocauit ſententiã, ne interficeretur ille, per quẽ ſalus data erat in Iſraël: & quo pugnante, de manibus hoſtium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falſum iurauit: quia quod iurando ſe facturum decreuit, precibus populi prouocatus non fecit. nec tamen periurij reus arguitur: quia quantum* [i] *in ipſo fuit, quod iurauit impleuit, dum ſententiã mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, sed populi ſupplicatione reuocauit.*

QVAESTIO III.

Vm ergo (ut ratione et exemplo monſtratũ eſt) epiſcopus reus periurij nõ eſſet, cõſueta obed. ẽtia [k] *ab archidiacono ſibi denegari nõ debuit: cũ etiã ſi criminoſum illum eſſe conſtaret. ante diffinitiuã tamen ſententiã (ut ſuprà monſtratum eſt) nulli clericorum ſuorum ab eo liceret diſcedere. conſtat ergo illicitũ eſſe quod archidiaconus iuramẽto firmauit: unde meritò quæritur an debeat ſeruari, uel non.*

QVAEST. IIII.

Vòd aũt illicita [l] *iuramenta ſeruari nõ debeãt, in Toletano concilio octauo legitur, in quo ſic ſtatutum eſt.*

[a] Sed imitando. & ita quãdoque aliquis ſumit potius appellationem ab accidenti, quàm a natura: ut ff. de origi. iur. l. ij. in princ. & j. qõ. j. cito.

[b] Præputium facta eſt. Id eſt, circunciſus es in præputio, & non in corde: cum tamẽ dixerit legislator circuncidite uos, & amputate præputia cordis ueſtri.

[c] Reputabitur. Id eſt, gentilis reputabitur circunciſus, ſi ſeruat legem.

[d] Non nocuit. Et ſic iniuriam non fecit quia iure ſuo uſus eſt: ut extra de elect. cum eccleſia.

[e] Niſi rea mens. Vt ſ. eo. homines.

[f] Audito. Quia uox præconia paucis innoteſcit: ut C. quomodo & qñ iudex. authẽ. qui ſemel. & qui tarde uenit ad iudiciũ, præſumitur nõ audiuiſſe uocẽ præconis: ut ff. de in integ. reſtit. diuus. & edictũ tantũ ligat eos, ad quos peruenit: ut lxxxij. diſt. propoſuiſti. in fi. ff. de decre. ab ordi. fa. l. ulti. tamen hæc non eſt excuſatio ſufficiens, dũmodo edictũ ſit publice propoſitum: ut xvj. diſtin. quod dicitis.

[g] Stragem. Et hoc ei non proficit, ſi ſciẽter cõtra edictũ fecit: ut ff. de re mi. l. iij. §. in bello.

[h] Laborans. Illud eum potuit excuſare. de conſe. diſtin. v. diſcipulos.

[i] Quia quantum. Sic dicitur aliquid quantum ad ſe, non quantum ad alios: ut xlix. diſt. c ulti. & de conſec. diſtin. iiij. quæris. & j. qõ. j. quod quidam.

[k] Vm ergo Obediẽtia. hæc quæſtio determinat. ſ. xv. qõ. ult. c. ult. ſ. viij. q. iiij. cap. nonne.

Vod aũt. Hæc qõ diuidit in tres partes. In prima probat per xx. cap. ꝙ in malis promiſſis reſcindendũ eſt iuramentum, ſ. cum ſeruari, non poſsit ſine detrimento ſalutis æternæ. Secunda ibi, Ecce ꝙ iuramenta. Tertia ibi, Sed cum his. Ioan. de Fant.

[l] Illicita. Iuramentum

Ioan. 8. e

Vox præconia paucis innoteſcit.

2. Cor. 4. e

Edictum tantum ligat eos, ad quos puenit.

Rom. 2. d

Et ff. de re. cor. q ſub. tute. l. quãuis. xvj. qõ. j. monachi.

[illegible]

Melius eſt uota ſtultæ promiſsionis nō implere, quàm crimen committere.

CAN. I.

SI publicis ſacramentorum geſtis (quod Deus auertat) à quibuſlibet illicita uel non bona extitiſſet conditio alligata, quæ aut iugulare animam patris, aut gerere compelleret ſtuprum ſacratiſsimæ uirginis, nū quid non tolerabilius [a] eſſet ſtultæ promiſsionis uota reijcere, quàm per inutilium promiſſorum cuſtodiam, exhorrendam criminum implere menſuram?

Item Ambroſius de Officijs libro primo. †

Aliquando non expedit promiſſum ſeruare ſacramentum.

CAN. II.

ESt etiam contra officium [b] nonnunquā promiſſum ſoluere ſacramentum: ut Herodes, qui iurauit, quod quicquid [c] petitura eſſet, daret filiæ Herodiadis: necem Ioannis præſtauit, ne promiſſum negaret.

Item in ſermone ſancti Auguſtini epiſcopi, de decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ, qui ſic incipit: Cùm ſanctum euāgelium legeretur.

Pietas fuit, quod Dauid Nabal ſicut iurauerat, non occiderit.

CAN. III.

QVòd Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit. uideo Dauid pium hominem & ſanctum in iurationem temerariam [d] incidiſſe, & maluiſſe non facere quod iurauerat, quàm iurationem ſuam hominis fuſo ſanguine adimplere.

Item.

De eodem.

CAN. IIII.

IVrauit Dauid temerè, ſed non impleuit iurationem ſuam, maiori pietate ductus. Ecce Dauid ſanctus iuramento quidem adſtrictus, non fudit ſanguinem hominis: ſed eum falſum iuraſſe negare quis poterit? De duobus peccatis [e] minimū elegit: ſed minus fuit illud in comparatione peioris. Nam per ſeipſum appenſum, magnum malum eſt falſum iurare.

Item Iſidorus in ſynonymis libro ſecundo.

Turpia uota ſeruanda non ſunt.

CAN. V.

IN malis [f] promiſsis reſcinde fidem. In turpi uoto, muta decretum. Quod incautè uouiſti, ne facias. Impia eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur.

Item Beda in homil. xliiij.

Non eſt obſeruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur.

CAN. VI.

SI aliquid fortè nos incautius iurare contigerit, quod obſeruatum in peiorem [g] uergat exitum, liberè illud ſaluhriori conſilio mutandum nouerimus: ac magis inſtante neceſsitate peierandum nobis, quàm pro uitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique iurauit Dauid per Deum occidere Nabal uirum ſtultum, & impium, atque omnia quæ ad eum pertinebant, demoliri: ſed ad primam interceſsionem Abi-

Iuramētū ſex modis dicitur illicitum.

mentum ſex modis dicitur illicitū, ex perſona, ex re, ex fine, ex cauſa, ex tempore, ex modo. Ex perſona dupliciter: uel ex pſona eius, qui iurat, uel ex perſona eius, cui iuratur. nam ſi impubes iurat, non tenet iuramentum: [1] ut j. e. quæſt. v. paruuli. Item ſi clericus laico iurat. j. quæſtio. v. nullus. Ex re etiā illicitū eſt iuramentum dupliciter ut ſi res ſit illicita quæ iuratur: ut j. ea. ca. in malis. & ſi res illa, per quā iuratur, non ſit ſacra: ut ſ. ea. q. j. clericum per creaturas. & ſ. quæſtio. j. cōſidera. Ex fine illicitum eſt, ut ſi iuretur ꝓpter electū, & ante electionem: ut viij. quæſt. iij. Arrald⁹. Ex cauſa: ut ſi ad clamorē populi iuretur: ut j. ea. unuſquiſq;. Ex modo eſt illicitum, ut ſi temere iuret, uel indiſcrete, uel præter neceſsitatē: ut ſ. ead. quæſtio. ij. cap. ij. & j. ead. cap. ſi aliquid. Item iuramentum ex tempore eſt illicitum, ut ſi iuretur in quadrageſima, niſi de pace componenda, ut j. quæſtio. v. decreuit. quod hoc uerſu perpenditur: Quis, cui, quid, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando. Breuiter ergo teneas in hac quæſtione, ꝗ ſemper iuramētū eſt ſeruandum ſi eſt licitum: licet etiam illicitum ſit ex modo iurandi: ut j. eadem. ſi aliquid. extra de iureiur. c. debitores. Ioan.

[1] Ad idē ff. de iure iur. periuraſſe. niſi in caſu ff. de li. cau. l. ult i.

Iuramētū ex re illicitū dupliciter.

† lib. 3. c. 3.

Matt. 14.

1. Reg. 25

a SI publicis. Nō tolerabilius. nec peccat trāſgrediēdo. ut j. ea. in malis & cap. inter. licet tunc peccauit quando iurauit. [2] Ioan.

[2] Vnde ei pœnitentia indicitur, extra e. tit. cum quidam.

b ESt etiam contra officium. Id eſt, pietatem.

c Quicquid. in hoc generali iuramēto non intelligitur iuraſſe, niſi quod licite facere potuit: [3] ut extra de iureiur. Quintauallis. extra de electi. cauſam. ff. de oper. lib. ſi libertus. & ff. de ritu. nuptia. l. generali. & ff. de iure do. ſiue generali. Ioan.

[3] Non enim iuramentū eſt uinculum iniqtatis. j. c. q. inter. extra de iureiu. quāto. & circa hoc dicut leg. & not. extra de homi. cū iuramento. Archi.

d QVod Dauid. Temerariā. iuramentum temerarium & inconſulto calore iracundię factum, non eſt ſeruandum; ut hic, & ij. quæſt. iij. c. præuaricator. Ioan.

e IVrauit. Peccatis. id eſt, quę uidentur peccata, [4] cum alterum nō eſt peccatum. Ioan.

[4] Id eſt, ꝗ ꝑ ſe cōſiderari poſsūt de generē peccatorū, cū in tali caſu tranſgreſsio iuramenti nullū eſt peccatum etiā ueniale, ſecūdū Hugo. ſed tūc peccauit Dauid cū temere iurauit. Laur.

f IN malis. aliud eſt in malis promiſsis, & aliud in male promiſsis. primum non eſt ſeruādum, ſecundum ſic: ut j. ead. cap. proximo.

g SI aliquid. Peiorem. Simile extra de iureiuran. ſi uero.

Peiorem. Item aliud exemplum poteſt poni quam hic ponatur: ut ſi iuraui me peccaturum uenialiter, tale iuramentum nō debeo adimplere: quia adijcerē peccatū peccato: ut j. ead. diffinitio. & ſi temere aliquid iurat, quod eſt licitum, adimplēdum eſt. ſi tamen ꝓpter neceſsitatē nō poſſum adimplere, uenialiter pecco, ut xxv. diſtin. §. criminis. in fi. & à licito iuramento (ut dicūt quidam) papa non poteſt abſoluere: ut not. xv. quæſt. vj. authoritatē. ſed contra eos eſt extra de iureiurā. uenientes. Ioan.

Iuramentum non ſemp eſt adimplendum.

A licito iuramēto papa non poteſt abſoluere.

1. Reg. 25

Non

gail fœminæ prudentis mox remiſit minas, reuocauit enſem in uaginam: neq; aliquid culpæ ſe pro tali periurio contraxiſſe doluit.

Item.

De duobus malis minus eligi oportet.

CAN. VII.

NOn ſolùm in iurando, ſed in omni qđ agimus, hæc eſt moderatio ſolicitius obſeruãda, ut ſi in talẽ fortè lapſum uerſuti hoſtis inciderimus inſidijs, ex quo ſine aliquo peccati contagio a ſurgere non poſſumus, illum potius euadẽdi aditum petamus, in quo minus b periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus.

Item Ambroſius de Officijs. †

Tolerabilius eſt iuramentũ non implere, quàm quod turpe eſt, facere.

CAN. VIII.

VNuſquiſq; ſimplicem ſermonem ſuũ proferat: uas ſuum in ſanctificatiõe poſſideat: nec fratrem circunſcriptione inducat uerborum: nihil promittat inhoneſtum: c aut ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quã facere quod turpe ſit. ſæpe pleriq; cõſtringunt ſe iuriſiurandi ſacramento, ut cum ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciant, quod ſpoponderunt: ſicut de Herode ſupra ſcripſimus, qui ſaltatrici præmiũ, ꝙ turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe ẽ ꝙ regnũ pro ſaltatione promittiť: crudele eſt, ꝙ mors prophetæ ꝑ iuriſiurãdi religiõe datur. quãto tolerabilius tali fuiſſet periurium ſacramento, (ſi tamen periurium dici poſsit) quod ebrius d inter uina iurauerat, quod & iuratus inter ſaltantium e choros promiſerat. Infertur diſco prohetæ caput: & hoc æſtimatũ eſt fidei eſſe, qđ amentiæ † f fuit. *Et poſt pauca de Iephthe* g *differẽs:* Miſerabilis, inquit, neceſsitas, quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt nõ uouere, quã uouere, id ꝙ ſibi is, cui promittiť, nolit exolui. Et poſt paululũ: Non ſemper igitur promiſſa ſoluenda ſunt omnia. denique ipſe dominus (ſicut ſcriptura indicat) frequenter ſuam mutat ſententiam.

Item ex eodem concilio Toletano.

Incommutabilis Deus, quandoque ſua mutat ſtatuta.

CAN. IX.

INcommutabilis Deus, idemq; ſemper exiſtens, Deiq; ſumma natura, ſæpe ſua in ſacris literis legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam h unde licet ſit impaſsibilis atque incommutabilis, crebrò tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia, quæ ſacris extant myſterijs adoperta. Iurare nanque Dei, eſt à ſeipſo ordinata nullatenus conuellere: pœnitere uerò, eadem ordinata cũ uoluerit immutare, Sic enim per Ieremiã dicit: Repentè loquar aduerſum gentem, & aduerſum regnum, ut eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam à malo, quod cogitaui i ut facerem eis.

Item Auguſtinus.

Sapientis eſt reuocare quod malè loquitur.

CAN. X.

MAgnæ ſapientiæ eſt reuocare k hominem quod malè locutus eſt.

Item ex concilio Ilerdenſi.

Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramentum facit.

CAN. XI.

QVi ſacramento ſe obligauerit ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio uno l anno

a NOn ſolum. Contagio. quantum ad perplexionem animi: ut xiij. diſt. nerui.

b In quo minus. Quoties enim aliquid ſine captione fieri nõ poteſt, ſemper id quod minimum eſt ſequimur: ut ff. de reg. iur. quoties nihil. Ioan.

c VNnuſquiſq;. Inhoneſtũ. Non ſolum ergo iuramentum rei illicitæ nõ eſt ſeruandũ, ſed nec etiam inhoneſtæ: imo ſi tendat ad inhoneſtatẽ, quãdoque nõ eſt ſeruãdum licet poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: ut extra de iureiur. quẽadmodum.

d Quod ebrius. Ergo promiſsio ebrij non tenet: ; ut xv. q. j. ſane.

e Saltantium. Argumẽ. quod id ꝙ ad clamorẽ populi ꝑmittitur, nõ tenet. ſimile viij. q. j. licet. & ca. ſi ergo. & extra de elect. c. Oſius Item alia ratione non debuit tenere hoc iuramẽtũ, quia ob reuerentiã hoſpitum uidetur promiſiſſe: & ea quæ ob reuerentiam alicui ꝑmittuntur, non ligant: ut ff. quarum rerum actio nõ datur. l. j. §. quæ onerãdæ. ſic ergo tacitur nitas, quæ fit ob reuerẽtiam aliquorũ, non præiudicat: ut ff. de fur. l. penul.

f Quod amentiæ. alias amicitiæ.

g De Iephthe. ℑ. xxi. cauſa. q. v. ſi nõ licet. in fin. contra ubi dicit quod uotum illud fuit à ſpiritu ſancto. Sed dicas quod uotũ fuit iuſtum, ſed talis ſolutio fuit iniuſta. Hebræi tamẽ quidam reprehendunt etiã ipſum iuramentum: & dicunt quidam quod ſi equus uel aſinus ei obuiaſſet, nunquid illũ obtuliſſet dño? qua ſi dicant non:

h INcommutabilis. Sententiam id eſt, comminatiõẽ. ea quæ dominus dicit comminãdo, uel commonendo, bene reuocat: ſed ea quæ aſſerendo dicit non reuocat. unde Macrobius dicit, quod tripliciter cõtingit deos loqui.

i Cogitaui. id eſt, uideor cogitaſſe.

k MAgnæ. Reuocare. id eſt, nõ adimplere ; nec dicitur fallax, ſi ad rei ueritatẽ reuertitur: ut xxij. q. j. apud.

l QVi ſacramẽto. Vno. ſ. e. q. j.

; Itẽ tenet cum iſta gloſ. Pulg. in concilio. lxxx. in ſine. ubi dicit ꝙ contractus eius qui potationibus & ebrietatib⁹ adulationibus eſt inductus ad uendẽdũ, rẽ minori ꝑtio quã ualeat, eſt ipſo iure nullus. ꝑ hoc bene facit c. ſane. in gl. alias.

lib. iij. cap. xij.

Matt. 14.

Ex Macrobio ꝙ tripliciter contingat Deos loqui.

† Alias amicitiæ, Iudi. 1.

; Id quod f. male, &c. reuocare inquã ceſſatione operis ſcilicet ut ceſſet & non adimpleat illud, malũ, qđ dixerat ſe facturum uel uerbo uel iuramento. Hu. alias euolat emiſſum, &c. xliij. diſt. §. ul. & hoc cũ iurat quis illicitũ ab initio, uel etiam cũ ex poſt facto rendit ad noxam lxij. diſt. §. uerum. xlv. diſt. licet non. Laurẽ.

Iere. 18.

à communione corporis & ſanguinis domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus & quantis potuerit ieiunijs abſoluat. Ad charitatem uerò (quæ operit multitudinem peccatorum) celeriter uenire feſtinet.

Item.

Non omnia promiſſa ſoluenda ſunt.

CAN. XII.

NOn ſemper promiſſa omnia ſoluenda ſunt, denique ipſe dominus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

Item Iſidorus, ſententiarum libro ſecundo. †

De eodem.

CAN. XIII.

NOn eſt obſeruādum ſacramētum quo malum incautè promittitur: ueluti ſi quiſpiam adulteræ perpetuam fidem cum ea permanendi polliceatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramentū, quàm permanere in ſtupri flagitio.

Item ex concilio Toletano, cap. viij. †

Malè iurans, pœnitentiam agat.

CAN. XIIII.

NEceſſe eſt ut malè [a] iurans dignam agat pœnitentiam: eò quòd nomen domini cōtra præceptum illius ſumpſit in vanum: quia in Exodo ſcriptum eſt: Neq; enim inſontem habebit dominus eum, qui ſumpſit nomen domini Dei ſui fruſtra.

Item & in Leuitico.

De eodem.

CAN. XV.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego dominus. Malum tamen quod facturum ſeſe ſacramento deuouerat, omnino non faciat: quia ſtulta uota frangenda ſunt.

Item ex decreto Sotheris Papæ, cap. tertio.

Iuramentum quo malum incautè promittitur, non eſt ſeruandum.

CAN. XVI.

SI aliquid fortè incautius nos iuraſſe contigerit, quod obſeruatum in peiorem vergat exitum, illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus, & magis inſtāte neceſſitate peierandū nobis, quā pro facto iuramēto, in aliud crimen maius eſſe diuertendum.

Item ex concilio Elibertano, cap. j.

Temeritas emendetur, cum incauta diffinitio ſoluitur.

CAN. XVII.

DIffinitio [b] incauta laudabiliter ſoluenda eſt: [c] nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emendatio. [d]

Item.

Illicitum iuramentum non eſt ſeruandum.

CAN. XVIII.

ACtione quarta ſeptimæ ſynodi Ioannes apocriſarius Orientalium ſedium dixit, Significat ſermo patris noſtri Sophronij, quòd melius ſit iurantem peierare, [e] quàm ſeruare ſacramentum in fractione ſacrarum imaginum. hoc autem dicimus, quia ſacramento quidam ſe excuſant. Tharaſius patriarcha dixit, quia pater Sophronius nouerat bonitatem Dei, propterea tranſgredi uoluit impium iuramentum. Item Tharaſius patriarcha dixit: Herodes ſeruauit iuramentum, & perijt. Petrus uerò negauit cum iuramento, & conuerſus fleuit, & ſaluatus eſt. Omne [f] enim peccatum bonus Deus indulget, ſi quis ex toto corde pœniteat. Sancta ſynodus dixit: Sic docet ſancta ſcriptura. Item Leontinus epiſcopus Phociæ dixit, ſcriptum eſt, Iuramentum mendax ne diligatis. qua de cauſa iuramentum noſtrū mendax diſſoluatur, quaſi nullam uirtutem habens. Zacha. 8.

Item Iſidorus.

Non obſeruentur iuramenta, quæ ſunt contra diuina mandata.

CAN. XIX.

SI quis præuētus [g] fuerit, ut diffiniat [h] agere aliquid eorum, quæ non placent

---

qō. j. c. ulti. contra. vj. qō. j. quicunque. ibi imponitur ſeptennis pœnitentia pro periurio: ſed ibi loquitur cū quis tranſgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cum quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat? ergo ſeptennis pœnitentia debet ei imponi: ut xxxiij. qō. ij. hoc ipſum? Reſp. regulariter imponitur ſeptem annorū pœnitentia: ſed ex cauſa diminuitur uel augetur illud tempus. xxvj. q. vij. tempora. tamen hic non negatur quin per ſeptem annos debeat pœnitere: ſed hoc ſolū dicitur quòd a communione corporis Chriſti uno anno ſeparatur.

Iona. 3. Pœnitentia ex cauſa minuitur, uel augetur.

† c. 91. de ſum. bo.

[a] NEceſſe eſt ut male. Diſtinguitur tamen an ſolenniter iuret, an incurſu uerborum. Si cum incurſu uerborum, tunc uenialiter peccaret: ut xxv. diſt. § alias.

[b] DIffinitio. i. affirmatio.

[c] Soluenda eſt. Id eſt, frangenda eſt.

[d] Emendatio. Non enim peccat frangendo tale uotum: ſed in hoc peccat q temere iurauit: ut xxxiij. qō. v. vna. Sed nunquid tale iuramentum q temerarium eſt, [illegible] eſt, de re illicita factum, inducit depoſitionem, uel infamat? arg. q ſic. vj. q. j. quicunq; ſciens. & capi. infames. & ī. eo. q. v. ſi quis conuictus. & extra de iureiu. querelā. Sed contra extra de iureiuran. c. ſicut. Ego non credo tale iuramentum infamare, uel impedire electionem factam uel faciendam. De hac materia not. lxxxv. diſtinct. archidiaconum. Ioan.

† concil. viij. c. ij.

Iuramentum de re illicita factum non infamat.

Exo. 20. b

Leui. 19. c

[e] ACtione. Peierare. Quo ad ſimilitudinem facti.

[f] Omne. Niſi quādo peccatur in ſpiritum ſanctum, ita qd ſit impœnitens.

[g] SI quis præuentus. Id eſt, deceptus.

[h] Vt diffiniat. Id eſt, intendat.

Soluenda

Deo, pœnitentiã agat, & quod contra mandatum domini ſtatutum eſt, in irritum reuocetur.

Item Hieronymus in libro de natura rerum.

Tribus ſiquidem modis iuramenta contracta ſoluenda ſunt. [a] Primò cum quis malè iurat. [b] Secundò cum quis incautè iurat [c] non putãs hoc eſſe peccatum. Tertiò ſi pueri uel puellæ in domo parentum ſe iuramento conſtrinxerint patribus, poſtquàm audierint, contradicentibus. [d]

2 *Ecce quòd iuramenta illicita laudabiliter ſoluuntur, & damnabiliter obſeruantur: quod tunc intelligendum eſt quando iuramentum illicitum deſeritur, ut ad bonum redeatur. Cæterùm ſi propterea deſeritur, ut in aliud malum tranſeatur: illicitum ſacramentũ damnabiliter ſeruatur, ſed dãnabilius contemnitur.*

Vnde Auguſtinus in libro de bono coniugali. †

Non eſt appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum admittit. CAN. XX.

SI ad peccatum admittendum fides exhibeatur, mirum eſt, ſi fides appelletur. Veruntamen [e] qualiſcunq; ſit, ſi & contra ipſam ſit, peius eſt, niſi cùm propterea deſeritur, ut ad fidem ueram legitimamq; redeatur, id eſt ut peccatum emendetur uoluntatis prauitate correcta, tanquam ſi quis cùm hominem ſolus expoliare non poſſit, inueniat ſocium iniquitatis, & cum eo paciſcatur ut ſimul id faciant, ſpoliumque partiantur: quo facinore commiſſo totum ſolus auferat: dolet quidem ille, & ſeruatã ſibi fidem non eſſe conqueritur. [f] uerùm in ipſa ſua querela cogitare debet potius [g] in bona uita [h] ipſi humanæ ſocietati fidem fuiſſe ſeruandam, ne præda iniqua ex homine fieret: ſi ſentit [i] quàm iniquè [k] ſibi in peccati ſocietate ſeruata non fuerit. [l] ille quippe utrobique perfidus, ac profectò ſceleratior iudicandus eſt.

Idem.

Si propterea fides non ſeruatur, ut ad bonum redeatur, non ideo uiolari dicitur.

CAN. XXI.

MVlier ſi fide coniugali uiolata, fidem ſeruet adultero, utique mala eſt: ſed ſi nec adultero, [m] peior. porrò ſi eam flagitij pœniteat, & ad caſtitatem rediens coniugalem, pacta ac placita adulterina reſcindat, miror ſi eam fidei uiolatricem uel ipſe adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quòd ſi quiſquã (ut diximus) illicitum iuramentum nõ ſeruauerit, ut in aliud malum pernicioſum declinet, tantò grauius delinquit, quãtò damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deſeritur, ut ad bonum redeatur, nihil culpæ pro tali periurio cõtrahitur: potius deflendũ eſt, ſi in aliquo illius iuramenti occaſione nos deliquiſſe contigerit. Vnde Auguſtinus ſcribit Seuero Mileuitano epiſcopo, conſulenti de quodam Hubaldo, qui à conſanguineis cuiuſdã pellicis coactus fuerat iurare ſe illam ducturum in coniugem, nec matri ſuæ uel fratribus ulterius neceſſaria miniſtraturum.

Reſcribit ergo beatus Auguſtinus (ut diximus) Seuero Mileuitano epiſcopo, ita dicens:

a Soluenda ſunt. Id eſt, irritanda.
b Male iurat. Scienter.
c Incaute iurat. Ignoranter.
d Contradicentibus. Intra annum: ut xx. q. ij. puella.

Ecce. Hæc eſt ij. pars qõ. in qua probatur quod ſi aliquis uenit contra proprium iuramentum malum, quod mutatur ad bonum, tunc non peccat: ſi autem ut conuertatur ad peius, tunc peccat dupliciter. Ioan. de Fant.

SI ad peccatũ. e Veruntamen. Sed quæro qualiter poſſit quis fidẽ frangere in maleficij ſocio: cum nec in iſtis poſſit cõtrahi ſocietas: ut ff. pro ſoc. ꝙ autem. & in l. ſe. nec aliqua obligatio contrahitur in turpibus: ut ff. de uerb. obli. generaliter. imo magis peccat tradendo ſocio partem, quã retinendo ſibi: quia alij non poſſumus ſoluere, ꝙ alij debetur: ut extra de iureiur. cam te. Sed dicas illud ꝙ hic dicitur, referri ad erroneam alicuius opinionẽ: ut ſi quis credat ſe teneri ex tali iuramẽto ſi non ſatisfaciat erroneæ conſcientiæ, mortaliter peccat: ut extra de ſimo. per tuas. ij. Et ita potius fides appellatur, quãtum ad errãtis opinionem: & ita quandoque cõſulitur alicui adimplere tale iuramentum, ad ꝙ tamẽ non tenetur, & hoc ideo: ut ſatisfaciat conſcientiæ ipſius. Et ſic intelligo illud ꝙ legitur extra de ſponſa. commiſſum.

Obligatio nõ cõtrahitur i turpibus.

† c.iiij.

f Conqueritur. Non poteſt in iudicio conqueri: quia ex improbitate nemo conſequitur actionẽ: ut ff. de fur. itaque fullo. nec iudicium cõmuni diuidundo, locum habet inter prædones: ut ff. communi di. l. communi diui. §. inter prædones. nec pro ſocio: ut ff. pro ſocio. nec prætermittendum. imo ſi quis ratione illiciti iuramẽti aliquid petit, præſtabit alteri x. libras auri. in auth. col. v. ſcenicas non ſolum, &c.

Actio nõ datur ex improbitate.

g Potius. i. ꝙ potius debet fides in bono ſeruari.
h In bona uita. Id eſt, in bono.
i Si ſentit. Id eſt, intelligit.
k Quàm inique. Id eſt, quam iniquum ſit non ſeruare fidem in illicitis.
l Non fuerit. Societas uel fides.
m MVlier ſi fide. Si nec adultero. Ita quod contrahat cũ adultero tertio, & tunc peccatum accumulat peccato.

Inter

Matrimoniũ utrũ per coactionẽ impediatur.

a INter cętera. Matrimonium. Videtur ex loco iſto quod coactio conditionalis nõ impediat matrimoniũ, ſicut nec impedit alia ſacramẽta, nec impedit ſacramentum baptiſmi: ut xlv. diſtinct. cap. de Iudęis. nec ſacramẽtum ordinis: ut lxxiiij. diſtinct. ubi iſta itẽ alia ratiõe, quia hoc ſacramentũ ſeruari põt ſine interitu ſalutis ęternæ: ergo eſt ſeruãdum: ut extra de iureiurã. ſi uero. Sed cõtra, matrimonia debẽt eſſe libera: & ibi animus debet gaudere plena libertate: ut extra de ſpõ. requiſiuit. & cap. cum locum. Ad hoc dicunt quidam quod talis eſt cogẽdus ducere mulierem, quam coactus deſponſauit. ſi tamen nullo modo uoluerit, ceſſare debet eccleſia à coactione. Alij dicũt ꝙ omnibus modis eſt cogẽdus. & qđ dicitur in illa decr. requiſiuit. quod ſit potius monenda, quam cogenda, exponũt potius, id eſt prius. ſic exponitur xxiij. q. iiij. non inuenitur. in ſi. Vel intelligunt quãdo tales fuerunt perſonę ꝙ uehementer pręſumebatur quod deberet ſequi homicidium. Sed iſtis obuiat extra de ſponſa. ueniens. Sol. probabiliter poteſt dici, ſi placet, quod in quatuor caſibus nõ tenet iuramẽtũ per coactionem extortum: ſit in uoto: ut extra quod me. cauſa. cap. perlatum. In traditione rei eccleſiaſticæ. xv. q. vj. authoritatem. & cap. ſeq. In dote: ut ff. qđ met. cau. ſi mulier. §. dos. In matrimonio: ut extra de ſponſa. cum locum. & capit. requiſiuit. Quod autẽ dicitur hic, matrimonium

† [redacted].

a Ad hoc extra de ſpon. ex literis. ij.

Iuramentũ ꝑ coactionẽ extortũ non tenet in quatuor caſibus.

† Adde quis alet illum qui habet patrẽ & filium: not. Cy. in l. ij. & iij. C. de alĩ. li. & Barto. ĩ l. pe. ff. de lib. agno.

De quodam Hubaldo, qui iurauit ſe non miniſtraturum neceſſaria matri, & fratribus.

CAN. XXII.

INter cætera (ut rogaueras) à patre noſtro Ambroſio quæſiui quid tibi chariſsime agendum ſit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulſus ſuæ concubine iuramento firmauit ipſam in coniugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ unquam impendere: quia uerò quam prius concubinam habuerat, non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere, matrimoniũ [a] ſit in Deo firmum & ſtabile. † Porrò iuramentum non ob hoc fuiſſe inſtitutum inuenitur, ut eſſet uinculum [b] iniquitatis uel matricidij, [c] uel fratricidij, ſeu cuiuſque criminis: nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri, ut iniuſta iuratio, ſuorum bonorum ſit iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipienti etiam ſit æterna damnatio, periurij nanque percutitur pœna, & uelut homicida in extremo examine à iuſto iudice degrandinabitur [d] per quẽ ſacroſanctum euangeliũ ad iniuſtum & illicitum & Deo minimè amabile quaſi teſtimonium iuſtæ & humanæ petitionis adducitur. Foueat [e] itaq; Hubaldus matrẽ [f] † & fratres, & lugeat ſi coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui uerò eum iurare coegerunt, quod non debuit, reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniuſtè irrogata, eius eſt infamia, qui facit. nec enim ullo modo ad opprobrium [g] coactæ uoluntatis trahitur, quod illicita conditio neceſsitatis extorſit.

3 *Sed cùm his oĩbus illicita iuramẽta non ſeruãda probentur, opponitur quòd Ioſue Gabaonitas contra præceptũ Domini nõ deleuerit, quia ſeniores Iſrael iuramento cũ eis pacẽ firmauerant. Sed notãdũ eſt, ꝙ ſeniores Iſrael et ſi ſcirẽt à Domino eſſe imperatũ ut delerẽt gentes terræ promiſſionis, decepti [h] tamẽ à Gabaonitis neſciebãt eos eſſe incolas terrę ſibi promiſſæ. Venerũt enim (ut hiſtoria refert) attritis calceamentis, & cũ aridis panibus: dicẽtes, Viri pacifici uenimus de terra lõginqua, calceamẽta sũt attrita in pedibus noſtris, panis defecit ĩ ſitarchijs noſtris, audiuimus Dominũ eſſe uobiſcũ, & uenimus cõponere pacẽ. Quod uerbum placuit ſenioribus Iſrael; & fecerunt pacem cum eis. Poſt diẽ uerò tertium, cũ filij Iſrael appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis illi, quibus iurauerãt ſeniores Iſrael; illi aũt uidẽtes ſe eſſe deceptos, uoluerũt delere eos, ſed pepercit eis Ioſue ꝓpter iuramentũ ſeniorũ Iſrael. Vnde Ambroſius in libro de Officijs,* †

ſit, &c. iſtud ſit, nõ ponitur præceptiue ſed hortatiue: uel loquitur in eo caſu quãdo poſt coactionem cõmiſtus eſt ei carnaliter: ut extra de ſponſ. c. ueniens. ij. Vel loquitur quando leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimonium. ff. de rit. nup. ſi patre. B.

b Vinculum. arg. pro opinione illorũ qui dicũt, ꝙ iuramentum per metũ extortum non tenet. xxxj. q. ij. Lotharius. & xv. q. vj. ca. j. Sed intelligas hoc adhunc caſum ſpectare quẽ hic ponit. De hac materia nota. xv. q. vj. ca. ij.

Ioſue. 9. c

c Vel matricidij. Videtur enim necare illum, cui nõ pręſtat alimenta. xij. q. ij. qui abſtulerit. & lxxxvj. diſti. non ſatis. ff. de lib. agnoſcen. l. necare.

Necat qui non alit.

d Degrandinabitur. id eſt, grandine pœnæ æternæ flagellabitur.

e Foueat. Argu. ꝙ iuramentũ pro parte tenet, & pro parte non: ut xj. qõ. iij. anteceſſor. & xij. q. ij. ſi quos de ſeruis. & xvij. quæſtio. iiij. quæſti.

f Matrem. ad hoc enim tenet: ut xxx. diſt. c. j.

g Ad opprobriũ. id eſt, in infamiam. non enim dicit ad peccatũ: quia re uera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quam malo cõſentire. xxxij. q. v. ita ne. & ſic non obſtant cõtraria ĩ. de conſec. diſt. iiij. eos quos. & ĩ. ea. q. v. c. j. & iij. Ioan.

Sed cum his. Hęc eſt tertia pars quæſtio. in qua quærit utrum peccaſſent filij Iſrael, qui ꝓpter iuramentum pepercerunt Gabaonitis? & dicitur quod nõ. Ioan. de Fant.

h Decepti. multiplex

† iij. c. x.

plexatio uidetur ſuadere, quare non debuerunt ſeruare tale iuramentum: quia erat ibi error perſonæ, tum quia dolus dedit cauſam iuramento, tum quia nõ poterant ſe obligare aliquo iuramento contra præceptum domini. Ad hoc dicunt plerique quod diuinitus fuit eis inſpiratum quod debebent eis parcere: ſed tamen iuramẽtum fuit illicitũ: ut extra de elect. cap. uenerabilem. in fi. Vel dic quod ſatis impleuerunt præceptum domini, quia ſatis uidẽtur fuiſſe interfecti, cum redegerint eos in ſeruitutem. Nã ſeruit⁹ mortu cõparatur. ff. de regul. iur. l. ſeruitutẽ. non obſtat dolus illorũ, quia iſte dolus fuit pro uita cõſeruãda licitũ eſt enim reũ corrumpere aliquẽ pro uita conſeruanda: ut ʒ. quæſtio. iij. §. notandum. in fi.

Iuramentum quod Iudæi Gabaonitis præſtiterunt, non fuit ſeruandum.

Hoc eſt uerum ſecundũ L. ut dicam ĵ. c. proxi. & idẽ no. hic. Hug.

Licet aliquem corrumpere pro uita conſeruãda.

Quædam licet à deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non ſunt ſeruanda.

CAN. XXIIII.

INnocẽs a credit omni uerbo. non eſt uituperãda facilitas, ſed laudãda bonitas: hoc eſt innocẽtẽ b eſſe ignorare c qd noceat: & ſi circunſcribit ab aliquo, de oĩbus tamen iudicat d qui e fidem f eſſe in oĩbus arbitratur. Hac igitur mentis ſuæ dote inclinatur Ieſus ut crederet Gabaonitis, teſtamẽtũ Dei diſpoſuit, pacẽ dedit, & cõfirmauit g ſocietatem: ſed ubi in terras eorũ eſt uentum, deprehẽſa fraude quòd cũ eſſent finitimi, aduenas ſe eſſe ſimulauerunt: circunſcriptum ſe populus patrum indignari cœpit. Ieſus tamen pacẽ, quã dederat, reuocãdã nõ cẽſuit, quia firmata erat ſacramenti religione: ne dũ alienã perfidiã redargueret, ſuã fidẽ ſolueret, mulctauit eos, meliori tñ obſequio miniſterij. clementior h enim ſententia, ſed diuturnior.

Illicitũ i ergo iuramẽtũ quod ſeruari prohibetur, intelligendũ eſt, quod dicitur † eſſe illicitũ dũ iuratur: ſi autẽ neſcitur illicitũ eſſe, ipſa ignorantia excuſat ſi putetur illicitum eſſe non ex ignorãtia iuris k ſed facti. Aliud. n. eſt, ſi alicuius copula credit eſſe licita, quia neſcitur eſſe conſanguinea, uel quia credit eſſe uidua: aliud ſi ideo putat licita, quia cõſanguinearum cõiunctio uel relictarũ copula nullo iure credatur eſſe prohibita. hic eñ eſt ignorãtia iuris, quę neminem excuſat, niſi cui permittit l ius ignorare: ibi uerò ignorãtia facti, qua quiſq; uerè excuſatur. ſeniores autẽ Iſrael non ignorabãt gentes terræ promiſſionis ex præcepto domini eſſe delendas: ſed ignorabant Gabaonitas eſſe incolas terræ promiſſionis ignorabãt ſiqui dẽ factũ, ſed non ignorabant ius facti: atque ideo etſi illicitum eſſet, quod iurauerunt, tamen licitè ſeruari m debuit quod iuramento firmauerunt. quod autem illicitum iuramentum ſeruari prohibetur, non

Innocens pro ſtulto quandoq; ſumitur.

a INnocẽs. Id eſt, ſimplex & iuſtus. Salomon tamẽ ſumit hoc uerbum innocens, pro ſtulto, unde hoc ſumptum eſt. & ſic ſancti uiri idem uerbũ retorquent quando que ad cõtrarios intellectus. Sed non ne æque reus eſt ille, q de facili credit ſicut ille, qui mentitur, ut xj. quæſtio. iij. cap. non ſolum? & nimia facilitas credendi uituperatur. lxxxvj. diſtinc. ca. ſi quid uero. Sed illud intelligas de iudice, qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere ſecũdũ uerba alterius partis. iij. quæſtio. ix. c. j. ij. & iij.

b Innocentem. id eſt, talem qui nõ noceat, nec nocere uelit. vj. quæſtio. j. ca. oues. & capit. ſapiens.

c Ignorare. per experientiam facti. nam ſcriptum eſt, Scientia malorum bonis obeſſe non debet.

d Iudicat. Diceret aliquis, quomodo poteſt eſſe bonus qui non habet diſcretionem & iudicium, ex quo decipitur: cum Apoſtolus dicit, Spiritualis iudicat omnia & ipſe à nemine iudicatur. ideo dicit iudicat de omnibus etiam de ignotis, in his ſcilicet quæ ſpectant ad ſalutem: quia ſi quis deciperetur in talibus, ibi non eſſet minus periculum falli quam fallere: ut xvi. q. j. ca. ſi cupis. Tunc enim de ignotis non debemus aliquid præſumere, nec de bonis malum, nec de malis bonum: ut xlvj. diſt. c. ſunt nonnulli. in fi. Vel dic iudicat, id eſt, præſumit bene de quolibet.

Spiritualis iudicat oĩa, &c.

e Qui. id eſt, quia ipſi.

f Fidem. id eſt, uerborum ueritatem.

g Cõfirmauit. Argu. eſt hic quod qui iurat rem illicitã, propria authoritate nõ poteſt uenire cõtra iuramentũ illud: ut extra de elec. c. uenerabilẽ. in fi. Nam illicitum eſt reuuere curã paſtoralem, & tamen iurans teneretur illud ſeruare, ut lxxxv. diſt. c. Florentinum archidiachonum. ſimile extra ꝙ met. cau. ca ad aures. ſic extra de iureiuran. cap. debitores.

h Clementior. arg. ꝙ ſi iudex facit aliquid, quod nõ multum differt à mãdato, ꝙ nõ dicitẽ exceſsiſſe fines mãdati. ſi enim mandatur aliquibus ut eligant, poſſunt poſtulare: ut extra de elec. ca. in cauſis. & de poſtu. c. poſt tráſlationem. in princi. Et de hoc not. plura arg. viij. q. j. c. licet. Itẽ habes hic ꝙ licite cõmutatur una pœna in aliam, ut ʒ. v. q. vj. c. quia iuxta. & lxxxij. diſt. ca. preſbyter. & xxxvj. q. j. c. de raptoribus. Ioan.

i Illicitum. In prima parte §. dicit magiſter quod tũc iuramentum illicitũ non ſit ſeruandũ cum iurans, tempore, quo iurat, ſcit illud eſſe illicitũ: ſed ſi ignorat iſtud eſſe illicitum, dũmodo non ſit ibi ignorantia iuris, nõ peccat. & hoc durat uſque ad illum locum, qđ autem illicitum. Secundo oſtendit ꝙ nõ eſt hoc generaliter uerum: quia ſi in aliquo iuramento deeſt aliquod iſtorũ trium uel iuſtitia, uel ueritas, uel iudicium, ꝙ illud non ſit ſeruandum. Tertio dicendum ꝙ iuramentum quandoq; eſt illicitũ ratione rei de qua quis iurat: quandoq; ex cauſa ſuperueniente: quandoq; ex modo iurandi. Io.

k Iuris. ʒ. j. quæſtio. iiij. in fine.

l Cui permittitur, &c. ut militibus, mulieribus, ruſticis, & minoribus. ff. de probat. l. cum de indebito. §. ſi autem is. j. q. iiij. §. notandum.

m Seruari. hæc non eſt ratio ſufficiens.

† Alias ſcitur.

Iuramentum illicitum ſi an propria anthoritate poſsit infringi.

Arg. cõtra ʒ. ead. qui ſacramento. ubi de hoc ſatis dixi. in fi. Archi.

Mandata [illegible]

Pœna una à [illegible] commutatur.

Etiam ubi debetur pœna mortis, ut hic & 2 3. [illegible]

Poſt ſententiã latam à iudice.

Poſt ſententiã autẽ nõ põt hoc iudex niſi ſit papa uel imperator, ſecũdum H. de hoc le. & no. 2. q. 3. §. notãdum. in gl. ut ĵ. &c. Arch.

Iuramentũ tripliciter dicitẽ illicitum.

Quibus permiſſũ ſit ius ignorare.

Nunquam.

a Nunquam. Non bene dicit: quia ſi ille, qui uouit ſimpliciter, poſtquam duxit uxorem, iurat quod non dimittet eam, illud iuramentum licitũ eſt: ſed ſi prius uouit, quam ducat uxorẽ, tunc potius ſeruabit uotum, quã iuramentũ ſequens: ut extra qui cleri. uel uo. c. rurſus.

b Ob ſolam religionem. nõ eſt hoc uerum. Io. de Fan.

QVod autẽ. Hæc quæſtio diuidiĩ ĩ ſeptem partes. In prima ponit q̃ pœna imponatur periuris compulſis, uel uoluntarijs, & qualiter puniũtur, qui alios iurare faciunt falſum. & hoc probat per ſeptem ca. Secunda ibi, Item qui audit. Tertia ibi, Quæriĩ de eo. Quarta ibi, De ætate. Quinta ibi, De forma. Sexta ibi, ut ita. Septima ibi, Iuramentum. Ioan. de Fant.

[redacted]

c Quod autem. illud

eſt generaliter ĩtelligẽdũ Iuramẽtũ nãq; (ut Hiero. teſtaĩ ſup Ieremiã) debet habere tres comites, ueritatẽ, iudiciũ, et iuſtitiã. Vbi aũt iſta defuerĩt, nõ ẽ iuřm, ſed piuriũ. Vñ daĩ intelligi, illicitũ eſſe iuřm, cui aliqđ iſtorũ defuerit: nõ tñ cuicũq; cõtigerit aliquod iſtorũ deeſſe prohibetur ſeruari aliqñ nãq. iuřñ deeſt iuſtitia ueluti cũ qſpiã poſt uotũ caſtitatis duxit uxorẽ, iuramẽto firmãs, nũquã [a] ſe ab ea diſceſſurũ: ꝙ quãuis illicitũ ſit, qa iuſtitia ſibi probaĩ deeſſe: tñ authoritate Aug. ſeruari præcipiĩ. hoc aũt ſi qs cõtẽdat progatiua cõiugij, nõ ꝓpter religionẽ iuriſiurandi ſeruari, animaduertat Gabaonitas ob ſolã religionẽ [b] iuramenti cõtra dñi imperiũ reſeruatos. Cũ ergo oẽ dñi pręceptũ iuſtũ ſit, patet ei iuſtitiam deeſſe, qđ eius pcepto contrariũ inueniĩ. Iudiciũ quoque aliqñ iuramẽto cõſtat deeſſe, ueluti cũ ꝓpria temeritate aliqs ductus, iurat ſe mãducaturũ & bibiturũ. hoc quãuis leuitate ĩdiſcreta illicitũ ꝓbeĩ, nõ tñ ideo uiolari iubeĩ. Iuřm itaq; multipliciter illicitũ intelligiĩ. Eſt.n. illicitũ aliqñ ex eo qđ iuraĩ, aliqñ ex cauſa extraueniẽti, aliqñ ex modo iurãdi. Ex eo ꝙ iuraĩ, tũc eſt illicitum iuřm, qñ id, qđ iuraĩ, in ſui natura uitioſum eſt, uel uitã adimens, ut adulteriũ, homicidiũ, et his ſimilia: uel reparari nõ pmittẽs, ueluti cũ inimico ad pacẽ nõ redire, indigẽti miſericorditer nõ ſubuenire: iſta qa pſpicuã in ſe habẽt ĩiuſtitiã, etſi iuro firmentur, tñ ſeruari nõ debẽt. circa hæc utiq; iuramẽta intelligẽda ſunt, q̃ de illicitis iuramẽtis non obſeruãdis ſupra ſtatuta legunĩ. Quiſquis ergo ſe iuro firmauerit aliqd facturũ, quo uel corporalis uel ſpiritualis ſalus adimaĩ, uel ſine quo utraq. ſalus reparari uel confirmari † nõ poſſit fidẽ ꝓmiſſã ſeruare ꝓhibetur, quorum exempla pręmiſſæ authoritates ſubijciunt, dum eum, qui homicidium facere, uel alimẽta matri et fratrib. nõ ſubminiſtrare, ĩ adulterio pmanere, uel ad pacẽ cũ aduerſario nõ redire, iuřm præſtando pmiſerit, ſalubriori cõſilio illicita uota ob ſeruare nõ pmittũtur. Eſt. ẽt id qđ iuratur, aliqñ uitioſũ, nõ ĩ natura ſui, ſed ex cauſis extraueniẽtib. ueluti cũ aliqs poſt uotũ caſtitatis iurat allicui ſe habiturũ eã ĩ cõiugẽ cõiugẽ nãq; habere, ĩ ſeipſo malũ nõ eſt, tñ huic ex uoto pernicioſũ eſt. hoc aũt iuramẽtũ ẽt ſi illicitũ ſit, nõ tñ ſeruari ꝓhibeĩ, ſed de uiolatione uoti pœnitẽtia ſibi iubeĩ indici ex modo iurãdi tũc eſt illicitũ iuřm, qñ incõſideratè et incircũſpectè aliqd iuraĩ, quo nec corporalis, nec ſpũalis ſalus adimaĩ, & ſine quo utraq; ſalus reparari, et uita conſeruari ualet, ueluti dũ aliqs à parẽtib. coactus, ut clericatus tõſurã, uel religiõis ueſtẽ ſuſcipiat, ſe neutrũ facturũ iuro firmauerit: hoc quãuis aliquib. uideatur reprehẽſibile, quia opus charitatis iuro ſe nõ facturũ ꝓmiſit. nulla tñ authoritate ſeruari prohibeĩ: qa etſi nũquã clericatus tonſurã, uel religionis ueſtẽ ſuſcipiat, nõ tñ ideo minus ſalutẽ ꝓmereri ualet, cũ nõnulli in laicali habitu ſanctiſſ. & deo dilecti inueniantur. quo exemplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat ſe nõ facturũ aliqd quo expeditior ſibi uia præparetur ad beatitudinẽ, dũmodo ſine eo ualet ſalutem inuenire, quòd iuramentum non prohibetur ſeruare. unde cum nos iuramus non daturos aliqd alicui, ſine quo utraq; ſalus eius põt eſſe incolumis, etſi aliqua ex eo ſibi cõmoditas pſtareĩ, nulla tñ authoritate iuramẽtũ ſeruari prohibemur, dummodo ſit nobis alia uia neceſſitatib. eius ſubueniendi.

† Alias conſeruata.

QVAESTIO V.

r
gs

QVod autẽ [c] quinto loco quęriĩ, ſi licitũ eſſet, qđ archidiaconus iurauerat, an epi

Peccat mortaliter q aliū cogit peierare.

Quod aliquis noſtro mandato facit reputamur nos ſacere.

[1] Not.H. & Lau. φ iudex pōt recipe iuramētum ab infamato, licet ſciat eum falſum iuraturum. Archid.

[2] Non à toto, ſed quo ad minoré pœnā: ut di. ſt. 7.pxi.

[3] Ille Archidi.hic, ſed uide Ant.Corſe.in ſing. uerb. quadrageſima.

Feriæ legitimæ ſunt tres.

Presbyterum uerberās plꝰ peccat, φ uerberās ſimplicē clericum.

iſtud nō habet dubitationē, an periurus ſit, qui aliū cogit peierare. nam & ſi ipſe non proprie dicatur periurus, tamē mortaliter peccat: qa quod alter mandato noſtro facit, nos reputamur feciſſe: ut extra de ſen.excō. c. mulieres. Vtrum autē iudex licite poſsit recipere iuramētum illius quē ſcit uelle peierare? dic ut dixi ꝫ.xv.q.v.cap.presbyter.

Qui compulſus. Et miles. In atrocibus enim non debet aliqs dño parere ſuo: ut xj. qō. iij. c. non ſemper. & c. ſi dñs. & ca. qui reſiſtit. & ff.de reg.iu.l.ad ea. b Quia plus dominum. Quod eſſe non debet: ut xj.q. iij.c.nolite.ij. c Si liber eſt. Alibi magis punit ſeruus, quam liber: ut ꝫ.xxiiii. qō.j. c.qui contra. ſed hic excuſatur ꝑpter ꝑceptum dñi. Ioan. d Quadraginta dies. Vel continue, uel interpolatim. e Septē ſequentes annos. Non tamen in pane & aqua. f Tres quadrageſimas. Vnā ante feſtum Natalis, aliam ante Paſcha, tertiā ante feſtum ſancti Ioannis. g Legitimas ferias. i. ſecundam & quartam & ſextam ferias: ut de conſec. diſt.iij.c. ieiunia. & lxxxij.diſt. c. presbyter. Io.de Fan.

h Qui piurat. Conſecrata. quia quanto ſanctius eſt p quod iurat, tanto maius eſt periuriū: ut ꝫ.ea.q. j. c. mouet. Nunqd ergo maius ſacrilegiū cōmittit, q uerberāt clericū in maioribus ordinibus cōſtitutū, q̄ qui in minoribꝰ? Credo φ ſic: ut xvij.q. iiij.c. ſi quis deinceps. &

ſcopus eſſet reus piurij, qui ad peierādū archidiaconū cogebat, facilè pōt diſcerni: ſi enim cōſentiēs pari pœna cū faciēte puniēdus eſt, multò magis ille qui cogit, reus admiſsi criminis probatur.

Vnde Pius papa ait:

Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus uterque probatur. CAN. I.

Qui cōpulſus à domino ſciēs peierat utrique ſunt periuri, & dñs, & miles. [a] dñs quia præcepit: miles, qa plus dominū [b] quàm animā ſuā dilexit. Si liber eſt, [c] quadraginta dies [d] in pane & aqua pœniteat, & ſeptē ſequentes annos. [e] Si ſeruus eiuſdē, tres quadrageſimas, [f] & legitimas ferias [g] pœniteat.

Idem.

Pœnitentia eius, qui in manu epiſcopi, aut in cruce conſecrata peierat. CAN. II.

Qui periurat ſe in manu epi, aut in cruce conſecrata, [h] tres annos pœniteat: ſi uerò in cruce nō cōſecrata, annū unū pœniteat: q aūt coactus fuerit, & ignorās [i] ſe peierauerit, & poſtea cognoſcit, tres quadrageſimas pœniteat.

Item ex pœnitentiali Theodori.

Quæ pœna ſit feriendus, qui neceſsitate coactus periurat.

CAN. III.

Si qs coactus pro uita rediméda, [k] uel pro qualibet cauſa uel neceſſitate piurat, qa plus corpus, q̄ animā dilexit, tres quadrageſimas pœniteat. Alij [l] uerò iudicāt tres annos, unum ex his in pane & aqua.

Item Gelaſius papa.

Qui peierat, et alios peierare facit, quæ pœna ſit feriendus.

CAN. IIII.

Si quis peierauerit, & alios ſciens in periuriū induxerit, xl.dies pœniteat in pane & aqua, & ſeptē ſequētes annos, & nūquā ſit ſine pœnitētia, [m] & alij (ſi conſcij fuerint) ſimiliter pœniteāt.

Itē Aug. in ſermone de decollatione ſancti Ioan.

Homicidā uincit, qui ſciens ad periuriū hominem cōpellit.

CAN. V.

Ille qui hominé prouocat ad iurationē, & ſcit eum falſum iuraturū eſſe, uicit [n] homicidā: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam: imo duas animas, & eius animā, quē iurare prouocauit, & ſuā. ſcis uerū eſſe quod dicis, & falſū quod ille dicit, & iurare cōpellis: ecce quod ille iurat, ecce peierat: tu qd inueniſti? imò & tu piſti, q de illiꝰ morte ſatiari uoluiſti.

Idem, de periurijs.

Nō peccat, qui iuramētū exigit ab eo, quē neſcit falſū iurare.

CAN. VI.

Qui exigit iurationē, multū intereſt ſi neſcit illū iuraturū falſum, an ſcit. ſi enim neſcit & ideo dicit, iura mihi, ut fides ei ſit, non eſt peccatum, tamen humana [o] tentatio eſt: ſi autem ſcit eum feciſſe, & cogit eum iurare, homicida eſt. Ille enim ſe ſuo periurio interimit: ſed iſte manum interficientis & impreſsit & preſsit.

Item ex concilio Magotienſi. †

Vſque ad extremum uitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit. CAN. VII.

Si quis conuictus fuerit alios ad falſa teſtimonia, uel periuria attraxiſſe, uel quacunq; corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem uſq; ad exitum uitæ non cōicet. ij

ea qui ſubdiaconū. & c. qui occiderit. i Et ignorās. Eſſe peccatū, quod iurauit. nam ſi fuiſſet ignorantia facti nullum eſſet peccatū, niſi ignorantia ſuiſſet craſſa, q̄ neminē excuſat. C.de reſc. uendi.l.quiſquis.

k Si qs. Redimēda. Licet em̄ timore mortis iurauerit, tñ peccauit: ut xxxij. q. v. ca.ita ne. ſed ratione coactionis mitigat pœnitentia: ut extra φ metus cau.c.ſacris. nō eſt contra.xv.q. vj.c.j. ibi enim non abſoluūtur à peccato, ſed à iuramēto. Ioan. de Fant. l Alij. Ergo illa quæ eſt minor, eſt imponenda: ut 50. diſt.c.eos uero.

m Si qs. Sine pœnitentia. interiori: ut vj. qō.j.c. quicunq;. Io.de Fā.

n Ille qui. Vincit. Non intelligas quod plus peccat periurus, quam homicida: imo ille plus peccat: ut xiij. diſt. c. j. ſed dicitur eū uincere, qa maiꝰ damnum facit: quia maius damnū eſt in amiſsione unius animæ, quam mille corporū: ut xxiiij. q.iij c. ſi habes Io.

o Qui exigit. Humana. i. de humana ifirmitate procedit: ut ꝫ. ea.q.j.c.non eſt. Impreſsit. multiplicter cogendo. Io.de Fan.

Si qs conuictus. Infamia.

† De hoc no. 3ꝛ.di. in ſum. φ dicit deignorātia facti, nos uidet bene dictum quia factū ſuum nemo debet ignorare. ar.ff.loca. l. ſed. addes.§.j.

[illegible]

Anima uniuſ perditio, eſt grauior q̄ mille corporum.

† Magūtinenſi.

a Infamia. An iuramentum infamet, uel nõ, not. vj.q.j.c.quicunque. ſed coacti ſi iuraſſent, non infamarentur, ut ſ. quæſt.proxi.inter cætera.

Item qui audit. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua quæritur cui debet dicere ſi uidet quis quod aliquis uult falſum iurare. & quid iuris, probatur. infra cap. proxi. Ioannes de Fant.

b Falſum. Supple niſi iudicauerit portabit iniquitatem ſuam Ioan.

c HOc uidetur. Fuit. id eſt, talem habuit inde notitiam quod huius rei potuit eſſe teſtis: & quod ſequitur, eſt expoſitio.

d Indicauit. Videtur ergo quod ualeat teſtimoniũ de auditu, ut hic, 1 & xv. quæſtio. v. cap. presbyter. & xxvj. quæſt. vj. c. qui recedũt. & ij. quæſt.j. cap. multi. nam & teſtes intelliguntur ſcire, quæ acta ſunt a teſtatore ſi priores teſtes eis hoc dixeruut, ut C. de teſta. l. cum antiquitas. j. in fi. j. reſponſo. Argument. contra. iij. q. ix. c. teſtes. v. q. ij. c. relatum ẽ. Ad hoc dicas quod hic loquitur in cauſa denunciationis, ubi modica ſcientia aliquã fidem facit. argu. extra de ſpon. præterea. ij. Imo & in iudicijs facit fidem teſtimonium de auditu, ut extra de ſuc. ab inteſta. c. cum dilectus. extra de teſtib. c. cauſam. Ioan. Sed certe teſtimoniũ de auditu eſt proprie cum aliquis audit aliquid dici eſſe factum. Sed ſi audit contrahentes, non eſt teſtimonium de auditu. Et hoc innuit extra de teſtib. c. licet. ij. tamen hoc c. non loquitur de uera denunciatione, ſed potius de indicatione, ſcilicet cum quis indicat alij quod aliquis uult peccare: & ſpectat ad delicta committenda, ſed denuntiatio ſpectat ad delicta commiſſa, & ad illa non tenentur niſi qui habent magiſtratum ſuper aliquos: & illa denuntiatio dicitur Euangelica, iſta dicitur canonica. & hæc probatur ſemper, illa vero non. Et ſic patet quod crimina nondum cõmiſſa poſſumus denuntiare, ut hic, & xciij. diſtin. c. diaconi. j. ibi, ut cinum præcipitio, &c. extra de deſpon. impu. cap. pen. extra de cogn. ſpi. c. tua. Ioan.

a De hoc etiam no. ex̃. de iureiu. querelã. & 23 qõ. 5. rex debet.

† q. j. ad v. cap. leuitici.

Teſtimoniũ de auditu, utrũ ualeat?

a Dicit Hug. licet in hoc caſu ſit uerũ: ut arg. xxxv. q. vj de parentela. & c. eps. nõ tñ ex hoc loco haberi poteſt. Archidia.

Teſtimoniũ de auditu, quale ſit?

Denunciatio euãgelica & denuntiatio canonica, in quo differant.

uerò qui ei in periurio conſenſiſſe probantur poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouendi, & ſecundùm legem infamia a notabuntur.

2 *Item qui audit aliquẽ falſum* b *iurare, et tacet, delinquit. Vnde Aug. ait in qõnibus Leuit. cap. 1. Anima, quæ audierit uocẽ iurãtis falſum, etc.* †

Cui ſit indicandum falſum, quod ab aliquo iuratur.

CAN. VIII.

HOc uidetur dicere, peccare hominem, quo audiẽte iurat aliquis falſum, & ſcit eũ falſum iurare, & tacet. Tunc autem ſcit, ſi eius rei, de qua iuratur, teſtis fuit, c aut uidens, aut conſcius fuerit, id eſt, aliquo modo cognouit: aut oculis ſuis cõſpexit, aut ille ipſe qui iurat, illi indicauit. d Ita enim potuit eſſe cõſcius. Sed inter timorem huius peccati, & inter timorem huius proditionis hoium nõ parua exiſtit plerunq; tentatio. Poſſumus enim paratũ ad periurium admonendo uel prohibẽdo a tam graui peccato reuocare. Sed ſi non audierit, & coram nobis de re, quã nouimus, falſum iurauerit, e utrum prodendus ſit, ita ut proditus etiã periculum mortis f incurrat: difficillima quæſtio eſt. Sed quia hic non expreſsit cui hoc indicandũ ſit, vtrùm illi cui iuratur, an ſacerdoti cuipiã, qui nõ ſolùm eũ perſequi nõ põt irrogando ſuppliciũ, ſed etiã orare pro illo poteſt: uidetur mihi quòd ſe ab hoc peccati abſoluat uinculo, ſi indicet talibus qui magis prodeſſe g poſſunt quàm obeſſe periuro: ſiue eum corrigendo, ſiue Deum pro eo placando, ſi & ipſe cõfeſſionis ſibi adhibeat medicinam. Si ergo iſte (ut ſuprà dictum eſt) qui audit falſum iurare & tacet, delinquit: multò magis ille reus eſt, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur* h *de eo, qui uerborũ calliditate ſe circunuenire putat illũ, cui iuramentũ defert: an ſit reus periurij, niſi ſeruauerit quod iuraſſe creditur. De hoc ita ſcribit Iſid. ſententiarum lib. ij.* †

De eo qui calliditate uerborum iurat.

CAN. IX.

QVacunque arte uerborum quis iurat, Deus tamen qui cõſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit. i Dupliciter autem reus fit, quia & nomen Dei in uanũ aſſumit. & proximum dolo capit.

Item ex ſermone ſancti Auguſtini. †

Periurus eſt, qui ſuper lapidem falſum iurat.

e Iurauerit. i. iurare uoluerit.

f Mortis. de facto, quia de iure ꝓpter unius dictum, non poſſet iudicari. & eſt ſimile de pœnit. diſt. j. c. penultimo.

g Prodeſſe. ut ſunt ſacerdotes, ut xiiij. quæſt. v. denique. Qui ergo dicit talibus, qui poſſunt prodeſſe, nõ obeſſe, nõ dicit prodere, ut ij. q. j. c. ſi peccauerit.

h Quæritur incidẽtem ponit hic quæſtionem, qualiter iuramẽta ſunt intelligenda, & diſtinguitur, aut uterque habet rectum intellectum, aut uterque doloſum, aut alter tantum habet rectum. ſi ab utroque interponitur dolus, tunc eſt intelligendum ſecundum cõmunem ſignificationem uerborũ, ut extra de ſpon c. ex literis. ſi a neutro interuenit dolus, tunc interpretandum eſt ſecũdum intellectũ utriuſque, ſi uerba poſsint utrique intellectui adaptari. extra de teſtib. c. cũ tu. ſi ab altero tantum, tunc intelligẽdum eſt ſecundũ eũ qui recte intelligit. ſic uidet diſtingui. ĩ. ead. §. ex his. In ſtipulationibus & alijs contractibus & contra ſtipulantem & uendẽtem interpretandum eſt, ſed in iudicijs pro actore, 1 ut ff. de uer. obli. l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de contrahen. emptio. l. Labeo. Ioan.

i QVacunque. Intelligit. id eſt, intelligere debet. & eſt ſimile. ĩ. de conſecra. di. iiij. c. non illud.

Iuramẽta qualiter ſunt intelligenda.

† c. xxxj. de ſumm. bon. lib. 2

1 Quod dic ut no. ex̃. de reſti. ſpo. cũ ad ſedem. in gl. hic ergo.

† Sermo. 28. de uerbis apoſtoli.

ADDITIO. Not. tamen, quod nemo per iuramentum uel pactum proprium obligatur, niſi ille cõſentiat. cui ſit pactum uel iuramentum. argum. optimum extra de iureiuran. cap. ſicut.

CAN. X.

Ecce dico charitati ueſtræ, quòd qui ſuper lapidem [a] falſum iurat, periurus eſt. Vnde hoc dico? quia multi etiam in hoc fallunt, & putãt quia nihil eſt per quod iurant, non ſe crimine teneri periurij. Prorſus periurus es, quia per id, quod ſanctum non putas, falſum iuras: Si tu illud ſanctum non putas, ſanctum puta cui iuras. Non enim quãdo iuras, tibi aut lapidi, ſed proximo tuo iuras: homini iuras ante lapidẽ, ſed nunquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem, ſed punit te Deus fallentem.

Sed obijcitur illud Gregorij in uigeſimoſexto libro Moralium. †

Apud dominum uerba noſtra non ex ore, ſed ex corde procedunt.

CAN. XI.

Hvmanæ aures talia uerba noſtra iudicant, qualia foris ſonant. Diuina uerò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Certè nouerit ille qui intentionem & uoluntatem alterius uarijs explicat uerbis: [b] quia nõ debet aliquis uerba [c] cõſiderare, ſed uoluntatẽ, & intentionem: quia nõ debet intentio uerbis deſeruire, ſed uerba intentioni.

Si ergo diuina iudicia uerba noſtra talia foris audiũt, qualia ex intimis proferuntur, ſi intentio non debet ſeruire uerbis, ſed uerba intentioni, patet quòd Deus nõ accipit ſic iuramentum ſicut ille cui iuratur, ſed potius ſicut qui iurat intelligit, cũ recipiẽti nõ ex intimis, ſed ex ijs quæ proferuntur foris uerba noſtra ſonent. Item obijcitur, qui iurat ſuper lapidem putans ſe iurare ſuper ſacroſancta Euangelia, perinde tenetur ac ſi ſuper Enãgelia iurauerit: licet ille cui iurat, ideo ſuper lapidem illum iurare fecerit, ne non ſeruãdo quod promittit, reatu periurij teneatur. Item obijcitur illud de ciuibus, qui credunt ſe iurare obedituros cõſulibus ſuis, in omnibus quæ ſibi imperata fuerint pro honore ſuę ciuitatis. Ne uerò obedientiã recuſantes, reatu periurij illaqueentur, ſupponitur breue iuraturis in quo aliud cõtinetur, quàm ſe iuraturos arbitrẽtur, uide licet ne Padum in Nilum cõuertãt, uel aliquid huiuſmodi faciant. Si ergo cõtra hoc, quod ſeſe iuraſſe crediderãt, cõſulibus ſuis obedientiã denegarẽt, nunquid ſecũdùm intentionẽ recipientis, an potius ſecundùm intentionem iurantis iuramẽtum Deus illud acciperet? Item ſi innocẽs de adulterio uel furto impeditus, innocentiã ſuã uellet aſſerere, iuraret aũt ſe ab obiectis ſibi ſic eſſe immunẽ, ſicut in breui illo cõtinetur, quod manibus ſuis ſe ſcripſiſſe arbitratur: cõtineatur aũt in illo, hũc reum eſſe obiectorũ: nunquid à domino periurus reputabitur? aut nunquid poterit argui ſe iuraſſe adulterij, aut furti reatum incurriſſe? Non.

Hinc etiam Ioan. Chryſoſtomus ait:

Inter iuramentum & locutionem fidelium nulla eſſe debet differentia.

CAN. XII.

Ivramenti huiuſmodi cauſa eſt, quia omnis qui iurat, ad hoc iurat [d] ut quod uerum eſt loquatur. Et ideo dominus inter iuramentum & loquelam noſtram, nullam uult eſſe diſtantiam: [e] quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam ita quoque in uerbis noſtris nullum debet eſſe mendacium, quia utrunque & periurium & mendacium diuini officij † poena damnatur, dicente ſcriptura: Os quod mentitur, occidit animam. Quiſquis ergo uerũ loquitur, iurat: quia ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mentietur.

† Alias, iudicij.

Sapiẽ. 1. c. Prouerb. 14. a

Idem.

Antequam aliquis iuret peierat, ſi contra conſcientiam iurare parat.

---

a Ecce. Super lapidem. forte coopertum ab aduerſario, ut credantur eſſe Euangelia.

b Hvmanæ aures. Verbis. quæ ille protulit, & uult ea aliter interpretari prout verba ſonare uidentur: quod ſemp non eſt faciendum: cum ſæpe bona uerba mala intẽtione proferantur, & econuerſo, ut v qõ. v. c. non omnis. & cap. non oſculatur. ut xxiij. quæſt. j. cap. paratus.

c Verba. Argum. potius eſſe conſiderandã mentem alicuius, quã ipſa uerba, ut j. qõe. j. cap. Marcion. & de cõſecrat. diſtinct. iiij. cap. retulerunt. extra de uerbo. ſignifica. c. præterea. & capi. intelligentia. xxiij. qõ. j. ca. paratus. in princip. ff. de in ius uoc. l. quamuis. Sed hoc uerũ eſt, cũ conſtat de intellectu: alias in dubijs a uerbis non eſt recedendum. ff. de lega. iij. l. nõ aliter. ff. de exercitoria. l. j. §. ſi is qui nauem. extra de ſponſa. c. ex literis.

Ivramenti. d Ad hoc iurat. id eſt, iurare debet.

e Diſtantiã. Quãtũ ad hoc, cum mortaliter peccat qui ſimpliciter dicit falſum, ſicut qui ſub iuramento dicit falſum magis tamen peccat peierando, quã mentiendo. a ſolidius ſubſiſtit vbi iuramentum interponitur: ut ſ. ea. q. j cap. j. ſed tamen plus operatur ſacramentum, quam ſimplex promiſſio, ut extra de iureiuran. c. debitores. Item hic eſt argumẽtum, quod ex nudo pacto oritur actio, ut xij. quæſtione ij. c. quicunq; ſuffragio. & quæſtio. v. capit. quia Ioannes. Io.

Qui

Verba bona quãdo que mala intẽtione proferuntur.

Mens potius, quã verba, attendi debet.

† ca. vij. in Iob.

v Ad idẽ xxxviij. diſt. ſedulo. xcij. diſtinct. c. j. ſ. ea. q. ij. is autem.

Iuramentum plus operatur, quã ſimplex promiſſio.

a Dic ergo qđ licet Deus nõ faciat differẽtiã inter loquelam & iuramentũ, eccleſia tñ facit: qa mẽdax ſimplex non patiẽ pœnã quo ad īfamiã & repulſionem teſtimonij, uel quia poſſit promoueri: ſed ſecus in mendace iurato. & hoc intelligas ex quo ſimpliciter mẽdax eſt de crimine emendatus ſecundũ decre. extra de teſtib. teſtimonium. ſecundum Hug.

a Qvi peierare. Non ex operibus. Deus potius conſiderat animum quam factum: ut xv. qō. vj. c. j. & Deus interrogat cor, & non manum. xiiij. q. v. c. ſi quid. ſic xxxij. q. v. c. propoſito.

b PAruuli. Iurare. nec teſtis eſſe poteſt: ut iiij. qō. iij. cap. j. Et ideo hoc eſt, q̄a iuramento debet adeſſe iudicium: ſed hæc ætas neſcit q̄d agat: ut C. de fal. mo. l. j. Item quia impubes nō poteſt peierare: ut ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe. unde ſacramētum calumniæ præſtare nō poteſt. poſſet tamen dici, ꝙ ſi eſt doli capax 1 ꝙ tūc calumnioſe petere poteſt: ut extra de del. pu. c. j. & ſi nouerit ueritatē, quod bene præſtapit ſacramētum calumniæ. argu. C. de iureiuran. propter calumniam. l. ij. §. primo. Sed de ueritate dicenda bene poteſt iurare. Nam ab impuberibus & timidis ſumitur initium quæſtionis: ut ff. de quæſt. l. unius. in princ. item impubes ferula percutitur pro ueritate dicenda: ut ff. ad Syl. l. j. §. impubes. & tenet cōfeſsio quam facit, licet contra eam poſſet reſtitui: ut ff. de cōfeſ. l. certum. §. pe. Io. quod ſalſum eſt, niſi ſit doli capax, cū hoc cap. contradicat B. hoc autem certum eſt, quod ſi aliquis ſponte receperit iuramētum minoris, bene ualet, & tenet tale iuramētum: ut ff. de iureiurā. l. qui iuraſſe. Item in hoc caſu poteſt quis cōueniri ratione iuramenti, quod præſtitit, dum eſſet impubes: ut ſi impubes iurauit ſe præſtiturum operas, ipſe pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento: ut ff. de lib. cauſ. l. ultima. in fine.

Impuberes an poſſint iurare.

1 Dicit Azo, q̄d hoc nō ē uerū, q̄uis ſit doli capax. ar. C. de iu. cal. l. ij. §. j. ſed de ueritate dicenda bene. ff. de cōfeſ. certū. §. minorē. arg. ff de adminiſt. tu. l. j. in fi. ſecūdum L. & hoc ē q̄d ſequitur.

2 Ad hęc ꝙ periurus repellat̄ ab agēdo, intellige uerum q̄n uenit cōtra cōtractū iuramētoce lebratū ſu ꝑ actione alias itēta ta, ut hic: alias autē non repit̄ ꝙ periurꝰ repellat̄ ab agēdo. ut no. do. in c. dilecti. de except. & Ant. de Bu. in c. ītelleximꝰ extr. de iudic. Itē ēt adde ꝙ ſemel periurus perdit priuilegium pro-

c Cauſa. Sed 3 nōne ſi agere uult ꝑiurus in propria cauſa, audiretur. quia nulli prohibetur agere in ꝑpria cauſa: ut iiij. q. vj. c. omnibus. ſed agere non poteſt niſi præſtet ſacramentum. Itē nōne iudex uel altera pars poteſt ei deferre ſacramentum? Ad hoc dicas, quod hæc lex ſumpta eſt de Lombarda, ſecundum quā non iuratur de calumnia. patet ergo quod loq̄tur hic de alio iuramēto: & poteſt dici, quod loquitur hic de iuramēto purgationis, id eſt, ut nec ſe, nec alios poſsit expurgare. ex hoc ſequitur, ꝙ ſi ſuſpicio aliqua eſt contra ꝑiurū, ſtatim habetur pro conuicto cū ſe expurgare nō poſsit, & imputet ſibi, qui in talē caſum incidit: q̄a culpa ſua illud ſuſtinet: ut xv. q. j. c. ſi quis inſaniens. ex quo enim ſemel peierauit, pręſumitur quod ſemꝑ debeat peierare: ut ij. qō. vij. ca. non poteſt. unde amodo nō eſt ſacramēto ſuo credēdum: ut extra de præſump. c. literas. ea tamen iuramēta quæ oneris ſunt potius, quā honoris, bene præſtabit: ut iuramentum calumniæ ſimiliter dominis ſuis iurabit in cauſa feudi. contra. xlvij. diſt. cap. quantūlibet. extra de re iudica. cap. in cauſis.

bandi ſine impedimentum. concor. Alex. de Imo. ſ l. nō exigimus. §. quod diximus. ff. ſi qs caut. & Bal. in authen. & q̄ iurat. C. bon. auth. iudic. poſ. ibi in prin.

CAN. XIII.

QVi peierare paratus eſt, antequam iurat, iam periurus eſſe uidetur: quia Deus non ex operibus a tantum iudicat, ſed ex cogitationibus & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, quòd iuramēta ſecūdū intētionē præſtantis, nō recipientis, à Deo iudicantur: quomodo ergo ſecundū Iſidorū quacūq; arte uerborū quis iurat, Deus ſic accipit, ſicut ille, cui iurat̄ ītelligit? Sed ſicut aliud ē callida arte uerborū iurare aliud ſimpliciter ītētionē ſuā iurādo enūtiare, ſic aliud eſt ſimplici ītētione iuramētū factū recipere, aliud ī recipiēdo calliditate uti: quia ſicut quiſquā apud Deū nō ualet aliquem lædere, ſic nec præter eius intētionē ualet quis alicui ſubuenire. Deus autē duplicitatis aſpernator ſimplicē ītētionē utriuſque cōſiderat, & tam ex parte recipiētis quàm ex parte præſtātis uerborū artē aſpernatur et odit.

4 *De ætate uerò iurantiū quæritur qua ætate quiſq; ad iurādū debeat cogi de quo in primo libro capitularium ſic inuenitur diffinitum.*

Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur iurare.

CAN. XIIII.

PAruuli, q ſine ætate rationabili ſunt, non cogātur iurare, b & qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hoc, ſed nec ad ſacramentum accedat, nec ī ſua cauſa c nec alterius iurator exiſtat.

Item ex concilio Elibertano.

Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur.

CAN. XV.

PVeri ante annos xiiij. non cogātur iurare, puella d quoq; ſi in puerilli ætate ſita ī domo pr̄is illo neſciēte iuramēto ſe conſtrinxerit, & pater eius ut audierit, ſtatim e cōtradixerit, uota eius & iuramēta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Item Cornelius papa.

De eodem, & ut à ieiunis iuramenta præſtentur.

CAN. XVI.

HOneſtū etiā uidet̄, ut qui in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus f faciat cū omni honeſtate & timore dei, & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

Prætereà ſunt quędam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde ī cōcilio apud ſāctū Medardum habito.

Quibus temporibus iurare prohibemur. CAN. XVII.

DEcreuit ſancta ſynodus, ut à ſeptuageſima g uſq; in octauā

d PVeri. Puella. Idem eſt in puero: ut ſ. ead. q. iiij. c. tribus.

e Statim. Filij iuramētum debet pater reuocare, quam cito ſcit, 3 ut hic dicit̄. ſed uotū religionis non tenetur ſtatim reuocare cū ſcit: ſed uſq; ad annum & diem contradicere poteſt; ut xx. qō. ij. c. puella. aliter tamen eſt ſupra diſtinct. ſcilicet xx. q. ij. in princ.

3 Ad idē cōcor. H. q exponit ſtatim, id eſt ex quo ſciuit, & potuit.

f HOneſtū. hoc ieiunus. ſimiliter teſtimonium debet dicere ieiunus: ut extra de teſti. c. placuit. Quæ à ieiunis fieri debeāt nota. de conſec. diſtin. j. c. ſacramenta. tamen quod hic dicitur, magis eſt honeſtum quam iuſtum. Ioā. de Fan.

g DEcreuit. Vt à ſeptuageſima in his etiam die-

bus cauſæ exerceri non debent. xv. qõ. iiij. c. j. & ij. huic tamen cap. & præcedenti obuiat cõſuetudo præſcripta. Ioan. de Fant.

[a] In litanijs maioribus. ut in feſto ſancti Marci.

Paſchæ, & ab aduentu domini, uſq; in octauã Epiphaniæ, nec nõ & in ieiunijs quatuor temporum, & ĩ litãnijs maioribus, [a] & ĩ diebus dominicis, & in diebus rogationum (niſi de concordia & pacificatione) nullus ſuper ſacra Euangelia iurare præſumat.

§ De forma uerò fidelitatis, et quid quis debeat domino, uel ecõuerſo, ſic inuenitur in epiſtola Philiberti epiſcopi. †

Quæ in fidelitate ſunt ſeruanda.

CAN. XVIII.

DE forma fidelitatis aliqd ſcribere monitus, hæc uobis quæ ſequũtur breuiter ex librorum authoritate notaui. Qui dño ſuo fidelitatẽ iurat, iſta ſex ſemp ĩ memoria debet habere: incolume, tutũ, honeſtũ, [b] utile, facile, & poſsibile. † Incolume uidelicet ne ſit ĩ dãnũ dñi ſui de corpore ſuo. Tutũ, ne ſit ei in damnũ de ſecreto [c] ſuo, uel de munitionibus [d] per quas tutus eſſe põt. Honeſtum, ne ſit ei in damnũ de ſua iuſtitia, uel de alijs cauſis, quę ad honeſtatem [e] eius ptinere uidẽt. Vtile, ne ſit ei ĩ damnũ de ſuis poſſeſsionib. Facile uel poſsibile, ne id bonũ, qd dñs ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neve id, quod poſsibile erat, reddat ei impoſsibile. Vt fidelis hæc documenta caueat, iuſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id quod iuſtum & bonũ eſt, † reſtat ut ĩ eiſdẽ ſex ſupradictis conſiliũ [f] & auxiliũ domino ſuo fidele pſtet, ſi beneficijs dignus [g] uideri uult & ſaluus eſſe de fidelitate quã iurauit. Dominus quoq; fideli ſuo ĩ his omnibus uicem [h] reddere debet, quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur maleſidus, ſicut ille, qui in eorum præuaricatione, uel faciendo uel conſentiendo deprehenſus fuerit pfidus & periurus.

Auguſtinus.

De eodem.

CAN. XIX.

SI quis laicus iuramẽtum uiolando profanat, quod regi & domino ſuo iurat, & poſtea puerſè & doloſe eius regnũ tractauerit, & ĩ mortẽ ipſius aliquo machinamẽto iſidiatur, qa ſacrilegiũ peragit, in Chriſtum Dei manum mittens, anathema ſit, niſi per dignam pœnitentiæ ſatisfactionẽ emendauerit, ſicut conſtitutum à ſancta ſynodo eſt, id eſt, ſeculum relinquat, arma deponat, in monaſterium eat, & pœniteat omnibus diebus uitæ ſuæ: ueruntamen communionẽ in exitu uitæ ſuæ cũ euchariſtia accipiat. eps presbyter, diaconus ſi hoc crimen commiſerit, degradetur.

[b] DE forma. Honeſtum. Sic ergo honeſtas & poſſibilitas in omni iuramẽto ſũt intelligẽda: ut ſ. ea. qõ. iiij. c. unuſqſq;. & extra de iureiu. c. quemadmodum. ſed illud ſacramentum præſtant archiepiſcopi Romano pontifici, ut extra de iureiu. c. ego. & ſubditi ſuis epis: ut xxiij. diſt. c. quanquam. & Imperator papæ. lxiij. diſt. c. tibi dño. & licet generaliter iuret uaſallus dño, ſcilicet quod in oibus cauſis iuuabit ipſum, & contra quẽlibet. tamẽ contra ppriã patriã non iuuabit ipſum: ut ff. de rel. l. minime. nec contra papam: ut extra de iurejur. c. ueniẽtes. Sed quid ſi dñs uult filium uaſalli impetere, nunquid iuuabit ipſum contra filiũ? uidetur qđ nõ, quia nec cõtra filiũ excõicatũ iuuabit. xj. q. iij. cap. quoniã multos. & arg. ad hoc ff. de relig. l. minime. & cõtrarium tamẽ dicit lex feudi in ti. quẽadmodũ feu. amit. dicitur enim ibi, qđ uaſallus obligatus eſt filio ſuo tantum uinculo naturę: ſed dño ſuo obligatus eſt uinculo iuramẽti. Itẽ non tenetur ipſum iuuare ſi iniuſte impetit aliũ. nec. n. opẽ fert, qui ad peccandum nos adiuuat: ut xiiij q. vj. c. ſi res. Item nũquid uaſallus põt accuſare dominum? Non, ut hic poteſt colligi, niſi proſequat ſuã iniuriam. alioqui ſi accuſat, perdit ius feudi, ſicut patronus q accuſat libertũ, pdit bonorum poſſeſsionem: ut ff. de bo. lib. l. qui cũ maior. nec etiã teſtimoniũ poteſt contra ipſum ferre, nec in criminali cauſa, nec etiam pro ipſo. ut extra de offic. deleg. c. cauſam.

Imperator, iurat Papæ.

[redacted]

† Adde qđ ſimile obſequiũ debet clericus eccleſiæ. l. ij. & ibi Alber. de Roſ. C. de aduoc. di. iud.

Vaſallus dominũ non accuſat.

[c] De ſecreto. Ille qui prodit ſecreta alicuius, capite punitur: ut ff. de re mili. l. omne. §. iij. & C. de commer. & mer. l. ij. & ſic poteſt quis iurare, ne prodat ſecreta alterius. ar. tamẽ eſt contra. xiiij. diſt. c. nerui.

Secretorum proditor. capite punitur.

[d] Munitionibus. Qui munitiones cedit hoſtibus, uel literas, uel nuntium uel aliquod ſignum eis mittit, incidit in crimẽ læſæ maieſtatis. ff. ad leg. Iul. maie. l. j. ij. & iij.

[e] Ad honeſtatem. ut nec cum uxore, nec cũ filia commiſceat: nec aliqd inhoneſti faciat in domo dñi: ut de pœn. diſt. v. c. cõſideret.

† Cõcor. l. iuſtitia. §. iuris pcepta. cũ gl. in uer. tribuere. ff. de iuſt. & iur. & Inſti. eo. tit. & §. in gl. ſup uer. ius ſuum.

[f] Concilium. Vide qũo interpretatur hoc iuramẽtũ, Ego iuro, quod nullum faciã tibi damnum. i. ego iuro, qđ nec ego faciam, & etiã, quoſ alios faciẽtes prohibebo. Sic interpretatur lex tale pactũ: ut ſi aliquis fecit pactum, quod ſyluã non cederet uel ureret, etiam cuſtodire tenetur, ne alius urat uel cædat: ut ff. locati. l. in lege. idẽ uidetur in oibus negatiuis promiſsionibus: ut cũ dicitur, pmitto quod nõ faciã, non ſolum teneor nõ facere, ſed etiã curare debeo ne fiat: ut ff. de uerb. ſig. l. facere. & de uer. obl. in illa ſtipulatione.

Promiſſiones negatiuę ad duo obligant.

[g] Dignus. Ergo ſi clericus pſtat patrociniũ cõtra eccleſiã ſuã, uel epm ſuum, poteſt priuari beneficio ſuo. xcvj. diſt. c. ſi Imperator. & extra de poſtul. c. fin. Ioan.

† Adde pro hoc tex. in l. alia. cum not. C. de his qui. ut indi. Bal. in glo. in uer. non euitabit. & c. j. uerſi. ſed & q. de lator. quę fuerit pri. cau. bene. amit.

[h] Vicem. Et ſic eadem fide tenetur quis ſubdito ſuo, ſicut ſubditus dño: ut xcv. diſt. c. eſto ſubiectus. & extra. de iureiur. c. peruenit. & xxxij. q. vj. nihil iniquius. & ſi nõ fecerit, priuatur illo, uel dominio, quod habet in uaſallo, & tranſit feudum ad ſuperiorẽ: ut in lib. de feud. quemadmodum feu. amit.

Vt itaq;

6 *Vt itaq; ex premiſſis apparet, mendaciū nec in ſimplici ſermone debet ꝓferri, nec iuramēto firmari. Mendacium aūt nō ſolū in uerbis ſed ēt in ſimulatis operibus, eē proba.*

Vnde Ambroſius in ſermone habito in Dominica de Abraham.

Mentitur, qui profeſſionem ſuam operibus non oſtendit. CAN. XX.

Cauete fratres mēdaciū: quia oēs qui amant mendaciū, filij ſunt diaboli. Nō ſolū in falſis uerbis, ſed etiā in ſimulatis operibus [a] mendaciū eſt. Mendaciū nāq; eſt, ſe Chriſtianū dicere, & opera Chri nō facere: mēdaciū eſt epm, ſacerdotē uel clericū ſe profiteri, & cōtraria huic ordini opari.

Item Hieronymus.

Quoties ſermo malus de ore noſtro procedat. CAN. XXI.

Quoties uerò loquimur aut non in opportuno tempore, aut nō in opportuno loco, aut non ut cōuenit audientibus,[b] toties ſermo malus procedit de ore noſtro, ad deſtructionem eorū qui audiunt. Conſideremus itaque quid loquamur, quia pro omni otioſo uerbo reddituri ſumus rationem in die iudicij.

7 *Iuramentū uerò clericus laico ꝓſtare nō debet.*

Vnde in Remenſi concilio legitur.

Cuiquam laico clericus nihil iurare præſumat. CAN. XXII.

Nullus ex eccleſiaſtico ordine cuiquàm laico[c] quicquam ſuper ſacra Euangelia iurare præſumat. Sed ſimpliciter cū ueritate & puritate dicat, eſt eſt: non non. Sed ſi eſt aliquid aliud, quod ſibi obijciatur, prout iudicauerint qui eiuſdem ordinis ſunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

Epiſcopo ſimiliter clericus iuramentū præſtare non debet: niſi fortè is, cui eccleſiæ procurationem committit.

Vnde Vrbanus ſecundus ait:

De eodem. CAN. XXIII.

Nullus eps clericos ſuos (niſi fortè quibus eccleſiaſticarum rerum diſpenſatio commiſſa fuerit) ſibi iurare compellat.

CAVSA XXIII.

Quidā epiſcopi cū plebe ſibi cōmiſſa in hæreſim lapſi ſunt: circumadiacentes catholicos minis & cruciatibus ad hęreſim compellere cœperunt: quo comperto Apoſtolicus catholicis epiſcopis circumadiacentiū regionū, qui ab Imperatore ciuilē iuriſdictionem acceperāt, impetrauit ut catholicos ab hæreticis defenderent: et quib. modis poſſent, eos ad fidei ueritatē redire cōpellerent. Epiſcopi hæc mādata Apoſtolica recipiētes, cōuocatis militibus apertè et per inſidias cōtra hæreticos pugnare cœperūt. Tādem nōnullis eorū neci traditis alijs rebus ſuis uel eccleſiaſticis expoliatis, alijs carcere & ergaſtulo recluſis, ad unitatem catholicæ fidei coacti redierunt.

1 *Hic primùm quæritur, an militare peccatum ſit.*

2 *Secundo, quod bellum ſit iuſtū, et quomodo à filijs Iſraël iuſta bella gerebātur.*

3 *Tertiò, an iniuria ſociorum armis ſit propulſanda.*

4 *Quartò, an uindicta ſit inferenda.*

5 *Quinto, an ſit peccatum iudici uel miniſtro reos occidere.*

6 *Sextò, an mali ſint cogendi ad bonum.*

7 *Septimò, an hæretici ſuis et eccleſiæ rebus ſint expoliandi, et qui poſſidet ab hæreticis ablata, an dicatur poſſidere aliena.*

8 *Octauò, an epiſcopis uel qbuſlibet clericis ſua liceat authoritate uel apoſtolici ſine Imperatoris præcepto arma mouere.*

QVAESTIO I.

Quòd militare[d] alienū uideatur ab Euāgelica diſciplina, hinc uidet poſſe probari, q

---

Vt itaque. Hæc eſt ſexta pars quæſtio. in qua dicitur ꝙ non ſolum uerbis mentimur, ſed etiam factis. Ioan.

a Cauete fratres. Operibus. argum. ꝙ factis mentimur, ſicut uerbis: & factis negamus Chriſtum, ſicut uerbis. xj. quæſt. iiij. ca. æſtimant. & factis appellamus. extra de appel. c. dilecti. j. & factis prædicamus. xliij. diſt. c. ſis rector.

b Quoties uero. Audiētibus. Forte inſtruit rudes magna & ſubtilia: qđ fieri nō debet. ſic viij. q. j. c. oportet. & xliij. diſtinct. cap. j. Ioan.

Iuramentū. Hæc eſt ſeptima pars qō. in qua dicitur ꝙ clericus non debet iurare laico, nec epiſcopo, ſine cauſa. Ioan. de Fant.

c Nullus. Laico hoc cap. intelligas de iuramento expurgationis, qđ clericus nō debet facere corā laico, ſed tm̄ corā epo uel eius delegato: niſi hoc fiat authoritate Papæ, ut ij. q. v. c. Mennam. ſi enim clericus peteret aliquid corā laico, bene tenetur ibi præſtare iuramentū calumniæ. uel dic qđ ſine licentia epi nullum debet facere iuramentum laico. Imperatori tamē iurāt epi fidelitatem.

d Quod militare. Hic quæritur an militare ſeu bellare ſit peccatū & dicendum eſt qđ nō ut j. ea. cap. militare. & hoc

Factis ita ſicut uerbis mentimur.

Iuramētū purgationis nō debet clericus ꝓſtare corā laico

Iſta fuit ſententia M. & B. ſecundum Laur. & ꝙ hoc caſu itelligatur c. patet ex ſi. ſecūdū H. ſed urget illa litera, quicquā. ego uero dico quod hic tex. intelligitur de iuramēto ſubiectionis. emanauit em̄ ad conſeruādam libertatem clerico. ne epi dominatum cōtra beati Petri epiſcopi acciperent. ſed poſtq̄ Gre. 7. ab epis exigere cœpit, c. ego de iureiu. (ut ibi dixi in tex.) pariter & e[illegible] clericos tanquam ſubditos, niſi ſi qui exemptionem rede meruint.

Bella an ſint ꝑmiſſa, & quibus.

omnis militia, uel ob iniuriã propulſandam, [a] uel propter uindictã inferendã eſt inſtituta. Iniuria ãt uel à propria perſona, uel à ſocio repellitur: quod utrunque Euãgelica lege prohibetur. cũ enim dicitur, Si quis te percuſſerit in unã maxillã, præbe [b] ei et alterã. Et iterũ: Qui angariauerit te mille paſſus, uade cum eo alia duo millia. [c] Item cũ Apoſtolus dicat ad Romanos: Nõ uos defendẽtes [d] chariſſimi, ſed date locũ iræ: quid aliud prohibemur, quàm propriæ perſonæ iniuriam repellere?

Matth.5.f
Ibidem.
Ro.12.d

Item cũ Petro gladio magiſtrũ defendenti Chriſtus dixerit. Cõuerte gladium tuũ in uaginã: an putas quia non poſſũ [e] rogare patrem meũ, et exhibebit mihi plus, quàm duodecim legiones angelorum? Denique ſicut de beato Andrea legitur, cũ fieret cõcurſus populorũ, ut de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illũ defenderent: ipſe ecõtra et exẽplo et uerbo patientiã docens, rogabat eos ne ſuũ martyriũ impedirẽt: qd aliud monemur, quàm ſicut proprias, ita et ſociorum iniurias patiẽter tolerare, nec ad arma concurrere, ſed eorũ exẽplo ad ſimilia pferẽda animũ præparare? Item cùm in prouerbijs dicatur: Mihi uindictam, & ego retribuam: dicit dominus.

Mat.26.c
Deu.32.a
Ro.12.d

Item cùm in Euãgelio dicatur: Nolite iudicare, [f] & non iudicabimini.

Matt.7.a

Item cũ paterfamilias dicat ſeruis uolẽtibus colligere zizaniã, [g] Sinite utraq; creſcere uſque ad meſſem, & tunc dicã meſſoribus, colligite zizaniã, & alligate in faſciculos ad comburendum.

Ibid.13.d

Item cùm rex ille, qui nuptias fecerat filio ſuo, miſſis exercitibus ſuis, angelorũ uidelicet, dicatur perditurus homicidas pphetarum & Apoſtolorũ qui uocati ad nuptias uenire cõtempſerunt credendo. Item cùm Paulus Apoſtolus dicat in epiſtola ad Romanos, Nolite iudicare inuicem. Item, Tu quis es q iudicas alienum ſeruũ? ſuo domino ſtat, aut cadit. Siue ergo uiuimus, ſiue morimur domini ſumus. In hoc eñ Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, ut & uiuorũ et mortuorũ dominetur. In his omnibus qd aliud præcipitur, quã ut uindicta delinquentium diuino reſeruetur examini? Cũ ergo (ut ſuprà dictũ eſt) militia uideatur inſtituta ob iniuriã propulſandã,

Matt.22.a
Ro.14.c
Ibid.a

hoc uerum eſt ſi a principe indicatur bellum: ut ĩ. eadem quæſtio. ij. cap. iuſtum. Similiter pro defenſione ſua uel patriæ uel legum paternarum, ut ĩ. ea. quæſtio. viij. c. ſi nulla. Clerici autem in ſacris ordinibus conſtituti non poſſunt mouere arma: ut infra eadem, quæſt. viij. cap. clerici. Similiter uidetur, quod nec in minoribus ordinibus conſtituti etiam uxorati poſſunt mouere arma, quia ſub regula eccleſiaſtica debent uiuere, ut xxxij. diſtinct. cap. ſi qui. & xx. quæſt. iij. capit. eos. quod concedo ſi uolunt gaudere priuilegio eccleſiaſtico. argument. ad hoc extra de cleric. coniuga. Ioan. de Fant.

Injuria an poſſit repelli, & a quibus.

a Propulſandam. Qui repellere poſſunt iniuriã, & qua licet poſſit repelli, & an tantum perſonæ iniuria, uel etiã perſonæ & rerum poſſit repelli, uidendum eſt. [1] Et quidem uidetur qđ nõ ſolum laici ſed etiam clerici poſſunt repellere iniurias & rerum & perſonæ, ut extra de reſtitut. ſpol. c. olim & extra de ſentent. excom. cap. ſi uero. cap. ex tenore. & ĩ. diſtinct. j. ius naturale. & ff. de iuſti. & iure. ut uim. Econtra uidetur, quòd clerici non poſſint, ut extra de homici. ſuſcepimus. xlvj. diſtinct. cap. ſeditionarios. Ad hoc dicunt quidam, quod nulli licet uim repellere repercutiendo, ſed tantum impediendo. Alij dicunt qđ licet laicis repercutere, clericis non. Ego credo, quod & clericis & laicis licet repercutere: diſtinguitur tamẽ, quia aut uis infertur perſonæ, aut rebus. ſi perſonæ, tunc eſt uis repellenda prius quam ſit illata. Sed quidam dixerunt quod nullus uim repellere debet, niſi illatã: [2] imo inſidiantem licitum eſt occidere, & eum qui uult occidere, ut ff. ad legem Aqui. l. iiij. & v. ſi tamen aliquis uim factam repellat, potius præſumi debet quòd defendendi quã ulciſcendi cauſa fecerit id, ut ff. ad legem Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. & hoc ſi primus percuſſor uolebat percutere denuo, alioqui ſi nolebat denuo percutere & alter repercuſſerit, potius eſt uindicta quam repulſio iniuriæ. & ſic intelligo quod dicitur iniuriam incontinẽti poſſe repelli. Requiritur ergo, ꝙ defendendo repercutiat, non ulciſcẽdo, ut ĩ. eo. c. qd culpatur, & ff. ad legem Aquil. l. ſcientiam. & cum moderamine ſe defendat, ut extra de reſti. ſpol. cap. olim cauſam. in ſi. ſi quis tamẽ moderamen excedit, & non ex propoſito, non tenetur, ut ff. ad legem Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. licet illa decret. olim cauſam. uideatur contra ſicere. Item incontinenti debet uim ui repellere, ut ff. de ui & ui arma. l. iij. §. cũ igit. Si autem uis infertur rebus, & illatã & inferendam licitum eſt repellere, ſed potius illatam quàm inferendam.

pelli debet: ſed ex interuallo repelli poteſt impune, collectis ſcilicet amicis & quã citius poteſt. ff. de acquiren. poſſ. l. qđ meo. §. ul. & l. clam. §. qui ad nundinas. qñ nõ eſt iniuria illata pſonæ: quia tunc præſumit ultio, ſecundum Ioã. de Fant.

[1] Adde ꝑ hoc gl. ij. & ibi Barto. in l. ut vim. ff. de iuſt. & iu. eũdẽ Bar. in l. ſi qs in ſeruitute. ff. de furt.

[2] Et incõtinenti re

b Præbe. Illud intelligitur de cordis præparatione, ut ĩ. ea. c. paratus. uel cũ agitur de fide.

c Duo millia. Vbi eſt quæſtio fidei.

d Defendentes. ex odio uel ex interuallo, uel non ſeruato moderamine.

e Non poſſum. Et tamẽ noluit rogare ut præberet exemplum humilitatis. Alibi tamen dicit, ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. xvj. diſtinctione. habeo.

f Iudicare. Iniuſte. uel loquitur de his qui non habent iuriſdictionem.

g Zizaniam. Vndecima, quæſtione tertia. cap. nolite. Ioannes.

Niſi

uel propter uindictā inferendam, utrunque aūt lege euāgelica prohibeatur, apparet quòd militare peccatum eſt.

Hinc etiā Greg. ait: †

Bella carnalia bellorum ſpiritualium figuram gerunt.

CAN. I.

NIſi bella iſta carnalia figuram ſpiritualium bellorum gererent, nunquā (ut opinor) Iudaicarum hiſtoriarū libri diſcipulis Chriſti, qui uenit pacem docere, legēdi in eccleſijs fuiſsēt ab apoſtolis [a] traditi. Quomodo enim bellorū eis proficeret iſta deſcriptio, quibus dicit à Ieſu: Pacem meā do uobis: pacem meā relinquo uobis. (Ioā. 14. d) & quib. per Apoſtolū iubetur & dicitur: Nō uoſmetipſos uindicātes, [b] ſed magis iniuriā percipite, & magis fraudem patimini? (1. Cor. 6. d) Vnde denique ſciēs Apoſtolus nobis iam ultra bella nō eſſe carnaliter peragēda, ſed animæ certamina contra ſpirituales aduerſarios deſudanda, uelut magiſter militiæ præceptum dat militibus Chriſti dicens: Induite uos armaturā Dei, ut poſsitis ſtare aduerſus aſtutias diaboli. (Ephes. 6. b) His ita reſpondetur: præcepta patientiæ non tam oſtentatione corporis, quam præparatione cordis ſunt retinenda.

Vnde Auguſtinus ait in ſermone de puero Centurionis.

Præcepta patientiæ uirtute animi, non oſtentatione corporis ſeruanda ſunt.

CAN. II.

PAratus debet eſſe homo iuſtus, & pius patienter eorū malitiā ſuſtinere, quos fieri bonos quærit. Vt potius numerus creſcat bonorū, nō ut pari malitia ſe quis numero addat malorū. Deniq; iſta præcepta magis ſunt ad præparationē cordis, quàm ad opus quod in aperto [c] fit: ut teneatur in ſecreto animi patiētia cum beneuolentia. In manifeſto aūt id fiat, quod eis uidetur ꝓdeſſe [d] quibus bene uelle debemus. Hinc liquidò oſtenditur, quòd ipſe dominus Ieſus exemplū ſingulare patientiæ cū percuteretur in faciem reſpondit, Si malè locutus ſum, exprobra me de malo: ſi aūt bene, quid me cædis? (Ioā. 18. d) Nequaquā igitur præceptū ſuū (ſi uerba [e] intueamur) impleuit. Neque enim præbuit percutienti alteram partem, ſed potius prohibuit ne faceret, & iniuriā augeret. Tamen paratus aduenerat nō ſolū percuti in faciem, uerum etiam pro his, a quibus hoc patiebatur, crucifixus occidi: pro quibus ait in cruce pendens: Pater ignoſce illis, quia neſciunt [f] quid faciunt. (Luc. 23. g) Neque Paulus apoſtolus præceptū domini & magiſtri ſui uidetur impleſſe, ubi etiā percuſſus in faciem dixit principi ſacerdotū, Percutiat te Deus paries dealbate. ſedes me iudicare ſecundùm legem, [g] & contra legem [h] iubes me percuti? (Act. 23. a) Et cum a circunſtantibus diceretur, Iniuriā facis principi ſacerdotū: irridens eos admonere uoluit quid dixerit, ut qui ſaperent, etiā intelligerent iam deſtruendum [i] eſſe in aduentu Chriſti parietem dealbatum, hoc eſt hypocriſim ſacerdotij Iudæorum. Ait quippe: Neſciui fratres, quia princeps eſt. Scriptum eſt enim, Principi populi tui nō maledices. (Exo. 22. a) Cum proculdubio qui in eodem populo creuerat, atque in lege fuerat eruditus, illum principem ſacerdotum neſcire [k] non poſſet: nec eos quibus ita notus fuerat, ullo modo fal-

[redacted]

NIſi bella. a Ab apoſtolis. Ergo non tantū ex præcepto uel cōſtitutione eccleſiæ legimus libros Iudæorum, ſed etiam ex præcepto Apoſtoli. Sed quæro ubi hoc præcepit Apoſtolus? Dic quod loquitur præſumendo: quod enim uniuerſalis eccleſia tenet, credendum, eſt hoc ab Apoſtolis eſſe inſtitutum. xj. di. eccleſiaſticarum.

b Vindicantes. Ideo enim iudiciorū uigor in medio poſitus eſt, ne quis ſibi ultionem ſumere præſumat. C. de iudæis nullus. xvj. q. j. ad hoc. Ioan.

c PAratus. In aperto. Argumētum quod nō ſemper per exteriora comprehendunt interiora. 1 v. q. v. non omnis. & cap. non oſculatur.

1 Argu. cōtra xxxj. quæſt. ij cap. j.

d Prodeſſe. Sic ergo prodeſſe dicimur illi, quem uerberamus, ut xlv. diſtinctio. c. & qui emendat. Ioan.

e Si uerba. Argumentum quod non debemus inhærere verbis, ſed potius menti, ut dixi xxxij. quæſt. v. humanę. xxvj. quæſt. v. nec mirum. uerba enim in reſcriptis poſita, uel in lege, conformare debemus æquitati, & licet uerba hoc non patiantur, extra de reſcri. cauſam. & extra de conſuetud. cum dilectus. & ff. de in ius vocan. l. quamuis. & ff. qui per. tuto. l. ulti. Argu. contra. xix. diſtin. c. in memoriam. & ff. qui & a quib. manumi. l. proſpexit. ubi dicit, ſufficit ita ſcriptum eſſe, etſi illud durum eſt.

f Quia neſciunt. Pro illis qui ex ignorantia hoc fecerunt rogauit. j. q. j. §. cum ergo.

g Secundū legem. Iudex ſecundum leges iudicabit, & nō ſecundum motū animi ſui. ut extra de conſtitu. c. j. & xj. q. iij. ſummopere. alioquin punitur ut falſarius, ut ff. ad legem Corne. de fal. l. j. §. j.

h Et cōtra legem. lex enim dicit, ꝙ liber homo non debet uerberibus cædi, ut C. de rep. conſenſu. ultra mediū: niſi in caſu, ut not. v. quæſt. v. illi qui. & no. xv. quæſt. vj. in ſumma.

Homo liber uerberari nō debet.

i Deſtruendum. Dixit eum non eſſe principem, quia nō erat apud eum duraturus principatus, ut extra de uerbo. ſign. nam & ego. & j. de pœn. diſt. j. ca. diuortium.

k Neſcire. arg. ꝙ non poteſt quis ſe excuſare 2 ꝑtextu ignorantiæ de re quæ facta eſt inter uicinos ſuos: ut extra de præſumptio. quoſdā. & c. quanto. liiij. diſtin. nulli. & xij. qōe. ij. qui & humanis. Similis ꝓſumptio eſt C. de in integrum reſtit. mino. de tutela.

Vicinorū facta præſuminus ſcire.

2 Idem Alexā. de Imol. in l. ad cognitionē. col. v. ff. ſi cer. pe. & Bal. in l. de tutela. C. de in iteg. reſtit. quem ibi ſequit Salyc. & Paul. de Caſt.

Quam

ſeret quòd neſciret. Sunt ergo iſta præcepta patientiæ, ſemper in cordis præparatione retinẽda: ipſa quoque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, ſemper in uoluntate complenda. Agenda ſunt autem multa etiam cum inuitis, quadam benigna aſperitate plectẽdis: quorum potius utilitati conſulendum eſt, quam uoluntati. [a] Nam in corripiẽdo filium quantumlibet aſperè, nunquam profectò paternus amor amittitur. Fiat tamen quod nolit, & doleat qui etiam [b] inuitus dolore uidetur eſſe ſanandus. Ac per hoc ſi terrena iſta reſpublica [c] Chriſtiana præcepta cuſtodiat, etiam ipſa bella ſine beneuolentia non gerentur, ſed ut potius ad pietatis iuſtitiæque ſocietatem uictis facilius conſulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utilius uincitur: quoniam nihil eſt infelicius felicitate peccãtium qua pœnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas uelut interior hoſtis roboratur. Et paulo poſt, Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, hoc potius conſilium ſalutis petentibus in Euangelio [d] diceretur, ut abijcerent arma, ſeq; militiæ omnino ſubtraherent. Dictum eſt autem eis, Neminem concuſſeritis: [e] eſtote contenti ſtipendijs ueſtris. Quibus proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare utique non prohibuit.

Item eiuſdem ad Bonifacium. †

In bellicis armis milites Deo placere poſſunt.

CAN. III.

NOli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui armis bellicis miniſtrat. In his erat ſanctus Dauid, [f] cui dominus tam magnum perhibuit teſtimonium. In his etiam plurimi illius temporis iuſti. In his erat ſanctus ille Centurio, qui domino dixit: Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Hoc ergo primum cogita, quãdo armaris ad pugnam, quia uirtus tua etiã ipſa corporalis donũ Dei eſt. Si enim cogitabis hoc de dono Dei, nõ facies cõtra dominum. Fides enim quando promittitur, etiã hoſti [g] ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur: quantò magis amico pro quo pugnatur? Pacem habere uoluntatis eſt. Bellum autem debet eſſe neceſsitatis, ut liberet Deus à neceſsitate, & conſeruet in pace. Nõ enim pax quæritur ut bellum exerceatur: ſed bellum geritur, ut pax acquiratur. Eſto ergo bellando pacificus, ut eos quos expugnas ad pacis unitatem uincendo perducas. Beati pacifici (ait dominus) quoniam filij Dei uocabuntur. Si autem pax humana tam dulcis eſt pro temporali ſalute mortalium, quantò dulcior eſt pax diuina pro æterna ſalute angelorum? Itaque hoſtem pugnantem neceſsitas deprimat, non uoluntas. Sicut bellanti & reſiſtenti uiolentia redditur, ita victorijs capto miſericordia iam debetur: [h] maximè in quo pacis perturbatio non timet.

Item eiuſdem contra Manichæos. †

Quæ ſunt in bello iure reprehendenda.

CAN. IIII.

QVid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoq; [i] morituri, ut dominentur [k] in pace uicturi? hoc reprehendiſſe timidorum eſt, non religioſorum. Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominãdi, & ſi qua ſimilia hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur: quæ plerunque ut etiam iure puniantur, aduerſus uiolentias reſiſtẽtium (ſiue Deo [l] ſiue aliquo legitimo imperio iubente) gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur ab omnibus bonis,

[a] Quam uoluntati. j. ea. q. iiij. diſplicet. ſ. xlv. diſtin. & qui emendat.

[b] Qui etiam. Vel quinetiam.

[c] Reſpublica. i. aliquis gerens rem publicam. Ioan.

[d] In Euangelio. Ioannis.

[e] Concuſſeritis. Concutere, eſt aliquid petere ultra debitũ, ratione alicuius officij, ut j. ea. quid culpatur. dicitũ autẽ concutere qui per oppreſsionẽ & minas extorquet pecuniam: ut ff. de cõcuſſ. l. j. & ij. [1] Io.

[f] Noli exiſtimare. Sanctus Dauid. ſi aliquis exiſtens ſanctus poteſt uti armis in bello: quare ergo prohibetur pœnitẽtibus uti armis, ut xxxiij. qõ. ij. admonere? Rñ. ideo, quia pœnitentes uiuunt ſub regula eccleſiaſtica, ut xj. qõe. j. aliud. Vel ideo quia arma poſſunt dare occaſionem peccandi.

[g] Hoſti. Hoſti ergo fides ſeruãda eſt ut hic, & xxij. quæſ. iiij. innocens. Arg. contra. xxij. quæſt. ij. utilem. qđ uerũ eſt, ſi ipſe nobis ſeruat fidẽ, [2] alias nõ tenemur ei ſeruare. xcv. diſt. eſto ſubiectus. extra de iure iuran. peruenit. xxviij. q. j. ſi infidelis. ff. locati. l. quæro. §. inter. C. de tranſactio. l. cũ proponas. in fi. Argu. cõtra. xj. q. iij. inter uerba. in fin. & xxxiij. quæſt. v. quod Deo.

[h] Iam debet. Arg. miſericordiam eſſe debitam, & ita hic arg. quod diſpenſatio põt peti tanquã debita, ut 50. diſt. dño ſancto. in fine. & lxxxvj. diſt. non ſatis. in fi. Item habes hic quod aliquis tenet parcere hoſti ſuo, ut ij. qõ. v. quanto. in fin. dum tamen nõ timeatur periculũ incurrere ex hoc: [3] ut j. ea. quæſt. iiij. eſt iniuſta. Ioan.

[i] Quid culpatur. Quandoque. Certe hæc ratio nõ eſt ſufficiẽs. nam ſi quis hominem interficiat etiã mortifere uulneratum, nihilominus tenetur, ut ff. ad legẽ Aquil. l. ita uulneratus. in princ. & eſt ſimilis ratio. j. xxiij. q. iij. ſi habes. ff. ad legem Rhod. de iac. qui leuãdæ. & l. nauis. §. ſed ſi nauis. & ff. quod ui aut clam. ſi alius. §. eſt & alia.

[k] Dominentur. Scilicet victores.

[l] Siue Deo. i. diuina reuelatione. j. e. quæſt. ij. dominus. Ordine.

Cõcutere quid ſit.

[1] Vide qđ leg. & no. ſ. j. q. j. cõcuſsionis.

Pœnitentes armis uti nõ poſſunt.

Fides hoſti ſeruanda eſt.

[2] Adde & hac q. late per legiſtas. in l. cũ proponas. & ibi Cyn. C. de pact. & ibi glo. Bald. in l. ut reſponſum. C. de tranſact.

Luc. 3. c

† Epiſt. j.

[3] Nam ſi [illegible] Matt. [illegible]

Matt. 5.

† cap. 74. lib. 22. cõtra Fauſtũ Manichæum:

cùm in eo rerum humanarum ordine a inueniuntur, ubi eos uel iubere aliquid tale, uel in talibus obedire iuſtè ipſe ordo conſtringit. unde neque Ioannes ab armis iubet diſcedere milites, & Chriſtus tributa b Cæſari monet reddi: quia propter bella neceſſariò militi ſtipẽdium prebetur. Ordo autem ille naturalis mortalium, paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli authoritas atq; conſilium penes principes c ſit: ſed ſi humana cupiditate bellum geritur, non nocet ſanctis, in quos non habet quiſquam poteſtatem, niſi deſuper datam. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo, ſiue iubente, ſiue ſinente. d Ergo uir iuſtus ſi fortè etiam ſub rege & homine ſacrilego e militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi uice pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, uel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, uel utrum ſit, certum non eſt: ita ut fortaſſe reum faciat regẽ iniquitas f imperandi, innocẽtem autem militem oſtendat ordo ſeruiẽndi.

Item eiuſdem in libro de uerbis dñi, tract. xix.

Militare non eſt peccatum.

CAN. V.

Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt: nec rempublicã gerere crimino ſum eſt, ſed ideo gerere rẽpublicã, ut diuitias augeas. g uidetur eſſe damnabile. Propterea enim quadam prouidẽtia militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur. Item dominus ipſe dixit: Reddite quæ ſunt Dei, Deo: & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Igitur quod Cæſar p̃cipit, h ferendũ eſt, quod imperat tolerandum eſt, ſed fit intolerabile dũ prędam exactores accumulant, Item: Interrogauerunt Ioannẽ milites dicentes: Quid faciemus & nos? Ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: ſed eſtote cõtenti ſtipendijs ueſtris. Sic autem cognoſcere ſe debet omnis homo, qui militat. Nõ enim de his tantùm militantibus ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur: ſed quiſquis militiæ i ſuæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur: atque ideo hæc ſententia poteſt dici (uerbi gratia) militibus, protectoribus, cunctiſq; rectoribus. Quicunq; ſibi ſtipendia publicè decreta conſequitur, ſi amplius quærit, tanquam calumniator & cõcuſſor Ioãnis ſentẽtia cõdẽnat̃. k

Item eiuſdem de diuerſis eccleſiæ obſeruationibus.

Pacata ſunt bella, quæ geruntur ut mali coerceantur, boniq; ſubleuentur.

CAN VI.

Apud ueros Dei cultores, etiam ipſa bella pacata ſunt, quæ nõ cupiditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coerceantur, & boni ſubleuentur. Item. Gre. uniuerſis militibus Neapoli. †

Summa eſt laus militia, reipublica utilitatibus obedientiam exhibere.

CAN VII.

Summa militiæ laus inter alia bona merita hæc eſt, obedientiam reipublicæ utilitatibus exhibere, quicquid ſibi utiliter l imperatum fuerit obtemperare, ſicut etiam nunc deuotionem ueſtram feciſſe didicimus, qua epiſtolis noſtris, quibus magnificum uirum Conſtantium tribunum

a Ordine. Id eſt, poteſtate.

b Tributa. Vt j. e. q. viij tributum.

c Principes. Vt j. ea. q. ij. iuſtum. Nullus ergo bellare poteſt, ſine authoritate principis: ut hic, & C. ut armo. uſus. l. j. libr. xj. ſimiliter princeps eccleſiaſticus poteſt indicere bellum: ut j. ead. q. viij. cap. igitur. & cap. omni. & capit. ſeq.

d Sinẽte. Vt viij. q. j. audacter.

e Sacrilego. xj. q iij. Iulianus Imperator.

f Iniquitas. Hic habes, quod licet dñs peccet præcipiendo, tamen ſubditus non peccat obediendo: ut 100. diſt. contra morem. in prin ſic xxxix. q. v. manifeſtum. extra de iureiur. debitores. Item habes hic, quod in dubijs ſemper eſt obediendum. xix. diſtin. in memoriam. Argu. contra 50. diſtin. ſi quis prępoſtera. xj. q. iij. quid ergo. Itẽ eſt hic arg. quod in dubijs humanior et tutior uia eſt eligẽda. extra de ſponſ. iuuenis. & xiiij. diſtin. c. ultimo.

g Militare. Augeas. ſcilicet iniuſte. licitum eſt etenim augere diuitias. xxx. diſt. §. hæc ſcripſimus.

h Præcipit. Licet ſit iniuſtũ: ut 100. diſt. cõtra morem. in princ.

i Militiæ. Cum ergo clerici milites dicantur: ut lxj. diſtinct. quid proderit. & j. q. iij. ſaluator. & quæſt. vij. ca. qui in qualibet. ſimiliter & patroni cauſarum dicuntur militare: ut C. de aduo. diuer. iud aduocati. ergo ſi oẽs iſti habent ſtipendia, non debent recipere ſalaria. j. q. ij. cap. ſicut.

k Condemnatur. Sed qualiter punitur concuſſor? Dic quod ſecũdum canonem pœna quadrupli: ut xvij. diſtin. quoniam. ſecundũ leges uidetur quod extra ordinem punitur, cum non ſit publicũ crimẽ: ut ff. de cõcuſſio. l. ij. ſed certe & ſecundum leges pœna quadrupli punitur: ut j. q. vij. cap. ſancimus.

l Summa. Vtiliter. Ar. quod ſi epiſcopus præcipit alicui ire Romã pro utilitate eccleſiæ, quod tenetur obedire: ut vij. quæſt. j. quia. & ſi clericus ſe excuſet, & dicat, mittatis illum qui ditior me eſt, reſpondeat ei Epiſcopus ſicut Chriſtus reſpondit Petro. cum eñi dñs diceret Petro, Tu me ſequere: reſpondit Petrus, Domine, hic autem quid? demonſtrato Ioanne. & dixit ei dominus. Quid ad te ſi eũ uolo manere? tu me ſequere.
Ioan. de Fant.

Quod

Non tamẽ excõicato. & ſic nõ ob. xv. q. vj. nos ſanctorum.

Obediendum eſt, & in dubijs.

Vide Guiliel. Occam in dialogis, fo. cxxxvij. colũ. iiij. & ſeq.

Aduocati militant.

Concuſſoris pœna.

Mat. 22. b

Lucæ 3. c.

Epiſcopi præceptũ etiam difficile, eſt ad implẽdum.

Ad idẽ xj. qõ. iij. quid ergo. ubi de hoc.

† Imo uniuerſis epiſcopis neapolitanis quos iubet obedire. Conſtantio tribuno militum ut patet in regiſtro eiuſdẽ Gregorij lib. xij. epiſt. xxiiij.

cuſtodiæ ciuitatis deputauimus, & præeſſe paruit, & congruā militaris deuotionis obedientiam demonſtrauit. unde ſcriptis uos præſentibus curauimus admonendos uti prędicto uiro magnifico tribuno (ſicut & feciſtis) omnem debeatis de ſereniſsimorum dominorum utilitate uel conſeruanda ciuitate, obedientiā exhibere, quatenus quicquid à uobis hactenus bene geſtum agnoſcitur, per præſentem temporis uigilantiam ac ſolicitudinē augmentetis.

Ex hiſ omnibus colligitur, quòd militare peccatum nō eſt, & quòd præcepta patientiæ in pręparatione cordis, nō in oſtētatione corporis ſeruanda ſunt.

QVAESTIO. II.

QVòd autē [a] quærit qđ ſit iuſtū bellū, Iſidorus Etymologiarū libro uigeſimo inquit. †

Quod ſit iuſtum bellum.

CAN. I.

IVſtum eſt bellum, quod ex edicto geritur de rebus [b] repetendis, aut propulſandorum hominum cauſa. Iudex dictus eſt, quia ius † dictat populo, ſiue quòd iure diſceptet. Iure autem [c] diſceptare, eſt iuſtè iudicare: non enim eſt iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia.

Item Auguſt. in primo libro quæſtionum. †

Nihil ad iuſtitiam intereſt, ſiue apertè, ſiue ex inſidijs quis pugnet.

CAN. II.

DOminus noſter iubet ad Ieſum Naue, ut conſtituat ſibi retrorſum inſidias, id eſt, inſidiantes bellatores, ad inſidiandum hoſtibus. Hinc admonemur, hoc nō iniuſtè fieri ab ijs, qui iuſtum bellum gerunt, ut nihil iuſtus pcipuè cogitet in his rebus, niſi ut bellum ſuſcipiat cui bellare fas eſt: non enim fas eſt oībus. Cùm autem iuſtum bellum ſuſceperit, utrùm apertè pugnet, an ex inſidijs, [d] nihil ad iuſtitiā intereſt. Iuſta autem bella ſolent diffiniri, quæ ulciſcūtur [e] iniurias. ſic gens & ciuitas [f] petēda eſt, quæ uel uindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, uel reddere quod ꝑ iniurias ablatū eſt. Sed & hoc genus belli ſine dubio iuſtum eſt, quod Deus imperat, qui nouit quid cuique fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, uel ipſe populus non tā author belli quā miniſter iudicandus eſt. Cū ergo iuſtū bellum ſit, quod ex edicto geritur, uel quo iniuriæ ulciſcuntur, quæritur quomodo à filijs Iſrael iuſta bella gerebantur.

De his ita ſcribit Aug. in quæſtio. Numeri. †

Innoxius tranſitus filijs Iſrael negabatur, qui ideo iuſta bella gerebant.

CAN. III.

NOtandum eſt ſanè quemadmodum iuſta bella gerebātur à filijs Iſrael contra Amorræos. Innoxius em̄ tranſitus [g] negabatur, qui iure humanæ ſocietatis æquiſsimo patere debebat.

Bellū dicit quinque modis iniuſtum.

[a] QVod autem. Bellum dicitur iniuſtum quinq; modis: rōne perſonæ, ut ſi fuerint perſonæ eccleſiaſticæ, quibus non eſt licitū fundere ſanguinem: ut j. ea. q. viij. clerici. & cap. his à quibus. Rōne rei ut ſi non eſt de repetēdis rebus, uel pro defenſione patriæ: ut j ea. c. j. & j. ea. qō. viij. c. ſi nulla. Vel ꝓpter cauſam, ut ſi propter uoluntatē, & non propter neceſsitatē pugnatur ut s. ea. qō. j. c. noli. Ex animo eſt iniuſtū: ut ſi animo ulciſcēdi fiat: ut s. ea. q j. quid culpatur. Itē eſt iniuſtū, ſi non ſit indictum authoritate principis: 1 ut j. ea. c. j. & s. ea. q. j. quid culpatur. Quæ alia adhuc requirantur, habes s. ea. q. j. in gl. illa, qui repellere. Ioan de Fant.

1 Ad huius declarationem uide qđ no. Inno. extra de reſti. ſpol. olim. j. iuxta ſi.

[b] IVſtum. De rebus ablatis.

[c] Iure autem. Et ſi aliquid inique determinat iudex, iuſtum eſt, id eſt, tanquam iuſtum ſeruari debet: ut ff. de iuſt. & iur. l pe. & tenent ſententię ſuæ quamdiu tolerantur: ut iij. q. vij. §. ultimo.

† c. j. lib. xviij.

[d] DOminus noſter. Ex inſidijs. Sic ergo per inſidias & per dolum poſſumus licite uincere hoſtes noſtros: ut xxij. q. ij. utilem. xliij. diſtin. in mandatis dū tamē fidem non rūpamus hoſti: ut s. ea. qō. j. noli. Idē dicas de aduocato, ꝙ ſi habet iuſtam cauſam, licite pōt decipere aduerſariū ſuū ut argu. iiij. q. iiij. cap. j.

Deceptio quandoq; permittitur.

† Adde Alexā. de Imol. in l. j. col. ij. ff. de iur. omnium iu. ubi dicit ꝙ ius dicēs, & dictio iudex ſſit ſynonyma.

[e] Vlciſcuntur. Id eſt, repelluntur, & ſic nō obſtat. xlvj. diſt. ſeditionarios.

† lib. vj. queſtionū q. x. ſuper Ioſue.

[f] Ciuitas. Iudex ergo, qui non facit iuſtitiā poteſt cōueniri. 2 ut hic, & iij. q. vij. qui ſine. & in auth. ut dif. iudi. §. pe. & ult. col. ix. & C. de ap. ſi appellatione. & j. ead. q. v. c. adminiſtratores. extra de offi. dele. prudentiā. ꝙ ita iudex facit litem ſuā non ſolum ſi per dolum uel gratiā uel inimicitiā iudicet, ſed etiā ſi aliæ ſordes interueniant. ut ff. de iudi. l. ſi filiuſfa. licet ſit arg. contra. ij. q. vj. hoc etiā placuit. Et per hoc decretū Pius obtinuit cōtra nuntios Regis Angliæ: quia cū ipſe cōmonitus recuſaret de ſuis iuſtitiam facere, fecit litē ſuā. unde nūtij ipſi cōdēnati ſunt. Eſt tamen arg. contra. C. de ac. & ob. auth. imo. & C. ne uxor. pro ma. l. j. & ij. Sed quid ſi aliqs in bello conſecutus eſt totum ſuum intereſſe. nunquid adhuc de hoc ipſum in iudicio poterit conuenire, uel an poteſt adhuc habere bellum contra ipſum? Videtur quod ſic, quia pœnā ſuæ cōtumacię pſtitit 3 unde agere adhuc pōt ad reſtitutionē rei ablatæ: ut ff. de tab. exhib. locū. §. pe. Itē res iſta non eſt ei ſoluta ꝓ debito: ſed in bello eſt facta ſua: ut infra eadem quæſt. v. ca. dicat. & quæſt. vij. cap. ſi de rebus. & ff. de acquiren. rerum dominio. lege naturale. §. ultimo. Item quia contra contumacem in infinitum iurari poteſt: ut ff. de rei uendicatione. l. qui reſtituere. Argumen. contra, quia bona fides non patitur, quòd idem bis exigatur: ut ff. de regulis iuris. l. bona fides.

Ioſue. 8.

2 Dicit Lau. illud reſpicit ꝙ ita cōueniendꝰ eſt epiſcopus uel quilibet prelatus ſi iuſtitiā nō facit de ſubdito, ſi ille ſubditꝰ eſt ſoluendo, uel ipſe platus: alias delictum eius nō eſt cōuertēdū ī damnum reipublicæ uel eccleſiæ ſecūdū Lau. ut not. j. e q iij. ca. ſi. in gl. j. in fine.

Intereſſe cōſecutus in bello, utrū poſſit adhuc de hoc agere in iudicio.

3 Hoc uult dicere quod hoc quod ſic paſſus eſt, uidetur eſſe paſſus ꝓpter contumaciā & in hoc caſu non damnum tantū, ſed contumacia attenditur aduerſus cōtumacem &c ut ſequitur in gloſ.

† q. xliiij. lib. q. iiij. ad 10 ca. numero.

[g] NOtandū eſt. Tranſitus. Licet

QVAESTIO III.

Q Vòd uerò [a] iniuria ſociorum armis propulſanda nō ſit, exemplis & authoritatibus ꝓbatur. Dominus enim cū ab Herode quæreretur ad interficiendū, nō patrocinium ſibi quæſiuit armorū, cū occulto inſtinctu poſſet in eum cōuertiſſe manus Iudæorum, ſed fugiēs [b] in Aegyptum latuit ibi per ſeptennium. Sic etiā cùm à Iudæis lapidibus peteretur, abſcondit ſe, et exiuit de templo. Sic etiā cū duceretur ad crucem noluit cōmouere aduerſus ſeniores Iudæorū turbā, quæ nuper ei obuiā proceſſerat, et cū palmis & laudibus eum receperat. Sic ēt interrogatus à Pilato an rex eſſet, ait: Regnum meū non eſt de hoc mundo: ſi eīn eſſet de hoc mūdo, miniſtri mei utiq; decertarēt ut ego nō traderer Iudęis. Inſinuās illos ad regnū huius mūdi ptinere, q auxilio humanarum uirium, nō diuino preſidio ab imminēti iniuria ſe tueri cōtendunt. Itē cū diſcipulis ſuis ait: Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliā: nō arma armis, ſed fugā perſequētibus docuit opponi. Itē ſicut legitur in Eſaia, Aegyptus à Nabuchodonoſor deuaſtata eſt quia filijs Iſraël cōtra Aſſyrios et Chaldæos protectionis & defenſionis auxiliū promiſit: unde dictū eſt: Baculus arundineus [c] rex Aegypti: ſuper quē ſi aliquis innixus fuerit, cōfringetur, et perforabit manū innitentis. Ipſi enim Iudæi captiui ducti ſunt: qa ſpem ſuæ liberationis nō in ſolo Deo ſed etiā in hoīe [d] poſuerunt. Sic etiam de primis credētibus legit [e] ꝙ rapinā ſuorū bonorū cum gaudio ſuſcipiebant, non quærentes ſibi aliorū patrocinia: ſed gaudentes qm̄ digni [f] inueniebant pro nomine Ieſu cōtumeliā pati. Sic et Apoſtolus in prima epiſtola ſuadet [g] Corynthijs, ut iniuriā et fraudē patienter ferāt potius, quàm repetēdo, fratres ſcandalizent. Sic idolothytis et à qualibet eſca cēſet abſtinendū potius, quā cum ſcandalo fratrum edamus. Sic et à ſumptibus abſtinet ne aliquod offendiculum Euangelio Chriſti præſtaret. Cùm ergo ille qui ab iniuria armis arcetur, non minus ſcandalizetur, quā ille, a quo ablata eorū iudice repoſcuntur: patet ꝙ ad propulſandū iniuriā, non ſunt petenda armorum auxilia. Quòd aūt petendum non eſt, illud iure præſtari non debet. [h] Sed econtra multa ritè præſtantur, quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non ritè [i] iniuriæ uindictū petit, quia malum pro malo redderet: quā tamen iudex rectè infligeret, nec niſi bonū pro malo redderet.

Vnde Auguſtinus in expoſitione pſalmorum cviij. ait:

Quæ ſint differentiæ retributionū. CAN. I.

S Ex differētiæ [k] ſunt: reddere bona ꝓ malis: nō reddere mala pro malis. Hæc

---

Matt. 2. c. — Ioān. 8. g — Mat. 21. a — Ioā. 18. g — Mat. 10. c — Eſa. 19. d — Eſa. 36. b — Eze. 29. a — Eſa. 19. d — Heb. 10. g — Actu. 5. g. — 1. Cor. 8. b — 1. Cor. 9. d

Licet enim tranſire per alienū agrū ius non ſit, ut ſupra. diſtinct. j. c. j. tamen quia neceſſarius & innoxius erat iſte tranſitus, iſti prohiberi non debuerunt, ut ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. item Varus. Item quia uia publica erat, & nemo prohibetur uia publica uti, ut C. de ſeruit. per agrū. Ioannes.

Iniuria ſociorū an ſit armis repellenda.

a Q Vod uero. Hic quęritur an iniuria ſociorum ſit armis repellenda? & dicendum quod ſic. infra eo. fortitudo. & cap. non inferenda. Gratia. tamē primo probat decem authoritatibus & exemplis quod iniuria ſociorū non ſit armis repellenda & ſic concludit in fine, quod ſi iniuria nō eſt armis repellenda armorum auxilia nō ſunt appetenda. & quod non eſt petendum, de iure præſtari non debet. Poſtea reſpondet, & dicit, quod multa iuſte præſtantur, quæ non iuſte petuntur, ſicut iudex iuſte uindicat iniuriā, quā tamen bonus uir iuſte non poſtulat. quod probat per ſequens ca. & duo exempla.

b Fugiens. Quicquid hic dicit, allegatio eſt. Nā bene licitum eſt cuilibet ſe defendere, etiam clerico. & not. ſ. q. j. in princ. & extra de homic. interfeciſti. Sed pro rebus defendendis, dicunt pleriq; quod nō eſt licitum clerico aliquem occidere, ut extra de homic. ſuſcepimus. unde bene dicit in illa decret. interfeciſti te & tua. non dicitur ibi te uel tua.

Defenſio cuilibet ē permiſſa.

c Baculus arundineus. id eſt, fragilis defenſio.

d In homine. qđ non licet. j. de conſec. diſtin. j. omnis Chriſtianus.

d In homine. Id eſt, in Aegyptijs.

e Legitur. In actibus Apoſtolorum.

f Digni. i. de hoc gaudebant, quia digni erant, qui patiēter poterāt ſuſtinere omnia aduerſa.

g Suadet. Nō præcipit: quia licite poteſt quis petere ſatisfactionem, [1] ut xiiij. q. j. qđ debet.

h Non debet. Hæc regula falſa eſt: [2] qa multa licite præſtantur quæ illicite petuntur. viij. qō. j. qui epatum. xviij. diſt. de eulogijs. ff. de uar. & extraord. cognit. l. prima. §. eſt quidem.

i Rite. Sic ergo iudex ex officio ſuo debet punire crimen, licet accuſator accuſare nō poſſit: [3] quia quandoque ſanctitas ignoſcendi gloriam derelinquit, ut C. de epiſc. & cler. ſi quis in hoc. j. reſp. & eſt ſi. extra de appella. cōſtitut. in fi. ſo. [4]

k S Ex differentiæ retributionum.

Medio

[1] Licet eīn quis teneat dimittere rācorem, nō tamen ſatisfactionem. j. ea. qō. iiij. ſi illic Archid.

[2] Et ideo dic, ꝙ hic ſophiſtice argumentatus eſt Gofre.

[3] Adde ad hoc nota. per Bald. in l. libellorū. §. fi. ff. de acc. no. Arch. ij. q. vij. ſi quis in fi.

[4] Vndecūq; eīn claruerit crimina, ſunt punienda j. ea. quæſt. iiij. ecce. Archid.

bonorum ſunt, ſed prius melius. Nõ reddere bona pro bonis: & reddere mala pro bonis. Hæc duo malorũ ſunt, ſed poſterius deterius eſt. Reddere bona pro bonis, & pro malis mala. Hęc duo mediocriũ [a] ſunt: prius propinquũ bonis, cõuenit etiã malis, quod Chriſtus nõ arguit, [b] ſed plus oportere dicit quia ethnici hoc faciunt. Poſterius propinquũ malis: cõuenit tamẽ etiã bonis. Vnde & lex modũ ultionis ſtatuit. Oculũ pro oculo. quæ (ſi dici poteſt) iniuſtorum [c] iuſtitia eſt, nõ quia iniqua eſt ultio, quã lex ſtatuit, ſed quia uitioſa libido ulciſcẽdi, magiſq; ad iudicem [d] pertinet hoc inter homines diſcernere, quàm bonũ hominem ſibi expetere. Hic enim malũ pro malo redderet. Iudex uerò nõ delectatione alienæ miſeriæ, quod eſt malum pro malo, ſed dilectione iuſtitiæ (iuſtũ [e] † pro iniuſto [f]) quod eſt bonũ pro malo, qđ etiã Deus iudex facit. *Exo. 21. c.*

Item ab aliquo capto, iniuſtè ſua exiguntur, pro uita tamen redimenda iuſtè offeruntur. Item uaſa ſacra ab aliquo barbaro iniuſtè exiguntur: pro redemptione tamen captiuorum iuſtè præſtantur. Sic & iniuriæ propulſatio licet iniuſtè poſtuletur, iuſtè tamen præſtatur, quanquam & ipſa poſtulatio nõ uſquequaque iniuſta probetur. Aliud enim eſt iniuriam propellere, ut ſibi liceat uoluptuosè uiuere: aliud ut aliorum utilitati liberè poſſit uacare. Sicq; aliud eſt ſuffragium ab homine tanquam à miniſtro iuſtitiæ poſtulare, ut mala uoluntas aduerſantium eius miniſterio careat effectu, & bonorum uoluntas eius ſuffragio ſortiatur effectum: aliud ſpem ſuam à Deo in hominem trãsferre, ut aduerſa quæ inferuntur à Deo ad uitæ correctionem, humano peſſantur auxilio, nulla præcedente correctione: ſicut Iſraelitæ qui per captiuitatem ſibi imminentem Aegyptiorum ſuffragio ſe putabant poſſe euadere ſine pœnitentia præteritæ uitæ, non reuocantes ad memoriam, Da nobis auxilium de tribulatione: quia uana ſalus hominis, &c. *Pſal. 59.*

Et item: Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus. Petere ergo uel præſtare in tribulatione ſubſidium, ut uoluptuosè quis in crimine uiuat, damnabile eſt. Petere autem uel præſtare ſolatium, ut malis facultas delinquendi adimatur, ut eccleſia pacem adipiſcatur, ut aliquis multorum utilitati ſeruetur, utile eſt, & honeſtum: diſsimulare uerò eſt grauiſsimum. Hinc de Paulo legitur, quòd cum quidam Iudæorum iuraſſent ſe non comeſturos panem, niſi eum interficerent, petijt milites a prætore, quorum præſidio illæſus ſeruaretur ab iniuria Iudæorum, non ſuæ uoluntati, ſed omnium utilitati victurus. Hinc in euangelio mercenarius uocatur, qui uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Hinc etiã eccleſia auxilium ab Imperatore ad ſui defenſionem petere monetur. *Pſal. 19.* *Actu. 23.* *Ioã. 10. b.*

Vnde Auguſtinus ad Bonifacium ait: †

Ab Imperatore eccleſia auxilium poſtulare debet.

CAN. II.

MAximianus epiſcopus Vagienſis auxilium petijt ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes eccleſiæ, non tam ſui ulciſcendi cauſa, quàm tuendæ eccleſiæ ſibi creditæ. Quòd ſi prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia [g] meritò culpanda. Neque enim Apoſtolus Paulus uitæ ſuæ tranſitoriæ, ſed eccleſiæ Dei conſuluit, quando contra illos, qui eũ occidere conſpirauerant, conſilium [h] eorum ut tribuno proderetur [i] effecit, unde factum eſt, ut eum ad locum, quo fuerat *† epiſt. 50.*

---

a Mediocriũ: hic mediocres appellat illos, qui non ſunt ſumme boni, uel ſumme mali. Ioan.

b Non arguit. cũ dicit in euangelio: Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? nõne etiã ethnici hoc faciunt?

c Iniuſtorũ. Quia ultionis cauſa ſæpe aliquis petit a iudice ut aduerſarius puniatur. iſte iniuſte facit, licet non faciat contra legem.

d Ad iudicem. Qui enim ſine iudicis authoritate uiolentiã facit, punitur. xvj. quæſt. j. placuit.

e Iuſtum. ſ. factum iudicis eſt iuſtum.

f Iniuſto. i. ei qui hoc tñ iniuſte petit. i. cauſa ultionis. Simile. ĩ. e. q. j. quid culpatur. uerſus fi.

MAximianus epiſcopus.

g Sed negligentia. Nam quilibet tenetur defendere ius ſuum, ut lxiiij. diſt. c. antepenult. & ff. de petit. hæredit. l. illud.

h Conſilium. Nec hoc peccaſſet Paulus, licet aliquis tunc ibi fuiſſet occiſus, ut ĩ. ea. qõ. v. de occidendis. Sed quid ſi clericus conqueratur de aliquo laico, & iudex iubeat occidi eum: an teneatur clericus de morte eius? Videt̃ ꝙ ſic, ut ĩ. ea. qõ. v. vnum ſolũ. Sed non eſt hoc uerum. nam ſi clericus ciuiliter agit, uel agit pro modico crimine, qđ nõ inducit mortem, uel membri abſciſsionem, ſi iudex ipſum morti tradit hoc nõ nocet clericõ, ut ff. de bon. lib. qui cum maior. §. j. & eſt expreſſum extra de homicid. poſtulaſti. Item nunquid ſit imputanda epõ mors alicuius, ſi uocat milites ad pugnã? uidet̃ quod ſic, ut xx. qõ. iij. eos qui: ſed hoc non eſt uerum. ĩ. ea. q. v. de occidendis.

i Proderetur. Nõ tamen fuit hæc uera proditio, cum dixerat talibus qui poterant prodeſſe, non obeſſe, ut xxij. quæſt. v. hoc uidetur. Ioan.

† Hoc totum iuſtũ pro iniuſto, hoc loco ĩ Aug. non habetur.

† alias lxxij.

Clericus ꝓpter cuius cõqueſtionẽ laicus occiſus eſt, an teneatur.

Noſtri

perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateret inſidijs.

Item Auguſtinus ad Demetrium.

Catholici aduerſus hæreticos à poteſtatibus ordinatis defenſionem poſſunt poſtulare.

CAN. III.

NOſtri [a] aduerſus illicitas & priuatas ueſtrorum uiolentias, (quas & uos ibi, qui talia facitis, doletis & gemitis, à poteſtatibus ordinatis ultionem petunt, non quòd hos perſequantur, [b] ſed quia ſe defendant.

Item eiuſdem contra Petilianum. †

Quantum intereſt inter perſecutionem catholicorum et hæreticorum.

CAN. IIII.

PRo membris Chriſti aduerſus uos ſæuiunt, & uobis reſiſtunt, quicunque in eccleſia eo animo ſunt, quo tunc Petrus fuit, [c] cum ferrum pro Chriſti nomine ſtrinxit: ſed multum intereſt inter ueſtram perſecutionem, & iſtorum. Vos ſimiles eſtis ſeruo ſacerdotis: quia ſeruiẽtes principibus ueſtris, aduerſus eccleſiam catholicam, id eſt, aduerſus corpus Chriſti, armamini. Iſti autem tales ſunt, qualis tunc Petrus fuit, qui pro Chriſti corpore, id eſt, pro eccleſia [d] etiam corporaliter pugnauit.

Item Ambroſius libro primo de Officijs. †

Iuſtitia plenus eſt, qui patriã bello tuetur à Barbaris.

CAN. V.

FOrtitudo, quæ bello tuetur à Barbaris patriam, [e] uel domini defendit infirmos, uel à latronibus [f] ſocios, plena iuſtitia eſt.

Item Hieronymus ſuper Sophoniam. †

Prodeſt latroni uel piratæ, qui membra debilitat.

CAN. VI.

SI quis fortitudinem latronis uel piratæ eneruat, & infirmos, reddit, prodeſt illis ſua infirmitas: debilitata enim membra, quibus prius non bene utebantur, à malo opere ceſſabunt.

Item Ambroſius libro primo de Officijs. †

Qui ſocij non repellit iniuriã ſimilis eſt ei qui facit.

CAN. VII.

NOn in ferenda, ſed in depellenda iniuria, lex uirtutis eſt: qui enim non repellit à ſocio iniuriam ſi poteſt, [h] tam eſt in uitio, quã ille qui facit. Vnde ſanctus Moyſes [i] hinc prius orſus eſt tentamenta imbecillis fortitudinis repellere. Nam cùm uidiſſet Hebræũ ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit, ita ut Aegyptium proſterneret, [k] atq; in arena abſconderet. Salomon quoq; ait: Eripe [l] eum, qui ducitur ad mortem. Exo. 2. Proue. 24.

Item Anaſtaſius & Damaſus papa.

Malorum impietati fauet, qui eis obuiare ceſſat.

CAN. VIII.

QVi poteſt [m] obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil eſt aliud, quàm fauere impietati eorum. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Item Calixtus.

Qui diuina mandata contemnunt, ſeueris coerceantur uindictis.

CAN. IX.

IVſtum eſt, ut qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes paternis exiſtunt iuſsionibus, ſeuerioribus corrigantur uindictis, quatenus cæteri talia committere timeant. & omnes gaudeãt fraterna concordia, & cuncti ſumant ſeueritatis atq; bonitatis exemplum. Nam ſi (quod abſit)

---

[a] NOſtri. id eſt, catholici.

[b] Defendãt. Imo. etiã expugnari poſſunt hæretici: ut extra de hære. uergentis. & j. q. v. c. ſi audieris. Ioan.

[c] PRo membris Chriſti. Petrus fuit. ſed nonne Petrus peccauit utendo gladio, cum hoc non fecit autho ritate ſuperioris: ut infra ead. q. iij. ille. & clericis ꝑmiſſum eſt tantum ſeipſos defendere, ut extra de homi. ſuſcepimus. & ca. ij. Sed dic, quod adhuc nõ fuerat hoc prohibitum clericis.

Petrus utẽdo gladio peccauit.

[d] Eccleſia. Non enim eſt alicui obediendum cõtra eccleſiam. xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & xj. quæſt. iij. Iulianus.

† c. lxxxviij. lib. ij. contra liter. Petiliani.

[e] FOrtitudo q. Patriam. Hoc caſu non tenetur, qui patrẽ proprium interficit: ut ff. de reli. l. minime.

[f] Latronib⁹. quos licet ſine authoritate iudicis interficere: ut j. ea. q. v. cum homo. & C. quando liceat unicuiq; ſine iudi. ſe uindic. l. j. xvij. quæſt. iiij. cap. ſicut.

Ioſ. 18. b Latrones occidi poſſunt.

[g] SI quis fortitudinem. Eneruat. Hoc intelligas de famoſis latronibus, qui licite in furca ſuſpendũtur: ut ff. de pœnis. capitalium. §. famoſos. ſed ſi non eſt famoſus latro ſtatum caſtigari iubet. nec debet tunc uitam, aut membrum perdere: ut C. de ſeruis fug. authen. ſed nouo iure. Ioan.

Latronũ punitio.

[h] NOn in ferenda. Si poteſt. id eſt, ſi eſt in poteſtate poſitus. & ita exponunt quidã, alias non tenetur: ut j. ea. q. iiij. c. forte. in fi. ſi enim quilibet tenetur alium defendere, ergo ſi aliqs reciperet pecuniam pro defenſione alicuius, teneretur eam reſtituere, quod non eſt uerum: ꝯ ff. quod metus cau. l. metũ. § ſed licet. & ff de dona. l. pater. §. j. Cuilibet tamen licitum eſt defendere alium, ſi uult. ff. quod met. cau. ſed & partus. Sed iſtis obuiat j. ea. c. ulti.

† c. xxvij.

Vt Laurentius fuit in illa gloſ.

† c. j. cõmenta.

De hoc not. extra de ſentẽ. excõmu. quantæ.

[i] Moyſes. Hiſtoriam habes de pœnitentia. diſtinctione ſecunda. §. opponitur.

[k] Proſterneret. Ergo aliqs poteſt excedere modum in defendendo. Ar. contra extra de reſtitu. ſpo. olim cauſam. in fine.

† cap. 36.

[l] Eripe. Per uim, ſi iniuſte ducatur: ut j. ea. q. v. reos. uel per ſupplicationem, ſi iuſte ducatur: ut xiiij. q. vj. ſi res. Ioan.

[m] QVi poteſt. ſ. ij. q. vj. negligere. lxxxiij. diſt. c. error. Io.

Sub. uel pecuniam dãdo. 86. diſt. non ſatis. iuxta principium.

IVſtum. Perdit.

eccleſiaſticā ſolicitudinē uigoremq; negligimus, perdit [a] deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto.

Imperatores cum Epiſcoporũ promiſſione Eccleſiæ defenſionem aduerſus diuitum potentiam debent ſuſcipere.

CAN. X.

AB imperatoribus [b] uniuerſis iuſtum eſt auxilium poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtijs ſine intermiſſione fatigatur eccleſia: ut defenſores eius, aduerſus potentias diuitũ cum epõrum prouiſione delegent. Ecce, ꝙ nonnunquã eſt obuiãdum peruerſis, & iniuria ſociorũ armis eſt propulſanda: ut & malis adẽpta facultas delinquendi proſit, & bonis optata facultas liberè conſulendi eccleſiæ miniſtretur. Hoc qui non facit, conſentit.

Vnde Auguſtinus ait in pſal. lxxxj.

Non ſunt immunes à ſcelere, qui nõ liberãt eos, quos poſſunt à ſcelo liberare.

CAN. XI.

OStẽdit propheta, [c] nec illos immunes à ſcelere eſſe, qui permiſerunt Chriſtũ principibus crucifigere & interficere: cùm pro multitudine timerentur, & poſſent illos à facto, & ſe à cõſenſu liberare. Qui deſinit obuiare, cũ poteſt peruerſis, & nõ facit, conſentit.

QVÆST. IIII.

QVòd autẽ uĩdicta [d] ĩferenda non ſit, multis modis ꝓbat mali eũ tolerãdi ſũt, nõ abijciẽdi: ĩcrepatiõe feriẽdi, nõ corporaliter expellẽdi.

Vnde Auguſt. ait in libro de uerbis Domini.

Quomodo mali ſunt tolerandi et quomodo ab eis recedẽdũ ſit.

CAN. I.

TOlerandi ſunt [e] quidẽ mali ꝑ pace, nec corporaliter ab eis recedatur, ſed ſpiritualiter. Spiritualiter autẽ exire, eſt facere, quod pertinet ad correctionẽ malorum, quantum licet ꝑ gradu [f] cuiuſq; ſalua pace, diſplicere eſt, nõ tangere. Non enim prophetæ, qui hoc dicebant, populum ſuum dimiſerunt: ſed inter eos habitabant, quos increpabant, unum templum cũ eis intrabant, eadem ſacramenta celebrabãt: hoc ergo exire, eſt ore non parcere, hoc eſt immundum non tangere, uoluntati malæ non conſentire.

Idem.

Quod mali ſunt tolerandi à bonis.

CAN. II.

TV bonus tolera malum. Nam & Chriſtus Iudam [g] cùm ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad ꝑdicãdũ miſit, eiq; cũ alijs euchariſtiã dedit.

Idem ſuper Ioãnem. †

Pro pace eccleſiæ mali ſunt tolerandi.

CAN. III.

QVid ergo uoluit dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres chariſſimi, admonere eccleſiam ſuam, quando unum perditum inter duodecim habere uoluit, niſi ut malos toleremus, ne corpus Chriſti diuidamus? Ecce inter ſanctos eſt Iudas, ecce fur eſt Iudas: & ne contendas, fur eſt, & ſacrilegus, & non qualiſcunque fur, ſed

---

a Perdit. Id eſt, deſtruit. Io. de Fan.

b AB imperatoribus. Tale itaq; auxilium poſſunt epi ab Imperatore petere: ut xj. qõ. j. ca. placuit. & lxiij. diſt. Adrianus. & ſi Imperatores uel principes nolũt defendere eccleſiam, poſſunt excõmunicari ab epiſcopis: ut ĩ. eadem, quæſt. v. c. adminiſtratores.

c OStendit propheta. Dauid cum dixit, Eripite egenũ & pauperem. Hic eſt euidens arg. contra illos, qui dicũt quod ſocius non tenetur iuuare ſocium, niſi habeat aliquam iuriſdictionem in eũ, qui infert iniuriã. Iſti dicũt, quod populus bene habet iuriſdictionẽ, licet dicat lex, q̄ transtulit ius ſuũ in Imperatorem. Nã ſi ciuitas uel populus non haberet iuriſdictionem, quare puniretur propter defectũ iudicis? ut ĩ. ead. qõ. ij. dominus. Io. de Fan.

QVod autem. Hæc quæſt. diuiditur in octo partes. In prima quarum probat per quindecim ca. quod mali ſunt pro tempore tolerandi, ſunt tamen a ſocijs commonendi ſalua pace, & a ꝑlatis quantum poterunt ſine ſcandalo. Secunda ibi, Ex his omnibus. Tertia ibi, Eſt & alia. Quarta ibi, ecce quot crimina. Quinta ibi, Semel uero. Sexta ibi, Sed obijcitur. Septima ibi, Porro. Octaua ibi, Breuiter. Ioan. de Fan.

d Vindicta. Vindicta quandoq; infertur zelo ultionis, quandoq; infertur amore correctionis. Primo modo non eſt inferenda, [1] & ſecundum hoc loquuntur capitula, quæ dicunt illationem uindictę prohibendam. ſecũdo modo licite infertur. Alij ſic diſtinguũt. Criminũ quædã ſunt occulta, quædam manifeſta. Super occultis nõ eſt inferenda uindicta: ſed ſuper manifeſtis, ſic, niſi delinquens ſociam habeat multitudinem: tũc enim propter ſcandalum toleratur, [2] ut ĩ. e. c. quidam. & ca. ſeq. & cap. non poteſt. Item uindicta non eſt inferenda, niſi à iudice uel eius authoritate: nec ipſe debet eã infligere, niſi amore correctionis, & ut innocẽs liberet: ut ĩ. ea. c. ea uindicta.

e TOlerãdi ſunt, ĩ. vij. q. j. c. ſuggeſtum.

f Pro gradu. Id eſt, pro dignitate & officio cuiuſcunque. aliter enim debent prælati corrigere delinquentes, & alio modo ſocij. prælatus corrigit increpando, & uerberando ĩ. ea. q. c. forte. ſocius uero admonendo, & reprobãdo factũ eius: ut ĩ ea. qõ. c. ecce ſimi. ĩ. ea. q. c. duo & xxiij. q. iij. tam ſacerdotes. ſubditos ad bonum exhortando. ij. q. vij. §. itẽ cũ Balaam.

g TV bonus Iudam. ĩ. vij. q. ij. §. cum autem. & extra de temp. ord. ad aures. extra de offic. ordi. ſi ſacerdos.

QVid ergo. Et pe

Imperator ab epiſcopo poteſt excõmunicari.

Populus tãtum habet iuriſdictionẽ.

[1] Vt inſti. de iure na. §. ſed quod principi. nihilominus tamen eã ſibi retinuit. arg. ff. de offi. præſi. l. pen.

Vindicta inferẽ duplici ex cauſa.

[1] Arg. ad hoc ff. ad l. Aquil. ſcientiam. & l. ſi ex plagis. §. [1] extra de homi. ſignificaſti. ij. in fine.

[2] Ad hoc 44. di. commeſſationes. l. diſt. ut conſtitueretur. Archi.

Ioã. 2. 13.

† Tra. 50. ad ca. xij. Ioan.

loculorum dominicorũ & ſacrorum. ſic crimina diſcernuntur in fure. nec qualiſcunque furti, ſed peculatus. [a] Peculatus enim furtum dicitur de re publica, [b] & non ſic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ. quanto uehementius eſt iudicãdus ſacrilegus fur. Non undecunque tollere: hoc eſt ſacrilegiũ committere, ſed de eccleſia qui aliquid furatur, Iudæ proditori comparatur.

Idem.

De eodem.

CAN. IIII.

Ecce (inquiunt) dicit propheta [c] recedite, exite inde: & immundum ne tetigeritis. Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, [d] a quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos iſtam receſsionẽ ſpiritualiter intelligimus, illi corporaliter. Nam & ego clamo cum propheta, Aequalia ſumus uaſa. [e] utitur nobis Deus in diſpenſatione [f] ueſtra. clamamus & nos, & dicimus uobis, recedite, & exite inde: & immundum ne tetigeritis ſed contactu cordis, non corporis. Quid enim eſt tangere immundum, niſi cõſentire peccatis? Quid eſt autem exire inde: niſi facere quod pertinet ad correctionem malorum quantum pro uniuſcuiuſque gradu atque perſona ſalua pace fieri poteſt? & paulò pòſt, Ergo fratres mei, quotquot habetis inter uos, qui adhuc amore ſeculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, inſpectores nugarum, & conſultores mathematicorum, augurum, phanaticorum, haruſpicũ, ebrioſos, luxurioſos, quicquid inter nos malorum eſſe noſtis, quantum poteſtis improbate, ut corde recedatis, & redarguite, ut exeatis inde: & nolite conſentire, ut immundum nõ tangatis.

Idem in ſecundo libro contra Parmenianum. [t]

Pacificus eſt qui corrigit, quod poteſt, uel excludit à ſe quod non poteſt.

CAN. V.

Quiſquis uel quod poteſt arguẽdo corrigit, uel quod corrigere non poteſt, [g] ſaluo pacis uinculo excludit, uel quod ſaluo pacis uinculo excludere non poteſt, æquitate improbat, firmitate ſupportat, hic eſt pacificus, & ab illo maledicto immunis, de quo ſcriptura dicit: Væ ijs qui dicunt quod nequam eſt bonum, & quod bonum eſt, nequam. omnino liber, prorſus ſecurus, penitus eſt alienus. Quomodo (inquit Parmenianus [h]) incorruptus poteris permanere, qui corruptis ſociaris? Eſa. 5.

Idem.

Quid ſit malis ſociari.

CAN. VI.

Ita planè ſociatur quis malis, ſi mali aliquid cũ eis committit, aut cõmittẽtibus fauet. Si autem neutrum facit, nullo modo ſociatur. porò ſi addat tertium, ut non ſit in uindicando piger, ſed uel corripiat iuſtus in miſericordia & arguat: uel etiam ſi eam perſonam [i] gerit, & ratio conſeruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat, ut cæteri timeant: remoueat etiam uel ab aliquo gradu honoris, uel ab ipſa communione ſacramentorum: ſed ſi hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio perſequendi faciat, pleniſsimum officium non ſolùm caſtiſsimæ innocentię, ſed etiam diligentiſsimæ ſeueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo ſemper retenta incorruptum caſtumque cuſtodiunt: ut nec faciat malum, nec approbet [k] factum.

Peculatũ etiam cõmitti in re ſacra, uel religioſa. Res eccleſiæ reſpublica appellatur.

[1] Nam iura eccleſię publica appellantur. ff. de iu. & iure. l. j. §. ius publicum. C. de ſa. ſan. ec. l. ulti.

Eſa. 52. e

[2] Nam dicunt uaſa nõ metallorum ſed etiã uiuentiũ. 12. q. ij. aurum. Commendatio ſui ipſius quandoque permittitur.

Prælat⁹ an poſsit criminoſos repellere.

[3] Dicit Laur. quod hęc decre.

a Sed peculatus. quia peculatus committitur in re ſacra uel religioſa uel publica: ut ff. ad legem Iul. pecu. l. j.

b De re publica. Nota rem eccleſiæ rempublic. appellari. [1] unde & ius publicum dicitur conſiſtere in ſacris, ſacerdotibus & magiſtratibus, ut ĩ. diſti. j. ius publicũ. tamẽ proprie dicitur res romanæ ciuitatis reſpub.: ſed res aliarum ciuitatum abuſiue: ut ff. de uerbo. ſigni. bona. & ipſa lex facit differentiã inter diuinũ, publicum & priuatum: ut C. de ſacroſanc. eccle. ut inter diuinum. Ioan.

c Ecce. Propheta. ſ. Eſaias.

d Tolerabimus. ut dicitur. xj. q. iij. nolite. Ioan.

e Vaſa. id eſt, præcones uel miniſtri. unde Paulus fuit dictus uas. [2] xxxij. q. v. ſi Paulus in prĩ. xliij. diſt. diſpenſatio. & hic eſt argu. quod ſicut Augu. ſe commendat, ſic & alij poſſunt ſe commẽdare: ut ff. de offic. procon. l. iiij.

f In diſpenſatione. id eſt, prædicatione.

g Quiſq. Non põt. uel ꝑpter ſcandalum: uel quia crimen eſt occultum. vj. quæſtio. j. ſi omnia.

h Parmenianus hæreticus cõtra quem hic loquitur. Videtur ergo quod ſi epiſcopus aliquos malos tolerat, cũ hoc faciat authoritate canonis, quod poſtea poſsit eos licite repellere uel ab accuſatione, uel ab honoribus, quos appetunt, ratione criminis, non obſtãte eo, quod eis communicauit. tamen ſecus eſt: ut extra de accuſa. nulli. [3] ſed dic quod ſi tunc temporis potuit probare crimen, ꝙ eis poſt ea obijcit, & tacuit, nec ſubfuit cauſa tacendi ſcilicet cauſa ſchiſmatis uel ſcandali bene præiudicat ei talis taciturnitas: ſecus ſi nõ potuit ꝓbare, uel potuit ſed nõ ſine ſcandalo: ut hic, & ij. q. vij. plerunque. & j. ea. proxi. c. & ĩ. ea. quam magnũ. Ioan.

i Ita plane. Perſonam. Arg. eſt hic, quod ſolis prælatis dictũ eſt hoc: ſi peccauerit. ut ĩ. ea. ca. forte. & quæſtione. v. de occidendis. Ioan.

k Nec approbet. Arg. quod in maleficijs ratihabitio mãdato cõparatur, ut j. q. iiij. quia. & extra de reſtit. ſpol. cũ ad ſedem. in fi. & ff. de ui & ui arma. l. j. §. quoties.

turpiſſ. de malis manifeſtis. tu dic ut ibi not. B. cuius dictũ tenet Go. ibi uide quod not. 2. q. 8. §. in hoc. & ponit iſta decre. ꝓ palea: 3. q. 5. nulli, &c.

t Contra epiſt. Parmeniani, ca. j.

Idē in epiſtola † contra Donatiſtas.

Aliena peccata in eccleſia alicui non præiudicant.

CAN. VII.

SI quis à catholica eccleſia fuerit ſeparatus[a] quantumlibet laudabiliter ſe uiuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quòd à Chriſtianitate ſeiunctus eſt, non habebit uitam, ſed Dei ira manet ſuper eum. Quiſquis autem in hac ſancta eccleſia bene uixerit, nihil ei præiudicant aliena [a] peccata: quia in ea unuſquiſq; propriū onus portabit: ſicut ait Apoſtolus. Ergo communio malorū non maculat aliquem participatione ſacramentorum, ſed conſenſione factorum. nam ſi in malis factis non eis quiſquam conſentiat, portat malus cauſam ſuam: nec præiudicat alteri, quē in conſenſione mali operis ſocium non habet criminis.

Idem in ſermone de uerbis Euangelij. †

Non te maculat malus, ſi ei non conſentis, ſed ipſum redarguis.

CAN. VIII

A Malis ſemper corde diſiungimini: ad tempus cautè [b] corpore copulamini. Duobus modis nō te maculat malus: ſi ei non conſentias, & ſi redarguas. hoc eſt non communicare, non conſentire. Communicatur quippe, quando facto eius conſortiū uoluntatis uel approbationis adiūgitur. neque ergo conſentientes ſitis malis, ut approbetis: neque negligentes, ut non arguatis: neque ſuperbientes, ut inſultanter arguatis.

Idem ex eodem.

Immundum tangere, eſt peccatis conſentire.

CAN. IX.

REcedite & exite inde, & pollutum & immundum ne tetigeritis: ſed cōtactu cordis non corporis. Quid eſt enim tangere immundū, niſi conſentire peccatis? Quid eſt exire inde, niſi facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantū pro uniuſcuiuſque gradu atq; perſona ſalua pace fieri poteſt? Diſplicuit tibi, quòd quiſquam peccauerit. non tetigiſti immundum. redarguiſti, corripuiſti, monuiſti, adhibuiſti etiam, ſi res exigit, congruam & quæ unitatem non uiolet diſciplinam? Exiſti inde. Clamauit Moyſes iſta, clamauit Eſaias, clamauit Ieremias, Clamauit Ezechiel. uideamus ſi dimiſerunt populum Dei, & ſe ad gentes alias tranſtulerunt. Quàm multa & quàm uehementer Ieremias increpauit peccatores & ſceleratos populi Dei: inter eos tamen erat: unum cum eis templum intrabat, & eadem ſacramenta celebrabat, & in eadem ſceleratorum hominum congregatione uiuebat, ſed clamando exibat inde. Hoc eſt exire inde, hoc eſt immundum non tangere, & uoluntate non conſentire, & ore non parcere.

Idem in epiſtola ad uincentium. †

Non maculant innocentes [illegible] nocentium, quæ ab eis fieri non poſſunt.

CAN. X.

QVam magnum eſt crimen ab iſtorum innocentium communione ſeparari? Nam etiam facta nocentium quæ innocentibus demonſtrari, [c] uel ab innocentibus credi non poſſunt, [d] non coinquinant quēquam, ſi propter innocentes etiam cognita ſuſtinentur. Non enim propter malos boni ſunt deſerendi, ſed propter bonos mali [e] tolerandi ſunt: ſicut tolerauerunt eos prophetæ, contra quos tanta dicebant, nec communionem ſacramentorum illius populi relinquebant: ſicut ipſe dominus nocentem Iudam uſque ad condignum eius exitum tolerauit: & eum ſacram cœnam cum innocentibus cōicare permiſit: ſicut tolerauerūt apoſtoli eos, qui per inuidiā (quæ ipſius diaboli eſt uitium) Chriſtum annunciabant.

Idem in lib. j. de unico baptiſmo.

Mali quos eccleſia recepit, nec expellit, à bonis ſunt tolerandi, non iudicandi.

CAN. XI.

FOrtè in populo Dei ſtat iuſta te auarus, raptor, inhians rebus alienis, quem noſti talem, & fidelis eſt, uel potius fidelis uocat: [f] nō eū potes de eccleſia pellere: &

---

a Si quis. Aliena. Sæpe tamē aliquis corrūpitur ex ſocietate mala: ut xxviij. q. j. ſæpe. & ſæpe iuſtus perit pro impio: ut de conſe. diſt. j. in ſancta. Ioā.

b A Malis. Cautè. ut nō trahant uos ad conſenſum. Vel cautè, ſcilicet ſi poteſt fieri ſalua pace.

c QVam magnum. Demonſtrari. i. probari

d Non poſſunt. id eſt, nō debent: nam bene debemus de quolibet credere: ut xxij. q. iiij. innocens. xj. q. iij. in cūctis. Et ita eſt hic arg. quod non ſtatim propter ſimplicem denūtiationem debet habere aliquis læſam cōſciētiā [1] de eo quod ſibi denunciatur: ut extra de cler. excō. miniſ. illud. imo imputatur alicui quòd nimis credulus eſt: ut xj. q. iij. in cunctis. & capi. non ſolum. lxxxvj. diſt. ſi quid. Argu. contra. ff. de eo per quem factū erit. l. j. §. i. ff. quod cūm fal. tut. l. ij. extra de coniug. ſer. c. propoſuit. extra de ſecū. nupt. dominus & extra de elect. uenerabilē. ultra medium in parte deciſa, ff. de peti. heredi. itē ueniunt. §. à quo autem.

e Mali. Argu. malum tolerari, ratione cōnexi boni: ut lxxxj. diſt. cum omnibus. & xj. quæſtione iij. nolite, ibi, finite utraque.

f FOrte. Vocat. arg. quod nominatio ſola nō ſufficit. ij. q. j. multi. C. de probat. non epiſtolis. Argu. contra xxxij. q. iiij. dicat.

g Pellere. ſine ſcādalo.

Aditum.

A 152.

Gala. 6. b

1 Nam titubans, pro ignorante habendus eſt. C. de cond. ind. l. ult. ff. de lib. ho. ex hi. l. iij. §. his qui. ar. 24. q. 2. cū per bellicam. extr. de ſe. nup. dominus. ſecundum Tan. Gofre. B.

† Sermo. 18. de uerbo. domini.

† Epi. 48

Philip. 1. a

a Aditum. Id eſt, poteſtatem.
b Non tibi. Argu. ꝙ de uno dicitur, de alio negatur: ut xlv. di. diſciplina. xxv. diſt. qualis.
c Accuſatur. Id eſt, denunciatur. nã ſi accuſatus eſſet, ſtatim eſſet deponendus: ut extra de accuſat. ſuper his.
d Coerce. Admonendo.
Gal. 6. b
e Corripe. Suſpendendo.
f Excõica. Propter contumaciam.
g Degrada. Propter inobedientiã. Alius ordo traditur extra de iudic. cum non ab homine. ſed ibi loquitur cum pœna incipit à crimine, ✝ & cũ directe eſt conuictus, hic pœnam infligit propter contumaciam.
1. Co. 11. f
✝ De hoc no. 74. di. honorat°. ſ fi. ibi uideas. 19. q. 3. quã.
h Tres perſonas. Et intrare. Secundum canones hoc ipſo eſt aliquis fur, ꝙ non intrat per oſtiũ: ut hic, & de pœ. di. j. ſi propterea. & c. ſeq. ſecundum leges nõ eſt ſtatim fur, licet clam intrauerit furãdi cauſa: ✝ ut ff. de fur. uulgaris. §. qui furti.
✝ Adde Bal. in l. ſi quis ſi dicam rapere. C. de epiſ. & cle.
i Per ianuam. Id eſt, per canonicam electionem.
✝ Sermo. 29. de uer. domini.
k Latronem. Id eſt, tyrannum.
l Partem. Per ſimoniam.
m Mercenarium. qui cauſa lucri recipit dignitates. ad hoc facit viij. qõ. j. c. ſunt in eccleſia.
n Cauendus, Arg. ꝙ aliquis nõ debet recipere ordinẽ ab eo, quem ſcit ſimoniacũ: ut dixi. j. q. j. ſi qui à ſimoniacis.
Ioã. 10. a
o Qui ſecundum carnem natus erat ſcilicet Iſmael. tangit id quod legitur in epiſtolis Pauli ad Galatas, cap. iiij.
✝ De iſto Gẽ. 21. & 32. q. 4. recurrat.
p Spiritualem. Iſaac.
q Ruſtico. Ar. rucleſtati præcedunt: ut ij. q. vij. ſancta.
r Aegyptiæ. Scilicet Agar.
ſ Boues. i. bonos.
t Culices. i. malos.
u Domo. Id eſt, eccleſia.
x Vaſa aurea. Id eſt, bonos.
y Lignea. Id eſt, malos.
z Quantus. Dominus. Cum dixit, Sinite utraq; creſcere: ut xj. q. iij. nolite.
a Vt zizaniam. Id eſt, occultos peccatores. Ioan.
b Haec autem uita, quæ inter cælum. Hic uidetur

non habes aliquem aditũ a caſtigando & corripiẽdo illum corrigere, acceſſurus eſt tecũ ad altare. Noli timere: unuſquiſq; onus ſuum portabit. Itẽ: Quomodo (inquis) ferrẽ quẽ noui malum? Nonne melius ipſum ferres, quã te foras efferres? Ecce quomodo feres, attende Apoſtolũ dicentẽ: Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Liberet te iſta ſententia. Non enim cõmunicares cum illo auaritiã, ſed cõmunicares Chriſti mẽſam. Et quid tibi obeſſet, ſi cum illo commmunicares Chriſti menſam? Apoſtolus dicit: Qui enim mãducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: ſibi non tibi. b Sanè ſi iudex es, ſi iudicandi poteſtatem accepiſti, eccleſiaſtica regula, ſi apud te accuſat, c ſi ueris documentis teſtibusq; conuincit, coerce, d corripe, e excõica, f degrada. g

Eſt & alia diſtinctio tolerandorum & cauendorum, quam ex uerbis Auguſtini licet colligere, dicentis: ✝

Paſtor eſt diligendus, mercenarius eſt tolerandus, latro cauendus.

CAN. XII.

Tres perſonas dixit dominus (& debemus illas inueſtigare) in Euangelio: paſtoris, mercenarij, & furis. Paſtorẽ dixit animam ſuam ponere pro ouibus ſuis, & intrare i per ianuã. ✝ Furem dixit & latronem k aſcendere per aliam partem. l Mercenariũ m dixit lupũ uel etiam furẽ ſi uideat, fugere: quia non eſt illi cura de ouibus: mercenarius enim eſt, & nõ paſtor. Ille intrat per ianuã, qui paſtor eſt: ille aſcendit per aliã partem. qui fur eſt. Ille uidens eos qui uolunt tollere oues, timet & fugit: quia mercenarius eſt, nec illi eſt cura de ouib. mercenarius enim eſt. Si inuenerimus tres iſtas perſonas, inuenit ſanctitas ueſtra quos diligatis, quos toleretis, quos caueatis. Diligẽdus eſt paſtor: tolerandus eſt mercenarius: cauendus n eſt latro.

Ecce ꝙ mali tolerandi ſunt: nec corporali ſed ſpirituali uindicta ſunt puniendi. Vnde cùm diſcipuli non recepti eſſent à Samaritanis, ignem cælitus ſuper eos deducere uoluerũt, dicentes magiſtro: Vis dicamus ut deſcendat ignis de cælo, & conſumat eos? audierunt: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Itẽ omnis qui gladium acceperit, gladio peribit. Luc. 9. g

Hinc etiam Hieronymus ait.

Spiritualis nunquam carnalem perſequitur, ſed econuerſo.

CAN. XIII.

Qui ſecundùm carnem natus erat o perſequebatur ſpiritualem: p nunquam uerò ſpiritualis carnalem perſequitur: ſed ignoſcit ei quaſi ruſtico ✝ q fratri. Scit eum proficere poſſe per tempus: & ſi quando Aegyptiæ r filium uiderit iraſcentem, recordabitur unius patris, qui boues ſ creauit & culices: t & in magna domo u non ſolùm eſſe uaſa aurea x & argentea, ſed & lignea y & fictilia uoluit. Gal. 4.
✝ Alias, ruſticano.

Item Auguſt. in lib. de baptiſmo. ✝ 4. c. 12.

Boni à malis nunquam in hac uita penitus poſſunt ſeparari.

CAN. XIIII.

Qvantus arrogantiæ tumor eſt, quanta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogantiæ quanta iactatio, ut quis ſe poſſe facere credat, quod nec Apoſtolis conceſsit dominus, z ut zizaniam a uidelicet à frumento putet ſe poſſe diſcernere? Mat. 13. d

Item Gregorius. ✝
✝ Homi. 38. euãgeliorum.

Præſens eccleſia ſimul recipit bonos & malos.

CAN. XV.

Haec autem uita, quæ inter cælum b & infernum ſita eſt, ſicut in medio

ſubſiſtit, ita utrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen ſancta eccleſia & indiſcretè a ſuſcipit: & poſtmodum in egreſsione diſcernet. Si ergo boni eſtis in hac uita, quandiu ſubſiſtitis, æquanimiter tolerate malos. Nã quiſquis malos nõ tolerat, ipſe ſibi b per intolerantiã teſtis eſt, quia bonus nõ eſt. Abel c enim eſſe renuit, quẽ Cain malitia non exercet.

2 *Ex his omnib. colligiĩ, ꝙ malorum uindicta Deo reſeruãda eſt, nec sũt corporaliter puniẽdi, ſed crebra admonitiõe, et charitatis beneficio, ad correctionem inuitandi. Vnde Chriſtus in Euãgelio ait: Audiſtis quia dictũ eſt antiquitus in lege, quẽ modũ ultionis lex ſtatuit: Oculũ pro oculo: d dentẽ pro dente: Ego aũt hanc uiciſsitudinẽ tollens, et ad manſuetudinem & charitatis perfectionẽ uos inuitãs, dico uobis: Nolite reſiſtere malo, ſed diligite e inimicos ueſtros: benefacite ijs qui oderũt uos: ut ſitis filij patris ueſtri, qui ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper bonos et malos, et pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. hinc Paulus ait: Si eſurierit inimicus tuus, ciba f illũ: ſi ſitit, potum da illi. Omnis aũt iniquus, bonorũ eſt inimicus. Oĩs aũt amicus huius ſeculi, inimicus eſt Dei. Inimicus aũt Dei bonitatis & iuſtitiæ eſt inimicus: ac per hoc amatorẽ iuſtitiæ & bonitatis diligere non poteſt. cùm ergo inimicos diligere, uel eis benefacere, cibum & potum ſubminiſtrare iubemur, iniquos perſequi, et punire prohibemur. In lege.n. ueteris teſtamenti, corporalis pœna ſtatuta eſt: in lege uerò Euangelij omni peccanti per pœnitentiã promittĩ uenia. Vnde illa à terrore incepit dicens:* Exo. 20.a *Ego ſum Dominus Deus zelotes, uiſitans peccata patrũ in filios g uſq; in tertiã & quartã generationem. Hæc uerò à lenitate manſuetudinis et miſericordiæ, ita inquiẽs,* Mat.5.a *Beati pauperes ſpiritu: beati mites: beati miſericordes: quoniã ipſi miſericordiã conſequentur. In illa dicebatur: qui fecerit hoc* Luc.15.b *uel illud morte moriatur. In iſta dicĩ. Gaudeo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, magis quã ſuper nonagintanouẽ iuſtis,* Mat.9.b *qui non indigent pœnitentia. Item: Non enim ueni uocare iuſtos: ſed peccatores ad* Luc.6.c *pœnitentiã. Itẽ: Et eſtote miſericordes: ſicut et pater ueſter cæleſtis miſericors eſt. Initiũ quoq; prædicationis ſaluatoris noſtri, & præconis eiuſdẽ ad pœnitentiã pec-* Mat.3.a *catores inuitauit. ſic enim uterq; exorſus eſt dicẽs: Pœnitentiã agite: appropinquabit enim regnũ cælorũ. Sic & in Actib. Apoſtolorũ cum Iudæi compuncti de ſcelere* Actu.2.f *mortis Chriſti dicerẽt Petro: Quid faciemus uiri fratres? legitur Petrũ reſpõdiſſe: Pœnitentiã agite: & baptizeẽ unuſquiſq; ueſtrũ. & ut uniuerſaliter dicatur, in lege* Exo.1.b *populus ille rudis ſeruili timore pœnarũ cogebatur. unde & legẽ in pædagogũ h accepit. In Euangelio aũt populus gratiæ liber et adultus filiali amore hæreditatis certitudine ad cultũ diuinę ſeruitutis inuitatur. Vnde cùm quidã legem quaſi coercentẽ prę-* Ro.8.c *dicarent eſſe tenendã ſimul cum gratia, ait Apoſtolus: Non enim accepiſtis ſpiritũ i ſeruitutis, iterũ in timore: ſed accepiſtis ſpi-* Mat.22.a *ritũ adoptionis k filiorũ, in quo clamamus Abba pater. Hinc ẽt Greg. ait, in expoſitione Euangelij, Simile factũ eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.*

In lege, cuique permittebatur odire inimicum, & diligere amicum.

Infern⁹ & paradiſus, ubi ſunt. uidetur quod infernus ſit ſub terra in eo loco ubi nullus ſplẽdor ſolis peruenire põt, & paradiſus in cælo ſit: tñ Auguſt. dicit ſe dubitare ubi animę defunctorũ requieſcãt. xiij.q.ij. tẽpus. Vel nõ appellatĩ hic mediũ rõne loci: ſed ideo dicit mediũ, quia partim cõformat ſe cęlo, ſ. ex eo ꝙ habet bonos, partim inferno, ſ. ex eo ꝙ habet malos. ij.q.j. multi.

Ad hoc 25.di. ecce.

Geneſ. 4.

a Indiſcrete. Id eſt indiſtincte.

b Sibi. Id eſt, contra ſe.

c Abel enim. Hoc expoſitũ eſt ſ. vij.q.j. §. cum autem.

Ex his omnibus. Hæc ẽ ij. pars qõ. in qua ꝓbat ꝙ multi in ueteri lege puniebant: ſed hodie tolerãdi ſunt, niſi à iudicib. q eos punire poſſunt: & hoc probat per iiij. ca. Ioan. de Fant.

Matt.5.f.

Exo.21.c.

d Pro oculo. Hoc enim modo non licet niſi authoritate iudicis: ut ĩ.c. cum in lege.

e Diligite. Hoc tenemur facere, quantũ eſt in nobis: ut xj.q.iij. inter uerba.

Mat.5.g.

f Ciba. Dum tamẽ rõne cibi nõ negligat iuſtitiã: ut v.q.v. nõ omnis. Item ſi poteſt laborare, et ſe immiſceat eleemoſynis, redigendus eſt in ſeruitutẽ. C. de mẽdic. ualid. l. una lib. xj.

Ro.12.d.

g In filios Imitatione, non ſanguine. Vel intelligas de conſenſu, de locutione, & opere. ſ. di. vj. ſed penſandum.

h In pædagogum. Id eſt, in magiſtrũ. ſicut enim per magiſtrũ aliquis coercet, ita ipſi p legẽ.

i Spiritum. Id eſt, ſeruilem timorem.

k Adoptionis. Id eſt, filialem timorem, id eſt, amorem. Io. De utroq; ĩ ca.q.vj. §. ex his.

Cum

CAN. XVI.

Leui.19.c
C Vm in lege ſcriptũ ſit, Diliges amicum tuum, & odio [a] habebis inimicum tuum: accepta tunc licentia, iuſtis fuerat ut Dei ſuosq; aduerſarios quanta poſſent uirtute comprimerent, eosque in ore gladij ferirẽt: quod in nouo proculdubio teſtamento compeſcitur, cũ per ſemetipſam ueritas prædicat dicens: Diligite inimicos ueſtros, bene facite ijs qui oderũt uos. Luc.6.d Quid ergo per tauros, niſi ueteri teſtamenti patres ſignantur? Nam dum ex permiſsione legis acceperant, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent (ut ita dicam) quid aliud quam tauri erãt, qui inimicos ſuos corporeæ uirtutis cornu feriebant? Quid uerò per altilia [b] niſi patres noui teſtamenti figurantur: qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis deſiderijs innitentes, quaſi contẽplationis penna ſeſe ad ſublimia ſubleuant?

His [c] *itaq; reſpondetur. Sunt quædã quæ ſalubri tm̃ admonitione ſũt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertẽda: ſed eorum uindicta diuino examini tantùm eſt reſeruanda, quando in delinquentes uidelicet diſciplinã exercere non poſſumus, uel qa nõ ſunt noſtri iuris uel quia illorum crimina etſi nobis nota ſunt,* [d] *tñ manifeſtis indicijs probari nõ poſſunt.*

De ijs, qui non ſunt noſtri iuris, ait Apoſtolus in prima epiſtola ad Corinthios: Quid.n. mihi attinet de ijs qui foris ſunt iudicare? de his enim dominus iudicabit. 1.Cor.5.d

Quod Auguſtinus exponens ait:

Infidelũ colloquia & conuiuia non ſunt euitãda.

CAN. XVII.

I Nfideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi colloquium eorum uitamus, & conuiuium. [e] Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & bibit. In his uerò qui intus ſunt, [f] id eſt, infidelibus, putredo reſecanda eſt. Luc 5.f

Hinc etiam cùm propheta dicit, Facit dominus [i] *iudicium omnibus iniuriam patientibus: exponendo addidit Augu. ab ijs qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplina exerceri. Item: Quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalua pace eccleſiæ mali puniri poſſunt, tolerãdi ſunt potius, quàm uiolata pace eccleſiæ puniendi.* [i] al. dem

Vnde Auguſtinus ait.

Quædam mala punienda ſunt, & quædam toleranda. Pſal. 35.c

CAN. XVIII.

Q Vidam cùm bonorum malorumque commiſtionem in eccleſia demonſtratam uel prædicatam eſſe perſpexerint, & patientiæ recepta didicerint (quæ nos firmiſsimos reddunt, ut etiam ſi uideatur in eccleſia zizania, tamen non impendiatur aut fides aut charitas noſtra) & quoniã zizaniã in eccleſia eſſe cernimus, nõ ideo ipſi de eccleſia recedamus deſtituendã putant eccleſiæ diſciplinã, quandã peruerſiſsimã ſecuritatem præpoſitis tribuentes, ut ad nos non pertineat niſi dicere [g] quid cauendum ſit, quidve faciendum ſit, quodlibet autem quiſque faciat, non curare. Nos uerò ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur, utriſq; teſtimonijs uitam ſententiamq; moderari, ut & canes in eccleſia propter pacem eccleſiæ toleremus, & canibus ſanctum, ubi eſt pax eccleſiæ tuta, non demus. Cùm uero per negligentiam præpoſitorum, ſiue, per aliam excuſabilem neceſsitatem, ſiue per occultas ſurreptiones inuenimus in eccleſia malos, quos eccleſiaſtica diſciplina corrigere aut coercere non poſſumus, [h] tunc ne aſcendat in cor noſtrum impia & pernicioſa præſumptio, quia exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, ut peccatis eorum non coinquinemur, atque ita poſt nos trahere conemur, ueluti mundos ſanctosque

[a] C Vm in lege. Et odio. Sed nonne odium habere, eſt mortale peccatum, ut xxv. diſti. §. criminis. quare ergo hic dicit, ꝙ hoc ꝑmittebatur iuſtis? poteſt dicere iuſtis alias. Vel dic, quod qui ulciſcebatur ſe ſine odio, non peccabat: qui autẽ cum odio, licet cõtra legem non fecerit, tamen peccauit: ſicut dando libellũ repudij peccauerunt, licet a lege hoc eis ꝑmittebat, extra de diuor. gaudemus.

[b] Per altilia. de q̃bus in euangelio fit mentio. H.

His itaque.

[c] His. ſcilicet authoritatib⁹, quibus probauit malos eſſe tolerandos.

[d] Nota ſunt. ſ̃ xj. q. iij. eorũ & xxx. q. v. nullum. ij.

[e] I Nfideles. Et cõuiuium. ſ̃. xj. q. iij. ad menſam. Arg. contra. xxviij. q j. omnes. & c. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi ſpecialiter de Iudæis. [i] Sub nomen Chriſti abhorrentibus.

[f] Qui intus ſunt. quandoq; etiam Iudæos punit eccleſia extra de uſur. poſt miſerabilẽ. & xvij. quæſtio. iiij. conſtituit.

[g] Q Vidã. Niſi dicere. Nõ ergo ſufficit quod prælat⁹ inſtruat qd ſit faciẽdũ, niſi etiã puniat non facientes: ut ĩ. ea. q. v. non eſt innocẽtiæ. & xlvij. diſtinc. quod ad nos. ſicut non ſufficit domino prohibere ne cũ ſeruo cõtrahat, quin teneatur ipſe de peculio: ut ff. de pecu. l. ſi qs ſeruũ. & ff. de uerb. obliga. qui ſeruum. & ibidem. l. ſeruus uetante. Arg. tamen contra eſt xliij. diſt. Epheſijs. Prælatus quid facere debet.

[h] Non poſſumus. ſine ſcandalo: uel qa eſt occultum. vj. q. j. ſi omnia.

Nec

diſcipulos ab unitatis cōpage quaſi à malorum coniunctione ſegregandos, ueniant in mentem illæ de ſcripturis ſimilitudines, & diuina oracula, uel certiſsima exempla, quibus demonſtratum & pronuntiatum eſt malos in eccleſia bonis permiſtos uſq; in finē ſeculi, tēpuſque iudicij futuri tolerandos: nihilque bonis in unitate ac participatione ſacramentorum, qui eorum factis non conſenſerint, abfuturos, cùm uerò eis, per quos eccleſia regitur, abeſt, pace ſalua poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos aut nefarios exercendæ: tunc rurſus neque ſocordia neque ſegnitia dormiamus, ſed aculeis pręceptorum quę ad ſeueritatem coerctionis pertinēt, excitandi ſumus: ut greſſus noſtros in uia Domini ex utriſq; teſtimonijs illo duce atq; adiutore dirigentes, nec patientiæ [a] nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſæuiamus.

Item contra epiſtolam Parmeniani. †

Leuius occulta, ſeuerius autem punienda ſunt ab eccleſia delicta manifeſta.

CAN. XIX.

CVm quiſq; fratrum & Chriſtianorū intus in eccleſiæ ſocietate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, ut anathemate dignus habeatur,,, fiat hoc ubi periculū [b] ſchiſmatis nullum eſt. & infrà. Quando cuiuſquam crimen eſt notū, & omnibus execrabile appareat, ut uel nullos prorſus, uel non tales habeat defenſores, per quos poſsit ſchiſma cōtigere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ.

3 *Eſt & alia cauſa, qua correctio uerberum uel uerborum uř eſſe inutilis, uel ſuperflua. Prædeſtinati.n.ad uitā, ſine correctione mutantur: ſicut Petrus, quē dn̄s reſpiciēs nemine corripiēte cōmouit ad lacrymas. Pręſciti ad mortem, inter flagella deteriores fiūt, ſicut Pharao. Bonis ergo ſuperflua damnandis hæc inueniuntur eſſe inutilia.*

His ita reſpondetur authoritate Greg. & Aug.

Sicut ab oratione ceſſandū non eſt, ſic nec à correctione.

CAN. XX.

SIcut nō eſt ab oratione [c] ceſſandū pro eis, quos corrigi uolumus, etiam ſi nullo hoīum orante pro Petro dominus reſpexit eum, & fecit eum ſuum flere peccatum: ita non eſt negligenda [d] correctio, quamuis Deus quos uoluerit non correctos, faciat eſſe correctos: tunc autem ex correctione proficit homo, cum miſeretur Deus atque adiuuat, qui facit quos uoluerit etiam ſine correctione proficere.

Item in dialogorum lib. v. †

Soli prædeſtinati ſoluantur, qui tamen poſtulando ſuo labore meruerunt. CAN. XXI.

OBtineri nequaquā poſſunt, quæ prædeſtinata non fuerint: ſed ea quæ ſancti uiri orando efficiunt,, ita prædeſtinata ſunt, ut pcibus obtineant † nā ipſa quoq; perennis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita, ut ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus poſtulando [e] mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare.

Item Auguſtinus. †

Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis boni emendantur. CAN. XXII.

NAbuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam. Nónne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum, quod perdiderat, rurſus accepit: [f] Pharao aūt ipſis in flagellis durior eſt effectus, & perijt? Hic mihi rationē [g]

[a] Nec patientiæ. quandoq; enim remiſsio ſe mentitur pietatem: ut xlj. diſtinct. ſæpe.

[b] CVm quiſque. Vbi periculum. cum ergo periculum ſchiſmatis timetur, mali nō ſunt excommunicādi: ut 50 diſt. ut cōſtitueretur. ȷ̄. ea. ipſa pietas. & c. non poteſt. Sed contrarium eſt xxiiij. q. iij. ecce. ſed ibi cū non timetur ſcandalū. Itē contra extra de regu. iur. q ſcādalizauerit. Sed hic loquitur de ueritatæ diſciplinæ, quę poteſt quandoq; deſeri ꝓ ſcandalo: ibi de ueritate iudicij, quæ ſemper præualet ſcandalo.

Eſt & alia. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua loquitur de præſcitis & prædeſtinatis. Io. de Fā.

[c] SIcut nō eſt ab oratione. Multiplex eſt cauſa, quare non debemus ceſſare ab oratione malorum, uel eorū correctione. Nam quædam ſunt ita prædeſtinata, ut precibus obtineantur: ut ȷ̄. c. proxi. Item quia neſcitur quis ſit de numero prædeſtinatorum, & quis non: & de nemine eſt deſperandum quandiu eſt in hac uita: ut de pœn. diſt. vij. nemo. & quia Deus ſæpe aliquid ꝓmittit q poſtea mutat ſi uidet homines negligentes: ut de pœnit. diſt. j. prædixerat. & tamē ſi nō proſunt illi pro quo orat, ꝓſunt ſaltē oranti iuxta illud, Oratio mea in ſinu meo cōuertetur. Ioan.

[d] Negligenda. ut de pœni. diſtin. vij. nemo.

[e] OBtineri. Poſtulādo. Nec ideo uoluit domin⁹ ſuſcitare quartum mortuū, quia non fuit pro eo petitū: ut ȷ̄. de pœni. diſt. j. §. ex his itaq;. uer.

Chriſtus quoque.

[f] NAbuchodonoſor, Accepit. Ar. q depoſitus poteſt reſtitui: ut de pœ. diſt. vj. c. j. in ſi. & xxxv. q. ix. ſentētiā. & c. Gregorius. Item eſt hic arg. ad quæſtionem illam, q depoſitus reſtitutus præferendus ſit ſubſtituto: ut viij q. ult. c. ulti. Argu. cōtra. vij. q. j. eos qui licet determinata uidetur extra de ſi. mo. ex inſinuatione. Io. De hoc quid iuris ſit, in quæſtionibus notaui. B.

[g] Rationem. Arg. q de ſingulis nō eſt ratio reddenda: ut ȷ̄. ead. q. de Tyrijs. & de pœnit. diſt. iiij. ſi ex bono. Ar. cōtra. lxviij.

Veritas diſciplinæ qn̄que pōt deſeri.

† ca. 2. li. 3

Luc. 22

Imo li. j. 8.

Obtineant. Caue q a electi ita ſunt ad uitā æterni. prædeſtinati, ut tam ꝑ ſolū Chriſtum, cui à patre dati, obtineant non autē ſuis meritis uel operibus: bene quidē ſunt pdeſtinati ut ambulent in bonis opib⁹, q̄ De⁹ ppărauit, Epheſ. 2. nō aūt ut per ea ſed ꝑ ſolā fidem, hoc eſt meritis & cōmunionē xp̄i ſaluentur, ſi quidē in hoc nr̄a ſalus incluſa eſt Act. 4. & id Greg. recte loqui ſolet de ꝓdeſtin. ut patet in moralibus li. 34. ad c. 41. In Iob c. 9. cū ſeq. & habet j. de pœnit. diſt. 2. c. cl eius. ſic. ȷ̄. de pœnit. diſt. 3. c. ſicut aqua.

† c. 15. li. de ꝓdeſti. & gra. Tomo. 7.

lxvij. diſt. corepiſcopi. & xxiiij. qō. iij. ſi habes.

a Odor. Bonus odor Chriſti eſt prædicatio bonorum.

† Sic extra de ſac. unct. §. ij. uerſ. de odore. ubi iſta authoritas exponitur.

b Vaſis iræ. Non ſpontaneum. De hac materia notaui decimaquinta q. j. §. j. & ij. & c. merito.

c Ex prædeſtinatione. argu. ꝙ non poteſt quis arguere factum, cuius author ipſe fuit: ut xxviij. diſtinctione. diaconi. extra de cleri. coniug. diuerſis. Ioan.

d Cum uero. Sic ergo bona quæ facit homo, per Deũ facit: mala quæ facit, non facit per Deum: quia Deus non eſt author mali. Sed ne crederet aliquis quod Deus operetur etiam malum, quia legitur quod Deus tradidit Romanos in deſideria carnis: & qđ obdurauit cor Pharaonis, & quod reliquit Tyrios & Sidonios in peccatis ſuis: ideo oſtendit qualiter hoc intelligatur.

Deus non ē author mali.

e Aliquos. Scilicet Romanos.

f Aut traditos. Tradere dicitur hominem peccato, quando permittit ipſum peccare. uel quia ſubtrahit ipſi gratiam.

Tradi hominē peccato, quõ ĩtelligatur.

g Legimus. In epiſtola ad Romanos, & in Exodo, & in Euãgelio Matthæi de Tyrijs & Sidonijs.

1 cap. 1. 3 cap. 7. & 8.

h Non meritos. Ex hoc patet quod primam gratiã nemo meretur: ut j. de conſe. di. iiij. gratia. & capi. placuit ut quicunque.

i Fecit. Scilicet bona.

k Fecit. ſ. mala.

l Dicitur. In Epiſtola Ioannis.

m Ex nobis. Quantum ad prædeſtinationem.

2. Co. 2. d

reddat, qui diuinum cõſilium nimium altè ſapientiq; corde dijudicat: Cur medicamentũ unius medici manu confectum, alij ad interitum, alij ualuerit ad ſalutem: niſi quia Chriſti bonus odor a alijs eſt odor uitæ in uitã, alijs eſt odor mortis in mortem? Quantum ad naturam ambo homines erant. Quantum ad dignitatem ambo reges. Quantum ad cauſam ambo captiuum Dei populum poſsidebant. Quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos, niſi quòd unus Dei manum ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei miſericordiſsimam ueritatem pugnauit arbitrio?

Idem. †

† Augu. eod. lib.

CAN. XXIIII.

Vaſis iræ nunquam Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneum b inueniretur homo habere peccatũ: quia nec Deus peccanti homini iuſtè inferret iram, ſi homo ex prædeſtinatione c Dei cecidiſſet i culpam. Idem: Prædeſtinationem Dei ſiue ad bonum ſiue ad malum in omnibus operari, ineptiſſimè dicitur, ut ad utrunque homines quædam neceſsitas uideatur impellere: cum in bonis uoluntas ſit intelligenda, non ſine gratia, in malis autẽ uoluntas intelligenda eſt ſine gratia.

Cùm uerò: d aliquos e à Deo aut traditos f deſiderijs ſuis, aut obdura tos legimus, g aut relictos magis in peccatis ſuis, hoc ipſos meruiſſe profitemur: quia talia eorum crimina præceſſerunt, ut ipſi ſibi pœnam debuerint qua eis etiam ſupplicium uerteretur in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deſerit meritos deſeri, & miſericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos h liberari. Vires itaque obedientiæ nõ ideo cuiquam ſubtraxit, quia eum non prædeſtinauit: ſed ideo eum non prædeſtinauit, quia receſſurum ab ipſa obedientia eſſe præuidit. Prædeſtinatio quoque Dei ſemper in bono eſt: quæ peccatum ſola uoluntate hominis cõmiſſum, aut remittendum nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In malis autẽ operibus noſtris, ſola præſcientia Dei intelligenda eſt: quia ſicut præſciuit & prædeſtinauit quæ ipſe fecit, i & ut faceremus dedit. ita præſciuit tantùm non etiam prædeſtinauit quæ nec ipſe fecit, k nec ut faceremus exegit. Ii autem de quibus hic dicitur: l Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: m ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum: uoluntate exierunt: uoluntate ceciderunt, & quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati. Eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri, & in ſanctitate ac ueritate manſuri. Ac per hoc prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, n nemini eſt cauſa labendi.

Non ergo neceſsitatem facit correctionis uel obdurationis diuina prædeſtinatio ſeu præſcientia: cùm boni per gratiam 1. Io. 2. a

n Standi. Sed nonne iam dixit quod prædeſtinatio non eſt cauſa quare homo faciat bonum: ſed potius bonum quod facit, eſt cauſa prædeſtinationis? Sed dicas hic prædeſtinationẽ appellari Deum prædeſtinantem. Nam nemo poteſt uenire ad me, niſi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic quod prædeſtinatio non eſt cauſa efficiens, ſed eſt cauſa ſine qua non fit. Item ſi uere uolumus loq, non eſt concedendum ꝙ futura bona ſint cauſa prædeſtinationis: quia ex hoc ſequeretur ꝙ cauſa eſſet poſterior ſuo cauſato. Item quicquid Deus prædeſtinauit, ab æterno prædeſtinauit. ſi ergo prædeſtinatio eſt æterna: ergo non habet cauſam ſuæ generationis. non ergo futura ſunt cauſa eius. Item ſi quid eſſet cauſa generationis eius, ergo eius oppoſitum eſſet cauſa corruptionis eius. ſed impoſsibile eſt eam corrumpi uel deſinere eſſe: quia ſi corrumperetur uel deſineret eſſe: ergo poſt hoc inſtãs non eſſet. ergo ſi modo non eſt, nunquam fuit. nam bene ſequitur, ſi fuit prædeſtinatum: ergo prædeſtinatum eſt, & ſemper erit prædeſtinatum. Ioan.

Prædeſtinatio, eſt Deus prædeſtinãs.

Falli-

corrigantur,& libero arbitrio mali pereant. Nec enim quia prædeſtinatio ſeu præſciētia Dei falli [a] nō poteſt, neceſſario eueniunt quæ prædeſtinantur uel præſciuntur: ſicut nec neceſſariò prædeſtinantur uel præſciuntur quæ futura ſunt: ſed quia bona abſque eius gratia, mala præter eius ſcientiā euenire non poſſunt.

Quamuis [b] ergo conuenienter dicat, ſi hæc prædeſtinata ſunt uel præſcrita, neceſſariò eueniēt: non tamen ideo abſolutè uerum eſt. ſed † neceſſariò euenient quæ prædeſtinata ſunt uel præſcita: quia hic neceſsitas refertur ad rerum euentū, ibi ad intuitum diuinæ præſcientiæ. Vnde Auguſt. Duæ ſunt (inquit) neceſsitates: ſimplex una: ueluti neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales. altera conditionis: ut ſi aliquem ambulare quis ſcit, eum ambulare neceſſe eſt. quod enim quiſque eſſe nouit, id eſſe aliter quàm notū eſt, nequit. [c] ſed hæc minimè ſecum illam ſimplicem trahit. hanc enim neceſsitatem nō propria facit natura, ſed cōditionis adiectio. Nulla enim neceſsitas cogit icedere uoluntate gradientē: quamuis eum tunc cùm gradiatur, incedere neceſſarium ſit. Eodem igitur modo ſi quid prouidentia præſens uidet, id neceſſe eſt eſſe, tametſi nullam naturæ habeat neceſsitatem. At quidē ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniunt, præſcientia continetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum, neceſſaria fiunt per diſpoſitionem diuinæ notionis. Per ſe uerò cōſiderata ab ſolutam naturæ ſuæ libertatē non deſerunt. † Fiēt igitur proculdubio cuncta quæ futura Deus eſſe prænoſcit, ſed eorum quædam de libero proficiſcūtur arbitrio: quæ quamuis eueniunt, exiſtendo tamē naturam propriam non amittunt: quæ priuſquam fierent, etiam non euenire potuiſſent.

His omnibus, mala noſtra libero adſcribuntur arbitrio: cùm alibi diuinæ adſcribantur indignationi:

Vnde Gregorius:

Cùm ſuperna indignatio ſeſe (ut ita dixerim) medullitus mouet, hanc opinio uel oppoſitio humana nō remouet: nec ſe cuiuslibet utiliter deprecatio obijcit, cùm ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcēdo diſponit.

Hinc eſt.n. quòd Moyſes, qui reatum totius plebis [d] *apud dominū ſuis precib. terſit: dumq; ſe obicem obtulit, diuinæ iracundiæ uim placauit: ad Petrā Oreb* [e] *ueniens & pro aquæ exhibitione diffidens, repromiſſionis terrā ingredi domino iraſcente* [f] *non potuit. Item Augu. De Tyrijs uerò et Sydonijs quid aliud poſſumus dicere, quàm non eſſe eis datum deſuper ut crederent,* [g] *quos credituros fuiſſe ipſa ueritas docet, ſi talia qualia apud non credentes facta ſunt uirtutū ſigna uidiſſent. Quare aūt hoc eis negatū fuerit, dicant ſi poſſunt, qui calūniantur, & oſtendant cur apud eos dominus mirabilia, quib. profutura nō erāt, fecerit, et apud eos quib. profutura erant, non fecerit. Nos etenim ſi ratione* [h] *facti profunditatē iudicij eius penetrare nō poſſumus, manifeſtiſſimè tamē ſcimus et uerū eſſe quod dixit, et iuſtum eſſe quod fecit: et non ſolùm Tyrios et Sidonios, ſed ēt Corozaim & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelib. fieri, ſi hoc in eis uoluiſſet dominus operari. neq; enim ulli falſum uideri pōt, quod ueritas ait, Nemo poteſt*

Exo. 32. c

Nu. 14. c

Mat. 11. c

Ioan. 6. c

[a] Falli. Hæc argumentatio nō ualet: Deus præuidet aliquid, & aliter poteſt euenire: ergo præuidētia Dei eſt fallibilis.

[b] Quamuis. Ad huius §. intelligentiam, nota ꝙ omnes tales locutiones ſunt duplices ſi Deus præuidit aliquid, neceſſario illud eueniet: quia ſi hæc dictio neceſſariò determinat totalē cōſequentiam, locutio eſt uera, & tūc talis eſt ſenſus in conſequentia: ſi Deus præuidit aliquid, illud euenire eſt neceſſariū. Si autem hæc dictio neceſſario determinat ipſum conſequens: eſt falſa. Similiter hæc eſt duplex: neceſſariū eſt. Socratem ambulare cū ambulat: quia ſi intelligatur cōpoſita & de dicto, uera eſt: ſi d̄ re, eſt falſa. Similiter hęc eſt duplex, neceſſariū eſt hoc euenire ꝙ Deus præuidit: de dicto eſt uera: de re eſt falſa. Illud enim ꝙ Deus præuidet, non eſt neceſſariū euenire. Et nota. ꝙ talis argumentatio non ualet: ſi Deus præuidit aliquid neceſſario illud eueniet. ergo ſi Deus ꝓuidit aliquid, neceſſariū eſt illud euenire: quia modo hæc dictio neceſſariū, nō pōt determinare ipſam conſequentiam, ſed tantum conſequens.

[c] Nequit. Vera eſt ſi intelligatur de dicto.

[d] Plebis. Hiſtoriam habes quadrageſimaquinta diſt. diſciplina.

[e] Oreb. Hiſtoriam habes de pœnitentia. di. ij. opponitur.

[f] Iraſcente. Intelligas tamē, ꝙ quantum ad temporalē pœnam poteſt ira Dei eſſe commutabilis: ſed quantum ad æternam nō. ul geſima ſecūda, quæſtione quarta. cap. ſuco mmutabilis.

[g] Vt crederent. Præſente domino, ſed poſtea crediderunt ad prædicationem Apoſtolorum.

[h] Si ratione. Eodem modo uidetur dicendū, quod ſi Papa aliquid facit qđ uī iniuſtū, ubi nos rationē non poſſumus aſsignare, qđ nihilominus illud iniuſtum ſit. xvij. q. iiij. §. qui autem.

Pro

Si Deus ꝓuidit aliqd, neceſſario illud euenit, habet duplicē ſēſum.

† In uet. cod. deeſt uox, ſed. & ſic tex. planior: tū quia in alijs libris inuenitur [illegible] nis, ꝙ uox, ſed, d̄mōſtrat hoc loco.

1 Sub. nō facta relatiōe ad antecedens, ſed per ſe conſiderata.

2 Sub. ꝗa idē eſt ſcilicet d̄ dicto ſic cōpoſito, facta. ſ. relatione conſequentis ad antecedens.

† [illegible]

uenire ad me niſi fuerit ei datū à patre meo. Itē qui per prophetā [a] Iudaicæ plebi promiſit: Ecce ego ſepiā uias [b] tuas ſpinis, [c] et muniam eas lapidibus quadris: [d] id eſt, adimam tibi facultatem peccandi. (Oſeæ 2. b)

Idem per Pſalmiſtā de dānandis dixit: Fiant uię illorum tenebræ et lubricum, & Angelus domini perſequens eos. (Pſal. 34.)

Sed in his omnibus, uitia noſtra humanæ adſcribuntur mentis arbitrio. qđ diuina clemētia in electis miſericorditer uertit ad bonum: in damnandis iuſtè relinquit ad malum. Sicut ergo quamuis certiſsimè ſciamus neminem ultra terminum à Deo ſibi præfixum eſſe uićturū, omnibus tamen languentibus non incòngruè medemur: ſic quamuis nemo ſaluetur niſi prædeſtinatus ad uitam, omni tamē delinquenti eſt adhibenda correćtio: nec malorum eſt negligenda diſciplina.

Vnde idem Auguſtinus ait bonifacio: † (Epi. 50.)

Non ſemper in eos, qui peccant, uindićta eſt exercenda.

CAN. XXIIII.

IPſa pietas, ueritas, charitas nos non permittit contra Cæcilianum eorum hominum accipere teſtimonium, [e] quos in eccleſia nō uidemus, cui dominus perhibet teſtimonium. quos enim diuina teſtimonia non ſequūtur, pondus humani teſtimonij perdiderunt. [f] Item: Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio: ille ligando: iſte cædendo: ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant: iſta potius falſa manſuetudo, eſt crudelitas. Item: ſi per poteſtatem [g] † quā propter religionē ac fidem [h] regum tempore (quo debuit) diuino munere accepit eccleſia, ij qui inueniūtur in uijs & ſepibus, id eſt, i hæreſibus & ſchiſmatibus coguntur intrare: [i] non quia coguntur reprehendant, ſed quare [k] coguntur attendāt. Cōuiuium domini, eſt unitas corporis Chriſti, non ſolùm in ſacramento altaris, ſed etiam in uinculo pacis.

In eodem Theodoſius Imperator legem [l] generaliter in omnes hæreticos promulgauit, ut quiſquis eorum epiſcopus uel clericus ubilibet eſſet inuentus, x. libris auri mulćtaretur. Item, ſi duo [m] aliqui in una domo ſimul habitarent, quam certiſsimè ſciremus ruituram, nobisquè id prænuntiantibus nollent credere atque in eadem manere perſiſterent: ſi eos inde poſſemus eruere uel inuitos, quibus imminentem illam ruinam prædemonſtrauimus, ut ulterius redire ſub eius periculum non auderent, puto niſi faceremus, non immeritò crudeles iudicaremur. Porrò [n] ſi unus illorum nobis diceret, Quando intraueritis eruere nos, memetipſum continuo trucidabo: alter autem nec exire quidem inde nec erui uellet, ſed neque necare ſe auderet: quid eligeremus, utrùm ambos ruinæ opprimendos relinquere: an uno ſaltem per noſtram operam liberato, alterum non noſtra [o] culpa ſed ſua potius interire permitteremus? Nemo eſt tam infelix, qui non quid fieri in talibus rebus oporteat, facillimè iudicet. Item poſt pauca, Quòd ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde unus ſaltem liberari poſſet, atque id cùm facere conaremur, alij ſemetipſos præcipitio necarent: doleremus de cæteris, uerùm de unius ſaltem ſalute conſolaremur: non tamen ne ſeipſos alij perderent, périre uniuerſos nul-

---

a Prophetam. Oſeæ.

b Vias. Id eſt, actiones.

c Spinis. Id eſt, cōpunctionibus.

d Lapidibus quadris. Id eſt, uirtutibus quatuor, uel doctrina quatuor Euangeliorum.

e Ipſa pietas. Teſtimonium. In hoc quod eſt mortuus in unitate ecclesiæ. ſed quidam hæretici uolebant eum poſt mortem accuſare de hæreſi: ut xxiiij. q. ij. ſane profertur. uerſic. item ſi uera ſunt. ſed non erant recipiendi etiam in crimine hæreſis, cum ille bonæ opi. fuit: ut ij. q. j. in primis. hæreticus autē bene reciperetur contra hæreticum: ut ij. qō. vij. ſi hæreticus. Ioan.

(Et ſecūdū hoc ex pone, perhibet teſtimoniū ex hoc. ſ. quod fidē traditā à Deo habuit & ſeruauit. & dic cui, ſ. Cæciliano.)

f Perdiderunt. Prima quæſt. vij. non poteſt. Ioan.

g Poteſtatem. Quā non habebat eccleſiā, cum & nouella adhuc eſſet. ſed poſtea quando cœpit dominari principibus: ut j. ead. diſplicet. & ca. non inuenitur.

h Ac fidem. Eccleſiæ conſeruandam.

i Intrare. Id eſt, redire ad eccleſiam.

k Sed quare. Quaſi dicat, non eſt conſiderandum quid fiat, ſed qua de cauſa fiat, ut j. e. q. viij. occidit. & ff. de fur. uerum. ſimiliter nō eſt conſiderandum quid fiat, ſed quo animo fiat: ut xv. q. vj. ca. j. in fin. quaſi dicat, cogantur ire ad commodum ipſorum, ſcilicet ad conuiuium de quo agitur in Euangelio, lvj. di. ſponſus. ſ. ead. cum in lege.

l Legē. Quā habes C. de hæret. Arriani.

m Si duo. Tres enim ponit caſus. Primo ſic: duo ſunt in domo ruitura, & ambos poſſumus liberare: ad hoc tenemur. [a] licet ſint inuiti. Secundo ſic: duo ſunt in domo una, & ſi unum liberamus, alter uult ſe necare. Tertio ſic: multi ſunt in domo una: & non niſi unus liberari poteſt.

n Porro. Secundus caſus.

o Non noſtra. Licet enim aliquis ſeipſum interimat propter nos, dummodo nos iuſte moueamur: ut ſ. eadem. q. v. cum homo. & ca. de occidendis. & xlvij. diſtinct. quid ad nos.

(a Et niſi faceremus crudeles iudicaremur ut j. ſequit ibi, puto, &c. ex hoc quidā dicunt hinc elici arg. quod quilibet tenetur alium à morte temporali liberare, ſi pōt. ſ. ead. q. 3. nō inferēda ubi de hoc Arc. † Alias, qua pp ſi poteſtate.)

Libera

lo liberato [a] permittere mus. Quid agitur de opere miſericordię quod pro uita æterna adipiſcenda, & pœna æterna uitanda hominibus debemus impendere, iudicandum eſt: ſi pro ſalute iſta non ſolū temporali, ſed etiam breui & ad tempus exiguum liberanda, ſic nos ſubuenire hominibus ratio uera et benigna cōpellit? [b]

Item: Si (inquiunt Donatiſtæ) oportet ut nos extra eccleſiam & aduerſus eccleſiam fuiſſe pœniteat, ut ſalui eſſe poſsimus, quomodo poſt iſtā pœnitentiam apud uos clerici uel etiam epiſcopi permaneremus? Hoc non fieret: quoniam re uera (quod fatendum eſt) fieri non deberet, [c] niſi pauci ipſa compenſatione [d] ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, & multo maximè humiliter doleant, qui in tanta morte præciſionis iacent, ut iſto quodam uulnere matris eccleſiæ catholicæ reuiuiſcant. Cum enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud uulnus [e] in arbore, quo poſsit recipi ut uiuat, qui ſine uita radicis peribat: ſed cùm receptus recipienti coaluerit, & uigor conſequitur, & fructus: ſi autem non coaluerit, ille quidem areſcet, ſed uita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerendi genus, ut nullo præciſo ramo, qui intus eſt, ille qui foris eſt inſeratur, non tamen nullo, ſed uel leuiſſimo uulnere arboris. Ita ergo & iſti cum ad radicē catholicam ueniunt: nec eis poſtquam uix erroris ſui pœnitet, honor clericatus aut epiſcopatus auffertur. ſi quidē fit aliquid tanquam in cortice arboris matris, contra integritatē ſeueritatis: ueruntamen quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ad Dei miſericordiam precibus fuſis, coaleſcente ſuorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinē peccatorum. Et paulò pòſt. Verùm in huiuſmo di cauſis, ubi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius aut illius hominis eſt periculum, ſed plurimorum ſtrages iacet, detrahendum [f] eſt aliquid ſeueritati, ut maioribus malis ſanandis ſyncera charitas ſubueniat. Habeant ergo de præterito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit de mendacij timore [g] amarum dolorem, & ueniāt ad eccleſiam Chriſti ueram, id eſt, catholicā matrem: ſint in illa clerici, ſint epiſcopi [h] utiliter, [i] qui contra eam fuerūt hoſtiliter. Non inuidemus, imo amplectimur, hortamur, optamus, & quos in uijs aut in ſepib. inuenimus, intrare cogimus. Et ſic [k] nondum quibuſdam perſuademus, quia non res eorum, [l] ſed ipſos quærimus.

Idem Fauſto.

Medicinali ſeueritate mali coguntur ad bonum.

CAN. XXV.

QVid faciet eccleſiæ medicina [m] ſalutem omnium materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos [n] & lethargicos æſtuans? Nunquid contemnere, nūquid deſiſtere uel debet uel poteſt? Vtriſque ſi neceſſe eſt † moleſta eſt, quæ neutris eſt inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolūt excitari: ſed perſeuerat diligentia charitatis phreneticum ligare, lethargicum ſtimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, ſed ambo diliguntur: ambo moleſtari quandiu ægri ſunt indignantur, ſed ambo ſanati gratulantur. In eodem. Catholici eſſe non incipiunt, [o] niſi hæretici eſſe deſtiterint. Neque enim ſacramenta eorum inimica ſunt nobis, quæ in illis nobis ſunt communia: [p] quia non humana ſunt, ſed diuina. Prius error eorum eſt auferendus, quem malè inierunt, non ſacramenta, quæ ſimiliter acceperunt: quæ ad pœnam ſuam portant & habent, quamuis indignè habent, ſed tamen habent.

† alias neceſſe eſt ut ſit moleſta, quæ neut. &c.

Denuntiatio canonica omnib. præcipitur.

[a] Liberaito. Id eſt, non minus aliquē liberare teneris, licet omnes alij ſe perderent.
[b] Compellit. Ergo uidetur ꝙ omnibus ſit præceptū ut denuncient crimina delinquētiū: ſed hoc intelligas tātum de prælatis, uel de canonica denuntiatione: ut ij. q.j. ſi pec cauerit.
[c] Non deberet. De iure communi.
[d] Compenſatione. Id eſt, ut alij facilius redeant ad eccleſiam cum uidēt aliquos reuerſos tolerari in ſuis ordinibus.
[e] Vulnus. Dupliciter inſeritur ramus arbori: ut de conſec. diſt. v. nunquam. tunc dicunē duo uulnera infligi arbori, id eſt, eccleſiæ, quando ille qui fuit deſtitutus, reſtituitur, & alter q ſubſtitutus fuit. remouetur. Secundo modo qñ nullus fuit ſubſtitutus, & illud dr̄ leue uulnus.
[f] Detrahēdum. Sic xliiij. diſt. comeſſationes. & l. di. ut cōſtitueretur.
[g] De mendacij timore. Id eſt, de mēdacio timoris.
[h] Epiſcopi. ſ. diſt. xij. nos conſuetudinem. contra.
[i] Vtiliter. Non intelligas ꝙ Aug. hic reſtituat ep̄os depoſitos: ſed docet qd fieri poſsit.
[k] Et ſic. Id eſt, propter res eorum.
[l] Non res eorum. ut j. q. vij. c. j. & ij.
QVid faciet. [m] Medicina. Id eſt, correctio.
[n] Inter phreneticos. Id eſt, ad modum phreneticorū ſæuientes.
[o] Incipiunt. Egreſſus enim malitiæ uirtutis operatur ingreſſum. xxxij. q. j. cum renuntiatur. hæc tamen non eſt concedenda: ſi aliquis incipit eſſe bonus, non tamē perfectus, definit eſſe malus. de pœ. di. ij. forte. & c. ſi ſermo.
[p] Communia. Infra de conſe. di. iiij. non in uobis. no. ſ. j. q. j. ſacramenta.

[redacted] Virtutem ſgredit̄, q malitiam egredit̄.

Ecce

4 Ecce quòd crimina ſunt punienda, quando ſalua pace eccleſiæ feriri poſſunt: in quo tamen diſcretio adhibenda eſt. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam eſt expectanda: aliquando in paucis eſt punienda. † ut eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Hinc cùm diſcipuli cæleſti igne Samaritanos uellent conſumere, prohibiti ſunt: & Samaritani ad pœnitentiam ſunt expectati, ut Chriſto prædicante conuerterentur ad fidem.

Vnde Ambroſius ait:

Non ſemper in eos, qui peccant, uindicta eſt exercenda.

CAN. XXVI.

QVod Chriſtus diſcipulos [a] ſuos increpauit, quia ignem de cælo deſcēdere ſuper eos geſtiebant q ipſum non receperant, oſtenditur nobis nō ſemper in eos qui peccant, uindicandum: quin nonnunquam amplius prodeſt clementia tibi ad pœnitentiā, quam lapſo ad correctionē. [b] Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec diſcipuli peccant, [c] qui legem ſequūtur. ſciebant enim & Phinees [d] reputatum ad iuſtitiam, quod ſacrilegos interemerat: & ad preces Heliæ ignem deſcendiſſe de cælo.

Poteſt in hac prohibitione apoſtolorum aliud intelligi. Apoſtoli non zelo iuſtitiæ, ſed amaritudinis odio ob iniuriam ſuæ expulſionis uindicādam, Samaritanos igne uoluerunt cōſumere. Dominus autem uolens eos iniuriā propriæ perſonæ cum patientia & gaudio tolerare, iniuriam uero ſeruitutis diuinæ noninultam relinquere, ait: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis? Hinc ēt Petrus, qui cū alijs audierat: Beati eritis cùm maledixerint uobis homines, & perſecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus uos: gaudete in illa die & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cælis: contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſcipiebat: peccata uerò, quæ in Deū cōmittebantur, acerrimè puniebat. Vnde Ananiam & Sapphiram ſpirituiſancto mentientes, mortis ſentētia perculit. Sic etiam Paulus dum à ſuo contemptu pia admonitione & multimoda [e] commendatione ſui, Corinthios reuocaret, magum illum Elymā, [f] qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percuſſit: ut cæteri perterriti prædicationē eius non impedirent ſed in Chriſtū credentes animæ cæcitatē effugerent. Et Corinthiū illum fornicatorem, qui in Deum peccauerat, ſatanæ ad uexandum tradidit. Hinc etiam Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo reprehendens eū quòd ob iniuriam propriæ perſonæ quendam excommunicauerat, dicens: †

Pro iniuria propria, epiſcopo aliquem excommunicare non licet. CAN. XXVII.

INter querelas multiplices, Iſidor' uir clariſsimus a fraternitate tua fruſtrà ſe excommunicatū anathematizatumq; conqueſtus [g] eſt, quod quā ob rem factū fuerit, dum à clerico tuo, qui præſens erat, uoluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſa, niſi pro eo ꝙ te iniuriauerat, factum innotuit. quæ res nos uehementer afflixit. Quod ſi ita eſt, nil te cogitare de cæleſtibus oſtendis: ſed terrenam te habere conuerſationem ſignificas, dum pro uindicta propriæ [h] iniuriæ (quod ſacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis inuexiſti.

Ecce. Hæc eſt iiij. pars quæſtio. in qua probat Grat. ꝙ uindicta nō eſt inferenda, ſupple ſcilicet amore ulciſcēdi, ſed tantum amore iuſtitiæ ſcilicet cum peccant in Deum: cum autē peccāt in nos, parcere debemus. & hoc probat ꝑ tres authoritates. Ioan. de Fant.

[a] QVod Chriſtus diſcipulos. Iacobū & Ioannē, quos præmiſit in ciuitatē Samaritanorū ut pararēt ſibi hoſpitium.

[b] Ad correctionē. proſit uindicta, uel ualeat diſciplina.

[c] Peccant. j. ea. ea uindicta. cōtra. ubi uidetur quod apoſtoli odio deſiderauerunt uindictā. Sed dic quod non peccabant in re quam uolebant, ſed in modo uolendi. xxij. q. ij. §. Abraham. Vel dic quod peccabāt: ſed dicūtur nō peccaſſe, quia lex hoc permittebat, ſcilicet punire inimicos ī. ead. quæſtio. cum in lege.

[d] Et Phinees. Hiſtoriam habes ij. q. vij. item cum Balaā.

[e] Multimoda. quā fecit in illa prolixa lectione: Libenter ſuffertis: ubi narrat ſuas paſsiones, & reuelatiões ſuas.

[f] Elymam. hiſtoriam habes. xlv. diſtinct. §. Salomon. Ioan.

INter querelas. [g] Conqueſtus. auditur ergo ille q cōquerit ſe iniuſte excommunicatum: & hoc ſecundum uetera iura: ut xj. quæſtio. iij. ſi epiſcopus Vel dic quod tunc auditur talis cū euidenter conſtat de iniuſta excommunicatiōe: ut extra de appell. ſolicitudinem. alias nō auditur, niſi cum dicit excommunicationem eſſe nullam: ut extra de ſent. excō. per tuas.

Ioā. Hodie recurretur ſuper hæc ad nouellam. B.

[h] Propriæ. Ergo epiſcopus nō poteſt excommunicare aliquē pro iniuria ſibi facta: ut hic, & ī. ea. quæſtio. v. de occidendis. nec enim poteſt eſſe iudex in cauſa ſua: ut iiij. q. iiij. ca. j. Sed contra ī. ead. Guiliſarius. & ij. q. vij. ſiqs erga. Sed diſtīguas ut ibi not. per id quod eſt lxiij. diſt. Salonitanæ. Ioan.

Si

† Cōcor. text. in l. aut facta. §. ſi. de pœnis. cū uulga. cōcor.

Apoſtoli uindictam deſiderantes, an peccauerunt.

Et 22. q. 1. ſi quis ꝑ uetus. & hoc eſt qđ dicit Azo no peccāt, ſcilicet ita ꝙ inde puniantur a lege: pōt dici ſecundum Goſ. ꝙ peccabāt inſpecta perfectione euāgelij, non peccabant inſpecto rigore iuris.

Luc. 9. g
Nu. 25. c
4. Re. 1. d

Epiſ iniuriantē ſibi nō poteſt excōmunicare.

Luc. 9. g
Matt. 5. a
Cōcor. tex. in l. Iulianus. ff. de iur. om. iud. & in l. extat. cum cōcor. C. unde ui.

Actu. 5. a

Actu. 13. b

1. Cor. 5. b

† epiſto. 34. lib. 2.

Vnde decætero omnino eſto circunſpectus atque ſolicitus: & talia cuiquã pro defenſione propriæ iniuriæ inferre denuo nõ præſumas. nam ſi tale aliquid feceris in te ſcias poſtea eſſe uindicandum.

Hinc idem in homilijs oſtendens, ꝙ peccata quę in Deũ uel proximum cõmittuntur à nobis punienda ſunt: ea uerò, quibus in nos delinquitur, patienter uel toleranda uel potius diſsimulãda ſunt, ait.

Valde offendit, qui dominica debita impunè dimittit.

CAN. XXVIII.

SI is, qui prælatus eſt, debitori [a] dominico culpas impunè dimittit, non mediocriter profectò offendit, [b] qui debita cæleſtis regis & domini ſua præſumptione reſoluit. ea nanque, quæ in nos committuntur, facilè poſſumus [c] dimittere: ea uerò quæ in Deũ cõmiſſa ſunt, cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia [d] poſſumus relaxare.

§ *Semel uerò culpa dimiſſa, recidiuo dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

Vnde Gelaſius Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro epiſcopis.

Iniuria quæ ſemel remittitur, iterum reuocari nõ debet.

CAN. XXIX.

SI illic ubi hæc acta ſunt [e] præſentibus utriſq; cõſtiterit, & ſatiſfeciſſe Stephanũ, & ſupplicatione [f] ſuſcepta eũ, qui malè tractatus eſt, ignouiſſe, ſemel in abolitione remiſſa punitio, recidiuo [g] dolore non debet iterari: diuinæ ſcilicet imitatione clementiæ quæ dimiſſa peccata in ultionem redire non patitur. [h] ſin uerò nihil uel de ſatisfactione probabitur, uel de remiſsione tranſactum, [i] dilectionis ueſtræ ſermone monſtretur: quatenus ſi uel nunc ſaltem poterit competens ſatisfactio prouenire, illud potius exerceatur, ubi animum ſanare poſsit afflicti. [k] Si uerò irremiſsibilis [l] perſtet [m] acerbitas, ibidem nihilominus uindicetur ubi plectibilis orta eſt præſumptio.

a SI is qui. Debitori. id eſt, ei qui in Deũ deliquit. & eſt ſimile extra de ſenten. excom. contigit.

b Offendit. ut ĩ. ſi ea. nam culpa eſt, quandoque relaxare uindictam: ut xxviij. diſt. quia ſunt culpæ.

Iniuriã nobis factam an teneamur remittere.

c Poſſumus. imo iniuriam nobis factam tenemur dimittere. C. de epiſc. & cleric. ſi quis in hoc. uerſus finem. iniuriam, id eſt rancorem, ſed iniuriã, id eſt ſatisfactionẽ iniuriæ non tenemur remittere: ut xc. di. ſi quis cõtriſtatus. imo bene facit qui proſequitur iniuriã ſibi factam: ut xlv. diſt. & qui emendat. & ĩ. ea. q. v. de occidendis. nam reipublicæ intereſt pœnas non facile dimitti: ut C. de pœn. ſi operis. & ĩ. ea. eſt iniuſta. lv. diſtinct. ſed illud. ſic ergo per pactũ poſſumus remittere, in quantũ noſtrum priuatum commodum tangit: ſed inquantum tangit commodum aliorũ, nõ poſſumus: ut ff. de pac. iuris gentium. §. ulti. & eſt ſimile lxiij. diſt. ca. Salonitanæ ſic nec filius poteſt remittere id ꝙ debetur patri, nec tutor debitum pupilli: ut C. de pact. pactum. & l. ſequẽ. nec prȩſes debitum ciuitatis. C. de tranſact. præſes. Sed nũquid epiſcopus poteſt remittere iniuriam illatam eccleſiæ? Videtur quod ſic: quia iniuriarum actio nõ eſt bonis noſtris ante litem conteſta. ut ff. de iniur. l. iniuriarũ. unde epiſcopus præter cõſenſum capituli poteſt eã remittere: argu. extra de ijs quæ fiũt à prælatis. cum apoſtolica. cum enim epiſcopus ſit pater: ut xcv. diſtin. eſto. & pater poſsit remittere iniuriam factam filio, ut ff. de iniur. l. ſed ſi unius §. filiofamilias. ergo epiſcopus poteſt. ſed non credo quod ſolus epiſcopus poſsit illam remittere. nam epiſcopus procurator dicitur eccleſiaſticarum rerum: ut xij. quæſti. j. capit. ulti. unde cum ſit procurator, conditionem eccleſiæ non poteſt facere deteriorem: ut extra de donatio. cap. ij.

Reipublicę intereſt pœnas nõ facile dimitti.

Iniuriã eccleſiæ illatã an poſſit eps remittere?

Eps procurator dicitur eccleſiaſticarũ rerũ, ideo illius cõditionẽ deteriorẽ facere nõ põt.

d Sine pœnitentia. interiori, ſcilicet cordis contritione, ſine qua nulli datur uenia: ut xxiiij. q. ij. legatur. & ĩ. ead. eſt iniuſta. 50. diſt. ſi quis diaconus. habita ergo cordis contritione, poteſt ſacerdos partem uel totum remittere ſecundum qualitatem perſonæ, loci & temporis: ut xxvj. q. vij. de his.

Dicunt quidam ꝙ ſano peccatori debet ſacerdos imponere ſaltẽ pœnitẽtiã aliquã, alioqui nõ dimittitur peccatum arg. de pœni. diſ. j. neminem.

e Semel uero. Hæc eſt quinta pars quæſtio. in qua probat quod peccata ſemel dimiſſa, iterum non ſunt punienda. Ioan. de Fant.

e SI illic. Acta ſunt. Ibi enim eſt agenda: ut iij. quæſtio, vj. ibi.

f Supplicatione. bene dicit ſupplicatione: quia ſi nõ per preces, ſed propter pecuniã remitteretur iniuria, infamis eſſet: niſi hoc fieret authoritate iudicis: ut ff. de ijs qui not. infamia. l. furti. §. pactus.

g Recidiuo. argu. quod ex quo quis eſt abſolutus, uel poſtquam pœnituit, ꝙ amplius de illo crimine accuſari non poteſt: ut extra de accuſa. de his criminibus. & ij. q. j. prohibetur. ſimiliter qui iurauit ſe non accuſaturum aliquẽ, non poteſt eum accuſare: ut ex. de accuſat. ueniens. licet poſsit denũtiare crimen ſuum: ut extra de iureiur. quemadmodum. in fin. imo eo ipſo quod quis dicit ſe nolle accuſare, non admittitur accuſans, ut ff. de adult. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. imo tacite renunciat quis accuſationi ſuæ. extra de ijs quæ fiunt à maio. parte capit. ex ore. in fin. & extra de offi. dele. gratũ. Hoc autẽ ſcias, quod iniuria duobus tollitur: uel remiſſione, ut hic: uel diſſimulatione: & ſecundum hoc ſi iniuria illata eſt per metũ, anno utili aboletur: ut ff. quod met. cau. ſi cum exceptione. §. j. ſi alio modo inferatur, tollitur continuo anno. inſtit. de iniur. in fin. C. de iniur. ſi non conuicij. Si autem non reuocatur ſtatim iniuria ad animum, amplius agi non poteſt: ut ff. de iniur. non ſolum. §. j. & inſtit. de iniur. §. ulti.

Peccatum per pœnitentiã purgatum, an poſſit in accuſationem deduci.

Adde ad hoc gl. & Bar. in l. ſi maritus §. ſi negauerit. ff. ad l. Iul. de adul.

Iniuria duobus modis remittitur.

h Non patitur. de hoc agitur. ĩ. de pœniten. diſtinc. iiij. diuina. & eſt hic argumentum, quod poſt pœnitentiam non poteſt quis accuſari. De hoc not. xxxiij. q. ij. admonere.

i Tranſactum. iudicis authoritate intelligas: quia ſine eius authoritate non licet tranſigi pro iniuria illata: ut ff. de ijs qui not. infa. furti.

k Afflicti. id eſt, iniuriati.

l Irremiſsibilis. id eſt, ſi non uult dimittere iniuriã. non enim cogitur ad hoc: ut not. ſ. c. proxi.

m Perſtet. id eſt, perſiſtat.

Sed

6 Sed obijcitur [a] illud Ambroſij: ad preces Heliæ ignis deſcendit de cælo ut prophetæ uindicaretur iniuria. quod tunc intelligitur factum, quando Achab [b] rex Iſrael poſt ſterilitatem illam trium annorum & ſex menſium, quæ facta eſt: quando precibus Heliæ clauſum eſt cælum annis tribus & mẽſibus ſex, miſit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicerent ei: Homo Dei, rex Iſrael uocat te. qui ait: Si homo Dei ſũ, deſcendat ignis de cælo, & conſumat uos. Et ſtatim ignis deſcendit de cælo, & cõſumpſit eos. Quo facto, [c] non cuius meriti apud Deũ eſſet, uoluit oſtendere: ſed ꝙ ille eſſet uerus Deus, quem colebat: nõ ille, ad cuius culturam ſtupro proprij corporis Iezabel nonnullos prouocabat, euidentiſsimis indicijs mõſtrare curauit. Iniuria ergo prophetæ, non alia quàm iniuria domini ipſius intelligitur, quæ in paucis uindicata eſt, ut cæteri terrerentur.

Item obijcitur illud Syl ueſtri. †

Apoſtolicus anathematizauit eos, qui eum ceperant: uel epiſcoporũ aliquem, qui deinceps ceperit, excommunicauit.

CAN. XXX.

GVilisarius † patricius noſter mandauit [d] me ad ſe uenire pacificè pro quibuſdã eccleſiaſticis diſpoſitionibus in palatium principis. & ad primũ & ad ſecundũ uelũ [e] retinuit omnem clerũ & populũ qui mecum ueniebant: & nullum permiſit introire niſi me ſolum, & uigiliũ diaconem noſtrum. me uerò ui retẽto, [f] & ante prædictum patricium deducto, miſerunt me in exilium: in quo ſuſtẽtor modò pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. ego tamẽ non dimiſi, nec dimitto propterea officiũ meum: ſed cũ epiſcopis, quos cõgregare potui, eos qui talia erga me egerunt, anathematizaui: [g] et unà cum illis apoſtolica authoritate ſtatui, nullum unquam taliter decipiendũ, ſicut decep tus ſum: & ſi aliquis deinceps ullum unquã epiſcoporũ taliter deceperit, anathema maranatha [h] fiet in conſpectu Dei, & ſanctorum angelorum.

Idem Vigilio, Habeto itaque cum ijs, qui tibi conſentiunt, plenæ damnationis ſententiã, ſublatumque tibi nomen & munus miniſterij ſacerdotalis [i] agnoſce, ſpiritus ſancti iudicio & apoſtolica à nobis authoritate damnatus.

Sed & hic non ſuam, ſed eccleſiæ iniuriam ultus eſt.

Quod autem [k] peccatũ populi in paucis puniẽdum ſit, Moyſes exemplo ſuo docuit, qui peccatum idololatriæ in paucos cultores uituli [l] uindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in præſens terrens, in poſterum diſciplinam ſanciens. Sic & ipſe Chriſtus peccata totius populi morte paucorum puniuit, dum pro fornicatione totius populi, una die [m] xxiiij. millia perierũt. Sic & pro peccato murmurationis [n] uel tentationis, nonnulli puniti ſunt ut eorũ exẽplo cæteri ad pœnitentiam cogerentur. Sic & quotidie nonnullos punit Deus, ut diuina prouidentia etiam circa humana uigilare cognoſcatur: & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiam expe-

4. Re. 1. b

Ochoſia ꝗ fuit filꝰ Achab im pij. 3. Reg. ult. & per cãcellos cadẽs cõſul tis idolis perijt. 4. Re. 1. uidẽ Gul. Occã ĩ dialogo, fol. 160. col. 4.

† Imo Silerij ad Amatorẽ epiſcopũ.

† Ita oẽs libri habẽt, ſed legendũ eſt Bellisariꝰ, ut patet apud Platinã in uita huiꝰ Silue rij, q fuit anno Dñi 538. Idem uult. Fel. ĩ ca. Rodul phus. col. 22. in fi. & reſcrip.

Exo. 32. b

Nu. 25. b

Sed obijcitur. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis, in qua probat quod iudices merẽtur in correctione ſubditorũ, ſi tamẽ formam canonicam non excedant. Et hoc probat per vij. capitu. Ioan. de Fant.

[a] Sed obijcitur. Contra illud, quod nullus debet iniuriam ſuam ulciſci.

[b] Achab. Confundit hiſtoriam. non enim Achab miſit illos quinquagenarios, ſed rex Ochoſias: nec etiam illud contigit tempore Achab, ſed illud contigit ſub Ochoſia.

[c] Quo facto. Soluit obiectionem.

GVilisarius. [d] Mandauit. Hic mandare ponitur pro rogare: ſicut alibi ponitur rogare pro mandare: ut xj. quæſtione iij. rogo.

[e] Velum. Id eſt, cameram uel oſtium.

[f] Me uero ui retento. qui hoc modo includit clericum, licet alio modo non inijciat manus in eum uiolentas, eſt excommunicatus: ut extra de ſent. excommu. cum deſideres. in parte deciſa.

[g] Anathematizaui. j. ea. c. inter querelas. contra. Sed dic quod hæc iniuria contingit eccleſiam. : lxiij. di. Salonitanæ. Vel hic non erat ſuperior iudex xl. diſt. ſi Papa. poteſt tamen iudex corporalem infligere pœnam pro offenſa ſua: ut 45. di. & qui emendat. Ut j. §. j. uel dic, ꝙ ubi ſit iniuria palàm manifeſta, põt eã uẽdicare, ut hic. Si eſt occulta, põt de ea facere iquiri.

[h] Maranatha. Dicitur maranatha aduentus domini. ſic xxiiij. q. iij. §. ſed qui, id eſt, uſque ad aduentũ domini ſit excommunicatus, ſupple niſi pœniteat. ſic xxvij. quæſ. j. de uiduis.

[i] Sacerdotalis. Id eſt, clericalis. argu. quod alicui aufertur, quod nõ habet: ut v. q. vj. quia iuxta. xxvij. q. ij. §. ex his omnibus.

[k] Quod aũt. Dixit ſ. in ca. quid faciet. in §. ecce ꝙ crimina. ꝙ quandoq; delinquentes ſunt patienter expectandi: & illud membrum executus eſt. Dixit enim quod crimen quandoq; in paucis eſt uindicãdum, ut cæteri terreantur.

[l] Vituli. Xlv. di. diſciplina.

[m] Vna die. Dum Phinees occidit Hebræum coeuntem cum Madianita. quam hiſtoriam habes ij. q. vij. §. item cum Balaam.

[n] Murmurationis. Quando Iudæi murmurabant in deſerto propter carnes. Volebant enim ſibi conſtituere ducem, & reuerti in Aegyptũ. xc. di. alienus. Baal.

C. ſi qs imperatori maled. l. j. ſecũdũ Inn. q de hoc ſatis not. extra de uer. ſig. ex parte. de hoc etiam ſatis not. Ber. extra de cle. male. ca. j. Delinquẽtes quandoque ſũt patienter expectandi. Phinees Hebræum occidit.

ſtat, ut patientiam ſuæ benignitatis nobis oſtēdat. Sic etiā Helias culturam Baal [a] *uindicauit, ſacerdotes et prophetas eius interficiendo, morte paucorum expiās peccata imitantium populorum.*

Quòd uerò peccata [b] *q̄ publicis iudicijs deferuntur, puniēda non ſint, illo exēplo probatur, quo Chriſtus, qui Iudā ſolus furem nouerat, non abieciſſe, ſed patienter toleraſſe aſſeritur.*

Vnde Ambroſius ſuper primam epiſtolam ad Corinthios ait: [†]

Iudicis non eſt, ſine accuſatione damnare.

CAN. XXXI.

SI quis prātem nō hēt [c] quē ſcit reū abijcere, uel probare non ualet, īmunis eſt: [d] & iudicis non eſt, ſine accuſatore [e] damnare: ſicut nec Chriſtus Iudam abiecit.

Similiter non eſt ferenda ſententia, quando multitudo eſt ī cauſa, uel quādo ille peccat, qui ſociam habet multitudinem.

Vnde Auguſtinus in libro ſecundo contra epiſtolam Parmeniani. [†]

Qđ à multitudine peccatur, uel ab eo, qui multitudinē habet ſociam, ab eccleſia non punitur, ſed defletur.

CAN. XXXII.

NOn poteſt [f] eſſe ſalubris à multis correctio, niſi cùm ille corripitur, qui nō habet ſociam multitudinem. [g] Cùm uerò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis reſtat, quā dolor & gemitus, ut per illud ſignum [h] quod Ezechieli ſancto reuelabatur, illæſi euadere ab eorū uaſtatione mereantur. & infra. Re uera cùm contagio peccandi multitudinem inuaſerit, diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia [i] neceſſaria eſt. Nam conſilia ſeparationis [k] & inania ſunt & pernicioſa atque ſacrilega: quia impia & ſuperba ſunt, & plus perturbant infirmos [l] bonos, quàm corrigant animoſos malos. & infrà. Turba autem iniquorum cùm facultas [m] eſt in populis promendi ſermonem, generali [n] obiurgatione ferienda eſt: & maximè ſi occaſionem atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum deſuper Domini, quo eos appareat pro ſuis meritis uapulare.

Ezec. 9

Præcepta [o] uerò Euangelica de dilectione inimicorum, & miſericordia impendenda proximis, exhortationes quoque Apoſtoli, de cibandis uel potandis inimicis, non eatenus intelligenda ſunt, ut peccandi relaxetur impunitas, ſed ut delinquenti correctio, & naturæ miniſtretur ſubſidium: donec per ſententiam iudicis (adempta ſpe correctionis) malorum tollatur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos, & miſereri eorum, ut de eorum perditione doleamus, & eorum ſalutem deſideremus, & pro eorum correctione quotidie laboremus, & oremus, pœnitentibus ſolatia impendamus, alter alterius onera portantes: non ut pertinaces & in malo perſiſtentes, impunitati donemus. Sicut enim erga pœnitentes non ſeueri ſed miſericordes eſſe monemur, iuxta illud: Noli eſſe [p] nimis iuſtus: quia eſt nimis iuſtus qui perit in iuſtitia ſua. & iterum. Iudicium ſine miſericordia erit ei, qui non fecit miſericordiam: & item illud Apoſtoli, in ſecunda epiſtola ad Corinthios: Cui autē aliquid donaſtis, [q] & ego. nam & ego ſi quid donaui, propter uos donaui, ac ſi ipſe Chriſtus donaret: ut non circumueniamur à ſatana. Non enim ignoramus cogitationes eius, qui quos nequit

Luc. 6 — Ro. 12 — Gala. 6 — Eccle. 7 — Iaco. 2 — 2. Cor. 2

---

[a] Baal. Hanc hiſtoriam habes. j. q. j. cū ſcriptura.

[b] Quod uero peccata. Iſtud ſpectat ad illud ſ. eadē. §. his ita reſpōdetur, ſunt quædam.

[c] SI quis. Non habet. Quia non eſt eius iudex.

[d] Immunis eſt. A peccato participationis: nec imputatur ei ſi tacet, cū non poſsit illud ꝓbare. ij. qō. vij. plerunque licet autem iudex ſciat aliquē criminoſum, non ideo ſtatim poteſt eum à ſe abijcere: ut vij. quæſtione ij. ſi tantum.

[e] Sine accuſatore. Excipiuntur caſus poſiti ij. quæ. j. de manifeſta.

† ca. 5. in cōmenta.

[f] NOn poteſt. Supra diſt. l. ut cōſtitueretur.

[g] Multitudinem. Sic ergo rōne multitudinis non exercet uindicta: [i] ut j. q. ij. quoties. ſ. ca. ipſa pietas. & ix. q. j. ordinationes. Dicuntur autem hic, multi plures, quam xl. extra de cleri. ex com. mi. latores.

Vindicta rōne multitudinis, relaxatur.

[i] Sic ubi timet periculum. ſ. ca. cum quiſque.

[h] Signum. Scilicet Thau.

Ioan. 13. a

[i] Miſericordia. Ex ſeueritate procedens.

ADDITIO.

Vel dic ſeuera miſericordia. i. Dei ultrix correctio. Goffr. quaſi dicat. Deo ultio relinquitur: quia homo non poteſt.

† libr. 3. cap. 3.

[k] Separationis. Id eſt, excommunicationis.

[l] Infirmos. Qui facile ſcandalizatur.

[m] Cum facultas. i. cum non contemnitur eius prædicatio. nā ſi non proficit, potius tacere debet xj. q. iij. quando.

[n] Generali obiurgatione. Viij. qō. j. quid autem.

[o] Præcepta. Poſita in ſuperiori. §. ex his omnibus.

[p] Noli eſſe. Hæ au- … thoritates ſunt expoſitæ ij. qō. viij. §. his ita reſpōdetur.

[q] Donaſtis. Loquit ibi Apoſtol' de Corinthio, qui ad pœnitentiā redijt, & petijt Apoſtolus ut reciperent ipſum: & remiſit ei offenſam. & eſt ſimile xxxv. quæſt. ix. cap. ueniam.

Eſt

conſentiẽdo decipere, ſi ſit nimis aſperos. ſicut, inquã, pœnitentibus (ut dictum eſt) miſericordes eſſe iubemur, ſic impœnitentibus, & obſtinatis in malo miſericordiam impendere prohibemur.

Vnde Ambroſius in li. j. de Officijs.

De iuſta & iniuſta miſericordia.

CAN. XXXIII.

Est iniuſta [a] miſericordia. Denique in lege [b] ſcriptũ eſt de quodam: Non miſereberis illius. Et in libro Regum legitur, quia Saul contraxit offenſam Dei, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem, quem prohibuerat diuina [c] ſententia ſeruari. Itaque ſi quis latronem filijs deprecantibus motus, & lacrymis [d] coniugis eius inflexus, abſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpiret affectus, nónne innocentes tradet [e] exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certè ſi gladium [f] reprimit, uincula diſſoluit, laxat exilium: cur latrocinandi, qua poteſt, clementiori uia non eripit facultatem qui uoluntatem extorquere non potuit? Deinde ſi inter duos (hoc eſt, accuſatorem & reum) pari periculo [g] de capite decertantes, alterum ſi non probaſſet, alterum ſi eſſet ab accuſatore conuictus, ſi non id, quod iuſtitiæ eſt iudex exequatur, ſed miſeretur alterius, aut damnabit probantem, aut dũ accuſatori fauet, quòd probare non poſſit, addicet † innoxium. Non poteſt igitur hæc dici iuſta miſericordia. In ipſa eccleſia ubi maximè quis miſereri debet, teneri quàm maxime debet forma iuſtitiæ: ne quis à conſortio communionis [h] uel criminationis abſtractus, breui lacrymula, atque ad tempus parata, uel etiã uberioribus fletibus, communionem, quam plurimis debet poſtulare temporibus à facilitate ſacerdotis extorqueat. Nónne etiam cùm uni indulget indigno, ad prolapſionis contagium prouocat uniuerſos? Facilitas [i] enim ueniæ incentiuum tribuit delinquendi.

Item Auguſtinus in libro Pſalmorum. †

Non debemus in mala cauſa pauperi miſereri.

CAN. XXXIIII.

Ne amiſſo iudicio [k] ſis pauperi in mala cauſa miſericors: cuius ſi parcis ſacello, [l] percutis cor eius, & tantò nequiorem reddis, quanto iuſtum ſibi fauere uidet.

Idem. †

Homini eſt miſerendum peccatori iraſcendum.

CAN. XXXV.

Dvo iſta nomina cũ dicimus, homo peccator, non utique fruſtra dicuntur: quia peccator eſt, corripe: & quia homo, [m] miſerere: nec omnino liberabis hominem, niſi eum perſecutus fueris peccatorẽ: huic officio [n] nominis [o] inuigilet diſciplina ſicut cuiq; regenti apta & accommodata eſt, non ſolùm epiſcopo [p] regenti plebem ſuam, ſed etiam pauperi regenti domum ſuam: diuiti regenti familiam [q] ſuam: marito [r] regenti coniugem ſuam: patri regenti prolem ſuam: iudici regenti prouinciam ſuam: regi regenti gentem ſuam, & paulò pòſt. Ita nulli homini claudenda eſt miſericordia, ſicut nulli peccatori impunitas relaxanda eſt. † Hinc itaque intelligen-

a Est iniuſta. ſic iuſtitia quandoq; dicitur eſſe falſa: ut xlv. diſtin. uera. nam ſæpe uitia, uirtutes ſe eſſe mentiunt. xlj. diſt. ſæpe.

b In lege. i. Deuteronomio, ubi ſcriptum eſt de illo, qui inuitat alios ad idololatriã, nec acquieſcas ei; non audias eum, nec miſerearis eius: ſed ſtatim occidas eum: ut j. ead. q. v. ſi audieris.

c Diuina. Simile ff. depoſi. ſi hominẽ. & ff. de dol. eleganter. §. itẽ Labeo. inſti. de lege Aq. in fi.

d Et lacrymis. Iudex non debet moueri ad lacrymas calamitoſorum: ut ff. de offi. præſi. obſeruandum. de pœn. diſtin. iij. ſunt plures.

e Tradet occaſionaliter.

f Si gladium. ſed quare hic redarguit eccleſia iudicẽ, qui gladiũ reprimit: cũ alias petat Auguſt. reos non occidi: ut j. q. v. ca. j. & c. de occidendis? Sed dicas hic loqui de incorrigibilibus: ibi de corrigibilib⁹, ſic j. ca. q. v. prodeſt.

g Periculo. ꝓpter hoc uerbum, quidã hic dixerunt quod in criminali cauſa nõ eſſet mitius agẽdum cum reo, quam cũ actore. quod non concedo: ut xxxv. q. ix. ueniam. in fi.

h Communionis. rerũ quibus ſuſpenſus eſt. non intelligas hoc de ſentẽtia excõmunicationis. nam ibi propter periculum nõ eſt differenda abſolutio. nã quandoque fit abſolutio à iudice non ſuo: ut extra de ſentẽ. excom. ſacro. & extra de appel. quã fronte. niſi uelis intelligere in eo caſu, quando propter cõtumaciã detinetẽ aliquis diutius in excõmunicatione, xj. q. iij. qui iubente.

i Facilitas. uerum eſt quod de iure nõ dat, ſed de facto ſæpe dat: & ſic nõ obſtat. j. q. ij. exigunt.

k Ne amiſſo iudicio. id eſt ordine iuris.

l Sacello. id eſt, paupertati. Ioan.

m Dvo iſta. Quia homo. ſic. lxxxvj. diſtinct. odio.

n Officio. correctionis.

o Nominis. id eſt, ſecundum quod aliquis nominatur, uel prælatus uel pater, ut oſtendit per exempla.

p Epiſcopo. Ex hoc capit. & ex illo j. ead. ita conſueuit dici quod illud, Si peccauerit in te frater tuus, ad ſolos illos ſpectat, q ex poteſtate aliqua poſſunt punire: ſed certe hic non loquitur de denũtiatiõe, ſed tãtum de correctione, ad quam etiam alij tenẽtur, qui enumerantur hic. nam & uicinus tenetẽ corrigere uicinũ ſuum: ut j. ead. qõ. v. non putes. Itẽ quilibet tenetur aliũ occulte corripere: ut extra de hære. cum ex iniuncto. circa fin.

q Familiam. C. de emẽ. propin. l. una. & xxxiij. quæſtio. ij. placuit.

r Marito. j. vij q. j. ſicut alterius.

Quibuſ-

† Ex iſto tex. infert ꝙ abſolutio nõ eſt differẽda. concord. tex. in l. fi. cũ ibi no. C. de ſumma trini.

Eodem lacrymis flecti non debet.

Deu. 19. d

1. Reg. 1.

Præterea eccleſiaſticus iudex libenter audit ſolicitos de ſalute 35. q. 9. ueniã. ubi de hoc in gl. & adde qđ leg. & no. 9. diſti. ſaluus quippe.

† Alias, addicet.

Correctio occulta eſt præcepta.

a Quibuſque pauperibus. ī. xlij diſt. quieſcamus. Ioan.

b Ille gladium accipit. iniuſte.

c Poteſtate. Nam poteſtas gladij tantum à principe habetur: ut ī. e. q. j. militare. & qō. ij. ca. j.

Porro. Hæc eſt vij. pars queſtio. in qua ꝓbat magiſter per xiij. authoritates, ꝙ omnino iudices malos corrigere debent: alioqui pœna eorum imputabitur eis. Io. de Fant.

d Illud Hieronymi. ī. ead. qui ſecundum carnem.

e Nimium ſunt. Non omnis. ī. v. q. v. nō omnis.

f Tollitur. ī. ead. duo. contra.

g Cogi. ī. xlv. diſtin. c. ij. cōtra. Sol. ab initio nemo cogēdus eſt ad bonū: ſed aliquis cogitur perſeuerare in eo ꝙ incœpit: ut ī. ea. q. v. ad fidem. nec obuiat quod dicit de Paulo, q ab initio fuit coactus: ꝫ nā hic argu. à minori. id eſt, ex quo Paulus ab initio fuit coactus: ergo alij poſſunt ex poſtfacto cogi.

h Et mali. Vt Iſmael, Iſaac, & Saul, Dauid.

i Boni malos. ut Helias quinquagenarios.

k Et prophetæ. ut Moyſes Aegyptiū: ut ī. queſtio. iij. non inferenda.

l Nocendi cauſa. quaſi dicat plus cauſam facti, quā factū conſiderabimus: ut j. ea. q. viij. occidit.

m Conſtituit. C. de hæreti. l. Arriani. ꝫ Ioan.

Certe.

[illegible]

† ca. 70. li. 2. cōtra Fauſtum.

‡ Vt j. e. diſplicet. uer. ſi uero. & ca. q nos. uer. mirū. nam dñs eū elegit. 32. q. 5 ſi Paulus.

Mat. 26. e

‡ Tu dic, quod legē Cōſtantini hoc expreſſe dicē tem nō habem⁹ chriſtiano ſi qui ſit Iudæus hanc pœnā imponit, ut C. de apo. l. j. Archi.

† Epi. 48.

‡ alias, nimirum.

dum eſt, quòd non ſit contemnenda eleemoſyna, quæ quibuſq; a pauperibus iure humanitatis impenditur: quandoquidem dominus ſubleuauit indigentiam pauperum, etiam his oculis quos ex operibus implebat aliorum. *Et paulò poſt.* Non ergo ſuſcipiamus peccatores propter hoc, quòd ſunt peccatores: ſed tamen eoſipſos, quia & homines ſunt, humana conſideratione tractemus: perſequamur in eis propriam iniquitatem, miſereamur communem naturam.

Itē illud Euāgelij, quod obijciebatur, qui gladio uſus fuerit, gladio cadet: Aug. exponit ī ij. li. cōtra Manichæos ita dicens†*;*

Quis dicatur gladiū accipere.

CAN. XXXVI.

Ille gladiū accipit, b qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate c uel iubente, uel cōcedente in ſanguinē alicuius armat.

7 Porrò illud Hieronymi d quo eccleſia negat aliquem perſequi, non ita intelligendum eſt, ut generaliter eccleſia nullum perſequatur: ſed ꝙ nullum iniuſte perſequatur. Non enim omnis perſecutio culpabilis eſt, ſed rationabiliter hæreticos perſeq̄mur: ſicut & Chriſtus corporaliter perſecutus eſt eos, quos de templo expulit.

Vnde Auguſtinus ait Vincentio Donatiſtæ. †

Poteſtatis officio utiliter inquieti corriguntur.

CAN. XXXVII.

Nimium e ſunt inquieti, quos per ordinatos à Deo poteſtates ſeculares cohiberi, atque corrigi mihi non uidetur inutile: nam de multorum iam correctione gaudemus. *Item poſt pauca:* Si enim quiſquam inimicum ſuum periculoſis febribus phreneticū factum currere uideret in præcipitium, nónne tunc potius malū pro malo redderet, ſi ſic eum ire permitteret, quam ſi corrigendum curandumque ligaret? & tamen tunc ei moleſtiſsimus & aduerſiſsimus uideretur, quando utiliſsimus & miſericordiſsimus extitiſſet: ſed plane ſalute reparata tantò ei uberius gratias ageret, quantò minus ſibi pepercisse ſenſiſſet. & poſtpauca. At quibuſdam iſta nō proſunt: nunquid ideo negligēda eſt medicina, quia nonnullorum inſanabilis eſt peſtilentia? Item poſt pauca. Non omnis e qui parcit amicus eſt: nec omnis qui uerberat, inimicus. Meliora ſunt uulnera amici, quam blanda oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, f ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm eſurienti panis frangitur, ut iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Item poſt pauca. Putas neminem debere cogi g ad iuſtitiam, cùm legas patremfamilias dixiſſe ſeruis: Quoſcunq; inueneritis cogite intrare. cū legas & ipſum primò Saulū, poſtea Paulū ad ueritatem cognoſcendam & tenendam magna uiolentia Chriſti cogentis eſſe cōpulſum? Item poſt pauca. Et cum noueritis furem aliquando auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello errantia pecora reuocare. Item ſi ſemper eſſet culpabile, perſecutionem facere, non ſcriptum eſſet in ſanctis libris: Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Aliquando ergo & qui eā patitur, iniuſtus eſt: & qui eam facit, iuſtus eſt. Sed planè ſæpe & mali h perſecuti ſunt bonos, & boni malos. i Illi nocendo per iniuſtitiam: iſti conſulendo per diſciplinam: illi immaniter, iſti temperanter. illi ſeruientes † cupiditati, iſti charitati. nam qui trucidat non conſiderat quemadmodum laniet: qui autem curat, conſiderat quemadmodum ſecet. Ille perſequitur ſanitatem, iſte putredinem. Occiderunt impij prophetas, occiderunt impios & prophetæ. k flagellauerunt Iudæi Chriſtum: Iudæos flagellauit & Chriſtus. traditi ſunt apoſtoli ab hominibus humanæ poteſtati: tradiderunt apoſtoli homines poteſtati Satanæ. In his omnibus quid attenditur, niſi quis eorum pro ueritate, quis pro iniquitate, quis nocēdi cauſa, l quis emendandi? Et paulò poſt. Conſtantinus Imperator conſtituit m ut

Prou. 27.

Mat. 22. ʙ Luc. 14. c Actu. 9. c

Pſal. 100.

† alias, ſeuientes

3 Re. 18. Mat. 17. c Ioan. 2. g Actu. 16.

1. Cor. 5. c

res conuictorum, & unitati peruicaciter reſiſtentium fiſco uendicarētur. & poſt pauca. Certè a nullius crimen maculat neſcientem. Item facta nocentium, quæ innocentibus demonſtrari, uel ab innocentibus credi non poſſunt, non coinquinant quenquam, ſed propter innocentium conſortium etiam cognita ſuſtinentur. Non enim propter malos boni ſunt deſerendi, ſed propter bonos mali tolerandi, ſicut tolerauerunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant, nec communionem ſacrorum illius populi relinquebant.

Idem Donatus presbytero. †

Heretici ad ſalutem etiam inuiti ſunt trahendi.

CAN. XXXVIII.

DIſplicet tibi, quòd traheris ad ſalutem Dei, cum tamen multos noſtros ad perniciem traxeris. Quid enim uolumus, niſi te comprehendi & præſentari, & ſeruari, ne pereas? Quòd autē in corpore læſus es, ipſe tibi feciſti: qui mox iumento tibi admoto uti noluiſti, & te ad terram grauiter colliſiſti: nam utiq; alius, b qui adductus eſt tecum collega tuus, & illæſus uenit, quia talia ipſe ſibi non fecit.

2. Tim. 3. a Sed neq; hoc putas tibi fieri debuiſſe, qui neminem exiſtimas cogēdum ad bonum. Attende quid dixerit Apoſtolus: Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. & tamen multi, ut epiſcopatum ſuſcipiant, tenentur inuiti: c producuntur, includuntur, patiuntur inuiti mala, quæ nolunt, donec eis adſit uoluntas ſuſcipiendi operis boni. quantò magis uos ab errore pernicioſo, in quo uobis inimici eſtis, trahendi eſtis, & perducendi ad ueritatem, uel cognoſcendam, uel eligendam non ſolùm ut honorem ſalubriter habeatis, ſed etiam ne nequiſsime pereatis? Dicis dominum dediſſe liberum arbitrium ideo non debere hominem cogi ad bonum: quare ergo illi (de quibus ſupra diximus) coguntur ad bonum? Attende ergo & conſidera, ꝙ non ideo uoluntas bona miſericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis diligatur. Nam quis neſciat, nec damnari hominem, niſi merito malæ uoluntatis, nec liberari, niſi bonam habuerit uoluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, malæ ſuæ uoluntati impunè & crudeliter permittendi ſunt, ſed ubi poteſtas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum ſunt cogendi. Nam ſi uoluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare Iſraelitæ recuſantes, & murmurantes, tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promiſſionis compellebantur? Si uerò uoluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, Actu. 9. quare Paulus non eſt permiſſus uti peſsima uoluntate, qua perſequebatur eccleſiam, ſed proſtratus eſt, ut cæcaretur, & cæcatus eſt ut mutaretur: mutatus eſt ut mitteretur: miſſus eſt, ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur? Si uoluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare monetur pater in ſcripturis ſanctis, filium durum non ſolùm uerbis corripere, ſed etiam latera d eius tundere, ut ad bonam diſciplinam coactus, ac dñs dirigatur? Pro. 23. b Vnde idem Salomon dicit: Tu percutis eū uirga, animam autem eius liberas à morte. Si autem mala uoluntas ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare corripiuntur negligentes e paſtores, & dicitur eis, Eze. 34. a Iere. 23. a Errantem non reuocaſtis: perditum uerò non inquiſiſtis? Et uos oues Chriſti eſtis: characterem Dominicum portatis in ſacramento, quod accepiſtis: ſed erratis & peritis: non ideo uobis diſpliceamus, quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus uoluntatem domini monentis, ſi uos ad ouile eius redire cogamus, quàm conſentiamus uoluntati errantium, ut perire uos permittamus. Noli ergo iam dicere, quod te aſsiduè audio dixiſſe: Sic uolo errare, ſic uolo perire. Melius hoc omnino perire non permittimus quantum poſſumus. Modò quòd te in puteum quò

---

a Certe. ſ. eadem. quam magnum.

b DIſplicet, Alius. arg. optimum, quod ex quo unus ſecure poteſt uenire ad iudicium, ergo & alter. ſic extra de elec. c. bonæ. in fin. Similiter dicit lex, ex quo tutor ſuam pecuniam bene collocauit, ergo & pecuniam pupilli potuit bene collocaſſe. ff. de admini. tut. l. tutor. §. j. Similiter ex quo res tuas conſeruaſti, & res etiā commodatas conſeruare debuiſti. ff. commo. l. ſi ut certo. §. commodatū. in fi. tamen hoc ar. fallit, nam & licet aduerſarius meus, etiam qui uenire non poterat, uenit, non ideo ſequitur quod ego tenebar unire: ut ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. penultimo.

Dilīgēs in ſuis debet in alienis ſimiliter facere.

† Epiſt. 204. Donatiſtæ presbytero.

c Inuiti. qd ergo eſt, quod dicitur, qđ nemo cogitur creſcere inuitus: ut lxxiiij. diſtin. geſta. & capit. ubi. ſed ibi loquitur cum malo zelo quis cogitur. tamen hæc eſt ueritas, quod ſi aliqs ſemper eſſet nolēs, non deberet cogi. de hoc not. viij. q. j. in ſcripturis.

ADDITIO.

De hoc etiam not. xl. diſt. ante omnia. & lxj. diſt. Catinenſis. & melius. ij. q. vj. biduum. in princip. uerſi. appellatorc. ibi uideas. Arc.

d Sed etiam latera. ſ. xlv. diſt. §. Salomon.

e Negligentes. ut lxxxvj. diſtinct. ca. j. & ultimo.

Quo

Bona ſibi mortẽ inferẽtium, quã fiſco applicari debeant.

a Quo morereris. bona illorum, qui ſeipſos interimunt, fiſco applicantur ſi propter conſcientiam delicti hoc faciant: ſecus ſi propter impatientiam alicuius doloris: ut ff. de bo eorum. qui ante ſent. ſibi mor. conſc. l. penultima.

† ĩ. e. q. 5.

b Debuiſti. ĩ. eadem † ca. ſi non licet. & capi. non eſt noſtrum. & de conſec. diſt. ij. prima.

c In uias. id eſt, hæreſes & ſchiſmata.

Quãdo uult. d A Sara. id eſt, ab eccleſia.

e Agar. id eſt, conuenticula hæreticorum.

f Hæreditatem. ĩ. xxxij. quõ. iiij. recurrat. ſed ĩ. xxxij. q. iiij. dicat. contra. Sed hic de cæleſti: ibi de hæreditate terrena: ut j. q. iiij. c. Iudæi.

Principes eccleſias tueri debent.

g Pacatam, ad hoc enim cõſtituti ſunt principes, ut tueantur eccleſias, ut ĩ. ead. q. v. principes. & ſi noluerint tueri, poſſunt excõmunicari: ut ĩ. ea. q. v. adminiſtratores.

h Matrem. ĩ. xij. q. ij. qui abſtulerit. & xxxij. q. iiij. recurtat.

Tempo-

morereris a miſiſti, utique libera uoluntate feciſti: ſed quàm crudeles eſſent ſerui Dei, ſi huic malæ uoluntati tuæ te per mitterent, & nõ te de illa morte liberarent? quis eos non meritò culparet? quis impios non rectè iudicaret? & tamen tu te uolens in aquam miſiſti, ut morereris. Illi te nolentẽ leuauerũt de aqua, ne moreris. tu feciſti ſecũdùm uoluntatẽ tuã, ſed in perniciẽ tuã, & illi cõtra uoluntatem tuam, ſed cõtra mortẽ tuam. Si ergo ſalus illa corporalis ſic cuſtodienda eſt, ut etiã in nolẽtibus ab eis, qui eos diligunt, ſeruetur, quantò magis illa ſpiritualis, in cuius deſertione mors æterna metuitur? quanquã & in iſta morte, quã tibi tuipſe uoluiſti inferre, non ſolũ ad tẽpus, ſed etiam in æternum morereris: qa & ſi non ad ſalutẽ, nec eccleſiæ pacem, non ad Chriſti corporis unitatem, nõ ad ſanctam & indiuiduã charitatem, ſed ad mala aliqua cogereris, nec ſic tibi ipſe mortem inferre debuiſti. b Conſidera ſcripturas diuinas, & diſcute quantum potes, & uide utrũ hoc fecerit aliquis iuſtorũ aliquando atq; fidelium, cum ab eis tãta mala perpeſsi ſunt, qui eos ad interitũ nõ ad uitã (quò compelleris) adigebãt. & poſt pauca.

† alias, 72. Repetis (ſicut audio) quod in Euangelio ſcriptum eſt, receſsiſſe à dño lxx. † diſcipulos & arbitrio ſuæ malæ, atque impiæ diſceſ-

Ioan. 6. ſionis fuiſſe permiſſos: cæteriſq; xij. qui remanſerant fuiſſe rñſum: Nunquid & uos uultis abire? & non attendis, quia tunc primùm eccleſia in nouello germine pullulabat: nõ dum completa fuerat illa prophetia: Et ado

Pſal. 72. a rabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. quod utique quantò magis impletur, tantò maiore utitur eccleſia poteſtate, ut non ſolùm inuitet, ſed etiam cogat ad bonum. Hoc dominus ſignificare uolebat, quod quamuis haberet magnam poteſtatem, prius tamen eligit commendare humilitatẽ. Hoc etiam in illa conuiuij ſimilitudine ſatis euidenter oſtenditur, ubi miſit ad inuitatos: & uenire noluerunt: & ait ſeruo, Exi cito in uias c plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cęcos & claudos introduc huc. Et ait dño ſeruus, Factum eſt Mat. 22. ut imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi in uias & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Vide nũc quemadmodum de illis, qui primò uenerant, dictum eſt, Introduc eos: nunc dictum eſt compelle, ita ſignificata ſunt eccleſiæ primordia adhuc creſcentis, ut eſſent per uires etiam compellendi.

Item ſuper Ioannem. †

Hæretici utiliter patiuntur, quæ catholici utiliter inferunt.

CAN. XXXIX. † Tract. 11. ad c. 3. Ioan.

Qvando uult Deus concitare poteſtatem aduerſus hæreticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſsipatores eccleſiæ, aduerſus exſufflatores & blaſphematores Chriſti, blaſphemi non mirentur: qa Deus concitat, ut à Sara d uerberetur Agar, e cognoſcat ſe Agar: ſupponat ceruicem, quę cũ humiliata diſcederet a domina ſua, occurrit ei Angelus, & dixit, quid tibi eſt Agar ancilla Saræ? Cùm conqueſta eſſet de domina, quid audiuit ab Angelo? reuertere ad dñam tuã. Ad hoc ergo affligit, Gen. 16. ut reuertatur, atq; utinam reuertatur: quia proles eius ſicut proles Iacob cum fratribus hæreditatem f tenebit. Mirantur autem, quia cõmouentur poteſtates Chriſtianæ, contra diſsipatores eccleſiæ deteſtandos. Sed ſi non cõmouerẽtur, quomodo redderent rõnem de Imperio ſuo Deo? Intendat charitas ueſtra quid dicã, quia hoc pertinet ad reges ſeculi, ſcilicet Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam g uelint matrem h ſuam eccleſiam habere unde ſpiritualiter nati ſunt. & paulò poſt. Nabuchodonoſor rex decreuit dicens: quicunque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrac, Miſac & Abdenago, in interitu erunt, & domus eorum in diſperſione. Ecce Danie. 3. quomodo rex alienigena ſæuit, ne blaſphemetur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de camino ignis liberare. & tamen nolunt ut ſæuiant reges Chriſtiani: quia Chriſtus exſufflatur, à quo non tres pueri, ſed totus orbis terrarum cum ipſis regibus à gehennarum igne liberatur. & infrà.

Quomodo ergo iſti reges non moueantur, qui non tantũ tres pueros attendunt liberatos de flãma, ſed ſeipſos de flamma gehennæ, quando uident Chriſtum à quo liberati ſunt, ex ſufflari i Chriſtianis, quando audiunt dici Chriſtiano: dic te nõ eſſe Chriſtianum? Talia facere uolũt, ſed talia pati nolunt. Nam uidete qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas, affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & tẽporales [a] ſe perpeti conqueruntur.

Itẽ cõtra Petilianũ. †

Eccleſia hæreticos ratione perſequitur.

CAN. XL.

Qvi peccat, non peccat legis [b] authoritate, ſed contra legis authoritatẽ. Qui uerò interrogas quæ ſit ratio perſequendi: uicisſim te interrogo, cuius ſit uox in pſal. dicentis, Detrahentem [c] ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Quære itaq; cauſam, & modum perſecutionis, & noli tanta imperitia malorũ generaliter perſecutiones reprehendere: non enim perſequimur uos, niſi quemadmodũ ueritas perſequitur falſitatẽ.

Item Petilianus dixit: Si [d] apoſtoli perſecuti ſunt aliquem, aut aliquẽ tradidit Chriſtus? Auguſtinus reſpondit, Posſem quidem dicere ipſum Satanam omnibus malis hominibus eſſe peiorem: cui tamẽ tradidit [e] Apoſtolus hominem in interitum carnis, ut ſpiritus ſit ſaluus in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Item alios de quibus dicit: quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare. Et dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores: ubi etiam connexũ eſt teſtimonium ſcripturæ dicentis: Zelus [f] domus tuæ comedit me. Ecce inuenimus Apoſtolum traditorẽ, [g] Chriſtum perſecutorem. Poſtremò quare per uiolentisſimas turbas etiam ultrò improbi eſtis eccleſijs catholicis, ubi potueritis aduertere quòd innumerabilibus exemplis, [h] res ipſa indicat? Sed dicitis uos loca ueſtra defendere, & reſiſtitis fuſtibus & cædibus quibuſcunque potueritis. quare non audiſtis ibi uocem domini dicentis: Ego autem [i] dico uobis, [k] nolite reſiſtere malo? [l] † Aut ſi fieri poteſt, ut aliquando rectè per uim corporalem reſiſtatur uiolentis, nec ideo præceptum uioletur, quod audiuimus [m] à domino: Ego autem dico uobis nolite † reſiſtere malo: cur nõ etiam hoc fieri poteſt ut per ordinatas & legitimas poteſtates [n] † de ſedibus, quæ illicitè uſurpantur, uel ad iniuriã Dei retinentur, pius expellat impium, & iuſtus iniuſtum? neque enim eo modo [o] perſecutionem paſsi ſunt pſeudo prophetæ ab Helia, † quomodo ipſe Helias à rege [p] nequisſimo, aut quia flagellatus eſt dominus à perſecutoribus, propterea pasſionibus eius comparandi ſunt, quos ipſe de templo flagellatos eiecit. Reſtat ergo ut nihil aliud requirendum eſſe fateamini, niſi utrùm iuſtè an impiè uos ſeparaueritis à communione orbis terrarum. Nam ſi hoc inuentum fuerit, quod impiè feceritis, non miremini ſi non deſunt miniſtri Dei, per quos flagellamini: quia perſecutionem patimini non à nobis, ſed (ſicut ſcriptum eſt [q]) ab ipſis factis ueſtris. & infrà. De perſecutione ueſtra querela ſedabitur, ſi cogitetis prius & intelligatis non omnem perſecutionem eſſe culpabilem. Alioqui uero non laudabiliter diceretur: Detrahentem ſe-

a Temporales. Vides ergo quòd hæretici ſunt occidendi primo tamẽ ſunt admonendi. ſ.c. nõ inuenitur. in fine. & ſ. quæſt. v. ſi audieris. Qualiter ſit cogendus, dixi xxiiij. quæſ. j. quæ domus. in fine.

b Qvi peccat. Legis. Simile xiiij. quæſt. v. dixit. argu. contra. xxxiij. q. v. noluit.

c Detrahentem. q. d. manifeſte uos poſſumus perſequi, non latenter.

d Si. Id eſt, an.

e Tradidit. Sicut nos tradimus hæreticos principibus.

f Zelus. Zelus hic põt poni in bona uel mala ſignificatione.

f Zelus. i. indignatio quam habui erga eos pro domo tua, & quia dehoneſtabãt templum tuum, j. q. iij. ſaluator. uer. penſandũ. Vel zelus .i. amor quẽ habui ad templum, comedit me. i. fuit mihi cauſa inuidiæ propter quã occiderunt me.

g Traditorẽ. i. tradentem. Ioan.

h Exemplis. Multa habes exempla, ubi Chriſtus fuit perſecutus aliquos, ut ſ ca. c. nimium. & diſplicet.

i Ego autem. Talis eſt ſenſus huius literæ: hæretici obijciebant Auguſtino, quod eccleſia eos perſequeretur contra præceptũ domini, qui dixit: Nolite reſiſtere malo: aut ſi fieri poteſt &c. eãdem authoritatẽ retorquet Auguſtinus in eos: quia ipſi contra hoc faciebant, cũ ipſi cædibus & fuſtibus reſiſtebãt. Sed ad hoc ipſi reſpõdebãt, quia hoc faciebãt ſine offenſione huius præcepti defendendo ſe & ſua. Dicit ergo Augu. quod multo magis per legitimas poteſtates posſumus eos repellere de ſuis ſedibus.

k Dico uobis. Id eſt, in uos idem retorqueo.

l Malo. Id eſt, per malum.

m Quod audiuimus, ut ipſi dicunt.

n Poteſtates. Vult ergo Auguſt. quod qui authoritate iudicis expellit aliquem à posſesſione ſua, quod iuſte posſideat. ſic ff. de acquirẽ. poſ. iuſte. ff. quod met. cã. l. iij.

o Eo modo. Quia Helias iniuſte, & illi iuſte. ĩ. ea. §. ſed obijcitur.

p A rege. Scilicet Achab.

q Sicut ſcriptum eſt. in libro ſapientiæ. c. iij. in fine.

Secreto.

† ca. 79. lib. 2. contra literas Petiliani.

Zelus domus tuæ comedit me, qualiter exponit.

Pſal. 100.

Hæreticis reſiſtendum eſt. Argu. quod perſeq. ſi debeãt cũ dixerit dominus, nolite reſiſtere malo.

1. Co. 5. b

Ioan. 2. c

Pſal. 68.

Mat. 5. f

† Sẽper ſpectandũ eſt quod & quatenus ſpectat ad gloriã dei ut dixi in trac. uſur. q. 2.

† al. non reſiſtere malo.

[redacted]

† Adde quod hæc propoſitio, ab, ponitur hic pro poſt. ſim. eſt gl. l. neminẽ. C. de dec. libr. x.

Ibidem.

creto[a] ꝓximo ſuo, hūc perſequebar. Nā & quotidie uidemus filium de patre tanquam de perſecutore ſuo conqueri,[b] & coniugem de marito, & ſeruum de domino, & colonum de poſſeſſore, & reum de iudice, & militem uel prouincialem de duce uel rege: cùm illi plerunque ordinatiſsima ꝑtāte homines ſibi ſubditos per terrores leuium pœnarū à grauiorib. malis prohibeant atque cōpeſcant: plerunque autē à bona uita & bonis factis minando & ſæuiēdo deterreant. Sed cùm à malo & illicito prohibeant, correctores & conſultores ſunt. Cùm autem à bono & licito, perſecutores & oppreſſores ſūt: ſed culpantur etiam, qui prohibent à malo, ſi modum peccati modus[c] correctionis excedat.

Idē in epiſtola ad Vincentium.[†]

A regibus terræ contra inimicos ſuos auxilium petat eccleſia.

CAN. XLI.

NOn inuenitur[d]. exemplū in euāgelicis & apoſtolicis literis, aliquid petitum a regibus terræ pro eccleſia[e] cōtra inimicos eccleſiæ. Quis negat non inueniri? ſed nondum implebatur illa prophetia: Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Adhuc enim implebatur illud, quod in eodē pſalmo paulò ſuperius legitur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unū, &c. Veruntamē ſi facta prætea rita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorū: in rege illo qui appellabatur Nabuchodonoſor,[f] utrunq; tempus præfiguratū eſt: & quod ſub apoſtolis habuit, & quod nūc habet eccleſia. Temporibus itaque apoſtolorum & martyrum, illud implebatur quod figuratum eſt, quando rex memoratos pios & iuſtos cogebat adorare ſimulacrum, & recuſantes mittebat in ignem. Nunc illud impletur, quod paulò pòſt in eodē rege figuratum eſt cum conuerſus ad adorandum Deū uerum, decreuit in regno ſuo, ut quicunque blaſphemaret Deum Sydrac, Miſac, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Dani. 3. Prius ergo tempus illius regis ſignificabat priora tempora regum infidelium, quos patiebātur[g] Chriſtiani pro impijs. Poſterius uerò tēpus eiuſdem regis ſignificabat tempora regum fidelium quos patiuntur impij ꝓ Chriſtianis. Sed planè in eis qui ſub nomine Chriſti erant ſeducti à peruerſis, ne fortè oues Chriſti ſint errantes, ideo ad gregē aliarum reuocandæ ſunt, & tēperata ſeueritas & magis manſuetudo ſeruatur, ut coerctione exiliorum atq; damnorū admoneantur conſiderare, quid & quare patiantur, & diſcant præponere rumoribus[h] & calumnijs hominum ſcripturas quas legunt. Quis enim noſtrum uel quis ueſtrum, non laudat leges ab Imperatoribus datas, aduerſus ſacrificia[i] paganorum? et certè lōgè ibi pœna ſeuerior conſtituta eſt. Illius quippe impietatis capitale ſupplicium conſtitutū eſt. De uobis autem corripiendis atque coercendis, habita ratio eſt, qua potius[k] admoneremini ab errore diſcedere, quàm pro ſcelere puniremini.

Item eiuſdem ad Bonifa. comitem.[†] [†] epi.

Malos eccleſia iuſtè perſequitur.

CAN. XLII.

SI eccleſia[l] uera eſt, ipſa eſt quæ perſecutionē patitur, & nō quæ facit. Quæratur ab Apoſtolo quā eccleſiam ſignificabat Sara qn̄ perſecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrē ueram cæleſtem Hieruſalem, id eſt, uerā Dei eccleſiā in illa muliere dicit eſſe figuratam quæ affligebat ancillā. Gal. 4. Si aūt melius[m] diſcutiamus, magis illa perſequebatur Saram ſuperbiendo,

---

Marginal notes:

[†] Re no. 3. ea. ſi eccleſia. ibi uideas.

Prælatus modū corrigēdi excedens deponi pôt.

[a] alias, perſecutiōe.

[†] epl. 48.

Potius quē que prius ſignificat.

Pſal. 2

Sara pſequebatur ancillam. Ibidem

[a] Secreto. Id eſt, in abſentia.

[b] Conqueri. Secundū canones ergo filius poteſt conqueri de patre, ut no. ij. qō. vij. quæritur.[†]

[c] Modus ſi enim ꝑlatus excedit modū in corrigendo deponi poteſt: ut xlv. diſtin. cum beatus. non tamen propter hoc debet petere ueniam à ſubditis, quos correxit: ut lxxxvj. diſt. qn̄ Io.

[d] NOn inuenitur. hæc ſūt uerba hæreticorū.

[e] Pro eccleſia. Paulus tamē in ſua perſona[a] petijt, ut ī. q. iij. Maximianus.

[f] Nabuchodonoſor. ī. diſtinct. ix. capitulo j.

[g] Patiebātur. Tūc temporis perſequebantur impij chriſtianos: modo econuerſo fit.

[h] Rumoribus. Argum. quod propter rumores non ſit aliquis cogendus ad expurgationem, ut xj. q. iij. in cunctis. extra de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ ſuper eo.

[i] Sacrificia. C. de ſacrifi. paga. l. j.

[k] Potius. i. prius. & ſic ponitur hæc dictio potius, extra de ſpon. requiſiuit. bene enim puniuntur hæretici ſi non reſipiſcant, ut ī. eadē. quando uult. in fi.

[l] SI eccleſia. Dicebant hæretici quod eccleſia potius deberet pati ꝑſecutionē quā facere. quod improbat Augu. exemplo Saræ, quæ ſignificat eccleſiā quæ perſequebatur ancillam. Item probat authoritate illa, Perſequar inimicos, & comprehendam illos, &c. ſecundo dicit, quandam perſecutionem iuſtam quandam iniuſtam.

[m] Melius. Propriè dicitur, perſequi quis ad malum perſequi...

...tur, ut ī. eadē q. v. non uos. & ideo dicit, melius, id eſt, ſubtili⁹. uidetur tamen ex loco iſto, quod dominus

quàm Sara illam coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam, iſta imponebat ſuperbæ diſciplinam. Deinde quæro ſi boni & ſancti uiri nemini faciũt perſecutionem; ſed tantummodo patiuntur, cuius putant in Pſal. uocem eſſe, ubi legitur: Perſequar inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Ergo ſi uerum dicere uel agnoſcere uolumus, eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt [a] eccleſiæ Chriſti impij. Iſta nanque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter iuſtitiam, illi uerò miſeri, qui perſecutionẽ patiunẽ pp iniuſtitiã. Proinde iſta perſequitur diligendo illa ſæuiendo. Iſta ut corrigat, illa ut euertat. Iſta ut reuocet ab errore, illa ut præcipitet in errorem. Quod autem dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiſſe à regibus terræ Apoſtolos talia, non conſiderant aliud fuiſſe tunc temporis, & omnia ſuis conuenire temporibus. [b] Quis .n. tunc in Chriſtum crediderat Imperator? Quis enim pro pietate contra impietatem leges ferendo ſæuiret? tũc enim adhuc illud propheticum implebatur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Nondũ enim agebatur, quod paulò pòſt in eodẽ Pſal. dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges domino ſeruiunt in timore, niſi ea, quæ contra domini iuſſa fuerint, religioſa ſeueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim ſeruit, quia homo [c] eſt, aliter quia rex eſt. Quia homo eſt, ſeruit uiuendo fideliter. Quia rex eſt, ſeruit leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti uigore ſanciendo.

Pſal. 17. — Pſal. 2. — Ibidem.

Idem. †

Exemplo Chriſti mali cogendi ſunt ad bonum.

† In ead. epiſto.

CAN XLIII

QVis nos poteſt [d] amplius amare, quã Chriſtus qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis? Et cũm Petrum & alios Apoſtolos uerbo ſolo euocaſſet, Paulum eccleſiæ ſuæ poſtea magnum ædificatorem, ſed horrendum antè uaſtatorem, non ſolum uoce compeſcuit, uerum etiam poteſtate proſtrauit, atque in infidelitatis tenebris ſæuientem ad deſiderandum lumen cordis, ut ſurgeret, prius cæcitate corporis percuſsit. Si pœna illa non eſſet, non ab ea poſtmodum ſanaretur, & quando apertis oculis nihil uidebat, ſi eos ſaluos haberet, non ad impoſitionem manus Ananiæ, ut eorum aperiretur intuitus tanquam ſquamas, quibus clauſus fuerat, inde cecidiſſe ſcriptura narraret. Vbi eſt, quod iſti clamare conſueuerunt, liberum eſt credere, uel non credere, cui uim Chriſtus intulit, quem coegit? Ecce habent Paulum Apoſtolum, agnoſcãt prius in eo cogentem [e] Chriſtum, & poſtea docentem: prius ferientem, & poſtea conſolantem. Mirum eſt autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui ſolo uerbo uocati ſunt; in Euangelio laborauit: & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios, ut redirent?

Ioã. 10. b — Actu. 9. a

Idem contra Fauſtum. †

Non credulitate, ſed dilectione Moyſes populum flagellauit.

† ca. 79. lib. 22.

CAN. XLIIII.

QVid crudele [f] Moyſes mandauit. aut fecit cum commiſſum ſibi populum ſanctè zelans, uiuo & unico uero Deo ſubditum cupiens, poſtea quàm co-

Exo. 32. g

Dominus quod iniuriã ſeruo ſuo facere nõ poſsit.

minus non poſsit facere iniuriã ſeruo ſuo. ar. ĩ. ea. c. q peccat. in fi. æque. n. punit dñs interficiendo ſeruũ ſuũ ſicut liberũ hominẽ: ut 50. diſt. c. ſi qua fœmina. Et ſic dico ſecũdum canones, qđ filius põt agere cõtra patrẽ. & ecõuerſo: ut ij. q. vij. quærit. ſic põt dici, quod ſeruus põt agere contra dñum de iniuria ſibi facta, ſi ſine cauſa ſæuiat in ipſum dñs, uel ſi immoderate ſæuiat, licet aliud ſit ſecundũ leges. C. de emend. ſeruo. l. unica. Nã & pater agit contra filiũ contumacem: ut C. de pa. pote. l. iij.

Filius contra patrẽ, & ecõuerſo, agere poteſt.

[a] Faciunt. Id eſt, facere debent.

[b] Tẽporibus. Concorda tempora, & cõcordabis ſcripturas: ut ij. q. j. ſi peccauerit. & ex tempore, loco, & perſona debemus cõcordare canones: ut xxix. diſtin. c. j. ij. & iij. ſic. xxxv. q. iij. quod ſcripſi.

Scripturas cõcordabis, ſi tẽpora concordes.

[c] Quia homo. & not. quod aliud facit, quis in eo, quod rex, & aliud facit in eo quod homo. ſic. ĩ. ea. c. duo iſta. ſic extra de elect. quod ſicut. in fin. [t] ff. quod cuiuſ. uni. l. item. ff. quãdo appel. ſit l. j. Ioan.

[t] §. prǽter ea. & c. cũ inter uniuerſas in ſiu. ubi de hoc. & eſt ſi. 16 q. 1. §. ſuperior. iuxta ſinem.

[d] QVis nos poteſt. Si pœna. quaſi dicat, ſi non præceſsiſſet pœna, non eſſet opus liberatione.

[e] Cogẽtem. iſtud quod de Paulo dicitur, ſola diuina uolũtate factum fuit, nam nullus cogitur recipere fidẽ, ſed receptã cogiẽ retinere: ut xlv. diſt. ca. de Iudæis. xxxij. q. j. integritas. H.

[f] QVid crudele. probatur exemplo Moyſi eccleſiam non eſſe crudelem, ſi hæreticos ad ſe uenire compellat.

in uer-

gnouit ad fabricandum & colendum idolum defluxiſſe, mentemque impudicam proſtituiſſe dæmonibus: in paucos eorū uindicans gladio, quos Deus ipſe, quem offenderant alto & ſecreto iudicio feriendos uoluiſſet, mox feriri, & in præſenti ſalubriter terruit, & diſciplinam in poſterū ſanxit? Nam cū nulla crudelitate, ſed magna dilectione feciſſe quod fecit, quis nō in uerbis [a] eius agnoſcat orantis pro peccatis eorum, & dicentis: Si dimittis illis peccatum, dimitte: ſinautem, dele me de libro uitæ? Sic planè & Apoſtolus nō crudeliter, ſed amicabiliter tradidit hominem Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus eius ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti: tradidit & alios, ut diſcerent nō blaſphemare.

Item. Innocen. papa. †

Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormēta exercēt, aut capitalē ſententiā ferunt.

CAN. XLV.

Q Væſitū eſt [b] etiā ſuper ijs, qui poſt baptiſmum adminiſtrauerūt, aut tormenta [c] ſæua exercuerunt, [d] aut etiā capitalem protulerunt [e] ſententiā. Nihil [f] de his legimus à maioribus diffinitum. meminerāt enim à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter uindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſterio eſſe datū in huiuſmodi uindices: [g] quo modo igitur reprehenderent factum, quod authore [h] Domino uidetur eſſe conceſſum? De his ergo ut hactenꝰ ſeruatum eſt, ſic habeamus: ne aut diſciplinā [i] euertere, aut contra authoritatem domini uenire uideamur. † Ipſis autem in reddenda ratione, geſta ſua omnia ſeruabunt.

Idem ad Toletanum epiſcopum. †

Immunis eſt dictator à culpa, cum legum authoritas in improbos exercetur.

CAN. XLVI.

I Llud etiam ſciſcitari uoluiſti, an preces dictantibus [k] liberū concedatur utique poſt baptiſmi regenerationem a principibus poſcere [l] mortem alicuius, uel ſanguinem de reatu, quam rem principes nunquam ſine cognitione concedunt, ſed ad iudices [m] commiſſa ipſa uel crimina ſemper remittunt: ut cauſa ipſa cognita, uindicent: qui cùm quæſituri fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum authoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

Item Gregorius Brunichildæ † reginæ Francorum.

In correctione malorū Deus omnipotēs placatur.

CAN. XLVII.

S I quos igitur uiolentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures, uel alijs prauis actibus ſtudere cognoſcitis, Deum Deorum correctione placare feſtinate: ut per uos flagellum [n] perfidarum gentium, quod (quātum uidemus) ad multarum nationum uindictam excitatum eſt, non inducat: ne ſi (quod non credimus) diuinæ ultionis iracundia ſceleratorū fuerit actione commota, belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis uiā Dei præcepta non reuocāt.

Item Gennadio patricio & Hexarcho aphricæ. †

Eccleſiaſticæ religionis inimici etiam bellis ſunt coercendi.

CAN. XLVIII.

S Icut excellentiam ueſtram hoſtilibus bellis in hac uita dominus uictoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis eccleſiæ eius omni uiuacitate mentis & corporis obuiare, quatenus eius ex utroq; triumpho magis ac magis eniteſcat opinio: cum & forenſibus bellis aduerſarijs catholicæ eccleſiæ pro Chriſtiano populo uehementer obſiſtitis, & eccleſiaſtica

a In uerbis. argu. ex antecedentibus probari ſequentia. ſic. ſ. xviij. diſtinct. peruenit. xxxiiij. q. j. cum per bellicam xliij. diſt. ſit rector. ff. delega. j. ſi ſeruus plurimum. in fine.

b Q Væſitum eſt utrum peccent, &c.

c Aut tormenta. de talibus autē an poſſunt promoueri, habes lj. diſtinctio. in ſumma.

d Exercuerunt. Executores.

e Protulerunt. Vt iudices.

f Nihil. i. non hoc quod peccent, quia re uera non peccant ſi amore iuſtitiæ faciunt: ut ī. ead. q. v. ſi homicidium.

g Vindices. Id eſt, iudices.

h Authore. ſic uigeſimaſexta diſt. ca. deinde. ſimi. xiiij. q. v. dixit.

i Aut diſciplinam. quod faceremus ſi diceremus eos peccare.

I Llud etiam.

k Dictantibus. extra ne cleri. uel mo. ſententiam.

k Dictātibus. i. aſſeſſoribus, quorum officium cōſiſtit in libellis dictandis: ut ff. de offic. aſſeſ. l. j. de hoc enim dubitabatur an aſſeſſor eſſet reus. qui daret conſilia de morte alicuius. uel loquitur de executoribus, uel de notarijs.

l Poſcere. id eſt, de morte poſtulata conſilium dare.

m Sed ad iudices. Hic habes, quōd gladij poteſtas delegatur, quod eſt cōtra id. ff. de offi. procō. ſolent. ſecūdum leges non poteſt iudex delegare cauſam criminalem, ſi non poſſit adeſſe: ut ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. ſecundum canones ſecus: ut hic, & ij. q. vij. ſicut. ij. & extra. de offi. dele. uenerabili. præcepit tamen paſſim poteſt delegare cauſam criminalem: ut ff. de teſtib. l. iij. §. idem diuus.

n S I quos. Flagellum. Argu. quod propter negligentiā paſtoris, uel etiam propter peccata aliquorū, mittit Deus flagella: ut vij. quæſt. j. capi. ſciſcitaris.

S Icut excellentiam.

Non

Exo. 32. g

1. Cor. 5. e

1. Tim. 1. d

† Primꝰ, epiſt. 3. ad Exuperiū epm Tholoſanū. ca. 3. in tomo 1. concil. Aſſeſſoris officium.

Vel dic poſcere. i. a principibus poſtulatam infligere. ſic intelligas hoc ca. de iudicibus, ſecundum Laurē. uel dic poſcere. i. deferre, uel denunciare aliquē reū criminis capitalis: quia eis licitum eſt. C. de aſſeſſori. l. quidam. Sed hic nō quęritur an illicitū, ſed an irregularis, & dicit, quod non: ut in præceden. ca.

† Et ſic adhuc poſt annū ſtili 420. ubi non erant nec cenſebantur irregulares, ut etiā patuit i Ambr. non eſt hic erat quæſtio de peccato, ſed de incapacitate ad eccleſiaſtica miniſteria.

† In ead. epiſt. c. 5.

† Quam quia epīs ſuis fauebat excellentiſſimā filiam uocat Greg. epiſ. 5. lib. 7. ibi ad eius petitionē pallium mittit Siagrio epō, & in h. dictæ epiſt. habet hoc cap.

† Quos de cōcilio cōtrahęre ticos cōtra authoritate celebrādo hortatur epiſt. 72. lib. 5.

prælia ſicut bellatores domini fortiter dimicatis. Notum eſt enim hæreticæ religionis uiros, ſi eis (quod abſit) ſuppetit nocendi licentia, contra catholicam fidẽ uehemẽter inſurgere, quatenus hæreſeos ſuæ uenena ad tabefaciẽda (ſi ualuerit) Chriſtiani corporis membra transfundant. cognouimus enim eos contra catholicam eccleſiam domino eis aduerſante, colla ſubigere, & fidem uelle Chriſtiani nominis inclinare: ſed eminẽtia ueſtra conatus eorum comprimat, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Conciliũ uerò catholicorum epiſcoporum admoneri præcipite ut primatem non ex ordine [a] loci poſtpoſitis uitæ meritis faciat, quoniam apud Deũ non gradus elegantior, ſed uitæ melioris actio comprobatur. Ipſe uerò Primas nõ paſsim (ſicut moris eſt) per uillas, ſed in una (iuxta eorũ electionẽ) ciuitate reſideat: quatenus adeptæ dignitatis melioris ingenio, reſiſtendi Donatiſtis poſsibilitas diſponatur. Ex concilio uerò Numidiæ ſi qui deſiderãt ad apoſtolicam ſedem uenire, permittite, & ſi quilibet eorum uiæ contradicere uoluerit uel putauerit, obuiate. Magis igitur profectò excellentiæ ueſtræ apud creatorem gloria proficit, ſi per eam diſperſarum eccleſiarũ potuerit ſocietas reſtaurari. Cùm enim largita munera ad nominis ſui gloriam cõſpicit reuocari, tantò largiora [b] tribuit, quantò per ea religionis ſuæ dignitatem uiderit ampliari. perſoluentes præterea paternæ charitatis affectum, dominũ petimus quòd brachium ueſtrum ad comprimẽdos hoſtes forte efficiat: & mentem eius fidei zelo uelut mucrone gladij uibrantis exacuat.

Idem ad eundem. † epi. 72. lib. 1.

Merito fidei bellorum paratur uictoria.

CAN. XLIX.

SI non ex fidei merito, & Chriſtianæ religionis gratia tanta excellẽtiæ ueſtræ bellicorũ actuum proſperitas eueniret, non miranda [c] fuerat: cùm ſciamus hæc et antiquis bellorũ ducibus fuiſſe cõceſſa: ſed cùm futuras (Deo largiente) uictorias non carnali prouidentia, ſed magis orationib. præuenitis, ſit ut hoc in ſtuporem ueniat, quod gloria ueſtra non terreno conſilio, ſed Deo deſuper largiente deſcendat. Vbi enim meritorũ ueſtrorum loquax non diſcurrit opinio, quæ bella uos frequenter appetere nõ deſiderio fundendi ſanguinis, ſed tantùm dilatandæ cauſa reipublicæ, in qua Deum coli conſpicimus, loquitur, quatenus Chriſti nomen per ſubditas gentes fidei prędicatione circũquaque diſcurreret. Sicut enim exteriora uos uirtutum opera eminentes in hac uita conſtituunt, ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia, in futuram uitam cæleſtium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro paſcendis ouibus beati petri Apoſtolorum principis utilitatibus excellentiam ueſtrã præſtitiſſe didicimus, ita ut non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [d] Dacorum habitatoribus reſtauraſſet. Quæcunque igitur illic Chriſtianiſsima mente confertis, horum retributionem per ſpem in futuro iudicio ſuſtinetis. [e]

8 *Breuiter monſtratum eſt, quòd boni laudabiliter perſequuntur malos, & damnabiliter mali perſequuntur bonos. Illud autẽ Apoſtoli, Tu autem quis es qui iudicas alienum ſeruum? de alieni cordis occultis intelligendum eſt.* Ro. 14. a. *Quòd uindicta inferri poſſit, monſtratum eſt. Nunc reſtat oſtendere à quo uel quod debet inferri, & quòd magis diliguntur illi qui puniuntur, quam qui impuniti relinquuntur, quod utrunq; multorum authoritate probatur.*

Ait enim Auguſtinus. † Imo ſtylus eſt Greg. magni.

Ad iram Deus prouocatur, cùm mala puniri differuntur.

CAN. L.

SI ea, de quibus uehementer deus offenditur, inſequi uel ulciſci differimus [f] ad iraſcendum utique diuinitatis patien-

a Non ex ordine. Nec eſt conſiderandum quis maior ſit in loco uel ordine, ſed quis ſit iuſtior, ut xlv. diſt. non loca. & ca. multi. in fine argum. contra xl. diſtin. cap. ult. & penult. Ioan.

b Largiora. S. xvj. qõ. j. reuertimini. Ioannes.

c SI non ex. Non miranda. Quaſi dicat, hoc eſt mirãdum, quod uictoriam ſolis orationibus obtineatis.

ADDITIO.

Ad idem. lxj. diſtin. miramur. ſed quod hic dicit, poſtpoſitis meritis. ſoluit contrarium: nec enim ad fidẽ, &c. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ſcire. § ultimo. Vel ibi o. cit de dignitate ordinum: hic de celſitudine ſediũ ſeu locorum, ſecundum Io.

d Largitas. i. ibi poſitis.

e Suſtinetis. i. expectatis. Ioan.

Breuiter. Hæc eſt viij. pars qõ. in qua probatur per quatuor authoritates, ꝙ uindicta debet fieri, quia magis diligitur qui punitur, quã qui peccat & nõ punitur. & eſt hic incidens quæſtio. Ioan. de Fantu.

f SI ea de quib. Differimus. ſ. ea. c. ſi is qui. ſ. xxviij. diſt. quia ſunt culpæ.

a Et ſ. 1. q. 7. iudices. & 56. diſ. ſi gẽs. Archid.

Nonne

tiam prouocamus. Nonne Achor [a] filius [b] Zaræ præterijt mãdatum domini, & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit? & ille erat unus homo: atq; utinã ſolus [c] perijſſet in ſcelere ſuo.

Idem Aug. de ſermone domini in monte lib. j. ‡

Vindicta quæ ad correctionẽ ualet, non eſt prohibenda.

CAN. LI.

EA uindicta quæ ualet ad correctionẽ, non prohibetur, quæ etiã ad miſericordiam pertinet: nec impedit illud propoſitum quo quiſque paratus eſt ab eo, quẽ correctũ eſſe uult plura perferre. ſed huic uindictæ inferẽdæ nõ eſt idoneus, [d] niſi qui odiũ quo flagrare homines ſolent, qui ſe uindicare deſiderant, dilectionis manſuetudine ſuperauerit. Nõ enim metuendum eſt, ne odiſſe paruulum filium parentes uideantur cũ ab eis uapulat [e] peccans, ne peccet ulterius, & certè perfectio dilectionis ipſius Dei patris imitanda nobis proponitur, cum in ſequentibus dicit: Diligite inimicos ueſtros: benefacite ijs, qui oderunt uos, & orate pro ijs, qui uos perſequuntur. Et tamen de ipſo dicitur per prophetã: Quem enim diligit dominus, corripit. Flagellat autem omnem filium quẽ recipit. Dicit & Dominus: Seruus qui neſcit uoluntatem domini ſui, & facit non digna, plagis uapulabit paucis. [f] Seruus aũt qui ſcit uoluntatem domini ſui, & facit non digna, uapulabit plagis multis. Non ergo niſi ipſe uindicet, cui rerum ordine poteſtas eſt data, & ea uoluntate uindicet, qua pater paruulum filium flagellat: quem tamen per ætatem non poteſt odiſſe. [g] Hic autẽ apertiſsimũ exemplum datur, quo ſatis apparet poſſe peccatum amore potius uindicari, quàm impunitum relinqui, ut illum quem uindicat, non pœna miſerũ, ſed correctione beatum eſſe uelit: paratus [h] tamen ſit (ſi opus eſt) æquo animo plura tolerare ab eo illicita quem uult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coercendi, ſiue non habeat. Magni autem & ſancti uiri, quanquam optimè ſcirent mortem iſtam quæ animam diſſoluit à corpore, formidandam non eſſe, ſecũdum tamen eorum animum, qui illam timerent, [i] nonnulla peccata morte punierunt, quo & uiuentibus utilis metus incuteretur: & illis qui morte puniebantur, non ipſa mors noceret, ſed peccatum, quod augeri poſſet ſi uiuerent, diminueretur, [k] non temerè illi uindicabant, quibus tale iudicium Deus donauerat. 3. Re. 18 Inde eſt, quòd Helias morte multos affecit propria manu & igne diuinitus impetrato: quod & alij multi & magni uiri eodem ſpiritu conſulẽdo rebus humanis non temerè fecerunt. 4. Re. 1. d De quo Helia cùm exemplum dediſſent diſcipuli commemorantes quid ab eo factum ſit, ut etiam ipſis daret poteſtatem petendi de cælo ignem ad conſumendum eos qui ſibi hoſpitium non præbuerant: reprehendit dominus in eis nõ exemplum prophetæ ſancti, ſed ignorantiã uindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos non amare correctionem, ſed odio [l] deſiderare uindictam. Itaq; poſtea, quam docuit eos, quid eſſet diligere proximum tanquam ſeipſum, infuſo etiam ſpiritu ſancto, quẽ decem diebus cõpletis poſt aſcenſionẽ [m] ſuam deſuper (ut promiſerat) miſit: non defuerunt tales uindictæ, quamuis multò rarius quàm in ueteri teſtamento. Ibi ex maiori parte ſeruiẽtes timore premebantur: hic autem maximè dilectione liberi nutriebantur. Nam & uerbis Apoſtoli Petri Ananias & uxor eius (ſicut in actib. Apoſtolorũ legimus) exanimes ceciderunt: nec reſuſcitati ſunt, ſed ſepulti. Actu. 5. a

Item Auguſtinus contra Creſconium Grammaticum lib. vj. † † 3. to. li. 3. c. 50.

Quæ ueritati contraria ſunt, Chriſtiani perſequi debent.

Ioſue. 7. d — a Nonne Achor. ſ. j. q. iiij. §. itẽ peccato Achor.

b Filius. i. nepos.

c Solus. Negatiue exponitur. i. utinam non perijſſent plures. ſi. j. q. j. iudices. [1] Arg. tñ contra: quia uidetur quod potius debuit parcere nocẽti, quã punire innocẽtem, propter nocentem, ut xiiij. q. v. denique. ff. de pœnis. l. abſentem.

1 et 26. q. 5. epiſcopi.

‡ tomo j.

E A uindicta.

d Idoneus. Argu. quod nullus poteſt eſſe iudex, niſi habeat charitatẽ & manſuetudinẽ. xlv. diſt. diſciplina

e Vapulat. ſ. qõ. v. non omnis.

f Paucis. Quædam enim ignorãtia pro parte excuſat, pro parte non, ut xxx. q. j. de his. ſ. diſtin. viij. conſuetudo.

g Odiſſe. Cũ puer nõ poteſt odio haberi, non poteſt ut ingratus exhæredari, ut C. de inoffi. teſta. ſi quis in ſuo.

h Paratus. ſ. e. qõ. j. paratus.

i Timerent. ergo quæ pœna magis timetur, illa eſt magis infligenda, ſiue ſit pecuniaria, ſiue corporalis: ut xvj. q. vj. cognouimus. & cap. de lapſis. & j. ea. q. v. prodeſt. & expreſſè dicitur extra ut lit. non cõteſta. quoniam frequenter. in fine.

Mat. 5. g

k Diminueretur. quoſdã enim Deus rapit de medio, ne malitia mutet intellectum eorum, ut j. de pœn. diſt. iiij. §. uerum hoc.

Prou. 3. b

l Sed odio. ſ. e. q. c. quod Chriſtus. Contra.

m Poſt aſcenſionem. illud poſt, potius includit diem aſcenſionis, quàm excludit. nam alias non eſſent decem dies, niſi dies aſcenſionis cõputaretur. lxxvj. diſtinc. cap. ſicut.

Luc. 22. f

Quiſquis.

a Quiſquis. Verba Creſconij.
b Inimicus. Supra lxxxvj. diſtinctio. odio. ſ. ea. quæſt. duo iſta.
c Debet. Hominem. Argu. quod cum pecunia poſſum⁹ aliquos allicere ad fidem: ut ĩ.ead. quæſtio. vij. quod autem. & ſ. xlv. diſtin. qui ſyncera. ſub tali enim conditione poſſumus aliquam ducere in uxorem, ut fiat Chriſtiana. xxviij. quæſ. j. caue. & nõ oportet. & poſſumus eos grauioribus penſionibus onerare, ut conuertãtur. ĩ. ea. quæſ. vj. iam uero. quod ſatis admitti poteſt. & ſic in talibus ſpiritualibus licite ſit pactio, ubi agit̃ de cõuerſione alicui⁹ ad fidem. & ſic non obſtat. j. q. ij. quam pio. Ioannes.

† epi. 52.

Pactio qñque licite ſit i ſpiritualibus.

Quod autẽ. Hęc quõ diuiditur in ſeptem partes in prima intendit probare per vj. authoritã. quod eccleſia pro eis debet intercedere. Secunda ibi, Hinc apparet. Tertia ibi, Scipio. Quarta ibi, Miles. Quinta ibi, ipſis autem. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Nõ ſolum. Ioã. de Fant.

d Quod autem. Nulli, licet occidere, niſi habeat poteſtatẽ gladij: nec tũc licet niſi cũ hoc facit amore iuſtitiæ: ut ſ. q. prox. c. uindicta et j. e. ca. miles. Item ſi ſpes eſt correctionis, nõ debet occidere: ſed ſi non eſt ſpes correctionis, poteſt occidere, uel reddere eum inutilem ad malefaciendum, ut ſuprà. qõ. proxi. eſt iniuſta. infra ea. c. rex debet. ſi autẽ paratus ſit corrigi

Occidere an alicui ſit permiſſum.

CAN. LII.

Quiſquis a Chriſtianus iniquũ non perſequitur, Chriſti eſt inimicus. b Verũ dicis, ſi non hoc in illo perſequitur, quod Chriſto eſt inimicum. Neq; enim dominus in ſeruo, pater i filio, maritus in coniuge (cùm ſint utriq; Chriſtiani) nõ debent perſequi niſi uitia Chriſtianæ contraria ueritati. An uero ſi nõ perſequantur, non rei negligentiæ meritò tenebuntur?

Item Auguſtinus ad Macedonium. †

Quemadmodum homo debet diligere proximũ, ſicut ſeipſũ.

CAN. LIII.

Debet homo diligere proximum ſuum ſicut ſeipſum, ut quẽ poterit hominẽ c beneficentia, cõſultatione, uel informatione doctrinæ uel diſciplinæ coerctione adducat ad colendũ Deũ.

Item Auguſtinus ad Donatum presbyterum.

De eodem.

CAN. LIIII.

Mali ſunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum.

Ex his omnib. colligit̃, quod uindicta eſt inferenda nõ amore ipſius uindictę, ſed zelo iuſtitiæ, non ut odium exerceatur, ſed ut prauitas corrigatur. Sed cùm uindicta aliquando inferat̃ damnis rerũ, aliquãdo flagellis, aliquãdo etiam morte, quæritur an ſit peccatum iudici uel miniſtro reos morti tradere?

QUAESTIO V.

Quòd autẽ d nulli liceat aliquẽ occidere, illo præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit dicens, Non occides. Itẽ in euangelio, Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.

Itẽ Aug. ad Marc. comitẽ, de Donatiſtis captis. †

Mali nõ ſũt iterficiẽdi, ſed flagellis emẽdandi. CAN. I.

Circũcelliones illos & clericos partis Donati, quos de Hyponẽ ſi ciuitate ad iudiciũ pro factis eorũ publicæ diſciplinæ cã deduxerat, à tua nobilitate cõperi auditos, & plurimos eorũ de homicidio qđ in reſtitutum e presbyterum catholicũ cõmiſerũt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effoſſo, & de digito pciſo fuiſſe cõfeſſos, f unde mihi ſolicitudo g maxima incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tãta legũ ſeueritate cẽ plectẽdos ut qualia fecerunt, talia patiant̃. Ideoq; his literis obteſtor fidẽ tuã, quã habes i Chriſto, per ipſius domini noſtri miſericordiã, ut hoc non facias, h nec oino fieri permittas. quamuis enim ab illorũ interitu i diſsimulare poſſemus, q̃a nõ accuſantib. noſtris, ſed illorum k notarijs, l ad quos tuendæ publicæ pacis uigilãtia ptinebat præſentati uideãtur examini, nolumus tamẽ paſsiones ſeruorũ m Dei, quaſi in

nec occidi debet, nec debilitari i mẽbris: ut hic, & ĩ. e. c. j. ij. & iij. & hæc uera ſunt quod iudex ſolus põt occidere, niſi ſint aliqui nocturni depopulatores agrorũ, uel ſint latrones in publicis ſtratis, quos quilibet poteſt occidere, ut C. quãdo licet unicuique ſine iudi. ſe ſpĩn uind. l. j. & ſ. q. iij. fortitudo. uel niſi defendendo ſe, occidat aliquẽ: extra de homic. c. ij. circa fi. ĩ. e. ca. cum homo. Hugo.

Exo. 20. b Mat. 26. e

e Circuncelliones. Reſtitutum. Propium nomen.

† epi. 159. ad Marcel. tribunum.

f Confeſſos. Coram laico. & ſic eſt contra extra de iudi. at ſi clerici. in fine. ſed iſti propter hæreſim ſunt facti de foro eius.

g Solicitudo. quia eos accuſauerat, licet non ex nomine unde timuit qđ eſſet reus mortis ipſorum, ut ĩ. ea. c. unum in fine.

h Non facias. Argumen. quod in criminibus poteſt iudex pœnam temperare. Arg. contra. ij. q. iij. §. notandum.

i Interitu. Argu. quod iudex ſecularis poteſt corrigere clericos incorrigibiles, ut ĩ. e. c ſi audierit. extra de ſenten. excom. perpendimus.

k Sed illorum. Iudicum.

l Notarijs. i. officiarijs. qui deferũt crimina iudicibus, ut iiij. q. iiij. §. aliquando. ſicut teſtes ſynodales deferunt crimina epiſcopis. xxxv. quæſtio. vj. epiſcopus.

m Seruorũ. i. quas patiunt̃ ſerui Dei.

i Hoc nõ habet̃ ex tex. vñ dicebat Goffre. q̃ iſti accuſati ſunt à notarijs curię. & hoc denotatur uer. ideoque. ibi quia non accuſantibus nr̃is, &c.

[redacted]

ADDITIO.

Vel dic quod ſeruos Dei eos uocat, quia iã egerãt pœnitentiam, ut j. c. proxi. ſecũdum ſe

alienæ partis ſupplicijs uindicari: non quod ſceleſtis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, ſed hoc magis ſufficere uolumus, ut uiui, & nulla parte corporis trûcati, [a] uel ab inquietudine inſana ad ſanitatis otiû legum coërcitione dirigantur, uel à malignis operibus alicui utili operi deputentur. uocatur quidem & iſta damnatio: [b] ſed quis nô intelligit magis beneficiû, quâ ſupplicium nuncupandû, ubi nec ſæuiendi relaxatur audacia, nec pœnitendi ſalutaris medicina ſubtrahitur? imple Chriſtiane iudex, pij patris officiû. Sic ſuccenſere [c] iniquitati memineris ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciſcendi libidinem, ſed peccatorû uulneribus curandi adhibeas uoluntatem. Noli perdere paternam diligêtiam, quam in ipſa inquiſitione [d] ſeruaſti, quâdo tantorum ſcelerum confeſſionem nô extêto aculeo, † non ſulcantib. ungulis, non urentibus flammis, ſed uirgarum uerberibus eruiſti, qui modus coërctionis, & à magiſtris [e] artium liberaliû, & ab ipſis parentibus adhibetur: ut ſæpe etiam in iudicijs ſolet ab epiſcopis [f] adhiberi. Noli ergo atrocius uindicare, quod leuius inquirendi, quàm puniendi maior neceſsitas eſt. Ad hoc enim & mitiſsimi homines facinus admiſſum diligenter atque inſtanter examinare debent, ut quib. parcant inueniant.

Item Marcelliano. †

Præter ſupplicium mortis, rei ſunt puniendi.

CAN. VI.

POena [g] illorû quāuis de tantis ſceleribus cô̄feſſorum rogo te, ut præter ſuppliciû mortis ſit, propter conſcientiam noſtram, & propter catholicam manſuetudinem commendandâ. Ipſe enim fructus ad nos peruenit confeſsionis illorum: quia inuenit catholica eccleſia ubi erga atrociſsimos inimicos ſeruet atq; exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate quæcunq; præter ſanguinem uindicta proceſſerit, magna lenitas apparebit. Quod & ſi modò quibuſdâ ueſtris illa atrocitate cômotis uidetur indignû, & quaſi diſſolutionis & negligêtiæ ſimile, tranſactis [h] tñ motibus aiorum (qui recentiorib. factis ſolent turbulentius excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

Item donato. †

Mali prohibendi ſunt à malo, et cogendi ad bonû.

CAN. III.

VNum ſolùm eſt, quòd in tua iuſtitia pertimeſcimus: ne fortè quoniâ quicquid mali contra Chriſtianâ ſocietatê ab hominibus impijs ingratiſq; committitur, profectò grauius eſt & atrocius, quâ ſi in alios cômittatur, tu quoq; pro immanitate facinorum, ac nô potius pro conſideratione lenitatis Chriſtianæ cenſeas coercendû. Quod te per Ieſum Chriſtû ne facias obſecramus. Et paulò pòſt. Ex occaſione terribilium iudicû & legû, (ne æterni iudicij pœnas luant) corrigi eos cupimus, nô necari, nec diſciplinam circa eos negligi uolumus, nec ſupplicijs, quib. digni ſunt, coerceri. Sic ergo eorum peccata compeſce, ut ſint quos pœniteat peccaſſe. Et paulò pòſt. Proinde ſi occidendos in his uiros putatis, deterrebitis nos, ne per operam noſtram [i] iudicium tale quidem perueniat, quo comperto in noſtram perniciem licentiori audacia graſſabuntur, neceſsitate nobis im-

† epi. 2

---

[a] Et nulla parte corporis trunca. & 5. q. proxi. eſt in ſta. contra. ſed hic de corrigibilibus, ibi non.

[b] Damnatio. Nota iudices poſſe remittere pœnam. ſic xxij. quæſt. iiij. Innocens.

[c] Succenſere. Id eſt, iraſci.

[d] Inquiſitione .i. per inquiſitionem criminum.

Magiſter et pater clericum uerberantes, nô incidunt in canonem.

[e] Et à magiſtris. magiſtri non incidunt in canonem uerberando clericos cauſa diſciplinæ. extra de ſentê. excômu. ſuper eo. duntamen non nimiû ſæuiant in eos, ut ff. ad l. Aquil. præceptoris. quibus autem liceat alios caſtigare, habes 5. e. q. iiij. duo iſta. vij. quæ. j. ſicut. datur autê iſta poteſtas patri in filiû clericû, quouſq; ſacrum ordinem receperit, licet tamen ordo non liberet à patria poteſtate: ut liiij. diſt. ſi ſeruus. ij. unde maiorem poteſtatê habet magiſter in diſcipulû, quam pater in filiû, cum magiſter adhuc poſt ordinê habet eum in poteſtate, per illam decre. ſuper eo. extra eo. cum uoluntate.

† alias, equuleo.

Epiſ nec per ſe nec per ...

[f] Ab epiſcopis: nô tamê manibus proprijs hoc facere poteſt, ut lxxxvj diſt. non liceat. nec per laicû poteſt hoc facere, ſed per clericum, ut extra de ſent. exco. uniuerſitatis. Eſt ergo hic argu. quod iudex eccleſiaſticus uirgis poteſt punire, & quòd clerici uirgis poſſunt puniri, ut v. quæſt. v. illi qui. & xlv. diſtin. cum beatus. Ioan.

De hoc etiam no. 5. ca. q. 7. his à quibus. in gl. uirgis tamen, &c.

[g] POena. Hic dicitur quòd propter tria parcendû ſicariis, cum quia uident eccleſiam læ... ... etiam ſi ad denunciationê ſuam iſti occidantur, tum propter ſpê correctionis, tû propter manſuetudinê eccleſiæ.

† epi. 158

[h] Tranſactis. Arg. quòd executio ſententiæ in cauſa ciuili uel criminali differenda eſt. xj. quæ. iij. cum apud. Arg. contra. ij. q. j. ſicut.

VNum ſolû.

[i] Per operam noſtram, id eſt, per querelas noſtras. & eſt hic arg. quod ſi iudex ſuſpendit aliquê ad querelâ clerici, quòd clericus non poſsit promoueri, ut 5. ca. proxi. & de pœn. di. j. periculoſe, & extra de exceſsib. præla. ex literis. argu. côtra. 5. quæ. iij. Maximianus. & j. c. non uos. & ff. de bon. lib. qui cum maior. §. j. & eſt expreſſum extra de homic. poſtulaſti. & c. tua. Occidi.

† Ad Macedonium epiſto. 54.

1 Intelligere ergo cũ Bern. hoc c. q. ſi tales capere poſſumus, nõ debemus eos interficere, ut hic dicitur. & hoc not. illa lra, occidẽdos ueſtris iudicijs inferamus. ſecũdum Lau.

Tẽporaliter remunerant aliqui ut puniantur æternaliter.

Ro. 13. a

2 alias, teſtimonium.

3 alias, ſcilicet terreni.

† alias, corrigendæ rei.

a Occidi. ergo & hic pro Hug. qui dicit, quod clericus debeat potius permittere ſe occidi, quam quod ipſe occidat: ut dixi. ſ. ead. q. prima in princ.

b Prodeſt. Et noſtra. Mutuum enim præſtãt ſibi auxilium. j. ea. cap. principes.

c Corrigatur. quaſi dicat, ſiue per uerba, ſiue per pecuniam, ſiue alio modo, nõ refert. ſic. ſ. ea. quæſt. iij. ex uindicta. Io. de Fant.

d Quid ergo. Puniret. ergo hoc de pœnitẽtibus tantũ: ut j. de pœ. diſtinc. iij. §. authoritas. nã quorundam pœna incipit hic, & durat in infinitum: ut j. de pœni. diſt. iij. ignis ſucceuſus eſt. ſicut econuerſo. quãdoq; remunerat aliquos tẽporaliter, ut eos puniat æternaliter: ut xxij. quæſtio. ij. ſi qualibet.

e Falſum eſt. Quaſi dicat, ex quo falſum dixerũt in uno, dicunt ergo & in alijs. & eſt hic argu. quod inſtrumẽtum uel teſtamẽtũ, 2 ſi eſt in uno falſum, ergo in omnibus: ut ſ. diſtin. ix. capi. ſi ad ſacras.

f Non præueniri. Tunc ſententia iudicis præueniretur, ſi quis hic plene puniens eſſet: q a in futuro non puniretur.

g Iudicis. id eſt, Chriſti. 3

h In peccatorem. Non punitum hic ſufficienter.

i Exercendæ. in futuro.

k Iſraelitis. id eſt, Deo Iſraelitarum.

Leuis

pacta: ut etiam occidi a ab eis eligamus potius, quam eos occidendos ueſtris iudicijs inferamus.

Idem Macedonio. †

Quies eccleſiæ principum ſeueritate iuuatur.

CAN. IIII.

PRodeſt ſeueritas ueſtra, cuius miniſterio quies adiuuatur & noſtra b prodeſt interceſsio noſtra, cuius miniſterio ſeueritas temperatur & ueſtra. Non uobis diſpliceat quòd rogamini à bonis: quia nec nobis diſplicet, quod timemini à malis. Nam hominum iniquitatem etiã Apoſtolus Paulus non tantùm iudicio futuro, uerum etiam de præſentibus ueſtris ſecularibus poteſtatibus terruit. aſſerens etiam ipſas ad diſpenſationem diuinæ prouidentiæ pertinere. Omnis (inquit) anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &c. Hæc uerba Apoſtoli utilitatem ueſtræ ſeueritatis oſtendunt. Proinde ſicut dilectionem iuſsi ſunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iuſsi ſunt timẽtibus debere qui terrent. Nihil cupiditate nocendi fiat, ſed omnia conſulendi charitate, & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoris religio contemnatur: quia & plectendo & ignoſcẽdo hoc ſolùm bene agitur, ut uita hominum corrigatur, c Quod ſi tanta eſt peruerſitas & impietas, ut corrigendis reis † nec diſciplinæ nec ueniæ remedia ſuffragentur, ab omni tamen intentione atque conſcientia quam Deus cernit, ſiue ſeueritate, ſiue lenitate, non niſi officium dilectionis impleatur.

PALEA.

HOc tamen intelligendum eſt, de illis quos præſentia 1 ſupplicia in melius commutant, non de illis qui obſtinati ſunt in malo, qui ſi ſemper uiuerent, ſemper peccarent. Quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit. 1

Item Hieronymus in Nabũ prophetã. † — † incommẽtar. c. j.

In præſentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagellentur.

CAN. V.

QVid ergo (ait) contra dominum cogitatis? ipſe qui creauit mundum, & — Gene. 7. 8.
conſummationem eius faciet. Quod ſi uo- — Gene. 16. c
bis uidetur crudelis, rigidus, & cruentus, quòd in diluuio genus deleuit humanum: ſuper Sodomam & Gomorram ignem & ſulphur pluit: Aegyptios ſubmerſit fluctibus, Iſraelitarum cadauera proſtrauit in eremo, ſcitote eum ideo ad preſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret. d Certe aut uera ſunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falſa. Si uera ſunt, quæ de ſeueritate eius uidentur dicere, ipſi dixerunt, Non iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione. Si autem falſa ſunt, & falſum eſt e hoc quod dicitur, Non conſurget duplex tribulatio, falſa eſt ergo & crudelitas, quæ in lege deſcripta eſt. Quod ſi uerum eſt (ut negare non poterunt) dicente propheta, Non iudicabit Deus bis in idipſum
in tribulatione, ergo qui puniti ſunt, poſtea — Nahũ. 1. a ſecundũ aliã literã.
non punientur, Si autem poſtea punientur, ſcriptura mentitur, quod nefas eſt dicere. Receperunt ergo, & qui in diluuio perierunt, & Sodomitæ & Aegyptij, & Iſraelitæ in ſolitudine, mala ſua in uita ſua. Quæret hic aliquis, ſi fidelis depræhenſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat? Aut enim punietur, & falſum eſt hoc quod dicitur, Non iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione. Aut non punietur, & optandũ eſt adulteris, ut impræſentiarum breui & cita pœna cruciatus fruſtrentur æternos. Ad quos rñdebimus, Deum ut omnium rerum, ita ſuppliciorum quoque ſcire mẽſuras, & non præueniri f ſententia iudicis, g nec illi in peccatorẽ h exercendæ i dehinc pœnæ auferri poteſtatem, & magnum peccatum magis diuturnisq; elui cruciatibus. Si quis autem punitus ſit, ut ille in lege, q Iſraelitis k maledixerat, & qui in ſabbato ligna collegerat, tales poſtea non pu-

niri: quia culpa leuis [a] præſenti ſupplicio ſæueritatis compenſata ſit.

Item Gregorius papa.

Qui rei ſunt ſanguinis, ab eccleſia defendi debent.

CAN. VI.

REos [b] ſanguinis defendat [c] eccleſia, † ne effuſione ſanguinis particeps fiat.

2 *Hinc apparet, ꝙ mali flagellis ſunt coercendi, non membrorũ truncatione, uel tẽporali morte plectẽdi. Sed obijcit̃ illud, qđ dñs ait ad Moyſen: Maleficos non patieris uiuere. Itẽ. Qui coierit cũ iumento, morte moriat̃. Adulterij ẽt uel blaſphemiæ crimine notatus, immiſericorditer lapidari iubet̃. Itẽ Moyſes, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit, Samuel etiam Agag pinguiſſimũ regem in fruſta conſcidit. Phinees quoq; Iudæũ cũ Medianita coeuntem gladio transfixit, quod eſt ei reputatum ad iuſtitiã. Similiter nonnulli in ueteri teſtamento inueniũtur trucidaſſe: nec tñ tranſgreſſores legis. ſed defenſores appellantur. Prohibetur ergo illo præcepto [d] quiſq; ſua authoritate in necẽ alicuius armari, nõ legis imperio reos morti tradere. Qui. n. publica poteſtate functus, ipſius legis impio malos perimit, nec illius ꝓcepti trãſgreſſor, nec à cæleſti patria alienus habetur.*

Vnde Auguſt. ad publicolam. †

Ex officio non eſt peccatum hominem occidere.

CAN VII.

DE occidendis hominibus, ne ab eis quiſquã occidat̃, nõ mihi placet cõſiliũ, niſi forte ſit miles [e] aut publica functione teneatur, ut nõ ꝓ ſe [f] hoc faciat, ſed ꝓ alijs, uel ꝓ ciuitate ubi ẽt ipſe eſt, accepta legitima poteſtate ſi eius cõgruit ꝑſonę. [g] Qui uerò repellũtur aliquo terrore, ne mala faciãt ẽt ipſis fortaſſe aliqđ ꝓſtetur. Hinc aũt dictum eſt, Ne reſiſtamus malo, ne uos uindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit̃, nõ tñ ut correctionẽ hominũ negligamus. Vñ [h] nec reus eſt mortis alienæ, q. cùm ſuæ poſſeſſioni murorũ ambitũ circunduxit, aliquis ex ipſorũ uſu percuſſus interijt. Neq;. n. reus eſt [i] Chriſtianus, ſi bos eius aliquẽ feriendo, uel equus calcẽ iacẽdo aliquẽ occidat: aut ideo nõ deberẽt Chriſtianorum boues habere cornua, aut equus ungulas, aut canes dẽtes. An uerò qm̃ Paulus [k] Apoſtolus ſatiſegit, ut in tribuni notitiã perferret inſidias ſibi eſſe à quibuſdã perditis ꝓparatas, & ob hoc deducto res accepit armatos ſi in illos ſcelerati hoĩes incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret?

[Gloss, left column]

magis ſit maledicere Deo quã principi. ſic C. ſi quis impe. l. unica.

[b] REos. infra, quæſti. viij. cap. uobis.

[c] Defendat. omnes fugientes ad eccleſiam tenetur defendere: ut xvij. q. iiij. c. reum. & hoc uerũ eſt, ſiue rei ſint, ſiue nõ: niſi in caſibus: extra de immu. eccl. ca. inter. & capit. ulti. Sed illos qui nõ fugerint ad eccleſiam, quãdoq; iuuabit, quãdoque nõ. Si enim eſt ſpes correctionis, debet eos iuuare: ut ſ. q. proxi. eſt iniuſta. Item ſi iniuſte ſint cõdemnati aliqui, omnibus modis iuuabit eos. ſi autem iuſte tunc tẽperate & non importune iuuabit eos, ſed tantum intercedendo pro eis, ne ex indiſcreta defenſione incidat eccleſia ĩ malam opinionem: ut xiij. qõ. ulti. hi qui. & ſ. qõ. iij. non inferenda. Et licet teneatur aliquos defendere, non tamen tenetur pro eis bellum mouere: ut C. de epiſco. audien. addictos ſupplicio Ioan. de Fant.

Hinc apparet. Hæc eſt ſecunda pars quæſti. in qua magiſter probare intendit, quod iudices non peccant occidendo ſecundum legẽ, ſed illi tãtum peccant, qui ſine authoritate & ſine iuſſu diuino hominem occidunt. & hoc ꝓbat per multos patres ueteris teſtamenti. Io. de Fant.

[d] Illo præcepto. Non occides.

DE occidendis. hominibus.

[e] Miles. ſub poteſtate aliqua conſtitutus: ut j. e. miles. niſi hoc fiat in iuſto bello: ut j. ea. ſi homicidium. & in caſibus poſitis in ſumma huius quæſtionis.

[Left margin notes]

† Ex iſto tex. infert̃ ꝙ clericus põt eſſe aduocatus ꝓ acc[u]ſato de crĩe. ſa cit tex ĩ l. addictos. cũ ibi no. C. de epiſ. & cler.

Exo. 22. c

Condẽnati & iuſtè & iniuſtè ab eccleſia ſunt iuuãdi.

Leui. 20. c

Exo. 32. f

1. Re. 15. g

Nu. 5. b

[Gloss, right column]

[f] Pro ſe. Sic ergo officiatus non poteſt eſſe aduocatus in ꝓpria cauſa & ita officium ſuũ eſt ei damnoſum. ſimi. 2. q. ij. hoc ius. ſicut nec in cauſa ſua poteſt quis eſſe iudex: ut ſ. qõ. iiij. inter. [1] Vel dic ꝓ ſe, id eſt, ꝓ priuato odio. [2] Ioan. Quod primo dixit, falſum eſt: cũ nõ inueniatur hoc prohibitũ: nec litera iſta contradicit. Bart.

[g] Perſonę. Hoc dicit ꝓpter epiſcopos, qui habent iuriſdictionem ſecularem, ſed nõ poſſunt ꝓſidere cauſis ſanguinis: ut xv. q. iiij. ca. j. & j. e. q. viij. c. his à quibus. & cap. ſæpe.

[h] Vnde. quaſi dicat, cũ quis ex officio ſuo occidit aliquem, nõ eſt ei imputãdum ſi ex officio tali ſequantur homicidia. Ita cõtinuant ſequẽtia. exẽpla. Vel ſic continua ſi aliquis repellendo malos occidat aliquẽ, hoc non eſt ei imputandum.

[i] Reus eſt. Niſi equus ille fuerat calcitroſus, uel bos fuerat cornupeta. nam ſi talis nocuerit, bene tenetur dominus: ut ff. ſi quadrup. pau. fec. dic. l. j. §. j. & ij. & generaliter ſi habuerit tale animal, qđ conſueuit nocere: ut urſum, leonẽ uel aprum, ſiue ligatũ, ſiue non, ſi occiſus fuerit liber homo, præſtabit. 100. ſolidos. ſed ſi aliter nocuerit, condemnabitur ſecundum arbitrium iudicis, ſed in cæteris rebus cõdemnatur pœna dupli: ut ff. de ædil. edic. hi enim. & lege ſeq.

[k] Paulus. Argumentum, quod non imputatur clerico, qui ad defenſionem ſui iuris uocat milites, ſi aliquis ibi occidatur ſic ſupra eadem, quæſtione iij. capit. Maximianus.

[Right margin notes]

† epi. ſ[upra] Officium quãque eſt dãnoſum

[1] Cõcor. tex. in l. q iuriſdictioni. C. de iuriſdi. om. iudi. & C. ne quis in ſua cau. ꝓ totum.

[2] Hoc & ſequitur ſ[upra] eu. j. q. 7. iudices. xj. q. 3. qui tuor. alias abſurdum eſt aliquẽ alij & nõ ſibi, &c. C. de nu. lib. nuper. ſecũdũ. Ioan. de Fã. & hic teneas quicquid. j. ſequitur.

Bonum

Abſtrut ea, quæ propter bonum [a] ac licitum facimus, aut habemus, ſi aliquid per hæc præter noſtram uolũtatem cuiquã mali acciderit, nobis imputetur: alioqui nec ferramenta domeſtica, aut agreſtia ſunt habenda, ne quis ex eis uel ſe, uel alterũ interimat: nec arbores plãtandæ, ne quis ſe inde ſuſpendat, nec feneſtra facienda, ne per hanc ſe qſquam præcipitet. Et quid plura cõmemorem, cùm ea commemorando finire non poſſem? quid eſt in uſu hominum bono ac licito, unde non poſſit [b] pernicies irrogari?

Seipſum autẽ perimere, nulla legis authoritate alicui permittitur.

Vnde Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei. [f]

Qui Deo authore bella geſſerint, præcepta non occidẽdi nequaquam transgreſſi ſunt.

CAN. VIII.

SI nõ licet priuata poteſtate alicui hominem occidere innocentẽ, cuius occidendi licentiã lex nulla concedit, profectò etiã qui ſeipſum occidit, homicida eſt, [1] & tãto [c] fit nocẽtior cũ ſe occiderit, quantò innocentior in ea cauſa fuit, qua ſe occidendum putauit. Nam ſi Iudæ factũ meritò deteſtamur, eumq́; ueritas iudicat cùm laqueo ſe ſuſpendit, ſceleratæ illius traditiõis auxiſſe potius quã expiaſſe cõmiſſum, quoniam de Dei miſericordia deſperando exitiabiliter pœnitens nullum ſibi ſalubris pœnitentiæ locum reliquit, quantò magis à ſui cæde ſe abſtinere debet, qui tali ſupplicio, quid in ſe puniat nõ habet? Iudas enim cũ ſe occidit, ſceleratiſsimũ hominem occidit, & tamen non ſolũ Chriſti, uerùm etiã ſuæ mortis reus finiuit hanc uitã: quia licet propter ſcelus, alio tamen ſcelere mortuus eſt. Cur aũt homo, qui nihil mali fecit, ſibi malefaciat, & ſeipſum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentẽ, atque in ſe perpetret peccatum propriũ, ne ĩ eo perpetretur alienũ? Itẽ in ſanctis canonicisq; libris, nobis nuſquam diuinitus præceptum permiſſumve reperiri poteſt, ut uel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, uel ipſius mali cauendi [d] curandive cauſa nobiſmetipſis necem inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt, ubi lex ait, Non occides. Exo. 20.c Præſertim quia non addidit, proximum tuum, ſicut falſum teſtimonium, cum uetaret: falſum (inquit) teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum. Nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipſum quiſquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc ſe putauerit crimine alienum, quoniam regulam diligendi proximum, à ſemetipſo [e] accepit: quoniam quidẽ ſcriptum eſt, Mat. 22.c Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Porrò ſi falſi teſtimonij non minus reus eſt, qui de ſeipſo falſum fatetur, quã ſi aduerſus proximum hoc faceret: cum in præcepto quo falſum teſtimonium prohibetur, aduerſus proximum prohibeatur, poſsitque non rectè intelligentibus uideri non eſſe prohibitum, ut aduerſus ſeipſum quiſque falſus teſtis exiſtat: quantò magis intelligendũ eſt, nõ licere homini ſeipſum occidere: cùm in eo, quod ſcriptum eſt, Non occides, nil deinde addito, nec ipſe utique cui præcipit intelligatur exceptus. [f] Item nõ occides, nec te, nec alterum. Nec enim qui ſe occidit, aliud quam hominẽ occidit. Quaſdam uerò inde exceptiones eadem ipſa diuina fecit authoritas, ut non liceat hominem occidi: ſed his exceptis, quos Deus occidi iubet, ſiue data lege, ad perſonam pro tempore expreſſa iuſsione, ſiue ipſe qui occidit, miniſterium præbet iu- alius debet.

---

[a] Bonum. Argu. q ſi aliquis dat operam rei licitæ, q nõ eſt ei imputandum ſi aliquid mali inde ſequebaẽ, ut 50. di. ſæpe. & ca. quia te. & di. vj. teſtamẽtum. nam Deus eſt inſpector cordis, & non operis, ut xv. q. vj. c. j. Itẽ eſt hic arg. q nõ omnis q occaſionem damni dat, dãnum dediſſe uideẽ. & hoc habes in brochardis xxxj. q. ij. de neptis. & diſt. l, ſæpe. ff. ad legem Aquil. qui occiderit. §. pen.

[b] Non poſsit. Argu. q non ſemper prohibetur bonũ, propter malum qđ ſequi põt. Arg. contrà xxij. quæſt. j. in nouo. contra. xxj. di. denique. Ioan.

Seipſum. Hæc eſt tertia pars. quæſt. ĩ qua probat magiſter p quatuor authoritates qđ nullus occidat ſeipſum quia in illo præcepto, non occides, intelligitur, nec te nec alium: quia benẽ ordinata charitas à ſeipſo incipit. Iuan. de Fant.

SI non licet.

[c] Et tanto. Id eſt, magis peccat bonus aliquis ſe occidendo quã malꝰ. quia malus credit ſe mereri per hoc.

[d] Cauendi. i. quia cauere uolumus, ne aliquis nos lædat.

[e] Semetipſo. Vnde qlibet primo ſibi faciat eleemoſynam deinde proximo. de pœn. diſ. iij. cap. qui uult, unde poſſum mihi conſulere cũ damno alterius, ut ff. ad legem Aquil. l. ſi quis fumo. arg. cõtra. xij. q. ij. primum. & xj. q. iij. ſi quis uero.

[f] Exceptus. Arg. quod perſona ad quã loquimur, non intelligitur excepta in generali ſermone. ut ff. đ pigno. Paulus. §. ult. Item argu. eoipſo quod quid non excipitur, intelligitur includi: ut ſ. lv. diſtin. ſi euangelica. & extra de iure patro. ex li: eris. Item eſt hic arg. quod id quod de uno diciẽ, de omnibus alijs intelligendum eſt: ut ij. q. j. multo. & ſ. diſt. iiij. denique. & diſt. v. ad eius. Item argum. quod uerbũ indiffinite prolatũ, generaliter intelligendũ eſt, ut xxxj. q. j. quod ſi dormierit.

Tu di-

Dãni dãs occaſionẽ non ſemp damnũ dediſſe vẽ.

a Et extra de iniur. c. ult. & legiẽ & not. extra de teſta. ſi qui. & no. in pręd. c. ſæpe. Arc.

f ca. 17.

1 Cõcor. l. 2 C. ut ne. priu. & l. pies. C. de ſerui. & aqua.

Mat. 27. a Eleemoſynã ſibi primo quiſq; facere debet.

2 Sic nec pſona loquẽs. 27. diſt. deinde. ubi de hoc.

Verbũ indiffinite plarũ, eſt generaliter intelligendum.

benti, ſicut adminiculum gladius eſt utenti, et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt, Non occides, qui Deo authore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundū ius legis, hoc eſt, iuſtiſsimæ rationis imperiū, ſceleratos morte punierunt. Et Abrahā non ſolūm non eſt culpatus crudelitatis crimine, uerumetiam laudatus eſt nomine pietatis, quòd uoluit filium nequaquā ſcelerate, ſed obedienter occidere. Et meritò quæritur utrum pro iuſſu Dei habendū ſit, quod Iephthe filiam, quæ occurrit patri, occidit: cùm id uouiſſet ſe immolaturum quod ei uictori redeunti de prælio primitus occurriſſet? Nec Samſon aliter excuſatur, quòd ſeipſum cum hoſtib. ruina domus oppreſsit, niſi quia ſpiritus ſanctus latenter hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos uel lex iuſta generaliter, uel ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter iubet occidi, quiſquis hominem uel ſeipſum, uel quēlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Item hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminē ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, ueluti fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter peccata aliena, ne hoc ipſo incipiat habere grauiſsimum peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum: neminē propter ſua peccata præterita, quæ magis in hac uita opus eſt, ut poſſint pœnitēdo ſanari: neminem uelut deſiderio melioris uitæ, quæ poſt mortem ſperatur, quia reum ſuæ mortis melior poſt mortem uita non ſuſcipit.

Idē contra Petilianū. †

Nemini licet ſibi manus iniicere.

CAN. IX.

TV dixiſti: [a] laqueo traditor perijt: Laqueum talibus [b] dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neq; enim ueneramur nomine martyrum [c] eos, qui ſibi collum ligauerunt.

Item Hieronymus in Iona propheta.

De eodem.

CAN. X.

NOn eſt noſtrū mortē arripere, ſed illatā ab alijs libēter accipere. Vnde & in perſecutionib. nō licet mihi propria perire manu abſque eo [d] ubi caſtitas periclitatur: ſed percutiēti colla ſubmittere. [e]

Item ex concilio Bracharenſi.

Nulla fiat oratio pro illis qui ſeipſos interficiunt.

CAN. XI.

PLacuit ut iis qui ſibiipſis uoluntariè [f] aut per ferrum, aut per uenenum, aut per præcipitium, aut per ſuſpendium uel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorſus pro illis in oblatione commemoratio [g] fiat: neque cum pſalmis ad ſepulturam [h] eorum cadauera deducantur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam uſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus [i] moriuntur, impœnitentes ſub audiatur.

Idem in eodem libro primo. †

Non eſt reus homicidij miles, qui poteſtati obediens hominem occidit.

CAN. XII.

MIles quum obediens poteſtati ſub qua legitimè conſtitutus eſt, hominem occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij: imò niſi fecerit, reus

[a] TV dixiſti. Iſte dixit Iudā martyrē eſſe, cum pœnitentia ſit uindicta puniēs in ſe, quod ſe cōmiſiſſe dolet: ut j. de pœn. diſt. iij. pœnitentia. unde dicebat quod licitū eſt cuilibet pro peccatis ſuis ſe occidere.

[b] Talibus. Sunt uerba Augu. dic talibus i. malis.

[c] Martyrum. ſ. j. q. j. uide. j. xxiij. q. iij. quod autem.

[d] NOn eſt Abſque eo. Dicunt quidam quod ubi fides eccleſiæ & caſtitas corporis impugnatur, licet alicui ſe occidere, ut hic innuitur: cum tū Augu. dicat qđ ad quodcunque malū quis cogatur, non pōt ſe occidere. ut ſ. e. q. iij. diſplicet. melius poteſt legi hæc dictio, abſque, iclusiue, quaſi dicat, nec in iſtis (in qbus magis uidet) licet alicui ſe occidere. ſic ponitur ibi: Pulchræ ſunt genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. ſic ponitur hæc dictio abſque incluſiue. xxxv. q. iij. progeniem. & ff. de pigno. act. l. j. xiij. quæſtio. ij. Ebron.

[e] Submittere. Id eſt, non reſiſtere.

[f] PLacuit. Voluntarie. Secus ſi per furorem, tūc nō imputaretur, ut xv. q. j. ſi quis inſaniens, & c. illa.

[g] Commemoratio. ſed nonne cum illi cōmunicauim⁹ uiuo, ergo illi mortuo communicabimus: ut xxiiij. quæ. ij. ſane? Sed illud intelligas de communione ſacramentorum, quæ datur in fine. Sed hæc ſolutio nō eſt ſufficiēs. nā ſi quis mortuus eſt ſine ſacramētis illis, & ſine pœnitētia (ſi tamen fuit honeſta cauſa mortis) bene admittitur ad orationes eccleſiæ. ſimile extra de ſepultu. ex parte.

[h] Ad ſepulturam. Videtur ergo quod tales ſepelientur. ut hic, & j. ea. quæſ. viij. quicūque. ſed hoc nō eſt uerum. & intelligas illud de canina ſepultura. nam & contrito quandoque denegatur eccleſiaſtica ſepultura, ut extra de tornea. cap. j. & extra de rapto. ſuper eo.

[i] Pro ſuis ſceleribus. ſicut fures & latrones, ut extra de fur. c. fures, niſi fuerint contriti, ut xiij. q. ij. c. ult.

MIles. Hęc eſt iiij. pars qō. in qua probat magiſter p. xj. authoritates, quod non peccāt iudices uel miniſtri, ſi malos occidūt, ſi tamē nō animo ulciſcendi, ſed animo iudicandi faciunt. Ioan. de Fantu.

Imperij.

Gen. 22. b

Iudi. 11. f

Occidere ſeipsū nemini eſt permiſsū.

Iud. 16. g

[f] Incluſiue. ſed hoc eſt apertū ſenſum Hieron. inuertere, qm nō debet reprehendi qn poſt turpem libidinē adhuc certe mors iminet. patet qa de pluribus mortis oblatis, licet eligere leuius, ergo honeſtius utcunque degeneres. quidē ſophiſtę hierony obſtrepant.

† libr. 1. ca. 49.

Sepultura quandoque cōtrito denegatur.

† Scilicet Aug. lib. 1. c. 21. & ci uita. Dei

eſt imperij [a] deſerti atq; contẽpti: quod ſi ſua ſponte, atq; authoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque unde punitur ſi fecerit iniuſſus, inde punietur ſi non fecerit iuſſus.

Idem in quæſt. Exodi. †

Homicida eſt, qui ſponte occidit quos iudex iubet occidi.

CAN. XIII.

Cum miniſter iudicis occidit eũ, quẽ iudex iuſsit occidi, profectò ſi id ſpontè [b] facit homicida eſt: etiam ſi eũ occidat, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi.

Idem. †

Sicut iure laudatur obedientia, ita reprehenditur, qui ſibi non conceſſa uſurpat.

CAN. XIIII.

Lex æterna ita medio quodam loco poſuit aliqua, ut in eis uſurpandis meritò reprehendatur audacia, in exequendis iure laudetur obedientia. Abraham ſi ſpontaneus [c] in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetur, at iubenti Deo obſecundans, famulatus eſt.

Idem in quæſtio. ſuper Matthæum. †

Bono animo officia uindictæ poſſunt impleri.

CAN. XV.

Officia uindictæ [d] poſſunt implere boni, bono animo: quomodo iudex, [e] & quomodo lex. [f]

Idem ad Macedon. †

Non eſt iniquus, ſed humanus, qui crimen perſequitur, ut hominem liberet.

CAN. XVI.

Non eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate deuictus, qui propterea criminis [g] eſt perſecutor, ut ſit hominis liberator.

Idem.

Quare ſint inſtituta regia poteſtas, & legalia tormenta.

CAN. XVII.

Non fruſtra [h] ſunt inſtituta poteſtas regis, & cognitoris ius, ungulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris. habent omnia iſta modos [i] ſuos, cauſas, [k] rationes, [l] utilitates, [m] hæc cũ timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos uiuunt.

Idem.

Nonnunquam potius peccat qui cauſam mortis præbet, quã ille qui occidit. CAN. XVIII.

Cum homo ab homine occiditur, multũ diſtat utrum fiat nocendi cupiditate uel iniuſtè aliquid auferendi, ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone: an ulciſcendi uel obediendi ordine, ſicut à iudice, ſicut à carnifice: uel euadendi, uel ſubueniendi neceſsitate, ſicut quando interimitur latro [n] à uiatore, hoſtis à milite. Et aliquando, qui cauſa mortis fuit, potius [o] in culpa eſt, quàm ille qui occidit: uelut ſi quiſpiam decipiat fideiuſſorem ſuum, atque ille pro iſto legitimum ſupplicium [p] luat. nec tamen omnis, qui cauſa alienæ mortis eſt, reus eſt: uelut ſi ſtuprum quiſpiam petit, ſeſeque ſi non impetrauerit interimat. Quid ſi filius timens patris pia uerbera, præcipitio pereat? quid ſi alius homine liberato, uel ne alius liberetur ſibi ipſi mortem inferat? nunquid propter iſtas alienarum mortium cauſas, aut ſceleri conſentiendum eſt, aut uindicta peccati, quæ non fit nocendi, ſed corrigendi ſtudio, aut etiam paterna uerbera toleranda, aut opera miſericordiæ cohibenda ſunt? Hæc cum accidunt, debemus eis humanum dolorem: & non propter illa, ne accidant, rectè factorum reprimamus uoluntatem.

Item Iſidorus.

Quod ſacerdotes efficere docendo non ualent, diſciplinæ terrore poteſtas exterqueat.

---

a Imperij. Argu. quod ratione mandati excuſatur aliquis etiam ſi cõtra cõſcientiam faciat: ut ĩ. ead. qõ. j. quid culpatur. in fin. extra de offic. iud. delega. paſtoralis. §. quia uero.

b Cum miniſter. Sponte. Argu. quod non excuſatur uxor, quæ reddit debitum illi, quem ſcit conſanguineum ſuum, de mandato eccleſiæ. Sed diſtinguitur, ut extra de ſenten. excõ. inquiſitioni. & de reſtitu. ſpoliato. c. literas.

† q. 39. ad Ex. c. exo.

c Lex æterna. Siſpõtaneus. ſimi. xiiij. qõ. v. cap. dicit. Ad hoc facit. xxij. quæſtio. ij. ca. Abraham.

† c. 93. li. 22. contra Fauſtum.

d Officia uindictæ. i. uindicta ex officio.

e Quomodo iudex. in extraordinarijs, ubi non eſt ſtatuta pœna criminis.

f Lex. Id eſt, ubi eſt ſtatuta pœna criminis ad utrunque. extra de offi. & pote. iudi. deleg. ca. de cauſis. uerſus finẽ.

† Et extra de offi. de leg. deliberandis.

g Non eſt. Criminis. ſupra xlv. diſtinct. & qui emendat.

h Non fruſtra. ſupra diſti. iiij. c. factæ ſunt.

i Modos. Ad quod fiant. ut ĩ. q. iiij. ca. qui peccat.

† qõ. 10. li. j. qõne euangeliorum.

k Cauſas. Nam ſine cauſa nemo puniendus eſt. xvj. q. ulti. c. inuentum.

l Rationes. Nam ſecundũ leges iudicandum eſt. iij. qõ. vij. c. iudicet.

† Epi. 54. ubi duo quoq; ſeq. c. habent.

m Vtilitates. Nam hoc ſolum bene agitur, ut uita hominum corrigatur: ut ĩ. ead. capi. prodeſt. Ioan. de Fan.

n Cum homo. Latro. Furem nocturnum, licet occidere: ſed diurnum non, niſi telo ſe defendat: ut extra de homic. ſi per fodiens. Si autem fur nocturnus poterat deprehendi ſine læſione, tenetur ille qui eum occidit: ut ff. de ſicar. furẽ nocturnũ. Item latronem inſidiantem in itineribus, licet cuilibet occidere: ut C. quando. li. uni. ſine iu. ſeſuin. l. j. & ſecunda.

Furem nocturnũ ſed non diurnum, licet occidere.

Latronẽ inſidiantẽ in itineribꝰ occidere licet.

o Potius. ĩ. proxi. q. ulti. qui aliorum.

o Potius. Sic magis punitur conſulens quã faciens: ut ĩ. proxi. quæſtio. ulti. qui aliorum. & lxxxvj. diſtin. tanta. Inquirẽdum etiam eſt, quis primo cauſam mali præbuerit: ut C. ad legem Iul. de ui. publ. l. ſi qui. & ff. ſi quadru. pau. fec. di. l. j. §. cũ arietes.

Arg. l. j. §. ſi plures & ibi Bar. ff. de exercit. & per Bar. in l. 3. C. de ſer. fug.

p Supplicium. Sed certe illud nullo iure inuenit, quod fideiuſſor poſsit occidi, ſi non exhibet illum pro quo fideiuſsit, licet fideiuſſerit pro reo crimi-

Diuino & humano. Lex.

CAN. XIX.

PRincipes [a] ſeculi nonnunquam intra eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenẽt:ut per eãdem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra † eccleſiam [b] poteſtates neceſſariæ non eſſent,niſi ut quod non præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. ſæpe per regnum terrenum cæleſte regnum proficit:ut qui intra eccleſiam poſiti,contra fidem & diſciplinam agunt, rigore principum conterantur: ipſamq; diſciplinam, quam utilitas eccleſiæ exercere nõ præualet, [c] ceruicibus ſuperborũ poteſtas principalis imponat:& ut uenerationem mereatur, uirtutem poteſtatis impertiatur. Cognoſcant principes ſeculi,ſe Deo debere eſſe reddituros rationem propter eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur,ille ab eis rationem exigit,qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam tradidit committendam.

Item Leo papa. †

Et regia poteſtas, & ſacerdotalis defendat authoritas, quæ ad diuinã cõfeſſionẽ pertinẽt.

CAN. XX.

REs autem omnes aliter tutæ eſſe nõ poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionẽ [d] pertinẽt, & regia, & ſacerdotalis defendat authoritas.

Item ex concilio Turonenſi tertio.

Sacerdotalis admonitio quos corrigere non ualet, ſecularis potentia corrigit.

CAN. XXI.

INceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt admonitionibus aurẽ accõmodare, uolentes in priſtinis [e] perdurare criminibus, quos oportet per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam praua conſuetudine coerceri,qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuerti.

Item Hieronymus ſuper Ieremiam. †

Malos cõprimere, & bonos ſubleuare regum officium eſt.

CAN. XXII.

REgũ officiũ eſt proprium, facere iudiciũ atq; iuſtitiam,& liberare de manu calumniantiũ ui oppreſſos, [f] & pẽregrinis pupilliſq; & uiduis,q facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium: & ut curã ei præceptorum Dei maiorẽ inijceret Propheta, intulit, Nolite contriſtari ut non ſolum eripiatis, ſed ne patiamini quidẽ, ut ueſtra conniuentia eueniat, eos ab alijs contriſtari, & ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto. [g] homicidas enim ſacrilegos,&c.& poſt pauca. Si inquit,hoc feceritis, ò reges Iuda, tenebitis priſtinam poteſtatem.

§ *Ipſis autem principibus & poteſtatibus fidem et reuerentiam ſeruari oportet, quã qui non exibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.*

Vnde idem Hieronymus.

Aeterna mercede fraudatur, qui fidem & reuerentiam poteſtatibus ſeruare contemnit.

CAN. XXIII.

SI apud carnales dominos in minimis fideles fuerint,incipient eis apud Deum præmia maiora committi. ornat autem doctrinam domini, qui ea quæ conditioni [h]

criminis:ſed ſi fideiuſſor ſine dolo reũ criminis non exhibet, pecuniariter punitur, ſed ſi dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis: ut ff. de exhib re.l. ſi quis reũ. & C. ad Turpil.l.ij. potius ergo reſpicitur hic factum uel cõſuetudo alicuius loci, quam ius.

[a] PRincipes. Hæc quatuor cap. ad hoc inducuntur, ut principes eccleſias defendant, & reos nõ permittant uiuere.

[b] Intra eccleſiam. Laici habent iuriſdictionem multipliciter intra eccleſiam. Quandoq; in perſonis ipſis, cum ſint incorrigibiles: ut xxxij. diſt.ca.eos qui. & ĩ. ea. qõ.de Liguribus. Itẽ qñque propter ambitionem alicuius: ut lxxix. diſt.ca.ſi quis pecunia. Item cum fidem uolunt ſubuertere:ut diſtinct. viij. quo iure. & ſ. ea. ca.j. & xviij.diſtinct. ca.nec licuit. Item cum falſarius eſt clericus: ut extra de crimi fal. ad falſariorũ. Item cũ & ſchiſma faciunt clerici, & cum contemnunt excommunicationẽ: ut ĩ. ea. quæſtio. de Liguribus. Item & ubicunque eccleſiaſtica poteſtas deficit, ut hic. Item & cũ tributum petunt ab eccleſia:ut ĩ.e.q. viij. conuenior.

† Non ergo ob id extra. Errãt ergo q principẽ non tanq̃ principẽ, ſed tanq̃ priuatum quẽpiã putant eſſe poſſe chriſtianũ, uel de eccleſia adde tex. ĩ. 22. q.4. c. qñ. & q̃ ſcripſi ad edi. Henr.2.in proœmio. Laici qñque in clericos habent iuriſdictionẽ.

† ſcilicet primus ad Pulcheriã Auguſt. epiſt. 29.

[c] Non præualet. ſupra diſtinc. xcvj. c. duo. ſ. diſtinct.x. quoniam. ſ.xj. qõ. prima.c.iſtud.

[d] REs autem. Confeſſionem: i. ad eccleſias Chriſtũ cõfitẽtes.

‡ Quia in eis Deum oramus,& confitemur

[e] INceſtuoſi. In priſtinis. ſupra lxxxij. diſtin.c. plurimos. Ioã.de Fant.

[f] REgum. Oppreſſos. Hic uidetur, quod ad iudiciũ. ſeculare ſpectet defendere oppreſſos, & uiduas & pupillos: ut ĩ.e.administratores. & ſ. ead.q.iij. ab imperatoribus. & C. qñ Imp. inter pupil. & uid.l.unica. Sed cõtra.ĩ.xxiiij.q. ult.ſi quis de potentibus. lxxxvij.di.deſolatis ‡ & c.j.& ij. & xij. q.ij. c. omnis ætas. Dic q ad utrunque pertinet, potius tamen ad eccleſiam. extra de foro compet.c. ex tenore.

‡ alias in cip.defenſionis. & eſt 2. cap.

[g] In loco iſto. id eſt in eccleſia. Ioã.

Ipſis autem. Hæc eſt quinta pars qõ, in qua magiſter pbat, quod fides debet ſeruari principibus. Hoc probat per duo capi. Ioan. de Fantu.

† c. 22. in commentar.

Iere. 7. b

CASVS. *Gratianus dicit, quod principibus exhibere debemus fidem, et reuerentiam. De fide tractat in cap. ſi apud. de reuerentia in cap. dicat.*

[h] SI apud. Conditioni. Not. quod quilibet debet facere quæ ſuæ conditioni conueniunt: ut xciij. diſt. legi-

Facit q̃ libet quæ ſuæ conueniunt conditioni.

legimus. & vij. q. j. ſi quis epiſcopus. & eſt hic arg. contra clericos, quib. diſplicet conditio ſua, qui comā uolunt nutrire. extra de ui. & hone. cle. clericus.
ª Qui cōtradictor. ſ. xvij. quæſt. ulti. ſi quis ſeruum.
ᵇ Quomodo. arg. ſ. ij. q. vij. nō pōt.
ᶜ DIcat. Abraham. cū reuerteretur de cæde quatuor regū.
† Li. j. de Abrahā. cap. 3.
ᵈ Omnia. Hæc litera uidet ſibi cōtradicere in eo quod dicit hic quod regis ſint omnia: & iā dixit quod oīa ſint uictoris. & ēt in Geneſ. dixit: nō accipiā ex oībus quæ tua ſunt. Ad hoc dicas, quod Abraham non ſub erat iſti regi, nec de regno ſuo erat: & ideo præda erat in ſua poteſtate: alioqui ſi non fuiſſet ſua, nō potuiſſet inde dediſſe decimas Melchiſedech. ſed ſi ſub aliquo militet, præda tota dñi eſt. & ipſe tenet æqualiter diuidere ſecūdū perſonarū qualitates: ut ſ. diſt. ius militare. ſicut decimæ dant epō, ut eas diuidat. xij. q. ij. cōceſſo. quod ergo dicit quod de iure gentiū noſtra fiunt, quæ capimus in bello, ut. ff. de acquir. re. do. naturale. §. ult. uerum eſt quod capiētis eſt, ſed tamē tenet domino dare, ut diuidat ſecundum merita hominum. Ioā. de Fant.
Gen. 14. d Præda public. ē domini ſub quo militatur.
† ali. decet.
Gen. 15. a
Præterea. Hæc eſt ſexta pars quæſt. in qua probat quod principes tenent eccleſiā defendere, alias excōicentur. Ioan. de Fant.
ᵉ ADminiſtratores. Priuatos. Videt ergo quod ipſo iure ſit excōicatus princeps, qui nō facit

ſuæ apta ſunt, facit: ut ex diuerſo confundit eā, qui non eſt ſubiectus in omnibus: & cui conditio ſua diſplicet: qui cōtradictor ª atq; fraudator in nullo fidem bonā oſtendit. Quō ᵇ enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

Item Ambroſius in libro de patriarchis. †

Militaris diſciplina regi omnia ſeruiat.

CAN. XXIIII.

DIcat aliquis: cum ipſe uicerit, quomodo dixit Abrahā ᶜ ad regē Sodomorum: Nihil ſumā abs te: cūm præda utique in poteſtate uictoris fuerit? docet † militarem diſciplinā, ut regi ſeruent omnia. ᵈ Sanè ijs qui ſe cum fuiſſent in adiumentum, fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuendam aſſerit, tanquā mercedem laboris. Ideoq; quoniam ſibi mercedē ab homine non quæſiuit, à Deo accepit: ſicut legimus ſcriptum, quia poſt hæc uerba factum eſt uerbū domini ad Abraham in uiſu, dicēs: Noli timere Abraham, ego protegam te: & merces tua erit magna ualde.

6 Præterea ſicut principibus & poteſtatibus fidē & reuerentiā exhibere cogimur, ita ſecularium dignitatum adminiſtratoribus defendendarum eccleſiarum neceſsitas incumbit: quod ſi facere cōtempſerint, à communione ſunt repellendi.

Vnde Ioannes octauus.

Querimonias eccleſiarū, qui in dignitatibus agunt, attentius debent audire.

CAN. XXV.

ADminiſtratores ᵉ planè ſeculariū dignitatum qui ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum ac uiduarum protectionem, rapaciumq; refrænationē conſtituti eſſe proculdubio debent: quoties ab epiſcopis & eccleſiaſticis uiris conuenti fuerint, eorū querimonias attentius audiant: & ſecundum quod neceſsitas expetierit abſque negligentia examinent, & diligenti ſtudio corrigant. Quòd ſi Dei timorem præ oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint cōmunione, uſque ad condignam ſatisfactionem priuatos. ᶜ

Item Hieronymus ſuper Ioelem. †

Non ſolùm homines, ſed & contraria fortitudines ſunt ultrices iræ Dei.

iuſtitiam clerico.
NOn ſolum. Hæc eſt ſeptima pars qōnis, in qua probat magiſter, quod mali ſunt puniēdi per iudices & per reges: & qn̄ occulto iudicio diuerſimodis: & tales ultores nō peccant, dū tamen amor iuſtitiæ hoc faciāt: & hoc probat per xxiiij. cap. Ioan. de Fant.
ᶠ Miniſtri. Simile xv. q. j. nec is. & ſ. q. j. audacter.
ᵍ Fortitudines. id eſt, dæmones, & ita eſt bonū, quod dæmones ſunt, ut j. ea. §. ulti ſic bonū eſt, quòd hæretici ſunt: ut j. proxi. q. ulti. cap. ulti.
ʰ QVi malos. Vaſa īterfectionis. id eſt, poteſtatem.
ⁱ Miniſter. Et tales qui mittunt ad puniendū malos, dicunt abeſſe cauſa reipublicæ: ut ff. ex q. cau ma. q. mittunt. §. qſitū.
† ca. 2. in cōment.
Homi-

CAN. XXVI.

7 NOn ſolū homines miniſtri ᶠ ſunt & ultores iræ Dei his, qui malum operantur (unde non ſine cauſa gladium portant) ſed etiam contrariæ fortitudines, ᵍ quæ appellantur furor & ira Dei.

Idem ſuper Eſaiam. † cap. 13. in prin.

Qui crudeles iugulat non eſt talis, qualis patientibus uidetur.

CAN. XXVII.

NOn eſt crudelis, qui crudeles iugulat: ſed crudelis ideo uocatur, quia crudelis patientibus eſſe uidetur. Nam latro ſuſpenſus patibulo, crudelem iudicem putat.

Idem ſuper Ezechielem lib. ij.

Miniſter eſt Dei, qui malos percutit in eo quod mali ſunt.

CAN. XXVIII.

QVi malos percutit, in eo quòd mali ſunt, & habet uaſa interfectionis, ʰ ut occidat peſſimos, miniſter ⁱ eſt Dei.

Idem ſuper epiſtolam ad Galatas libro ſecundo.

Non ſcelus admittit index, qui homines uincit.

CAN. XXIX.

IVdex non eſt author ſceleris homines uinciendo.

Idem ſuper Ieremiã. †

Non ſanguinem effundit, qui homicidas & ſacrilegos punit.

CAN. XXX.

HOmicidas [a] & ſacrilegos, & uenenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium.

Item Cyprianus. †

Principes populis parcere non debent.

CAN. XXXI.

SI audieris [b] in una ex ciuitatibus, quas dominus Deus tuus dabit tibi, inhabitare illic dicentes, Eamus & ſeruiamus dijs alienis, quos Deos non nouiſti: interficiens necabis [c] omnes qui [d] ſunt in ciuitate, cæde gladij: & incendes ciuitatẽ igni: & erit ſine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiã nũc, [e] ut auertat Deus ab indignatione iræ ſuæ: & dabit miſericordiam tibi, & miſerebitur tui, & multiplicabit te, ſi audieris uocẽ domini Dei tui, & obſeruaueris præcepta eius. Cuius [f] præcepti & uigoris memor Matathias [g] interfecit eum qui ad arã ſacrificaturus acceſſerat. Quòd ſi ante aduentum Chriſti circa Deũ colendum, & idola ſpernenda, hæc præcepta ſeruata ſunt quantò magis poſt aduentum Chriſti circa Deum colendum ſeruanda ſunt, quando ille ueniens non tantum uerbis nos hortatus ſit, ſed etiam factis?

Idem Auguſtinus contra Petilianum. †

Tribulationum flagellis aliquando perfidia caſtigatur.

CAN. XXXII.

AD fidem nullus eſt cogendus, [h] ut dicitis, ſed per ſeueritatem, imò & per miſericordiã Dei tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari. Nũquid quia mores optimi libertate uoluntatis eliguntur, ideo mores peſſimi non legis integritate [i] puniuntur? ſed tamen ultrix malè uiuendi diſciplina præpoſtera [k] eſt: niſi cura [l] præcedens bene uiuendi doctrinam prætendat. Sic igitur quæ aduerſus uos leges conſtitutæ ſunt, non eis bene facere cogimini, [m] ſed male facere prohibemini. Nã bene facere nemo poteſt niſi elegerit, [n] niſi amauerit: quod eſt in libera uoluntate. Cum aliquid † aduerſus uos leges conſtituunt, admoneri uos credite, ut cogitetis quare iſta patiamini. Si propter iuſtitiã: re uera illi perſecutores ueſtri ſunt: beati autem uos eſtis, qui perſecutionem paſsi eſtis propter iuſtitiam: quia poſsidebitis regnum cælorũ. Si autem propter iniquitatem ſchiſmatis ueſtri, illi quidem correctores ueſtri ſunt, nos autem eſtis ſicut cæteri diuerſorum ſcelerum rei, qui pœnas legibus pendẽt, profectò infelices & in hoc & in futuro ſeculo eritis.

Idem.

Iniuria ſacramentorum Chriſti à regibus eſt uindicanda.

CAN. XXXIII.

SI propterea perſecutor nõ fuit Nabuchodonoſor rex, quia ſcelus in ſanctũ Danielem commiſſum uindicauit iuſtiſsimè: quomodo uindicandum eſt à regibus quòd Chriſti ſacramenta exſufflantur, ſi prophetæ membra quia in periculum miſſa ſunt, ſic uindicari meruerunt.

Idem.

Diligentiſsimi rectores ſunt, qui malos ut à malo fugiant, perſequuntur.

---

[a] HOmicidas. Hic habes. ꝙ homicidæ & ſacrilegi & uenefici capite puniuntur. de homicidijs patet: ut de pœ. diſt. j. ſi qs cũ telo. De ueneficis ſimiliter patet: ut ff. ad leg. Corn. de ſica. l. iij. De pœna ſacrilegorũ habes xvij. q. 4. ꝑ totũ. ff. ad L. Iul. pec. ſacrilegij.

[b] SI audieris. Hæc uerba ſumpta ſunt de Deute. uſq; ad illũ locũ, cuius ꝓcepti.

[c] Necabis. tu qui cunq; ſis: & ſic quãdoq; ille qui non eſt iudex, põt punire maleficos: ut j. ea. q. ulti. legi.

[d] Omnes qui. Si ergo aliqui hæretici ſunt in una ciuitate, tota ciuitas poteſt exuri: & ſic eccleſia uel ciuitas punit̃ ꝓ delicto perſonarũ: ut xxv. q. ij. ita nos. & C. de ſacroſan. eccle. iubem⁹ nullã. Arg. cõtra xxvj. q. vj. ſi epm. Quid iuris ſit de hoc notatur in illo brocardo, An delictũ ꝑſonæ, &c. Itẽ habes hic ꝙ hæretici occidi poſſunt: ut ſ. ea. q. iiij. qñ. Ioan.

[e] Nunc. id eſt, uſque in futurũ. [i] ſic xj. q. iij. nolite.

[f] Cuius. hæc ſunt uerba Cypriani.

[g] Matathias. ut legitur in libro Machabæorum.

[h] AD fidẽ. Cogẽdus. Sic xlv. di. de Iudæis.

[i] Integritate. id eſt, ſecuritate.

[k] Præpoſtera. [id] eſt, inordinata.

[l] Niſi cura. id eſt, niſi delinquẽs primo inſtruat̃ ad bonum, uel niſi corripiẽs præbeat pri⁹ exẽplum bonæ uitæ: ut iij. q. vij. §. porro.

[m] Cogimini. Qui enim ex timor̃ bene facit, reputat̃ nõ facere: ut ex. de reg. iur. qui ex timore. & qui cogit̃ mutare locũ, non mutat locũ, ſ; mutatur: ut vij. [...] mutationes. [...] præmium aliquod debemus cõſeqꝗ ex hoc, quod facimus inuiti: ut xiij. q. ij. quam præpoſterum. Vnde ſi aliquis cogitur adire hæreditatẽ, quã ex cauſa fideicommiſsi rogatus eſt reſtituere, nullum conſequitur commodum ex tali aditione: nec põt uti beneficio legis Falcidiæ. ff. ad Trebellia. cogi. §. Mecianus.

[n] Niſi elegerit. poteſt enim aliqs male facere ꝓpter uoluntatem coactã: ut xv. quæſtio. j. capit. merito. ſed nõ poteſt benefacere [§] propter uoluntatem coactam, ut hic dicitur.

Sacrilegi, homicidæ & uenefici capite puniunt̃. ca. 22.

† lib. j. de exhortatione martyris. c. 5.

Deu. 13. c

Ciuitas ꝓ delicto ꝑſonarũ puniri põt.

1. Mac. 2.

[i] Aliter accipit lex hãc dictionẽ ex tũc. ff. de cõd. & demon. ſi is. nã ſi ita legatũ eſt [a]liquid alicui ſi non fecerit hoc uſq; ad 5. ann. & extunc det̃ ei legatũ: ſi ante deceſſerit, nõ debet̃ ei legatũ. ſed ar. de pœnit. diſt. j. ꝑdixerat. Laur.

† [redacted]

[...]teras Petilia. c. [...] xxiij. [...]

[...] homicid[...]

[§] Scilicet meritoriẽ qa penes uolũtatẽ meritũ cõſiſtit. arg. hic. & 15. q. j. nõ eſt. & 20. q. j. pñens. j. ea. q. 6. §. ult. iuxta fin.

† alias, aliqui.

CAN. XXXIIII.

SI vos cõtra eccleſiam Chriſti altaria erexiſſe,& à Chriſtiana vnitate(quæ toto orbe diffunditur [a]) ſacrilego ſchiſmate ſeparatos eſſe, & corpori Chriſti (quod eſt eccleſia toto orbe diffuſa)rebaptizando,& blaſphemando, & quantum poteſtis aduerſarios oppugnando, ſancta & canonica ſcriptura conuincit, uos impij atque ſacrilegi eſtis. Illi autem qui vos pro tanto ſcelere tam leuiter damnorum admonitionibus,uel locorum uel bonorum uel pecuniæ [b] priuatione deterrendos coercendosq; decernunt, ut cogitantes quare iſta patiamini,ſacrilegium ueſtrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini: diligentiſsimi rectores, & pijſsimi conſultores deputantur.

Idem ſuper epiſtolam Ioannis.

Non amatur ſeruus uel filius,cum non corripitur.

CAN. XXXV.

NOn putes te tunc amare ſeruum tuum, quando eum nõ cædis [c] aut tunc amare filiũ tuũ, quando ei non das diſciplinam †,aut tunc amare vicinum [d] tuũ,quando eum non corrigis:non eſt iſta charitas, ſed languor: ferueat charitas ad emendandum & corrigẽdum. ſi ſunt boni mores, delectent: ſi autem ſint mali,emendentur.

Idem in libro iij.de ciuitate Dei.

Innocentis officium eſt,nulli nocere, & peccantem punire.

CAN. XXXVI.

NOn eſt innocẽtiæ [e] parcendo ſinere vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentiæ officium,non ſolùm nemini [f] malum inferre, uerùm etiam cohibere à peccato, uel punire peccatum: ut aut ipſe qui pri⁹ odio habetur,corrigatur experimento [g], aut alij terreãtur exẽplo.

Idem ad Lotharium.

Non eſt miſericors, qui uitijs nutriendis parcit.

CAN. XXXVII.

QVi vitijs nutriendis parcit & fauet,ne contriſtet peccantium uoluntatem,non tam eſt miſericors, quàm qui non uult cultrũ rapere [h] puero,ne audiat plorantẽ, & non timet ne uulneratum doleat uel extinctum.

Item Auguſt. ſuper epiſtolam ad Romanos.

Enormia flagitia per ſeculi iudices corripiantur.

CAN. XXXVIII.

SVnt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quàm per antiſtites & rectores eccleſiarũ uindicantur: ſicut eſt, cum quis interficit pontificem [i] apoſtolicum, epiſcopum, presbyterum, ſiue diaconum. huiuſmodi reos reges & principes mundi damnant. ergo non ſine cauſa gladium portant, qui talia ſcelera dijudicant. ſunt enim maximè conſtituti ꝓpter homicidas,raptores, ut & illos damnent, & alios ſuo timore compeſcant.

Item Cyprianus in nouo genere abuſionis.

Furta & crimina à rege ſunt cohibenda.

CAN. XXXIX.

REx debet furta cohibere,adulteria [k] punire,impios de terra perdere:parricidas [l] & periuros [m] non ſinere uiuere: filios ſuos non ſinere impiè agere.

Item Augu.de libero arbitrio,lib.j. † [† tomo j.]

Non peccat qui ex officio nocentem interficit.

CAN. XL.

SI homicidiũ eſt hominẽ occidere, poteſt tamen alius alium aliquando occidere ſine peccato:nã & miles [n] hoſtem,&

---

[a] SIvnt contra. diffunditur. Licet eccleſia ſit ubique diffuſa, tamen eadem inſolidum vbique eſt: vt j.proxi.quæſt.j.loquitur.

[b] Vel pecuniæ. Et ita puniri poſſunt heretici ab eccleſia in rebus, in honore, uel exilio: ut s.q.iiij. quando. & ca. non inuenitur. & j.ca.de liguribus. & j.q.vij. cap.j. Sed contra [1] eccleſia nõ debet in delictis recipere pœnã pecuniariã:vt extra de pœ. licet. Reſp. ꝙ eccleſia poteſt infligere pœnam pecuniariã quando magis illa timetur. vel dic ꝙ tunc põt infligere cũ hoc inuenitur expreſsũ. extra de offic. deleg.c.de cauſis.

Hæretici vario modo poſsũt ab eccleſia puniri.

[1] Ad hoc facit qđ leg.& no. s.c.q.4.ca vindicta. & de hoc plene no. Hoſtiẽ. in ſum.de of. ordi.§. ꝑtinet. vbi videas.

[c] NOn putes. Eum nõ cædis. Qui alios poſſint corrigere, habes s.quæ.iiij.duo iſta. & s. ea. cap.j.

[d] Vicinum. Arg. eſt hic pro H. qui dicit, ꝙ illud præceptum ſi peccauerit: ad omnes ſpectet. Sed tu intelligas iſtud de illis qui aliquam habẽt poteſtatem ſuper alios. Vel intelligitur de canonica denũtiatione,ad quã quilibet tenetur: ut dixi. xxij. q. v. hoc videtur. Vel dic vt dixi s. ea.duo iſta.Io.

Præceptũ ſi peccauerit, an ad omnes ꝑtineat.

[†] Adde qñ quis dicatur aliquẽ amare, & qñ non. not. gl.in l.affectionis. ff. de don. & in l. tutore.ff. de neg. geſt.

[e] NOn eſt innocentiæ. Id eſt, boni viri.

[f] Nemini. Si.xxij. q.vlti. de forma.

[g] Experimento. Si.ij.quæ.vij. quapropter.

[h] QVi vitijs. Rapere.Simile xxij. quæſt.ij. ne quis. Io.

[i] SVnt quedam. Pontificem. Pœnam talium habes s. xvj. q. iiij. qui ſubdiaconum. xxv.q.vlti. c. vlti.

[k] REx. Adulteria.Contra j.xxxiiij. quæſtio. ij.inter hæc.

[l] Parricidas. Pœnam parricidarum habes ff. ad legem Pompe.de parrici. l.penultima.

[m] Et Periuros. Quod hic dicitur ꝙ periur⁹ punitur pœna capitis, intelligas de teſte, qui fert falſum teſtimonium in cauſa criminali: talis enim mortem meretur. ff. de ſic.l.j. §.j alias enim ſi in contractibus quis periurus eſt [2], notatur infamia. C. de trãſ. ſi quis maior. alias ſolũ Deũ habet vltorem: vt C.de reb.cred.l.ij. Vel ſi periur⁹ eſt, per principem fuſtibus caſtigatur. ff. de iureiuran. ſi duo, §.vlti. Aliam pœnam habes vj. q.j. quicunque. [3]

Periurus qñque punit capite.

[2] In hoc caſu pro motu iudicis punitur.3.q.3. qui falſa.

[n] SI homicidiũ eſt. Nam & miles. Tres caſus ponit hic. alij duo ſunt cũ facit defendendo

[3] Et not. 33. qõ. 5. hæc imago. in fin. & 2.q.3. in fin.

iudex uel miniſter eius nocentē, & cui forte inuito [a] atq; imprudēti [b] telū de manu fugerit: non mihi uidentur peccare cùm hominem occidunt: ſed nec etiam homicidæ iſti appellari ſolent.

Idem in quæſtionibus Leuitici. †*Cùm homo iuſtè occiditur, lex eum occidit* [c], *non tu.*

Item Pelagius Papa.

Non qui ad bonum, ſed qui ad malum cogit, perſequitur.

CAN. XLI.

Non uos hominum uaniloquia [d] retardent, dicentium quia perſecutionem eccleſia faciat, dū vel ea, quæ committuntur, reprimit, vel animarum ſalutem requirit. errant huiuſmodi rumoris fabulatores. Non perſequitur niſi qui ad malum [e] cogit. qui verò malum uel factum iam punit, uel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte ſed diligit. Nam ſi (vt illi putant) nemo nec reprehendendus eſt à malo, nec retrahendus à malo ad bonum eſt, humanas & diuinas leges neceſſe eſt euacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia iuſtitia ſuadente conſtituunt. malum autem ſchiſma eſſe, & per exteras [f] etiam poteſtates huiuſmodi opprimi debere homines, & canonicæ ſcripturæ authoritas, & paternarum regularum nos ueritas docet. quiſquis ergo ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, in ſchiſmate [g] eum eſſe non dubium eſt, & contra uniuerſalem eccleſiam altare conatur erigere. Sed quid de talibus inſertus in calcedonenſi ſynodo canon conſtituat, gloria ueſtra conſideret.

Vbi poſt alia ſic dicit:

Qui à communione ſe ipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluerit vocanti epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire primò & ſecūdò [h] vocanti: hunc omnino damnari, nec vnquam uel orationem [i] mereri, nec recipere [k] eū poſſe honorem. ſi enim permanſerit turbas faciens & ſeditiones eccleſiæ, per exteram poteſtatem tanquam ſeditioſum comprimi. Et beatus Auguſtinus †de talibus dicit: Multa etiam cum inuitis [l] benigna quadam aſperitate plectendis agenda ſunt, quorum potius utilitati conſulendum eſt, quàm uoluntati. Nam in corripiendo filium quantumuis aſperè nunquam paternus amor amittitur: fit tamen quòd nollet vt doleat, qui etiam inuitus uidetur dolore ſanandus. Ecce uidetis quemadmodum tanti teſtimonio patris, non perſequatur [m] coërcendo talia, ſed diligat emendando tales ſemper eccleſia: facite ergo etiā uos, quod ſcientes intētionem Chriſtianitatis ueſtræ frequenter hortamur, & date operam ut talia fieri ultra non liceat: ſed etiam (quod vobis facillimum eſſe non dubito) hi qui talia præſumpſerunt, ad pijſsimum principem ſub digna cuſtodia dirigantur. recolere enim debet celſitudo ueſtra, quid per vos Deus fecerit tempore illo quo Hiſtriam & Venetias tyranno Totila poſsidente, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non antè tamen Mediolanenſem epiſcopum fieri permiſiſtis, niſi ad clementiſsimum principem [n] exinde retuliſſetis, & quid fieri debuiſſet, eius iterum ſcriptis recognouiſcetis & inter vbique feruentes hoſtes, Rauennam tamen & is qui ordinabatur [o], & is qui ordinandus erat, prouidentia culminis ueſtri deducti ſunt.

Idem † Narſæ patricio.

Schiſmaticos & hæreticos ſeculi poteſtates coerceant.

---

dendo ſe, vel alij ſubueniendo: vt ſ. ea. cum homo.

[a] Inuito. Fortuitus enim caſus nō imputatur, vt extra de homi. lator. dum tamen non præceſſerit culpa. l. diſt. ſæpe.

[b] Imprudenti. Non videtur quod imprudentia excuſet eum: quia imperitia culpę annumeratur. ff. de reg. iur. imperitia. Sed dic imprudenti, id eſt, ignoranti.

[c] Lex eum occidit. Sic xxxiij. q. ij. quos Deus. Io.

[d] Non vos. Vaniloquia. Vanæ voces populi non ſunt audiendæ. extra de elect. Olius. C. de pœn. l. decurionum.

[e] Ad malū. Quandoque perſecutio largius ſumitur ſ. e. q. iiij. ſi eccleſia.

[f] Exteras. Sic j. e. de Liguribus. & dixi ſ. e. princeps.

[g] In ſchiſmate. Ergo ſchiſma eſt, non habere caput Romanam eccleſiam: vt xxiiij. q. j. hæc eſt. & ca. quoniam vetus. Io.

[h] Secundo. Hic dicitur qđ bis debeat admoneri excōmunicādus, maxime hęreticus. alibi dicitur quod ſemel: vt j. proxima cauſa. q. j. quæ domus. alibi quod ſæpiſſime. j. q. vij. cōuenientibus. quando dicitur de trina admonitione: vt ſ. cap. adminiſtratores. j. prox. cau. q. iij. de excommunicationis. Quid iuris ſit, dixi ſuper illo ca. quæ domus.

[i] Orationem. Id eſt, ſupplicationē: quia ſine ſpe venię deponitur: vt ſtatim ſubiungit. xxj. diſt. inantum. Vel ideo dicit, q a ſchiſmatico ſiue intruſo, nulla datur audientia: ut xxiij. diſtinc. in nomine.

[k] Recipere. xj. q. iij. ſi quis epiſcopus in concilio.

ADDITIO.

Ad idem. j. ca. proxi. xvij. diſtinctio. nec licuit.

[l] Inuitis. ſ. xlv. di. & qui emēdat.

[m] Non perſequatur. Eccleſia: nec etiam vos per conſequens qui authoritate eccleſiæ eos coercetis.

[o] Principem. Ergo eccleſiaſtica perſona licite pōt petere vt mali detineant & ducant ad iudicium: vt ſ. ea. vnum ſolum. & j. ead. regentes.

[o] Ordinabatur. ſ. xxiij. q. j. pudenda.

De

---

† q. 66. lib. 3. ad c. 19. Leui.

Imperitia annumeratur culpæ.

Schiſma, quid ſit.

Excōmunicandus & maxime hæreticus, quoties admoneri debet.

† lib. contra Donatiſt. c. 17.

† Pelagius 2.

CAN. XLII.

DE Liguribus atque Veneticis & Hiſtrijs epiſcopis, quid dicam? quos idonea eſt excellentia ueſtra & ratione & poteſtate reprimere, & dimittitis eos in contemptum apoſtolicarum ſedium, de ſua ruſticitate a gloriari: cum ſi quid eos de iudicio uniuerſalis ſynodi, quod Conſtantinopoli per primam nuper elapſam indictionem actũ eſt, fortè mouebat, ad ſedem apoſtolicam (quomodo ſemper factum eſt) electis b aliquibus de ſuis, qui dare & accipere rationem poſſent, dirigere debuerunt: & non clauſis oculis corpus Chriſti Dei noſtri, hoc eſt, ſanctam eccleſiam lacerare. Nolite ergo dubitare, huiuſmodi homines principali uel iudiciali authoritate comprimere: quia regulæ patrum hoc ſpecialiter conſtituerunt, ut ſi qua eccleſiaſtici officij perſona, cui ſubiectus eſt reſtiterit, uel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fecerit, iſte excommunicetur atque damnetur. Quòd ſi fortè & hoc contempſerit, & permanſerit diuiſiones & ſchiſma faciendo, per poteſtates c publicas opprimatur. Ecce de quo animus ueſter fortè timidus eſt, ne perſequi uidearis. de patrum uobis authoritate hæc breuiter dirigenda curaui: cùm mille alia exempla & conſtitutiones ſint, quibus euidenter oſtenditur & agnoſcitur ut facientes ſciſſuras in ſancta eccleſia, nõ ſolum exilijs, ſed etiam proſcriptione rerum, & dura cuſtodia per publicas poteſtates, debeant coerceri.

Idem.

Ab eccleſiæ unitate diuiſi, à ſecularibus poteſtatibus coerceantur.

CAN. XLIII.

QVali nos de gloriæ ueſtræ ſtudijs iudicio gratulèmur, non ſolùm ueſtram, ſed multorum ac penè d omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quæ uobis præſentibus ibi fieri ſtupemus, fiducialiter apud gloriam ueſtrã duximus conquerendum. Thracius ſiquidem, atque Maximilianus, nomina e tantum epiſcoporum habentes, & eccleſiaſticam ibi unitatem perturbare dicuntur, & omnes eccleſiaſticas res ſuis uſibus applicare, intantum ut contra unum eorum, id eſt, Maximilianum uſque ad nos per tam longum iter neceſsitate compellente, quidam infatigabiliter uenientes, preces offerrent: ob quam cauſam Petrum presbyterum ſedis noſtræ, ſed & Proiectum notarium ad eadem loca duximus deſtinandos: ut ea quæ canonicis ſtatutis à prædictis pſeudoepiſcopis compererint commiſſa, uel digna debeant ibi ultione compeſcere, uel eoſdem ad nos uſque perducere. Et ideo ſalutantes paterno affectu gloriam ueſtram, petimus ut præfatis: qui à noſtra ſede directi ſunt in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicuius eſſe peccati ſi huiuſmodi homines comprimuntur. hoc enim & diuinæ & humanæ leges ſtatuerunt, ut ab eccleſiæ unitate diuiſi, & eius pacẽ iniquiſſimè perturbantes, à ſecularibus etiam poteſtatibus comprimantur. Nec quicquam maius eſt unde Deo ſacrificium poſsitis offerre, quàm ſi id ordinetis, ut hi, qui in ſuam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant uigore compeſci.

Item Pelagius papa.

Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda eſt.

CAN. XLIIII.

REelegentes literas excellentiæ ueſtræ de iniuria quidem, quam uobis iniquorum hominum præſumptio ingeſsit, ualde doluimus. Sed quia ſcimus occulto Dei iudicio, animam ueſtram & ſi per aliorum iniquitatem & ſuperbiam à contaminatione ſchiſmatis cuſtoditam, egimus omnipotenti Deo gratias: qui etiam de malis hominum actibus bona f operari conſueuit. nec enim ſine illius prouidentia factum eſſe credendum eſt, ut inſenſati & peruerſiſsimi homines uſque ad hoc proſilirent, ut ſuam diuiſionem catholicam eſſe credentes eccleſiam, à ſua uos pollutione prohiberent. Si enim per miſericordiam Dei, etiam neſcientibus illis

Ruſticitas dupliciter ſumitur.

De qua dicitur nihil impudẽtib. &c. ut 46. diſ. in prin.

Bonum prouenit ex malo.

a De Liguribꝰ. Ruſticitate. id eſt. ſuperbia. alibi ponit pro ſimplicitate: ut ij. q. vij. capit. ſancta. Et ſic eſt ar. quod quãdoq; nõ ſit parcendũ ruſticitati.

b Electis. Sed qualiter potuit hęc cauſa ꝑ procuratorẽ agi, cum iſti de crimine cõuenirẽtur? Sed dic quod licet fuerit de crimine actum, nõ tamen criminaliter: unde potuit procurator interuenire, ut extra de accuſat. ca. ueniens. & cap. ſuper his. & iij. q. vj. hæc ꝗppe.

c Per poteſtates. ꝟ. ead. c. princeps.

d Quali nos. Pene. Nota ꝙ dicit pene: & tamẽ longe plures erant, qui neſcirẽt quã qui ſcirẽt: dũ tamẽ ad modicam quãtitatẽ deberet referri: ut iij. q. vij. qui ſine. ff. de uerb. ſig. hęc adiectio.

e Nomina. Sic xv. q. uj. c. ſi quis preſbyter. Ioan.

f Relegẽtes. Bona. Nota ꝙ ex malo prouenit bonum: ut decimatertia diſtin. nerui. in fi. ſi cut de facto Iudęorum

hoc factum eſt, ut à ſchiſmaticorum communione eruti, catholicæ, quam diligitis, ſeruari uos contigiſſet eccleſiæ. Quamuis igitur ueſtra per illorum ſcelus facta ſit utilitas, nolite tamen impunitã præſumptionem iniquorũ hominum graſſari permittere: ſi enim hoc quod in ueſtram gloriã præſumpſerunt, non fuerit uindicta compreſſum, quòd in minoribus non ualeant puniri ambigi ultrà nõ debet. Exercete igitur in talibus debitam authoritatem, & ne eis amplius talia committendi ſpes creſcat, ueſtris coerctionibus reprimantur. Ad hoc ſiquidem Dei nutu, etiam contra uos talia præſumpſerunt, ut talia, uobis corrigentibus, ab eodem ſcelere alios poſſetis Deo propitiante munire. Quales autem ſunt qui eccleſiam fugiunt, Eufraſij uos ſcelera (quæ amplius occulta Deus eſſe noluit) euidenter informãt: qui in homicidio quidem, nec hominis neceſsitudinem, nec fratris charitatem, nec ſacerdotij reuerentiam cogitauit: inceſtuoſo autem adulterio, etiã ipſius uindictæ abſtulit [a] modum: quia ſi adulterium [b] punias, non remaneret in quo uindicetur inceſtus: ſi inceſtuoſo ingeras pœnam, inultũ crimen adulterij remanebit. Ecce de quo collegio ſunt, qui quantum ad ſuperbiam ſuam iniuriam uobis inferre moliti ſunt: & quantum ad prouidẽtiam Dei impollutos uos eccleſiæ Dei ſeruauerunt. Aufer te tales ab iſta prouincia, utimini oblata uobis à Deo opprimendi perfidos occaſione: quod tũc plenius fieri poterit, ſi authores ſcelerum ad clemẽtiſsimũ principẽ dirigantur: & maxime eccleſiæ Aquilegiẽſis inuaſor: qui & in ſchiſmate & in eo maledictus, nec honorem epiſcopi poterit retinere nec meritum.

Item Nicolaus exercitui Francorum.

In certamine quod contra infideles geritur, quiſquis moritur, cæleſte regnum meretur.

CAN. XLV.

OMnium ueſtrũ noſſe uolumus charitatem, quoniam quiſquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine [c] fideliter mortuus fuerit, regna illi cæleſtia minimè negabuntur.

Item Vrbanus ſecundus Godofredo Lucano epiſcopo.

Non ſunt homicidæ, qui ad uerſus excommunicatos Zelo matris eccleſiæ armantur.

CAN. XLVI.

EXcommunicatorum interfectoribus (prout in ordine eccleſiæ Romanæ didiciſtis) ſecundum intentionem [d] modum congruæ ſatisfactionis iniunge. non enim eos homicidas arbitramur, quos aduerſus excommunicatos zelo catholicæ matris eccleſiæ ardentes, aliquos eorum trucidaſſe contigerit. Ne tamen eiuſdem eccleſiæ matris diſciplina [e] deſeratur, eo tenore, ſecundum quem diximus, pœnitẽtiam eis indicito congruentem, qua diuinæ ſimplicitatis oculos aduerſus ſe complacare ualeant, ſi fortè quid duplicitatis [f] pro humana fragilitate in eodem flagitio [g] incurrerint.

Item Auguſtinus ad Bonifacium.

Pax eccleſiæ mæſtitiam conſolatur perditorum.

CAN. XLVII.

QVis enim ueſtrum [h] uelit aliquem inimicorum ſuorum non ſolùm pe-

---

rum qui crucifixerunt Deum. Itẽ eſt hic arg. quod malum punitur quãuis exinde prouenerit bonũ: ut ſi quis puerũ caſtrauerit, licet eũ meliorẽ fecerit, tñ punit. ff. ad leg. Aql. ſi ſeruus ſeruum. §. & ſi puerũ. ſimiliter licet quis rẽ fecerit prohibitã, licet bene fecerit, tamen punit. ff. de re mil. l. ij. §. ĩ bello. Arg. cõtra. ff. ad leg. Aql. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi ohũs.

[a] Abſtulit. Hoc ideo dicit, qa pœna mortis punit, ſiue pro uno, ſiue ꝓ altero. alias aũt idẽ delictum põt uarijs pœnis puniri: ut xvij. q. iiij. attendẽdum. & xvj. quæſtio. j. ſtatuimus [i] Hic cõſueuit diſtingui cũ qs accuſat de diuerſis criminibus: aut illa crimina deſcẽdunt ex eodem facto, aut ex diuerſis. Et hæc diſtinctio nota. C. de accuſa. qui de crimine. ſi aũt diuerſis criminibus uelit quis agere, diſtinguitur: aut illæ actiones ſunt ambę pœnales, aut ambę rei perſecutoriæ: aut una pœnalis, & altera rei perſecutoria: ut not. ff. nautæ, caupones, ſtabula. l. ſecunda.

[b] Si adulterium. hic uidetur quod ſecundũ canones & adulteriũ & inceſtus morte puniant: ſecundũ leges hodie adulteriũ nõ punit morte: ut C. de adul. auth. ſȝ hodie. Io.

[c] OMniũ. Certamine. ĩ. eadem quæſtione viij. omnium.

[d] EXcommunicatorũ. Intentionẽ. Scilicet occidẽtium. Vel ſecundũ intentionẽ imponẽtis pœnã: ut xxvj. q. vij. tpa.

Accuſatione qs de diuerſis criminibus.

[i] Ad idẽ 21. q. 5. c. 3. in fi. & uide qđ no. Inno. de hac materia, ext. de collu. c. ulti. & de pur. c. cum dilectus.

[e] Diſciplina. Nota ad cautelã quòd ex abundanti debet aliquid fieri, ne diſciplina mřis eccleſiæ deſerat: ut 50. diſt. presbyteros. & xxxiiij. q. ij. in lectum. & xv. q. j. ſi quis inſaniẽs quæ. n. dubitationis cauſa ex abundãti apponunt, ius cõe nõ lædunt: ut ff. de reg. iur. quæ dubitationis. & l. nõ ſolet. Item eſt hic ar. quod in dubijs in deteriorẽ partẽ interpretamur [2] contra regulam illam extra de reg. iur. eſtote.

[f] Duplicitatis. id eſt, mortalis peccati.

[g] Flagitio. id eſt, quod alias eſt flagitium.

[h] VIs. n. ueſtrum. Ex hoc ca. dicit quidã ꝙ qui percutit clericum excõicatum, non incidit in canonem: & quod nõ eſt priuãdus aliquis ĩgreſſu eccleſiæ per eũ qui eſt extra eccleſiam: qđ non admitto: & loquit hic de tali excõmunicato, qui penitus

Diſciplina eccleſiæ nõ eſt deſerẽda.

[2] Vt ĩ hoc caſu. Alium caſum habes 30. q. 5. c. j. ſed hoc iõ fit ut qđ certius & magis ſine periculis aĩæ eſt, teneat. unde tene certum & dimitte ĩcertũ. de pœni. diſ. 7. ca. 2. ad hoc extra de ſpõ. iuuenis. alias ordinariũ eſt ꝙ dubia ĩ meliorem partẽ ĩterpretemur extra de reg. iu. c. j. de hoc no. extra de ſeru. c. unico. & 78. di. presbyteri. Archi.

penitus incorrigibilis eſt. xj. quæſt. j. petimus.

[a] Remittũtur. Per Dei verbũ. Id eſt, per orationẽ vel per prædicationem eccleſiæ. ſ. per prædicationem Euãgelij. ſic xv. q. j. nec is. & ſupra ead. non ſolum.

3. Reg. 1. a

Sennacherib fuit rex Aſſyriorum.

[b] Per Sennacherib. regem Aſſirioꝝ qui maximã partẽ filiorum Iſraelis captiuauit, q cũ ueniſſet ad obſidẽdum Ieruſalẽ, ab Angelo exterminatore nocte eſt fugatus, occiſis ab eodẽ Angelo 185. millibus de exercitu ſuo.

[c] Et per Nabuchodonoſor. Qui cępit Ieruſalem, & tribum Iuda & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

[d] Et per principes. ſ. per Veſpaſianum & Titum qui quadrageſimoſecũdo anno poſt paſſionem domini Ieruſalẽ deſtruxerũt.

[e] Aſſur. Sennacherib.

[f] Non niſi temporalem. Argu. quod ſufficit aliquẽ bonũ facere, ad hoc ut remunerãdus ſit, etſi illud mala intentione facit. Nã & qui prędandi animo gerit negotia alicuius, habet actionem negotiorum geſtorum: ut ff. de neg. geſ. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis negotia. Itẽ eſt hic arg. quod qui ignorãs adimpleuit uoluntatem alicuius, dicitur obtẽperaſſe ſuæ uoluntati. arg. contra. ff. de cõdi. & demonſtra. l. ij. vbi dicitur non enim uidetur obtẽperaſſe, qui fatali caſu obtemperat. Sed illud obtinet cum conditio apponitur quæ eſt in poteſtate alicuius: ſecus ſi non eſt in poteſtate: ut ibi dicitur. Item eſt hic argu. quod ex eodem facto conſequitur quis præmium & pœnam: ut xxij. q. ij. ſi quęlibet.

† lib. 2. de Cain & Abel c. 4. Obtemperans caſu fatali, non uidet obtẽperare.

Da. Id

rire, uerùm etiam aliquid perdere?

Sed ſi domus Dauid aliter non meruit habere pacem niſi Abſalon filius eius in bello, quod gerebat contra patrem, fuiſſet extinctus: quãuis magna cura mandauerat ſuis, ut eum quantum poſſent uiuum ſaluumq; ſeruarent, ut eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret: quid ei reſtitit niſi perditum flere, & ſui regni pace acquiſita, ſuam mœſtitiam conſolari?

Si ergo uiri ſancti & publicæ poteſtates bella gerentes, nõ fuerunt trãſgreſſores illius mandati, Non occides, quãuis quoſque flagitioſos digna morte perimerẽt: ſi miles ſuæ poteſtati obediens non eſt reus homicidij, ſi eius imperio quẽlibet flagitioſũ interfecerit: ſi homicidas et uenenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſteriũ: ſi pax eccleſię mœſtitiã cõſolatur perditorũ: ſi illi qui zelo catholicæ matris eccleſię accẽſi excõmunicatos interficiunt, homicidę nõ iudicantur: patet quòd malos nõ ſolùm flagellari ſed etiam interfici licet.

Sed quæritur ſi contingat aliquos malos puniri, ab his qui non habent legitimã poteſtatem: an ſint rei effuſi ſanguinis ij, per quos puniuntur?

De his ita ſcribit Ambroſius. †

Aliquando puniuntur, peccata, per populos iuſſu diuino excitatos.

CAN. XLVIII.

REmittuntur peccata per Dei uerbum [a]: cuius Leuites interpres & quidã executor eſt. Remittuntur per officium ſacerdotis, ſacrũmq; miniſterium. Puniuntur quoque peccata per homines, ſicut per iudices, qui poteſtate ad tẽpus utuntur. Puniuntur peccata etiam per populos, ſicut legimus, quia ſæpe ab alienigenis Dei iuſſu excitatis propter diuinæ maieſtatis offenſam ſubactus eſt populus Iudæorum.

Hinc notandum eſt, quòd aliquando punit Deus peccata per neſcientes: aliquando p̃ ſcientes. Per neſciẽtes peccata punit, Eſa. 37. E
ſicut p̃ Sennacherib [b], et per Nabuchodo 4. Re. 25. a
noſor [c] regẽ, & per Antiochũ, & p̃ prin 2. Ma. 5. a
cipes [d] Romanorũ, et per nonnullos reges gentiliũ populum Iſraeliticum delinquentẽ aliquãdo afflixit, aliquando captiuauit. unde ipſe dominus ait per prophetã: Virga furoris mei Aſſur: ipſe autẽ non cognouit. Eſa. 10. b

Aſſur [e] erat uirga furoris dñi, quia per eum innumeras gẽtes diuina iuſtitia flagellare diſpoſuit. Ipſe uerò non cognouit: quia in ſuperbiam elatus, uictoriã quam aſſecutus fuerat, non diuinæ potẽtiæ, ſed ſuis uiribus attribuit. Vnde contra eius ſuperbiã Dominus loquitur dicens: Nũquid gloria
bitur ſerra cõtra eum, qui ſecat in ea? aut Ibid. d
nunquid exaltabitur ſecuris contra eũ qui cædit in ea? Quibus ſimilitudinibus ſatis p̃ſpicuè oſtẽditur quòd ſicut ſerra et ſecuris nec ſecare nec cædere ligna poſſunt, niſi ab alio regantur, ac ideo cõtra regentem ſe ſuperbire non debent: ſic illi, p̃ quos Deus punit abſque nutu diuinæ diſpoſitionis nihil agere ualẽt ac ideo cõtra regentẽ ſe ſupbire eis non licet. Tales in eo quod puniunt, Deo ſeruire dicũtur: in eo autẽ quod ignorantes ſe eſſe miniſtros irę Dei, impia uanitate ſuperbiunt, mercedem ſuę ſeruitutis à Deo non niſi temporalẽ [f] inueniunt: pœnam uerò ſuæ ſuperbiæ non effugiũt. Vnde cùm dominus diceret ad prophetã de Na
buchodonoſor: Quid dabo ei p̃ labore ſuo Eze. 29. d
quo ſeruiuit mihi apud Tyrũ? ſtatim ſub-

[a] Da. Id, eſt datam pronuntia. Similis expoſitio. ff. de teſt. hæredes palam. §. ſi quid.
[b] Per Antiochũ. Qui tempore Machabæorum Ieruſalem cæpit, & tẽplum polluit.
[c] Poſuerũt. Quia uexilla & ſcuta & arma ſua poſuerunt in templo in ſignum uictoriæ.
[d] Bonorum. Id eſt, in ſignum eorum, qui ſunt futuri boni.

Quod

Danie. 4.
[b] Qui & poſuit arã idoli i medio Ieruſalẽ quam Matathias deſtruxit: et aufugit ad mõtes cum 5. filijs, per quos De⁹ fecit ſalutẽ in Iſrael. De hoc habes ſ. c. ſi audieris ſub iſto. Antiocho ignis de tẽplo extinctus fuit, quia vẽdidit ſacerdotiũ Iaſoni, ut habet. j. q. õ. j. ſicut eunuchus. Archi. 1. Ma. 1. c c. Pſal. 78.

iunxit: Da [a] Domine, hoc eſt, datam ſibi pronũtia Aegyptum & Ethiopiam. Cùm autem in corde ſuo ſuperbiens poſtea diceret, Nonne hæc eſt Babylon, quam ego condidi in robore regni mei, &c. ſtatim immutauit Deus rationabilem mentem eius, et induit eum ferina beſtialitate, ut ab hominibus fugiens cum beſtijs uiueret. Per Antiochum [b] quoque cùm idololatriam Iudaicæ plebis dominus punire decreuiſſet, et pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex ſacris nationum aſſumptis querebãt, illis in perniciem uerteret: quia Dei diſpoſitionem ignorãs ſuæ facultati deuaſtationẽ illius plebis attribuit, imprecatur in eum propheta dicens: Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, et in regna, quæ non inuocauerunt nomen tuum ne fortè dicant in gentibus, ubi eſt Deus eorum? Similiter cum per Romanos peccatũ mortis Chriſti Deus punire decreuiſſet, urbis excidium, & Iudaicę plebis miſerã captiuitatem ſuis uiribus abſcribere cęperunt unde cõtra eos propheta imprecatur

Pſal. 73.

dicens: Leua manus tuas in ſuperbias eorũ qui te oderunt, & qui multa maligna operati, monumenta ſuæ uictoriæ poſuerunt [c] in medio atrio tuo. Per ſcientes peccata

Ioſ. 5. & 6
Deute. 7.

puniuntur, ſicut Deus per filios Iſrael uoluit peccata punire Amorrhæorum: & Chananæorũ, & aliorum gentium, quarũ terram Iſraelitis poſſidẽdã dedit: quibus etiam præcepit ut nemini eorum parcerẽt. ſed omnes morti traderent. Quid propter peccata eorum illis contigiſſet, ex uerbis domini apparet: qui cùm diceret ad Abra

Gen. 15. d

ham: Semini tuo dabo terram hanc: ueluti quæreret, quare non modò eam das mihi? audiuit: Nondũ enim ſunt peccata Amorrhæorũ conſummata: quæ tunc intelliguntur fuiſſe conſummata, cum populus ille de Aegyptiaca ſeruitute liberatus, terram eorum (ſicut Abrahæ promiſſum fuerat) in hæreditatem accepit. Cùm ergo ſic diuino iuſſu ad puniendum peccata populi excitantur, ſicut populus ille Iudaicus eſt excitatus ad occupandam terram promiſſionis, & ad delendas gentes peccatrices: ſine culpa noxius ſanguis effunditur, et quæ ab eis malè poſſidentur, in ius & dominiũ ritè transeunt bonorum [d]. Cùm uerò occulto inſtinctu aliqui mouentur ad perſequendum malos, ſicut Sennacherib & cæteri, qui populum delinquentem perſecuti ſunt: licet occulto inſtinctu operante, illorum meritis incitentur ad perſequendum: tamen quia praua intentione non peccata delinquentium punire, ſed illorum bona rapere, uel ſuæ ditioni ſubijcere quærunt, non ſunt ĩmunes à crimine. De quibus etiã notandum eſt, quòd aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum: ut tandẽ per bonos correctos, ipſi quoque punian- Iudi. 4. a
tur: ſicut in lib. Iudicum legitur, de Iabin rege Chananæorũ & de Madianitis, quod propter idololatriam populi ſuſcitauit eos Deus ut Iſraelem affligerent, & terram eorum occuparent. Cùm autẽ populus Dei ſub manibus eorum diutius afflictus peccatum ſuum recognoſceret, et per pœniten- Iudi. 8. a
tiam ſibi deum placaret: Dei præcepto & Barach comitatus Delboram prophetiſſam uxorem Lapidoth, Iabin regem Chananæorum & Zizaram ducem exercitus ſui contriuit, & Gedeon Zebeæ & Salmana reges Madianitarum, & Oreb & Zeb duces eorum morti tradidit. Apparet ergo quòd aliquando per legitimam poteſtatem gerentes, aliquando per populos diuino iuſſu excitatos, mali pro peccatis ſuis non ſolùm flagellãtur, ſed etiã ritè perduntur. Nec eſt contrarium illud Auguſtini, quod ad Marcellinũ pro circuncellionibus ſupplicãs rogabat ut uerberibus eos coerceret, non morte perderet quamuis enim ſupplicando ſpatium uitæ eis reſeruari poſcit, nõ tamen legum ſeueritatẽ, qua tales morte plectũtᷣ, nõ obſeruandã docuit

QVAEST. VI.

QVód autẽ [a] quærit an mali ſint cogẽdi ad bonum, facilè apparet. Antiquus nanq; populus ille metu pœnarum ad obſeruationẽ legis cogebatur. In Euãgelio quoq; dominus ait diſcipulis ſuis: Nolite timere eos, q corpus occidunt, animã autẽ nõ poſſũt occidere: ſed potius eũ timete, (id eſt, ei in timore & reuerentia ſeruite) qui poteſt animã et corpus perdere in gehẽnã. Paulus quoq; cùm eccleſiã Dei perſequeretur, in itinere cæcatus ad Deũ conuerti coactus eſt: unde ſe abortiuo ſimilẽ teſtatus eſt dicens Nouiſſime aũt omniũ tanquam abortiuo uiſus eſt & mihi.

Hinc Auguſtinus ſcribit ad Bonifacium. †

Eccleſia malos debet cogere ad bonum, ſicut Chriſtus Paulum coegit.

CAN. I.

SChiſmatici [b] dicũt: cui uim Chriſtus intulit? quẽ coegit? Ecce habẽt apoſtolũ Paulũ: agnoſcant in eo prius cogentẽ Chriſtũ poſtea docentẽ: prius ferientem poſtea cõſolantem. Mirum eſt autẽ quomodo ille qui pœna corporis ad Euangeliũ coactus intrauit, plus omnibus illis laborauit, qui ſolo uerbo uocati ſũt in Euangelio, & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas mittit foras timorem. Cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios ut redirent, ſi perditi filij coegerunt alios ut perirent? quamuis & illos, quos non coegerunt, ſed tantummodo ſeduxerunt [c], Si per terribiles & ſalubres leges in eius gremium reuocẽtur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multò amplius, quàm de illis, quos nunquã perdiderat, gratulaẽ. An non hoc pertinet ad diligẽtiam paſtoralem, etiam illas oues quæ non uiolenter ereptæ, ſed blandè leniterque ſeductæ a grege aberrauerant, & ab alienis poſſideri cæperant, inuentas ad ouile dominicũ, ſi reſiſtere ei uoluerint, flagellorum terroribus, uel etiam doloribus reuocare: Item à Chriſto coactum Paulũ oſtendimus. Imitatur itaq; eccleſia in iſtis cogendis dominum ſuum: qui prius ut neminem cogeret, expectauit ut de fide regum, atque gentilium prædicatio prophetica [d] compleretur.

Etiam † hinc non abſurdè intelligitur illa Apoſtolica ſententia, ubi beatus Paulus dixit: Paratus ſum ulciſci omnem inobediẽtiam, cùm completa [e] fuerit prior ueſtra obedientia. Vnde & ipſe dominus ad magnam cœnam ſuam prius conuiuas adduci iubet, & poſtea cogi. Nam cum ei ſerui reſpondiſſent: Domine, factum eſt, quod iuſſiſti, & adhuc locus eſt: exite, inquit, in uias & ſepes: & quoſcunque inueneritis, cogite intrare. In illis ergo qui primò leniter adducti ſunt, completa eſt prior obedientia: in iſtis autem, qui coguntur, inobedientia: coercetur. Item ſi per poteſtatem, quam per religionem ad fidem regum tempore quo debuit, diuino munere accepit eccleſia, hi, qui iueniunẽ in uijs & ſepibus, id eſt in hæreſibus & ſchiſmatibus, coguntur intrare: non quia coguntur reprehendant, ſed quo coguntur attendant.

Item ad Donatiſtas. †

Varijs modis errantes corripiuntur à Deo.

CAN. II.

QVod errauerat [f] (inquit dominus) non reuocaſtis: & quod perierat nõ requiſiſtis. hoc uobis [g] ipſe Deus per nos facit ipſe obſecrando, ipſe minando, ſiue corripiendo, ſiue damnis, ſiue labo- Ezec. 34.

---

[a] QVod autem. Hæc quæ. nihil habet dubitationis. quia ad bonum nõ ſuſceptũ nemo cogẽd^r eſt. ſupra quæſt. prox. ad fidem. ſed ad bonum quod ſuſcepit, cogendus eſt: ut quadrageſimaquinta diſt. de iudæis. magiſter tamen aliter ſoluit, ĩ. eadem. §. ult.

Bonũ facere utrũ qs cogatur.

Mat. 10. c

ADDITIO.

Dicas q illi qui fidem non receperunt, non ſunt abſolute compellẽdi ſed ſunt quandoq; excitandi exhortationibus. xlv. diſtinctione. qui ſyncera quãdoq; præmijs. ſ. ea. q. iij. ca. ulti. qualiter hoc intelligitur, habes extra de baptiſ. maiores. noſtra enim fides non patitur, quod tales ĩ uiti compellãtur, ut prædictis iuribus, & extra de Iudæ. ſicut. Io.

Actu. 9. a

[b] SChiſmatici. Supra eadẽ. quæſtione quarta. quis nos.

? epi. 50. Coacto ſubuenit.

[c] Seduxerunt. Mitius hic agitur cũ circunuento, quã cum coacto: cum tamen alias ſubuenitur coacto in uoto: ut extra quod metus cauſa. perlatum ſed nõ ſubuenitur ibi circunuento: ut uigeſima, quæſtione tertia. conſtituit.

[d] Prophetica. Quia nõdum erat ĩpleta prophetia: & nũc reges intelligite, &c. ut ſ. q. iiij. nõ inuenitur.

[e] Completa. Primo enim ſalubriter admonẽdi ſunt boni, ut ſic cætera multitudo frangatur, ut quadrageſimaquarta diſtinctione. comeſſationes. l. diſtinctio. ut conſtitueretur. Ioannes.

[f] QVod errauerat. Verba ſunt prophetæ [1] alloquentis. magiſtros legis. p quos intelligũtur prælati: per quos probat Auguſt. malos eſſe cogendos.

[1] Ezec. 34 b

[g] Hoc uobis. Verba Auguſtini. Vides [illegible]

† alias incipit, hinc non abſurde.

[illegible]

a Vides. Bonum. Vt ſ. quæſtione quinta. ad fidem.

b Et volens. Sic ex nolente fit volens, vt ſupra ſeptuageſimaquarta diſtinctione. conſuluit. & ſupra, quæſtione quarta. diſplicet. † 48.

c Opinio. Sic ergo iure peritus debet mutare opinionem ſuam, ſi expedit mutare. ut duodecima, quæſtione prima certe. & ff. de iure patro. diu. Item ex hoc loco dicunt quidam Auguſtinum quandoque fuiſſe hæreticũ: ſed potius ꝓbatur hic contrariũ. *Opinio mutari poteſt.* *Obiectum eſt aliquã do Auguſtino ꝙ hæreticus fuerit.*

d Credatur. Nunquam creditur fuiſſe malum, quod factum eſt bonũ: vt I. diſtin. ferrum. & ff. de ædili. edict. quod ita. *' Vide ꝙ not. 32. q. j. qđ autẽ. & ca. non erit. & ca. apud.*

e Iam vero ſi. Hoc capit. intelligitur de hæreticis. cõtrarium eſt extra de hæreti. c. ſicut. vbi prohibetur ne aliquis eos teneat i terris ſuis uel in domo, vel aliquem cõtractum cum eis faciat. Sed dic, quod loquitur de eo, qui alias eſt incorrigibilis: vel loquitur de Iudęis, prout dixi ſ. q. iiij. c. vl. Io. [redacted]

f Seruitia. Supra decimaquinta, q. j. non eſt.

g Inuitus. Sed qualiter poteſt ꝗs inuitus dare, cum nec ignorans nec inuit⁹ quis donet: vt C. de dona. nec ignorãs? Sed facias vim & differentiã inter dare & donare: vt donum dicatur ꝙ aliquis ex libertate dat, & ex certa ſciẽtia [g] vnde epiſcopus nõ dicitur donare præbendas, ſed dare. *Donare, & dare differunt.* *[g] Vt ff. de do. l. dari.*

h Pudorẽ. Quandoque etiam ſi aliquis tacet propter verecundiam, non ſibi præiudicat: vt ff. de furt. l. pe.

i Si ex neceſsitate. Ideſt, pręcepto. vel loquitur de neceſsitate vitæ.

k Diſpenſatio. Aliis diſpenſo, ſed mihi nõ proficio. Conſue.

ribus, ſiue per ſuas occultas admonitiones vel viſitationes, ſiue per poteſtatum temporalium leges.

Item in epiſtola † ad Vincentium.

Non eſt cõſiderandum quòd quiſque cogitur, ſed quale ſit illud, ad quod cogitur.

CAN. III.

Vides (ut opinor) non eſſe conſiderandum, quòd quiſque cogitur, ſed quale ſit illud, ad quod cogitur, utrùm bonum [a], an malum: nõ quòd quiſque bonus poſſit eſſe inuitus: ſed quandoque timendo quod non uult pati, uel relinquit impedientem animoſitatem: uel ignoratam cõpellitur cognoſcere ueritatem: ut timens uel reſpuat falſum de quo contendebat: uel quærat uerum, quod neſciebat: & uolẽs [b] iam teneat quod nolebat. Item mea primitus ſententia erat neminem ad Chriſti & eccleſiæ vnitatem eſſe cogendum: uerùm uerbo eſſe agendum: diſputatione repugnandum, ratione uincendum: ne fictos catholicos haberem, quos apertos hæreticos noueram. Sed hęc opinio [c] mea nõ contradicentium uerbis tantùm, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. nam primò opponebatur mihi ciuitas mea: quæ cùm tota eſſet in partes Donati, ad unitatem catholicam legum imperialium timore conuerſa eſt: quam nunc uidemus ita huius animoſitatis ueſtræ perniciem deteſtari, ut in ea nunquam fuiſſe credatur [d]. Item & aliæ multæ quæ mihi nominatim commemorabantur: ut ipſis rebus agnoſcerem etiam in hac cauſa, rectè intelligi poſſe quod ſcriptum eſt: Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Pro. 9. b

Item Gregorius Maximiano epiſcopo. † *† Imò Ianuario epiſcopo recolitano epiſt. 26. l. lib. 3.*

Onere penſionis ruſticus ad dominum conuerti cogatur.

CAN. IIII.

Iam uerò ſi [e] ruſticus tantæ perfidiæ & obſtinationis fuerit inuentus, ut ad dominum Deum minimè uenire conſentiat, tanto penſionis onere grauandus eſt, ut ipſa exactionis ſuæ pœna compellatur ad rectitudinem feſtinare.

Ex his omnibus colligitur, quòd mali ſunt cogendi ad bonum. Sed obiicitur illud quòd nemo eſt cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. ad bonum aũt quiſque inutiliter cogitur, cùm Deus aſpernetur coacta ſeruitia [f]. Vnde Apoſtolus cùm ad eleemoſynas Corinthios hortaretur ait: Vnuſquiſque det prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut ex neceſsitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Vnde datur intelligi, quòd qui inuitus [g] dat propter præſentem pudorem [h], & rem & meritum perdit. Item cùm redderet cauſam, quare à ſumptibus abſtineret, ait: Si ex neceſsitate [i] euangelizauero, non erit mihi gloria. Item ſi inuitus euangelizauero, diſpenſatio [k] mihi credita eſt. ſi autem uolens hoc ago, mercedẽ habeo apud Deũ. 1. Co. 9. b Ibidem. d

Item cùm Galatis ſcriberet, legalia non eſſe tenenda, ait: Si Spiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege. Ex quo apparet, eum qui ſub lege eſt, id eſt, qui timore pœnæ, non amore iuſtitiæ ſeruit, non duci ſpiritu ſancto. ſi autem ſpiritu ſancto non ducitur, Deo placere minimè ualet. Item, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Ex quibus uerbis datur intelligi, quòd etſi in ueteri teſtamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum, tamen in nouo teſtamento ſola libertate & dilectione Gala. 6. c Ro. 8. c

iuſtitiæ ſunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicuntur ſerui & filij ancillæ, pertinētes ad Iſmael: iſti dicūtur liberi & filij liberæ, pertinentes ad Iſaac.

1. Io. 4. d Item Ioannes in ſua epiſtola, Timor nō eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorē. Qui aūt cogitur, timore illo ducitur, qui non eſt in charitate: qui manus comprimit, nō animū mutat: quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porrò ſine dilectione boni nullus Deo placere, uel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde cùm propheta diceret, Animalia tua habitabunt in ea, ſcilicet hæreditate. (Pſal. 67.) oſtēdens qūo ad ipsā habitationē † perueniant, ſubdit, In dulcedine tua quā tu paraſti pauperi Deus. Dulcedinē uocans, ſuauitatē boni operis, qua bonum fit non timore pœnæ, ſed delectatione iuſtitiæ. Cùm ergo ſine hac dulcedine animalia in hæreditate nō habitent, patet quòd nemo niſi inutiliter ad bonū cogitur ſolo timore. Quicunque enim ad bonum cogitnr ſolo timore, non amore ducitur: non ergo ſunt mali cogendi ad bonum. His ita reſpondetur, Si bonū ad quod mali coguntur, ſemper inuiti tolerarent, & nunquam uoluntarij ſeruirent, inutiliter cogerētur ad illud: ſed quia humanæ naturæ eſt, & ea, quæ in deſuetudinem ducuntur, abhorrere, & conſueta magna cuſtodia diligere, flagellis tribulationum mali ſunt cohibendi à malo, & prouocandi ad bonum: ut dum timore pœnæ malum in deſuetudinem ducitur, abhorreatur, bonum uerò ex conſuetudine dulceſcat. unde Auguſtinus in pſalmo cxxvij. Cum per timorem gehēnæ continet ſe homo à peccato, fit conſuetudo [a] iuſtitiæ: & incipit quod durū erat, amari, & incipit excludi timor à charitate: & ſuccedit timor caſtus, de quo hic dicitur: quo timemus ne tardet ſponſus, ne diſcedat, ne eo careamus. Ille utilis eſt: ſed non permanet in æternum ut iſte.

QVAESTIO VII.

Nunc autem [b] quæritur an hæretici ſuis, & eccleſiæ rebus ſint expoliandi: & qui poſſident hæreticis ablata, an dicantur poſſidere aliena?

De his ita ſcribit Auguſtinus ad Vincentium. † (epi. 48. col. pe. co. a.)

Res terrena, non niſi diuino, uel humano iure tenetur.

CAN. I.

Qvicunque uos ex occaſione huius legis Imperialis, non dilectione corrigendi, ſed odio inimicandi perſequitur, diſplicet nobis.

Et quamuis res quæque terrena non rectè à quoquam poſsideri poſsit, niſi uel iure diuino [c] (quo cuncta iuſtorum ſunt) uel iure humano (quod in poteſtate eſt regum terræ) ideoq; falsò res appellatis ueſtras, quas nec iuſtè poſsidetis, & ſecundū legem terrenorum regum amittere iuſsi eſtis: fruſtraque dicitis, Nos in eis congregandis laborauimus: cum ſcriptum legatis: Labores impiorum iuſti edent, ſed tamen quiſquis ex occaſione legis huius, quam reges terræ Chriſto ſeruientes ad emendandum impietatem ueſtram promulgauerunt, res proprias ueſtras cupide appetit: diſplicet nobis. Quiſquis denique res ipſas pauperum, uel baſilicas con

a Conſuetudo. Sicut enim ſeta inducit filum, ſic iſte timor iuſtitiā: ut j. de pœnitē. diſt. ij. capit. ſicut ſeta. Ioan.

b Nunc autē. Non ſolū hæretici, ſed omnes hoſtes licite poſſunt ſpoliari rebus ſuis, dūmodo bellū ſit iuſtū: & ille qui rē abſtulit, iure factus eſt dñs illius rei. ſ. ea. quæſt. v. ca. dicat. & ſ. diſtinct. j. ca. ius naturale. & ff. de acquiren. rerū dominio. l. naturale. §. ult. hæreticis aūt licitū eſt auferri ea quæ habent: ut ſ. diſt. viij. cap. quo iure. & j. ead. ca. j. & ſ. ead. q. v. c. ſi uos. melius tamen eſt quod authoritate iudicis fiat: ut ſ. ead. q. iij. c. ſex ſunt. Si ergo condemnatus eſt laicus de hæreſi, cōfiſcant bona eius: ut extra de hære. uergentis. ca. ſi clericus. tunc res eius ſunt eccleſiæ applicandæ: ut extra co. ca. ad abolēdā. & hæc uera ſunt etiā ſi aliquis hæreticus habet filios uel agnatos: ut ex. eo. c. uergentis. in fi. [1] Et ſic corrigit lex quæ dicit, bona hæreticorū ad filios uel agnatos deuolui: ut C. de hære. authē. de Neſtorianis. Licet aūt bona ſint ablata hæreticis, ſi tñ fuerint reuerſi ad fidem, priora bona eis ex miſericordia reſtituunt, & etiā epiſcopatus: ut ſ. ea. q. iiij. c. ipſa pietas. & j. ead. c. iij. Sic eſt melioris cōditionis ille, qui reuertit ab hæreſi, quā qui reuertit ab hoſtibus. Nā ſi deſertor reuertit ſponte ad ſuos licet in [illegible] uita, tamen [illegible] deportat: ut ff. de re milit. l. nō oēs. §. qui deſertorem.

† hæreditatem. Hereticorum bona cui applicantur.

1 Dicit Ray. hoc uidet intelligendū cū pſ publice pdicat contra fidē catholicam: uel publice profitetur uel defendit errorem uel corā plato ſuo eſt cōuictus uel cōfeſſus, aut ſentētialiter cōdēnatus de hæreſi extra de uerb. ſig. ſup quibuſdam.

c Quicūque uos. Diuino. id eſt iure canonico, quo eis ſunt omnia auferenda: ut ſ. ea q. v. c. ſi uos. non obſtat ſ. diſtin. viij. c. quo iure.

Dicie-

gregationum, quas ſub nomine eccleſiæ tenebatis (quæ omnino non debentur, niſi ei eccleſiæ, quæ uera eſt Chriſti eccleſia) non per iuſtitiam, ſed per auaritiam tenet: diſplicet nobis. Quiſquis pro aliquo flagitio uel facinore deiectum a à uobis ita ſuſcipit, ſicut ſuſcipiunt qui excepto errore quo à nobis ſeparamini ſine crimine apud uos uixerunt: diſplicet nobis. Sed nec facilè iſta monſtratis: & ſi monſtretis, † nonnullos toleramus b quos corrigere, uel punire non poſſumus: neque propter paleam relinquimus aream domini: neque propter piſces malos, rumpimus retia domini: neque propter hœdos in fine ſegregandos, deſerimus gregẽ domini: neque propter uaſa facta in contumeliam, migramus de domo domini.

Item contra Petilianum †

Catholici non ideo aliena poſſident, quia ab hæreticis ablata tenent.

CAN. II.

SI de rebus c uel locis eccleſiaſticis, quæ nõ tenetis, querimini, poſſunt & Iudæi iuſtos ſe dicere, & iniquitatem nobis obijcere, quia locum in quo impij regnauerunt, modò Chriſtiani poſsidẽt. Quid ergo indignũ, ſi ea, quæ tenebant hæretici, ſecundum parem domini uoluntatem catholici tenent? Ad omnes iniquos & impios d illa uox domini ualet: Auferetur à uobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. An fruſtrà ſcriptum eſt: Labores impiorum pij edent? Quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amiſiſtis. Item.

Si qua iam præciſi poſſidere cœpiſtis, quia uobis ablata, nobis dominus Deus dedit: non ideo côcupiſcimus aliena: quia illius imperio, e cuius ſunt omnia, facta ſunt noſtra, & iuſtè noſtra ſunt. Vos enim utebamini ad præciſionem, nos ad unitatẽ. Alioqui & primo populo Dei poſſent illi obijcere alienæ rei côcupiſcentiam, qui diuina poteſtate ab eorum facie, qui ea terra malè utebantur, expulſi ſunt: & ipſi Iudæi, à quibus ablatum eſt regnum ſecundum uerbum Domini, & datum eſt genti facienti iuſtitiam, poſſunt obijcere alienæ rei concupiſcentiam: quia Chriſti eccleſia poſsidet, † ubi perſecutores Chriſti prius regnabant.

Idem. †

Res eccleſiſtica ab hæreticis iniuſtè poſſidentur.

CAN. III.

QVod autem nobis obijciunt, quòd res eorum concupiſcamus f & auferamus, non rectè obijciunt: ſed utinam catholici fiant: & non ſolùm quæ dicunt ſua, ſed etiam noſtra in pace & charitate nobiſcum poſſideant. Vſq; adeò autem calumniandi g cupiditate cæcantur, ut nõ attendant quàm ſint inter ſe contraria h quæ loquuntur. Ipſi certè dicunt, & inuidioſiſsimè ſibi conqueri uidentur, quòd eos in noſtram communionem uiolento legum imperio coarctamus. hoc itaque nullo modo faceremus, ſi res eorum poſſidere uellemus. Quis enim auarus quærit compoſſeſſorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, uel faſtu dominationis elatus deſiderat habere conſortem? Ipſoſq; certè attendant quondam ſuos, modò etiam ſocios noſtros, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum ſua teneãt non ſolum quæ habebant, i ſed etiam noſtra, k quæ non habebant: quæ tamen, ſi pauperum compares ſumus, & iam noſtra ſunt & illorum. Si autem priuatim, quæ nobis ſufficiant, poſsidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem l quodam modo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili uendicamus. Quicquid igitur nomine eccleſiarum partes Donati poſside- dum nobis datã.

a Deiectum. arg. quod ſi hæreticus tulit ſententiã ſuper matrimonio, quod ualet: ut ĩ. proxim. cau. q. j. c. quiſquis. Arg. contra extra co. c. fraternitatis.

b Toleramus. infra xxxiiij. q. j. ca. pudenda.

c SI de rebus. hoc nomen res, hic ſtrictè ſumitur. nam ſecundum uerã ſignificationẽ oia côprehẽdit & corporalia & incorporalia. ut ff. de uerb. ſig. l. rei appellatio. & l. rei appellatione. Ioã.

d Et impios. Per hoc dicunt quidã quod Iudæis & Saracenis licite poſſumus ſua auferre: & intelligunt id qđ dr ĩ. q. viij. ca. diſpar. de perſonis Iudæorum, nõ de rebus. Sed ſecus credo, quia Iudæi ſoluunt tributũ, & de uoluntate nſa tenẽt ea q̃ hñt.

e Imperio. Simile xi iij. q. v. ca. dixit. xlv. diſtin. cap. qui syncera.

f QVod autẽ nobis. Cõcupiſcamus. ſ. ea. q. iiij. c. ipſa pietas. in fin.

g Calũniandi. Nõ eſt calumniandũ ius. ĩ. de conſe. di. ij. c. liq̃do. ff. ad exhiben. l. penul.

h Cõtraria. argu. quod contraria dicẽs nõ eſt audiendus: ut extra de appel. ca. ſolicitudinẽ. & lxxiiij. diſ. c. geſta. C. de munc. patrim. l. pfeſsio tua Arg. cõtra ex̃. de iud. c. examinata. ut dixi xiiij. q. j. in fin.

i Habebant. Non intelligas iure dominij: quia habere eſt idẽ qđ eſſe dominũ rei. quãdoq; idem eſt quod poſſidere: ut. ff. de uerbo. ſig. l. habere.

k Sed etiã noſtra. id eſt, ad côſeruan-

l Procurationem. Prælati ſunt procuratores, non domini.

† alias de eſt, etſi mõſtretis Iudæis & Saracenis ſua auferre non debemus.

Dicas qđ ẽ dña inter Iudęos & paganos, ſiue Saracenos: Iudęos. n. nõ debemus occidere, uel ſpoliare, ſed Saracenos ſic. ĩ. c. q. uidi diſpar. ar. 45 diſt. qui ſyncera. extra de Iudę. c. ſi cur. ſecundum Io. de Fan. ſʒ de hac materia uide latius qđ not. Inn. & Hoſ. extra de uo. c. quod ſuper. Arch.

† ca. 42. lib. 2.

Hr̃e dupliciter ſumitur.

Mat. 23.

Sapi. 10. d.

† alias. ibi pſidet.

† epi. 50. ad Bonifacium.

bant: Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cũ ipſis eccleſijs ad catholicam eccleſiæ trãsferri iuſſerunt vnitatem. Cùm ergo nobiſcum ſint plebes earundem eccleſiarum, nobiſcum ſint pauperes qui de eiſdem poſſeſſiunculis alebantur: ipſi potius foris poſiti deſinãt concupiſcere aliena: ſed intrent vnitatis ſocietatem: vt pariter gubernemus non illa tantùm, quæ dicũt ſua, uerùm etiam quæ dicunt & noſtra. ſcriptum eſt enim: Omnia veſtra, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. [a]

Idem in epiſtola ad Vincentium. †

Qui à corpore Chriſti præciditur, ſpiritum iuſtitiæ tenere non poteſt.

CAN. IIII.

Qvemadmodũ membrum ſi præcidatur ab hominis viui corpore, nõ poteſt tenere ſpiritum vitæ: ſic homo ſi præciditur de Chriſti iuſti † corpore nullo modo poteſt tenere ſpiritum iuſtitiæ, etiam ſi figurã membri teneat, quam ſumpſit in corpore. In huius verò compagem corporis veniant, & labores ſuos non dominãdi cupiditate, ſed bene viuẽdi pietate poſſideãt. Nos autem [b] voluntatem noſtram (vt iam dictum eſt) ab huius cupiditatis ſordibus quolibet inimicorum iudicante purgamus, quãdo eos ipſos quorum labores dicuntur (vt nobiſcũ & illis & noſtris in ſocietate catholica vtãtur) quantum valemus, inquirimus. Sed hoc eſt (inquiunt) quod nos mouet: ſi iniuſti ſumus, quare nos quæritis? quibus reſpondemus: quærimus vos iniuſtos, ne permaneatis iniuſti: quærimus perditos, vt de inuentis gaudere poſſimus dicentes: Mortuus erat frater noſter, & reuixit: perierat, & inuẽtus eſt. Quare ergo me (inquit) non baptizas, ut me abluas a peccatis? Reſpondeo: quia non facio iniuriam characteri Imperatoris cùm errorem corrigo deſertoris [c] quare (inquit) apud te vel pœnitentiam non ago? imò niſi egeris, ſaluus eſſe non poteris. quomodo enim gaudebis te eſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe peruerſum? quid ergo (inquiunt) apud vos cùm ad vos tranſimus accipimus? Reſpondeo, non equidem accipitis baptiſmum, qui vobis extra compagem corporis Chriſti ineſſe potuit, prodeſſe non potuit: ſed accipitis vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis: ſine qua nemo poterit videre Deum, & charitatem, quæ (ſicut ſcriptum eſt) operit multitudinem peccatorum. Si autem conſideremus, quod ſcriptum eſt in libro Sapientiæ, Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum. Item quod legitur in Prouerbijs: Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorum: tunc videbimus non eſſe quærendum, qui habeant res hæreticorum, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum.

Iaco. 5. d

Sap. 10. c

Pro. 10. a

Item poſt aliqua. Si corpus Chriſti tollit ſpolia impiorum: & ſi corpori Chriſti theſaurizantur diuitiæ impiorum non debent impij foras remanere, ut calumnientur: ſed intrare potius, vt iuſtificentur.

Item poſt aliqua. In Chriſti ergo compagem corporis veniant: & labores ſuos non dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant: nos autem voluntatem noſtram (vt iam dictum eſt) ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante purgauimus: quando eos ipſos quorum labores dicuntur (vt nobiſcum & illis & noſtris in ſocietate catholica utantur) quantum ualemus inquirimus.

His igitur authoritatibus liquidò monſtratur, ꝙ ea quæ ab hæreticis malè poſſidẽtur, à catholicis iuſtè auferuntur: nec ideo aliena poſſidere dicuntur.

D QVAEST. VIII.

E epiſcopis uerò uel quibuſ

Eccleſiaſticarũ rerum prçlati ſunt ꝓcuratores & non domini.

domini rerum eccleſiaſticarum, vt hic, & xij. quæ. j. c. vlti. quandoque dicuntur domini. xvj. quæſtio. j. & tẽporis quandoq; defenſores. xvj. quæ. j. ca. in canonibus. tamen licet prælatus dicatur procurator, magis tamẽ habet liberã adminiſtrationẽ [f] quã ſimplex procurator: vnde aliquãtum dare poteſt ſi hoc habet conſuetudo regionis: vt extra de don. c. ij. Arg. contra. j. ea. quæſtione viij. ca. conuenior.

[f] De hoc no. 5. q. j. c. vlt.

[a] Dei. Scilicet patris.

[b] Adimplẽdo eiꝰ volũtatẽ.

[b] Qvemadmodum. Nos autem. in fi. c. idẽ repetit: & ſic eſt argum. ꝙ aduocatus idem ius ſępius poteſt allegare. Arg. contra C. de app. l. ampliorem. § j. ex eo ꝙ dicit inimico, eſt argumẽ. ad quæſtionem ſabbatinam, ꝙ ſi aliquis ſubmiſit ſe arbitrio inimici, licet tulerit duram ſententiã, ꝙ illa tenet, dummodo nõ præcipiat aliquid iniuſtum: vt extra de iureiur. c. Quintauallis. ſed ſi aliqd durũ præcipiat, illud eſt reducẽdum ad arbitrium boni viri: ut ff. pro ſoc. l. ſocietatem.

1. Co. 6.

† epiſt. 5. ad Bonifacium.

Aduocatꝰ idẽ ius ſæpius allegare põt.

Arbitriũ inimici an ſit tolerandum.

† myſtico.

[c] Deſertoris. Hic comparãtur deſertori redeuntes ab hæreſi: & tamen cum deſertore ſtrictius agitur quam cum heretico vt dicitur in ſumma. dicitur autem deſertor qui diu vagatus reducitur. ff. de re mili. l. iij. § ij.

Deſertor, quis dicatur.

De epiſcopis. Hæc quæſtio diuiditur in ſeptẽ partes: in quarum prima ponit magiſter per multas authoritates qđ clerici pugn

pugnare non debent. Secunda ibi, His ita. Tertia ibi, Sed obijcit. Quarta ibi, Quamuis. Quinta ibi, Sæpe principes. Sexta ibi, De incendiarijs. Septĩa ibi, De his. Ioan. de Fant.

a Clericis. De hac materia à uarijs tractatũ eſt varie. quidã dicunt 1 ꝙ clerici poſſunt vti armis pro defenſione tantũ: ut clypeo, lorica: ſed nõ armis impugnationis. Alij 2 dicunt, ꝙ arma poſſunt accipere ad defendẽdũ ſe: dũ tamen illud incõtinẽti fiat, & pro ſe tantũ, nõ pro alijs, & in neceſſitate ineuitabili: vt extra de homi. c. ij. j. e. c. cõuenior. ut dixi s. e. q. j. in princ. ſed ſi alias poſſunt euadere, nõ ſumẽt arma: vt extra de ho. c. ſuſcepimus. Alij dicũt ꝙ authoritate Papæ poſſunt, aliter nõ. G. dixit qđ poſſunt nõ in propria perſona, ſed alios hortando ad pugnã 3: vt j. ea c. vt pridẽ. & etiã poſſunt milites aliquos dare principi pro feudo: vt j. ea. §. ecce. quid autẽ iuris ſit, ſi clerici defendendo ſe occidant aliquem, habes notatum quinquageſima di. c. de his clericis.

1 Vt Ber.

Mat. 26. c

2 Vt Bar.

3 Idem videtur Gratia. ſentire j ea. §. in regiſtro. Ro. 13. b

b Hactenus. Ex hoc videtur ꝙ tũc ceſſauerit obſeruãtia legis: quia prius licuit repellere iniurias non ſolum pro ſe, ſed pro ſocio: vt s. e. q. iij. ca. non inferenda ſed tũc primo fuit ꝓhibitum exercere: hodie autẽ rãtum licitũ eſt defendere ſeipſum: vt extra de homi. c. ij. & extra de cler. percu. c. pe. Io. Nõ credo peccare eũ, qui aliquem patiẽtem iniuriã defendit,

Ro. 12. d

† lib. 5. epiſt. in oratione contra Auxentium. vide c. nõ pila. c. conuenior. j. c. ſumpta ſunt. tamẽ Phil. Dec. limitat ob defenſionem cõſi. 351. nume. 22.

libet clericis a *ꝙ nec ſua authoritate nec authoritate Romani pontificis arma arripere ualeant, facilè probatur. Cũ enim Petrus q primus apoſtolorũ à domino fuerat electus, materialẽ gladium exerceret ut magiſtrũ à Iudæorũ iniuria defenſaret, audiuit: Conuerte gladium tuum in uaginã: omnis enim qui gladiũ acceperit, gladio peribit. ac ſi apertè ei diceretur: hactenus* b *tibi tuisq; prædeceſſoribus inimicos Dei gladio corporali licuit perſequi, deinceps in exẽplum patiẽtiæ gladiũ tuum, id eſt, tibi hactenus cõceſſum, in uaginam conuerte: & ſpiritualem tantùm gladiũ (quod eſt uerbũ Dei) in mactatione ueteris uitæ exerce. omnis enim, q præter illũ uel authoritatem eius q legitima poteſtate utitur, qui (ut ait Apoſtolus) non ſine cauſa gladiũ portat: cui etiã omnis anima ſubdita eſſe debet: omnis, in quã, q prǽter authoritatẽ huiuſmodi gladiũ acceperit, gladio peribit.*

Itẽ Ambro. † *Arma epiſcopi, lachrymę ſunt et orationes. Itẽ illud Apoſtoli: Nõ uoſmetipſos defendẽtes fratres chariſſimi: quãuis oĩbus generaliter dicatĩ, ſpecialiter tamen prælatis dictũ intelligitur Vnde Io. Papa Angelbergæ Imperatrici excuſans Ioannẽ epiſcopũ remoneri de militia, dicit.*

De eodem.

CAN. I.

NImium † certè veretur & iure formidat contra profeſſionem ſui ordinis ſecularem militiam exercere, terram defendere, de prælijs tractare, de armis terrenę poteſtatis eſt.

Item Innocen. Papa.

De eodem.

CAN. II.

CVm à Iudæis (inquit) dominus caperetur: & Petrus cuiuſdam inobedientis aurem abſcinderet, ferire ꝓhibuit c: & forma omnium ſacerdotum (quorum prior erat) etiã pro ſeipſo capi arma carnalia prohibuit,

Idem Ambroſius.

De eodem.

PALEA.

NOn pila quærunt ferrea, non arma Chriſti milites. coactus repugnare nõ noui, ſed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerũt mihi arma ad uerſus milites. talia enim ſunt munimenta ſacerdotis. Aliter nec debeo nec poſſum reſiſtere. fugere aũt et relinquere eccleſiã non ualeo. ſeruus Chriſti non cuſtodia temporali, ſed domini prouidẽtia perire cõſueuit. Hinc ẽt de his, qui in bello aut rixa moriũtur, in concilio Triburienſi, ſic ſtatutum eſt.

Pro clerico, qui in bello aut rixa moritur, oratio uel oblatio non offeratur.

CAN. III.

QVicunq; clericus, aut in bello d, aut in rixa, aut in gentilium e ludis mortuus fuerit, neq; in oblatione, neq; in oratione ꝓ eo poſtuletur, ſed in manibus incidat iudicis: ſepultura f tamẽ nõ priuetur.

etiam ſi homicidiũ faciat: vt s. e. q. iij. c. non inferẽda. licet forte irregularis efficiatur, qa nõ fuit ibi ineuitabilis neceſſitas: ut di quinquag. quia te obnoxium. B. † Nimium.

c Cvm à Iudæis. Prohibuit. Ex hoc videtur quòd non licet alicui defendere dominum ſuum uel ſocium: ſed tantum ſe ipſum, ut extra de ho. c. ij. & c. ſuſcepimus. extra de cler. percu. c pe. ſed cõtra hoc eſt s. ea. q. iij. ca. fortitudo. & c. pro membris. & c. vlti. & s. vj. q. j c. infames. nam ſeruus potius iuuabit dominum, quã ſe ipſum: vt ff. ad Syllan. l. j. §. ſerui.

Vicunque.

d In bello. Hoc intelligas ſi eſt ex parte illorũ, qui uiolentiã inferunt: alioqui ſecus eſt 4. extra de cle. percuſ. c. pe.

4 Nã tũc omnia imputant aggrediẽti. C. ad leg. Iuli. de vi pub. l. quoniam. L.

e Gentiliũ ludis. Secus ſi in alijs ludis: vt extra de cleri. percuſ. c. pe. extra de ho. c. lator.

f Sepultura. Si pœnituit. ſed tamẽ eccleſia non debet orare pro ipſo, nec ſumere oblatiões eius: vt hic dicit. & idem eſt de raptore, qui in fine pœnitet: vt extra de rap. c. ſuper eo. ecõtra eſt in tornea mentarijs: quia illi non habent ſepulturam, licet alia ſacramẽta recipiãt: vt extra de tornea men. ca. j. Intellige ꝙ hic dicit, de canina ſepultura: ut dixi s. e. quæ. v. ca. placuit. Ioan.

Sepultura denegatur mortuis in torneamentis.

Clerici

Idem ex concilio Toletano † de clericis arma ferentibus.

Gradu amiſſo tradantur in monaſterium clerici uoluntariè arma ſumentes.

CAN. IIII.

CLerici,qui in quacũque factione arma [a] uolentes [b] ſumpſerint,reperti amiſſo ordinis ſui gradu,in monaſterium perenniter tradantur.

Item ex concilio Meldenſi.

Proprij gradus amiſsione mulctentur militaria arma clerici ferentes. CAN. V.

QVicunque ex clero [c] uidentur eſſe, arma militaria[d] non ſumãt nec armati incedant: ſed profeſsionis ſuæ uocabulum religioſis moribus, & religioſo habitu præbeant.quod ſi cõtempſerint,tãquam ſacrorum canonum contemptores, & eccleſiaſticæ authoritatis profanatores,proprij gradus amiſsione mulctetur: quia non poſſunt ſimul Deo & ſeculo militare.

[2] *His ita reſpondetur: Sacerdotes propria manu arma arripere non debent:ſed alios ad arripiẽdum ad oppreſſorum defenſionem,atque ad inimicorum Dei oppugnationẽ eis licet hortari.* [e]

Vnde Leo quartus ſcribit Ludouico Auguſto.

Pro Saracenis papa iubet populum congregari, & eis ad litus maris occurrere.

CAN. VI.

IGitur cum ſæpe aduerſa à Saracenorum partibus perueniant nuntia, quidam in Romanum portum Saracenos clam furtiueq; uenturos eſſe dicebant: pro quo noſtrum [f] cõgregari præcipimus populum,maritimumq; ad litus deſcẽdere decreuimus & egreſsi [g] ſumus Romam. Item.

Vltor ſui gregis papa debet eſſe, ac præcipuus adiutor.

CAN. VII.

SCire uos oportet, ꝙ nunquam ab aliquibus noſtros homines ſinimus opprimi, ſed (ſi neceſsitas ulla occurrerit) præſentialiter [h] uindicamus: quia noſtri gregis in omnibus ultores eſſe debemus & præcipui adiutores.

Item exercitui Francorum.

Cœleſte regnum à Deo conſequitur, qui pro Chriſtianorum defenſione moritur.

CAN. VIII.

OMni timore, [i] ac terrore depoſito, contra inimicos ſanctæ fidei,& aduerſarios omniũ religionum agere uiriliter ſtudete. nouit enim omnipotens,ſi quilibet ueſtrum morietur,quòd pro ueritate fidei,& ſaluatione patriæ,[k] ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt:& ideo ab eo præmium cæleſte conſequetur.

Item Alcuinus,

Contra Longobardos precibus Adriani papæ Carolus bellum ſuſcepit. CAN. IX.

HOrtatu & præcibus Adriani [l] Romanæ urbis epiſcopi exhortatus Carolus rex,bellum contra Longobardos ſuſcepit:quod prius quidem & à patre eius Pipino papa ſupplicante cum magna diffi cultate ſuceptum eſt.

Item Alexander papa omnibus epiſcopis Hiſpaniæ.

Iudæos non debemus perſequi,ſed Saracenos.

CAN. X.

DIſpar nimirum eſt Iudæorum & Saracenorum cauſa: in illos enim qui Chriſtianos perſequuntur, [m] & ex

[a] CLerici. Arma. Armorũ appellatione intelliguntur etiã ligna & lapides. ff. de uer.ſig.l.armorum appellatione.

[b] Volentes. ſecus ſi cauſa timoris faciãt:tũc enim nec uelle uidentur:ut extra de reg.iur.c. qui ex timore.

[c] QVicũq; ex clero. Licet ſint in minoribus ordinibus conſtitutitur xx.q.iij. cap.eos qui. Arg. tamẽ contra extra de uot. & uot.red. cap.ij. [1] in parte deciſa.

[d] Militaria.S; q d ſi habẽt inimicos? tunc dicitur qđ poſſunt arma defenſionis accipere.Alij dicũt, qđ non. faciant ergo clerici ſicut Moyſes:ut xxxvj. diſt. cap.ult.

His ita. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis in qua probatur quod clerici hortari poſſunt,ꝙ fideles defendant eccleſiam,& ſe ẽt poſſũt defendere, ita quod ipſi ꝓprijs manibꝰ nõ effundẽt ſanguinẽ, niſi ad defenſionẽ ſuam.& hoc probat per xj.ca. Ioã. de Fan. & eſt hic incidẽns quæſtio. Archidia.

[e] Hortari.Hæc uera ſunt,ubi eccleſia ſua impugnaẽ uel patria:ut ſ.ea. quæſt.iij. cap.fortitudo. ff.de relig. l.minimè. Ioan.

[f] IGitur cũ. Noſtrũ. Ergo ciuitas Romana eſt Apoſtolici, & non Imperatoris.Nam Impera or conceſſit ei ciuitatẽ cũ ducatu ſuo. lxiij. diſt.ca.ego. xcvj. diſtin.c. Conſtantinus. ſed Imperator aduocatus eſt ibi:ut extra de electio. capit.uenerabilem.

[g] Et egreſsi. Epiſcopi ergo pñt intereſſe bellis. nam & Paulus itẽrfuit: ut ſ.ea.q iij. c.Maximianus. & Moyſes.xxxvj.diſtin.c. ulti.Ioan.

[h] SCire.Præſentialiter. id eſt,ſine mora: nec enim tantũ debẽt epiſcopi eſſe cuſtodes chartarũ,ſ; ẽt defenſores eccleſiarũ:ut xvj q j.c.ſ canonibus. & ſic patet hic, quod epiſcopi etiã uaſallos ſuos tenentur defendere, defendendo,nõ ulciſcẽdo iniurias:ut 46. diſt. c. ſeditionarios. Ioan.

[i] OMni tẽpore. ſ. ea.q. v.c.omnium.

[k] Patriæ. ſ.ea.q. iij.c.fortitudo.

[l] HOrtatu. Adriani. ſ.diſtin.lxiij. Adrianꝰ.

[m] DIſpar. Perſequũtur. uidetur ergo qđ ſi Saraceni non perſequunẽ Chriſtianos nõ poſſumus impetere eos. [3] Itẽ etiam ad menſam eorum comedere poſſumus. xj q. 3. c.ad mẽſam. & lex dicit ꝙ eis quiete degentibus, nullã debenꝰ facerẽ moleſtiã: ut C. de ſacri.pag. l.Chriſtianis.Ioan.

Præter

[1] De hoc arg.ibi ſumebaẽ à contrario ſenſu ſumpto: cum ibi ſic diceret cũ nõ ſit licitũ clericum in ſacro ordine conſtitutũ arma ſumerẽ uel ad ſanguinis effuſionẽ uacare, &c. ſ; ibi ſub audiebaẽ maxime; propter hoc qđ hic dicit.

Romana ciuitas ẽ eſt imperatoris, ſed papæ.

Epĩ poſſunt intereſſe bellis.

Epi non ſint tantũ cuſtodes chartarũ.

[3] Imo uidetur ꝙ tales qñ ſũt manſueti, ꝙ pſcribere pñt. de hoc not. xvij. q. 3. porro. Comederẽ poſſumus ad mẽſam Saracenorum.

urbibus & proprijs ſedibus pellunt, iuſtè pugnatur: ij uerò ubiq; ſeruire parati ſunt.

Item Ioan. viij. Demago † duci glorioſo.

† Hermã no.

Qui crimina quæ poteſt emẽdare nõ corrigit, ipſe cõmittit.

CAN. XI.

PRæterea deuotionis tuæ ſtudium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui ſub prætextu tui nominis in Chriſticolas debacchantur, tantò uehementius accendaris, quantò illorum prauitate famam tui nominis obfuſcatã fuiſſe cognoſcis: qm̃ licet credi poſsit, ꝙ te nolente illi nauigantibus inſidiẽtur, tamen quia à te comprimi [a] poſſe dicũtur: niſi eos compeſcueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe eſt: Qui crimina quæ poteſt emendare, non corrigit ipſe committit. [b]

Item Hieronymus ad Riparium.

Crimen punire pro Deo, non eſt crudelitas, ſed pietas.

CAN. XII.

LEgi Syromaſten [c] Phinees, authoritatem Heliæ [d] & zelũ Simonis [e] Chananæi, Petri ſeueritatem Ananiam & Sapphiram trucidantem: Pauliq; [f] conſtantiam qui Elymam magum uijs domini reſiſtentem æterna cæcitate [g] damnauit. Non eſt crudelitas, crimina pro Deo punire, ſed pietas. Vnde & in lege dicitur. Si frater tuus & amicus & uxor quæ in ſinu tuo dormit, deprauare te uoluerit à ueritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinem ipſorum.

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, homilia xvij. †

† Ad 5.c. Matthæi.

Quædam in ueteri teſtamento licebant, quæ in nouo prohibentur.

CAN. XIII.

OCcidit Phinees hominem: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam; Abraham uerò nõ ſolum homicida, ſed etiam parricida (quod certè grauius eſt) effectus, Deo magis placuit. Petrus uerò geminum fecit homicidium [h] fuit tamen opus ſpirituale, quod factum eſt. Non ſolùm igit̃ reſpiciamus ad opera, ſed etiã ad tẽpus & ad cauſam [i] & ad uoluntatem: perſonarum quoq; differentiam, & quantacunque alia ipſis operibus acciderunt, diligentiſsimè inquiramus. nõ enim poſſumus ad ueritatẽ aliter peruenire.

Nu. 25.b
Gen. 22.b
Actu. 5.a

Itẽ Nicolaus papa ad cõſulta Bulgarorũ.

Neceſsitate inſtante, etiam in quadrageſimalibus diebus bellum inire licet.

CAN. XIIII.

SI nulla urget neceſsitas, non ſolũ quadrageſimali [k] tempore, ſed etiã omni tẽpore eſt a prælijs abſtinendum: ſi autẽ ineuitabilis urget importunitas, nec quadrageſimali tempore pro defenſione tam ſua, quam patriæ [l] ſeu legum paternarũ eſt bellorũ proculdubio præparationi parcendum: ne uidelicet Deum [m] uideatur homo tentare, ſi habet quod faciat, & ſuæ ac aliorũ ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimẽta nõ præcauet.

Item Gregorius in Dialogo. †

† cap. 31 lib. 2.

Petrus Ananiam & Sapphiram increpando morti tradidit.

CAN. XV.

PEtrus qui Tabitam mortuam orando ſuſcitauit, Ananiã [n] & Sapphirã mẽtientes morti increpando tradidit: neque enim oraſſe in eorũ extinctione legit̃, ſed ſolummodo culpam quam perpetrauerant increpaſſe. conſtat ergo quia aliquando talia ex poteſtate exhibentur: aliquando ex poſtulatione: dum & iſtis uitam increpãdo abſtulit, & illi reddidit orando.

Actu. 9.g
Actu. 5.a

Item Veloci magiſtro militum. †

† Epi. 22 li. 12. animtir & inſtruit papa milites ad preliũ cedẽ & uaſtationẽ, ut plenius in d. epiſt.

Beatus Gregorius quoſdam hortatur, ut milites congregent, & contra hoſtes arma uiriliter parẽt.

CAN. XVI.

VT pridem [o] gloriæ ueſtræ notificauimus, quia milites illuc erant parati uenire: ſed quoniã inimicos congregatos, & huc diſcurrere epiſtola ueſtra ſignificauerat, hæc eos hic cauſa retinuit. nunc uero utile eſt uiſum, ut aliquanti

[o] & pridem.

---

[a] PRæterea. Cõprimi. Hæc rõ non uidet̃. ſufficere, niſi eſſet iudex eorũ. nã ſi iudex negligit facere iuſtitiã de ſuo ſubdito, ipſemet põt cõuenir:: ut dixi ſ̄. e. q. ij. c. dñs. & ſ̄. ead. q. iij. c. ul. & q. v. c. non eſt.

[b] Committit. Simile. ſ̄. lxxxiij. diſ. cap. error.

[c][d] LEgi. Syromaſten. Heliç. Cũ petijt ut ignis deſcenderet de cçlo qui duos quinquagenarios excuſsit.

† C. de cõmer. & mercat. L. 2. in fi. ubi ſunt plures cõco'. ad idẽ ſ̄. ead. q. 4. qui põt.

[e] Simonis. qui ultus eſt in duos magos, retorquẽdo in eos ſerpẽtes, quos magicis artibus ſuper eũ miſerãt.

[f] Paulique. xlv. diſtinctione. §. Salomon.

[g] Cæcitate. xvij. q. j. c. Ananias.

[h] OCcidit. Homicidium. Factum notat, nõ ius. talis. n. nõ dr̃ homicida: ut ſ̄. ea. q. v. c. ſi homicidiũ

Nu. 5.b
4. Reg. 1.

[i] Et ad cauſam. Oẽs enim circunſtantiæ ſunt inquirẽdæ: ut extra de teſt. cum cauſam. ſic xv. q. vj. c. j. in fi. quia cauſa facti potius eſt inquirẽda quãipſum factũ ut ibi dicit̃, & ff. de furt. l. uerũ. xxxix. diſtin. cap. ſciendum.

Facti cauſa eſt inquirenda.

[k] SI nulla. Quadrageſimali. unde & Machabæi pugnauerũt in ſabbato. nõ obſtat extra de treu. & pace. c. i. quia hic loquitur de defenſore: ibi de oppugnatore.

Actu. 5.a
Actu. 13.b

[l] Patriæ. ſ̄. ead c. omni.

[m] Deum. ſ̄. xij. q. ij. c. quæritur.

[n] PEtrus. Ananiã. xij. q. j. c. ij. & ſ̄. ea. q. iiij, c. ea uindicta. xvij. q̃ő. j. capit. Ananias.

Deu. 13.b

VT pridem. A dor-

illuc milites tranſmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, ut parati ſint ad iuſtitiā & ad laborem ſtudeat: & occaſione inuēta, cū glorioſis filijs noſtris Mauricio & Vitaliano loquere, & q̄cunq; uobis Deo adiutore ꝓ utilitate reipublicæ ſtatuerint facite. Et ſi huc uel ad Rauēnæ ptes nec dicēdū Arnulphū cognoueritis excurrere uos à dorſo [a] eius ita (ſicut uiros fortes cōdecet) laborate, quatenus opinio ueſtra ex laboris ueſtri qualitate, amplius in republica Deo auxiliāte ꝓficiat. Illud tñ præ oībus admonemus, ut familiam Alioyn † & Adhoniaym atq; Lugidifruſim, q cū glorioſo Mauricio magiſtro militū eſſe noſcuntur, ſine aliqua mora uel excuſatione relaxes, [b] quatenus uenientes illuc homines prædicti uiri ſine aliquo impedimento cū eis debeant ambulare.

Item eiſdem Mauricio & Vitaliano. †

CAP. XVII.

Suppliciter gloriæ ueſtræ per filiū noſtrū Vitalianum cùm quo tractaretis, & uerbo & ſcripto mandauimus. Vndecimo autē die menſis Iunij, Arnulphus hanc epiſtolam, quā uobis direximus, tranſmiſit: & ideo relegētes eā, uidete ſi in fide ſua Suanēſes, [c] quā reipublicæ promiſerunt, preſtiterunt: obſidesq; [d] dignos, de quib. poſsitis cōfidere, ab eis accipite: & inſup denuò [e] ſacramentis eos adſtringite, reddentes eis, quod loco pignoris ſuſtuliſtis, ſermonib. ueſtris eos ſanantes. Si autem manifeſtiſsimè cognoueritis eos cū Arnulpho de ſua ſubiectiōe locutos eſſe uel certè obſides ei dediſſe, ſicut nos Arnulphi epiſtola, quā uobis direximus, dubios [f] reddidit, ſalubri cōſilio ꝑtractantes, ne in aliquo aīa ueſtra uel noſtra, de ſacramētis [g] grauet, q̄cq̄d utile reipublicæ iudicaueritis, ꝑagite, ſed ita faciat gloria ueſtra ut neq; ſit aliq̄d unde poſsimus ab aduerſarijs rep̄hēdi, neq; utilitas noſtræ reipublicæ (qđ dñs auertat) negligat. Præterea glorioſi filij eſtote ſoliciti: q̄a quātū cōperi hoſtis multitudinē hēt collectā, & in marchia † dicit̄ reſidere: ut ſi huc curſum Deo ſibi irato mittere uoluerit, uel loca ipſi (quantū uos dñs adiuuerit) deprædamini, aut certè ſculpas [h] † quos mittetis, ſolicitè reqrāt: ne dolēs fctm̄ ad nos diſcurrat.

In regiſtro ēt legitur, quòd beatus Gregorius.

[a] A dorſo. argu. quod dolus contra hoſtē, licite pōt fieri: ut ſ. ea. q. ij. c. dñs noſter. & xxij. q. ij. cap. utilem.

[b] Relaxes. à captiuitate. Io. de Fan.

Suppliciter. CASVS. *Arnulphus direxit quandam epiſtolam Greg. in qua innuebat, quod Suanenſes, id eſt, Beneuentani ei obſides ꝓ ſua fidelitate dederāt: quā epiſtolam. Grego. mittēs Mauricio & Vitaliano ꝑ quēdā aliū Vitalianum mādat eis, ut inquirāt ſi ꝑmāſerūt ī fide, quā reipub. ꝓmiſerūt, et recipiētes ab eis obſides, eos ſacramentis adſtringant. Si autē inuenerint, qđ cum Arnulpho uel fœdus fecerint, uel ei obſides dederint, ſicut Arnulphi epiſtola innuere uidebatur, tūc faciāt qđ reipub. & ſaluti ſua, & papa uiderīt expedire: ne ipſi & papa de ſacramētis eorū teneātur & hortatur eos, ſi Romam diſcurrere uoluerint, ut uel loca ipſius deprædentur, uel mittant exploratores ut inquirāt quid facere uelit, ne nobis poſſint ex īpromiſo nocere.*

[c] Suanenſes. Primo enim iurauerāt reipublicæ.

[d] Obſidesq;. Ergo liber homo pōt eſſe obſes pro pace ſeruāda, nō ꝓ pecunia: ut extra de iureiur. ca. ex reſcripto. ar. ad idē. ff. de teſt. l. obſides. ff. de iure fiſci. l. diuus. Quid ergo eſt qđ dicitur, liber homo non pōt obligari: ut extra de pig. c. ij. C. quæ res pign. obli. poſ. l. q. filios? Ad hoc dico, quod liber homo nō poteſt obligari, nec habetur in eo ius pignoris, ſed tantū ius retētionis. † Nam uideo, quod quandoq; retinetur res aliqua pro ea pecunia, pro qua nō eſt obligata. ut C. de chirogra. pe. l. unica. Quod autē dicitur in illa decreta, ex reſcripto. intelligo quod pro neceſſitate eccleſiæ & authoritate papæ factū fuit. Alias clericus non poteſt renuntiare beneficio canonis illius, ſi quis ſuadente. ut extra de ſent. excō. c. contingit. ea nanq;, quæ in nos cōmittuntur, dimittere poſſumus: ſed quæ in Deum uel eccleſiam, minime: ut ſ. ead. quæſt. iiij. cap. ſi is qui.

[e] Denuo. Ergo aliquis poteſt bis iurare ſuper eodē negotio: ut extra de teſta. c. quoties. & ff. de dam. infe. l. qui bona. §. penul. qđ cōcedo ſi ſubeſt cauſa ſuſpicionis. Io. ſed certe tātum ſemel iuratur. & quod dicit ibi decretalis duplici, id eſt, duos habens articulos, ſcilicet de auditu, & de credulitate. B. ſed ſi q̄s ſemel eſt periurus, à modo nō eſt recipiendū teſtimoniū illius, ſed alia cautio eſt ab eo recipienda: ut extra de præſump. c. literas. in fin. ex quo enim ſemel eſt periurus, præſumit̄ quod ſemper uelit peierare: ut ij. q. vij. c. nō poteſt. De hoc not. xxij. q. v. c. paruuli. Item habes hic, quod plus creditur iuratoriæ cautioni, quā pignoratitiæ: cum tamen regula iuris dicat, qđ plus eſt cautionis in re, quā in ꝑſona. ff. de reg. iur. l. plus cautionis. Ioannes de Fane.

[f] Dubios. Quia ſcriptum hr̄ ſtis inducit ſuſpicionem quod eſt contra [illegible] xj. q. iij. ca. in cunctis. adeo ut ſecūdo cogant̄ iſti iurare.

[g] De ſacramētis. Eorum, eo quod timor eſt, ne labantur in periuriū: ut extra de coha. cleri. & mulie. cap. clericos.

[h] Sculpas. Alias ſcultas, id eſt, exploratores. †

In regiſtro. CASVS. *Legitur in regiſtro, quòd beatus Gregorius Tuſcos contra Lombardos inuitauit, & militantibus ſtipendia decreuit. Quo exemplo & præmiſſis authoritatibus patet, quod licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoſcunque tamen hortari poſſunt ad pugnam. poſtea probat contrarium per ſequentia cap.*

† alias, ꝑſuaſerint.

† alias Maſoin, & Adobin, Vigildi, atque Gruſſingi qui, &c.

† Magiſtris militum de fide ſua nūtium. Gre. epi. 23. li. 12.

Homo liber ā poſſit obligari.

† De hoc etiā no. 10 q. 2. hoc ius. in gl. quia ad ꝓphanos.

Periuri teſtimoniū nō eſt amplius recipiendum

† alias, & in arduis.

† alias, ſcultas.

† Et eſt uulgare hiſpanorum ſicut Itali ci dicunt ſpias. Ioā. de Fantu.

Sed obijcit. Hęc. eſt tertia pars quæ. in qua probat per quatuor authoritates, quod ſacerdotes non debent pugnare, ſcilicet manu propria. Io. de Fant.

a R Eprehenſibile. Orationibus. G. intellexit hoc ca. de epiſcopis, qui tantum Leuitica portione ſunt contenti: ut j. proxi. §. ſed hæc eſt ueritas, quod ideo tantum redarguuntur iſti epiſcopi, q. a citati à papa noluerunt uenire: & excuſabāt ſe propter mandatum Regis. Licet. n. mandato Regis ſit potius obediēdū, quam Metropolitani: ut ſ. 18. di. c. ſi. eps. tamen papæ potius obediant quam Regi. Alij intelligunt de epiſcopis nō habentibus regalia.

[redacted]

b C Onuenior. Verum thema. Valentinianus imperator filius Theodoſii ſenioris, miſit Symmachū præfectum urbis, & milites armatos ad cultum Idolorū et aras gentiū Mediolani reſtituēdas, quibus Ambroſius Baſilica, hoc eſt tēplo ſedere iuſſus, etiā capitis periculo chriſtiani cōſtātia, ſine armis, ſed cū Pſalmis & orationibus in officio perſiſtens reſiſtit, & imperatoris furioſum conatum à paganis excitum compeſcuit.

b Omnia Ergo omnia ſunt Imperatoris: ut ſ. diſtin. 8. c. quo iure. C. de quadrié. præſcr. l. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iuriſdictionē & defenſionem.

c Nō refragaturū. Ex humilitate hoc dicit: alias bn̄ poſſet refragari. Vel dic non refragaturum, ſicut pro ipſa eccleſia. Sed qualiter intelligit illud meū: uī qđ non poſſit intelligi de rebus proprijs ipſius Ambroſij, propter illud quod ſequitur. Sunt pauperum. Itē nec de rebus eccleſiæ: quia illas

ciuibus Tuſciæ, ut contra Longobardos arma pararent mandauit, & militantibus ſtipēdia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmiſsis authoritatibus claret, quòd ſacerdotes, & ſi propria manu arma arripere non debeant, tamen uel his quibus huiuſmodi officia cōmiſſa ſunt, perſuadere, uel quibuslibet ut ea arripiant, ſua authoritate ualeant imperare.

3 *Sed obijcitur illud Nicolai ad Carolum Imperatorem.* †

Epiſcopi non debent militaribus occupari negotijs.

CAN. XVIII.

R Eprehenſibile ualde conſtat eſſe, qđ ſubintuliſti, dicendo maiorem partem omnium epiſcoporum die noctuque cum omnibus alijs fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, & ob id epiſcopi impediantur uenire: cū militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire: milites uerò ſeculi ſeruiant ſeculo, ſecūdùm quod ſcriptū eſt: Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus. Quòd ſi ſeculi milites militiæ ſtudent, quid ad epiſcopos & milites Chriſti, niſi ut uacent orationibus? a

Item Gregorius papa.

In mortem cuiuslibet hominis epiſcopi ſe miſcere formident. CAN. XIX.

S I in mortem Longobardorum me miſcere uoluiſſem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Ducem haberet: ſed quia Deum timeo, in mortē cuiuslibet hoīs me miſcer̄ formido.

Ecce, quòd Nicolaus papa prohibet epiſcopos ſeculari militia occupari: nec etiā contra maritimos piratas permittit eos ad pugnā accedere. Qūo ergo Leo papa aduerſus Saracenos urbem egreditur: & ut eos pro culta litore arceat, populum undiq; conuocat, & ſuorum iniurias præſentialiter uindicat, atq; cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandū eſt, quoſdā epiſcopos Leuitica tantū portione eſſe cōtentos, qui ſicut in Dei ſorte tantum numerant̄, ſic ipſum Deum ſolūmodo in hæreditatem accipiunt, dicentes: Dominus pars hæreditatis meæ. His nihil eſt cōe cū principibus ſeculi: quia tpalia penitus abijciūt, ne eorum occaſione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occaſio relinquitur occupationis ſecularis militiæ: quia cùm de decimis & primitijs uiuunt, tanquam filij ſummi regis in omni regno à terrenis exactionibus liberi ſunt, ita ut dicere ualeant: Venit princeps huius mundi, & in nobis non habet quicquam. Porrò alij ſunt, qui non ſunt contenti decimis & primitijs, prædia, uillas, & caſtella, & ciuitates poſſident, ex quibus Cæſari debent tributa, niſi Imperiali benignitati immunitatem ab huiuſmodi promeruerint: quibus à domino dicitur: Redite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. quibus idem Apoſtolus: Redite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal. Vnde Ambroſius.

Pſal. 15. Io. 14. d. Mat. 22. c. Ro. 14. b.

Eccleſia Imperatoribus non ſunt obnoxia.

CAN. XX.

C Onuenior ipſe à comitibus, ut p me baſilicæ fieret matura traditio, dicētibus Imperatorē iure ſuo iuſſiſſe tradi debere, utpote in eius poteſtate eſſent oīa: b reſpondi, ſi à me peteret quod meū eſt, id, eſt fundum meū, argentū meum, & huiuſmodi meū, me nō refragaturum: c quanquam omnia, quæ a me ſunt, ſint pau-

perum, uerū ea quæ diuina [a] ſunt, Imperatoriæ poteſtati non ſunt ſubiecta: ſi patrimoniū petit, inuadite. Si corpus, occurrā. uultis i uincula rapere? uultis in mortē? uoluntas eſt mihi: nō ego me uallabo circūfuſione populorū: nec altaria tenebo uitā obſecrās, ſed pro altaribus [b] gratis immolabor. Horrebā quippe animo cū armatos ad baſilicam eccleſiæ occupandam miſſos agnoſcerem, ne dum populus baſilicam uindicat, [c] aliqua ſtrages fieret, quæ in perniciē totius ueniret ciuitatis. Orabam ne tantæ urbis, uel potius totius Italiæ buſto [d] ſuperuiuerem. & infrà Mādatur: trade baſilicā: hoc eſt, dic aliquod uerbum ī Deū, & morere. [e] nec ſolū dic aduerſus Deum, ſed etiam fac aduerſus Deū. Mandatur: trade altaria Dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus, ſed confirmamur ſcripturæ ſermonibus, quæ reſpondit: Tanquā una ex inſipientibus locuta es. & infrà. Quid ergo turbamini? uolens nunquā uos deſeram: coactus repugnare non noui. Dolere potero: flere potero. Gemere potero: aduerſus arma, milites Gotthos quoque, lacrymæ meæ, [f] mea arma ſunt. Talia enim ſunt munimenta ſacerdotis. Aliter nec debeo [g] nec poſſum reſiſtere. Vtinam eſſem ſecurus, quòd eccleſia hæreticis minimè traderetur: ad palatium Imperatoris irē libēter ſi hoc cōgrueret [h] ſacerdotis officio, ut in palatio magis certarem, quàm in eccleſia: [i] ſed in conſiſtorio non ſolet Chriſtus [k] reus eſſe, ſed iudex. Cām fidei agēdā in eccleſia [l] quis abnuat? Si quis cōfidit, huc ueniat. & infrà. Allegant Imperatori licere oīa: ipſius eſſe uniuerſa. Reſpōdeo, Noli grauare te Imperator, ut putes te in ea quæ diuina ſunt, Imperiale [m] aliqđ ius habere. Noli extollere: [n] ſed ſi uis diutius imperare, eſto Deo ſubiectus. Scriptū eſt enim, Reddite quæ Dei, Deo: quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatores palatia pertinēt: ad ſacerdotes eccleſiæ. Publicorū tibi mœniū ius cōmiſſum eſt, nō ſacrorū. Itē dicit mihi, mandaſſe Imperatorem, [o] Debeo ego unā baſilicā habere? Reſpondeo, Nō licet tibi ullā habere, quid tibi cū adultera? Adultera [p] eſt. n. quæ nō eſt legitimo cōiugio Chriſti copulata. & ifrā. Nabuthæ ſanctum uirū poſſeſſorem uineæ ſuæ ſcimus interpellatum petitione regia, ut uineam ſuam daret, ubi rex ſuccīſis uitibus, holus uile ſereret, cumque reſpondiſſe: Abſit ut ego patrum meorum tradam hæreditatem. Regem contriſtatum eſſe, quòd ſibi eſſet alienum ius relatione iuſta negatum: ſed muliebri conſilio deceptum, morte in agrum ueniſſe. Sanctus enim Nabuthæ uites ſuas uel proprio cruore defendit. Si ille uineam non tradidit ſuam, nos tradèmus eccleſiam Chriſti? Quid igitur à me reſponſum eſt contumaciter? dixi enim conuentus: Abſit à me ut tradam Chriſti hæreditatem. [q] Non tradidit Nabuthæ ſuam,

illas non poſſet dare propter hoc qđ ſequit circa finē. Sed dic quod de proprijs Ambroſij itelligitur. Quod autē dicit pauperū ſunt, intellige per c. xij. qō. j. c. illi qui. Nam ſi propria habeo, & de rebus eccleſiæ ſuſtentor, debeo mea pauperibus erogare. xvj. q. j. ca. quoniam quicquid xlvij. diſtinc. ca. ſicut hi. & j. q. ij. cap. penult.

[a] Diuina. Diuina enim ab homine dari non poſſunt. viij. q. j. c. plerique: xxxiij. qō. v. ca. una ſola. in fine.

[b] Pro altaribus. Videtur quod prælatus mortem debeat ſubire, non ſolum ubi fides uel ſalus eccleſiæ impugnatur, ſed etiam ubi res uel claues eccleſiæ auferūtur. arg. contra. vij. q. j. §. hoc etiam tunc obſeruandum & ī. ea. q. v. c. non noſtrum.

Prælatus, quandoque debet mortē ſubire.

[c] Vindicat. i. defendit ī. xij. q. iij. cap. quicunque.

[d] Buſto. Buſtum dicitur, cum res eſt exuſta. rogus cum cōburitur. pyra eſt congeries lignorū ad comburendum ſ.

Buſtū, rogus, & pyra, differunt.

[e] Morere. Arg. ex eo qđ princeps præcipit aliquē eligi, quod non ualet electio: quia eſt iuſta cā timoris. nam & timor verborū excuſat, ſicut dixi. ī. diſ. vij. c. fuerunt.

[f] Lacrymæ meæ. ī. diſt. xxxvj. c. ult. ī. xvj. quæſt iij. ca. porro.

[g] Nec debeo. Conſulendo ex nimia perfectione loquitur. & eſt arg. pro opinione H. ſed nō de facto hic poſſet reſiſtere Imperatori: nec de iure debebat, qa timebat maius malum. & hoc eſt quod ſupra tangit, ne buſto, &c.

[h] Congrueret. Et hoc non licet. extra de appel. c. qua fronte. Et per hoc patet, qđ clericus citatus à laico iudice, nō tenetur uenire ad allegandū priuilegium, niſi dubium ſit an ſit clericus. [1]

Clericus à laico circumuētus, uenire nō tenetur.

[1] Cōcor. tex. in c. ſi diligenti. cū not. extra de fo. comp.

[i] In eccleſia. ij. q. ij. c. ultimo.

[k] Chriſtus. Hoc intelligas in caſu ī quo loquitur litera ſequēs, ubi ſcilicet agitur cā fidei uel ſpiritualis. nā alias clericus in recōuentione recōuenitur in foro ciuili.

[l] In eccleſia. ī. ij. q. ij. c. præceptum. & xxiiij. quæſt. j. c. quoties.

Matt. 22. c

[m] Imperiale. Eccleſia enim non adſtringitur legibus mundanis, ut xxxiij. qō. ij. ca. inter. nec poteſt Imperator condere aliqđ ſtatutum de rebus eccleſiaſticis, ut xcvj. diſt. ca. bene quidem. in fine. niſi eccleſia hoc petat, ut xvij. diſtin. c. hinc etiam. uel niſi aliquid ſtatuatur in priuilegiū eccleſię, ut xvj. quæſt. j. generaliter.

Eccleſia non ſubijcitur legibus.

[n] Extollere. ī. e. quæſtione. v. c. regum eſt.

3. Re. 21. a

[o] Imperatorem. Per hæc uerba quæ ſequuntur.

[p] Adultera. ī. xxj. quæſtio. ij. c. ſicut in una.

[q] Hæreditatem. Et ita dicitur hæreditas uiuentis. Argumen. cōtra. ff. de hære. uel actio. uē. l. j. & ff. de regul. iur. l. hæreditas. [2]

[2] Et uide qđ no. 12 q. j. ca. ſi.

Quod

& ego tradam Chriſti hæreditatem? Sed hoc addidi: Abſit vt tradam hæreditatem Dionyſij qui in exilio poſitus cauſa fidei defunctus eſt, hæreditatē Euſtorgij confeſſoris, hęreditatē Myrocletis, atq; hæreditatem omnium fidelium retrò epiſcoporū. Reſpōdi ego: Quod ſacerdotis eſt faciam: quod Imperatoris eſt, faciat Imperator. Prius eſt vt animā mihi quàm fidē auferat. & infrà. Tributum Cæſaris eſt, non negatur. eccleſia Dei eſt, Cæſari utique non debetur: q̃a ius Cęſaris eſſe nō poteſt templū Dei quod cū Imperatoris honorificentia dictū nemo pōt negare. Quid enim honorificētius, quā vt Imperator eccleſiæ filius eſſe dicatur? Quod eñ dicitur [a], ſine peccato dicitur, & cum gratia dicitur. Imperator enim intra eccleſiam eſt. Bonus eñ Imperator quærit auxilium [b], ac eccleſia nō refutat. & infrà. Si de me aliquid compelleretur, & poſceretur aut fundus, aut domus, aut ager, aut aurū, aut argentum, id quod mei iuris eſſet, libenter offerrem. Tēplo domini nihil poſſum nec decerpere, nec tradere: cùm illud cuſtodiendum [c], non tradendum acceperim. Deinde conſulere etiam me Imperatoris ſaluti oportet: quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat vocem liberi ſacerdotis: Si vult ſibi eſſe conſultum, recedat à Chriſti iniuria.

Hæc plena humilitatis ſunt, et (ut arbitror) plena affect' ei' quē Imperatori debet ſacerdos.

Item Vrbanus Papa.

De ſuis exterioribus eccleſia ſoluant tributa.

CAN. XXI.

TRibutum in ore piſcis, piſcāte Petro inuentum eſt, quia de exterioribus [d] ſuis (q̃ palam cunctis apparent) eccleſia [e] tributum [f] reddit. Non autem totum piſcē iuſſus eſt dare, ſed tātum ſtaterē [g], q. in ore eius inuētus eſt: quia non eccleſia dari Imperatori, non pontificalis apex, qui ī ore capitis eccleſiæ præeminet ſubijci poteſt regibus, ſed ſanè (vt diximus) quod in ore piſcis inuenitur, pro Petro & domino dari iubetur: q̃a de exterioribus [h] eccleſiæ quod conſtitutū antiquitus eſt, pro pace, & quiete, qua nos tueri & defenſare [i] debēt, Imperatoribus pſoluendū eſt.

4 *Quamuis ēt huiuſmodi nō uideātur imperialibus exactionibus ſubijciendi. Nam cùm tēpore famis cūctorū Aegyptiorū terrā ſibi emeret [k] Pharao, atque ſub eadem fame ſuæ ſeruituti cunctos ſubijceret ſacerdotibus ita neceſſaria ſubminiſtrauit, ut nec poſſeſsionibus, nec libertate nudarentur, domino ex tunc pronuntiante ſacerdotes in omni gente liberos eſſe [l] oportere.* Gen. 47.

Vnde Conſtantinus & Cōſtans hanc immunitatem dederunt eccleſiæ, dicentes:

CAN. XXII.

IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido uel uico, uel caſtello, uel municipio, Quicunque uoto Chriſtianæ religionis meritum eximiæ ſingularisque uirtutis omnibus intimauerit, ſecuritate [m] perpetua potiaī: gaudere eū & gloriari ex fide ſemp uolumus: ſciētes magis religiōibus, quàm officijs & labore corporis uel ſudore noſtram Rempublicam contineri.

a Quod enim dicitur. Scilicet quod imperator ſit filius eccleſiæ: ut xcvj. diſt. ſi imperator.

b Auxilium. Mutuum enim ſibi debent auxilium Imperator & eccleſia, vt ſ. ea q. v principes. & xcvj. diſtin. cum ad uerum.

c Cuſtodiendum & ita prælatus non poteſt dare, niſi cū quid vtile pſpiciat arg. ff. de offic. procura. Cæſaris l. j. §. j. & xvij. q. iiij. quicunque. Argu. contra extra de do. c. iij & xij. q. ij. §. itē domus. & capitu. terrulas. Ioan.

d TRibutum. De exterioribus. id eſt, non de rebus eccleſiæ. Nā ex quo ſemel datū eſt eccleſiæ, ſanctū ſanctorum erit domino, vt xij. qō. ij. nulli. & ĩ. e. c. conuenior. Nam quod dicit de ſarcina repentina. lxvj. q. j. placuit. locum habet cum epiſcopus ſponte uoluerit cū conſilio clericorū, alias non. extra de immu. eccle. nō minus. & c. aduerſus conſules.

e Eccleſia. Eſt ergo argu. quod epi ſubſunt regi: quia tributum eſt ſignū ſubiectionis. extra de cenſi. omnis anima. ſed illud in laicis. 1

f Tributum. ĩ. xj. q. j. magnum. & c. ſi tributum.

g Sed tantum ſtaterem. Vnde: Piſciculum Petrus piſcatur, cuius in ore inuenit ſtaterem, gerulum 2 didrachmatis auri.

h De exterioribus. Quia cum onere ad eum peruenit. C. de exact. trib. ſi diuina. li. x. & extra de dec. cum non ſit in homine.

i Defenſare. Ergo niſi defendant, non eſt eiſdem dandum tributum, arg. xcv. diſt. eſto.

Quamuis. Hæc eſt quarta pars. q. in qua probat qđ eccleſia non debet imperatoribus niſi ſpirituale tributū. & hoc patet exemplo Pharaonis, qui tempore famis oēs poſſeſsiones ſubiugauit ſibi, exceptis poſſeſsionibus ſacerdotum. quibus de publico ſalariū miniſtrauit. probat etiā per tres leges. Io. de Faut.

k Emeret. Et ita non ſunt omnia imperatoris: quia nemo poteſt rem ſuā emere, vt ff. de contrahend. empt. ſuæ rei. Et quod meum eſt, amplius nō poteſt eſſe meū: ut ff. de excep. rei iudi. & an eadē. §. actiones. extra de fide inſtrumen. inter dilectos.

l Liberos eſſe. Non dixit ut redderent tributum.

m IN qualibet. Securitate. nunc inhibet tributum, ſed hoc quantum ad onera perſonalia.

Tributum eſt ſignū ſubiectionis.

1 Sub. quibus quoad tpalia pręſunt non clericis, extra de ma. & obe. ſolitæ.

2 Gerulū dicitur id qđ aptum eſt ad portandum. ſine grauitate ponderis. Archid.

Meū, amplius meū eſſe nō poteſt.

Attenta

Valentinianus quoque & Valens decreuerũt dicentes.

Vniuerſos quos conſtiterit cuſtodes aĩarũ uel eccleſiarũ eſſe, & ſanctorũ locorum ac religioſis obſequijs deſeruire attẽtationis [a] nullã moleſtiã ſuſtinere decernimus.

Imperator Iuſtinianus.

Sancimus [b] res ad uenerabiles eccleſias uel xenones, [c] uel monaſteria, uel Prochotrophia, uel brephotrophia, uel orphanotrophia, uel gerõtocomia, uel ſi quòd eſt aliud tale cõſortium, deſcendentes ex qualicunque curiali liberalitate, ſiue inter uiuos, ſiue mortis cauſa, ſiue in ultimis uoluntatibus habita, à lucratiuorum [d] inſeri pſonibus liberas eſſe & immunes: lege ſcilicet, quæ ſuper huiuſmodi inſcriptionibus poſita eſt, in alijs quidem perſonis ſuum robur obtinẽte: in parte autem eccleſiaſtica uel aliarum domuum, quæ hmõĩ pijs conſortijs deputatę ſunt, ſuũ uigorẽ pietatis ĩtuitu mitigãte.

Hinc etiã in Pariſienſi concilio legitur.

De agro eccleſiaſtico presbyter non cogatur cenſum perſoluere. CAN. XXIII.

SEcũdum canonicam authoritatem & cõſtitutionem domini Imperatoris Ludouici † de Eccleſiaſtico agro & manſo, [e] & de mancipijs, quæ ipſe ſuis capitulis conſtituit: uel ſi qui libet pro loco ſepulturæ aliquid largitus eccleſiæ fuerit, de decimis etiam & oblationibus fidelium nullus quenquam presbyterorũ aliquem cenſum perſoluere cogat: nec quiſquam cuiuslibet ordinis uel dignitatis, exinde quicquam ſubtrahat, aut redhibitionem quãcũq; exigat temporalẽ. quod ſi fecerit communione uſq; ad ſatisfactionem priuetur, & regia poteſtate dare cogatur.

Itẽ ex cõcilio Guarmacienſi. CAN. XXIIII.

SAncitum eſt, ut unicuiq; eccleſiæ unus manſus † integer abſq; ullo ſeruitio attribuatꝰ, & præsbyteri in eis conſtituti non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus neq; de atrijs uel de hortis iuxta eccleſiã poſitis, neque de præſcripto mãſo aliquod ſeruitium faciant præter eccleſiaſticũ. Et ſi aliquid amplius habuerint, inde maioribus ſuis debitum ſeruitium impendant.

Hinc [f] datꝰ intelligi, quòd de his, quæ imperiali beneficio uel à quibuslibet pro beneficio ſepulturæ eccleſia poßidet nullius iuri niſi ẽpi teneatur adſtricta. De his uerò, quæ à quibuslibet emerit, uel uiuorũ donationibus acceperit, principibus conſueta debet obſequia: ut & annua [g] eis pſoluat tribu

[a] Attentationis. id eſt, exactionis.
[b] Sancimus. C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. ij.
[c] Xenones. Xenodochium eſt locus uenerabilis ubi pauperes peregrini recipiũtur. Prochotrophium eſt locus ubi pauperes paſcuntur. Gerontocomium eſt locus ubi ſenes & ualetudinarij, & ꝓpter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Orphanotrophiũ eſt locus uenerabilis, in quo pueri parentibus orbati paſcũtur. Brephotrophium eſt locus, in quo ĩfantes pauperum aluntur.
[d] Lucratiuorum. Quibꝰ quarta pars eorum, quæ à curialibus relinquebantur, uendicabatur à fiſco exceptis relictis curialibus & coniunctis. hoc habes. C. quando, & quibus quarta pars debetur. l. j, & ſecunda. lib. x. C. de impo. lucra. deſcriptio. l. una. eo. lib quia fiebat impoſitio quatuor ſiliquarũ. C. ſi libe. Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. l. una. lib. x. Ioan. de Fan.

SEcundum.
[e] Mãſo. ſupra. xvj. quæſtio. j. quia iuxta. Contra ſupra diſtin. viij. c. j. contra. 3. xij. qõ. ij. c. eccleſiarum. contra ſupra x. q. prima. c. ſi tributum. cõtra. Sed iſtud de prædijs, quæ ſolum pro animarum redemptione donantur: illud de his q̃ titulo emptoris uel alio modo acquirũtur eccleſiæ. Vel iſtud ſpecialiter de prædijs collatis eccleſiæ à principe, illud gñaliter de alijs. Sol. uera colligitur ex proxi. c. ſeq. Ager [3] appellatꝰ hic ubi eſt hortus eccleſiæ, arg. s. ea. cõuenior. nã in agro Nabuthę rex ſeuit holus. Mãſus uero appellatꝰ unde percipitur frumentum & uinum ad euchariſtiã conficiendam: ut extra de cen. c. ſancitum eſt. Vel manſum appellat dotem ipſius eccleſiæ. Nam dos talis debet eſſe, ut eccleſia poſsit inde ſuſtentari. de conſec. diſtin. j. c. nemo. Sed manſus dicitur ſecundum uulgare, unde unus ruſticus cum ſua familia poſsit ſuſtentari. Eccleſia tamen de tanto nõ poteſt ſuſtentari de quãto unus ruſticus: arg. x. q. iij. unio. Patet ergo, quod de dote ſua nõ poteſt eccleſia, uel non debet tributa dare: quia non debet dotẽ recipere niſi libera ſit. & ſic poſſet intelligi x. qõ. ij. hoc ius. qa nõ debet ei dari poſſeſsio oneroſa. Itẽ nec de decimis, nec de primitijs dabit tributũ: quia in illis nũquã potuit Imperator tributũ habere, de alijs uero prædijs tributarijs cum onere ſuo ad eccleſiam deuolutis, tantum eccleſia dare debet tributum. & exaudi in eo caſu. xj. q. j. ſi tributũ. Hæc omnia uera ſunt maxime cũ Imperator hoc idẽ cõſtituat. Sed pone qꝺ fundata eſt eccleſia in prædio tributario, nũquid de illo dabit tributũ? Reſpond. refert an ſit bonæ fidei fundator, an malæ. Si bonæ fidei, de illis locis quæ ſunt extra atrium habebit Imperator tributũ nõ aũt de loco ubi eſt eccleſia, ſed per hoc nõ ſit patronꝰ: ut xvij. q. ult. q̃ſti. Si uero fundator eſſet malæ fidei, tunc eſt ad æſtimationẽ cõpellendus. xiiij. quæſt. vj. comperimus. & ubi poſt denũciationẽ fundat eam, mala fide fundat. extra de noui operi. nuncia. cum ex iniuncto. Ioannes.

SAncitum eſt.
[f] Hinc. i. illis. legibꝰ q̃s ſub. §. eccleſia cõprehẽdit.
[g] Annua. Nã trãſeunt res cũ onere ſuo. xvj. q. j. ſi quis laicus. extra de decimis. cum non ſit.

Xenodochium. Prochotrophiũ. Gerõtocomium. Orphanotrophiũ. Brephotrophiũ.

[1] Vñ uerſ. Paſcit in brephogerõ orphano noſo xenoq;, Infirmus, uetulus, puer, infans, & peregrinus.

Ager & mãſus differunt.

[3] Adde qd ſit propriè ager not. in l. inſula. in fi. & in l. ſi qua. ff. de acqui. re. do. & in l. fundi. § ulti. ff. de uerb. ſig.

† Quam prior edidit Carol. mag. uuormacię, & cõfirma-

nit eius [redacted] lius, [redacted]

† Id eſt, manſiocõgrua, ita uocãt, unmas.

Eccleſia ĩ ꝓdio tributario fũdata an teneatur ꝓ illo ad tributa.

ta, & cōuocato exercitu cum eis, proficiſcatur ad caſtra, quod tamē hoc ipſum nō ſine cōſenſu Romani pōtificis fieri debet.

Vnde Gelaſius papa Elpidio epiſcopo.

Abſque authoritate Romani pontificis, ad comitatum epiſcopi proficiſci nō audeant.

CAN. XXV.

Qvo auſu, qua temeritate, reſcribis ad Rauennam te parare proficiſci, cum canones euidenter præcipiant nullū omnino [a] pontificum niſi nobis antè uiſis atq; conſultis ad comitatū debere contendere? quemadmodum tibi putas licere, quod non licet, niſi quòd hoc officio carere feſtinas, quo his exceſsibus te oſtendis indignū?

Item ex concilio Antiocheno. †

Abſque metropolitani conſilio, uel comprouincialium epiſcoporum ad Imperatorē epiſcopi non pergant.

CAN. XXVI.

SI quis epiſcopus aut presbyter, uel omnis omnino, qui eſt ſub eccleſiaſtica regula conſtitutus, præter conſiliū uel literas eorum epiſcoporū, qui ſunt intra prouinciā, & maximè ſine conſilio metropolitani ad Imperatorem perrexerit, [b] hunc abdicari & eijci non ſolùm de communione debere, ſed etiā propria dignitate priuari decernimus, tanquam moleſtū & importunum Imperialibus auribus cōtra eccleſiaſtica cōſtituta.

Reprehenduntur ergo Gallicani epiſcopi à Nicolao, quī apoſtolica authoritate cotēpta, potius arma ſequi elegerāt, quā apoſtolico cōſpectui ſeſe repræſentarēt, quanquā proficiſcentes ad comitatū poſsint intelligi nō ſecuti Imperatorem, ut armis ſibi auxilientur: ſed ipſum cum exercitu ſuo quotidianis orationibus Deo commendent.

In quo caſu authoritas illa Sardicenſis concilij loqui uidetur, in cuius octauo cap. Oſius epiſcopus dixiſſe legitur.

Qui ab Imperatorib. religioſis uocati epī nō fuerint ad comitatū non proficiſcantur.

CAN. XXVII.

SI uobis fratres chariſsimi placet, decernite ne epiſcopi ad comitatum [c] accedant, niſi fortè ij, qui à religioſis Imperatoribus uel inuitati uel uocati [d] fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, ut ad miſericordiam eccleſiæ confugiant, qui iniuriam patiũtur, & qui peccantes in exilium [e] uel in inſulas [f] damnantur, aut certè quācunq; ſniam ſuſcipiunt, ideoq; ſubueniendū eſt his, & ſine dubitatione eis ēſt petēda p eccleſiā indulgentia.

Licet ergo prælatis eccleſiæ exēplo beati Gregorij [g] ab Imperatoribus: uel quibuſlibet ducibus defenſionē fidelibus poſtulare, licet etiā cū beato Leone quoslibet ad ſui defenſionem contra aduerſarios ſanctæ fidei uiriliter adhortari, atq; ad uim infidelium procul arcendam quoſque excitare, effuſionē uerò ſanguinis nulli epiſcoporum ſua uel Imperatorum authoritate imperare licet.

Vnde in Toletano cōcilio quarto legiī. † † ca. 30.

Sacerdotes ibi conſentiant fieri iudices, ubi iureiurādo indulgētia promittitur. CAN. XXVIII.

[5] SAepe [h] principes contra quoslibet maieſtati obnoxios [i] ſacerdo-

[a] Qvo auſu. Nullū omnino. Hoc de illis tātum epiſcopis intelligitur, qui Leuitica portione ſunt contenti. de cæteris nanq; regalibus & alijs poſſeſsionibus ſuis ſenioribus ſeruire tenētur: ut extra de cenſi. ſancitū. [1] Hæc enim eſt cōſuetudo, quæ eſt optima legū interpres. Io. Vel hic loquitur cum papa aliquem epiſcopū ad ſe uocat, ſicut diximus ſupra ead. reprehenſibile. cum enim uocetur ad maius tribunal, obedire debet. ff. de re iudi. l. contumacia. §. j. argum. contra extra de appel. l. ſi duobus. Vel intellige hoc in eo caſu, in quo & ſequens cap. cum ſcilicet cōtempto iudice eccleſiaſtico pergit ad ſecularē. xj. quæſt. j. ca. placuit. B.

[a] Hic fuit brocardus 54. & ponit pro palea. ſ. proxi.

[b] SI quis epiſcopus. Perrexerit. niſi cū literis ſuperioris. in authē. qūo oportet epiſcopos. §. non aliter. coll. j. uel perrexit ut ſit cum eo in expeditione uocatus à papa. ſic enim inducit magiſter hoc cap. ſed potius in eo caſu loquitur cum relicto & contempto eccleſiaſtico iudice pgit ad imperialem, quod non eſt faciendū: ut ī xcvj. diſtin. ca. denique. ſ. xxj. qō. v. ſi quis à pprio. & cap. ſi epiſcoporum. xj. q. j. continua. & cap. placuit. Io. de Fan.

† ca. 11.

[c] SI uobis. Ad comitatum. hoc uerbo ſignificatur curia principis, cū oibus ſuis officijs inſtructa: ut C. quando Imperator inter pupil. l. una.

[d] Vocati. Nam tunc excuſat eos ipſe Imperator in authen. quomodo opor. §. illud autē. colla. j.

[e] In exilium. Ad tempus.

Exiliū eſt temporale & perpetuum.

[f] Vel in inſulas. in perpetuum. ff. de interdictis & rele. l. relegatorum. §. hæc differētia. quādoq; tamen exiliū indifferenter ſumitur pro temporali uel pro perpetuo de pœni. diſtinct. j. aut facta.

[g] Beati Grego. ſ. ea. q. v. c. j. & iiij. & cap. reos. Ioan.

SAepe principes. Hæc eſt quinta pars quæſt. in qua probat per tria capi. quod nullus clericus debet dictare uel dare ſanguinis effuſionem, uel truncationem facere per ſe uel per alium. Ioā. de Fantu.

[h] Sæpe. Ex hoc ca. colligitur quod aliter debet iudicare delegans, quàm delegatus. ſic extra de accuſ. cum oporteat. Arg. contra xxv. q. ij. capit. ſeruatis.

[i] Obnoxios. Ex hoc

hoc dicunt quidam, quod epiſcopus in cauſa criminali poteſt ferre ſententiam, ſub hac tamen conditione, quod imperator iuret, &c. qa imperator dicit ob noxios ſupplicijs, ſed tu exaudi hoc cum de crimine ciuiliter agebatur & hoc eſt quod dicit.

ut extra de rapto. in archiepiſcopatu. Sed q̃d ſi epſ habet iuriſdictionẽ de omnibus? tunc deleget cãm criminalem: licet ſecundũ leges non poſſet delegare niſi cum contingit ipſum abeſſe. ſ ff. de offic. eius cui mand. eſt. iur. l. j. hic eũ non poteſt adeſſe: unde licite delegat ſecundum canones, ut dixi ſ. ea. q. iiij. illud.

tibus negotia ſua cõmittunt. Quia uerò ſacerdotes à Chriſto ad miniſterium ſalutis electi ſunt, ibi conſentiãt [a] fieri regibus iudices, ubi iureiurãdo [b] ſupplicij [c] indulgẽtia promittitur: [d] nõ ubi diſcriminis ſententia præparatẽ. Si quis ergo ſacerdotũ contra hoc commune conſultũ diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſãguinis apud Chriſtum, & apud eccleſiã perdat proprium gradum.

Item ex concilio Toletano undecimo. [†]

Non debent agitare iudiciũ ſanguinis, qui ſacramenta domini tractant.

CAN. XXIX.

HIs à quibus domini ſacramenta tractanda ſunt, iudicium ſanguinis agitare non licet, [e] & ideo magnopere talibus [f] exceſsibus prohibẽdum eſt, ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectẽdum eſt, ſententia propria iudicare præſumant: aut per ſe inferant membrorum truncationes [g] quibuslibet perſonis, aut inferendas [h] præcipiant. [i] Quòd ſi quiſquã immemor horũ præceptorum, aut in eccleſiæ ſuæ famulis, aut in quibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, conceſsi ordinis honore priuetur & loco, ſub perpetuo quoq; damnationis teneatur ergaſtulo relegatus, cui tamen communio exeunti [k] ex hac uita nõ eſt negãda, propter domini miſericordiam, qui non uult peccatoris mortẽ, ſed ut cõuertatur & uiuat. Cæteri etiã abſque iudiciali authoritate membrorum truncationes, & domorum incendia facere prohibentur.

Vnde in decretis Euticiani Papæ.

Mẽbra detruncans, domos incendens abſque iudiciali authoritate, excommunicetur.

CAN. XXX.

SI quis membrorum truncationes, & domorum incendia fecerit, ſiue facere iuſſerit, [l] aut facienti conſenſerit: quouſq; de his unicuiq; legaliter [m] uel amicabiliter [n] corã epiſcopo ciuitatis alijsq; ciuibus non emendauerit, tanquã ethnicus & publicanus ab omni Chriſtianorum collegio ſeparetur.

6 *De incẽdiarijs quoq; Innocẽtius ſecũdus ĩ uniuerſali concilio generaliter conſtituit, dicens:*

Domos incẽdẽs gratia uel odio alicuius, excõmunicetur.

CAN. XXXI.

PEſsimam quidẽ & depopulatricem, & horrẽdã incẽdiariorum malitiã, authoritate Dei & beatorum apoſtolorũ Petri & Pauli omnino deteſtamur & interdicimus. [o] Si quis ergo poſt huius noſtræ prohi-

[a] Conſentiant. Ergo nõ eſt iudex, antequam conſentiat, argumẽ. extra de appel. ſuper eo. in fine.

[b] Iureiurando. i. præſtando ſacramẽtum de calumnia.

[c] Supplicij indulgẽtia promittitur. ſcilicet à principe de impunitate quo ad pœnam ſanguinis. arg. xv. q. iiij. nullus epiſcoporũ. & appellabitur hic ad forũ delegantis.

[d] Promittitur. Etiam à iure, non enim timebit ſupplicium ex quo iuratur. [e] Sed pone quod imperator puniat eum poſt corporaliter, non imputatur epiſcopo, argu. ſ. ea. q. v. ca. unum & ff. de bo. li. l. qui cum maior. §. deinde. intelligere etiã hoc poteſt quando demandat cognitionem, & ſibi reſeruat ſententiam, & tunc criminaliter, dum tamẽ iuret, &c. argu. extra de offic. deleg. ſuper quæſtionum.

[e] HIs à quibus. Nõ licet. olim licuit. ſ. ij. quæ. vij. §. itẽ cũ Balaã. ſ. diſt. 50. de his clericis. & lj. diſt. aliquantos. & ſ. ead. q. v. unum ſolum.

[f] Talibus exceſsibus. i. taliter excedentibus.

[g] Truncationes. Nam qui uulnerat, occidiſſe dicitẽ, ut ff. ad legem Corn. de ſica. l. j. §. diuus.

[h] Aut inferendas. quod enim nõ poſſum per me, nec p alium. xlvj. di. ca. ulti. ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. j. fallit tamẽ in caſibus ſpãlibus.

[i] Præcipiant. Virgis tamen poſſunt punire, ut ſ. ea. q. õ. v. c. j. in fi. & flagellis, ſed nõ ad ſanguinis effuſionẽ,

[k] Exeunti. ſ. diſt. 50. pœnitentes.

[l] SI quis. Iuſſerit. Sic ex. de ſen. ex c. mulieres.

[m] Legaliter. Sed quomodo hoc, cũ ſecundum leges liberum corpus æſtimationem nõ recipiat, ut ff. de eiec. & effu. l. ul. ſi quadru. pau. fec. dica. ex hac lege? Sed dic q tenetur ad expenſas medicorum, & ad operas quas amittit, quia inutilis eſt factus, non autẽ rõne cicatricũ uel deformitatis. quia liberũ corpus eſt. ff. de eiec. & effu. l. ulti. Vel dic legaliter. i. ſecundum cautionem hic ſignatã ĩ. c. pxi. ibi, nec abſoluatẽ. quia pœnitet per annũ, & dãna reſtituit. Vel legaliter. i. ſecundũ legem Rhod. de ui publica uel priuata agetur cõtra eũ. Et eſt differentia: qa priuata, priuat tertia parte bonorum, ut ff. de ui publica. l. penulti. publica deportationẽ inducit, ut inſtitu. de public. iudic. §. item lex Iulia. de ui. Vnde uerſus, Vis priuata reum deponit ab ordine rerum: Sed deportatur, ſi uis armata probatur.

[n] Vel amicabiliter. Sic ſ. v. qõ. ij. ſi primates. arg. ſ. e. q. iiij. ſi illic.

De incendiarijs. Hæc eſt ſexta pars quæſtio. ĩ qua oſtẽdit magiſter duob9 c. qualiter incẽdiarij debẽt puniri. Io.

[o] PEſsimam. Interdicimus. ex hoc uidetẽ quod iſte canon ſit canõ latæ ſententiæ, ubi conſuetudo hoc habet, & Papa ſcit & tolerat, ut in

[e] Arg. ad hoc xvij. q. iiij. metuẽtes. 32. q. i. de Benedicto. & hoc intelligo ſcd̃m illud q̃d not. in utroq; ca. ibi uideas. [†] cap. vj.

Vulnerãs occidit.

[1] Cauſa criminalis ſecundũ canones delegatur.

[1] De hoc etiam no. extra de offi. ordi. q̃d ſedẽ. in gloſ. in ſi. & de ra. in archiepiſcopatu. Archi.

Corpus liberũ æſtimationẽ nõ recipit Licet tamen ratione deformitatis ei dẽ non teneatur ad expenſas tamen & ad ceſſationẽ operis illi eſt ſatisfaciẽdum.

bitionis promulgationẽ malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro uindicta ignẽ appoſuerit, uel apponi fecerit, aut appoſitoribus cõſilium uel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur. Et ſi mortuus fuerit incendiarius Chriſtianorum careat ſepultura: nec abſoluatur, niſi prius damno [a], cui intulit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito, iuret ſe ulteri⁹ [b] ignem nõ appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſeruitio Dei per annum integrũ permaneat. Si quis autem archiepiſcopus [c] uel epiſcopus hoc relaxauerit, damnum reſtituat [d], & per annum ab officio epiſcopali abſtineat: Sanè regibus [e] & principibus faciendæ iuſtitiæ facultatem conſultis archiepiſcopis & epiſcopis non negamus.

Item Auguſti. in libr. de ciuitate Dei.

Homicida eſt, qui publicam functionem non habens, aliquem occidit uel debilitat.

CAN. XXXII.

QVicunque percutit malos, in eo ꝙ mali ſunt [f], & habet cauſam [g] interfectionis, miniſter Dei eſt. Qui verò ſine aliqua publica adminiſtratione maleficũ, furem, ſacrilegũ [h], adulterum & periurũ, uel quẽlibet criminoſum interfecerit aut trucidauerit, uel membris debilitauerit: uelut homicida [i] iudicabitur, & tãtò acrius, quantò non ſibi à Deo conceſſam poteſtatẽ abuſiuè uſurpare nõ timuit.

De his autẽ qui ſimul hominẽ uulnerant, quæritur ſi ille mortuus fuerit, quis eorum homicidij reatum incurrat? De his ita ſtatutum eſt in cõcilio apud Vermerias.

Si plures contra unum rixentur, qua pœna quiſque eorum feriatur.

CAN. XXXIII.

SI quatuor homines aut quinque ſeu etiã plures contra hominem unum rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit: quicunq; eorum [k] plagam ei impoſuit, ſecundùm ſtatuta canonum, ut homicida iudicetur: reliqui autẽ qui eum impugnabant, [l] uolentes [m] eum interficere, ſimiliter [n] pœniteãt, Qui nec eum impugnabant, nec uulnerabant, nec conſilio nec auxilio cooperatores fuerũt, ſed tantùm affuerunt, extra noxam [o] ſint.

CAVSA XXIIII.

QVidam epiſcopus, in hęreſim lapſus aliquos de ſacerdotibus ſuis offi-

---

vt in Theutonia. & ſecundum hoc pōt intelligi, extra de ſent. excom. tua. ſed non credo ꝙ ſit latæ ſententiæ, niſi ſicut alias ꝙ priuatur ſacramentis. ſicut ꝓ quolibet mortali. de conſec. diſt. ij. ſi non ſunt tanta. & quod dicit interdicimus, id eſt, prohibemus, & qui liber decèdens in mortali ſi conſtet de hoc etiam ſi nõ ſit excõmunicatus, prohibetur. extra de rapt. ſuper eo. & extra de damno da. ſi quis domum.

a Damno. Canonica pœna incẽdiariorũ ſtatuitur extra de dã. da. ſi quis domum. xij. qō. ij. cum deuotiſſimã. ſed alia eſt pœna legalis, ut ibi not.

b Vlterius. Si. xj. q. iij. cum aliquis.

Clericus legẽ de interficiẽdo poteſt exponere.

c Archiepiſcopus. Licet clericis exponere legem uel canonem de interficiendo, ſed non cõſulere præciſe, ut ſ. qō. v. relegentes. & ſ. v. q. vj. delatori vel eps dabit cõſilium de pœna canonica incendiariorum, quæ eſt extra de dam. da. c. vlti.

d Reſtituat. Supra liiij. diſtin. ſi ſeruus abſente. & hoc de proprio ſi habet: alias puniretur extraordinarie. nam de rebus eccleſiæ non debet, ne delictum vertatur in damnum eccleſiæ. xvj. q. vj. ſi epm.

Incendiarij qualiter puniẽdi.

e Sane regibus. Si regibus & principibus non negatur facultas iuſtitiæ faciendæ de incẽdiarijs conſultis archiepiſcopis, videtur ꝙ principes conſilio eorum poſſint incendiarios ultimo ſupplicio afficere, cum incendiarij ſecundum leges ſic debeant puniri, ut ff. de incen. l. vlti. & ff. de pœnis. l. capitalium. Secundum canones eſt ſciendum quod iuxta legis tenorem incendiarij ſpontanei varie plectuntur. uel enim nouiſſimo infortunio notantur, uel deportantur, uel alio modo forte puniuntur. Vel dic quod princeps non punit incendiarios ſecundum legis rigorem occidendo, ſed deportando, uel alia clementiori pœna plectendo: ideo archiepiſcopi & epiſcopi cõſuluntur. ſed lege Corn. de ſica. punitur capite ſi nobilis eſt. ff. ad legem Corn. de ſicar. ſi quis dolo. ignobilis ſupponitur beſtijs, bonis proſcriptis. ff. de incend. l. vlti. & hoc quando dolo fecit incẽdium. Alias ſufficit damna reſtituere, ut ff. co. ti. qui ædes.

f QVicunque percutit. In eo quod mali ſunt. ſ. e. q. v. qui malos. ſ. e. q. iiij. dūo iſta.

g Cauſam. ſ. e. q. iiij. ea vindicta.

h Sacrilegum. Ergo ſacrilegi ſecundum canones & fures capite puniuntur, vt ſ. ca. quæſt. v. homicidas.

i Velut homicida. vt extra de homi. ſi aliquis. C. quã liceat vnicuiq;. l. j. Ioan. de Fan.

7 De his. Hæc eſt vij. ps ſecundũ. Io.

k SI quatuor. Quicunque eorum. Hoc eſt propter incertitudinẽ, qa neſciunt cuius ictu perijt. ſic ff. de eiec. & eff. l. ij §. vlt. & l. ſeq. & ff. ad legẽ Aquil. ita vulneratus. in fin. Sed pone certum eſſe, quod de vulnere meo nõ eſt mortuus, nunquid cenſebor homicida? ſecundum leges certum eſt quod non: argum. ff. ad legem Aquil. huic ſcripturæ. nam uulnus uniuſcuiuſq; cõtemplandum eſt. ff. ad legem Cor. de ſica. l. vlt. Idem uidetur ſecũdum canones. arg. extra de cler. percuſ. cap. ij. Contrarium tamen credo. ar. 50 diſt. ſi quis poſt. ſufficit enim ꝙ ſumpſit arma. licet non occiderit ipſe, ſed ali⁹. vt extra de cleric. pcuſ. ca. præſentiũ. & cap. cõtinentia.

l Impugnabant. Nec tñ pcuſſerunt.

m Volẽtes. Nã homicidæ tales ſunt. de pœ. diſt. j. periculoſe. Itẽ pone qᵈ me rixãte cũ aliquo, frater meus eũ interfecit contra volũtatem meam, an imputabiť mihi? nõ, ar. j. q. iiij. quia præſulatus. extra de cler. percuſ. præſentium.

Homicida eſt etiã qui nõ occidit.

n Similiter. Arg. de pœ. diſt. j. ſi cui.

o Extra noxam, Si ei ſubuenire non poterant. ſ. e. quæſt. Idẽ credit Laur. arg. huius ca. ſi quis poſt. Sed ẓ. cõtra xv. q. j. c. vlt. vbi dicit ꝙ lex factum requirit. & quod not. extra de homi. ſi aliquis. ubi de hoc.

quæſtio.iij.cap.vltimo.Ioannes.

Q Vod autem. In hac quæſtione magiſter intendit probare p xlij.ca. q hæreticus, uel ſchiſmaticus uel excõmunicat⁹ aliũ damnare nõ poteſt. ſi tamẽ ſibi probare poſsit. Ioan. de Fã.

Quod autem. in hac qõne dicũt quidam q ſi hæreticus excõicat alium hæreticum, valet ĩ.e. quiſquis. ſed qualiter intelligat illud cap. dicit §. qui ſequit illud cap. Alij cũ Gratiano diſtinguũt an veterẽ hæreſim iam dãnatam ſequat: & tunc non ualet. an nouã con ſingat: & tunc põt, arg. ĩ.e. Achatius. & j.e.§. ſi autem. in princ. quia adhuc tolerat ab eccleſia. Sed tu dic indiſtincte q ſiue ueterem ſiue nouã ſequatur, excõmunicatus eſt, licet ſit occultus, & ideo aliũ excõicare non põt. extra de hæ. ad abolẽdam. & c. excõmunicamus. alia tamen quæ agit tenẽt dũ toleratur, arg. ĩ. iij. qõ. vij. §. tria. Sed & ſententia excõicationis quam tulit, tolerãda eſt, dum ipſe eſt, occultus, licet ſit nulla, arg. prẹd. §. j. extra de iure pat. conſultationibus.

a Qui uero. Hæc diſtinctio hodie locũ non habet, quia omnis hæreſis eſt damnata, & omnis hæreticus eſt excõicatus, quantũcunq; ſit occult⁹: & ideo non poteſt alios excõicare. vñ ſi ſciret plalatũ meum eſſe hæreticũ quia nouũ fingit, nec tñ pdicaret: ſi me excõmunicaret, celebrarẽ in occulto, ſed nõ in aperto, qa cũ non poſſem pbare eũ eſſe hæreticũ, ſic me non excõicatũ deponeret. Sed qd de alia sẽtẽtia? idẽ quia nulla eſt ſnia quã tulit, ſed tñ tolerabiẽ poſtea, arg. iij. q. vij. §. tria. ead. dic & de ſchiſmatico, maxime cũ ſchiſma nõ poſsit eſſe ſine hæreſi, niſi forte in ſummo pontifice, ut ſi duo crearetur, & uterque crederet eccleſiã apud ſe eſſe. vij. q. j. fact⁹.

b Achatius. Neceſſarium. poſſet tamẽ ferri, ar. extra de poſtula. ad hoc. in parte deciſa.

Excõmunicare nõ poteſt hæreticus hæreticum.

Idẽ ſentit Innoc. extra de electio. nihil.

Hæretic⁹ omnis eſt excõmunicatus.

Et ideo. Refert Gul. Occã dialogor. fo. 9. co. 1. ſed cõmunis opinio tã theolo. quã canoniſtarũ eſt in contrarium.

cio priuauit, & ſentẽtia excõmunicationis notauit: poſt mortem accuſatus de hæreſi, damnatur, & ſequaces eius cum omni familia ſua,

1 *Hic primũ quęritur an lapſus in hæreſim poſsit aliquos officio priuare, uel sẽtẽtia nodare.*

2 *ſecundò, an poſt mortem, aliquis poſsit excõmunicari.*

3 *Tertiò, an pro peccato alicuius, tota familia ſit excommunicanda.*

QVAEST. I.

Q Vod aũt ab hæretico aliquis deponi aut excõicari nõ poſsit, facilè probatur. Oĩs enim hæreticus aut iã dãnatã hæreſim ſeqtur, aut nouã confingit. Qui uerò [a] hæreſim iã dãnatã ſeqtur, ei⁹ dãnationis ſe participẽ facit. Vnde cũ Achatius abſq; ſynodali authoritate ab Apoſtolico ſe dãnatũ qrerer, cõtra eũ Gelaſius Papa ſcribit dicẽs.

Qui in iam damnatã hæreſim labitur, eius damnationis ſe participem facit.

CAN. I.

A Chatius non eſt factus inuentor noui erroris, ſed ueteris imitator: atque ideo non erat neceſſarium [b], ut aduerſus eum noua ſententia prodiret, ſed antiqua tantummodo renouaretur. Factus ſum itaque executor ueteris conſtituti, non promulgator noui. Quicunque enim in hæreſim [c] ſemel damnatã labitur, eius dãnatione ſeipſum inuoluit.

Idem ĩ.

Non eſt retractandum, quod ſemel ſynodus ſtatuit cõtra unam quanque hæreſim.

CAN. II.

M Aiores noſtri diuina inſpiratiõe cernentes, neceſſario præcauerunt, ut quod contra unamquanque hæreſim coacta [d] ſemel ſynodus pro fidei cõmunione & ueritate catholica atque apoſtolica pmulgaſſet, non ſinerent [e] nouis [f] poſt hæc retractationibus mutilari, ne prauis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerãt ſtatuta, pulſandi, ſed authore [g] cuiuslibet inſaniæ ac pariter errore damnato, ſufficere iudicauerũt, ut quiſquis aliquando huius erroris cõmunicator exiſteret, principali ſentẽtia dãnationis eius eſſet obſtrictus. Sic Sabellium damnauit ſynodus nec fuit neceſſe ut ei⁹ ſectatores poſtea damnarentur: ſed pro tenore cõſtitutionis antiquæ, qui uel prauitatis [h] illius uel cõmunionis [i] extiterint participes, uniuerſalis eccleſia duxit eſſe refutandos. Sic Arrium, ſic & Ennomium, Macedonium, Neſtorium, ſynodus ſemel geſta condemnans, vlterius ad noua cõcilia uenire non ſinit [k]

c In hęreſim. Hic eſt caſus in quo Papa papam põt ligare, in quo Papa in canone latæ ſentẽtiæ incidit. [5] nec huic obuiat regula illa, qa par parẽ ſoluere uel ligare nõ poteſt. extra de elect. innotuit. quia ſi Papa hæreticus eſt, in eo qď hæreticus eſt, eſt minor [6] quolibet catholico xij. q. j. ſcimus. quia lex factum notat etiã ſine ſententia. ff. de rit. nupt. l. palã. §. vlti. Et eſt hic arg. ad quæſtionem de feudo: puta iurauit epiſcopus q non infeudaret de nouo. videt q poſsit dare uetus. quod concedo in dubio cũ nõ cõſtat quod intellexit cum iurauit. extra de feu. c. ij.

d M Aiores noſtri. Coacta. id eſt. coaduna ta iuxta illud, Tytire coge pecus. & alibi: Cogite oues pueri, & c. & lex dicit fructus coactos. ff. ſo. ma. diuortio. ver. coactis uindemijs.

e Non finerẽt. ĩ. vj. q. iiij. qď bene. & xxv. qõ. ij. cum pie. C. de ſum. tri. nemo.

f Nouis. ĩ. xj. diſtin. quis neſciat.

g Sed authore. ſufficit enim, damnato Arnoldo, omnes Arnoldiſtæ damnati ſunt. de hære. ad abolendam.

h Vel prauitatis. poſt mortem.

i Vel communionis. in vita.

k Non ſinit. Vt temere de fide diſputent. nam ſi correcti redire vellent, admitterentur [7] ĩ. proxi. quæſt. vj. c. j. Sed qui ita incidunt in hæreſim iã damnatam, à quo abſoluun

3 Iſtã gl. dicit eſſe ſing. Abb. in ca. quia diligẽtia. de elec. ad hoc quod incidẽs in ſchiſma ſi credit papatũ eſſe apud illũ, cui adhæret, nõ eſt hæretic⁹.

4 Vide quod legi & no. ĩ. e. qõ. didicimus. in princi.

Papa papam ligare poteſt.

5 Incidit. [redacted].

Ad epiſcopos Dardariæ.

6 Minor. Idem Tomas Aquinas in iiij. ſenten. di. xix. Gabriel Biel in canone miſſæ, fol. 180. col. 1. Phil. Dec. c. cũ ueniſſent. col. 3. de iudi. & in conſil. clj. nu. iiij. [redacted]

7 Nam recõciliationis cã impetrandę admitterẽtur. ĩ. ij. q. vij. con uenientibus.

Item Felix Papa. †

Non ultra in eum procedere oportet, qui in hæreſim dãnatam recidit.

CAN. III.

ij A Chatius a nõ fuit nouí uel proprij inuẽtor erroris, ut ĩ eũ noua ſcita b prodirẽt, ſed alieno facinori ſuã communionẽ miſcuit, itaque neceſſe eſt ut in illã recideret iuſta lãce c ſniam, quã cũ ſuis ſucceſſorib⁹ ꝑ cõueniẽtiã ſynodalẽ ſuſceperat author erroris.

Si ergo cp̃s ille in hæreſim iam dãnatam lapſus ẽ antiqua excõmunicatione damnatus, alios dãnare non poterat. Excõmunicatus.n. alios excommunicare nõ ualet.

Vnde Alex.2. ſcribit Valeria. ep̃o et martyri.

Excommunicatus alium excommunicare non poteſt.

CAN. IIII.

A Vdiuimus quòd hæreticus Rauennas dictus archiepiſcopus niſus ſit te excõmunicare. Verũ quia excõicatus d te excõmunicare nõ potuit, e apoſtolica authoritate, te tuoſq; abſoluendo f † mandamus exinde nunquam curare.

Si autẽ ex corde ſuo nouã hæreſim g cõfinxerit, ex quo talia p̃dicare cœpit, neminẽ dãnare potuit: qa nec p̃ot deijcere quẽquã iã proſtratus h ligãdi n anq; uel ſoluẽdi poteſtas ueris, i nõ falſis k ſacerdotibus à domino tradita eſt. Apoſtolis.n. dicturus: Quorũ remiſeritis peccata, &c. Præmiſit, Accipite ſpiritũ sãctũ. Vt euidẽter cũctis oſtẽderet eũ q ſpiritũ ſanctũ nõ habet, peccata nõ poſſe tenere uel remittere. Porrò ſpiritũ sãctũ nemo niſi intra eccleſiã accipit, qa & ipſam unitatẽ per gratiã facit. Vñ nõ niſi cõgregatis in unũ, dictũ eſt, Accipite ſpiritũ ſanctũ. Nec niſi ſuper congregatos in unũ, die pẽtecoſtes deſcendit ſpiritus ſanctus. Sicut aũtẽ extra eccleſiã nõ accipiť, ita extra eã nihil operatur. Cùm ergo (ſicut Apoſtolus ait) ſpiritus sãctus poſtulet, l ſpiritus sãctus impetret: m extra eccleſiã, nec impetrare facit, nec poſtulať. Vñ dñs dicturus, Quodcũq; petieritis, etc. præmiſit: Si duo ex uobis cõſenſerint ſuper terrã ex oĩ re, &c. & iterũ: Vbi duo uel tres congregati fuerĩt ĩ nomine meo, ibi ego ſũ in medio eorũ. nimirũ cũctis oſtẽdẽs ſe nõ habitare in cordibus eorũ, q ſuperbiæ ſingularitatem ſecuti, à corporis Chriſti compage ſemetipſos abrũpũt. In quib. aũt Chriſtus nõ habitat, in eis ſpiritus sãctus mẽtiũ ſciſſuras refugiẽs locũ non hẽt. Cùm ergo peccata dimitteř uel tenere, excõicare uel recõciliař opus ſit n ſpiritus sãcti, et uirtus Chriſti: apparet, ꝙ ij, q extra eccleſiã sũt nec ligař poſsũt, nec ſolueř, nec recõciliãdo eccleſiaſticæ cõioni reddeř, nec excõicando eius ſocietate priuař, qua ipſi hæreſi uel ſchiſmate polluti ſiue ſnĩa notati penitus carere ꝓbãtur. Vñ cùm oĩb. diſcipulis parẽ ligãdi atq; ſoluendi poteſtatẽ dñs daret, Petro o

† Imo Geláſius ad Fauſtũ epiſtola j. co. j. in tomo. j. cõciliorũ. fol. 527.

absoluuntur ab epiſcopo, uel ſuo ſuperiore: arg. s̃. proxi. quæſt. iiij. ipſa pietas. Ioan.

a A Chatius. s̃. xix. diſt. Anaſtaſius.

b Scita. i. ſtatuta. unde dicit c. ſcitis obtemperat. iij. q. vij. iudicet.

c Lance. i. rõne. aſias idẽ appellat ſtaterã. xlv. diſt. oĩs.

Si ergo.

Excõmunicat⁹, rurſus excõmunicari nõ poteſt.

d A Vdiuimus. Quia excõmunicatus. & ita excõicatus non poteſt excommunicari, ſed ſuſpenſus excõmunicat. xj. qõ. iij. §. euidenter. Nũquid ergo excõmunicari p̃ot? dico referre an ſit ſuſpenſus ab officio, uel iuriſdictione. nam ſi ab officio tantũ, ea nõ poterit quæ officij ſui sũt exercere, puta celebrare, & ſimilia, ſed ea poterit quæ iuriſdictionis ſunt, ut dare præbendã, & excõmunicare. quia hoc iuriſdictionis ẽ, extra de electio. tranſmiſſam. & de cle. excom. mini. ſi celebrat. Econtra eſſet ſi ſuſpenderetur à iuriſdictione, & non ab officio: quia poſſet ea, quæ eſſent officij, non autem quæ ſunt iuriſdictionis. Si autem ab utroque, tunc neutrum. extra de conceſ. præben. quia.

Suſpenſus quid interim exercere poterit.

† abſoluẽdos.

e Non potuit. non eſt contra. s̃. xj. q. iij. plerunque. nam ibi de alio malo, nõ hæretico: uel ibi de occulto. s̃. xj. q. iij. excellẽtiſsimus. s̃. xj. quæſtio. iij. ſi qs confugerit. s̃. xvj. diſtin. concubinæ. & s̃. xxiij. diſt. quorundam. s̃. xj. q. iij. ſi epiſcopus. s̃. xj. quæſt. iij. contra. ij. qõ. vj. §. item ſi plures.

Ioan. 20. f

f Abſoluendo. i. abſolutos eſſe oſtẽdẽdo. i. nõ ligatos. ſimilis expoſitio eſt C. de legit. hær. l. ij. ſic xj. q. iij. excellẽtiſsimus. xv. quæſt. vj. authoritatem. uel dic abſoluendo ſcilicet de facto. ſic s̃. j. q. j. ſi quis cõfugerit. xvij. diſt. concilia. xxiij. diſt. quorundam. & extra de appella. ad præſentiam. ij. q. j. primates. Sed contra ij. quæſt. vj. §. item ſi plures.

Acta. 2. a

g Hæreſim. Hoc fuit de cap. ĩ. ea. ait Celeſtinus. ſed hodie nihil eſt, ut no. s̃. ea. §. j.

h Iã proſtratus. ſ. per hæreſim.

i Veris. i. catholicis, ſcilicet toleratis l ab eccleſia, ſiue ſint boni, ſiue mali argu. xj. q. iij. Iulianus.

l Dic melius toleratus ligare poteſt de officio. iij. qõ. vij. §. ulti. s̃. j. q. ſi fuerit. Archi.

k Non falſis. Id eſt, iam ꝑ ſententiã damnatis, uel malis de uitæ merito. & ſophiſtice inducit omnia in hoc §. nam omnia referas ad uitæ meritum, ſicut. j q. j. gratia.

1. Co. 12. a

l Poſtulet. i. poſtulare faciat.

Ioan. 15. c

m Impetret. i. impetrare nos faciat.

n Opus ſit. dic uerũ quo ad Deũ, ſed quo ad eccleſiã nõ, cũ faciãt hoc etiam mali. ideo nõ facit ad rẽ qđ inducit.

o Petro. Hoc dicit ut noteẽ unitas.

Et præ-

Mat. 18. c

ꝑ oĩbus et ꝑ oĩbus[a] claues[b] regni cælorũ ſe daturum ꝓmiſit dicẽs: Tibi dabo claues regni cælorũ. Quicũq; ergo ab unitate eccleſiæ (q̃ ꝑ Petrũ ĩtelligi͛) fuerit alienus, execrare[c] pôt cõſecrarẽ[d] nõ ualet, excõicatiõis uel recõciliationis ptãtẽ nõ hẽt. Vñ Apoſtolus cũ fornicatorem Corinthiũ excõicandum ſcriberet, ait: Ego quidem abſens corpore, pñs aũt ſpũ, iam iudicaui ut pñs eũ, qui ſic operatus eſt, in noĩe dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, cõgregatis uobis & meo ſpũ cum uirtute dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, tradere hmõi hominem Satanæ in interitũ carnis. in quo formã excõicationis oſtendẽs, docuit non niſi fidelẽ & à fideli notandũ. In noĩe nanq; dñi: atq; eius uirtute cooperãte non niſi fidelis aliquid operari ualet: cũ nemo poſſit dicere[e] dñs Ieſus, niſi in ſpiritu[f] ſancto. Itẽ cum dominus prohibeat agnum comedi extra catholicã eccleſiã qui profeſſione fidei ab ea ſunt alieni, ab eius participatione quam ſuo arbitrio reliquerunt, nõ repelluntur, ſed abire permittuntur, ſicut illi, qui audiẽtes, Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c. dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & quis pôt eũ audire? atq; ita abierunt retrorſum, nõ pulſi, ſed abire permiſſi. Hinc ẽt Apoſtolus cũ de excõicandis ageret, præmiſit: Si quis frater, &c. de infidelibus ãt ita ſuppoſuit dicẽs. Eos qui foris ſunt, dominus iudicabit. De his autem, qui intus ſunt, nobis iudicium commiſit. Sicut autem ex eo quod Apoſtolus ait, Si quis frater: & ex his, quæ de infidelibus & fidelibus ſuppoſuit, apparet non niſi fidelẽ excõicãdũ, ita ex eo,[g] ꝙ fidelibus tm̃ hoc ſcribitur: uel potius,[h] quia ſicut ille qui bñdicit, maior eſt eo, qui bñdicitur, ita qui ex officio maledicit, maior[i] eſt eo cui maledicitur, liquidò cõſtat eũ, qui ab integritate catholicæ fidei recedit, maledicendi uel benedicẽdi poteſtatẽ minimè hr̃e: catholicũ nãque, ut potẽ ſe ſuperiorẽ, maledicere nõ ualet: in alienum à fide tanquam in ſibi æqualẽ ſententiam dare non pôt. Hæc aũt, quæ de hæreticis atq; ſchiſmaticis uel excommunicatis dicta ſunt, uidelicet quòd ligãdi uel ſoluendi poteſtatem non habeant multorũ authoritatibus probantur.

Ait enim Leo papa.

Non ſoluitur uel ligatur, niſi quod authoritas beati Petri ſoluerit uel ligauerit.

CAN. V.

MAnet ergo Petri priuilegium, ubicunq; ex ipſius æquitate[k] fertur iudicium. nec nimia ſeueritas uel remiſſio[l] eſt, ubi nihil erit ligatum uel ſolutum, niſi[m] quod beatus Petrus,[n] aut ligauerit, aut ſoluerit.

Item Auguſt. ſuper Ioannem. †

In perſona Petri, ligandi & ſoluendi eccleſia poteſtatem accepit. CAN. VI.

QVodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum[o] & in cælis. Si hoc Petro tantùm dictum eſt, non hoc facit eccleſia[p] ſi autem & in eccleſia fit, utique quæ in terra ligantur, & in cœlo, & quæ ſoluuntur in terra, ſoluta ſunt

Mat. 16.c
1.Cor.5.a
Dei ſerui ſumus omnes.
Ioan. 6.f
Papa ligat in cœlo per approbationem.
1.Cor.5.a
Ibidem.
† Tract. 50. ad ca. 12. Ioan. Mat. 16.c

[a] Et præ omnibus. hoc dicit, ut notetur prælatio.
[b] Claues. quid Petro datũ fuerit cũ his clauibus, habemus xx. diſt. §. j.
[c] Execrare. j. ea. c. pudenda.
[d] Non ualet. conficit tamen etiam extra eccleſiam ſi formã obſeruet: quia hoc ordinis eſt quẽ retinet recedẽs ab unitate eccleſiæ. j. q. j. quod quidam. ſed non poteſt excõmunicare, quia hoc iuriſdictionis eſt, quam dimittit qui recedit: ut j. quæſt. prima remiſſionem.
[e] Dicere. corde, ore, opere. de pœn. diſt. iij. cap. non tibi dico.
[f] Niſi in ſpiritu. id eſt, niſi ſit ſeruꝰ eius, id eſt, niſi habeat ſpiritum eius. oẽs enim ſumus ſerui Dei. de conſ. diſt. ij. inuitat.
[g] Ita ex eo. Supple appareat à fidelibus iudicãdum uel excõmunicandum. & ita perſona cui ſermo dirigit͛. non intelligit͛ excepta: argum. xxvj. diſt. deinde. & not. xxij. q. ij. primum. pro & contra.
[h] Vel potius. Alia eſt ratio, quare talis nõ poſſit ſoluere uel ligare.
[i] Maior. s. diſtin. xxj. c. inferior.
[k] MAnet ergo. Aequitate. ar. qđ ſententia iniuſte lata non tenet. Sed contra xj. q. iij. ſi epiſcopus forte. Sed hoc dicitur de ſentẽtia qua quis ligat͛ quo ad Deum non quo ad eccleſiã. ſed etiã illa quandoq; non tenet, extra de ſententia excommu. c. per tuas.
[l] Vel remiſſio. quia utrunq; uitiũ eſt ff. de pœnis. l. reſpiciendum.
[m] Niſi. id eſt, niſi id quod iuſte fuerit, &c.
[n] Petrus. i. eius ut charitas, &c. lo.
[o] QVodcunq;. Erit ligatum. ligari dicitur in cælo per approbationem, ſcilicet quãdo iuſte fertur ſententia. de pœni. diſt. j. quem pœnitet. s. diſtin xx. §. j. Ioan. de Fan.
[p] Facit eccleſia. Sed nonne prius erat ligatus apud Deum: ut j. qõ. j. ut euidenter. j. ead. q. iij. c. ſi quis non re &c? & ita uidetur qđ nulla poteſtas Petro collata ſit, uel

De hoc not. 45. diſtin. diſciplina. & c. omnis. & cap. ſicut nanque.

& in cęlo: quia cũ excõmunicat eccleſia in terra, in cælo ligatur excõicatus: cum reconciliat [a] eccleſia, & in cælo ſoluitur reconciliatus. ſi ergo hoc ĩ eccleſia fit. Petrus quãdo claues accepit, eccleſiã ſctãm ſignificauit. [b] Si ergo in pſona Petri, ſignificati ſunt in eccleſia boni, & in Iudæ [c] perſona, ſignificati ſunt mali in eccleſia.

Item Ambroſius ſuper Marcum.

Suis meritis firmus, nonnunquam turbatur alienis.

CAN. VII.

NOn turbatur nauis, quæ Petrũ [d] habet, turbatur illa quæ Iudam [e] habet. etſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraq; Petrus: ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur [f] alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorẽ, ne per unũ fluctuemus plurimi. [g] Ergo non turbatur hæc nauis, in qua prouidẽtia nauigat, abeſt perfidia, fides ſuperat. Quemadmodum enim turbari poterat. cui præerat is, in quo firmamentũ eccleſiæ eſt? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: ibi ſecuritas, ubi perfecta dilectio. Deniq; etſi alijs imperatur, ut laxent retia ſua in capturam, ſoli [h] tamen Petro dicitur: Duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationum. quid enim tam altum, quàm altititudinem diuitiarum uidere, id eſt, ſcire Dei filium, & profeſſionem [i] diuinæ generationis aſſumere? quã licet mens nequeat [k] humana plenæ rationis inueſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo [l] complectitur.

Idem.

Solus Petrus accepit mandatum, ut hamo piſcem caperet.

CAN. VIII.

EST aliud apoſtolicũ piſcandi genus, quo genere ſolum Petrũ piſcari dominus iubet dicẽs, Mitte hamum, [m] & eum piſcem, qui primum aſcenderit, tolle.

Item Lucius papa † omnibus epiſcopis.

Nulla perturbatio à tramite apoſtolicæ ſedis retrahat, quæ omnes hæreſes ſemper deſtruxit.

CAN. IX.

A Recta ergo fide & apoſtolico tramite propter ullã perturbationẽ nolite recedere, ſcientes quoniam (iuxta ſaluatoris ſententiam) Beati ſunt, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Hæc æterna eſt Apoſtolorũ uiua traditio, hæc uera charitas, quæ prædicãda eſt, & præcipuè diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. hæc ſancta & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti eccleſia, quæ per Dei omnipotẽtis gratiã à tramite apoſtolicæ traditionis nunquã erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus [n] deprauanda ſuccubuit, ſed ut in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorũ Chr̃i principibus, illibata fide tenus manet.

Item Sixtus papa. †

Fides Romanæ eccleſiæ oẽm hæreſim deſtruit, nullã fouet.

---

uel eccleſiæ ꝑ hoc quodcúque, [1] &c. nam & nullius poteſtatis uim exercet. de pœn. diſt. j. uerbum. ſed tantũ oſtendit ligatũ eſſe uel ſolutũ: ut xv. q. j. nec is. Dic [2] ꝙ quo ad eccleſiam triumphãtem, nullius poteſtatis uim exercet: ſed tantũ oſtẽdit ligatũ eſſe uel ſolutũ. ſed tamen habet aliã poteſtatem qua ligat quo ad eccleſiam militantem: unde quandoq; eũ ligat, quãuis iniuſte: ut xj. q. iij. cap. j.

[1] Hoc habet. ĩ. e. q. c. 1. ubi de hoc.

[2] Dicit gl. fin. Pã. c. dilectis filijs, co. 5 de appel. Eccleſia ẽ duplex.

[a] Reconciliat. Argu. qđ ſententia totius eccleſiæ præferẽda eſt [3] Romanæ ſi in aliquo ſibi contradicat: argu. xciij. diſt. legimus. Sed contrariũ credo, argu. ĩ. ea. c. hæc eſt. niſi erraret Romana eccleſia. qđ nõ credo poſſe fieri: quia Deus nõ permitteret: arg. j. ea. c. à recta. & c. pudenda.

[3] De hoc uide qđ leg. & no. 19. diſt. 2. cap. pe. Eccle. Romanã non permitteret Deus errare.

[b] Petri. à contrario ſenſu. arg. diſt. xcvj. ca. ſi Imperator. xj. q. iij. ca. Imperatores.

[c] In Iudæ. ſi duo enim contraria inter ſe non conueniunt, nec eorum contraria inter ſe conueniũt: ut not. xxxij. diſtin. c. hoſpitiolum.

[d] NOn turbatur. quę Petrũ. ſine Iuda, id eſt, bonos tantum, id eſt, eccleſia triũphans, ubi non erit luctus neq; clamor. xxxv. diſt. c. eccleſiæ.

[e] Quæ Iudam. Id eſt, ante paſsionẽ etiam cum Petro, id eſt, malos cũ bonis. de qua intelligitur contrariũ. j. q. iiij. §. ulti. uerſi. item.

[f] Turbatur. qui ſignificat eccleſiam militantem.

[g] Plurimi. ĩ. j. q. iiij. §. itẽ peccato Achor. ĩ. xlv. diſt. ſed illud. ĩ. de cõſe. diſt. j. in ſancta. ff. de ædil. edic. l. plerunq;. C. de pœnis. ſancimus.

[h] Soli. argu. quod quæſtio fidei, &c. ĩ. ea. quoties.

[i] Profeſsionem. cum dixit, Tu es Chriſtus filius Dei uiui.

[k] Nequeat iuxta illud, Generationem hanc quis enarrabit. ĩ. proxi. cauſa. q. iiij. de Tyrijs. quod de æterna & temporali cõgrue intelligitur.

[l] Plenitudo. De conſec. diſtin. ij. ca. tribus.

[m] EſT aliud. Hamũ. per hamũ intellige iuriſdictionem, quia Petrus præfuit alijs: quia hamo, id eſt, ferro reſecantur putridæ carnes. lxxxij. diſt. plurimos. in fi. & ideo ſolus Petrus piſcatur, & hoc genere piſcandi. ipſe enim habet poteſtatẽ ligandi atq; ſoluendi præ alijs. [4] per rete enim intelligitur inquiſitio ſapientię. de his clauibus dicitur xx. diſtin. c. j.

† Sed ſecius lib. j. c. 18. dicit eſſe Agathonẽ papam.

Petrus pfuit alijs iuriſdictione.

[4] Dum ũ dictũ eſt, tibi dabo claues regni cęlorũ, &c. 11. diſt. in nono.

Mat. 5. a

[n] A Recta ergo fide. Nouitatibus. quęro de qua eccleſia intelligas, quod hic dicitur quod non poſſit errare? ſi de ipſo papa, qui eccleſia dicitur ſ. ea. c. quodcũque. & vij. q. j. c. ſcire debes. ſed certum eſt quod papa errare poteſt. xix. diſt. Anaſtaſius. xl. diſt. ſi papa. Reſp. ipſa cõgregatio fidelium hic dicitur eccleſia. ut de conſec. diſt. j. eccleſia. & talis eccleſia nõ põt non eſſe: ut ĩ. ea. c. pudenda. nam ipſe dominus orat pro eccleſia. xxj. di. §. j. uerſ. ego pro te. & uoluntate labiorũ ſuorum non fraudabitur.

Eccleſia põt errare de qua eccleſia itelligit.

† Epiſt. j. ad Grati epiſcopũ

Memor

CAN. X.

Memor ſum me ſub illius nomine eccleſiæ pſidere, cuius confeſſio [a] à domino [b] Ieſu Chriſto glorificata eſt, cuius & fides nullam hæreſim fouet vnquã, ſed omnes quidem hæreſes deſtruit. Intelligo autẽ mihi aliter nõ licere quã, ut omnes conatus meos ei cauſæ, in qua vniuerſalis eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam.

Item Euſebius Papa.

Nullis hæreſibus Romana ſuccubuit eccleſia.

CAN. XI.

In ſede apoſtolica, extra maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio.

Item Innocen. Papa.

Ad Romanam referatur eccleſiam, quoties ratio fidei uentilatur.

CAN. XII.

Quoties ratio fidei [c] ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiſcopos noſtros, nõ niſi ad Petrum [d] id eſt, ſui nominis, & honoris authoritatẽ referre debere, ueluti núc retulit ueſtra dilectio quod per totum mũdum poſſit eccleſijs omnibus prodeſſe.

Item Iulius Papa.

Chriſtianæ religionis Zelum Romana eccleſia præ ceteris habuit.

CAN. XIII.

Officij noſtri conſideratione, non eſt nobis diſſimulare, [e] nõ eſt tacere [f] libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit.

Item Hieronymus ad Damaſum.

Aliorum ora non timet fides. quam Romana commendat eccleſia.

CAN. XIIII.

Hæc eſt fides [g], Papa beatiſsime, quam in catholica [h] didicimus eccleſia, quamque ſemper tenuim', in qua ſi minus peritè aut parũ cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari [i] cupimus à te, qui Petri ſedem & fidem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio cõprobatur [k], quicũq; me culpare uoluerit, ſe imperitum, uel maleuolum, vel etiã non catholicum, ſed hęreticum cõprobabit [l].

Itẽ ſancta Romana eccleſia, quæ ſemper immaculata permãſit domino prouidẽte, et beato Apoſtolo Petro opẽ ferẽte, in futuro ſeculo manebit, ſine ulla hæreticorũ inſultatione [m], atq; firma et immobilis oĩ tpe pſiſtet.

Itẽ Marcellus. Papa, uniuerſis epiſcopis per Antiochiam cõſtitutis.

Aliud quàm Romana eccleſia, neque ſentire, neque uelle permittitur.

CAN. XV.

Rogamus uos, fratres dilectiſsimi, ut non aliud doceatis, neque ſentiatis, quã quod à beato Petro & reliqs Apoſtolis & patribus accepiſtis. Ipſe enim eſt caput totius eccleſiæ, cui ait dominus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. (Mat. 16. a) Eius enim ſedes primitus [n] apud uos fuit quæ poſtea iubente domino, Romam tranſlata [o] eſt: cui (adminiculante gratia diuina) hodierna præſidemus die. Si uerò ueſtra Antiochena, quæ olim [p] prima erat, Romanæ ceſſit ſedi [q], nulla eſt quæ eius non ſit ſubiecta ditioni: nec ab eius diſpoſi-

a Memor ſum. Confeſſio. tu es Chriſtus fili' Dei viui.

b A domino. Dicente, Tu es Petrus &c. xix. diſtinct. ita dominus. (Vt 20. diſt. Quis. 22. diſt. ſacroſancta.)

c Quoties. Fidei. Sic xvj. quæſt. j. frater noſter. xij. diſt. preceptis. xxiij. q. vlt. cõuenior. ĩ. diſtin. lxxx. ca. ij. contra. Sed aliud eſt quæſtionem de fide motam terminare (qđ nulli præterquam Romanæ ſedi permittitur, ſicut hic dicitur) aliud eſt ipſam ſine diffinitione uentilare, quod patriarchæ primates facere poſſunt, vt ibi continetur. ſi. iij. q. vj. accuſatus. & ut ibi aliter accipitur, & expone agitare in fide, i. fideliter agitare. (Papæ eſt terminare quæſt. de fide motam.)

d Niſi ad Petrum. Videtur contra extra de hæretic. ad abolendã. §. adhoc. de epiſcopali. nam ibi innuitur quod illi ſunt vitandi tãquã hæretici, quos epiſcopi uitandos dixerunt. Sed dic quod illud intelligendum eſt, quando tale quid dicũt quod certũ eſt eſſe hæreſim. hic vero ubi dubium eſt. extra. e. cũ Chriſtus.

e Officij. Diſsimulare. Eſt diſſimulatio pia, vt xxij. q. ij vtilem. ff. de doli exceptio. l. ij. §. iij. eſt pnicioſa, vt xxij. q. v. caueте, diſcreta, vt xxiij. q. iiij. quidã cũ bonorũ. deteſtabilis, ut hic. (Diſſimulatio ẽ multiplex.)

f Tacere. Taciturnitas eſt magnum uitium in Papa, vt xl. diſt. ſi Papa.

g Hæc eſt fides. Quam profeſsi ſumus nos tenere, ut in alia parte cap. quæ non eſt hic.

h Quam in catholica. arg. xciij. diſt. qui cathedram.

i Emẽdari. Et ita licet quis erret, ſi tñ paratus eſt corrigi, non eſt hęreticus, vt ĩ ca. aperte alias dubius in fide, &c extra de hæretic. ca. j. (Ad idẽ ĩ. e. q. iij. dixit. & c. q in eccleſia.)

k Comprobatur. qa quod Papa approbat, non licet alij reprobare: arg. 50. diſt. ſi ille. xxij. diſtin. oẽs. xxxv. q. ix. veniã. arg. xix. diſt. ſi Romanorũ.

l Comprobabit. Arg. cõtra theologos qui negãt Chriſtum aliquid eſſe ſecundum qđ homo contra ſententiam Alexand. extra de hære. cũ Chriſtus. Item arg. ꝙ ꝓpter ſolum dictũ, cenſet qs hæreticus; Io. (Chriſtus eſt aliqd ſecundum quod homo eſt.) (Hoc ideo qa nemo exiſti mãdus eſt dixiſſe qđ mente nõ agitauit. ff. de ſup. lega. l. Labeo. ſi tñ parat' eſt emẽdare, ſecus, extra de hę. ad abolendã. & not. ĩ. e. glo: & ita. Arch. ſcilicet Iulius. j. Papa in epi. ad Athanaſium.)

m Inſultatione. Scilicet ꝓualente: alias falſum eſſet cũ quotidie inſultent. & ſi. de conſe. diſt. iiij. c. ij. verſic. cum qua pugnent.

n Rogamus. Primitus. ĩ. de cõſe. di. j. baſilicas. ĩ. xj. diſtin. nolite. ĩ. xij. diſtin. nouit. contra ĩ. xxij. diſt. ſacroſancta. ĩ. xxj. diſt. quamuis. contra. ſed ibi dicitur prima. i. maior: vel prima quæ hodie prima inter alias numeratur. xxij. diſt. renouantes.

o Tranſlata. Vt ĩ. vij. quæſt. j. c. mutationes.

p Quæ olim. Cum Petr' ibi reſidebat.

q Sedi. arg. Quod in maioribus concedit, fortius in minoribus locũ habere. xvj. qõ. ij. c. j. ĩ. diſt. xxiij. in noĩe.

Nam

Si uinco uincentē, te uinco te.

Nam ſi uinco uincentem te, ergo & te, &c. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. l. ulti. & eſt hic arg. ꝙ ſi Papa ſubijcit ſibi aliquam eccleſiam, ꝙ per conſequens omnes capellas illius ſubijcit ſibi. arg. xvj. q. j. frater noſter. quod non eſt uerū, ut extra de priuileg. tum capella. argu. contra ff. qui potio. in pign. Claudius felix. Et eſt hic arg. contra Græcos, qui Papæ non bene obediunt.

Græci nō obediunt papæ.

[a] Oportet. in fide. nam alias ſic. xij. diſt. nouit. Ioan.

[b] Cum beatiſſimus. Qui Alexandrinam. & eſt argumen. ꝙ nō debetis audire magiſtrū, niſi qui bene ſciat: cum id prædicare debeat, & non ex proprio ingenio aliqua iuenire. xxxvij. diſt. relatū. ſic & Caſſius opinionē magiſtri ſui bene defendebat, ut ff. de arbitr. qualē. & dic alijs, l. contrarijs. & ita nō eſt cōtra. xij. diſt. nouit. nā etiā alias cōſuetudines habere poſſumus, niſi ſpecialiter ꝓhiberet Rō. eccle. de aliqua. de conſe. diſtinct. j. baſilicas. Ioannes.

v. epiſt. 79.

Petr⁹ Malchi aurem abſcidit.

SI Petrus.

CASVS.

Tangit qd Petrus in paſſione domini abſcidit auriculam Malchi, et dominus eam reſtituit ſibi. per hoc no. quod male intelligenti aures ſpiritualiter eſt per Petrū abſcindēda. ipſe enim habet poteſtatem ligandi & ſoluendi. Nota etiam quod ſi cōuertantur tales, dominus refundet eis auditum.

Luc. 22. e

[d] Volens. Quaſi dicat, ex propoſito, non caſu.

[e] Non deberent. quia auris exterior ſignificat interiorē aurem. quam ipſi non habebant, & ideo dicit, non habebant in miniſterio.

[f] Et ipſos. Qui Chriſtum crucifixerunt, de pœni. diſtinct. j. periculoſe.

tione uos deuiare oportet, [a] ad quā cūcta maiora eccleſiaſtica negotia (diuina diſponente gratia) iuſſa ſunt referri, ut ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſere principia.

Itē Leo [†] Papa Dioſcoro epiſcopo Alexan.

Alexandrinæ eccleſiæ à Romana diſſentire non licet.

CAN. XVI.

CVm beatiſſim⁹ Petrus Apoſtolus à domino acceperit principatum, & Romana eccleſia in eius permaneat inſtitutis, nefas ē credere, ꝙ ſanctus epiſcopus diſcipulus illius Marcus, q̄ Alexandrinā [b] primus eccleſiā gubernauit, alijs regulis & traditionibus ſua decreta firmauerit, cū ſine dubio de eodem fonte gratiæ unus ſpiritus & diſcipuli fuerit, & magiſtri; nec aliud ordinatus tradere potuit quā quod ab ordinatore ſuſcepit.

Item Grego. Papa.

Profeſſione ſuæ fidei, aurē erroris Romāa abſcidit eccleſia.

CAN. XVII.

SI Petrus [c] uolens [d] pcuſſit aurē, docuit ꝙ aurē ī ſpē habere nō deberēt [e] quā ī miniſterio nō habebāt. Sed bonus dñs & ipſi refudit auditū, ſcd̄m prophetica dicta demōſtrās & ipſos [f] (ſi cōuertant) poſſe ſanari, qui ī paſſione Chriſti uulnerati sūt: eò ꝙ [g] omne peccatū ī miniſterio fidei abluat. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipſe ē, qui accepit claues regni cælorū. Ille. n. condēnat, [h] qui & abſoluit: [i] qm̄ ligādi atq; ſoluēdi idē adeptus eſt poteſtatē. Tollit aūt aurē malè audientis; tollit gladio ſpūali aurē interiorē malè intelligētis. Caueamus ne cui tollat auricula, dū legit paſſio dñi. Si aūt ad diuinitatē [l] eius referimus īfirmitatē corporeæ paſſionis, excidit auricula. Et excidit [k] à Petro, q nō paſſus eſt Chriſtū ꝓphetam [l] æſtimari, ſed Dei filium docuit fideli confeſſione [m] ſignari.

Itē Cyprianus Papa. [†]

Extra unitatē ſāctæ eccleſiæ ſpiritus ſanctus nō accipitur.

CAN. XVIII.

LOquitur [n] dominus ad Petrū: Ego dico tibi, q̄a tu es [o] Petrus, & ſup hāc petrā [p] ædificabo, eccleſiā meā. Super unū [q] ædificat eccleſiā, & quāuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionē ſuā parē poteſtatē tribuat, & dicat, Sicut miſit me pater, & ego mitto uos: accipite ſpm̄ ſanctum: tn̄ ut unitatem manifeſtaret, unitatis eiuſdē originē ab uno īcipiētē, authoritate ſua diſpoſuit. hoc utique erāt cæteri apoſtoli qd̄ Petrus fuit, pari [r] cōſortio

[g] Eo quod. ſ. xix. diſtinctio. ſi Romanorum. j. de pœ. diſt. iij. adhuc perfidi inſtant.

[h] Condemnat. j. de pœn. diſtinct. j. uerbum. ſ. xxj. diſt. inferior. ff. de re iudic. qui condemnare poteſt. hæc autem regula fallit, extra de ſenten. excom. tua. & extra de officio deleg. quærenti. & quandoq; pōt quis abſoluere, & nō ligare. C. ubi ſenat. uel cla. quoties.

[i] Si autē ad diuinitatē. non enim paſſa eſt, cum naturæ Dei nemo nocere poſſit. xj. quæſt. iij. ſecundum.

† Et econtra l. eius eſt nolle, ff. de re iu.

[k] Excidit. Id eſt, debet abſcindi, ut j. quæſtione j. §. cur ergo.

[l] Prophetam. Id eſt, purū hominē.

[m] Confeſſione. & hoc cum dixit, tu es Chriſtus filius Dei uiui.

[n] LOquit. Probat eccleſiā eſſe unā: quia dominus ut eccleſiæ ſignificaret unitatē, dixit ſuper unum eā ſe ædificaturam dicens: ego dicó tibi, quia tu es Petrus, &c. Secundo probat illa authoritate Salomonis in perſona domini loquētis: Vna eſt columba mea. Tertio authoritate Pauli dicentis: Vnum eſt corpus, unus ſpiritus, una fides, unū baptiſma, &c. poſtea comparat eam ſoli, arbori, fonti. Vltimo dicit, quod ſi quis nō tenuerit hanc unitatem, fructum non poterit facere, ſed areſcet ſicut ramus præciſus ab arbore.

† In tracta. de ſimplici. cler. lo. 10. c.

[o] Quia tu es. Supra diſtinctione l. ſideliter.

[p] Petram. Id eſt, ſuper tuæ fidei ſoliditatem.

[q] Super unum. Quia ubi pluralitas, ibi diſcordia. de pœnitentia diſtinctio. ij. quando Adam.

Diſcordia eſt in pluralitate.

[r] Pari. Supra diſtinctione. xxj. in nouo. ſupra ſecunda quæſtione ſeptima. puto contra. Puto uerum eſſe, quod pares fuerunt in ordine de dignitate conſecrationis: ſecus in adminiſtrationis plenitudine, quæ ſatis differt ab

alijs

præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia Chriſti una monſtretur: quã unam eccleſiam in cantico quoq; canticorum, ſpiritus ſanctus ex perſona Chriſti domini deſignat, dicens: Vna eſt [a] colũba mea, perfecta mea una eſt matris ſuæ, [b] electa genitricis ſuæ. Hãc eccleſiæ unitatem & beatus Paulus Apoſtolus docet, & ſacramentũ unitatis oſtẽdit, dicens: Vnũ corpus, [c] & unus ſpiritus, [d] & una ſpes [e] uocationis noſtræ: unus dominus, [f] una fides, unũ baptiſma, [g] unus Deus. Quã unitatem tenere firmiter & uendicare debemus, maximè nos epiſcopi, qui in eccleſia Dei præſidemus: [h] ut epiſcopatum [i] quoq; ipſum unum atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei ueritatem perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopatus unus eſt, cuius ſingularis inſolidum [k] pars tenetur: & eccleſia una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: qũo multi radij ſunt, ſed unum lumen: & rami arboris multi ſunt, ſed robur unum, radice tenaci fundatum: & quomodo de fonte uno riui plurimi defluunt, & numeroſitas licet diffuſa uideat exũdantis, copiæ largitate, unitas [l] tamen ſeruatur integra in origine. Auelle radium Solis à corpore: diuiſionem unitas nõ capit. Ab arbore frange ramũ; fructus [m] germinare nõ poterit. A fonte præſcinde riuum, præſciſus areſcit. ſic & eccleſia domini luce perfuſa, per totum [n] orbem radios ſuos porrigit: unũ tamen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur: ramos ſuos per uniuerſum orbem copia ubertatis extendit, profluẽtes largitur riuos, ramos latius expandit: unum tamen caput eſt, & una origo, & una mater copioſæ fœcunditatis. Adulterari nõ poteſt ſponſa Chriſti: incorrupta eſt & pudica. Vnam domum nouit: unius cubiculi ſanctitatẽ in caſto pudore cuſtodit.

Idem. †

Non habet Deum patrem, qui uniuerſalis Eccleſiæ relinquit unitatem.

CAN. XIX.

ALienus [o] eſt, profanus eſt, hoſtis eſt, habere nõ poteſt Deum patrem, qui uniuerſalis eccleſiæ nõ tenet unitatẽ.

Item dominus cùm diſcipulis ſuis ait, ut unanimitatẽ ſuaderet, & pacem: Dico (inquit) uobis, quia ſi duo ex uobis conuenerint in terra de omni re, quæcunque petieritis in nomine meo, continget uobis à patre meo, qui in cœlis eſt: Vbicunque [p] enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum his ſum. Oſtendit non multitudini, [q] ſed unanimitati deprecantium plurimum tribui, ſi duo, (inquit) ex uobis cõuenerint in terra, &c. unanimitatem prius poſuit concordiã pacis antè præmiſit, ut conueniat nobis [r] & fideliter & firmiter docuit. Quomodo autem poteſt ipſe cum aliquo conuenire, qui cum corpore ipſius eccleſiæ, & cum uniuerſa fraternitate non conuenit? Qũo autem poſſunt duo uel tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtat à Chriſto & eius Euangelio ſeparari?

Item Hieronymus. †

Ligandi & ſoluẽdi nõ habet poteſtatem, qui unitatem eccleſiæ catholicæ non tenet.

---

eſſis: quod liquet ex illo cap. xxv. di. perlectis. & diſtin. lxxx. in illis.

[a] Vna eſt infra. de conſec. diſt. in. iiij. aliud. id eſt, unica eſt.

[b] Matris ſuæ. i. eccleſiæ, cuius mater & genitrix. & pater genitor eſt Deus. Vel dic matris ſcilicet eccleſiæ triumphantis.

[c] Vnum corpus. id eſt, una eccleſia, cõpoſitione membrorum.

[d] Vnus ſpiritus. i. unitiuoluntate: uel unus, ſcilicet ſanctus eſt in nobis, quo unum corpus efficimur.

[e] Vna ſpes. id eſt, una res ſperata ad quã ſumus uocati.

[f] Vnus dominus. id eſt, una eſſentia: & unus, id eſt, cõſimiles, uel de uno.

[g] Vnũ baptiſma. à quocũque detur uel æquiualẽs. j. q. j. hi. qui. & ca. hanc regulam. uel unus, i. creator omnium.

[h] Præſidemus. & ita in toto ſunt partes eius, ſicut dixit lex. ff. de reg. iur. l. in toto & pars continetur.

[i] Epiſcopatum. i. ordinem epiſcopalem.

[k] Inſolidum. not. quod ſingula iura à quolibet inſolidũ tenentur: ut. ff. de uer. obli. l. ij. & ff. de ſer. l. uiæ. unde idẽ ius reſidet apud quẽlibet, tñ re uera quilibet hẽt ſeparatũ & ſpeciale ius: ut. ff. quemadmodum ſer. amit. l. aquam.

[l] Vnitas. infra ea. q. ſchiſma.

[m] Fructus. ſupra xxiij. q. vij. quẽadmodum.

[n] Per totũ. ſ. diſt. xxj. quamuis. ſ. vij. quæſt. j. Nouatianus. Io. de Fau.

[o] ALienus. CASVS. *In prima parte dicitur quòd nõ poteſt Deũ habere patrem, qui eccleſiæ non tenet unitatem. In ſecunda parte probat eccleſiam eſſe unam authoritate domini dicentis, Si duo ex nobis conuenerint, &c.*

[p] Vbicũq;. xx. diſt. c. ult. ſ. j. q. j. ſcriptura.

[q] Nõ multitudini. j. de conſe. diſt. v. non mediocriter. uerſic. quapropter melior. & j. ead. q. ciodi, & proiect. & in auth. de referẽ. §. pro eadẽ. coll. ij.

[r] Vt cõueniat nobis. id eſt, conuenia nius inter nos. uel id eſt, cõueniamus nobis inuicẽ: quia turpis eſt pars toti ſuo nõ congruens. viij. diſt. c. quæ contra. & eſt argu. ab ordine uerborum: quia ſemper primo nominato dabitur: ut. ff. de uſufruc. l. quoties. ff. de lega. ij. cum pater. §. pe. argu. contra. C. de teſta. præpoſteri. ff. de ſolu. l. nõ enim. ordo.

Cant. 6.

Ephe. 4. a.

Pars eſt turpis, quæ toti ſuo nõ cohæret.

† In eod. tra. paulò inferius.

Mat. 18. c

† Imo Auguſt. lib. j. de baptiſ. cõtra Donatiſt. ca. 51.

a *Omnibus* CASVS. *Dicit Hieronymus, quòd quidam dicuntur ita eſſe in eccleſia, quod etiã ſunt ipſa eccleſia, quæ eſt unica columba, quæ ſine macula & ruga appellatur, de qua dictum intelligitur, Domine dilexi decorem domus tuæ, &c. quã eccleſiam ſi quis contempſerit nec ſe correxerit, ſit tibi tãquã ethnicus & publicanus. q. q. j. ſi peccauerit.*

b Vt etiam ipſi. ȷ̄. diſt. xxj. quãuis. idem dicitur. ȷ̄. de pœn. diſtinc. iiij. in domo.

Can. 4. d

c Supra firmã petram. petra autem erat Chriſtus de cõſec. diſt. ij. re uera.

d Ruga. id eſt, duplicitate.

e Macula. mortalis peccati.

f Fons ſignatus. hoc etiam legitur de beata uirgine: quia ſpiritualis ſenſus indignis abſcõditur, & ſecretiora fidei, &c. xliij. diſt. in mandatis. Ideo etiã dicit ſignatus quia hæreticus inde non bibit. nã eſt proprius fons, cui nõ cõmunicat alienus. de pœn. diſt. j. cum ergo.

Senſus ſpiritualis abſconditur indignis.

Mat. 8. c
Mat. 18. c
Pſal. 25.
Pſal. 67.
Pſal. 83.

g Puteus. puteus dicitur propter occulta myſteria, † q̃ ſolis ſanctis per reuelationẽ ſpiritus ſancti a[illegible] ſunt. Ioan. de Fan.

† Vt not. ȷ̄. j. qu. j. multæ. uel dicit̃ puteus, q a ea plene nemo uidere põt. ȷ̄. ea. nõ turbatur. ad fin. Io. de Fan.

h Ethnicus. arg. quod cõtumax hæreticus eſt iudicandus. lxxxj. diſt. c. ſi qui.

† Imo Augu. contra Donatiſt. lib. 2. cap. 6.

i Non afferamus. pone caſum p illud. xxxvij. diſtin. relatũ. nã ſunt quidã qui ſubtilitate ſua ducunt, & uolunt aliter interpretari diuinas ſcripturas quã debeant, & ita errãt, & in ſchiſma incidunt: quod peccatum quã graue ſit, oſtendit ex genere pœnæ: quia grauius fuit punitũ hoc delictũ quã libri exuſtio uel idololatria.

CAN. XX.

Omnibus [a] conſideratis puto me nõ temerè dicere alios ita eſſe in domo Dei, ut etiã ipſi [b] ſint domus eadem Dei, quæ dicitur ædificari ſupra firmam petrã, [c] quæ unica columba appellatur, quæ ſponſa pulchra ſine ruga [d] & macula, [e] & hortus cõcluſus, fons ſignatus, [f] & puteus [g] aquæ uiuæ, & paradiſus cum fructu pomorum, quæ domus etiã claues accepit ac poteſtatẽ ſoluendi & ligandi: hãc domũ ſi qs corrigẽtẽ corripiẽtẽq; cõtẽpſerit, ſit tibi (iquit) ſicut ethnicus [h] & publicanus. De hac domo dicit̃, Dñe dilexi decorẽ domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. &, Qui habitare facis unanimes in domo. &, Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum dñi ibimus. & Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Item Hieronymus: †

Varia crimina uarijs ſunt pœnis afficienda.

CAN. XXI.

Non afferamus [i] ſtateras [k] doloſas, ubi appendamus quod uolumus pro arbitrio noſtro, dicentes: hoc graue eſt, hoc leue eſt: ſed afferamus diuinam ſtateram de ſcripturis ſacris, tanquam de theſauris dominicis, & in illa quid ſit grauius appendamus. Tempore quo dominus

k Stateras. i. ſententias iniquas: uel proprie, id eſt, menſuras: arg. extra de emp. & uend. ut mẽſuræ alias locum habet pœna legis Cor. de fal. ff. de extra ordi. cog. l. annonã. arg. ff. de dolo. l. arbitrio. §. de eo qui.

l Et ſchiſma. ſed uidetur cõtra, vij. q. j. c. deniq;. q a ibi dicit̃, qd ſchiſma nõ fecerũt, ſupple tantũ quantum alij, de qbus dicit̃ ibi. Vel fac uim in eo, q dicit hic tentatum. nã aliud eſt tentare aliud facere, ſicut dicitur de dño, Et cum guſtaſſet, noluit bibere. de pœ. diſtinc. ij. §. quod uero.

Tentare non eſt facere.

† Ar. tentatẽ rẽ puniri. ff. C. de epiſ. & cle. l. ſi qs non dicã. & ff. de ſ. deic. lib. l. quidã. in prin.

priora delicta recẽtibus pœnarum exemplis cauenda mõſtrauit, & idolum fabricatum atq; adoratum eſt, & propheticus liber ira regis cõtemptoris incenſus & ſchiſma [l] tẽtatũ. [l] Et idololatria gladio punita eſt, exuſtio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate: ſchiſma hiatu terræ, ſepultis authoribus uiuis, & cæteris cæleſti igne cõſumptis quis iã dubitauerit hoc eſſe ſceleratius [m] commiſſum, qd eſt grauius uindicatum?

Item Gregorius in moralibus. †

Ex ſola eccleſia ſacrificiũ dominus accipit.

CAN. XXII.

Quia ex ſola [n] eccleſia catholica, ueritas conſpicitur, apud ſe eſſe locum dominus perhibet de quo uideatur. In petra Moyſes ponitur, ut Dei faciẽ contempletur: quia niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit: diuinam præſentiam non agnoſcit. de qua ſoliditate dominus dicit: Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Sola quippe eſt, per quã ſacrificium dominus accipiat libenter, ſola quæ pro errantibus intercedat fiducialiter. Vnde etiam de agni hoſtia dominus præcepit dicens: In una domo comedetis agnum, neque efferetis de carnibus eius extra fores. In una nanque domo comeditur, quia in una catholica eccleſia,

m Sceleratius. nã dicit lex, q maiora delicta, maioribus pœnis, minora minoribus ſunt puniẽda: & in delicto æquali ꝓpinquas eſſe pœnas, in authẽ. ut fratrũ filij coll. ix. Et uidet̃ ſecundũ hoc, qd maius ſit peccatũ ſchiſma quã hereſis. Sed cõtra. ȷ̄. xxxij. q. [illegible] quid in oĩbus. Sed dic, q oẽ ſchiſma habet hæreſim annexam, maxime ex quo pſeuerat unde non eſt differentia niſi quo ad principiũ: ut arg. ȷ̄. q. iij. inter ſchiſma. & ita non eſt contra. Vel dic, quod licet hæreſis ſit maius crimen in ſui natura quã ſchiſma. magis tamen peccauerũt ſchiſmatici, q̃ illi hæretici, qui idolũ adorauerunt: cũ illi promptiores eſsẽt ad hoc, quia in Aegypto cõſueuerũt uidere idola adorari ab Aegyptijs: ſed Chore, Dathan & Abyrom nõ peccauerunt ex aliqua imbecillitate uel cõſuetudine, ſed tãtum ex cõtumacia uel ſciẽter. & ſecundũ hunc intellectũ ſceleratius erit aduerbiũ nam quãto maior eſt contemptus, tanto maius ſcelus cõmittitur. xl. diſtinct. c. homo Chriſtianus.

Schiſma, an ſit maius peccatum, q̃ hæreſis. c. 36 libr. 6. in Iob.

Exo. 33. d

n Quia ex ſola. Caſus probat multiplici autho-

Exo. 12. g

Matt. 7. b

Gene. 7. a

Conſtantini tempore, multi epi. fuerãt in exiliũ miſsi.

† In oratione funebri de obitu fratris.

† Merito In exemplũ ꝓponebat quod anno domini ducenteſimo [illegible] euangel. j & eius obedientiam uſq; ad mortẽ tenebat, ut docet hiſtoria martyrũ. Tantum abeſt ut beat⁹ Ambroſius locis [illegible] [illegible] [illegible] & mores ponderet. Alioqui idẽ doctorus quod ſcripſit ĩ eo. ca. quæ dignior. in fi.

authoritate, quod ſaluari non poſſumus niſi teneamus eccleſiæ unitatem. ut s. j. quæſt. j. extra catholicã. & c. ſi quis inquit. s. xcvj. diſtin. c. ij. & xciij. diſtin. qui cathedram.

a Sanctum dari canibus. j. ead. q. ſchiſma. de pœnit. diſt. j. nonnulli. Ioan.

b Aduocauit. Legitur in x. li. hiſt. eccl. quod tẽpore Cõſtantini Imperatoris, qui erat fautor hæreticorũ, multi catholici epiſcopi miſsi ſunt in exiliũ, quorũ unus fuit lucifer. ſed mortuo Conſtantino reuocati fuerunt. & cũ Lucifer ab Euſebio rogaretur, ut pergeret Alexandriam, ut ibi de ſtatu eccleſiæ cum illuc exiſtentibus iudicaret, miſit diaconum ſuum pro ſe, qui epiſcopũ quẽdam ibi ordinauit. ſed hoc maiori parti hominum nõ placuit. quod factũ⁹ Euſebius reuocauit: & alium qui omnibus placuit, inſtituit. Lucifer autem dolens epiſcopum ordinatum à ſuo diacono non eſſe receptũ, receſsit cum quibuſdã epiſcopis alijs, nec uoluit aliorum ſtatuta ſeruare. Et cum Cyprianus de quo hic agitur, in loco conuerſaretur ubi g Luciferũ ſchiſma erat ſeminatum, tunc uocauit ad eum quẽdam epiſcopũ illius loci nomine Satyrũ, inquirens ab eo, an eſſet de catholicis epiſcopis? Cum autem deprehendiſſet eum non eſſe catholicum, nec alios ibi catholicos inueniret, trãſtulit ſe ad alias partes: ut cum opportunitas à domino daretur, ad eaſdem partes prædicaturus reuerteretur.

c Heredes. id eſt, aliquos inſtructos reliquiſſet in fide.

d Non putauit. Cyprianus.

uera hoſtia redemptoris immolatur: de cuius carnibus lex foras efferri diuina prohibet: quia ſanctum dari canibus a uetat. Sola eſt, quæ intra ſe poſitos ualida charitatis compage cuſtodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad ſublimiora ſuſtulit: omnes autem, quos extra arcam inuenit extinxit.

Item Ambroſius. †

Non exhibet fidem Chriſto, qui corpus eius diſcerpit.

CAN. XXIII.

Aduocauit b ad ſe Cyprianus epiſcopum Satyrum: nec ullam putauit ueram, niſi ueræ fidei gratiam: percunctatusq; ex eodem eſt, utrũnam de catholicis epiſcopis eſſet, hoc eſt, ſi cum Romana eccleſia conueniret: † & fortè ad id locorũ in ſchiſmate regionis illius eccleſia erat. Lucifer enim ſe à noſtra communione diuiſerat: & quanquam pro fide exulaſſet, & fidei ſuæ reliquiſſet hæredes, c non putauit d tamen fidẽ eſſe in ſchiſmate: nam & ſi fidem erga Deum tenerẽt e tamen erga Dei eccleſiã non tenebãt: cuius patiebantur uelut quoſdam artus f diuidi, & membra lacerari. etenim cũ propter eccleſiã Chriſtus paſſus ſit, & corpus Chriſti ſit eccleſia, non uidetur ab his exhiberi fides Chriſto, à quibus euacuatur paſsio g eius atque diſtrahitur. itaque quamuis gratiæ fœdus teneret, h & metueret tanti nominis debitor nauigare, tamen eò tranſire maluit, ubi tutè poſſet ex ſoluere. iudicabat enim diuinæ ſolutionis i gratiam in affectu k ac fide eſſe, quã quia ſtatim ut primum copia eccleſiæ liberior fuit, implere non diſtulit, Dei gratiam l & accepit m deſideratam, & ſeruauit acceptam.

Item Beda ſuper epiſtolam Ioannis.

Etiam corpore ab eo recedendum eſt, qui fidem Chriſti non habet. CAN. XXIIII.

Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Chriſti: hic Deum non habet. qui permanet in Doctrina Chriſti, hic & filium & patrem n habet. Si quis uenerit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum: nec aue o ei dixeritis, Qui enim illi dicit aue, communicat p illius operibus malis. Hæc Ioannes q de ſchiſmaticis, ſiue hæreticis uitandis, quæ uerbis docuit, & factis exhibuit. r Narrat enim de illo auditor eius ſãctiſſimus uir & martyr fortiſsim⁹ Polycarp⁹ Smyrneorum antiſtes, quia tẽpore quodam cum apud Epheſum Balneas ſ lauandi gratia fuiſſet ingreſſus, & uidiſſet ibi Cherinthum exire, continuò diſceſsit non lotus dicens: Fugiamus hinc, ne, & balneæ ipſæ nos corrumpant, in quibus Cherinthus lauatur inimicus ueritatis. Idẽ etiã Polycarpus Marchioni cum aliquando occurriſſet, dicenti ſibi, Agnoſce nos: reſpondit, Agnoſco primogenitum Satanæ.

Item Hieronymus. †

Profanus eſt qui extra eccleſiam beati Petri agnum comedere tentat.

prianus.

e Tenerent. Lucifer & Satyrus uel teneret Satyrus. hoc autem non prodeſt: ut vij. q. j denique.

f Artus. artus dicuntur epiſcopi, qui uiriliter ſuſtinent eccleſiam.

g Paſsio. id eſt, eccleſia pro qua ipſe paſſus eſt.

h Teneret iure obligationis. : nã quilibet prælatus eſt dominic⁹ debitor. xliij. diſt. diſpenſatio.

i Solutionis. id eſt, prædicationis: qua audita cõuertebantur, & ſic ſoluebantur à peccatis.

k In affectu. nam affectus ſine effectu non ſoluit dominicum debitorem: licet contrarium fiat: ut hic, & de pœn. diſtinct. j. §. ſimiliter. & illud de pœn. diſtin. vj. c. j. ibi, nam ex deſiderio, &c. & idem eſt in obligatione qua quis tenetur homini ſi paratus eſt ſoluere & nõ inuenit cui, non imputabitur ei. C. de uſuris. acceptam. ff. de arbi. Celſus.

l Dei gratiam. id eſt, libertatem prædicandi.

m Et accepit. idem Cyprianus poſtea.

n Omnis qui. Et patrem. s. diſtinct. xlij. quieſcamus.

o Nec aue. xj. quæſtio iij. cap. excommunicatos.

p Communicat. s. diſtinctio. lxiij. cum Adrianus.

q Ioannes. Euangeliſta.

r Factis exhibuit. Nam cœpit Ieſus facere & docere. s. xxxvj. diſt. §. ecce. argu. ff. de re milit. officium.

ſ Balneas. & ita etiam religioſi poſſunt intrare balnea: quod intelligo in neceſsitate. : arg. de conſecr. diſt. iij. peruenit. ſed uidetur excuſari etiam in hoc caſu. xj. quæſtio iij. quoniam

Artus qd ſit.

1. Ioan. 6.

: Sic etiã no. 1. q. 2. nec quiſquã. in ul. gloſſ. Vel dic id eſt, fidei chriſtianę quã alias oporteret eum prædicare inſtanter, ut in alijs locis. Goffr.

† In epiſtola ad Damasũ.

Religioſi poſſunt intrare balnea.

: Sub. nõ propter uoluptatẽ 21. q. 4. c. 1. ad hoc 41. di. §. 1.

quoniam multos. & ita non debemus lauari cum hominibus alienæ ſectæ: ſicut & dicit canon quod nec cum muliere.lxxxj. diſtin. non oportet. C. de repu. l. ulti.§.ulti. ſed nec orare cum eis. Sed nunquid in eccleſia interdicta poſſumus orare? ſic, tacite tamen. ij. quæſt. iij.ſi quis epiſcopus.

CAN. XXV.

a Q *Voniã uetus.* *Hierony. dicit in eccleſia Orientali hereſes & ſchiſmata pullulare: quod nõ eſt in eccleſia Romana: cuius fidem ſe profitetur tenere, & licet loco ſit remotus, non tamen mente. Nam ſi quis in ea non inueniatur, peribit: ſicut illi qui ſunt inuenti extra arcam diluuij.*

Peribit, q in eccleſia non inuenitur.

QVoniam uetus a Oriens b inter ſe populorum furore colliſus, indiſciſſam c domini tunicã, d & deſuper contextã minutatim per fruſta diſcerpit: & Chriſti uineam uulpes exterminant inter lacus e contritos, f qui non habent aquam, & difficilè ubi fons ſignatus g & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi: ideo mihi cathedram Petri & fidem apoſtolico ore laudatã, cẽſui conſulendã: inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, h unde olim Chriſti ueſtimẽta i ſuſcepi. neque enim uaſtitas tanti elemẽti liquẽtis, & interiacẽs latitudo terrarũ, me à ꝓtioſæ margaritæ k potuit inquiſitione prohibere. Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. l profligato m à ſobole mala patrimonio, n apud uos ſolos incorrupta patrum omnino ſeruatur authoritas. Ibi cæſpite terra fœcundo dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert: hic obruta ſulcis frumenta o in loliũ p auenasq; q degenerãt. r Nunc in Occidente ſol iuſtitiæ oritur: in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, ſupra ſidera poſuit ſ thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi: uos eſtis ſal terræ: uos uaſa aurea, & argentea. Hic t teſtea uaſa, uirga ferrea & æterno operiuntur u incendio. Quanquã igitur tui x me terreat magnitudo, tamen inuitat humilitas, à ſacerdote uictima y ſalutem, à paſtore præſidium ouis flagito. Fatiſcat z inuidia: a Romani culminis recedat ambitio. Cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor. Ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ ſancti Petri communionem conſortior. Super illã petram fundatam eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noè non fuerit, peribit regnante diluuio. Et quia pro facinoribus b meis, ad eam ſolitudinem cõmigraui, quæ Syriam coniuncto Barbariæ fine determinat, non poſſum ſanctũ domini c tot interiacentibus ſpatijs à ſanctimonia tua ſẽper expetere. Ideoque collegas tuos Aegyptios martyres & confeſſores ſequor: & ſub onerarijs d parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem: Miletum reſpuo: ignoro Paulinum. Quicunque non tecum colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti e eſt.

Item Ambroſius.

Hæreticorum conſortia à catholicis ſunt fugienda.

Mat. 24.c Matt. 5. Gene.7.b

b Oriens. id eſt, oriẽtalis eccleſia faciens opera ueteris hominis. Vel dr̃ diabolus uetus Oriens reſpectu Chriſti, de quo legit: Viſitauit nos Oriens ex alto.

Id eſt, peccata q faciũt hominem uetuſtum. Diabolus dr̃ oriens uetus.

c Indiſciſſam. ſupra xvj. quæſtio. vij. ſicut domini.

d Tunicam. id eſt, eccleſiam. uel tunicam deſuper contextam ſcilicet charitate: quæ ſub uno cortice multa grana, id eſt, fideles continet: ut xliij. diſtin. ſit rector.

e Lacus. lacus dicitur, quia non habet aquas intelligentiæ.

f Contritos. id eſt, hæreticos humiliatos æternaliter conterendos: uel doctrinas eorum falſas contẽnendas. id eſt, contemptibiles.

g Signatus. in eccleſia Dei: ut s̃. ea. omnibus.

h Cibum. de quo cibo & qua ſiti habemus ſuprà. viij. q.j. audacter.

i Veſtimenta. cum fuit baptizatus. ĩ. de conſec. diſtinct. iiij. poſt baptiſmũ. uel fuit monachus. de conſecra. diſtinct. v. nunquam.

k Margarita. ſcilicet ſacramentorum eccleſiæ Romanæ, uel fidei. xj. q. iij. nolite.

l Aquilæ. id eſt, aliæ eccleſiæ fideles, quæ alte uolant. extra de renuntia. literas ſ̃. proxi. quæſtio. iiij. cum in lege.

m Profligato. id eſt, diſsipato. ſimiliter accipitur profligari. C. de fideiuſſ. ſancimus. C. de offi. rec. prouin. quæ ordinariã. ubi pro conſumere ponitur: ut hic.

n Patrimonio. id eſt, fide, uel patrum doctrina.

o Frumenta. id eſt, documenta hæreticorum.

p Lolium. id eſt, hæreſes.

q Auenasque. id eſt ſchiſmata.

r Degenerant. i. degenerando producunt. ſ̃. diſt. lvj. naſci de adulterio.

ſ Poſuit. ſ. hæreticos prælatos.

t Hic. ubi nũc ſum.

u Operiuntur. Id eſt, cooperiuntur.

x Tui. o papa.

y Victima. i. uictimandus, à te puniendus ſi peccauero.

z Fatiſcat. i. ceſſet uel deficiat.

a Inuidia. i. extollentia, unde inuidia ſæpe naſcitur: unde cum duo certarent de electione, & unus allegaret ignobilitatem alterius, alius ex aduerſo reſpondit: Piſcatori Petro fabri filio ſucceſſorem quærimus, non Auguſto. Nobilitas faſtũ, faſtus litem parit, armat Lis odium: capiunt hæc tria mortis iter.

Nobilitas in electionibus non eſt attendenda. Petrus piſcator fabri filius.

b Pro facinoribus. ſcilicet purgandis.

c Sanctum domini. id eſt, uerbum domini, uel fidei, uel euchariſtiam.

d Et ſub onerarijs. id eſt, magnis nauibus. nã quædã ſunt onerariæ, quædam emphatæ. id eſt, homines ferẽtes: ut ff. de exer. l.j. §. ſed & ſi ab alio mutuatus. & §. nauem.

Naues ſunt duplices.

e Antichriſti. & qui non eſt mecum, contra me eſt. & quicunque à fide catholica diſcrepat, ei contrarius eſt. C. de Iudæ. cælicolarum. arg. ff. de fideicom. lib. l. eum. §. j. B.

Que

Eccleſia e duplex.

a *Q*Va dignior domus. CASVS. *Duæ ſunt eccleſiæ: una catholica, quæ nõ patitur pollutos habitare in ſe, cum habeat Chriſtum habitatorem: quẽ nemo debet deſerere: ſicut nec Petrus: imo ibi eſt prædicandus, et habitaculum eligendum. Alia eſt hæreticorum, quæ uera non eſt: hæc ſemper uitanda eſt, ne ariditate eius polluamur. deſerendus eſt ergo hæreticus poſt admonitionẽ.*

† Not. ergo ꝙ tunc ibi euãgeliũ prædicabaẽ & obſeruabatur: ibique maxime florebat.

b Ingreſſu. ꝓpter quam uel ad quam fit ingreſſus Apoſtolica prædicatione.

Ioan. 13. a

c Pedes. i. operationes prauas.

d Veſtigijs. Id eſt, operibus.

a Vel dic id eſt, ad vltimum.

e In reliquum. Id eſt, de cætero a & ita exaudi. j. qõ. vij. quoties. a

a Et xcvj di. in ſcripturis. in fine.

f Benedicitur. A Petro: ut de conſec. diſt. ij. forte dicas. cum enim Chriſtus dixiſſet: niſi quis manducauerit carnem meam, & bibe. ſangui. meum, &c. reſponderunt quidam, durus eſt hic ſermo. & ſeparauerunt ſe ab eo: ut de conſec. di. ij. prima quidem. Petro dicente, Domine ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes.

† ali. habitationis cæleſtis.

Chriſtus ſ eccleſia habitat.

g Hoſpitium. arg. contra illos qui ſæpe mutãt hoſpitiũ.

† legẽda.

h In qua. Scilicet eccleſia. ſi. i. quia. legendum. i. eligendum eſt ibi eſſe. uel in qua eccleſia eligendum eſt ibi eſſe habitaculũ, ſi Chriſtus ibi ſit. ſi affirmatiue intelligitur. id eſt, quia re uera ibi Chriſtus habitat. haud dubie, id eſt, non. & uere nõ dubie ſit: q̃a dubius in fide, eſt hæreticus: ex̃ de here. c. j.

i Excutiendus. De affectibus noſtris.

k Pedum puluis. Id eſt, doctrina hæreticorum.

2. Co. 11. g

l Ne fatiſcentibus. Id eſt, feſſum facientibus, uel deficientibus.

m Siccitatibus. Id eſt, quia hæretici ſicci ſunt: ut j. quæſt. j. ſicut eunuchus.

n Humi aridæ. Vnde Ouidius: Alta puellares tra hat arena pedes.

CAN. XXVI.

*Q*Væ dignior domus a apoſtolicæ prædicationis ingreſſu b quã ſancta Romana † eccleſia? aut quis præferendus magis omnibus uidetur quã Chriſtus eſt? qui pedes c ſuis conſueuit lauare hoſpitibus, & quoſcunque ſua receperit domo, pollutis non patiatur habitare ueſtigijs: d ſed maculoſos licet in ea acceperit uitæ prioris, in reliquum e tamen mundare dignatur proceſſus. Hic eſt igitur ſolus, quẽ nemo debet deſerere, nemo mutare: cui bene dicitur: f Domine, ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus. Vidimus executorem cæleſtium præceptorum, qui quoniam non mutauit hoſpitium, g cæleſtium conſortium habitationis † emeruit. fides ergo in primis eccleſiæ quærenda mandatur: in qua h ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubiè ſit legendum. † ſi uerò perfidus populus aut præceptor hæreticus deformet habitaculum eccleſiæ uitanda eſt hæreticorum communio: fugienda ſynagoga cẽſetur: excutiendus i pedum puluis: k ne fatiſcentibus l pfidiæ ſterilis ſiccitatibus m tanquã humi aridæ n areno ſæq; mentis tuæ ueſtigiũ polluatur. nã ſicut corporeas infirmitates o populi, fidelis ſuſcipere i ſe debet Euãgelij prædicator, iuxta quod ſcriptum eſt: Quis infirmatur, & ego non infirmor? ita ſi qua eſt eccleſia quæ fidem reſpuat, nec apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſsideat: ne quã labem perfidiæ poſsit aſpergere, deſerenda eſt. quod Apoſtolus quoque euidenter aſſeruit dicens: Hæreticũ hominem poſt primam † ſcilicet correctionem deuita. p

ad Tit. 4. a

Itẽ Beda ſuper Matth.

Nec peccatis ſolui, nec cæleſte regnũ ingredi poteſt, qui ab unitate eccleſiæ eſt diuiſus.

CAN. XXVII.

*Q*Vicunque ab unitate fidei uel ſocietatis Petri apoſtoli quolibet modo ſemetipſos ſegregauerint, tales nec uinculis peccatorũ abſolui, q nec ianuam poſſunt regni cæleſtis ingredi. r

Item Hieronymus in Amos prophetam. †

† c. v. in commẽt.

Non ſuſcipiuntur eorum ſacrificia, quorum fides reprobatur & uita.

CAN. XXVIII.

*O*Di & proieci feſtiuitates ueſtras, s & non capiam odorem cœtuum ueſtrorum: ꝙ ſi obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera ueſtra non accipiam, & uota pinguium ueſtrorum reſpuã. t Odit aũt Deus, & non ſolùm odit, ſed & ꝓijcit feſtiuitates eorũ, qui non celebrant feſtiuitates Dei, ſed ſuas. u & poſt pauca. Odiſſe autem & proijcere, & non odorari, humana loquitur ſimilitudine: x ut nos affectum Dei, noſtris ſer-

Amos. 5. f

o Infirmitates. ſ. ij. q. vij. §. de his. ſ. diſt. xlv. recedite. lxxxvj. di. nõ ſatis. ĩ xxiiij. q. v. ſcriptum.

p Deuita. Et ita ei nõ pandas ſecreta fidei noſtræ: arg. xj. quæſt. iij. nolite. xxiij. qõ. iiij. quidã. non autem quo ad correctionẽ: arg. j. q. vij. conuenientibus. ibi, quotidie. intellige tam poſt primã quã poſt ſecundam. & hoc deiam damnatis. Quid tamen ſuper hoc tenendum ſit, notaui ſ. proxi. qõ. v. non uos. ſi autem quis errat in fide, nõ ſtatim eſt hæreticus, dummodo paratus ſit corrigi: ut ſ. ea. q. hæc eſt. ſi autem non uult corrigi vſque ad annum, amodo eſt habendus pro hæretico: ut extra de hæret. excommunicamus.

† Alias, poſt unã & alterã.

q *Q*Vicunque. Abſolui. j. de pœ. di. j. verbum.

r Ingredi. Cum iſte claues habeat: ut ſ. xx. di. §. j. loã.

s *O*Di & proieci. Veſtras. Id eſt, vos non tenentes unitatem eccleſiæ.

t Reſpuam. Hucuſque ſunt uerba prophetæ.

u Sed ſuas. ar. cõtra ſcholares qui uadunt ad eccleſiam, ut uideant dominas: quia ibi potius attendunt cauſam ſuam quam Dei.

Scholares aliqui uadunt ad eccleſias ut uideãt dominas.

x Similitudine. & eſt figura anthropoſpatos. nã attribuitur Deo ꝙ eſt hominis. ſ. claudere nares. nõ eñ Deus habet mẽbra diſtincta: ſicut dicſit qdã hæretici. j. q. iij. qdã. uerſ. anthropomorphitæ. Et eſt hic ar. qd ſi clericus agit contra laicũ, debet loqui uulgariter. 3

3 Scilicet ut laicus ĩtelligat. arg. v. q. ij relatũ. de hoc eſt q̃ſtio. B.

monibus agnoſcamus. Et ſi holocauſta obtulerint, ut uideantur ieiunare, dare eleemoſynas, pudicitiam polliceri, quæ holocauſta [a] ſunt uera, non ea ſuſcipit [b] Dominus. Nã non ſacrificiorum magnitudinem, ſed offerentiũ merita cauſasq; dijudicat. Vnde & uidua, [c] quæ in corbonã duo minuta [d] miſerat, omnibus à Saluatore præferẽ: quia dominus non ea quæ offeruntur, ſed uoluntatem reſpicit offerentium.

Luc. 21. a

Dantis affectũ cõſiderat dñs.

Item Auguſtinus.

Vbi charitas nõ eſt, ibi fides uel iuſtitia locum non habet.

CAN. XXIX.

VBi ſana [e] fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: quia iuſtus [f] ex fide uiuit: neque ſchiſmatici aliqd ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter ubi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: dilectio enim proximi malum nõ operatur: quam ſi hæretici haberẽt: non dilaniarent corpus Chriſti, quod eſt eccleſia catholica.

Heb. 10. d

Item Innocen. Papa.

A fide recedens, ſpiritus perfectionem amittit.

CAN. XXX.

HAeretici cum a fide catholica deſtiterint † pfectionẽ [g] ſpiritus, quã acceperãt, amiſerũt.

† alias, diſceſſerũt.

Item Cyprianus Magno filio ſalutem. †

† Epiſt. 6. Lib. j.

Sacrificij poteſtate penitus carent heretici.

CAN. XXXI.

DIdicimus [h] omnes omnino hæreticos & ſchiſmaticos nil habere [i] poteſtatis & iuris: propter quod [k] Nouatianus nec debet nec poteſt excipi quò minus ipſe quoque extra eccleſiã conſiſtens, & cõtra pacẽ ac dilectionem Chriſti faciẽs inter aduerſarios & antichriſtos cõputetur. & paulò pòſt: Eccleſia una eſt, quæ una & intus eſſe, & foris eſſe non poteſt. ſi enim apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit. [l] ſi verò apud Cornelium fuit, qui Fabiano epiſcopo legitima ordinatione ſucceſsit, & quẽ poſt ſacerdotij honorem martyrio quoque dominus glorificauit: Nouatianus in eccleſia nõ eſt, nec epſ cõputari poteſt: ut qui euangelica & apoſtolica traditione cõtemptã, nemini ſuccedens a ſeipſo ortus [m] eſt. Habere nanque aut tenere eccleſiam nullo modo poteſt, qui ordinatus in eccleſia non eſt. & paulò pòſt. Quòd uerò eundem que & nos Deum patrem eũdem filium Chriſtum, eundem ſpiritum ſanctũ noſſe dicuntur: nec hoc adiuuare [n] poteſt tales. & infrà. Inuenimus in tali facinore, non ſolum duces & authores, ſed etiam participes pœnis deſtinari niſi à communione malorum ſe ſeparauerint, [o] præcipiente domino p Moſen & dicẽte: Separamini a tabernaculis hominũ iſtorũ duriſsimorum, & nolite tangere de omnibus quæ ſunt eorum: ne ſimul pereatis in peccatis eorũ. & quod comminatus per Moſen

Num. 16.

[a] Holocauſta. Supra quæſtione j. illi offerunt.

[b] Non ea ſuſcipit. Vt remuneret æterno præmio. ſ. xiiij. q. v. ſcriptũ. j. de pœ. diſt. v. conſideret. ſ. ea. q. j. alienus. j. de conſecra. diſt. v. nõ mediocriter. ſ. xiiij. qõ. ulti. c. ulti. ſ. iij. qõ. vij. in grauibus.

[c] Vnde & uidua. De qua habes de pœnit. diſt. v. c. j.

[d] Duo minuta. Affectũ dantis penſat cenſura tonantis. unde illud: Iuppiter ut centum taurorum ſanguine fuſo, Sic capitur minimi thuris amore Deus. Ioã.

[e] Vbi ſana. Infra. xxviij. q. j. §. ex his. ſ. diſt. xliij. in mandatis. contra. ſed dicitur ibi deeſſe fidei, non quod non ſit fidelis, ſed quo ad perfectionem.

ADDITIO.

Nam & fides perficitur. de pœn. diſt. ij. dum ſanctam. argumen. xj. quæſtio. iij. quod prædeceſſor. Archidia.

[f] Iuſtus. Id eſt, iuſtitia efficit ut ſit dignus uita æterna: nam ibi Chriſtus non eſt fundamentum, &c. ut j. qõe. j. cum Paulus. omnes enim uirtutes patiuntur detrimentum ab uno uitio: ut de pœn. diſtinct. v. cap. j. ut in hoc caſu. Ioan.

Hæretici. [g] Perfectionem. Id eſt, ſanctitatem: ut j. quæſt. j. eos qui. uel iuſtitiam. j. qõ. j. dominus declarauit.

[h] Didicimus. Pone caſum per illa duo c. vii. q. j. factus eſt. & c. Nouatianus. nam cum Cornelius canonice eſſet electus in Papam, Nouatianus a ſchiſmaticis uolebat eligi: contra quem dicit Cyprianus cum non poſſe habere aliquam in eccleſia poteſtatem, cum ſit ſchiſmaticus, cum eccleſia vna ſit, & apud duos eſſe non poſſit: probat poſtea exemplo Choræ, Dathan & Abyron, quod non ſolum tantũ ſchiſmatici, ſed etiam authores eorũ puniuntur. Vltimo dicit eos remiſsionem peccatorum, quam non habent, dare non poſſe.

[i] Nil habere. Arg. extra de ſchiſma. c. j. xij. q. ij. alienationes. ſi tamen eſt occultus, toleratur, quod facit ut ſ. not. in princip. quia omnis ſchiſmaticus ſi perſeuerat, eſt hæreticus: niſi in ſummo pontifice: ut ibi dixit.

Schiſmaticus omnis, eſt hæreticus.

[k] Propter quod. Argu. ab uniuerſali ad ſingulares. ix. q. iij. cum ſimus. quandoque ab indefinita. j. q. iij. ſaluator. quandoque a primo ad ultimum. xxviij. q. j. idololatria. quandoque a maiori. xxxij. quæſt. v. ſi Paulus. quãdoque a ſimili. extra de tranſlat. inter corporalia.

Argumentamur in iure uarijs modis.

[l] Non fuit. Si enim iudicatur res eſſe mea, per conſequens iudicatur nõ eſſe tua: ut ff. de pecu. Pomponius. §. ij & ff. de except. rei iudic. ſi inter. Item eſt hic argu. quod duo epiſcopi non poſſunt eſſe in uno epiſcopatu inſolidum: ut quæri ſolet vij. quæſt. j. non autem.

Epiſcopi duo i uno epiſcopatu eſſe nõ poſſunt.

[m] A ſeipſo ortus. & ideo in ſeipſum cadere debet. & ita nemo poteſt ſeipſum eligere: ut j. q. vi. ſicut is. extra de iure patro. c. per ueſtras. nec Prætor ſe dare tutorem poteſt. ff. de tut. & cura. prætor. argu. contra. ff. de contrahẽ. empt. fiſtulas. §. j.

Eligit ſeipſum nemo.

[l] Ad idẽ ff. d auth. tu. l. j. ff. d admi. tut. quoties. § nõ tantũ. ff. de offi. præt. l. ul. & quæ ſit ratio, dic ut ibi.

[n] Adiuuare. Nam qui totam legem cuſtodit, offendit autem in uno, factus eſt omnium reus: ut infra de pœn. diſt. ij. §. item oponitur: ſi enim inquit. ſ. vij. quæſt. j. denique.

[o] Separauerint. Supra. j. quæſt. j. ſi quis. inquit.

Suppli-

a Supplicio.æquali: quia facto conſenſerunt: ut ſ.ſ. q.iij.qui aliorum.
b Merita.intellige æterna. nam & temporalia poſſunt.xxij.q.ij.ſi quælibet.
c Supplicia.nam in pœna non poteſt eſſe præmium. arg. xvj q.j. legi. & ff.de nego. geſt.ſiue hęreditaria. & ff.ex quib. cau. maio. l. ſi cui. & ff. de interdi. & releg. l. relegatorum.
d Cuncti. ſ.xj.q6. iij. nibil.
e Qui cōtra. C. quæ res uē. non poſ.l. ult.

Priuati qui ſunt.

f Priuati. hic habes ꝙ dicuntur priuati illi, qui nō ſunt præditi aliqua dignitate.

Oſeæ 9.a

g Nobiles.ſ.xxvj. q.v.idolorum. contra ſ.xij.diſt.non cogantur.ſ.xij.q.ij.de rebus.ſ.xxij.q.v.c. j.xij.qō. ij. fraternitas. ff. de in ius uoc. l.ulti.
h Proſcriptionē. xxiij.q.v.de Liguribus.
i Ignobiles. forte dicuntur ignobiles, qui uile exercēt officium. C. de inceſt. nup.humilē. de pœnis,iſtis habemus.C. de ſum.tri.l.iij.ff.de pœ. capitaliū. §.ult. De huiuſmodi autē pœna not. qa ſi eſt pecuniaria uel ſpiritualis, ſemp maior imponitur nobili, quā ignobili: ut xl. diſt.homo Chriſtianus.& v. q. vj. preſbyteri. argu. contra j.q.j. quicquid.nam ibi minor pœna imponit̄ epiſcopo quā presbytero: ſed hoc intellige in diuerſis criminibus, ſcilicet in negligētia epiſcopi, & ſimonia preſbyteri. ſed corporalis maior imponitur ignobili: ut hic & inſti. de pub. iud. §. item lex Cornelia. Sed argu.contra ff. de pœ. quidā ubi dicitur ꝙ quædā delicta inferunt pœnā militibus, quæ non paganis. ſed facias uim in eo quod dicit quædam:quia ꝙ dicitur ibi,ſpeciale eſt. alias quod dicitur hic,regulare eſt.Quidam tamen dicunt, ꝙ ſemper ignobiles grauiori pœna puniendi ſunt, ſiue ſpirituali,ſiue corporali.ſiue pecuniaria. argu. xj.q. iij. præcipue unde hoc quod hic dicitur, ꝙ ignobiles debeant uerberari,intellige quando nihil habent.ff.de in ius uoc.l.ulti.xiiij.q.vj.ſi res aliena. Ioan.

Nobiles an ſint maiori pœna afficiendi, quā ignobiles.

e Contra hanc ſententiam facit quod not.extra de tranſa. cap.ult.in ſin. & de iure iurā. cum quidam.

dominus fuerat, impleuit:ut quiſq; qui ſe à Chore,Dathā & Abyron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolueret. quo exemplo oſtenditur & probat̄, obnoxios omnes culpę & pœnæ futuros qui ſe ſchiſmaticis cōtra præpoſitos, & ſacerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint: ſicut etiā per Oſeæ prophetā ſpiritus ſanctus teſtat̄ & dicit:Sacrificia eorum tanquam panis luctus: & omnes qui māducant ea, contaminabuntur.docens & oſtēdens omnes omnino cum authoribus ſuis ſupplicio [a] coniungi,qui fuerint eorū peccatis contaminati.Quæ ergo apud eos merita [b] eſſe circa Deū poſſunt quibus ſupplicia [c] diuinitus irrogātur?& infrà. Si autē foris cuncti [d] ſchiſmatici & hęretici,non habent ſpiritum ſanctum, & ideo apud nos eis manus imponitur, ut hic accipiatur ꝙ illic non eſt, nec dari poteſt. manifeſtum eſt nec remiſsionem peccatorum per eos dari poſſe quos conſtat ſpiritum ſanctum non habere.

Item Liberius papa.

Proprio ſpolientur honore qui contra pacem eccleſiæ nituntur.

CAN. XXXII.

Qui contra [e] eccleſiæ pacem ſunt,ſi dignitatem aut cingulum militiæ habent, nudentur eis. Si autem priuati [f] ſunt:ſi quidem nobiles [g] ſunt, ſuarū ſubſtantiarum proſcriptionem [h] patiātur.ſi autem ignobiles, [i] nō ſolum in corpore uerberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur.

Item Liberius papa.

Nec conſecrat,nec conſecratur in ſchiſmate conſtitutus epiſcopus.

CAN. XXXIII.

Pudenda [k] (ut ita dicam [l]) rapina in diuiſione eſt non cōſecratus,ſed execratus [m] epiſcopus.Si enim ipſum nomen [n] cōſecrationis [o] rationabili ac uiuaci intellectu diſcutimus: is, qui cum uniuerſali detrectat [p] cōſecrari eccleſia conſecratus dici uel eſſe, nulla ratione poterit. Cōſecrare.n. eſt ſimul ſacrare, ſed ab eccleſiæ uiſceribus diuiſus, & ab apoſtolicis ſedib. ſeparatus,execrat ipſe potius, & nō cōſecrat. Iure ergo execratus [q] tantùm, non conſecratus poterit dici, quem ſimul ſacrare ī unitate cō iunctis membris,nō agnoſcit eccleſia. uideamus [r] tamen utrum uel ipſarum conſuetudinem [ſ] partiū in ſua ordinatione conſeruauerit. Nēpe is mos antiquus fuit,ut quia pro longinquitate uel difficultate [t] itineris, ab apoſtolico [u] onerosum illis fuerat ordinari: ipſi ſe

k Pudenda. CASVS. *Cōſuetudo erat inter Mediolanenſem & Aquilegienſem archiepiſcopos,ut ſe conſecrarēt ad inuicem: iſti cū eſſent in ſchiſmate, unus cōſecrānit alium,ſed nō obſeruata conſuetudine antiqua.unde reprehēduntur hic ſuper duobus, et quia ī ſchiſmate, et quia non obſeruata conſuetudine facta fuit conſecratio.et dicit quòd cum in ſchiſmate ſint,& non in eccleſia, potius execrant quam conſecrant.*

l Vt ita dicā.improprietatē locutionis notat. & eſt ibi emphaſis.xxxvij.q.j.nuptiarum. ve, Dauus eſt ipſum ſcelus.
m Execratus. quia non eſt conſecratus ſecūdū cōſuetudinē.
n Nomen.ſ. xij.q. j. clericus.
o Conſecrationis. argu. de pœ. diſt.iij. pœnitentia.
p Detrectat. id eſt contradicit uel contemnit.
q Execratus. hæc præpoſitio ex,deformitatem ſignat: ſicut & dicitur depactus. i. turpiter pactus.ff. de calumn.l. & generaliter.

Ex, & de, ſignificāt deformitatem.

r Videamus. Interpoſitio eſt hic uſque ad illud ſ. etenī,&c.
ſ Cōſuetudinē. ar. in rebus perperā geſtis bonū eſſe ordinē ſolitū obſeruari: ut xxxij.q.vij.nō ſolū. & c.adulterij. arg. ꝓ particulari cōſuetudine.
f Quod autem. Hic intitulatur qō. iij. in qua quæſitū fuit, an pro delicto domini, familia eſſet excommunicanda. & tuipſe diſtingue: quia eſt pœna corporalis, & eſt pœna ſpiritualis, pœna corporali ſæpe punitur unus ꝓ alio, ut vj. quæſtio. j. ſi quis cum militibus. & de cōſe. diſt. j. in ſancta. & noe. ī. j. qō. iiij. in ſumma. Item pœnæ ſpirituali dupliciter: aut interdicti, aut excommunicationis. pœna interdicti bene punitur unus ꝓ alio. extra de ſpon. c. non eſt uobis. ſimiliter alia pœna ſpirituali: ut xc. diſtinct. oblationes. xvij. qō. iiij. miror. extra de fi. presbyteri. per totum. j. qō. v. quicunque ſed pœna excommunicationis non, niſi (ut quidā dicunt) enormitas delicti aliud ſuadeat: ut ī. ea. c. ſi habes. extra de ſententia excommu. inter. in fin. Sed pœna æterna nemo punitur pro alio. xj. quæſtione iij. illud. Gratia. pro utraque parte allegat.

Familia an prō delicto dñi ſit excommunicanda.

g Pro peccato. ī. j. qō. iiij. §. item peccato. Achor.

Ad

rietem: [a] *iuſſa ſunt à domino deleri.*

Num.16.c *Itē Dathan & Abirō authores ſchiſmatis fuerūt cōtra Moyſen & Aarō: nec tantùm ipſi ſoli ſed omnis ſubſtātia eorum cū ipſis deſcēdit ad inferos. In nouo etiā teſtamēto nōnunquam peccatis exigentibus grauis peſtilētia deſæuiſſe legit̄: quæ ēt illos inuoluit, qui peccati conſcientiam nō habebant. Si ergo tā ſeuerißimè ꝓ peccatis parentū inueniunt̄ paruuli puniri, nulli dubiū eſt, quin pro peccatis eorundē ſententia excōmunicationis pariter feriri ualeant.*

His itaq; reſpōdetur, ꝓ peccatis parētum paruulos corporaliter flagellari, ex uerbis Euangelij apparet, ubi apoſtoli de cæco nato Chriſtū īterrogaſſe dicunt̄: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parētes eius, ut cæcus naſceret̄? (Ioan.9.a) *In quibus etiā illud cōpletur, quod dominus ait ad Moyſen: Ego ſum Deus zelotes, uiſitans peccata parentū in filios uſque in tertiā et quartā ꝓgeniē.* (Exo.20.a) *Spiritualiter autē peccatis parentū paruuli nō tenētur,* [b] *ex quo per ſacramentū regenerationis ab originali peccato fuerunt emundati. Vnde per Ezechielē dominus ait: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. filius enim non portabit iniquitatem patris, neq; pater iniquitatē filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit: & impietas impij erit ſuper eū, &c.* (Ezo.18.a) *quæcunque etiā peccata parentes commiſerunt, filius ex quo perſonaliter ab eis ſeparatus fuerit, ei nō imputātur ad pœnam. Vnde peccato Adæ idē omnes poſteri teneri dicunt̄, quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat proſeminatus quia uerò apud Deum nō ſententia ſacerdotum ſed uita eorū quæritur, patet quòd non eſt notandus ſententia, quē peccati macula non inficit. Hinc Paulus Corinthijs ſcribens ait: Si quis frater nominat̄ fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiēs, cū his nec cibū ſumere debetis.* (1.Cor.5.d) *Ex quibus uerbis datur intelligi, quòd niſi primū aliquis nominatus fuerit de crimine, id eſt, uel corā iudice accuſatus uel cōuictus, uel ī iure ipſe de ſe cōfeſſus fuerit quòd nec ſentētia eſt feriendus, nec ab eius communione abſtinēdum eſt. Nō ergo pro alicuius peccato, tota familia excommunicanda eſt.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Auxilium epiſcopum. † (Epiſtola 75.)

Pro peccato patris non eſt filius anathematizandus.

CAN. I.

SI habes de hac re ſententiam, certis rationibus uel ſcripturarum teſtimonijs exploratam, nos docere digneris, quomodo rectè anathematizetur [c] filius pro peccato patris, aut pro mariti [d] peccato uxor, aut pro domino ſeruus, aut quiſquam in domo etiam nondum natus, ſi eorum tempore quo uniuerſa domus eſt anathemate obligata, naſcatur, nec ei poſſit per lauacrum regenerationis in mortis periculo ſubueniri. Hæc enim [e] fuit corporalis pœna [f] qua legimus quoſdam contemptores Dei, cum ſuis omnibus, qui eiuſdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos: tunc quippe ad terrorem [g] uiuentium mortalia [h] corpora perimebantur, quandoque etiam moritura. ſpiritualis autem pœna, qua fit quod ſcriptum eſt, Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælo: (Matt.16.) animas obligat, de quibus dictum eſt: Vt anima [i] patris, ita & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. (Ezec.18.a) Audiſtis [k] fortaſsis aliquos magni nominis [l] ſacerdotes, cum domo uaſ

---

a Ad mingētem ad parietem. id eſt, uſque ad canem uel infirmum, qui propter debilitatē adhæret parieti, & mingit.

b Non tenentur. ?. diſt. vj. undecūque. & cap. nunquam.

c SI habes. Anathematizet. alias minori excommunicatione, bene unus pro alio punitur, & ſic non ſunt contraria. xc. diſt. oblationes. xvij. q. iiij. miror extra de ſpon. non eſt uobis.

d Aut pro mariti. nec etiam ciuiliter, uxor pro marito cōuenitur. C. ne uxor pro mari. l. j. per totum. niſi in caſu ubi res uxoris pro marito intelliguntur obligatæ. C. de primipil. l. j. & ij. & iij. in fin. lib. xij.

e Hæc enim. antipophora eſt ꝙ poſſet dici, quia inuenio unum pro alio punitum.

f Pœna. Certe in hoc grauiter excedunt: nam iſtud ſpecialiter eis concedit̄ alijs etiā interdictis, extra de ſponſ. non eſt uobis. Sed pone, ꝙ poſsit anathematizari ſic familia ꝓ peccato alicuius, uel ciuitas tota, nūquid erunt excommunicati qui naſcuntur ſic quam primum ſunt baptizati, an nō? pro hoc facit quia eadē familia eſt. vij. q. j. denique. ff. de iudi. ꝓponebatur. Quidā tamen dicunt, quod qui naſcuntur, non ſunt excōmunicati.

Ciuitate tota excō municata qui naſcū tur, quando sūt ex communicati.

g Ad terrorem. ij. q. vij. quapropter.

h Mortalia. & ideo non uſ eſſe magnū, ſi id faciam quod alias facturus eſſem: ut ?. proxi. xj. qō. j. quid culpatur. ff. de condi. cau. da. l. ſi pecuniam. §. ult.

i Vt anima. ?. j. q. iiij. Iudæi.

k Audiſtis. Alia antipophora.

l Magni nominis. ironice.

Idonei.

quempiam anathematizaſſe peccantium: ſed fortè ſi eſſent interrogati, reperiuntur idonei a inde reddere rationem. Ego autem ſi quis à me quæſierit utrũ id rectè fiat: quid ei reſpondeam, non inuenio. nunquam hoc auſus, ſum de quorundam facere facinoribus unanimiter aduerſus Eccleſiã ꝑpetratis, niſi grauiſsimè b cõmouerer. Sed ſi tibi quod iuſtè id fiat Dominus reuelauit, nequaquam iuuenilem ætatem tuam, & honoris eccleſiaſtici rudimenta, contemno. ſenex c enim, à iuuene, & epiſcopus tot annorum à collega nec dum anniculo paratus ſum doceri, quomodo poſsim uel Deo uel hominibus iuſtam reddere rationem ſi animas innocentes, pro ſcelere alieno (quod non trahunt ex Adam, in quo omnes peccauerint) ſpirituali ſupplicio puniamus? Etenim Claſsiani filius & ſi traxit ex parente noxam primi hominis, ſacro fonte baptiſmatis expiandam: d tamen quicquid poſtquã eum genuit, peccati pater eius admiſit, ubi particeps ipſe non fuit, ad eum nõ pertinere, e quis ambigit? Quid dicam de coniuge? f Quid de tot animabus uniuerſæ familiæ? Vnde & ſi una anima per iſtam ſeueritatem diſciplinæ qua tota domus iſta anathematizata eſt, ſine baptiſmate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, ſi de eccleſia homines innocentes g uiolenter abſtrahantur & interficiantur, huic damno non poteſt comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, utinam, & nobis reſcribendo præſtes, ut poſsimus & nos. Si autẽ nõ potes, quid tibi eſt incõſulta cõmotione animi facere? Vnde ſi interrogatus fueris, reſponſionẽ rectam non uales inuenire? Hæc autem dixi etiam ſi filius noſter Claſsianus aliquid admiſit, quod tibi anathemate plectẽdum iuſtiſsime uideretur.

Vt ergo ex hac authoritate euidẽtiſsimè monſtratur, illicitè excõmunicat quis pro peccato alterius: neq; aliqua ratione nituntur, qui pro peccato unius in totã familiã ſentẽtiam ferunt excõmunicationis. Illicita autẽ excommunicatio nõ tãtum nõ lædit, ſed excommunicantem condemnat. †.

Vnde Gregorius ſcribit Magno Mediolanenſi h *epiſcopo* †.

Illicitè ſi aliquis excommunicat, ſemetipſum, non illum, condemnat.

CAN. II.

COmperimus quòd Laurentius i quõdam frater & coepiſcopus noſter nullis te culpis exigentibus communione priuauit. k Ideoq; huius præcepti noſtri authoritate munitus, l

a Idonei. & ita nõ ſufficit dicere, niſi ratio dicti aſsignet. ij.q. vij. criminationes. Argu. contra de pœni.diſtin.iiij.ſi ex bono.ff.de legi.non omnium. & ſ. xxi. q. iiij. de Tyrijs. & eſt hic ar. teſtes non eſſe recipiendos, qui dicunt ſe rem ſcire, niſi qualiter & unde nouerunt declarent. niſi enim omnia inquirantur, non poteſt perueniri ad ueritatem. xxiij. q. viij. occidit. & argu. ſ. xvij. q. iiij. miror. argu. xxxv. q. vj. de parentela. & iiij. q. iij. ſi teſtes. extra de ſent. & re iud. ſicut. Dic de omnibus nõ redditur ratio, inſpecta ratione uoluntaria. unde illud, Sic uolo, &c. ſed inſpecta naturali ratione ſecus. C. de his q ue. æta. impe. l. ult. Ioã.

b Niſi grauiſsime cõmouerer, Genus loquendi ſicut & illud: ego non facerẽ tale quid, niſi eſſem extra memetipſum. poſſet tamen prohiberi familiæ, ne domino communicaret, forte propter atrocitatem facinoris: ut arg. extra de ſenten. excom. inter alia. in fi. & xvij. q. iiij. miror. & no. xj. q. iij. quoniam multos. Sed nũquid hoc licebit, ſi grauiſsime commoueretur? non. innuit ergo nõ q̃d fieri deberet, ſed quid fieri poſſet. ſolẽt quippe homines recentioribus factis turbulentius excitari: ut xxiij. q. v. c. ij. & xj. q. iij. iſta.

c Senex. reprehenſibilis eſt enim epiſcopus. qui à perito ſubdito contemnit edoceri: ut ſ. xxxviij. diſt. c. ulti. ſ. diſtinc. xxij. de Conſtantinopo. Et nulla ætas ſera eſt ad diſcendum uſque ad lxxxviij. annum. ff. de fideicom. lib. apud Iulianum. & ſæpe reuelatur minori, &c. ut xcv. diſtin. cap. eſto.

d Expiandam. ĩ. de conſe. diſtin. iiij. ſi quicquid.

e Ad enim nõ pertinere. ſ. j. q. j. dominus declarauit. ſ. j. q. v. c. j. et ult. cõtra.

f De cõiuge. ſ. xj. q. iij. quoniam multos. C. de ſacroſan. eccl. ſancimus. in fi.

g Innocentes. argu. maius peccatum eſſe interficere paganum quam chriſtianum bonum. ar. contra. xxiij. q. v. ſi non licet. Sed hoc uerum eſt in illato, nõ in commiſſo, id eſt, maius peccatum eſt ſi una anima ꝑ peccatũ infidelitatis pereat, quam ſi innumerabilium martyrum corpora pro eo trucidarẽtur. & hoc uidetur litera dicere, ſi innocentes de eccleſia extrahantur, ſi martyrum corpora pereant, non eſt damnũ: ſed dicitur ſecundũ uulgare hominũ dãnũ ibi eſſe.

Vt ergo. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probat per octo. cap. quod magis nocet maledicẽti, quam illi cui iniuſte maledicit. Io.

h Mediolanenſi. id eſt, de illa ciuitate nato, uel ſuffraganeo Mediolan. archiepiſcopi.

i COmperimus. Laurẽtius. Is fuit archiepiſcopus Mediolanen. diſtin. xvij. §. hinc etiã. ſ. lxiij. diſt. quãto. uel ipſe magnꝰ fuit poſt Laurentium natus.

k Priuauit. Argu. contra ff. de re iudi. l. iiij. §. condemnatum. Sed ibi de condẽnato in cauſa pecuniaria, ubi cõtemptus non ligat.

l Munitus. Arg. ꝙ ſicut ſolo uerbo excõmunicatur q̃s ita ex ſolo uerbo abſolui poteſt: a arg. v. q. j. quidam. Argu. contra ĩ. e. §. notandum extra de ſent. excõ. cũ deſideres. xj. q. iij. cũ aliquis. credo quòd ſolo uerbo poſsit abſolui: qa omnis res ꝑ quaſcũq; cauſas cõtrahitur, &c. extra de reg. iur. c. j. ff. eo. ti. nihil. uel non tenuit hęc ſentẽtia: qa Laurẽtius erat hæreticus. Ioan.

Teſtis rationẽ ſui dicti aſsignare debeat.

Epiſcopus nõ erubeſcat à ſubdito doceri.

Paganum interficere an ſit grauius q̃ Chriſtianum.

Ad idẽ l. di. de his. j. uerſi. uerum. & de conſe. diſ. 4. rebaptizare. ubi de hoc.

Alias deeſt, condemnat.

Imo magno preſbytero eccleſiæ Mediolanenſi [illegible]

Excõmunicatio & abſolutio ſolo uerbo fieri poſſunt.

Ad hoc facit quod not. extra de ſen. ex com. quã uis. in gl. & de hoc etiam not. xj. q. iij cũ aliquis.

officium tuum ſecurus perage, & communionem ſine aliqua ſume formidine.

Item Hieronymus in Leuitico. †

Qui non corde ſed ore maledicunt, labiorum immũditiam contrahunt,

CAN. III.

QVi negligunt oris maledici conſuetudinem a reſecare, etiam ſi nõ corde maledicãt, b tamen immunditiam labiorum (ſecundum Eſaiæ uerbum, & inquinamenta oris incurrunt.

Item Hieronymus ubi ſupra.

Vita non ſententia, quemlibet ligat, uel ſoluit.

CAN. IIII.

SI q̃s nõ recto iudicio eorũ, qui præſunt eccleſiæ, depellatur & foras mittatẽ, ſi ipſe antea non exijt, hoc eſt, ſi nõ ita egit, ut mereretur exire, nihil læditur c in eo, quòd nõ recto iudicio ab hominibus uidetur expulſus: & ita fit ut interdum ille, qui foras mittitur, intus ſit, & ille foris, qui intus d uidetur retineri.

Item Rabanus de eccleſiaſticis preſſuris lib. primo.

De eodem.

CAN. V.

NOn in perpetuum damnamur, cùm iniuſtè iudicamur, dicente Pſalmiſta, Nec damnabit illum e cùm iudicabitur illi. f Multi ſacerdotum culpam zelo Dei ſe perſequi profitentur: ſed dum indiſcretè hoc agitur, ſacrilegij g facinus incurrunt: & dum præcipites h quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multò magis in deterius cadunt.

Item ex concilio Pariſienſi, tempore Lodouici. †

Quæ pœna feriatur, qui illicitè aliquem excommunicat.

CAN. VI.

DE illicita excommunicatione lex Iuſtiniani Imperatoris catholici quã probat, & ſeruat catholica eccleſia, conſtitutione cxxviij. i † ca. ccc. lib. j. decreuit ut nemo p̃sbyter excommunicet aliquẽ ante, quam cauſa probetur, propter quã eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduerſus eam aliquẽ excommunicauerit, ille quidem, qui excommunicatus eſt, maioris k ſacerdotis authoritate, ad gratiam ſanctæ communionis redeat. Is autẽ, qui legitimè l non excommunicauerit, in tantum abſtineat à ſacra communione tẽpus, quantum maiori ſacerdoti uiſum m fuerit: ut quod iniuſtè fecerit, ipſe iuſtè patiatur.

Et hinc ſanctus Greg. ad Ioãnem epiſcopum iniuſtè excommunicantem, inter cętera ſcribit dicẽs:

† *Caſſatis prius, atq; in nihilũ redactis prædictæ ſententiæ tuę decretis, ex beati Petri prĩcipis Apoſtolorum authoritate decernimus triginta dierũ ſ[N]tio, te ſacra cõmunione n priuatũ ab omnipotẽti Deo tãti exceſſus ueniã cũ ſumma pœnitẽtia ac lacrimis exorare. quòd ſi hanc ſententiam noſtram te cognouerimus nõ impleſſe remiſsius, non iam tantùm iniuſtitiam ſed cõtumaciam fraternitatis tuę cognoſcas iuuante Deo ſeuerius puniẽdam: quia nemo præpropere uel præ-*

Nn

[illegible] † Imò Origines homi. 14. ad ca. 24. leuitici.

a Qui neglig**ũ**t. Conſuetudinem. Inducitur ex conſuetudine præſumptio: ut diſtin. xliiij. multis. ĩ. ea. c. Deus. ff. de re milita. l. non omnes. ff. de uſu & habi. l. plenum. §. ſed ſi. ff. de accuſa. l. ſi cui.

b Maledicãt. quod fit quando non credunt eſſe uerũ quod dicunt: uel quando pater maledicit filio: ut v. quæſt. v. nõ oſculatur.

Eſaiæ 6. b

c Si quis non recto. Nihil læditur. ſ. xj. quæſt. ult. cui eſt illata. & ca. & ſi ad tempus.

d Qui intus. ſ. ij. q. j. nemo. contra. xj. q. iij. c. illud. & cap. quid obeſt. & dic nihil læditur quãtum ad recipiendum unitatem ſanctorum, læditur autem quantum ad participanda eccleſiaſtica miniſteria. Sententia autem paſtoris ſemper timẽda eſt. nam quo ad Deum non poteſt eccleſia ligare niſi cum emittit conſtitutionem aliquam: ut ſ. ea. q. j. c. j. & ij.

Eccleſia qualiter poteſt ligare.

e Non in perpetuum. Illum. ſcilicet iuſtum.

f Illi. Id eſt, ad malum illius, id eſt, iniuſti.

g Sacrilegij. item tenetur actione iniuriarum. xj. q. iij. ca. temerarium. & tenetur ad omne intereſſe, & ad maiorẽ pœnam ſi uiſum fuerit expedire. extra de ſenten. excõ. ſacro. Item crimen ſacrilegij dignum eſt depoſitione: ut l. xxj. diſt. c. Apoſtolus. nec poteſt promoueri talis: ut ibi dicitur. Quare ergo tantum pœna ſuſpenſionis. xxx. dierum infligitur ei: ut ĩ. ca. proxi. Sed forte ibi loquitur cum agitur ad depoſitionem. Vel dic quòd nõ quodlibet ſacrilegium inducit depoſitionem.

Pſal. 36 Sacrilegium eſt depoſitione dignum.

ADDITIO.

Nam uaria eſt pœna ſacrilegij, prout no. xvij. q. iiij. c. ſacrilegium.

h Et dum præcipites. Iudices nõ erũt præcipites ad excõmunicandum: ut extra de appel. reprætenſibilis. iniquitas enim omnia præcipitat: uirtus autem lenta eſt, & omnium percunctatrix. de pœni. diſt. ij. inter hæc hircum.

Virtus omnia percũctatur.

i De illicita. Cxxviij. Hodie non diſtinguitur liber iſte p̃ cap. ponitur autẽ lex iſta in auth. de ſan. epi §. omnibus. col. ix. ij. q. j. nemo epiſcopus.

k Maioris. Quando ſuperior poſsit abſoluere ligatum ab inferiore, not. xj. q. iij. ſi ep̃s. Qua autẽ pœna puniẽ iniuſte excõicans habes extra de ſenteu. excommu. c. ſacro.

l Qui legitime. etiã ſi iuſta fuerit cauſa excõmunicationis, ut extra de ſen. excom. ſacro.

m Viſum. Hodie relinquitur arbitrio iudicis uel epiſcopi: ſed tantum menſis ad hoc præfigitur: ut extra de ſenten. excõ. ſacro. Vel dic, quòd ſecundum arbitrium ſuperioris carebit communione hominum, ſed tamen ipſo iure eſt priuatus ingreſſu eccleſiæ.

n Cõmunione. Hodie tantum ab ingreſſu eccleſiæ: ut extra de ſenten. excom. c. ſacro.

Manife-

† Scilicet j. filij. Caroli. Magni.

† In nouel. Et ſic dudũ poſt octingentos annos Imperatores faciebãt leges de perſonis & negotijs eccleſiaſticis, & illis eccleſia obediebant ſ. diſt. x. c. de capitulis. c. ult.

† Sub nec tot sũt cõſtitutiões in corpore authẽticorũ: ſed dic q̃ appellat hic cõſtitutiones diuerſitates titulorũ: q̃a ut patet in authẽ. frequẽter in una cõſtitutione continenẽ plures tituli, ſecũdũ. Io. de Fan.

† Hic eſt tex. Greg ut etiã ſtylus indicat & hic debet incipere capi. 7.

poſterè, ſcilicet non commonitus neq; conuictus, eſt iudicandus.

† De conuĕtione aũt huius Imꝑatoris manifeſtorũ [a] criminũ lex [b] dicit, Quicũq; trib. authoritatib. [c] iudicis cõuĕtus eſt, uel trib. edictis fuerit ad iudicĕ ꝓuocatus, aut uno ꝓ omnibus perĕptorio, [d] id eſt, quod cauſam extinguit fuerit uocatus, et ꝑſentiã ſuã apud eũ iudicĕ à quo ei denũtiatũ eſt, exhibere noluerit, aduerſus eũ quaſi cõtumacĕ iudicari põt. Quinimo retractari nec per appellationĕ [e] negotia poſſũt, quoties in cõtumacem fuerit iudicatũ. Et hãc ſentĕtiã de trib. authoritatibus cõuĕtis, ex Euãgelica [f] authoritate Cæleſtinus ad Neſtoriũ dicĕs: et Epheſina ſynodus de eodĕ decernĕs, & beatus Gregorius ad Ioãnem ſcribens, comprobauit. De peremptorio ſcripto Aphricanum concilium demonſtrat de Creſconio: ut ſi cõuentus reſipiſcere detrectauerit ſuo cõtemptu et ſua contumacia faciĕte, authoritate iudiciaria iam protinus excludatur.

Itĕ beatus Greg. de ſentĕtia iudiciaria ĩ cõtumacĕ ſcribĕs ad maximũ ꝑſumptorĕ Salonitanũ epiſcopum dixit: † Hortamur, ut ad nos uenire omni poſtpoſita excuſatione feſtines, quatenus ſeruata iuſtitia, hęc de quib. accuſaris, et cognoſcere, et finire ſecũdũ canonica inſtituta Chriſto reuelãte poſsimus. Ita autĕ fac: ut ad ueniĕdũ amplius iã moras non ingeras: ne magis ipſa te abſentia obnoxiũ bis, quæ dicũtur, aſſignet: et nos ĩter hęc res nõ ſolũ ꝑꝑ prędicta crimina: quæ purgare ſupterfugis, ſed etiã propter inobediĕtiæ culpã, durius ſcilicet: ut in cõtumacĕ cogat ex cõcilio ferre iudicium. [g]

Item Origenes ſuper Leuiticum. †

Vita nõ ſententia ab eccleſia aliquĕ eycit, uel ad eã reducit.

CAN. VII.

CVm aliquis exit à ueritate, à timore Dei, à fide, à charitate, exit de caſtris eccleſiæ, etiam ſi per epiſcopi uocem minimè abijciatur: ſicut econtrario aliquis dum non recto iudicio foras mittitur, ſcilicet ſi ante non exierit, id eſt, ſi nõ egerit, ut mereretur exire nihil læditur. Interdũ enim, qui foras mittitur, intus eſt, & qui foris eſt, intus uidetur retineri.

Item Auguſtinus.

Et qui apto ſacrilegio, & qui ꝑuerſa uita fidelibus non ſociãtur, ad eccleſiam non pertinere probantur. CAN. VIII.

DE illis, qui ab eccleſia ſunt ſegregati, nõ dicit, [h] ea quæ ſũt ſpiritus nõ ꝑcipientes, ne ad ſciĕtiæ [i] perceptionĕ referãt, ſed dictum eſt, ſpiritũ non habentes. Hoc utique non diceretur, niſi de ſegregatis ab eccleſia, qui dicti ſunt ſpiritum non habentes. Sed nec ille dicĕdus eſt eſſe in

† Sequũtur uerba Oraria. uſque ad uerbum hortamur ubi incipit. c. viij.

Citatio perĕptoria an poſſit à quocunque iudice mitti.

Citatio perĕptoria quantũ tĕpus cõtinere debet.

† [redacted]

[redacted]

† Homi. xiiij.

Cõtumax nõ appellat.

† Et xvij. qõ. iiij. de presbytero.

[a] Manifeſtorum. Argu. ꝙ in manifeſtis criminibus præcedit admonitio: argu. iij. q. v. quia ſuſpecti. argu. contra extra de iureiuran. ad noſtram.

[b] Lex. Hæc lex nõ inuenitur, niſi intelligatur ex tenore legis, quæ eſt. C. quomodo & quãdo iud. conſentaneum.

[c] Authoritatibus. id eſt, citationibus.

[d] Perĕptorio. Dico quod quilibet iudex poteſt peremptorium mittere: ut probatur extra de ſenten. & re iudi. cum Bertholdus. in princ. extra de offic. iudi. dele. ex literis. licet omnes dicere conſueuerint, quod tantum ordinarius, uel à principe delegatus poſſit illud mittere, ut in authen. de lit. §. omnem. in fin. col. viij. C. de iud. l. ſancimus. in fine. extra de app. cum ſit Romana. Item peremptorium non eſt ſtatim mittendum, niſi cogat neceſsitas: ut extra de dila. cap. j. ff. de iudi. l. nonnunquam. Item ſcias, quòd licet lex dicat quod iudex debet mittere adhuc unũ edictum poſt peremptorium: ut ff. de iudi. & poſt. illud tamen non eſt uerum, niſi uelit iudex gratiam facere ei. extra de offi. dele. conſuluit. Item dicunt quidam, quòd peremptorium debeat continere tantum quantũ ſi quodlibet triũ edictorũ per ſe proponeretur. C. quomodo & qñ iud. in authent. qui ſemel. Sed uerius credo, ꝙ illud ſit in iudicis arbitrio: ut extra de app. cum ſit Romana. Item licet iudex tribus edictis, & uno peremptorio debeat citare, ſi tamen pars non uenerit ad primam citationĕ, punit in ſumptibus litiſ. C. de iudi. l. ſancimus. Item ſi iudex ter citet, & non apponat hoc ad uerbium peremptorie, tamen intelligit citatus peremptorie: ut C. quomodo & qñ iud. l. tres denũtiationes. Item ſi reus ad citationem dicat ſe nolle uenire, non eſt denuo citandus: qa ideo ter citatur, ut pręſumatĕ eius contumacia. ff. de re iud. l. cõtumacia. cũ ergo certum ſit eũ nolle uenire. nõ eſt denuo citandus: quia in incertis non certis locus eſt cõiecturis. ff. de uerbo. obli. continuus. Sed quid ſi iudex ꝓferat ſententiam cõtra citatum non peremptorie? uidetĕ qꝺ nõ teneat ſententia. ut C. qũo & quando iud. l. ea quæ. & hic idem uidetur. Argu. contra. C. qũo & quãdo iud. l. ceſſante.

[e] Per appellationem. Nam & contumax non auditur appellans: ut ij. q. vj. §. ſunt etiam quorum. ſed. eſt ar. contra. iij. q. ix. re uera. extra de ſenten. excom. c. per tuas.

[f] Ex Euangelica authoritate. nam paterfamil. bis miſit ſeruos ſuos, tertio filium ad inuitatos. uel loquitur de Euãgelica denunciatione: ut ij. q. j. c. ſi peccauerit.

[g] Iudicium. Poteſt intelligi de infamato, qui ſe noluit expurgare: unde propter hoc erat deponendus: ut xxx. diſt. c. ulti. in fine. Vel intelligas iſtud de ſenten. excom. & non de diffinitiua: quia illa non fertur niſi lite cõte. qualiter autem in criminalibus ferenda ſit ſententia notaui iij. qõ. ix. in ſumma. Ioan. de Fant.

[h] DE illis. Non dicit. Iudas Apoſtolus.

[i] Scientiæ. Hoc uult

eccleſia, a & ad iſtam ſocietatem ſpiritus pertinere, qui ouibus Chriſti ficto corde miſcetur. Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum. Neq; enim ſolùm illi ad eccleſiã nõ pertinent, qui ſeparationis aperto ſacrilegio manifeſti ſunt: ſed etiã illi, qui in eius unitate corporaliter miſti, per peſsimã uitã ſeparantur.

Itẽ ex quinta ſynodo.

A Deo ſeparamus, quos impios demonſtramus.

CAN. IX.

Certum eſt, quòd qui impius demonſtratus eſt, omnino ſeparatus eſt a Deo: ſicut etiam ille qui anathematizatus b eſt, tanquã impius ſeparatus eſt. Nihil enim aliud ſignificat anathema, niſi a Deo ſeparationẽ. c

3 Illicita ergo excommunicatio (ut ex præmiſſis apparet) non lædit eũ, qui notatur, ſed illum à quo notatur, ac per hoc qui innocentes ſunt, ex alterius crimine condemnari non poſſunt: ſicut ab imprudẽtibus familiæ potentum pro peccatis dominorum conſueuerunt notari. Sed adhuc obijcitur illud, ꝙ non ſolùm innocentes, ſed nec etiã criminoſi ſententia maledictionis ſint feriendi. Ait enim Chriſtus in Euangelio, Orate pro perſequẽtibus & calumniantibus uos: benefacite his, qui vos oderunt. Item Apoſtolus, Benedicite perſequentibus & calumniantibus vos, benedicite & nolite maledicere. Item maledici regnum Dei nõ poſsidebunt.

Item Hieronymus in epiſtola d ad Titum capitu. iij.

Ab omni maledicto fideles immunes eſſe oportet.

CAN. X.

Si igitur Michael non fuit auſus diabolo, e & certè maledictionis dignisſimo, iudicium inferre blaſphemiæ, f quantò magis nos ab omni maledicto puri eſſe debemus? Merebatur diabolus maledictum, ſed per os archangeli blaſphemia exire non debuit. Relege ueteres libros, & uide quæ tribus in monte Garizin conſtitutæ ſint ut benedicerent populo, g & quæ in monte altero h ut maledicerent: Ruben qui maculauerat torum parẽtis, & Zabulon nouiſsimus Liæ filius, & ancillarum liberi in monte Heliel i † ponuntur, ut maledicant k his qui maledictione ſunt digni.

Item in libro Iudicum. †

Quos ſignificant illi, qui ad benedictionem, qui ve ad maledictionem de filijs Iſrael electi ſunt.

CAN. XI.

Cum ergo in ſingulis quibuſquè fidelium talis ſit propoſiti l uarietas, hoc mihi deſignari uidetur in hoc loco, ꝙ dimidij illi, qui iuxta montem Garizin incedunt, illum ſcilicet, qui ad benedictionẽ electus eſt, iſtos figuraliter indicent, qui nõ metu pœnæ, ſed benedictionum & repromiſsionũ deſiderio ueniunt ad ſalutem. m Illi uerò dimidij qui iuxta montem Gebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ ſunt, iſtos alios indicant, qui malorũ n metu & ſuppliciorum timore complentes quæ in lege ſcripta ſunt, perueniunt ad ſalutem.

Sed qui pro perſecutoribus iuſſit orare primos parentes pro tranſgreſſione mandati mortis maledicto percuſſit. Cain quoque quia primę præuaricationi o fratricidium adiunxit, ſententiã maledictionis à domino reportauit. Abrahæ quoq; dominus dixit, Maledicam maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi. In Euangelio etiã, cum eſuriẽs ueniret ad ficum, Dominus nõ inueniens fructum in ea, ſua maledictione

Marginal references: Hypocritæ non habent ſpiritũ ſanctũ. Sapiẽ. 1. b — c Hic uero ſumit eccleſia p triumphã te. — Matt. 5. g — Rom. 12. e — Gala. 5. — Deu. 27. b — † Ebal. — † Origenes homilia. ix. ad cap. ix. Ioſue. — Iudæ epiſtola unica. c — Gene. 4. b — Gene. 9. a — Gene. 4. — Mat. 21. b

Gloss:

uult dicere qđ hæretici & hypocritæ ab eccleſia ſunt ſegregati, nec ſpiritum ſanctũ habent, licet habeant dona ſpiritus ſancti, id eſt, ſcientiam & fortitudinem.

a In eccleſia. ſ. de conſec. diſt. iiij. eſt vnitas. contra, ſed ibi eccleſiæ nomen largius ſumitur ut comprehendat bonos, & malos. ad hoc facit. xj. qõ. iij. audi. & melius cap. nolite.

b Certum eſt. Anathematizatus, ſcilicet iuſte. nã quo ad Deum æque ſeparat̃ quis à Deo per peccatũ ſicut per excommunicationem.

c Separationem. ſ. iij. qõ. iiij. Engeltrudam.

c Illicita. Hæc eſt iij. pars. qõ. in qua probatur, ꝙ nullus bonus debet alium maledicere, niſi quando aliud facere non poteſt: & tunc amore iuſtitiæ, non liuore uel ultione. Io. de Fan.

d In epiſtola. Iudæ originaliter, ſed in cõmentarijs Hierony. ſuper epiſtolã ad Titum. c. iij.

e Si igitur. Diabolo. Cum cõtendebant de corpore Moyſi.

f Blaſphemiæ. Cui nõ aliud dixit quam hoc, imperet tibi Deus. ſed unde hoc habuerit apoſtolus, ignoratur.

g Populo. Illo qui ſeruaret legẽ Dei.

h Altero. Id eſt, Gebal.

i Heliel. In proxi. cap. uocat eundem montem Gebal.

k Maledicant. Non ſeruantibus.

l Cum ergo. Propoſiti. id eſt, uarijs modis ſeruatur lex. quidã ſeruant eam amore iuſtitiæ, quidam timore pœnæ.

m Ad Salutem. Sicut Paulus. ſ. proxi. q. iiij. quis nos. tamen quandiu ſeruilis timor eſt in homine, non ſaluatur, ut ſ. proxi. quæſt. vj. §. ex his.

n Malorum. Idem dicitur in Deuteronomio.

o Primæ præuaricationi. Scilicet fraterno odio uel peccato Adæ. Ioã. Chanaan.

De excommunicationis. Gradus

ppetua ſterilitate ipſam damnauit. Item Noë cũ uerenda ſua à Cham deriſa cognoſceret, filiũ eius Chanaan [a] *maledicens dixit: Maledictus Chanaan, ſit ſeruus fratrum ſuorũ. Itẽ Iſaac cũ benediceret Iacob filio ſuo, ait: Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus. Et qui benedixerit tibi, benedictione repleat. Itẽ ſicut in lib. Deuteronomij legit Moyſes ex pręcepto dei xij. trib. filiorũ Iſraël in duas partes diuiſit, & ſex tribub. iuſſit ut iuxta montẽ Gebal incedẽtes, maledictionẽ trãſgredientium legem uociferarẽt. Alijs uerò præcepit ut iuxta aliũ montẽ incedẽtes benedictiones obſeruãtiũ exclamarẽt. In nouo etiã teſtamẽto Petrus apoſtolus legit Simoni maledixiſſe, cũ ait, Pecunia tua tecũ ſit in perditionem. Paulus quoq; q dixerat, Benedicite, et nolite maledicere, fornicatorem Corinthium iuſſit excõmunicari. Item in alia epiſtola ait, Si quis nõ fuerit ſecutus doctrinã domini noſtri Ieſu Chri, ſit anathema maranatha. Item Galatis, Si angelus* [b] *de cœlo uenies aliud uobis euãgelizauerit, anathema ſit. Diſtinguendũ* [c] *eſt ergo inter maledictũ quod prohibetur: et maledictum qđ à domino et à ſanctiſſimis uiris rationabiliter proferẽt. Maledictũ quod prohibetur, ẽ illud, quod procedit ex uoto ultionis & odio perſequẽtis, non ex amore iuſtitię. Maledictum uerò, quo ſancti maledicunt, eſt illud, quod procedit ex amore iuſtitiæ, non ex liuore uindictæ.*

Vnde Gregorius ait in Moral. lib. iij. † — † cap. vſ. lib. iiij.

Sancti uiri, non ex uoto ultionis, ſed amore iuſtitiæ aliquos maledicunt.

CAN. XII.

Cum ſancti uiri maledictionis ſententiã proferunt, nõ in hãc ex uoto ultionis, [d] ſed ex iuſtitiæ examine prorumpunt. Intus ſubtile [e] iudiciũ reſpiciunt, & mala foris ſurgẽtia qua maledictione ferire debeãt cognoſcunt. & de maledicto nõ peccant, in quo ab æterno iudice non diſcordant.

Item ſcriptura ſacra duobus modis maledictum memorat, aliud uidelicet quod approbat, aliud quod damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iuſtitiæ, ut in ipſo primo peccante prolatum eſt cum audiuit: Maledicta terra in opere tuo, &c. & ſicut Abrahæ dicitur: Maledicam maledicentibus tibi. Aliter uerò profertur maledictum, quod non iudicio iuſtitiæ, ſed liuore uindictæ punitur: a quo uoce Pauli prædicantis ceſſare admonemur, qui ait: Benedicite, & nolite maledicere. — Gene. 3. c / Genẽ. 12. a / Rom. 12.

Item Pelagius Papa Anglio epiſcopo.

Errantes & in errorem mittentes, excommunicentur.

CAN. XIII.

Apoſtolicæ authoritatis exemplo [f] didicimus errantium [g] & in errorem mittẽtium, ſpiritus tradendos eſſe Satanæ, ut blaſphemare dediſcant.

Item Anacletus Papa

Delinquentes corrigantur à ſacerdotibus, ut incorrigibiles inuenti excommunicentur.

CAN. XIIII.

Tam ſacerdotes, quàm reliqui fideles [h] oẽs ſummã debẽt habere curã de his qui pereunt: quatenus eorũ redargutione aut corrigãtur à peccatis, aut ſi incorrigibiles apparuerint, ab eccleſia ſeparentur. [i]

Item Gregorius Papa. † — † lib. ij. c. ſeu epiſto la 37. nata li epiſcopo Salonitano in fine epiſtolæ.

Secunda uel tertia admonitione interpoſita excommunicationis ſententia procedat.

CAN. XV.

De excommunicationis articulo, quæ tamen interpoſita conditione

---

Gene. 9. d — Mot⁹ primi non ſunt puniendi.

a Chanaan. Ipſi Cham non maledixit, ſed filijs eius, ut oſtẽderet ꝙ primi motus non eſſent puniendi, ſed ipſi ſecundi. Vel ideo quia magis terrentur parentes in pœna filiorũ ꝗ in propria, ut ſ. qđ met. cauſa. iſti quidem. §. ultimo.

ADDITIO.

Geñ. 27. d — De hoc etiam legi. & not. ſ. j. q. iiij. §. his ita. in verſi. item Cham.

b Si angelus. Hoc expoſitũ eſt. ſ. xj. q. iij. ſi is qui præeſt.

Deut. 27. b — Maledicẽs an ſemper puniri debeat.

c Diſtinguendum eſt. Qui ex pertinacia maledicit, punitur, ut extra de cleri. male. c. j. qui ex temeritate uel leuitate meretur ueniã. ut ij. qõ. iij. ſi quis iratus. §. j. & §. notandum, talis enim uenialiter peccat, ut xxv. diſt. §. alias in fin. qui ex inſania, miſeratione dignus ẽ, ut C. ſi quis impera. maledi. l. unica.

d Cum ſancti. Vltionis. ſ. xlv. diſt. c. uera iuſtitia. ſ. lxxxvj. diſt. odio. — Act. 8. d

e Subtile. Arg. ꝙ ſubtilitas eſt in canonibus conſideranda, arg. ij. q. ij. in primis. argu. cõtra extra de appel. dilecti. & inſtit. de fideicõ. hęre. §. ſed quia. ubi dicitur, ꝙ ſubtilitas pernicioſa eſt in legibus, & ſimplicitas eſt amica ueritatis. Ioan. — Ro. 12. d / Subtilitas reprobat. / 1. Cor. 5. / 1. Co. 16. c

f Apoſtolicæ. Exemplo, qui tradidit Corinthium Satanæ. — Gala. 1. b / Vt xj. q. iij. audi.

g Errantium. In fide. Ioan.

h Tam ſacerdotes. Fideles l. prælati. ſic non eſt hic argu. quod iſtud ſi peccauerit, &c. ſpectat ad omnes.

i Separentur. Ergo ſacerdotes habent officium excõmunicãdi, ut ij. q. j. nemo epiſcopus.

Co.10.b

[a] Gradus quia. ſub periculo gradus honoris ſui excõmunicauerat eum, uel ſecundum gradum honoris ſui uocaue rat ipſum. nam aliter uocandi ſunt maiores, aliter minores, uel quia gradatim uocauerat ipſum in ultimo peremptoriō.

[b] Reſecandæ. Ouis. xlv. diſt. c. ſed illud.

[c] Totum. Totum dicit, & tamen tantum Alexãdrinam eccleſiā intellexit: ut j.q.j. manifeſtū. Vel dic totum, quia eius ſequaces erant per totum orbem.

[d] Corripiantur. Epiſcopale. Argu. quod excommunicatio ſpectat tantum ad officium epiſcopale: nā mucro epiſcopi dicitur. xvj. quæſt. ij ca. utſis. De hac materia dixi. ij. quæſt. j. c. nemo epiſcopus.

Excõmunicatio mucro epiſcopi dicitur.

[e] Maior. Si excommunicatio eſt maxima, ergo non debet infligi pro leuibus criminibus: ut s̄. ead. quæſt. j. ca. non afferamus. in fine. & xl. quæſtio. iij. nemo. epiſcoporum. & c. epiſcopi.

[f] Deſperādum eſt. s̄. xxxij. q. ij. ancillam. & de pœ. diſt. vij. c. nemo.

[g] Damnatum. Ab eccleſia.

[h] Non damnas. id eſt, non diſponit dānare æternaliter.

[i] Separare. Quia talis damnatio medicinalis eſt, non mortalis: ut ij. qō. j. cap. multi.

[k] Ecce autem. Nolentibus, arg. eſt hic, quod in notorijs requiritur admonitio: ut s̄. ea. ca. de illicita. Item eſt hic arg. quod licet quis neget crimen, tamen dicitur notorium. Item hic argu. quod etiam ſi in modū exceptionis eſt aliquod crimen probatum, q

gradus [a] iam (ut ita dicam) ſecundo uel tertio ex neceſsitate ſubiuncta eſt, beatitudo ueſtra immerito queriṫ, cùm Paulus Apoſtolus dicat, In prõptu habentes ulciſci omnem inobedientiam.

Item Hieronymus.

Mali ab eccleſia ſunt eliminandi.

CAN. XVI.

Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis [b] à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, ardeāt, corrumpantur, putreſcant, intereāt. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit: ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt, per totum [c] orbem eius flāma populata eſt.

Item Auguſtinus.

Pro diuerſitate culparū, ſubditi à præpoſitis corripiantur.

CAN. XVII.

Corripiantˢ itaq; à p̃poſitis ſuis ſubditi correctionibus de charitate uenientibus pro culparum diuerſitate diuerſis uel minoribus, uel amplioribus: q̄a & ipſa quæ damnatio nominaṫ, quā facit epiſcopale [d] iudicium: qua pœna in eccleſia nulla maior [e] eſt, poteſt (ſi Deus uoluerit) in correctionẽ ſaluberrimā cedere, atq; proficere. Neque enim ſcimus quid contingat ſequenti die, aut ante finẽ uitæ huius, de aliquo tali deſperandum [f] eſt, aut cõtradici Deo poteſt, ne reſpiciat, & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus contribulati, cordiſque contriti, à reatu quatenus iuſtæ damnationis abſoluat damnatū, [g] quem ipſe nõ damnat. [h] Paſtoris tamen neceſſitas habet, ne per plures ſerpant dira contagia, ſeparare [i] ab ouibus ſanis morbidam, ab illo cui nihil eſt impoſsibile, ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Neſcientes enim q̄s pertineat ad prædeſtinatorum numerum, quis nõ pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, ut oẽs uelimus ſaluos fieri.

Item Proſper. †

Qui corrigi nolunt, excõmunicatiõis ferro debẽt abſcindi.

CAN. XVIII.

Ecce autem crimina quorumlibet, ſi ipſis criminoſis confiteri nolẽtibus [k] undecunque [l] claruerint, quæcunq; nõ fuerint patientiæ [m] leni medicamento ſanata, ueluti igne quodam piæ increpationis urẽda ſunt & curanda. Quòd ſi nec ſic quidem æquanimiter ſuſtinentis ac piè increpātis medela proceſſerit, in eis, qui diu portati, & ſalubriter obiurgati corrigi noluerint, tanquam putridæ corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi, ne ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutẽ reliq̄æ carnis putredinis [n] ſuæ cõtagione corrumpit: ita iſti, q̄ emẽdari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi morib. deprauatis in ſanctorum ſocietate permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis interficiant.

Item Nicolaus papa Lothario regi.

Excommunicandus eſt, qui duas ſimul uxores habere præſumit.

CAN. XIX.

An nõ diſtricta ultione feriendus es, qui in duabus uxoribus adulterium [o]

eſt facta fides, & poteſt talis puniri niſi corrigatur, ex hoc quod dicit, undecunq; claruerint. Nam & iudicium hæreticorum clarificat eccleſiam: ut s̄. ead. q. j. c. ſubdiaconus. Ad hoc põt dici, quod in cauſa denuntiationis loquitur. [1] ubi qualiſcunque ſcientia ſufficit, ut dixi uigeſimaſecũda quæſtio. v. hoc uidetur. & ij. quæſt. j. c. multi. & licet in cauſa denuntiationis agatur ad pœnitẽtiam, [2] tamen ſi noluerit poſtea pœnitere, poteſt puniri. Alij intelligunt de crimine notorio.

[1] Iſta ſententia fuit B. & Hu. ſecũdum Lau.

[2] lib. 2. c. 7. de uita cõtemplatiua.

[l] Vndecunque. Et eodem modo dicit lex, qualitercunque cõſtet tutori, quod ſit tutor: ſi ſimpliciter dictum ſit ei, periculum ſpectat ad eum: ut ff. de admini. tuto. l. pater. §. ulti. ſic xxij. quæ. v. c. hoc uidetur.

Periculū ad tutorẽ ſpectat, ubi ſcit ſe tutorẽ, licet ſimpliciter ſciat.

[m] Patientiæ. id eſt, quod propter denuntiationẽ noluerit corrigi. ſi intelligas. prout alij intelligunt de notorio crimine, tunc expones ſi non fuit diſpẽſatum cū eis. nam bene epiſcopus cum talib. poteſt diſpenſare. extra de iudi. at. ſi clerici.

[n] Putredinis. Hoc intellige cum ſine ſcandalo id fieri poteſt: ut s̄. proxi. qō. iiij. c. cum quiſque.

[o] An nõ. Adulterium. Sed qualiter diciṫ committere adulterium cum

Lamech, & flagitium imitatus eſſe dignoſceris, quod dominus non, niſi poſt. lxxvij. a generationes ſuo ſalutifero aduentu deleuit, cùm Cain fratricidium ſeptima generatione aquis abolitum ſit cataclyſmi, id eſt, diluuij?

Item ex concilio Agathenſi. †

Falſi teſtes et homicida communione priuentur.

CAN. XX.

ITaque cenſuimus homicidas & falſos b teſtes, à communione eccleſiaſtica eſſe ſubmouendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.

Item ex concilio Toletano primo. †

Excommunicetur potens, qui clericum, pauperem uel religioſum ſpoliare præſumit,

CAN. XXI.

SI quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperem c aut religioſum expoliauerit, & mandauerit eum ad ſe uenire epiſcopus, ut audiatur, & contempſerit: inuicem mox ſcripta d percurrãt per omnes epiſcopos prouinciç, & quoſcuuq; adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipſe donec obediat, & reddat aliena.

Ex dictis Gregorij Papæ.

De eodem.

CAN. XXII.

QVisquis per dolum manũ ſuã mittit in Chriſtũ, id eſt, epiſcopũ uel presbyterum, quia ſacrilegium graue cõmittit, & ſi quis eccleſiã Dei uaſtat, aut impugnat, aut incendit, quia & hoc grauiſsimum eſt ſacrilegiũ, placuit ſanctæ ſynodo, ut in primis omnia bona eius proſcriptione publicentur: deinde in uno loco, id eſt, monaſterio incluſus pœniteat omnibus diebus uitæ ſuæ.

Item Calixtus Papa.

Communione priuetur, qui Romipetas, uel peregrinos, uel mercatores moleſtare pſumit.

CAN. XXIII.

SI quis Romipetas & peregrinos e & Apoſtolorum limina, & aliorum ſanctorum oratoria uiſitantes, capere, ſeu rebus quas ferunt ſpoliare, & mercatores nouis teloniorum & pedagiorum exactionibus moleſtare tentauerit: donec ſatisfecerit, communione careat Chriſtiana.

Item Vrbanus Papa.

Excõmunicẽtur, qui oratores, et eccleſias bonaq; earum & perſonas ibi ſeruientes, infeſtare præſumunt.

CAN. XXIIII.

PAternarum traditionum exemplis commoniti, paſtoralis officij debitum perſoluentes, eccleſias cum bonis ſuis tam perſonis quàm poſſeſsionibus ſuis clericos uidelicet, ac monachos, eorumque conuerſos uel commiſſos, oratores quoque cum ſuis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit, & poſtquam facinus ſuum recognouerit intra dierum ſpatium triginta f competenter g non emendauerit, à liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur. h

Item Nicolaus papa omnibus epiſcopis.

Qui oratoribus, pauperibus non arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur.

CAN. XXV.

ILli qui peregrinos uel oratores cuiuſcunque ſancti, ſiue clericos ſiue monachos, uel fœminas, aut inermes pauperes deprædati fuerint, uel bona eorum rapuerint, uel in malum eis obuiauerint, anathematis uinculo feriantur, niſi dignè emendauerint. Pax uerò illa quam treugam Dei dicimus, fideliter obſeruetur, ſicut ab archiepiſcopis i & epiſcopis uniuſcuiuſque prouinciæ conſtituta eſt: qui autem eam infregerit, excommunicationi ſubdatur.

4 *Quia uerò ſermo de hæreticis habetur,*

---

cum uxore legitima? Reſpond. quia per adulterium reddit eam ſibi illicitã. xxxij. quæſt. j. in cõiugio. in fin.

a Poſt lxxvij. Contra. ĩ. xxxj. q. j. quomodo hoc ibi ſolutum eſt & expoſitum.

b ITaque. Et falſos. ſ. xxij. q. v. c. ſi quis cõiunctus. ĩ. xxiij. q. v. c. rex debet.

c SI quis. Pauperem. Videtur ergo, quod cauſæ oppreſsionis pauperũ ſpectant ad eccleſiam: ut lxxxvij. diſtinc. c. defenſionis.

d Scripta. Sic xj. q. iij. curæ. ij. q. j. c. legum. Hic uidetur quod ſtatim poſt citationem primam aliquis poſsit excõmunicari: argum. v. q. ij. c. præſenti. Sed dic quod non, niſi poſt tria edicta, uel unum peremptorium. ĩ. ea. c. de illicita.

e SI quis Romipetas & peregrinos. Sic extra de treug. & pa. innouamus. ſolus enim princeps poteſt indicere noua uectigalia: ut ibi dicitur, & ff. de pub. & uectiga. l. uectigalia. & talis qui inducit noua uectigalia, uel deportatur, uel capite punitur. nam incidit in legem Iuliam de ui pub. ff. ad legem Iuliam de ui publi. l. ultima.

f PAternarum. xxx. argum. ꝙ ſufficit ſi peremptorium ſit edictum triginta dierum: ut iiij. quæſt. v. c. j.

g Competenter. Nõ intelligas, id eſt, moderate, ſicut curiales exponunt: ſed competenter, id eſt, iuſte. ſic. exponitur extra de appel. reprahenſibilis. ff. de iudi. ſi. debitori. Ioan. de Fant.

h Feriatur. Ergo nõdũ erat pmulga-

tẽ. xvj. q. iiij. ſi quis ſuadente, &c.

i ILli qui. Archiepiſcopis. Ergo illi poſſunt indicere treugas, ſimiliter canõ indicit treugas ut extra de treu. & pace. c. j.

Quia uero. Hæc eſt quarta pars qõ. in qua ponit differẽtiam inter ſchiſma & hæreſim. Ioan. de Fant. & reuertitur hic ad materiam propoſitæ quæſtionis. Archid.

Hære-

† ca. 77.

† cap. 12.

Vectigalia noua à ſolo principe poſſunt indici.

uidendũ eſt, quid interſit inter ſchiſma & hæreſim [a] *et qui ſunt hæretici,et quot ſint hęreticorũ ſectæ. Differentiã autem inter ſchiſma et hæreſim Hieron. in epiſtola ad Galatas aſſignat dicens:*

Schiſmatici & hæretici differre dicuntur.

CAN. XXVI.

INter hæreſim & ſchiſma [b] hoc intereſſe arbitror, quòd hæreſis peruerſum dogma habeat: ſchiſma propter † epiſcopalem diſſenſionem, ab eccleſia pariter ſeparet: quod equidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt diuerſum. Cæterum nullum ſchiſma eſt niſi ſibi aliquam hæreſim confingat ut rectè ab eccleſia receſsiſſe uideatur.

Vnde autẽ hæreſis dicatur, in epiſtola ad Gala. cap. v. Hierony. diffinit ita dicens:

Vnde hæreſis dicatur.

CAN. XXVII.

HAereſis Græcè, ab electione dicitur, ꝙ ſcilicet eã ſibi unuſquiſque eligat diſciplinã, quã putat eſſe meliorẽ. Quicũq; igitur aliter ſcripturã [c] intelligit, quã ſenſus ſpũs ſancti flagitat, a quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia nõ receſſerit tamẽ hæreticus appellari põt, & de carnis operibus eſt, eligens quæ peiora ſunt.

† *Qui uerò propriè dicãtur hæretici, Auguſti. in lib. de utilitate credendi* † *oſtendens ait:*

Qui propriè dicãtur hæretici.

CAN. XXVIII.

HAereticus eſt qui alicuius tẽporalis commodi, & maximè uanę gloriæ, principatusq; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones, uel gignit uel ſequitur. † Ille autem qui huiuſmodi hominibus credit, imaginatione quadã ueritatis illuſus eſt.

Idem.

Non ſunt hæretici qui non ſua audacia, ſed aliena, ſeducuntur in errorem.

CAN XXIX.

DIxit Apoſtolus, Hæreticũ hominẽ poſt primã & ſecundã [d] correctionem deuita, quia ſubuerſus eſt hmõi, & peccat in ſemetipſo damnatus. Sed qui ſententiã ſuã quamuis falſam atq; peruerſam nulla pertinaci [e] animoſitate † defendunt, præſertim quam nõ audacia ſuæ præſumptionis pepererint, ſed a ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quę runt aũt cauta ſolicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.

Item Leo Papa. †

Magiſtri erroris exiſtunt, qui ueritatis diſciplinam contemnunt.

CAN. XXX.

QVid autẽ iniquius [f] eſt, quàm impia ſapere, & ſapientioribus doctoribusq; † nõ credere? Sed in hãc inſipientiam cadunt quicunq; ad cognoſcendam ueritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas uoces, non ad apoſtolicas literas, non ad euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos [g] recurrunt: & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia ueritatis diſcipuli non fuerunt.

Item Auguſtinus contra Manichæos.

Hæretici ſunt, qui quod pravè ſapiunt, contumaciter defendunt.

[a] Hæreſim. Vario modo dicitr hæreticus. Vno modo quicunq; eſt dubius in fide, infidelis eſt † ut extra de hære. dubius. Secundo dicitur hæretic⁹ omnis ſimoniacus, ut j. q[uæ]ſt. j. quiſquis. Tertio omnis præciſus ab eccleſia, ſecundum ꝙ excõmunicatus dicitr hæreticus, ut iiij. q. j. c. ij. Quarto modo omnis q male interpretatr ſacrã ſcripturã, ut ĩ. ea. hęreſis. Quinto modo qui nouam opinionem inuenit: ut ĩ. ea. hæreticus. Sexto modo qui uult auferre priuilegiũ Romanæ eccleſiæ, ut xxij. diſt. omnes. Septimo qui tranſgreditur præcepta ſed. apoſt. ut ſ. xix. diſt. nulli. Item quãque large dicitr hæreticus omnis q nõ tenet articulos fidei & ſecundum hoc Iudæi & gentiles ſunt hæretici, & ſecundum hoc nõ omnis hæreticus eſt excõmunicatus. Stricte ſumitur hæreticus omnis qui remotus eſt ab eccleſia, quia errat in fide, & ſecũdum hoc omnis hæreticus eſt excõmunicatus, ut extra de hære. ad abolendã. & ca. excommunicamus.

[b] Inter hæreſim & ſchiſma. poteſt dici ꝙ hæc ſit differẽtia inter hæreſim & ſchiſma, quæ eſt inter diſpoſitionem & habitũ: primo enim dicitur ſchiſma, ſed cũ poſt tempus pertinaciter adhæſerit ſuæ ſectæ, dicitur hæreſis. Vel aliter dicas q[uo]d omnis hæreticus ſit ſchiſmaticus, ſed non conuertitur. & ſic eſt illa differentia quæ eſt inter ſpeciem & genus.

[c] Haereſis. Scripturã. ſ. xxxvij. diſtinct. c. relatum.

Qui uero. Hæc eſt v. pars quæſt. in qua ponit differentias hæreticorum, quas probat per diuerſa iura. Ioan. de Fant.

[d] DIxit Apoſtolus. Et ſecundam. Hic dicit hæreticos poſt ſecundam admonitionẽ uitandos, ut ſ. proxi. q[uæ]ſt. v. non uos. alibi ſemel. ſ. ea. q. j. quæ domus. in fin. Ad hoc poteſt dici, quod hæreticum damnatum poſt unicam admonitionem uitabimus in ſecretis fidei noſtræ, ne eũ peritiorẽ reddamus, ut xliij. diſt. in mandatis. xj. q[uæ]ſt. iij. nolite. Sed quanteũ ad admonitionẽ faciendã, poſſumus ei communicare quotieſcunq; uiſum fuerit. [1] ſed hæretico nondum damnato poſſumus explicare ſecreta fidei ſæpius eũ corrigẽdo.

[e] Pertinaci. Licet ergo teneat aliquis ea quæ ſunt cõtra fidem, dũmodo paratus ſit corrigi, nõ eſt habendus hæreticus, [2] ut ſ. ca. q. j. ſchiſma. ĩ princ. & c. hæc eſt. [4]

[f] QVid autem. doctoribus. ſ. xxxvij. diſtin. relatum.

[g] Ad ſemetipſos. Quod eſſe non debet. extra de conſtit. ne innitaris.

ADDITIO.

Vide quod not. de conſecra. diſtinct. ij. in Chriſto. ſ. xxxvij. diſtin. relatum. argu. lix. diſt. cap. j. & ij. Archidiac.

[1] De hoc no. ĩ. e. firmiſsime. & hic adde alium caſum xx. diſt. de libellis. Itẽ qui nõ recipit quatuor cõcilia. & ſic intellige ſecundum Ho. C. de hær. quicũque. cũ ſi.

† Alias, poſt epiſcopalem deceſsionem.

Hæreſis & ſchiſma differunt.

† Ad Honoratium cap. j.

† [redacted] [2] Tu. ſ. † Geliel. Occam in dialog. folio 91. col. 3. fol. 172. col. 2 Ioã. Gerſ. lib. j. fol. 84. col. 2. Hæreticus quãdo eſt uitãdus & [redacted].

† Primus epiſt. x. ad Flauianũ epiſcopũ.

Doctoribuſque. [3] Vt not. ſ. j. q. vij. cõuenientibus.

† Nec poteſt de hæreſi puniri ſecũdũ Iaſ. in tit. C. de ſum. trini. & fi de catholi. & Bart. Veronen. in cautel. 205. & 237. Item ad. de Alber. de Roſ. in 3. parte ſtatutorũ. q[uæ]ſt. xxxij. ubi dicit ſe hoc practicaſſe in curia Romana.

[4] De hoc etiã not. ſ. xxj. diſ. nunc aũt. in glo. ſed uidetur. in fine.

CAN. XXXI.

QVi in eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumq; quid ſapiunt, ſi correcti ut ſani rectumque ſapiant, reſiſtunt cōtumaciter, ſuáq; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt ſed defenſare perſiſtunt, † hæretici ſunt.

Item Vrbanus Papa.

Errante damnabilior eſt, qui eius defendit errorem.

CAN. XXXII.

QVi aliorum defendit [a] errorem, multò amplius dānabilior [b] eſt illis, qui errant: quia non ſolùm ille errat: ſed etiam alijs offendicula erroris præparat [c] & confirmat: unde quia magiſter erroris eſt, non tantum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicēdus eſt.

Item Hieronymus. †

Qui mendacio ueritatem immutant, patrum terminos transferre probantur.

CAN. XXXIII.

TRansferunt principes † terminos, quos poſuerunt patres eorum, quando immutant in mendacio ueritatem, & aliud prædicant, quàm ab apoſtolis acceperunt. Idē de hæreticis manifeſtus eſt ſenſus, qui ſophiſmatibus ſuis & arte dialecticæ ſæpe opprimunt eccleſiaſticos. Idem. Veteres ſcrutans hiſtorias, inuenire non poſſum aliquos alios ſcidiſſe eccleſiam, & de domo domini populos ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes [d] à Deo poſiti fuerant, & prophetæ, id eſt, ſpeculatores. Iſti ergo uertuntur in laqueum tortuoſum, in omnibus locis ponentes ſcādalum.

Item Leo Papa. †

Abijciantur; qui aduerſariorum conueniunt prauitati.

CAN. XXXIIII.

ILlud ſanè plurimùm mihi diſplicere ſignifico, quòd iuriſdictionis tuæ † clerici quidam eſſe dicuntur, qui aduerſariorum conueniant prauitati, & ueſaniæ: uaſis miſericordiæ uaſa miſceantur, quibus inueſtigādis, & ſeueritate congrua coercendis, debet diligentia tua uigilanter inſiſtere, ita ut his quibus prodeſſe nō poterit correctio, non parcat abſcisſio. Oportet enim uos euāgelici meminiſſe mādati, quod ab ipſa ueritate præcipitur, ut ſi nos oculus, [e] aut pes, aut dextera ſcādalizauerit manus, à compage corporis auferatur: quia melius ſit his in ſeculo carere membris, quàm cum ipſis in æterna ſupplicia ire. Nam ſuperfluò extra eccleſiam poſitis reſiſtimus, ſi ab his, qui intus ſunt, in eis, quos decipiunt, uulneramur. Abijcienda [f] prorſus peſtifera hæc a ſacerdotali uigore patientia eſt, quæ ſibimet peccatis aliorum parcendo non parcit.

Item ex concilio Carthaginenſi iiij. †

Et ſodalitates & conuiuia hæreticorum, clerici uitare debent.

CAN. XXXV.

CLericus hæreticorum aut ſchiſmaticorum tam conuiuia quàm ſodalitates euitet æqualiter. Eorum conuenticula, nō eccleſia, ſed conciliabula appellanda ſunt. Cum eis neque orandum eſt, [g] neque pſallendum.

Item Gelaſius Papa. †

Canonum obſeruatores, cum hæreticis nullum debent inire certamen.

CAN. XXXVI.

CVm quibus [h] erat ſynodus ineunda, catholici pontifices fuerant undique iam depulſi: ſoli remanſerant ſocij perfidorum, cū quibus nec iā licebat habere cōuentum, dicēte Pſal. Nō ſedi cū concilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Nec eccleſiaſtici moris eſt, cum his qui pollutā habent cōmunionem, permiſtāq; cū perfidis, miſcere concilium. Rectè igitur per Calcedonenſis ſynodi formam, huiuſmodi præuaricatio repulſa eſt potius quàm ad concilium uocata: quod nec opus erat poſt primā ſynodum, nec cum talibus habere licebat: Idem. Canonum magiſtris atq;

---

[a] QVi aliorum defendit. talis enim hæreticus dicitur, ut extra eod. ſicut.

[b] Damnabilior. Nota quod plus punitur cōſulens, quā faciens, ut ſupra pro xi. quæſtio. v. cum homo.

[c] Præparat. Sic qui ſcalam uel ferrum uel aliud auxilium præſtant furi, tenentur furti, ut ff. de furtis. l. ſi piguorum. §. penulti.

[d] TRansferunt. Qui ſacerdotes. Mo. contra teſtimonium ſacerdotis: & illud, quis uidit digne ſacerdotem pœnitentem? ut de pœnit. diſt. j. menſurā. & c. quis aliquādo. alias præſumitur pro eis, ut xj. q. iij. abſit.

[e] ILlud ſane plurimum. Oculus. i. familiaris alicuius.

[f] Abijcienda. Hoc intelligas de pœnitus incorrigibilibus ne ſit contra. ſupra proxi. quæſt. v. cum homo.

[g] CLericus. Orādum eſt. de cōſe. di. j. eps nullú. contra. Dic, illi eſt derogatum per hoc cap. & per cōſuetudinem generalem eccleſiæ. ī. diſt. iiij. §. leges. Ioan.

[h] CVm quibus. CASVS. *Achatius Conſtantinopo. patriarcha excōmunicauit Antiochenum & Alexandrinum, quia non recipiebant ſtatuta quæ ipſe fecerat. propter hoc Papa excōmunicauit eum, & de hoc conqueſtus eſt Achatius quod ſine ſynodo excommunicauit eum: Papa uero dixit, quod ſynodus congregari nō debuit: tum quia non erant ibi catholici epiſcopi cū quibus poſſet haberi ſynodus: tum quia incidit ipſe in hæreſim iam damnatā, unde non fuit opus nono concilio.*

Certam

---

† Ad v. c. Oſeæ in cōmenta.

† Epiſtola 74. ad Anatoliū.

† Alias, quod interdictionis, tuæ.

Matt. 5. [e]

[g] Arg. extra de iudi. cū non ab homine. alias cōtra ī. q. v. cap. j. & q. iij. ſi qs fortuitu. quidā hoc intelligūt i ſpiritualı pœna, illud in corporali, & ſic nō eſt cōtra Lan ſenr.

† Alias, Iudæi.

† cap. 70.

† c lxxj. epiſtola ad epiſcopos Dardaniæ.

Pſal. 25.

Fidei diſputatio cum hæreticis eſt prohibita.

a Certamen. Ergo cum hæreticis nõ eſt diſputandũ, nec cum aliquo de fide eſt diſputandum. extra de hæret. cap. j. & C. de ſumma trinit. l. nemo. ſed ad hoc põt diſputari cum eis ut conuincantur, non ut in dubium reuocent fidem noſtrã, ut extra de hæret. cap. j. Ioan.

b Notandum. ſ. xxiij. qõ. iiij. recedite. & cap. ecce.

Matt. 13. d

c Diſciplina. Medicina animæ eſt excommunicatio, ut ij. q. j. multi.

d Deus quãdo. Promit. Sicut utile eſt dæmones eſſe ꝓpter malos ut xxiij. q. v. qui malos. ſic. j. qõ. iij. ſaluator. in princ. & xxvj. quæſt. v. nec mirum.

e Scire. xxij. qõe. v. humanæ.

f Cognoſcere. lxxxv. diſtinct. archidiaconum.

g Maledicendi. xxvij. quæſtio. j. nec aliqua.

cuſtodibus nobis nullum tas eſt inire certamen [a] cum hominibus communionis alienæ.

Item ex epiſtola Vrbani Papæ.

Non contradicit, ſed potius obedit Euangelio, qui malos excommunicat.

CAN. XXXVII.

Notandum [b] eſt ꝙ quidam dicunt, contra euangelicam parabolam nos facere, ubi de zizanijs non eradicandis dñs præcipit, cũ aliquos excõicatione dignos excõicationi ſubijcimus, & aiunt etiam ſanctum Auguſtinũ hoc cõtradicere in illo loco ubi ait: Quia nõ eſt præſcindenda unitas, ferendi ſunt mali, non abijciendi. Quibus hoc primùm reſpondendum eſt. Si hæretici, & mali homines excõmunicandi non ſunt, quare ipſe Auguſt. cum ſanctis legatis Romanæ eccleſiæ, & cũ ſanctis epiſcopis ſuis Sancta Pelagium & Cæleſtinum nouam hæreſim in ſanctam Dei eccleſiam introducentes excõmunicauit, & ab eccleſia Dei ſeparauit? Quare ipſos Donatiſtas, contra quos iſta & multa his ſimilia loquitur, tam ipſe, quam omnis eccleſia Dei excommunicatos habuit, & niſi prius pœnituiſſent, & per manus impoſitionem recõciliati eſſent, eis nequaquã cõmunicabat? Item ipſe dominus, qui hoc parabolicè hic enarrat, apertè alibi excommunicationem fieri iubet, dicens: Frater qui corripitur ab eccleſia, & non obedit, ſit tibi ſicut ethnicus, & Publicanus. Vnde apparet liquidò aliud eſſe excommunicationem, & aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (ut apoſtolus ait) ad hoc excõmunicatur, ut ſpiritus eius ſaluus fiat in die domini. Diſciplina [c] enim eſt excommunicatio, & non eradicatio: niſi fortè ex contemptu & ſuperbia excommunicatio proueniat.

Matt. 18. d

2. Cor. 5. b

1. Pet. 5. a

Vnde Auguſtinus in libro Numeri.

Diuina maledictio meritum maledicti deſignat.

CAN. XXXVIII.

Deus quãdo maledicit, meritũ eius deſignat, cui maledicitur: & ſententiã uerã promit, [d] utpote quem nõ fallit, neque qualitas peccati, neq; peccãtis affectus. homo quia hoc nõ põt ſcire [e] (neq; enim propoſitũ mentemq; alterius alius uidere põt aut cognoſcere) [f] idcirco etiã ſi iudicãtis uel ſententiã promẽtis intuitu proferat maledictũ, nõ poteſt eſſe maledicẽdi [g] cauſa, ubi ignoratur peccantis affectus, maximè cum humanum iudicium tunc ſciat maledicta proferre, cum fortè cõuicijs atque iniurijs prouocatur, quod uitium uolens reſecare Apoſtolus, ne maledicta maledictis, & conuicia conuicijs, prouocemus, mandatum neceſſarium ponit, ut benedicamus, quo conuiciandi uitium reſecetur: nõ quo iudicandi ueritas, quæ homines latet, & pronuntiandi authoritas perimatur.

Sectæ uerò hæreticorum quot ſint, et unde nomina acceperint, Iſidorus octauo libro Etymologiarum, capitu. quinto, determinat, dicens:

Quot ſunt ſectæ hæreticorum.

CAN. XXXIX.

Quidã aũt hæretici qui de eccleſia receſſerunt, ex nomine ſuorũ authorum nuncupãtur: quidã uerò ex cauſis quas eligẽtes inſtituerunt. Simoniaci à Simone dicti magicæ diſciplinæ perito: cui Petrus in Actibus apoſtolorũ male dixit, pro cò ꝙ ab apoſtolis ſpiritus ſancti gratiã, pecunia emere uoluiſſet. ij dicunt creaturã nõ à Deo eſſe, ſed a uirtute quadã ſuperna creatã. Menandriani à Menandro mago diſcipulo Simonis nuncupati: qui mundum non a Deo creatũ, ſed ab angelis factũ aſſeruit. Baſilidiani a Baſilide appellati, qui inter reliquas blaſphemias, paſſum Ieſum abnegauit. Nicolaitæ dicti à Nicolao Diacono eccleſiæ Hieroſolymorum, qui cũ Stephano & cæteris conſtitutus eſt à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, dixit, ut qui uellet ea uteretur. Et uerſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo, ut inuicem cõiugia commutarentur: quos Ioannes in Apocalypſi ſua improbat dicens: Sed hoc habes, quòd odiſti facta Nicolaitarum: quæ & ego odi. Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſe ita appellari uoluerunt. Animam naturam Dei eſſe dicunt: bonum & malum Deum ſuis dogmatibus fingunt. Carpocratiani à Carpocrate quodam uocãtur, qui dixit Chriſtum hominem

Simoniaci. Actu. 8. Menandriani. Baſilidiani. Nicolaitæ. Actu. 6. b Apoc. 2. b Gnoſtici. Carpocratiani.

fuiſſe tantùm, & de utroque ſexu progenitum. (Cherinthiani.) Cherinthiani à Cherintho quodam nuncupati. ij inter cætera circunciſionem obſeruant: mille annos poſt reſurrectionem in uoluntate carnis futuros prædicant. unde & Græcè χιλιάσαι, Latinè (Nazaræi.) millenarij ſunt appellati. Nazaræi dicti, qui dum Chriſtum (qui à uico Nazarenus eſt appellatus) filium Dei licet confiteantur, omnia tamen ueteris legis cuſtodiunt.

(Ophitæ.) Ophitæ a Colubro nominati ſunt. Coluber enim Græcè ὄφις dicitur. Colunt enim Serpentem, dicentes ipſum in paradiſo induxiſſe uirtutis cognitionem.

(Valentiniani.) Valentiniani à Valentino quodam Platonico ſectatore uocati: qui αἰῶνας id eſt, ſcelera quædam in origine Dei creatoris induxit: Chriſtum quoque de uirgine nihil corporis aſſumpſiſſe, ſed per eam quaſi per fiſtulam tranſiſſe aſſeruit.

(Apellitæ.) Apellitæ, quorum author Apelles princeps fuit, qui creatorem Angelum neſcio quem glorioſum ſuperioris Dei faciens, Deum legis Iſrael illum igneum affirmans, qui dixit Chriſtum non in ueritate Deum, ſed hominem in phantaſia apparuiſſe.

(Archontiaci.) Archontiaci à principibus appellantur, quia uniuerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe archangelorum defendunt.

(Adamiani.) Adamiani uocantur, quia Adæ imitantur nuditatem: unde & nudi orant, & nudi inter ſe mares & fœminæ conueniunt.

(Cainani. † Alias, Cayani.) Cainani † proinde ſunt appellati, quoniam Cain adorant. (Sethiani.) Sethiani nomen acceperunt a filio Adæ qui uocatus eſt Seth, dicentes eum eſſe Chriſtum.

(Melchiſedechiani.) Melchiſedechiani uocati pro eò quòd Melchiſedech ſacerdotem domini, non hominem fuiſſe, ſed uirtutem Dei eſſe arbitrantur. (Angelici.) Angelici uocati, quia angelos colunt. (Apoſtolici.) Apoſtolici, hoc ſibi nomen ideo ſumpſerunt, quòd nihil poſſidentes proprium, nequaquam recipiant illos, qui aliquo in hoc mundo utuntur.

(Cerdoniani.) Cerdoniani a Cerdone nuncupati, qui duo aſſeruit contraria principia.

(Marcioniſtæ.) Marcioniſtæ à Marcione Stoico philoſopho appellati, qui Cerdonis dogma ſecutus, alterum bonum, alterum iuſtum Deum aſſeruit, tanquam duo principia creationis & bonitatis. (Artatiritæ.) Artatyritæ ab oblatione uocati. Panem enim & caſeum offerunt dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terræ, & a fructibus ouium fuiſſe celebratam. (Aquarij.) Aquarij appellati, eò q aquā ſolā offerunt in calice ſacramenti.

(Seueriani.) Seueriani a Seuero exorti, uinum non bibunt: uetus teſtamentum & reſurrectionem nō recipiunt. (Tatiani.) Tatiani à Tatiano uocati: qui eucratitæ dicti, quia carnem abominantur. (Alogij.) Alogij uocantur, tanquā ſine uerbo. λόγος enim Græcè, Latinè uerbū dicitur. Deum enim uerbum non credunt, reſpuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypſim.

(Cataphrigæ.) Cataphrygis nomen prouincia Phrygia dedit: quia ibi extiterunt. Authores eorū Montanus, Priſca, & Maximilla fuerunt. ij aduentum ſpiritus ſancti nō in Apoſtolos, ſed in ſe traditū aſſerunt. (Cathari.) Cathari pro munditia ita ſe nominauerunt. Gloriantes enim de ſuis meritis, negant pœnitentibus ueniā peccatorum. Viduas ſi nupſerint, tanquam adulteras damnant. Mundiores ſe cæteris † († Alias, cunctis.) prædicant. Qui nomen ſuum ſi cognoſcere uellent, mundanos ſe potius quā mundos uocarent. (Pauliani.) Pauliani a Paulo Samoſatheno exorti ſunt, qui dixit nō ſemper fuiſſe Chriſtum, ſed à Maria ſumpſiſſe initium. (Hermogeniani.) Hermogeniani ab Hermogene quodā uocati, qui materiam non naturam introducens, Deo non naturæ eam comparauit: matremq; elementorum Ideam aſſeruit: quos Apoſtolus (Gala. 4.) improbat elementis ſeruientes. (Manichæi.) Manichæi a quodam Perſa extiterunt, qui uocatus eſt Manes. Hic duas naturas & duas ſubſtantias introduxit. Id eſt bonam, & malam, & animas ex Deo, id eſt, quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit. Teſtamentū uetus reſpuūt, nouum ex parte recipiunt. (Anthropomorphitæ.) Anthropomorphitæ dicti pro eò quòd ſimplicitate ruſtica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrantur. ἄνθρωπος enim Græcè, Latinè homo interpretatur. Ignorātes uocem domini, qui ait, Spiritus eſt Deus, incorporeus eſt enim. (Ioan. 4.) Nec enim membris diſtinguitur, nec corporis mole cenſetur. (Heraclitæ.) Heraclitæ ab Heraclio authore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia reſpuunt, regna cælorum paruulos habere non credunt.

(Nouatiani.) Nouatiani a Nouato Romæ vrbis presbytero exorti: qui aduerſus Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus inuadere, hæreſim inſtituit, uoluit apoſtatas recipere, rebaptizans baptizatos. (Montani.) Montani hæretici dicti, quia tempore perſecutionis in montibus latuerunt: qua occaſione ſe a catholicæ eccleſiæ corpore diuiſerunt. (Hebionitæ.) Hebionitæ ab Hebione dicti, ſiue a paupertate. Chriſtum enim per prouectum ſolum

virum

virum iuſtum putant effectum. Vnde competenter Hebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati ſunt. Ii enim Iudæi ſunt, & ita tenent Euãgelium, ut legem carnaliter ſeruent, aduerſus quos Apoſtolus ad Galatas ſcribens inuehitur. Fotiniani à Fotino Gallogræciæ Smyrnæ epiſcopo nuncupati, qui Hebionitarum hæreſim ſuſcitans, aſſerunt Chriſtum ex Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe cõceptum. Aeriani ab Aerio quodam nuncupati ſunt. Ii offerri ſacrificium pro defunctis ſpernũt. Aetiani ab Aetio ſunt uocati. Iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico, Aetij diſcipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, diſsimilem patri aſſerentes filium, & filio Spiritum ſanctum: dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium. Origeniani ab † Origene authore exorti ſunt, dicentes quòd non poſsit uidere filius patrem, nec Spiritus ſanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccaſſe dicunt, & pro diuerſitate peccatorum de cælis uſque ad terram diuerſa corpora quaſi uincula meruiſſe, eaque cauſa factum eſſe mundum. Noetiani à quodam Noeto uocati, qui dicebant Chriſtum eundem eſſe & patrem, & Spiritum ſanctum, ipſamque trinitatem in officiorum nominibus, non perſonis accipiunt. unde & Patripaſsiani uocantur, quia patrem paſſum dicunt. Sabelliani ab eodem Noeto pullulaſſe dicuntur, cuius diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium, ex cuius nomine maximè innotuerunt. unde Sabelliani uocati ſunt. Ii unam perſonam patris & filij & Spiritus ſancti aſtruunt.

Arriani ab arrio Alexandrino presbytero exorti ſunt, qui coæternum patri filium non agnoſcens, diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit, cõtra illud quod ait Dominus: Ego & pater unum ſumus. Macedoniani à Macedonio epiſcopo dicti ſunt, negantes Deum eſſe Spiritum ſanctum.

Apollinariſtæ ab Apollinare uocati ſunt, dicentes Chriſtum corpus tantummodo ſine anima aſſumpſiſſe. Antidicomaritæ appellati ſunt, eò quòd Mariæ uirginitati contradicunt, aſſerentes eam poſt Chriſtum natum uiro ſuo fuiſſe commiſtam.

Metangi † nominati, ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος Græcè, uas dicitur. Aſſerunt enim ſic eſſe in patre filium, tanquam uas minus intra uas maius. Patriciani à quodam Patricio nuncupati ſunt,

Fotiniani. Aeriani. Aetiani. Eunomiani. Origeniani. † 3. ead. cauſa. q. 2 in fin. Noetiani. Patripaſsiani. Sabelliani. Arriani. Ioan. 10. f Macedoniani. Apollinariſtæ. Antidicomaritæ. † Metangiſmonitæ. ¶ Iſti ab Auguſtin. dic Coluthiani à

qui ſubſtantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt. Colliciani † à quodam Collicio nominati, qui dicunt Deum non facere † mala, contra illud quod ſcriptum eſt: Ego dominus creans mala. Floriani à Floriano, qui econtrario dicunt Deum creaſſe mala, contra hoc quod ſcriptum eſt: Fecit Deus omnia bona. Donatiſtæ à Donato quodam Aphro nuncupati ſunt, qui de Numidia ueniens totam penè Aphricam ſua perſuaſione decepit, aſſerens minorem patre filium, & minorem filio Spiritum ſanctum, & rebaptizans catholicos. Bonoſiani à Bonoſio † quodam epiſcopo exorti produntur, qui Chriſtum Dei filium adoptiuum non proprium aſſeruit. Circuncelliones dicuntur, eò quòd agreſtes ſint, quos Scototopicos uocant, ſupradictæ hæreſis habentes doctrinam. Ii amore martyrij ſemetipſos perimunt: ut uiolenter de hac uita diſcedentes, martyres nominentur. Priſcillianiſtæ à Priſcilliano uocati, qui in Hiſpania ex errore Gnoſticorum & Manichæorum permiſtum dogma compoſuit. Luciferani à Lucifero Smyrnæ epiſcopo orti, qui epiſcopos catholicos, qui inſtanti † perſecutione perfidiæ Arrianorum conſentientes erant, & poſteà correcti in cathedram † redire elegerunt, damnantes, ſiue quod prius crediderant, ſiue quod crediſſe ſimulauerant, (quos eccleſia catholica materno recepit ſinu, tanquam Petrum poſt fletum negationis) hanc illi matris charitatem ſuperbè accipientes, eos recipere nolentes, ab eccleſiæ communione receſſerunt, & cum ipſo Lucifero authore ſuo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. Iouinianiſtæ à Iouiniano quodam monacho dicti, nullas nuptarum & uirginũ eſſe diſtãtias, nullumq; aſſerentes inter abſtinentes & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimen.

Heluidiani ab Heluidio nuncupati uel nominati, qui dicunt poſt Chriſtum natum alios Mariam filios de ſuo uiro Ioſeph peperiſſe. Paterniani à Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici nuncupati, eò ꝙ in Arabia exorti ſunt dicentes animam cum corpore mori, atque in nouiſsimo utrunque reſurgere.

Tertullianiſtæ dicti à Tertulliano presbytero Aphricæ prouinciæ, ciuitatis Carthaginenſis, qui dicunt animã immortalem eſſe, ſed corpoream prædicantes: & animas peccatorum hominum poſt mortem in dæmo-

quodãColutho. Iſido. autem uocat Coliſthianos, à quodam Coluthio. [redacted] † Alias, creaſſe mala. Eſai. 45. a Gene. 1. b † Bonoſo. Circũcelliones. Priſcillianiſtæ. Luciferani. † Conſtãtij in Iſido. † Catholicam. Iouinianiſtæ. Heluidiani. Paterniani. Arabici. Tertullianiſtæ.

nes

nes conuerti putantes.

Teſſereſcedecatiſtæ.

Teſſereſcedecatiſtæ dicti, ꝙ quartadecima Luna Paſcha cū Iudæis obſeruare cōtendunt. Nam τέσσαρα quatuor δέκα decem ſignificat

Nyctages.

Nyctages à ſomno nuncupati, quod uigilias noctis reſpuant ſuperſtitionem eſſe dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuerit.

Pelagiani.

Pelagiani a Pelagio monacho exorti, ij liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt, dicentes ſufficere uoluntatem ad implenda iuſſa diuina.

Neſtoriani.

Neſtoriani à Neſtorio Conſtantinopolitano epiſcopo nuncupati, qui beatam Mariam uirginem non Dei, ſed hominis tantummodo matrem aſſeruunt: ut aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis, nec unum Chriſtum in uerbo Dei, & carne credidit: ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterum filium Dei, alterum filium hominis prædicauit.

Eutychiani.

Eutychiani dicti ab Eutyche Conſtantinopolitano abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere de duabus naturis: ſed ſolam in eo diuinam aſſeruit eſſe naturam.

Acephalitæ.

Acephalitæ dicti, id eſt, ſine capite. Nullus enim eorum reperitur author, ex quo orti ſunt. ij trium Calcedonenſium capitulorum impugnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unam in eius perſona naturam prædicant.

Theodoſiani. Gaianitæ.

Theodoſiani & Gaianitæ appellati a Theodoſio & Gaiano, qui temporibus Iuſtiniani principis, in Alexandria prouincia per populi peruerſi electionem una die ordinati ſunt epiſcopi. ij errores Eutychij & Dioſcori ſequentes, Calcedonenſe concilium reſpuunt, ex duabus unam in Chriſto naturam aſſerunt, quam Theodoſiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

Gnoitæ. † Agnoitæ.

Gnoitæ † & Tritoitæ à Theodoſianis exorti ſunt, ex quibus Gnoitæ ab ignorantia dicti, quia ad peruerſitatem à qua exorti ſunt, id adijciunt, quòd Chriſti diuinitas ignoret futura, quæ ſunt ſcripta de die & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonam in Eſaia loquentem, Dies iudicij in corde meo.

Eſai. 30. f Tritoitæ.

Tritoitæ uerò uocati, quòd ſicut tres perſonas in trinitate, ita quoque tres aſſerunt Deos eſſe, contra illud quod ſcriptum eſt, Audi Iſrael, dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Sunt autem & aliæ hæreſes ſine authore, & ſine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformem eſſe Deum, aliæ etiam Chriſti diuinitatem paſſibilem eſſe dicunt. Aliæ Chriſti de patre natiuitati, initium temporis dant. Aliæ liberationem hominum apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt. Aliæ animam, imaginem Dei negant. Aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcunque animalia exiſtimant. Aliæ de mundi ſtatu diſſentiunt. Aliæ innumerabiles mundos opinantur. Aliæ aquam Deo coæternam faciunt. Aliæ nudis pedibus ambulant. Aliæ cum hominibus non manducant. Hæ ſunt hæreſes aduerſus catholicam fidem exortæ, & ab Apoſtolis, & à ſanctis patribus uel concilijs damnatæ, quæ dum in ſe multis erroribus diuiſæ, inuicem ſibi diſſentiunt, communi tamē nomine aduerſus eccleſiam Dei conſpirant. Sed & quicunque aliter ſcripturam ſacroſanctam intelligit, quam ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, à quo conſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt.

Item Auguſtinus papa. †

Quare diuina prouidentia multos errare permittat.

CAN. XI.

6 IDeo diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, ut cum interrogant nos ea, quæ neſcimus, ſic diſcutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas cupiamus. Propterea Apoſtolus ait, Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant. Ij autem à Deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere.

† De ciuitate Dei lib. 16. cā. 19. in fi. & lib. 22. c. j. uide Guil. Occam in dialogis, fol. 180. ad de tex. ī. j. q. j. ſaluator.

CAVSA XXV.

SAncta Romana eccleſia quandam baptiſmalē eccleſiā ſuis muniuit priuilegijs, decimationes ſuæ diœceſis ex integro ſibi attribuens. Itē quoddā monaſteriū ſimiliter muniuit priuilegijs proprijs, decernens, ut ex proprijs prædijs nulli decimas perſolueret. Accidit itaque ut intra diœceſim præmunitæ baptiſmalis eccleſiæ præfatum monaſterium, alia emptione, alia donatione prędia ſibi inueniret, Oritur [a] itaq; cōtentio inter monachos & clericos de decimis.

SAncta Romana eccleſia. [a] Oritur. Primo inter epiſcopum & clericos. Secundo inter [1] clericos & monachos. & hæc eſt differētia iſtarū quæſtionū. Oſtendit ergo primo, qđ clerici non poſſūt ſe defendere cōtra epm per tale priuilegiū: & ad hoc inducitur

[1] De hoc loquit hęc prima qō. & hoc patet: ī. e. §. his ita. in fi. uerſ. clerici ergo. ſecundum Lauren.

cuntur omnia iſta cap. eo quod papa nō potuit dare tale priuilegium. Ioan.

Q Vod vero. Hæc q̄ō. diuiditur in duas partes, in quarū prima probat magiſter per xvj. cap. quod priuilegia eccleſiarū, ſ. per quæ firmāt ſtatus eccleſiæ non ſunt immutanda. Secunda ibi, Si ergo. Io. de Fant.

a C Onſidimus quod. Oportet. Hoc uerbum oportet, eſt uerbum honeſtatis. ſic ponitur xix. q̄ō. j. cap. j. ſicut hæc dictio debet, quandoque honeſtatem deſignat, ut extra de deſpon. impube. tua quandoq; eſt uerbum officij, ut xxv. diſtinct. unum. quandoque eſt uerbum neceſsitatis, ut iij. quæſt. ix. nō oportet. hoc ideo dico, quia princeps legibꝰ ſolutus eſt, ut ex. de electio. ſignificaſti. tamē honeſtum eſt, ut ſecundum leges uiuat, ut ff. de legat. iij. l. ex imperfecto. C. de teſtamen. ex imperfecto. Ioan.

b D Iuinis. Trina. Ter em̄ confeſſus eſt Chriſtū, ² ut oſtendat ſe corde, opere, & ore Chriſtum diligere. Ioan.

² Vt vj. q̄ō. j. imitare.

c Q Væ ad perpetuam. Nulla cōmutatione. Ex hoc patet, quod Papa non poteſt contra generale eccleſiæ ſtatutum diſpenſare, nec contra articulos fidei. nam etſi oēs aſſentiant ei, nō ualet ſtatutū, ſed omnes hæretici eſſent, ut xv. diſtin. c. ſicut. & ſic poteſt intelligi. ſ. ea. capitulo, ſunt quidā. & capitu. ſeq. ſed contra ſtatutum eccleſiæ quod non eſt ita generale, ſicut de cōtinentia ³ ſacerdotum, bene poteſt diſpenſare.

Papa in aliquibus nō diſpenſat.

³ Vide q legitur & not. ſ. lxxviij. di. cū in præterito.

d Nec ad priuatū communis utilitas, priuatæ præiudicat, ut ſeptima quæſtione prima. ſcias. & octaua, quæſtione prima. in ſcripturis.

N Vlli fas ſit. Sublimi-

1 *Nunc primū quæritur an clerici baptiſmalis eccleſiæ authoritate priuilegij decimas ſuæ diœceſis ex integro ſibi ualeant uendicare?*

2 *Secundò, an ſubſequēti priuilegio monachorū derogetur antiquioribus priuilegijs baptiſmalium eccleſiarum?*

QVAESTIO. I.

1 ps *Q Vòd uerò authoritate illius priuilegij decimas ſibi ex integro clerici uendicare non ualeāt, hinc probatur, quia decimæ iuxta decreta ſanctorum patrum, quadripertito diuiduntur. Quarū una pars epiſcopis, ſecunda clericis, tertia fabricis reſtaurandis, quarta uerò pauperibus eſt aſſignata. Decreta uerò ſanctorum canonum neminem magis quàm Apoſtolicum ſeruare oportet.*

Vnde Gelaſius papa ait:

Conſtitutionem ſynodi, quam uniuerſalis eccleſia probauit aſſenſus, Romanam ſedem ſeruare oportet.

CAN. I.

C Onſidimus, qđ nullus iam ueraciter Chriſtianus ignoret, uniuſcuiuſq; ſynodi cōſtitutū, qđ uniuerſalis eccleſiæ probauit aſſenſus, nullā magis exequi ſedem præ cæteris oportet, ᵃ q̄ primā: quæ & unāquanq; ſynodū ſua authoritate firmauit, & continuata moderatione cuſtodit.

Item Leo Papa.

Qui negligenter paſcit dominicum gregem ſibi commendatum, conuincitur ſummum non amare paſtorem.

CAN. II.

D Iuinis præceptis & Apoſtolicis monitis incitamur, ut pro omniū eccleſiarū ſtatu impigro uigilemus affectu: ac ſi quid unquā reprehenſioni inuenitur obnoxium, aut ab ignorantiæ imperitia, aut à præſumptionis uſurpatione reuocemus.

Admonente enim diuinæ uocis imperio, quo beatiſsimus Apoſtolus Petrus trina ᵇ admonitione † myſticis ſanctionib. imbuitur, ut Chriſti oues, qui Chriſtum diligit, paſcat, & ipſius ſedis, cui per abundantiam gratiæ diuinæ præſumus, reuerentia coarctamur, ut periculum deſidiæ (quantū poſſumus) declinemus, ne profeſsio ſummi Apoſtoli, qua ſe amatorem domini teſtatus eſt, non inueniatur in nobis: quia quoties quis negligenter paſcit dominicum gregem ſibi commendatum, toties conuincitur ſummum non amare paſtorem.

† Alias, trina repetitione.

Idem Anatholio epiſcopo.

Non debent ullo modo uariari, quæ ad perpetuam ordinantur quietem.

CAN. III.

Q Væ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt utilitatem, nulla ᶜ commutatione uarientur, nec ad priuatum ᵈ trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa † ſed manentibus terminis, quos cōſtituerūt patres, nemo iniuſtè uſurpet alienum, ſed intra fines proprios atq; legitimos, prout quiſque ualuerit, in latitudine ſe exerceat charitatis.

† Cōcor. l. ij. §. ſi quis municipalis. ff. ſi quis caut. & l. unica. §. ſi na. C. de ope. publ.

Item Hilarius papa.

Nulli diuinas conſtitutiones, & Apoſtolicæ ſedis decreta temerare licet.

CAN. IIII.

N Vlli fas ſit (ſine ſtatus ſui periculo) uel diuinas conſtitutiones uel Apoſtolicæ ſedis decreta temerare: quia nos qui potentiſsimi ſacerdotis adminiſtramus officia, talis tranſgreſsionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti: quia meminimus quòd timere debemus qualiter comminetur Deus negligentiæ ſacerdotum. † Si quidem maiori reatu delinquit, qui potiori honore fruitur: & grauiora facit uitia peccatorum ſublimi-

† Cōcor. tex. i l. nemo. C. de epi. & cle. & in l. moris. §. iſte fere. ff. de pœnis.

tis [i] peccantium.

Item Damaſus Papa.

In ſpiritũ ſanctum blaſphemãt, qui ſacros canones uiolãt.

CAN. V.

VIolatores canonum uoluntariè grauiter a ſanctis patribus iudicantur, & a ſancto ſpiritu, inſtinctu cuius ac dono dicati ſunt damnãtur: quoniã blaſphemare [b] ſpiritum ſanctum non incongruè uidentur, qui contra eoſdem ſacros canones nõ neceſsitate compulſi, ſed libẽter (ut præmiſſum eſt) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere uolentibus ſpontè conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè unũ genus eſt blaſphemantium ſpiritũ ſanctum: quia (ut iam prælibatũ eſt) contra eum agit, cuius nutu † & grã ſancti canones editi ſunt.

Item Vrbanus Papa.

In quibus Romano pontifici, licet nouas condere leges.

CAN. VI.

SVnt quidam † dicentes Romano pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges: quod & nos non ſolum non negamus, ſed etiam ualde affirmamus. Sciendum uerò ſummopere eſt, quia inde nouas leges cõdere poteſt, unde euangeliſtæ aliquid & prophetæ nequaquam dixerunt. Vbi uerò apertè dominus uel eius Apoſtoli [c] & eos ſequẽtes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouã legem Romanus pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt, uſque ad animam & ſanguinem cõfirmare debet. Si enim quod docuerunt Apoſtoli & prophetæ deſtruere (quod ab ſit) niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur: ſed hoc procul ſit ab eis, qui ſemper domini eccleſiam contra luporum inſidias optimè cuſtodierunt.

Item Zoſimus Papa.

Apoſtolicæ ſedis authoritas contra ſanctorum ſtatuta aliquid condere non ualet.

CAN. VII.

COntra ſtatuta [d] patrum cõdere aliquid uel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt [e] authoritas. Apud nos enim inconuulſis radicibus uiuat antiquitas, cui decreta patrum ſanxere reuerentiam.

Item Marcellus Papa.

Stare non ualet, quod contra euangelicam uel propheticam doctrinam ſeu conſtitutionem factum fuerit.

CAN. VIII.

OMne quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit eccleſia. & ĩ. Iniuſtum [f] iudicium & diffinitio iniuſta regio metu uel iuſſu a iudicibus ordinata non ualeat. Nequaquam, quod contra euangelicam, uel propheticam, uel apoſtolicam doctrinam conſtitutionémve eorum ſiue ſanctorum patrum actum fuerit, ſtabit: & quod ab infidelibus [g] uel hæreticis factum fuerit, omnino caſſabitur.

Item Hormiſda Papa.

A ſtatutis patrum non deuiare, & fidei regulam cuſtodire, prima ſalus eſt.

CAN. IX.

PRima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire, & a conſtitutis patrum nullatenus deuiare.

Item Pelagius Papa Childeberto regi. [i]

Profitetur Pelagius Papa tomum ſui deceſſoris per omnia ſeruare.

CAN. X.

SAtagendum eſt, ut pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo obſequium confeſsionis noſtræ legibus religionis miniſtremus, quibus nos etiam ſubditos [h] eſſe

---

Crimen per dignitatem augetur.

[a] Sublimitas. Crimen enim augetur per dignitatem, ut al. diſtiu. homo. & ff. de re milit. omne delictum. §. ij. Ioan.

[b] VIolatores. Blaſphemare. Imo eoipſo uidetur excommunicatus & hæreticus, ut xix. diſtinct. nulli. & ĩ. eadem cap. generali.

[c] SVnt quidam. Apoſtoli. Hic uidetur quod papa non poſsit diſpẽſare contra Apoſtolũ uel dominum. qualiter ergo Martinus diſpẽſauit cũ bigamo contra Apoſtolum, ut xxxiiij. diſt. lector? [i] Item cum canon Apoſtolorũ dicat, presbyter ſi fornicatus fuerit, deponat lxxxj. diſt. presbyter. quomodo ergo Gangrenſe conciliũ diſpenſat in tali caſu, ut diſtinct. lxxxij. presbyter. Item contra dominum diſpẽſauit qui dixit, Vouete & reddite. & tamen abſoluit a iuramento & a uoto. xv. quæſt. vj. iuratos. extra de uoto & uoti redempt. per totum. Satis poteſt ſuſtineri, quòd papa contra Apoſtolũ diſpenſat, nõ tamen in his quæ pertinẽt ad articulos fidei eodem modo diſpẽſat in euangelio interpretando ipſum. extra de teſti. licet. in fin. Item non eſt uera diſpenſatio, quæ fit in uoto peregrinationis, quia non dicitur uouens liberari ab illa obligatione, ſed potius dicitur in melius commutari, ut extra de iureiurand. peruenit. ſed circa uotum continentiæ forte non poſſet diſpẽſare, [l] quia uix inueniretur melius in quod poſſet commutari, ut extra de ſtatu re. cum ad monaſterium. in fi. Io. Quicquid dicat Io. quãdoque diſpenſat Papa contra generale ſtatutũ eccleſiæ ſicut fecit in Latera. cõcilio generali Innocentius, ut extra de conſangui. & affini. non debet. licet contra articulos fidei non diſpenſet: j. quæſt. vij. & ſi illa. Barthol.

[redacted]

[i] Alias, iuſſu.

Papa utrũ poſsit contra apoſtolum diſpẽſare.

[k] c. Sunt quidã, ſ. adulatores de quibus ... uerit ... Ioã. ... po ... ecl. ... commendatio. Io.

[l] Cõtrariũ nota. ĩ. ea. q. g. ad perpetua. in gl. j. ſed nõ ẽ contra ſi bene uideatur.

Continentia in melius.

[redacted]

[d] COntra ſtatuta. Scilicet ut dictum eſt de articulis fidei. ĩ. c. proximo.

[e] Poteſt. Supple de facto uel de iure.

[f] OMne. Iniuſtum. ĩ. xj. quæſt. ij. c. iniuſtũ.

[g] Ab infidelibus. Argu. quod id quod fit ab intruſo, nõ ualet ut xj. qõ. ij. alienationes. de conſec. diſt. j. hic ergo. Argu. contra. j. qõ. j. ſi quis a pſeudo epiſcopis.

[h] SAtagendum. Subditos. Argum. quod papa ſubeſt Imperatori. intelligo quo ad hoc qđ ſua eccleſia dat tributa forte Imperatori.

[redacted]

[i] Childeberto francorũ regi, ſeu eius legato Pelagius rationem fidei ſuæ reddebat: dixiſ ... ad edictũ Hẽri. xi pãrt. ij. glo. xvi.

ſacræ ſcripturæ præcipiunt. Veniens etenim Rufinus, uir magnificus, excellentiæ ueſtræ legatus, confidenter à nobis (ut decuit) poſtulauit quatenus uobis, aut beatæ recordationis Leonis papæ tomum a nobis, per omnia conſeruari ſignificare debuiſſemus, aut proprijs uerbis noſtræ cõfeſsionem fidei deſtinare. Et primam quidẽ petitionis eius partẽ quia facilior fuit, mox (ut dixit) impleuimus, noſque in omnibus præſulis tomum, pro catholicæ fidei aſſertione conſcriptum, Deo propitio cuſtodire, manus noſtræ ad uos profeſsione ſignificauimus.

Vt autem nullius deinceps (quod abſit) ſuſpicionis reſideret occaſio illam etiam aliam partem, quam memoratus uir illuſtris admonuit, facere maturaui, ſcilicet proprijs uerbis cõfeſsionem fidei, quam tenemus expoſui.

Item Adrianus papa.

Anathema apud Deum fiat, qui cenſuram Romanorum põtificum uiolat.

CAN. XI.

Generali decreto cẽſemus & conſtituimus, ut execrandum † anathema ſit, [a] & uelut præuaricator fidei catholicæ ſemper apud Deum reus exiſtat, quicunq; regum ſeu epiſcoporũ uel potentum, deinceps Romanorum pontificũ decretorum cenſuram in quoquam crediderit, uel permiſerit uiolandam.

Item Damaſus papa Stephano archiepiſcopo.

Non licet alicui epiſcopo contra Romanorum pontificum decreta aliquid agere.

CAN. XII.

Omnia decretalia [b] cunctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis ordinibus & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ita ab omnibus epiſcopis ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus: ut ſi quid in illa commiſerint, ueniam ſibi honoris deinceps nouerint denegari.

Item Gregorius. †

Non communicet ſacris altaribus, qui neſcit ſacris obedire canonibus.

CAN. XIII.

Hac conſona ſanctis patribus diffinitione ſancimus, ut qui ſacris obedire canonibus neſcit, [c] nec ſacris miniſtrare altaribus, nec communionem capere ſit dignus.

Item ex concilio Calcedonenſi.

Obſeruanda ſunt regulæ à ſanctis patribus in ſynodo ſtatutæ.

CAN. XIIII.

A Sanctis patribus in unaquaque ſynodo uſque nunc prolatas regulas tenere ſtatuimus.

Item Gregorius ad Montanum & Thomam. †

Voluntatem & ſtatuta ſuorum deceſſorum cuſtodiant, qui ſua ſeruari uolunt.

CAN. XV.

Iuſtitiæ ac rationis ordo ſuadet, ut qui à ſucceſſoribus ſua mandata ſeruari deſiderant, deceſſoris ſui proculdubio uolũtatem & ſtatuta cuſtodiant.

Item Leo papa quartus.

Contra ſtatuta ſanctorum patrum agit, qui ea non ſeruat intacta.

CAN. XVI.

Ideo permittente domino, paſtores hominum ſumus effecti, ut quod patres noſtri, ſiue in ſanctis canonibus, ſiue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippe ſaluberrima agimus inſtituta, ſi qđ ipſi diuino ſtatuerunt conſulto, intactum non conſeruamus.

Si ergo primam ſedẽ ſtatuta cõciliorum præ omnibus obſeruare oportet, & ſi pro ſtatu omnium eccleſiarum neceſſe eſt illam impigro uigilare affectu, ſi ea quæ à Romanis põtificibus decreta ſunt, ab omnibus obſeruari cõuenit, ſi illi qui neſciũt ſacris obedire canonibus, altaribus miniſtrare nõ debent, patet, quod cõtra ſtatuta ſanctorũ canonum quibus ſtatus eccleſiarum uel confundantur, uel perturbentur, priuilegia ab Apoſtolico concedi non debent.

His ita [d] *reſpondet, ſacroſancta Romana*

---

[f] Imperatori: ut extra de cenſi. omnis anima. & xj. q. j. cap. magnum. & c. ſi tributum. xxiij. q. viij. tributum. Nam alias omnes principes ſub ſunt epiſcopis: ut extra de maio. & obe. omnes principes. Io. de Fan.

[a] Generali. Sit Id eſt. fiat. Nã hæc uerba ſit & fiat, reſpiciunt quandoque futurum tempus: ut ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. deinde. Ioan.

[b] Omnia decretalia. Hoc c. hic attribuitur Damaſo, alias Leoni: ut xix. diſt. c. j. uerſicu. quoniam. Io. de Fan.

[c] Hac conſona. Neſcit. i. contẽnit, uel loquitur de ignorantia iuris, quæ quibuſdã eſt dãnabilis. ut xxxviij. diſt. c. ſi in laicis. Io. de Fant.

Ideo permittente. Si ergo primam. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua primo infert ex præcedentibus. ſubſequenter uenit ad diuerſas ſolutiones. Io. de Fantu.

[d] His ita. Prima ſol. magiſtri occupat primam columnã, ſecũda ſecundã prima talis [g] eſt: quia dominus ſicut ſoluit legẽ quam dederat, ſic & papa poteſt, Secunda hęc eſt quod canones ita intelliguntur ſtatuti, ut ſemper authoritas Romanę ſedis ſit excepta.

Alliga-

[a] Vel dic quòd potuit eſſe utriuſq;. c. ſicut & alias. ẽ. j. q. j. de cætero. de cõſec. diſtin. j. in conſulto. in ſubſcriptione utriuſq; c. patet.

[g] Sub. q̃ nõ multũ ualet. La.

† Alias, execrandus.

† lib. ij. epiſtola. 4. ſeu ca. 46. ad Io. epiſcopum.

† Epiſtola 112. li. 5. uide Lodoui. Gomeſ. in 6. decretalium fol. 77.

a Alligatur. Vt extra. de ele. cap. ſignificaſti.
b Solis. De hoc no. ſ. xj. queſtio. j. §. ex his.
c Intelligēda ſunt ſic extra de iureiuran. uenientes.
d Ait. ſ. diſt. 100. cōtra morem.
e Priuilegio. ſ. diſt. iij. priuilegium.

Ob reliecleſia, ius, et authoritatē ſacris canonib. impertiꝛ: ſed non eis alligaꝛ. a Habet. n. ius cōdēdi canones: utpote quę caput eſt, et cardo oīum eccleſiarū à cuius regula nemini diſſentire licet. Ita ergo canonib. authoritatē pſtat, ut ſeipſā nō ſubijciat eis.

Lucæ 1. f Sed ſicut Chriſtus, q legē dedit, ipſam legem carnaliter impleuit, octaua die circunciſus, quadrageſima die ī tēplo cū hoſtijs eſt præſentatus: ut ipſe ī ſeipſo eā ſanctificaret, poſt

Matt. 8. a ea uerò, ut ſe dñm legis oſtenderet, cōtra le

Mat. 12. a gis literā leproſū tāgēdo mūdauit. Apoſtoli quoq; cōtra literā ſabbati p ſata pter grediētes ſpicas uellētes et cōfricātes manibus ſuis, pbabili exēplo Dauid, & circūciſionis et tēpli excuſauit, dicēs: Nō legiſtis quid fe

1. Re. 21. b cerit Abimelech, quādo uenit ad eū Dauid, et dedit ei panes ppoſitionis, de quib. non licebat edere, niſi ſolis b ſacerdotibus, & co

Leui. 12. d medit ipſe, & pueri eius? Itē octaua die, ſe-

Leui. 12. d Mat. 12. a cundū legē puer circūcidiꝛ: & uos in Sabba

Lucæ 6. b to circūciditis hoīem. Itē cū iuge holocauſtū ex lege offeraꝛ, cū maſculus xl. fœmina uerò lxxx. die ab ortu ſuæ natiuitatis ſecūdum legis imperium cum hoſtijs in templū præſentaretur: unde ſacerdotes offerentes hoſtias in templo literam ſabbati ſoluunt, & ſine crimine ſunt. Tunc filius hominis multò magis ualet ſoluere literam le-

Matt. 7. d gis, qui eſt etiā dominus ſabbati Hinc etiā dicitur de eo, Erat Ieſus docens in templo, tanquam poteſtatē habēs, id eſt, tāquā legis dominus addēs moralibus ea quæ deerāt ad perfectionem: umbram figuralium in lucē ſpiritualis intelligētiæ commutans, non tanquam ſcribæ eorū, qui litera legis adſtricti non audebant aliquid addere, uel commutare. Sic et ſummę ſedis pontifices canonibus, ſiue à ſe, ſiue ab alijs ſua authoritate conditis, reuerentiam exhibent, et eis ſe humiliādo ipſos cuſtodiunt, ut alijs obſeruandos exhibeant. Nonnunquam uerò, ſeu iubendo ſeu diffiniendo, ſeu decernendo, ſeu aliter agēdo, ſe decretorū dominos et cōditores eſſe oſtēdūt. In pmiſsis ergo capitulis, alijs imponitur neceſsitas obſequēdi, ſummis uerò pontificibus oſtenditur ineſſe authoritas obſeruādi ut à ſe tradita obſeruādo alijs nō cōtēnēda, demōſtrēt, exēplo Chriſti, qui ſacramēta, quæ eccleſiæ ſeruanda mandauit, primū in ſeipo ſuſcepit, ut ea in ſeipſo ſanctificaret. Oportet ergo primā ſedem (ut diximus) obſeruare ea, quæ decernendo mādauit, non neceſsitate obſequēdi, ſed authoritate impēdiēdi. Licet itaq; ſibi cōtra generalia decreta, ſpecialia priuilegia indulgere, & ſpeciali beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto. Quanquā ſi decretorū intentionē diligēter aduertamus, nequaquā cōtra ſanctorum canonum authoritatē, aliquid concedere inueniatur. Sacri ſiquidē canones ita aliquid cōſtituūt, ut ſuæ interpretationis authoritatē, ſanctæ Romanæ eccleſiæ reſeruēt. Ipſi nanq; ſoli canones ualent interpretari, qui ius condendi eos habent. Vnde in nonnullis capitulis conciliorum, cū aliquid obſeruādū decernitur, ſtatim ſubinferꝛ: Niſi authoritas Romanæ eccleſiæ aliter fieri imperauerit, uel ſaluo tamē in omnibus iure ſanctæ Romanæ eccleſiæ: uel, ſalua tamen in omnibus Apoſtolica authoritate. Quæcunq; ergo de decimis, uel quibuſlibet eccleſiaſticis negotijs ſacris canonibus diffiniūtur, intelligēda ſunt c neceſſaria ſeruari, niſi authoritas Romanæ eccleſiæ aliter fieri mandauerit, uel pmiſerit. Cū ergo aliqua priuilegia ab Apoſtolico aliquib. cōcedunꝛ. etſi cōtra generalē legē aliquid ſonare uideātur, nō tamē cōtra ipſam aliquid cōcedere intelligūtur, cùm ipſius legis authoritate & priuilegia ſingulorū penes matrem omnium eccleſiarum reſeruentur. Neque enim priuilegia aliquibus cōcederentur, ſi præter generalem legē nulli aliquid ſpeciale indulgeretur. Priuilegia nanque dicuntur, quaſi priuata legia, eò quòd priuatā legem ſingulis generent. Quàm diffinitionem Greg. innuens ait, d Si hoc neque conſuetudine generali, neque priuilegio e uendicas, reſtat te uſurpare quod

Priuilegia unde dicantur.

a Ob religionis. xij. q. ij. religioſam.
b Neceſſitatis. xxxv. quæſtio. iij. quædam lex. ADDITIO. Et cap. quod ſcripſi. uide quod no. vij. q. j. non autem. & cap. petiſti.
c Obſequij. j. q. j. ſunt nonnulli. & xxiij. diſtin. communis. Ioan.

ſeciſti. Item Hierony. in expoſitione Ionę: Priuilegia ſingulorũ nõ poſſunt legem facere communẽ. Valet ergo (ut ex præmiſſis colligitur) ſancta Romana eccleſia ſuis priuilegijs, quoſlibet munire: & extra generalia decreta quędam ſpeciali beneficio indulgere: conſiderata tamen rationis ęquitate: ut quæ mater iuſtitiæ eſt, in nullo ab ea diſſentire uideatur: ut priuilegia uidelicet quæ ob religionis,[a] uel neceſſitatis,[b] uel exhibiti obſequij[c] gratiam cõceduntur, neminẽ releuãdo ita diuitẽ faciãt, ut multorũ detrimenta non circunſpiciẽdo, in paupertatis miſeriam nonnullos deijciãt. Illud uero Apoſtoli ad memoriã reuocãtes, qđ ad Corinthios ſcribẽs ait, Non. n. uolumus ut alijs ſit remiſſio, uobis aũt tribulatio. Cui ſacra lex principũ concordans ait: Reſcripta cõtra ius elicita, ab omnib. iudicib. ꝑcipimus refutari: niſi forte aliqd eſt, quod nõ lędat aliũ, & proſit petẽti, uel crimẽ ſupplicantib. indulgeat. Itẽ cõſtitutio Impatoris ad populũ. Nec dãnoſa fiſco, nec iuri contraria poſtulari oportet. Clerici ergo huius baptiſmalis eccleſiæ, priuilegij authoritate muniti, ſuæ diœceſis decimas ſibi ex integro uendicare ualẽt: niſi forte ſumma neceſſitate epi cogãtur ad quartam ſuã accipiendã, & illi ſuperabũdare mõſtrentur.

QVAESTIO II.

Vòd aũt antiquioribus priuilegijs, ſubſequentibus derogari nõ poſſit, authoritate Anacleti ꝓbatur: qui ſcribẽs omnibus epiſcopis, et reliquis Chriſti ſacerdotibus ait:

Eccleſiarum priuilegia com

Qvod ante. Videndũ qs poſſit dare priuilegiũ, & quod priuilegiũ præiudicet alij. dicũt plerique quod ſolus papa poteſt dare priuilegiũ in præiudiciũ alterius. xij. q. ij. bonæ rei. & ix. q. iij c. conqueſtus. de conſecra. diſt. iij. pronũtiandũ. i co. diſt. cõtra morem. cũ enim priuilegiũ dicatur quaſi lex priuata, ut ĩ. diſt. iij. priuilegia. & ſolus prĩceps canones & leges & iura cõdat: ergo ſolus ille (ut dicũt) dat priuilegiũ. Hoc tamẽ negari nõ poteſt quin epiſcopi etiam dent priuilegia: ut extra de his quæ fi. à præla. quãto. extra de ſent. & re iud. cũ inter uos. ſed nõ poteſt in præiudiciũ aliorum:[2] ut dicũt: quia ſolus princeps auferre poteſt[3] ius unius, & dare alteri: ut ix. q. iij. nunc uero. & c. per principalem. & extra de cõceſ. præben. & ecc. non uacant. quia diuerſitatem. & C. de quadr. præſcrip. bene à Zenone. Sed certe hoc non eſt uerum. nam epiſcopus poteſt dare extra baptiſmalẽ eccleſiam decimas: ut xv. q. j. ſtatuimus. Item epiſcopus poteſt detrahere uni eccleſiæ, & dare alteri: ut extra de exceſ. præla. c. ſicut unire. & poteſt in totũ eximere aliquam eccleſiam: ut extra de cenſi. cum uenerabilis. Item auferre poteſt eccleſiæ priuilegium eligendi: ut extra de conſue. cum dilectus. Item poteſt eximere eccleſiã à iure procurationis: ut extra de cenſi. ſopitæ. hoc autem priuilegium confert epiſcopus cum conſenſu capituli ſui: ut extra de do. paſtoralis. Datur autem priuilegium quandoque perſonæ, quandoque rei: ut ix. q. iij. cõqueſtus. Si priuilegium datur perſonæ, perſonam non tranſgreditur: ut inſti. de iure. nat. gẽ. & ciui. §. plane. xvj. q. j. hinc etiam. & ff. de re. iu. priuilegia. vij. q. j. non autem. & cap. petiſti. Et reale eſt, quod loco conceditur, & perpetuum eſt. xvj. q. j hinc etiam. & ff. de iure immu. l. j. extra de offi. deleg. quoniam abbas. In dubio autem ſemper præſumitur priuilegium potius perſonale quam reale; ut extra, de inſti. cum uenissent. quia res de facili ad ſuã reuertitur naturam. ff. de pact. ſi unus. §. quod & in ſpecie dotis. non enim dicitur ob hoc perſonale, ꝙ ſola inſeritur perſona: ut ff. de pact. iuris gentium. §. pactorum. & l. tale pactum. Itẽ hæc eſt differentia inter priuilegium & confirmationẽ, quia in cõfirmatione nihil noui iuris datur: ut extra de confir. cũ dilecta ſecus eſt in priuilegio. Item in cõfirmatione nihil ponitur, uel affirmatur, ſed totum conditionaliter intelligitur: ut extra de cõceſ. præben. quia diuerſitatẽ. ſed in priuilegijs omnia uerba ponũtur, & certũ ibi aſſeritur: ut extra de uerb. ſigni. abbate. Nũc uidendũ eſt ꝙ priuilegiũ derogat alij. Dicũt quidam ꝙ ſemper ſecũdum derogat primo, etiã ſi nõ faciat mentionem primi: ut extra de reſcrip. ex parte. & hoc ea ratione uidetur, quia cum priuilegium ſit ius, ſed unum ius derogat alij, licet non faciat mentionẽ primi: ut extra de cog. ſpi. c. ij. ſed iſtis ob. extra de off. iud. deleg. ex parte. ubi priuilegium ſecundũ nõ derogat primo, cũ nõ faciat mẽtionẽ eiꝰ. Item nec priuilegiũ præiudicat cõfirmationi, niſi faciat mẽtionem illius priuilegij: ut extra de his quæ fi. à præla. cum uos. Item nec tranſactioni præiudicat confirmatio: ut extra de deci. ex multiplici. Item nec priuilegium præiudicat conſuetudini, niſi faciat mentionem eius: ut extra de preb. relatum. Itẽ nec ualet priuilegium, niſi faciat mentionem conſtitutionis factæ à capi. ut extra de reſcrip. conſtitutus. nec ualet appellatio niſi faciat mentionem ſententiæ: ut extra de fid. inſtru. inter. ultra medium. Et ſic propter iura allegata concedi poteſt ꝙ idem ſit in priuilegijs quod in reſcriptis: niſi ubi ſecundum faciat mẽtionem primi, ꝙ nõ ualeat: ſiue ambo priuilegia ſint generalia, ſiue ambo ſpecialia. ſed ſi unum ſit ſpeciale, aliud generale, ſpeciale ſemper præiudicat, licet non faciat mẽtionem generalis: ut extra de reſcri. c. j. & ca. paſtoralis. licet. ſit arg. contra. ĩ. c. in Galliarum.[4] quia in toto iure derogatur generi per ſpeciem: ut ff. de reg. iur. in toto. Sed certe aliud eſt in reſcriptis quam in priuilegijs: quia ſecundum reſcriptũ ſpeciale derogat primo generali. Nam per generale reſcriptum non datur iuriſdictio: ut patet in illa decre. paſtoralis. in fin. extra

1 Priuilegiũ à quibus poteſt dari. Adde hic Archi. qui dicit qđ princeps ex certa ſciẽtia, & ſine clauſula nõ obſtãte poſſit auferre mihi ea q ſunt iuris ciuilis. de qua materia uide ꝑ Bar. ĩ. l. fi. C. ſi cõtra ius uel utili. & plene ꝑ eundem Bar. in extrauagant. ad reprimendũ in uer. nõ obſtantib. ꝑ docto. in ca. nulli. & reſcri. ꝑ Bal. in l. fin. C. ſenten. reſcin. & in l. eam quã in xij. coll. C. de fideicõ. & in præludijs feudo co. 14. per Imol. in l. fi. ff. quib. appel. nõ licet. & in l. quidam cõſulebat de re iudi. & ꝑ Paul. de Caſtr. in l. ſi quãdo ĩ prin. C. de inoff. teſt.

2. Cor. 8.

2 Hoc eſt expreſſũ ſecũdum Ala Vin. & Phi. extra de exceſ. præla. c. j. & c. ad hoc. & ibi de hoc.

3 Intellige quãdo cauſa ſub eſt: alias nõ debet prout no. ĩ. 22. di. c. 1. ĩ gl. nec papa. & facit qđ no. x. diſt. c. j. in gl. arg. quod, &c.

4 In ordinario loquitur.

[illegible]

eo.ad hæc.& ideò de facili tollitur. ſed per priuilegiũ quantuncunq; generale ſtatim cõſequitur ſuũ ius plenum. unde poteſt dici ꝙ nunquam ſecundum ſpeciale priuilegiũ deroget primo generali, niſi faciat ipſi mentionem. ; ex̃.de reſcrip. nõnulli.& de præſcrip. uenientes.ſed in ſtatu cis quandoque anti quũ præiudicat nouo:ut 50.diſt.domino ſancto Itẽ in dubio potius pręſumo non reuocatũ prius priuilegium quã reuocatũ:ut ff. de ma. teſt. ſi peculiũ.ff.de donat. inter uirũ & uxor. cũ hic ſtatus. §. pœnitẽtiam. Nec obſt.ff.de priui. credi.priuilegia.ubi dicitur ꝙ priuilegia non eſtimantur ex tempore,ſed ex cauſa:quia ibi loquitur de priuilegijs, quæ creditor uult habere, ex eo quod prius mutauit pecuniam.

a P Riuilegia. Tẽporibus.Iſtud põt intelligi de generalibus ſtatutis. Nam in nullius perſona omittendũ eſt, & c.lxj.diſtin. miramur. Item poteſt intelligi ď priuilegijs datis à principe. nã priuilegium quod a Deo uel à principe datur,decet eſſe mãſurum, omnis malitię, ac diminutionis cõtrarium in auth. coll. vi. conſtitutio quæ de dignitatib⁹. in ſi. Si uero perſona impetrãs obuiat priuilegio impetrato,ſtatim euaneſcit: ut extra de conſtit. cum M. Ferrarien. Item ſi non proteſtatur, priuilegium ſuũ expirat ſpatio quadraginta anno. ut extra de priuile. accedentibus. ſed ſi non eſt opus proteſtatione,cum ſit priuilegiũ ad excipiendum, perpetuũ eſt: ut ff.de doli.excep. pure.ſi uero eſt priuilegium ad faciendum, uidetur quod ſpatio x.ann.extinguatur:ut ff.de nundin.l.j.

b Et peregrina. id eſt, ferri candentis. ij.qõ.v. conſuluiſti. uel iudicis non ſui. ij.quæſtio.v.peregrina. Ioan.

Priuilegiũ debet eſſe mãſurum.

j. reſpõſionum ad interrogationes Auguſti.

Hoc id eſt quia q. nundinas impetrat, facit in ſp

ctis temporibus intemerata ſeruentur. CAN. I.

i P Riuilegia eccleſiarum & ſacerdotũ, intemerata & inuiolata cunctis decernimus manere temporibus, a & leges eccleſiæ Apoſtolica authoritate firmamus: & peregrina b ſubmouemus iudicia.

Item Leo papa Martiano Auguſto.

Nec nouitate mutari, nec probitate conuelli, eccleſiarum priuilegia debent.

CAN. II.

ij P Riuilegia c eccleſiarum & monaſteriorum, ſanctorum patrũ authoritate inſtituta, nulla poſſunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari:in quo opere (auxiliante Chriſto) fideliter exequẽdo neceſſe eſt huius ſanctæ ſedis põtifices perſeuerantem exhibere famulatum: diſpenſatio enim nobis credita eſt: & ad noſtrum reatum tẽdit, ſi paternarum regulæ ſanctionum nobis conſentientibus,uel negligentibus uiolentur.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo. †

Priuilegio ſua dignitatis aliquis eccleſiã exuere non debet.

CAN. III.

I N Galliarum d epiſcopos nullam tibi authoritatẽ tribuimus,quia ab antiquis prædeceſſorum noſtrorum temporibus,pallium e Arelatenſis eccleſiæ epiſcopus accepit: quem nos priuare authoritate percepta minimè debemus. Si ergo contingat ut fraternitas tua ad Galliarum prouincias tranſeat, & aliquid ex authoritate agendum fuerit,cum prædicto Arelatenſi epiſcopo f agatur, ne prætermitti g poſsit hoc quod antiqua patrum inſtitutio inuenerit. Britannorum h uerò omnes epiſcopos tuæ fraternitati committimus: ut indocti doceantur, & infirmi perſuaſione roborentur.

Itẽ Felici epiſcopo. †

Statuta apoſtolicorum prædeceſſorum Apoſtolicus deſtruere non debet.

CAN. IIII.

S I ea deſtruerem quæ anteceſſores nri ſtatuerunt, nõ conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè conprobarer, teſtãnte ueritatis uoce, quæ ait: Omne regnũ in ſeipſo diuiſum non ſtabit: † & omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa i deſtruetur.

Item Leo papa.

Metropolitanus dignitatis ſibi tradita antiquitus ius intemeratum obtineat.

CAN. V.

I Gitur ſecundum ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos,metropolitanos ſingularum prouinciarum epiſcopos, quibus ex delegatione k noſtra, fraternitatis tuæ cura protenditur, ius traditum ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus:ita à regulis præſtitutis, nulla

c P Riuilegia. j.de conſecra. diſtinctio.iij. celebritatem.

d I N Galliarũ. pluraliter dicit, quia tres ſunt Galliæ,Braccata,Togata,& Comata.

e Pallium. ĩ. viij. q.iij. Arealdus.contra. ubi dicitur ꝙ Arelaten.ſit ſuffraganeus Narb. ſed fortè duo ſunt Arelat. uel altera literarum eſt falſa uel corrupta.

f Epiſcopo. quem conſtituit ibi legatum, uel ſuppoſuit ei omnes epiſcopos Britanniæ.

g Prætermitti. ergo legatus inconſulto epõ loci nõ põt iudicare clericos ipſius, niſi ad epm appellet: ut hic,& xj. q.j.peruenit. ꝙ põt admitti. Nec obſt. extra de offi. leg.cũ non ignoretis. nã ille non ſolum fuit legatus,ſed etiam metropolitan⁹: & ideo nihil pfuiſſet ei ius legatiõis, ſi hoc ius nõ habuiſſet. Ioan. contrariũ credo, cũ illa decre. cum non ignoretis. indiſtincte loquatur. B. Itẽ uidetur hic ꝙ princeps poſteriorẽ legatũ dando non uidetur prohibuiſſe legatũ priorem, ſicut eſt in tutoribus: ut C. de teſta. tut. l.ij. ſimiliter not. vij.q. j.non autẽ. ſecus in procuratoribus: ut ff.de procur. ſi quis cum. §. ultimo.

h Britannorũ. contra.ĩ iij. qõ.vj. hæc quippe.ſed duæ sũt Britanniæ. Anglia enim maior Britannia dicitur.

i S I ea deſtruerẽ Diuiſa. Ar.cõtra teſtes ſibi cõtrarios,& cõtra reſcripta oĩa ſibimet contraria: ut xxiij. qõ. vij.qđ aũt.C.de fid. inſtr.ſcripturæ. iiij. qõ.iij.qui falſo. extra de ſent. & re iudi.cum olim.

k I Gitur ſecundũ. Delegatiõe.uidetur ergo ꝙ legatam poteſtatem habeat delegat⁹,& nõ ordina.

iudicium multorũ. unde breuiori tempore amittitur, cũ ſit odioſum: locus ſi ſit pjudiciũ ſingularis pſonæ: quia tunc perẽne eſt. C. de diuer. reſcrip. l. a. Ioan.de Fant.

Gallia eſt triplex.

Legatus an poſsit clericos epiſcopi loci iudicare.

† Epiſtola. 3 [illegible]

Legatus poſterior an reuocet priorẽ.

Luce.11.b.

† Alias. deſolabitur.

Britãnia eſt duplex.

Legatus quam poteſtatẽ habeat.

aut negligentia aut præſumptione diſcedant.

Item Hormiſda Papa.

Priuilegia metropolitanorũ inconcuſſa ſeruari oportet.

CAN. VI.

SEruatis [a] priuilegijs metropolitanorũ, uices uobis Apoſtolicæ ſedis delegamus: ut inſpectis [b] iſtis: ſiue ea q̃ à nobis ſunt nuper mandata ſeruentur: ſiue ea quæ de eccleſiaſticis cauſis tuę reuelationi cõtigerit nũtiari, ſub tua nobis inſinuatione [c] pandant: erit hoc ſtudij ac ſolicitudinis tuæ, ut talẽ te in his quæ iniunguntur, exhibeas, ut fidem integritatemq; eius, cuius curam ſuſcipis imiteris.

Item Gregorius Bonifacio primo defenſori. †

Decreta Apoſtolica, nulla præſumptione uiolentur.

CAN. VII.

INſtitutionis noſtrę decreta, quæ ſunt priuilegijs & ordinatione diſpoſita, perpetua ſtabilitate & ſine aliqua conſtituimus refragatione ſeruari, ſiue quæ ſcripto decreuimus, ſiue quæ in noſtra præſentia [d] uideantur eſſe diſpoſita: nec à quoquam pontificum in totum, uel in partem, ea qualibet occaſione conuelli decernimus, uel immutari. nam nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis ſacerdotum moribus inimicum, niti quẽpiam quantacunq; rationis [e] excuſatione, quæ bene ſunt ordinata reſcindere, & exemplo ſuo docere cæteros ſua quandoque poſſe conſtituta diſſoluere.

Idem Dominico Carthaginenſi epiſcopo. †

Priuilegia eccleſiarum Apoſtolicus debet ſeruare illæſa.

CAN. VIII.

DE eccleſiaſticis priuilegijs, quod ueſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat: quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſq; eccleſijs ſua iura [f] ſeruamus: nec cuilibet gratia fauente ultrà, quàm meret, impertior: nec ulli hoc, qđ ſui iuris eſt, ambitu ſtimulãte derogabo: ſed fratres meos per oĩa honorare cupio: ſicq; honore ſingulos ſubuehi, dummodo non ſit, quod alteri iure ab altero poſſit opponi.

Idem Vigilio Arelatenſi epiſcopo. †

Quod rationabiliter diffinitum eſt, in nullo debet uiolari.

CAN. IX.

CVm piæ deſiderium uoluntatis, & laudandæ diffinitionis intentio ſacerdotalibus ſit ſemper ſtudijs adiuuanda: cura eſt ſolicitudinis adhibenda, ut ea, quæ pro quiete religioſæ conuerſationis † ſunt diſpoſita uel ordinata, nec diſſimulatio negligere, nec quædam ualeat præſumptio perturbare: ſed ſicut hoc (quia ratio exigebat) utiliter obtinuit diffiniri, ita quod diffinitum eſt (niſi forte † ubi maior eſt authoritas) non debet uiolari.

Idem.

Sibi iniuriam facit Apoſtolicus qui fratrum ſuorum iura perturbat.

CAN. X.

QVod uerò dicitis noſtris temporibus debere ſeruari, quæ à meis quoq; prędeceſſoribus tradita uel cuſtodita ſunt: abſit hoc à me, ut ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus meis, in qualibet eccleſia infringã: [g] quia mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorũ iura perturbo.

Item Iulius Papa.

Nulla præſumptione uiolentur, quæ ab Apoſtolicis & eorum ſucceſſoribus ſunt inſtituta.

CAN. XI.

AMputato totius uſurpationis exceſſu, nullus præſumat quæ ſibi non uidentur eſſe conceſſa. [h] Et quæ ſunt ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus inſti-

Priuilegiũ tenor eſt attẽdẽd⁹. [redacted] ul tario, ſeu iudici à ſe dato, donat tit. honoris & priuilegiũ primicerij, neq; absẽte põtifice poſſit ſedere inter clericos, qui poſtea cardinales uocari ſunt, ut la ci⁹ I epiſ. 17. li. 7. & quia huius c. principiũ eſt corruptũ, debet ſcipere ſic, hęc igit conſtitutiõis nrę decreta q ꝓ dfenſorũ ſũt, &c.

[i] Sub. & [redacted]

[a] Si ꝓceſſerit ſnĩa diffinitiua, partibus ꝓſentib. C. de leg. l. ſi imperialis. a̾lias nõ ſit ius ex ſententia. ff. de inoff teſt. qui repudiatis ſecũdum Lau.

[j] Et uide quod not. 22. di. c. 1. in gl. nec papa, &c.

ordinariũ: ut hic, & c. ſeq. quod non credo, cum ſimilis ſit proconſuli. ff. eodem meminiſſe.

[a] SEruatis. Reſcriptum ſemper ſic eſt interpretandum, ut nulli faciat præiudiciũ. ut nona quæ. iij. nunc uero. lxxxv. diſt. lu. capit. Archidiaconum. in priuilegijs ſecus uidetur, ut extra de deci. ad audiẽtiam.

[b] Inſpectis. Cum enim quis aliquid ex priuilegio ſibi uendicat, inſpiciendum eſt priuilegiũ eius. centeſima diſtinct. contra morem. extra de priuile. c. recipimus. & ſecundum quod tenor priuilegij continet, iudicandum eſt: ut extra de priuilegijs. porro.

[c] Inſinuatione. Intelligas hoc de his quæ ſoli Papæ reſeruantur quæ nõ tranſeunt ĩ generali mãdato: ut extra de offic. legati. quod tranſlationem.

[d] INſtitutionis. Præſentia. Sic ergo ſententia principis facit ius, licet non redigatur in ſcriptis: ut extra de tranſac. c. j. C. de teſt. omnium. argu. contra. iij. q. vij. poſtulatus. Itẽ hic eſt arg. quod princeps ſine ſcripto dat priuilegium, & ſine ſcripto delegat cauſam: ut in auth. de liti. §. oportet. colla. viij. ſed non committit delegationẽ ſine ſcripto. xcvij. diſtinctio. nobiliſſimus. C. de mã. prin. l. una.

[e] Rationis. Argu. contra extra de offi. deleg. ſi quando. & c. ex parte. ij.

[f] DE eccleſiaſticis. Iura. nec ſuum honorem debet augerẽ papa ut minuat ius eccleſiæ alterius; ut xix. diſt. ecce.

[g] QVod uerò. Infringã. ſi enim debet tueri alios cõtra alios multo magis contra ſeipſum: ut extra de natis ex li. uen. cap. unico. ff. ſi ſer. uen. l. altius.

[h] AMputato. Cõceſſa. Argu. fines mandati diligenter cuſtodiendos. Arg. cõtra viij. quæſt. j. licet. Item argu. quod epiſcopus nihil poteſt petere, niſi quod ſibi permiſſum eſt à canone: ut x. quæſtione iij. quia cognouimus. & ff. de condict. indeb. l. frater à fratre.

Eccleſia

ſibi petitio eſt per canones limitata.

[h] Et not. extra de pœnis. in quibuſdã. ibi uideas in gl. per &c.

[redacted]

† a apparent... cſis non eſt in originali, ſed perperam addita. Greg. eñ rurſus hic confirmat priuilegiũ monaſterij mõtis maioris olim intra muros arelatẽſis urbis fundati Childoberto frãcorũ rege ap ꝓbante Vigilio papa: Et ea ad petitionẽ abbatis notificat Vigilio epõ, et erat tũc monaſteriũ adhuc intra muros. Et Bonifaci⁹ 8. primus hoc priuilegium uiolauit,

tuta nulla deſidia negligantur, nulla diſſenſione uiolentur, nulla concertatione turbentur.

Item Gregorius Papa.

Quæ rationabiliter ordinata ſunt, nulla debent refragatione turbari.

CAN. XII.

ECcleſiaſticæ moderationi omnino eſt cõueniens, ut quæ ordinata fuerint, uel rationabiliter deciſa, nulla in poſterum [a] debeant refragatione turbari.

Item in regiſtro.

Quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur.

CAN. XIII.

IMperiali cõſtitutũ eſt ſãctione aperte, ut ea quæ cõtra leges fiunt, nõ ſolum inutilia, [b] ſed ẽt ꝑ infectis † habẽda ſint. C. libro primo tit. de preci. Impera. offeren.

Imperator Conſtantinus.

CAN. XIIII.

NEc dãnoſa fiſco, [c] nec iuri contraria, poſtulari oportet.

Imperatores Theodoſius & Valentinianus.

CAN. XV.

REſcripta cõtra ius [d] elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: niſi fortè ſit aliquid, quod non lædat, [e] aliũ, & proſit petenti, [f] uel crimẽ [g] ſupplicantibus indulgeat.

Item Pelagius Papa Ioanni comiti.

Reſcriptum meretur effectũ quod cum iuris et legum ratione concordat.

CAN. XVI.

DIcenti ſacras iuſſiones ſe habere ꝑmanibus, rñdemus ſcire illũ oportere, ꝙ ipſe clementiſsimus princeps generalib. legib. cõſtituerit, illa ſacra uniuſcuiuſq; ſupplicantis deſiderio conceſſa ꝓualere, & effectui mãcipari, quæ cũ iuris & legũ rõne concordãt: ea uerò quæ ſurreptione [h] uel falſis precib. forſitan impetrantur. nullũ ſupplicãtibus ferre remedium.

Reſcripta ſiue ſint annotatiões, [i] *ſiue pragmaticę* [k] *ſanctiones, expreſſam debẽt in ſe habere cõditionẽ,* [l] *ſi preces ueritate nitantur. mendax. n. precator debet carere ĩpetratis, & quibus ſcripta diriguntur, ſunt puniendi, ſi precũ mẽdacia ueruerint* [m] *argui. Vnde Imperatores Diocletianus et Maximianus et Conſtantinus li. i. C. ti. Si contra ius uel utilitatem publ. Præſcriptiõe* [n] *mẽdaciorũ oppoſita* [o] *ſiue in iuris* [p] *narratione mẽ*

[redacted]

Neceſsitates publicę ſunt ab oĩbus ſupportandæ.

Reſcriptũ contra ius eſt reijciẽdum.

† Cõcor. text. in l. nõ dubiũ. C. de legi. & in ca. ſacroſancta. de elect.

a ECcleſiaſticæ. In poſterum. ſupra vj. quæſtione iiij. quod bene.

b IMperiali. Inutilia. ſ. di. x. uides. Sed contra. vij. q. j. epiſcopus in diœceſi. & 14. q. vj. comperimus.

c NEc damnoſa fiſco. Vt ſi aliquis per priuilegiũ uelit ſe excuſare ab eo, quòd eſt damnoſum iuri cõmuni. nam dicit lex, ꝙ omnes neceſsitatibus publicis debent obedire ſine dignitatis priuilegio: ut C. lib. xj. de naui. non excu. l. multi. nec prætextu priuilegii, publica debet uacillare utilitas: ut C. li. xij. de priui. ſcho. l. ij. C. de ſacroſan. ec. l. iubemus nulli.

d REſcripta cõtra ius. Nec enim ratione reſcripti iudex recedet à iuſtitia: ut extra de ætate & qualitate. eam te. unde ſi reſcriptum eſt penitus contra ius reijciet illud iudex ut hic dicitur, & auferendum eſt reſcriptum tale de manibus retinẽtis: ut C. de ſacrif. pag ſicut. & mittenda eſt talis charta principi. ut ibi dicitur. Si autem non eſt contra ius ex toto, ſed alias iniquum, expectandum eſt ſecundum mandatũ principis: ut extra de reſcrip. ſi quãdo. & in auth. ut nulli iudi. §. ſi uero. Iudex ergo ſemper ſequitur ius cõmune, licet reſcriptum principis aliud iubeat ut in auth. de iudi. col. vj. §. omnis autem iudex. & infra ea. l. omnes.

e Quod non lædat. Tale debet eſſe quodlibet reſcriptum, ut neminem lædat. ſ. ea. de eccleſiaſticis. unde non ualet reſcriptũ de re quam quis uiolenter detinet: ut xvj. q. vj. placuit. C. unde ui. l. authoritatem. nec de religioſa: ut extra de confirma. c. j. & per quod tranſactio facta reſuſcitatur: ut C. de tranſa. cautas. & extra de tranſa. ex literis. & de decimis. ex multiplici. Vel per quòd aufertur libera electio aliquibus: ut C. de duobus re. ſtip. l. ij. hoc tamẽ non uidetur uerum, per id quod eſt extra de conceſ. prebeu. & eccle. non uacan. quia diuerſitatem, uel per quod reſtituitur aliquis depoſitus: ut C. loc. l. ulti. Vel per quod retractatur ſententia: ut C. de erro. aduoca. l. ulti. & per quod præſtatur immunitas à tributis: † ut C. de uect. quicquid. Quod autem dicitur hic, intelligas de enormi læſione: quia modicam læſionem bene poteſt præſtare reſcriptum principis: ut extra de uerbo. ſignifi. quid per nouale. Vel etiam ſi ex poſtfacto incipiat enormiter lædere, ſtatim nõ ualet: ut extra de deci. ſuggeſtum. quã cito enim priuilegiũ recidit ad iniquitatem, ſtatim nõ ualet: ut ff. de uulga. ſubſtitut. ex facto. & lxiij. diſt. §. uerum. modicã autem læſionem bene poteſt afferre: ut xij. q. ij. bonæ rei. C. de preci. Imper. offe. quoties. ff. locat. habitatores. ff. ne quid in lo. pu. l. j. §. ſi quis à principe. ff. ne qd in flu. pu. l. j. §. ſunt qui putant. quãque tamen magnã affert læſionem, ut xvj. q. j. ſtatuimus. ut dixi ſ. e. in ſum. in princ. & ff. de euict. Lucius.

f Petenti. Vt ſi aliqua, quæ nubit conſulari uiro, petit ut ipſe nihilominus conſularis dicatur: iſtud prodeſt petenti ſine læſione alterius: ut ff. de ſena. l. ult. Vel ſi aliqua petat ut intra tempus luctus poſſit nubere: ut ff. de his qui not. infa. l. ſolet.

g Vel crimen. In talibus facile exauditur aliqs. xxxv. quæſt. ix. ueniam.

h DIcenti. Surreptione. cũ diſt. ut extra de reſcrip. ſuper literis.

i Annotationes. Annotatio dicitur ſcriptura, quam Imperator ꝓprio animi motu facit de aliquo negotio nemine rogante.

k Pragmaticæ. Pragmatica dicitur, quæ uentilata eſt coram principe, & de hoc facta eſt ſcriptura.

l Conditionem. Extra de reſcrip. cap. ij.

m Veruerint. Extra de appel. ex parte. Io.

n Præſcriptione. Id eſt, exceptione.

o Oppoſita. Ab aduerſario.

p In iuris. Conſuetudinarij: qs dixit aliquid eſſe conſuetu-

† Idẽ qđ ex contractu uenditionis eſt traditũ, reſtituatur. C. de rei uen. inciuile.

Priuilegiũ lædẽs an poſſit tolerari.

[redacted]

Annotatio quid ſit.

daciũ reperiatur: ſiue in facti,[a] ſiue in tacẽdi fraude: ꝑ tenore ueritatis, nõ deprecãtis affirmatione, datũ iudicem cognoſcere debere, et ſecundum hoc, de cauſa cõuenit ferre sẽtentiam. Item Imperator Cõſtantinus Augu. ti. eo.

Puniri iubemus decẽ librarum auri mulcta iudices, qui uetuerint[b] precum argui falſitatẽ. Itẽ Imperatores Theodo. & Valentin. Et ſi legibus conſentaneũ[c] ſacrũ oraculũ mendax precator attulerit careat penitus impetratis, & ſi nimia mentientis[d] inuenit improbitas, ẽt ſeueritati[e] ſubiaceat iudicantis. Itẽ Imperator Conſtantinus C. eo.

Et ſi non cognitio, ſed executio mãdatur, de ueritate precũ inquiri oportet, ut ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcat.[f] Itẽ Imperator Anaſtaſius: Omnes cuiuſcunq; maioris, uel minoris adminiſtrationis uniuerſæ reipublicæ iudices admonemus, ut nullũ reſcriptũ, nullãq; pragmaticam ſanctionẽ, nullam ſacram annotationẽ, quæ generali iuri, uel utilitati publicę aduerſa[g] eſſe uideantur, in diſceptatione cuiuſlibet litigij patiantur proferri, ſed generales ſacras cõſtitutiones modis omnibus non dubitent obſeruandas. Item C. tit. de diuerſis reſcrip. Imperatores Diocletianus & Maximianus Augu. Sãcimus, ut authẽtica ipſa[h] atq; originalia reſcripta noſtra etiã manu ſubſcripta, non exempla eorũ inſinuentur. Imperator Cõſtãtinus reſpondit: Si qua beneficia perſonalia ſine die[i] et cõſule fuerint deprehenſa, authoritate careãt. Imperator Zeno: uniuerſa reſcripta ſiue in perſonam precantiũ, ſiue ad quemlibet iudicẽ manauerint, quæ uel annotatio, uel quæuis pragmatica ſanctio nominẽtur, ſub ea cõditione proferri pręcipimus, ſi ꝑces ueritate nitantur. nec aliquem fructũ precator mẽdax oraculi ꝑcipiat impetrati, licet in iudicio aſſeuere[l] ue

ſuetudinem eccleſiæ ſuæ, cum non eſſet. extra de præben. ue nerabilis. non enim uidetur quod in iure præſcripto poſsit mentiri princi̇pi, cum ipſe habeat omnia iura in pectore ſuo. C. de teſta. omnium.

Princeps habet omnia iura in pectore ſuo.

a Siue in facti. Quia dixit ſe appellaſſe, uel ſpoliatum fuiſſe, cum non eſſet. Ioan.

b Vetuerint. Tunc enim appellari poteſt, licet ĩhibita ſit appellatio. ut extra de appel. ex parte.

c Et ſi legibus cõſentaneũ. Vt ſi quis dixerit ſe ſpoliatũ, & princeps iuſsit in reſcripto ipſum reſtitui, hoc conſonat legibus: & tamẽ carebit commodo reſcripti. Cõtrariũ eſt ſ. ea. c. præſcriptione. & extra de æta. & quali. cap. intelleximus. Sed omiſsis multis ſolutionib⁹, diſtinguas ut diſtinguitur extra de reſcript. ſuper literis. nec uidet̃ hodie locum habere illa decret. ex parte. extra de reſcrip. quia ſecũdum illam decre. ſuper literis. nõ eſt neceſſe ꝙ conditio illa ſubintelligatur.

d Mentientis. Quia petẽs diu fatigauit aduerſarium ſuum.

Sub. ſi inde fuerit accuſatus.

e Seueritati. puniatur ut falſarius: ff. de falſ. ſi quis obrepſerit.

Executor an poſsit de incidẽtibus quæſtionibus cognoſcere.

Executio eſt duplex.

f Cognoſcat. Non ab ipſo executore, ſed ab eo q̃ delegauit executionem. Et ſic non obſt. extra de ſen. & re. iudi. de cætero. C. de execu. rei. iud. ſi ut propoſnis. Vel hodie põt. diſtingui illa cõtrarietas per illã decretalẽ. ſuper literis. ut quandoque cognoſcat, quandoque remittat ad ſuperiorem. Dicunt tamen quidã, ꝙ executor põt cognoſcere ſummatim de incidẽtibus quæſtionib. ut ff. de re iudi. à diuo. §. ſi ſup reb. Et talis cognitio nõ facit præiudiciũ in principali iudicio: ut ff. de lib. agnoſc. l. ſi quis à liberis. §. ſi uel parens. & quod dicit ex. de ſen. & re iudi. de cætero ꝙ incidẽtes q̃ſtiones debeãt referri ad ſuperiorẽ, uerũ eſt, ut ibi plenarie examinentur. Vel diſtingue an delegetur mera executio, an miſta: ut dixi: ſ. ij. qõ. vj. §. ſunt quorũ. uerſi. ab executore. ut ſi delegetur mera executio, tũc quæſtiones incidẽtes remittantur ad ſuperiorẽ. & ſi miſta delegatur, tunc põt cognoſcere de quæſtionibus incidentibus. Sed pone ꝙ

Ad hoc ff. ad exhib. l. j. §. ſciẽdum. nã ſuſpenditur executio oppoſita exceptione falſi. C. de re iudi. l. j. C. ſi ex falſo inſtru. l. iudicati ff. de re. iudi. diuus: ſecũdum Laur.

alicui ſit mandata nuda executio (nudam dico executionem cum cauſa præſentibus partibus eſt finita, & mandatur aliquibus ut exequantur ſententiam) nũquid ſi pars aduerſa coram illis obijcit exceptionem, audietur exceptio? Videtur quod non: quia tenetur executor exeq. ſententiam, licet ſciat eam iniuſtam: ut extra de offi. iud. dele. paſtoralis. extra de maio. & obed. cum omnes. extra de offi. iudi. deleg. ſi quando. ff. de iudi. ſi prætor. & xxiij. quæ. j. quod culpatur. in fi. Arg. contra. C. ſi ex fal. inſtru. l. iudicati. extra de teſt. ueniens. Ad hoc dicas, ꝙ ſi euidens eſt, ſententiam eſſe nullam, & per inſtrumenta falſa latã, non exequet̃ eã. alias licet ſit iniuſta, exequetur eã. ff. de iud. l. ſi prætor. Non obſt. ff. de confeſ. l. pen. ubi dicit, quod executor poteſt abſoluere illum qui cõfeſſus fuit coram eodẽ iudice ſe debere fideicõmiſſum. nam nõ intelligitur lex illa de executore, ſed de iudice.

g Aduerſa. de hoc habes. ſ. ea. in illa lege reſcripta contra ius relicta. Sed ſi aliquid pro iure allegatur, de quo eſt euidens, ꝙ non conſonat iuri, remittit̃ ad ſuperiorẽ: ut extra de fid. inſtru. paſtoralis.

h Vt authentica ipſa. Tribus modis dicitur ſcriptura authentica: uel q̃a adeſt ſigillum epiſcopi: ut extra de fi. inſtru. c. ij. extra de fideiu. peruenit. Secũdo dicitur authentica, q̃a eſt apud acta inſinuata. C. de teſta. publicari. & C. de re iudi. geſta. Tertio dicitur authẽtica, ſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium: ut C. qui por. in pign. hab. ſcripturas.

Authentica ſcriptura, quo modis dicatur.

i Sine die, uel ſine indictione: ut extra de fid. inſtru. inter dies ideo editur, quia uix aliter poſſet probari falſum niſi ſciretur dies: ut extra de teſt. ex tenore. C. de contrahen. ſtipu. optimam. niſi enim uelit quis probare falſitatem inſtrumenti. non eſt exhibendus dies uel conſul, ne detur materia fabricandi falſum: ut ff. quemadmo. teſta. aper. l. j. §. ult. & ff. de eden. l. j. §. editiones. Vel tunc non eſt edendus dies, cum uult deliberare an uelit cedere uel contendere: ſed cum uult

Editio facienda eſt ſine die & ſine conſule.

ritatem: niſi quæſtio [a] fidei precũ [b] Imperiali beneficio monſtretur inſerta. Nam & uir magnificus quæſtor, et uiri ſpectabiles magiſtri ſcriniorũ, qui ſine pſata adiectione qualecunq; diuinum reſpõſum dictauerint, et iudices, qui ſuſceperint, reprehenſionẽ ſubibunt: & q illicitè dictata ſcribere auſi fuerint, cuiuſcunque ſcrinij memoriales ſeu pragmaticarij, uel adiutores primicerij, amiſſione cinguli ferientur.

Item Leo papa. [f]

Priuilegia eccleſiarũ, uulla debent improbitate cõuelli.

CAN. XVII.

Priuilegia [c] eccleſiarum, ſanctorum canonibus inſtituta, & uenerabilis Nicenæ ſynodi fixa decretis, nulla poſſunt improbitate conuelli, uel nouitate mutari.

Item Nicolaus papa uniuerſali ſynodo præſidens dixit.

Anathema ſit, qui mandata, uel decreta Romanorum põtificum ſeruare contempſerit.

CAN. XVIII.

SI quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, uel decreta pro catholica fide uel eccleſiaſtica diſciplina, p correctione imminentiũ uel futurorum malorum, à ſedis apoſtolicæ præſule ſalubriter promulgata contempſerit, anathema ſit. [d]

Item Gelaſius Creſconio & Ioanni Meſaliæ epiſcopis inter cætera.

Statuta priorum, ſucceſſores ſeruare oportet.

CAN. XIX.

DEceſſorum ſtatuta ſicut legitima & iuſta ſucceſſorem cuſtodire [e] cõuenit, ita debet etiã malefacta corrigere. [f]

Hinc etiam Arcadius & Honorius.

CAN. XX.

QVæcunque, inquiunt, à parentibus noſtris diuerſis ſunt ſtatuta temporibus, manere inuiolata, atque incorrupta circa ſacroſanctas eccleſias præcipimus. Nihil igitur à priuilegijs immutetur, & omnibus qui eccleſijs deſeruiunt, [g] tuitio deferatur: quia temporibus etiam noſtris addi [h] potius reuerentiam cupimus, quàm ex his, quæ olim præſtita ſunt, immutari. Idem. Non tam nouum [i] aliquid præſenti ſanctione præcipimus, quàm illa, quæ olim uidentur indulta, firmamus. Priuilegia igitur quæ olim reuerentia ordinis uel religionis obtinuit, mutilari ſub pœnæ etiam interminatione prohibemus, ita ut hi quoque qui eccleſiæ obtemperant, ipſius beneficijs perfruantur.

Idem. Si eccleſiæ uenerabilis priuilegia cuiuſcunque fuerint uel temeritate uiolata, uel diſsimulatione neglecta, commiſſum duodecim librarum [k] auri (ſicut etiam prius conſtitutum eſt) condemnatione plectatur: ipſaque priuilegia nihilominus pleniſsimum per omnia obtineant [l] uigorem.

Item Pelagius Armentario magiſtro militum inter cætera.

Non liceat pontifici ab eccleſia iure diſcedere, quod documentorum authoritate firmatur.

---

agere. Hæc tñ eſt ueritas, quod in cõmunibus inſtrumentis edendus eſt dies cum uult deliberare: ut extra de probat. quoniam contra. extra de dilat. præterea. C. de edẽ. is. apud quem. & ff. de eden. l. j. §. rationes. ſed in proprijs non. ut extra de fide inſtrumen. cõtingit. ff. de eden. l. j. §. diem. In accuſationibus enim non cogitur quis diem cõmiſsi criminis ponere: ut ſ. ij. quæſt. ulti. libellorum. Et tamen contra. huic C. de nouo codice cõfir. in fi. Sed iſtud intelligitur de legibus redactis in authenticum uolumẽ. Item in priuatis inſtrumentis non requiritur apponi dies & cõſul: ut ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. antepenul. & l. penul. ff. de pigno.

In accuſationib⁹ nõ cogit̃ quis diem commiſsi criminis ponere.

[f] Scilicet primus epiſtola lij.

[a] Niſi quæſtio. id eſt, inquiſitio ueritatis.

[b] Precum. id eſt, quod illa conditio ſit appoſita, ſi preces, &c. hoc tamen non tenet: ut extra de reſcrip. ex parte.

[b] Id eſt. cõditio ad inquirẽdam ueritatem appoſita: uel conditio, quę de precibus fidem facit. Lau.

[c] PRiuilegia. Quæ ſunt de generali eccleſię ſtatu, uel quæ ſunt de articulis fidei. Vel dic quod non poſſunt, id eſt, non debent.

[d] SI quis. Sit. id eſt, fiat. ſ. ead. q. j. generali.

[e] DEceſſorum. Cuſtodire. ut ſ. xvj. q. vj. capit. ulti. xij. quæſtio. ij. ſi quis. & cap. ſi illi.

[f] Corrigere. extra de rebus eccle. alie. uel non. cap. epiſcopi. extra de præcar. cap. ij.

[g] QVæcunque. Deſeruiunt ſ. xvj. quæſtio. j. generaliter.

[h] Addi. extra de donat. cum dilectus & eod. titu. cap. j. de conſecra. diſtinct. j. uaſa.

[i] Nouum. Nota ſtatutum non dicitur nouum, licet de nouo præcipiatur: dummodo quandoque fuerit ſtatutum ſ. c. xxiij. quæſtio. j. cap. j. Sicut feudum nõ dicitur nouum, quod de nouo conceditur, dum tamẽ quandoq; fuerit cõceſſum: ut extra de feud ex parte. Nec donatio dicitur noua, licet de nouo adipiſcatur quis rei donatæ poſſeſsionẽ, ut extra de donat. per tuas.

Feudũ de nouo conceſſum nõ dicitur nouũ ſi prius fuerat conceſſum.

[k] Duodecim librarum. Durior pœna ſtatuitur contra illos, qui uiolãt priuilegia eccleſiarũ. xvj. quæſtio. j. nouorum in fi. Vel ibi loquitur cum agitur criminaliter, hic cũ ciuiliter.

[l] Obtineant. Hic habes, quod pœna ſoluta contract⁹ ſtat in ſua firmitate. ſiç xij. quæſtio. ij. epiſcopus qui mancipium. & xxiij. diſti. quanquam. in fi. ff. de tranſactio. qui fidem. C. de fideicommiſſ. qui fideicommiſſaria. Argu. contra. extra de pœn. ſuam. Iniquũ enim eſt, quod ſimul habeatur res & pœna. ff. de exceptio. doli. apud Celſum, §. Labeo. Solut. ſi preſtatus eſt ſe uelle contractum remanere in ſua firmitate. tunc poteſt utrũque peti: alias non. Vel diſtingue an pœna apponatur loco intereſſe, aut loco contumaciæ, aut in

Pœna an poſsit peti cum re.

CAN. XXI.

POſtea quàm eccleſię a iura documẽtorum quoq; intercedentium fuerint authoritate firmata, nullatenus ab his diſcedendi liberam pontifex uel ſi uult permittatur habere licentiam.

Si ergo monaſteriorum priuilegia, uel quarumlibet eccleſiarum authoritate Leonis, Gregorij, Gelaſij, & nonnullorum aliorum pontificum ſanctæ Romanæ eccleſiæ inuiolata ſeruantur: ſi ea quæ contra leges fiunt pro infectis habẽda ſunt: ſi pontifex non habeat liberam licentiam diſcedendi à documentis, quibus iura eccleſiæ firmantur, patet quod poſteriora priuilegia antiquioribus derogare nõ poſſunt: nec eorum authoritate eis aliqua obijcietur exceptio: cùm etiam ſi contra illa ſpecialiter fierẽt, pro ĩfectis eſsẽt habẽda.

a His ita reſpondetur: Sancta Romana eccleſia, ſua authoritate congregata ualet diſiungere, & diſiuncta congregare, rationis tamen equitate conſiderata. vnde uel pietatis vel neceſsitatis intuitu, ſemel à ſe conceſſa valet vel in totum vel in partẽ commutare. Pro neceſsitate nanq; corrigendorũ vitiorum, priuilegia eccleſiarum multarum vel imminuuntur, vel penitus immutantur, ſiue perſonaliter ſiue generaliter. Perſonaliter, iuxta illud: Priuilegium omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Itẽ Siluerius Papa Virgilio epiſcopo.

Quod habet amittat, qui quod non accepit, uſurpat.

CAN. XXII.

SIc decet fidẽ ſanctorum patrum in eccleſia ſeruari catholica, ut quod habuit amittat, b qui improbabili temeritate, quod non accepit aſſumpſerit.

Item Supplicius Ioan. epiſcopo Rauennati, poſt pauca quibus ab illicita eum ordinatione prohibuit.

Priuilegium amittit, qui ſua authoritate non legitimè utitur.

CAN. XXIII.

DEnuntiamus autẽ, quòd ſi poſt hoc aliquid tale præſumpſeris, & aliquẽ ſeu epiſcopum vel presbyterum, ſubdiaconum inuitum c facere fortè credideris: ordinationes tibi Rauennatis vel Emilienſis † eccleſiæ noueris auferendas.

Item Leo Papa.

Ius ordinandi amittunt, qui immeritũ conſecrãt.

CAN. XXIIII.

SI qui epiſcopi d talem cõſecrauerint ſacerdotem, qualem eſſe nõ licet, etiã ſi aliquo modo damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis ius ulterius non habebunt: nec unquam eidem ſacramento intererunt, quod neglecto diuino iudicio, immerito præſtiterunt.

Generaliter, ueluti dum ciuitati epiſcopalis dignitas perpetuò ſubtrahitur, quæ ſuos epiſcopos interimere conſueuit.

Vnde Gelaſius Papa ſcribit.

Epiſcopalis dignitas ciuitati ſubtrahitur, quæ ſuos præſules interemit.

CAN. XXV.

ITa nos Syllanorum cædes geminata pontificum horrendi criminis atrocitate confudit, ut diu conſtitutio noſtræ deliberationis hæſitaret: dum & ingerere quempiam parricidialibus exemplis deteſtaremur antiſtitem, & eccleſiam utcumque deſtitutam, non uſqueadeo iudicaremus relinquendam, quapropter iam uelut uſum conſuetudinemque ſacrile-

In fraudem uſurarum. Si loco contumaciæ, & reus noluit ſoluere debitũ cum poſſet, & rem & pœnam præſtabit. ff. de co. l. ij. §. ſi cũ duobus. & ff. de tabu. exhiben. lo cum. §. condemnatio. ſi eſt appoſita loco intereſſe, tunc poteſt agere quãti ſua intereſt. ff. de actio. emp. prædia. Sed ſi in fraudẽ uſurarũ, tũc nõ põt: ut extra de emp. & uend. ad noſtram. in fi. & ff. de act. & uẽ. Iulia. §. idem. Ioan.

Sub. cũ diſtinctione ibidẽ facta: ut ff. de peti. hære. nec ullam. §. ulti.

a POſtea. Documentorũ: ſupple maxime: quia etſi inſtrumẽta nulla eſſent ſuper hoc facta, nõ tamẽ poſſet retractari cõtractus. Ideo enim fit inſtrumẽtum, nõ quia uis contractus perficiatur per inſtrumentum: ſed ut facilius poſsit per illud probari: ut C. de proba. cum res. Idẽ eſt in electione: ut lxiij. di. c. quanto. & ſic eſt in matrimonio: ut xxx. q. v. noſtrates. in fi.

Inſtrumẽtum quare fit.

His ita reſpondetur. Hæc eſt ij. pars q. in qua ponit diuerſos caſus, in quibus perditur priuilegium: & primo ponit de ſpecialibus: ſecundo de generalibus. Io.

SIc decet fidem ſanctorum.

b Amittat. Argu. quod qui uſurpat ſibi ius alterius in eligendo, quod etiam proprium ius electionis debeat perdere: ut xciij. diſt. capitu. ulti. Item argum. quod pœna extenditur quandoque ultra delictum: ut extra de pluspe. cap. j.

a Fuit tamẽ in prima cõpilatiõe, ubi dicebatur quod per iuſtitiam plus petẽdi diabolus amiſit totius debiti ſũmam, quã in nobis habebat: ut ibi no. de hoc.

DEnũtiamus. Inuitum. Supra lxxiiij. diſtin. ubi iſta B.

SI qui epiſcopi. Hoc eſt lectum. ĩ. j. quæſtione j. qui epiſcopi.

Generaliter. CASVS. Probatum eſt ſupra per iij. ca. proxĩ. quod perſonale priuilegiũ poteſt apoſtolicus auferre. Nunc idẽ probat Grat. de generali. Generaliter, id eſt, pro utilitate generali, uel pro damno generali.

c ITa nos Syllanorum. Viſum. Arg. qđ duæ uices in criminib. inducunt conſuetudinẽ: ut hic, & C. de epiſ. aud. l. iij. in fin. ſed in ciuilib. negotijs nec ẽt tres uices cõſuetudinẽ inducũt: ut extra de cauſa poſ. cum eccleſia. Item eſt hic arg. quod magis punitur factum iteratum: ut xxvij. quæſt. j. peruenit. & ff. de re mili.

Conſuetudo quot uicibus inducitur.

Prælati delictū an redūdet i eccleſiæ damnum.

mili.l. iij.§. ſi plures.& extra de hæreti.ad abolendam.§. illos autem.

a Epiſcopalibus. Hic delictū ciuium q̄ conſiſtit in faciēdo, redūdat in damnum eccleſiæ, & ſic eſt cōtra. xvj. q.vj. ſi epiſcopū. ubi dicitur, q̄ delictū prælati non redūdat in eccleſiæ damnum. ſed pōt dici, q̄ hic eccleſia nō damnificatur in rebus licet damnificetur in honore. De delicto quod cōſiſtit in omittendo, non eſt dubium quin redundet in damnum eccleſiæ: ut xvj.quæ. iij.placuit.

b In utroque. Id eſt, pro utroque epiſcopo interfecto. e

e Vel dic utroq; ſcilicet eorū quę ſequūtur .ſ. ſine inſtinctu, ſiue furijs, ſecundum [illegible]

c Exterius. Id eſt, ad ſuggeſtionē extraneorum.

d Viſitationis. Sic ergo epi uicini ſupplēt defectū uicinorū e̅porum: ut vij.q. j.pontifices. & lxv. di.ſi forte. Hoſtilitatis. Hæc eſt iij.pars quæ.i qua magiſter ſoluit & bene ſecundum Io. de Fant.

c In unam. Vt xvj. q.j. & temporis.

f Poſſeſsiones. xvj. q.j. poſſeſsiones.

g Ceſſauerint. Arg. q̄ ſi priuilegiū aliquō dat ex cauſa uel rōne religionis, uel ratiōe paupertatis, uel alia de cā: quam cito ceſſat cā, ceſſat & priuilegiū: ut extra de uer.ſig.abbate.i ſi. extra de dec. ſuggeſtū. xv.q.j. generaliter. & inſtit. de aut. tut. §.ult. & ff. de iudi.l.ij. §.legatis. & C. de teſt. mil.l.ulti.& inſti.de pupil. ſubſtitu. §. qua ratione.

Priuilegiū ceſſat ceſsāte ipſius cauſa.

† Exterius.

h Nulli. Hoc non eſt uerū, quia ſi illud nouale fuit i alicuius territorio, ad illū tātū ſpectabit: ſed ſi in nullius parochia fuerit, e̅pſ poteſt aſsignare cui uoluerit: ut extra de deci. quoniam.

Pepitus

gam declinantes, nos eatenus religioni duximus conſulendum, ut parochiæ ueſtræ ab extrinſecus poſitis ſacerdotibus gubernētur: quæ ibidem cōmorantes ferro didicit necare paſtores, inauditoq; facinore: quod etiā in illis prouincijs nuſquā prorſus legitur accidiſſe: quæ bellorum continuis diuerſisque incurſionib. affliguntur, ut aliqua ſit reperta ciuitas quæ præſules miniſtrantes ſibi fidei Chriſtianæ ſacramenta ſine perſecutore proſterneret. Curandū eſt igiē, ut funeſta pernicies, ceſſatione propriorum ſanetur antiſtitum: atq; ita ſaltem furoris tanti materia ſubtrahatur, ſi in qua hæc poſsit acerbitas perpetrari, conſiſtēs ibidem perſona defuerit: eoque modo uel illa ciuitas (dū in quos deſæuiat non habebit) ab huiuſmodi temeritate deſiſtat: uel alijs imitandi contagia dira, exemplum non præbeat. Egeat ergo epiſcopalib.[a] ſubſidijs ſibimet aliunde penſandis: quę ſacram in ſuo gremio colocatam fuſo crudeliter maculat ſanguine dignitatē: quæ in utroque[b] hac eſt ultione plectenda: ſiue inſtinctu domeſtico, ſeu furijs incitata, hoc cōmittit exterius.[c] † præbeat ergo dilectio ueſtra i hoc ſtatu poſitæ miniſterium uiſitationis[d] eccleſiæ, & aut conueniendo pariter, aut uiciſsim, prout qualitas rerū cauſaq; popoſcerit, diuina miniſteria repſentet ingratis: ne cum deuitamus zizaniam, dominica uideamur prætexire frumenta.

3 *Hoſtilitatis quoque uel paupertatis neceſſitate epiſcopales ſedes permutantur, uel duæ in unam[c] rediguntur: ſicut ſuprà in titulo de mutatione epiſcoporum beatus Gregorius feciſſe legitur. Non ergò priuilegia eccleſiarum ſic inuiolata permanere cenſentur, ut quibuſdam de cauſis interuenientibus, apoſtolica authoritate eis derogari non poſſit, alioqui multitudo eccleſiarum ad paucitatem redigeretur, cùm innumeræ eccleſiæ in diœceſibus aliarum frequenter conditæ inueniantur. Seruentur ergo priuilegia eccleſiarū cunctis inconcuſſa temporibus: ne uidelicet præter eius authoritatem à quo data ſunt contra ea liceat ire alicui, Sed obijcitur illud Symmachi Papæ: Poſſeſſiones[f] quæ unuſquiſque eccleſiæ ſuo relinquit arbitrio, &c. quæ ſuprà in titulo de alienatione rerum eccleſiaſtica. leguntur adſcripta. Vnde datur intelligi, quòd ea quæ de iure uniuſcuiuſque eccleſiæ: uel neceſsitatis, ſicut peregrinis: uel pietatis intuitu, ſicut religioſis domibus conferuntur: non perpetuò, ſed temporaliter ab eis quibus conferuntur, ſunt poſsidenda: quanquam illud Symmachi, ad neceſsitatis intuitum, nō ad pietatis proſpectum poſsit referri: uidelicet ut ea quæ peregrinis uel captiuis largiri neceſsitas ſuaſit, non ea quæ religioſis domibus ob quietem religioſæ conuerſationis cōceſſa ſunt, prohibeātur perpetuò poſſideri: uel potius de utriſq; intelligendum eſt, uidelicet ut ſicut neceſsitatē patientes, ceſſante neceſſitate beneficijs renūtiare coguntur, quæ eis miſerationis indulſit intuitus: ſicut religioſè uiuentes cùm à religione ceſſauerint[g] priuilegijs exuantur, quæ religioſa conuerſatio meruit. Priuilegia ergo, quæ religioſis domibus conceduntur, uel in eo caſu accipienda ſunt, in quo ita ei conſulitur, quòd nulli aliquid derogatur: uidelicet ut ex noualibus quorum decimationes nulli[h] aſsignatæ fuerant, priuilegiorum authoritate decimas aliquib. perſoluere non cogantur: uel ſi propter inſtantem temporis neceſsitatem eis conſuli non pote*

2 Penitus. Suprà xij. quæſt. ij. bonæ. rei. Ioan.

Vidã ſacerdos. CASVS. Expedito tractatu de priuilegijs: ſupponitur cauſa xxvi. i quæ tractatur de diuinationibus, et reconciliatione excommunicatorũ, et de pœna morientium. Quæ omnia ut melius pateant, Gratianus more ſolito thema proponit, de quo ſeptẽ ſurgunt quæſtiones.

Sortilegos conſulentes, & ipſi ſortilegi quali ter puniuntur.

b Sortilegi. Profitentur. Qui tales cõſulit pœnitẽtia punitur quinque annorũ: ut j. e. q. v. qui diuinariones. Ipſi autem ſcientes huiuſmodi artes tantũ pœnitẽtia unius anni uidẽtur puniẽdi: ut extra de ſortileg. c. ij. ſed iſtud intellige eſſe diſpẽſationem. ſecundum legem autem ipſe maleficus punitur capite: ut C. de male. & mate. le. nemo. Io.

Quod aũt. Hæc q. diuidit i tres partes. In prima ꝓbat ſophiſtice ꝙ nullũ eſt peccatũ, exquirere ſortes tempore neceſsitatis. Secunda ibi, his ita capi. ſors non eſt. Tertia. ibi, Hæc autem. ca. ſed & illud. Ioannes de Fant.

Sortes ſunt in duplici differentia.

c Sortes. Nota ꝙ ſortes quędam ſunt licitæ, quædam illicitæ. Illicitæ ſunt quæ fiunt per magicas incantationes: uel quæ fiũt ad exercendas uanitates aliquas. Vel quæ fiunt ad inquirenda aliqua occulta: ut j. e. ij qui. & cap. illud. Sed quæ fiunt neceſsitatis cauſa,

rit, niſi alijs derogetur, ita priuilegiorũ authoritas uideat eſſe ſeruãda, ut eorũ ſubueniatur inopiæ, nõ ut ſuarum diuitiarum augmento, et poſſeſſionũ nõ modica extẽſione porrecta, baptiſmales ſeu parochiales eccleſiæ penitus 2 deſtruantur.

CAVSA XXVI.

Vidã ſacerdos ſortilegus eſſe & diuinus conuincitur apud epiſcopũ. correctus ab epiſcopo, noluit ceſſare. excommunicatur. tandem agẽs in extremis, reconciliatur à quodã ſacerdote, epiſcopo inconſulto. indicitur ſibi pœnitentia ſub quantitate temporis canonibus præfixa.

1 *Hic primùm quærit, qui ſint ſortilegi.*

2 *Secundò, an ſit peccatum eſſe ſortilegum.*

3 *Tertiò, à quib. genus diuinationis ſumpſit exordium.*

4 *Quartò, quot ſint genera diuinationis.*

5 *Quintò, an ſortilegi uel diuini ſint excommunicandi, ſi ceſſare noluerint.*

6 *Sextò, an excommunicatus ab epiſcopo poſſit recõciliari à presbytero illo incõſulto.*

7 *Septimò, ſi morientibus eſt indicenda pœnitentia ſub quantitate temporis.*

QVAESTIO I.

Qvi ſint ſortilegi, Iſidorus diffinit etymologiarum libro viij. ita dicens:

Qui ſint ſortilegi.

CAN. I.

Sortilegi sũt, qui ſub nomine fictę religionis per quaſdã, quas ſanctorum ſeu apoſtolorum uocant ſortes, diuinationis ſcientiam profitentur: b aut quarumcunq; ſcripturarum inſpectione, futura promittunt.

QVAESTIO II.

1 ps *Qvòd autẽ ſortes c exquirere peccatũ non ſit, et exẽplis & authoritatib. probatur. Cùm. n. Achor d de anathemate furtim ſurripuiſſet, et ob eius peccatũ populus cæſus apud Hain, e hoſtib. terga dediſſet: præcepit dominus Ioſue ut ſortib. exquireret, quo peccante populus in manib. hoſtium cadere meruerat. Ioſue præceptũ accipiens, miſit ſortes: primùm ſuper tribus: deinde ſuper familias demũ ſup pſonas: et ita cecidit ſors ſuper Achor. Saul quoq; f cùm pugnaſſet contra Philiſtæos, et iuraſſet ſe interfecturum quemcunq; qui ante ſolis occaſum comederet de populo: ſorte deprehẽdit Ionathan filium ſuum mel comediſſe, quod ſceptro acceperat: quem cùm morti tradere uellet, populo ſupplicante reuocauit ſententiam. Ionas quoq; cùm à facie domini fugeret: à nautis ſorte deprehẽſus, in mare deiectus, & à ceto eſt abſorptus. De Zacharia etiam legitur, quod ſorte exijt ut incenſum poneret. Mathias uerò à beato Petro ſorte in apoſtolatum & Iudæ ſucceſſorem eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, patet malum non eſſe.*

Ioſue 7. b

1. Re. 14 d

Ionæ 1. a

Lucæ 1. a

Actu. 1. d

nõ ſunt illicitæ: ut ſi cõtentio eſſet de electione aliquorũ, & eſſet paritas utrique in omnibus: exẽplo Mathiæ poſſunt fieri ſortes: 1 ut j. e. c. non exemplo. & q. v. nõ licet, cũ enim non ſupereſt humanum auxiliũ, tunc poſſumus recurrere ad diuinũ auxiliũ: ut xxij. q. ij. quærit. & in dubijs ſecũdũ leges ad ſortes decurrit: ut ff. de iudi. ſed cum ambo. C. cõmu. de legat. ſi duobus. & Auguſti. ſcripſit quibuſdam, cũ ciuitas eſſet obſeſſa, & dubitaret clericus qui deberet fugere, qui remanere, ꝙ ſorte illud eſſet dirimendum.

d Achor. Hiſtoriã habes j. quæ. iiij. §. itẽ peccato Achor. & Ioſuæ. vij.

e Hain. ciuitatem.

f Saul quoq;. hoc habes xxij. q. ij. §. item opponitur.

1 Adde an ſit aliquid dirimendũ ſorte, no. in l. in tribus. & in l. ſeq. ff. de leg. iij. & l. 2. cum gl. & not. per Bart. C. quando & q. quarta pars libr. x.

2 Sub. ſ epiſtola ad Honoratũ. de hoc ſatis per Archid. j. ca. proximo.

Sors

† Pſa. 50.

a Sors. Mali. Sors ſui natura non eſt mala: tamen prohibetur, quia propter aſsiduitatem labitur talis in idololatriam: ſicut eſt in iuramento: ut xxij. quæ. j. & iurabunt. Ioan.

1 Vel hoc intellige ſecundum antiquatẽ pora quãdo non erãt prohibita, ſecũdum Lau. Malũ minus pmittitur, ut maius cuitetur.

b Non ſtatim. Ionę. Quia hoc fuit diuina inſpiratione factũ: ut xxiij. q. v. dicit.

c Si qui. Potius. quia permittitur minus malum, ut euitetur maius malum: ut xxxiij. q. ij. ſi quæ uerius. & xxij. q. j. conſidera. & eſt ſimilis modus loquendi. j. q. j. iudices.

2 Hæc eſt comparatiua pmiſſio, ꝗ quia no. s. j. di. c. ult.

d Non exẽplo. Cum priuilegia. xvj. quæſt. j. hinc eſt. §. j. & s. di. iij. priuilegia.

Vide qđ no. s. 1. q. 1. §. ſicut ergo. extra de priuil. ſaue.

e Illud ꝙ. Licentiori. Id eſt, nõ uidetur tantum peccare.

f Eminentiori. Id eſt, pulchriori uel maiori.

Ventrilo-

Vnde etiam Augu. ait in libro Pſalmorum. †

CAN. I.

Sors non eſt aliquid mali, a ſed res i humana dubietate diuinam iudicans uoluntatem.

His itaq; reſpõdetur. Antequã Euangeliũ claresceret, multa permittebant, quæ tempore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt eliminata. Copula nanque ſacerdotalis uel conſanguineorũ, nec legali nec euãgelica uel apoſtolica authoritate prohibetur: eccleſiaſtica tñ lege penitus interdicitur, et ſic ſortib. nihil mali inesse monſtrat: prohibetur tñ fidelibus, ne ſub ſpecie diuinationis ad antiquos idololatriæ cultus rediſent. Vnde quibuſdã conſtellationes et futurorum ſigna cuſtodiẽtibus, Apoſtolus ait: Dies obſeruatis et menſes, et tẽpora, et annos: unde timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim ĩ uobis. Sic et aſtronomia, ſeu ẽt aſtrologia apud catholicos i deſuetudinẽ abijt: quia dũ propria curioſitate his nimis erant intẽti, minus uacabant ijs quæ ſaluti animarũ erant accõmodata. Quòd aũt ſortibus credi non oporteat, Hieronymus teſtatur ſcribẽs ſuper Ioannem, capitulo primo. †

Galat. 4. b

† Imo ſuper Ionã, cap. j.

Exemplo Ionæ uel Mathiæ, non eſt ſortibus indifferenter credendum.

CAN. II.

Non ſtatim debemus ſub exemplo Ionæ b ſortibus credere: uel illud de actibus Apoſtolorum huic teſtimonio copulare, ubi ſorte Mathias in Apoſtolum eligitur.

† Alias, in apoſtolatum.

Itẽ Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij.

Ad ſecularia negotia, diuina oracula non ſunt conuertenda.

CAN. III.

Si qui de paginis euangelicis ſortes legunt, etſi optandum eſt ut id potius c faciant, quàm ad dæmonia conſulenda concurrant: tamen iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia & ad uitæ huius uanitatẽ diuina oracula uelle conuertere.

Item Beda ſuper actus Apoſtolorum.

Exemplo Mathiæ uel Ionæ non eſt indifferenter ſortibus credendum.

CAN. IIII.

Non exemplo Mathię, uel quòd Ionas propheta ſorte deprehenſus ſit, indifferenter ſortibus eſt credendum: cùm priuilegia d ſingulorum (ut Hieronymus ait) communem legem omnino facere nõ poſſint. Si qui tamen neceſsitate aliqua cõpulſi Deum putant ſortibus exẽplo Apoſtolorum conſulendum eſſe, † uideant hoc ipſos Apoſtolos, nõ niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis egiſſe.

† Adde quod fors ppter dubiũ factũ permittitur. l. ſi q̃ ſunt cautiones. ff. fam. erci.

De diuinis uerò ſcribit Augu. ita dicẽs:

Non ſunt obſeruanda quæ à diuinis præcipiuntur: quamuis ea contingant quæ ab eis prænuntiantur.

CAN. V.

Intelligi uoluit do minus etiam illa quæ à diuinantibus non ſecundùm Deum dicuntur: ſi acciderint quæ dicuntur, non ſic accipienda ſunt, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis.

Item in libro ſecundo, de doctrina Chriſtiana. † ca. 52.

Inſtitutiones hominum, quæ ſunt ſuperſtitioſæ, uel non.

CAN. VI.

Illud quod eſt ſecundum inſtitutiones hominum, partim ſuperſtitioſum eſt, partim non ſuperſtitioſum. Superſtitioſum eſt, quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda idola & colenda pertinens, uel ad colendam ſicut Deum creaturam partemve vllam creaturæ: uel ad conſultationes & pacta quædam ſignificationũ cum dæmonibus placita atq; fœderata: qualia ſunt uolumina† magicarum artiũ: quæ quidem commemorare potius quàm docere aſſolent poetæ: ex quo genere ſunt (ſed quaſi licentiori e uanitate) haruſpicum & augurum libri. Ad hoc etiam genus pertinent, omnes ligaturæ atq; remedia, quæ medicorum quoq; diſciplina condẽnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis quas characteres uocant: ſiue in quibuſcunq; rebus ſuſpendendis atque ligãdis, uel etiam ſaltandis quodãmodo, non ad temperationem corporum, ſed ad quaſdam ſignificationes aut occultas aut etiam manifeſtas: quæ eminẽtiori† f nomine phyſi-

† molimina.

† mirifi-ci.

cam uocant: ut quaſi non ſuperſtitionem † implicare, ſed naturæ † prodeſſe uideantur, ſicut ſunt inaures in ſummo ſingularum aurium: aut deſtruthionum oſsibus anſulæ in digitis, aut cum dicitur tibi ſingultienti, ut dextera manu ſiniſtrum pollicem teneas. His adiunguntur millia inaniſsimarum † obſeruationum. ſi membrum aliquod ſalierit, ſi iunctim ambulantibus amicis, lapis, aut puer medius interuenerit. Hinc ſunt etiam illa, limen calcare cùm ante domum ſuam tranſit: redire ad lectum, ſi quis dum ſe calceat, ſternutauerit: redire ad domum ſi procidens offenderit: uel ſi ueſtis à ſoricibus rodatur. Neque illi ab hoc genere ſuperſtitionis pernicioſæ ſegregādi ſunt, qui olim Genethliaci, propter natalium cōſiderationes dierum, nunc autem uulgò mathematici uocantur. Nam & ipſi quamuis ueram ſtellarū poſitionem cum quiſque naſcitur, conſectentur, † & aliquando etiam perueſtigent: tamen quòd inde conantur uel actiones noſtras, uel actionum euētum prædicere, nimis errāt, hoc autem genus fornicationis animæ ſalubriter diuina authoritas non tacuit: neq; ab ea ſic deterruit animam: ut propterea talia negaret eſſe ſectanda, quia falſa dicūtur & à profeſſoribus ſed etiam, ſi dixerint uobis (inquit) & ita euenerit, ne credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui, Sauli uera pronuntiauit, propterea talia ſacrilegia, quibus illa imago pręſentata eſt, minus execrāda ſunt † aut quia in actibus Apoſtolorum fœmina uentriloqua a uerum teſtimonium perhibuit Apoſtolis domini, ideo Pau. Apoſto. perpecit illi ſpiritui, ac non potius fœminam illius dæmonij correctione, atque excluſione mundauit. Omnes igitur artes huiuſmodi uel nugatoriæ, uel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & dæmonum, quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta penitus ſunt repudiandæ & fugiendæ Chriſtiano.

Item in libro de ciuitate Dei,

Non eſt uita, ſed mors, inquiſitio uel curatio quæ à diuinis uel magicis expetitur.

CAN. VII.

QVi ſine ſaluatore ſalutem uult habere, & ſine uera ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus, ſed æger, non prudens, ſed ſtultus in ægritudine aſsidua laborabit, & in cecitate noxia ſtultus & demens permanebit. ac proinde omnis inquiſitio, & omnis curatio quæ à diuinis & magicis artibus uel ab ipſis dæmonijs in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda eſt, quam uita: & qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam perditionē tendunt, pſalmiſta dicente: Omnes dij gentium dæmonia ſunt, qui per deceptos homines alios decipere quotidie geſtiunt, ut per ditionis ſuæ alios faciant participes. Itaque hæc uanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum b in toto orbe terrarum plurimis ſeculis inualuit per quandam ſcientiam futurorum & infernorum: & per inuentiones eorum inuenta ſunt haruſpicia & augurationes, & ipſa quæ dicuntur oracula & necromantia. Pſal. 95.

Idem confeſsionum libro iiij.

Chriſtiana & uera pietas, planetarios expellit et damnat.

CAN. VIII.

ILlos planetarios, quos mathematicos uocant, planè conſulere non deſiſtebam quod quaſi nullum eis ſacrificium, & nullę preces ad aliquem ſpiritum ob diuinationem dirigerētur: quod tamen Chriſtiana & uera pietas conſequenter expellit & damnat.

Item Hieronymus.

Cultura eſt idololatria auguria ſeruare, & ſtellarum requirere curſus.

CAN. IX.

SEd & illud c adde: quoniam qui fornicatur, in corpus ſuū peccat, non iſtud corpus ſolùm, quòd templum Dei eſſe- 1. Cor. 6. d Coloſ. 1. d

a Ventriloqua, quę habebat ſpiritū Pythonis in uētre. quę multis diebus ſequebatur Paulum & alios prędicatores, & clamabat: Iſti ſunt ſerui Dei, qui annūtiant uerba ſalutis. unde offenſus Paulus ad eam conuerſus eſt, & dixit ſpiritui: præcipio tibi ut ab iſta recedas. & ſtatim receſsit.

ADDITIO.

Subaudi, & propter hoc Apoſtolus percuſſus eſt à dominis ancillæ, quia amiſerunt lucrum, quod recipiebant ex diuinationibus ancillæ prædictæ. Ioan.

b QVi ſine. Angelorū. ergo aliqua eſt ſcientia à diabolo: ut j. ead. quæſtio. v. epiſcopi. in prin. argu. contra. ſ. xxxvij diſtinct. §. hinc etiam. ubi dicitur, quod à diuinis ſcripturis omnis ſcientia ſumpſit initium.

c SEd & illud. Tāgit illud quod legitur in Ioſue, quod populus circuncitus fuit à tēpore Abrahæ uſq; ad illud tēpus, quo popul' exiuit de Aegypto, ſed poſtea non fuerunt circuncisi quadraginta annis, quibus fuerunt in deſerto: ſed cum tranſierāt Iordanem, denuo præceptum fuit ut unuſquiſque circuncideretur: quod factum eſt. Et dicit domi-

Fœmina uentriloqua Paulū diu ſecuta eſt.

† ſuperſtitioſe.

† natura.

† Alias, immaniſsimarum.

Scientia unde eſt.

a Sed nūquid eſt licitum uti arte notoria? dic quod ars notoria omnino eſt illicita, & à Chriſtiano fugienda. hæc. n. ars eſt per quam quidam uitun tur acquirere ſcientiā ſed omnino ineſficax eſt & ſunt ibi quędā pacta illicita cū dæmonibus ſecūdum Tho.

Alias, cōſequuntur.

Circuncisio nō fuit facta in deſerto.

Act. 16. d

dominus Ioſuæ: Hodie abſtuli à te opprobriũ Aegypti.

[a] SI de area. Poteſtas eſt. Videt ergo q̃ nõ quilibet tenetur ꝓhibere, ſed ſolus iudex, ut diximus. xxiij. q. iij. non inferen la. ĩ. ca. ſcilicet. xxiij. quæſtione viij. præterea.

[b] LIcet. Idoli. Sed ipsũ idolothytũ non poteſt comedi. xxx. diſt. ſi quis carnem.

QUib⁹ autem. Hęc quæſtio diuidit in tres partes. In prima oſtẽdit quot ſũt genera diuinationum & unde habuerint originẽ & uocabula: & hoc probat per ca. Auguſtini. Secũda ibi, Quæritur. Terti ibi, Quod autẽ. ĩ. a cið duni. Ioan. d c. ſnt. e Fa n-

ctum eſt. ſed illud quod dicitur, quia omnis eccleſia corpus Chriſti eſt: & in omnem eccleſiam uidetur delinquere, qui corpus ſuum commaculauerit, quia per unum membrũ macula in omne corpus diffunditur. Eſt & illud opprobrium Aegypti quod ſi neglexeris, & poſt Iordanis tranſitum, & poſt baptiſmi ſecundã circuncisionem, uetuſtæ conſuetudinis inuſtione ſuggeritur, obſeruare auguria, requirere ſtellarũ curſus, & euentus ex his futurorum rimari, cæteriſque huiuſmodi ſuperſtitionibus implicari. Idololatriæ nanq; mater eſt Aegyptus, ex qua certum eſt opprobria huiuſmodi pullulare: quæ ſi trãſito Iordane ſuſceperis, & his te laqueis rurſus illigaueris tecum ſine dubio opprobria Aegypti trahis.

§ *Hæc autem ſortilegia* † *non uſqueadeò ſunt deteſtanda, ut ſi aliquid de area uel de torculari dæmonibus fuerit immolatum, quod reliquum eſt, ideo credatur eſſe immundum, aut ſi ipſum, quod oblatum fuerit, à nobis ignorantibus ſumi contigerit, ideo credamus nos deliquiſſe.*

† Alias, ſacrilegia.

Vnde Auguſtinus ad Publicolam. †

Non ideo reliqua ſunt immunda, quia ab area uel torculari, aliquid ad dæmonum ſacrificia tollitur.

† Epiſto. cliiij.

CAN. X.

SI[a] de area uel torculari tollitur aliquid ad ſacrificia dæmoniorum ſciente Chriſtiano, ideo peccat, quia permittit fieri, ubi prohibendi poteſtas eſt: [a]quod ſi factum non comperit, aut prohibendi poteſtatem non habet, utitur mundis reliquis fructibus unde illa ſublata ſunt.

Item Ambroſius in ij. epiſt. ad Corin. †

† Ambro. ad c.x. epiſt. j. ad Cornelium in commentarijs.

Immunis eſt à reatu, qui emit quod neſcit idolis immolatum.

CAN. XI.

LIcet aliquid pollutum ſit per accidentia, id eſt per oblationẽ idoli: [b]cùm tamen neſcit qui emit, nullum patitur ſcrupulum, & apud Deum immunis eſt.

QVAEST. III. & IIII.

[1 g] QVibus autẽ genus diuinationis exordiũ ſumpſerit, uel quot ſint genera eius, Auguſtinus exponit in libro de natura dæmonum, ita dicens: †

† Iſidor. ca. ix. lib viij Etymolog.

De multiplici genere diuinationis.

CAN. I.

IGitur genus diuinationis à Perſis fertur eſſe allatum. Varro autẽ dixit, Diuinationum quatuor eſſe genera, terrã, aquam, aerem, & ignẽ. Hinc geomantiã, hydromantiam, pyromantiã, aeromantiam dictas autumant. Diuini dicti ſunt, quaſi Deo pleni. Diuinitate. n. ſe eſſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam fraudulenta, hominibus futura coniectant. Duo autẽ genera diuinationis ſunt, ars, & furor. Incãtatores autẽ dicti ſunt, qui artem uerbis peragunt. Arioli uocati ſunt, propterea q̃ circa aras idolorũ nefarias preces emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt: hiſq; celebritatibus dęmonum accipiunt reſponſa. Haruſpices nuncupantur, quaſi horarum inſpectores. Dies. n. & horas in agendis negotijs, operibuſque cuſtodiunt: & quid per ſingula tẽpora obſeruare debeat homo, intendunt. Ij etiam exta pecudum inſpiciũt & ex eis futura prædicũt. Augures ſunt, qui uolatus auium & uoces intendunt, aliaque ſigna rerum uel obſeruationes improuiſãs hominibus occurrentes ferunt. Ijdem ſunt & auſpices. nam & auſpicia ſunt, quæ iter facientes obſeruant. Dicta autem ſunt auſpicia quaſi auium ſpicia: & auguria quaſi auium garria, id eſt, auium uoces & linguæ. Item augurium quaſi auigerium, quod aues gerunt. Duo ſunt autem genera auſpiciorum: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos ſcilicet uolatus: ad aures, uox auium. Pythoniſſæ à Pythonio † Apolline dictæ, quòd is author fuerit diuinandi. Aſtrologi dicti ſunt, eò quòd in aſtris augurantur. Genethliaci appellati ſunt, propter natalitiorum conſiderationes dierum. Geneſes enim hominum per xij. cæli ſigna deſcribunt, ſyderumque curſu naſcentium mores, actus & euentus prædicere conantur: id eſt, quis quali ſigno fuerit natus, aut quem effectum habeat uitæ qui naſcitur, interpretantur. Hi ſunt qui uulgò mathematici uocantur: cuius ſuperſtitionis genus conſtellationes Latini uocant, id eſt, notationes ſyderum, quo modo ſe habeant cùm quiſq; naſcitur.

† Pythius dictus eſt Apollo, à Pythone dracone, quẽ iaculis ſuis cõfecit p p. enim dictionẽ hãc ſcribunt Græci, nõ per ph.

^a^ S Ciendum. Hic Aug. oſtendit, quibus de cauſis dæmones ſciunt futura prædicere: non quod ipſi ſciant futura, ſed quia habent probabiles cōiecturas. primo illa ratione quia de ſubtiliori materia ſunt creatiuō ſubtilius conſiderant, quā homines. Item quia per antiquitatem multa ſciunt, quæ nos propter breuitatē temporis ſcire non poſſumus. Itē quia ipſimet conſueuerūt morbos immittere, & illud ipſi prædicūt quod aliquis ſit habiturus malū. Item ſicut medicus uidet aliquid per ſigna ſibi nota, quæ nos nō uidemus: ſic dæmones. Item ex ſignis quæ procedunt ex animo hominis, præuiſſent quædā futura. Item quia dicta prophetarum audierunt, ex quibus futura prædicunt.

^b^ Cogitationibus. Ergo uidetur, quod diabolus nouit cogitationes hominū. Sed contra: ſolus Deus ſcit occulta cordium: ut xxxiij. di. erubeſcant. ſed ipſe ſeipſum de hoc corrigit. j. c. proxi. Quod

Dæmones futura prædicere poſſunt.

Primum autem genus, id eſt, ſtellarum iterpretes, Magi nuncupabantur: ſicut de his legitur in Euāgelio, qui natum Chriſtū annunciauerūt. poſtea hoc nomine ſoli mathematici dicti ſunt. cuius artis ſcientia uſq; ad Chriſtum fuit cōceſſa: ut Chriſto edito, nemo exinde natiuitates alicuius de cęlo interpretetur. Horoſcopi dicti, quod horas natiuitatis hominū ſpeculentur, diſsimili & diuerſo facto. Sortilegi ſunt qui ſub noīe, &c. ut ſuprà. Salitores uocati ſunt, qui dum eis mēbrorum quæcunque partes ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificari prædicunt.

Quæritur autē de natura dæmonū, cuius naturæ ſint: an futura pſcire ualeant, uel quot modis futura prænoſcant.

De his ita ſcribit Auguſtinus in eodem libro.

Quot modis dæmones futura prænoſcant.

C. III.

S Ciendum ^a^ eſt hanc eſſe naturam dæmonum, ut aerij corporis ſenſu terrenorum corporum ſenſum facilè præcedant celeritate, etiam propter aerij corporis ſuperiorem mobilitatem, non ſolum curſus quarumlibet rerū, uel hominum, uel ferarum, uerum etiam uolatus auium incomparabiliter uincant: quibus duabus rebus quantum ad aerium corpus attinet præditi, hoc eſt acumine ſenſus, & celeritate motus, multò ante cognita † prænuntiant, quæ homines pro ſenſus terreni tarditate mirentur. Acceſsit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur, rerum longè maior experiētia, quàm poteſt hominibus propter breuitatem uitæ prouenire. Per has efficacias, quas aerij corporis natura ſortita eſt, non ſolum multa futura prædicunt dæmones, uerum etiam multa faciunt, quæ quoniam homines dicere non poſſunt aut facere, eos dignos quidam, quibus ſeruiant, & quibus honores diuinos deferant, arbitrantur: inſtigante maximè uitio curioſitatis propter amorem felicitatis falſæ atque terrenæ, & excellentiæ temporalis. ¶ Nunc igitur quoniam de diuinatione dæmonum quæſtio eſt. Primum ſciendum eſt, illos ea plerunque prænuntiare, quæ ipſi facturi ſunt: accipiunt enim ſæpe poteſtatem & morbos immittere, & ipſum aerem uitiando, morbidum reddere, & peruerſis atque amatoribus terrenorum commodorum, malefacta ſuadere, de quorum moribus certi ſunt, quod ſint eis talia ſuadentibus conſenſuri. ſuadent enim eis miris & inuiſibilibus modis per illam ſubtilitatem, corpora hominum non ſentientium penetrando, & ſe cogitationibus ^b^ eorum per quædam imaginaria uiſa miſcendo ſiue uigilantium ſiue dormientium. Aliquando autem non quæ ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt (quæ ſigna in hominum ſenſus uenire non poſſunt) antè prædicunt. neque enim quia præuidet medicus quæ præuidere neſcit eius artis ignarus, ideo diuinus habendus eſt. Quid autem mirum, ſi quemadmodum ille corporis humani uel perturbata uel mortificata temperie ſeu bonas ſeu malas futuras præuidet ualetudines: ſic dæmones in aeris affectione ſibi notas, nobis ignotas futuras præuident tempeſtates? Aliquando etiam hominum diſpoſitiones, non ſolum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cū ſigna quædam animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiſcunt, atque hinc etiam multa futura prenuntiant: alijs uidelicet mira, qui iſta diſpoſita non nouerunt. fallunt, & ſtudio fallendi, & inuida uoluntate, qua hominum errore lætantur. Sed ne apud cultores ſuos pondus authoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus ſuis, ſignorumq; ſuorum coniectoribus culpa tribuatur quādo ipſi mali decepti fuerint uel mentiti. Nonnunquam uero ipſi maligni ſpiritus, & illuſores hominum, atque ſalutis eorum inuaſores ſolent prædicere defectum culturæ ſuæ, & idolorum ruinam: quatenus præſcij uideantur quid in ſingulis regnis aut locis uenturum, & quid aduerſi ſuæ factioni contingere poſsit: quod etiam illi qui gentilium hiſtorias le-

† cogitata.

¶ Tex. ſequens habetur. eodem. li. v.

gunt, non ignorant. Quid ergo mirum, ſi iam imminentem templorum et ſimulacrorum euerſionē, quā prophetæ Dei ſummi tantò antè prædixerunt: Serapis dæmonali cui cultorū ſuorum hoc de proximo prodidit, ut ſuam quaſi diuinationem recedens uel fugiens cōmendaret?

Quod autem hominū diſpoſitiones cogitatione conceptas, per exteriora ſigna diabolus deprehendat, non firma ratione uidetur approbatum.

Vnde idem Auguſtinus ait in libro ſecundo retractationum. †

Quòd ex corporeis motibus internas animi cogitatiões diabolus deprehendat, res occultiſſima eſt.

CAN. III.

QVodam loco dixi, dæmones aliquando hominum diſpoſitiones non ſolùm uoces prolatas, uerùm etiam cogitatione conceptas, cùm ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiſcere. Rem dixi occultiſſimam, audaciori aſſertione, quàm debui. nam peruenire iſta ad notitiā dæmonum per nonnulla etiam experimenta compertum eſt: ſed utrùm quædam ſigna dentur ex corpore cogitationum illis ſenſibilia; nos autem latentia, an alia ui ſpirituali iſta cognoſcant: aut difficillimè poteſt ab omnibus, aut omnino non poteſt inueniri.

QVAESTIO V.

[a] Qvód autem ſortilegi et diuini ſi ceſſare noluerint excōmunicādi ſunt ratione, & authoritate probatur. Eſt enim quoddā genus culturæ idolorū ex dæmonū conſultationib. futura prædicere. ſicut n. auarus quia cultū Deo debitū nummo impēdit, idolorū cultor ab Apoſtolo nominaт: ſic illi qui futura quæ ex Dei oraculo nonnunquā reuelata inueniūtur, uel dæmonū conſultatione, uel quibuslibet præſtigijs inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura n. præſcire, ſolius Dei eſt, qui in ſui contēplatione et angelos illa pſcire facit. unde Eſaias ait: Priora & nouiſſima annuntiate mihi, et dicā quod dij eſtis. Cultores uerò idolorū à fidelium communione ſeparādi ſunt. Vnde in epiſtola ad Corinth. Apoſtolus ait: Si quis frater noīatur in uobis fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens: cum eiuſmodi nec cibum ſume. Eſai. 41. F 1. Cor. 5. d

Hinc et in decr. Greg. iunioris legitur.

Anathema ſit qui ariolos, haruſpices, uel incantatores obſeruat.

CAN. I.

SI quis ariolos, haruſpices, uel incantatores obſeruauerit, aut phylacterijs eorum uſus fuerit, anathema ſit.

Item ex concilio Anchirita. c. xxxiiij.

Quinquennio pæniteāt, qui diuinationes expetūt.

CAN. II.

QVi diuinationes expetūt, & morem gentiliū ſubſequuntur, uel in domos ſuas [b] huiuſmodi hoīes introducunt, exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi cauſa: ſub regula quinquennij iaceant, ſecūdùm gradus pœnitentiæ diffinitos. † c. 75. ſynodorum Græcorū ex libro Martini Bracharēſis epiſcopi.

Item ex concilio Martini Papæ. †

Elementa colere, Lunæ aut ſtellarum curſus in ſuis operibus, Chriſtianis ſeruare non licet.

CAN. III.

NOn licet Chriſtianis tenere traditiones gentiliū, & obſeruare uel colere elementa, aut Lunæ, aut ſtellarū curſus, aut inanē ſignorū fallaciam pro domo faciēda, uel propter ſegetes, [c] uel arbores plantandas, uel coniugia ſociāda. ſcriptū eſt enim: Omnia quæ facitis, aut in uerbo, aut in opere, omnia in noīe Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agētes deo. Nec in collectionib. herbarū, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, uel incātationes liceat attendere: niſi tantū cum ſymbolo diuino, aut oratione dominica: ut tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. Si quis autem paganorum conſuetudinem

Quod autem. Hæc eſt iij. pars quæ. in qua dicitur, ꝙ dæmones neſciūt quæ futura ſunt. Ioan. de Fant.

QVod autē. Hæc quæ. diuidit in iij. partes. In prima quarū probat magiſter per xij. ca. ꝙ ſortilegi & diuini ſunt excommunicādi, ſi non ceſſant, & euntes ad illos. Secunda ibi, Nō nulli, Tertia ibi, Ex præmiſsis. I. de Fā.

[a] SI quis. Phylacterijs. Phylacteria dicuntur hic chartæ, in quibus continentur incantationes.

† ca. 30. [b] QVi diuinationes. In domos ſuas. ſecundum legem iſti cōcremantur: ſed ille in cuius domo hæc ſiunt, poſt publicationem bonorum in exilium mittitur: ut C. de malefic. l. nullus.

[c] NOn liceat. Propter ſegetes. nunquid ergo hic reprehenditur aſtronomia: nūquid per uentos & diſpoſitiones Lunæ licitum eſt ruſticis cōſiderare tempus ſeminādi, [1] & medicis tēpora potionum & minutionū? Certe hæc non reprobantur: ſed illi reprobantur qui credunt ineſſe neceſsitatem ſuperioribus. unde non eſt dicendum, quod ſuperiora ſint cauſa rerum, licet ſint ſigna [a] rerum. Si

Aſtronomia non eſt reprehēdenda.

[1] Videtur quod nō, 3. ca. q. 7. nō obſeruetis & c. ſequen.

[a] Signa. Late Ioā. Picus Mirand. contra Aſtrologos.

ſequens diuinos aut ſortilegos in domum ſuam introduxerit, quaſi ut malum foras mittant, aut maleficia inueniant, uel luſtrationes paganorum faciant: quinque annis pœnitentiam agant. Mulieribus quoque Chriſtianis non liceat in ſuis lanificijs uanitatem obſeruare ſed Deum inuocent adiutorem, qui eis ſapientiam texendi donauerit.

Item ex concilio Laodicen. cap. xxx.

Sacris officijs dediti magi uel incantatores non fiant.

CAN. IIII.

NOn oportet ſacris offi cijs deditos clericos, magos, aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria, quæ animarum ſuarum uincula probantur: eos autem qui talibus rebus utuntur, proijci ab eccleſia iuſsimus.

Item ex concilio Toleta. iiij. cap. xxx.

Honore priuetur epiſcopus uel presbyter, qui magos uel haruſpices conſuluit.

CAN. V.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, uel diaconus, uel quilibet de ordinibus clericorum, haruſpices, aut incantatores, aut ariolos, aut certè augures, uel ſortilegos, uel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorũ ſimilia exercentes, conſuluiſſe a fuerit deprehenſus, ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus, b monaſterij curam excipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat.

Item ex concilio Agathen. c. xxxviij.

De ijs qui augurijs, & diuinationibus ſtudent.

CAN. VI.

ALiquanti clerici ſiue laici ſtudent augurijs, & ſub nomine fictæ religionis, per eas, quas ſanctorum patrum ſortes uocant, diuinationis ſcientiam profitētur, aut pro quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Hæc quicunque clericus, aut laicus detectus fuerit uel conſulere uel docere, c ab eccleſia habeatur extraneus.

Item Leo iiij. epiſcopis Britanniæ.

Sors nihil aliud quàm diuinatio, & maleficium eſſe decernitur.

CAN. VII.

SOrtes quibus cuncta uos ueſtris diſcriminatis d prouincijs, quas patres damnauerunt, nihil aliud: quam diuinationes & maleficia eſſe decernimus, quamobrem uolumus illas omnino damnari: & inter Chriſtianos, ultra nolumus nominari: & ne exerceant, anathematis interdicto prohibemus. Epiſtola 47. li. 7.

Item Gregorius Adriano notario.

Incantatores, ſortilegos, uelut Chriſti inimicos inſequi oportet.

CAN. VIII.

PEruenit ad nos, quod quoſdam incantatores, atque ſortilegos fueris inſecutus, & omnino nobis ſolicitudinem zelumque tuum gratum fuiſſe cognoſcas. ſtudij enim tui ſit ſolicitè quærere: & quoſcunque huiuſmodi Chriſti inimicos inueneris: diſtricta ultione corrigere. concilio 1. cap. 2.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes uel auguria uel ſortes ſecutus.

CAN. IX.

SI quis clericus, monachus, uel ſecularis diuinationes uel auguria eſſe credi derit obſeruanda. uel ſortes quas mentiuntur eſſe ſanctorum, quibuſcunque putauerint intimandas: cùm ijs qui cum eis crediderint, ab eccleſiæ communione propellantur. Epiſtola 66. li. 7.

Item Gregorius.

Contra ſortilegos & idolorum cultores, cuſtodia paſtoralis inuigilet.

CAN. X.

COntra idolorum cultores, uel haruſpices, atque ſortilegos, fraternitatem tuam uehementius paſtorali hortamur inuigilare cuſtodia: quod ſi emendare ſe à talibus nolle repereris, ſi ſerui ſunt, uerberibus e uolumus caſtigari: ſi uero liberi, incluſione digni, diſtrictamque ſunt in pœnam dirigendi.

Itē in concilio Carthaginenſi, c. xxxix. cap. 13.

a SI quis epiſcopus. Cõſuluiſſe. nota pro ſolo cõſilio debere quē puniri, 1 ſiue faciat ar ē, ſiue nõ: ſit pro ſola uocatione punitur, qui uocat clericum ad iudicium Imperatoris: ut xj. q. j. placuit.

b Suſpenſus. id eſt, depoſitus: ut patet per ſequentia.

c ALiquanti. Vel docere. nam ſimilis eſt culpa prohibita diſcere, & docere: ut C. de malefi. culpa, 2 & multa ſunt, q̃ melius eſt neſcire, quā ſcire. xxxviij. diſtin. quamuis. contrarium eſt. C. de hæret. quicunque. ultra medi. ubi dicitur ꝙ ille, q illicita docet, uel deportatur, uel punitur ultimo ſupplicio: diſcipuli uero puniuntur ex libris aũti. ſed ibi loquit de ijs q diſcēdi cauſa uenerunt, non tamen didicerunt: hic de eo q didicit uel conſuluit. Item contrarium eſt. xxxviij. diſti. qui de menſa. ſed illi diſcebāt, nō ut ſequerentur ea, ſed ut alijs per ea poſſent obuiare. xxxvij. diſt legimus.

d SOrtes. Diſcriminatis. id eſt iudicatis, uel dijudicatis.

e COntra idolorum. Verberibus. 3 Cum hic ſcribatur epiſcopis, patet hoc crimē eccleſiaſticū eſſe. Itē patet hic, quod epiſcopus poteſt aliquos uerberibus caſtigare: ut xxiij. q. v. c. j. Itē patet hic ꝙ epiſcopus poteſt in carcerē mittere reos. Item habes hic, q̃ alio modo punitur nobilis, quam ignobilis: ut xxiiij. q. j. qui contra. xij. q. ij. fraternitatis.

Epiſco-

Cõſilium facit quē puniri.

1 Sic. j. c. proxi. dic ꝙ in hoc peccat, q a prohibitū eſt cõſilium talium. extra de ſortileg. c. ij. Io de Fā.

Neſcire quādā melius eſt quā ſcire.

1 cap. 36.

2 Simile ar. inuenitur 16. q. 1 in canonibus. ubi cõſimilis pœna irrogatur dan te & accipienti oblationē eccleſiæ præter epiſcopi conſciētiam Lau. de hoc legi. & not. de conſe. diſ. ij. pro dilectione.

ca. 28.

3 Vel dic id eſt. in diſcrimē adducitis. Io. de Fā.

Epiſcopus poteſt aliquos uerberibus caſtigare.

ca. 477.

a Epiſcopi. Sed utinã hæ ſolæ. id eſt, utinã non plures. ſimilis expoſitio eſt. j. quæſtio. j. duces:[†]

[†] Alias, iudices. xxiij. q. iij. ſi ea. ubi. de hoc.

b Sed in corpore. id eſt, corporeo ſenſu percipi, &c.

c Quicũq;. Doloris. niſi forte ideo faciat, quia eccleſia ſua ſpoliatur, ut illud in ſignũ mœroris faciat: ſicut quidam ponunt ſpinas ſuper altare: ſicut

Triſtitiæ cauſa permittũtur aliqua.

Ab eccleſia ſeparetur, auguris, & incantationibus deſeruient.

CAN. XI.

Auguriis uel incantationibus ſeruientem, ſimiliter Iudaicis ſuperſtitionibus, uel feriis inhærentem: à conuentu eccleſiæ ſeparandum præcipimus.

Item ex concilio Anquirenſi. cap. j.

Sortilegam & magicam artem epiſcopi omnibus modis eliminare ſtudeant.

CAN. XII.

ad Tit. 3. c

Epiſcopi eorumque miniſtri omnibus modis elaborare ſtudeant, ut pernicioſam & à Zabulo inuentam ſortilegam & magicam artem ex parochijs ſuis penitus eradicent, & ſi aliquem uirum aut mulierem huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inuenerint turpiter dehoneſtatum, de parochijs ſuis deijciant. Ait enim Apoſtolus: Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita. ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt. Subuerſi ſunt & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia quærunt: & ideo a tali peſte debet mundari ſancta eccleſia. Illud etiam non eſt omittendum, quòd quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Satanam conuerſæ, dæmonum illuſionibus & phantaſmatibus ſeductæ credunt ſe & profitentur cum Diana nocturnis horis, dea paganorum, uel cum Herodiade, uel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eiusque iuſſionibus obedire uelut dominæ, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocari. Sed utinã hæ ſolæ [a] in perfidia ſua perijſſent, & non multos ſecum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent. nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta, hæc uera eſſe credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur. Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent ut nouerint hæc omnino falſa eſſe, & non à diuino, ſed à maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari arbitrentur.[†] Si quidem ipſe Satanas, qui transfigurat ſe in angelũ lucis, cùm mentem cuiuſcunque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illicò transformat ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum, atque ſimilitudines, & mẽtẽ quã captiuã tenet, in ſomnijs deludẽs, modò læta, modò triſtia, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendens, per quæ quæ deuia deducit: & cũ ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo eſſe, ſed in corpore [b] euehire opinatur. Quis enim in ſomnijs, & nocturnis uiſionibus non extra ſeipſum deducitur, & multa uidet dormiendo, quæ nunquam uigilando uiderat? Quis uero tam ſtultus & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitratur? cum Ezechiel propheta uiſiones Domini in ſpiritu, non in corpore uidit & audiuit, ſicut ipſe ſtatim inquit: Fui in ſpiritu. Et Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publice annuntiandum eſt quòd qui talia credit, & his ſimilia, fidem perdit, & qui rectam fidem non habet, hic non eſt eius, ſed illius, in quem credit, id eſt, Diaboli. nam de Domino noſtro ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt, &c. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, uel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior.

[†] Alias arbitramur.

2. Cor. 11. d

Ezech. 3. c

1. Co. 12. a

Ioan. 1. a

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem ſuorum inimicorum, altaria ſacris ueſtibus exuunt, aut ueſte lugubri accingunt, uel conſueta luminariorum obſequia eccleſiis Dei ſubtrahunt, uel miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro uiuis celebrant hominibus: quorum omnium maleficia nequiſſima Toletanum concilium condemnat dicens:*

Abijciatur ſacerdos, qui huiuſmodi maleficijs operam dederit.

CAN. XIII.

Quicunque ſacerdotum uel aliorum miniſtrorum deinceps cauſa doloris [c] cuiuslibet permotus, aut altare ueſtibus ſacris exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri ueſte accinxerit, ſeu etiam ſi conſueta luminariorum obſequia de templo Dei ſubtraxerit, & extin-

ſicut etiam denuda tur altare in paſsio ne Dñi, in ſignum triſtitiæ.

a Satisfactio. Arg. quod ſi aliquis ſatis fecerit de crimine, uel inde egerit pœnitentiam, amplius non poſsit accuſari licet ſit publicum crimen: 1 ut notatur. xxxiij. q. ij. admonere. Ioan. 2 de Fant.

b Nec mirum. Si non

1 Adde ad hoc quod no. glo. & docto. in l. qui ea mẽte. ff. de fur.

2 De hoc not. xlix. diſ. §. j. ibi uideas.

qui ſceperit, ſi eſt antea ueræ pœnitudinis corã metropolitano ſatisfactio a non purgauerit, loci ſui dignitate ſe nouerit, & honore priuari: illis proculdubio perſonis ab hac ultionũ ſententia ſeparatis, quas aut contaminationẽ ſanctorũ ordinũ uel ſubuerſionem ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatẽ uel obſidionẽ perferentes, ſeu etiã diuinorũ iudiciorũ ſententiã metuentes, hæc feciſſe contigerit, in quorum facto plus humilitas (qua Deus placatur) quã interni liuoris doloſitas declaratur. Plerique etiam ſacerdotum ſauciati inimicitię dolo, miſſam pro requie defunctorũ promulgatã, fallaci uoto pro uiuis ſtudent celebrare hominibus: ut is pro quo ipſum offertur ſacrificiũ, mortis incurrat periculum. Proinde noſtræ elegit unanimitatis conuentus, ut ſi quis deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipſe ſacerdos, quam etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilij perpetui ergaſtulo relegentur.

Ex præmiſsis authoritatibus colligitur, ꝙ arioli, haruſpices, incantatores, & ſortilegi, atque cæteri huiuſmodi ſectatores ab eccleſia ſunt eliminandi, & niſi reſipuerint, perpetuo excommunicandi. Sed quòd in ultimo Anquirenſi capitulo, ea quæ fiunt per incantatores, non in corpore, ſed in ſpiritu fieri dicuntur, Augu. in lib. de ciuitate Dei idem uidetur aſſerere, ita dicens: †

† Nõ eſt Augu. ſed Iſidor. ca. ix. li. viij. Etymologiarũ: qa Augu. lib. 18. ca. 18. de ciuitate Dei lõge latiꝰ de his loquit. Exod. 7. b

Quæ magorum præſtigijs fiunt, non uera, ſed phantaſtica eſſe probantur.

CAN. XIIII.

Nec mirũ b de magorum præſtigijs, quorum intantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moyſi in illis ſignis reſiſterent uertentes uirgas in dracones, & aquam in ſanguinẽ. In gẽtiliũ etiã libris legitur ꝙ quædã maga Circe ſocios Vlyſsis mutauerit in beſtias. Legitur etiã de ſacrificio, quod Arcades deo ſuo Lyceo immolabant, ex quo quicunque ſumerent in beſtiarũ formas conuerterentur. Sed hæc omnia magicis præſtigijs potius fingebãtur quã rerũ ueritate complerẽtur. Vt ergo ipſi errores ignorantibus manifeſti fiant, de eorum proprietate, atque inuentoribus iuxta traditionem maiorum patrũm dicere congruũ arbitramur. Magi ſunt, qui uulgò malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Ii ſunt, qui permiſſu Dei elemẽta concutiunt, turbant mentes hominũ minus confidentiũ in Deo, ac ſine ullo ueneni hauſtu uiolentia tantum carminis interimunt. unde Lucanus, Mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni Incantata perit. Dæmonibus enim accitis, audent uentilare, ut quoſcunque ſuos perimant malis artibus inimicos. Ii etiam ſanguine utuntur, & uictimis ſæpe contingunt mortuorum corpora. Necromantici ſunt, quorum præcantationibus uidentur reſuſcitari mortui, diuinare, & ad interrogata reſpondere. νεκρός enim Græcè, Latinè mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur. ad quos ſuſcitandos, cadaueri ſanguis adijcitur. nam amare ſanguinem dæmones dicuntur, ideo quotieſcunque necromãtia fit, cruor aquæ miſcetur, ut colore ſanguinis facilius prouocentur. Hydromantici ab aqua dicti. eſt. n. hydromantia, in aquarum inſpectione umbras dæmonum euocare, & imagines ludificationes eorũ uidere, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito ſanguine etiam inferos perhibentur ſuſcitare. & infrà. Ad hæc oia ſupradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorũ, quæ ars non cõmendat medicorum, ſeu in præcantationib., ſeu in characteribus ſuſpendendis atque ligãdis. in qbus oibus ars dæmonum, ex quadam peſtifera ſocietate hoium, & angelorum malorum exorta eſt. Vnde hæc cuncta uitanda ſunt Chriſtiano, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda. Auguria autem ſunt auium. hæc autem Phryges primi inuenerunt. Præſtigium uero Mercurius dicitur primus inueniſſe. dictũ eſt aũt præſtigium, ꝙ præſtringat aciem oculorũ. Haruſpicinæ artem primus Hetruſcis tradidiſſe dicitur quidã Tages, hic ex horis † haruſpicinam dictauit, & poſtea non apparuit. nã dicitur fabulosè, arante quodã ruſtico, ſubitò ex glebis exiluiſſe, & haruſpicinam dictaſſe, qua die mortuus eſt. quos libros Romani ex Hetruſca lingua in propriam mutauerunt. His ergo portentis per diabolorum fallaciã illuditur curioſitas humana, qñ id impudenter appetunt ſcire, qđ nulla rõne competit eis inueſtigare. Hæc poteſtas immundis ſpiritibus ideo datur, ut peruerſos ſibi aptent, hoc eſt prauos homines ſeducant, illos ſcilicet, qui ſpernunt ueritatẽ, & credunt mendacio, iuxta Pauli

† Alias, exaruris.

a Si non attractus. quia ab angelo fuit nunciata natiuitas eius.
b Permanet. ut s. xxv. diſt. c. qualis.
c Titulis. id eſt, argumentis. Ioan. Quod

ſententiã. Sanã doctrinã nõ ferẽt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes aurib. & à ueritate quidẽ auditũ auertent, ad fabulas autẽ cõuertent, onerati peccatis ducentur uarijs deſiderijs, ſemp diſcẽtes, & nunq̃ ad ſciẽtię ueritatẽ puenientes. Quemadmodũ aũt Iannes, & Mãbres reſtiterunt Moyſi, ita & iſti reſiſtunt ueritati: hoĩes corrupti mente, reprobi circa fidẽ. ſed ultra non ꝓficient, inſipientia eorũ manifeſta erit omnib. † ſicut & illorum fuit. Nec ideo quiſq̃ credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere poſſe ſine permiſſu Dei, q oĩa quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit, quod prædicti magi leguntur ſimilia feciſſe Moyſi, qui uirgã ſuã ꝓiecit, & cõuerſa eſt in dracone̾, proiecerunt q; ſinguli uirgas ſuas, & cõuerſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit uirga Aarõ uirgas eorũ. Non. n. fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus miniſtris illa operabantur. Inſunt. n. rebus corporeis per omnia elementa, quædam occultæ ſeminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atq; caſualis, prorumpũt in ſpecies debitas ſuis modis & finibus, & ſic nõ dicuntur angeli, qui iſta faciunt, animalium creatores, ſicut nec agricolę ſegetũ uel quorumcunq; in terra gignentium creatores dicendi ſunt, quãuis nouerint præbere quaſdam uiſibiles proprietates & opportunitates, & cauſas, ut illa naſcantur. Quod autẽ iſti faciunt uiſibiliter, hoc illi inuiſibiliter, Deus uero ſolus unus eſt creator, qui cauſas ipſas, & ſeminarias rationes rebus inſeruit. Præterea quidam quærendũ putant quomodo ſcriptura narrat Pythoniſſam Samuelẽ prophetã ſuſcitaſſe ad colloquiũ Saulis impijſsimi regis, ſi Pythonica diuinatio errori magicæ artis deputanda ſit? Quibus ita reſponderi poteſt, indignum omnino facinus eſſe, ſi ſecundùm uerba hiſtoriæ commodetur aſſenſus. Quomodo. n. poterat fieri, ut arte magica attraheretur uir à natiuitate ſanctus, & operibus uitæ iuſtus? at ſi non attractus[a] eſt, conſenſit: quod utrunque de iuſto credere aduerſum eſt. Nullum enim ſuffragium habet iuſtitia ſi attractus, aut uoluntarius conſenſus, amiſit meritum ſpirituale, quod poſitus in carne quæſierat. quod ualde abſurdum eſt: quia qui hinc iuſtus receedit, permanet[b] iuſtus. Porrò hoc eſt præſtigium Satanæ, quo ut plurimos fallat, etiam bonos habere in poteſtate ſe confingit. quod Apoſtolus inter cætera oſtendit dicens: Ipſe Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. ut enim errorem faceret, in quo glorificaretur, habitu uiri iuſti & nomine ſe ſubornauit, ut nihil proficere ſpem quã prædicebant Dei cultoribus, mentiretur, quoniam hinc exeuntes iuſtos finxit in ſua eſſe poteſtate. Sed hoc quoſdam fallit, quòd de morte Saulis & filij eius non ſit mentitus, quaſi magnum ſit diabolo ante occaſum mortem corporis præuidere: cum ſigna quædam ſoleant apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota uidetur: quantò magis diabolo, quem angeli ca poteſtate ſublimem prophetica oracula fuiſſe teſtantur, de cuius magnitudine Apoſtolus ait: An ignoratis altitudinem Satanæ? Quid mirum ergo ſi imminentem propè mortem potuit præuidere: cum hoc ſit unde fallit, & ſe in Dei poteſtate uult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus eſt Saul, ut ad Pythoniſſam confugeret. deprauatus enim cauſa peccati, ad hoc ſe contulit quod damnauerat. Sed ſi quis propter hiſtoriam, ea quæ uerbis expreſſa ſunt putet non prætermittenda, ne ratio hiſtoriæ inanis ſit, rectè facit quidem: ſi tamen iſtud minimè ad ueri rõnem rapiat, ſed ad uiſum & intellectum Saulis. neq;. n. reprobus factus bonum intellectũ poterat habere. Hiſtoricus. n. mentem Saulis, & ſtatum Samuelis deſcribit, & ea quæ dicta & uiſa ſunt exprimens prætermittens uerane an falſa ſint, qui (ait) audiens in quo habitu eſſet excitatus intellexit (inquit) hunc Samuelẽ eſſe. Quid intellexerit retulit, & quia non bene intellexit, contra ſcripturã alium adorauit quàm Deũ, & putans Samuelem, adorauit diabolũ: ut fructum fallacię ſuæ haberet Satanas. Ad hoc. n. nititur, ut adoretur quaſi Deus. Si. n. Samuel ille uerè appa ruiſſet, nõ utiq; uir iuſtus permiſiſſet ſe adorari, qui prædicauerat Deum ſolũ eſſe adorãdum. & quõ homo Dei, qui cũ Abraham in refrigerio erat, diceret ad uirum peſtilentem & dignũ ardore gehennæ. Cras mecũ eris? His duobus titulis[c] ſubtilitatem fallaciæ ſuæ prodidit improuidus Satanas: quia & adorari ſe permiſit ſub habitu & nomine Samuelis contra legem, & uirũ peccatis preſſum, cum magna diſtantia peccatorum & iuſtorum ſit, cum Samuele iuſtiſsimo ſũ-

† Alias, omnib.

mo futurum mentitus eſt. uerum poteſt dici uerum poteſt uideri, ſi de Samuelis nomine taceatur: quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim tranſmigrauit, quem adorauit. Semper ergo diabolus ſub uelamine latens, prodit ſe dum ea confingit, quæ hæreant perſonis per quas fallere nititur. Si autem quilibet opponit & dicit, Quomodo eueniunt illa, quæ illi diuini prædicunt futura: aut quomodo poſſunt ægris præbere medelam, aut ſanis immittere ægritudinem, ſi aliquid propriæ uirtutis ac poteſtatis non habeant? hoc à nobis recipiant reſponſum, quòd ideo quiſquam non debet eis credere, quia aliquando eueniunt

Deut. 13. b

quæ prædicunt, aut ſanare uidentur languidos, aut lædere ſanos, quia hoc permiſſu Dei fit, ut ipſi qui hæc audiunt uel uident, probentur, & appareant, qua fide ſint uel deuotione erga Deum, ſicut in Deuteronomio legitur, Moyſes ex uerbo Dei populo Dei præcepiſſe ita dicens: Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnium dicat ſe uidiſſe, & prædixerit ſignum atq; portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, Eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoramus, & ſeruiamus eis: non audies uerba prophetæ aut ſomniatoris: quia tentat uos dominus Deus ueſter, ut palam fiat utrùm diligatis eum, an non. In toto corde ueſtro, & in tota anima ueſtra dominum Deum ueſtrum ſequimini, ipſum timete, mandata eius cuſtodite, & audite uocem illius. Ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis, &c. Vbi ſanè intelligi uoluit etiã illa, quæ à diuinantib. non ſecundum Deũ dicũtur, ſi acciderint quæ dicuntur, non ſint ſic accipienda, ut fiant quæ præcipiũtur ab eis, nec colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter ſuam poteſtatem Deus oſtendit eſſe quòd contingũt iſta, ſed quaſi quæreretur cur ea permittat, cauſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendam utique eorum dilectionem, utrum eam habeant erga Deum ſuum, cognoſcendum uerò ab ipſis potius quàm ab illo, qui ſcit omnia antequam fiant.

QVAESTIO VI.

*Q*Vòd autem ab epiſcopo [a] *excommunicatus eo inconſulto ab alio reconciliari non poſſit niſi forte per eius metropolitanum,* [b] *uel per ſummum pontificẽ, ratione, & authoritate probatur. Presbyteri nanq; poteſtatẽ excommunicandi, uel reconciliandi ab epiſcopis accipiunt, non ẽpi à presbyteris, atq; ideo excommunicatos à ſacerdotibus reconciliare poſſunt: excommunicatos uerò ab ẽpis ſacerdotes reconciliare non poſſunt. Reconciliatio nanque pœnitentium epiſcopale officium eſt, non ſacerdotale.*

Vnde in concilio Carthagĩẽſi ſecundo, † *Fortunatus epiſcopus dixit:*

Pœnitentium reconciliatio, chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio, à presbyteris non fiat.

CAN. I.

SI iubet ſanctitas ueſtra ſuggero. Nã memini præterito concilio ſtatutum, ut chriſma uel reconciliatio pœnitentiũ, necnõ & puellarũ cõſecratio, a presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerſerit hoc faciẽs, quid de eo ſtatuẽdũ? Aurelius epiſcopus dixit, Audiuit dignatio ueſtra ſuggeſtionẽ fratris & coepiſcopi noſtri Fortunati. Quid ad hoc dicitis? Ab uniuerſis epiſcopis dictũ eſt, Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio à presbyteris non fiat. Reconciliare [d] quenquam in publica miſſa presbytero non liceat, hoc omnibus placet. Puellarum tamen conſecratio, epiſcopo conſulto per

[a] QVod autem ab epiſcopo, certum eſt, quod ligatum à maiori nõ poteſt minor abſoluere, ut xxj. diſtin. inferior. & c. denique. & extra de ele. innotuit. niſi in articulo mortis, ut extra de ſen. excõ. nõ dubium. Magiſter tamẽ largius proſequit quæſtionẽ, an pſbyter poſſit reconciliare pœnitẽtes? Dicas ergo ꝙ eſt recõnciliatio quædam publica, quædã priuata. publica ſolus epiſcopus poteſt reconciliare, ut ĩ. e. cap. j. & 50. diſtin. in capite. illa non fit niſi in crimine quod totã urbem commouet, ut ĩ. e. cap. ulti. priuata autem poteſt ſacerdos reconciliare, ut ĩ. ea. presbyteri. & tempore neceſsitatis ql'ibet poteſt alium reconciliare eccleſiæ, ut de conſec. diſt. iiij. ſanctum. Ioan.

Recõciliatio eſt duplex.

† cap. iij.

[b] Metropolitanũ. Hoc tamen eſt uerum, cum eſt appellatum ad ipſum, ut extra de ſenten. excommunica. per tuas. Si tñ metropolitanus abſoluat, cum non ſit appellatum ad ipſum, dicunt quidam quod tenet abſolutio, licet abſoluere non debeat. Sed hoc uix credo, [1] cũ canon uocet eum peregrinũ ſiue extraneum iudicem, ut vj. q. iij. ſcitote. & iij. q. vj. peregrina. nec habet iuriſdictionem, niſi in certis caſibus, ut extra de offic. ordi. paſtoralis. Ioan.

Metropolitanus an poſsit abſoluere ſuffraganei ſubditũ, q ad ipſum non appellauit.

[1] Ad hoc 9. q. 3. ca. nullus. in princ. ubi de hoc. & idem not. Goffre. in ſum. d ſen ten. excõ. §. ſed nõ idem.

[c] SI iubet. A presbyteris. Vidua tamẽ ab his poteſt recipere ſacrũ uelamen, ut xx. q. j. uidua.

Presbyter ſimplex an poſsit aliquẽ reconciliare eccleſiæ.

[d] Reconciliare. eſt ergo hic arg. ꝙ cum presbyter non poſſit aliquẽ recõciliare eccleſiæ, ꝙ multo fortius nõ poſsit aliquem eijcere publice extra eccleſiã ſic uidet: ꝙ nõ poſſit excõicare. [2] intelligunt aũt quidã quod

[2] De hoc leg. & no. ĩ. 2. q. 1. nemo. ibi uideas. & legi. & not. 24. q. 3. tã ſacerdotes. Ar.

preſbyterum fieri ualet.

Vnde in Carthaginenſi concilio quarto.

Permiſſione epiſcopi, uirgines cõſecrare preſbyter ualet.

CAN. II.

PResbyter inconſulto [a] epõ uirgines nõ conſecret: chriſma uero nunquam conficiat.

Item ex concilio Agathenſi. †

Nec diaconus miniſtrare, nec pœnitentẽ in eccleſia benedicere preſbytero licet.

CAN. III.

MIniſtrare [b] diaconus, aut conſecrare altare preſbyter non præſumat: benedictionẽ [c] quoque ſuper plebem in eccleſia fundere, aut pœnitentem in eccleſia benedicere preſbytero penitus non licebit.

Ecce quòd ab epiſcopo excõicatus, per ſacerdotem reconciliari non poteſt. Sed notandũ eſt, quòd reconciliatio alia eſt publica, alia priuata. Publica recõciliatio eſt, quando pœnitentes ante eccleſiæ ingreſſum publicè repræſentantur, & per impoſitionem manus epiſcopalis eccleſiæ publicè reconciliantur. hæc ſacerdotibus uidetur eſſe prohibita. Vnde circa finem illius capituli non ſimpliciter prohibentur pœnitentes reconciliare, ſed in publica miſſa. Priuata uerò recõciliatio eſt, quãdo de occultis peccatis pœnitentes, uel in extremis agentes, ad gratiam reconciliationis accedũt, hæc reconciliatio poteſt fieri per ſacerdotem.

Vnde Euariſtus Papa ait:

Iuſſione epiſcopi, de occultis peccatis preſbyteri pœnitentes reconcilient.

CAN. IIII.

PResbyteri de occultis peccatis iuſsione [d] epiſcopi pœnitẽtes reconcilient, & (ſicut ſuprà præmiſimus) infirmantes abſoluant, & cõicent.

Item ex concilio Carthaginenſi ſecundo.

Si epiſcopus abſens eſt, per preſbyterum reconcilietur in periculo conſtitutus.

CAN. V.

AVrelius epſ dixit, Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari diuinis altaribus petierit, ſi epiſcopus [e] abſens fuerit, debet preſbyter utiq; conſulere epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare. quam rẽ debemus ſalubri conſilio roborare. Ab omnibus epiſcopis dictum eſt, Placet quod ſanctitas ueſtra nos neceſſariò inſtruere dignata eſt.

Item ex concilio Martini Papæ.

Qui metu mortis reconciliatur, conualeſcens ſine cõmunione pœnitentiæ impleat tẽpus.

CAN. VI.

SI quis de corpore exiens nouiſsimum & neceſſarium [f] communionis uiaticum expetit, non ei denegetur. quòd ſi in deſperatione [g] poſitus, poſt acceptam communionem iterum ſanus fuerit factus, tantum in oratione particeps ſit. Sacramentum uerò non accipiat, [h] donec inſtitutum pœnitentiæ impleat [i] tempus. Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum, cum conſideratione & probatione epiſcopi, accipere debent.

Item ex concilio Auraſico.

Sine manus impoſitione, pœnitentes recedentes de corpore reconcilientur.

qđ hic dicit, ꝙ tunc ſacerdos non poſsit publicè reconciliare, cũ epiſcopus indixerit pœnitentiã alicui: ſecus ſi ſacerdos indixerit pœnitentiã. Item publice recõciliare põt, ut dicũt, ex mandato epi. ĩ. ea. Aurelius. Ioannes.

[a] PResbyter inconſulto. Vel uacat hic arg. à contrario ſenſu: uel locale fuit uel temporale, ſicut illud. xcv. diſt. peruenit. hodie enim ſolis epis illud competit. lxviij. di. quãuis. Io.

[b] MIniſtrare. i. conficere corpus Chriſti, uel etiã tradere ſine mãdato ſacerdotis, ut j. q. j. in eccleſia.

[c] Benedictionem. ſ. ſolennem, quæ fit per talia uerba: Sit nomen domini benedictum. & ſic nõ obſtat. xcv. diſtin. peruenit. Ioan.

[d] PResbyteri. Iuſsione. Si intelligas hoc de excõmunicato, planum eſt, uel intelligas de illo cui epſ pœnitentiam iniunxerit. Nam abſente epiſcopo, ſine mandato eius poteſt reconciliare ſi neceſſitas fuerit, ut ĩ. e. ca. ulti. uel intelligas hoc iuſsione generali. arg. xvj. q. j. §. ecce. & capit. cunctis.

[e] AVrelius. Si epiſcopus. Illud intelligas cũ quis eſt excõicatus ab epo, uel cũ epiſcopus indixit ei pœnitentiam alias ſecus uidetur, ut ĩ. ea. c. ulti. & de conſecra. diſt. iiij. ſanctũ. Et eſt hic arg. ꝙ cũ in ſacramentis conferendis abſens citat̃, ꝙ multo potius abſentes in electione ſunt uocandi. De illa materia notatur vij. q. j. factus. Ioan.

[f] SI quis de corpore. Neceſſarium. neceſſarium eſt, ad ſalutem, ſaltẽ quia tollit peccata uenialia, ut de conſecra. diſt. ij. cum omne. nec alicui negatur, etiam ſi debeat ſuſpendi in patibulo. xiij. quæſt. ij. quæſitum.

[g] In deſperatione. ſanitatis.

[h] Non accipiat. Non tamen idem eſt in illo q eſt abſolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excommunicationẽ. talis enim ſi fuerit abſolutus, tenetur adire ſedem apoſtolicam, cum opportunum fuerit, [1] ut extra de ſenten. excom. de cætero. Et ſic eſt arg. quod re aliqua reſtituta in priſtinum gradum, priora iura ei uel contra ipſum reſtituuntur, ut ĩ. ea. q. proxi. cap. j. extra de elect. quia diligentia. Argu. contra de conſecra. diſtinctio. iiij. quæris. Sed hæc fuit ad tempus ſopita, non omnino ſublata. extra de ſolutioni. Odoardus.

[i] Impleat. Quandoque tamen indulgetur cõmunio corporis domini ante finitũ tẽpus pœnitẽtiæ, ut lxxxij. diſt. preſbyter. xij. qõ. ij. de uiro. Ioannes.

† c. xliij. xliiij.

[g] De hoc etiam no. de conſe. di. j. cum ad celebrãdas. ibi uide.

Abſentes ſũt ad electionẽ uocandi.

Euchariſtia et ſuſpendẽdis in patibulo nõ eſt deneganda.

[1] Quod ſi non fecerit, in eandẽ ſententiã reincidit ipſo iure, ut li. 6. de ſentẽ. excõ. eos qui. ubi corrigit dicta ſententia. Io. de Fant.

CAN. VII.

Qvi recedunt de cor pore pœnitẽtia accepta, placuit ſine reconciliatoria [a] manus impoſitione eis communicare, quod morientis ſufficit reconciliationi, ſecundùm diffinitionem patrũ, qui huiuſmodi communionem, uiaticum congruè nominauerũt: quòd ſi ſuperuixerint, ſtent in ordine pœnitentium, & ut oſtenſis neceſſarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cũ recõciliatoria manus impoſitione recipiant. Clericis quoque deſiderantibus pœnitentiam [b] non eſt neganda. Similiter ſubito obmuteſcens (prout ſtatutum eſt) baptizari, aut pœnitentiam [c] accipere poteſt, ſi uoluntatis præteritæ teſtimoniũ aliorũ uerbis habet, aut præſentis in ſuo nutu. Amentibus [d] etiam quæcunque pietatis ſunt conferenda ſunt.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto. †

Aliorum teſtimonio moriturus, fidelis reconcilietur ſi obmutuit, uel in phreneſim conuerſus eſt.

CAN. VIII.

Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu dum ad eum inuitatus ſacerdos uenit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, uel ſi in phreneſim conuerſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, [e] & accipiat pœnitentiam, [f] & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur [g] ori eius euchariſtia, ſi ſuperuixerit, admoneatur à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus quandiu ſacerdos, qui pœnitentiam dederit, probauerit. Item pœnitentes, qui in infirmitate uiaticum euchariſtiæ accipiũt non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione ſi ſuperuixerint.

Item ex Niceno concilio.

Cura & probatione epiſcopi morientes reconcilientur.

CAN. IX.

De his uerò, qui recedunt [h] ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur nunc etiam: ita ut ſi fortè quis recedat ex corpore, neceſſario uitæ ſuæ non defraudetur uiatico. Quòd ſi deſperatus aliquis, recepta communione ſuperuixerit, ſit inter eos, qui ſola oratione communicant: de omnibus enim his, qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, cura & probatio ſit epiſcopi.

Item Leo epiſcopus. †

Non eſt deneganda reconciliatio his, qui tempore neceſſitatis eam implorant.

CAN. X.

His qui in tempore neceſſitatis & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & munus reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur ueniæ moras conuerſio: dicente Dei ſpiritu per Ezechielem prophetam: Cùm cõuerſus ingemueris, tũc ſaluus eris. Quod ſi ita aliqua ægritudine aggrauati ſunt, ut quod paulò antè poſcebant, ſub præſenti ſignificare non ualeant teſtimonio, eis fidelium & circunſtantium teſtimonium prodeſſe debebit. Simul tamen pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur, ſeruata tamen regula ſanctorum canonum paternorum, circa eorum perſonas, qui à domini fide [i] diſcedendo peccauerunt. Ezech. 18

Item ex concilio Epanenſi.

Non reſpuatur eius oblatio, qui feſtinans ad pœnitentiam ſacerdotem inuenire non potuit.

[a] Qvi recedũt. Sine reconciliatoria ſolenni, ſcilicet epiſcopali, ne ſit contra. j. cap. proximo.

[b] Pœnitentiã. priuatã. nam ſolẽnem non faciunt clerici: ut 50. diſtin. confirmandum. lxxxij. diſtin. presbyter. niſi fuerit depoſitus, de pœni. diſt. vj. capit. ſacerdos.

[c] Pœnitentiam. Id eſt, fructum pœnitentiæ.

[d] Amentibus. Id eſt, ſi quis fuerit amens à natiuitate, talis poteſt baptizari, [redacted]. ſi uero non fuit amens à natiuitate, ſed credit eſſe in mortali peccato, non eſt ei dandũ corpus Chriſti: ut extra de bapti. & eius effec. maiores

Corpus domini ab poſsit ab amẽtibus recipi.

[e] Is qui. Eum audierunt. Nunquid creditur ſimplici uerbo iſtorum ſiue iſti ſunt bonæ famæ, ſiue non? Itẽ nunquid ſoli teſti in hoc caſu creditur, cum pluraliter hic loquitur? Videt quod plures requirũtur. [1] quod tamẽ uni ſoli credatur, uidetur ex hoc, quod iſtud non cedit in præiudicium alicuius: ut j. de conſec. diſt. iiij. cum itaq; . & cap. placuit. alias uoluntas defuncti non poteſt probari per tale teſtimoniũ quod dicit ſe audiuiſſe à defuncto, licet ſuper tali negotio alius uerus teſtis habeatur. extra de ſucceſ. ab inteſta. cum dilectus.

[1] Ad idẽ j. ca. is qui de pœnit. diſt. j. multiplex uerſic. is qui. alias eſt c. per ſe.

§ ca. 76.

[f] Pœnitentiam. i. abſolutionem. Formam abſolutionis habes extra de ſenten. excõ. à nobis.

[g] Et infundatur. Sed qualiter recipiat euchariſtiam, qui ita infirmatur? Si. n. tincta in pane datur ei, hoc prohibetur de conſec. diſt. ij. cum omne. nec alio modo uidetur danda: quia punit infirmus, qui euomit euchariſtiã: ut de conſec. diſtin. ij. capit. ſi quis. per ebrietatem.

Euchariſtiam infirmus euomẽs punitur.

[h] De his. Recedunt. Hic eſt argu. quod qui abſolui deſiderat, ſine mora (etiam nõ obſtante aliqua appellatione) eſt abſoluendus: ut extra de appel. qua fronte. Laur.

[i] His qui. Fideles. n. non ſunt recipiendi ſine reconciliatione ſolenni, aut iuramento: ut j. quæſtio. vij. ca. conuenientibus. & cap. quoties.

Si ali

† ſ. epiſtola 89. ad Theodorum.

CAN. XI.

SI aliquis fuerit mortuus, qui iam ſit confeſſus, a & teſtimoniũ habeat bonum, & non poterat uenire ad ſacerdotem, ſi præoccupauit eum mors in domo, aut in uia, faciant pro eo oblationẽ, b ad altare parentes eius, & dent redemptionem pro captiuis.

Ecce quod epo præcipien te pænitentes de occultis peccatis, ſiue in periculo cõſtituti per presbyterũ poſſunt recõciliari, ſed ſi neceſſitate mortis peccator urgetur, & eps ita remotus eſt, quod presbyter eũ cõſulere nõ poßit, negabitur pænitẽtia moriẽti, et beneficiũ recõciliationis nõ præſtabitur pænitẽti, quẽ cõuerſum Deus recipit ad ueniã, iuxta illud e In quacunq; hora peccator cõuerſus fuerit, &c. Et item, Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad uos ecclesia ſibi reconciliare negliget, quẽ Deus intus ſuſcitauit? Eccleſia foris abſoluere contemnet? Damnabit abſentia epiſcopi, quem gratia diuinæ præſentia illuſtrat per lauacrum regenerationis? Morituris ſuccurritur, etiã à laicis ſi presbyteri defuerint. Cur ergo beneficio reconciliationis per presbyterum ei ſubueniri non poterit, ſi contigerit epiſcopum deeſſe? Si ſecundùm Auguſtinum, qui agens in extremis confitetur ſocio turpitudinem criminis, ſit dignus uenia ex deſiderio ſacerdotis: cur non ſimiliter ſit dignus reconciliatione ex deſiderio epiſcopi, qui ſacerdoti non negat maculam ſui reatus? Item morientibus pænitentiam negare presbyteri non debent.

Vnde Iulius papa ait:

Reus eſt animarum presbyter, qui pænitentiã morientibus abnegat.

CAN. XII.

SI presbyter pœnitẽtiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia dñs dicit, Quacunq; die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiã, uita uiuet, & non morietur. Ezech. 18 Vera. n. confeſsio in ultimo c tempore eſſe poteſt: quia dñs non ſolùm tẽporis, ſed etiam cordis inſpector eſt, ſicut latro unius momenti pnĩa meruit eſſe in paradiſo in hora ultimæ confeſsionis. Luc. 23. g

Item Celeſtinus papa ait:

Pænitentia morientibus non eſt deneganda.

CAN. XIII.

AGnouimus pniam mori[illegible] denegari: nec illorum de[illegible] obitus ſui tpe hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem inueniri, ut de Dei bonitate † deſperet, quaſi non poſsit ad ſe quouis tpe concurrenti ſuccurrere, & periclitantẽ ſub onere peccatorũ hominẽ redimere quo ſe uelle expediri deſiderat & liberari. Quid hoc rogo aliud eſt, quam morienti mortem addere, eiusq; animam ſua crudelitate ne abſoluta poſsit eſſe, occidere? cum dominus ad ſubueniendum paratiſsimus inuitet ad pniam, ſic promittens peccatori: In quacunque hora, &c. Et item: Nolo mortem peccatoris: ſed ut magis conuertatur & uiuat. Ezech. 33 Salutem ergo hominũ adimit, quiſquis mortis tempore pœnitẽtiam ſibi denegat, & deſperat de miſericordia Dei, qui eum ad ſubueniendũ morienti ſufficere, uel in momento non credit poſſe. perdidiſſet utique latro in cruce præmium ad dexterã Chriſti pendens, ſi illum unius horæ pœnitentia non iuuiſſet, cùm eſſet in pœna pœnituit, & pro unius confeſsione ſermonis, habitaculum paradiſi eo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in ultimis poſitorum mente d potius æſtimanda eſt, quàm tempore, propheta hoc taliter aſſerente. Cùm ergo dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti: cùm ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari. Cui autem pœnitentia non denegatur, nec reconciliatio ſibi deneganda eſt.

Inconſulto ergo epiſcopo pænitentem presbyter reconciliare non debet, niſi ultima neceſſitas cogat.

† Alias, pietate.

a SI aliqs. Cõfeſſus. i. ſe uelle accipere pœnitẽtiam. b Oblationem. Hoc intelligendum eſt de tali, qui deliquerat, & nõ ſatiſfecerat. ſi enim talis fuerat excommunicatus, licet apparuiſſet ſigna pœnitentiæ, nõ tamen orãdum eſt pro eo. Et licet infirmus pōt abſolui à quolibet ſacerdote, 1 non tamẽ mortuus: ut extra de ſenten. excom. ca. à nobis. in fin. ſed à ſolo papa ſi incidit in canonem latæ ſententiæ. xvij. q. iiij. capi. ſi quis ſuadente. Io. de Faut.

c SI presbyter. Vltimo. Tamẽ dicit Augu qđ ſero pœnitentibus pœnitentiã dare poſſumus, ſecuritatem dare nõ poſſumus. nõ dico qđ condẽnabit, ſed nec dico qđ liberabit: ut de pœn. diſt. vij. ca. nemo. & §. ſeq. Item raptori nocet ſera pœnitentia: quia negatur ei ſepultura, licet admittatur ad pœnitentiam. extra de rap. ſuper eo. Io.

d AGnouimus. Mẽte. Non enim conſideranda eſt menſura temporis, ſed doloris: ut de pœni. diſt. j. cap. menſuram.

Presby-

Sacerdos qlibet infirmũ, ſed non mortuũ abſoluit.

1 Intellige de illo infirmo, q ſtatim creditur moriturus. ĩ. ead. de his qui infirmitate. j. ca. c. ulti. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ex. de ſen. excõ. non dubiũ. & cap. ea. noſcitur. §. ſi uero. & ci qđ de his. & ca. quãuis, extra de ſep. parochiano. extra de rap. in literis. & j. c. §. cum autem. Arc.

Ezech. 18. Malac. 3.

Menſura doloris eſt conſideranda.

Vnde in Carthaginenſi concilio tertio legitur.

Inconſulto epiſcopo pœnitentē pſbyter recōciliare, niſi ultimæ neceſſitas cogat, nō debet.

CAN. XIIII.

PResbyter inconſulto epō, non reconciliet pœnitentē, niſi abſente epō ultima neceſsitas cogat. Cuiuſcunq; pœnitentis publicū [a] & uulgatiſsimum crimen eſt, quod uniuerſam commouerit urbē, ante abſidiā, [b] id eſt, atrium eccleſiæ, manus ei imponatur.

QVAEST. VII.

[1] [c] DE tēpore uerò ſatisfactionis, an ſit īponēdū morituris, Theodorus Cantuarienſis Archieps in pœnitētiali ſuo ita diffinit, dicens:

In periculo conſtitutis, pœnitentiæ quantitas non eſt imponenda, ſed innoteſcenda.

CAN. I.

AB infirmis in periculo mortis poſitis, pura eſt inquirenda [d] cōfeſsio peccatorum: non tamen illis imponēda eſt quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorū orationibus, [e] & eleemoſynarum ſtudijs, pondus pœnitentiæ ſubleuandū, ſi fortè migrauerint: ne obligati à cōione & conſortio ueniæ fiāt alieni, à quo periculo ſi diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modū à ſacerdote ſibi impoſitum diligenter obſeruet: & ideo ēm authoritatē canonicam, ne illis ianua pietatis clauſa uideatur, orationibus, & conſolationib. eccleſiaſticis ſacra unctione olei inuncti, ſecundū ſtatuta ſanctorū patrum communione uiatici reficiantur.

[2] *Alijs uerò pro qualitate peccati, & pſidentiū arbitrio, tēpora pœnitentiæ decernenda ſunt.*

Vnde Leo Papa. †

Præſidentium arbitrio, præſignantur tēpora pœnitudinis.

CAN. II.

TEmpora pœnitudinis habita moderatione, cōſtituenda ſunt † tuo iudicio, [f] prout conuerſorum animos perſpexeris eſſe deuotos: pariter etiam habentes ætatis ſenilis [g] intuitum, & periculorū quoq; quorumcūque, aut ægritudinum reſpiciētes neceſsitates. In quibus, ſi quis ita grauiter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de ſalute eius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſolicitudinem communionis gratia ſubueniri.

Item Nicolaus Papa.

Et qualitas criminum, & cōtritio pœnitētiū in ſatisfactione imponenda à ſacerdote conſideretur.

CAN. III.

DE his uerò qui pro criminibus pœnitētiā egerunt, & ad cingulū militiæ [h] cōuertūtur, cōſtat eos contra ſacras regulas agere: uerū quia crimina nō æqualia ſunt, perhibes quoq; alios horū pp nimiā hebetudinē in deſperationem cecidiſſe, alios ob hoc ad paganos fugiſſe: tibi hoc cōmittimus decernendum, nimirum qui loca & tempora religionis illius, & modum culpæ, necnon & pœnitentiam & gemitus hominum ad confeſsionem uenientium, præſens [i] poſitus inſpicere uales.

[a] PResbyter. Publicum. Hoc ideo fit, ut non tantum pſit illi ad ſalutem, ſed alijs ſit in exemplum, ut de pœn. diſt. j. in actione. in fine. & patet hic q tantum p notorio crimine eſt iniungenda ſolennis pœnitentia.

Pœnitentia ſolennis tātum pro notorio imponitur.

[b] Abſidiam. Altera producta.

DE tempore. Hæc qō diuiditur in quinque partes, in quarum prima dicitur, ut hic in ſumma continetur. Secunda ibi, Alij. Tertia ibi, Quo affectu. Quarta ibi, Non licet. Quinta ibi, De temporum. Io.

[c] De tempore. In hac qō. quæritur an pœnitentia ſit morientibus imponenda? & dicendum q non, ut j. e. ca. j. ſed tamen innoteſcenda eſt eis p hæc uerba, propter ea quæ tu cōmiſiſti, quæ tu feciſti taliter deb pœnitere, ſed ex ſtamus quouſque euaſeris, ut de pœn. diſtin. vj. qui uult. Secūdum membrū huius qō. eſt, utrum ſacerdos pro ſuo arbitrio poſsit iniungere pœnitentiam? Et dicendū q ſic, [1] ut j. ca. tempora. c. hoc ſit. conſiderabit tamen quilibet ſacerdos circunſtantias oēs: ſcilicet perſonæ, tēporis, loci, criminis qualitatē, & cauſam, prout dicitur de pœn. diſt. v. in princi. & diſt. j. c. aut facta. quæ p hos uerſus habentur, Quis, quid, ubi quibus auxilijs, cur quomodo, quando.

Pœnitentia nō eſt morientibus iniungenda.

Pœnitentia ē arbitrio ſacerdotis iniūgenda.

[1] De hoc leg. & no. de pœ. di. j. menſurā ibi uideas.

Verſus.

[d] AB infirmis. Inquirenda. Diligēter ſacerdos inquirat circunſtantias, ut de pœ. diſt. v. in princ.

[e] Orationibus. Nā per orationem unius deletur peccatū alterius, ut xiij. q. ſecunda. pro obeuntibus. & capit. animæ.

Alijs. Hæc eſt ij. pars qō. in qua probat magiſter, quod pœnitentia eſt ſecūdum canones imponenda, tñ ſecundum arbitrium ſacerdotis ex cauſa eſt moderanda. & hoc teneas pro regula. alias cōtra de pœni. diſtinct. v. falſas. Ioan. de Fant.

† Epiſtola 77. ad Nicetū epiſcopū.

[f] TEmpora. Tuo iudicio. Ex hoc patet, quòd pœnitentiæ omnes ſunt arbitrariæ. unde epiſcopus poteſt diminuere pœnitētiam, quam induxit papa [2] ut xxxiij. q. ij. latorem. [3] ſicut procurator ex cauſa poteſt mandare contrarium illius quod mandauit dominus, ut ff. manda. ſi hominē.

Pœnitentię omnes ſunt arbitrariæ.

[2] Iſtā gl. dicit ſing. Lud. Ponta. in ſuis ſin. ad hoc qđ minor magiſtratus poteſt tollere legem ſuperioris.

[3] Cōcor. text. in l. Arrianus. ff. de actioni. & obli. & l. reſpiciendū. ff. de pœnis.

[g] Aetatis ſenilis. Not. q habeē ratio ſenectutis, ut lxxxvj. di. tāta. Et iuuentutis, ut xxxiij. qō. ij. in adoleſcentia. & 50. diſt. pœnitentes. Item & nobilitatis, ut xlj. diſtinc. non cogantur. Itē paupertatis. extra de ſeu. ex. c. ult. melius in ca. quod de his. Item inimicitiarum, ut extra e. de cætero. contra. xxiij. quæſt. viij. peſsimam. Sol. ibi incorrigibilis, hic corrigibilis. Ioan.

[4] Vbi de hoc, et 50. diſt. accedens.

[h] DE his uero. Militiæ. qđ licet, ut diſtin. lj. ſi quis poſt acceptū. & xxxiij. q. ij. admonere.

[i] Præſens. Sic iudex poteſt melius ſcire, quanta fides adhibenda ſit teſtibus

ſtibus. vt ff. de teſti. l. iij. Ioan.

† cap. 2.

a SAcerdos. Abſque perſonarum. i. non fauore pſonæ 1 ſed alias perſonę qualitates conſiderabit, vt dixi ſ. ea tempora.

1 Quia nō reſpiciet. an ſit amicus vel nō Lau.

b Omni autem. i. in omni anno.

c Tempore ieiunij 2 vt 50. diſtin. in capite.

2 Id eſt, per ſingulos annos in quadrageſima ſecundū Io. de Fant.

d Remiſsionis. Id eſt, ieiunij.

e Sepeliant. Debēt enim pœnitentes ſe viliorib. officijs applicare, vt de pœ. di. ij. in prin.

f Dominico. ſ. xxx. diſt. ſi quis tāquam. & c. ſi quis presby. l xxvj. diſt. vtinam.

g Pœnitentes. Hic non erit §. vt patet per ſequentia. Ioannes.

h Vnde in octaua. Hic non erit vnde, ſed item

i HOc ſit. Quāto. Sed nunquid pōt ſacerdos totū tempus remittere? Non, vt xxiiij. qō. iij. ſi is qui prælatus. 3

k Quia ætas. ſ. ea tempora. xxxiij. qō. ij. c. vlti. in fi. quandoque ætas non excuſat, ut xxj. quæſ. v. ſi quis cuiuslibet Ioannes.

† cōcilio Carthagi. iiij. capit. lxxiiij.

3 Ad idē de pœ. di. j. meſuram. & c. ſi peccatū. xc. diſt. alienus. ſ. ea. tempora. arg. xv. q. vij. hi qui. ſecundum Lauren.

Quo affectu. Hæc eſt iij. pars quæſt. in qua probat per iiij. autho. quod cum dilectione & dulcedine debent ſacerdotes ſuſcipere pœnitentes, ſemper in mitiorem partem declinando. Io. de Fant.

l AFfectū. Hoc vult dicere, quod tm̄ debemus habere affectum in eijciendo & in recipiendo peccatores, ſicut Apoſtolus habuit cū excommunicauit & poſtea recepit Corinthiū qui publicè tenebat nouercam ſuam.

Peccatores ſūt cauēdi & recipiendi.

m Operatum eſt hoc ipſum. Scilicet contriſtari ſecundum Deum.

n Solicitudinē. de

Item ex concilio Laodicenſi. †

De eodem.

CAN. IIII.

HIs qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt, & oratione, & confeſsione, & pœnitentia malorum ſuorum perfectam conuerſationē demonſtrant, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuendum eſt propter miſericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo huiuſmodi ſunt, reuocandi, & ad communionem applicandi ſunt.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Epiſcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentia tempora diſtribuantur.

CAN. V.

POenitentibus ſecundum differētiam peccatorum, epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

Item ex concilio Laodicenſi quarto. †

Sine perſonarum acceptione imploranti pœnitentia detur.

CAN. VI.

SAcerdos pœnitentiā imploranti, abſque perſonarū a acceptione pœnitentiā ſecundùm leges iniungat, negligētiores uerò pœnitentes tardius reconcilientur. Omni autem b tempore ieiunij, c manus pœnitentibus à ſacerdotibus imponantur. Diebus etiam remiſsionis d pœnitentes genua flectāt, & mortuos in eccleſiam afferāt, & ſepeliant. e Die autem dominico f non ieiunent. Nam qui dominico die ſtudiosè ieiunat, non creditur eſſe catholicus. Pœnitentes g uerò qui leges pœnitentiæ attentè exequuntur, ſi caſu in itinere, uel in mari fuerint mortui, ubi eis ſubueniri non poteſt, memoria eorum, oblationibus, & orationibus commēdetur.

Vnde in octaua h ſynodo legitur.

Tempus pœnitentia pro qualitate peccati impendatur.

CAN. VII.

PRo qualitate delicti, tempus pœnitentiæ impendatur.

Item.

Tempus & modus pœnitendi delinquentibus præſidentium imponatur iudicio.

CAN. VIII.

HOc ſit poſitum in iudicio eorum, qui præſunt, quanto i tempore uel quali modo pœnitere debeant qui delinquunt: quia ætas k ad eruditionem multam haberi facit differentiam pœnæ.

3 *Quo affectu pœnitentem ſuſcipere, et impœnitentem abijcere debeamus, ex eadem ſynodo euidenter oſtenditur, cùm dicitur.*

Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus ſuſcipere.

CAN. IX.

POenitētē ex corde ita oportet ſuſcipi, ſicut dn̄s oſtēndit, cùm dicit: Quia conuocaui amicos meos & uicinos, dicens, Cōgratulamini mihi: quia inueni ouem meam, quam perdideram. Item. Lucę 15. b

Pœnitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant. CAN. X.

AFfectum l illū in ſe recipiat pœnitens, quē gerebat ille qui dicebat: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum. Pſal. 118.
Secundum ea quæ ſcripta ſunt in ſexto pſalmo, atque in quam plurimis alijs, uel ſecundū ea quæ Apoſtolus dixit ad eos qui ſecūdum Deū contriſtati ſunt. Quantā (inquit) operatū eſt hoc ipſum m in uobis ſolicitudinem, n ſed excuſationem, † ſed indignationem, ſed æmulationem, ſed uindictā, in omnibus exhibuiſtis uos cautos † eſſe negotio. Sed & ipſis in quibus deliquit, o agens multa contraria: ſicut & Zachæus fecit. Item. 2. Cor. 7. a † defenſionem. Luc. 19. b † in contaminatos

Impœnitentes, tanquam ethnici habeantur.

CAN. XI.

ERga eum qui peccata ſua non punit, tales eſſe debemus ſicut dominus pcepit Mat. 18. a

futuris peccatis.

o Deliquit. Aliquis ſed excuſationē habet de pteritis peccatis.

p Multa contraria. pœnitens enim contraria debet facere illis pro quibus pœnitet, quia contraria cōtrarijs curantur, vt de pœniten. diſtinctio. ij. ſi quis ſemel Ioan.

Cōtraria contrarijs curantur.

ERga eum. Subtrahē

dicēs, Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus. & ſicut Apoſtolus docuit dicens: Subtrahite [a] uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem, quā tradidimus uobis.

Itē Io. Chriſoſtomus.

Melius eſt errare in miſericordia remittendi, quàm in ſe ueritate ulciſcendi.

CAN. XII.

ALligant autem onera grauia & importabilia, &c. Tales ſunt ſacerdotes, etiā nunc qui omnem iuſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſeruant, uideli cet non ut faciendo ſint, ſed ut dicēdo appareant iuſti. Tales ſunt qui graue pondus uenientibus ad pœnitentiā imponūt, quia dicunt, & nō faciūt. & ſic dum pœna præſentis pœnitentiæ fugitur, cōtemnitur pœna peccati futura. Sicut enim ſi faſcem ſuper humeros adoleſcentis, quē non pōt baiulare, poſueris, neceſſe habet ut aut faſcem reijciat, aut ſub pondere confringat. ſic & homo, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, aut pœnitentiā reijciet, aut ſuſcipiēs dum ſufferre non poteſt, ſcādalizatus amplius peccat. Deinde & ſi erram⁹, modicā pœnitentiam imponētes, nōne melius eſt [b] propter miſericordiā, rationem reddere, quàm propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. [c] Si Deus benignus, ut quid ſacerdos eius auſterus uult apparere.

Item Martinus Papa.

Calendarum obſeruationes agere non licet.

CAN. XIII.

NOn licet [d] iniquas obſeruationes agere calendarū, & otijs uacare, neq; lauro aut uiriditate arborū cingere domos. [e] Omnis enim hęc obſeruatio, paganorū eſt.

Vnde Zacharias papa.

Anathema ſit, qui ritum Paganorum & calendarum obſeruat.

CAN. XIIII.

SI quìs [f] Calendas Ianuarij, ritu paganorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut menſas cū lampadib. uel epulis in domib. præparare, & per uicos & plateas cantatores, & choros ducere præſumpſerit, anathema ſit.

Item Auguſtinus.

Infirmitatibus hominum incantationes nihil remedij præſtare.

CAN. XV.

ADmoneāt fideles ſacerdotes populos ſuos, ut nouerint magicas artes incātationesq; quibuslibet infirmitatib. hominū nihil remedij poſſe conferre, non animalib. languentibus, claudicantibusve uel etiam moribundis quicquam mederi: ſed hæc eſſe laqueos & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et ſi quis hoc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur.

Item Auguſtinus.

Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non ſunt obſeruandæ.

CAN. XVI.

NOn obſeruetis dies, quí dicuntur Aegyptiaci [g] aut Calendas Ianuarij, in quibus cantilenæ quædam & comeſſationes, & adinuicem dona donantur, quaſi in principio anni boni fati augurio, aut aliquos menſes, aut tēpora, aut dies, & annos, aut Lunæ Solisque curſum: quia qui has & quaſcunq; diuinationes, aut fata: aut auguria obſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus, inutiliter, & ſine cauſa magis ad ſui damnationem quā ad ſalutē tendit, ſiue qui per quoſdam numeros literarum & Lunæ, & per Pythagoricā necromantiā ægrotantiū uitā, uel mortem, uel proſpera, uel aduerſa futura inquirunt, ſiue qui attendunt ſomnialia ſcripta, & falſo Danielis nomine intitulata, & ſortes, quæ dicuntur ſanctorum Apoſtolorum, & au-

2.The.3.b

[a] Subtrahite. A ſocietate eius, ex quo eſt excommunicatus. Vel dic ſcilicet opere nō pietate. xxiij. qō. iiij. recedite. ſecundum Ioan. de Fant.

Miſericordia eſt pferenda rigori.

[b] ALligant. Melius eſt. arg. quod iudex potius ſeruabit miſericordiam quam rigorē. 50. diſt. pōderet. in fi. & lxxxvj. diſtinc. non ſatis. xj. qō. iij. nemo peritorū. extra de ſortileg. c. ij. quandoq; tamē potius ſeruat rigor, q̄ miſericordia, ſcilicet ubi non eſt ſpes correctionis, ut xxiij. q. iiij. eſt iniuſta.

[c] Tenax. Hæc eſt ratio quare iudex poteſt augere onus legis, ſed illud non poteſt diminuere, ut ff. de re iudi. ſi ſe non. §. ſi quis. ſimiliter generalia uerba, quę princeps ponit in ſuis priuilegijs tu non debes ſtricte & tenaciter interpretari, ut extra de deci. ad audientiā. & xvj. qō. j. frater. extra de do. cum dilecti.

NOn licet. Hæc eſt iiij. pars q. in qua reuertitur ad quintam qō. & probat per iiij. ca. ꝙ non debemus ſeruare auguria nec alia ſuperſtitioſa. Ioannes de Fant.

[d] Non licet. Ab hoc loco uſq; ad finem, repetit quædam cap. quæ omiſerat in v. q. in quibus omnibus reprehendūtur Chriſtiani qui ad inſtar paganorum, dies obſeruant & annos, & alias friuolas ſuperſtitiones.

[e] Domos. Cū hoc fit ideo quia credit aliquid ſalutis inde recipere.

[f] SI quis. Hic repetit magiſter eā quæ tradidit obliuioni in v. q.

NOn obſeruetis.

[g] Aegyptiaci. Quos Aegyptij īuenerūt, ut qui aliquod op⁹ die tali inchoaret, malum haberet exitum: tamen ex antiquitate, eccleſia ſignat hos dies in Calendarijs ſuis, ubi reprobantur. xxxvij. diſtin. c. legimus.

Quidam

guria auium: aut aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda: aut in collectionibus herbarum carmina dicũt, aut pyctaciola † pro quauis infirmitate ſcripta † ſuper homines & animalia ponunt, præter ſymbolum, & orationem dominicam: aut magicis falſitatibus in grandinarijs tempeſtatibus crēdunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domũ euntes, aut ſuis domibus introducunt. & interrogant, ſciant ſe fidẽ Chriſtianam & baptiſmũ præuaricaſſe, & ut paganum, & apoſtatã, id eſt, retrò abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternum incurriſſe, ni ſi eccleſiaſtica pœnitētia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apoſtolus: Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo uiuimus, mouemur, & ſumus.

1. Co. 10. g

Actu. 17. f

5 *De temporũ quoq; obſeruatiõibus, ſcribit Auguſtinus in Enchiridio, id eſt, manuali libro.* †

Graue peccatum eſt, dies obſeruare, uel menſes, & annos.

CAN. XVII.

Quis exiſtimaret quã magnum peccatũ ſit, dies obſeruare, & menſes, & annos, & tempora, ſicut obſeruant qui certis diebus, ſiue menſibus, ſiue annis uolunt uel nolunt aliquid inchoare, eò quòd ſecundùm uanas doctrinas hominum, fauſta uel infauſta exiſtimēt tempora, niſi huius mali magnitudinem ex timore Apoſtoli pēſaremus, qui talibus ait: Timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim in uobis.

Idem ſuper epiſtolã ad Galatas.

Gala. 4. b

Intelligat lector ad tantum periculũ animæ pertinere ſuperſtitioſas tem porum obſeruationes, ut dicat Apoſtolus: Timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim ĩ uobis. Quod quã uis tanta celebritate, atque authoritate per orbē terrarũ in eccleſijs legãt, plena ſunt tamē conuenticula noſtra hominibus, qui tempora rerum agendarum mathematicis accipiunt. Iam uerò nec aliquid inchoetur aut ædificiorum, aut huiuſmodi, quorumlibet operum diebus, quos Aegyptiacos uocant, ſæpe etiã nos monere non dubitat.

Idem Hieronymus.

Sine incantatione, herbas uel petras licet habere.

CAN. XVIII.

Daemonium ſuſtinētibus, licet petras uel herbas habere ſine incantatione.

CAVSA XXVII.

Quidã uotũ caſtitatis habens, de ſponſauit ſibi uxorẽ. Illa priori conditioni renũtians, tranſtulit ſe ad aliũ, et nupſit illi. Ille cui prius deſponſata fuerat, repetit eam.

1 *Hic primùm quærit, an coniugium poſſit eſſe inter uouentes.*

2 *Secundò, an liceat ſpõſæ à ſponſo recedere, & alij nubere.*

Quidã uotum caſtitatis. Tractato de negotijs & miniſteris eccleſiaſticis: adiungit de ſacramentis. primo de matrimonio, licet alia ſint digniora & magis neceſſaria: & hoc ideo, cum matrimonium magnũ ſit in Chriſto & eccleſia ſacramentum, & tempore, antiquius eſt, & uſu communius. Antiquius, quia ante peccatum inſtitutum eſt, cõmunius, quia cum ſacramenta omnia ſint in eccleſia Dei, hoc tamen apud gẽtes omnes eſt. Sanctitas autem eius non eſt, niſi in monte ſancto eius, id eſt, ubi eccleſia ædificata eſt. Et qa de matrimonio ſæpe quæritur in iudicio, ideo aſſignando multiplicia eius impedimenta, tractaturus de eo continuat decem cauſas. Ad eius ergo euidentiam, prælibandum eſt, quid ſit matrimonium, & unde dicatur, & ubi, & quando, & quibus uerbis fuerit inſtitutum, & quæ ſint cauſæ matrimonij, uel q̃ & quot ſunt eius bona, quæ uel quot eius impedimenta. Quid ſit matrimonium, habes ĩ. ca. quæſtio. ij. §. j. ubi explicabimus ſingula poſita in deſcriptione. Dicitur autem matrimoniũ quaſi matris muniũ, i. officium. Sed quare potius dicitur à matre quam à patre, qui author eſt generationis, ut diceretur, patrimonium? Reſpon. quia plura onera matrimonij ſubit & tolerat mulier. eſt enim in conceptu grauida, in partu doloroſa, in lactando laborioſa. extra de conuer. infid. ca. ij. Fuit autẽ inſtitutum in paradiſo. xxxij. qõ. ij. §. his ita. & ante peccatũ. de pœ. diſt. ij. §. Romanos. uerſicu. Adam. cauſa ſobolis ꝓcreandæ, ut repararetur lapſus Angelorum. de conſecra. diſtinct. j. cap. hi duo. Et fuit inſtitutum his uerbis, hoc nunc os, &c. Alij dicunt quòd alijs uerbis ſcilicet his, Creſcite & multiplicamini. Sed credo, ꝙ illis uerbis uſus eſt dominus tantum, ut præciperet carnalē commiſtionē, ſicut patet ex eo ꝙ etiam poſt diluuiũ eiſdem uerbis uſus eſt domin⁹ ad Noe & filios eius iampridē uxoratos. Fuit etiam matrimoniũ ſecũdo inſtitutum. poſt peccatũ ad remedium ut uitaret fornicatio, ut xxxij. quæſ. ii. §. his ita. Cauſæ autem matrimonij quædã ſunt, per quas contrahitur matrimoniũ, ut ſponſalia et conſenſus. quædã propter quas: & ex his quædam ſunt principales, ut uitatio fornicatiõis, ſuſceptio ſobolis. Aliæ ſecundariæ. quæ ſũt multæ: ut pulchritudo fœminæ, diuitiæ, amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. Bona matrimonij ſunt tria, fides, proles ſacramẽtum. ĩ. c. quæſt. ij. c. omne. Impedimenta matrimonij ſunt xvj. ſcilicet uotum, ordo, habitus, diſpar cultus, error ꝑſonæ, & error conditionis, cognatio, ligatio, publicæ honeſtatis iuſtitia, enormitas delicti, impoſsibilitas coeũdi, tp̃s feriarum, interdictum eccleſiæ, coactio, ætas, furor. Io. Veruntamẽ quædã ex his impediũt cõtrahendũ, ſed nõ cõtractũ diri munt, ut ĩ. dicẽ. Impedimenta

† Pyctaciolas.

† ſcriptas

Matrimoniũ eſt antiquius & cõius alijs ſacramentis.

† lxxix.

Matrimoniũ unde dicitur.

Matrimonium ubi & ꝑ quæ uerba fuit inſtitutũ.

Matrimonij cõtrahendi cauſæ multiplices.

Matrimonij ipedimenta.

Verſus [redacted] in his uerſibus ſunt collecta, Votum, conditio, uiolentia, ſpiritualis Proximitas, error, diſſimiliſque fides, Culpa, dies uetitus, honor, ordo, ligatio, ſanguis, Quæ ſit & affinis, quique coire nequit. Additur his ætas, habitū coniūge furori. His interdictum ſubditur eccleſiæ. Hæc (ſi canonico uis conſentire rigori) Te de iure uetant iura ſubire tori. Habitus impedit, ſed non dirimit. extra qui cleri. uel uo. cap. conſuluit. B. contra: quia nec impedit ſecundum eū. ſimiliter ætas impedit matrimoniū, & furor carens interuallo. xxxij. q. vij. cap. neque.

QVAESTIO I.

1 QVòd uouētes [a] matrimonia cōtrahere non poſſunt, multis authoritatibus probatur.

In concilio nanq; Carthaginenſi iiij. † c. iiij. ſtatutū inuenitur, de uiduis quæ poſt profeſſam cōtinentiā præuaricatæ ſunt.

QVod uouentes. Hæc quæſtio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat magiſter per xxxiij. authoritates ſanctorum patrum, ꝙ uouentes ſolenniter non poſſunt contrahere, & ſi contraxerint, non tenet matrimonium & debent puniri. Secunda ibi, Auguſtinus. Ioan. de Fant.

Matrimonium à uouente contractum utrum teneat.

a Quod uouentes. Hic intitulatur quæſt. prima, qua quæritur, an teneat matrimonium à uouente contractū. & quod non teneat, probatur uſq; ad §. his oībus authoritatibus. poſtea allegat in contrarium uſq; ad §. ulti. & hāc contrarietatē ſoluit ſatis bene. ī. xxvij. diſt. §. ulti. quod uidelicet prima cap. intelligūtur de uoto ſolenni, alia de ſimplici: ar. extra qui cle. uel uo. c. meminimus. ī. ea. c. j. ibi dicitur, & ueſte laicali, ſub teſtimonio epiſcopi. H. dicit quod non refert, an ſit ſimplex uotum, an ſolenne: quia utrunq; dirimit matrimonium, ſolennitates. n. ipſæ non ſunt de ſubſtātia uoti. Sed hoc refert, an ſit uotum de præſenti cum ſolennitate, ſiue ſine illa: ut uoueo cōtinentiam: hoc impedit, & dirimit. ſic intelliguntur hæc ca. prima uſq; ad cap. nuptiarum. an ſit de futuro, quod improprie dicitur uotum. i. quædam promiſsio de futuro uoto emittendo: ut ſi dico, ego promitto quod uouebo cōtinētiam poſt annum mortua uxore mea, uel promitto quod intrabo religionem, uel conſimile. hoc impedit, ſed non dirimit, ut c. nuptiarum. & c. ſequentibus Alij dicunt ꝙ nullum uotum dirimit: quia qua rōne dirimeret uotum ſolenne, & ſimplex: cū idem ſit in ſubſtantia. ſolennitates enim non ſunt de ſubſtantia. ſed ipſa conſtitutio eccleſiæ dirimit, ſi poſt uotū ſolēniter factum contrahatur. Ego dico, ꝙ nullum uotum eſt ſolēne, niſi cū quis deuouet ſe religioni alicui, uel alijs duobus modis [e] in ſequenti ca. unde ſi coram tota eccleſia diceret quis hæc uerba, uoueo continentiam: ſi cōtraheret teneret matrimonium. Quæ eſt. n. ratio, quare conſtitutio eccleſiæ magis debeat ſpectare ad illa uota, quæ ſolenniter fiunt, qua ad priuata, dummodo poſsit eccleſiæ conſtare, ſiue per teſtes, ſiue per cōfeſsionē propriam alicuius, ꝙ uotū fecerit? quā cito. n. conſtat eccleſiæ per confeſsionem, uel per teſtes, dicitur notoriū. & ſic deberet eccleſia dirimere matrimonium poſt illud uotum contractū, Io. Tu breuiter dicas, ꝙ profeſsio tacita uel expreſſa alicuius religionis, impedit contractū & contrahēdum. ex. de reg. c. uidua. & xxvij. diſt in. c. quod interrogaſti. & extra de reg. c. conſulti. & c. ſtatuimus. & præcedenti c. quæ ea. expreſſe hoc dicunt, ꝙ cum aliquis dicit, deuoueo me huic religioni: ibi profeſsio cōtinētiæ tacita intelligitur, & religionis expreſſa. Ordo ſimiliter impedit ſi eſt ſacer. nā ibi intelligitur tacita cōtinentia facta cum ſolennitate, & ex conſtitutione eccleſiæ. & ita ſemper cōditio tacita uel expreſſa, uel cōſtitutio eccleſiæ ſolennizat uotum. Sic mihi Bart. Brix. uidetur dicendū. extra qui cleri. uel uouen. ca. rurſus.

Votum an impediat & dirimat matrimoniū. Votum ſolēne quod dicemus eſſe.

[redacted]

[redacted] Profeſsio religiōis impedit matrimonium.

ADDITIO.

De hoc etiam not. xxij. diſt. c. quidam. extra qui cleri. uel uo. ca. rurſus. & per Inno. extra de reg. c. porrectum. & no. de uo. cap. per tuas. & in c. proxi. &c.

Excōicētur uiduæ, q̄ religioſo habitu abiecto, nuptias elegerint. CAN. I.

SIcut bonum eſt caſtitatis præmium: ita & maiori obſeruantia, & præceptione obſeruandum eſt, ut ſi quæ uiduæ, [b] quāuis adhuc in minoribus annis [c] poſitæ, & immatura [d] ætate à uiro relictæ, ſe deuouerint Deo, & ueſte laicali abiecta ſub teſtimonio [e]

b SIcut bonū. Vt ſi quæ uiduæ, licet de illis ſpecificet de omnibus intelligi debet.

c In minoribus annis. uidelicet. xxv. anno. uel xij. uel xiiij. Et dicunt minores annis multipliciter, quantum ad diſcretionem uſq; ad vij. C. de iure. delib. l. ſi infanti. Item quantū ad matrimoniū uſq; ad xij. in fœmina, in uiro uſque ad xiiij. annum. Item quantum ad factionem teſtamēti, uſq; ad xiiij. annum in maſculo, in fœmina uſq; ad xij. ff. qui teſta. fac. poſ. l. qua ætate in prin. ij. q. vj. §. diffinitiua. Item quantum ad reſtitutionem: uſque ad xxv. annum. ff. de mino. l. j. hic autē uocat minores, qui ſunt intra xxv. ann. nam aliter pater poſſet eos reuocare, ſi eſſent intra xij. uel xiiij. annū: ut xx. q. ij. c. j. & ij. Sed quare non reſtituitur puella intra xxv. annum, ut habitum, quem ſuſcepit, poſsit deponere, ſicut in alijs contractibus? Reſpon. quia non eſt læſa: quia ei nubit, quo meliorem non poteſt inuenire, iuxta illud Agnetis: Illi ſum deſponſata, cui Angeli ſeruiunt, & c. & minor non reſtituitur, niſi cum læditur, ff. de mino. l. uerum. §. ſciendum.

Minores annis dicūtur multis modis.

d Immatura. i. non matura. nam uiduæ ante annum xl. nō uelantur: ut xx. q. j. c. ſanctimoniales. uel duæ dictiones ſunt, in ætate matura toro, iuxta illud: Iam matura toris, plenis adoleuerat annis Virginitas.

e Sub teſtimonio. Nam ita ſolennizatur uotum (ut dicunt quidam) cum ſcilicet accepit ueſtem ab epiſcopo, ut hic, uel de manu presbyterorum uel miniſtri. xx. q. j. c. uidua. quod credo, dum tamen emittat uotū. nam alias ueſtes tantum accipiendo non obligatur ſolenniter, ſed ſimpliciter. extra qui cle. uel uo. c. conſuluit. ubi etiam habes quod ſolennizatur uotum in manu abbatis, uel abbatiſſæ. Item ſolennizatur, ſi per ſeipſam recipiat habitum, & incipiat cum alijs cantare in eccleſia. ī. ea. c. uidua. Et nota, ꝙ uotum continentiæ ſolennizatur tribus modis tantum. Sacri ordinis ſuſceptione. xxviij. diſt. c. diaconi. Secundo dum accipit ueſtem ſacram à quocunque dummodo poſt ſuſceptionem incipiat cohabitare cū alijs monachis & monialibus in eccleſia. ī. ea. ca. uidua. Tertio cum ita dicit coram epō uel abbate uel abbatiſſa, uel coram tribus, uel duobus teſtibus, ego deuoueo me huic religioni. Hoc. n. aliud eſt, & aliud cum dico, ego uoueo continentiam: deuotus enim religioni non poſſet contrahere ita quod matrimonium teneret. nec mirū, cū & iam contractum matrimonium religio diſſoluat. extra de conuer. coniug. c. ex publico. ſed in uoto continentiæ ſecus. non. n. uotū dirimit. unde ſi corā tota eccleſia diceret, uoueo continentiam, per hoc non ſolennizatur uotum, niſi uelis dicere, quod tale uotum non dirimit, ſed conſtitutio eccleſiæ ſuper uoto facta.

Votum continentię multis modis ſolennizat.

Vouere religionē & uouere cōtinentiā differunt.

Nam

Nam ſi uotum dirimeret, quare potius unum quàm aliud, ſi hoc haberet ex ſua natura? & ita dirimeret uotum ſimpliciter. quod Aug. non uult. j. ea. c. nuptiarum. Dic ergo uotū nunq̄ ſolennizari, niſi tribus modis prædictis: & ita exaudi quod hic dicitur. Ioan. Tu dicas: ut ſupra dixi in gl. illa, hic intitulatur. circa fi. uerſi. tu breuiter in ſumma. q. B. Brix.

nalis de uoto ſimplici, propter illud, nondum tectæ, & illud nondum uelatæ, & illud à dño, quaſi dicat, non ab eccleſia. & illud aliquanto tempore, id eſt, tribus annis. xxvij. di. cap. ſi uir. ſed nos intelligimus de uoto ſolēni: quia publica pœnitētia de qua ſubditur, nō imponit pro fractione ſimplicis uoti. arg. xxvij. diſt. ca. ſi uir. Itē inutiliter argumentaret Greg. de talibus uirginibus ad uiduas ſolenni uoto obligatas. Vnde intelligas illud necdū ſacro uelamine tectæ & uelatæ, nō de uelo conſecrationis, ſed de uelo profeſsionis, quod uelū cōſecrationis non dat ante xxv. annum. xx. q. j. c. placuit.

Pœnitentia publica non eſt uiolatoribus uoti ſimplicis imponenda.

epiſcopi & eccleſiæ in religioſo habitu[a] apparuerint[b] poſtea uerò ſic ad ſeculares trāſierunt nuptias, ſecundùm Apl̃m dānationē habebūt: quia fidē caſtitatis, quam Deo uouerant, irritā facere uiſæ ſunt, tales ergo perſonæ à Chriſtianorū cōmunione ſequeſtrenẽ, donec ad bonū qđ cœperant reuertanẽ, neq; in cōmunione, uel cōuiuio cū Chriſtianis cōicent. nā ſi adulterij coniuges reæ ſunt, ſi ſuis obnoxiæ uiris non fuerint, quantò magis uiduæ, quæ Dei religioſitatē mutauerunt, crīe adulterij notabūtur, ſi deuotionē, quā ſponte, non coactè[c] Deo obtulerunt, libidinoſa uoluntate corruperint, & ad ſecūdas nuptias tranſitum fecerint? quæ etſi uiolentia irruente, ab aliquo oppreſſæ fuerint: ac poſtea[d] delectatiōe libidinis permanere in coniugio raptori uel uiolento uiro conſenſerint, dānatione ſuperius dicta teneātur obnoxiæ. Itaq; de talibus ait Apoſtolus: Cùm enim luxuriatæ fuerint, nubere in Chriſto uolunt, habentes damnationē, quia primam fidē irritā fecerunt. Item ex epiſtola Grego. miſſa ad Bonifacium.

1. Tim. 5. b

De uiduis & uirginibus, quæ à religionis ꝓpoſito diſcedūt.

CAN II.

VIduas à propoſito diſcedentes uiduitatis, ſuper quibus nos cōſulere uoluit dilectio tua, frater chariſsime, credo te noſſe à ſancto Paulo, & à multis ſanctis patribus, niſi cōuertātur, olim eſſe damnatas, quas etiā nos apoſtolica authoritate dānandas, & à communione fideliū, atq; à liminibus eccleſiæ eſſe arcendas cenſemus, uſquequo obediant ep̃is ſuis, & ad bonū quod cœperant, in uitæ, aut uolūtariæ reuertantur. De uirginibus aũt non uelatis ſi deuiauerint a ſanctæ memoriæ prædeceſſore noſtro Papa Innocentio taliter decretū habemus. Hæ uerò[e] q̃ necdū ſacro uelamine[f] ſunt tectæ, tamen in propoſito uirginali ſemper ſe ſimulauerint[g] permanere, licet uelatę non fuerint, tamen ſi nupſerint aliquāto[h] tempore his agenda pœnitētia eſt: q̃a ſponſio earū à dño tenebatur. Si enim inter homines ſolent bonæ fidei contractus[i] nulla ratione diſſolui, quantò magis illa[k] pollicitatio, quā cū Deo pepigit, ſolui ſine uindicta non poterit, &c. Si uirgines nondum uelatæ taliter pœnitentia publica puniūtur, & à cœtu fidelium uſque ad ſatiſfactionē excludūtur, quāto magis uiduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris ſapientiæ atque conſilij exiſtunt,[l] uirorumque conſortio multoties uſæ ſunt,[m]

a Habitu. Arg. ꝙ ita tenet uoto, qui publice in religionis habitu apparuerit, ac ſi publice habitū ſuſceperit. extra de reg. c. uidua & j. ea. c. uidua.

b Apparuerint. Ita quod aliquādiu in eccleſia iter alias ſteterit, ſcilicet per triduum. extra de reg. & tranſeun. ad relig. ad noſtram. i Vel diſtingue, ꝙ triplex eſt habitus, ſcilicet ꝓfeſsionis, qui uotū habet annexum, & dirimit mr̃imoniū, de quo hic loquit̃. Conuerſionis, qui ſimiliter uotum habet annexū, ſed non dirimit mr̃imoniū, de quo loquitur extra qui cle. uel uo. c. conſuluit. extra de reg. c. ſuper eo. Habitus probationis, q nec impedit, nec dirimit matrimonium, de quo loquit̃ extra de renun. ca. ex tranſmiſſa. de regu. ſtatuimus. in fi. Firme ergo teneas, ꝙ nunquā ſolus habitus ſolennizat uotum extra de reg. c. porrectū. & extra qui cle. uel uo. c. cō ſuluit. Nec obſtat xxvij. diſt. ca. quod interrogaſti. & extra de reg. capit. uidua. quia ſolus habitus (ut dixi ſupra) nō facit monachū, uel non ſolennizat uotum.

i De hoc not. j. e. c. 3. & ſ. 20. q. iij. c. 2.

Habitus eſt triplex.

Habitus ſolus qđ uotum nō ſolēnizet.

c Nō coactè. Tunc enim ſecus eſſet. ex tra quod met. cau. cap. perlatum.

d Poſtea. Argu. ꝙ nō excuſat uis ꝓcedens, ſi poſtea ſeqtur conſenſus: 2 ut xxxiiij. q. j. c. cū per bellicā. & extra de eo, q dux. in ma. ſignificauit.

2 Arg. j. q. j. cōſtat ſt. dere mi lit. non omnes. §. q captus. Archidia.

e VIduas. Hæ uero. Hanc literam intelligit Cardi-

f Velamine. Extra de regu. capi. ut clerici.

g Simulauerint. Argu. ꝙ uoti ſimulatio ſicut ipſa ꝓfeſſio obligat quenq̄. ut c. proxi. neque. & diſti. xxvij. ca. quod interrogaſti.

Voti ſimulatio obligat.

h Aliquanto. x. an. j. e. c. deuotam. ſecūdum nos. Io. tamen dixit aliquanto, q̃a arbitrariū eſt huius pœnitētiæ tēpus licet ordinarie dixerim eſſe x. annos.

i Contractus. hic large ſumitur hæc appellatio, ut etiam comprehendat contractus ſtricti iuris: quia in nullo dolus interuenire debet C. de ꝓſcrip. x. uel xx. an. l. ſi fraude.

k Quanto magis, j. ea. qō. c. hæ uero. contra. in fi. Sol. ibi loquitur de uirgine illa, q̃ uelum conſecrationis accepit: q̃ ſi præuaricata ſit, plus peccat quā uidua: hic loquitur de ea, quæ nō accepit uelū cōſecrationis: unde uidetur minus peccare quā uidua, uel quodā reſpectu magis uidetur uirgo peccare, quā uidua, quia à maiori bono cadit.

l Conſortio. arg. de pœn. diſt. v. c. conſideret. in fin. ubi dicitur: Timeat docta experimēto qđ ignorauit uirgo.

Continentia difficilior eſt uirginibus quam uiduis.

m Vſæ ſunt. dicit Hierony. Libido in uirginibus maio-

maiorem patitur famem, dum dulcius eſſe putant quod neſciunt.

a Lætabitur. Non de uindicta quam uidet, ſed quia non eſt in illa, & quia non commiſit conſimilia.

b Manus ſuas laua. In ſang. pecca. i. in pœna i. propter pœnam quã uidet: quia cũ ſtultus pũitur, ſapiens fit aſtutior, ut xxiiij. q. vj cap. uides. & exemplis citius ducitur quis ad bene faciendũ, & ad uitandum crimen de pœn. diſt. ij. c. citius. unde dicitur: Felix quẽ faciunt aliena pericula cautum.

Pœna ſapientiorẽ efficit.

& habitum religionis aſſumpſerunt, & demũ apoſtatauerunt, atque ad priorem uomitũ ſunt reuerſæ, à nobis & ab omnibus fidelib. & à liminibus & à cœtu fidelium uſque ad ſatisfactionẽ ſunt eliminandæ, & carcerib. tradendæ: qualiter iuxta Apoſtolum Paulum tradentem huiuſmodi hominẽ ſatanæ, & i interitum carnis, ut ſpiritus eius ſaluus ſit in die dñi. De talibus nanq; dominus per Moyſen loquiẽ, dicens: Auferte malum de medio ueſtri. De quibus per Prophetam ait: Lætabitur a iuſtus cùm uiderit uindictã impiorũ, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum. b De talibus nanq; & eorum ſimilibus atque eiſdem conſentientibus dictum eſt, quia non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, rei iudicandi ſunt.

1. Cor. 5 b

Deut. 13. b

Pſal. 57.

Item ex decreto Gelaſij Papæ ad Sicilienſes. epos miſſo, capitulo ix.

Tranſire non poſſunt uiduæ & uirgines, poſt religionis propoſitum ad nuptias.

CAN. III.

NEque uiduas ad nuptias tranſire patimur, quæ in religioſo propoſito c diuturna d obſeruatione permanſerũt. Similiter uirgines nubere prohibemus, quas annis pluribus in monaſterijs ætatem peregiſſe con

NEq; uiduas. c Propoſito. Id eſt, uoto. Nota quod uotũ ſecundũ diuerſos ſtatus diuerſa ſortitur uocabula. Primo enim eſt cũ quis in origine diſponit aliquid boni facere, & tunc dicitur deliberatio, ut xvij. q. j. ca. qui bona. & hoc infringere ueniale eſt. Quandoq; procedit, & proponit idẽ ſe firmiter facturum, & dicitur propoſitũ. xvij. q. j. c. ij. & q. ij. nos nouimus. huius fractio ueniale eſt ſecũdũ quoſdam, ſed graue eſt. i hæc matrimoniũ cõtrahendũ impediunt. ſed nõ dirimũt iam cõtractũ. ſi uero accedat obligatio, dicitur uotum: cuius fractio mortale peccatum eſt, & impedit matrimoniũ cõtrahendum, & dirimit iam contractũ ſi ſolẽne fuerit. xxvij. diſt. §. ultimo.

d Diuturna. Maxime. nam & idem eſſet ſi per momentũ. arg. j. ead. ca. uiduas nec ideo minus uenditio tenet, quod &c. C. de contrahen. emp. l. nõ idcirco. Vel põt hoc intelligi qñ nõ expreſſe ſe religioni obligauerant, quo caſu exigitur quod per aliquod tempus fuerint in monaſterio cum alijs quod tempus potius eſt ad arbitrium boni uiri referẽdum, quã aliter determinandũ. arg. extra de don. c. apoſtolicæ. ff. de iur. deli. l. j. ff. de ſol. l. quod dicimus. Vel dic hoc tẽps triũ dierum eſſe. extra de regu. ad noſtram. licet quidam illud intelligãt de illectis, ut xx. q. iij. cõſtituit.

Votum diuerſa ſortitur uocabula.

Rom. 1. d

i Id eſt, grauius quam primum peccatum ſecũdũ H. qui dicit ſñaliter cãcellaris opinionibus, & his quæ dicũ tur, hic breuiter dicendũ eſt quod cũ quis uouet uel promittit ſe monachũ fieri, uel aliud ſi eſt ſanæ mentis & diſcretæ, in diſſolubiliter tenetur. ad hoc extra li. vj. de reg. qui poſt uotũ. Arch.

tigerit.

Itẽ Cyprianus ad Pomponiũ de uirginitate. †

Ex quolibet ſẽſu corporis mulier corrumpi poteſt.

CAN. IIII.

NEc aliqua putat ſe poſſe hac excuſatione defendi, quod & inſpici & probari poſsit an uirgo ſit, cũ & manus obſtetricũ, e & oculi ſæpe fallãtur: f & ſi incorrupta iuẽta fuerit uirgo ex parte ſui qua mulier poteſt eſſe, potuerit tñ ex alia corporis parte peccaſſe, quæ corrũpi poteſt, & tamen inſpici non põt. Certè ipſe concubitus, g ipſe cõplexus, ipſa confabulatio, et inoſculatio, & cõiacentium duorũ turpis, & fœda dormitio, quantũ dedecoris, & criminis confitentẽ? h Si ſuperueniẽs maritus ſpõſam ſuã iacentẽ cũ altero uideat, nonne indignatur & fremit, & per zeli dolorem fortaſsis i & gladiũ in manũ ſumit. Et quidẽ ſic Chriſtus dominus & iudex noſter, cũ uirginem ſuã ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatã, iacere cũ altero cernit, k quã indignatẽ ei & iraſcitur & quas pœnas in ſceleſtis eiuſmodi cõiunctionibus cõminatẽ? cuius ut gladiũ ſpiritualem, & uẽturum iudicij diem unuſquiſq; fratrum poſsit euadere, omni conſilio prouidere & elaborare debemus.

e NEc aliqua. Obſtetricum. arg. contra illã probationem. quæ fit per obſtetrices, quòd nulla ſit ualida, ſed tamen contra adulterum j. ea. c. bene recipitur. & arg. extra de proba. c. propoſuiſti. & dicit lex eã admittẽdam, dũ tamẽ peritæ mulieres ſint. ff. de uen. in ſpi. l. j. argu. contra C. qñ tutor uel curator eſſe deſi. l. in decorã. ubi reprobatẽ probatio per aſpectum corporis. & xxxij. qõ. v. ca. nec ſolo. & j. xxxiij. qõ. j. c. quod autem. & c. ſi quis contra. Ibi enim in ueritate uiri, hic ſtat in ueritate mulieris. ſed ibi ſoluitur. ſi enim duæ uel tres nobiles probæ mulieres dicerent uirginem non eſſe cognitam à uiro, harum teſtimonio ſtaretur. xxij. quæſtione ij. cap. ſi quælibet.

Probatio per obſtetrices facta eſt inualida.

† De uirginib. epi. 11 li. 1.

f Fallantur. Argu. contra teſtimoniũ uiſus, ſæpius tamen nõ fallitur, & ideo admittitur teſtimoniũ de uiſu. nam ad ea quæ frequenter fiunt, iura adaptantur, &c. ff. de legi. l. nam ad ea.

Teſtimoniũ uiſus quandoq; fallitur.

g Concubitus. Hic enĩ eſt unus caſus, quo per exteriora interior uolũtas dinoſcitur. per confabulationem enim & amplexus & huiuſmodi depræhendit fuiſſe corrupta. ſi. xxxj. qõ. ij. ca. j. & diſtin. l. ſi quis præpoſtera. xxxiiij. qõ. j. cap. non ſatis. diſtin. l. ſi quis diaconus. & xxxij. quæſt. v. c. nec ſolo.

Interiora dinoſcuntur per exteriora.

h Cõfitentur. Quia ex eis præſumitur adulteriũ xxxij q. j. c. dixit. C. de adul. l. quamuis.

i fortaſsis. De facto: quia nõ licet uiro interficere adulterum. ff. de adulte. l. marito. niſi poſt denuntiationem.

Viro non licet adulterum interficere.

k Cum altero cernit. Propter talem ſuſpicionem poterit eam accuſare, ut xxxij. quæſtione. j. capitulo, dixit dominus.

Quod

Idem. †

De eodem.

CAN. VI.

QVòd ſi pœnitentiã huius illiciti cõcubitus ſui egerint, & a ſe inuicẽ receſſerint, inſpiciantur iterum a † uirgines ab obſtetricibus diligenter, & ſi uirgines inuentæ fuerint, accepta b cõione, ad eccleſiã admittantur: hac tamẽ intermi natione, ut ſi ad eoſdem maſculos poſtmodũ reuerſæ c fuerint, aut ſi cũ eiſdem in una domo, d & ſub eodem tecto e ſimul habitauerint, grauiore cenſura eijciantur, nec in eccleſiam poſtmodũ facilè f recipiantur: Si autẽ de eis aliquæ corruptę fuerint & depræhenſæ, agãt pœnitentiã plenã: g quia quæ hoc crimen admiſit, nõ mariti, ſed Chriſti adultera eſt: & ideo æſtimato iuſto tempore, poſtea exomologeſi h facta, ad eccleſiam redeat. Quòd ſi obſtinatè perſeuerant, nec ſe ab inuicem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione, nunquam nobiſcũ admitti ĩ eccleſiam poſſe: ne exemplum cæteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiant: nec putent ſibi uitæ aut ſalutis conſtare rationem, ſi epiſcopis & ſacerdotib. obtemperare noluerint.

Item ex vj. ſynodo.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum ſancti monialibus mœchatus fuerit.

CAN. VI.

SI quis eps, presbyter, diaconus, aut ſub diaconus, aut lector, aut pſalmiſta, aut oſtiarius, cum muliere ſanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur, i qa ſponsã Xpi corrupit. Si uerò laicus fuerit, excõmunicetur. k

Item ex concilio Toletano quarto, cap. viij.

Vidua et puella, quæ poſt religionis habitum nubũt, à communione ſuſpendantur.

CAN. VII.

DE uiduis & puellis, l quæ habitum religionis in domibus proprijs m tã a parentibus, quam per ſe mutauerũt, ſi poſtea contra inſtituta patrum uel præcepta canonum, coniugia credide rint copulanda, tandiu utræq; habeantur a communione ſuſpenſæ, quouſque quod illicitè perpetrauerũt emendet. Qđ ſi emendare neglexerint, a communione omnium Chriſtianorum, & conuiuio perpetuo n ſint ſequeſtratæ.

Item ex concilio Martini Papæ. †

a QVod ſi pœnitentiam. Iterum, id eſt, ſæpe ff. de eden. l. ueluti. §. hæc uox iterum. alias interim.

b Accepta. Præmiſſa tamen pœnitentia.

c Reuerſæ. Arg. per reiterationem peccati aggrauari pœnam, & peccata iterata grauius eſſe punienda. arg. xv. q. vlti. ij qui.

d Domo, Argu. ex loco] præſumi contra aliquem. argu. xviij. q. j. c. diffinimus.

e Tecto. Tectum hic appellat quemlibet locum priuatum. xxxv. quæſt. vj. c. ab iſto.

f Facile. Nota quod ſi aliquis monach' uel monacha ſemel deliquit, non ideo ſtatim debet abijci ſed ſi ſecundo peccat, difficilius debet reconciliari: ſi tertio, tunc detrudi tur in aliud monaſterium, ut j. eo. ca. peruenit. ſed ſi clericus aliquis peccauit, ſtatim prima uice poteſt expelli, ut xlviij. diſt. c. quoniam multa.

g Plenam. Id eſt, publicã. 2 Ex hoc uolunt quidam, ꝙ ſanctimonialis poſſit agere ſolennem pœnitentiam, nec impeditur conſecratio, quod eſt contra illud quod de clerico dictum eſt ſ. diſtinct. 50. c. his uero. Vel plenam. i. x annorum. j. e. ca. deuotam.

h Exomologeſi. Id eſt, confeſsione facta ſui. ſed hic, id eſt, pœnitentia uel ſatisfactione, pars enim hic ponit pro toto ſecundum ſynecdochen. confeſſio enim ẽ pars pœnitentiæ, & maxima: de pœni. diſtin. j. capitulo, quem pœnitet.

i SI quis epiſcopus. Deponatur. ut xxx. q. j. c. ſi quis ſacerdos.

k Excõicetur. Hoc de manſuetudine canonũ, 3 nam ſecundũ leges aliter. j. xxxvj. q. ij. c. ſi quis non dicam.

l DE uiduis. Puellis. i. uirginibus. alias uidetur cõtra xx. q. j. c. illud. Vel intellige de doli capacibus, ſecundum Hugo. etiam ante xij. an ibi de non doli capacibus.

m Proprijs. Poteſt ergo aliqua in domo propria accipere ueſtẽ religioſam. ar. xxxiij. q. v. ca. quod Deo. j. e. c. mulieres. j & xx. q. j. c. uidua & extra qui cler. uel uo. c. inſinuante. nec tamẽ monialis erit, cum nulli monaſterio ſe tradat. hoc ergo intelligo de ꝓfeſſa, uel ut dixi, ex ſolo habitu non præiudicatur ei, argu. extra qui cler. uel uo. c. conſuluit. Si autem habitum ſuſceperit, & deuouet ſe religioni in qua nõ licet habere proprium uidet quicquid habet, de uolui ſuccedentib. ei ab inteſtato. arg. C. de epiſc. & cler. l. ſi quis presbyter. debet tamen neceſſaria ab hæredibus ſuſcipere. Alij autem bona talium dicunt eſſe in pendenti. Sed contra, quia nihil eſt ſecundum naturam in pendenti. ff. de iudic. l. ſed & ſi. §. ulti, arg. ff. eo. l. non quemadmodum. Alij dicũt ea eſſe in poteſtate epiſcopi, arg. C. de epiſco. & cle. l. nulli. Ioã. Ego credo. quod talium bona ſunt in poteſtate illius, q eſt ſuperior in illa religione, cũ non expreſsit monaſterium. B. Item nota ſecũdum Hu. quod nũquam erit religioſa perſona, quocunq; modo ueſtem mutet, uel proprijs renunciet, uel uotũ emittat, niſi alicui religioni ſe det. xvij. qõ. j. ca. ad finem. Sed nunquid talis qui uotũ emittit, & proprijs abrenuntiat manens in domo ſua, uel ſi ueſtem mutat facit ſe uerberates reos illius edicti. xvij. qõ. iiij. c. ſi quis ſuadente? Non, niſi ſpecialiter habitũ alicui' monaſterij cũ profeſsione tacita uel expreſſã aſſumat, licet ſe abbati nõ ſupponat. uel dic, quod ſunt monachi 4 licet no ſint ſub aliquo abbate, ſicut primus monachus non fuit ſub aliquo abbate.

m Proprijs. i. quæ fuerunt propriæ. licet enim in ſua domo fecerunt profeſsionem, erit ſolenne uotum. extra de conuer. coniuga. cap. ex parte. ij. & extra qui cler. uel uo. cap. inſinuante.

n Perpetuo. Vſquequo emendauerint, ut extra de cõſtitu. ca. ex literis. in fine.

† In eadẽ epiſtola.

Peccatũ iteratũ ẽ graui' puniendum.

† Interim.

Monach' ſępius peccans qualiter puniatur.

2 Alias, perfectã.

Pœnitentia ſolẽnis an poſsit agi ꝑ ſanctimonialem.

Cõfeſsio eſt maxima pars pœnitentiæ.

3 Et poteſt dici excõicet, ſ. ſi fuerit cõtumax ad hoc xxij. quę. j. ca. ult. uel dic quod ad temp' ſeparatur à communione, quia eccleſiam offendit. ſic 86. diſ. tanta. ar. 21. qõ. 2. placuit. in ſi. & q. 3. c. ſi. ſcđm Io. de Fã.

Religioſa ueſtis poteſt in domo accipi.

[d] Quæritur utrum. huius quæſtionis nulla eſt uis, determinatur enim per id quod eſt extra de ſpon. duo. duobus modis. & cap. licet præter ſolitum. Sed in hoc diſſentiunt doctores, an ſponſa de futuro cogatur ſtare cum ſponſo ſuo, quod uidetur, ut extra de ſponſ. ex literis & de conuer. coniuga. ſane. Item quia pro quolibet mortali peccato poſſumus cogi ad pœnitentiam. xxij. qõ. j. c. ulti. [a] Sed contra. extra de ſpon. requiſiuit. & ĩ. e. quæſt. j. de uiduis. Dicũt quidam quod cogi debet à principio, ſi tamen perſeuerauerit contumax, non eſt amplius cogenda. Tu dicas, ſemper eſſe cogendam, niſi euidentiſsima ſubſit cauſa. Sunt tamen caſus vij. in quibus ſponſa de futuro, licite poteſt recedere à ſponſo. vnus ſi alter uult intrare religionem, & illud etiam tenet in ſponſa de præſenti. extra de conuer. coniuga. ex publico. Secundus caſus, ſi alter recedit ad remotam regionem, nec põt inueniri. extra de ſpon. de illis. Tertius caſus, ſi alter incurrit lepram, uel aliquam deformitatem corporis. extra de coniug. lepros. literas. extra de iureiu. quemadmodũ. Quartus, ſi superuenit affinitas. uel ſi fornicetur ſpontanee uel coactus. extra de iureiur. quemadmodum ĩ. ead. quidam deſpontauit. Quintus, ſecundum quoſdam eſt, ſi mutuo ſe abſoluerint. extra de ſponſa. præterea. Sextus, ſi contraxit cum alio per uerba de præſenti, extra de ſponſa. duorum. ca. j. & ij. ſed in hoc caſu eſt peccatum. Septimus, ſi id quod minor fecit, non uult ſeruare in adulta ætate, ut extra de deſpon. impuber. de illis. Hi caſus & aliqui alij, poſſunt his uerſibus haberi: Lepra ſuperueniẽs, furor, ordo, ſanguis, & abſẽs: Læſaq; uirginitas, mẽbri dãnum minor ætas, Ac hæreſis lapſus, fideique remiſsio, prorſus Sponſos diſſociant. & uota futura retractant.

Sponſa vtrum cogatur ſtare cũ ſponſo.

[a] Arg. ad hoc 33. q. 2. quicunque. dic vt ibi not. de hoc legit. & no. 6. q. j. illi qui.

Sponſalia ſoluuntur multis caſibus.

† cap. xj.

[e] DEſponſatas. Erui. i. auferri à raptore.

[f] Deſpõſatæ. ĩ. xxxiiij. quæſtio. ij. non ſatis. cõtra ubi ſpcipit non reddi priori viro, ſed ibi cõſentit raptori, & hic loquitur de ſpõſa de pſenti. Item cõtra. C. de ſpõ. l. j. ibi dr̃, qđ vni deſpõſata poteſt alij nubere. ſed illud eſt abrogatum.

ATho. CASVS. *Quidã nomine Atho, cõqueſtus eſt Papæ mulierẽ ſibi deſpõſatã raptã fuiſſe: quare Papa reſcribit Roſtãno archiepiſcopo, ut cõpellat raptorẽ eã ſibi reſtituere: alio qui conuocatis ſuis ſuffraganeis excõmunicet eũ, & ipſam raptam ſi ad ſuum ſponſum noluerit remeare.*

Quæ autem ſequuntur, plana ſunt uſq; ad capitulũ, de coniugali, in fine cap. ſcilicet deſpõſatas. hæc autem, de qua agitur in themate.

[g] Remeare. Si intelligas hoc de ſponſa de præſenti, planum eſt: ſi de ſponſa de futuro, dic vt in ſumma.

Sed aliud. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua quæritur quid iuris ſit de raptis, & quis dicatur raptor, uel rapta uel raptus. Io. de Fant.

[h] RAptus. Hoc capitu. inducit Gratianus, ut probet illicitum eſſe coitum in rapta. vnde per conſequens vult probare, quod debeat a ſecundo ſepa-

do ſeparari ſi eã raperet, cum illicite ei adiungatur, ita tamẽ, quod ille qui ſecũdo rapuerit, nõ tractaſſet primo de ſponſalibus. & adhoc inducit capitulum ſequens.

a L Ex illa. Sed vbi ſit lex illa, ignoro, forte in Codice Theodoſiano, potius contrariũ inuenio, vt C. de rapto. virgin. l. j. §. quibus. ſed illud non tenetur, ut extra de raptori. cum cauſam.

Quod autem. Hæc eſt quinta pars quæſtio. in qua dicitur, quod ſi per uerba de præſenti fuerit ſponſa, & rapta, omnibus modis viro reddenda eſt. Io. de Fant.

b Conſtiterit. ſ. ca. deſponſatas.

c Hæc autem. De qua agitur in themate.

D E coniugali. Sed Authoritate.

CASVS. *Soluit Gratia. & male, dicens quod ſi ſponſa uelata ſit & benedicta cum ſponſo, & in domum ducta, debet reddi priori: alioquin non. Hoc autem facit G. reſpondendo quibuſdam capit. contra hoc allegatis. Illud Grego. xxxiij. q. i. requiſiſti.*

d Ducta. Hoc male ſoluit. nam huiuſmodi ſolennitates non faciunt ad eſſentiam matrimonij. xxx. quæſt. v. noſtrates.

e Illud Gregorij. xxxiij. quæſt. j. cap. j. & c.

Q Vidam uir infidelis. Superiori cauſa quinq; notantur cauſe quæ prohibent matrimonium non trahere, & contractum

Hæc autem nõ ab alio rapta, ſed alij deſponſata monſtratur. Raptam verò talem dici prohibet. Gelaſius Papa ita dicẽs.

Ibi raptus admittitur, ubi puella abducitur, de cuius antè nuptijs nihil actum probatur.

CAN. XLVI.

L Ex illa [a] præteritorum principum ibi raptum dicit eſſe commiſſum, vbi puella, de cuius antè nuptijs nihil actum fuerat, videbatur abducta.

§ Quod autem in fine capituli ſubiungitur, Etiam ſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit, [b] ideo additum eſt, quia raptarum aliæ ſe rapiendas exponunt, aliæ violenter abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddendæ ſunt. Hæc autem [c] (ut ſuprà dictum eſt) non inter raptas, ſed inter alias deſponſatas connumeratur, & ideo non eſt huic auferenda, & priori reddenda. Sequuntur aliæ authoritates, quibus iſta prohibetur nubere ſecundo, & iubetur redire ad priora vota.

Vnde Syricius Papa Hymerio epiſcopo Terraconenſi ait.

Puellam alijs deſponſatam alter accipere non ualet.

CAN. XLVII.

D E coniugali uiolatione requiſiſti, ſi puellam alteri deſponſatam, alter in matrimonium poſſet accipere? Tale ergo connubium anathematizamus, & modis omnibus ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſsione uioletur.

Sed authoritate hac Syricij illa prohibetur ad ſecũda uota tranſire, quæ in propria domo eſt ducta, [d] & cum ſponſo ſuo eſt uelata & benedicta. Talium diſceſſione uiolatur benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit. Verùm hanc needum ſponſus in ſuam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac authoritate huiuſmodi copula prohibetur. Item illud Euſebij Papæ, Deſponſatam puellam non licet parentibus alij uiro tradere. ſimiliter & de huiuſmodi deſponſata intelligitur, quæ uidelicet cum ſponſo eſt uelata & benedicta.

Itẽ obijcitur illud Gregorij, [e] Quæ propter frigiditatem à uiro ſuo ſeparata eſt, et alij nupta fuerit, ſi uir eius aliã cognouerit, illa eſt detrahenda ſecundo, et reddenda primo. Sed eodem modo ſoluitur, quia iſta uidelicet cum illo benedictionem acceperat.

Auguſtinus de fide pactionis, & conſenſus.

Si quis alicui mulieri conſenſus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere.

PALEA.

D Vobus modis dicitur fides, pactionis, et conſenſus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, nõ debet aliam ducere: ſi aliam duxerit, pœnitentiam agat de fide mentita, maneat tamen cum illa, quam duxit: non enim reſcindi debet tãtum ſacramentum. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet aliam ducere: ſi autem duxerit, dimittet eam, et adhærebit primæ uxori. Eſt autem fides pactionis, quãdo aliquis promittit fidem alicui quod eã ducet, ſi permiſerit ei rem ſecum habere, uel etiã pro conſenſu. Fides autem conſenſus eſt: quãdo etſi nõ cõſtringat manum, corde, tamen & ore conſentit ducere, & mutuò ſe concedunt unus alij, & mutuo ſe ſuſcipiunt.

CAVSA XXVIII.

Q Vidam uir infidelis [f] in coniugio poſitus, ad fidem cõuerſus ẽ. Vxor uerò eiꝰ, fidei odio chriſtianæ ab eo diſceſsit, ille

quum iubent dirimere: uerbi gratia uotum, ordo, religionis habitus, ligatio, & publicæ honeſtatis iuſtitia. In hac uero cauſa ponuntur, quæ impediunt matrimonium, uerbi gratia, diſpar cultus, uel diſsimilitudo fidei: ut inter fideles & infideles. & primo tractat an matrimoniũ ſit inter infideles, & oſtẽdit etiam quid iuris ſit, ſi alter de duobus coniugibus infidelibus ad fidem 1 conuertatur.

Vod aũt. Hæc qõ diuidit ĩ quinque partes. in prima quarum probat multis authoritatibus, quod matrimonium non eſt inter infideles. Secunda ibi, Si quis. Tertia ibi, Iam nunc. Quarta ibi, Contra. Quinta ibi, Ex his. Ioã. de Fantu.

a Quod autem. Hic intitulat̃ prima quæſtio. an ſcilicet matrimonium ſit inter infideles. & certum eſt quod ſic, licet non ſit ratũ. j. ead. §. j. & ca. j. G. tñ ad utrãq; partẽ allegat, & bene ſoluit j. ea. §. ex his. ſed quia in hac quæſtione quædam cap. ponuntur pertinentia ad ſecundã quæſtionem, quę eſt an altero remanẽte in infidelitate poſſit conuerſus ad fidẽ alij ſe copulare, de ea uideamus. Notandum ergo, quod cũ unus coniugum ad fidem conuertitur, ſi remanens in infidelitate eſt Iudæus, nullo modo fidelis debet cohabitare cum eo, niſi uelit ad fidem conuerti: & ſi non uult conuerti, poteſt aliam ducere infra eadem cap. Iudæi. ſed contrarium eſt hodie uerum: ut extra de diuortijs. cap. quanto. & capit. gaudemus, ſi autem eſt paganus, & nõ uult cohabitare, uel uult ſed cũ blaſphemia Chriſti, uel ut eam pertrahat ad mortale peccatum, fidelis poteſt cum alio contrahere. j. eadem, cap. ſi infidelis. & hos tres caſus, in quibus licet ei contrahere cum ſecunda, habes extra de diuortijs. c. quanto. & cap. ſequenti. Si autem uult infidelis cohabitare fideli, & in pace, in electione fidelis eſt, an uelit ei cohabitare, uel non: ſed tunc cum altero non poteſt eo uiuente contrahere. j. ea. q. iam nunc. & ca. ſic enim.

1 Sub. altero remanẽte ĩ infidelitate, uel ſi alter de duobus cõiugibus fidelibus diſcedat à fide, altero remanẽte ĩ fide ſecundum Hu. uel aliter tractauit magiſter de duobus impedimẽtis, ſcilicet uoto & de coniugijs & ſponſalibus, modo intendit tractare de diſpari cõiugio & bigamis, ut autẽ hæc &c. Ioan. de Fant.

quandam fidelem in uxorem accepit, qua mortua clericus efficitur, tãdem uitæ & ſcientiæ merito in epiſcopum eligitur.

1 Hic primùm quęritur. Q an cõiugiũ ſit inter infideles.

2 Secũdò, an liceat huic aliã ducere, prior uiuẽte?

3 Tertiò, an ſit reputandus bigamus, qui ante baptiſmum habuit unã, & poſt baptiſmum alterã?

QVAESTIO I.

Vòd autẽ [a] inter infideles cõiugium nõ ſit multis authoritatibus ꝓbatur. Ait enim Paulus: Omne, [b] quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt. Cõiunctio autem infidelium nõ eſt ex fide: & ideo peccatum [c] eſt. Non eſt ergo cõiugium: quia nullũ coniugium peccatum eſt.

Ro. 14.d

Itẽ Auguſt. † Nõ eſt uera [d] pudicitia hoĩs infidelis cũ coniuge ſua.

† Libr. j. de adulteri. cõiugi. ca. xviij.

Coniugũ infidelium ſi alter cõuertatur ad fidem, an poſſit cũ infideli habitare.

Vbi aũt uera pudicitia eſſe non poteſt, ibi nec uerum coniugium eſt. Itẽ Ambroſius. † Iuſſit [e] Heſdras dimitti [f] uxores alienigenas, per quas ibãt ad Deos alienos. Nõ eſt enim putandũ matrimoniũ, quod extra [g] dei decretũ ẽ factũ: ſed cũ cognoſcit̃, eſt emẽdandũ. [h]

† Ad ca. vij. epiſtolæ. j. ad Corinth.

Heſdrę ultimo. a

Itẽ Auguſt. Non eſt ratũ [i] cõiugiũ, quod ſine Deo eſt. Ex his oĩbus authoritatibus probat̃ coniugiũ nõ eſſe inter infideles. Sed ecõtra aliæ inueniuntur authoritates, quibus probat̃ cõiugiũ eſſe inter ĩfideles, quarũ prima eſt illud Euãgelij, qđ Chriſtus ait: Erũt quinque [k] in una domo, duo [l] in tres, [m] et tres diuident̃ in duos. [n] deinde cũ pſonas illas enumeraret, uxorẽ in uirũ eſſe diuidendã dixit, & ecõuerſo. Itẽ qui nõ odit [o] patrẽ, aut matrẽ, aut ſororẽ, aut uxorẽ propter me, nõ eſt me dignus. uxorem infidelem non fidelem dixit odio habendam. Item omnis, qui reliquerit domũ, aut patrem, aut matrem, aut ſororem, uel uxorẽ propter me, centuplũ [p] accipiet, &c. uxorem in hoc loco infidelem ſignificat, quæ propter Chriſtum dimittitur, dum potius ipſa quàm Chriſti fides deſeritur.

Item Apoſtolus, Si quis frater uxorẽ habet infidelem, & hæc conſenſerit [q]

Luc. 12.g

Luc. 14.f

Mat. 19.b

1. Cor. 7.e

b Omne quod nõ eſt ex fide. id eſt, quod fit ex certa ſcientia contra fidem, eſt peccatum, de pœn. diſtin. iij. §. item illud.

c Peccatum. ut xxxvj. diſt. deinde.

d Nõ eſt uera. i. ad ueritatem ducens.

Iuſſit Heſdras. Hiſtoria legitur in Heſdra, quod filij Iſrael tempore Babylonicæ captiuitatis, & poſt reuerſionẽ de illa, duxerunt in matrimonium alienigenas contra præceptum domini. ſed poſtea ad præceptũ & admonitionem Heſdræ dimiſerunt eas.

e Iuſſit. Hoc capit. non facit ad propoſitũ, quia non erat inter eos matrimonium, niſi de ſolo facto. ſed quod dñs permiſerit eſſe fidelem cum uxore infideli, intelligitur cũ matrimonium præceſſerat inter eos.

f Dimitti. à Iudæis.

g Extra. id eſt, contra.

h Emendandum. argu. ꝙ nõ currit præſcriptio in matrimonio. quod uerũ eſt hodie: ut extra de conſan. & affini. non debet.

i Ratum. id eſt, inſeparabile.

k Quinque, id eſt, pater, mater, filius, filia, nurus, uel gener.

l Duo. ideſt, duo ſeparabuntur à tribus, qui conuertuntur ad fidem.

m In tres. Id eſt, contra tres. cõtrarij enim ſunt, quando conuertuntur ad fidem.

n In duos. i. tres cõuertũtur ad fidem, & ſeparabunt̃ à duobus.

o Qui non odit. Id eſt. qui non poſtponit amorem patris amori Dei.

p Centuplum. nõ dicit centũ uxores, ſed id quod excedit centuplum, ſcilicet uitam æternam accipiet.

q Conſenſerit. Si uero nollet habitare cum eo poſſet eam dimittere, & aliam ducere uiuente illa. j. ea. quæſt. ij. ſi infidelis.

Non

habitare cum illo, non dimittat [a] *illam. & ſi qua mulier habet maritũ infidelẽ, & hic conſenſerit habitare cum illa, non dimittat uirum ſuum. Sanctificatus* [b] *eſt enim uir infidelis ꝑ mulierẽ fidelẽ, & ſanctificata eſt mulier infidelis per uirum infidelem.*

Item ad Titum. Hortare adoleſcentulas, ut diligant uiros ſuos, hoc tam de fidelibus quàm de infidelibus intelligẽdum eſt. Infidelibus nanque uiris, fideles mulieres ꝓpẽſius propter Deũ debẽt obſequi, ut ſic uiros ſuos Chr̃o lucrari ualeãt. Sic in paßione beati Clementis de Theodora [c] *& Siſinnio legitur mirabiliter contigiſſe.*

Item Innocentius papa Rufo & Euſebio epiſcopis Macedonibus. †

Bigami reputantur, qui ante baptiſmum habuerunt unam, & poſt baptiſmum alteram.

CAN. I.

NVnquid [d] non erunt admittendi in hæreditatis conſortium, qui ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit uxor? crũtq; appellandi naturales: quia nõ eſt matrimonium legitimũ (ut nobis uidetur) niſi illud quod poſt baptiſmum aſſumitur. Ipſe dominus cũ interrogaretur à Iudæis, ſi liceret dimittere uxorẽ ſuã, atq; exponeret fieri nõ debere, addidit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. ac ne de his putetur eſſe locutus, qui poſt baptiſmum uxores ſortiũtur, hoc & à Iudæis interrogatum eſſe, & Iudæis eſſe reſpõſum meminerint. Quæro, & ſolicitus quæro, ſi una & eadẽ ſit uxor eius, qui antea catechumenus, & poſtea fidelis ſit, filiosq; ex ea cũ eſſet cathechumenus ſuſceperit, & poſtea alios filios cùm fidelis eſſet, utrum ſint fratres appellandi? an nõ habeant poſtea defuncto patre cum cæteris hæreditatis familiæ erciſcundæ conſortiũ quibus filiorũ nomen regeneratio ſpiritualis dicitur abſtuliſſe. quod cùm ita iudicare atq; conſentire abſurdum eſt, quæ ratio eſt, hoc malum defendi, & uacua magis opinione iactari, quàm aliqua authoritate roborari: cum non poſsit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus coniunxit.

Item ex decreto Euticiani papæ.

In fidelis poteſtate ſit, poſt baptiſmum uxorem recipere, quam ante dimiſerat.

CAN. II.

SI quis gentilis gentilem uxorem dimiſerit [e] ante baptiſmum, poſt baptiſmum [f] in poteſtate eius erit, eam habere uel non hr̃e. Itẽ.

Fidelis infidelem diſcedentem ſequi non cogitur.

CAN. III.

SImili modo, ſi unus ex coniugatis baptizatus eſt, & alter gentilis eſt, & qui ſequi non uult: ſicut dicit Apoſtolus, infidelis ſi diſcedit, diſcedat.

Itẽ Aug. de fide, & opib.

Sine culpa relinquitur uxor, q̃ cũ fideli habitare noluerit.

CAN. IIII.

VXor [g] legitima

Iudæi facilius fallunt animas q̃ pagani.

[a] Non dimittat. Infra ead. c. iudæi. contra. Sed hic de Gentili: ibi de Iudæo, circa quem ſpecialiter illud obſeruatur. habent enim Iudæi legem & prophetas, quibus muniti & parati ſunt animas ſimplicium fallere. xj. quæſtione tertia. ad menſam. ſed Gentiles hoc non habent. hodie tamen hoc idem uidetur de utriſque. extra de diuorc. capitu. quanto.

Ad tit. 2.

[b] Sanctificatus. frequenter enim unus ſanctificat per alterum. infra ea. c. iam nunc. Et eſt argument. ad ea quæ frequentius accidũt iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. iij. q. accuſatores uel teſtes. & xxv. diſtinct. de Syracuſanæ.

[c] De Theodora. uxore Siſinnij: quia ambo erant infideles: ſed poſtea illa conuerſa eſt ad fidem, & per eam poſtea uir conuerſus eſt.

Epiſto. la. xxij.

[d] NVnquid. hoc capitulum eſt de uerbo ad uerbum xxvj. diſtinction. deinde. & ibi exponitur Ioan. de Fantu.

[e] SI quis gentilis. Dimiſerit, propter fornicationem quam fecit.

Coniuges infideles ſi efficiantur Chriſtiani, utrum teneãtur ſe mutuo recipere.

[f] Poſt baptiſmum. Si dicas alterius tãtum, planum eſt: quia fidelis non cõpellitur in aliquo caſu infidelem eam habere, ſed non contrahere cum alia, niſi in tribus caſibus. extra de diuortijs, gaudemus. Sed ſi uterq; factus fuerit fidelis dicit H. q̃d quocũque modo eam dimiſerit, ſiue quia dedit libellum repudij ſiue alio modo, ſemper compellitur eam recipere

Mat. 19. e Gen. 2.

poſt utriuſque baptiſmum. Nam dicit omne peccatum deletum eſſe in baptiſmo, etiam exceptionem, quæ uiro competebat propter delictum mulieris. Sed tutius eſt diſtinguere cum Innocentio: ut ſi dicatur, quod ſecundũ morem Gentilium, & non propter fornicationẽ illius ante dedit ei libellum repudij, & modo uterque uerſus eſt, compellitur eam recipere: nec poteſt modo ei obijcere, ſi cum alio contraxerit, quaſi obiectu fornicationis eã repellat. nam licet in ueritate fornicata ſit, quia tamen illa fornicatio licita eſt, ſecundũ eos, non poteſt eam repellere. Si uero alias fornicata fuiſſet, & propter illam fornicationem eam dimiſiſſet, non compellitur eam recipere. Hoc totum habes extra de diuor. gaudemus. §. ulti. nec eſt cõtra. de cõſec. diſtinctio. quarta, ſine pœnitentia. & de pœn. diſtin. ultim. cap. nullus. Nõ enim dico per baptiſmum alterius exceptionem ſibi competentẽ auferri poſſe, [1] & rationem iſtius plene notaui 26. diſtinct. deinde. in fin. quia fornicatio non tantum uxorem, ſed etiam uirum maculat. xxxij. quæſt. j. in coniugio.

[1] Tollitur tamen accuſatio ꝑ baptiſmũ ut nota. j. xxxij. q. j. quod autem.

[g] VXor. infidelis. hoc ca. & ſequens intelligitur de diſpari coniugio propter hoc quod dicit, ſi cum uiro Chriſtiano &c. & ibi quando ad baptiſmum, & continentur hic duo caſus, in quibus licite dimittitur uxor infidelis cum non uult cohabitare, uel uult, ſed ea conditione ut uir committat

1. Cor. 7.

ſocietate [a] coniuncta, [b] ſine vlla culpa relinquitur, [c] ſi cũ uiro Chriſtiano pmanere noluerit. Non attẽditur [d] eo modo, eam [e] rectiſsimè dimitti, ſi viro ſuo dicat, Non ero uxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut niſi ſolita lenocinia, quibus noſtram domũ tranſigebas, [f] etiam Chriſtianus exerceas. Aut ſi quid aliud, vel facinoroſum, vel flagitioſum in viro nouerat, quo delectata, vel libidinem explebat, vel facilẽ victum habebat, vel etiã ornatior incedebat. Tũc enim ille cui vxor hæc dixit, ſi vera citer egerit pœnitentiã ab operibus mortuis, quando ad baptiſmũ acceſsit, habetq; in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quã carnis luxuria, & membrum [g] quod eum ſcandalizabat, fortiter amputabit. [h]

Idem in ſermone domini in monte, li. primo. †

Licite dimittitur uxor, quæ uirũ ſuũ cogere quærit ad malũ.

C A N. V.

IDololatria [i] quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio, fornicatio eſt. Dominus autem permiſit cauſa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permiſit, & non iuſsit, dedit Apoſtolo locum monendi, vt qui voluerit † nõ dimittat vxorẽ infidelem, cum quo ſic fortaſsis poſsit fidelis fieri. Item ſi infidelitas, fornicatio eſt, & idololatria infidelitas, & auaritia [k] idololatria eſt, non eſt dubitandũ & auaritiam fornicationẽ eſſe. Quis ergo iam quamlibet illicitã cõcupiſcentiã poteſt rectè à fornicationis genere ſeparare, ſi auaritia fornicatio eſt? Ex quo intelligitur, ꝙ propter illicitas concupiſcẽtias, nõ tãtum quæ in ſtupris cum alienis viris aut fœminis cõmittuntur, ſed omnino propter quaslibet concupiſcentias, quæ animam corpore malè utentẽ à lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè, turpiterq; corrumpi poſsit ſine crimine & uir uxorem ſuam dimittere, & uxor uirum: quia exceptam dominus facit cauſam fornicationis, quam fornicationem (ſicut ſuprà conſideratũ eſt) generalem & uniuerſalem [l] intelligere cogimur. Cùm autẽ ait, excepta cauſa fornicationis, non ait cuius ipſorum, uiri, aut fœminæ. Nõ enim fornicantem tantum vxorẽ dimittere cõceditur, ſed quiſquis eam quoque vxorem dimittit, à qua ipſe cogitur fornicari, cauſa utiq; [m] fornicationis dimittit. Velut ſi aliquem cogat vxor ſacrificare [n] idolis, qui talem dimittit, cauſa fornicationis eã dimittit, non tantum illius, ſed etiam ſuæ. Illius, quia fornicatur: ſuæ, ne fornicetur.

Idẽ de adulterinis coniugijs libro ſecundo.

Quæ ſimulacrũ facit, nec reſipiſcit, dimittatur à uiro ſuo.

C A N. VI.

NOn ſolùm mœchatio eſt illius, quæ carnẽ ſuã coinquinat, [o] ſed etiã quæ ſimulacrũ [p] facit, mœchatur: ꝙ ſi in his factis perſeuerat, & pœnitentiam nõ egerit, recede ab

---

Matrimonium fideliũ ob duplicẽ fornicationẽ ſeparatũ.

mittat aliquod mortale peccatum. De pari autem cõiugio H. non intellexit, quia ſi uterque coniugum eſt fidelis, fidelis fidelem nunquam poteſt dimittere, ſecundum H. niſi ob fornicationem carnalem uel ſpiritualem ſcilicet idololatrando tãtum, alias non: unde ſi uxor Chriſtiana pertrahat uirum ad mortale peccatum: uerberet eam, & caſtiget ſi poteſt, & non conſentiat ei. Sed alij intelligunt hoc de pari coniugio: quia fidelis fidelem bene poteſt dimittere, ſi compellitur ab eo ad mortale peccatum, nec forte reſiſtere poteſt, ſed expreſſe contradicit. extra de diuor. quæſiuit. & capit. quanto. Sed pone quod dimiſit, ſed poſt pœnitet, nunquid iterum illa tenetur eum recipere [1] Diſtingue per decre. extra de diuor. de illa.

a Societate. i. matrimonio.

b Coniuncta. Olim in infidelitate.

c Relinquitur, à uiro facto Chriſtiano, & tunc licite poteſt alij copulari uir.

d Non attenditur. alius caſus eſt, & ponitur interrogatiue. q. d. non ſolum in præmiſſo caſu licite dimittitur uxor, ſed non attenditur. i. nonne attenditur, &c.

e Eam. ſ. infidelem.

f Tranſigebas. Id eſt, paſcebas.

g Et membrum. ſ. uxorem. xxx. qõ. ij. admonere.

h Amputabit. Remouendo à ſe corporaliter.

i IDololatria. hoc capitulum ſecundum Hugonẽ de diſpari coniugio intelligitur ſicut præcedens.

† Tomo 4.

1 Hæc fuit ſnia. Laurẽ. ſed Bart. indiſtincte dicit, quod tenet eã recipere, niſi cũ iudicio eccleſiæ facta eſt ſeparatio, & uult ingredi monaſteriũ. & ita not. in di. dec. de illa. & eodem titu. quanto. in fine.

Deu. 24. a

† Alias, ualuerit.

Mat. 19. b

k Auaritia. Auaritia eſt idololatria, & idololatria infidelitas: & infidelitas eſt fornicatio: ergo auaritia eſt fornicatio.

l Vniuerſalem. Argu. quod indefinite dicitur, generaliter debere intelligi. ff. de tute. qui habet. §. vltim. xxj. quæſtio. j. quod ſi dormierit.

m Vtique. quia ipſa cogit eum fornicari ſpiritualiter.

n Sacrificare. Idem eſt, ſi cogat ad quodcunque mortale peccatum, ut innuitur ex litera ſuperiore. & not. quòd propter fornicationem corporalem ſemel commiſſam, poteſt eam dimittere. [2] xxxij. q. j. dixit. ſed propter ſpiritualem non, niſi perſeueret. ſuprà. c. proxi. non ſolum.

ADDITIO.

Et in hoc caſu loquitur extra de conuer. coniug. ca. ulti. nam ex eo quod dicit ꝙ fuit iudicio eccleſiæ ibi matrimonium ſeparatum datur intelligi ꝙ ibi maritus in ipſa fornicatione ſpirituali perſeuerauerit. & ſic etiam ibi not. Goffr. & Archid.

o NOn ſolum. Coinquinat. Cum alio à coniuge ſuo.

p Simulacrum facit. i. idolum colit.

q Recede. Hoc ca. intelligit Hug. de duobus fidelibus, quorum alter labitur in hæreſim, inter quos cum ratum fuerit matrimonium, nec ſoluitur altero labente, nec contrahere poteſt, licet ſecus ſit in caſu conuerſo. ſ. cum alter infideliũ conuertitur, tunc in tribus caſibus diſſoluitur

Auaritia eſt fornicatio.

2 De hoc no. 30. q. j. noſſe ibi uideas.

Maritus ab uxore, quæ ſimulacrum facit debet recedere.

illa, & noli viuere cum illa. Sinautem, [a] & tu particeps peccati illius eris.

Item Ambro. ad Hilarium.

Amore cuiuslibet non eſt à fide recedendum.

CAN. VII.

SI infidelis (dicit apoſtolus, diſcedit, diſcedat: non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, id eſt, ſi infidelis noluerit eſſe cũ coniuge ſua fideli. Hic cognoſcat fidelis ſuam libertatē: [b] nec ita ſe ſubiectũ putet ſeruituti, vt ipſam dimittat fidē, ne coniugē amittat infidelem. Hoc & de infidelibus filijs & filiabus atque parentibus, hoc & de fratribus & ſororibus intelligitur propter Chriſtum [c] eſſe dimittēdos, cũ ponitur conditio iſta, ut propter Chriſtũ dimittat, ſi eum ſecum habere deſiderat. Hoc ergo & de domo, & de agris, & de cæteris rebus quę iure pecuniario poſſidentur, intelligendũ eſt.

Item Aug. ad Pollentium.

Quòd & infideles ſunt coniuges, & quòd fideli licet dimittere infidelem.

CAN. VIII.

IAm nunc [d] illud uidemus quod ait Apoſtolus, Cæteris [e] autem ego dico, [f] nõ dominus. Ad imparia, ſcilicet ubi non ambo Chriſtiani fuerant coniugia locuturus: quod mihi uiſum eſt, eum monēdo [g] dixiſſe. Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licitè poteſt infidelē, ideo hoc fieri non dominus, ſed Apoſtolus prohibet. [h] Quod enim dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apoſtolus, [i] quod poſſit eſſe multorũ occaſio lucrãdorũ, vt fideles coniuges in relinquendis infidelibus permiſſa [k] licētia nõ vtãtur. Tibi aũt ur, infideles quoq; dimitti à fidelibus non licere, quia hoc vetat [l] Apoſtolus. Cũ ergo dicam licere, quia hoc non vetat [m] dominus: nõ tamen dico expedire, quia hoc ne fiat, monet Apoſtolus: qui reddit etiam rationem cur fieri non expediat, quamuis liceat. Quomodo enim ſcis, (inquit) mulier, ſi uirũ ſaluũ facies? aut vnde ſcis vir, ſi ſaluã facies mulierem? cum & ſuperius dixiſſet, Sanctificatus [n] eſt vir infidelis in muliere fideli, & mulier infidelis ſanctificata eſt in fratre fideli, hoc eſt in Chriſtiano. Alioquin [o] filij veſtri immundi eſſent, nũc autem ſancti ſunt. [p] & ſic ad lucrandos coniuges & filios Chriſto; exemplis etiam quæ iam prouenerant [q] videtur Apoſtolus hortatus. Cur ergo non expediat etiam infideles coniuges dimitti à fidelibus, cauſa euidenter expreſſa eſt. Non enim propter [r] vinculum cum talibus pactum coniugale eſt ſeruandum, ſed ut quærantur in Chriſto, recedi ab infidelibus coniugibus Apoſtolus uetat. Multa enim ſunt facienda, non iubente lege, ſed libera charitate, & ea ſunt in noſtris officijs [s] gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen cauſa dilectionis

ſoluitur, & contrahere põt. & hoc totum habes extra de diuor. quanto. Item nunquid eſt præceptum quod dicit, recede ab illa? dicit Hugo. quia ex quo perſeuerat, præceptum eſt, ſi eſt notorium, ſed hoc quantum ad reddendum debitũ, ſed exigere poteſt. & ſic intelligit. xxxij. quæſt. j. cap. j. videtur tamen Hugo. quòd in hoc caſu ad minus conſilium ſit, quòd recedat ab illa, arg. ĩ. c. iam nũc. ſed ibi conſilium, qñ alter infidelium conuerſus eſt, hic vero præceptum. & poteſt eſſe ea ratio, qa maior eſt hic contumelia creatoris, vt extra de diuor. quãto. & quod ſit præceptũ, habes extra de iureiuran. quemadmodum.

a Sinautem. i. ſi nõ reuocas eam à ſuo propoſito.

SI infidelis. Libertatem. nam dico, quòd ipſo iure ſoluitur uinculum matrimonij, nõ per ſententiam eccleſię, ſed ipſo iure. ſ. tribus caſibus, in quibus contrahere poteſt. nam contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij; ſi tamen infidelis vult redire ad fidem priuſquam cum reliqua contraxerit, cogitur recipere eam, ut extra de diuort. gaudemus. in ſi.

† lib. 1. c. 13. de adul. coniug.

c Chriſtum. Argu. quod modus facit conditionem. nam dicit cum ponitur iſta conditio, & poſt dicit ut Chriſtũ &c. ſi. extra de condit. ap. cap. ij. & extra ut eccle. benefi. ut noſtrum.

IAm nunc. Hæc eſt iij. pars quæ. In qua diſſuadet, vt fidelis non dimittat uxorē infidelē propter Deũ. Io. de F.

1. Cor. 7. b

d Iam nunc. Sic continua. Hactenus tractauimus de paribus coniugijs fidelium, ſcilicet de quibus dixit Apoſtolus in epiſtola ad Corin. His qui matrimonio iuncti ſunt, dico non ego, ſed dñs, vxorem à viro non recedere, vt vir vxorem non dimittat, nam cæteris diſparibus, &c.

e Cæteris. i. diſparibus coniugijs, qa prius de paribus ait Apoſtolus.

f Dico. i. conſulo & ſuadeo: ex Dei tamen authoritate nõ mea.

g Monendo. i. non præcipiendo.

h Prohibet. Ponitur hic impropriè, i. ſub forma prohibitionis diſſuadet, & monet ne fiat.

i Apoſtolus. Ideo ſcilicet.

† Scilicet quod fidelis non dimittat infidelē cohabitare volētem. vide Hu.

k Permiſſa. à domino, id eſt, non prohibita.

1. Cor. 7. b

l Vetat. Id eſt, diſſuadet.

m Vetat. Arg. aliquid eſſe hoc ipſo licitum, quod non eſt à domino vetitum. argum. xxxj. qõ. j. quod ſi dormierit. ff. de procuratori. mutus.

n Sanctificatus. i. ad fidem conuerſus.

Arg. contra extra de trãslat. inter corporalia, vbi de hoc.

o Alioquin. i. ſi alijs adhæſerint, viuentibus relictis, & cohabitare volentibus, filij quos ex alijs genuerint, non erunt legitimi. Vel loquitur de filijs prius natis, qui remanent immundi, id eſt, infideles. quia non conuertuntur.

p Sancti ſunt. Id eſt, eſſe poſſunt.

q Prouenerant. Id eſt, frequenter acciderant. argum. ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. ſi. xxxviij. diſtinctio. de Syracuſanæ.

r Vinculũ. Tantũ, ſed vt eos lucrētur.

s Officijs. Id eſt, operibus.

Gerens.

impendimus. Vnde ipſe dominus prior, cùm ſe tributum non debere ſoluere demonſtraſſet, ſoluit tamen, ut non ſcandalizaret eos, quibus ad æternã ſalutẽ gerens [a] morem cõſulebat. iam uerò Apoſtolus quemadmodũ iſta commendet, eius uerba teſtantur [b] ubi dicit: Cum ſim liber [c] ex omnibus, omniũ [d] me ſeruum feci: ut plures lucrifacerem. cũ paulò ſuperius dixiſſet: Nũquid nõ habuimus licentiam manducãdi & bibendi? Nunquid non habuimus licentiam ſororẽ mulierem circunducẽdi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & frater dñi, & Cephas? An ego ſolus & Barnabas non habuimus poteſtatem [e] hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? An quis plantat uineam, & de fructu eius nõ edit? Qui paſcit gregẽ, & de lacte gregis non comedit? & paulo pòſt: Si alij, [f] inquam, poteſtatis [g] noſtræ iura participant, nonne magis & nos? [h] Sed non ſumus uſi hac poteſtate: ſed omnia [i] toleramus, ne quod impedimentum demus [k] Euangelio Chriſti.

Matt. 17.

1. Cor. 9. c

Ibidem.

Item. †

Ab infidelibus coniugibus licet recedere, ſed non expedit.

C ANON. (?)

SIc enim [l] neque recedere ab uxoribus infidelibus uel à maritis, fideles uiri uel fœminæ non prohibentur [m] à domino, ut neque iubentur. nam [n] ſi dimittere tales coniuges iuberentur, nullus locus eſſet conſilio monentis Apoſtoli, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod dñs iubet, ſeruus [o] bonus prohibet. Item: Cum ergo [p] cœpiſſet etiã gentilibus Euãgelium prædicare, & iunctos gentiles gentilibus comperiſſet coniugibus, ex quibus ſi nõ ambo crederent, ſed unus, aut una, & infidelis cũ fideli conſentiret cohabitare non prohiberi à domino, debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. ideo ſcilicet non prohiberi: quia iuſtitia permittit à fornicante diſcedere, & infidelis hominis fornicatio eſt maior in corde: nec uera eius [q] pudicitia cum coniuge quidem dici poteſt: quia omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: quãuis ueram habeat fidelis pudicitiã, [r] etiam cũ infideli coniuge, quæ non habet uerã. Ideo [s] aũt nec iuberi debuerũt fideles ab infidelibus ſeparari: quia nõ cõtra iuſsionẽ [t] dñi gentiles fuerũt ambo cõiũcti.

Matt. 19.

1. Cor. 7. c

[a] Gerens. id eſt, dirigens.

[b] Teſtantur. Arg. quod per ſequẽtia determinari poſſunt præcedentia. hoc generale habes xliij. diſt. ſit rector in fine.

[c] Cum ſim liber. i. nullis beneficijs obnoxius.

[d] Omnium. id eſt talem me exhibui, ut cõmodũ oĩum facerẽ: & hoc feci, ut plures &c.

[e] Poteſtatẽ. Sed ne diceretur, cur ideo hoc faceret: quia nõ egeret, ſubdit quaſi dicat, egemus quidẽ ſed non uſi ſumus: ne quod impedimẽtum, &c.

[f] Si alij. Hypocritæ.

[g] Poteſtatis. i. poteſtatiue participẽt rebus ueſtris.

[h] Nonne magis & nos. qui amplius diligimus uos, quam res ueſtras.

[i] Sed omnia. i. famem, ſitim, & ſimilia.

Paulus prædicans nihil accipiebat.

[k] Demus. Nam Corinthij erant auari. & ſe retrahebant à prædicatione. Vel ideo, quia ſi ipſe acciperet, multi erant pſeudo Apoſtoli, qui ſtatim prædicarent ut acciperẽt, & ita impedirent Euãgelium: ſed cum iſte non acciperet, nec illi auderent accipere, & ita non prædicarent.

Textũ diuidit.

[l] SIc enim. In prima parte ponitur uſque ad §. quoniam ergo. intellectus Auguſt. ſuper illa authoritate Apoſtoli: Ego dico non dominus, quod ſi uir fidelis habet uxorem infidelẽ, non dimittat eã, & oſtendit rationem, quare dominus non prohibuerit, nec iuſsit. In ſecunda parte uſque ad §. tu uero. ponuntur tres ſolutiones Auguſt. ad totidẽ obiectiones Pollentij. In tertia parte uſque ad §. intelligis. ponitur expoſitio & intellectus Pollentij ſuper authoritate prædicta, quam Auguſt. reprobat. Vltimo ponitur epilogatio quam Auguſt. facit inferens uictorioſiſsimam concluſionem. Et conſtrue ſic, Fideles uiri ſic non prohibentur recedere ab infidelibus uxoribus, uel fideles fœminæ ſic non prohibentur recedere ab infidelibus maritis, ut, id eſt ſicut neque iubentur recedere. ſecundum hoc, primũ neque, abundat: uel ſi uis quod non ſuperabundet. dic neque recedere, id eſt, retinere, &c. id eſt, ſicut fideles uiri & fœminæ non prohibentur nõ recedere, ſic nec iubentur non recedere, quaſi dicat, quod nec illud nec iſtud fiat. hoc continuatur ad pmiſſam partem ca.

† cap. 18. eo. lib.

Ordo literæ.

[m] Non prohibentur. non repetitur hic neque ſuprapoſitum, ut faciat unã affirmationem: ſed propter interpretationem ſupra poſitam. poteſt tamen legi utrunque: & idem erit ſenſus.

[n] Nam. Prima ratio, quare dominus non præcepit dimitti tales, ſcilicet, ut Apoſtolo eſſet locus monendi, ut nõ fieret hoc. ſed non dico eſſe uerũ: imo ideo dicit Apoſtolus, dico ego, non dñs: nam ſi, &c. ut oſtenderet quod dominus non iubet recedere. nã ſi, &c.

[o] Seruus. nã Apoſtolus nullo modo faceret contra dominum: ſicut dixit prætor, quod cõtra legem nõ tuebitur aliquem. ff. de pub. act. l. cum ſponſus. §. ſi res, & non reuocant à filio, quæ à patre geſtũtur. C. de reſtit. mil. l. quæ à patre.

Prętor cõtra legem neminem tuetur.

[p] Item cum ergo. ratio quare nõ phibuit tales dimitti. ſcilicet ut nihil prohiberet, quod iuſtitia exigit fieri: iuſtum enim eſt uxorem dimitti ob fornicationem, præſertim ſpiritualem.

[q] Eius. Id eſt uirtutis, uel ducẽs ad uirtutem. xxxij. q. j. c. dixit.

[r] Pudicitiam. Supra proxim. quæſt. j. cap. nuptiarum. cõtra. ſed ibi pudicitiam, cõtinentiam, uel uirginitatẽ nominat: hic uero uirtutem & caſtitatem. quæ etiam inter nuptiarum opera non admittitur.

[s] Ideo. Secunda ratio: quare non præcipitur: ſed male dicit, quia prima non præceſsit, quo ad iſtum articulum.

[t] Iuſsionem. argu. quod ſi gentilis cum gentili contrahat, non facit contra præceptum dñi, cum matrimonium

monium ſit inter eos, unde ſi ueniunt ad fidem, non debent ſeparari.

ADDITIO. ut ſupra quæſt. ij. c. j. extra de diuor. cap. gaudemus.

pitulo ultimo.

Quoniam ergo [a] ab infideli infidelem diſcedere non prohibet, nec iubet dominus: ideo ut nõ diſcedat Apoſtolus dicit [b] non dominus: habens utique Spiritum ſanctũ, in quo dare poſſet utile, & fidele conſilium. Vnde cùm dixiſſet [c] de muliere, cuius uir mortuus fuerat, Beatior aũt erit, ſi ſic permanſerit ſecundũ conſiliũ meũ: ne quis hoc cõſilium tanquã humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit: Puto autem, quod & ego ſpiritum habeam Dei. Proinde intelligendum eſt, etiam ipſa, quæ à domino non iubentur, ſed à ſancto eius famulo utiliter ſuadẽtur, eodem domino inſpirante ſuaderi. Abſit enim, ut quiſquam catholicus dixerit, quod ſuadet Spiritus ſanctus, nõ dominum ſuadere: cum & ipſe dominus ſit, & inſeparabilia [d] ſint opera trinitatis. Dicit enim Apoſtolus: De uirginibus autẽ præceptum domini non habeo, conſilium autẽ do. Nõ ut cõſilium hoc alienum exiſtimemus à domino: cum continuo ſequať & dicat: Tanquam miſericordiam conſecutus à domino, ut fidelis eſſem. Secundum ergo Deũ dat conſiliũ fidele in eodem ſpiritu, de quo ait, Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Verũtamen aliud eſt domini iubentis imperium, aliud uerò ſerui ſecundum miſericordiam charitatis, quæ illi à domino eſt inſpirata, atque donata, fidele conſiliũ. Aliud enim ibi facere non licet, hic autem licet: ità ſanè, [e] ut ipſum licitum partim quidem expediat, partim uerò non expediat. Expedit tunc quando non ſolum per iuſtitiam, [f] quæ coram Deo eſt, permittitur, ſed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum ſalutis infertur: uelut cũ dat conſilium non nubendi Apoſtolus uirginibus (unde præceptũ domini ſe non habere teſtatur) licet aliud facere, id eſt, nubere, & minus continentiæ bonum tenere in nuptijs, ipſum quoque licitum etiam expedit, [g] quoniam in uetita & illicita ruituram carnis infirmitatem ſic excipit honeſtas nubendi, ut neminem impediat à ſalute, quamuis magis expediret, magiſque honeſtum eſſet, ſi uirgo conſilium, quo præceptum [h] eam non compellit, arriperet. Tunc autem non expedit id, quod licitum eſt, quando permittitur quidem, ſed uſus ipſius poteſtatis alijs affert impedimentum ſalutis: ſicut eſt, unde iam diu loquimur, diſceſsio coniugis fidelis ab infideli, quam non prohibet dominus, præcepto legis, quia coram illo iniuſta non eſt, ſed prohibet [i] Apoſtolus conſilio charitatis, quia infidelibus

Arg. ad hoc de cõſe. diſ. ij. in Chr̃o.

a Quoniam ergo. reſponſio Auguſtini ad Pollentium dicentẽ, qđ ex quo Apoſtolus cõſuluit, & non dominus, eius conſilium tanquam humanum nõ diuinum cõtemnendum eſt. [a] reſpon. ergo Auguſ. quamuis id quod conſuluit Apoſtolus, non præcipiat dominus, nihilominus conſilium Apoſtoli, tanquam à Spiritu ſancto infuſum acceptandum eſt. & qđ habebat à Spiritu ſancto, probat per duo ſimilia. Et nota quòd obiectiones Pollentij non ponuntur hic, ſed colliguntur ex reſponſionibus Auguſtin. ſicut dixit lex, quod ſi in inſtrumẽto cautum eſt: mihi pecuniam dari, præſumitur ſtipulationem eſſe interpoſitam: ut C. de contrahenda ſtipula. l. prima.

b Dicit. id eſt, monet: non dominus dicit, id eſt, præcipit. Ita repetitur uerbum in alia ſignificatione. nam ſi in eadem, falſum eſſet, quia quicquid monet Apoſtolus, monet dominus, ut ſequitur. & expoſitio uaria huius uerbi dico, bene probatur per intellectum illius authoritatis: De uirginibus autem præceptum domini non habeo, &c.

1. Cor. 7. c

c Dixiſſet. ad oſtẽdendum, quod habebat Spiritum ſanctum, & eius conſilio ſtandum eſſet.

d Inſeparabilia. pro maiori parte. nam quædam attribuuntur patri, quæ nõ filio, & econtra. Hug. Sed tu dic opera operantia. Operata enim opera nõ ſunt inſeparabilia. de conſecratio. diſtinctio. tertia. capitulo ultimo.

Opera trinitatis an ſint ſeparabilia.

e Ita ſane. Hic reſpondet Auguſtinus ſecundæ obiectioni Pollentij dicentis, quare Apoſtolus non plus dicit conſulendo, bonum eſt dimittere uxorem infidelem, melius eſt autem cum ea manere: ſicut alibi cõſulendo dixit, Qui dat nuptui bene facit: qui non dat, melius facit? Et reſpondeo, quod quædam licita ſunt, quorum utrunque expedit, ut dare nuptui, & non dare nuptui, Alia, quorum unum expedit, aliud non: ut dimittere, non dimittere. cum primis recte ponuntur hæc adiectiua bonũ, melius: cum ſecundis non: quia utrunque non eſt bonum: quia nõ meritoriũ: & ideo non dicit Apoſtolus, qui dimittit, bene facit, &c.

f Propter iuſtitiã. id eſt, propter ipſum nubere, quod eſt iuſtum. uigeſimaſeptima, quæſtione prima. c. nuptiarum.

g Expedit. infra xxxiij. quæſtione quinta. capitu. qui ſtit. contra. Expedit quidem, & non expedit. Expedit cauſa fornicationis uitandæ. Non expedit quoniam uxorati, cum ſint diuiſi, & cogitare eos oporteat, quomodo placere poſsint & ſeruire uxoribus, diuinis obſequijs, & orationibus intendere adeo expeditè non ualent: ut extra de clericis cõiuga. quod à te. expedit ergo nubere, quo ad fornicationem uitandam: ſed non expedit uolenti tendere ad regnũ cælorum. & ſic ſoluuntur cõtraria. xxxiij. quæſt. quinta. capit. tunc ſaluabitur.

Nubere expedit & non expedit.

h Præceptum. infra. xxxij. quæſtio. prima. capitu. integritas.

i Sed prohibet. id eſt, ſub forma prohibitionis diſſuadet.

Adulte-

affert impedimentum ſalutis: non ſolùm quia perniciosiſsimè ſcandalizantur offenſi, uerum, etiam quia cum in alia coniugia ceciderint, uiuentibus eis à quibus dimittuntur, adulterinis a nexibus colligati difficilè reſoluuntur. Ideò hic ubi quod licet non expedit, non poteſt b dici, Si dimiſerit infidelem, benefacit: ſi non dimiſerit, melius facit: ſicut dictum eſt, Qui dat nuptui, bene facit: & qui non dat nuptui, melius facit: quia non illud ſolùm, ſed utrunque pariter c licet: unde ad nihil horum præcepto domini quiſquam compellitur, ſed utrunque expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id, quod amplius expedit, conſilio Apoſtoli, quicunque poteſt capere, prouocat.

Hic autem ubi de dimittendo, uel non dimittendo infidelis cum fideli cõiugio quæritur: utrunque quidem pariter licitum eſt, per iuſtitiam quæ coram domino eſt: & ideo nihil horum prohibet dominus: ſed non utrunque expedit, propter infirmitatem hominum: & ideo id, quod nõ expedit, Apoſtolus prohibet, dante ſibi domino locum liberum prohibendi: quia neque id, quod monet Apoſtolus, prohibet dominus neque id quod prohibet Apoſtolus, iubet dominus. Quod niſi ita d eſſet, neque contra prohibitionem domini Apoſtolus aliquid moneret, neque cõtra iuſsionem e eius aliquid prohiberet. Proinde f in his duabus cauſis, una de nubendo uel de non nubendo, altera de infideli coniuge dimittenda, uel non dimittenda: aliquid ſimile inuenitur in uerbis Apoſtoli, & aliquid diſsimile. Simile quidem eſt illud, quod ibi dicit: Præceptum domini nõ habeo, conſilium autem do. & hic dicit: Ego dico, nõ dominus. Quale eſt eñ, Præceptum domini non habeo: tale eſt, Non dicit domin'. & quale eſt, Conſilium g autẽ do: tale eſt &, Ego dico, Illud autem diſsimile eſt: quia de nubendo & non nubendo dici poteſt. Hoc bene fieri poteſt, illud autem melius: quoniam utrunque expedit, unum minus, aliud magis. At uerò de coniuge infideli dimittenda uel non dimittenda, quoniam unum horum non expedit, aliud expedit: dici non oportet, Qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit, h melius facit: ſed dici oportet. Non dimittat: quia & ſi licet, non expedit. Sic ergo poſſumus dicere, melius eſſe infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodum rectè dicimus melius eſſe quod & licet & expedit, quàm id quod licet & non expedit. His de cauſis factum eſt, ut ego exponens i domini ſermonem quem in monte prolixum habuit, ubi uentum eſt ad quæſtionem de coniugibus dimittendis uel non dimittendis, adhibuerim conſilium ab Apoſtolo dictum non præceptum domini, ubi ait: Cæteris autem ego dico, non dominus: monens eos qui haberent coniuges infideles, ut conſentientes habitare ſecum non dimitterent. quod utique ideo monendum, non iubendum fuit, quia non tantò pondere prohibentur k homines facere licita, quamuis non expediant, l quantò pondere prohibenda ſunt illicita. Si autem m alicubi Apoſtolus etiam illa quæ iubenda ſunt, monere dignatur: hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando n iuſsioni. unde ſic dicit, Non ut confundam uos hæc ſcribo, ſed ut charisſimos filios moneo. quid habet quæſtionis ubi ait, o Ego dico, non dominus: item ubi ait, Ecce ego Paulus dico uobis, quia ſi circuncidimini, Chriſtus uobis nihil proderit? Nunſi

1.Cor.7.b

1.Cor.7.b

1.Cor.4.c

a Adulterinis. Argu. quod fidelis qui dimittit uxorẽ infidelẽ. cohabitare uolentem, non poteſt aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium: ut ĩ. q. ij. quod uero. & c. ſi quis.

b Non poteſt. Hic elice ſecundam obiectionem Pollẽtij.

c Pariter. alterũ 1 quidem propter idolatriæ fornicationem, alterũ propter lucrandi occaſionem.

1 Scilicet dimittere.

Vt ĩ. e. idololatria.

ADDITIO.

Idem Hu. cuius fuit hæc expoſitio, dicens: Non ergò peccat fidelis, ſi dimittat infidelẽ, licet nõ uelit uti conſilio Apoſtoli. Archid.

d Niſi ita. id eſt, niſi dominus daret Apoſtolo liberũ locum prohibendi, id eſt, diſſuadendi, Apoſtolus diſſuadere nõ deberet, ſi contrariũ dominus prohibuiſſet uel præcepiſſet: quod non fecit.

e Iuſsionem. Si dominus prohibet.

f Proinde. Hic incipit, aſsignare ſimilitudines & diſsimilitudines.

g Conſilium. ſ. xxvij. q. j. nuptiarum.

h Dimittit. ſicut q dat nuptui, bene facit: ſed qui non dat, melius facit: quia utrunque licitum eſt, ſed non expediens.

i Ego' exponens. ſcilicet ſuper euangeliũ Matthæi. Ber.

k Prohibentur. id eſt, diſſuadentur.

l Non expediant. ſ. xiiij. q. j. quod præcipitur.

m Si autem. Hic reſpondet tertiæ obiectioni Pollentij dicentis, cum hoc uerbum dicò, præceptiue ponatur in epiſtola ad Galatas: Ecce ego Paulus dico uobis, quia ſi circũcidimini, &c. quare non ſimiliter pręceptiue cum dicit, Ego dico, non dominus. uel conceſſo etiam quod admonitiue ponatur ibi uerbum, dico uobis quia ſi circuncidimini. &c. nullum inconueniẽs inde ſequit. non enim indignum eſt, ſi quæ iubet dominus monet Apoſtolus.

Dico, præceptiue & admonitiue ponit.

n Non præiudicando. ſicut dicit lex q uolũtariæ tutelę munera priuilegijs non præiudicãt. C. de excuſ. tut. uoluntaria.

o Vbi ait. ratio ad tertiam.

Non

quid [a] etiā hic dixit, [b] Ecce ergo dico, non dominus. Non ſunt itaque ſimilia iſta: quia etiam illa quæ iubet dominus, non eſt indignū uel contrarium ſi eadem monet Apoſtolus. Monemus enim eos, quos charos habemus, ut faciant domini præcepta uel iuſſa. Cum uero dixit, Ego dico, non dominus: ſatis oſtendit dominum nō prohibere, quod ipſe pro hibebat: prohibuiſſet autem dominus, ſi eſſet illicitum. [c] Ergo ſecundum ea quæ ſuprà diximus, [d] multumque uerſauimus, licitum erat per iuſtitiam, ſed etiam licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam.

3 Tu uerò, [e] cui placet ita non licere, quod non uetat dominus, ſed Apoſtolus, quemadmodum non licet quod uetat dominus: cùm exponere uoluiſſes † quid ſibi uellet quod ait, Ego dico non dominus: cum alloqueretur fideles, quibus eſſent coniuges infideles, dixiſti: quia dominus iuſſit ne coniugia ſibimet diuerſæ religionis copularentur. & ipſum adhibuiſti teſtimonium domini dicentis: Non accipies uxorem filio tuo de filiabus alienigenarum: ne traducat eum poſt deos ſuos, ut pereat anima eius. Addidiſti etiam uerba Apoſtoli ubi ait: Mulier alligata eſt uiro quã diu uir eius uiuit: quod ſi mortuus fuerit uir eius, liberata eſt: cui uult nubat, tantum in domino. quod ita expoſuiſti, ut adiungeres domino, id eſt, Chriſtiano, deinde ſecutus es & addidiſti, [f] Hoc eſt ergo domini præceptum tam in ueteri teſtamento, quàm in nouo, & hoc iubet dominus, hoc docet [g] Apoſtolus, ut nō niſi eiuſdem religionis & fidei coniugia maneant copulata. Quare contra hoc domini iuſſum, contra doctrinam ſanctam, † contra præceptum noui, & ueteris teſtamenti iubet Apoſtolus ut diuerſæ fidei maneant coniugia copulata: quia Paulus inquit prædicator gentium & Apoſtolus iam in coniugio poſitos non ſolùm monet, ſed etiam iubet, ut ſi alter ex coniugibus credidiſſet, alterum non credentem, ſecum tamen habitare conſentientem, non dimitteret? His uerbis tuis, aliud eſſe hoc [h] aliud illud, ſatis euidenter oſtendis. Illud enim de his coniugijs agitur, quæ non ſunt primitus copulata, ne nubat fœmina niſi ſuæ religionis uiro, uel ne talem [i] accipiat uxorem. id enim (ut dicis) iubet dominus, docet Apoſtolus, utrunque præcipit teſtamentum, hoc autem diuerſum eſſe, quis abnuat, ubi agitur [k] non de coniungendis, ſed de cōiunctis? Ambo [l] quippe unius eiuſdemque infidelitatis fuerunt quando coniuncti ſunt: ſed euangelium cùm ueniſſet, alter ſine altera, uel altera ſine altero credidit. Si ergo aliud hoc eſt (quod ſine ſcrupulo ullius dubitationis apparet) cur uirum fidelem [m] cum infideli coniuge permanere non & dominus ſicut Apoſtolus iubet? niſi fortè loco [n] iſto uacat illud quod tam fidenter ipſe Apoſtolus ait, An uultis

† Alias, uoluiſſet.
1. Cor. 7. b
Deut. 7. a
1. Cor. 7. c
† Alias, ſuam.
1. Cor. 7. c

[a] Nunquid. argu. quod nullum uerbū in oratione uacat myſterio: & argu. ff. de uſur. l. ſi ſtipulatus. nam ibi dicitur, quod ſi ſtipulatus ſum a te rem mihi dari, uacuamque poſſeſsionē tradi, fructus ueniunt in ſtipulatione. ſi autem rem tantum mihi dari, non ueniunt in ſtipulatione. arg. contra. ff. pro ſoc. l. ſed & ſi adijciatur. Item eſt hic arg. quod nō eſt argumentandum de conſimilibus illis, inter quæ diſsimilitudo attēditur. ff. de rei uend. ſi nauis. & ff. de condic. indebi. plane. & ita intellige. ff. eod. tit. ſi reus. & hinc bene dicitur. ff. de iniuſt. & rup. teſt. l. iiij.

Fructus in ſtipulatione rei quādoque ueniunt, quādoque non

[b] Dixit. ſimile ff. de iuriſdic. omn. iudi. ſi familia.

[c] Illicitum. argu. omne illicitum, eſſe prohibitum: ſaltem ibi, declina a malo, & fac bonum. dicit ibi expoſitor, a malo omni: & exaudi hoc de mortali. Venialia enim nō ſunt prohibita: argu. xiiij. diſt. nerui. xiiij. q. j. quod præcipitur.

Peccatū mortale & non ueniale eſt prohibitum.

[d] Supra diximus. ſupple quod dominus nō prohibuit id quod Apoſtolus, &c.

[e] Tu uero. Auguſti. qui dictum Apoſtoli intelligit de cōſilio ego dico, non dominus: intellectū ſuum & rationē ſuā poſuit in princ. quare dominus non debuit præcipere ut nō diſcederet uir fidelis ab infideli. Pollētius autem qui de præcepto intelligit, aliam rationem ponit, dicēs quod ideo præcipit Apoſtolus & non dominus, infidelem non dimitti quia dominus uideretur contrarius ſibi cū præceperit in uet. teſt. ne quis alienigenam duceret. cōcludit ergo Auguſt. in hoc quod dicit Pollentius, Apoſtolum in præcipiendo fuiſſe etiam contrarium domino. ad quod reſpondet Pol. quod in diuerſis caſibus loquuntur Apoſtolus & dominus: & ideo non eſt contrarius ei. infert ex hac reſponſione Aug. ergo nec dominus erat ſibi ipſi contrarius ſi idem præciperet quod Apoſtolus: cum dominus de coniungēdo, Apoſtolus de iam coniūcto loquatur matrimonio. quid ergo reſpondes Pollenti quare præcipiat Apoſtolus & nō dominus, aſsigna cauſam.

[f] Addidiſti. Ad hoc idē probādū, & addidiſti concludendo.

[g] Hoc docet. Reſpon. [1] & oſtendit concluſionē illā nō prouenire: quia in alio & in alio caſu loquitur Apoſtolus & dominus.

[1] Scilicet Pollētius. Hug.

[h] Iſte hoc. de coniunctis.

[i] Talem. id eſt, non ſuę religionis.

[k] Vbi agitur. in Apoſtolo.

[l] Ambo. Pone exēplum, ut melius appareat quod dicit. C. de tranſ. ut reſpōſum.

[m] Cur uirum fidelem. intrat quæſtionem, ut Pollentius aliter reſpōdeat, tū prima eius reſpōſio nulla fuerit.

[n] Loco. id eſt, locum non habet. nō eſt uerum. quaſi dicat, niſi uelis dicere quod Apoſtolus hoc nō dixit authoritate ſpiritus ſancti.

Intel

experimentum accipere eius, qui in me loquitur Chriſtus? & dominus utique eſt Chriſtus. Intelligiſne a quid dicā? An in hoc explanando aliquantò diligentius b immorabor? Attende, ut rē ipſam explanandā, tanquam in conſpectu cōſiderandam pleniore ſermone ponā. Ecce c coniuges duo unius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti ſunt, nulla de eis quæſtio eſt quæ pertineat ad illam Domini iuſsionem, doctrinamq; apoſtolicam, & præceptum ueteris & noui teſtamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli coniugium copulare: iam ſunt coniuges: & ambo adhuc ſunt infideles, adhuc tales ſunt, quales fuerunt antequam coniungerentur, qualesq; coniuncti ſunt: uenit Euangelij prædicator: credit eorum aut unus, aut una: ſed ita, ut infidelis cum fideli habitare conſentiat. Iubet fideli dominus ne infidelem dimittat, d an nō iubet? ſi dixeris, iubet: reclamat e Apoſtolus, Ego dico, non dominus. Si dixeris, Non iubet: cauſam requiro, f neq; illā mihi reſponſurus es, quam tuis literis indidiſti: quia dominus uidelicet prohibet fideles infidelibus iungi. hic enim nullo modo eſt iſta cauſa: quia de iam coniunctis loquimur, non de cōiungendis. Si ergo tu cauſam non inueniſti, cur nō uetet dominus, quod prohibet Apoſtolus: cernis iam (ut exiſtimo) non eſſe ipſam cauſam, quam putaueras eſſe.

4 Contra inuenitur in cōcilio Toletano iiij. †

Niſi ad fidem Iudæus acceſſerit, ſeparetur ab uxore fideli.

CAN. X.

IVdæi g qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab epiſcopo ciuitatis illius, ut ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur. quòd ſi admoniti fuerint, & noluerint, ſeparentur: quia non poteſt infidelis in eius permanere cōiunctione quæ iam in Chriſtianam tranſlata eſt fidem. filij autem qui ex talibus nati ſunt, fidem atque conditionem h matris ſequantur. ſimiliter illi, qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus uiris, Chriſtianam ſequantur religionem, non Iudaicā ſuperſtitionem.

Verùm hoc ideo ſtatutum eſt, ne dum fidelis ſalutem quærit infidelis, potius ipſe cum ea infidelitatis i perditionem inueniat.

Vnde in eodem concilio † tam de filijs Iudæorum, quàm de cæteris ad fidem uenientibus ſtatutum eſt ut infidelium conſortia euitentur.

A parentum infidelium ſeparētur conſortio fideles, ne eorum inuoluantur erroribus.

a Intelligiſne. Vnde Philoſoph. Sentis ne inquit hæc, atque animo illabuntur tuo?

b Diligentius. Argu. ꝙ aduerſarius tenetur aperire quæ dicit ſuo aduerſario: ut arg. v. qō. ij. relatum. xj. q. iij. eorum. ſed hoc c. nihil facit: quia dicit Boethius in iiij. lib. Topicorum, ꝙ diſputatio dialecticorum, eſt ad alterutrum cauſidicorum ſiue rhetorū ad tertiū. 1 unde in dialectica diſputatione, ē neceſſe ꝙ qui obijcit, exponat obiectiones ipſi reſpondenti. in rhetorica uero ſufficit qđ faciat ipſi iudici fidem, ſi obijciatur. xxx. qō. v. iudicātem. dicimus ꝙ de mandato iudicis debet ei reſpondere uel exponere ſi poteſt: alias non tenetur. C. de non nume. pec. generaliter. ff. de probat. quinquaginta.

c Ecce Ponit thema, ut aptius dicat.

d Dimittat. Hæc litera ſine non extorta eſt: pōt tamē ita intelligi. Iubet fideli dominus ut infidelē dimittat, an non iubet ut dimittat. i. an iubet ut non dimittat: & aſſumit Augu. tantū alterā partē diſiunctiuæ, hanc. ſ. iubet ut non dimittat: & ex iſta procedit, ſi dixeris iubet, &c. Secundū autem ꝙ in litera eſt, non ut fidelem non dimittat, &c. plana eſt litera: & bene cōgruunt quæ ſequūtur. nam ſi dicat, iubet ut dimittat, Apoſtolus eſt contrarius domino ubi dicit, dico ego non dominus. ſi autem dicat, nō iubet ut dimittat, aſsignet aliam cauſam.

e Reclamat. Nec reclamat Apoſtolus cōtrarium ſuadēdo: nec reclamat per hanc literā, non dominus. & hoc cū non eſt ibi non. ſed credo literam falſam eſſe ſine nō. M.

f Cauſam requiro. Quare nō iubet dominus ut non dimittat. Ioan.

Contra inuenitur. Hæc eſt quarta pars q. in qua loquitur de Iudæis, a quibus uxores & filij baptizati ſunt ſeparandi, & alias eorum conſortium uitandum. & hoc probat per quinq; authoritates. Io. de Fā.

g Iudæi. Quod hic dicitur, corrigitur extra de diuor. quāto. 2 Vel ꝙ dicit hic ſeparandos eſſe, intelligas in illis caſibus, qñ in contumeliā creatoris uult habitare cū eo, uel ut trahat eū ad aliquod mortale peccatū: & ſecundū hoc idē iuris eſt in Iudæo & Gentili. Vel loquit in eo caſu, quādo primo fuerunt Chriſtiani, & poſtea alter factus ē Iudæus: ut tunc teneat recedere ab ipſo ſi noluerit cōuerti: ut ſ. eo. nō ſolū. Vel dic ꝙ aliud ē 3 ſi uir cōuertitur ad fidē, & aliud ſi mulier. Nam ſi mulier cōuertit, ipſa debet recedere a uiro, ne uir eam reuocet ad priorem. Secus eſt, ſi uir conuertitur: qa facilius poſſunt uiri reuocare mulieres. quā econuerſo nam uir caput eius eſt. xxxiij. q. v. cū caput. Sed qualiter poteſt eccleſia filios illorū, quorū alter eſt cōuerſus, cogere ad baptiſmū? Reſpon. ex quo alter parens eorū conuerſus eſt, iā eſt factus de foro eccleſiæ: ergo & filij eius p cōſequēs: ut xv. qō. ulti. cum multæ. Ioannes. ſed melius credo ꝙ intelligatur quando Iudæus exiſtens Iudæus cōtraxit cum Chriſtiana. E.

h Conditionem. Infra xxxij. qō. iiij. liberi. contra: hic de conditione religionis: ibi de conditione ſeruitutis.

i Infidelitatis. Iudæi uero difficiliores ſunt ad cōuertēdum, & peritiores ad ſubuertēdū, quā gētiles: quia legem habēt & prophetas. & ideo hæc ratio potius habet locum in eis, quā in gētilibus argum. xj. quæſt. iij. ad menſam.

Aduerſarius an debeat aduerſario aperire q̄ dicit.

1. Co. 13. a

1 Scilicet alium iudicem.

2 Tu dic quod hæc decretalis non corrigit hoc c. ſed declarat. in prædic. decre. patet uerſi. enim aliter, &c. & quod ſequitur uerius eſt.

† c. lxij.

3 Hoc eſt tenēdum ſecundum Io. de Fāt. Mulier ad fidem conuerſa debet uirum infidelem relinquere, ſed nō ecōuerſo.

† c. lix.

Pagani citius trahūtur ad fidem, quā Iudæi.

CAN. XI.

IVdæorum [a] filios uel filias, ne parentū ultra inuoluātur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputandos aut monaſterijs, aut Chriſtianis mulieribus, aut uiris Deum timentibus: ut ſub eorum conuerſatione cultū fidei diſcant, atq; in melius inſtituti, tā in morib. q̄ in fide proficiāt. [b]

Idem. †

Iudæis ad fidē uenientibus cū infideli nulla ſit communio.

CAN. XII.

SAepe malorū conſortia, etiā bonos corrūpunt: quāto magis eos [c] qui ad uitia proni ſunt. Nulla igitur ultra cōmunio ſit Hebræis [d] ad fidē Chriſtianā trāslatis, cum ijs, qui adhuc in ueteri ritu cōſiſtunt: ne fortè eorū participatione ſubuertantur. Quicūq; ergo ex ijs, qui baptizati ſunt, amodo infideliū conſortia non uitauerint: & hi Chriſtianis donētur, & illi publicis [e] cædibus deputent̄.

Item ex vij. ſynodo.

Cum Iudæis nec manducandum, nec bibendum: nec ab eis medicamentū accipiēdum eſt.

CAN. XIII.

NVllus eorum, [f] qui in ſacro ſunt ordine conſtituti, aut laicus azyma eorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis uocet: aut medicinam ab eis percipiat: [g] † aut cum eis in balneo lauet. ſi uerò quiſquā hoc fecerit: ſi clericus eſt, deponatur; ſi laicus, excommunicetur.

Item ex concilio Agathenſi. †

Clerici ſiue laici uitent Iudæorum conuiuia: nec eos ad ſua conſortia recipiant.

CAN. XIIII.

OMnes deinceps clerici ſiue laici, Iudæorum [h] cōuiuia uitēt: nec eos ad conuiuiū quiſquā accipiat: quia cùm apud Chriſtianos cōmunibus cibis nō utantur, indignū atque ſacrilegum eſt, eorum cibos a Chriſtianis ſumi: cū ea quæ Apoſtolo pmittēte nos ſumimus ab illis iudicētur immunda: ac ſic inferiores [i] incipiāt eſſe Chriſtiani q̄ Iudæi, ſi nos quæ ab illis apponunt utamur, illi uero a nobis oblata cōtemnāt.

Ex his itaq; euidēter colligitur, coniugium eſſe inter infideles. Illud uerò Apoſtoli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: non ita intelligēdum eſt, ut quicquid fit ab infidelibus, credatur eſſe peccatum: ſed omne quod contra conſcientiam [k] fit, ædificat ad gehennam. unde Ambro. Peccatum eſt, quod aliter fit quam probatum eſt. Item Auguſt. ſuper eūdem locum. Omne quod aliter fit, quā probatum eſt, peccatum eſt: non tamē omne quod fit cum fide, [l] bonum eſt. Ignorantia enim, quæ eſt ex culpa, nocet. Hinc etiā Apoſtolus ait:

[a] IVdæorum. Quidam intelligunt hoc capit. ꝙ Iudæis auferendi ſunt paruuli eorum, & baptizandi, ſed adulti nequaquam. ſed certe ſicut nec adulti, ita nec paruuli ad fidē uel trahēdi ſunt, [1] imo ſecundum hoc in breui nullus eſſet Iudæus. quomodo ergo reliquiæ Iſrael ſaluæ fierent poſtea? ideo intelligo hoc de filijs iam Chriſtianis, quos forte parentes circuncidere uolebant. de conſe. diſt. iiij. plerique. & hæc litera hoc idem innuit, ubi dicit ultra, & ubi dicit ſeparari: & ita per baptiſmum ſoluitur ius patriæ poteſtatis: nec tamē priuabuntur iſti paterna ſucceſsione. extra de Iudæis. c. Iudæi.

[b] Proficiant. Iuxta illud: Auge nobis fidem. de pœni. di. ij. dum ſanctam. ergo iam iſti baptizati erant, cū proficere debeāt in gradib⁹ dignitatis, i. uirtutis: ut de pœn. di. ij. dum ſanctam.

SAepe malorū. CASVS. *Statuitur hic ut Iudæi ad fidem tranſlati, non communicent cū Hebræis, ne corrumpantur ab eis: quoniam ſæpe malorum conſortia bonos corrumpūt: q̄ ſi fecerint, caſtigentur, & Hebræi cædibus deputentur. Donentur, non ut ſerui eorū fiant: ſed ut diſciplina regantur ab eis. ſeq. cap. planum eſt per ſe.*

[c] Eos. i. neophytos

[d] Hebræis. Iſti ergo nomen antiquū retinent poſt baptiſmum: argu. contra. xxvij. q. ij. ſcripſit.

[e] Publicis. Argu. quod eccleſia iudicat de ijs quæ foris ſunt: ꝙ uerum eſt quantum ad corporales pœnas. cum enim peccant, poſſunt uerberari, uel alio modo corporaliter mulctari de præcepto epiſcopi uel principis. arg. xvij. q. iiij. conſtituit. & extra de rapto. in archiepiſcopatu. & alia etiam pœna poſſūnt puniri: ut extra de uſu. poſt miſerabilem. ſed quantum ad ſpiritualem pœnam eccleſia non iudicat de illis: quia non poteſt eos excommunicare: quia qui in eccleſia non eſt, ab eccleſia ſeparari non poteſt: ut xj. quæſt. iij. omnis Chriſtianus.

[f] NVllus eorum. Niſi ſit miſſus ad prædicandum eis. extra de iudæ. c. quam ſit laudabile.

[g] Percipiat. Emere tamen poteſt ab eis aliquis, & poſt præparet. argum. C. de Iudæ. nemo.

[h] OMnes deinceps. Iudæorum. Similiter & gentilium: cū & ipſi hodie etiam cibos diſcernant. licet enim nō cōtineātur uerbis edicti, ut xj. q̄. iij. ad menſam. continentur tamen ſententia: ut ff. de peti. hære. item ueniūt. §. ait ſenatus. & ij. q̄. j. multi. & ff. ſi qua. pau. fe. di. l. pen. ſed quare loquimur cū eis: cum nec comedamus cū eis: ſed de hoc redditur ratio: quia maior familiaritas eſt in cibo ſumendo, quam in colloquio, & faciius quis decipitur inter epulas: ut xxij. quæſtione iiij. unuſquiſque.

[i] Inferiores. Vt ij. q. vij. in ſancta.

[k] Conſcientiam. Præcepti uel prohibitionis. Nā ſi plus comedam quam debeam, quāuis cōtra cōſcientiā, non pecco mortaliter. xxv. diſt. §. criminis. Et dicunt quidam contra conſcientiā non erroneā: ar. xiij. diſt. nerui. arg. opt. ff. de lib. cau. igitur. §. j. ſed dico, ꝙ nec contra conſcientiā erroneam eſt faciendum: prout ē expreſſum extra de ſimo.

[l] Cum fide. Id eſt, cum conſcientia.

Ex

Iudæorū filij non ſunt per uim baptizandi.

[1] Dic ut habet̄. s. xl. diſ. qui ſyncera.

† cap. lxj. conci. Tolet. iiij.

Eccleſia iudicat aliquādo de his q; ſunt foris.

† Franc. de Ripa, tractat. de peſte, carta 132. in partiis.

† cap. xx

1. Tim. 4

Ibidem.

Familiaritas ī cibo eſt maior, quā in colloquio.

Ro. 12. d

Comedēs plus q̄ debeat, mortaliter nō peccat.

Beatus qui non iudicat ſe metipſum, in eo quod probat. id eſt, qui nō facit damnabilē ſemetipſum, aliter faciēdo quàm probet eſſe faciendum. Vel omne quod nō eſt ex fide, [a] *dicitur eſſe peccatum: quia quicquid ea fide nō fit, ut ad ęternā ualeat ſalutē, inutile reputaē* [b] *apud dominū. Vnde Aug. ait: Omnis uita infideliū peccatū eſt: nec ualet eſſe bonum, qđ fit abſq;* [c] *Deo. ubi enim deeſt agnitio æternæ et incommutabilis ueritatis, falſa uirtus* [d] *eſt ēt in optimis morib. Item cùm dicitur, non eſt uera pudicitia hominis īfidelis etiam cum cōiuge ſua: negaē pudicitia eſſe uera, quantum ad effectū et ad pręmiū, uidelicet æternę ſalutis. Sicut enim apud hæreticos ſacramēta negantur eſſe uera, nō quantum ad formam, ſed quantū* [e] *ad uirtutē: ſic & uirtutes negantur eſſe ueræ.* [f] *apud īfideles: nō quin uerę in eis ſint iuxta illud Hier. Virtutib. Romani promeruerūt imperiū: ſed quia effectu carēt æternæ ſalutis. Item illud Ambro. Non eſt putandū matrimoniū, qđ extra Dei decretum factū eſt: ſed cū cognoſcit, eſt emēdādum: non oſtendit coniugium nō eſſe inter infideles. Nullo em̄ domini precepto gentiles prohibētur coniūgi gentilibus. nec ergo eorū coniugium extra † Dei decretū fit. illa itaq; authoritate iubētur ſeparari ab inuicē, qui contra Dei uel eccleſię decretū copulati ſunt: utpote infideles cū fidelibus, uel cōſanguinei cum conſanguineis, uel affines cum affinib. hi omnes ſi ſibi inuicem copulati fuerint, ſeparandi ſunt.*

Hinc etiam idem Ambroſius in libro primo de patriarchis. †

Fideles infidelibus non ſunt cōiugio copulādi. CAN. XV.

Caue Chriſtiane gētili, aut Iudæo, filiā tuam tradere: [g] caue inquit gentilem uel Iudæā atq; alienigenam, hoc eſt omnem hæreticā & alienam [h] à fide tua accipere tibi uxorem. prima [i] coniugij fides, caſtitatis gratia eſt. [k] ſi Chriſtiana [l] ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis ſacramento baptiſmi ſimul ad orationē nocte uobis ſurgēdū eſt, & coniūctis precib. obſecrādus eſt Deus.

Item ex concilio Agathenſi. †

Cum hæreticis catholici non miſceant coniugia.

CAN. XVI.

Non oportet cū hominib. hæreticis [m] miſcere connubia, & uel filios uel filias eis dare, ſed potius accipere, ſi tamen ſe profiteantur Chriſtianos eſſe futuros, & catholicos.

Item ex concilio Vrbanenſi.

Chriſtiana communione careat qui Iudaicæ prauitati coniugali ſe uinculo ſociat.

CAN. XVII.

Si quis Iudaicæ prauitati coniugali ſocietate iungitur, ſiue Chriſtiana Iudæo ſiue Iudæa Chriſtiano mulier carnali conſortio miſceantur, quicunque eorum tantum nefas admiſiſſe cognoſcitur, à Chri-

---

Ibidem.

a Ex fide. id eſt, ſicut fides exigit.

b Reputatur. Quo ad uitam æternam. de pœni. diſtinc. iij. ſi quis autem nō habens.

c Abſque Deo. id eſt, abſque fide quæ eſt à Deo.

d Virtus. ī. diſtin. xxvi. deinde. contra ī. j. q. j. ſicut urgeri. ī. diſt. xlv. uera iuſtitia. ī. xxiiij. qō. j. ubi ſana.

e Quantum. ī. j. q. j. quod quidam. de conſec. diſtinct. iiij. quamuis. ī. diſtinct. xxxij. §. uerum. ī. xxxij. q. j. cum renũciatur. arg. xxiiij. q. j. ubi ſana. ī. de pœn. diſt. v. conſideret. ī. de pœn. diſtin. ij. §. quod autem. & diſt. iij. ille rex.

Virtus nō eſt ſine fide & ſine charitate.

f Veræ. Non uidetur dicere uerū. Nā ubi deeſt fides uel charitas, nullatenus eſt uirtꝰ. prout theologus accipit uirtutem. quod ergo dicitur hic uirtutib. intellige ſcilicet politicis, quę ſine charitate habentur a multis ſtrenui em̄ actus hominū in eis ērant argum. xxiij. q. iiij. ſi non ex fidei. Nam & uirtus pro fortitudine ponit. ff. de aleato. quib. † Aliæ uero uirtutes (ut prædictum eſt) non erāt in eis: quia ſi haberent unam, haberēt omnes: argu. xxiiij. q. i. ubi ſana. de pœnit. diſt. v. c. j.

† Et 23. q. j. noli.

g Caue. Tradere. ī. ꝓxi. ca. contra. Solu. ibi de pactione de futuro: hic dicit quòd nō licet accipere, † & illi ſe miſcere.

† Scilicet matrimoniū, quod īter tales īpedit ꝓpter diſparē cultū. Hugo.

h Alienam. Hæc clauſula omnē alienam, non ſupponit pro hæretica uel gētili. ff. de uerb. obli. doli clauſula. nā ibi dicitur. ꝙ clauſula generalis ſequēs, nō refertur ad ea de quibus ſpecialiter eſt ꝓmiſſum. Nō eſt obijciendum de Moyſe qui duxit Ethiopiſſam: ut ij. qō. vij. §. item obijcitur. quia illud factum fuit in figura, ꝙ dominus, ſibi copularet eccleſiam ex gentibus. ij. qō. vij. §. his itaque. Sed pone ꝙ aliquis hæreticus nunquam fuit baptizatus, uoluit baptizari, ſed non habuit aquam: cōſtat ei omnia peccata dimiſſa eſſe, etiam originale: nunquid poteſt contrahere matrimonium cum Chriſtiana? Dicit Hug. quod non: quia ianua omnium ſacramentorum, eſt baptiſmꝰ. xxxij. diſtin. §. uerum. Similiter nec ordinē poſſet recipere, forte ſi ſuperuixit & ſe non baptizauit, uidetur contēnere: & ſic habetur quaſi non fuerit Chriſtianus. Io.

† Id eſt contra.

Baptizatus ſola uolũtate, an poſſit cū chriſtiana contrahere.

† lib. j. de Abraham cap. ix.

i Prima. Quæ eſt inter ſponſos & ſpōſas. Ioan.

k Gratia eſt. infra xxx. q. v. fœminę.

l Si Chriſtiana. id eſt, cathechizata. Et ita eſt argu. ꝙ catechumenus non eſt fidelis. De hoc dicam ī. xxx. q. j. in prin.

m Non oportet. Hæreticis. hæreticus nō poteſt contrahere cū Chriſtiana. † Dicit tamen H. ꝙ ſi contrahit, tenet matrimonium, ſicut ſi cōtraheret cum excōmunicato. De conditionibus quæ apponuntur in matrimonio, not. xxxij. quæſtio. ij. ſolet.

† Videtur not. cōtra ī. c. prox. in ſi. ī gl. hæc clauſula ī principio.

† ca. 67.

Si quis Iudaicę. Item

a Item illud. Dato. Hic non ponit exemplum bonum. Nã in ueritate per dationem libelli non diſſoluebatur matrimonium: imo uera erat fornicatio. extra de diuort. gaudemus.

b Traditur. j.xxxv. q.v.c.aliter.

c Non legitimum. Si enim probatum fuerit aliquod impedimẽtum in tali matrimonio, filij non erunt legitimi.ut extra de clandeſti. deſpõ. cum inhibitio.

d QVod uero. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, de qua ſ. diximus in j. quæſtio.

e SI quis Virginem. idẽ eſſet & ſi corruptam. ſed de facto quæſitũ eſt de uirgine: forte ideo quia uidebatur ꝙ matrimonium ſolueretur inter uirginẽ & eum qui accedebat ad baptiſmum: ſicut cum alter ſponſorum tranſit ad religionem monaſterij. ſed non eſt ita: quia cum tranſitur ad religionem fidei, bene poteſt quis uti matrimonio. xxvj. diſt. deinde. ſecus cũ tranſitur ad monaſterium: ut xxvij. q. j. ut lex.

f Viuente. & conuerſa cum uiro, uel nõ conuerſa, ſecum tamẽ cohabitare uolente: ſequẽs autem capitulum intelligitur de nolente cohabitare.

g Coniugia. Poteſt tamen ad religionẽ trãſire etiam inuita uxore, cum matrimoniũ nõ ſit ratum. extra de diuor. quanto.

h SI infidelis. Propter Deum. id eſt propter fidẽ Dei.

i Soluit. eccleſia tamen debet ſentẽtiare. ſed quid ſi illa uxor non uult uenire ad cauſam, cum non ſit de foro eccleſiæ? Si poteſt cõſtare eccleſiæ quod non uult cohabitare, ſententiet. Hæc glo.

ſtiano cœtu atque conuiuio, & à communione eccleſiæ protinus ſegregetur. Item illud Auguſtini: Non eſt ratum coniugium, quod ſine Deo eſt: non negat coniugium eſſe inter infideles. Coniugium enim aliud eſt legitimum, & nõ ratum: aliud ratum, & non legitimum: aliud legitimum, & ratum. Legitimum coniugium eſt, quod legali inſtitutione uel prouinciæ moribus contrahitur. hoc inter infideles ratum non eſt, quia non eſt firmum: & ideo † uiolabile coniugium eorũ. dato a enim libello repudij, licet eis recedere ab inuicẽ, & alijs copulari lege fori, & non lege poli, quam nõ ſequũtur. Inter fideles uerò ratum coniugium eſt, quia coniugia ſemel initiata † & completa inter eos, ulterius ſolui nõ poſſunt. horũ quædã ſunt legitima: ueluti cùm uxor à parentibus traditur, b à ſponſo dotatur, & à ſacerdote benedicitur: hęc talia coniugia legitima & rata appellãtur. Illorũ uerò coniugia, qui contemptis omnibus illis ſolẽnitatibus, ſolo affectu aliquã ſibi in coniugem copulant, huiuſcemodi cõiugiũ non legitimum, c ſed ratum tãtummodo eſſe creditur.

QVAESTIO II.

QVòd uerò d uxore uiuẽte alteram ducere non poſſit, q infidelẽ dimiſit, teſtatur ſcriptura dicẽs: alioqui ſi diſceditis ab inuicem, & uolentes cohabitare dimittitis, & alijs nos copulaueritis, adulteri eritis: & filij ueſtri, qui poſtea naſcentur, erũt immundi, id eſt, ſpurij.

Item ex concilio Meldenſi, cap. I.

Non poteſt quis poſt baptiſmum alteram ducere uiuente ea, quæ ante baptiſmũ ſibi fuerit uirgo copulata.

CAN. I.

SI quis habuerit uxorem uirginẽ e ante baptiſmũ, uiuente f illa poſt baptiſmum, alteram habere non poteſt. crimina enim in baptiſmo ſoluuntur, non coniugia. g

Gregorius † autem teſtatur econtra dicens.

Licet fideli aliã ducere uxorem, quam Chriſtianæ fidei odio infidelis dimittit.

CAN. II.

SI infidelis diſcedit odio Chriſtianæ fidei, diſcedat. nõ enim eſt frater aut ſoror fidelis ſubiectus ſeruituti in huiuſmodi: non eſt enim dimiſſo peccatũ, propter Deũ h ſi alij ſe copulauerit. cõtumelia quippe creatoris ſoluit i ius k matrimonij, circa eũ qui relinquitur: l infidelis autem diſcedẽs, & in Deum peccat, & in matrimoniũ: m nec eſt ei fides ſeruanda coniugij: quia propterea diſcedit, ne audiret Chriſtum, Deum eſſe Chriſtianorum coniugiorum.

Hic diſtinguendum eſt, aliud eſſe dimittere uo-

non approbo: quia ſine iudicio eccleſiæ diſſoluitur matrimonium: ut ſ. q. j. ſi infidelis.

k Ius. id eſt, uinculum. , ſed tũc demum ſolum cũ contrahit relictus: arg. extra de diuor. gaudemus. in fine. imo etiã prius credo ſolutũ ſed ſi alter reuertitur ad fidẽ, antequam alter duxerit uxorem, reſtituitur uinculum matrimonij, quaſi iure poſtliminij, ut ibidẽ perpenditur.

l Relinquitur. nihilominus & circa relinquentem. unde & relinquens contrahet ſine peccato, ſi conuerſus contrahat. nõ enim poteſt matrimonium claudicare: cum ſint duæ relationes. unde ſi una eſt uxor, & reliquus eſt uir. ideo autem non tractauit hic de relinquente, quia extra eccleſiã eſt, & nihil ad nos de eo iudicare. ij. q. j. c. multi. Eſt tamen arg. ꝙ claudicet: ut hic, & extra de eo q cog. cap. j. arg. ff. mãda. poteſt. ſed ut dixi, quo ad eſſentiam non poteſt claudicare, ſed quo ad effectum bene: quia quãdoq; tenetᷣ unus alij, ſed non econuerſo. Vel dic quantum ad fidelem ſoluitur: ut hic dicitur, quia adhuc poteſt debitum petere ab altero: ſed infidelis nõ poteſt: quia fidelis non eſt ſubiectus ſeruituti illius, & cum alia ſit ſeruitus, qua tenetur uir uxori, quam illa, qua tenetur uxor uiro: ; bene poteſt una ſeruitus eſſe ſublata, & non alia. ſic ff. de ſerui. urb. prædio. ſi domus. & extra de conuer. coniug. quidam.

m Et in matrimonium. i. in fractione primi matrimonij, nõ dicas in ſecũdum matrimonium ſi illud contrahat poſtquam conuerſus cum

† Alias inuiolabile.

† Alias, inita.

Religio fidei nõ impedit matrimonio uti.

, Et obligationẽ & ſeruitutẽ matrimonij, unde fac uim, quia non dicit litera, ſoluit matrimonium, ſed dicit ſoluit ius matrimonij, ſecundũ Ray.

Matrimoniũ claudicare nõ poteſt.

† Ambro. j. ad Cor. ca. 7.

Vir & uxor tenentur duplici ſeruitute.

; Arg. cõtra 32. q. 5. apud nos ubi de hoc.

lẽtem cohabitare, atq; [a] *alind diſcedentẽ nõ ſequi. uolẽtẽ enim cohabitare, licet quidẽ dimittere, ſed nõ ea uiuẽte, aliã ſuperinducere: diſcedentẽ uerò ſequi nõ oportet, et ea uiuẽte, aliã ducere licet. uerũ hoc nõ niſi de his intelligendũ eſt qui in infidelitate copulati ſunt. Cęterũ ſi ad fidem uterq; cõuerſus eſt, uel ſi uterque fidelis matrimonio iunctus eſt, et ꝓcedẽte tẽpore alter eorũ à fide diſceſſerit, et odio fidei Chriſtianę cõiugem dereliquerit: dereluctus diſcedentẽ nõ comitabitur: non tamen illa uiuente, alteram ducere poterit: quia ratũ coniugiũ fuerat inter eos, quod nullo modo ſolui poteſt.*

QVAEST. III.

V*Trũ* [b] *uerò bigamus ſit reputãdus, qui ante baptiſmũ habuerit unã, & poſt baptiſmũ alterã, authoritate Hieron. patet.*

Ait enim ſuper epiſtolam Pauli ad Timotheũ.

Non eſt bigamus, qui ante baptiſmum habuerit unã, & poſt baptiſmum alteram.

CAN. I.

OPortet eṗm unius uxoris eſſe uirũ: uerũ hoc poſt baptiſmũ: cæterum ſi ante baptiſmũ habuit unã, & poſt baptiſmũ habuit alterã, non eſt reputandus bigamus, cui prorſus innouato per baptiſmũ omnia uetera ſunt dimiſſa.

Auguſtinus uerò contra teſtatur & Innocentius.

Ait enim Auguſtinus ſuper epiſtolam Pauli ad Titum. † — † De bono coniuga. c. 18.

Non debet fieri epiſcopus, qui ante baptiſmum habuerit unam, & poſt baptiſmum alteram.

CAN. II.

ACutius uerò intelligunt, qui nec eum ordinandũ cenſuerunt, [c] qui ante baptiſmũ habuerit unã, & poſt baptiſmũ alterã. In baptiſmate enim crimina abolentur, nõ fœderatio coniugij diſſoluitur. Sicut illa, quæ catechumena uitiata eſt, inter Dei uirgines cõſecrari nõ poteſt: ſic qui ante baptiſmum habuit unã, & poſt baptiſmũ alteram. non niſi bigamus eſt reputandus, amiſit enim quiddam non ad uitæ meritum, ſed ad ſignaculi ſacramentum.

Item Innocent. Ruſo & Euſebio epiſcopis Macedoniæ multis argumentis probat, talem bigamum reputari. Quia ergo iſte cuius cauſa in præſenti agitur, ante baptiſmũ habuit unam, & poſt baptiſmum alteram, bigamus iudicatur: & licet uitæ meritò, & induſtriæ ſcientia polleat, tamen in epiſcopum ordinari non poteſt.

CAVSA XXIX.

C*Vidã mulieri nobili* [d] *nuntiatum eſt, quòd à filio cuiuſdam nobilis petebatur in coniugem. præbuit illa aſſenſum. Alius uerò quidam ignobilis atque ſeruilis conditionis, nomine illius ſeipſum obtulit, atque eã in coniugem accepit. ille qui prius ſibi placuerat, tandem uenit, eamq; ſibi in coniugem petit. illa ſe deluſam conqueritur, & ad prioris copulam aſpirat.*

1 *Hic primùm quæritur an ſit coniugium* Q *inter eos?*

2 *Secundo, ſi prius putabat hunc eſſe liberum, et poſtea deprehendit illum eſſe ſeruũ, an liceat ei ſtatim ab illo diſcedere?*

QVAESTIO I.

Q*Vòd aũt coniugium ſit inter eos, ꝓbat̃ hoc modo: Coniugiũ ſiue matrimoniũ, eſt uiri & mulieris cõiunctio indiuiduam uitæ cõſuetudinem retinẽs. Item con*

---

cum alia contraxit ut præmiſit. arg. tamen quòd peccet contrahendo ſecundum, extra de teſtibus. ſicut.

a Atque. Hæc diſt. eſt canonica & bona: & probatur ex̃. de diuort. c. quanto.

b VTrum. Hic intitulatur q. iij. in qua quid iuris ſit, diximus. xxvj. di. vnius. nec ualet qđ hic dicitur a Hieronymo.

c ACutius uero. Cenſuerunt. ·ꝫ. diſt. lv. nullus.

d CVidam. mulieri nobili.

Coniugia imparia dicuntur trib⁹ modis. — Imparia coniugia tribus modis dicuntur. Vno modo qñ contrahit fidelis cũ infideli: de quibus in ſupiori cauſa audiuimus. Alio modo qñ unus liber, & alius ſeruus: de quib⁹ in hac cauſa uidebimus. Tertio mõ qñ unus maior, alter minor de quibus in ſeq. tractat̃: hic de errore pſonæ cõditionis, qualitatis & fortunæ tractatur.

QVod aũt. Hic depingitur j. quæſt. — Matrimoniũ utrũ errore impediatur. — an ſ. matrimonium contrahatur inter eos, inter quos interuenit error perſonæ: hoc eſt dicere, an error perſonæ impediat matrimonium contrahendũ & dirimat iam contractũ? Gra. allegat pro & cõtra, diſtinguendo quatuor errores fortunæ, qualitatis, perſonæ, & cõditionis. duo ultimi dirimũt matrimoniũ, non ex ſua natura, ſed ex conſtitutione eccleſiæ. Nam ſimiliter & Papa poſſet conſtituere, ꝙ error qualitatis impediret, & quod nullus error impediret, & ꝙ eſſet matrimoniũ, ubi

ubi eſſet error perſonæ, ſicut & tenet pignus licet ibi ſit error. ff de pig. act. l. j. unde ex natura nõ habet error perſonæ ꝙ impediat. arg. tamen eſt contra. J. de Iacob, & Lia: quia nondũ eccleſia cõſtituerat: & tamẽ tunc impediebat. Et eſt etiã arg. cõtra: quia error impedit emptionem: ut ff. de cont. empt. quid tñ. Et not. ꝙ ſecundũ Hu. & Lau. nunquã erratur in pſona, niſi prius habita notitia aliqua de eo cuius nomine alius ſe repręſentet. vnde ſi aliqs offert ſe ſub nomine regis Frãciæ, alicui puellę, ſi ipa nihil unquã audiuit de Rege Frãciæ, nec aliquã notitiã habet de eo per famam uel alio modo, & putat hunc eſſe Regem Fran. nõ errat in pſona, ſed in fortuna uel qualitate uel nomine. Sed ſi aliqua cõſentit in aliquẽ uiſum uel nõ uiſum, tamẽ aliquo modo ſibi cognitũ. ſ. fama uel alio modo, ſi poſtea per errorem accipiat alium, etiam ſi ab eo fuerit cognita, reddetur primo, ſi tamen ille in eam conſenſerit per nuntiũ, uel alio modo. ſi uero nullo modo fuerit ſibi cognitus quamuis per errorem accipiat aliũ, nunquam reddetur primo: quia inter eam & primũ non fuit matrimonium. nam in penitus incognitũ nec amorẽ nec conſenſum dirigere poſſumus. [a] vnde Auguſt. Non uiſos diligere poſſumus, qui nobis per famã, uel alio modo cogniti ſunt: incognitos autem diligere nequimus. ſed certe licet hoc poſſit concedi, quod non ſit reſtituenda priori, non tamen dico quod debeat ſtare cum ſecundo, cum ibi ſit error. Nam errare eſt aliud pro alio putare: ut xxij. quæſtio. ij. in quibus. & xxxviij diſtin. quamuis. Item eadem ratione, qui emit aurichalcum pro auro cõſentit in aurum: quod falſum eſt: ut ff. de contrahen. empt. alioqui. & l. quid tamen. nam licet non erret circa illum, cuius nullam notitiam habuit, errat tamen circa præſentem. [a] H. tamen & Lau. dicunt, quod ſit matrimonium cum iſta. ſed hoc non credo: cum ibi ſit error. ergo non eſt ibi conſenſus: quia nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error: ut ff. de iudi. l. ij.

Error perſonæ non facile cõmittitur.

[a] Arg. cõtra. ff. de cõtrahẽ. empt. cũ ab eo. §. maſſam.

[a] Sub. circa quem error attẽditur: quod dic ut no. J. eo. i gl. dicit tamen, &c. in fine.

a Item conſenſus. Vt xxvij. q. ij. ſufficiat. Intelligitur autem conſentire, niſi expreſſe diſſentiat: ut ff. ſoluto matri. l. ij. §. uoluntatem. & extra de ſponſ. ſicut ex literis. & extra de ijs quæ fi. a præla. cap. ij. & ff. de ſponſalibus. l. ſed ea quæ patris.

ſenſus [a] utriuſq; matrimoniũ facit: qa ergo iſti coniũcti ſunt, ut ĩ diuiduã uitæ cõſuetudinem cõſeruarẽt: quia uterq; cõſenſit in alterũ, cõiuges ſunt appellãdi. Iis ita reſpõdetur: Cõſenſus eſt duorum uel pluriũ ſenſus in idem. qui aũt errat, non ſentit. nõ ergo cõſentit, id eſt, ſimul cum alijs ſentit. hæc aũt errauit: [b] nõ ergo cõſenſit. [c] nõ itaq; cõiunx eſt appellãda: quia nõ fuit ibi cõſenſus utriuſq;, ſine quo nullũ matrimoniũ eſſe põt: ſicut enim ille qui ordinatũ ab eo quẽ putat epiſcopũ eſſe, et adhuc eſt laicus, errat, nec uocatur ordinatus, imò ab epiſcopo adhuc eſt ordinãdus: [d] ſic iſta errãs nulli eſt copulata coniugio, imò adhuc ẽ copulãda. Ad hęc, nõ omnis error cõſenſum euacuat: q enim accipit ĩ uxorẽ corruptã, quã putat uirginem: uel q accipit meretricem, quã putat eſſe caſtã: uterq; errat: qa ille corruptã exiſtimat eſſe uirginẽ, et iſte meretricẽ reputat caſtã. Nũquid ergo dicẽdi ſunt nõ cõſenſiſſe in eas? aut dabitur utrique facultas dimittẽdi utrãq;, et ducẽdi aliã? [e] Verũ eſt, quod nõ omnis error cõſenſum excludit. Sed error, alius ẽ pſonę, [f] alius fortunæ, alius cõditionis, aliꝰ qualitatis. Error perſonę eſt, quãdo hic putatur [g] eſſe Virgilius, et ipſe eſt Plato. Error fortunę, quãdo hic putatur eſſe diues, q pauper eſt, uel ecõuerſo. Error conditionis, quãdo putatũ eſſe liber q ſeruus eſt. Error qualitatis ẽ, qñ putatur eſſe bonus, qui malus eſt. Error fortunæ et qualitatis, coniugij cõſenſum nõ excludit. Error uerò perſonę et cõdi-

b Errauit. Quia alium pro alio putauit: hoc eſt errare. xxij. quæſt. ij. in quibus. Vel pro uero falſum putare. xxxviij. diſtinct. quamuis.

c Conſenſit. Nihil eſt tam contrarium conſenſui, quam error: ut ff. de contrah. empt. alioqui. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. ſi per errorem.

Error eſt cõtrarius cõſenſui.

d Ordinandus. Vt lxviij. diſtinct. presbyteri.

e Aliam. Quaſi dicat non. Nam nec ille error uenditionem impedit, licet error ſexus impediat. ff. de cõtrahẽ. emp. alio qui. §. j. tamen dicit lex, quod ſoluitur emptio per actionem ex empto. ff. de actio. empti. ex empto. §. ſi quis virginem.

f Perſonæ. Perſona eſt ſecundũ Boetiũ Seuerinũ rationabilis creatura indiuidua eſſentia.

g Putatũ. Dicit R. ꝙ in hac litera non debet eſſe ipſe, ſed hic: & hæc uox hic nõ eſt pronomẽ, ſed aduerbiũ: ut ſit ſenſus, Error perſonæ eſt quãdo putatũ eſſe Virgilius hic, i. in hoc loco, & ibi eſt Plato. Nam impoſſibile eſt ut putes Virgilium eſſe Platonem. de dicto patet. de re ſimpliciter patet: quia impoſſibile eſt, ꝙ quis putet de Virgilio ꝙ ſit Plato: nec econuerſo, ꝙ uerum eſt ſecundũ opinionem illorũ qui concedunt ꝙ iſtum eſſe Virgilium, eſt Platonem eſſe Virgilium. Alij uero concedunt, quòd iſte putat illum eſſe Platonem, nõ tamen putat Virgilium eſſe Platonem, & hoc per accidens: ꝙ innuit proprium nomen. inter quos eſt H. hanc opinionẽ ſecutus eſt hic G. ſecundũ hoc planum eſt, ꝙ dicit, quãdo hic putatur, &c. & ꝙ pingui intellectu errãtis putetur de aliquo ꝙ ſit alius, habes xxxvj. q. v. nec mirũ. ubi dicit Augu. ꝙ hunc puto eſſe hominem, demonſtrato dæmone. ff. de except. rei iud. & an eadẽ. argu. ff. de fur. ſi is qui. §. ſi tu mihi. & de iureiur. cum qui. §. ſi iniuriam. ubi dicit iuriſperitus, ꝙ hunc puto Lucium, demonſtrato Seio. Sed quæro circa quam perſonã dicis hunc errorem fore? Dico ꝙ circa præſentem, quando. ſ. contrahit cum uno, & credit ſe contrahere cum alio. dico quòd circa abſentem perſonam non errat. Nam dico, ꝙ ſi primo iam illi cõſentit in iſtã, & iſta modo conſentit in illum, ꝙ eſt matrimonium. Sed quæritur, ſi ille eſt mortuus in quem conſentit & alius præſentatur ſibi, an talis error impediat matrimonium? ſic quia licet ille non ſit in rerum natura, non minus tamen eſt ibi error

Virgiliũ putare eſſe Platonẽ, eſt impoſſibile.

tionis, coniugij cõſenſum nõ admittit. Si qs eñi paciſceretur ſe uenditurũ [a] *agrũ Marcello, et poſtea ueniret Paulus, dicẽs ſe eſſe Marcellũ, et emeret* [b] *agrũ ab illo: nunqd cũ Paulo cõuenit iſte de pretio: aut dicendus eſt agrũ ſibi uẽdidiſſe? Itẽ ſi quis promitteret ſe uẽditurũ mihi aurũ, et pro auro offerret mihi aurichalcũ,* [c] † *et ita me deciperet: nũqd dicerer cõſenſiſſe ĩ aurichalcũ? Nunquã uolui emere aurichalcũ: nec ergo aliqñ in illud conſenſi: quia conſenſus nõ eſt niſi uolũtatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit cõſenſum, ſic et ĩ cõiugio error perſonę. Nõ enim cõſenſit in hunc, ſed in eũ quẽ putabat* [d] *eſſe. Sed obijcitur: Iacob nõ cõſenſerat in Liã, ſed in Rachel: ſeptẽ ſiquidem annis pro Rachel ſeruierat. Cũ ergo eo ignorãte, Lia eſſet ſibi ſuppoſita, nõ fuit coniugium inter eos, ſi error perſonæ cõſenſum excludit: quia (ut dictũ eſt) nõ in eã cõſenſerat, ſed ĩ Rachel. His ita reſpõdetur: Cõſenſus alius eſt præcedens, alius ſubſequẽs. Pręcedit conſenſus, qñ ante carnalem copulã in indiuiduã uitæ cõſuetudinem uterq; cõſentit. ſubſequitur, quãdo poſt cõcubinalem, ſiue fornicarium coitum, cõſentiunt in idem. Iacob ergo et Liam nõ fecit cõiuges pręcedens cõſenſus, ſed ſubſequẽs:* [e] *nec tñ ex primo cõcubitu, fornicarij iudicãtur: cũ ille maritali affectu eã cognouerit, et illa uxorio affectu ſibi debitũ perſoluerit, putãs lege primogenitarũ* [f] *et paternis imperijs, ſe ſibi iure copulatã. Quòd aũt error pſonę nonnullos excuſet, authoritate illa ꝓbat̃: quia ſoror uxoris utroq; inſcio* [g] *(ſorore uidelicet et marito) in lectũ eius iuiſſe, et à uiro ſuæ ſororis cognita perhibet̃: q̃ ſine ſpe coniugij ꝑpetuo manere cenſetur: ille tamẽ qui cognouit eã per ignorãtiã, excuſatur. Aliter ẽt hoc ꝓbatur, Diabolus nõnunquã ſe in Angelum lucis transformat:* [h] *nec eſt periculoſus error, ſi tunc creditur eſſe bonus, cùm ſe bonũ ſimulat. Si ergo tunc ab aliquo ſimplici quęreret an ſuæ beatitudinis uellet eſſe particeps: et ille reſponderet ſe in eius conſortiũ* [i] *uelle trãſire: nunquid dicẽdus eſt conſenſiſſe in conſortiũ diabolicæ damnationis, an nõ potius in participationẽ æternæ charitatis? Item ſi quis hæreticorũ nomine Augu. uel Ambroſij, uel Hierony. alicui catholicorũ ſeipſum offerret, atq; ad ſuæ fidei eũ imitationem ꝓuocaret: ſi ille præberet aſſenſum, in cuius fidei ſententiã diceret̃ conſenſiſſe? Non in hæreticorũ ſectam, ſed in integritatem catholicæ fidei, quã ille hęreticus ſe mẽtiebatur habere. Quia ergo hęc pſona decepta errore nõ in hunc, ſed in eũ quem iſte ſe mẽtiebatur eſſe, conſenſit, patet, ꝙ eius coniunx non fuerit. Error fortunæ et qualitatis non excludit conſenſum: ueluti ſi quis conſentiret in prelaturã alicuius eccleſię, quã putaret eſſe diuitem, et illa eſſet minus copioſa: quamuis hic deciperetur errore fortunę, non tamen poſſet renun*

ror perſonæ. Item ſi aliqs habeat tres filios, & aliqua cõſentiat in maiorẽ filiũ, poſtea præſentetur minor, nõ tenet matrimoniũ cũ eo.

a Venditurum. Id eſt, uenditum ſe traditurum.

b Emeret. i. quaſi a ſe emptũ per traditionẽ acciperet. ideo autẽ ſic exponunt doctores: quia ſi duobus uẽderet, & ſecũdo traderet, ſecundus eſſet potior: ut C. de rei uendica. ſi a Titio. Sed G. intellexit literã iſtã ſic. qñ. ſ. ſecundo nõ eſſet uenditurus ſi eũ cognoſceret. unde cũ erraret in perſona, quæ ſecũdo offerebat pretium, nõ contrahebat cũ ea. ff. de fur. ſi quis uxori. §. cum Titio. ff. de contrahen. empt. cũ ſeruo. nec errans dominiũ transfert. ff. de acq. re. do. ſi ꝓcurator. & ſic plana eſt litera. & l. ſi a Titio. & illa l. quoties. intelliguntur cũ ſcienter cũ duobus contraxit. doctores tñ exponunt, ut dixi, emeret. i. emptum acciperet: & hoc propter illud quod ſequitur, nunquid, cum Paulo, &c.

Vendens duob[9] ſucceſsiue & tradẽs poſteriori, ipſum facit potiorem.

† Orichalcum.

c Aurichalcum. Voluit dicere Marcellus ꝙ eſſet emptio & uẽditio: quia in corpus cõſenſum fuit, licet fuerit erratum in materia. i. in ſubſtãtialiũ qualitate. Sed Vlpian. eũ correxit, dicens nõ eſſe uenditionẽ, ubi erratum eſt in materia. ff. de contrahẽ. emp. in uenditionibus. pignus tamẽ tenet, ſi quis obliget æs pro auro: ut ff. de pig. act. l. j.

Venditio non eſt: ubi in materia erratur.

d Putabat. Si quis autem errat in proprio nomine, dummodo tamẽ certum ſit de quo conſentiat, hoc nõ officit. ff. de teſt. ſi in nomine. ſecus autem in appellatiuo. ff. de hære. inſti. non ideo minus. ff. de leg. j. l. iiij.

e Subſequẽs. ĩ. xxx. q. v. §. ſed obijcitur.

f Primogenitarũ. Cõſuetudo erat maiorẽ primo nuptui tradere. vij. qõ. j. quam periculoſum.

g Inſcio. ĩ. xxxiiij. q. j. & ij. in lectum.

h Transformat. ĩ. xxvj. quæſt. v. epi.

i Conſortiũ. Hoc verum eſt. quod iſte non peccat cum ita ſimpliciter in genere dicit ſe uelle eſſe participem ſuæ beatitudinis: ſecus ſi ad ſpecialia deſcenderet. nõ tamẽ ob hoc excuſatur Saul qui adorabat dæmonem, quẽ credebat eſſe Samuelẽ. xxvj. quæſt. j. nec mirum, hoc ideo, quia interceſsit culpa ſua: uel ibi idololatriã adorauit.

Saul adorauit dæmonem.

Reſcindere.

tiare prælaturæ acceptę. Similiter quę nubit pauperi, putans illū eſſe diuitē, non poteſt renuntiare priori cōditioni, quamuis errauerit. Error qualitatis nō excludit ſimiliter cōſenſum: utpotè ſi quis emerit agrum, uel uineā, quā putabat eſſe uberrimā: quamuis iſte erraret in qualitate rerū, non minus fertilem emēdo, non poteſt tamen uēditionem reuocare uel reſcindere. [a] *Similiter qui duxit in uxorem meretricem uel corruptā, quam putat eſſe caſtam uel uirginem, non poteſt eam dimittere, & aliam ducere.*

QVAEST. II.

[b] *SEcunda quæſtio eſt propoſita de cōditione: an liceat mulieri dimittere eū quem putabat liberū, ſi poſtea illū inuenerit ſeruū. Quòd uerò mulieri nō liceat à ſeruo diſcedere, multis rationibus uidet̄ poſſe probari. In Chriſto enim Ieſu, nec Iudæus, nec Græcus, nec ſeruus,* [c] *neq; liber diſtinguit̄. ergo nec in coniugio Chriſtianorū. eadē enim lege in fide Chriſti uterque regitur. indifferēter enim ab Apoſtolo dicit̄ omnibus: Qui uult nubere, nubat in domino. & iterum, Mulier nubat cui uult, in domino tātū. nō pręcipitur ut ingenua nubat īgenuo, ancilla ſeruo: ſed quælibet earū cui uult nubat in Domino.*

Item Iulius Papa c. iiij.

Licet ſeruo matrimonia cōtrahere. CAN. I.

OMnibus nobis unus eſt pater in cælis: & unuſquiſq; diues & paup ſeruus & liber æqualiter pro ſe & pro animabus corū rationem reddituri ſunt. [d] quapropter oēs cuiuſcunque conditionis ſint, unā legem [e] (quantū pertinet ad Deū) habere non dubitamus, ſi aūt oēs unā legē habēt, ergo ſicut ingenuus [f] dimitti nō pōt, ſic nec ſeruus ſemel coniugio copulatus, ulterius dimitti poterit.

Item Zacharias Papa.

Ancillam in matrimoniū ſuſceptā uiro dimittere nō licet.

CAN. II.

SI quis liber ancillā in matrimoniū [g] acceperit, non habet licentiā dimittere eam, ſi cōſenſu amborum cōiunčti ſunt, excepta cauſa fornicationis: ſed una [h] lex deinceps erit per omnia & uiro & fœminæ.

Item Iulius Papa.

Venditio tripliciter reſcinditur.

a Reſcindere. Vt C. de reſcin. uend. quiſquis, niſi eſſet deceptus ultra dimidiam iuſti pretij: ut extra de emp. & uēd. cū dilecti. Vel niſi haberet peſtiferas herbas: ut C. de ædi. actio. ſi prædiū. Vel niſi dediſſet dolus cauſam cōtractuis: ut ff. de dolo. l. & eleganter.

De hoc plene no. in prædi. decre. cū dilecti.

Libera quæ ignoranter cū ſeruo contraxit, an ab eo receder poſſit.

Errans in meliori conditione, an poſſit matrimonium dirimere.

Ancilla Imò nullum eſt.

Arg. ad hoc inſti. de acti. §. præterea. ff. de uſufru. hactenus. in ſi. & l. ſeq. ff. de ī diē addic. l ſi uēditor. § ſed ſi ueu ter. ff. de ſi deiuſſor. l. iij. in fin.

b Secunda. Hic quærit an ſeruili cōditione reperta, libera poſſit recedere? & quidem ſic, ſi ignorauit eum eſſe ſeruum quādo contraxit cum eo: ut j. ea. ſi quis ingenuus. Et notat H. quod nō omnis error conditionis impedit matrimoniū: ſed tantū error ſeruilis conditionis: nec etiam ſemper talis error impedit. Vnde ſi libera uult contrahere cum ſeruo, & contrahit cum libero, non dirimitur matrimonium, licet ibi ſit error conditionis: quia non intelligitur talis decepta, quæ cum meliori contrahit quā credebat. Similiter dic quod ſi ſeruus credit contrahere cum libera, & contrahit cū ancilla, non dirimitur matrimoniū: quia cōſentit in hominem ſuæ conditionis: & quia neuter poteſt aliquid altj obijcere: & ita propter errorem ſerui, nunquā dirimitur matrimonium: ſed certe pari ratione uidetur, quod ſi aliqua credit contrahere cum uno, & contrahit cū alio, qui eſt ditior & melior, qđ matrimonium teneat: quia non uidetur decepta. Alij autem dicunt, ꝙ ſiue erret in meliori, ſiue in deteriori conditione, ſemper dirimitur matrimonium. Tertij dicunt quod ſi interueniat error in diſpari conditione, dirimitur matrimonium. ſed ſi in pari, non dirimitur. unde ſi libera uult contrahere cum libero, & contrahit cum ſeruo: uel ſi ſeruus uult contrahere cum ſerua, & contrahit cum libera, non tenet matrimonium: ſed ſi liber uult contrahere cum ſerua, & contrahit cum libera: uel ſi ancilla uult contrahere cum libero, & contrahit cum ſeruo: tenet matrimonium: quia utrobique eſt paritas. Io. & hæc opinio bona mihi uidetur. B. Dubitari aūt cōſueuit, ſi libera contrahit per errorem cū homine aſcripititiæ conditionis, an teneat matrimoniū? H. dicit quod teneat: lex tamen cōtradicit in authē. de nupt. §. aſcripititio. col. iiij. & C. de ſenatuſconſul. Claudia. l. una.

Seruus ab eccleſię ſacramētis non eſt amouēdus.

c Nec ſeruus. A ſacramentis enim eccleſiaſticis, non eſt amouendus: ut extra de coniugi. ſeruo. dignum. Vel ab illis quæ ſunt iuris naturalis, ut à uoto: ut in authen. de mona. §. hinc aūt col. j. ubi Iuſtinianus inducit hæc eadem uerba Apoſtoli ad probandum quod ſeruus poſſit eſſe monachus: ſed quantum ad ius ciuile, ſeruus non habetur pro homine: ut ff. de regu. iur. quod attinet ad ius ciuile, &c.

d OMnibus nobis. Reddituri ſunt. Argu. qđ ſeruus non tenetur obedire domino in atrocibus. xj. quæſt. iij. non ſemper.

e Legem. Non quo ad promotionem. Irregularis enim efficitur, qui cum ſerua contrahit: argum. xxxiiij. diſt. ſi quis uiduam. ſed ſequuntur unā legem, habito reſpectu ad ius naturale. Nam de iurè naturali, quilibet cum qualibet poſſet contrahere, & ita ſeruus cum libera: niſi obſtaret cōſtitutio eccleſiæ.

f Ingenuus. Arg. a toto in quātitate, ab uniuerſali ad ſingularem. ſimile. xix. diſtinct. ſi Romanorum.

Matrimoniū poteſt eſſe inter ſeruum & liberam.

g SI quis. In matrimonium. Poteſt ergo matrimonium eſſe inter ſeruum & liberam: quod eſt contra legem. C de inceſ. nupt. l. iij. ſed abrogata eſt quo ad hoc, ubi ſcienter contrahitur.

h Sed una. Quantum ad hoc.

Inter patronum & libertum conſtat eſſe matrimonium legitimum.

CAN. III.

SI quis ancillã ſuã libertate donauerit, & in matrimoniũ ſibi ſociauerit: dubitat̃ [a] apud quoſdã, utrum huiuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe uideantur, an nõ? Nos itaq; uetuſtam ambiguitatem decidentes, talia cõnubia legitima eſſe cẽſemus, ſi ex affectu fiunt omnes nuptiæ & nihil impiũ, & legibus [b] cõtrariũ, in tali copulatione fieri põt, quare prædictas nuptias inhibẽdas exiſtimemus?

[2] His itaq; reſpondetur: non negatur, ingenuã poſſe nubere ſeruo: ſed dicitur quod ſi neſcit̃ eſſe ſeruilis cõditionis, liberè poteſt dimitti, cùm ſeruitus eius fuerit depræhenſa. Illud autẽ Apoſtoli & Iulij papæ intelligendũ eſt de ijs, quorum conditio utrique nota eſt. huius autem conditio, mulieri incognita erat. nõ ergo præmiſsis authoritatibus cogitur manere cũ illo: ſed liberum illi eſſe oſtenditur, uel manere, uel diſcedere.

Vnde in concilio apud Vermeriã, cui interfuit rex Pipinus ſtatutum eſt, cap. vj.

De eo qui ancillam ducit in uxorem, quam putabat eſſe liberam.

CAN. IIII.

SI quis ingenuus homo uxorem ancillã alterius acceperit, & exiſtimat quòd ingenua ſit: ſi ipſa fœmina fuerit poſtea in ſeruitute detecta, ſi eam à ſeruitute redimere poteſt, faciat: [c] ſi non põt, [d] ſi uoluerit aliam accipiat: ſi autem ancillã eam ſcierat, [e] & collaudauerat: prout legitimam eã habeat. [f] ſimiliter & mulier ingenua de ſeruo alterius facere debet.

Item ex eodem, capitu. viij.

Non licet mulieri dimittere, quem ſciens ſeruum accepit in uirum.

CAN. V.

SI fœmina ĩngenua acceperit ſeruum, ſciẽs qđ ſeruus eſſet, habeat eũ quia omnes unum patrẽ habeamus in cælis. Vna lex erit uiro & fœminæ.

Item Gregorius. †

Seruitutis occaſione dimitti non ualet, quæ poſt controuerſiam ſtatus ſe in libertatem aſſeruerit.

CAN. VI.

CVius reĩ cauſa, cum matre ſua huc compulſa anno præterito, præſentiũ uenerit latrix, fraternitas tua cautius nouit quia ſcilicet maritus ſuus ueſter clericus ob hoc, quòd de ſeruili fuerat cõditione pulſata, à ſuo noſcitur eam remouiſſe [g]

a SI quis ancillam. Dubitatur. Per legem illam forte. C. de inceſt. nup. humilem ubi dicitur, quod non poteſt eſſe matrimonium inter clarum uirum & abiectam mulierem, nec inter ſenatorem & libertam.

b Et legibus. Et ita ſi leges contradicerent, dum tamen illis legibus canon non obuiet, nõ tenet matrimonium nam quod leges habeant locum in matrimonio, uidetur, licet Hug. contradicat [1] arg. xxv. quæſtio. v. ad ſedem. & xxvij. q. ij. quod autem. & cap. lex diuinæ. in ſi. unde dicunt quidam, quod cum hic lex dicat nõ eſſe matrimonium cum ancilla. ut C. de inceſtis nupt. l. iij. & canon non excipiat niſi cum ſcienter ducit, quod ubi etiam cum libera contrahit ſeruus, credẽs ſe contrahere cum ſerua, non teneat matrimonium.

His itaque. Hæc eſt ſecũda pars quæſtio. in qua dicitur quod ſi credebat uir aliquam libetam, & erat ancilla poterit ab ea ſeparari: & hoc probat per tria capitula. Ioannes de Fantu.

SI quis ingenuꝰ. c Faciat. Sed pone quod liber ignoranter contraxit cũ ſerua, poſtea dominus manumittit eã, & ipſe cognoſcit eã poſt eius manumiſſionem: poſt comperit eam fuiſſe ancillam tempore contracti matrimonij: quæritur an poſsit eam dimittere? Et dicimus quod ſic: quia conſenſus ille ab initio nullus fuit. ſed ſi dominus eius tunc temporis ſciebat cõtrahi matrimoniũ, & tacuit: tunc tenet matrimonium: quia eo ipſo intelligitur ei dediſſe libertatem. in authen. de nup. §. ſi uero ab initio. collatio iiij. & in authenti. ut liberti de cætero. §. ſi quis. collat. vj. Sed pone quod libera contraxit cum eo, quem credebat liberum, ſed poſtea comperta conditione. ſeruitutis, nihilominus uult ſtare ſecum, ſed ille recuſat. Dicunt quidam hoc matrimonium eſſe ex una parte, & non ex altera, ut extra de eo qui duxit in matrimo. cap. j. Sed dico, [2] quod quantum ad neutrum eſt matrimonium. unde neuter cogitur ſtare cum altero quantum ad uinculum matrimonij, ſed ratione fidei promiſſæ bene tenetur ei. Idem poteſt dici cum maior contrahit cum minori, quod quantum ad neutrum eſt matrimonium, & quantum ad uinculũ matrimonij æque poteſt maior recedere à minore, ſicut minor à maiore, ſed non eſt ita quantum ad fidem ꝓmiſſam.

c Faciat. Conſilium eſt, non præceptum.

d Si non poteſt. id eſt, ſi non uoluerit: ut ſit quaſi expoſitio literæ ſequens: ſed nec dominus cogitur eam uendere. argu. j. quæſtione j. eos.

e Scierat. Non uidetur celata quæ ſciuit, nec debuit certiorari quæ nõ ignorauit. ut ff. de actio. emp. & uendi. l. primo.

f Habeat. Dicit tamen lex, quod ſi filia ſenatoris contrahat cum liberto, nõ tenet matrimoniũ. ut ff. de ſena. filiam. ſed illud ſecundum leges non tenet, ſed ſecundum canones tenet, quia matrimonia iure poli reguntur. ij. quæſtione tertia. §. hinc colligitur.

QVomodo virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excuſabile facit quod per ſe[i] non appetitur, ita ob idem fornicationis periculum concedit uiduis ſecunda matrimonia. Melius eſt enim, licet alterum & tertium, unũ uirum noſſe, quã plurimos, id eſt, tolerabilius eſt, uni homini proſtitutã eſſe, quàm multis. Siquidem & illa in Euangelio Samaritana ſextũ ſe maritum habere dicens[k] arguitur à domino quod non ſit uir eius.[l] Vbi enim numerus[m] maritorum eſt, ibi uir, qui propriè unus eſt, eſſe deſijt. Vna coſta à principio in unam uxorem uerſa eſt. Et erũt (inquit) duo in carne vna. Non dixit tres,[n] neque quatuor. Alioqui non duo, ſed plures.

David, Vrias, & Betſabee qualiter interpretantur.

David enim interpretatur manu fortis. i. Chriſtus, qui fortiter debellauit aereas poteſtates: Vrias, lux mea Deus. & ſignificat diabolum, qui transfert ſe in Angelũ lucis, & etiã lucidus creatus fuit: quem etiam Deus ſeparauit. j. de pœn. di. ij. principium. xxvj. qõ. v. nec Bethſabee interpretatur puteus. vij. & ſignificat eccleſiam gentiliũ, quæ hauſit dona ſeptiformis gratiæ, & Chriſto copulata eſt, ut xxij quæſt. ij. §. his ita. i. cum prius adhæreret Vriæ. i. diabolo per cultum idololatriæ.

DE his qui.
[a] Ducunt. Plures ſimul, hodie. ſ. unam, cras aliam uiuente prima de talibus ſecundis nuptijs intellige hoc capitulum.
[b] Tempus. ſ. pœnitentiæ.
[c] Debere. Id eſt, debet deponi, ſi prior uxor uiuat. xj quæſtio. iij. Teugualdum. & etiam intelligas intereſſe per conſenſum, uel etiam ut benediceret nuptias, quod nõ debet, ut extra de ſecun nupt. c. j.

HAc ratione & Apoſtoli.
[d] Hac ratione. i. ſimili ratione ſicut Moyſes permiſit dare libellum repudij, ut uitaretur homicidium, ſic Apoſtolus permiſit ſecundas nuptias ut uitaretur fornicatio. xxxij. quæſtio. ij. §. his ita.

1. Cor. 7. b

[e] Fornicatio. Cum ea quam permiſit Moyſes poſt repudiatam aſſumi. xxxiij. quæſtio. ij. ſi quod uerius.

Deu. 14. c
Ad hoc xxxij. qõ. vij. c. j. & ij. & ex. & diuor. gaudemus. & c. quãto.
Mat. 19. a

[f] Licenter. Quia pœnã temporalem non patiebantur.
[g] Quia. Reſpicit hoc aliũ locũ Matthæi, illud. ſ. quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. quo audito dixerunt Phariſæi, quid ergo mandauit Moyſes dare libellum repudij, & dimittere? & dixit illis, quoniã ad duritiã cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras. q. d. nõ præcepit, cum ſit malum. non enim cum ſit malum, ſine uitio eſt quod ignoſcitur, nõ præcipit. xiij. diſt. nerui.

Libellus repudij quare fuit permiſſus.
Simile xxvj. diſt. qui ſiue. Hug. diſt. iiij. c. denique.

[h] Præcipimus. i. permittimus. ſic ponitur lv. diſtin. qui patrem. 50. diſt. domino ſancto.

QVomodo uirginibus.
[i] Per ſe. matrimonium enim per ſe non appetitur, quia non ducit ad uitam. ſed tamen eſt appetendũ cauſa uitandæ fornicationis, & propter prolem. j. proxi. cauſa q. ij. §. his ita.

[redacted]

[k] Dicens. Imo dixit ſe non habere uirum in Euangelio. ſed Hieron. reſpexit hic, non quod in ore protulit mulier, ſed quod in mente habuit, bene enim gerebat in corde ſe uirum habere. unde & dominus ſecundum opinionem eius dixit, Vade uoca uirum tuum. q. d. quem putas tuũ. & illa quaſi conſentiendo ſic ſe ſentire, dixit. uideo quia propheta es tu. & ſic eſt argum. quod qui dicit aliud quã uox ſignificat, potius dicit id quod intendit dicere, quã id quod uox ſignificat, quod eſt contra illud xxij. qõ. ij. is autem. ff. de rebus dubijs. in ambiguo.

† libr. j. Tomo. ij.

[l] Vir eius. Quia illum & alios ſimul habuit: quod non licebat Iudæis, ut extra de diuor. gaudemus.
[m] Vbi enim numerus argum. quod ſi qua in plures conſentire uelit inſimul, nihil aget, ut ſi dicat cõſentio in uos: niſi forte alter eſſet cõſanguineus, tunc forte teneret matrimoniũ cum reliquo. Vel dic ubi numerus. ſ. ex quo aliquis bigamus eſt ibi uir qui proprie unus eſt. i. Chriſtus, eſſe deſiſtit, & quia in eo deficit ſacramentum Chriſti & eccleſiæ. & hoc conſonat expoſitioni proxi. &c.

Mulier in plures ſimul cõſentiens, nihil agit.
Ioan. 4. c
Contra no. xv. di. c. j. in glo. alibi.
Gene. 2. d

[n] Tres. Arg. quod minor numerus quandoque excludit maiorem, quãdoq; minorem, ut extra de teſti. licet. in fin.

Dic quod maior numerus nõ excludit minorem ff. de in litẽ iur. Lantepen. & not. xv. di. c. j. niſi quando negari ue exponitur uerba, ut in hac decr. licet. Ioã. de Faut.

Primus. Lamech. Hiſtoria legitur in Geneſi. quod cum Cain per inuidiam interfeciſſet fratrem ſuum Abel, maledixit ei dominus. unde dixit Cain, Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear: omnis ergo qui inuenerit me, occidet me. & dominus ad Cain, Non ita fiet, ſed qui occiderit Cain, ſeptuplũ punietur, cumq; terrã ut profugus habitaſſet, Lamech qui ab eo ſextus deſcendit, duas habebat uxores Addam & Sellam, & dum uenationem exerceret, & oculi eius caligarent, iudicio pueri qui

cum

eum ducebat, ſagittam dirigens Cain occidit inter frutecta latentem, quem feram eſſe exiſtimabat: quo comperto occidit adoleſcentem qui eum ducebat. & dixit eis, Audite uxores Lamech, quia occidi uirum in uulnus meum, & adoleſcentem per liuorem meũ, ſeptuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech ſeptuagies ſepties. Sequens §. patet, & dicit hic quod Gratia. intellexit præcedens capit. de ſecundis nuptijs licitis. ſicut & præcedẽtia duo ca. ſed Hug. ſentit contrarium.

[i] In numero. i. Pœnarum i. maioritate.
[k] Quàm ſancta. Ironice hoc dicit. & loquitur de alteta bigamia, de uera ſcilicet.
[l] Eligatur. Non intelligas quod debeat talis eligi in abbatiſſam. nam illa erit uirgo lx. annorum, ut xx. quæſtione. j. iuuenculas. [1] ſed ut paſcatur ab eccleſia.

Primus [a] Lamech ſanguinarius atque [b] homicida, unã carnem in duas diuiſit uxores, fratricidium & bigamiã eadem cataclyſmi [c] pœna deleuit: [d] de altero [e] ſepties [f] de altero [g] ſeptuagies ſepties [h] uindicatũ eſt: quantũ diſtat in numero, [i] tantum & in crimine: quàm ſancta [k] ſit bigamia, hinc etiã oſtenditur, ꝙ bigamus in clerũ eligi nõ poteſt. & ideo Apoſtolus ad Timotheũ. Vidua (inquit) eligatur. [l] non minor lx. annorũ, quæ fuerit unius uiri uxor. hoc cõmune præceptũ eſt de his uiduis. quæ eccleſiæ paſcuntur eleemoſynis. & idcirco ætas præſcribitur, ut illæ tantum accipiant pauperum [m] cibos, quæ iam laborare non poſſunt. Simulq; conſidera, ꝙ quæ duos habuit uiros, etiã ſi anus eſt decrepita & egẽs, eccleſiæ ſtipes non meretur accipere. [n] Si autem panis illi tollitur eleemoſynæ, quantò magis ille panis qui de cælo deſcendit: quem qui indignè comederit, reus erit uiolati corporis & ſanguinis Chriſti. Quanquã [o] hæc teſtimonia quæ ſuprà poſui, in quibus [p] uiduis conceditur ut ſi uelint denuò nubant, quidã interpretãtur ſuper his uiduis, quas amiſsis maritis ſic inuenerit fides Chriſti.

[q] *Verum [q] hoc eũ in exhortationem uidualis cõtinentiæ non in cõdemnationem ſecundarum deinceps nuptiarum putamus dixiſſe: quas multorũ authoritatib. cõſtat licitas eſſe, ut ex uerbis eiuſdem datur intelligi. Ait enim ad Pammachiũ, in apologetico contra Iouinianũ.*

Nec duæ, nec tres, nec deinceps nuptiæ ſunt condemnãda.

CAN. X.

Aperiant, quæſo, aures obtrectatores [r] mei, & uideant me ſecundas nuptias, & tertias in domino conceſsiſſe. Qui ſecundas, & tertias nuptias non damnaui, primum potui damnare matrimonium? Idem. Non damno bigamos, imo nec trigamos, [s] & ſi dici poteſt, octogamos.

Idem. Ego nunc uoce proclamo libera, non damnari in eccleſia bigamiam, imò nec trigamiã, & ita licere quinto & ſexto & ultra quomodo & ſecũdo marito rectè nubere.

Item Auguſtinus libro ſecundo contra aduerſarium legum & prophetarum. †

Secunda coniugia, ſicut & prima licita eſſe probantur.

a Primus. Hæc dictio primus non conſtruitur cũ hac dictione ſanguinarius: quia Lamech non fuit primus homicida, ſed Cain, ſed cõſtruitur cum hac dictione diuiſit.
b Atque. Pro. i.
c Cataclyſmi. i. diluuij, à cata, quod eſt circum, & clyſma, quod eſt diffuſio, quaſi circumquaque diffuſio.
d Deleuit. i. puniuit. ꝟ. xxiiij. q. iij. an non contra. ſed hic narratur res prout geſta eſt, ibi myſterium nam peccatum Lamech, deſignat peccatum humani generis, quod diluit ſalutifer aduentus Chriſti.
e De altero. i. de peccato alterius, ſcilicet Cain.
f Septies. quia ujndicta ſumpta eſt de eo, uſque ad Lamech ſeptimum ab Adam, ſextum ad Cain. uel quia punitus in ſeptem generationibus ſuis, quæ in diluuio perierunt.
g De altero. Id eſt, de peccato alterius, ſcilicet Lamech.
h Septuagies ſepties. quia Lamech in lxxvij. animabus fuit punitus q̃ proceſſerũt de lumbis eius. Vel dic ſepties, id eſt, perfectè. ſeptuagies ſepties, id eſt, perfectius, iuxta illud, O terque quaterque beati. id eſt, perfectè beati. Videtur ergo, quod magis peccauit Lamech quam Cain, quia magis punitus eſt, & quod peccatum Lamech grauius fuit uindicatum, quia plura commiſit, duo ſcilicet homicidium, & adulterium, Cain fratricidium tantum.

m Pauperũ. lxxxj. diſtinctione capitu. uiduæ, & capitulo ſequenti.
n Non meretur accipere. non dicit non accipiat: nec dicit ut non detur, ſed non meretur accipere: quia non datur ratione merendi, ſed datur miſericorditer ratione obſequij.
o Quanquam. Hoc reſpicit principium capit. ubi conceditur uiduis ſecunda matrimonia contrahere. Dicebat enim quidam, quod illæ uiduæ tantum poterant contrahere quas mortuis maritis infidelibus fideles iam uiduas inueniebat, q̃ ſcilicet iam factæ uiduæ conuertebantur.
p In quibus. Scilicet teſtimonijs.
Verum. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua probat quod nõ ſit peccatum cõtrahere ſecũdas nuptias & deinceps. Ioan. de Fant.
q Verum. Magiſter hoc cap. intelligit de ſecundis nuptijs licitis, [2] ſed cõpetentius intelligitur de illicitis, aliter exemplum de Lamech non congrueret. quare tam aſpera proponeret Hieronymus, cum authoritate Apoſtoli licita ſint, non uideo.
r Aperiant. Obtrectatores. Qui dicunt me damnare matrimonia.
s Trigamos. Ve in Bro. lib. ix. ne quiſquam. contra. ibi dicitur quod tertiam ducere non licet, ut in authentic. quomodo opor. epiſco. §. ſi autem. colla. j. ſed illa correcta ſunt & ſic per hanc dictionem nuptiæ, non tantum primæ, ſed etiam ulteriores nuptiæ deſignantur. Et ſic eſt ar. contra. de uerb. ſignif. boues. §. j. & ff. de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis decem.

Cataclyſmus ẽ diluuium.
1. Cor. 11.

Lamech plus peccauit quã Cain.
Lamech punitio.

1 Et facit lxxxj. diſt. uiduæ. & c. ſeq. Ioã. de Fant. & idẽ tenet hic Lau.

Viduæ poſſunt indiſtinctè cõtrahere.

2 Idẽ intelligebat Ioan. ſed Lau. & Io. de Fant. tenẽt quod ſequitur.

† cap. xj.

Deus

CAN. XI.

DEus maſculũ & fœminam propagandi generis cauſa, nuptiali caſtitate [a] coniunxit, & ſecũdas nuptias quę in utroque teſtõ permittunt, [b] licitas eſſe monſtrauit.

Idem ſuper primam epiſtolam ad Corinthios.

De eodem.

CAN. XII.

QVòd ſi dormierit [c] uir eius, non dicit, primus, uel ſecundus, uel quartus: nec nobis definiẽdum eſt, [d] quod non definit Apoſtolus. unde nec ullas debeo damnare nuptias, nec eis uerecundiam inferre numeroſitatis. Dominus autem ſeptemuiram non damnauit: [e] nec dicit in reſurrectione [f] non poſſe eſſe: ſed tantùm, neque nubent neque nubentur. unde nec contra humanæ uerecundiæ ſenſum audeo dicere ut quoties uoluerint nubãt: nec ex corde meo [g] quotaslibet nuptias condemnare. Quod dicitur uniuiræ, hoc & omni uiduæ: Beatior autem erit ſi ſic permanſerit.

QVAESTIO II.

[h] *QVòd autẽ aliqua non ſit cogenda nubere alicui, Ambroſi⁹ teſtat̃ ſup epiſtolã primã ad Corinthios. Nubat uidua cui uult, tãtùm in domino, id eſt, quẽ ſibi aptũ putauerit, illi nubat: quia inuitæ nuptiæ ſolent malos prouentus habere. Tantùm autem in domino, id eſt, ſine ſuſpiciõe turpitudinis nubat, & uiro ſuę religionis nubat.*

1.Cor. 7. g

Item iudicium Vrbani papæ.

Iuramento patris nõ cogitur puella nubere, cui nunquam aſſenſum adhibuit.

CAN. I.

SI uerum eſſe conſtiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, ſcilicet quòd ipſe coactus [i] & dolens filiam ſuam infantulam [k] nolentem & flentem, & pro uiribus renitentem, nõ aſſentientibus, ſed ualde dolẽtibus matre & parentela, Rainaldo Rodelli filio deſponſauerit, quoniam canonum & legum authoritas, talia ſponſalia (ut infra oſtenditur) non approbat: ne ignorantibus leges & canones, nimis durum quod dicimus uideatur, ita ſententiam tẽperamus, [l] ut ſi princeps cũ filiæ, matris, & parẽtelæ aſſenſu, id, qđ cœptũ eſt, perficere uoluerit [m] cõcedamus, ſi autem,

Caſtitas eſt inter coniugatos.

a DEus. Nuptiali caſtitatẽ. ergo caſtitas eſt inter coniugatos, quæ ſancta dicitur. xxx. diſt. §. hęc ſcripſimus. poteſt ergo eorum concubitus dici caſtitas, ar. ĩ. xxxj. di. Nicæna.

b Permittuntur. Si ergo in ueteri teſtamento permittuntur, quomodo dicitur Apoſtolus permiſiſſe? Dic permiſit, id eſt, permiſſum eſſe oſtẽdit, redigendo in ſcriptis propter quoſdam, qui dicebant ad uxorem nõ accedendum cauſa incõtinentiæ.

Similiter no. ĩ. pro. cauſa qõe ij. in princi.

c QVod ſi dormierit. Verba Apoſtoli.

c. 12. li. de bono cõiugali.

d Nec nobis definiendum eſt. hic argu. quod nõ licet alicui definire uel determinare, uel excipere, quod canon nõ excipit, uel definit uel determinat: arg. xix. diſtin. ſi Romanorum. ĩ. xxvij. q. ij. lex diuinæ. xxiij. quæſt. v. ſi non licet. & xvj. q. j. c. ſunt nonnulli. & ij. q. v. c. conſuluiſti. & xxviij. q. j. idololatriæ. & iv. diſtinc. ſi euangelica. & ĩ. j. q. iij. c. Saluator. & ĩ. xxij. q. v. hoc uidetur. Sed contra argu. ff. de teſti. l. quæſitum. ĩ. de conſec. diſt. ij. liquido. & intelligo, non licet iniuſte & male, contra rationem & contra canonẽ. xxxiij. q. iij. quos Deus.

Canone non definiente definire nõ licet.

Mat. 22. c

e Non damnauit. cum quæreretur ab eo cui deberet coniungi. Et eſt argu. quod interrogando aliquis qđ ponat: ut ff. de uerb. obli. l. j. §. ſi quis ita. ĩ. e. cap. quomodo. ibi, dicens, &c. ſed excipiendo non: ut ff. de except. l. non uidetur. Argu. contra xxij. q. ij. quæritur.

Interrogãs ponit. 1.Cor. 7. g

f In reſurrectione. Sadducæi negantes reſurrectionem futuram, contra opinionem phariſæorum, qui eam credebãt, id eſt, homines futuros in eodem ſtatu, dicebant ſcilicet, quòd debebant commiſceri ſicut nunc faciunt, & quemlibet recepturam uxorem, quam hic habuerat: ut phariſæos confunderent, talem eis quæſtionem fecerunt. Ecce aliqua habuit hic octo uiros, cuius illorum erit uxor in iudicio? quam quæſtionem ſoluere non potuerunt. Quam cum poſtea Sadducæi proponerent Ieſu, reſpondit: erratis, neſcientes ſcripturas, quia in reſurrectione, neque nubent, neq; nubentur: ſed erunt ſicut angeli Dei.

Reſurrectio negabatur a Sadducæis.

g Nec ex corde meo, id eſt, præter diuinæ ſcripturæ authoritatẽ. quilibet. n. debet probare qđ dicit, non ex ſuo ſenſu moueri. xxxvij. diſtinct. c. relatum.

h QVod autem. Hic q̃ritur, an aliqua ſit cogenda nubere? Et reſpondendũ eſt quod non: quia in matrimonio animus debet gaudere plena libertate: ut extra de ſpon. cum locũ. imo etiam licet culpa alicuius præceſſerit metum, tamen ille metus excuſat eũ à matrimonio: ut extra eod. c. ueniens. ſi autem quis deſponſauit aliquã bene eſt cogendus ut ducat eã, ut extra de ſponſ. ex literis. in caſu tamen ſub alternatione cogetur. ſ. ut uel ducat eam, uel intret religionem: ut extra de conuer. coniug. ex publico. non obſtat, quod legitur extra de ſpon. requiſiuit. ubi dicitur, potius eſt monenda quàm cogenda. expone potius, id eſt, petius. De hoc plene notaui, xcvij. q. ij. §. ſed cõcedatur.

Nubere nõ eſt aliqua cogẽda.

i SI uerum. Coactus. Hoc non releuat eum ſi filia conſenſiſſet.

k Infantulam. Hoc ſufficeret, ut nihil actum uideretur, ſi illa eſſet infantula, id eſt, intra ſeptennium. ſed hac de cauſa papa non procedit. imo credo, quod ponatur infantula pro puella.

l Temperamus. Hoc ideo dicit, quia ille raptor erat, ideo de iure eã habere non poterat. ar. xxxvj. q. ij. c. placuit. hunc rigorem temperat hic papa.

m Voluerit. Ar. φ de iure factum non eſt, per ſequentem conſenſum poſſe legitimari & confirmari. Et eſt ar. quod ratihabitio retrotrahitur, & confirmat quod prius illegitime factum erat: arg. xvj. q. j. cap. ulti.

Sub. poterat ergo papa pręcipere ut ampli⁹ in hoc facto non procederet: ſed hunc rigorẽ, &c. ut ſequit. H.

Quòd

legatus noſter utraſque partes audiat, & ſi nihil fuerit ex parte ſupradicti Rainaldi amplius, quod impediat, [a] ab ipſo [b] Iordane, [c] ſacramentū quòd ita conſtent hæc ut dicta ſūt, accipiat, & nos canonū ac legum ſcita ſequentes, deinceps nō prohibemus quin alio uiro (ſi uoluerit) prædicta [d] filia eius nubat, tantum in domino. Econtra Hormiſda papa ſcribit Euſebio epiſcopo.

PALEA.

TVa ſanctitas requiſiuit à nobis frater uenerāde de filio adulto, quē pater mrimonij contrahere uult, ſi ſine uolūtate filij adulti facere poteſt? Ad quod dicimus, ſi aliquo modo nō cōſentit filius, fieri non poſſe. Poteſt autem de filio nondū adulto, uolūtas cuius nōdum diſcerni pōt, pater eum cui uult in matrimoniū tradere, & poſtquā filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino obſeruare, & adimplere debet. Hoc ab oībus orthodoxæ fidei cultoribus ſanctitum à uobis tenendum mandamus.

Itē Sacratio regi Aragonum.

Quorum unum futurum eſt corpus, unus debet eſſe animus atque ideo nulla eſt inuita copulanda alicui.

CAN. VI.

DE neptis tuæ coniugio, quam te cuidā militi daturū neceſſitatis [e] inſtante articulo, ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc æquitate dictante decernimus, ut ſi illa uirū illū omnino (ut dicitur) renuit, & in eadem uoluntatis authoritate perſiſtit, [f] ut uiro illi prorſus ſe deneget nupturā, nequaquam eam inuitam & renitētem eiuſdem uiri cōgās cōiugio ſociari: quorum enim unum corpus eſt, unus debet eſſe & animus, ne fortè uirgo cùm fuerit alicui inuita copulata, cōtra domini Apoſtoliq; præceptū, aut reatū diſsidij, [g] aut crimen fornicationis incurrat, cuius uidelicet peccati malum in eum redūdare [h] conſtat, qui eam coniūxit inuitam: quod pari tenore de uiro etiā eſt ſentiendum.

Item Nicolaus Radualdo Portuenſi & Io. Sicolienſi epiſcopis.

Non licet deſerere uiro, quā præmiſſis dotibus & publica atteſtatione duxit uxorem.

LOtharius Rex in [i] cōmonitorio profitetur Gualdradam ſe à patre præmiſſis dotibus accepiſſe, & ſororē poſtmodū admiſiſſe Huberti. Vbi primùm diligenti inueſtigatione inquirite, & ſi eundem glorioſum regem prædictam Gualdradā, præmiſſis dotibus coram teſtibus ſecūdum legem [k] & ritū, quo nuptiæ celebrari ſolent, per omnia inueneritis accepiſſe, & publica manifeſtatione eadem Gualdrada in matrimonium ipſius admiſſa eſt, reſtat ut perſcrutemini [l] cur illa repudiata ſit, uel filia [m] Boſonis admiſſa eſt. Sed quia idem glorioſus rex metu Tebergam admiſiſſe ſe dicit, metu unius hominis tantus rex nō debuit contra diuinū præceptū in immane præcipitiū mergi. In hoc certè ſe magis reprehenſibilē [n] oſtendit, in quo amorem Dei amori mundi poſtpo-

a Quod impediat intentionem Iordanis: ut ſi probaret eos poſtea conſenſiſſe, patrem ſcilicet & filiam.

b Ab ipſo. Argum. quod teſtes de domo producentes recipiuntur. ſed hoc fit in matrimonio. xxxv. q. vj. uidetur. palea eſt.

b Ab ipſo. Id eſt, ex parte eius. [1] debet enim per teſtes probare exceptionem ſuā ſuper coactione: ut ff. quod metus cau. non eſt uerisimile. nō autē ſtaretur eius ſacramento tantum, niſi ei eſſet delatum ab aduerſario.

c Iordane. Argum. ei qui coactionem eſt paſſus, probatio nes competere.

d Prædicta. Rainaldus licet confeſſus fuerit in iure eam ſuam eſſe uxorem, nec probare potuit. Non enim ſolus poteſt matrimonium ex una parte ut extra de deſpon. impub. atteſtationes. de hoc. xxx. qō. v. §. ſed obijcitur.

DE neptis.

e Neceſsitatis. Quia forte neceſſariū erat ei militis auxiliū: uel forte intulit ei metum.

f Perſiſtit. quod præſumitur, niſi q̄s alleget de mutata uoluntate, & probet. ff. de iure fiſ. l. Statius Florus & ff. de proba. eum qui.

g Diſsidij. id eſt, odij.

h Redundare. No. regulam, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe uidetur, ut extra de homic. de cætero. [2] xxvij. qō. ij. c. ſi cu. & xxiij. qō. iiij. eſt iniuſta.

i LOtharius. In commonitorio. id eſt in epiſtola uel ſcriptura qua nos commonuit de facto ſuo.

k Secundum legē. Tenetur ergo probare etiam ſolemnitates, contra regulā communem, qua dicitur. ſemper præſumitur omnia ſolenniter acta: ut inſti. de fideiuſ. §. ulti. extra de ſent. & re iud. ſicut. ſic cū aliquis dicit ſe emiſſe à pupillo, probabit quod tutore authore emerit: ut ff. de pub. act. l. quæcūq;. §. ulti. nam ex quo allegabat ſe primo duxiſſe Gualdradā, quomodo hoc probaret, niſi publice eam duxiſſet? cum clandeſtina matrimonia non poſſint probari. xxx. q. v. §. ſed obijcitur? credo quod ideo grauabatur, quia infinitæ præſumptiones erāt contra ipſum: quod ſuffeciſſet.

l Perſcrutemini. Hic in notorio admittitur probatio in cōtrariū. argu. extra de elec. bonæ.

m Filia. Teberga ſcilicet, quæ filia erat Boſonis & priuigna Ingeltrudæ: ut iij. q. iij. c. ulti. & xj. quæſt. iij. Teugaldum.

n Reprehenſibilē. Ar. quod qui turpitudinem ſuā allegat, nō eſt audiēdus. C. de reuo. do. cū profitearis. & C. de trāſac. l. tranſactione ſi nita. extra de dona. inter. [3] Itē eſt hic ar. quod propter paruitatē perſonæ non præſumitur metus illatus.

[1] Arg. cōtra, extra de teſt. in literis. quod dic ut no. xiiij. q. ij. in ſum. in fine.

Damni dans cauſam damnū dediſſe uidet. [2] Et eod. ti. presbyterum. & plene extra de teſt. ſicut.

Solēnitas actus quādoq; probanda eſt.

Turpitudinē ſuā allegans, nō eſt audiendus.

[3] Et extra de teſtibus. ex tenore. & de præſump. tertio. & de cōceſ. præben. ex te nore.

fuit: cùm nec etiam occiſores corporis ſint timendi [a] contra iuſtitiam hominem impellentes. Nihil itaq; uobis aliud præcipimus, manifeſtatione ſua eodem rege cõuicto, [b] niſi ut ſecundum canonicã authoritatẽ, noſtra uice freti cauſam illius definiatis. Si uerò minime probatũ fuerit Gualdradam fuiſſe uxorẽ legitimam, neq; nuptijs more celebratis per benedictionem, [c] ſcilicet ſacerdotis, filio noſtro Lothario extitiſſe coniunctã: ſuggerite illi ut non moleſtè ferat legitimã ſibi (ſi ipſa innocẽs [d] apparuerit) recõciliari uxorem. Præterea uos ſcire uolo, quia præfata Teberga apoſtolicam ſedẽ bis & ter appellauit: [e] & ſe à præfato glorioſo rege conqueſta eſt iniuſtè fuiſſe deiectam, & ui coactam falſum contra ſe cõpoſuiſſe piaculum: nam eo tempore ad apoſtolicam ſedem libellum appellationis ſuæ miſit: in quo quidem non adhuc confeſſam, ſed ut contra ſe falſum diceret crimen, cogi ſeſe innotuit: [f] inſuper ſubiungens, quòd ſi amplius compulſa fuero, ſcitote non ueritate, ſed timore mortis, & euadendi ſtudio (quia aliter non poſſum) quod uoluerit dicã. Vnde uobis præcipimus ut cùm eadem Teberga ad condictam ſynodum, ſicut ſtatuimus ad uenerit, cauſam eius diligenti examinatione tractetis, & ſi ei obijcitur ꝙ illa ſe crimen aliquod admiſiſſe confeſſa fuiſſet, & econtra illa uiolentiam [g] ſe pertuliſſe proclamauerit, uel ſi inimicos iudices illos ſibi fuiſſe teſtata fuerit: tunc illud renouetis [h] iudicium ſecundum æquitatis normam, ut iniuſtitiæ mole non opprimatur.

His authoritatibus euidenter oſtẽditur, quod niſi libera uoluntate nulla eſt copulanda alicui.

QVAESTIO III.

Vòd antẽ [i] poſt parentũ ſpõſionẽ alijs nubere nõ ualeãt, authoritate Elibertani concilij monſtratur, qua dicitur:

De parentibus, qui fidem frangunt ſponſaliorum.

CAN. I.

SI qͣ parẽtes [k] fidẽ fregerint [l] ſpõſaliorũ, triennij tempore à communione abſtineant. ſi uèro idem ſponſus uel ſponſa in illo graui crimine non fuerint [m] deprehenſi, [n] excuſati [o] erunt parentes. ſi uerò in

Metus. & alias propter publicum ſocium non præſumitur quis metum paſſus in urbe: ut ff. quod met. cauſa. non eſt.

[a] Timendi. quia potius omnia mala debemus tolerare, quam malo conſentire: ut xxxij. q. v. ita ne.

[b] Conuicto. uidetur ergo quod confeſſio quã fecit quis in inſtrumento, præiudicet ei: ut extra de præſumpt. illud. & extra de transla. quanto. arg. contra C. de proba. nõ epiſtolis. Item argu. ꝙ confeſſio extra ius facta præiudicet: ut de exceſ. præla. quã ſit graue. ſed dic ꝙ perſtitit in hac confeſſione etiam cum uentum fuit ad iudiciũ: & ideo ſibi præiudicauit.

[c] Per benedictionem. Argu. quod ſi quis publice aliquẽ duxerit, & dicat ſe prius duxiſſe aliam, teneatur probare, quod cum omni ſolẽnitate dotis & benedictionis eam duxerit.

[d] Innocens. maxime. nam ſi ipſa fornicata fuiſſet, hoc tamen non poſſet ei obijcere Lotharius: cum & ipſe eſſet notorius adulter. r ij. q. j. ſcelus. extra de diuor. gaudemus. & cap. ſignificaſti. Vel dic cum Hug. quod hic parcit regis uerecundiæ.

[e] Appellauit. Argu. quod ter poteſt appellari in eodem negotio. ſic extra de appel. directe. ij. q. vj. omnis oppreſſus. licet. ar. contra ij. quæſtio. vj. ſi quis in quacunque. Sed poteſt dici, ꝙ pluries appellauit, id eſt, pluries uocẽ appellationis emiſit: ut extra de teſtib. cum tu fili.

[f] Innotuit. Nota quod per præcedentem proteſtationẽ probat ſequens metus: ut extra quod metus cauſa. perlatum. ſed non per ſequentem: ut C. eod. l. metum. tamen etſi non fuiſſet proteſtata, nihilominus admitteretur ad probandum metum: ut xv. quæſtio. vj. cap. j.

[g] Violentiam. Argu. quod confeſſio facta metu uel ui, nulli præiudicat. xxij. q. iiij. inter cætera. ſ. xv. q. vj. c. j. ſ. diſtin. 50. presbyteros. ſ. q. j. conſtat. xx. q. iij. præſens. ſ. vij. q. j. omnes qui. arg. xj. q. iij. quiſquis.

[h] Renouetis. Arg. quod idem eſt iudicium appellationis, & cauſæ principalis. argum. ij. q. vj. omnis oppreſſus. contra ij. q. vj. ſi quis epiſcopus. Arg. contra. vj. quæſt. iiij. Oſius. contra.

[i] Vod aũt. Hic intitulatur tertia quæſtio, an ſcilicet filij poſt ſpõſionem paternã poſsint cũ alijs contrahere: & quidem ſi ſponſalibus conſenſiſſent filij poſt ſeptennium, non licet alijs nubere. xxvij. q. ij. per totum. ſi tamen nupſerint, tenet matrimoniũ. extra de ſpon. duo. duobus. Si uero filij nõ cõſenſerint, uel ſunt intra ſeptẽniũ, non habent neceſſario ſponſalibus ſtare, nec illa ſpõſalia tenent. xxx. q. ij. ca. unico. conſulitur tamen filijs ut ſtent illis ſpõſalibus. extra de deſponſ. impub. tua. alias non obligat filiũ ſponſio paterna. ff. de uerbo. obl. ſtipulatio iſta.

[k] SI qui parẽtes. Pro nuptijs filiorum fidem præſtantes, & de cõſenſu filiorum.

[l] Fregerint. Non copulãdo eos, ſicut iurauerunt de conſenſu filiorum.

[m] Non fuerint. Quia copulari nolunt inter ſe, & non obſtante uoluntate parentum.

[n] Deprehenſi. Videtur hic, ꝙ ſi ambo parentes uellent ſe abſoluere, nõ poſſent: quod concedit H. ſed obſt. extra de ſpon. præterea H. dixit Alexandrum ibi non papaliter, ſed magiſtraliter reſpõdiſſe. Tu potes reſoluere plurale l ſingulare. ille enim punitur, per quem ſtat, quod non conſummatur matrimonium: ut extra de ſponſ. duo. duobus.

[o] Excuſati. Quo ad pœnam eccleſiæ, non quo ad reatum. ex quo enim operam dederunt, ne filij copularentur, peccauerunt mortaliter. arg. de pœn. diſtin. j. ſi cui. & uere excuſati debent eſſe quo ad pœnã, ex quo

V u factum

Cõfeſſio facta in inſtrumẽto, an præiudicet.

Imò uidetur qđ potuiſſet. l. ſi quæ illuſtris. C. ad orfic. et in authẽ. quomodo opor. epiſ. §. oportet col. j.

Appellare tertio licet.

Metus ꝓbatur per proteſtationẽ præcedẽtem.

Filij utrũ poſt parẽtum ſponſionẽ poſſint cum alijs contrahere.

Ca. 54. Licet parentes noluerint ꝙ iurauerunt. Hu.

factum eorũ per alios repræſentatur: quia ſi teneor aliquid facere, & alter id faciat etiam ſine mandato meo, hoc mihi prodeſt: ut ff. de uerb. oblig. cum ſeruus. Nam ſi mihi das pecuniam ut ſeruum manumittã, & alius eũ manumittat, hoc ſufficit mihi, ut ibi.

tu. arg. ff. de adulter. mariti. j̄. xxxiiij. q. ij. ego. paſſa eſt. tunc enim leno præſumitur, & de lenocinio accuſatur. j̄. ea. crimen. non tamen tenetur hoc caſu dimittere eam, ſed denuntiare debet eius crimen, ad pœnitentiam, ſiue occultum ſit, ſiue notorium eius crimẽ,

eodem fuerint uitio, & polluerint ſe conſentiendo, a ſuperior ſentẽtia ſeruetur. Ecce b ꝙ non licet parentibus ſponſalia filiorum ſuorum frangere. Verùm hoc de illis intelligendũ eſt, quæ illorũ cõſenſu cõtrahuntur.

CAVSA XXXII.

Qvidam uir cùm nõ haberet uxorem, quandã meretricẽ ſibi in coniugio copulauit: quę erat ſterilis, neptis ingenui, filia originarij: c quam cum pater alij uellet tradere, huic anus eam copulauit cauſa ſolius incontinentiæ. deinde hic pœnitẽtia ductus, ex ancilla propria filios ſibi quęrere cępit. poſtea de adulterio cõuictus, & punitus, quẽdam rogauit ut ui uxorẽ opprimeret ſuã, ut ſic eã dimittere poſſet: quo facto quandam infidelẽ ſibi copulauit, ea tñ conditione, ut ad Chriſtianam religionem tranſiret.

1 *Hic primùm quęritur* Q *an meretrix licitè ducatur in uxorem?*

2 *Secũdo, an ea quæ cauſa incontinentię ducitur, ſit coniũx appellanda?*

3 *Tertiò, cuius arbitriũ aliqua ſequatur an liberi aui, an originarij patris?*

4 *Quartò, ſi uiuẽte uxore liceat alicui filios ex ancilla quærere?*

5 *Quintò, ſi ea quæ uim patitur, pudicitiam amittere comprobetur?*

6 *Sextò, ſi adulter adulteram poſſit dimittere?*

7 *Septimò, ſi uiuente dimiſſa, aliã poſſit accipe?*

8 *Octauo, ſi infidelẽ ſub præmiſſa conditione licet alicui fideliũ in cõiugem ducere?*

QVAESTIO I.

Qvòd autẽ d meretrix in coniugiũ duci nõ debeat, multis authoritatib. & rationib. probatur, illa n. quæ adulterij rea conuincitur, niſi poſt peractam pœnitentiam in coniugij conſortium retineri non debet.

Vnde Ioannes Chryſoſtomus ait ſuper Matthæum capit. ix. †

Patronus turpitudinis eſt, qui uxorem ſuam adulteram dimittere noluerit.

CAN. I.

Sicut crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit uxorem: ſic fatuus eſt, & iniuſtus, qui retinet meretricem. Patronus e enim turpi-

a Conſentiendo. Dicunt autem quidam, ꝙ parẽtes poſſunt ſoluere ſponſalia filiorũ, ſicut poſſunt etiam ſacramẽtum. j̄. xxij. q. v. pueri. quod nego: quia ætas præfixa eſt, infra quam nõ poteſt puer iurare.

b Ecce. Imo & ſi ſine eorum conſenſu contrahunt, dare debent operam parentes. extra de deſponſa. impu. c. j.

Qvidam uir.

c Originarij. Id eſt, ſerui: ut patebit in ſequentibus: tamen originarios non dico ſeruos, nec aſcriptitios. Ioan.

d Qvod autẽ. Hic depingiũ prima quæſtio, an ſcilicet quis ducere poſſit meretricẽ & eſt dicendum ꝙ ſic, ſi ſpes habeẽ de eius correctione: ut j̄ c. ulti. & extra de eo qui dux. in matr. ſignificaſti. imo meretur qui eã ducit. extra de ſponſal. inter opera. Sed ſi non habetur ſpes de ea, forte non licite ducit: tenet tamen matrimonium. circa j̄. e. q. ſi quis uxorẽ. allegat tamẽ prius magiſter, ꝙ duci non poſſit: quia ex quo iam ducta eſt, dimittenda eſt ſi fornicetur: ut j̄. ea. c. j. ij. & iij. ergo à maiori, non eſt de nouo ducenda. hoc argu. habes extra de iureiu. cum. quemadmodũ, potiꝰ eſt ar. à deſtructione conſequẽtis.

e Sicut. Patronus. Hoc intelligo, cum ipſa non uult agere pœnitentiam: ut extra de adult. ſi uir. Item hoc intellige cum notorium eſt uxoris adulterium, nec iam ignorantiã ſuam obumbrare poteſt maritus. C. de adult. ſine me-

dum tamẽ probare poſſit. Et nota ꝙ in omnibus iſtis ca. nõ dicitur, ꝙ eã debet expellere, uel debitum denegare: ſed ſicut dixi, denũtiabit eccleſiæ crimẽ eius, & aget ad hoc ut illa pœniteat: uel agat ſi uult ad ſeparationem tori. Nunquid ergo ante ſententiam eccleſiæ tenetur ei reddere debitum? Hug. dicit ꝙ ſic: quia nunquã factũ ipſum (ut dixit) ſed ſententia priuat aliquẽ iure petendi debitum. Et eſt argu. pro eo extra ut lite pendẽ. laudabilem. xiij. q. iiij. nõne. xv. q. ulti. ca. ulti. xxxiij. quæſti. ij. ſeculares. xxxv. q. vj. multorum. & ſatis hoc probabile uidetur: quia nõ debet facere præiudicium marito, ſi requiſitus cognoſcat talem uxorem, ut poſtea non poſſit ipſam accuſare: quia tunc potius cognoſcit ab uxore, quam cognoſcat uxorem. Alij contrarium dicũt. Ego conſulo, quod non reddat, niſi ad mandatũ eccleſiæ, ne uideat approbare mores eiꝰ: ut ff. de adul. ſi uxor. in fin. Hoc autẽ certum eſt, ꝙ expellere eam non debet à ſe, etiã ſi notorium ſit eius crimen: ut extra de diuort. porro. niſi publice moraretur cũ adultero, uel niſi ipſa conuicta ſit per ſententiam, uel confeſſa ſit crimẽ in iudicio: ut j̄. ea. de benedicto. & extra de adult. intelleximus. & extra de diuor. ſignificaſti. quod autem in hoc ca. dicit uidet eſſe correctũ: ut C. de adult. auth. ſed hodie. ubi dicitur, ꝙ dam̃atã de adulterio poſſumus reſumere intra bienniũ: ut j̄. ead. quod autẽ &c. ſeq. ſed illud cũ ſpes eſt de correctione eius. j̄. ea. c. ul.

Si ſic ſolui creditori meo in cunctiter me liberas. ff. de neg. geſt. l. ſoluendi.

Originarij qui dicuntur.

Meretrix poteſt duci.

Maritus an poſſit uxorẽ criminoſam relinquere: uel an debeat eã accuſare.

† Homil. xxvj.

Quã

tudinis eſt, qui celat [a] crimen uxoris.

Item Hieronymus. †

Cauſa fornicationis, uir dimittat uxorem: non tamen adulteram ducat.

CAN. II.

DIxit dñs in Euangelio: Quicunq; dimiſerit [b] uxorem, niſi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatꝰ: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Sola fornicatio eſt, quæ uxoris uincit [c] affectũ: imò cum illa unã carnẽ i aliam diuiſerit, & ſe fornicatione à marito ſeparauerit, non debet teneri, ne uirũ quoque ſub maledicto faciat: dicente ſcriptura, Qui tenet adulterã, ſtultus & impius eſt. Vbicunq; igitur fornicatio eſt, uel fornicationis ſuſpicio, [d] liberè uxor dimittitur: & quia poterat accidere, ut aliquis calumniã faceret innocẽti, & ob ſecundã copulam nuptialẽ ueteri copulæ crimen impingeret: ſic priorem dimittere iubet [e] uxorẽ, ut prima uiuente, ſecundam nõ habeat.

Idem in epiſtola Pauli ad Corinthios.

Sola uiri fornicatio uxorem maculat.

CAN. III.

IN coniugio quis poſitus, quæcunque peccata fecerit, non propriã infuſcant coniugẽ, ſed fornicatio uxorem coinquinat, ut iã non ſit uiro ſuo licita, [f] ſed adultera.

Item Ioannes Chryſoſtomus.

Qui uxorem ſuam dimittere adulteram noluerit, duobus annis pœniteat, ſi ei debitum reddiderit.

CAN. IIII.

SI quis [g] uxorem ſuã inuenerit adulteram, [h] † & poſtea deinceps placuerit habere eã in matrimonio, duob. annis pœniteat, ideo, qꝛ cum adultera miſtus ſit, quæ adhuc crimine ſuo nõ eſt purgata: aut abſtineat [i] ſe à matrimonio eius donec expleatur [k] ſatisfactio criminis pœnitẽtiæ ſuæ, ideo qꝛ poſt ſatisfactionẽ pœnitẽtiæ nõ meretur uocari adultera. Similiter ſi uirũ ſuum uxor iuenerit adulterũ, nõ ad ĩparia [l] iudicabiẽ. ‡

[a] Qui celat. Hoc uerbum uitium notat. aliud eſt celare, aliud non indicare. [1] ff. de furt. qui uas. §. j.

[1] Vt ſ. ca. proxi. & §. ſi quis.

[b] Dixit dominus. Dimiſerit. Quod ſupple non licet.

[c] Vincit. Id eſt, ligat et impedit affectum. ut uxor etiam ſi uelit, de iure nõ poſsit exigere debitum à uiro. Idem eſt de uiro. Vel uincit affectum uxoris, id eſt, ſuperat & remouet affectum, qui debetur uxori & ſunt hæc uerba ſumpta ex. l. C. de repu. l. j.

† In commentarijs cap. xix.

Luc. 16. d

[d] Suſpicio. Hic uidentur excipi duæ cauſæ dimittẽdi uxorem: in Euangelio tantum excipitur una. ſed ꝙ hic dicitur, uel ſuſpicio forn. &c. nõ eſt cauſa dimittendi, ſed eſt modus probãdi cauſam dimittendi. quia per ſuſpicionẽ probatur fornicatio, adeo & uxor dimittitur ꝓpter ſuſpicionẽ fornicatiõis: ut hic, & in auth. ut li. ma. & auię. §. pe. col. 8. vñ pro eodem reputaẽ fornicatio, & fornicationis ſuſpicio. nam probata ſuſpicione, probata eſt fornicatio. qd eñ ſi tumeat uenter in cognitę à uiro ſuo? nõne certe erit fornicatiõis ſuſpicio? ij. quæ j. ſi peccauerit. [2] Vel ſi uir aliquot annis permãſerit in expeditione & rediens inueniat puerum anniculum. ff. de ijs qui ſunt ſui uel alie. iu. filium? Gan. dixit Hiero. male excepiſſe hic duas cauſas dimiſsionis. Sed huic c. obſtat. ij q. j. multi. & q. ij. in ſcripturis. & vj. q. j. oues. in quibus dicitur, ꝙ omnis ſuſpicio potius eſt repellenda quam probanda. Sed diſtingue triplicem ſuſpicionem, probabilem, temerariam, & uiolẽtam: ut dixi. ij. q. j. ca. j. hic ergo de uiolenta ſuſpicione loquitur. Sed quæro ſi contra mulierem probata ſit uiolenta ſuſpicio, an ipſa admittatur quod probet in contrarium? Argu. ꝙ ſic. xxxv. q. iij. extraordinaria. ubi dicitur quòd contra uiolentiſsimam præſumptionem admittitur probatio, imo etiam ſimplex iuramentum. Reſpond. ꝙ bene admittitur probatio per teſtes, ſed non per ſimplex iuramentum: ut ĩ. xxvij. q. nec aliquæ. arg. xxij. q. v. hoc uidetur.

Fornicationis ſuſpicio an ſufficiat ad uxorẽ dimittendum.

[2] Adde ꝺ modo ꝓbãdi adulteriũ, per gl. & Bar. ĩ l. 1. §. ſi. & in l. ꝙ ait. & l. capite quinto. §. j. ff. de adult.

Suſpicio triplex.

[e] Iubetur. Hoc uerbum iubetur, non reſpicit, quod præcedit, ſed quod ſequitur.

[f] In coniugio. Licita donec uir egerit pœnitentiã. Et ſic patet quod ſi alter coniugum adulteratur, reliquus perdit ius exigendi, ſed ſecundum H. delinquens tenetur alteri reddere debitum: ut nota. ſupra eadem. capitu. j. Sed obijcio tibi qui dicis, quòd fornicanti non tenetur alter reddere debitũ: mulier quæ fornicatur, perdit ius petendi debitũ, ſimiliter uir nõ habet ius petendi debitum in tali muliere. Delinquit ergo cognoſcẽdo eã ut hic dicitur, & infra capitu. proxi. ſi ergo mulier petat debitum à uiro, & uir excipit contra eam quia perdidit debitum, ipſa poteſt replicare, qđ & ipſe ſimiliter perdidit debitum. extra de diuor. ſignificaſti. unde uideẽ ꝙ cum effectu poſſit mulier petere debitum: ſed nõ eſt ita: quia ſi mulier triplicauit, uir poteſt quadruplicare, & dicere, ego ex tua culpa perdidi.

Vxore adulterante, an perdat uir iꝰ exigendi debitum.

[g] SI quis. Hoc c. intelligit H. cum adulteriũ uxoris eſt notorium uel ẽt publicum [3] per ſententiam, uel quia in iure confeſſa eſt, & ita condemnata, nec tamen deſiſtit adulterari, & uir ei commiſcetur incorrigibili. Recte igitur intelligatur cum crimen eſt ita manifeſtum, quod prætextu ignorantiæ, &c. ut dixi ſ. e. c. j.

† Adde ꝗ ſit pœna mulieris cõmittẽtis adulteriũ not. in l. quoniam Alexandrũ. & in authẽ. ſed hodie. C. de adulterijs.

[3] Vt quia publice moratẽ cũ adultero. Hugo.

[h] Adul eram. Nec ab adulterio deſiſtentem.

‡ Alias indicantur.

[i] Aut abſtineat. In ſequenti capitulo ſi quis uxorem. eſt &, ſed legas aut pro &, & erit una pœna. Vel ibi lege & pro aut, & erunt duæ pœnæ ſub alternatione, ut aut pœniteat duobus annis, aut non exigat debitum ab eo donec peregerit pœnitentiam.

[k] Expleatur. Vel ſaltem inchoetur. nam ſi uoluerit eam ſibi reconciliare, etiam intra tempus pœnitentiæ ab ea poteſt exigere debitum: ut extra de diuor. ſignificaſti. & de furt. ex literis. in ſi. extra de eo qui cog. conſang. c. ueniens.

[l] Ad imparia. Hoc quo ad debitum [4] non exigendum, donec alter pœniteat. Similiter non ad imparia iudicantur quo ad debitum reddendum, quo ad diuortium, quo ad accuſationem. ĩ. ead. quæſtione. v. præcepit. & cap. Chriſtiana.

[4] Vt 23. q. 5. §. ex præmiſsis uideas.

Subauditur. Hæc eſt ij. pars q. In qua probat per viij. c. quod meritorium eſt uiro eam, ſcilicet meretricem poſt pœnitentiam retinere. Io. de Fant.
a Subauditur. Reſpicit hoc quod dicit in ca. ſicut. ubi dixit qui retinet.

2 *Subauditur,* a *niſi ab adulterio mulier recedere uoluerit: quo caſu, uxorem ſuam uir recipere poteſt, nullum periculum ei illaturus.*

Vnde Pelagius Papa Mello ſubdiacono.

Poſt pœnitentiam adulterij, uxorem uir poteſt recipere.

CAN. V.

DE benedicto quoq; quem uxorem alienam iudicaſti facinoroſo ſuſtuliſſe ſpiritu, & ĩ ſuũ hactenus præſumere detinere conſortium: ſi hoc rerum ueritas habet, iubemus experientiæ tuæ ut eum cum ipſa quoq; adultera diſtrictè non differas mactare, b & caluatos c ab inuicẽ ſeparare, & illum quidem ad Lucium defenſorẽ in Apuliæ prouinciæ patrimonium ſine dilatione migrare. Illam uerò, ſi quidem maritus ſuus ſine dolo aliquo forte accipere uoluerit, tua ordinatione ſub cautela d recipiat: nullũ ei dũtaxat de cætero ſimile committenti periculum illaturus. ſi uero omnino eam recipere e noluerit, in alium f quendam locum in quo ei non liceat malè uiuere, prouida eam diſpenſatione conſtitue.

Item ex pœnitentiali Theodori.

Qui adulteræ debitum reddit, tribus annis pœniteat.

CAN. VI.

SI quis uxorẽ ſuã ſcit adulterã, & nõ uult dimittere, ſed ĩ matrimonio habere: tribus annis pœniteat, & quandiu pœnitet, abſtineat ſe ab illa.

Item Auguſtinus ad Pollentium libro iij. †

Adulterio purgato per pœnitentiam, poteſt fieri reconciliatio coniugij.

CAN. VII.

QVod autem tibi durum uidetur, ut poſt adulteriũ reconciliet̃ coniunx: ſi fides g adſit, non erit durum. Cur.n. adhuc reputamus adulteros, quos credimus uel baptiſmate ablutos, uel pœnitẽtia eſſe ſanatos? Hæc crimina in ueteri lege nullis ſacrificijs mundabant̃, h quæ in lege noui teſtamenti ſine mundatione legali i mũdant̃: & ideo tũc omnino prohibitũ eſt, ab aliquo contaminatã accipere uxorẽ, quamuis Dauid k Saulis filiã, l quã pater eiuſdẽ mulieris ab eo ſeparatã dederat alteri, tanquã noui teſtamẽti p̃figurator m ſine cũctatione receperit. Nunc autem poſteã quàm Xp̃s ait adulteræ: Nec ego te cõdemnabo: uade deinceps noli peccare: qs nõ intelligat maritũ debere ignoſcere, qđ uidet ignouiſſe Deũ amborum? nec iam ſe debere adulteram dicere, cuius pœnitentis n crimen deletũ eſt à Deo.

Item de adulterinis coniugijs. †

b DE Benedicto. Mactare. Id eſt, punire.
c Et caluatos. Pannis abſciſſis. i. dehoneſtatos & tonſuratos, ſicut moris eſt in quibuſdam locis: quia ueſtes & capilli inciduntur eis in ignominiam ante & retro.

Vxor à uiro ſeparata, ſub qua cautione eſt ei reſtituenda.

d Sub cautela. Cũ nõ dicatur his quæ cautio præſtari debeat à uiro, uidetur qđ nuda ſufficiat: cum talis cautio ſit miſſima dicatur: ut ĩ. de conſec. diſtin. iiij. primum. arg. ad idem. ĩ. xvij. quæſt. ij. ſi quis incognitus. nomen enim cautionis per ſe poſitum, nudam promiſſionẽ deſignat. C. de uerb. ſign. ſancimus. Solu. ſi mulier nihil allegat de ſuſpicione uiri, dico ſufficere nudã promiſſionẽ. ſi autem dixit eum eſſe ſuſpectum, oportet ut idonea cautio ei præſtetur, ſcilicet fideiuſſores, uel pignora, uel etiam iuramentum ſi forte illud magis timet uir. ut xvij. q. iiij. metuentes. ſi uero tanta ſit ſæuitia uiri, ut nulla cautio uideatur ſufficere: tunc non eſt ei reddenda, ſed alicui honeſtæ matronæ cõmittenda: ut extra. de reſti. ſpol. ex tranſmiſſa. & extra eo. titu. literas. in fin. quia ſatiſdatio maleuolum propoſitum non mutat: ut inſtit. de ſuſpe. tut. §. ulti.

Cautionis nomẽ nudam promiſſionẽ deſignat.

e Vbi de hoc & extra de pigno. c. ul. in gl. ij. & extra. ut lit. non cõteſt. quoniam. §. ſi alijs in gl. & c. eo. &c.

e Recipere. Non enim erit compellendus eam recipere cum alij adhæſerit. extra. de diuor. ſignificaſti. & poteſt monaſteriũ ingredi ea uiuente: ut xxvij. quæſtione ij. Agathoſa.
f In alium. Pœna adulterij, etiam ſecundum leges commutata eſt in intruſionem monaſterij. C. de adulter. authentica, ſed hodie.
g QVod autem. Si fides. Id eſt, credulitas, ſcilicet ut credantur peccata per pœnitentiam deleri: uel fides, id eſt, certitudo & ſpes correctionis continentiæ eius.
h Mundabantur. Quo ad pœnam temporalem: imo ſola uenialia dimittebãtur per ceremonialia. de pœ. di. vj. c. j.
i Sine mundatione legali. ſed ſola pœnitentia.
k Quamuis. Dauid. Hiſtoria legitur in li. Regum quod Saul dixit ad Dauid, Quicunq; mihi centũ præputia Philiſtinorum portabit habebit filiã meam. Dauid autẽ ducentos Philiſtæos occidit, & eorũ præputia præſentauit Sauli: & ſic filiam ſuam Michol accepit in uxorẽ, proceſſu autem temporis fugit Dauid à facie Saulis: & tunc uxorem Dauid dedit Phalthi filio Lais. Deinde mortuo Saule, cum filius ſuus Hiſboſeth redargueret Abner principẽ militiæ de cõcubina patris ſui, indignatus eſt cũ eo. unde Abner reconciliatus eſt cum Dauid & Michol uxorem ſuam ſibi reduxit: & ſecutus eſt eã Phalti uir ſuus, plorans uſque Bahurim. nõ enim cognouerat illã, eo quod illa diligens Dauid ſemper triſtis extiterat.

† de adulteri. cõiugijs. li. ij. c. vj.

1. Re. 18. c

l Saulis filiam. Scilicet Michol.
m Præfigurator. Præfigurauit quod mulier poſt pœnitentiam debeat uiro reconciliari. xxxj. quæſtio. j. §. ſed obijcitur.

Ioan. 8. b

n Pœnitentis. Videtur ergo quòd non poſſit mulier de adulterio accuſari poſt pœnitentiã, quod falſum eſt. ĩ. 33. q. ij. admonet. ſed poſt baptiſmũ non, ut uidetur: quia ibi plenior ſit remiſſio, quo ad omnem pœnam, etiam temporalem. argu. de conſec. diſt. iiij. ſine pœnitentia

† cap. in lib. ij.

Arg.

Arg.contra extra de diuor. gaudemus. Sed dic, quod licet excipi poſsit de adulterio primo commiſſo poſt bapciſmum, non tamen accuſari quia exceptio eſt fauorabilis, accuſatio eſt odioſa.ij.quæſtione vij. accuſatio. do non ſtat calumnioſe:ut ff.de inter.acti. de ætate.§.ulsi. Arg.contra.extra de conceſ. præben.& eccle.nōua.poſt electionem.& extra ut eccle.bene. ut noſtrū. & iiij.q.iij.item qui falſo.

De eodem.

CAN. VIII.

NOn erit turpis neque difficilis etiam poſt patrata, atque purgata adulteria, reconciliatio coniugij: ubi per claues regni cælorū non dubitatur fieri remiſsio peccatorum: non ut poſt uiri diuortiū adultera reuocetẽ, ſed ut poſt Chriſti cōſortiū adultera nō uocetur.

Item Ambroſius. †

Cùm fornicationis uitium excluditur, caſtitatis uirtus adſciſcitur.

CAN. IX.

CVm renuntiatur [b] improbitati, ſtatim adſciſcitur uirtus. Egreſſus enim malitiæ, uirtutis operatur ingreſſum: eodemque ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

Item Gregorius. †

Non habetur fallax apud Deum, qui ad ueritatem pœnitendo reuertitur.

CAN. X.

APud miſericordem nanq; iudicem, nec ille fallax habebitur, qui ad ueritatẽ reuertitur [c] etiam poſtquam mentitur: qa omnipotēs Deus dum libenter noſtrā pœnitentiam ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio hoc quod errauimus abſcōdit. Quòd ſi in adulterio perſeuerare elegerit, patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, niſi eam adulterij ream facere uoluerit. Vnde in ix. libro C.de adulter.& ſtupro. Imperatores Verus & Antoninus. †

Crimen lenocinij contrahūt, qui deprehenſam in aduterio uxorem [d] in matrimonio detinuerūt: non qui ſuſpectam habuerunt adulteram. Hoc in mulieribus non obtinet. non enim eis permittitur maritos ſuos adulterij reos facere. Vnde in lib. eod.& tit.eo.

Iidem Imperatores. †

Publico iudicio nō habere mulieres adulterij accuſationem, [e] quamuis de matrimonio uiolato quæri uelint, lex Iulia declarat: quæ cum ma-

Adultera etiā poſt pœnitentiam accuſari pōt.

[a] NOn erit. Adultera. Manens.

[b] CVm renuntiatur. Si enim per ianuam peccati intrat diabolus, ſtatim Chriſtus recedit. de pœni. diſt.ij. ſi enim inquit. Et argue quod infuſionẽ gratiæ præcedit remiſsio peccatorum naturaliter, id eſt, in intellectu, ſed tamē tēpore ſimul ſunt. ſic ergo pri⁹ deſinit qs eſſe uitioſus, quā incipiat eſſe uirtuoſus. xxiij.qō.iiij.qd faciet. Bonus enim & malus ſimul aliquis eſſe nō poteſt. de pœnit.diſt.j.§. ſi autem. arg.ff.de hæred.inſti.quoties.§. ſi quis ita dixerit. Item. nec poteſt qs eſſe in medio ſtatu: quia omnis qui nō diligit, odit, ut de pœnit.diſt.ij.§.quicunque ab illa originali. in ſi. Sed obijcitur, nōne peccatum dimittitur pœnitenti? quod ſi eſt ita, cum habēti peccatū dimittatur peccatū: ergo pœnitens eſt peccator. & ita uidetur q uirtus & uitium ſimul ſint, uel aliquo tempore intermedio ſit quis ſine adulterio: quod ſtare nō poteſt Lauren. Ego dico omnes quæſtiones tales eſſe duplices, iſti infunditur gratia, iſti dimittuntur peccata. eſt enim infuſio compoſita & ſimplex: ſicut hæc eſt duplex, lupus egreditur ſyluam. ſi enim intelligatur de compoſita egreſsione utraque iſtarum eſt uera, lupus egreditur ſyluam: lupus eſt in ſylua. Secus ſi de ſimplici egreſsione. ſimiliter utraq; iſtarum eſt uera: iſti infunditur gratia: iſti remittitur peccatum. ſimiliter hic diſtinguendum eſt: hæc res pſcribitur ante xxx. ann. hæc res non pſcribitur ante xxx. annum.

Bonus & malus qs ſimul eſſe nō poteſt.

† lib. ij. de Cain & Abel.c.4.

† Homi. xxix. euāgeli.

[c] APud miſericordem. Reuertitur. Si ergo iuraui me ad diem certum ſoluturū pecuniam: licet poſt ſoluam, non peiero: quia iam ad ueritatẽ redeo: ſicut ſi ſub pœna promiſi aliquid, nec ſolui, pœna cōmiſſa eſt: ſi tamen poſt ſoluo, liberor à pœna. ff.de arbit.l.ulti. Quando pœna committatur, uel quando purgetur, not. in di.domini mei. [1] Hug. Item eſt hic arg. quod aliquis poteſt mutare confeſsionem ſuam, maxime incontinenti: ut extra de teſt.cog. præterea. uel antequam ſit ſcripta. extra de cenſi. olim. dummo

Iurans ſoluere certo tpe ſi poſt ſoluit nō eſt periurus.

[1] De hoc nota. ff. ſi quis caut. l.& ſi poſt in gl. ipſo iure.

[d] Vxorem. Non tamen pœnam adulterij ſuſtinet, q matrimoniū ſuū contemnit, & uxorẽ delinquere patitur, & contaminatione non indignatur: ut ff. de adult.l.ij.§.lenocinij. Crimen autem lenocinij pluribus modis committitur. committit lenocinium, qui quæſtuaria mācipia habet: quia nō eſt hoc minus, quā pprio corpore quæſtum facere: ut ff.de ritu.nup.l.palam §. lenociniū. Item eſt etiam leno, qui ſcienter ducit damnatā adulterā uel qui reconciliat ſibi adulteram: ut C.de adulte. l. caſtrati. uel q ſcienter tenet adulterā: ut hic. uel q recipit pecuniā p adulterio uxoris ſuæ: ut ff.de adult. l.ij.§.lenocinij.

Lenocinium multāpliciter cōmittitur.

† cap. xj

[e] Accuſationẽ. ſed non uſquequaq; negatur mulierẽ poſſe uirum accuſare, [1] ſed dicitur nō æquo modo cum uiro accuſationem de adulterio poſſe proponere. unde recte ſubditur: Nō idem priuilegium, &c. uir enim iure mariti ſcilicet ſine inſcriptione, ſine metu calumniæ, intra lx. dies utiles mulierem de adulterio accuſat: ut iiij. quæſtio. iiij. §.aliquando. quod non facit mulier. alias uir & mulier ad paria iudicantur: ut j.ead.q.v.præcepit. & ca. Chriſtiana. & ſ. ead.q.ca.ſi quis uxorem. ſed poſt ſexaginta dies non poteſt eam niſi iure communi accuſare: niſi abſens ſit propter rempublicam: quia tunc admittitur, & reſtituitur ad illos ſexaginta dies. Et eſt iſte caſus ſpecialis, in quo maiores reſtituuntur, & non minores. ff.ex quib. cau. maio. ſi qua militi. ff.de adult. miles.§.quidam.& ff.de mino.auxilium. Sed q hic dicitur, non uidetur tenere ſecundum iura noſtra: nam ſicut maritus uxorem, ſi uxor maritum licite accuſat, & inſcribit contra eum, & obligat ſe ad pœnam talionis: & hoc quando coram ſeculari iudice agit. ſed ſi agit coram eccleſiaſtico, non inſcribit: ut extra de procur. tuæ & lex idem uidetur dicere in authen. ut liceat matri & auiæ.§.quia uero. & §.cauſas. colla.viij. Miror tamen, quare Inno. dicat, quod coram ſeculari iudice ſit inſcribendum: cum hodie pœna ſecularis commutata ſit in eccleſiaſticam pœnam: ut C.de adulte. auth. ſed hodie. unde etiam ſecundum

Accuſare ſe poſſunt mutuo uir & uxor de adulterio.

† ca.xij

[1] Adde q mulier ad effectū pœnæ imponendæ uiro ad ſeparationẽ tori poteſt maritū accuſare no. Cy. in l.j. C. de adulte. Spe. in eo. tit. uerſic. ſed nū quid.

ſeculis iure mariti accuſandi facultatem detuliſſet, non idem [a] fœminis priuilegiũ [b] detulit.

Si ergo (ut ex his colligitur authoritatibus) adulteram retinere nulli permittitur, multò minus in coniugium duci licebit, cuius pudicitiæ nulla ſpes habetur. debet.n. inter coniuges ſeruari fides & ſacramentum: quę cum defuerint, non coniuges, ſed adulteri appellantur.

Vnde Auguſtinus ſcribit contra Iulianũ lib.j.

Veritas nuptiarum non conſiſtit in commiſtione maris & fœminæ.

CAN. XI.

NOn.n. in ſola (ut deliras) commiſtione maris & fœminæ nuptiarum ueritas eſt, quamuis ſine illa commiſtione nuptiæ filios procreare nõ poſsint: ſed alia ſunt ad nuptias propriè pertinentia, quibus ab adulterijs nuptiæ diſcernuntur, ſcilicet, ſicuti eſt tori coniugalis fides, & cura ordinatè filios procreandi: & (quæ maxima eſt differentia) bonus uſus mali, [c] hoc eſt bonus uſus cõcupiſcentiæ carnis: quo bono adulteri malè utuntur. Hæc ſunt bona, quibus commendantur nuptiæ, & ab illicito uſu diſcernuntur.

Econtra uerò Ambroſius improbare nuptias uidetur dicens:

Primæ uel ſecundæ nuptiæ hac authoritate improbari uidentur.

CAN. XII.

NVptiæ terram implent, uirginitas [d] paradiſum. Sed hoc intuendum eſt, dũtaxat iuxta Hebraicam ueritatẽ, quod ſcriptura in primo & tertio & quarto & quĩto die & ſexto expletis operibus ſingulorum dierum dixit, Et uidit Deus, quod bonum eſſet, in ſecundo uerò die hoc omnino ſubtraxit: nobis intelligentiam tribuens non eſſe bonum duplicem numerum, qui ab unione diuidat, & pfiguret fœdera nuptiarum. Vñ [e] & in arca Noe oĩa animalia quęcunq; bina ingrediuntur, immunda ſunt: [f] impar numerus eſt mundus: [g] quanquam in duplici numero intelligatur & aliud ſacramentũ, [h] quod nec in beſtijs quidem & immundis auibus bigamia comprobata [i] ſit. bina enim & bina ingrediuntur immunda, & ſeptena quæ munda ſunt: ut haberet [k] Noe poſt diluuium, quod impari numero...

leges dico quod uxor poſsit accuſare uirum, cũ tantum eccleſiaſtica ſit pœna adulterij. ſed dic quod ideo & hodie tenetur uir inſcribere, quia ingreſſus in monaſterium morti æquiparatur. [1] Vel dic, quod licet commutata ſit pœna adulterij quãtum ad mulierem, non tamen quantũ ad uirum. Sed eſto quod uir accuſat mulierem, & ſuccumbat, [2] ex quo uir obligauit ſe ad pœnam talionis, & nõ probat: ergo & uir cõdemnabitur ſicut mulier cõdemnaretur, ſi eſſet conuicta ſed mulier conuicta detruderetur in monaſteriũ: ergo & uir. & ſic aliquis cogitur recedere ab uxore ſua abſque cauſa fornicationis. ſecũdum hoc quicũque uult ſeparari ab uxore ſua, accuſabit eam: ut cum ſuccubuerit, poſsit recedere ab ea: & ſic alia uia eſt conſecutus quod deſiderauit: quod eſt contra id xxxiij. quæſtio. v. hæc imago. extra de procur. tuæ. Reſpon. bene cõcedo, quod eodem modo condemnatur uir, quo mulier. Mulier enim non cogit intrare religionem, niſi uiro placuerit: ſic nec uir condemnatus cogitur intrare religionem, niſi muliert placuerit. Vel intellige quod dicit decretalis, quod debet inſcribere, uerũ eſt. quãtum ad hoc, ut lucretur donationem ꝓpter nuptias uel dotem.

[a] Non idem. id eſt, iure mariti. Vel nõ idem, id eſt. nullum priuilegiũ apud ſecularem iudicem.

[b] Priuilegiũ. Quidam domini dicũt, quod etiã uxor uirum accuſare poteſt de adulterio, [3] ſed nõ cum priuilegio: quia tenebitur ad talionem: & hoc innuit hic. Alij dicunt, quod non poteſt, ut Ioan. & intelligunt authenticas illas, per quas dicunt ueteres leges eſſe abrogatas, in authen. ut frat. filij. §. ult. collatio. ix. & in authen. ut liceat matri & auiæ. §. quia uero. & §. cauſas. collatio. iiij. in quibus uidetur, quod æque uxor uirum, ſicut uir uxorem poteſt accuſare per illam legem. C. de repu. conſenſu. ut tum ægritũd.

[1] Vt not. xvj. qõ. j. placuit. ij. C. de epiſco. & cle. Deo nobis. Arch.

[2] Adde qualiter puniatur ſuccumbẽs in accuſatione adulterij. not. gl. & Bartol. in l. quam uis. in uer bo, ulla ſio C. de adul.

[3] Dic quod hic ad eſſectũ pœnæ imponendæ uiro ad ſeparationem tori, non pœnæ legalis. cõcord. not. per Cy. in l. j. C. de adulte.

ſeparationem tori, ut lucretur donationem propter nuptias, non tamen ut uir in corpore puniatur, & ad hoc tantum agitur ſecundum canones.

[c] NOn enim. Vſus mali. id eſt, pruritus concupiſcentiæ. Et nota quod ſunt quatuor ſpecies uſus. Eſt bonus uſus boni: ut integritas quæ Deo uouetur. Eſt & malus uſus boni, cum quis cõtinet propter humanã gloriam. Eſt bonus uſus mali, sicut continentia uel utitur circa matrimonium. Eſt & malus uſus mali, cum quis fatigatur ad meretrices: ut ead. quæſtio. iiij. meretrices.

Econtra uero. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua laudat & præfert uirginitatem matrimonio: non tamen improbantur nuptiæ. ita intelligas ſequẽtia. cap. Io. de Fant.

NVptiæ terrã implent.

[d] Virginitas. Non ideo hoc dicit, ut ſolæ uirgines habeãt paradiſum: ſed quia faciliùs. argu. j. pro xi. cauſa. q. v. qui fecit. Vel quia uirginitas eſt ſoror angelorũ, ubi omnes erunt uirgines, uel continentes: neq; nubent, neque nubentur: ut xxxj. q. j. quod ſi.

[e] Vnde. Scilicet ad oſtendendum quod binarius numerus nõ bonam habet ſignificationẽ, ſed ſignũ diuiſionis & reprobationis.

[f] Immunda ſunt. Animalia immunda uocauit Moyſes in lege animalia, quæ non ruminabant, ut porci, quæ non habebãt ungulas ſciſſas, ut equi: & in natantibus quæ non habebant ſquamas: & generaliter quæ lex comedi prohibuit.

[g] Impar numerus eſt mundus. Id eſt, ſub impari numero ingrediuntur munda in arcam.

[h] Et aliud ſacramentum. Ab illo ſcilicet, quod, &c.

[i] Comprobata. Senſus eſt, Adeo reprobatur bigamia, quod nec etiam in beſtijs immundis inueniebatur cum quo bigamia contrahi poſſet, ſi alter comparum moreretur.

[k] Vt haberet. Reddit rationem, quare munda ſunt ingreſſa

Vſus quatuor ſpecies.

Geneſ. j. & Eccle. 39. c

Virginitas ſoror eſt angelorum.

Animalia immunda quæ dicebãtur eſſe.

ingreſſa ſub impari numero ut ex illis poſſet aliquid offerre. ubi enim paritas eſſet, ibi non poterat diuidere maſculum à fœmina.

e Socie̅tur. Societas enim inter bonum & malum cõtrahi poteſt, ut ex ſocietate boni malus ædificetur: ſicut emptio ueneni ualet, ſi tale ſit quod adiectione alterius materiæ uſui eſſe poteſt. ff. de contrah. empt. quod ſæpe. §. ueneni.

mero ſtatim Deo poſſet offerre.

Verùm hoc ad exhortationem, non ad neceſsitatem obſeruandæ uirginitatis refertur.

Vnde idẽ Ambro. ait. †

Virginitas conſilio ſuadetur, non ex imperio præcipitur.

CAN. XIII.

INtegritas corporis expetenda a nobis eſt: quã ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt[a] enĩ uirginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis uoti[b] quàm præcepti eſt.

4 *Cùm ergo ĩ meretrice (ut diximus) nulla ſit ſpes fidei, nulla certitudo pudicitiæ, patet ꝙ non eſt in coniugiũ ducenda. Sed obijcitᷣ, Rhaab Hiericõtina quãuis eſſet meretrix, tamẽ principi de tribu Iuda eſt copulata coniugio: de qua ẽt Chriſtus poſtea naſci dignatus eſt. Oſee quoq; duodecim prophetarũ primus[c] ex præcepto dñi coro hordei[d] meretricẽ emit, quam ſibi in cõiugio ſociauit. Sed aliud eſt meretricẽ ducere, uel adulterã retinere, quã tua conſuetudine, caſtitate & pudicitia exornes: atq; aliud eſt aliquã earũ habere, quam nullo pacto à luxu carnis ſuæ reuocare ualeas. Hoc. n. penitus prohibetur, illud laudabiliter factũ legitᷣ.*

Vnde Hieronymus ſuper Oſeæ libro j. †

Non eſt peccatum meretricem ducere uxorem.

CAN. XIIII.

NOn eſt culpandus Oſee propheta, ſi meretricem quam duxit, ad pudicitiã cõuertit: ſed potius laudandus, ꝙ ex mala bonam fecit. Non enim qui bonus permanet, polluitur ſi ſocietᷣ[e] malo: ſed qui malus eſt, in bonũ cõuertitur, ſi boni exempla ſectetur.[f]

Ex quo intelligimus, nõ prophetam perdidiſſe pudicitiã fornicariæ copulatũ: ſed fornicariã ſumpſiſſe pudicitiam, quã antea non habebat.

QVAEST. II.

1 *QVod autẽ nõ ſit uxor, q̃ ſola cã incontinẽtiæ ducitur, hinc uidetᷣ probari poſſe, quia cõiugium propagationis nõ explẽdæ libidinis cauſa à Deo ĩſtitutũ eſt. Hæc nanq; fuit benedictio[g] in coniugijs Creſcite & multiplicamini.*

Vnde Ambroſius ſuper Lucam. †

Ro quare mũda animalia impari numero arcã Noe ingreſſa fuerint.

Verũ hoc. CASVS. *Quia Ambro. uidebatur dicere quadam quæ uidentur improbare nuptias: ideo Grat. dicit quo caſu intelligãtur: ſ. de conſilio: ad quod inducit ſequens cap. cuius caſus patet.*

a Integritas. Sola eſt. Hæc dictio ſola, dterminat hoc uerbũ ſuaderi. i. ſolũmodo ſuaderi poteſt: (imperatᷣ enim fides, ſpes, charitas, humilitas) niſi aliq feciſſent ſibi præiudiciũ uel uouendo, uel ſumendo ſacrũ ordinem. xxvij. qõ. j. ut lex. qñque etiã imperatur continẽtia ratione delicti, ut in pœnitentibus, uxoricidis & inceſtuoſis ut dixi. ſ. cã proxi. q. j. in princi. & ca. ſicut.

† lib. de exhortatione uirginũ.

Continentia ratione delicti quandoq; imperatᷣ.

b Voti. Argu. ꝙ monachi uel canonici, non poſſunt inuiti cõpelli ad diſtrictiorẽ uitã: quia res eſt magis uoti, quã præcepti, & magis liberæ uolũtatis quam coactionis. arg. diſ. lxxiiij. c. ij. & xx. q. iij. præſens.

Monachi an poſsint ad uitam ſtrictiorẽ compelli.

Ioſuæ 2. & 6.

Cũ ergo. Hæc eſt quarta pars q. ĩ qua ſoluit magiſter & dicit, qđ ſi deſinit meretrica: i, põt duci uxor: alias non. Ioan. de Fant.

Oſeæ 1. a & 3. a

c Primus. Non ratione temporis: ſed ordinis. liber enim primus ponitur inter xij. prophetas.

d Hordei. Et xv. argenteis et dimidio coro tritici. Io.

NOn eſt culpãdus.

CASVS. *Excuſat Hiero. in hoc ca. Oſeæ contrahentem cum meretrice, dicens eum propter hoc non eſſe culpandum, ſed potius laudandum, quia malam conuertit in bonam: nec corruptus eſt ex ſocietate fornicariæ, ſed fornicaria pudicitiam aſſumpſit.*

Societas inter bonũ & malũ contrahi poteſt.

f Sectetur. Argumentum quod malum additum bono, non corrumpit illud, ſed potius ſumit naturam boni. arg. ĩ. ead. q. ij. quicquid. & extra de conſec. eccle. quod in dubijs.

† cap. vij.

QVod autem. Hęc quæ diuiditur in ſeptem partes, in prima quarum uidetur probare ſuperficialiter, quod cauſa incontinentiæ inducta non eſt uxor, quia honor eſt mulierum filios procreare. Secunda ibi, His ita. Tertia ibi, Non autem. Quarta ibi, Sic econtrario. Quinta ibi, De his. Sexta ibi, Cum ergo qui aliquam. Septima ibi, Cum ergo dicitur. Io. de Fant.

Quod autem. Hic depingitur ſecunda quæſtio an ſit illa cõiunx quæ cauſa incõtinentiæ ducitur? Et quidẽ eſt, non ſecundum primam inſtitutionem matrimonij factam cauſa prolis tantũ, & gratia multiplicandi generis humani, ſed ſecũdum ſecundam inſtitutionem factam poſt peccatum uitandæ fornicationis cauſa: & utraque inſtitutio facta eſt in paradiſo. Prima ante peccatum: ſecunda poſt. Attribuitur tamen ſecunda apoſtolo: non quia ipſam fecit. ſed quia ipſam eſſe factam oſtendit: & ne in poſterum ab hæreticis in dubium reuocetur, in ſcriptis redegit: ſicut etiam Hieronymus ſecundas nuptias conceſsit. ĩ. xxj. q pri: ma. aperiant.

Coniunx ẽ, quæ cã incontinẽtię ducitur?

† ca. ĩ. in cõmẽtarijs.

Geneſ. 1. c

g Benedictio. Et fuit facta ĩ paradiſo. xxvj. di. deinde: tunc fuit præceptũ, ut ibi dicitᷣ. eodem modo præceptũ fuit cum dicebatur: Maledictus qui nõ reliquerit

De hac materia nota ĩ. xi. cauſa. q. j. Deus maſculũ.

Matrimonium quãdoq; fuit de præcepto.

rit ſemen ſuper terrã. hodie tñ eſt conſiliũ, niſi quo ad reddendum debitum. xxiij. quæſ. quarta. apoſtolus.

PVdor eſt fœminis. CASVS. Beneuen. ſic ponit hunc caſum. Cũ prima inſtitutio nuptiarũ fuit cauſa prolis habendæ, quodã modo pudor coniugata reputatur filios nõ habere. unde non fuit mirum ſi diabolus credebat Mariam eſſe corruptã, cum uideret eam prolẽ habentem: quæ eſt præmium nuptiarum. Sola, id eſt, præcipua. Eſt, id eſt, eſſe debet.

Partus fœminarum, eſt eis ſola cauſa nubendi.

CAN. I.

PVdor a ẽ fœminis, nuptiarum præmia non habere, quibus hæc ſola b cauſa eſt nubendi. Idem: Dũ coniugij præmiũ, & gratia c nuptiarũ partus ſit fœminarum, non mediocris cauſa eſt, ut uirginitas Mariæ falleret d principẽ mundi. e

Qui ergo non cauſa procreãdæ ſobolis, ſed explẽdæ libidinis ſibi inuicẽ copulantur, nõ tã coniuges, quàm fornicarij uidentur.

Hinc ẽt Hieronymus. †

Nõ coniuges ſed adulteri uocantur, qui non ſecundum præcepta Chriſti coniunguntur.

CAN. II.

SIcut non oĩs f congregatio hrẽticorum, Xpi eccleſia dici põt, nec caput eorũ Chriſtus eſt: ſic non oẽ matrimoniũ, g quo nõ uiro ſuo ſecundum præcepta Chriſti uxor iungitur, ritè coniugiũ appellari poteſt, ſed magis adulterium. h

i His ita rñdetur. Prima inſtitutio cõiugij ĩ paradiſo facta i eſt: ut eẽt ĩmaculatus torus, et honorabiles nuptiæ: ex qb. ſine ardore k cõcupiſcentiæ cõciperẽt, ſine dolore parerẽt. Secũda propter illicitum motum eliminãdũ, l extra paradiſũ facta eſt, m ut infirmitas prona in ruinã turpitudinis, honeſtate exciperet coniugij. n unde Apoſtolus ſcribens ad Corinthios ait: Propter fornicationẽ unuſquiſq; o habeat ſuã uxorẽ, et unaqueq; habeat uirũ ſuũ. Ex hac itaq; cauſa fit, ut coniugati ſe ſibi inuicem debeãt: nec ſe ſibi negare poßint. Vnde Apoſtolus: Nolite p fraudare uos inuicẽ, niſi fortè ex conſenſu, et ad tẽpus, ut expeditius uacetis oratiõi: et iterũ reuertimini in id ipſum, ne fortè tẽtet uos Satanas. hoc aũt dico propter incontinẽtiã ueſtrã. Qui ergo propter incõtinentiã in naturalẽ redire uſum q monentũ, patet q non pp filiorũ procreationem tantũ miſceri iubentur. Non tñ ideo nuptiæ malæ iudicãtur. Quod. n. præter intentionẽ generãdi fit, non eſt nuptiarum malum: ſed eſt ueniale r propter nuptiarũ bonũ: quod ſ eſt tripertitum: t fides uidelicet, proles, & ſacramentum.

Vnde Auguſtinus de bono coniugali. †

a Pudor. Si tamen per eas non ſtaret, quo minus habeant non eſt cur debeant pudere. ff. de regu. iur. in omnibus.

b Sola. Id eſt, pcipua: viij. di. ſi ſolus.

c Et gratia. Vnde dicit lex, quia magnum præmium eſt mulieribus, concipere, & conceptum tueri. ff. de ædi. edi. quærit. §. ſi mulier.

d Falleret. Ex hoc autẽ fuit deceptus diabolus, qui cum uideret Mariam habere filium, credebat eam mulierem eſſe. Alia ratio redditur. xxvij. q. ij. in uenta. Hic patet, q multa latẽt diabolum, & quotidie diſcit per temporum incrementa: ut xxvj. q. iij. ſciendum.

e Principem mundi. Id eſt, mundanorum, id eſt, malorũ. nec per hoc attribuitur ei ſuper homines aliquis principatus, ſed dicitur princeps eorũ, id eſt, primo peccans, uel maior peccans. Vel ad deriſionẽ dicit princeps taliũ: ſicut dicitur Rex ſchacorum, uel Cardinalis Rauennas: non tamen ſimpliciter eſt Rex, uel Cardinalis. arg. ff. de uerb. ſigni. Paulus. quidam tamen hæretici garriunt eum principem mundi, quia fecit omnia infra lunarem globum. Ioan.

f SIcut non omnis. i. omnis nõ. ſimile eſt ibi, Non erit impoſsibile apud Deum omne uerbum.

g Matrimonium. Id eſt, coniunctio.

h Adulterium. Id eſt, fornicaria coniunctio.

i His ita reſpondetur. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis in qua dicitur, quod matrimonium bis fuit inſtitutum ſiue permiſſum. Primo in paradiſo propter ſobolem tantum. Secundo extra paradiſum propter ſobolem, & propter infirmitatem carnis uitandam: quia bonum matrimonij tripartitum. eſt: ſcilicet fides, proles, ſacramentum. Ioan. de Fantu.

i Facta. Solo conſenſu: ut & nunc. & inſtituit. Dominus matrimonium ex eo quod mulierem fecit, dicens illi quod uxor Adæ eſſet futura.

k Sine ardore. Ni ſi enim homo peccaſſet, ita ſine ardore & pruritu eſſet genitalium coniunctio, ſicut eſt aliorum membrorum: ueluti ſi applices digitum digito, uel manum cum manu: uel ſi eſſet pruritus, non tamen eſſet peccatum ſicut non eſſet peccatum, manũ ſcabioſam mittere ad ignem.

l Eliminandum. Id eſt, coercendum.

m Facta eſt. Id eſt, oſtenſa facta eſt: alias in paradiſo etiam ſecundò facta eſt. ſed quæro per quæ uerba uel quando?

n Coniugij. Sed hodie ſacerdos diaconus magis punitur ſi contrahat quam ſi fornicetur: ut diſtinctione xxviij. presbyterum.

o Vnuſquiſque. Qui per uotum ſibi non præiudicabit. xxvij. quæſt. j. ut lex.

p Nolite. Supra xxx. q. j. noſſe.

q Vſum. Id eſt, carnalem uſum.

r Veniale. Id eſt, dignum ueniæ. i. ad mortem non imputabile. ſ. di. xiij. nerui. j. ead. q. iiij. in eo. contra. ſ. di. xxv. §. alias. arg. contra. j. xxxiij. quæſt. iiij. uir. dicit nõ. j. ca. proxi.

ſ Quod. Simplex eſt relatio.

t Tripertitum. Id eſt, bonum nuptiale eſt triplex, id eſt,

Marginal notes: † ca. 5. ad Ephesios. — Diabolũ multa latẽt & quotidie diſcit. — Gene. 2. d — Diabolus dicit mundi princeps. — 1. Cor. 7. a — 1. Cor. 7. a — Adam ſi nõ peccaſſet, nulla in coitu uoluptas eſſet. — † cap. 7.

Immoderatus uſus coniugatorum, non eſt nuptiarũ malum: ſed eſt ueniale propter nuptiarum bonum.

CAN. III.

QVicquid inter ſe cõiugati immodeſtũ, inuerecundum ſordidum ve gerunt, uitium eſt hominum, non culpa nuptiarũ. Iam in ipſa quoq; immoderata exactiõe [a] debiti carnalis, quam eis nõ ſecundum nuptiarum imperium præcepit, ſed ſecundum ueniam cõcedit Apoſtolus, ut etiam præter cauſam procreandi, ſibi miſceantur: etſi eos praui mores ad talẽ concubitum impellũt, nuptię tamen ab adulterio, [b] ſeu fornicatione defendunt: neq; illud propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur. Debẽt ergo ſibi coniugati non ſolùm ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem liberorum procreãdorum cauſa, quæ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas) uerùmetiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodammodo ſeruitutẽ: ut ẽt ſi alteri eorũ perpetua continẽtia placeat, niſi ex alteri⁹ conſenſu fieri non poſsit.

3 Non autem datur præſentia ſancti ſpiritus tempore, † quo coniugales actus geruntur.

Vnde Hieronymus ſuper Mattheum.

Non datur præſentia ſancti ſpiritus tempore quo coniugales actus geruntur.

CAN. IIII.

COnnubia legitima carent quidẽ peccato: non tñ tẽpore illo quo coniugales actus gerunt, præſentia [c] ſancti ſpiritus dabitur, etiam ſi propheta uideat eſſe, qui officio generationis obſequitur, ſed & plura alia [d] sũt in quib. ſufficit ſibi ſola [e] uis humana: & neq; res indiget neq; decet adeſſe p̃ſentiam ſancti ſpiritus.

Sicut ergo talis cõcubitus nõ eſt fornicarius, ſed propter bonũ coniugij licitus: ſic etiam coniũctio illa, de qua quæritur, non eſt fornicaria: ſed ꝓpter bonum coniugij licita.

Itẽ ſicut Auguſt. ait in lib. de bono coniugali. † † cxiiij.

CAN. V.

COncubinæ ad tempus adhibitæ, nec ẽt ſi cauſa filiorum concumbant, iuſtum faciunt concubinatum ſuum.

4 *Sic econtrario dat̃ intelligi, de ijs qui cõiugali affectu ſibi copulãtur, ꝙ ẽt ſi nõ cauſa procreandorum filiorũ, ſed explẽdæ libidinis conueniunt, non ideo fornicarij ſed coniuges appellantur. Probatur hoc idem authoritate Auguſtini in libro de bono coniugali.*

Coniuges ſunt, qui cauſa ſolius incontinentiæ ſibimet inuicem copulantur.

CAN. VI.

SOlet quæri cùm maſcul⁹ & fœmina, nec iſte maritus, nec illa uxor alterius, ſibimet non filiorum procreandorum cauſa, ſed pro incontinentia [f] ſolius concubitus cauſa copulantur, ea

Id eſt, coniſictorum nuptijs bonum eſt triplex.

QVicquid. a Exactione. Cauſa incontinentiæ, non cauſa libidinis explendæ.

b Ab adulterio. Infra ea. q. iiij. origo. contra. infra eadem. quæſtio. ſeptima. adulterij. contra. s̃. ead. quæ. iiij. liberorum. contra. ut hoc capi. ut eius cõtraria melius intelligas, nota quod quatuor de cauſis commiſcetur quis uxori. Cauſa prolis. Item cauſa reddendi debitum: his caſibus nõ peccat, imo meretur. xiij. diſt. nerui. & xxxiij. quæſtio. v. ſi dicat. Item cauſa incontinentiæ, cum ſcilicet eſt præuentus à uoluptate: tũc eſt ueniale peccatum: ut hic, & xxxiij. quæſtio. iiij. uir cum propria. Quidam tamen dicunt hoc caſu nullum eſſe peccatum propter authoritatem Apoſtoli: Vnuſquiſque habeat ſuam, &c. ut s̃. §. proxi. Cognoſcitur etiam uxor cauſa ex'plendæ uoluptatis, ſcilicet cum quis præuenit uoluptatem uel cogitatione, uel utendo calidis, ut pluries eam cognoſcere poſsit. tunc ſecundum H. peccat mortaliter: ut in contrario ca. origo. minus tamen punitur propter bonum matrimonij: ut j. q. vij. adulterij. Alij dicunt, quod etiam in hoc caſu tantum ueniale peccatum eſt, argu. hic, & j. quæſtio. vij. adulterij. & ſic ubi reperitur quod mortaliter peccet, dic, id eſt, ad modũ adulteri agit. Vel dicitur ad exhortationem continentiæ. ſ. xxxj. qõ. j. §. uerum. Vel intelligit quando eam cognoſcit contra naturã: quia tunc ſecundũ omnes mortaliter peccat, & grauius cum uxore quam cum alia. j̃. q. vij. adulterij. Ioan.

Ob quot cauſas cõmiſceatur uir⁹ uxori.

† Sed quorsum bñdictio. Gene. 5 d Et quãdo uuluã Annæ aperuit. 1 Samuel. Vnde Iſychi⁹ ĩ Leuiti. c. 12. Exponẽs illud pſal. 51. Ecce ĩ iniquitatibus cõceptꝰ ſum. ait ñ ſuæ mr̃is peccatum aliqd̃ accuſans, ſed matrẽ naturã appellat, immũdiciã peccati, Adæ & Euæ in omne genus nr̃m deſcẽdiſſe, ſignificans.

COnnubia. c Præſentia. Adeſt tamen gratia ſpiritus ſancti, quoad illa, ſine quibus gratia ſpiritus ſancti haberi non põt: cũ etiã quis mereatur quãdoq; in tali actu. j. xxxiij. qõ. v. ſi dicat. Sed abeſt, cum quis cognoſcit uxorẽ, quo ad operationem, ſcilicet quo ad miracula facienda, & uim prophetandi, manet enim in bonis gratia ſpiritus ſancti quo ad quædam, & recedit quo ad quædam: ut legitur de pœ. diſtinct. ij. quærendum. & c. poteſt diſcurſus. Vel dic nõ dari præſentiam ſpiritus ſancti quoad omnia: quia ibi eſt quidam ſtupor, & homo totus carneus efficit̃. Vel iõ illi pruritui non datur, quia eſt ueniale peccatum. Dicit tamen P. Manducator coitum cõiugalem bene exerceri poſſe, ſine peccato quod cõcedo quãdoque. Ioan.

Coitus carnalis ſine peccato exerceri poteſt.

d Sed & plura alia. Vt ſunt actus indifferentes, ut comedere, mouere digitum, & huiuſmodi.

e Sola. Non excludit Deũ qui̇n adſit ſed uirtutes, quantũ ad operationem: qa illa hora totus carneus efficitur.

Simile contra. xxvij. q. ij. omne.

COncubinæ. Sic ecõtrario. Hæc eſt iiij. pars q. in qua quæritur an ſit uxor quæ ducitur ad tempus, uel ſub conditione ut prolem euitet? & dicitur quod non. Ioan. de Fant.

SOlet quæri. f Sed pro incontinentia. Id eſt, propter incõtinentiam uitandam.

Ea

fide[a] media, ut nec ille cum altera id faciat, nec illa cum altero: utrum nuptiæ ſint uocandæ? Et poteſt quidem fortaſſe non abſurdè hoc appellari cõnubium, ſi uſq; ad mortẽ [b] alicuius eorũ, id inter eos placuerit, & prolis generationẽ, quãuis non ea cauſa coniuncti ſunt, non tamen uitauerint,[c] ut uel nolint[d] ſibi naſci filios, uel etiam opere aliquo malo agant, ne naſcãtur. Cæterùm ſi uel utrunque,[e] uel unum horum deſit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare poſſumus. etenim ſi aliquã ſibi ad tẽpus adhibuerit, donec aliam dignam honoribus ſuis uel facultatibus inueniat, quã in coniugium ducat: animo ipſo adulter eſt, nec cum illa, quam cupit inuenire, ſed cum iſta[f] cum qua ſic cubat, ut cum ea non habeat maritale conſortium.

†Idem de nuptijs & concupiſcentijs. †

Fornicarij ſunt, non coniuges, qui ſterilitatis uenena procurant.

CAN. VII.

ALiquãdo eouſq; peruenit hæc libidinoſa crudelitas, uel libido crudelis, ut ẽt ſterilitatis uenena procuret: & ſi nihil ualuerit,[g] cõceptos fœtus ĩtra uiſcera aliquo modo extinguat aut fundat,[i] uolendo ſuã prolẽ prius interire,[h] quàm uiuere: aut ſi in utero uiuebat, occidi antequã naſci prorſus. Si ambo[i] [illegible]les ſint, cõiuges nõ ſunt.[k] & ſi ab initio[l] tales fuerunt, non ſibi per connubiũ, ſed per ſtuprũ potius conuenerũt. Si autẽ ambo nõ ſint tales, audeo dicere, aut illa quodammõ ẽ mariti meretrix,[m] aut ille adulter[n] uxoris.

§ *De his, qui abortum procurant, quæritur an iudicentur homicidæ, uel non.*

Auguſtinus ĩ libro quæ

Filius tẽporalis ô à lege incognitus.

a Ea fide. Dum tamen hoc agant, ut matrimonium contrahant.

b Si uſque ad mortem. Matrimonium enim non poteſt ad tempus contrahi: ſicut nec lex nouit filium temporalem: ut ff. de adopt. ſi quis. nec hæres quis ad tempus inſtituitur. inſti. de hære. inſti. §. hæres. Quid ſi aliqui alias contractu ri credunt hoc licere, ut ad tẽpus contrahant, cũ ius ignorent, & cõtrahunt? Dicit Hug. tenere matrimonium.

c Vitauerint. Modi uitandi notantur. ff. de uſu. & ha. ſed neque. & l. ſi forte.

d Nolint. Id eſt, uelint non naſci. Habes ergo hic, quod uitatio prolis uel propoſitum necandi filios ĩpedit matrimonium. & in ca. proxim. Si autem alia conditio inhoneſta poneretur in matrimonio, ut cõtraho tecum ſi tu interfeceris patrem, uel aliquid iniquũ feceris: an talis impediat matrimoniũ, dubitari conſueuit. De hoc notabis quod conditio quædam eſt honeſta, quædã inhoneſta ſiue impoſsibilis.[1] Eſt autẽ honeſta duplex: & eſt duplex inhoneſta. quædã enim conditio eſt de natura matrimonij, quædam non. Si ergo conditio honeſta quæ non eſt de natura matrimonij apponatur matrimonio, tenet matrimonium: ut ſi dicatur, contraho tecum, ſi dederis mihi centum: hæc conditio honeſta eſt, & non eſt de ſubſtantia matrimonij: & tenet matrimonium cum illa conditione, & ſine ea: ut extra de condi. appo. de illis. Eſt alia honeſta conditio, quæ adhæret naturæ matrimonij, ut cum Chriſtianus dicit Iudeæ: contraho tecum ſi uolueris Chriſtiana fieri: talis conditio eſt de natura matrimonij: & ſi illa non apponeretur, non teneret matrimonium: ut xxviij. quæſtio. j. non oportet. Similiter inhoneſta duplex eſt: ſi enim apponitur inhoneſta conditio, quæ eſt contra naturam matrimonij, matrimonium non tenet: ut [illegible] hoc modo dicatur, Contraho tecum uſque ad tres annos. uel ſic, Contraho tecum, ſi procuraueris uenena ſterilitatis. matrimonia enim uel ſponſalia ſic contracta non tenent: ut hic, & capitu ſequen. Eſt & alia inhoneſta conditio, quæ non eſt contra naturam matrimonij, ut ſi dicatur hoc modo, tecum contraho, ſi furtum uel homicidium feceris. hæc conditio non repugnat naturæ matrimonij: & conditio talis ſi apponatur, frangenda eſt, & tenet matrimonium: ut extra de conditio. appoſi. cap. j. Sed contra hanc diſtinctionem eſt, quod legitur xxviij. q. j. idololatria. ibi enim uidetur, quod omnes turpes conditiones etiam ſoluant matrimonium. ſed qualiter hoc ſit intelligendum, ibi notauimus. Itẽ contra eſt. x. quæſt. j. capitu. j. & ij. ubi tenet contractus, licet apponatur conditio quæ eſt contra naturam contractus. Similiter obſtat. xxviij. diſtinct. diaconi. ubi tenet ordinatio, licet dicat ſe uelle habere uxorem. Similiter tenet conuerſio, ſi ſub hac forma ſiat, ut poſſit retineri proprium. ut extra qui cle. uel uo. inſinuante. In cõtractibus autem, impoſsibiles conditiones appoſitæ uitiant contractum: ut inſtitu. de inuti. ſtipulatio. §. impoſſibilis. ff. de actio. & oblig. non ſolum. in ultimis uoluntatibus, pro non adiectis habentur: ut C. de inſtitut. & ſubſtitu. reprehendenda. de condi. app. in matrimonio. plene habes extra de condi. app. ca. ult.

Conditiones in matrimonijs appoſitæ ſunt ĩ multiplici differentia.

1 Extra de condi. ap. ca. ult. & intellige impoſſibiles de iure uel ſecundũ naturã. ff. de condi. inſtit. l. j. & l. filius. ſecus ſi impoſſibile ſit propter difficultatem pſtãdi: ut ſi mihi domũ aureã dederis, ff. de ſtatu. lib. cũ hæres. §. j. quia tũc ualet mrĩmoniũ, ut ibi. idẽ ſi propter perplexitatẽ eſt impoſſibile, quia ex tũc uitiat cõtractum. ff. de condi. inſtit. ſi Titius. ſed ſecundum Vinct. ibi contra naturam & ſubſtantiã eſt. Arch. † cap. 15. libr. 1.

† Adde ad iſtud cap. & ſequens qualiter tales puniãtur, not. Bart. in l. diu. ff. de uar. & extra. cri. in gl. in l. necare. in glo. j. ff. de li. agnoſcẽ.

e Vtrunque. Scilicet, qui uolunt uſque ad mortem cõmanere, & qui uolunt non uitare prolem.

f Sed cum iſta. Supple eſt adulter.

g ALiquando. Si nihil ualuerit. procuratio ſterilitatis.

h Interire. Interit ergo quod nondum eſt. arg. ff. uſufru. quemadmodum cau. l. omnes. §. j.

i Si ambo. Id eſt, ſi ab initio legitime contraxerunt ſed ad hoc poſt deuenerunt.

k Coniuges non ſunt. Id eſt, iura coniugij non obſeruant.

l Et ſi ab initio. Nota, quod non ſunt coniuges, qui eo animo coniuncti ſunt, ut prolis generationem impediant: & quod in uno opere unus peccat, alter nõ: & quòd matrimonium aliquando ex una parte tantum tenetur: argumentum infra eadem, quæſtione v. propoſito: & extra de eo qui du. in matri. cap. j ſed hoc falſum eſt.

Matrimonium ex una parte quandoq; tantum tenet.

m Meretrix. Id eſt, digna pœna qua aliqua meretrix eſt digna.

n Adulter. Id eſt, dignus pœna, qua aliquis adulter eſt dignus.

De his. Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua quæritur, an ſit homicida qui percutit mulierem, & [illegible]

cit

eſt abortum? & dic quod non niſi eſſet uiuificatus. & hoc probat per tres canones. Ioan. de Fant.

a Q Vod uero. Agitari. Ab hæreticis præſertim, ſcilicet utrum quicquid, &c.

b Nec animatum. Et hoc quidem uerum eſt: quia antequam lineamenta corporis i habeat, non infunditur anima: ut j. cap. proxi. Quidam tamen hæretici dicunt, animã creari ex traduce, id eſt, ex præiacenti materia, id eſt, ex anima generantis, & naſci cum corpore: ſicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiuntur animas creatas eſſe in principio mundi in comparibus ſtellis, & infundi corporibus: poſt reſolutionem uero redire ad proprias ſtellas, ſi bene uixerint. Fides noſtra eſt, quod quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundẽdo creat, & creando infundit.

ADDITIO.

Aliter uidetur notari. ſ. j. quæſtio. iij. ſi qs obiecerit. in glo. exercendo, &c.

c Si animam. Similiter non dicitur deferi charitas, quę nũquã fuit: ut j. de pœ. diſti. ij. in fin. & rei quæ non eſt, priuilegium dari non poteſt: ut extra de eccle. ędifi. ad audiẽtiam. & matrimonium quod non eſt, accuſari nõ poteſt: ut extra de deſponſa. impub. ad diſſoluendum. & id quod non eſt, rumpi non poteſt. ff. de iniuſto rup. & irri. teſtamẽ. nam. etſi. Sed contra id quod non eſt, poteſt deſinere eẽ: ut ff. uſufruc. quem admo. ca. l. iij. §. j. & res quæ non eſt, poteſt habere priuilegium, extra de conſuetu. cum olim. & mittit in poſſeſsionem quæ non eſt, is qui non eſt natus: ut ff. de inofficio. teſtamen. poſthumus. & ædificio quod non dum eſt, poteſt imponi ſeruitus: ut ff. de ſerui. urb. præd. ſi ſeruitus. §. ulti. Ioan. Tu dicas. quod rei quæ non eſt, poteſt imponi ſeruitus: non quod ſtatim ſit ſeruitus, ſed erit re exiſtente in rerum natura xxvij. quæſtio. ij. §. ex his omnibus. Idem poteſt dici de priuilegio: quia tunc uere competit, cum res extabit. Hug.

† q8. 80.

a Hic uide q̃ d leg. & not. s. v. diſt. § j. Anima noſtra unde procedit.

Priuilegium non poteſt dari rei quæ non eſt.

† Adde nota in l. Cicero. ff. de pœn. & in l. ſacrilegij. ff. de uar. & extra. cri.

Exo. 21. c

...ſtionum Exodi ait. †

Non eſt homicida, qui abortum procurat antequã anima corpori ſit infuſa.

CAN. VIII.

QVòd uerò non formatum puerperiũ Moyſes uel lex noluit ad homicidium pertinere, profectò nec hominem deputauit quod tale in utero geritur. Hic de anima ſolet quæſtio agitari, a utrum quicquid formatum non eſt, nec animatum b quidem poſsit intelligi: & ideo homicidium nõ ſit, quia nec exanimatum dici poteſt, ſi adhuc animã c non habebat. Item ſi illud informe puerperium, iam quidẽ fuerat, ſed adhuc quodã modo informiter animatum: quoniam magna quæſtio de anima eſt, non eſt præcipitanda indiſcuſſa temeritate ſententia. Ideo lex noluit ad homicidium d pertinere, † quia nondum dici poteſt anima uiua in eo corpore quod ſenſu caret.

Item in libro quæſtionum ueteris & noui teſtamenti.

De eodem.

CAN. IX.

MOyſes tradidit, Si qs percuſſerit mulierem in utero habentem & abortiuum fecerit: ſi formatum fuerit, det animam e pro anima. ſi autem informatum fuerit, mulctetur pecunia ut probaret animam non eſſe ante formam. † Itaque ſi iam formato corpori datur, nõ tamen in conceptu corporis naſcitur f cum ſemine anima deriuata. Nam ſi cum ſemine, & anima exiſtit ex anima, & multæ animæ quotidie pereunt, g cùm ſemen ex fluxu quodam nõ pficit natiuitati. h Sed ſi prius inſpiciamus, uidebimus quid ſequi debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum eſt datum, ut ex eo intelligamus, quia iam formatum corpus accepit animam. Nam poterat Deus animam limo terræ admiſcere, & ſic formare corpus. Sed ratione infirmabatur: i quia primùm oportebat domum compaginari, & ſic habitatorem induci. Anima certè quia ſpiritus eſt in ſicco k habitare non poteſt: ideo in ſanguine fertur habitare. l Cùm ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima?

Item Hieronymus ad Algaſiam.

De eodem.

CAN. X.

SIcut m ſemina paulatim formantur in utero, & tandiu non reputatur homicidium, donec elemẽta cõfecta ſuas imagines membraque ſuſcipiant: ita ſenſus n ratione conceptus, o niſi

d Ad homicidium. dic ut ſ. quæſtio. v. conſuluiſti.

e MOyſes. Det animam. Similiter dicit lex, quod ſi aliquis interficit animatũ, capite puniri debet. ſi uero non animatum, diſtinguitur, quia ſi eſt nobilis, parte bonorum amiſſa, relegatur, ſi eſt ignobilis, damnatur in metallum. ff. de pœn. ſi qs aliquid. §. qui abortionis.

f Naſcitur. Vt illi dicunt, qui dicũt animã naſci ex traduce. a

g Pereunt. Quod eſt inconueniens.

h Natiuitati. forte uitio matricis.

i Ratione infirmabatur. Id eſt, deſtituebatur: unde non uidebatur rationabile, quo ad opinionem hominum.

k In ſicco. i. in corpore rudi & informi. Et eſt argu. pro Normanis & Anglicis, & Polonis, ut poſsint fortiter bibere, ne anima habitet in ſicco.

l Habitare. Scilicet quod ex eis unũ efficiatur, uel per uegetationẽ: alias tã boni quã mali angeli habitant in ſiccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus, & in auib[9], in quibus ipſi dęmones dant rñſum: ut xxvj. q. v. nec mirũ. ut dicit de Saule q̃ adorauit diabolum.

m SIcut. Per hoc c. dicit Bazi. peccata ſola uoluntate commiſſa, ſola uolũtate debere deleri. nam omnis res &c. extra de reg. iuris. oĩs. Alij dicunt eſſe neceſſariã exteriorẽ pœnitentiam, ex quo uoluntas egreſſa eſt ſuoſtines.

Animaeſt & non animæ ſi interficiẽs qualiter punitur.

† Alias, ante formatam.

a Id eſt, ex ſemine ſimul cum corpore. i. ſimul cum ipſo ſemine corporis anima creatur & infundit antequam corpus humanum ſit formatũ. B.

Normani bibãt fortiter ne eorũ anima in ſicco habitet.

Peccata ſolius uolũtatis ſola uoluntate deleri nõ poſſunt.

n Senſus. Id eſt, uoluntas, uel cogitatio.

o Ratione conceptus. id eſt, cogitata bona mente

conceptæ

in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur: & cito perit ab hoſte.[a] 6 *Cùm ergo*[b] *q aliquã ſibi ad tẽpus adhibet, cũ ea adulter eſſe dicit: nec ab ea diſcedẽs, nec filiam ſuã illi*[c] *tradẽs peccat.*

Vnde Leo papa. †

Profectus eſt honeſtatis, fornicariam abijcere, & uxorem legitimam accipere.

CAN. XI.

ANcillam abijcere[d] à toro, & uxoré[e] certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, ſed profectus eſt honeſtatis. Culpãda ſit ſanè talium negligẽtia, ſed nõ penitus deſperanda, ut crebris cohortatiõibus[f] incitati, quod neceſſariè[g] petiuerunt, fideliter[h] exequãtur. Nemo[i] .n. deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunquam quod diffidentia ætatis[k] differtur,[l] conſilio maturiore perficitur.

Idem.

Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. CAN. XII.

NOn omnis mulier uiro coniũcta, uxor eſt uiri: quia nec omnis filius,[m] eſt hæres patris.[n] Nuptiarum autẽ fœdera inter ingenuos[o] legitima ſunt, & inter coequales:[p] & multò prius hoc ipſum domino conſtituente,[q] quàm initium Romani iuris exſtiterit. Itaque aliud eſt uxor, & aliud concubina: ſicut aliud eſt ancilla, & aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandum harũ perſonarum diſcretionẽ, teſtimonium poſuit ex Geneſi, ubi dicitur Abrahæ: Eijce ancillam & filium eius. non enim erit hæres filius ancillæ cum Iſaac filio meo. Igitur cuiuslibet loci clericus, ſi filiam ſuam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi eã coniugato dederit, niſi fortè & illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptijs honeſtata uideatur. Paterno enim arbitrio, fœminæ uiris iunctæ carent culpa, ſi mulieres quæ à uiris habebantur, in matrimonio non fuerint: quia aliud eſt uxor, aliud concubina.

Gala. 4. d.

Gene. 21. a.

7 *Cùm ergo dicitur: Paterno arbitrio fœminę iũctæ uiris: datur intelligi, quòd paternus conſenſus deſideratũ in nuptijs: nec ſine eo legitimæ*[r] *nuptię habeantũ: iuxta illud*[ſ] *Euariſti papæ: Aliter non ſit legitimũ coniugiũ, niſi à parentibus tradatur.*

Item Ambroſius in libro de patriarchis. †

CAN. XIII.

HOnorãtur[t] parentes Rebeccæ mune-

† Epiſto la. ix. ad Ruſticũ.

† lib. j. de Abraham ca. ulti. Gen. 24. b

concepta, cito perit, &c. Vel intelligitur de malo cogitatione concepta in ratione uel intentione, id eſt, in anima, quæ perit.

a Ab hoſte. id eſt, à ſuggeſtione diaboli: quia ſuggeſtio eius non habet effectum circa hominem, cum neſciat mentem hominis: ut xxvj. quæſtio. iij. ſciendum.

Cum ergo. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis in qua quæritur utrum peccet cõcubinarius, dimittendo concubinam & adhærendo uxori, ſiue in habendo uxorem, uel qui ei dat filiam ſuam? dicitur quod non Io. de Fantu.

b Cum ergo. Reſpicit finem cap. ſolet quæri, &c.

c Illi. Cum ei non eſt carnaliter commiſtus, nec ibi ſumatur. arg. contra. extra de ſponſ. ad audientiam.

d ANcillã abijcere. Cũ ergo capi. non iubeat abijci illã, quæ non eſt uxor, nunquid ſua authoritate ſtatim poteſt ab ea recedere? Reſpõ. nõ. † xxxv. q. vj. multorum. xxxiij. q. ij. ſeculares.

† Ar. contra. xxix. q. ij. c. cuius rei. v. bi de hoc.

e Vxorem. Scilicet qui dimittit cõcubinam.

f Crebris cohortationibus. ut dimittatur concubina.

g Quod neceſſarie. ſcilicet propter neceſſitatem carnalis infirmitatis. id eſt, cauſa incontinẽtię, uel quia continere forte non poterat, uel ne plures alias cognoſceret.

h Fideliter. Scilicet cũ honeſtate cõiugij.

i Nemo de pœn. diſt. vij. nemo. C. de fideicõ. liber. deberi. j. ea. q. iiij. recurrat. in fi. ſ. xxiiij. q. iij. illud. & cap. corripiantur.

k Aetatis. j. proxi. q. ij. antiqui. & cap. in adoleſcẽtia. ſ. 50. diſti. ponderet. & c. de eo. ſ. xxx. quæſtio. iij. illud.

Pœnitentia an poſſit agi in peccato.

l Differtur. Sicut pœnitentia quandoque differtur ad tempus, donec deferueſcat culpa luxuriæ. de pœn. diſtinct. j. ſunt qui arbitrantur. & dum eſt in peccato non debet agere pœnitentiam. de pœnit. diſtinc. iij in ſalicibus, ſed illud intelligitur tantum de ſolenni pœnitentia: alias aperte contradiceret de pœ. diſt. v. falſas. quia peccator bene agit pro crimine pœnitentiã: ut notaui. xiiij. qõ. vj. in ſumma. & extra de pœnit. & remiſ. quod quidam. j. de pœni. diſti. iij. nihil prodeſt.

m NOn omnis. Filius. j. e. q. iiij. dicat. contra. ſed hic filius ſecundũ generalẽ ibi ſecũdũ ſpecialem ſignificationẽ accipitur.

n Patris. Pater eſt quẽ nuptiæ demonſtrãt. ff. de in ius uo cau. quia ſemper.

o Ingenuos. Arg. quod non ſit legitimũ matrimoniũ inter puberem & impuberem, nec inter ſeruos plenarie.

p Et inter coæquales. id eſt, inter adultos, extra de deſpõ. impub. de illis.

q Conſtituente. In paradiſo, cum fecit Adam & Euam in adulta ætate, & eos matrimonialiter cõiunxit. de pœnit. diſtin. ij. §. Romanos. uer. Adam. Vel conſtituit, quod non omnis filius ſit heres ibi, Eijce ancillam. &c. Sed contra. j. e. qõ. iiij. recurrat. ubi dicitur, quòd nõ obſuit, &c. & ita filij Iacob obtinuerunt hæreditatẽ cũ alijs genitis ex ancilla. Dicunt quidam, quod poſtea Iacob contraxit cum ancilla, & ita legitimauit filios. Sed contra extra qui fil. ſint legi. tanta. quia eo tempore ſuſcepti ſunt, quando mater eſſe uxor nõ potuit. ſed dic quod ſufficit, quod credebatur quod tunc poſſet eſſe uxor: ut j. q. iiij. obijciũtur.

Filij Iacob ex ancilla geniti cũ alijs ſucceſſerunt.

r Legitimæ. id eſt, communem ſolẽnitatem legalem habentes. extra de deſpon. impub. tuæ.

ſ Illud. ſ xxx. qõ. v. aliter.

t HOnorantur. Ergo pro matrimonio cõtrahendo põt exigi pecunia; nec erit ſimonia, licet matrimo-

ribus: [a] conſulitur puella, [b] nō de ſpōſalibus: [c] illa enim iudicium expectat parentum. non eſt enim uirginalis pudoris [d] eligere maritum. ſed iam deſpōſata [e] uiro de profectionis die conſulitur: nec immerito dilationem non attulit. Iure etenim properare debuit ad maritum. unde illud Euripideon, quod mirantur pleriq́ʒ, unde translatum ſit, manifeſtum eſt. ait enim in perſona mulieris, quæ tamen uolebat maritum relinquere, & ad alias petebatur nuptias. † Sponſaliorum meorū, pater [f] meus curam ſubibit. Hoc enim non eſt meū. Ergo quod & ipſi philoſophi mirati ſunt, ſeruate uirgines: [g] & nō ſolùm uirgines, ſed ētſi qua mulier amiſſo citò marito adoleſcentula in laqueū infirmitatis ſuæ timet incidere, ſi uult nubere nubat tantū in domino: ita ut electionē mariti parentib. deferat: ne appetentiæ procacioris exiſtimetur author, ſi ipſa de nuptijs ſuis electionem ſibi uendicet: expetita enim magis debet uideri à uiro, quàm uirum ipſa expetiſſe. Verecundiā præmittat antè, quàm nubat: quò ipſum coniugiū plus commendet uerecundia.

Item in libro Numerorum. †

CAN. XIIII.

MVlier [h] ſi quippiā uouerit, & ſe conſtrinxerit iuramēto, quæ eſt in domo [i] patris ſui, & in ætate adhuc puellari: ſi cognouerit pater uotū quod pollicita eſt, & iuramentū quo obligauit [k] animā ſuā, & tacuerit, nō rea erit: ſed quicquid pollicita eſt & iurauit opere cōplebit. [l] ſi autē ſtatim [m] ut audierit, cōtradixerit pater: & uota & iuramēta eius irrita erūt nec obnoxia tenebiť ſponſioni: eò quod cōtradixerit pater [n] eius.

matrimonium ſit maximum ſacramentum. nam talis datio potius dicitur honor quam pretium: ut hic dicitur. ſic xvj.q.j.decimæ. & eſt ſi.ff.man. ſi remunerandi. Si quæras quare in hoc ſacramento potius interueniat pecunia, quam in alijs? dicunt quidam ꝙ propter onera matrimonij. Sed certe eadem ratione pro ingreſſu monaſterij pōt recipi pecunia ꝓpter onera quæ ſuſtinet monaſterium. xvj.q.vj. de lapſis. Sed hæc eſt ratio [redacted] ut j.q.j. multi. circa med. & c ſunt. & ca. quicqd inuiſibilis. tñ multa fuerunt prohibita in ueteri lege, in quibus nō conferebatur nec adhuc hodie confertur gratia: ſicut emptio ſepulturæ: ut xiij.q.ō.ij. poſtquam. G. tamē dicit ꝙ pro matrimonio non poſſet dari pecunia.

a Muneribus. Datis à ſeruo Abrahę Eliezer patri Rebeccæ qui dicebatur Bamel.

b Conſulitur puella. De die ꝓfectionis. Hiſtoria legitur in Geneſi, quod Eliezer ſeruus Abrahæ de mandato domini ſui, iuit in Meſopotamiā pro accipiēda uxore filio ſuo Iſaac de domo Batuelis. Qui cū ueniſſet ad domum Batuelis patris Rebeccæ dedit munera Rebeccæ & parentibus & fratribus ſuis: qui expoſita uoluntate domini ſui cum poſtea uellet redire, & illi rogarent eum ut aliquot diebus adhuc maneret puella cū eis, ipſe dixit: Nolite me detinere: quia direxit dominus uiam meam. & dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus uoluntatem eius. & cum fuiſſet uocata, quæſierunt ab ea. Vis ire cum homine iſto? quæ ait, Vadam. & ſic dimiſerūt eam, & nutricē eius, & ſeruum Abrahæ. cum autem Iſaac egrederetur ad meditandum in agro, quæſiuit Rebecca quis eſſet: & tunc reſpondit Eliezer: Dominus meus eſt, cui ducta es in Vxorem. & ipſa ſtatim deſcendit: & tollēs theriſtrum, cooperuit caput ſuum: deinde accepit eam in domum ſuam.

c Non de ſponſalibus. Innuit hæc litera quod conſenſus puellæ non eſt requirendus in ſponſalibus: ꝙ tamen ſecus eſt: ut xxx. quæſtione ij. ca. unico. ff. de ſponſa. ſponſalia. imo & de ſponſalibus fuit conſulta ubi dicitur ei, Vis ire cum iſto homine? Dic ergo non de ſponſalibus tantum, ſed etiam de profectione. hoc tene quod ſi non contradicit, conſentire intelligitur: ut hic patet. a Nec poteſt contradicere, eum pater indignum eligit. ff. de ſpō. ſed quæ patris.

d Pudoris. Argu. matrimonium poſſe contrahi inter abſentes per procuratorem. arg. xxx. q.v. nec illud.

e Deſponſata. Argu. ꝙ parentibus puellæ dari poteſt pecunia, ut conſentiāt matrimonio interueniente pecunia: [redacted]

f Pater. Cultus enim uerecūdiæ, &c. C. de nupt. in copulatione.

g Virgines. Conſilium eſt argum. extra de deſpon. impub. tuæ.

h MVlier. Id eſt, impubes, alibi ſumitur pro uirgine in Euangelio: Mulier ecce filius tuus. ff. d uerb. ſig. mulieris. ff. de leg. ij. ſeruus. alibi pro corrupta. ff. de cōtrah. empt. alioqui. §. j. Et no. ꝙ H. dicit, ꝙ ſi impubes emittit uotū uel ſacramentum, & eſt doli capax, pater nunquam poteſt reuocare: quia cum poſſit ſe obligare diabolo, pōt & Deo. extra de deli. pue. pueris. & legi ſic H. hoc ca. mulier. ſ. impubes, non doli capax.

i In domo. Idem eſt ſi extra domum: quia eſt emancipata: dum tamen minor ſit: argu. C. de nup. uiduæ.

k Obligauit. Id eſt, fecit ad modum obligantium. Alij dicunt, ꝙ ſiue doli ſit capax ſiue non, dum tamen ſit intra annum. xiiij. in uiro, uel xij. in puella, ſemper pater reuocat iuramentū eius: ut hic, & ſ. xx. q. ij. puella. Alij tenent mediam uiam, nam doli capax ante legitimam ætatem obligatur in omni uoto, niſi in uoto monachationis. xx. q. j. illud, & tamen licet obligetur, pater poteſt reuocare ex conceſſione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace & uere obligato. De hac materia nota ſ. xx. q. j. in ſumma.

l Opere complebit. Ergo rea erit, ſi non compleuerit: & ita contrahere poteſt impubes. ꝫ quod concedo: arg. huius cap. contra. xx. q. j. c. j.

m Statim. ſ. xx. q. ij. c. ij. contra H. ſoluit, quia ideo datur ibi maius ſpatium. quia per tale iuramentum eximitur à patris poteſtate: hic autem loquitur de alio iuramento ſiue uoto: quod licet adimpleat, adhuc tamen manet in patris poteſtate: & ibi maius ſpatium datur, quā hic. hic enim loquitur de uoto abſtinentiæ. lex autē dicit ꝙ cū filius eſt in ptāte, non obligatur aliquo uoto. ff. de polli. l. ij. ſed derogatū eſt ei.

n Pater. Soluitur autem patria poteſtas, adueniente adulta ætate quo ad matrimonium carnale ſiue ſpiritua-

† Hermione in Andromacha Euripidis, ſic loquitur. Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

ꝫ Arg. ad hoc extra ꝙ matri. ac poſ. ſignificāte. ubi d hoc & not. a ꝫ. diſtin. his igitur. in glo. j.

ꝫ Ad idē xliij. diſt. cap. j.

Matrimonium per ꝓcuratorem cōtrahi poteſt.

Num. 30. † qō. 67. [redacted]

Iuramentū filij an poſſit à patre reuocari.

ꝫ Vide quæ leg. & no. xxx. q. ij. in prin. & capi. j.

Patria poteſtas ſoluitur adueniēte adulta ætate, quoad matrimonium, & quo ad iuramentum.

ſpirituale, & quo ad iuramentum.xx.quæſt ij. puella. xxij.q.iiij.tribus.

a M Eritò hic quæritur etiã de uoto uirginitatis.

a H Oc ſanctum. Parentum. ſecundum canones licet filiæ præter uoluntatem parentum nubere. ... hæc eſt ne...cessitas patris ...tas, quantũ ad hoc quin teneat matrimoniũ, licet nõ adſit uoluntas eius:alias bene dico req;rendum eius cõſenſum, maxime ſi eſt minor. vñ corrigit illud inſtit. de nup. in princip. Nunq̃d ergo pater eã dotare tenetᵉ? Sic, arg.[1] ff. de ritu. nup. qui liberos. & ponitur hic uel, pro &.

a Parentũ. Bene dicit, q̃nque enim inueniuntur mulieres contra ſua cõmoda laborare. C. de ſpõ. ſi pater. hoc tamen ad honeſtatem referas extra de deſponſa. impu. tuæ.

b Viduæ. xx. q. ij. c. j. & ij. cõtra, ſed ibi de minoribus. 14. annis agitur, & hic de nubilibus. De hoc habetur. 31. q. iij. in ſumma.

Filia nubere poteſt ſine parẽtum uolũtate.

1. Cor. 7. d

1 Sic arguit idem Archi. hic Panor. cõſi. 13. li. 1.

[redacted]

† Cõcil. iiij. cap. x.

D E tertia uerò quæſtione. CASVS. *Hic ponitur iij. q. qua quæritur an puella in matrimonio cõtrahendo debeat ſequi arbitrium patris ſerui, an aui liberi? Et quidem aui: quia ſeruus non habet liberum arbitrium ad ea, quæ liber homo facere põt. ſed nec etiam aui, niſi de honeſtate.*

Item Auguſtinus.

CAN. XV.

M Eritò hic quæritur etiam de uoto uirginitatis. mulieres enim ẽt uirgines in ſcriptura ſolent appellari: & uidetur ẽt Apoſtolus de patre loqui cum dixit: Seruet uirginẽ ſuam, & det nuptui uirginem ſuam.

Econtra in concilio Toletano. iiij. †

Viduæ & uirgines propria uoluntate ſibi maritos eligãt.

CAN. XVI.

H Oc ſanctũ cõfirmat conciliũ, ut uiduæ quib. placuerit teneãt caſtitatem. q; ſi priuſquam profiteanť continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria uoluntate uoluerint habere maritos. Similis conditio & de uirginib. habeat: nec extra uoluntatẽ parentũ a uel ſuam, cogantur maritos accipere. Si quis uerò propoſitum caſtitatis uiduæ b uel uirginis impedierit, à ſancta communione & à liminib. eccleſiæ habeatur extraneus.

His authoritatib. p̃miſſis euidẽter aſſeriť, quod quãuis aliqui nõ filiorum p̃creandorũ, ſed incontinentiæ cã conueniant, tñ coniuges appellantur.

Dominus ad illud cōfirmandum, ut non facilè dimittatur uxor, ſolā fornicationis cauſam [d] excēpit, cæteras uerò uniuerſas & innumerabiles moleſtias, ſi quæ extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro caſtitate fortiter ſuſtineri, [e] & mœchum dixit etiam uirum, qui eam duxerit, quæ ſoluta eſt à uiro.

Item Hieronymus ad Damaſum [t] presbyterū.

Adultera probatur, quæ uiuente uiro alteri nubit.

CAN. VII.

Omnes cauſationes [f] Apoſtolus amputans, apertiſsimè definiuit, uiuēte uiro eſſe adulteram mulierem ſi alteri nupſerit. Nolo [g] mihi proferas raptoris uiolentiā, matris [h] pſtationē, patris [i] authoritatē, propinquorum [k] cateruā, ſeruorū inſidias, parentū cōtumelias, dāna rei familiaris. Quādiu uiuit uir, licet adulter ſit, licet ſodomita, [l] licet flagitijs oib. coopertus, & ab uxore propter hęc ſcelera derelictus, [m] maritus tamen eſt reputādus, eius

enim poteſt dici, quod ſuam iniuriā proſequatur, cū omne ius ſiue etiam ſeruitutem quam habuit in uiro, perdiderit: & præmiſſas decretales intelligo, cū non fuit ſententia lata ſup adulterio, ſed tm̄ de diuortio. multum enim refert, an iudex ita ſententiauerit, pronuntio te adulteratam, an ſic, pronuntio uirū eſſe reparādum à te. ſic ij. qō. iij. §. notādum. Vel ibi iudex ex officio ſuo reſtituit uirū mulieri, [1] alias inconueniens eſſet qđ ſententia à qua nō eſſet appellatū, & quæ tranſiuit in rem iudicatam, propter delictum ſuperueniens retractaretur. hoc autē bene cōcedo, quod propter delictum ſuperueniens reſtituitur ſeruitus prior, dummodo ſententia nō præceſſerit ſup adulterio, ſi tamē factū fuerit publicum: ut extra de diuor. cap. ſignificaſti. Io. contrariū dixi in quæſtionibus [2] per decret. illam, ex literis. & decretalē, ſignificaſti. nam alia decret. ex literis. expreſſe ponit hūc caſum. B.

a Similem. Argu. quod ea quæ pmittuntur in contractibus, intelliguntur repetita in ſequētibus, & quod præcedentia determināt ſequentia, ut hic, & ff. de uerbo. oblig. l. Titia. & ff. de condi. & demon. l. auia & ff. de uino. triti. leg. l. ulti. p ſequentia ſimiliter præcedentia: ut xxvij. q. ij. c. egreſſus. & per mediū tam præcedens quā ſequens, extra de appella. c. ſecūdo requiris. Itē huic uidetur cōtrarium extra de app. cap. inquiſitioni. & ibi quære ſolutionē illius brocardi.

b Placuit. Euangelicam. Id eſt, ſecundum Matthæum xix.

c Apoſtolicam. j. ad Corinth. vij. & ſupra capitulo proximo.

d Dominus. Fornicationis cauſam. Sed quare dominus conſtituit tantū propter hoc crimē eam dimitti, cum alia quędam ſint maiora? Ideo quia cū ipſa in hoc non ſeruet fidem, nō eſt ei ſeruanda, & ita punitur in quo deliquit. j. qō. iiij. §. item peccato. Item quia fornicatio etiam uxoris maculat corpus [3] uiri: ut ſ. ea. q. j. c. in coniugio. Item eſt ſic argu. quod qui unam cauſam excipit, intelligitur omnes alias incluſiſſe. ff. de euic. l. qui libertatis.

e Suſtineri. Argu. pro leproſis. & ſ. e. q. v. c. ſi uxorem.

f Omnes cauſationes. ſcilicet actiones uel allegationes.

g Nolo. i. nolo quod excuſationem mulieris alleges.

h. Matris. Id eſt, eam traditam à matre inuitam.

i Patris. Quia paterna ſcilicet uoluntate ſit factum.

k Propinquorum. Id eſt, quod propinquorum caterua ad eam ueniſſet.

l Sodomita. Videtur ergo quod maritus poſſet dimitti propter opus ſodomiticum: ut j. ea. c. adulterij. ubi dicitur, quod illud crimen ſit maius adulterio. Item quid dices ſi propriā uxorem polluit extra clauſtra pudoris, uel ſeipſum polluit proprijs manibus, nūquid ob hoc poteſt dimitti? Videtur quod ſic: quia noīe mœchię omnis illicitus concubitus, & illicitus membrorum uſus continetur: ut ſ. ea. q. iiij. c. meretrices. & ca. ſeq. quod Laur. concedit. Vix credo, quod propter aliquod iſtorū uir poſsit dimitti: ut xxxv. qō. iij. ca. extraordinaria. Sed quid dices de uoluntate fornicandi, cū & ipſa ſit fornicatio: ut ſ. q. v. ca. ſi uiderit. Nā corpore aliqua eſt corrupta, anteq̄ ueniat ad ſuū corruptorē. [4] ut ſ. ea. q. v. ca. propoſito. Nō dico quod ob hanc cauſam poſſet dimitti: quia de occultis non iudicat eccleſia: ut xxij. diſt. c. erubeſcant. & vj. q. j. c. ſi omnia.

m Propter hæc ſcelera derelictus. Ad hoc quod dixit

[1] Hāc ſententiā tenet Inno. tanquam ueriorē. extra de diuor. ca. de illa. Archidia.

[2] Incipit quæſtio, Cōiugata quidā, &c. & eſt quæſt. dominicalis. Archi.

Præcedentia determinant ſequentia.

[t] ca. xvij.

[3] Fornicatio uxoris maculat corpus uiri.

De hoc nota. xxj. di. deinde in glo. uidetur.

Maritus an poſsit dimitti propter opus Sodomiticum.

[t] Adamādum.

Ibi eſt fictio canonis. Hug.

[4] Hæc eſt uera ſententia ſecundū Io.

ſcilicet cui alterum uirũ accipere non licet. Non hæc Apoſtolus propria authoritate decernit, ſed Chriſto in ſe loquente Chriſti uerba ſecutus eſt, q̃ ait in Euãgelio: Qui dimittit uxorem ſuam (excepta cauſa fornicationis) facit eam mœchari: & qui dimiſſam acceperit, adulter eſt. Vnde & Apoſtolus grauem coniugij ſarcinam [a] intelligens, ſi ita eſt (inquit) nõ expedit homini uxorem accipere, ad quod dominus: Qui poteſt, inquit, capere, [b] capiat. ſtatimque ſub exemplo trium eunuchorum, [c] uirginitatis infert beatitudinem, quę nulla lege carnis [d] retinetur. [e]

Item ex concilio Elibertano. †

Mulieri fideli, quæ uirum adulterum dimittit, alij nubere non licet.

CAN. VIII.

FIdelis fœmina, quæ adulterũ maritum reliquerit fidelem, [f] & alterum maritũ duxit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quàm is, quem reliquerit, de ſeculo exierit: [g] niſi fortè neceſsitas infirmitatis dare compulerit.

Item ex concilio Martini papæ.

Ad pœnitentiam eſt cogendus, qui multis nuptijs copulatur.

CAN. IX

SI quis fuerit multis nuptijs copulatus, [h] pœnitẽtiam agat, conuerſatio autem & fides pœnitentis tempus compræhendat. [i]

Item Auguſtinus de adulterinis coniugijs libro primo.

Qui ob fornicationem, uxorem dimittit, & aliam ducit, mœchari probatur.

CAN. X.

QVemadmodum nõ rectè [k] dici põt, ſi neſcit homo non peccat (ſunt enim etiam peccata ignorãtium, [l] quãuis minora quàm ſcientium) ita etiam non rectè dici poteſt, ſi cauſa fornicationis dimiſerit uxorem uir, & aliam duxerit, non mœchatur. Eſt enim mœchatio, & eorũ qui alias ducũt, relictis propter fornicationem prioribus, ſed utrique minor, [m] quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt.

[2] *Sunt enim in fornicatione gradus: ut ſicut grauius peccat adulter, quã fornicator, ſic grauius delinquit, qui nec ſua dimiſſa aliã ducit, eo quòd ſuã dimittens, aliã cognoſcit. grauius quoque qui uxorem ſuam habens, ad coniugem proximi ſui accedit, quàm qui non habens uxorem, torum alterius uiolat, uel uxoratus ad ſolutam accedens: ſed hos omnes inceſtuoſi trãſcendunt, quos uincunt cõtra naturam delinquentes.*

Vnde Auguſtinus de adulterinis coniugijs.

CAN. XI.

ADulterij malum uincit fornicationem, uincitur autem ab inceſtu: [n] peius eſt enim cum matre, quàm cum aliena uxore concumbere: ſed omnium horum eſt peſsimum, quod contra na-

---

dixit adulter & ſodomita, retulit ſe. non enim propter aliã cauſam poteſt dimitti. Vel derelictus de facto. Vel dic, id eſt, propter duplex genus fornicationis. xxviij. q. j. cap. idololatria.

Mat. 19. g
1. Cor. 7.

[a] Sarcinam. Nã dicit lex, quod matrimoniũ multis calamitatibus opprimitur. C. de impo. lucr. deſcript. l. ult. libro x.

[b] Capere. uirginitatem, ſcilicet. nam licet matrimonium grauet, hoc grauius eſt.

[c] Trium eunuchorum. Id eſt, triũ generum eunuchorũ. Nam quidam ſunt eunuchi propter naturalem frigiditatẽ alij propter ſectionem, [1] alij uoluntate: & iſti præferuntur. horum enim uirginitas uitã redolet angelicã: ut in Exodo legitur.

[1] [redacted]

[d] Carnis. Præter carnem uiuere angelicum eſt. De his dictũ eſt: Beati qui caſtrauerunt ſe, &c. xxxiij. q. v. cap. qui ſcit. & uirginitas replet paradiſum. ĩ. ea. q. j. c. nuptiæ.

[e] Retinetur. Lex carnis eſt reddere petẽti debitum. hac lege non tenet̃ uirginitas. Vel non tenetur lege carnis, ſed tantum de dono ſpiritus ſancti.

[f] FIdelis. Fidelẽ. Nam ſecus ſi infidelẽ propter fornicationẽ ſpiritualẽ dimitteret nolentẽ, &c. xxviij. q. j. cap. ſi infidelis.

[g] Exierit. Hæc pœna ſtatuitur in deteſtationem illius criminis, ut etiam poſt pœnitentiã nõ poſſit adulter cũ adultera cõmunicari, ſcilicet corpore Chriſti, quandiu primus uir uiuat, [2] niſi ſit articulus mortis: ut de hoc nota. ĩ. xxvij. quæſtio. j. ca. deuotam. & cap. quæ.

[2] Hæc & fuit ſnĩa. Hugo.

Chriſto.

[h] SI quis. Copulatus. Eodem tempore. [3] de talibus enim loquit̃ hoc cap. & xxxj. q. j. c. de his.

[3] Sic etiã intelligit Hugo. & Lauren.

[i] Compræhendat. Id eſt, abbreuiet. xv. quæſtione ultima. ij, qui. lxxxij. diſtinctio. capit. preſbyter.

[k] QVemadmodum nõ recte. id eſt, non uere: & hoc de eo qui negligit ſcire. Et ita de ignorantia iuris uel facti ſupina. [4]

[4] Sub. q̃ non excuſat. xviij. diſtin. quia. ff. de iu. & facti igno. l. nec ſupina. extra de cleri. excõ. mi. in c. pen. Archidia.

[l] Ignorantium. nã quod per ignorantiam peccet quis, expreſſum eſt. xxiiij. quæſtio. j. ca. ſi quis dedit. Argu. contra xv. quæſtio. j. capit. illa cauẽda. ſed ideo dicit illa cauenda, quæ ex uoluntate, &c. quia grauiora ſunt. Vel dic ignorantium ius, uel quantitatẽ uel qualitatem delicti, ſciẽtium tamen factũ, alias ſi nullo modo ſcirẽt, ut infans uel furioſus, nõ peccãt, Sic ſoluitur contrarium. xv. quæſtione j. cap. aliquos. & capitu. illa.

[m] Minor. Quia facto diuortio, non tenetur ei ad mutuam ſeruitutem, & ideo non uidetur uenire contra fidem coniugalem: & ideo non facit alteri iniuriã. Si enim poſt adulterium ſtatim reſtituta eſſet prior ſeruitus, ergo tantum deliquit ut prius.

Diuortio facto, non debet̃ mutua ſeruitus.

Sunt enim. Hæc eſt ſecũda pars quæſtionis, in qua dicitur, quod maius peccatũ in fornicatione eſt ſodomiticũ. Ioannes de Fantu.

[n] ADulterij. Ab inceſtu. Et ſic uidetur quod quilibet

turam a ſit: ut ſi uir membro mulieris non ad hoc conceſſo, uoluerit uti: uſus enim naturalis ſi ultra modum probabitur, in uxore quidem ueniale b peccatum eſt, in meretrice damnabile: ſed iſtud quod contra naturam eſt, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius c in uxore. tantum enim ualet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum conceſsis, cum modus exceditur, longè tolerabilius ſit, quàm in eis quæ conceſſa non ſunt, uel unus uel rarus exceſſus.

Item Ambroſius in libro de patriarchis.

Minus eſt ſecundum naturam coire, quàm contra naturam delinquere.

CAN. XII.

Gene. 19. Offerebat d ſanctus Loth filiarum pudorem: nam & ſi illa quoque flagitioſa impuritas erat, tamen minus erat ſecundum naturam coire, quàm aduerſus naturam delinquere. præferebat domus ſuæ uerecundiæ hoſpitalem gratiam etiã apud barbaras e gentes inuiolabilem.

Item Auguſtinus confeſsionum lib. iij.

Grauiora ſunt flagitia, quæ contra naturam probãtur quælibet, inceſta macula.

CAN. XIII.

Flagitia, quæ ſunt contra naturam, ubique & ſemper repudianda, atque punienda ſunt: qualia Sodomitarum fuerunt: quæ ſi omnes f gentes facerent, eodem criminis reatu, diuina lege tenerentur: quæ non ſic fecit homines, ut ſe illo uterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo g nobis eſſe debet, cùm eadẽ natura, cuius ipſe author eſt libidinis peruerſitate h polluitur.

Item contra Iouinia. libro primo.

Turpior & flagitioſior eſt uſus cõtra naturam, quàm fornicationis, uel adulterij.

CAN. XIIII.

Vſus naturalis & licitus eſt, ſicut in coniugio: & illicitus, ſicut in adulterio: contra naturam uerò ſemper illicitus, & proculdubio flagitioſior atque turpior. Quem ſanctus Apoſtolus & in maſculis & in fœminis arguebat, i dãnabiliores k uolens intelligi, quàm ſi in uſu naturali uel adulterãdo uel fornicando peccarent.

Item Iſidorus.

Omnis immunda pollutio, fornicatio eſt, licet uaria ſint peccata fornicationis.

CAN. XV.

3 Non ſolùm de commiſſa fornicatione peccatum l regnat in homine: ſed ſi adhuc m delectetur n, atque animum teneat o proculdubio regnat. Fornicatio carnis, adulteriũ eſt: fornicatio animi, idolorum eſt ſeruitus. p Eſt autem ſpiritualis fornicatio, de qua dominus ait, Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iã mœchatus eſt eam in corde ſuo. Matt. 5. c. Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamuis quiſque diuerſa turpitudinis uoluntate proſtituatur. Ex delectatione enim fornicandi uaria gignuntur flagitia, quibus regnũ Dei clauditur, ut homo a Deo q ſeparet,

---

quilibet inceſtus ſit maior adulterio: ut ff. de adult. l. ſi adulterium. §. j.

a Contra naturam. quo caſu malo uinci, quam uincere. ſ. xxij. quæſtio. ij. ca. in ipſarum.

b Veniale. arg. contra H. qui dicit mortaliter peccari cum propria uxore, cum exceditur modus: ut ſ. ea. quęſtio. iiij. cap. origo.

c Execrabilius. Argu. hic quod plus peccat qui iurat per Deũ mendacium, quam qui iurat per creaturam mendacium: ut xxij. quæſtio. j. cap. mouet.

In uxore. ſ. ead. quæſt. ii. c. quicquid contra. Ibi de naturali, hic de extraordinaria commiſtione agitur, de qua dicitur xxxv. quæſti. iij. capi. extraordinaria.

d Offerebat. ſ. diſtin. xiiii. cap. quod ait. contra xv. q. j. c. ſi quis in clero. Sed dic ſanctus alias, uel quo ad zelum, quia uolebat hoſpites illæſos ſeruari.

e Apud barbaras. Nam & hoſti fides eſt ſeruanda: ut xxiij. quæſtio. j. ca. noli. & hoſpes tenetur hoſpitem defendere. unde & lex dat actionem contra eũ. ff. nau. caupo. l. i. in princi. & dicetur in die iudicii: Hoſpes fui, & non recepiſtis me, &c. — Fides hoſti ſeruãda eſt.

f Flagitia. Quæ ſi omnes. Argumen. quod ratione multitudinis uel conſuetudinis, non excuſatur quis à culpa. argu. ſ. ead. quæſtio. iiij. c. obiiciuntur. contra. Sed intellige in his quæ ſunt contra naturam. Quando quis propter multitudinem excuſetur, habes de pœni. diſtin. vj. cap. j. in fi. & xliiij. diſt. cap. comeſſationes.

g Quæ cum Deo. De qua habes j. de conſecra. diſt. ii. in Chriſto.

h Peruerſitate. id eſt, ordine peruerſo grauius tamen puniunt leges hoc crimẽ, quam canones ut extra de exceſſi. præla. clerici. C. de adult. l. cum uir. Et dicit Imperator quod tale crimen peſtilẽtias & tempeſtates inducit: in authẽ. ut non luxu. contra na tu. in fi. ſed qui puerum corrupit ad ſtuprum, morte puniẽ. j. de pœni. diſt. j. ca. qui puero. — Peccatum contra naturam peſtilentias inducit.

i Vſus naturalis. Arguebat. In epiſtola ad Romanos.

k Dammabiliores. quod uerum eſt: ut ſ. ca. c. adulterij.

Non ſolũ. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua Iſidorus deteſtatur crimen adulterii Io. de Fant.

l Peccatum. id eſt, peccati reatus, quia actuale peccatũ trãſit actu, ſed remanet reatu: originale ecõuerſo. de conſecra. diſtinc. iiij. cap. non ex quo.

m Adhuc. j. de conſecra. diſtinc. ij. cap. quotidie.

n Delectetur. ſ. diſtinc. xlix. cap. hinc etenim. uerſic. ponderoſus.

o Teneat. Scilicet ut delectetur. nã tũc peccat mortaliter. arg. diſtinct. lxxxj. cap. ualet. nam ſi ad hoc teneat ut doleat, nullum tale remedium ſicut continuata memoria. de pœnit. diſtin. iij. cap. Iudas.

p Seruitus. Scilicet ideo omnis, &c.

q A Deo. ut patet de Salomone. ſ. ea. quæſtio. iiij. cap. Salomon.

Septem.

a Septem uitia. Scilicet ſuperbia, inuidia, ira, auaritia, accidia ſiue triſtitia, gula, luxuria, pro qua ponitur hic fornicatio. Hæc ſunt cardinalia. Alia ſunt quaſi ramuſculi, de quibus habes .xxv. di. §. criminis.

Peccata cardinalia ſūt ſeptē.

b Fornicationis. Inceſtuoſæ Laur.

c Maximum. Scilicet commune: uel maximum, quia habet ſub ſe multas ſpecies. xxviij. q. j. c. idololatria.

d Quid in omnibus. Gratius. hoc dicit ad deteſtationem criminis. & eſt ſimilis modus loquendi. ſ. ea. q. vi. c. nihil iniquius. Multa enim crimina ſunt grauiora adulterio: [i] ut homicidiū: ut j. proxi. quæſt. ij. c. ſi q. & inceſtus. ſ. ea. c. adulterii. & ſacrilegium: ut xvii. q. iiij. c. ſicut. & fractio uoti continentiæ. ut xxvij. quæ. j. ca. nuptiarum. & generaliter ubicunque grauior pœna imponitur: ut xxiiij. q. j. c. non afferamus. Vel dicitur maximum: quia maxima pœna punitur. i. morte. extra de fur. c. j. & ij.

e In pœnis. Id eſt, in prohibitionibus ſecūdæ tabulæ Moyſi. In prima tabula continētur hæc tria præcepta. Non habebis deos alienos coram me, uel non facies tibi ſculptile. Non aſſumes nomen Dei tui in uanum. Memento ſanctificare diē ſabbathi. In ſecunda continentur ſeptem. Honora patrem & matrem, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium, non concupiſces rē proximi tui, ſiue domum uel agrum, nec ſeruum nec ancillam, nec uniuerſa quæ illius ſunt. Ergo error fidei prohibetur in prohibitione primæ tabulæ. Adulterium in tertio mandato ſecundæ tabulæ, hoc eſt in ſecunda prohibitione.

f Primum. Id eſt, in prima tabula.

Adulterio multa ſūt grauiora.

i Iſtā gl. ſequit Alexander de Imol. in l. trāſigere. circa princip. C. de trāſac. ubi ponit rationē quare in adulterio tranſigi nō poteſt q̄ talis eſt ſecūdū Bar. in d. l. tranſigere. ex parte rei frequētia criminis. arg. l. aut facta in fi. ff. de pœnis.

Inter cætera ſeptē uitia [a] uitiū fornicationis [b] maximū [c] ſcelus eſt: quia per carnis immunditiā tēplū Dei violat. Sunt aūt quædā, ſcilicet mulieres, quæ ſicut animalia abſq; ulla diſcretione idefinēter libidini ſeruiunt: quas ego nec mutis pecudib' cōparauerim. pecora enim cum conceperunt, ultra non indulgent maribus copiam ſui.

Item ex epiſtola Clementis.

Adulterium, ſecundum in pœnis obtinet locum.

CAN. XVI.

Quid ī omnibus peccatis adulterio eſt grauius? [d] Secūdum nāque in pœnis [e] obtinet locum: quem quidem primum [f] habent illi, qui aberrant à Deo etiam ſi ſobriè uixerint.

His authoritatibus euidentiſsime mōſtrat̄, qđ quicūq; cā fornicationis uxorem ſuam dimiſerit, aliam illa uiuente ducere nō poterit: & ſi duxerit, reus adulterij erit.

4 *His ita reſpondet̄: hæ authoritates de iјs loquūtur, quorum continentiā carnalis infirmitas nō impedit, uel de iјs qui præſtantes cauſam diſsidij, aliorum cōiunctione ſe reddiderint indignos.*

Vnde Ambroſius ſuper epiſtolam Pauli ad Corinthios. †

CAN. XVII.

Vxor à uiro non diſcedat, niſi cauſa fornicationis: quòd ſi diſceſſerit, aut maneat innupta, aut recōcilietur uiro ſuo. & uir ſimiliter nō dimittat uxorem. Ideo non ſubdit, de uiro quod de uxore præmiſit: quia uiro licet ducere aliam.

Itē Gregor. iunior † Bonifacio epiſcopo.

Licet ducere aliam viro, cui ſua ob infirmitatē corporis debitum reddere non ualet.

CAN. XVIII.

Quod propoſuiſti, ſi mulier infirmitate [g] correpta non ualuerit uiro debitum reddere, quid eius faciat coniugalis? bonum eſſet ſi ſic permaneret, ut abſtinentiæ uacaret: ſed quia hoc magnorum eſt, ille qui non poterit ſe continere, nubat [h] magis: non tamen ei ſubſidij opem [i] ſubtrahat, quam infirmitas præpedit, non tamen deteſtabilis culpa [k] excludit.

5 *Sed illud Ambroſij à falſatoribus dr̄ eſſe inſertū. Illud Grego. ſacris canonibus imò Euāgelicę et Apoſtolicæ doctrinę penitus inuenit̄ aduerſū.* [l] *Quidam uerò ſententiam*

...nit duo ea. quæ de arcta loquuntur, & ideo non ſunt contraria iuri. Ioan. de Fant.

g Quod propoſuiſti. Infirmitate. id eſt, arcta. ſ. quæſt. v. cap. puto.

h Nubat. Hoc Anglicis conceſſum eſt, ut dicit Gregor. quia noui erant in fide: ut j. ead. §. quamuis. ſed male, quia iſte non fuit Gregorius magnus, nec ſcribit Auguſtino Anglorum epiſcopo, cui illa conceſsio facta eſt. xxxv. quæſtione tertia, capi. quædam lex. Vel intellige, quod loquitur de ſponſa. [a] & ſecundum hoc illud eſt conſilium. non enim opē ſubtrahit. Vel intellige de dote ei reſtituenda. extra de donatio. inter uirum & uxorem. capit. j. & ii. Vel loquitur de arcta, & illud erit conſilium. non enim opem, &c. Sed contra hoc obiicitur, extra de frigidis & malefic. cap. conſultationi. nam ibi dicit, quod non inuenitur aliquis canon de arcta. ſed certe bene inuenitur, ſed non expreſſe. Vel intellige de iuuene qui continere non poteſt, cui permittitur contrahere cum una permiſsiua cōparatiōe ne ad plures accedat. Simile infra proxima quæſtione ſecunda capitulo, ſi quod. Vel dic hoc abrogatum eſſe: ut dicit G. [l]

† Epiſtola j. ca. vj.

1. Cor. 7. b

a Scilicet de præſenti. ſed hoc ſtare non pōt, q̄a ni ſi ſponſa trāſeat ad religionē, nō poteſt ſpōſus ea uiua contrahere, ſecundū H.

Scilicet iij.

i Opem. Id eſt, dotem reddat.

k Culpa. Argumentum, quod probato adulterio, ſtatim uir poteſt dimittere uxorē ſuā, & dotem lucratur. extra de donatio. inter uirum & uxorem. capitulo, plerunque.

l Hic uide qđ no. ſupra ead. q. v. c. puto. in glo. j. Archi.

Sed illud. Hæc eſt v. pars quæſtionis, in qua laborat magiſter pro ſolutione capitu. & dicit quod inceſtuoſi tantum poſt mortem uxoris poſſunt contrahere: & hoc probat per vj. capit. quæ ſunt reſtringenda ad ius commune. Io. de Fant.

l Aduerſum. Nonne Leo quartus dicta Greg. mino-

Ambroſij ſeruare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quamlibet fornicationẽ uir licite dimittat uxorẽ, & uiuente dimiſſa, aliã ducat. de inceſtuoſa tãtũ fornicatione intelligitur, cũ uxor uidelicet alicuius, patri & filio, fratri et auũculo uiri ſui uel alicui ſimiliũ ſe ad cõſtuprãdũ publicè a *tradiderit. Hæc aũt qa uiro ſuo ſe illicitã reddidit in perpetuũ, dũ per copulã cõſanguinitatis in primũ, uel ſecundum, uel tertiũ gradũ tranſiuit affinitas: licite dimittĩt, & ea uiuente, ſupducitur alia. Hic ſi quis cõtendat non magis uiro quã mulieri licitum eſſe, ſi uir alicuius eodem modo fornicetur: ſciat uirũ ab Ambro. appellatũ non ſexu, ſed animi uirtute. mulierẽ quoque nominatã ſentiat, nõ ſexu corporis, ſed mollitie mẽtis. Sed qa nulla authoritate permittitur, ut uxore uiuẽte alia ſuperducatur: intelligiĩ illud Ambro. in ſupradicto genere fornicationis: nõ tñ quòd uiuẽte dimiſſa, aliã ducere poßit: ſed poſt mortẽ fornicarij uel fornicariæ, quorũ uterq; (ut ſupra dictũ eſt) à corruptione luxuriæ mulier appellatĩ: ille q à fornicatiõe mũdus eſt, uir uel mulier alijs copulari poßũt: adulteri aũt ſi ſuperuixerĩt, nullo modo alijs copulari poterũt. Sic & illud intelligitur, quod in ca. cuiuſdam conſilij legitur.*

Licitum coniugium non negetur illi, cuius uxor cũ ſuo fratre dormierit.

CAN. XIX.

QVædam cum fratre uiri ſui dormiuit: b decretum eſt, ut adulteri nunquam coniugio copulentur. illi uerò c cuius uxor ſtuprata eſt, licita coniugia non negentur. Sic & illud Magũtiẽſis concilij intelligitur.

Diſiungantur, & nunquam cõiugio copulẽtur, qui quaslibet infrà ſubiectorum admiſerũt.

CAN. XX.

SI quis uiduam uxorem duxerit, & poſtea cũ filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu cum duabus ſororibus, d altera manente uxore, aut ſi qua cum duobus e fratribus, ſeu cum patre & filio, & ſi quis relictam fratris, ſi quis neptem, aut nouercam, aut nurũ, aut conſobrinam, f aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignã g polluerit: eos h diſiungi, & ulterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.

Item.

Sororem uxoris polluens, neutram habere ualet.

CAN. XXI.

QVi dormierit i cum duabus ſororibus, & una ex illis antea uxor fuerit, neutram k ex ipſis habeat, nec ipſi adulteri unquam in coniugio l copulentur. m

Item illud Gregorij.

Cauſa adulterij, uxorem relinquens, continentiam ſeruet.

CAN. XXII.

SI uerò qui uxores ſuas in adulterio n deprehendunt, o non licebit nec eum nec eam aliam uxorem accipere, uel alium uirum, quandiu ambo uiuunt. p ſi autem adultera mortua fuerit, uir eius, ſi uult nubat, tantum in domino: adultera q uerò nunquam etiam ſi mortuus fuerit uir eius: omnibus tamen diebus uitæ ſuæ acerrimæ

---

ris ſine exceptione mandauit tenenda: ut xx. diſt. c. j. Sed illud in alijs in quibus bene dixit, arg. j. q. j. c. filium.

a Publice. Hic alludit G. diſtinctioni Alexand. extra de diuor. ca. ſi qua. & ca. porro. quæ tamen abolita, r eſt extra de eo qui cogno. cõſan. uxo. ſuæ. diſcretionem. nec ponitur in noua compilatione.

r Iſta ſũt uerba L. q ita loquitur. quia præce. decreta. nõ fuit poſita etiã in antiqua compilatione. Archi.

b QVædam. Dormiuit. Infra xxxv. q. ij. capi. ſi quis cum. ſ. xxvj. quæ. ij. c. qui dormierit.

c Illi uero. Omnia iſta c. uſq; ad §. quãuis. exaudi per cap. hi uero. quod eſt gloſſa omnium, quæ omnia inducuntur ad probandum, quod inceſtuoſi non poſſunt matrimonium contrahere.

d SI quis uiduã. Sororibus. Quarum una erat uxor ſua, & ſic nõ eſt contra. j. prox. cauſa. q. ij. c. ſi quis cũ duabus.

e Duobus. Quorum unus erat maritus, & ſic non eſt contra. j. proxim. cauſa. quæ. ij. cap. ſi quis cum.

f Conſobrinam. Id eſt, filiam materteræ. Vel dic aut pro. i. filiam auunculi. ſ. ead. q. j. cap. de Benedicto.

g Priuignam. Propriam. ſed de hac præmiſerat. Vel intellige priuignã auũculi de alio progenitam, uel de ſecundis nuptijs: ut xxxv. quæ. vlti. c. fraternitatis.

h Eos. Scilicet adulteros: ut j. ead. §. quamuis. uel uiros uel uxores.

i QVi dormierit. ſ. xxvij. q. ij. capitu. qui dormierit.

k Neutram. Quia ipſe debitum non exiget ab ea, & ita non habet eam. habetur tamen ab ea, quia ipſa petente, tenetur ei reddere debitum, & ita non habet, ſed habetur. s nec diſtinguo an fuerit occultus inceſtus, an manifeſtus: ut extra de eo qui cog. conſang. uxo. ſuæ. diſcretionem. De hoc notaui. xxvij. q. ij. cap. qui dormierit.

s Vir quandoq; habetur ab uxore, & nõ habet eam. Tali inceſtuoſo & adultero uxor nõ debet debitum reddere, imo põt ſe authoritate dñi denegare. xxxij. q. j. dixit. niſi & ipſa a tali primo debitũ exigat: qa poſtea uſ facta recõciliatio tacite, uñ de cætero nõ habet qđ obijcere poſſit, ut extra de adulter. ſi uir. extra de cõiug. ſer. propoſuit. & ca. ulti. extra de eo, qui dux. i matrimo. uenies. Arc.

l In coniugio. trigeſima tertia quæſt. ij. capi. ſi quis cum duabus. contra, ſed ibi ſoluitur.

m Copulentur. Etiã alijs: quia aliter non eſſet quõ.

n SI uero. In adulterio. Scilicet inceſtuoſo. nam quod alij adulteri contrahere poſſunt, habes. xxxj. quæſtio. j. cap. ij.

o Deprehendunt. Et nolunt eas de cætero habere in coniugio.

p Viuunt. Per hoc determinantur omnia hæc capit. poſt mortem enim adulterantis licet alij contrahere, ante non.

q Adultera. Supra proxi. q. j. c. ſi quis contra. ſ. ca. quæ. c. Apoſtolus. contra.

Ex

Ex ca. illo colligitur, quod mortuo uiro fornicatore, adultera poſsit alteri nubere: ſed qualiter hoc ſoluetur. ī. determinatum eſt xxxj. q. j. ſi quis.

[a] Pœnitentiæ. interioris, quæ dicitur continua memoria. de pœnit. diſtin. iij. Iudas.

ſed hic caſus reprobatus eſt ſuprà.

[k] Inane. Non eſt inane, ſed tolerabilius ut quis infirmitate carnis ad unā, quā ad plures diuertat: quod ibi permittitur. arg. ī. proxi. cauſa, quæſtio. ij. ſi quod uerius eſt.

pœnitentiæ [a] lamenta perſoluat.

Item ex decreto Zachariæ papæ.

Neutrum habeat, qui ſororem uxoris polluit.

CAN. XXIII.

Concubuiſti cum ſorore uxoris tuæ: ſi feciſti, neutrā habeas. [b] & ſi illa, quæ uxor tua fuerit, conſcia [c] ſceleris nō fuit, ſi ſe continere [d] nō uult, nubat [e] in domino cui uelit. tu aūt, & adultera ſine ſpe coniugij permaneatis: & quandiu uixeritis, iuxta præceptum ſacerdotis pniam agite.

Item ex concilio Triburienſi.

Cum nouerca uel filiaſtra uel cum ſorore ſuæ uxoris dormiens, ad coniugium peruenire non poterit: uiris tamen earum legitima non negantur cō iugia. CAN. XXIIII.

Si quis cum nouerca ſua dormierit, neuter ad coniugiū poteſt peruenire: ſed uir [f] eius pōt ſi uult, aliam accipere, ſi ſe continere non poteſt. ſimiliter [g] ſi quis cum filiaſtra ſua, uel cum ſorore uxoris ſuæ dormierit obſeruandum eſt.

Quamuis illud quod in fine Magūtinenſis [h] cōcilij ponitur, à nonnullis nō de legitime cōiunctis, ſed de fornicarijs dictum intelligatur, uidelicet ut fornicarij diſcedāt ab inuicē, & ſine ſpe coniugij permaneāt. illud uerò [i] Grego. ad Bonifaciū, Anglicis pro tempore permiſſum eſt, quibus beatus Greg. in quarta & quinta generatione coniugia contrahi permiſit: alias aūt inane [k] eſſet: cū Aug. dicat in ſermone domini in monte, Si uxorē [l] quis habeat ſterilem, &c.

Item Nicolaus ad Carolū Maguntienſem epiſcopum.

Ob infirmitatem uel damna corporis, cōiugia ſolui nō licet. CAN. XXV.

6 Si † qui matrimonium ſani contraxerunt, & uni ex duobus, amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hāc infirmitatem, coniugia taliū ſolui non poſſunt. [m] Similiter ſciendum eſt de ijs, qui ab aduerſarijs excæcantur, aut membris [n] truncantur, aut à Barbaris exſecti [o] fuerint.

Item Fabianus papa.

Furioſus & furioſa, matrimonium contrahere non poſſunt. CAN. XXVI.

Neque furioſus neque furioſa [p] matrimonium contrahere poſſunt: ſed ſi contractū fuerit, non ſeparentur.

7 *Vt ergo ex præmiſſis colligitur, non licet huic dimiſſa uxore ſua, aliam ducere. manet. n. inter eos quoddā uinculum coniugale, qđ nec ipſa ſepara-*

[b] Concubuiſti. Neutram habeas. Haberis tamē ab ea: ut not. ī. ead. qui dormierit.

[c] Conſcia. tāquam lena: quia procuret ut adulteret, ſ. ea. quæſtio. j. c. j.

[d] Si ſe continere. Vel ſi manifeſtū eſt uiri adulterium, & eum nō corrigit. Et eſt argu. ad quæſtionem de medico, qui cognouit uxorē patientis ex diſſolutione uiri, uel diſsimulatione uiri uel per ſuaſione. [1]

ADDITIO. Scilicet quod poſt mortē mariti poſſit contrahere medicus. Ioan. de Fant. Et dic quod ſi uir perſuaſit, non poteſt ei obijcere: quia obſtat ei exceptio, mulier tamen male fecit ſecundum Bart. Brixi. Quod dic ut plene diſputauit in ſua queſtione dominicali quæ incipit, cum quidam grauiter ægrotaret, &c. ubi ſoluit.

[1] Adde ad hāc gl. nota. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adulte. gloſ. in l. eſt mulier ff. ſoluto matri.

[e] Nubat. poſt mortem mariti, uel eo uiuente, ſi erat tantum ſponſa de futuro extra de iureiur. quemadmodum.

[f] Si quis cum nouerca. Sed uir poſt mortem uxoris. ſ. ea. ij uero. qui.

[g] Similiter, Sed cōtra. ī. proxi. quæſti. ij. ſi quis cum duabus. ſed hic rigor, ibi miſericordia. uel hic una erat uxor, ibi non.

[h] Maguntinenſis. ī. ea. quæſtio. ſi quis uiduam.

[i] Illud uero. Quandoq; bonus dormitat Homerus. [2] Vagatur G. pro ſolutione illius capit. ī. ea. quod propoſuiſti. & cum non inueniat, ſomniando attribuit ſanctus Greg. minori, quod egregius doctor S. Grego. maior ſcribit Aug. xxxv. q. iij. quædam lex.

Horatius.

[2] Cōcor. gl. in l. recuſari. &. nota. in l. Clodi⁹. ff. de acqui. poſſ.

[l] Si uxorem. ī. ea. q. v. ſi vxorem.

Si qui. Hæc eſt vj. pars quæſtio. in qua dicitur quod furioſi non poſſunt cōtrahere: ſed ſi ante furiā cōtraxerūt, tenet matrimoniū. Ioan. de Fant.

[m] Non poſſunt. Arg. quod ſi res peruenit ad eum ſtatū, &c. arg. ff. de itine. actuq; pri. l. j. quod enim recte actū eſt, &c. [3]

[n] Aut mēbris. Hic idem repetitur.

[o] Exſecti. de iſtis caſtratis, quidā ſunt caſtrati, quidam caſte nati, id eſt, frigidi. & iſti nō poſſunt cōtrahere. ī. proxi. q. j. ſi uero. Alij caſtrati ſcilicet ſpadones bene poſſunt, argu. xxvij. qō. j. nuptiarum. ī. proxi. q. v. quod Deo. ff. de iure do. ſi ſerua. §. ſi ſpadoni. Alij dicūt melius: quia nec iſti poſſunt contrahere, cū cognoſcere uxorem non poſſunt, & exiguntur in matrimonio tria bona, re, uel ſpe. xxvij. q. ij. omne. Vel dicas, quod ſi habet uirgam arrectam, ſiue reſoluat ſperma ſiue non, quod ſit ibi matrimonium: nam talis ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit uiro, ſiue reſoluat, ſiue non. nec requiritur qđ ſemꝑ in matrimonio ſit filiorum ꝓcreatio: quia ſufficit ꝙ non euitet prolem: ut ī. ea. q. ij. ſolent.

[p] Neque furioſus neque furioſa. Quia nō poſſunt cōſentire. arg. xv. q. j. aliquos. poſſunt tamē, ſi habeāt dilucida interualla ut extra de ſponſa. dilectus. arg. vij. q. j. quamuis. alias non ualet. xxvij. q. ij. ſufficiat. xvij. q. ij. Gonſaldus.

Vt ergo. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis, in qua

[3] Quod leg. & no. ī. j. q. vij. ſi quis omnem. in prin.

Caſtrati an poſsint matrimonium contrahere.

† Malim legere, ſi qui.

Furioſus cōſenſu caret.

† ca.vij.

redit ad propoſitũ principale, ſcilicet ad oſtendendum ꝙ altero uiuente, non poteſt alter contrahere. Ioan.de Fan.

T Antũ ualet. [a] Sociale. id eſt, matrimonium, ꝙ duos ſociat. Et eſt arg. quod cauſa ceſſante, nõ ceſſat conſtitutio: ut ſ. ea.q.j. dixit. ſ. lxj. diſt. §. his omnibus. contra. Solu. hoc & illud non tangunt ſe. nam ibi cauſa appellatur, ꝓ qua excludenda aliquid conſtituitur: ut ibi. ff. de poſtul l.j. §. ſexum. hic uero appellatur pro qua habẽda matrimoniũ cõtrahit. [b] Poſſet. de facto. [c] Aliam. ſ. diſtinct. lvj. Iſmael. [d] Alterius. ſcilicet uxoris. [e] Apud antiquos. ſ. ea.q.iiij.dixit. [f] Temere non dixerim. Melius eſt pie dubitare, quam temerẽ diffinire. Dic temere nõ dixerim, id eſt, nullo modo dicam: quia temerarium eſt dicere, & ſic ſentire.

[c] Simile iij.q.vj. nec quippe.uer.nũ tum,&c.

V Squeadeo. [g] Sacramẽtũ. id eſt, characterem. [h] Habet aũt hoc. ſ. ẽ.q.j. quod quidam. ſ.xij.q.j.ſcimus.

[3] De hoc 33.qõ.4. quid faciet. Arc. Mulier infidelis, an poſsit duci ſub ea cõditione ut cõuertatur.

[i] C Vm itaque. Hæc fuit octaua quæſtio an liceat ducere uxorẽ infidelem ſub ea cõditione ut conuertatur? Et certum eſt, ꝙ pure non põt cõtrahere cum ea: ut xxviij. q.j. ca. caue. & c. nõ oportet. ſed omittit magiſter q̃ſtionem illam quã poſuit ſuperius in themate: quia determinata erat. ſ. xxviij.q.j. non oportet. & ponit aliam quæ ſimiliter determinata eſt. xiiij. diſtinct. quod ait.

[l] Imo in § j. de nuptijs & cõcupiſcen. cap.xx.

N On ſolum. C A S V S.

tione diſſoluitur.

Vnde Auguſtinus ait in libro de bono coniugali. †

Sterilem uxorem dimittere, & cauſa fœcunditatis aliam ducere alicui non licet.

CAN. XXVII.

T Antum ualet uinculum ſociale, [a] ut cũ cauſa procreandi colligitur, nec ipſa cauſa procreandi diſſoluatur, poſſet [b] enim homo ſterilẽ dimittere uxorem, & aliã [c] ducere de qua filios haberet: & tamen non licet. Item. Manet uinculum nuptiale, etiam ſi proles (cuius cauſa initum eſt) manifeſta ſterilitate non ſubſequatur, ita ut iam ſcientibus coniugibus non ſe filios habituros, ſeparare tamen ſe uel ipſa cauſa filiorum, atque alijs copulare non liceat. Quod ſi fecerint, cum eis quibus ſe copulauerint, adulterium committunt. ipſo autem manente coniugio, planè uxoris uoluntate adhibere aliam, unde communes filij naſcantur unius uiri commiſtione ac ſemine alterius, [d] aut iure, aut poteſtate apud antiquos [e] patres fas erat: utrum etiã nũc fas ſit, temere [f] non dixerim.

Idem in eodem. †

De eodem.

CAN. XXVIII.

V Squeadeò inter uiuẽtes manẽt ſemel inita iura nuptiarum, ut potius inter ſe ſint coniuges etiã ſeparati, quàm cum ijs, quibus adhæſerũt. & paulò pòſt. Manet inter uiuentes quoddam uinculum cõiugale, quod nec ſeparatio, nec cum altero uiro copulatio poſſit auferre: ſicut apoſtata anima, uelut de coniugio Chriſti recedens, etiam fide perdita ſacramentũ [g] fidei non amittit, quod in lauacro regenerationis accepit. redderetur enim ꝓculdubio redeunti, ſi amiſiſſet abſcedens. Habet autem [h] hoc qui receſsit, ad cumulum ſupplicij, non ad meritum præmij.

QVAEST. VIII.

[i] C *Vm itaque probatũ ſit ꝙ hic uxorem ſuã dimittere, & aliam ducere non poteſt. Quæritur ſi liceat ei hac cõditione peccare, ut infidelem ad fidẽ adducat. quod non poſſe fieri Auguſtinus affirmat in libro de adulterinis coniugijs ita dicens.*

Non debet aliquis à continentiæ uoto recedere, etiam ſi infidelis Chriſtianam ſe fieri polliceatur.

CAN. I.

N On ſolùm mœchandum non eſt (quod quidam faciũt, [k]) ſed omnis qui dimittit uxorem ſuam, & ducit alteram, [l] & ſi propterea eã duxerit ut Chriſtianam faciat, ſed etiam quiſquis non alligatus uxori continentiam Deo uouit, nullo modo debet iſta compenſatione [m] peccare, ut ideo credat uxorem ſibi eſſe ducendam, quia promiſit [n] quæ nuptias eius appetit futuram ſe eſſe Chriſtianam. quod enim cuiquam antequam uouiſſet licebat, cum ſe id nunquam facturum uouerit, non licebit, ſi tamen id uouerit, quod uouendum ſit, ſicuti eſt perpetua uirginitas, uel poſt experta connubia ſolutis à uinculo coniugali uidualis caſtitas, ſeu ex conſenſu uouentibus, & carnalia debita ſibi inuicem relaxantibus fidelibus caſtiſque coniugibus,

Dicitur hic, quod ſi fidelis uxorem ſuã fidelem dimittit, & paganam ſuperducit hac cõditione ut baptizetur, manifeſtum eſt eum mœchari. Nam & ſi ſolutus eſſet ab uxore, & uotum emiſiſſet, ſub ea conditione ſibi contrahere nõ liceret, cum uotum debeat adimplere: ſed ſi ſolutus fuiſſet, hoc ei ante uotum facere licebat: ſed uotũ factum nulla conditione rumpetur, cum ſine conditione fuerit emiſſum.

[k] Quidam faciũt. cognoſcendo aliam non dimiſſa ſua. [l] Ducit alteram. Mœchatur. [m] Cõpenſatione. Arg. quod in illicitis cõpenſatio non debet admitti: ut xxxiij. q.v. ſi dicat. j.q.j. non eſt putanda. xxij.q.ij. primũ. & capi. ne quis. & ca. faciat. ſ. diſtinct. ulti. ſi euangelica. xiiij. di. quod ait. [n] Quia promiſit. Hic collige. quod licet interdũ ſub conditione contrahere: ut ſ. xxviij.q.j. non oportet.

Condi-

ꝙ alterũ ſine altera, vel alteram ſine altero, uouere fas nõ eſt, iugis cõtinẽtia. hęc ergo & ſi qua alia ſũt, quæ rectiſsimè uouenť, cũ homines uouerint, nulla conditione a rumpenda ſunt, quæ ſine ulla conditione b uouerunt.

CAVSA XXXIII.

Q Vidã uir c maleficijs ĩpeditus uxori ſuę debitũ reddere nõ poterat. alius interim clanculo eã corrupit. à uiro ſuo ſeparata corruptori ſuo publicè nubit. crimẽ qđ admiſerat, corde tm̃ Deo cõfitetˉ. reddiť huic facultas cognoſcẽdi eã. repetit uxorẽ ſuã, qua recepta ut expeditius orationi uacaret, & ad carnes agni d purius accederet, cõtinentiam ſe ſeruaturum promiſit. uxor uerò conſenſum non adhibuit.

1 Hic primum quæritur Q an propter impoßibilitatẽ coeundi, à uiro ſuo aliqua ſit ſeparanda?

2 Secũdò an poſt ſeparationẽ ei nubere ualeat cũ quo prius fornicata eſt?

3 Tertiò, ſi ſola confeſſione e cordis crimẽ poſſit deleri?

4 Quartò, ſi tẽpore orationis quis ualeat reddere coniugij debitum?

5 Quintò, an uir ſine cõſenſu uxoris cõtinẽtiã uouere poſſit, uel ſi minis uel terroribus licẽtiã uouẽdi ab ea extorquere ualeať

QVAESTIO I.

Q Vòd autẽ f pp impoßibilitatẽ reddẽdi debitũ mulier à uiro ſuo ſeparari non poßit, authoritate euãgelica & Apoſtolica g ꝓbaťˉ. Sic.n. Chriſtꝰ ait in Euangelio: Nulli licet dimittere uxorẽ ſuã, niſi cã fornicatiõis: uel qua h alter eorũ (ſicut Auguſt. exponit) fornicatus fuerit, uel ad quã alter alterũ ꝑtrahere uoluerit. Itẽ Apoſt. Mulier quanto tẽpore uiuit uir eius, alligata ẽ legi ipſius nõ legi i ſibi reddẽdi debitum, ſed nõ trãsferendi ſe ad aliũ. Itẽ ijs q matrimonio iũcti ſunt, ꝑcipio nõ ego, ſed dominus, uxorem à uiro ſuo non diſcedere, niſi cauſa fornicationis. Euangelica itaq; & Apoſtolica

a Conditione. Ex hoc uidetur, ꝙ nunquam ſubintelliguntur conditiones in iuramento. ꝙ falſum eſt: ut notaui. ſ. xxvij. q. ij. §. ij. quia generales intelliguntˉ, & ſi non ſpeciales, ut ſi deus uoluerit, ſi uixero, ſi potero. 1 ſed ſpeciales non intelliguntur, niſi exprimantur: ut ſi hoc feceris: ut C. de con. ob turp. cau. ſi repetendi. ff. de uerb. oblĩ. quicqd. niſi ubi lex ꝓmi ſit aliquid tacite agi inter contrahentes. tunc enim illud pro expreſſo habetur: vt ff. ſi cer. pe. cũ qd. ff. de verb. obl. triticum. quandoq; lex ipſa ſpeciales conditiones ſubintelligit: vt in ſtipulatione dotis ſubitelligitur hæc, ſi nuptiæ fuerint ſecutæ: ut ff. de iure do. ſtipulationem. & hoc ſi non immoderatum quid præcipitur: ut ff. de ope. li. l. ſi libertus. extra de iureiuran. Quintauallis.

b Conditione. No. arg. à contrario ſenſu. ſubaudiuntur & aliæ conditiones: ut dixi xxvij. quæſtio. ij. §. j.

c Vidam vir. Tractauit Gr. ſ. de impedimento matrimonij q; procedit ex animo, & etiam de eo ꝙ procedit tam ex animo, quam ex corpore cõiunctim: nunc tractat in cauſa iſta de eo ꝙ procedit tantum ex corpore, tractat etiam de quibuſdam alijs impedimentis: ut de frigi. & malefi. ca. j. & iij. & de enormitate delicti: ut j. q. ij. de his. & ſequentibus, & de tempore feriarum: vt j. q. iiij. per totum.

d Agni. Id eſt, Chriſti. de quo dicitur, ecce agnus Dei. de conſe. diſt. iiij. nemo.

e Confeſsione. Id eſt contritione.

Q Vod autem. Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima quarum probatur, ꝙ frigiditas ſeparat matrimonium. Secunda ibi, Hoc autem. Tertia ibi, Ecce quod impoſsibilitas. Io. de Fant.

f Quod autem. Hic depingitur prima quæſtio an.ſ. impoſsibilitas coeundi ſeparet matrimonium. Et nota, ꝙ eſt triplex impoſsibilitas, impoſsibilitas ex animo, ut in furioſo. ſ. proxi. q. vij. neq; furioſus. Alia quæ procedit ex corpore, ut in frigido & maleficiato. 1 j. e. c. j. ij. & iij. Tertio prouenit ex utroque, ut in puero: ut xxx. q. ij. vbi. Vel ſic diſtinguas, Alia eſt naturalis impotentia, 2 vt frigiditas: alia accidentalis, ut maleficium. & quæcunque ſit impotentia, ſi matrimonium præceſsit illã, ita quod effecti ſunt vna caro, propter nullam cauſam ſuperuenientem poſſunt ſeparari: vt ſupra proxi. q. vij. ij qui matrimonium. niſi propter fornicationem: ut ſ. proxi. quæſt. j. dixit. vbi vero impedimẽ 3 tum præceſsit matrimonium, refert utrũ ſit perpetuum: quia tunc ſeparari poſſunt. argumen. j. e. ſi per ſortiarias. ſi temporale, nequaquam. Et nota, quod licet iura emanauerint diuerſa ſuper hoc. ſ. uſque ad ꝙ tempus deberẽt manere ſimul ad hoc vt maleficium videatur perpetuum, vt extra de frigid. & malefi. c. j. & C. de repud. in cauſis. tamen per Cęleſtinum tempus determinatum eſt triennium: 3 ut in eo. tit. laudabile. Et idem dicit authen. de nupt. §. per occaſionem. col. iij. hoc tamen exaudi cũ ante triẽnium non põt conſtare de impedimento naturali: vt colligitur in prædicta decretali, laudabilem. & hoc dico tam in frigido, quam in maleficiato. & hoc triennium currit à tempore quo tentauerunt coire, ut colligitur in authent. prædic. ubi autem dubitatur an præceſſerit maleficium an ſecutum ſit, præſumendum eſt quod ſecutum ſit poſt matrimonium. argu. C. de ædil. edic. l. iij. & hoc fauore matrimonij. xxxv. q. vj. videatur. palea eſt.

g Et apoſtolica. Sophiſtice inducit Gratianus omnia iſta: quia de conſummato matrimonio intelliguntur.

h Qua. Scilicet corporali.

i Non legi. Tantum.

Conditiones aliq ſunt in iurametis ſ1 telligẽdę.

1 No. hic Hu. qđ ſi quis fecit uotum de carnibus nõ edendis, & iſir matur ita quod dr̃ à medicis qđ eſt in periculo niſi ueſcatur carnibus, & qđ aliter euadere non põt, de ꝑcepto maioris põt comedere carnes, qa caſus eſt neceſſitatis, & in huiuſmodi uoto tacita eſt conditio, ſcilicet niſi neceſsitas cogeret, uel ꝑceptũ maioris adeſſet. Archidia.

Impoßibilitas coeundi eſt triplex.

2 Not. extra de frigi. & malefi. c. ule. in fine.

Mat. 19. b

3 Dic qđ hoc triennũ debet eſſe cõtinuum. extra de frigid. & maleſ. literę. in fin Sed quid ſi uir vadit ad ſanctũ Petrũ & ſtat ꝑ tẽpus, nũquid iſtud tẽpꝰ cõputabitur ĩ iſto triennio? Dicit Guliel. nazo quod nõ: arg. extra de cõceſ. præb. qa diuerſitatẽ. ſed adhuc ſimiliter cohabitabũt ꝑ tãtũ tempus ſcilicet. ij. qõ. vj. anteriorum §. ad hoc extra de eo q mit. in poſ. cũ ſi cut. & in prędic. decr. literę. cum ex iuſta cã fuerit abſẽs extra de offic. delega. cõſultatiõibꝰ. Archi.

Officio. Carnis.xxvij.q.ij.§.ecce.

ſficio. Id eſt, carnali commiſtione.

Vod autem. Nubere non poſſunt.i.ſibi reddere debitum, propter naturalẽ frigiditatẽ.

Scriptum eſt. Primo libro capitulari Caroli. ſ. in Lombarda.

celebratio. uiſſa.cum Marthæ.§. quæſiuiſti.Similiter quidam dicunt, ꝙ nullum maleficium eſt perpetuum, quin ſaltem per ipſum authorem poſsit ſanari.

l Patet. Nota, ꝙ ſequentia probantur per præcedentia. j.xxxiiij.q.j.c.j. in fi. liiij. diſt.fraternitatem.

Probare. Argu.ꝙ mulieri quandoque defertur probatio, cum de commiſtione carnis controuerſia eſt argu. ſ.xxvij. q.j. nec aliqua. Sed contra. j. ea. ſi quis acceperit. Sed illud ſolutum eſt. xxvij.quæſt.ij.quod autem.

Ibidem. b
Mat.19. b

f Per iuſtum. ſ. ij. q. v.conſuluiſti.contra. Sed hic appellat uerum iudiciũ, non candentis ferri uel feruentis aquæ, uel huiuſmodi, ſed legitimorum teſtium.

g Iudicium. Per aſpectum corporis ſi uirgo eſt: quia aliud eſt in corrupta: ut j. ca. proxi. & quid iuris ſit, notaui ſ. xxvij. q. ij. quod autem. melius enim perpenditur oculis aliquid. Inſtit. de gra. cog. §. hactenus. quæ tamẽ inſpiciunt, debent eſſe peritæ. ff. de ven. inſpi. l. j. quia uiſus ſepe fallitur. & xxvij. quæ. j. nec aliqua.

h Requiſiſti. Pro uxore. Conſilium eſt: ut extra eod. cap. accepiſti.

i Innupti. Præceptum eſt, quantum ad uirum, quantum ad illam conſilium. & ita uerbum ſemel poſitum tenetur æquiuoce. xxviij. diſtin. presbyterum. & ibi Ouidius. Demophoon uentis & uerba & uela dediſti.

k Naturaliter. Id eſt, naturali frigiditate impediente. Et eſt argu. quod frigiditas eſt perpetuum impedimentum. j. e. q. v. qui ſicit. ſ. proxi. q.v. ſicut. licet quidam dicant, quod nullum impedimentum eſt perpetuum. nullus enim eſt ita frigidus (ut dicunt) quin ope medicorum ei poſsit ſubueniri. quod non credo, cum frigiditas quæ eſt naturalis proprietas, per accidentia non immutetur. extra de

Frigiditas quãdoque mutari nõ poteſt.

authoritate prohibeť mulier à uiro ſuo diſcedere, niſi ob cām illā fornicationis cunctis notiſſimā: qua ĩteruenięte ſi diſceſſerit, oportet eā manere innuptā, aut reconciliari uiro ſuo. unde daẽ intelligi, ꝗ impoſſibilitas reddēdi debitũ, nō facit cõiugij diſſidiũ. His ita reſpõdeť: cõiugiũ cõfirmaẽ carnali officio, a ut ſupra ꝓbatũ ẽ. poſtquã uerò officio b cõfirmatũ fuerit, niſi cã fornicationis, non licet uir uxorem dimittere, uel uxori à uiro diſcedere. uerum antequam confirmetur, impoſſibilitas officij ſoluit uinculum cõiugij.

Unde ſcribit Grego. Io. Rauẽnati archiepiſcopo.

Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem uir cognoſcere non poterit.

CAN. I.

Qvod autem interrogaſti de ijs, qui matrimonio iuncti ſunt, & nubere non poſſunt, c ſi ille aliã, vel illa aliũ ducere poſsit? de quibus ſcriptum eſt: d Vir & mulier ſi ſe cõiunxerit, & dixerit poſtea mulier de uiro, ꝙ coire nõ poſsit cũ ea: ſi põt probare e ꝙ uerum ſit, per iuſtum f iudicium g accipiat alium. ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur.

Item ex epiſtola eiuſdem Auguſt. Anglorum epiſcopo.

CAN. II.

Requiſiſti de ijs, qui ob cãm frigidæ naturæ dicũt ſe nõ poſſe inuicẽ operã carni dãtes cõmiſceri. Iſte uerò ſi nõ poteſt ea uti pro uxore h habeat eã quaſi ſororẽ: quòd ſi retinaculũ cõiugale uoluerit reſcindere, maneãt utriq; innupti. i nam ſi huic nõ poterit cõcordare naturaliter, k quomodo alteri cõueniet? Si igiť uir aliã uult uxorẽ accipere, manifeſta patet l ratio, quia ſuggerẽte diabolo, odij fomitẽ exoſam eã habuit, & idcirco m eã dimittere, mẽdacij falſitate moliť. Quòd ſi mulier cauſatur, & dicit, Volo eſſe mater, & filios procreare: uterque eorum ſeptima manu n propinquorũ tactis ſacroſanctis reliquijs, iureiurãdo dicat ut nunquã per cõmiſtionem carnis coniuncti una caro effecti fuiſſent: o tunc videtur mulierem ſecundas nuptias contrahere poſſe. Humanum p dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigidæ naturæ eſt, maneat ſine coniuge. ꝙ ſi & ille aliam copulam acceperit, q tunc ij qui iura

& C. de adulte. ſi qui. Item hic ex poſt facto patet retro fuiſſe matrimonium: ut extra de frigi. & male. fraternitatis. & hoc eſt notabile, quod eo ipſo quod alius uel alia ſuperinducitur, præſumitur hoc ex odio fieri. Et eſt præſumptio iuris, contra quam non admittitur probatio, imo ſtatim ius pronunciat eſſe puniendum. arg. ad hoc. j. ead. quæſt.ij. ſeculares.

Probatio non auditur cõtra iuris præſumptionem.

m idcirco. Quaſi dicat ſi uir petat diuortium ut pater fiat, non audiretur: ſi autem petat, ut exoneretur oneribus matrimonij, audiretur. Si mulier petat ut fiat mater, audiretur. non dico uirum quo ad hoc audiendum, ſi ſe frigidum ſciret, cum contraxit. extra de eo qui duxit. capitulo primo.

l Ad hoc C. de ſpõ. l.ultim.§. ſi. & adde qđ no. j. ca. proxi. Archidia.

z Quam proponere non cogit. argu. extra de iud. dilecti.& no. viij. diſt. quo iure. Et quãcũque ſit cã impotentiæ ſufficit dũtamẽ perpetua ſit extra de frigid. qđ ſeñ. ſecundũ Hoſti. q ita nota.eo. tit. literę quę decret. facit ꝓ primo dicto huius gl. ut patet ĩ fine primi reſpõſi. ibi patet qđ talis petitio ſit admiſſa. Archi.

n Septima manu. Hoc intellige cum hæc non erat uirgo: quia ſi eſſet uirgo, tunc ſufficeret uerum iudicium per obſtetrices: ut cap. præcedent. cum ſacramento tamen utriuſque. j. xxxv. q. iij. extraordinaria. Et nota, ꝙ ſufficerent in caſibus huius cap duo. ſi ſeptem haberi non poſſent. Item eis ſolis crederetur, ſi de hoc fama eſſet. argu. xxxv. quæ. vj. ſi duo.

o Fuiſſent. Et ꝙ operam dederunt alias non ſufficeret: ut hic in princ. cap. notatur.

p Humanum. Ea humanitate qua Apoſtolus permiſit ſecundas nuptias. xxxj.q.j. hac ratione.

q Acceperit. Pone ꝙ mulier dixit eum impotentem ad reddendum debitum, non proponendo cauſam impotentiæ coeundi, z & hoc probauit, & lata eſt ſententia: nunquid ſi contraxit, reſtituantur poſtea priora

Rom. 6.b

uerunt, ut periurij b cri mine rei teneant, & pœni tẽtia pacta priora c co gantur recipere cõnubia.

2 *Hoc autẽ ſeruari præcipitur, cum uterque idẽ fatetur. Ceterũ ſi uir aſſeruerit ſe reddidiſſe debitum uxori, & illa diffitetur: cui potius fides adhibenda ſit, meritò quærit.*

De his in cõcilio apud Compendium habito, ita ſtatutum eſt.

In ueritate uiri conſiſtat, ſi mulier negat ſe cognitã ab eo.

CAN. III.

SI quis acceperit uxorẽ, & habuit eam aliquo tẽpore, d & ipſa fœmina dicit, ꝙ nunquã coiſſet cum ea, & ille uir dicit quod ſic fecit: in ueritate uiri cõſiſtat: quia vir caput eſt mulieris.

3 *Ecce ꝙ impoßibilitas reddẽdi debitũ, uĩculũ ſoluit coniugale: ſed hoc de naturali impoſſibilitate ſtatutũ. eſt hæc aũt maleficij impedimento, nõ frigiditate naturali, debitũ cõiugale ꝓhibente, à uiro ſuo ſeparata eſt. unde quæritur ſi liceat ei etiam in hoc caſu, à uiro ſuo diſcedere, & alij ſe copulare? De his ita ſcribit Igmar⁹ Remẽſis archiepiſcopus.*

Quid de ijs, qui maleficijs impediti coire non poſſunt.

CAN. IIII.

SI per ſortiarias, atq; maleficas, e artes, occulto, ſed nunquã iniuſto Dei iudicio permittẽte, & diabolo ꝓparãte, cõcubitus nõ ſequitur, hortãdi ſunt, quibus iſta eueniũt, ut corde contrito, & ſpiritu humiliato Deo & ſacerdoti de omnibus peccatis ſuis puram confeſſionem faciant, & profuſis lacrymis, & largioribus eleemoſynis & orationibus atq; ieiunijs, domino ſatisfaciant: & per exorciſmos ac cætera eccleſiaſtica medicinæ munia miniſtri eccleſiæ tales, quantum dominus annuerit, qui Abimelech, f ac domũ eius, Abrahæ orationibus ſanauit, ſanare procurent. Quòd ſi fortè ſanare non potuerint, ſeparari g valebunt: ſed poſtquam alias nuptias expetierint, illis in carne uiuentibus, quibus iuncti fuerant, prioribus, quos reliquerant, etiam ſi poſsibilitas concũbendi h eis reddita fuerit, recõciliari nequibunt. i Sed in hoc uidetur contrarius præmiſſo capitulo Gregorius Papa. ibi enim poſt poſsibilitatem redditam iubetur ſeparari ab eo, cui ſecundò nu-

---

priora connubia? Non, quia totum ius ſuum uidetur in iudicium deduxiſſe: vnde idem eſſet ac ſi per frigiditatem & maleficium ſepararẽtur. argu. extra de cau. poſ. & proprie. cum ſuper electione. C. de an. ex cep. l. vlti. ſecus tamen eſt in perſonali actione. ff. de excep. rei iud. & an eadem. §. actiones.

a Hi qui iurauerũt. Id eſt, vir & uxor, non conſanguinei teſtes, qui ſecum iurauerunt. Illi enim non iurauerunt ſic eſſe uerum, ſed credere ſic eſſe uerum, ſicut illi, ſcilicet vir & vxor dicebant: arg. xxxv. q. vj. de parentela. & extra de teſti. cap. quoties.

b Periurij. Et ita uterque fuit in culpa. alias quod in fine dicitur, iniquum eſſet.

c Priora. Et hoc cum uterque contraxit, alias exciperetur contra adulterantem de adulterio. extra de diuortijs. ſignificaſti. Vel hoc cum innocens excipere non uult. argu. xxviij. q. j. idololatria.

d SI quis accepe rit. Tempore. Plus quam per duos menſes. quia enim ſtatim non proclamauit virum eſſe impotentem, poſtea non creditur ei, ſed uiro qui contrarium dicit: ut extra de fri. & male. cap. j. nam etiam ex tempore præſumitur aliquam non eſſe cognitam: ut extra de ſponſa. ad id. j. q. ij. conſtat. Item uel ideo potius creditur uiro, quam uxori: quia uix aliquis inuenitur impotens ad coeundum: ut 50. diſt. quia tua. hanc credo eſſe cauſam, quare uiro creditur in hoc caſu. Sed Petrus Hiſpanus alias aſsignauit rationes: quia vir ſtat pro matrimonio, ꝙ fauorabile eſt. Item quia fuit ſola cum ſolo, creditur cognita ab ipſo: ut xxxij. q. j. dixit. xxxvij. q. j. nec aliqua. iuxta illud Ouidij: A iuuene & cupido credatur reddita uirgo? & hoc poteſt intelligi de illa, quæ prius fuit corrupta. ſed ſi fuit uirgo, quando iuncta fuit ei, potius crederetur probationi ſuæ, quam facit per aſpectum corporis: vt ſ. e. c. j. extra de proba. propoſuiſti. tamẽ niſi mulieres eſſent peritiſsimæ, potius eſſet credendum viri ſacramento: quia res illa occulta eſt, & non peruia viſui, & oculus plerunque fallitur: ut 27. q. j. nec aliqua. & in talibus ſæpe ſacramento vnius ſtatur: vt dum quæſtio eſt de ſumptibus factis: ut C. de iudic. ſancimus. ij. quæ. j. in primis. Vel dum eſt quæſtio de damno dato, ſacramento unius creditur. C. unde ui. ſi quando. hæc autem quæ dixi uera ſunt quando unus fatetur, & alter negat: ſed ſi uterque fateretur, quod non interceſsit commiſtio, tunc expectabitur per triẽnium, ſi antea non poteſt conſtare: ut extra de fri. & malefi. laudabilem. Sed quid ſi mulier ſciebat uerum eſſe frigidum ab initio? ſatis uidetur ꝙ tunc non poſsit petere ſeparationem, argum. extra de frigid. & malefi. cap. j. & C. de ſponſa. l. ulti. ubi dicitur, quod imputet ſibi, ſi ſcienter coniuncta ſit turpi perſonæ uel impotenti coire, & quia ſero accuſat mores, quos ducendo eam in matrimonio comprobauit: ut ff. de adult. ſi uxor. in fi. De uiro autem potius uidetur, ꝙ ille non poſſit recedere a muliere ſi ipſa uult cohabitare ei, cum ipſe ſciuerit ſe frigidũ. argum. extra de eo qui dux. in ma. c. j.

Vxori uirũ impotentẽ allegãti utrũ ſit credendum.

Mulier, quæ ſcienter cũ frigido contraxit, an ſeparationem petere poſsit.

e SI per ſortiarias, atq; maleficas. ſupra xxiij. q. iiij. de Tyrijs.

f Abimelech. Regem Geraris: vt xxxij. quæſtione iiij. nemo.

Gen. 20. d

g Separari. Niſi ipſa uxor dicatur procuraſſe maleficium, cum ſua culpa ad hoc deuenerit. lv. diſtinctio. ſi euangelica. ff. quod metus cauſa. ſi mulier. xv. q. j. ſi quis inſaniens.

h Concumbendi. Cum alijs, non cum prioribus. tunc enim non eſſet perpetuum maleficium.

i Nequibunt. Hic potius ignarus dicendus eſt, quam gnarus. nam dicit Cardin. quod iſte finis non tenet: quia ut dixit, nullum maleficium eſt perpetuum quin ſaltem per ipſum authorem tolli poteſt.

Maleficiũ nullũ, ſecũdũ aliquos eſt ꝑpetuũ.

Alij

Alij dicunt contra: ut ſupra eadem, requiſiſti. Vel intellige poſt triennium.

QVod autem. Hæc quæſtio diuiditur in x. partes. In quarum prima probat per tria cap. quod ſi quis dimittat uxorem ſine iudicio eccleſiæ, cogendus eſt ad illam redire: Secunda ibi, Siue de coniugij. Tertia ibi, In hoc capit. Quarta ibi, In præmiſſis. Quinta ibi, Nũc autem Sexta ibi, De pœnitentibus. Septima ibi, Latorem. Octaua ibi, Si quis. Nona ibi, Quos. Decima ibi, Antiqui. Io. de Fant.

pſerat; & redire ad primum. hæc autem uiuente eo cui ſecundò copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.

QVAEST. II.

1 ps

QVòd aũt ei cum quo pri[a] fornicata fuerat, poſt ſeparationẽ nubere poſſit, ſuperius ꝓbatũ eſt, mortuus eſt enim ſibi uir eius, ex quo iudicio eccleſiæ ab eo ſeparata, ab eius lege ſoluta ẽ ỹñ iuxta Apoſtolũ, Nubat cui uult tm̃ in domino. Sed q̃rit̃ ſi ſine eccleſiaſtico iudicio nulla cã diſſidij rationabiliter ꝓbata ab ea diſceſſerit, an ſit cogẽdus redire ad cã? De hoc ita ſtatutũ eſt in concilio Carthaginẽſi, cui ĩterfuit Auguſtinus, capitulo xxx.

Non licet alicui uxorem dimittere, niſi cauſa diſſidij primum eccleſiæ comprobetur.

CAN. I.

SEculares qui coniugale conſortiũ nulla grauiori culpa dimittũt, uel etiã dimiſerũt, & nullas cãs diſsidij probabiliter[c] proponẽtes, propterea ſua matrimonia dimittũt, ut aut accedere ad illicita, aut ad aliena præſumant: ſi antequã apud epiſcopos cõprouinciales[d], diſsidij cauſas dixerint, & priuſquam in iudicio damnentur, uxores ſuas abiecerint: à communione ſanctæ eccleſiæ, & populi cœtu (pro eo quòd fidem & coniugia maculant) excludantur.

Item Ambroſius ſuper Lucam.

Lex diuina prohibet uirum uxorem dimittere, niſi certa cauſa fornicationis.

CAN. II.

AN quod in ſubditos[e] nefas eſt, in cõparem[f] fas? dimittis ergo uxorẽ quaſi iure, ſine crimine, & putas hoc tibi licere, quia lex humana nõ prohibet? ſed prohibet[g] lex diuina. qui hominibus obſequeris, Deum uerere, audi legem domini, cui obſequuntur & qui leges fecerunt: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Item Nicolaus Papa Carolo Imperatori.

Abſque cauſa cognitione, à uiro ſuo dimiſſa, ad omnia reſtituatur.

CAN. III.

HIſtoria eccleſiaſtica ab Euſebio Cæſarienſi epiſcopo confecta, de muliere quadam quæ de caſtitate à marito accuſabatur, ait præceptum eſt ab imperatore lege lata, ut primò[h] permitteretur ei rem familiarem[i] liberè diu

1.Cor.7.g Vxor quæ a uiro, diſceſsit, in tribus caſibus ſibi non reſtituitur.

a Superius. Supra xxxj. q. j. in princ. Sed quæritur. Quia ſecunda quæſtio non habebat dubitationem ideo ponit aliam incidentem, quæ ſimiliter quæſtionem nõ habet: quia ſemper eſt reſtituenda, niſi in tribus caſibus. Si publice ſit adultera a. Vel niſi timeatur de uiri ſæuitia. infrà. ead. ſiue. & extra de diuort. ſignificaſti. Vel niſi dicantur conſanguinei in gradu indiſpenſabili, & incontinenti probetur exceptio. extra de reſtit. ſpolia. literas. & tamen in eodem caſu fit reſtitutio quo ad omnia niſi quo ad carnale commercium, ut ibi dicitur in fin. Quartus caſus poteſt eſſe, quando uxor propria uoluntate recedit a uiro;[1] ut xxvij. quæſtio. ij. Agathoſa. Vel cum uir de licentia uxoris recedit ab ipſa: ut ibidem.

Habeẽ cõcugeteñ. ca.29.

1 Sub nec petit ſe reſtitui. qđ dic ut no. extra de adul. intel leximus. Archi.

c SEculares. Probabiliter. Nota quare dicit probabiliter. hoc enim forte dicit. quia propter fornicationis ſuſpicionem probatam eccleſiæ, licebit ei uxorem dimittere: ut ſupra xxxij. quæſtione j. cap. dixit.

d Comprouinciales. Diſtributiue ſcilicet iſte apud ſuum, & ille apud ſuum. non enim propter tales cauſas ipſi prouinciales conuocantur. Vel melius, hoc olim obtinuit: quia cauſa matrimonij tractabatur apud epiſcopos prouinciæ. xxxv. quæſtione vj. multorum. Hodie etiam archipresbyter cauſam huiuſmodi tractare poteſt. argumen. extra de conſang. & affinita. capitu. j. Sed certe & hodie ad epiſcopalem iuriſdictionem cognitio matrimonialis cauſæ ſpectat. Vnde nec abbates nec alij poſſunt de matrimonio cognoſcere: niſi ex conceſſione uel alia cauſa legitima id habeant: ut extra de exceſ. prælat. accedentibus. Præſcribi enim poteſt talis iuriſdictio: ut extra de præſcript. auditis in fine.

Matrimonialis cauſa ad epiſcopũ pertinet.

1 c. xvij. in commẽtarijs.

e AN quod in ſubditos. Scilicet renuntiare epiſcopatui, extra de renunc. niſi & extra de regul. licet. Vel ſicut ſubditi non poſſunt deſerere[2] prælatum. xj. quæſtione prima. inolita. Vel ſicut prælatus non poteſt ſine cauſa punire ſubditos. 86. diſtinctio. ſi quis.[3]

2 viij. q. iiij. nonne. Archid.

3 ij. q6. j. nemo. &. 30. queſ. 5. nullum.

f In comparem. Scilicet ut uir dimittat uxorem ſine cauſa, uel condemnet præter ordinem iudiciarium. Ioan.

g Sed prohibet. Supra xxvij. q. ij. ſunt. in authent. ut lice. matri. & auiæ. §. cauſas. Lex enim humana admittit diuortium in alijs caſibus, præter fornicationem: ut C. de repud. conſenſu.

h HIſtoria. Vt primo. Ex quo ergo mulieri primo reſtituuntur res ſuæ, multo potius uir eſt ei reſtituendus, & ſic facit ad propoſitum Gra. Alij ponunt caſum ſic. Quærebatur an mulieri accuſatæ de adulterio, dãdæ ſint induciæ?[4] Reſpõ. ꝙ ſic. ſed hoc non uidetur poſſe ſtare: quia in crimine adulterij nulla datur dilatio: ut ff. de adult. in crimine ſed poteſt dici, quod hoc uerum eſt cum agitur criminaliter.

4 Scilicet præparatoriæ. Io. de Fan. ꝙ hic approbat iſtã caſus poſitionẽ, & quidam alij ut dr in gl. ſeq.

i Rem familiarem. Et hoc intelligunt quidam de præparatorijs inducijs, alij de reſtitutorijs.

Hoc

tius ordinare: tunc demũ reſpõderet obiectis. Hoc [a] omnes leges, [b] tam eccleſiaſticæ, quàm uulgares publicæq; præcipiũt. Si autem de mulieribus & ſecularibus uiris hæc conſtituta ſunt, multò magis eccleſiaſticis hominibus & ſacerdotibus ſunt conceſſa.

Item Nicolaus papa.

Niſi poſt reſtitutionem, neque de coniugij fœdere, neque de adulterij crimine, inter uirum & uxorem iudicium eſt agitandum.

CAN. IIII.

[a] SIue [c] de cõiugij fœdere, ſiue de adulterij crimine iudiciũ agitandum ſit, nulla ratio patitur Thebergam cum Lothario poſſe inire certamen, niſi prius ad tempus fuerit reddita [d] ſuæ poteſtati, & conſanguineis proprijs liberè ſociata. Itaque etiam locus [e] prouidẽdus eſt, in quo nulla uis multitudinis formidetur, nec ſit difficile [f] teſtes producere, uel cæteras perſonas, [g] quæ tam à ſanctis canonibus, quàm à uenerandis Romanis legibus in huiuſmodi cõtrouerſijs requirunt.

3 *In hoc capitulo* [h] *quã uis uideat̃ cauſa expoſita* [i] *quare ſua authoritate non liceat alicui uxorem dimittere: qua ceſſante, ipſa quoque prohibitio ceſſare uidet̃: tamen quia ipſa ſeparatio pœna eſt: & pœna nulli eſt inferenda niſi per iudicem: generaliter hoc intelligendũ eſt, ut ſiue ob cauſam præmiſſam, ſiue nulla cauſa exiſtẽte, non liceat alicui ſua authoritate uxorem dimittere: quod etiã de pœna homicidij, uel qualibet* [k] *alia intelligendum eſt.*

Vnde Nicolaus papa ſcribit Radulpho Bituricenſi archiepiſcopo.

Coniugia penitus interdicantur ijs, qui ſuas coniuges occidunt.

CAN. V.

[i] INterfectores ſuarum coniugum, ſine iudicio, cùm non addis adulterarum, [l] uel aliquid huiuſmodi, [m] quid aliud habendi ſunt quàm homicidæ? ac per hoc ad pœnitentiam redigendi quibus penitus coniugiũ denegatur: exceptis adoleſcentibus: [n] de quibus eſt beati Leonis papæ xxv. regula decretalium (imò indulgentia) [o] obſeruanda.

In hoc capitulo uidetur Nicolaus permittere maritis, cauſa adulterij, uel alterius huiuſmodi criminis, uxores ſuas interficere: ſed eccleſiaſtica diſciplina ſpirituali gladio nõ materiali criminoſos feriri iubet: illo uidelicet gladio, quo Petrus iubetur mactare, & manducare. de quo etiam Chriſtus ait in Euangelio, Nõ ueni pacẽ mittere [p] *in terram, ſed gladium.* [q] *Hinc idẽ Nicolaus ſcribit Aluino archiepõ.*

Non licet alicui uxorem ſuã adulteram occidere.

[a] Hæc. ſcilicet reſtitutionem fieri.

[b] Omnes leges. De hac materia loquentes.

SIue de coniugij. Hæc eſt ſecũda pars quæſtionis, in qua probat, quod ſi fœmina in iudicio contendat cum marito, reddẽda eſt ſuæ libertati. Ioan. de Fant.

[c] Siue. Hug. uidet quod hoc capit. faciat cõtra propoſitum Grat. qui intẽdit probare, quod uxor debeat reſtitui: at hæc non reſtituitur uiro, ſed eius poteſtati ſubtrahit & cõſanguineis ſociatur. Respond. in hoc facit, quia iſta ſpoliata erat quadã libertate: quia compulſa fuerat contra ſe cõfiteri. xxxj. q. ij. Lotharius. Vel in hoc facit ad propoſitũ: quia ponit quandã exceptionẽ quando non debet fieri reſtitutio, ſcilicet cum timetur de ſæuitia uiri.

[d] Reddita. Hic habes quod quam cito accuſatur matrimoniũ, poteſt uxor petere ut det̃ libertati ſuæ: ne cogatur aliquid confiteri cõtra ſe. ſed hoc poteſt intelligi cũ tanta eſt ſæuitia uiri, quod nulla poteſt ei ſufficere cautio: ut extra de reſtitu. ſpolia. literas. in ſi. De hoc not. xxxij. q. j. de benedicto.

Matrimonio accuſato, poteſt uxor petere ut det̃ libertati ſuæ.

[e] Etiam locus. Argu. quod iudex etiã tenetur de loco iudicij prouidere partibus, ut in eo loco debeat de cauſa cognoſcere ubi partes liberè & ſecurè ualent cõuenire. ſ. iij. q. ix. hortamur. ſ. xxiiij. quæſt. j. pudenda. ff. de reb. dubijs. ubi ſ. ij. quæſt. ij. cap. ulti. quod ſi nõ fecerit, lìcite appellat̃. extra de appel. ex parte. a

[a] In iſta decre. no. Inn. quod iuſta ẽ appellatio, eo ipſo, ꝙ locus non tutus aſſignatur, & ſi non petat locum ſecurũ: debet tamẽ iudex eũ ſibi offerre. Archi.

[f] Sit difficile. Simile. ff. qui ſatiſda. cog. ſi fideiuſſor. §. j. quia cum difficile eſt alicui ſatiſdare in una ciuitate mittetur in aliam: ut ibi.

[g] Perſonas. Id eſt, aduocatos.

In hoc capitulo. Hęc eſt tertia pars quæſtionis in qua quæritur, qualiter puniuntur uxoricidæ. Ioan. de Fant.

[h] In hoc capitulo ſupra eadem, ſeculares.

[i] Expoſita. ibi, Nulla grauiori culpa.

[k] Vel qualibet. Nã leuem uir imponit: ut nota. vij. quæſtione prima. ſicut alterius.

INterfectores. [l] Adulterarum. Maximè, quia nec tunc licet, ut ĩ. ca. proxi.

[m] Huiuſmodi. Hoc dicit ideo, quia ſecũdum leges ex cauſis pluribus ſeparatur matrimonium.

[n] Adoleſcentibus. ĩ. ead. in adoleſcentia.

ADDITIO.

Vbi eſt iſta indulgẽtia Leonis, de qua hic dicitur.

[o] Indulgentia. Videtur ergo, quod indulgentia nõ eſt regula, & quod nulla diſpenſatio ſit ius: quod Mart. & Hugo concedunt. arg. j. quæſtione. vij. exigunt. & cap. ſi quis omnem. & not. 50. diſtinct. cap de his. Alij uero dicunt ꝙ omnis indulgentia eſt ius ſed tale, quo ſuperior uti poteſt, & inferior non poteſt peteẽ. ergo hoc dicẽdo retulit ſe ad cauſam conſtitutionis & originem: nã per indulgentiam fuit hoc ſtatutum, licet modo ſit ius.

Indulgentia an ſit ius.

[p] Pacem mittere. Id eſt, confœderare cũ uitijs homines. Vel mittere pacem inter homines & uitia.

Act. 10.b Mat. 10.d

[q] Sed gladium. Id eſt, diſcordiam, & ſeparationem à malis, id eſt, charitatem, quæ ſeparat uitia.

Inter

CAN. VI.

INter hæc ſanctitas ueſtra addere ſtuduit, ut ſi cuius uxor adulterium perpetrauerit, utrum marito illius liceat [a] ſecundum mundanam legem eam interficere. Sed ſancta Dei eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus: [b] gladium non habet, niſi ſpiritualem, quo non occidit, ſed uiuificat. †

Item Pius papa.

Pœnitentia eius, qui propriã abſque cauſa peremit uxorem.

CAN. VII.

QVicunque propriã uxorem abſque lege & ſine cauſa, & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorẽ, armis [c] depoſitis, publicam agat [d] pœnitentiã: & ſi contumax fuerit, & epiſcopo ſuo inobediens extiterit, anathematizetur quouſque conſentiat. Eadẽ lex erit illi qui ſeniorẽ [e] ſuũ interfecerit.

Item Stephanus Papa quintus Aſtulpho.

Pœnitẽtia Aſtulphi, qui uxorem ſuam interfecit.

CAN. VIII.

ADmonere te cum lacrymis et multo gemitu cordis curamus, fili Aſtulphe: ſed non filius debes dici [f] qui, tã crudeliter homicidium perpetraſti. nam occidiſti uxorem tuam, partem [g] corporis tui, legitimo matrimonio tibi ſociatam, ſine cauſa mortis, non tibi reſiſtentem, [h] non inſidiantem [i] quoquo modo uitæ tuæ. nõ inuenisti eam cum alio uiro nefariã rem facientẽ: ſed concitatus a diabolo, & impio furore inflammatus, latronũ more, atrocius eã gladio tuo, crudelior omni beſtia, interemiſti: & nunc poſt mortem eius, addis iniquitatẽ ſuper iniquitatẽ, filiorum tuorũ improbe prædo [k], qui matri non pepercisti, filios tuos orphanos feciſti, inducere ſuper eã uis mortis cauſam, poſt mortẽ: [l] per unũ hominem homicidã & reprobũ teſtẽ incuſare uis mortuam. quoniam nec Euangelium, nec ulla diuina humanaq; lex, unius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat, uel iuſtificat: [m] quãto magis per iſtum flagitioſiſsimũ & ſceleſtum, nec illa uiua debuit cõdemnari, nec a te poſt eius mortem accuſari. Prius enim cauſa criminis ſubtiliter erat inueſtiganda, & tunc ſi ita fuiſſet inuenta, ſecundum legis tramitẽ debuit accipere ultionis uindictam.

Pater filium, ſed non maritus uxorẽ turpiter coeuntem poteſt occidere.

[a] INter hæc. Liceat. hoc licet ſecundũ legem Lombardam, ſed non ſecundum Romanam. Pater tamen eam poteſt occidere in ipſo actu, ſed non maritus: & ſi pater utrunque interficiat uno ictu. ff. ad leg. Iul. de adult. l. nec in ea. & l. ſequenti. ignoſcitur tamen marito ſi uxorem in adulterio depræhenſam occiderit: quia ad pœnæ mitigationẽ. C. ad leg. iul de adult. l. Gracchus. Et nota quod licet lex antiqua permittat uiro occidere adulterum depræhenſum cũ adultera i domo ſua, non tamẽ in domo ſoceri: ut ff. de adul. marito. Nouo iure tamen ubicũque ſere poteſt occidere eum poſt tres denũtiationes factas: ut in authen. ut liceat matri & auiæ. §. penul. & ulti. collat. viij. Nec illud etiã corrigiẽ per authenticam, quæ eſt collatio. ix. ut nulli iudi. §. ſi quãdo. quia in alio caſu loquitur. Item licet patri ſimiliter detur ſecũdum legem licentia occidendi, ut. ff. de adul. nec in ea. ſi tamen interficiat, non excuſatur à culpa uel à peccato, licet à pœna ciuili excuſetur. in criminibus enim dico ſpecialẽ conceſsionem canonis neceſſariã, quo ad culpæ immunitatem. unde cum dicatur, Non occides. xxiij. quæſtio. v. ſi nõ licet. nec ſpecialiter iſti excipiãtur à canone, ergo occidendo peccant: imo uiro hoc interdicitur: ut ĩ. ead. ca. admonere. unde nõ excuſatur authoritate iuris ciuilis, ſed & dotem amittit uir, quã lucrifaceret alias. Solus enim iudex excipitur à canone ut occidat. xxiij. quæſtione quinta. cum homo. & capitu. ſi homicidium.

Pœnitentiam facere compellitur quis.

[b] Gladium. Quo ad executionem. Hoc ideo dico, quia Imperator habet illud a papa. extra de electio. uenerabilem.

[c] QVicunque. Armis. ĩ. de pœniten. diſtinctio. v. falſas.

[d] Agat. Argu. quem poſſe compelli ad pœnitentiam, ſed hoc in publicis & enormibus. argu. xxij. quæſtione. j. cap. ultimo.

[e] Seniorem. id eſt, epiſcopum, uel alium prælatum, uel dominum ſuum: arg. iij. quæſtio. iiij. cap. iiij. xxv. quæſtio. ij. ita nos.

[f] ADmonere. Dici. Argu. quem priuari nomine, ratione criminis, iuxta illud: Si te priueris, nec nomẽ habere mereris. argu. xiij. q. ij. poſtquam. ij. q. vij. §. quibus ergo. ij. qõ. j. ſcelus. & C. de ſer. a nullo. Argu. contra. de pœn. diſtinc. iiij. ſi ex bono. nam filij Dei dicuntur, qui non errant in eccleſia.

[g] Partem. Simile ĩ. xxxj. qõ. ij. de nepotis. & xxvij. qõ. ij. Agathoſa. & eſt argu. quod qui excepit alimẽta ſibi, uidetur excipere uxori: [1] cũ ambo ſint unũ corpus, & etiã filijs & ſeruiẽtibus. arg. 50. diſtinct. ſtudeat. & ff. de uſu & habi. l. ij.

[1] De uxore pri⁹ habita credit H. hoc eſſe uerũ, ſ; de poſt ea ducta non uidetur eſſe uerum ſecũdum Hug. & In. Hæc tamẽ glo. ſingularẽ eſſe dicit et ſequit Ant. Corſet. in tracta. de excell. & poteſta. regia quæſt. xxx.

[h] Reſiſtentem. ſimple maxime: quia ſi etiam reſiſteret, uel inſidiareẽ, non ideo deberet eam interficere.

[i] Non inſidiantem. Non eſt hic argu. a contrario ſenſu. ꝓpter capitulũ xxxij. q. v. quicquid.

[k] Prędo. Non quòd eos priuare poſsit licet enim uxor ꝓpter adulterium interficiaẽ, dos tamen ad eius filios deuoluitur. in auth. ut lic. matri & auiæ. §. ſi de adulterio. ſed quia eos ſolatio & protectiõe materna priuare conaris. licet enim regulariter lucrifaciat dotem ob adulterium uxoris, extra de donat. inter uir. & uxo. cap. plerumq;, hoc tamẽ caſu non lucrifacit, cum eam interficit etiam ſi pactum fecit de ea lucranda prius. ff. ſolu. mat. ſi ab hoſtibus. §. j.

Adultera licet interficiatur, illius tamẽ dos ad filios deuoluitur.

[l] Poſt mortem. Cum crimina extinguantur morte. xxij. diſt. quorundam. C. ſi reus uel accuſa. l. j. niſi ratione bonorum quis agere uelit. C. eo. l. ulti. C. ſi pen den. appel. mors interue. l. ij. ff. de rei uendi. utique.

[m] Vel iuſtificat. Vnde non tenet. xj. quæſtio. j. quicunque. Creditur tamen uni tanquam recitatori, uel tanquam ſocio: ut viij. quæſtio. iij. talia. lxxxvj. diſtinctio. tanta.

nam ſi uerum (quod abſit) fuiſſet, ſicut ille adulter mentitus eſt: poſt ſeptem annos pœnitētia [a] peracta dimittere eā per approbatam cauſam poteras ſi uoluiſſes: occidere tñ eam nullatenus debuiſti. Non enim uult Deus mortē peccatoris, ſed ut cōuertatur ad pœnitentiā, & uiuat. † Idcirco placeat tibi cōſilium noſtrū, & hoc fac quod melius tibi, leuiusque uideri poterit. Miſerere animæ tuæ, vt non ſis tibimetipſi homicida. Relinque quapropter te rogamus hoc malum ſeculum, quod te traxit ad tam immaniſſimū peccati facinus: ingredere monaſterium: [b] humiliare ſub manu abbatis: & multorum fratrum precibus adiutus obſerua cuncta ſimplici animo, quæ tibi fuerint imperata, ſi forte [c] ignoſcat infinita Dei miſericordia peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priuſquam crucieris perpetuis flammis. hoc leuius & melius tibi eſſe certiſſimè ſcias. ſin autem publicam pœnitentiam permanens in domo tua, uel in hoc mundo uis agere: quod peius tibi & durius & grauius [d] eſſe nō dubites: ita ut agere debeas exhortamur, ut omnibus diebus quibus pœnitere debes, uinum & ſiceram [e] non bibas: carnem [f] nunquā ullo tempore comedas, præterquàm in paſca, & in die natalis domini, in pane & aqua, & ſale pœnitētiā age: i ieiunijs, & uigilijs, & orationibus, & eleemoſynis omni tēpore perſeuera: armis nunquā cingere: [g] nec in quolibet loco litigare [h] præſumas: vxorē nunquā ducere: [i] cōcubinam non habere, nec adulteriū cōmittere audeas: in balneo nunquā laueris: [k] in cōuiuijs lætantium nunquam te miſceas: in eccleſia ſegregatus ab alijs Chriſtianis, poſt hoſtium & poſtes humiliter te repone: ingredientium & egrediētium ſuppliciter orationibus commenda te: & communione corporis & ſanguinis domini, cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes: [l] in ultimo tamen exitus uitæ tuæ die ſi merueris, pro uiatico (ſi ſit qui tribuat tibi) tantummodo uenia-

[a] Pœnitentia. Argumen. quod poſt peractam pœnitentiam & crimen purgatum, poteſt quis accuſari de crimine illo: ut xv. quæſtio. v. presbyter. & xxv. diſtinctio. capit. ulti. & extra de ſchiſ. fraternitatis. [1] nam perferens memorandi criminis labem, &c. diſtinctione lxj. non negamus. & j. quæſti. vij. ſi quis omnem. Nam per pœnitentiam non definit quis eſſe nocens. ff. de ædil. edict. quis ſit fugitiuus. imo etiam poſt baptiſma poteſt de hoc accuſari: vt extra de diuort. gaudemus. in fine. Argu. contra. xxiij. quæſtione iiij. ſi illic. & xxxij. q. j. quod autem. in fine. [2] & capitu. non erit. & capitu. apud. & 50. diſt. ferrum. & extra de accuſ. de his. ff. de ædili. edict. ꝙ ita. de hoc dixi vj. quæſtione j. qui crimen. & capitu. illi qui. Sed nonne præiudicat ſibi maritus tacendo per ſeptennium: cum ultra quinquennium non audiatur accuſatio adulterij: ut C. de adulterijs. adulter? Sed illud obtinet, quo ad pœnam legalem, non quo ad petendum diuortium. extra de procurato. tua. Nunquid ergo in infinitum poteſt eam accuſare? Dicunt quidam quod non ultra uiginti annos: ut C. de fal. querelam. Hug. dicit quod uſque ad milleſimum, & quandocunq; claruerint crimina: ut lxxxj. diſtinc. quicunque. & diſtinct. viij. qui contempta. xxiiij. quæſtione iij. ecce. Et quod dicit pœnitentia peracta, ſed ante latam tamen ſententiam. ī. proxi. q. v. c. Chriſtiana.

[b] Monaſterium. Ex hoc loco uidetur, quod quantumcunque pœnitētiam quis teneatur finire: ſi intret religionem, ad illam non tenetur: quia religio ſoluit uinculum iuramenti: ut extra de iureiuran. peruenit. Item ſoluit uotum: ut extra de uo. & uo. redem. ſcripturæ. Item ſoluit uinculum obedientiæ. xix. quæſtione ij. duæ. Licet ergo a Papa ſit alicui iniunctum in pœnitentiam ut eat Romam, uel aliquid huiuſmodi faciat: & intret religionem: non dicitur tranſgreſſor. ille enim dicitur tranſgredi, qui deſerit maius pro minori: ut xx. quæſtione iij. propoſitum. & xvij. quæſtione. j. qui bona. argumen. ad idem. ī. de pœnit. diſtin. j. §. his authoritatibus. & hoc H. concedit. Alij dicunt, quod tenetur adimplere quod promiſit, & quod iniunctum eſt ei in pœnitentia niſi abbas diſpenſet ſecum xviij. q. ij. ca. nullum.

[c] Si forte. Non ponitur dubitatiue, imo nota eſt aſſertionis, & eſt penitus ſi. de pœn. di. j. quamobrem.

[d] Et grauius. Viſum enim fuit maioris pœnæ conuerſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs, quam procul ab hominibus ſolatium non ſentire. C. de apoſta. ij. qui.

[e] Siceram. Per ſiceram intellige omnem potum qui inebriat: [3] ut xxxv. diſtinct. in palea, uinolentum.

[f] Carnem. Sed nunquid oua, cum ouū ſit caro liquida: uel lac, cum lac non ſit niſi ſanguis colore mutato? Dicimus ꝙ non. & hoc uult litera illa quæ ſequitur in pane & aqua: ſed tamen poteſt intelligi, quod hoc debeat facere in certis diebus, ut legitimis ferijs. Sed nunquid de lardo utetur? nunquid nomine carnis eſt prohibitum? Videtur ꝙ non argu. lxxxij. diſt. presbyter. ibi enim ſagimen permittitur, quādo oua permittuntur. [4]

[g] Nunquam cingere. Niſi conſilio epiſcopi pro iuſtitia defendenda. Et eſt ſi. ī. de pœ. diſt. v. falſas.

[h] Litigare. Hoc ideo dicit, quia apud ſeculare tribunal nō debet ſuam quærimoniam diſceptando proponere quiſquam publice pœnitens: ſed eccleſiaſticum iudicium debet adire. ſ. xj. q. j. aliud ſupple ergo hic, niſi in propria cauſa, & coram eccleſiaſticis.

[i] Nunquam ducere. Si tamen duxerit, tenet matrimonium. arg. ī. ea. quicunque. Alij dicunt contra: ut no. ī. ea. §. de pœnitentibus.

[k] Nunquam laueris. Niſi de neceſſitate. de conſe. di. iij. peruenit.

[l] Exiſtimes. Ergo uidetur, ꝙ magis peccat qui uxorem interficit, quam qui matrem: quia maior pœnitentia imponitur hic uxoricidæ quam matricidæ in illo capitu. latorem. quod eſt. ī. ead. quæſtio. & ſic maius

[1] Cōcor. cū hac gl. l. iij. & qđ ibi not. C. de accuſa. glo. magi. in ca. cum dilecta. de elect.

Ezec. 13. e

[2] Vbi de hoc. & 26. q. 5. quicūque.

† Text. ē ſimi. in auth. ut non lux. cōtra na. in princi. col. vj. & in l. imperialis. C. de nup.

Accuſatio adulterij poſt quinquēnium non auditur.

[3] Sub. pręter uinū. Sed nunquid licet ei bibere lac, uel amigdalinā aquā, aut uuas comedere? dicit Hugo. credo qđ ſic: quia talia non inebriant. Archidia.

Lardū an cōprehendat nomine carnis.

[4] Cōcor. tex. in l. repetita. & ibi Barto. C. de eroga. milita. anno. libro 12.

Religio multa ſoluit.

Vxorē occidere grauius eſt, quam matrem.

maius eſt crimen. argumen. xxiiij. quæſtione j. non afferamus. quod concedit H. nam dicit quod magis peccat qui ſeipſum interficit, quam qui alium. [1] xxiiij. quæſtione v. ſi non licet. unde magis peccat qui partem corporis ſui interficit, quam qui matrem. probat hoc etiam per illam authoritatem. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, extra de biga. debitum. Alij dicunt, quod magis peccat qui matrem interficit, quã qui uxorem: ſed quia homines proniores ſunt ad interficiendum uxores, ideo ob hoc magis puniuntur, ut ſic retrahantur a tali facinore. Vnde non valet hæc argumentatio: grauius puniuntur, ergo grauius peccant. Et eſt ſimile in fornicatione notoria. licet enim multa crimina ſint grauiora tamen quia facilius & tædius delinquitur in hoc crimine, quam in alijs, ideo durior pœna in eo ſtatuitur. arg. xxxij. diſtinc. §. verum.

1 Hæc ratio et eſt in matre, ut patet xxxv. q. iij. §. hac authoritate. & C. de impub. & ali. ſubſti. l. ult. in fi. Archi.

[a] Venialiter. Argu. ꝙ eccleſia poteſt corpus & ſanguinẽ domini quibuſdam etiam in fine prohibere. argumentum. xxvij. quæſtio. j. impudicas. argumen. diſtinct. 50. pœnitentes. contra. ſ. xxvj. quæſtio. vj. de his. contra. ſ. ij. quæſti. iij. ſi quis epiſcopum aut presbyterum. ſ. xiij. quæſtio. ult. quæſitum eſt. ibi, ſecundum præcepta canonum. Ad hoc dic quod quandoque illud quod iure communi competit, dicitur concedi reſpectu miſericordiæ & pietatis. argu. ſ xj. quæſtio. iij. quoniam. ff. de uſufru ſi extraneo. & in cæteris capit. hic ſiguatis. nam uniuerſæ viæ domini miſericordia & ueritas. Ioannes.

Corpus domini an poſsit etiã in fine quibuſdã denegari.

† cap. xv.

[b] Sanguis. Id eſt, peccatum. unde illud: Sanguis ſanguinem tetigit, id eſt, peccatum. xliij. diſtinctio. Epheſijs. Ioannes de Fant.

[c] Alieni. Argum. quod non imputatur prælato ſubditorum malitia, ex quo per eum non ſtat quo minus corrigantur. argu. vij. quæſtio. j. §. cum autem. ſ. diſt. xliij. Epheſijs. ſupra xlvij. diſtinct. capi. ulti.

liter, [a] ut accipias tibi concedimus. Sunt & alia multa, quæ tibi nimis durius & ſatis acrius erant iuxta magnũ pondus peccati infelix adijciẽda: ſed ſi hæc omnia, quæ tibi miſericorditer dicta ſunt, perfecto corde domino auxiliante feceris, & cuſtodieris, cõfidimus de immenſa Dei clemẽtia, remiſsionẽ habiturum te tuorum peccatorum, & ſecundum dictum iuſti bonique paſtoris, reſoluet te ſancta eccleſia ab hoc uinculo peccati in terris: ut per ipſius gratiam qui eam ſuo ſanguine acquiſiuit, ſolutus ſis in cælis: ſi autem aliter feceris, & ſanctæ matris eccleſiæ tam ſalubrẽ admonitionem deſpexeris, ipſe tibi ſis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & ſanguis [b] tuus ſuper caput tuum: nos alieni [c] à conſortio tuo, pro aliorum fidelium ſalute Deo opitulante, omni ſolicitudine nitimur deſudare, & domini miſericordiam attentius quotidie implorare.

Item Auguſtinus de adulterinis coniugijs libro ſecundo. †

Potius uxore uiuente, aliam ducat quis, quàm humanũ ſanguinem fundat.

CAN. IX.

SI (quod uerius dicitur) non licet [d] homini Chriſtiano adulterã coniugẽ occidere, ſed tantùm dimittere: quis eſt tã demens qui dicat ei, Fac quod non licet, [e] ut liceat tibi quod nõ licet? [f] cùm enim utrunque ſecũdum legem Chriſti illicitum ſit, ſiue adulteram occidere, ſiue alteram ducere ea uiuente: ab utroque eſt abſtinendum: non illicitum pro illicito faciendum. ſi enim facturus eſt, quod non licet, iam faciat adulterium, [g] ut non faciat homicidium: ut uiuente uxore ſua alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat: quòd ſi eſt utrunq; nefarium, non debet alterum per alterum perpetrare, ſed utrunque uitare.

4 *In præmiſsis* [h] *authoritatibus, quiq; prohibentur adulteras coniuges ſuas occidere: ſed pmittũ poſt ſeptẽ annorum pœnitentiam eis illas dimittere. ſi autẽ illas interfecerint, iubẽtur ſine ſpe coniugij, perpetuò manere: niſi fortè propter lapſũ iuuenilis incõtinẽtiæ ad matrimonia contrahẽda, eis miſericordia impẽdatur.* [i] *clericis autẽ conceditur, ſi uxores eorum peccauerint, ſine mortis acerbitate habere eas in cuſtodia, et ad ieiunia eas cogere, non tamen uſque ad necem affligere.*

Vnde in Toletano concilio primo legitur. †

Clerici, ſi uxores eorum peccauerint, præter necem eas domi cuſtodiant, & ad ſalutaria cogant ieiunia.

[d] SI quod uerius dicitur. Non licet. Nam dicit lex, quod unum delictum propter aliud non minuit pœnam: ut ff. de pri. delict. l. ij. & eſt argum. quod in delictis compenſatio non admittitur. argu. xiiij. diſtinctio. capitulo j.

[e] Quod non licet. Scilicet occidere uxorem ſuam.

[f] Quod non licet. Scilicet aliam ducere, ea uiuente.

[g] Adulterium. Sic ergo permittitur minus malum, ut euitetur maius. [2] ſ. xxvj. q. ij. hi qui. ſ. xxiij. quæſtione j. capitu. ulti. ſupra diſt. lxxxij. presbyter. ſupra proxi. quæſtione vij. quid in omnibus. contra. Sol. grauius eſt homicidium, quam adulterium: ſed ibi [3] expone grauius, id eſt, generalius 50. diſt. quia tua. Vel turpis ratione inquinationis. xxxij. quæſtio. j. in coniugio. & non eſt conſilium uel præceptum quod hic dicitur: ſed eſt comparatiua permiſsio quæ non excuſat à peccato.

2 Sic. xij. q. j. conſidera.

Homicidium grauius eſt adulterio.

3 Scilicet in præce. ca. quid.

ADDITIO.

Quod dic ut plene not. iij. diſtinct. c. ulti. in princ.

In præmiſsis. Hæc eſt iiij. pars quæſtionis in qua dicitur, quòd in ſequen. cap. continetur. Io. de Fant.

† ca. vj.

[h] In præmiſsis. Sic intellige. xxxj. quæſtione prima. hac ratione.

[i] Impendatur. Supra c. interfectores.

Pla-

CAN. X.

Placuit, ut ſi quorumcunque clericorum uxores peccauerint, ne fortè licẽtiam [a] peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc poteſtatem, [b] præter necem cuſtodiendi & ligandi in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria non mortifera eas cogentes: ita ut inuicem [c] ſibi clerici pauperes auxilium ferant, ſi ſeruitia [d] non habeant. cũ uxoribus autem ipſis quæ peccauerint, cibos [e] non ſumant, niſi fortè ad timorem domini acta pœnitentia reuertantur.

§ *Nunc aũt quærit quare ſacris canonibus ſit inſtitutũ, ut poſt ſeptẽ annos pœnitentes in priſtinum ſtatum reuocentur.*

De his ita ſcribit Iſidorus ad Maſonẽ epiſcopũ.

Quare ſit inſtitutum poſt ſeptem annos in priſtinum ſtatum pœnitentes redire.

CAN. XI.

Hoc ipſum quod canonum cẽſura poſt ſeptem annos pœnitentem remeare in priſtinũ ſtatum præcepit [f] &c. ut in tractatu ordinandorum de lapſis, non electione proprij arbitrij ſancti patres, ſed potius ex ſententia diuini iudicij ſanxerunt. Nam legitᷓ [g] quòd Maria ſoror Aaron, prophetiſſa cũm detractionis aduerſus Moyſen incurriſſet delictũ, illico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Cumq; peteret Moyſes ut emũdaretur, præcepit eam dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emũdationem rurſus eam in caſtra admitti. Maria ergo ſoror Aaron, caro intelligitur ſacerdotis: quæ dum ſuperbiæ dedita, ſordidiſsimis cogitationum maculatur contagijs, extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt extra collegiũ ſanctæ eccleſiæ ſeptẽ annis ꝓijciatur: ut poſt emundationem uitiorum, loci uel priſtinæ dignitatis recipiat meritũ. & poſt pauca. In fine aũt epiſtolę hoc adijciendũ putaui, ut quotieſcunq; in geſtis conciliorũ diſcors ſñia inueniť, illius ſñia magis teneať, cuius antiquior [h] & potior extat authoritas.

Hoc aũt quãquã de ſacerdotibus uideatur ſpẽcialiter dictũ, gñaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi: ad imitationẽ nanq; illius dominicæ ſententiæ Dauid de adulterio [i] et homicidio rep̃henſus, unius hebdomadæ ieiuniũ in ſatisfactionẽ admiſsi ſceleris, Deo legiť obtuliſſe. Hinc ẽt eccleſiaſtica conſuetudine eſt uſurpatũ, [k]

---

a Placuit. Licentiam. id eſt, impunitatem. Simile xlv. diſt. qui ſyncera.

b Poteſtatem. Nam ſi eam etiam male uerberauerit, niſi pro cauſis lege expreſsis punit in pecunia: quia dabit ei tertiam partem donationis quam dedit propter nuptias, ut in authen. ut liceat matri & auiæ. §. ſi quis autem. collat. viij. ſi autem quis non dedit don. propter nuptias, punit in quarta parte totius ſuæ ſubſtantiæ, ſi eius ſubſtantia non excedit ccc. aureos: ſi excedit, dabit centum aureos. C. de repud. l. ulti. Item non dico, quod ipſimet debeant eis pœnitẽtiã iniungere: [1] ſed cõpellere ut accipiãt ab alijs. Sed nũquid laicus idem poteſt de uxore ſua? Dico quod non: quia nõ inuenio expreſſum: caſtigare tamen poteſt eam: ut nota. ſ. vij. quæſti. j. ſicut alterius. Sed quare dicit ꝙ pauperes clerici ſeruiant ſibi? Dic quod reſpõdet tacitæ obiectioni. quaſi dicat, & ſi mulieres ligatæ nõ poſſunt eis ſeruire, pauperes clerici qui nõ poſſunt alios ſeruiẽtes habere, ſeruiant ſibi uice mutua. Item ſecundum H. non poterũt illas reconciliare ſibi, niſi nollent promoueri. argum. xxxiij. diſtin. ſi cuius. Alij autem dicunt illũ non impediri cuꝰ uxor cognoſcit ab alio, ſi ipſe non conſentiat eius adulterio. unde bene poſſunt eas reconciliare etiam quo ad carnis commercium: nec eis in aliquo præiudicat. quod tamen intelligas ſecundum quod dixi ſ. xxxiij. diſtinct. ſi cuius.

[1] ſuper hoc uideas qđ not. xxx. qõ. j. oẽs. in glo. nõ nota. &c. Arch.

c Ita ut inuicem. Arg. xij. q. j. dilectiſſimis. argu. xj. q. j. ſi cut enim. argu. diſt. xc. præcipimus.

Num. 12.

d Si ſeruitia. Id eſt ſeruientes.

e Cibos. Et eſt hoc propter enormitatem delicti: tamen ipſam excommunicatam non debet uitare. [2] xj. q. iij. quoniam multos. quod forte falſum eſt.

[2] Idẽ ſentit hic La. cuius fuit iſta gl. de hoc nota. 27. q. j. de filia. Arc.

Nunc autem. Hæc eſt quinta pars quæſtio. in qua dicitur quod hic & in ſequenti ca. continetur. Ioan. de Fantu.

f Hoc ipſum. Præcepit. id eſt, permiſit poſt ſeptẽ annos. ſ. diſt. lxxxij. presbyter. contra. ſed uarietas canonum eſt in pœnis infligẽdis & pœnitentię ſunt arbitrariæ: ut xxvj. qõ. vij. tempora. & in his minor pœnitentia eſt amplectẽda. ff. de arbitr. diem proferre. §. ſi plures. & l. non diſtinguemus. in princi. & diſtinct. 50. cos uero.

Pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.

g Nam legitur. Licet olim peccatum murmurationis nõ mulctaretur morte, hodie tamen repellit (ut dicit Hug.) à promotione, ar. xc. diſtin. alienus. quia nec omnia nec ſola, &c. ut nota. liiij. diſt. multos. Hic inſeritur una ratio, quare ſeptennis pœnitẽtia imponatur: quia Maria, &c. Theologi aliter aſſignant: ut ſicut ꝓpter peccatũ ſeptiformis ſpiritus ſancti gratiã amiſit, ita per pœnitentiam ſeptenniem eam recuperet.

h Cuius antiquior. Simile 50. diſtin. domino ſancto. in fin. ubi de hoc dixi.

i Dauid de adulterio. Legitur in libro Reg. ij. ca xij. quod Nathan ꝓpheta cũ redargueret Dauid de adulterio, & homicidio, deſcendit de ſolio, & grauiter eſt contritus: & dixit Nathan: Tranſtulit dominus peccatũ tuum: uerutamẽ filius qui natus eſt tibi, morte morietur. percuſsit ergo dñs paruulum, uſque ad uitæ deſperationẽ: & ꝓ paruulo ieiunauit Dauid, & noluit conſolari. Accidit autẽ die ſeptimo, ut moreretᷓ infans, & uidẽs Dauid ſeruos ululãtes, intellexit quod mortuus eſſet: qui lota facie, & mutata ueſte intrauit domum Domini, & adorauit, & exhilaratus redijt in domum ſuam.

Addictio.

2. Reg. 12.

k Vſurpatum. Id eſt, uſu habitum.

Ve

ut maiorum [a] *criminũ pœnitent ia, ſeptẽ annorũ ſpatio concludatur: niſi uel officij excellentia,* [b] *uel criminũ magnitudo, uulgarem cõſuetudinem excedẽs, (ueluti dum contra naturam humanæ ſocietatis parentibus, uel liberis, uel alijs eiuſmodi perſonis impudicè adhæremus, uel dũ relicto naturali uſu, contra naturã more Sodomitico fornicamur, uel uſque ad coitũ brutorũ animalium, prolabimur) præmiſſum ſpatium trãſcendere cogat.*

6 De pœnitẽtibus [c] *quoque quæritur an eis generaliter poſt pœnitentiam peractam coniugia concedantur. generaliter enim canonica authoritate ꝓhibentur pœnitẽtes ad ſecularem militiam redire uel matrimonia contrahere.*

Vnde Syricius papa. †

Pœnitentes matrimonia contrahere prohibentur.

CAN. XII.

DE his uerò non incõgruè dilectio tua ſedem apoſtolicam credidit conſulendam, qui acta pœnitentia, tanquã canes, & ſues, ad uomitus priſtinos & uolutabra redeuntes, & militiæ [d] cingulum, & lubricas uoluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuò appetiuere concubitus: quorũ improfeſſam continentiã generati poſt abſolutionem filij prodiderũt: [e] de quibus quia iam ſuffugium non habẽt pœnitẽdi, id duximus decernendum, ut ſola intra eccleſiã fidelibus oratione iungãtur: [f] ſacris myſteriorum celebritatibus (quamuis nõ mereantur) interſint: à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur: ut hac ſaltem diſtrictione correcti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur: quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) uiatico munere, cùm ad dominũ cœperint proficiſci, per cõmunionis gratiam uolumus ſubueniri. Quam formam & circa mulieres, [g] quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, eſſe ſeruandam cenſemus.

Sed quia timore ſoluendi coniugij, nonnulli ad

---

a Vt maiorum. Supra xxij.q.j.prædicandum.

b Excellentia. Vt s.lxxxij. diſt. presbyter. & xxvij. qõ.j deuotam. s.xxiiij.q.j.ſi quis dederit. tamen omnia iſta ſunt in arbitrio ſacerdotis. xxvj.quæſtio.vij. tempora. Vnde canones non ponunt menſuram pœnitentiæ: ſed omnia hæc arbitrio ſacerdotis relinquuntur: ut j.de pœn.diſtinct. j. menſuram.

Pœnitentiæ mẽſura per canones nõ ponitur.

De pœnitentibus. Hęc eſt ſexta pars quæſtionis, in qua quæritur utrũ pœnitentes ſolenniter poſsint cõtrahere? Et dic quod nõ debẽt, niſi eſſent iuuenes: ſi tamen cõtrahũt, tenet matrimonium. Ioã.de Fant.

Pœnitens ſolẽniter an poſsit poſtea matrimoniũ contrahere.

c De pœnitẽtibus. Hic mouet magiſter quandam incidẽtem queſtionem, an poſt ſolennẽ pœnitentiam poſsit cõtrahi matrimoniũ? Et tres ſunt opiniones de ſolẽniter pœnitentibus. Quidam dicunt, quod nullus ſolenniter pœnitẽs poteſt cõtrahere niſi ex diſpenſatione. j.ead.capi. antiqui: quia intelligit uouiſſe. & ſic intelligunt cap. j.ead.de his. pœnitens enim ſemper uiuit ſub regula eccleſiaſtica: ut de pœnit.diſtinctio.v. contrarium. H.uero dicit, quod quilibet pœnitens põt contrahere. niſi tantum in tribus caſibus, puta pro uxoricidio, uel niſi iniunctũ hoc ſit ei nomine pœnitẽtiæ, uel pro raptu ſpõſæ alterius, uel pro inceſtu. Adhuc tamẽ excipit adoleſcentes, qui (ut dicit) de iure cõmuni poſſunt cõtrahere. Ideo autem in trib⁹ his caſibus prohibetur, quia in his contaminat matrimonium. Alij tamẽ ponũt quinque caſus, in quibus poſt ſolennem pęnitentiam non licet contrahere. unus eſt pro inceſtu: ut xxxij.q.vij.ſi quis uiduam. Item pro uxoricidio. s.ea.interfectores. Item pro raptu ſponſæ alterius. xxvij.q.ij. ſtatutum. nec cõtradicit. xxxvj.q.ij.tria. Nam ibi illa non erat ſponſa. Item pro concubitu cum moniali. xxvij.q.j.ut lex. Item pro homicidio presbyteri: ut extra de pœnit. & remiſ. qui presbyterum. Item pro eo ꝗ doloſe ſuſcepit filium de ſacro fonte: xxx.q.j.de eo. Et dicunt quidam, quod ſi iſti contrahant, non tenet matrimonium: argu. s.ea.interfectores. Si tamen tales ſint, qui non poſſunt continere, de licentia epiſcopi poſſunt contrahere, & conſenſus epiſcopi facit matrimonium taliũ tenere: ut j.ea.c.ult. Alij dicunt matrimonium taliũ tenere, licet prohibeãtur contrahere: niſi apponatur in conſtitutione, quod ſi cõtraxerint ſeparẽtur. [1] quod credo uerum. ad hoc facit extra de pręben.c. dilecto.

Epiſtola j.ad Honoriũ epiſcopum.

[1] Ad hoc facit expreſſè qđ leg. & no. extra de deſpõ.impu.ad diſſoluendũ. in ſi. Arc.

DE his. Hoc capit. poteſt intelligi de pœnitente ſolẽniter pro aliquo prædictorũ criminum, & tunc dic improfeſſam, id eſt, continentiam male profeſſam, id eſt, nõ ſeruatam. Et quod poſtea dicit, Nõ habent ſuffugium pœnitendi: uerum eſt, quod ſolennis pęnitentia nõ iteratur. 50.diſt. §.poteſt.licet Grat.innuat cõtrarium. j.de pœni.diſt.iij. §.ex perſona. Poteſt etiã hoc cap.intelligi de ijs, qui uotũ emiſerunt & poſt cõtraxerũt, nec tenuit matrimonium: & tũc dic improfeſſam, id eſt, male profeſſam. Et dic, ꝙ non habent ſuffugium pœnitendi, i.cõtra profeſsionem ſuam ueniẽdi. Omnia alia plana ſunt.

d Et militiæ. Sed nũquid ita generaliter uerũ eſt, ꝙ ſolenniter pęnitẽs nõ debeat redire ad cingulum militiæ? Dicunt quidã hoc eſſe conſilij, non autem præcepti. & ita intelligunt de pœn.diſtinct.v.falſas. Hoc alij intelligũt in eo caſu tantũ, cum eis hoc iniungit in pœnitentia. Alij dicũt iſtud tãtũ eſſe intelligendum, quando agit pęnitentiam ſolennẽ pro crimine in militia cõmiſſo: & hoc innuit illud.c.falſas. [2]

Pęnitens ſolẽniter an poſſit ad honorem redire.

[2] Hic adde no. 15. diſtinct. ſi quis.

e Prodiderunt. Simile.lxxxij.diſt. propoſuiſti. s.diſtinct.xxviij.priuſquam.C.de epiſ.audi.nemo.

f Iungantur.de pœnit.diſt.v.ſi qui uero.

g Et circa mulieres.argu. quod ſolennis pœnitentia ita iniungitur fœminis, ſicut & uiris. arg.50.diſt.pœnitentes. j.ead.q.antiqui.& quæſtio.v.pœnitentiam. s.xxvij.q.j.uirginibus.& c.ſi quis ſacro.j.ea.c.j.

Contra

a Contrahere. Quantum ad hoc, ut utatur matrimonio iam contracto, non eſt permiſsio: licet forte ita intellexerit Gratia. Ioan.

b Audiuimus. Si hoc cap. intelligas de priuata pœnitentia, planum eſt. Si de publica, tunc loquitur de matrimonio iã contracto.

c In adoleſcentia. Hoc capi. dupliciter põt intelligi. Primo de eo ſoluto, qui egit ſolennem pœnitentiam pro aliquo dictorum criminum, poſt contrahit. & ſecundum hoc facit Gratia. mentionem de hoc. ſ. ead. c. interfectores. nec fit mentio de hoc. j. e. cap. antiqui. ſed de alia conſtitutione Leonis, quam non habemus: cũ illud antiqui. de coniuncto in matrimonio. intelligatur, qui tale quid cõmiſit, propter quod egit ſolennem pœnitentiã pro aliquo prædictorum criminum, de quo ibi dicitur, qđ debet uti uxore ſua quouſq; poſſit ſeruare continentiam. Vel poteſt intelligi de iam coniuncto, & ſecundum hoc fit de hoc mentio. j. ea. c. antiqui. ſed de qua fit mentio. ſ. ea. c. interfectores. iterum neſcimus. Secundus caſus repugnat illi literæ copulam uxoris elegerit: ſed expone ibi, id eſt, exegerit carnale. debitum. Poſſet tamen intelligi illud cap. antiqui. & illud interfectores. quod facerent ambo mentionem de hoc cap. in adoleſcentia. ita ſcilicet quod illud antiqui. intelligatur de coniungẽda, & ſecundum hoc litera poſita in capi. antiqui. ita debet exponi, coniugatus, id eſt, coniungẽdus redeat ad priſtinum coniugiũ, id eſt: contrahat coniugium, quod antea contrahere potuiſſet iure ſi non peccaſſet: ſed nunc ex diſpenſatione. Ioan. de Fant.

c In adoleſcentia. Argu. quod ratione ætatis: facilius diſpenſatur. 50. diſt. pœnitẽtes. xxxv. q. vj. ſi duo.

d Metu mortis. Cum uolebat eſſe in bello, non intellige pro infirmitate. arg. xxvj. q. vij. cap. j.

Mat. 19. a

† Caligo dicit umbra nebula de ſpiſsitudine aeris facta, dicta qđ maxime aeris calore gignať. inde caligare. i. obſcurare & caliginoſus. Pa.

| Leo. j. epiſto. 90. ad Ruſticum.

pœnitentiã accedere differunt, uel propter lapſũ adoleſcẽtiæ, quem formidant, pęnitentiæ remediũ ſuſcipere negligunt: ideo authoritate canonica permittitur eis, uel cõtracta matrimonia retinere, uel alia contrahere. [a]

Vnde Leo Papa Galerio epiſcopo Tripolitano ſcribit.

Ex indulgentia, coniugia poſt pœnitentiam legitimam non negentur.

CAN. XIII.

Audiuimus [b] a quibuſdam, quòd in ueſtris diœceſibus ac finibus Chriſtianorum cœtus leui occaſione ſe ſubtrahunt pœnitentiæ iugo, dicentes, quòd ſi pœnitentiam agimus, coniugij debemus relinquere copulam. In quo errant, & de ueritatis calle diſcedunt: quia pro omnibus illicitis, pœnitentiam unuſquiſque Chriſti nominis cultor ſuſtinere ac peragere ſummopere debet, dicente domino, Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Coniugium uerò legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam ſuſtinenti ſoluere licet. & infrà. Sacris eos uos expedit eloquiis edocere, ut ab erroris eripiantur caligine, † & licitis copulationib. iuncti, de omnibus illicitis pœnitentiam agere procurẽt.

Item Leo Papa quartus.

Propter lapſum iuuenilis incontinentiæ nõ negentur pœnitentibus licita coniugia.

CAN. XIIII.

In adoleſcentia conſtitutus, ſi urgente aut metu mortis [d] aut captiuitatis periculo, pœnitentiã [e] geſſerit, & poſt ea timens lapſum incontinentiæ iuuenilis, copulam uxoris elegerit, ne crimen fornicationis incurreret, rem uidetur feciſſe uenialem; ſi præter coniugem, nullam omnino cognouerit: in quo tamen regulam [f] non conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus [g].

Item Nico. Papa Radulpho epõ ſanctæ eccleſiæ Argenteæ Retenſis.

Hæc pœnitentia eſt imponenda ei, qui matrem occiderit.

CAN. XV.

7 Latorem præſentium matricidam eſſe cognouimus, cui pcipimus ut ſub pœnitentiæ iugo permaneat: ita ut p annum integrum eccleſiã non ingrediatur: ſed ante fores baſilicæ ſtans, orãs, & deprecans Deum perſeueret, qualiter tanto eripiatur piaculo: completo uerò anni circulo, introeundi in eccleſiam licentiam habeat, tantum inter audientes ſtet, ſed nondum communicet. completis autem trium annorum curriculis, ſacrę communionis ei gratia conceditur: oblationes uerò nõ offerat, niſi prius [h] aliorum ſeptem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis

Pœnitentiam i. non expleant ſeptẽ anni, cõputato primo, ex quo pœnitens cœpit agere pęnitentiam.

e Pœnitentiam. argu. contra. ſ. 50. diſtin. pœnitentes. Ibi enim dicitur, ꝙ ſolennis pœnitẽtia non de facili iuuenibus imponenda eſt, non eſt contra: quia illud bene concedo. Ioan.

Pœnitentia ſolẽnis non de facili iuuenibus imponitur.

f Regulam. Finis huius cap. facit pro ijs, qui dicũt, quod nec etiam iuuenis contrahere poteſt, ar. ſ. e. c. interfectores. H. uero Laur. & Mar. qui dicunt, quia iuuenis de iure communi poteſt contrahere, exponunt litera ii, nõ regulã conſtituimus, id eſt, non dicimus aliquid quod erat ius commune ante hoc, imo contra ius commune: quia de iure communi nec adoleſcens poterat contrahere ante hoc. I

I Et hoc etiã dicit Hu. & Io. de Fant.

g Aeſtimamus. Conſtituendo, ſcilicet quod modo tolerabilius eſt quàm eius contrarium conſtituendo contra ius commune.

Latorem præſentium. Hæc eſt ſeptima pars q̃ſtionis, in qua dicitur qualiter punitur matricida. Ioan.

b Licet. Hoc dicunt propter diem feſtum. lex enim præcepit ne parceretur malefactoribus. & licebat eis interficere xxiij. quæſt. v. quid ergo. præſertim ſeducentes populum, & Deo detrahentes: qualem iſtum dicebant: ſed propter diem feſtum non licebat eis tunc interficere quenquam. uel non licebat interficere quenquam id eſt, hunc propter quod ſcriptum eſt: Tradetur enim gentibus ad illudendum & conſpuendum & crucifigendum, &c. & ſic adimpletus eſt ſermo Ieſu, quo ſe prædixit à gentibus occidendum. ipſi tamen contra ſe hoc dicunt, cum eũ interfecerunt lingua, etſi non manibus.

c Illis. ī. xxiij. q. iij. c. ulti. & alia ratio ibi aſsignatur.

Marci. 15. Ioan. 19. f

d Hora tertia. j. de conſecra. diſt. j. nocte.

Ioan. 19. b Pſal. 56. b

e Hora ſexta. Argum. ad teſtes contradicentes ſibi in tempore concordandos, ut extra de teſti. cum tu fili. Argu. contra. iij. quæſ. ix. nihilominus. in ſi. ſed hic nulla eſt contrarietas: quia ſuper diuerſis factis teſtificãtur, unus ſuper crucifixione facta linguis hora tertia, alius ſuper crucifixione in cruce facta a militibus hora ſexta.

f Maius. ī. xxiij. q. iij. qui aliorum.

g Vnde Pſalmiſta, in pſalmo, Miſerere mei Deus, miſerere mei.

1. Pet. 4. b

h Filij hominum. Parauerunt laqueũ [1] pedibus meis.

1 Laqueũ id eſt, latẽter pedibꝰ meis.

i Dentes. i. corroſiones & conuicia.

k Et ſagittæ. Quantum ad conſilia.

l Gladius. Quantum ad uerba.

m Acutus. Dum clamarent, crucifige, crucifige etiam uoces illæ incitatiuæ fecerunt mortem, ut gladius acutus.

n Se pœnitentiæ. Et irregulares fiunt. 50. diſtinctio. ſi quis uiduam. & eſt argum. contra clericos, qui fures iudicandos poteſtatibus tradunt. xxiij. quæſt. v. unum ſolum eſt. Dic ut extra de hom. tua. lxxxj. diſtin. Maximianus. Sed nunquid dices irregularem clericum qui homicidium uoluit facere, nec fecit, quia non potuit: irregularis eſt tanquam de homicidio, licet non ſit homicida. j. ead. ſi cui. ubi tamen factum ſequitur, grauius eſt peccatum.

[redacted]

o HOmicidiorum. Tria genera. Dicuntur eſſe præcipua. nam large homicidium dicitur, quilibet illicitus motus ad nocendum. infra eadem. homicidium.

Homicidiũ quid ſit.

p Parilem. i. ſimilem quantũ ad Deũ. alias enim aſperior pœnitentia imponitur [2] interfectori.

2 Scilicet per eccleſiam. Arc.

q Et qui. ī. lxxxvj. diſt. paſce.

r Detrahit. Detractores dicuntur homicidæ, quia quantum in eis eſt, priuant uita animam (quæ melior pars hominis eſt) dum negant uirtutes quibus anima uiuit, eſſe in ea. Nam detrahere eſt bona quæ alicui ſunt a Deo collata, negare uel inuertere, ut ſi quis dicat ſapientem ſapientiam non habere, uel caſtum caſtitatem, uel ea quæ bono zelo fiũt, inuertendo aſſerat malo zelo uel ſpiritu fieri, ſicut Iudæi Chriſtum dicebant in Beelzebub dæmonia eijcere. ui geſimaprima diſtinctio. §. primo. & quidem hoc eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, quia quod eſt ſpiritus ſancti, maligno ſpiritui attribuunt. unde in Euãgelio, Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ. quinquageſima quinta diſtinctio. ſi euangelica. trigeſimaſecunda quæſtione quinta, qui uiderit.

Detractores dicuntur homicidæ.

Matt. 15.

ſ Pariter. Non quia æqualiter peccent, ſed quia dignus eſt pœna æterna uterque.

t OMnis. Oppreſsio. C. quod metus cauſa. ſit per impreſsionem.

u Iudicium ſanguinis eſt. i. ita punitur, & eſt digna puniri, ut homicidium, quia utrunque ſufficit ad damnationem.

x Sanguinis. i. iudicatur effuſio ſanguinis, id eſt, homicidium, ſecundum Hugo.

y Voluntate. i. actu uoluntario, ſecundum Hugo.

z NVnquid Cain. ſupra tertia quæſtione ſeptima, in grauibus, hoc legitur in Geneſi.

a Damnauit. Si damnauit ergo commiſſum fuit. nam nulli Deus immeritam ingerit pœnam. undecima quæſtione tertia. illud. ſed expone damnauit, id eſt da

† Sermo. 4. de mortalitate.

† Ex iſto tex. infertur qđ eſt contra primã partẽ gloſſ. qđ ſine actu exteriori quis dicit homicida. cõcor. l. is qui cũ telo. & ibi gl. & Cy. C. ad l. Corne. de ſic.

eſt damnabile oſtendit, ſcilicet eius uictimas reſpuendo, uel damnabile præſciuit.
a Animo. ut in beato Martino. ſufficit enim affectus. arg. ſ. ea. c. importuna.
b Qualem. diſt. xxv. c. qualis.
ADDITIO.
Ex. xiij. q. ij. tempus. & xxvj. qō. v. nec mirum. ſecundum Hug.
c Vocat. xiij. q. ij. quam præpoſterum.
d Ipſe teſtatur. In Apocalypſi.
e Renum. Id eſt, delectationum.
f Cordis. id eſt, cogitationum. vnde Auguſtinus ſuper illum locū, ſcrutans corda, &c. Corda, id eſt, quod quiſque cogitat. Renes, id eſt, quod quemcunque delectat.
g Noli. Perſuades. ſ. diſt. xlv. ſane. plus enim eſt perſuadere, quā facere. Argu. ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. qui enim perſuadet, corrumpit, nō qui cogit vt ibi.
h Machera. i. gladius. alia trāſlatione dicitur gladius acutus. ſ. ea. cap. periculoſe.
i Homicidiū. Putabatur. male intelligentib. nam prohibitum erat, & omne unde malum oritur. extra de conſtit. nā concupiſcentiam.
k Aperuit. In Euangelio, ubi dicit: Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit mortis. ſi quis dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio. lv. diſt. c. ſi Euangelica.
l Motum. poſt primū, qui in poteſtate noſtra non eſt.
m Si propterea. In corde. ſupra xiiij. quæſt. ult. cap. ultimo.
n Teneris. quo ad Deum, non quo ad hominem, cum rem non contrectauerit. ff. de acquiren. poſ. l. poſſideri. §. ſi rem. quia ſolo animo furtum nō committitur, ſecundum legem, ut ibi dicitur.
o Si cui etiam. Non minus. ſupra xxxij. quæſt. v. c. ſicut enim vj. quæſtio. j. cap. quæro. §. uerum hoc. in fine. xv. quæſt. vj. cap. j. viij. quæſt. prima. cap.

Apoc. 2. f
Pſalm. 7.
Hier. 17. b
† Tract. xxiiij. ad cap. viij. Ioan.
Pſalm. 54.
† Alias, gladius acutus.
† lib. xix. cōtra Fauſtum. cap. xxiij.
Deut. 5. b
Matt. 5. c
¹ De hoc dicit apoſtolus nō quod uolo bonum hoc ago.

tur, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud eſt martyrio animum deeſſe, aliud animo [a] defuiſſe martyrium. Qualem [b] te inuenit dominus cùm uocat, [c] talem pariter & iudicat: quoniam ipſe teſtatur, [d] & dicit, Et ſcient oēs eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renum [e] & cordis. [f]

Item Auguſtinus. †

Homicida eſt, qui fratri ſuo mala perſuadet.

CAN. XXVII.

NOli putare te non eſſe homicidam, quando fratri tuo mala perſuades. [g] Si fratri tuo mala perſuades, occidis. Et ut ſcias quia occidis, audi pſalmiſtam: Filij hominū, dentes eorum arma & ſagi. & ling. eorū machera [h] acuta. †

Idem. †

Occidit, qui ad nocendum mouetur.

CAN. XXVIII.

HOmicidium lege uetitum, putabatur [i] non aliud eſſe niſi corporis peremptio. Aperuit [k] ergo dominus omnem iniquum motum [l] ad nocēdum fratri, in homicidij genere deputari.

Item Auguſtinus.

Furti tenentur, qui ſolo timore non furantur.

CAN. XXIX.

SI propterea non facis furtum, quia times ne iudiceris, [l] intus in corde [m] feciſti, reus furti teneris [n], & nil tuliſti.

Idem de libero arbitrio. †

Non ideo minus delinquit, cui ſola deeſt facultas.

CAN. XXX.

SI cui etiam non contingat facultas concūbendi cū coniuge aliena, tamen planum ſit, eū aliquo modo cupere, & ſi poteſtas detur, eſſe facturum, non minus [o] reus eſt, quàm ſi in ipſo facto deprahēderetur. † Itē, Sicut authoritas teſtat, uolūtas remuneratur, nō opus, uoluntas [p] autem in cordis contritione [q] eſt, opus uerò in oris confeſſione, luce clarius conſtat cordis cōtritione, [r] non oris confeſſione peccata dimitti.

Item Proſper. †

CAN. XXXI.

POrrò illi, quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipſis confeſſa, nec ab alijs publicata, ſi ea confiteri uel emendare noluerint, Deum quem habent teſtē, ipſum habituri ſunt & ultorem. [s] Et quid eis prodeſt, uitare humanū iudiciū, cū ſi in malo ſuo permanſerint, ſunt ituri in æternū Deo retribuēte ſupplicium? qui ſi ſui iudices fiāt, & ueluti

ſciendum. xliij. quæſt. v. c. ſi quid. xxxij. quæſtio. v. qui uiderit. contra. infra diſtin. ij. ſicut tribus. contra. Solu. re uera magis reus eſt ſi opus adhibeatur, ſed hoc quo ad ſufficientiam æterni interitus accipe. Vel dic, quod non minus eſt reus, id eſt, nihilominus reus eſt, quamuis ad factum non perueniat, non quin plus peccet (ut dixi) ſi opus ſequatur. quod patet ex eo, quia ꝓhibitum eſt malam uoluntatem in opus producere. ſic ergo contra prohibitionem illam faciens, plus peccat: qui ergo opus adijcit uoluntati, iniquitatē addit iniquitati.
p Voluntas. Non opus tantū: uel non facit ut opus ſit remuneratorium, ſed uoluntas, ſicut & alibi dicit, ſcilicet q̄ ſufficit eleemoſyna cordis, non corporis. xlv. diſtinct. cap. duæ. quandoque tamen opus etiam minus bonum in bonum conuertitur diligentibus Deum, infra diſtinct. ij. cap. nullus eorum. arg. extra de regulis iuris eſtote. Illud autem nota, quod peccata, quæ ſola uoluntate contrahuntur, ſola uoluntate dimittuntur, ſecundum Baz. argu. ff. de pactis. l. ab emptione. ſed contrariū credo, ſi ad conſenſum uoluntas ꝑuenit. argumentum ſupra ſexta diſtinctione. capit. teſtamentum.
q Contritione. infra eadem. §. non ita.
r Contritione. Illa ſcilicet, quæ eſt uirtus, ² non illa quæ eſt paſſio, ſcilicet afflictio qua punitur quis interius pro peccato, nec illa quæ eſt actio, qua ſe punit aliquis. H.
s Porrò illi. Et ultorē. quaſi ſine confeſſione. & in hoc facit ad propoſitum, ſed tamen hoc non eſt uerum: quia confiteri tenetur ſacerdoti. ſed hoc uult dicere, quod deberet recognoſcere peccata ſua, & inde ſe damnare, & ſe redarguere & dicere, Tali pœna ſum dignus. & ſic ſunt

† Alias, ne uideatis.
† li. i. circa prin.
† Cōcor. l. is qui cū telo. & ibi glo. & docto. cū cōcor. C. ad leg. Cor. de ſica.
[redacted]
† lib. ij. c. vij. de uita contemplatiua.
² Contritio uirtus ſiue gratia eſt uirtus mētis ſcilicet humilitas, qua omo humiliatur, & proſternitur, & ſic diſponitur ut uelit ſe pro peccato puniri, & ſatisfacere ꝑ illo. Arch.

ſuæ iniquitatis ultores, hic in ſe uoluntariam pœnam ſæuerisſimæ animaduerſionis exerceant, temporalibus [a] pœnis mutabunt æterna ſupplicia, & lacrymis ex uera cordis contritione fluẽtibus, extinguent æterni ignis incendia. & infrà.

CAN XXXII.

FAcilius [b] Deum ſibi placabunt, qui nõ humano cõiũcti iudicio, ſed ultrò [c] crimen agnoſcunt: qui autem proprijs illud confeſsionibus produnt, aut neſcientibus [d] alijs (quales occulti ſunt) ipſi in ſe uoluntariæ excõmunicationis ſententiã [e] ferunt, & ab altari cui miniſtrabant, non animo, [f] ſed officio ſeparati, uitam ſuam tanquã [g] mortuam plangũt, certi quòd reconciliati ſibi efficacis pœnitentiæ fructibus, à Deo non ſolùm amiſſa [h] recipiant, [i] ſed etiam ciues ſupernæ ciuitatis effecti, ad gaudia ſempiterna perueniant.

7 *Hoc idem probat authoritate illa prophetica: In quacunq; hora peccator fuerit cõuerſus, et ingemuerit, &c. nõ enim dicitur, ore confeſſus fuerit, ſed tantùm cõuerſus fuerit, & ingemuerit, uita uiuet, & nõ morietur. Hinc etiam idem propheta ait.*

ps
1

CAN. XXXIII.

SCindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra. oſtendens in contritione cordis, quæ in eiuſdem ſciſsione intelligitur, non in confeſsione oris, quæ pars eſt exterioris ſatisfactionis, quã ſciſſuram ueſtiũ nominauit, [k] à parte [l] totum intelligens, peccata dimitti. Hinc etiam per eundem prophetam ait dicens.

CAN. XXXIIII.

COnuertimini [m] ad me in toto corde

---

[a] Vt infra ea. tres ultra me. Ad hoc facit qđ dicit Ange. Peccatum tuũ te iudicem habeat non patronũ. Archi.

ſic ſunt ſui iudices.

[a] Temporalibus. In ſuſtinendo temporales pœnas euadunt æternas. ĩ. xiij. q. ulti. c. ultimo.

[b] FAcilius. xj. qõ. iij. ca. ad menſam. euidenter ibi allegabatur hoc pro capitulo.

[c] Sed ultro. Argu. quinquag. di. preſbyterum. argu. pro ſponte confeſſo.

[d] Neſcientibus. j. ead. §. ſimiliter.

[e] Sentẽtiam. quod fit cum in ſecreto interius cõpunguntur, & confitentur ſacerdoti: ut. j. ead. diſt. uide benignũ. & cap. iudicet. non tamen ſibi pœnitentiam imponendo, uel ſe ligando, ſecundum quod G. inducit capit. ſed feruntur uoto & propoſito, quo ſe damnẽt ad talem pœnitentiam ſubeundam iudicio ſacerdotis.

[f] Non animo. ſcilicet in perpetuum, ſed officio, ſcilicet ad tempus. [a] propoſitũ quippe, &c. uel non animo tantum, ſed officio, authoritate, ſcilicet ſuperioris uel non animo tantum, ſed officio, id eſt, iudicio ſuperioris ab officij executione abſtineat: ut. j. ea. diſtin. in actione. & j. diſt. v. cap. j.

[a] Vt ſ. fra ea. in glo. j. pretermiſſa.

[g] Tanquam. j. ea. diſtin. in actione. ĩ. quinquag. diſtin. & purgabit. & cap. de his uero.

[h] Amiſſa. id eſt, pretermiſſa & dimiſſa ad tempus: propoſitum quippe habent peracta pœnitentia ad priſtinum altaris officium, unde ſponte receſſerant, remeare: ut quinquag. diſtin. domino ſancto. & cap. & purgabit.

[i] Recipiant. id eſt, iudicentur digni recipere. Hug.

Hoc idem. Hæc eſt ſeptima pars primæ partis, in qua intendit magiſter probare, quod non in confeſſione, ſed in cordis contritione dimittuntur peccata. Si enim confeſsio eſt ſignum pœnitentiæ tantum, &c. & hoc probat nouem authoritatibus ſanctorum.

CASVS. *Hug. ſic ponit caſum hunc. Ab hoc loco uſque ad. §. ſequentem per multas authoritates & per exempla, & per argumenta probat Gratian. peccata dimitti in contritione cordis, abſque oris confeſſione, & operis ſatisfactione. & ſunt plana omnia, quæ uſque illuc inducuntur. & facit unum. §. tantum uſque ad illum. §. alij econtra. & ſatis poteſt hoc ſtare, ſed in quibuſdam libris inuenio plures. §. & hoc noluit Lauren. Vnde ſic ponit caſum: Ab iſto loco inducit Gratian. authoritates euidentiores, ad probandum ſuum propoſitum, & ſuſpendit concluſionem ſuam uſque ad §. item ſi antequam. & ibi infert concluſionem, & ab eodem §. ſuſpendit iterum ſuam concluſionem uſque ad. §. cum ergo. & ita peruenit uſque ad §. alij econtra. & hoc uidebis per decem authorit. quas ponit in litera. Et ſcias quod quidam in principijs omniũ authoritatum capit. faciunt. ſed Hug. nõ facit, nec Gratian. cum ſæpe pauca uerba de authoritate inducat. Octauæ ſcilicet ætatis ſurgentiũ tunc enim fiet iudicium, quod ab hominibus timetur. Vel octauæ diei, quæ dicitur dies iudicij & aduentus. Dicit ergo timore octauæ, id eſt, iudicij & aduentus.*

Eze. 23. 6

Iohelis è 2. c

Cum enim Deus. uerba ſunt Gratia.

[k] SCindite. Nominauit. Et bene: quia ſicut ſcindere ueſtimenta inutile eſt, niſi ſciſsio fiat per diſtinctionem & proportionem eius, quod deberet ueſtiri, ita etiam ſatisfacere exterius, id eſt, cõfiteri exterius non prodeſt, niſi præcedat ſciſsio cordis, ſcilicet contritio, ſecundum cuius motum & modum ſequitur oris cõfeſsio & operis ſatisfactio, quæ ſciſſura ueſtium appellatur. Pet.

[l] A parte. oris confeſsio eſt pars exterioris ſatisfactionis, quæ hic totum dicitur, & j. ead. quem pœnitet. Vel dic, ſuperius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. cum enim hæc uera ſit, omnis homo eſt animal, utroque termino infinitato recte conuertitur: ergo omne non animal eſt non homo. & ſic non ſcindere corde eſt inferius ad non ſcindere ueſtimenta. planius dixiſſet a toto ad partem

Superius ĩfinitatũ, efficitur pars inferioris infinitati.

[m] COnuertimini. Sed nunquid ſtandũ eſt huic ordini, ut prima ſit noſtra cõuerſio, ſequẽs Dei? nõ arg. xliiij. diſt. ſit rector. extra de uita & hon. cle. c. ulti. in fi. Ar. contra. j. diſt. iiij. dicit dominus. ff. de ſol. nec enim. & præterea nemo meret̃ primã gratiã, quomodo ergo hoc præcipit̃ alicui cõuertimini, & c. Sol. tale eſt [1] iſtud quale illud, ſurge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Vel reſpicit hic ordinem iuſtificationis, quia contritio qua conterimur caſualiter præcedit remiſsionem, & ſic cõtritio, quæ ex libero arbitrio procedit, mereretur remiſsioné, quæ tñ gratiæ, quæ omnia ꝓcedit, erit attribuenda tanquam cauſæ. quidam tamen prius ponunt remiſ-

Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, qualiter intelligitur.

[1] Id eſt, talis ẽ modus loquẽdi.

Contritio præcedit remiſsionem.

remiſsionem. Vel conuertimini. i. oſtendite uos humiles ad conuerſionem, & ego conuertar ad uos. i. primam gratiam uobis infundam, argu. ī. diſt. v. falſas. Vel dic conuertimini per omiſsionem culpæ, ad quam quilibet tenet, non per gratiam habendam, quā nemo meretur uel demereatur, ſicut uides in radio ſolis: ſi enim aperio feneſtram intrabit ſol: ſi clauſero, non intrabit. tñ non poſſum eum cogere quod intret. unde dictum eſt de homine quod eſt ſpiritus uadens & non rediens, per ſe: ſi tamen habeat gratiā poteſt mereri uitam æternam. vnde non ualet hoc argumen. iſte non poteſt mereri qđ minus eſt, ergo nec quod maius. Item nec hoc, iſte eſt magis malus hodie quàm heri. ergo minus habilis ad ſuſcipiendam gratiam, quam heri. inſtātia eſt in Cepha, id eſt, Petro. H.

Iohelis. 2.c

Zacha. 1.a

¹ Ve 50. diſt. fidelior.

ᵃ Conuerſio. Argu. quod non tantū ualet uerbum ſimplex quantum compoſitum. Argu. contra. ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus. §. inquit. ubi dicitur, ruperit. id eſt, corruperit.

Ioan. 11.f

ᵇ Suę conuerſionis. arg. contra. xj. q. iij. qui iubente, ² ſed hic de fructu remiſsionis diuinæ, ibi humanæ.

² Vbi loquitur de uenia perna.

ᶜ Leproſi. Scilicet decem: de quibus legitur in euangelio Lucæ, ³ qui deſignant peccatores.

³ v. ca. & xxij. cap.

ADDITIO.

Scilicet lepra peccati infectos, ſecundum Hugo.

Luc. 17.d

ᵈ Sacerdotibus. Primo ergo eſt Deo confitendum & poſtea ſacerdoti. ī. ead. ex his omnibus.

Confitere primo Deo, dehinc ſacerdoti.

ᵉ Hinc etiam Lazarus. i. peccator conſuetudine peccādi depreſſus. Argumentum infra diſtinct. ſecunda. ſicut tribus

Matt. 8.a

ᶠ Lapide. Onere peccati.

ᵍ In ſepulcro. Id eſt, in cordis con-

veſtro, & ego conuertar ad vos. Conuerſio ᵃ autem dicitur, quaſi cordis undique uerſio. Si autem cor noſtrum undique a malo ad Deum uertitur, mox ſuæ conuerſionis ᵇ fructum meretur, ut Deus ab ira ſua ad miſericordiam conuerſus peccati præſtet indulgentiam, cuius primò præparabat uindictam. unde datur intelligi, quòd etiam ore tacente, ueniam conſequi poſſumus. Hinc etiam leproſi ᶜ illi, quibus dominus præcepit ut oſtenderent ſe ſacerdotibus, ᵈ in itinere antequam ad ſacerdotes uenirent, mundati ſunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quòd antequàm ſacerdotibus ora noſtra oſtendamus, id eſt, peccata noſtra confiteamur, à lepra peccati mundamur. Hinc etiam Lazarus, ᵉ qui uiuus de monumento prodijt, nō prius de monumēto eſt eductus, & poſtea a domino ſuſcitatus: ſed lapide ᶠ remoto, quo monumentum claudebatur, in ſepulcro ᵍ reuixit, & foras uiuus prodijt. Hinc etiam, ut dominus oſtenderet quod non ſacerdotali iudicio, ſed largitate diuinæ gratiæ peccator emundatur, leproſum tangendo mundauit, ʰ & poſtea ſacerdoti ſacrificium ⁱ ex lege offerre præcepit. ᵏ Leproſus enim tangitur, cū reſpectu diuinæ pietatis mens peccatoris illuſtrata cōpungitur. Vnde poſt trinā negationem, Petrus domino eum reſpiciente, profudit amaras lacrymas, quibus culpam negationis ſuæ diluit. Leproſus ſemetipſum ſacerdoti repræſentat, dū peccatum ſuū ſacerdoti pœnitēs cōfitetur. Sacrificium ex lege offert, dum ſatisfactionem ex eccleſiæ iudicio ſibi impoſitam factis exequitur. Sed antequam ad ſacerdotem perueniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante cōfeſsionem oris peccati uenia indulgetur. Hinc etiā medici negantur ſuſcitare aliquem, ut reſuſcitatus confiteatur, dum per prophetam dicitur, Nunquid medici ˡ reſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? Item, A mortuo ᵐ (ut authoritas ⁿ dicit) perit ᵒ confeſsio uelut ᵖ ab eo qui non eſt. Vnde pœnitēs ille qui timore octauæ reſurrectionis territus exclamauerat, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Poſteà ſupplicans aiebat: Saluum me fac propter miſericordiam tuā, quoniam non eſt in morte qui memor ᑫ ſit tui: in inferno autem nullus tibi confitebitur. Si ergo ʳ nullus confitebitur tibi, niſi reſuſcitatus, nemo autem uiuit æternæ gehennæ filius, & perpetua dānatione ſ dignus: patet, ᵗ quod antequā quiſque confiteatur peccatum, a reatu ſuæ præ-

trictione.

ʰ Mundauit. In Euangelio Matthæi.

ⁱ Sacrificium. i. ſatisfactionem.

ᵏ Præcepit. Supra. xciij. diſtinct. dominus. & ita ex præcepto tenetur quis confiteri.

Sacerdotes dicuntur medici.

ˡ Medici. Id eſt, ſacerdotes, qui medicinam animæ præſtant, ⁴ ſed Deus dicitur medicus, ut in frā diſtinctione tertia. adhuc inſtāt. xxiij. quæſtione iiij. Nabuchodonoſor & undecima, quæſtione tertia. quomodo.

Luc. 22.g

⁴ [redacted]

ᵐ A mortuo. Id eſt, permanente in peccatis.

ⁿ Authoritas. In libro Ieſu filij Syrach, ſcilicet eccleſiaſtico.

ᵒ Perit. Id eſt, non eſt, quia non pœnitet talem, ut infra diſtinction. iij. Iudas & ita perit hoc quod non eſt, Argumen. ff. de conſtitu. pec. id quod. uel ſi eſt non eſt utilis quo ad uitam. argumente. quod reſcriptum ab excommunicato impetratum ſit nullum ipſo iure. Argumentum contra. infra de conſecratione diſtinctione. ſecunda. & dixit.

Pſal. 87.

Eccl. 17.d

ᵖ Velut. Qui enim peccat, nullus eſt, quia peccatum ducit ad non eſſe, cum nihil, ⁵ iuxta illud. Et ſine ipſo factum eſt nihil. & eſt uelut ſimilitudinarium. ſed ad literam poteſt, hoc intelligi, quia poſt mortem nemo ualet confiteri, ut de illo diuite legitur in Euangelio.

Pſalm. 6.

⁵ Infra e. diſtin. ij. §. fina.

Peccatū ducit ad non eſſe.

ᑫ Qui memor. Quantum ad gratiæ ſuſceptionem, dum eſt in peccato.

ʳ Si ergo. Quaſi dicat, nullus ad ſuā ſalutem.

ſ Damnatione. Extra de baptiſm. & eius effectu. maiores.

ᵗ Patet. Ecce concluſio magiſtri.

Si ante-

uaricationis qua æterna ſibi debebantur ſupplicia, per gratiam internæ, compunctionis abſoluitur. Item. Si antequam [a] quiſque confiteatur, Deo reſuſcitatur, uel reſuſcitatus uiuit, dum confitetur, uel poſt reſurrectionem iterum mortuus eſt, & confitetur. Sed ſicut antequam reſuſcitaretur mortuus, confiteri nō poterat: ſic poſt reſurrectionē mortuus cùm fuerit, confiteri nō ualet. Reſtat ergo ut reſuſcitatus uiuat, dum peccatum confitetur. Ergo ſola contritio, in qua fit reſuſcitatio, tollit peccatum. Habet itaque reſuſcitatorē ſuum ſibi præſentem, ſeque inhabitantem.

Vnde Auguſtinus ait in pſalmo lxij.

CAN XXXV.

Reſuſcitatus corpore, uiuit abſente reſuſcitatore, non autem ſic reſuſcitatus in anima. [b] Cùm enim Deus ſit uita animæ, anima uerò uita corporis, ſicut corpus uiuere non poteſt abſente anima, ita non niſi Deo præſente anima uiuere ualet. Habet itaque anima ſibi Deum præſentē per gratiam, qua uiuens peccatum ſuum confitetur: eamque uitam quæ Deus eſt inhabitat, quam inhabitando uiuere facit. [c] Si autem inhabitet, ergo templum ſpiritus ſancti facta eſt, ergo illuminata eſt, ergo a tenebris peccatorum expiata eſt, ergo templum diaboli eſſe deſijt: quæ ad lucem uenit cuius reſpectus tenebras fugat. Nulla enim (ut ait Apoſtolus) [d] cōuentio [e] Chriſti ad Belial, [f] nulla participatio lucis [g] ad tenebras, nulla communicatio iuſtitiæ & iniquitatis, nullus conſenſus templo Dei cū idolis. Item ut Chriſtus ait: Omnis qui odit malum, in luce agit. Qui autem in luce agit (ſicut Auguſtinus ait) in Chriſto operatur: qui autem in Chriſto operatur, eius filius probatur. Cuius enim opera quiſque facit, eius filius eſſe perhibetur: unde quibuſdam dominus ait, [h] Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ [i] facite. Item, Vos ex patre diabolo eſtis, quia opera patris ueſtri facere uultis. Nemo autem filius Dei & diaboli ſimul eſſe poteſt. Nemo enim (ut ipſe ait) duobus [k] dominis ſimul ſeruire poteſt.

1.Io.3.c — Ioan.8.e — Matt.6.c

Item ut Ioan. ait in epiſtola ſua. 1.Io.3.b

CAN. XXXVI.

Qui natus eſt ex Deo, [l] non peccat: [m] ergo non eſt filius diaboli. [n] Solo [o] enim peccato, diaboli filij ſumus. Ergo de eius regno tráſlati ſumus in regnū claritatis filij Dei, & ſumus erepti de poteſtate tenebrarum, & facti ſumus filij lucis. Cùm ergo ante confeſsionem (ut probatum eſt) ſumus reſuſcitati per gratiam, & filij lucis facti, euidentiſsime apparet, ꝙ ſola cordis contritione ſine cōfeſsione oris peccatum remittitur.

Item Ioannes.

CAN. XXXVII.

Omnis qui non diligit Deum, in morte manet. ſi ergo uiuit, [p] & diligit. Si diligit, dilectio eſt in corde. Dilectio 1.Io.3.b autem in malo non eſt. Eſt enim proprius fons bonorum, in quo non communicat alienus. [q] Ergo bonus eſt iſte factus per gratiam ante confeſsionem peccati. Nō itaque malus eſt. Bonus enim & malus, aliquis ſimul eſſe non poteſt: ꝙ ſi malus non eſt, membrum diaboli non eſſe probatur. Nec ergo dignus eſt gehenna, quæ diabolo & membris eius ſolummodo debetur,

---

a Si antequam. Habito quod ante confeſsionem peccator reſuſcitatur, probat quod quando confitetur, non eſt in peccato. ſi enim poſt reſurrectionem ſuam antequam confiteatur incipiat mori, id eſt, peccato obligari, ſequeretur qđ mortuus, id eſt, in peccato exiſtens confiteretur, quod tamen non poteſt eſſe ante reſurrectionem nec poſt. a mortuo enim, &c. perit confeſsio. concludit ergo quod uiuens, id eſt, a reatu peccati abſolutus confitet, & ita confeſsione non dimittitur peccatum.

b Reſuſcitat⁹. Anima. Nota animam alio modo ſuſcitari, quam corpus.

c Si autem. Verba magiſtri.

d Apoſtolus. In epiſtola ſecunda ad Corinthios. vj. cap. 2.Cor.6.e

e Conuentio. Id eſt, communicatio.

f Belial. Apoſtata interpretatur.

g Lucis. Id eſt, illuminationis. & eſt argum. quod contraria ſeſe non patiuntur. argum. xvj. quæſt. vij. in noua. infra eadem. §. cum ergo.

h Dominus ait. In euangelio. Ioan.

i Abrahæ. Supra. xxij. quæ. ij. quæritur. §. itē opponit.

k Duobus dominis. exigentibus cō traria.

k Duobus. Diuerſis putà in eo quod ſunt diuerſi, alias ſecus. ff. de oper. liber, duorum.

l Qui natus. Ex Deo. cooperante per gratiam uel per baptiſmum.

m Peccat. Coniunctim intelligendum morat in ſanctitate percepta, & regeneratione Dei. Quod ſic debeat intelligi, habetur. ſ. diſtin. ij. §. item ſecundum. & cap. ſi enim inquit.

n Diaboli. Et ita ex uirtute uel peccato nomen amittimus, ſicut & lex dicit, quod adoptatus a ſenatore in filium filius ſenatoris dicitur. ff. de ſena. l. ſenatoris filius. & nupta clariſsimo, quandiu non nubit alij inferioris ordinis clariſſima dicitur, ut ff. de ſena. ſeminæ.

Nomen amittitur ex uirtute uel peccato.

o Solo. Magnum autem peccatū eſt, non agere penitentiam, & ſuo ſibi cōplacere delicto. ſ. diſ. ea. ſuper tribus.

p Omnis. Viuit. per gratiam.

q Alienus. a charitate præciſus. ſ. [illegible] mortem. ſ. ead. in actione. extra de regula. & tranſeun. ad relig. licet. in fi.

Alij

ſicut æterna beatitudo ſolummodo membris Chriſti paratur. Non ergo in confeſsione peccatum remittitur, quod iam remiſſum eſſe probatur. Fit itaque confeſsio ad oſtenſionem pœnitentię, non ad impetrationem ueniæ: & ſicut circunciſio data eſt Abrahæ in ſignũ iuſtitiæ, non in cauſam iuſtificationis, ſic confeſsio ſacerdoti offertur in ſignum ueniæ acceptę, non in cauſam remiſsionis accipiendæ. Alij econtrario teſtantur [a] dicẽtes, ſine confeſsione [b] oris, & ſatisfactiõe opis, neminem à peccato poſſe mũdari, ſi tẽpus ſatisfaciẽdi habuerit. Vñ dñs p ꝓphetã ait [c]: Dic tu iniqtates tuas, ut iuſtificeris [d].

Itẽ Ambro. in libr. de paradiſo.

CAN. XXXVIII.

NOn poteſt quiſquã à peccato iuſtificari, niſi peccatum ante fuerit confeſſus.[e]

Idem in ſermone quadrageſimæ.

CAN. XXXIX.

ECce nunc tempus acceptabile adeſt, in quo confeſsio animam à morte liberat. Confeſſio aperit paradiſum. Confeſsio ſpem ſaluandi tribuit. Vnde ſcriptura dicit, Dic tu iniquitates tuas, ut iuſtificeris. His uerbis oſtenditur, quia non meretur iuſtificari, qui in uita ſua peccata noluit confiteri. Illa ergo confeſsio nos liberat à morte, quæ fit cum pœnitentia. Pœnitẽtia uera eſt [f] dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, q̃ quiſque commiſit uel conſenſit. Pœnitentia eſt præterita mala plangere, [g] & plangenda iterum non committere.

Itẽ Ioannes os aureũ.

CAN. XL.

PErfecta [h] pœnitẽtia cogit [i] peccatorem omnia libenter ſufferre: in corde enim contritio, in ore confeſsio, in opere tota [k] humilitas, [l] hæc eſt fructifera [m] pœnitentia.

Idem.

CAN. XLI.

NOn poteſt quis [n] gratiam Dei cæleſtis accipere, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde [o] peccati per

Alij econtrario. Hæc eſt ſecunda pars diſtinctionis, in qua probat magiſter, quod ſi poteſt confiteri quis, & non uult, non ſaluatur, quod eſt uerum. Et ſubdiuiditur hæc pars in ſex partes. Secunda ibi, & uenit. Tertia ibi. Nemo poteſt. Quarta ibi, Põt fieri Quinta ibi, Quantuslibet. Sexta ibi, Nonnulli. Ioan. de Faut.

a Alij econtrario teſtantur. Ab hoc loco uſque ad. §. his authoritatibus. pro alia parte allegat, quod ſcilicet adulto peccatum non dimittitur ſine oris confeſsione. [redacted] Bene tamen dicimus, quod licet cordis contritione dimittatur peccatum, confeſsio tamẽ mundat, & ſatisfactio mundat, & ſic magis ac magis mundatur homo: ſicut magis ac magis innouatur homo. infra de conſecra. diſtinc. iiij. c. non ex quo. Authoritates hic inductæ parum urgent ſi diligẽter exponantur.

Gen. 17.c

Confeſsio & ſatisfactio, mundant.

b Sine confeſsione. id eſt, ea contempta: ut primam opinionem defendat, iuxta uerbum illud dominicum: Vade, & amplius noli peccare. infra diſt. iij. c. ſi Apoſtolus.

Eſa. 43.d

c Per prophetam ait. Dic, duplex eſt contritio & confeſſio, ſcilicet interior & exterior. de interiori ſcilicet, quæ fit Deo, dicit quod ſine confeſsione non dimittũtur peccata. Vel dic, id eſt, propoſitum habes dicendi ore.

Cõfeſsio ẽ duplex.

d Iuſtificeris. i. à peccato munderis. uel bonis operibus replearis: uel ut, cõſecutiuũ nõ ẽ. uel ut iuſtus alijs uidearis exemplo tui proficientib. Vel intelligitur de exteriori: ut iuſtificeris quo ad alios, [redacted] arg. j. ead. cap iudicet.

e NOn poteſt. Confeſſus. Deo: ut. j. ea. c. ſufficit. confeſsio oris fit ſacerdoti, cordis fit Deo. j. ea. c. quamuis. & proxi. xj. q. iij. exiſtimant.

f ECce nunc. Vera eſt. Ergo ſufficiens. melius probat authoritas hæc primam opinio. quàm ſecundam.

g Plangere. non eſt hæc deſcriptio, quia hoc habuit Iudas ex timore ſeruili: ſed eſt qualiſcunque aſsignatio.

De confeſsione dicit Io. Chryſoſt. Confeſsio ẽ ſal⁹ animarũ, reſtauratrix uirtutũ. diſsipatrix uitiorũ, expurgatrix dæmonũ: q d plura? obſtruit os inferni, portas aperit paradiſi. De iſta habeẽ in pſalmo, Cõfitemini domino quoniã bonus.

h PErfecta. Hoc capit. habes. j. diſtinctio. iij. circa principium.

i Cogit. hoc intellige quantum ad ſenſualitatem, quæ ſemper rationi repugnat: unde Apoſtolus, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & econuerſo. Galat. v.

Senſualitas ratiõi repugnat.

k Tota. i. omnis eius gradus.

l Humilitas. ne ſuperbia efferatur, ut Phariſæus. Videtur approbare eorũ ſententiam, qui dicunt quod remiſsio præponenda eſt iuſtificationi. ſed hæc dicta ſunt de gratia iuſtificante, uel gratiam, id eſt gratiæ augmentum: ut non intelligas de gratia iuſtificante, uel nõ poteſt innoteſcere gratiæ acceptio. nã res tunc fieri dicitur, quando innoteſcit, Vel hæc dictio purgatus, ponit in uim nominis non participij. Omnia enim hęc ſimul ſunt tempore.

m Fructifera. Nota quod in peccato mortali tria attendũtur, impudentia, delectatio, & perpetratio. contra hæc tria triplici remedio opus eſt, cõtra, impudentiam confeſsio, in qua eſt uerecundia. j. ea. cap. quem pœnitet. delectationi opponitur amaritudo contritionis, perpetrationi opponitur operis ſatisfactio. j. diſtin. ij. c. ij. Sed nunquid de uenialibus tenetur quis confiteri? uidetur quod non, quia res penę contra naturam eſt &c. ut xxv. diſtin. §. criminis. Dico quod de uenialibus maioribus tenetur quis confiteri, de quibus dicit authoritas, uitaſti grandia, caue ne obruaris arena. j. ea. tres ſunt. ſed ẽ generalis cõfeſsio & ſpecialis. Speciali indigent mortalia unde pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. i. cõſcientiã meã emundabo, diſcurrẽs per ſingulas noctes. i. per ſingula mortalia, de ſinguiis. ſ. confitendo & ſatisfaciendo ſigillatim non cõfuſe. in generali uero ſufficit cõfiteri uenialia. ut fit in miſſa, cũ dicit ſacerdos. Confiteor Deo, &c. Illud nõ credo, quod exiſtenti in mortali peccato dimittitur uenialia. j. di. iij. de quotidianis.

Mortali ĩ peccato tria attenduntur.

Confeſsio an debeat fieri de uenialibus.

3 Idẽ La. & Pet.

n NOn poteſt quis. j. de conſecra. diſtin. iiij. cap. non poteſt.

o Sorde. j. de pœni. diſtin. iij. §. his authoritatibus. & cap. ſunt plures.

pœnitentiæ confeſſionem [a] per donum baptiſmi [b] ſalutaris.

Item Auguſtinus.

CAN. XLII.

NVllus debitæ grauioris pœnæ accipit ueniam [c] niſi qualemcunq; (etſi longè minorē quàm debeat) pœnam [d] ſoluerit. ita enim impertitur à Deo largitas [e] miſericordiæ ut nō relinquatur iuſtitia [f] diſciplinæ.

Idem Vincentio.†

CAN. XLIII.

NEminem putes ab errore ad ueritatem, & à quocunque ſeu magno [g] ſeu paruo peccato, ad correctionē ſine pœnitētia poſſe trāſire [h].

Idem pœnitentia. †

CAN. XLIIII.

AGite [i] pœnitētiā qualis agitur in eccleſia, ut oret pro uobis eccleſia. Nemo dicat ſibi, occultè ago, apud Deum ago, nouit Deus, qui mihi ignoſcat, quæ in corde [k] ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt: Quæ ſolueris in terra, ſoluta erunt & in cœlo. Ergo ſine cauſa claues [l] datæ ſunt eccleſiæ Dei. fruſtramus Euāgelium [m] Dei, fruſtramus verbum Chriſti? ſi promittimus uobis [n] quod ille negat, nōne uos decipimus? Iob dicit: Si erubui in cōſpectu populi, peccata [o] mea cōfiteri. Atq; ideo, ſi non potuiſtis uel noluiſtis habere pudicitiam coniugalē, ſeu cōtinentiam, & deuiaſtis à propoſito uel uinculo coniugali, uel deuotione continentiæ, ſit in uobis dolor & humilitas pœnitentiæ. Apertius dico: nemo dicat, nō intellexi: quia poſt uxores ueſtras, illicito concubitu uos maculaſtis, ſi præter uxores [p] ueſtras, cum aliqua concubuiſtis, agite pœnitentiam, &c.

Item Hieronymus ſuper Exodum.†

a Confeſſionem interiorem, id eſt, cordis dolorem & amaritudinem, quo ad adultos.

b Baptiſmi. quo ad infantes, uel per baptiſmum primo, ſecundo per pœnitentiam, quæ eſt ſecunda tabula. infra eadem, cap. quamobrem.

c NVllus. Veniam. quantum ad eccleſiam.

d Pœnam, non uidetur hoc eſſe uerū, nec de interiori pœnitentia, nec de exteriori. nām ſi de interiori, quæ peccata delet, ergo & charitas affuit, quia aliter non delentur peccata niſi per charitatē. tāta ergo eſt hæc pœna ex quo charitas adeſt, quā ta eſſet maior, quæ excogitari poſſet, & hic dicit qualemcunque: ſed nec de exteriori: quia quandoque ſine omni pœna exteriori dimittitur peccatū, iuxta illud: Vade, & amplius noli peccare. infra diſtin. iij. c. ſi Apoſtolus: ſed tamen exaudi hoc de īteriori. [i] Quod ergo dicit: & ſi longe minorē, dic quo ad acerbitatem, ſcilicet pœnæ. nam pœna interior: ſi tanta ſit, non tamē ita acerbe affligit. & ita non eſt contra. ĩ. diſtin. iij. productior. quia illud de exteriori, uel illud de peccato originali: ut ibi dicam. Item contra. ȝ. xlvij. di. cap. omnes. ubi eſt uerbum Apoſtoli: Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra, &c. hic autem dicitur, quod non ſic, ſed ſufficit qualitercunque. Sol. non attenditur ibi paritas ſecundum radices motuum, ſed ſecundum modum pœnitendi. quaſi dicat, ſi manibus peccauimus, extendamus eas ad bona opera, ſi lingua loquamur bonum: & ita de alijs membris: ut in quibus plus Deum offendimus, plus in illis pœniteamus. vnde legitur, quod ranæ interemerūt reliquias Pharaonis, hoc eſt uaniloquia. non autem poſſet attendi ſecundum radices motuum.

e Largitas. quia in infinitatem magis extenditur bonitas quàm iniquitas, cum enim charitas creſcit, non habet obicem, ſed in infinitum creſcere poteſt. Nam ratio naturalis eſt illi conſona, quæ eſt contraria iniquitati: Vnde iuſtorum ſemita. quaſi lux ſplendens creſcit in perfectum diem. ĩ. diſtin. ij. non reuertebantur. ſed iniquitas habet obicem, ſcilicet ſuperiorem partem rationis, quæ ſemper remurmurat male agenti, & etiam offenſio creatoris. ſupra diſtinct. vj. §. ſed penſandum.

f Non relinquatur iuſtitia. ita eſt miſericors Deus, quod etiam iuſtus: quia nullum peccatum præterit impunitum. quaſi dicat, licet ſit ita miſericors, non tamen ita eſt de eius miſericordia confidendum, ut euaneſcamus per ſpem, imo miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Territi ergo iuſtitia, confidamus de miſericordia. Confiſi de miſericordia, timeamus de iuſtitia. miſericors eſt: quia quemlibet punit citra demeritū, & remunerat ultra meritū iuſtus, quia nullū peccatū præterit impunitū xxiij. quæſt. ultima. c. quoties.

g NEminem. Magno. [illegible] de uenialibus hoc intelligas, ponitur pœnitentia pro pœnitudine, argu. ĩ. de conſecra. diſtinct. ij. iteratur. argu. infra eadem. c. tres.

h Tranſire. ut magis iuſtificemini. ĩ. de confec. diſt. iiij. omnes qui iam. ȝ. xxiij. q. iiij. quid faciet. & q. vij. capi. quemadmodum.

i AGite pœnitentiā. Agite. Alloquitur contemnentes & negligentes confiteri & ſatisfacere ſecundū præceptum eccleſiæ, ut intelligatur de exteriori pœnitentia, inferenda eſt hæc authoritas & quædam ſequentes. uel hæc authoritas intelligitur de interiori pœnitentia & ſatisfactione, ſicut magiſter dicit. infra eadem. §. his authoritatibus.

k In corde. Supple, & ideo non indigent ſacerdotali iudicio. & ſic bene ſequitur, ergo ſine cauſa. Simile extra de ſententia excommunicationis. capitulo, à nobis. ſecundo.

l Claues. Si enim ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentia ageretur, fruſtra ſacerdotibus claues eſſent commiſſæ.

m Euangelium. Eſt ergo præceptum Euangelij, pœnitentiam agite. & Salomon, Qui abſcondit ſcelera uel peccata ſua, non uidebit lumen in æternum. & Iacobus, Confitemini alterutrum peccata ueſtra, & orate pro inuicem, &c.

n Vobis. id eſt, inutiliter. ſic. ff. ſi certum petatur. l. certi. §. quoniam igitur. in fine. §.

o Peccata. Apoſiopeſis, id eſt, defectus orationis præ indignatione uel alio ſimili.

ADDITIO. Quaſi ſic uel ſic contingat mihi ſi erubui confiteri, ut hic, & hoc faciat mihi Deus ſecundum Hug. & Laur.

p Præter uxores. tres enim tantum ſunt ſtatus ſaluandorum, coniugatorum, continentium, & uirginū, ut extra de ſumma trinitate. cap. firmiter. ſupra decimatertia, quæſtione ſecunda. cap. in præſenti. xii. diſtin. c. nerui. 2

Peccata ſine charitate non delentur.

† Epiſtola xlviij.

[i] Idē La. & Petr. & Hug. unde dic pœnā, ſcilicet interiorem. ſ. cordis amaritudinem, & dolorē, & cōpunctionem, ſine qua ſcilicet pœna interiori, peccatum non dimittitur ſecūdū Hug.

† Aug. homilia 49.

Charitas, in infinitū creſcere poteſt.

Deus eſt non ſolū miſericors ſed & iuſtus.

Mat. 16.

Iob. 19.

† Origenes homilia ad c 18. Exodi.

Confeſſio eſt pceptū.

Status ſaluādorum ē triplex. Et fuit hæc uiſio Ezechielis prophetæ qui uidit tres uiros ſaluādos, ſcilicet Abraham, per quem figurantur cōtinentes. Danielē, per quē uirgines. Iob, per quem coniugati.

Pe.

Et uenit.

E T uenit. Hæc ij. pars ſecundæ partis, in qua probatur quod qui ſtatim confitetur non uidetur cecidiſſe: quia ſemper eſt in conſpectu Dei. & hoc probat, per vj. cap. Ioan. de Fan.

a Et uenit. Illud tangitur quod legitur in Exodo, ſcilicet cum Ietro ſocer Moyſi ueniſſet ad eum in deſertũ, uenerunt Aaron, & ſeniores omnes Iſrael ut comederent panem cũ eo. Ietro pater fuit Aethiopiſſæ uxoris Moyſi. ij.q.vij.c. plerunq;. §.item obijcitur. Exo. 18.d

CAN. XLV.

3 E T uenit a (inquit) Aaron & oẽs presbyteri de Iſrael, manducare panem cum ſocero Moyſi, in conſpectu Dei. Omnia ergo quæ faciunt ſancti, in conſpectu b Dei faciunt: peccatores autem à conſpectu Dei fugiunt. c Deniq; ſcriptum eſt, quòd Adam poſtquam peccauit, fugit à conſpectu Dei, & interrogatus reſpondit: Audiui (inquit) uocem tuam, & abſcondi d me, quia nudus e erã. Sed & Cain de fratricidio condemnat' à Deo. exijt (inquit) à facie Dei, & habitauit in terra Naim. Exit ergo à facie Dei, qui indignus eſt conſpectu eius. ſancti autem manducant & bibunt in conſpectu Dei: & omnia quæ agunt, in conſpectu Dei agũt. Ego amplius f adhuc locum præſentem diſcutiens, uideo quòd qui plenioré g Dei ſcientiam accipiunt & plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis, iſti etiam ſi malum faciunt, coram Deo faciunt, & in conſpectu h eius faciunt, ſicut ille qui dixit, Tibi ſoli i peccaui, & malum coram te feci, &c. quid ergo plus habet, k qui malum coram Deo facit? illud profectò quòd continuò pœnitet, & dicit peccaui. qui autem diſcedit à conſpectu Dei, neſcit l conuerti, & peccatum purgare pœnitendo. Hoc ergo intereſt, malum coram Deo facere, & à conſpectu Dei diſceſſiſſe peccantem. Pſal. 50.

b In conſpectu. quia ſtatim pœnitent cũ forte malum faciũt.

c Fugiunt. quia pœnitere contemnunt: ut dicitur infra.

d Abſcondi. ſed fruſtra: quia ſi aſcendero in cælum, tu illic es. unde ſuper illo uerſu ponit Anſelmus hos uerſus,
Quo fugis Encelade? quaſcunque acceſſeris oras,
Sub Ioue ſemp ẽris, bene fac, ſi uiuere quæris. ĩ. diſtinct. ij. §. ultimo.

e Nudus. non ſolum amictu corporis, ſed etiam mentis: quia etiam prius nudus erat ueſte. ĩ. diſt. ij. ut cognouerunt. ſed erat hic nudus uirtutibus. ĩ diſtin. ij. ca. non eſt. §. Romanos. nec tamẽ erubeſcebat Adam: ſicut & pueri, quandiu non peccant, nõ erubeſcunt ire nudi, ſed poſtquam pruritum ſenſerint in mẽbris illis, naturaliter ſtatim erubeſcũt ire nudi. Adam ante peccatũ erat nudus.

f Ego amplius modus loquẽdi eſt iſte Hierony. ut viij. q. j. licet. & eſt ar. pro ueritate ſæpius examinanda: ut xxxv. q. ix. graue.

g Pleniorem. Senſus eſt, peccat coram Deo, qui tanquam Dei præſentiam erubeſcens continuo pœnitet. non enim diuertit qui in breui reuertitur. & à conſpectu Dei diſcedit, qui pœnitere contemnit. arg. ĩ. ead. diſt. diuortium. Reuertẽs in breui, non diuertit.

h In conſpectu. ĩ. xvij q. j. qui bona.

i Soli. regum enim delicta ſolum Deum habent ultorem. nam alium non timent. ĩ. di. iij. totam. hic alia uidetur expoſitio.

k Plus habet. quam ille qui à conſpectu Dei fugit, & malum agit, non coram Deo.

l Neſcit. id eſt, contemnit. argu. xxv. q. j. hac conſona. redibit tamen ſi prædeſtinatus eſt. ĩ. di. ij. c. ſuper tribus. §. hac itaque. & c. quicunque uerſi. firmum.

m S Ed & continuo. Seboim. ſex fuerunt ciuitates. quas deſtruxit Dominus iuxta Iordanem, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim, Segor, Aleale, quæ eſt bale. unde effectus eſt locus aſphalti, q dicitur mare mortuum, & aqua illa nec eſt natabilis, nec potabilis. ibi ferrũ natat, pluma mergitur. ibi ſunt poma pulcherrima exterius, interius autem plena fauilla & cinere. his uerbis deſcribitur luxuria. xxxv. diſtinctio. luxurioſa. Ciuitates ſex deſtruxit dominus iuxta Iordanẽ.

Item Auguſtinus.

CAN. XLVI.

S Ed & continuò qui dixerat, ſicut Adama faciam te, & ſicut Seboim: m quæ duæ urbes ex uicina n Sodomorũ parilis excidij traxere cõſortium: conuerſum eſt (inquit) cor meum in memetipſo, conturbata eſt anima mea: non faciã ſecundum iracundiam furoris mei. Nonne ergo apparet, quòd ideo nobis peccantibus indignatur dominus Ieſus, ut indignationis ſuæ terrore nos cõuertat? Indignatio ergo eius, non ultionis executio, ſed magis abſolutionis operatio eſt. Oſeæ 1.

n Ex uicina. ff. de contrahen. emp. qđ ſæpe. §. ulti. argu. ex uicinitate contrahi uitium. xliiij. diſtin. cap. cum autem. Argu. contra. quia lupanaria non infamant caſtitatẽ. xxxij. quæſtio. v. tolerabilius. & eſt argu. ad quæſtionem de duobus fratribus domũ communem habentibus: unus hẽt partem inferiorẽ, alius ſuperiorem, an uno peccãte, tota domus diruenda ſit. hoc autem capitulum non multum facit ad propoſitũ: quia nec de interiori, nec de exteriori pœnitentia tractat. Lupanaria caſtitatem nõ infamant.

Item Ambroſius in libro de Paradiſo. †

CAN. XLVII.

S Erpens o decepit me, & manducaui.

Venialis p culpa, quã ſequitur profeſſio deli-

o S Erpens. CASVS. *Qui nõ uult in futuro puniri pro peccato, agat hic pœnitentiam. & cõfiteatur: quod quia fecit Eua ſalutẽ obtinuit. Cain autem quia noluit, reſeruatum eſt eius peccatum æternaliter puniendum.* † ca. 14. Tomo 4. Punietur in futuro, q hic non pœnitet ꝑ peccato. Geneſ. 4.

p Venialis. Sed quomodo eſt uenialis culpa Euæ, qua totus mundus ligatur? v. diſtinct. ad eius. Dic quo ad uitam æternam non temporalem. ueniale ergo eſt peccatum quod ſequitur confeſſio, ut hic. Veniale etiam dicitur, quod in ueteri lege morte non puniebatur, ſed per ceremonias purgabatur: nec aliam pœnitentiam eis lex imponebatur ĩ. diſtinctio. vj. cap. j. uerſic. nam uenialia. Item dicitur ueniale, quod cauſam ueniæ habet annexam: ut quod fit per ignorantiam uel impotentiam, quod eſt peccare in patrem Peccatum ueniale dicitur multipharià.

A 6 & filium

& filium. unde Apoſtolus: Veniam merui, quia ignorans feci. ſ. viij. diſtinct. conſuetudo. ſed ei qui peccat in ſpiritum ſanctum, quod fit per malitiam, non remittitur. xxv. diſtinct. qualis. viij. diſtinct. conſuetudo. j. ead. poteſt

Qui Dei. arg. quod ſacrilegium committit, qui papæ mentitur. Ipſe enim obtinet uicem Dei uiuentis in terris. j. diſtinct. iij. Inter hæc hircum: augetur hoc ſacrilegium ex perſona in quam committitur. ſ. ead. aut ficta circa prin. — Papæ mētiēs, ſacrilegus eſt.

ctorum: ideo non deſperata [a] mulier, quæ non reticuit Deo, ſed magis confeſſa [b] peccatū eſt, quām medicinalis [c] ſententia ſecuta eſt. [d] Bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto: ut cum hominibus flagellemur. Denique Cain, qui uoluit crimen negare, indignus [e] iudicatus eſt, qui puniretur [f] in peccato, ſed remiſſus eſt ſine præſcriptione [g] pœnæ, fortaſſe non tam reus maiori crimine parricidij, quām ſacrilegij. Illud enim commiſit in fratrē, quod Deo [h] credidit mētiendum, dicens, Neſcio: nunquid ego cuſtos fratris mei ſum? Et ideo accuſatori diabolo, eius accuſatio reſeruata eſt, ut cum eo & eius angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari. nam paſtor [i] ille euangelicus lapſum ouem uexiſſe legitur, non abieciſſe. & Salomon ait: Noli eſſe nimis iuſtus. [k] Debet enim iuſtitiam temperare moderatio. nam quemadmodum tibi curandus præbeatur, quem faſtidio habes, qui contemptui ſe non cōpaſsioni medico ſuo futurum putet.

Idem. †

CAN. XLVIII.

L Ibenter [l] ignoſco, promptè indulgeo, miſericordiam magis uolo, quām ſacrificium: quia per ſacrificium iuſtus com mendatur, [m] per miſericordiam peccator redimitur. Non enim ueni uocare iuſtos, [n] ſed peccatores [o] ad pœnitentiam. In lege [p] ſacrificium, in euangelio miſericordia eſt. lex per Moyſen [q] data eſt: per me gratia.

Item Leo epiſcopus Theodoro Foroliuien. epiſcopo. †

CAN. XLIX.

M Vltiplex [r] miſericordia Dei ita lapſibus humanis ſubuenit, ut non ſolūm per baptiſmi [s] gratiam, ſed per pœnitentiæ medicinam ſpes uitæ reparetur æternæ: ut qui dona regenerationis uiolaſſent, proprio [t] ſe iudicio condemnantes, ad remiſsionem criminum peruenirent: ſic diuinæ uoluntatis præſidijs ordinatis, ut indulgentiam Dei niſi ſupplicationibus [u] ſacerdotum nequeant obtinere. mediator enim Dei & hominum, homo dominus Ieſus Chriſtus hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent, & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam

---

[a] Non deſperata, non enim deſperare debemus, imo debemus moli inter duas molas, ſcilicet ſpei & timoris. unde dictum eſt non pignorare ſuperiorē molam nec inferiorem. Ille ſuperiorem pignorat, qui non timet, ille inferiorem qui ita timet quod in deſperationē cadit: ſicut Cain. xc. di. neque. — Moli debemus inter duas molas. — Gene. 4. b

[b] Confeſſa. fuit ergo Eua confeſſa, & etiam Adam ſimiliter. j. ead. diſtinct. ſicut primi. & cōfeſſa eſt cum dixit, mãducaui. Dicitur tamen in hiſtorijs P. Manducatoris in illo capitu. tunc fecerunt, quod Eua non pœnituit, imo peccatū retorſit in ſerpentem, & ſerpentis authorē. ſed iden dicit P. Manducator eam non fuiſſe confeſſam, quia non pure confeſſa eſt. dixit enim: Serpens decepit me. cōfeſſa eſt tamen cum dixit, & manducaui. — Adam & Eua confeſsi ſunt.

[c] Medicinalis. ſcilicet confeſsio. — Lucæ. 15. a

[d] Secura eſt. cum ei dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos paries in dolorē, &c. — Eccle. 7. c

[e] Indignus. ꝓpter uilitatem ſuam: ſicut de ea quæ miniſtrat in caupona dicit lex quod non poteſt accuſari de adulterio, propter ſui uilitatem. C. de adult. qui adulterium. & eſt ſenſus huius literæ, licet hic punitus fuerit, tamē eius pœna temporalis non fuit, ſed æterna, quæ hic incipit: arg. j. diſtinc. iij. c. ſunt plures. §. authoritates. — lib. j. de pœnitētia cap. xj. — Oſeæ 6.

[f] Puniretur. temporaliter certa pœna quæ imponitur pro fratricidio.

[g] Sine præſcriptione. id eſt, ſine certa pœna ſibi præſcripta & præfixa.

[i] Paſtor. Sed qui cum hominibus flagellari uult, recipiēdus eſt, & non abijciendus. nam paſtor &c. — b.8.3

[k] Nimis iuſtus. Et alibi, qui multum emungit elicit ſanguinem: ut ſ. diſtin. iiij. denique. — Marci 2. c

[l] L Ibēter. In perſona Chriſti loquitur.

[m] Commendatur. id eſt, commendabilis redditur. non autem per ſacrificiū iuſtus fit aliquis.

[n] Iuſtos. id eſt, qui ſe putant iuſtos, & confiteri nolunt.

[o] Sed peccatores. id eſt, peccata ſua recognoſcentes.

[p] In lege. xij. q. ij. gloria epiſcopi.

[q] Per Moyſen. tanquam per miniſtrū.

[r] M Vltiplex. id eſt, multipliciter ſubueniēs: alias natura ſimplex eſt. — Epiſtola lxxxix.

[s] Per baptiſmi gratiam. pueris: nam ꝙ baptiſmus dicitꝰ prima tabula, ad pueros refertur, qui pœnitere non poſſunt. adultis enī, niſi pœniteāt, baptiſmus tabula non eſt. j. ead. ſecunda. — Vt Ioā. c. ij. Hug. Baptiſmꝰ eſt prima tabula.

[t] Proprio. nō quòd ſimpliciter ſibijpſis iniungant pœnitentiā: quia ſi ita intelligatur, ꝓ nihilo eſſent ſacerdotibus datæ claues eccleſiæ: ut ſ. ea. diſt. cap. omnis. §. alij econtra. & capitu. agite. ſed quod proprio motu confiteatur ſacerdoti: ut ſ. ea. cap. non poteſt. & c. ecce nunc. & cap. porro. & cap. facilius. — Pœnitentiam ſibimet nullꝰ pōt iniungere.

ADDITIO.

Alias non eſt cap. per ſe, ſed eſt ſub capitu. præceden. porro. Archid.

[u] Supplicationibus. Si contemnatur oris confeſsio: alias ſecus. j. de conſecratio. diſtinct. iiij. baptiſmi uicem. uel niſi inuiſibili adminiſtratione. j. ead. cap. ult. in fine.

Admiſ-

a Admitterent. Aliter pro nihilo eſſent datæ claues eccleſiæ ſacerdotibus: ut ſupra eadem diſtinct. capit. omnis. §. alij contra. & cap. agite.

b Eorum. Scilicet impœnitentium. pro omnibus enim uiuis orat eccleſia, neſciens quis ad numerum prædeſtinatorũ pertineat: ut. ſ. xxiiij. quæſt. iij. corripiantur. xiij. quæſt. ij. nõ exiſtimemus.

Eccleſia ignorat qs ad prædeſtinationem ptineat.

c Non poterit. ſ. xxv. diſtinct. qualis. contra. Solu. hic de mortali, ibi de ueniali: ſed niſi ſigna pœnitentiæ, &c. extra de ſent. excom. a nobis. ꝙ dic ut no. xxvj. quæſt. vj. ſi aliquis.

d His autem. ſ. xxvj. q. vj. hi qui.

e Deneganda. Ita quod nec appellatio ualet: extra de appella. qua fronte.

f Veniæ. Scriptum eſt enim: ſpiritus ſancti gratia, tarda neſcit habere molimina. argumentũ uigeſimaſexta quæſtione ſexta. agnouimus.

g Per indicia. arg. ff. de leg. iij. nutu. ff. de noua. delegare.

h Teſtimonia. Supra xxvj. qõ. vj. qui recedunt. j. de conſec. diſtin. iiij. ægrotantes.

i Fidelium. Maxime, quia etiã infidelis teſtimonium pro catholico dare poteſt. ſ. ij. quæſt. o. vij. ſi hæreticus.

k Regula. Extra de hæret. ſicut. ſ. j. q. vij. quoties. & c. conuenientibus. & cap. ſaluberrimum.

NEmo poteſt bene. Hæc eſt tertia pars huius ſecundæ partis diſtinctionis in qua probat quod ſolus Deus dimittit peccata: ſed ſacerdos eſt miniſter & de omni peccato. Ioã. de Fant.

l Nemo. Adhuc probat, quod oris confeſsio & operis ſatisfactio neceſſaria eſt: cum ſolis ſacerdotibus ſit tradita poteſtas ligandi & ſoluendi. xj. quæſt. iij. abſit. oſtendit etiam quod omni petenti datur uenia.

m Indulgentiam. Quæ obtineri non poteſt niſi ſupplicationibus ſacerdotum: ut ſupra cap. proxi.

n Sed negant. Quidam hæretici, ut Nouatiani. j. diſt. iij. cap. Nahum. §. item quod. & c. adhuc inſtat. xxiiij. quæſt. iij. quidam. uerſ. Nouatiani.

o Præuaricatione. Id eſt, per præuaricationem apoſtaſiæ, uel poſt primam pœnitentiam.

p Excepit. Cum dixit, In quacunque hora conuerſus fuerit peccator, &c.

reconciliationis admitterent. [a] & poſt pauca: Si autem aliquis eorum, [b] pro quibus domino ſupplicamus, quocunque interceptus obſtaculo, à munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquã ad cõſtituta remedia perueniat temporalem uitã humana conditione finierit: quod manens in corpore non receperit, conſequi carne exutus nõ poterit. [c] & poſt pauca: His autem, [d] qui tempore neceſſitatis & periculi urgentis inſtantia pœnitentiæ præſidium & mox reconciliationis implorant: nec ſatiſfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: [e] quia miſericordiæ Dei nec menſuram poſſumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur moras ueniæ [f] cõuerſio. Et item. Ita ergo neceſſitati auxiliandum eſt, ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, ſi eam etiam amiſſo uocis officio, per indicia [g] integri ſenſus quærere comprobentur. quòd ſi ita aliqua ægritudine fuerint aggrauati, ut quod paulò ante poſcebant, ſub præſenti ſignificare non ualeant, teſtimonia [h] eis fidelium [i] circunſtantium prodeſſe debebunt: ſimul tamen & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur: ſeruata tamen regula [k] canonum paternorum, circa eorum perſonas, qui in dominica fide diſcedendo peccauerint.

Item Ambroſius.

CAN. L.

NEmo [l] poteſt bene agere pœnitentiam, niſi quis ſperauerit indulgentiã: [m] ſed negãt [n] his oportere cõmunionẽ reddi, qui præuaricatione [o] lapſi ſunt. Deus autem nullum crimen excepit, [p] qui peccata [q] omnia donauit.

Item Ambroſius.

CAN. LI.

VErbum [r] Dei dimittit peccata: ſacerdos ẽ iudex. [s] Sacerdos quidem ſuũ officiũ [t] exhibet, [u] & nullius poteſtatis [x] iura exercet. & paulo poſt. Dominus par ius & ſoluẽdi eſſe uoluit, & ligãdi: qui utrunq; pari [y] cõditione permiſit. Ergo qui ſoluẽdi ius nõ habet, nec ligandi [z] habet. & infrà. Certum eſt, ꝙ eccleſiæ utrunque licet: hæreſis utrunque non habet. Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus: rectè igitur eccleſia hoc uẽdicat, quę ueros habet ſacerdotes: hæreſis uẽdicare non poteſt, quæ ſacerdotes Dei non habet.

q Peccata. Argu. contra. j. ead. capit. importune. §. quod autem. ſed ibi ſoluitur. & intellige hoc de finali impœnitentia.

r VErbum. Id eſt, filius Dei: qui dicitur uerbum: quia ſicut per uerbum manifeſtatur uoluntas alicuius ita per filium uoluntas patris. argumentum xxij. quæſtione ſecunda. is autem. Vel uerbum, id eſt, prædicatio, quæ quandoque eſt cauſa contritionis, & ita per conſequentiam remiſsionis. Et nota ꝙ licet dicat uerbum, non tamen propter hoc excluditur ſpiritus ſanctus, per quem etiã dicuntur peccata dimitti. j. quæſtione j. remiſsionẽ. nec pater: quia inſeparabilia ſunt opera trinitatis. de conſecr. diſtinct. iij. omnes. xxviij. quæſtione j. ſic enim. quãdoque etiam eccleſiæ charitas dicitur dimittere peccata: ut de conſec. diſtinct. iiij. eccleſię charitas.

Filius Dei quare dicitur uerbum.

s Iudex. Id eſt, miniſter. miniſterio enim, non authoritate habet dimittere. de conſecratio. diſtinctione quarta. aliud.

t Officium. Supra uigeſimatertia, quæſtione quinta. remittuntur. ſupra xj. quæſtione tertia, quomodo. & capitulo, audi. officium, id eſt, orationem: j. quæſtione j. remiſsionem.

[redacted]

u Exhibet. In moderanda ſatiſfactione. infra ead. menſuram.

x Poteſtatis. Id eſt, nulla ſua poteſtate.

y Pari. Illa ſcilicet, ſi diligis me, paſce, &c. extra de electio, ſignificaſti.

z Nec ligandi. ff. de reg. iur. nemo qui condemnare

non poteſt, abſoluere poteſt. xxj. diſtinctio. inferior. ff. de regulis iur. qui condemnare. habes tamen quatuor exceptiones. J. de conſec. diſtin. iiij. ſanctum. extra de ſentent. excommuni. tua. C. ubi ſenato. quoties. §. adeo. C. de offi. proconſ. l. ij.

peccatum ſuum & compungitur, & armatur contra diabolum, ut Iob, & ſic diabolus illuditur. fortior enim reſurgit poſt lapſum: ut 50. diſtinctio. ferrum. & capitulo fidelior.

o Pro omnibus. Quo ad ſufficientiam, non quo ad efficaciam: quia nõ niſi pro ſaluandis. infra de conſecr. diſtin. ij. ſemel. & ca. iteratur.

Ad huius declarationẽ uideas quod nota. xxj. diſt. inferior. i gl. prima.

cap. iij. libro. j. de pœnitẽtia Sed cauendũ ẽ a falſatoribus de quib⁹. J. diſt. xv. c. ult. col. ulti. & J. xxxij. q. vij. c. q. propoſuiſti. ubi dixi.

Infirmitas ſæpe nos armat cõtra diabolum.

Viij. q. j. in ſcripturis. H.

Idem in eodem.

CAN. LII.

4 Ps. Poteſt fieri, [a] ut aliquis uictus ſupplicijs, ſermone neget [b] Deũ, & corde adoret. [c] nunquid eadem eſt cauſa eius, qui ſpontè negat, & eius quem tormẽta inclinauerũt ad ſacrilegiũ? Non, quoniã indignũ [d] eſt, cùm apud homines ualeat certaminis gratia, ut apud Deũ nõ ualere [e] aſſeratur. nã ſæpe in hoc athletarum ſeculari certamine etiã uictos, quoniam fuerunt certamina probata, hominũ uulgus [f] cũ uictoribus coronare cõſueuit: maximè quos fortè uiderit aut dolo, aut fraude excuſſos uictoria: & Chriſtus ipſe athletas ſuos, quos viderit grauibus pauliſper ceſsiſſe ſupplicijs, ſine uenia patietur [g] permanere? Nunquid non habebit remunerationem laboris, qui etiã aliquos proiecit? & J. Dicit Petro excuſanti, ne eius pedes [h] lauaret: niſi lauero tibi pedes, nõ habebis partem mecum. Quod ergo iſti conſortium tecum poſſunt habere, qui claues regni cælorum non ſuſcipiunt, negantes quòd peccata dimittere debeant? quod [i] rectè quidem fatentur de ſe, non enim habent Petri hæreditatem, [k] qui Petri ſedem, [l] non habent, quam impia [m] diuiſione diſcerpunt. & paulò pòſt. Aegritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, ut ſeipſum morſu ſuo uulneret, & cõtra ſe armet, quem debilitandum [n] eſſe putauit. & infra. Quod nocet corpori ſuo, iuuat ſpiritum. & paulò pòſt. Sicut ſemel pro omnibus [o] immolatus eſt Chriſtus: ita quotieſcunq; peccata donantur, corporis [p] eius ſacramentum ſumimus: ut per ſanguinem eius, remiſsio peccatorum detur. Ergo euidentiſsimè domini prædicatione mandatum eſt, etiam grauiſsimi criminis reis, ſi ex toto corde & manifeſta [q] confeſsione peccati, pœnitentiam agant, ſacramenti [r] cæleſtis gratiam profundendam.

Idem.

CAN. LIII.

Quantuſlibet [t] ergo mortui foetor ſit, abolet omnis,

a Poteſt fieri. Hæc eſt quarta pars huius ſecundæ partis diſtinct.

b Neget. Et ita peccat mortaliter: quia nulla conditione debet ad hoc adduci: ut xxij. q. ij. primum. & xj. quæſ. iij. nolite. xxxij. q. v. c. ita ne. unde in epiſtola ad Roman. peccatum fuit Petro ore denegare, cum corde adoraret. l. diſt. fidelior.

c Adoret. Id eſt, credat & diligat ut prius. licet enim nõ habeat charitatem, reputat tamen eum dominum ſuum.

d Indignum. J. di. 50. presbyteros.

e Non ualere. Nõ tamen ualet, quo ad uitam æternam, niſi fiat cum charitate. ſi enim tradidero corpus meum ita ut ardeam, &c. ut prima quæſtione prima. uide. Vel loquitur de eo qui poſtea pœnitet argu. J. di. iij. ſepties. Et ita eſt argu. hic quod Deus remunerat opera mortificata per peccatum. J. diſt. ij. §. hæc itaque. & cap. non eſt tam iniuſtus.

Opera mortificata utrum remunerẽtur a Deo

f Vulgus. Infra di. iij. ille rex i verſ. ſancti. & eſt pars cap. eiuſdem, ſcilicet Ambro.

Joan. 12. b

g Patietur. Quaſi dicat non, ſi poſtea pœnituerint. Vel dic ſine uenia, id eſt, pœna alleuiamento. J. diſtin. iij. pium. per hoc datur intelligi, quod pœnitenti peccata dimittuntur.

h Pedes. Id eſt, affectus inferiores, ſcilicet uenialia.

i Quod. Scilicet quod claues non habent.

k Petri hæreditatem. Id eſt, Innocentiam: ut J. di. 41. non nos. Vel Petri hæreditatem, id eſt, poteſtatem dimittendi peccata.

l Sedem. i. eccleſiam, à qua ſunt alieni per ſchiſma.

m Impia. Xciij. diſt. qui cathedram.

n Debilitandum. Per infirmitatem uel aliud incommodum. Sæpe enim diabolus nititur ut homo patiatur ægritudinem uel afflictionem, ut ſic iraſcatur & Deum offendat. ſed ſæpe per talia recognoſcit

p Corporis. Hug. conuertit hanc literam ſic, id eſt, quoties ſumimus ſacrũ corpus, nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic ut infra eadem gloſſ. ultim. Quandocunq; enim interius cõterimur, ore cordis corpus Chriſti ſumimus. infra de conſecr. diſtin. ij. quid ſit ſanguis. in princip. ſed peccata adulto ſine confeſsione & contritione non dimittuntur. infra ead. di. tres. unde cum dimittuntur, corpus Chriſti ſumitur.

Alias cõfitemur.

Spiritualiter per fidẽ. Pet.

q Manifeſta. In hoc facit cap. ad propoſitum.

r Sacramenti. Id eſt, eccleſiaſticæ unitatis ut xxij. quæſt. iiij. nemo. in fine. de qua quilibet uere pœnitens efficitur: ut infra diſtinct. vj. qui uult. uerſ. laboret. uel ſacramẽti, id eſt, corporis & ſanguinis Chriſti: quia ex quo quis uere pœnitet, digne poteſt ſuſcipere corpus & ſanguinem Chriſti. & ſecundum hoc eſt rectus ordo in ſuperiori literã: & eſt ſenſus, ſumimus digne, i. poſſumus ſumere digne.

Pœnitens uere, poteſt dignè Chriſti corpus ſumere.

s Quantuslibet. Hæc eſt quinta pars huius ſecũdæ partis diſtin. in qua dicitur q quantumcunq; ſit peccatũ magnũ, tñ delegat à gratia. Io. de Fã.

t Quantuslibet. CASVS. *Inuehitur Ambroſius contra prædictos hæreticos, dicens. quod illi qui dicunt aliquem iterum pœnitere non poſſe, uolunt eos qui per contritionem ſuſcitati ſunt, iterum interficere: ſicut Iudæi uoluerunt interficere Lazarum à domino reſuſcitatum.*

t Mortui. Tangit de Lazaro, & de ſorore Martha quæ dixit domino præcipienti ſibi tolle lapidem: domine iam foetet.

ADDIT

ADDITIO. Notandum eſt quod Lazarus fœtidus ſignificauit quemlibet peccatorem ſe & alios ſuo exemplo corrumpentem: qui in Bethania (quæ interpretatur domus obedientiæ, & quæ ſignificat eccleſiam) ſuſcitatur à Chriſto. Fractio alabaſtri ſignificat fractionem corporis Chriſti in cruce per paſsionẽ, cuius odor totam domũ, id eſt, uniuerſalẽ eccleſiam implẽs, mortuos uiuificat: quia fama paſsionis eius per totum orbẽ diffuſa peccatores credẽtes iuſtificat. Pet.

Alabaſtri fractio q̃d ſignificat.

a Redoleuerit unguentum. id eſt, uirtutes & bona opera, uel Chriſti miraculũ, uel gratia eſt illud unguẽtum, de quo dicit euangeliũ quod fracto alabaſtro, id eſt, Chriſto lanceato & clauis ꝑ fixo, repleuit totam domum: id eſt, uniuerſalem eccleſiam. de quo unguẽto dicitur: ſicut unguentum in capite, &c. in barbam, &c. ꝓxima barba in quam deſcendit, fuerunt Apoſtoli: & ab eis deſcẽdit in barbam Aaron, id eſt, in epiſcopos & alios prælatos. Vel unguentum, id eſt, pœnitentia fructifera. Iſtud unguentum conficitur tribus modis, ſcilicet cõtritione cordis: cõfeſsione oris ſatisfactione operis.

Ioã. 12.b

b In peccato. id eſt, in pœna peccati, ſcilicet ſatisfactione. non enim Lazarus reſuſcitatus fuit in peccato. Dic ergo ĩ peccato eſt, quo ad eccleſiam, licet de eo iam contritus ſit quo ad Deum.

c Velamen. Quod impediebat eum, ne uideri poſſet: unde Eſaias, Oppoſuiſti nubem ne tranſeat oratio.

d Erubeſcat. Argu. per pœnitentiam deleri infamiã. Arg. contra. ij. q. iij. cap. Enthemiũ. §. hinc. & quod peccata ſanctorum non reuelabuntur in die iudicij. argu. ĩ. ead. §. non itaque.

Pœnitentia in tribus conficiatur.

e Cui peccatum. Quod confitetur tribus modis: oris confeſsione: cordis contritione: & operis ſatisfactione.

f Lazarum. Iſte fuit primus proditor inferni: & ideo Diabolus ſuggerebat Iudæis ut ipſum interficerent.

g Volebant. Stulta uoluntas erat, quaſi non poſſet ſuſcitare occiſum, qui ſuſcitauit defunctum.

ubi ſacrũ redoleuerit unguentum: [a] & ſurgit defunctus, & ſolui iubetur eius uincula, qui adhuc in peccato [b] eſt: tollitur uelamen [c] à facie eius, qđ ueritatem gratiæ, quã acceperat, obumbrabat. Sed quia ueniæ donatus eſt, reuelare faciem, aperire uultum iubetur. Non enim habet quod erubeſcat, [d] cui peccatum [e] dimiſſum eſt. In tanta enim gratia domini, tantoque diuini muneris miraculo cum oporteret uniuerſos lætari, commouebantur impij, & aduerſus Chriſtum concilium congregabant. Lazarum [f] quoque interficere uolebant. [g] Nonne meritò eorum [h] ſucceſſores [i] uos eſſe cognoſcitis, quorum duritiæ hæredes eſtis? nam & uos indignamini, & contra eccleſiam congregatis concilium, quia uidetis mortuos in eccleſia reuiuiſcere, & peccatorum indulgentiæ reſuſcitari. Itaq; [k] (quod in uobis eſt) per inuidiam rurſus uultis interficere reſuſcitatos. ſed Ieſus nõ reuocat [l] beneficia: imò liberalitatis cumulos amplificat, [m] reuiuiſcit ſolicitè ſuſcitatus, & celebrata reſurrectionis gratia, lætus ad cœnam, [n] uenit.

Idem.

CAN. LIIII.

HIs poteſtatis ſuæ gratiam negat (quæ in remiſsiõe peccatorũ eſt) qui cæleſtem eius poteſtatem [o] diabolico ſpiritu ſeparant ab eccleſia Dei; ut omnium temporum hæreticos [p] & ſchiſmaticos compræhenderet, quibus indulgentiam negat: [q] quia omne peccatum [r] circa ſingulos eſt ac uniuerſos. & infrà. Quid mirum, ſi ſalutem negatis alijs, qui ueſtram [s] recuſatis? licet & ille nihil à uobis differant, qui à uobis pœnitentiam [t] petunt. Arbitror [u] enim quòd & Iudas [x] potuiſſet tanta miſeratione Domini non excludi à uenia, ſi pœnitentiam non ſolùm apud Iudæos, ſed apud Chriſtum geſsiſſet. [y] & paulò poſt. Qui agit pœnitentiam, non ſolùm diluere peccatum lacrymis debet, ſed etiam emendationibus [z] operire & tegere [a] delicta ſuperiora, ut nõ imputetur ei peccatum.

h Eorum. id eſt, impiorum, ſcilicet Iudæorum.

i Succeſſores. Id eſt, imitatores: ut j. quæſtio. j. cito turpem.

k Itaque. de conſecr. diſt. iiij. queris.

l Non reuocat. Supra. xxij. quæ. ij. cap. ſi quælibet. §. quandoque. ſ. xvj. q. ij. uiſis.

m Amplificat. Quia dimittit peccatum, & poſt ſeipſum confert: ut 50. diſt. pœnitens. de conſec. di. iiij. nemo.

n Ad cœnam. Ipſe Lazarus ſcilicet ubi & ipſa Martha miniſtrabat quando fuit inuitata à Simone leproſo.

o His poteſtatis ſuæ. Poteſtatem. Scilicet dimittendi peccata, ſoluẽdi & ligandi.

p Hæreticos. Per Iudæos qui ſuſcitationem Lazari non credebant.

q Negat. Dicens, Vos in peccato ueſtro moriemini. & hoc ſi perſiſtant in hæreſi: quia conuerſis præſto eſt indulgentia. xxvj. q. vj. ſi presbyter.

r Omne peccatum. id eſt, magnum peccatũ. Vel ideo hoc dicit quia qui in hoc uno delinquit, factus eſt omnium reus. ĩ. di. v. fratres.

ADDITIO. ĩ. diſtin. v. c. fin. extra de regul. iur. deſlea. Archid.

s Qui ueſtram. xlvij. diſt cap. ſicut. §. neceſſe & ibi, Conueniet nulli qui ſecum diſsidet ipſe. argu. ff. de ædili. ædic. cum autem. §. excipitur. & alibi, Qui ſibi non parcit, mihi uel tibi quomodo parcet? Alia litera habet noſtram, id eſt, à nobis accipere. xxiij. q. v. ſi non licet.

t Pœnitentiam. non ergo licet accipere pœnitentiam ab hæretico, ſicut nec euchariſtiam: ut xxiiij. quæſt. j. c. ulti. ſed baptiſmum bene in neceſsitate: ut xxiij. q. j. ſi quem.

u Arbitror. id eſt, certus ſum. nam quantuslibet ſit fœtor, aboletur per pœnitentiam: ut ſ. eadem. quantuslibet.

x Iudas. ĩ. diſt. vj. qui uult. in princi.

y Geſsiſſet. ſed iuit ipſe ad diuiſos. ĩ. diſt. iij. Iudas.

z Emendationibus. ergo non ſufficit ſola cordis contritio. & ita facit ad propoſitum Gratiani.

a Et tegere. ĩ. di. iij. ille rex.

Idem in eodem.

CAN. LV.

6 ps 2 NOnnulli enim ideo poſcũt pœnitentiam, ut ſtatim ſibi communionem reddi uelint. ij non tam ſoluere ſe cupiunt, quàm ſacerdotem ligare. [a] Sua enim conſcientia non tam ſe exuũt, quàm ſacerdotem induere cupiunt, cui præceptum eſt: Nolite [b] dare ſanctum canibus, [c] neque miſeritis margaritas ante porcos [d] hoc eſt, immundis ſpiritibus, ſacræ communionis non ſunt facilè tribuenda conſortia. [e]

Matt. 7. a

Idem in eodem.

CAN. LVI.

SVnt qui arbitrantur hanc eſſe pœnitentiã ſi abſtineant à ſacramẽtis cæleſtibus Ij ſeueriores ĩ ſe iudices ſunt, qui pœnã præſcribunt, ſi remedium [f] declinant, quos ob pœnam conueniebat dolere, quia cæleſti fraudarentur gratia. & paulo poſt. Facilius [g] autem inuenitur, qui innocentiam ſeruauerit, quam qui congruè [h] egerit pœnitentiam peccati, ubi acquirendæ [i] ambitio dignitatis, [k] ubi uini effuſio, [l] ubi ipſius copulæ coniugalis uſus: [m] renuntiandum ſeculo [n] eſt: & ipſi ſomno minus indulgendum eſt, quàm natura poſtulet [o] interpellandum eſt gemitibus: irrumpendum eſt ſuſpirijs: ſequeſtrandum eſt orationibus: uiuendum eſt ita, ut in tali [p] uita huic moriatur uitæ. ſemetipſum homo abneget, & totus immutetur. & infrà. Nemo [o] in peccatis [q] poſitus, arrogare ſibi debet authoritatem aut uſurpationem ſacramentorum: quia ſcriptum eſt, Peccaſti? quieſce. [r] & paulo poſt. Dicimus [ſ] ergo agendam pœnitentiam, & eo tempore, quo culpa deferueſcat [t] luxuriæ: & in peccati captiuitate poſitos reuerentiores [u] non uſurpatores eſſe debere: & infrà. Nam ſi Moyſi accedere propius geſtienti, ut cognitionem cæleſtis myſterij [x] audiret, dicitur: Solue [y] calceamẽtũ pedũ tuorũ: quantò magis animæ noſtræ pedes [z] exuere uinculis corporalibus & nexu mundi iſtius greſſus eius debemus abſoluere. [a] & ĩ. Nihil eſt, quod tam ſummi dolo-

Exodi 3. b

Act. 22. b

NOnnulli. Hæc eſt ſexta pars ſecundæ partis huius diſt. in qua repræhendit eos, qui paruas pœnitentias poſtulant à ſacerdote propter faſtidium benefaciendi. Ioan. de Fant.

[a] Ligare in ſe onus pœnitentiæ ſuſcipiendo: quod poteſt & debet quãdoque ſacerdos. ĩ. di. vj. cap. j. Vel indiſcrete ſoluendo. argum. 50. diſtin. ſi quis præpoſtera.

[b] Nolite. ĩ. xj. q. iiij. nolite.

[c] Canibus prius. Iam enim poſt pœnitentiam canes nõ ſunt. & intellige canibus, id eſt, manifeſtis. nam de occultis ſecus. de conſec. diſt. ij. non prohibeat.

[d] Ante porcos. id eſt, peccato ſordidatos.

[e] Conſortia. quia ſumma & ima ſociãtur, &c. ut de conſecra. diſt. ij. quid ſit ſanguis. & xiij. diſt. in mandatis.

[f] SVnt qui. Si remedium. id eſt pœnitentiã, per quã conſequuntur remedium, uel cõmunionem, de cõſec. diſt. ij. ſi quis intrat eccleſiam. & ĩ. ea. qui ſanctus.

[g] Facilius. ĩ. ead. diſtinct. iij. c. j. §. hæc de charitate. & cap. reperiuntur.

[h] Congruè. & ita eſt argu. quod facilius de nouo aliquid acquiritur quàm recuperetur amiſſum: ut ĩ. diſtin. iij. reperiuntur. & dicit Boethius: Facilius eſt ad uirtutem erigere nouos. quam reuocare ueteres uel prætéritos.

[i] Acquirendæ. In hac uita ſupple, & tunc congruè ſequitur, ubi, &c. uel dic ubi, id eſt, in pœnitentia debent ceſſare quæ ſequuntur. Vel ſic ordina literam: renuntiandum eſt ſeculo, ubi acquirendum eſt.

[k] Ambitio dignitatis. quæ reprobatur. viij. quæſt. j. in ſcripturis.

[l] Vini effuſio. quæ reprobatur. ĩ. xxxv. diſt. c. j.

[m] Copulæ coniugalis uſus. qui quandoque minus licitus eſt. xxxij. q. iiij. origo.

[n] Seculo. quo ad ambitionem dignitatis. xl. diſtinct. multi.

Dormiendũ nõ eſt in ſcholis.

[o] Natura poſtulet. argu. contra illos qui dormiunt in ſcholis. & ita debemus propriam naturam expugnare, licet contraria ſit medicina. ĩ. de conſecr. diſ. v. contraria.

[p] In tali. quia maioris eſt pœnæ inter homines uiuere, &c. C. de apoſta. ij. qui ſanctam.

[q] In peccatis. Mortalibus: quia cum ueniali non prohibetur. de conſec. diſt. ij. quotidie.

[r] Quieſce. id eſt, abſtine à ſacramentis. argum. contra promouẽdos quod poſt baptiſmum peccauerũt. xxv. diſ. primũ.

Pœnitẽtiæ tempus.

[ſ] Dicimus. Hic agit de tempore agendæ pœnitentiæ. quaſi dicat, ſi in iuuentute nõ pœnitemus ſaltem in ſenectute pœniteamus.

[t] Deferueſcat. alias deſueſcat. ĩ. diſt. iij. in ſalicibus.

ADDITIO.

quod not. xxij. q. ij. ancillam. in fi.

[u] Reuerentiores. i. propter reuerẽtiam abſtinere ab eucharistiæ perceptione.

Rubus ardẽs quod nõ comburebatur, quid repræſentabat.

[x] Myſterij. ſcilicet quare rubus ardens non comburebatur in monte Oreb. Rubus eſt uirgo Maria. ignis ardens in rubo nec cõburens, eſt ſpiritus ſanctus in beata Maria: qui deſcendens in eam nõ uiolauit eam. Et ſecundũ hoc quod ſequitur, ſolue calceamẽta, &c. ſi intelligitur calceamentum quod fit de mortuis animalibus, eſt prauus intellectus Phariſæorum dicentiũ: ſi peperit, ergo cum uiro concubuit. dicitur ergo Moyſi, id eſt, cuilibet Chriſtiano, ſolue calceamenta, &c. id eſt, exue talem intellectũ. fallit in beata Maria, quæ uirgo ante partum & poſt partum Chriſtũ peperit.

Deus à quo uideri poteſt.

[y] Solue. i. opera mortua de affectibus tuis: quia nullus digne conſpicere uel Deũ uidere poteſt, niſi cũcta terrena & mortalia uitia deponat. unde talis ueterum cõſuetudo erat, ut ſi ſpõſus ſpõſam repudiaret, in ſignũ repudij diſcalceari iubebat. de hoc dicit. viij. q. j. olim. & ideo Moyſes diſcalceari iubetur, ne ad eccleſiã quæ in rubo ſignificat, quaſi ſponſus accedat calceatus. hoc enim ſeruãdũ eſt Chriſto, qui uerus eſt ſpõſus: de quo Ioãnes ait, Cuius nõ ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽti eius, &c. de cõſe. di. iiij. per aquam.

Conſuetudo ueterũ in ſignũ repudij.

Pedes pro affectionibus accipiuntur.

[z] Pedes. id eſt, affectiones. unde Aug. ſuper illum locum, In laqueo illo quem abſconderunt, compræhenſus eſt pes eorum, dicitur pes animæ amor: & ſi eſt ad bonum, dicitur charitas: ſi ad malũ, dicitur cupiditas.

[a] Abſoluere, antequam ad ſacramenta accedat.

Lapſus.

Infeliciſsimũ genus infortunij fuiſſe felicem.

a Lapſus. Hoc idem dicit Boethius, Infeliciſsimum genus infortunij eſt, fuiſſe felicem.
b Vnde. Id eſt, à quo ſtatu. I. diſtinct. quia ſanctitas.
c Miror. Prior. ad. diſtinct. domino ſancto.
d Eleemoſyna. ſ. interior: ut j. diſtin. iij. c. in caſ ſum. §. ſed uerba. Vel exterior liberat à morte, id eſt, à peccato occaſionaliter: quia citius illuſtratur. j. ea. medicina. quia ſicut ſeta filum introducit: ita timor ſeruilis charitatem, &c. j. diſt. iij. qui uult.
e Semel. Hinc collige peccata nõ redire. j. diſt. iiij. c. in domo. §. item ſecundum. & xxiij. quæſtione iiij. ſi illic.
f Ab ea. Id eſt, à morte actualiũ peccatorum. de conſecratione diſtin. iiij. cap. j. & ij.

ris ſit, quàm ſi unuſquiſq; poſit⁹ ſub captiuitate peccati, recordetur unde lapſus a ſit, atque unde b ceciderit, & qd' ad corporea atque terrena ab illa ſpecioſa & pulchra diuinæ conditionis intentione defluxerit.

† Epiſtola ij. libr. iiij. ad Antonianũ.

Item Cyprianus eps. †

CAN. LVII.

Miror aũt quoſdã ſic obſtinatos eſſe, ut dandã non putent lapſis pœnitentiã, aut pœnitentibus exiſtiment ueniam denegandã, cum ſcriptũ ſit: Vnde cecideris memẽto: & age pœnitentiã, & priora e opera fac. Quod utique ei dicitur, quẽ conſtat cecidiſſe, & quem dominus hortatur per opera rurſus exurgere: quia ſcriptum eſt: Eleemoſyna d a morte liberat: nõ utiq; ab illa morte liberat, quã ſemel e Chriſti ſanguis extinxit, & à qua nos ſalutaris baptiſmi & redemptoris noſtri gratia liberauit, ſed ab ea f quæ p delicta poſtmodũ ſerpit.

Bona inſtãter ſunt facienda. Apoca. 3.

Importuna. CASVS. *Probat in hoc cap. quod inſtanter bona facienda ſunt, licet quis ſit in mortali peccato, ut impetret ueniam, ſicut Chananea, et ſicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit. latro etiam meruit ueniam. & alijs exemplis utitur.*

Thob. 4. b

† Tomo ij. ad Damaſum.

Item Hieronymus. †

CAN. LVIII.

Importuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri, & clauſo cum ſeris g oſtio, h media licet nocte i ab amico, amicus panes k tres accepit. Deus ipſe, qui nullius in ſe ſeparari uiribus poteſt, publicani precibus l uincitur m † Niniue ciuitas quę peccato perijt, n fletibus ſtetit. o

Mat. 20. b

Lucę. 11. a

† Alias, ſuperat.

g Cum feris. Id eſt, taciturnitate prædicatorum.
h Oſtio. i. intelligẽtia ſcripturarum.
i Nocte. Id eſt, in profundo uitiorum poſitus.
k Panes. Id eſt, fidẽ ſanctæ trinitatis.
l Precibus. Illis ſcilicet, Deus propitius eſto mihi peccatori.
m Vincitur. Quia regnum cælorũ uim patitur. j. quæſt. iij. ſaluator.
n Perijt. Id eſt, perire meruit. ſimilis expoſitio. xxiiij. quęſtione iij. ſi quis nõ recto.
o Stetit. Id eſt, non perijt.
p Martyrium. Non in rei ueritate fuit martyrium, ſed propter ſimilitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna conuerſa in martyrium, quia per fidem & patientiam quam tunc habuit, dignus fuit æterno pręmio, ſ. ut intraret ſtatim ad uitam, ſicut & illi qui patiuntur martyrium: ut infra de conſe. di. iiij. baptiſmi uicem. contra. ibi enim dicitur q latro non pro nomine Chriſti crucifixus eſt, ſed pro meritis facinorum ſuorum. & pœna non facit martyrem, ſed cauſa: ut dicit Auguſt. quare martyrium nõ fuit: q & uerum eſt. Eius ergo pœna martyrium dicitur ratione externi præmij quod quaſi martyr recepit confitendo, uel ratione confeſſionis, quam in patibulo habuit. ſicut enim martyr, ſic latro inter pœnas Chriſtum confiteri non timuit.

Ionæ. 3. b
Lucæ. 18.
Luc. 23. f
Luc. 15. g
Mat. 18. d

Quorſum iſta tam longo repetita principio? uidelicet ut paruum magnus aſpicias: ut diues paſtor morbidã ouem nõ contemnas. Chriſtus in paradiſum de cruce etiã latronem tulit: & ne quis aliquãdo ſerã cõuerſionem putaret, fecit homicidij pœnã, martyriũ. p Chriſtus, inquam, prodigum filium reuertẽtem lętus amplectitur, & nonagintanouem pecudib⁹ derelictis, una ouicula quæ remanſit, humeris boni paſtoris aduehitur. Vbi uerò peccator intelligens uulnus ſuum tradit medico ſeſe curandum, ibi non eſt uirga neceſſaria ſed ſpiritus lenitatis. q

3 Quòd autem omni peccanti authoritate Ambroſij r uenia promittitur, falſum uidetur. quibuſdã enim uenia denegatur ſ aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij. Vnde Ioannes in epiſtola ſua: Eſt peccatum t ad mortem: quis orabit pro eo? Alibi u quoque legitur: Quis medebitur incantatori uulnerato à ſerpente?

1. Ioã. 5. d
Eccl. 12. c

Idem.

CAN. LIX.

Si ſacerdos x peccauerit, quis orabit pro eo? Sed huiuſcemodi interrogationes non ſemper y negationem inferunt, ſed potius difficultatem z uel raritatem notant: ut eſt illud Euãgelij,

1. Regũ. a

q Lenitatis. Argu. iudicem potius debere ſequi miſericordiam, quam rigorem. uigeſimaquarta. quæſtio. ij. legatur. & diſtinct. quadrageſimaquinta. licet plerunque. ſupra ſecunda quæſtione v. quanto. ſupra diſtinct. lxxxvj. odio.
Quod autem. Hæc eſt tertia pars diſtinct. in qua probat qd' omnia Deus dimittit pœnitenti. qui autem moritur impœnitens, ille peccat in ſpiritum ſanctum, cui nunquam dimittetur. Ioannes de Fanc.
r Authoritate Ambroſij. Supra eadem nemo poteſt. ſupra ea. importuna.
ſ Denegatur. Id eſt, uidetur denegari.
t Eſt peccatum. Aliter hic exponit magiſter iſtam authoritatem, quam exponatur. j. ea. §. poteſt. & exaudi authoritatem iſtam de peccato in ſpiritum ſanctum: ut exponit Auguſt. j. ead. §. poteſt.
u Alibi. In libro Ieſu filij Syrach.
x Si ſacerdos. In libro Regum.
y Non ſemper. j. xxxij. qõ. vij. quid in omnibus.

Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudẽs, &c. Hinc etiã Ambroſius, Deus qs b ſimilis erit tibi? non utique ullus: quia imago Dei patris, filius eſt.

Similiter accipiendũ eſt, quis orabit ꝓ eo? hoc eſt, ſingularis uitæ aliqs, debet orare pro eo, q pec cauit in domino. Nã quomodo Ioãnes diceret, non orandũ pro delicto grauiori, qui cũ legiſſet Moyſen rogaſſe c *et impetraſſe, ubi erat præuaricatio uoluntaria: qui ſciret ẽt Hieremiã* d *rogaſſe? Poteſt etiã ſecundum Aug. aliter intelligi illud Ioannis: Eſt peccatũ ad mortẽ &c. ut nulla ſit eius et ſuperiorũ cõtrarietas: ait enim, eſt peccatũ ad mortẽ, &c. nõ pro illo* e *dico ut roget quis. de quo peccato, qm̃ expreſſũ nõ eſt, poſſunt* f *multa et diuerſa ſentiri. Ego autẽ dico peccatũ eſſe, fidẽ quæ per dilectionẽ operatᷓ, deſerere uſq; ad mortẽ.* g *hoc eſt etiã blaſphemia in ſpiritũ ſanctũ, quã neque in hoc ſeculo, neq; in futuro remittendã* h *dominus in Euãgelio aſſeruit, ſiue autem delectatione peccati, ſiue deſperatione ueniæ, uſq; ad mortẽ quis in peccato perſeueret, iuſtũ eſt, ut ſine fine puniatur, qui ſine fine peccauerit.*

Vnde Gregor. Papa. ☩

CAN. LX.

VOluiſſent iniqui, ſi potuiſſent, ſine fine uiuere, ut potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt quia in peccato ſemper uiuere cupiunt, qui nunquam i deſinunt peccare, dum uiuunt. Ad magnam ergo iuſtitiam iudicantes pertinet, ut nunquam careant ſupplicio, qui in hac uita nunquam uoluerũt carere peccato.

---

ff. commo. l. ad eos. ff. loca. l. ſed & de damno.

a Difficultatem. Hoc referas ad delicti uarietatem & ad interceſſorem ſpiritualem.

b Deus quis. Quia imago, & etiam quælibet fidelis anima. j. diſt. proxima. illa anima. ſed & homo habet ſimilitudinem Dei. j. xxxiij. qõ. v. hæc imago. Triplex eſt igitur imago ſiue ſimilitudo. identitatis ſecundũ quã tm̃ filius Dei ẽ imago patris. imitationis, ſecundũ quã dicitur ꝙ magna nauis eſt imago alicuius domus, & diſcipulus magiſtri. ſimilitudinis expreſſæ, ut ſigillum in cera depingitur.

Imago eſt triplex.

Mat. 24. b

Pſal. 82.

c Rogaſſe. Pro peccatis Hieruſalem, vnde in libro Machab. legitur quod Iudas Machabæus cũ deberet pugnare cũ ſuis paucis, cõtra Nicanorem qui erat cũ multis, ad cõfortationem ſuũ retulit ſomniũ ꝙ in præcedenti nocte uiderat, in hunc modũ. Viderat Oniam ſacerdotem manus ad cælũ protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & poſtea apparuiſſe aliũ uirum ætate & gloria mirabilem circa illum Oniam, & dixiſſe, Hic eſt amator populi Iſrael: hic eſt, qui multum orat pro populo, & pro ciuitate ſancta.

1. Ioã. 5. d

Iudæ Machabæi ſomnium.

Exo. 32. g

d Hieremiam. Dei prophetam. extendiſſe autem Hieremiam dexteram, & dediſſe Iudæ gladium aureũ, dicentem, Accipe ſanctũ gladiũ munus miſſum à Deo, quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. qua uiſione cõfortati qui erãt cũ Iuda, impetum fecerunt in hoſtes, & Nicanorem interfecerunt, & xxx. millia de ſuis.

e Pro illo. Quia non ſequitur ꝙ in carne non promeruit. ſ. eo. multiplex. §. j. Dico ut pro eo non roget quis. poſt mortem. & ita exaudi pro peccato in ſpiritũ ſanctũ: ꝙ eſt finalis impœnitẽtia, ut hic innuit Auguſtinus: quo caſu exaudi. ſ. xiij. q. ij. pro obeuntibus. licet H. illud intelligat de ſpecialibus orationibus.

f Poſſunt. Argu. ꝙ non eſt diffinitum, poſſe diffiniri. xxij. quæſt. v. hoc uidetur. arg. contra. xxxj. quæſt. j. quod ſi dormierit. ij. quæſt. v. conſuluiſti.

g Ad mortem. Vnde alibi Auguſt. Tanta labes eſt illius peccati, ut humilitatem pœnitentiæ ſubire non poſſit: quòd quidem committit quiſquis ex ſola inuidia unitatem eccleſiaſticã impugnat, & diabolo ſcienter attribuit opera ſpiritus ſancti. unde nec Chriſtus in paſſione pro talibus orauit: ſed pro eis, qui ignoranter crucifigebant eum dicens, Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt.

Eccleſiaſticã unitatẽ impugnare grauiſſimum eſt.

h Remittendam. Peccatum in ſpiritum ſanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale: quia qui unam perſonam offendit, & aliam. ſpecialius uero peccatũ eſt, quod ex odio uel ex malignitate procedit. nam ſpiritus ſanctus eſt amor & benignitas, ſecundũ alios peccatũ in ſpiritum ſanctũ eſt obſtinatio mentis. Eſt aũt obſtinatio mentis in peccato obdurata pertinacia, quã impœnitẽtia finalis comitatur. prouenit aũt hmõi obſtinatio interdũ ex deſperatione: puta cũ quis credit ſuorũ delictorum magnitudinem diuinã miſericordiã exceſsiſſe, & ob hoc de uitijs aſcẽdit ad uitia, iuxta illud qđ ait Cain: maior eſt iniquitas mea, quã ut ueniam merear: ut j. §. denique. Interdum ex præſumptione: puta cum quis ſecurus delinquit. tanquam Deus pro temporali flagitio non ſit æternum ſuppliciũ daturus. in quo peccati genere refert Hieronymus ſe Originem deprehendiſſe, qui poſt mortem anathematizatus eſt: ut xxiiij. quæſt. ij. c. ulti. verſ. item ſi ad tempora. Vel putãs in articulo mortis ſufficienter pœnitere ut latro: de quibus Apoſtolus: Maledictus homo qui peccat in ſpe. Item in ſpiritũ ſanctum peccatum eſt ſecundum alios, fraternæ gratiæ inuidia: puta ſi de gratia a Deo fratri collata inuideas, ne tibi præferatur. argum. ſ. viij. diſtinct. qui contempta. Item ſecundum alios, peccare in ſpiritum ſanctum eſt blaſphemia in perſonam ſpiritus ſancti. de talibus habetur de conſecr. diſt. iiij. hi uero hæretici. Item ſecundum alios peccatum in ſpiritum ſanctum eſt finalis impœnitentia: peccatum ſcilicet ꝙ durat uſque ad mortem, ut uſque, incluſiuum ſit. ꝙ hic Auguſtinus potius uelle uidetur. j. di. iij. inter hæc hircum. Sed ſolet quæri utrum finalis impœnitentia poſſit deſinere eſſe? Reſp. Iſte terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. Ineſt enim alicui impœnitentia finalis, quando non habet propoſitum pœnitendi: hoc poteſt deſinere eſſe: quia hoc propoſitum poteſt habere in hoc inſtãti, & cras nõ. Item eſt etiam finalis impœnitẽtia, quædã qualitas quæ ineſt alicui ex eo ꝙ nunquã pœnitebit: iſta non poteſt deſinere eſſe ſubiecto exiſtente: quæ ſi ponatur: oporteat dici quod nunquam eam habuit.

Peccatum in ſpiritũ ſanctũ qđ dicitur, & quot ſunt eius ſpecies.

Marc. 3. d lib. iij. dialogorũ cap. xliij. Impœnitẽtia finalis capiẽ duobus modis.

i Supradicta breuiter cõprehendas & dic quod ſex modis in ſpiritũ ſanctũ peccatur: duob9 modis erga Deũ, præſumptione, ut Origenes deſpatione, ut Iudas. j. ca. di. iij. ſcelerator. Duob9 erga proximũ, odio fraternæ cogitationis, & impugnationis agnitæ veritatis. xj. qõ. iij. nolite timere. Duobus erga ſeipſum, finali impœnitẽtia & pœnitere potuiſſe. xvij. qõ. iiij. ſunt qui. & adde qđ de hoc etiã not. j. di. ij. ſciẽdũ. Archi.

i VOluiſſet. Nunquam. Aſsidue enim peccantium non miſeretur Deus: ut ſ. xciij. di. diaconi. & uenia impœnitenti, &c. xxiiij. qõ. ij. legatur. & ideo

ideo ſemper obnoxij pœnæ perſiſtent: ut ɉ.di.vij.In ſi.

Ex his. Hæc eſt iiij. pars diſtin. in qua probat per xxxvj. autho. ꝙ ſi quis non confitetur, non ſaluatur: ſi petije, ſufficit confeſsio quæ fit primo Deo, deinde ſacerdoti, qui loco Dei iudicat. Io. de Fant.

ſis? quia totum genus humanum perierat de peccato Adæ, ſed non tota angelica natura peccato diaboli. Item homo incitatorem habuit ad malum: quod non habuit angelus: & ideo per alium iſte non debuit iuuari, ſicut nec ille per ſe potuit ſurgere. & ideo peccatum diaboli fuit irremediabile, & nõ peccatum hominis.

a Ex his itaque. Infert ex præmiſsis authoritatibus uſq; ad §. denique.

b Si nemo. ſ. ead. diſt. nemo poteſt.

c Paradiſum. Supra ead. diſtin. ecce nunc tempus.

d Fruſtratur. Supra ead. diſt. agite.

e Conſequi. Supra ea. di. c. nullus.

f Si ſolis. Supra ea. diſt. verbum.

g Ligandi. Id eſt, imponendi ſatisfactionem uel relaxandi.

h Poteſtas. Nota ſolis ſacerdotibus poteſtatem ligandi traditam.

i Supplicationibus. Supra ea. diſt. multiplex.

k Denique. Ab iſto loco uſque ad capit. quamobrem. probat xxij. authoritatibus, ſcilicet peccata non dimitti ſine oris confeſſione: authoritates ueteris teſtamenti inducit uſque ad §. in Euãgelio. Ab illo §. in Euangelio. uſque ad §. ex his. inducit authoritates noui teſtamenti: & poſt ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ authoritates intelliguntur, cũ quis confiteri cõtemnit.

l Serpens. Id eſt, diabolus. qui ſerpente utebatur, tanquam organo. uel intellige ad literã.

Mat. 16.c

m Confeſsionem. Et quia in ſeipſo inuenit originẽ peccati.

n Non reuocabatur. Quia irreuocabile fuit peccatum eius, & impoſsibile eſt eum reuocare ad pœnitentiã: ut ɉ. diſtinct. ij. §. ꝙ autem reprobi. uerſi. impoſsibile. hominis autem peccatũ fuit remediabile, & hoc duabus de cau-

Peccatũ diaboli fuit irremediabile, ſed hominis remediabile.

4 *Ex his itaque* [a] *apparet, quod ſine confeſſione oris, & ſatisfactione operis, peccatũ non remittitur. nã ſi neceſſe eſt, ut iniquitates noſtras dicamus ut poſtea iuſtificemur: ſi nemo* [b] *poteſt iuſtificari à peccato niſi antea cõfeſſus fuerit peccatũ: ſi cõfeſſio paradiſum* [c] *aperit, ueniã acquirit: ſi illa ſolùm confeſſio utilis eſt, quæ fit cũ pœnitẽtia: (in quo notatur aliud eſſe cõfeſſio, aliud pœnitẽtia: ſiue interior ſiue exterior accipiatur) ſi ille qui promittit ueniã, occultè apđ Deum, non apud eccleſiã pœnitentiã agẽti, fruſtratur* [d] *Euangeliũ, et claues datas eccleſiæ. ꝓmittit etiã quod Deus negat delinquenti: ſi nemo poteſt cõſequi* [e] *ueniã, niſi quantulamcunque, & ſi minorem, quàm debeat, peccati ſoluerit pœnã: ſi ſolis* [f] *ſacerdotib. ligandi* [g] *ſoluẽdiq; ptãs* [h] *à Deo tradita eſt: ſi nullus ueniã accipit, niſi eccleſiæ ſupplicationibus* [i] *ipſam impetrare contẽdat: cõcluditur ergo, ꝙ nullus ante cõfeſſionem oris, & ſatisfactionẽ operis peccati abolet culpam.*

Deniq; [k] *ut perſpicua appareat, neminẽ ſine cõfeſſione a peccato mundari, ab ipſius humani generis principio ſumamus exordiũ. Peccato tranſgreſſionis, primi parẽtes corrupti, a dño ſunt reqſiti de culpa, ut peccatũ qđ tranſgrediendo commiſerant, cõfitendo delerent. Serpens* [l] *autem de culpa requiſitus nõ eſt: quia per cõfeſſionem* [m] *nõ reuocabaẽ* [n] *ad uitã. Cain quoq; cũ primæ præuaricationi fratricidium addidiſſet, ſimiliter à domino de culpa requiſitus ẽ, dum ei dicitur, Vbi eſt Abel frater tuus? Sed quia ſuperbus peccatum ſuũ cõfiteri noluit, potius mẽdaciter negãdo Deum fallere conatus eſt dicẽs: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? indignus uenia iudicatus eſt. unde in deſperationis profundũ merſus eſt, dum ait: Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniã merear. Vagus & ꝓfuſus exijt à facie domini, ſignificans eos, q peccata ſua cõfiteri diſſimulãt, reſpectu diuinæ miſerationis indignos haberi. Reges* [o] *quoque qui ignorantia ducti, in Abrahã deliquerant, nõ niſi eodem orante ſanari meruerunt. In quo figuratur, ꝙ paſſiones* [p] *morum nõ ſanãtur niſi orationibus* [q] *eccleſię. Moyſi quoq; præcipit* [r] *dñs ut lepra* [s] *ſiue in cutè, ſiue*

o Reges. Pharao Rex Aegypti. de quo habetur ſ. xxij. qõ. ij. cap. utilem. §. ecce quæ. & Abimelech rex Geraræ, de quo habeẽ xxxij. quæſt. iiij. nemo ſibi. & ſ. xxxiij. quæſtio. prima, ſi per ſortiarias.

Geneſ. 12.c

Geneſ. 20.c

Gene. 4. b

p Paſsiones. Id eſt, delicta. xv. quæſtione prima illa.

q Orationibus. Supra xxxiij. qõ. j. ſi per ſortiarias.

r Præcepit. In leuitico.

Gene. 4. b

s Vt lepra. Id eſt, aliqua macula. Sunt autem quatuor genera lepræ. in cute, in capillis, in domo, in ueſte. In capillis lepra dicitur alopecia, fluentibus ſanie capillis, ſi in caluitio uel in alia parte capitis albus uel rufus color inuentus fuerit, plaga lepræ eſt. In cute lepra cognoſcitur, ſi in ea fuerit alba, id eſt, pallida albedo, uel puſtulæ, & huiuſmodi. lepra ueſtis erat macula alba uel rufa. Similiter in domo dicebatur lepra talis macula, & macula in pariete pallore uel rubore deformis. & omnia iſta iudicabantur arbitrio ſacerdotis. ſi enim in homine lepra non erat perſpicua, recludebat eũ ſacerdos in domo ſua ſeptem diebus: quibus expletis, ſi nõ creuerat lepra, iterum recludebat eum alijs ſeptem diebus. quod ſi nec tunc creuerat, mundum eum iudicabat: quia ſi ſcabies erat, lauabat homo ueſtimenta ſua, & mundus erat. Cũ uero perſpicua erat lepra,

Gen. 12.b

Gen. 26. a

Leuit. 13. b

in domo, [a] ſiue in ueſte, ſiue in crine appareret, ſacerdoti oſtenderetur, & iuxta eius arbitriũ ſeparata, [b] eius iudicio cõtaminarẽt [c] uel mũdarẽt. 1.Re.16.c Saul quoq; cùm à ſpiritu maligno uexarẽt, non poterat ad ſanæ mẽtis officiũ redire, niſi prius Dauid pſalteriũ arriperet, & coram eo pſalleret, & ita ab ei' uexatione ceſſaret Diabolus. In quo myſticè oſtẽditur, qđ quicunque Diabolo propter peccata mãcipaẽ, ab eius dominio eripi nõ ualet, niſi Dauid, i. eccleſia pſalterium accipiat, & corã eo pſallat, id eſt, ſpiritualis gratię eũ participem faciat, et ſalubriter admonendo, et piè pro eo orando, et exẽpla boni operis ſibi præbendo, Diabolum ab inuiſibili eius uexatione cõpeſcat. Dauid quoq; cùm adulteriũ commiſiſſet, et homicidiũ, nõ antè audiuit à propheta, [d] 2.Re.12.d Tranſtulit à te peccatum tuum dominus, antequã ipſum peccatũ cõfiterẽt: prius enim prophetæ peccatũ redarguẽti cõfeſſus eſt, & poſtea audiuit: Tranſtulit Dominus peccatum tuũ à te. Achab [e] quoq; cũ de innocentis [f] ſanguinis effuſione ſentẽtiã comminãtis Dei audiret, induit ſeipſum cilicio, ſatisfaciẽs Deo p pœnitentiã. 3. Regum 20.g Unde Dominus ad Heliam ait, Quoniam Achab reueritus ẽ faciẽ meã, non inducã malũ in diebus eius. Niniuitæ cũ audirent: Ionæ.3.b Adhuc quadraginta dies, et Niniue ſubuertetur: ex edicto regis, et principũ pœnitentiam egerũt dicẽtes: Quis ſcit ſi cõuertatur et uiuat & ignoſcat Deus: & relinquat [g] poſt ſe benedictionem? Hac humilitate et ſatisfactione imminentẽ ſubuerſionẽ euadere meruerunt: quorũ exemplis euidẽter oſtẽditur, q̃ nullus à Deo cõſequitur ueniã, niſi primũ ſatisfecerit ſibi per pœnitentiam. Nabuchodonoſor quoq; propter ſuperbiã ſuã à rationabili mente in beſtialem [h] animũ cõmutatus eſt, atque à regno ſuo profugus recedens, non antè regnũ recepit, quàm conuerſus Deũ prædicauit. Denique plebs Iſraëlitica, ob culpã ſuę tranſgreſſionis captiuitati tradita, non antè liberari meruit, quàm ſua peccata cõfitens, Danielis et aliorum ſanctorũ precibus ueniã accepit. Daniel.9. In Euangelio [i] quoque, uenientes ad Ioannem ut baptizarentur ab eo baptiſmo pœnitentiæ, [k] primùm confitebantur peccata ſua: oſtendentes quòd quiſque debet peccata ſua damnando confiteri, & innouationem melioris uitæ promittere, ſi regenerationis deſiderat gratiam accipere. Matt.3.a

Chriſtus quoq; alios legĩ ſuſcitaſſe à mortuis: alios à lepra mũdaſſe: alios illuminaſſe aliorũ mẽbra paralyſi diſſoluta cõſolidaſſe. omniũ tamen ſanitatem, petitio propriæ uocis uel amicorum [l] legitur præceſſiſſe. Ioã.11.c Luc.17.c Matt.9.c Mar.2.a

Luca enim referente didicimus, quòd pro ſocru Petri prius rogatus eſt, quàm eam ſanitati redderet. Lucæ.4.f Matt.8.a Mar.1.d

lepra, ſeparabatur, id eſt, iudicabatur immundus ad arbitrium ſacerdotis. & habebat homo ueſtimẽta ſua diſſuta, id eſt, facilia ad induendum uel exuendum, ut ſic cognoſceretur: & caput raſum, [1] ut poſſet cognoſci, oſq; ueſte contectum, ne fœtorem loquẽdo diffunderet. & habitabat ſolus extra caſtra, ita ut a mortuo nihil differre uideretur. Item ſi lepra ueſtis erat perſpicua, comburebatur ueſtis. ſi dubia, recludebatur ſeptẽ diebus. ſi creuerat macula, adiudicabatur lepra, ſi non creuerat abluebatur ueſtis, & recludebatur alijs ſeptẽ diebus poſt quos ſi ſacerdos inueniebat creuiſſe lepram, rumpebat eam. Similiter oſtium domus leproſæ claudebatur ſeptem dieb' poſt quos ſi ſacerdos inueniſſet creuiſſe lepram, iubebat eruı lapides leproſos, & proijci extra ciuitatem, & domum radi intus, per circuitũ, & puluerem raſuræ ſpargi extra ciuitatem in loco immundo, & alios lapides ſubſtitui in domo, & luto alio liniri domum. quod ſi iterũ redierit macula, & perſeuerans lepra eſt, deſtruebatur domus, & ligna, & lapides, & puluis extra ciuitatem proijciebantur in locũ immundum.

[1] Alias, eodem.

[a] In domo. Non dicit hic de ueſte & domo, ꝙ ei ad literã poſsit lepra ineſſe, ſed ſi domus uel ueſtis offerrẽt ab aliquo in miniſterium deputanda, antea ſacerdoti offerebãt. & ſi aliqua inerat macula, qua a miniſterio impediretur, ſacerdotis iudicio relinquebatur.

[b] Separata. Quo ad officium uel miniſterium.

[c] Contaminaretur. Domus uel ueſtis uel cutis. i. contaminata uel immunda iudicaretur.

[d] A propheta. Scilicet Nathan.

[e] Achab. Infra ea. diſtinctio. iij. §. ecce Achab.

ADDITIO.

Et 50. diſtin. cap. ſi poſt. §. econtra.

[f] Innocentis. Scilicet Nabutæ.

[g] Et relinquat. Scilicet nobis qui eum ſequimur, uel poſt comminationem ad ſe datam.

[h] In beſtialem. ı̃. xvij. q. iiij. miror.

[i] In Euangelio. hic transfert ſe ad authoritates noui teſtamenti.

[k] Pœnitentiæ. Non remiſsionis: nam uenientibus ad illud requirebatur pœnitentia: non autem in noſtro baptiſmate quod remiſsionis eſt: ut ı̃. de conſecra. diſtinctione ſecunda, ſine pœnitentia.

[l] Vel amicorum. Hoc enim Deus amat, ut multi rogent. ı̃. ea. fleat.

Raboni

Luce 5. c

Leproſus uerò ille, quē Dominus deſcēdēs de mō te mūdauit, prius clamauit ad eū: Domine ſi uis, potes me mundare. quem poſtea tāgendo mūdauit.

Mar. 10. g

Cæcus, quoq; dū clamaret ad eū Miſerere mei fili Dauid: interrogauit eū Ieſus, quid uis ut faciā tibi? ait. Raboni, [a] ut uideā lumen. Tres quoq; mortuos [b] audiuit, quos aliorū oratiōibus reddidit uitæ. Quartū [c] quoq; diſcipulo nuntiāte audiuit: ſed quia defuerunt uiui, qui pro eo precarentur, reſuſcitari nō meruit. Quibus nimirū exemplis euidētiſſimè datur intelligi ꝙ ille quē grauioris culpæ macula inficit, niſi cōfeſſione proprij oris, uel eccleſiæ interceſſione ſuffragante ſanari nō poterit.

Pſalm. 31.

Hīc pœnitēs [d] ille, qui prius tacēdo peccata flagellari meruerat, poſtea correptꝰ dicebat, Quoniam tacui, [e] inueterauerūt oſſa [f] mea dum clamarē [g] tota die.

Pſalm. 68

Hinc Chriſtus ex perſona membrorum ait: Non abſorbeat me profundū, neque urgeat ſup me puteus os ſuū quod Auguſtinus exponit dicēs: Puteus eſt humanæ iniquitatis ꝓfunditas: in quā ſi cecideris, nō claudet [h] ſuper te puteus os ſuum, ſi tu nō clauſeris os [i] tuū.

Pſal. 129.

Cōfitere ergo, & dic, De profundis clamaui, ad te Domine: et euades. Claudet ſuper illū Dominus, qui in profundo [k] cōtemnit: à quo mortuo uelut ab eo qui nō eſt, perit confeſſio.

Pſalm. 99

Hinc idē ꝓpheta ait: Introite portas eius in cōfeſſione. oſtēdens ad portas miſericordiæ non niſi per confeſſionem peccati, aliquē poſſe attingere.

Mat. 3. a

Hinc ēt beatus Ioannes Baptiſta, & ſaluator noſter exordium prædicationis ſuæ à pœnitentia ſumpſerunt dicētes, Pœnitentiam agite, appropinquabit.n. regnum cælorum. Oſtendentes ad regna cælorum neminem poſſe attingere, niſi primùm per pœnitentiam Deo curauerit ſatisfacere. Hinc etiam in Actibus Apoſtolorum legitur, quod credētes ueniebant ad Apoſtolos, annūtiantes actus ſuos. Actu. 19.

Ex his omnibus facilè monſtratur, ſine cōfeſſione nullum ueniam poſſe promereri.

Hinc etiam Leo papa ait:

CAN. LXI.

SVfficit pœnitenti confeſsio, quæ primum Domino offertur, deinde ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedat.

Idem.

CAN. LXII.

POenitentia quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, nō negetur: [l] ut eo modo ad indulgentiæ medicinam anima uulnerata [m] perueniat.

Itē Auguſt. in ſermone de pœnitentia.

CAN. LXIII.

NOn ſufficit [n] mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere: niſi etiam de ijs quæ facta ſunt ſatiſfiat Domino per pœnitentiæ [o] dolorem: per humilitatis gemitum: per contriti cordis ſacrificiū: cooperātibus eleemoſynis & ieiunijs.

Item Ambroſius.

CAN. LXIIII.

NOuit Dominus mutare ſententiam, [p] ſi tu noueris emendare delictum.

Item Leo papa.

CAN. LXV.

Eccl. 17. c

ALiud [q] quidem eſt, debita iuſta repoſcere, [r] aliud propria [ſ] perfectionis amore contemnere. Illicitorum ueniam poſtulantem oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo, Omnia mihi licent, [t] ſed non omnia expediunt. [u]

---

[a] Raboni. id eſt, magiſter.

[b] Mortuos. ſcilicet filium [1] Archiſynagogi, filium uiduæ, & Lazarum.

[c] Quartum. Vnde hoc Gratia. habuit ignoramus: niſi dicatur hoc de Matthæo intelligi: cui cum Dominus diceret, Sequere me, reſpondit Domino, Pater meus mortuꝰ eſt: uolo eum ſepelire: & tūc Dominus ait, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

[1] Hunc Chriſtꝰ ſuſcitauit in domo, id eſt, in cogitatione ſecūdum H. infra e. §. ecōtra. Luce 18. f Matt. 5. c Luce 7. b Ioan. 11. c

[d] Pœnitens. Dauid: ut j. diſtinct. iij. ille rex.

[e] Tacui. Peccata.

[f] Oſſa. Virtutes, quibus anima ſuſtentatur, ut oſsibus corpus.

[g] Dum clamarem. Iactando me de meritis meis.

[h] Non claudet. id eſt, non conſtringet te finaliter.

[i] Nō clauſeris os. non confitendo.

[k] In profundo uitiorum. unde peccator cum [2] uenerit in profundum uitiorū, contemnit.

[2] xvj. di. reclicauit. extra de iudic. cū nō ab homine. Archid.

[l] POenitentia. Nō negetur. nam quod diffidentia ætatis, &c. xxxij. q. ij. ancillam & j. ea. diſt. vij nemo.

[m] Vulnerata. delictis.

[n] NOn ſufficit. Quo ad famam exteriorē. ſufficit enim quo ad Deum, dūmodo non contemnat.

[o] Per pœnitentiæ. j. ea. di. ſi peccatum Dauid.

[p] NOuit. Sententiam. cōminationis: ut xxij. q. iiij. incommutabilis. & in hoc ſimilis eſt prætori, quo ad interlocutoriam. ff. de re iudi. quod iuſsit.

[q] ALiud. ſ. xj. q. j. aliud.

[r] Repoſcere. ſupra xiiij. quæſt. j. quod debetur.

[ſ] Propria. ff. de mino. ſi iudex.

[t] Licent. hoc expoſui ſ. xj. q. j. aliud.

[u] Expediunt ut debitū repetere: ut ſ. xiiij. q. j. quod debetur. ſed non expedit cū ſcandalo. Itē temporalia accipere. j. q. j. iudices. Item oībus

bus cibis indifferenter uti licet.xj.q.iiij.ad menſam. ſed non expedit.xxviij.q.j.omnes. Item uxorem gentilem derelinquere licet.xxviij.q.j. iam nunc. ſed nec expedit:ut ead.q.j. ſic enim.

Vnde ſi pœnitens habeat cauſam, quam negligere fortè non debeat, melius expectet eccleſiaſticum, quàm forenſe iudicium.

Item Hieronymus in Malachia †

Ad c.j. Ioel.in cōmenta. Mala.j

CAN. LXVI.

Qui ſanctus ſacerdos eſt, & comedit in paſcha a Domini, accingatur baltheo caſtitatis, & audiat cum Apoſtolis. Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Luc.12.d Qui autem peccator b eſt, & quem remordet c propria conſcientia, cilicio pœnitentiæ accingatur, & plangat, uel propria delicta, uel populi: & ingrediatur eccleſiam, d de qua propter peccatum fuerat egreſſus, & cubet uel dormiat in ſacco: ut præteritas delicias, per quas Deum offenderat, uitæ auſteritate compenſet.

Item in Amos Propheta. †

† capi.ix. in cōmēt.

a Qvi ſanctus. In paſcha.id eſt, in tranſitu de uitijs ad uirtutes: quia paſcha tranſitus interpretatur.de conſecr. diſt. iiij.per aquam.

Peccati conſcius. an poſsit ꝓpria authoritate a cōione abſtinere.

b Peccator. Ex hoc uidetur quod conſtitutus in mortali poſſit authoritate ſua à communione ſacramentorum abſtinere, iuxta illud, probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, &c. & ideo laudatur mulier, quæ menſtrua patitur, ſi ex reuerentia abſtinet. ſ. v.diſtinct.ad eius. & argu. ĩ.de conſecra. diſtinct.ij.quotidie. Sed contra. ſ. eadē diſtinct. ſunt qui arbitrantur & cap. facilius. & ĩ.ead. in actione. In contrarijs iſtis dicitur, ꝙ nemo authoritate ſua ſed ſacerdotis, debet abſtinere à communione altaris. Solu. abſtinet quis peccati conſcius, aliquando propter reuerentiam: quod commendatur: ut hic, & in ſimilibus. Aliquando propter ſatisfactionem delicti, putans talem abſtinētiam prodeſſe etiam non iniuncta ei aliquā pœnitētia à ſacerdote: quod inhibetur in contrarijs. Sed & in illo caſu ubi ob reuerentiam abſtinetur propter criminis cōſcientiam: diſtinguo, ut ſi ſcandalum ex eius abſtinentia oritur, compelli poteſt à prælato ſuo ad ſumendum euchariſtiam, uel petendum: argu ĩ.de conſec.diſt. ij. ſi quis intrat. & ca.ſeculares. ſi uero non eſt ſcandalū, bene facit abſtinendo. ĩ.de conſecra.diſtinct.ij.quotidie. hodie tamen uidetur tolli iſta diſtinctio, ut extra de pœni. & remiſ omnis.

c Remordet. ſecundū quod notat. ſ.xvj.q.j.monachi.

d Eccleſiam. id eſt, unitatem eccleſiæ per fidem & charitatem. nec enim intelligi poteſt de ingreſſu corporalis eccleſiæ. Nemo nanque pro peccato aliquo abſtinēdus eſt, ab ingreſſu eccleſiæ, niſi ſit excommunicatus uel interdictus ex iuſta cauſa. ĩ.ea.q.iiij.uir cum propria.xj. q.iij.excommunicatos.

Eccleſiæ ingreſſus quibus eſt interdicēdus.

SI agamus. CASVS. *Dicit Hieronymus in hoc capitulo quod ſicut Deus propter pœnitētiā reuocat ſententiam in contumaces latā: ita propter negligentiam pœnitendi dona reuocat quæ promiſit & hoc probat exemplis, ſcilicet Hieruſalem & Samaria, Nabuchodonoſor & Ezechia.*

e Rurſus. uerba Gratiani.

f Eundem. ſcilicet Amos, de quo locutus fuerat Hieronymus.

CAN. LXVII.

SI agamus pœnitētiā, ipſum quoq; ſuæ pœnitebit ſentētiæ. *Rurſus* e *iuxta eūdem* f *Hieronymū,* Promittit proſpera, ſi pœnitētiam egerimus: quòd ſi negligētia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſponſiōis, promiſſaq; mutabit. † Alias reuocabit. Cuius rei exemplū Samariam & Hieruſalem habere poſſumus: quorum alij de imminentibus ſupplicijs liberati ſunt, alij quæ patribus promiſſa fuerant, perdiderunt.

Item ſuper Danielē. †

† ca. iiij. Dani. 4. c

CAN LXVIII.

QVamobrem g cōſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis h redime i & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, ſi forte k ignoſcat Deus delictis tuis.

4. Reg. 20.a

g QVamobrem. Illud tangit quod Nabuchodonoſor uidit in ſomno arborem in medio terræ pertingentem uſque ad cælū, & ſub ea habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis uolucres, & ex ea neſcebatur omnis caro, & ecce uigil & ſanctus de cælo deſcendit, & ait, Succidite arborem & ramos & fructus eius, & fugient ex ea beſtiæ: & uolucres: ſed germen eius in terram ſinite: & cum feris ſit pars huius, & ab humano commutetur cor eius, & ſeptem tempora commutentur ſuper eam. quod ſomnium Daniel interpretatꝰ eſt, & ait: Tu es rex arbor ea, quæ inualuiſti, & poteſtas tua in terminis terræ, & audiui [illegible] altiſſimi [illegible] ſuper te: & ab hominibus eijcient te, & cum feris erit habitatio tua. fœnum ut bos comedes. Septē tempora, id eſt, ſeptem anni mutabuntur ſuper te, & relinquetur tibi ſemē uel germē radicis, quia regnum tuum reſtituetur tibi. quamobrem audi conſilium meum, peccata tua eleemoſynis redime: forſan ignoſcet tibi Deus. Poſt annum autē deambulabat rex in aula ſua, & ſuperbe loquebatur dicens, Nonne eſt hæc Babylon quam ego ædificaui in robore regni, & in gloria decoris mei? Adhuc erat ſermo in ore eius & ecce uox de cælo dicens, Tibi dicitur Nabuchodonoſor, regnum tuum tranſit à te, & cum feris habitabis ſeptē temporibus, donec ſcias ꝙ dominetur altiſsimus uniuerſis regnis hominum. & ſtatim ex hominibus abiectus eſt, & ut bos fœnum comedit, & rore cæli caput eius infectū eſt, donec capilli eius in ſimilitudinē aquilarum creſcerent, & ungues eius quaſi ungues auium

h Eleemoſynis. Eleemoſynę nanque à morte liberant peccatorem qui per delicta ſubruerat: ut ĩ.ea.di. medicina. ſ.ea.di.miror.

Eleemoſyna liberat à morte.

i Redime. Iſtud redime, ponitur priuatiue: quia proprie non eſt hæc redemptio. ſimile. ff.commo. ſi ut. §. ulti. ff.de lege commiſſ.l.fundo. ff.quod ui aut clam. ſi uitem. §.ij.

k Si forte. Supra diſtinctione lxxxvj. non ſatis. dubitanter dixit: quia deeſſe poteſt contritio cordis. argu. ſ.ead.q.ij. admonere. & non ualent eleemoſynæ, niſi ex bono fonte, &c. ut lxxxvj. diſtin. non ſatis. Vel ideo ſub dubietate poſuit, ne ſecuritas negligentiam, & ne

Si prædixerit ſententiam quæ mutari non poteſt: [a] quomodo hortatur ad eleemoſynas pauperum, & miſericordiã, ut Dei ſententia permutetur? Quod facilè ſoluitur exemplo regis Ezechiæ, quem Eſaias prædixit eſſe moriturum: [b] & Niniuitarum, quibus dictum fuerat: Adhuc quadraginta dies ſunt, & Niniue ſubuertetur: & tamen ad preces Ezechiæ & Niniue, Dei ſententia mutata eſt. [c] Rurſus bona agenti, ſe aſſerit [d] polliceri indulgentiam: alioqui [e] & in reuerentiã [f] loquit̃ Deus ſe mala minari ſuper gentem: & ſi bona fecerit, minas in clementiã commutare, rurſum aſſerit polliceri. Et ſi malè fecerit, dicit ſuam mutare ſententiam non in homines, ſed in opera quæ mutata ſunt. Neque enim Deus hominibus iraſcitur, ſed uitijs: [g] quæ cũ in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum eſt. Dicamus quidem & aliter, Fecit itaque Nabuchodonoſor rex iuxta Danielis conſilium, miſericordias in pauperes, & idcirco uſque ad menſem duodecimum, [h] in eo dilata eſt ſententia, ſed quia poſtea ambulans in aula Babylonis gloriatur & dicit: Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei? Bonum miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ. Forſitan [i] ignoſcet Deus delictis tuis. Cũ beatus Daniel præſcius futurorum de ſententia Dei dubitet: [k] rem temerariam faciunt, qui audacter [l] peccantibus, ueniam pollicentur. & tamen ſciendum eſt, quòd Nabuchodonoſor regi bona opera facienti uenia repromittitur.

Idem. †

CAN. LXIX.

Vide [m] benignum dominũ, miſericordiam cum ſeueritate miſcentem, [n] & ipſius pœnæ modum iuſta & clementi deliberatione penſantem: & ideo nõ in perpetuum interitum tradidit delinquẽtes, ſed quanto (inquit) tẽpore ſeruierunt Cuſarſaton, [o] hoc eſt octo annis. Diſce & hoc, ò tu auditor q̃ſquis ille es, qui tibi cõſcius es alicuius erroris: & quãto tempore erraſſe te noſti, & quanto tempore deliquiſti, tanto [p] nihilominus [q] tẽpore humilia teipſum Deo, & ſatisfacito ei in cõfeſsione pœnitentiæ: nõ expectes ut humiliet te Cuſarſaton: & inuito te neceſsitas extorqueat pœnitentiam: ſed ipſe præueni ipſius tortoris duritiam: quia ſi teipſum emendaueris: ſi te ipſum correxeris, pius, eſt Dñs, & miſericors, qui uindictam temperet ab eo, qui illam pœnitendo [r] præuenit. Sed illud cõſideremus: quia donec ſeruierunt Cuſarſatoni, qui traditi pro delictis ſuis fuerant, & nõ clamauerunt ad Dominum, nemo ſuſcitatus eſt, qui ſaluare eos poſſet. cùm uerò clamauerunt ad Dominum, tunc ſuſcitauit [ſ] Dominus ſaluatorem Iſrael & ſaluauit eos.

& negligentia offenſam præſtaret: ut infra eadem prædixerat. Vel ponitur forte; aſſertiue, ut in Euangelio: forſitan & patrem meum cognouiſſetis, &c. Eſaie. 38. infra diſtinct.iiij. ne forte. ff. de rei uendic. item ſi. §. j.

[a] Non poteſt. Id eſt, non contingit hoc ſecundum eos, Ionæ. 3. b contra quos hic loquitur.

[b] Moriturum. Propter peccatum q̃ commiſit quando ſuperbiuit de uictoria quam habuit de inimicis, eam ſibi attribuens.

[c] Mutata eſt. Non per iudicij ueritatem, ſed eorum Hier. 17. d mutatione qui conuerſi per pœnitentiam meruerunt liberari.

[d] Aſſerit. Dominus loquens Hieremiæ. & ſunt uerba Hieronymi ſuper Danielem.

[e] Alioqui. Id eſt, niſi præſtaret indulgentiam agenti bona: cur inferret mala agenti malã? & hoc ſequitur. æquũ eſt enim: ut ſicut male agentibus infert mala: ſic benè agentibus parcat, & conferat bona.

[f] In reuerentiam. Id eſt, contra æquitatem reuerendam; Dan. 4. e uel ad hoc ut omnes eidem reuereamur tantum.

[g] Vitijs. Supra. diſt. lxxxvj. odio.

[h] Ad menſem. Xij. uſque ad annum peccata eleemoſynis redemit, poſt ſuperbiuit.

[i] Forſitan. Verba Danielis.

[k] Dubitet. i. proponat ſecundũ formã dubitatis. Vel dic, ut ſ. in princip.

[l] Audacter. Supra viij. quæſt. j. ſi ergo. xxxij. q. v. ſi Paulus. hoc aduerbium determinat uerbum uel participium. argum. hoc xciij. diſt. diaconi.

[m] Vide. O tu auditor.

[n] Miſcentem. ſ. diſt. xlv. diſciplina.

[o] Cuſarſaton. Quæ humiliatio eorum interpretatur in libro Iudicum: hic eſt Diabolus, cui humiliandæ & affligendæ traduntur animæ quæ Chriſti humilitate contempta, in ſuperbiam ſe extollunt. Cuſarſaton iſte fuit Rex Syriæ & Meſopotamiæ, cui ſeruiuit Iſrael octo annis eo quòd præuaricatus eſt in præceptis Domini, ſeruiendo Idolis mortuo Ioſue: quem liberauit Othoniel frater Caleph in quo erat ſpiritus Domini poſtquam populus clamauit ad Dominum tradito Cuſarſaton in manus Othonielis in pugna quãdo pugnauit contra eum: ut legitur in libro Iudicum. ij. & iij.

Cuſarſatõ q̃d repræſentat.

† Habet hoc Origenes Homil. iij. ad c. iij. Iudicum.

[p] Tanto. ſ. ſaltem. & non plus. xlvij. diſtinct. omnes.

[q] Nihilominus. ſ. di. iij. productior. contra. ſed ibi de peccato primi parentis tantum. Vel de pœna interiori: hic autem de exteriori.

[r] Pœnitendo. ſ. e. diſt. voluiſſent. §. ex his. verſic. quartum quoque.

[ſ] Suſcitauit. Othonielem, id eſt, filium Cenez fratrem Caleph minorẽ [1] cui Caleph Axam filiam ſuam dederat in uxorem pro eo q̃ dederat ei ciuitatem Cariathſepher. i. ciuitatem literarũ. hic ergo Othoniel quaſi ſaluator filijs Iſrael eſt miſſus, cum ſuper eos eſt dux conſtitutus à Domino. Interpretatur autem Othoniel tempus mihi Dei, [2] hoc ẽ aliquis militiæ cæleſtis angelus qui ſibi tempus à Deo diſpen-

Othoniel fuit filius Cenez.

[1] In quo fuit ſpiritus domini, & iudicauit Iſrael, de quo habet Iudic. iij. ca.

[2] Ita etiã ponit Hu. & Laur.

diſpenſatum accipiens mittitur in adiutorium eorum qui hæreditatem capiunt ſalutis. H.

Idem.

CAN. LXX.

ECcleſia Chriſti eſt, non habens maculã [a] neque rugam [b] aut aliquid iſtiuſmodi, qui ergo peccator eſt, aliqua ſorde maculatus, de eccleſia [c] Chriſti non poteſt appellari, nec Chriſto ſubiectus dici. Poſsibile autem eſt, ut quomodo eccleſia Chriſti, quæ prius rugam habuit & maculam, [d] & immunditiã. & poſtea reſtituta eſt, ita & peccator currat ad medicum: quia nõ habent opus ſani medico, ſed male habẽtes: ut curentur uulnera ipſorũ, & fiant de eccleſia quæ eſt corpus Chriſti.

Idem. †

CAN. LXXI.

SVper tribus [e] ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum. [f] Iuxta [g] tropologiam [h] hoc poſſumus dicere. Primum peccatum eſt, cogitaſſe quæ mala ſunt. Secundum, cõgitationibus acquieuiſſe peruerſis. Tertium, quod mente decreueris opere compleuiſſe. Quartum, poſt peccatum non agere pœnitentiam, & ſuo ſibi complacere delicto. [i]

Idem.

CAN. LXXII.

SEcunda poſt naufragium tabula [k] eſt, culpam ſimpliciter cõfiteri. Imitati eſtis errãtem: imitamini & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur ſenes, iungamus lacrymas, & gemitus copulemus.

Idem.

CAN. LXXIII.

QVia diuinitatis natura eſt clemens & pia, magisq; ad indulgentiã quàm ad uindictã prona: quia nõ uult mortem peccatoris, ſed ut cõuertatur & uiuat: ſi quis poſt lapſum peccatorum, ad uerã pœnitentiã ſe cõuerterit: citò à miſericordiæ iudice ueniam impetrabit.

Idem in Malachia. †

CAN. LXXIIII.

NE forſitan peccati immemores, tardius reuertantur: Adhuc, inquit, ſedere uos faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis: [l] ut quod facit baptiſma, [m] hoc faciat pœnitentia: & habitent in tabernaculis ſaluatoris, hoc eſt in eccleſia ſaluatoris.

Idem. †

CAN. LXXV.

PRædixerat Hieremias [n] ſeptuaginta annos deſolationis tem-

---

a ECcleſia. Maculã. hæreſis uel mortalis peccati. ſ. di. xxj. quãuis. ſ. proxi. cauſa. q. iiij. recurrat.

b Rugam. ſcilicet ſchiſmatis uel uenialis peccati.

c De eccleſia. ſ. xxiij. qõ. iiij. forte. contra. & cap. hæc autem uita. contra. Sol. eccleſia quãdoque large ſumitur: ut granũ & paleam cõplectatur. ut eſt in cõtrarijs. ſ. xxxij. q. iiij. recurrat. Vel dic aliud eſſe de eccleſia, quod hic negatur de malis: aliud eſſe in eccleſia, quod in contrarijs conceditur. Vel diſtingue. nam ſunt quidam in eccleſia nomine & re, ut boni catholici: ut hic. quidam nec nomine nec re, ut præciſi. ſ. xxiij. q. iij. ſi quis a catholica. quidam nomine tantum: ut in contrarijs, quidam re tantum: ut de conſecr. diſt. iij. non dubito.

Eccleſia quatuor generaho minũ cõtinet.

d Et maculam. Vnde propheta: In peccatis dimiſit matrem ueſtram, ut ĩ. xxxv. q. j. cap. ulti.

† Cap. i. Amos in commen. Amos. i.

e Vper tribus.

CASVS.

Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur uerba Amos prophetæ comminantis populo Damaſci & Azaelis regi eius: qui x. tribus grauiter afflixerat: quaſi dicat ſi AZael & populus Damaſci ſemel uel bis tantummodo populũ meum eſſet perſecutus, forſitan parcerem illis: ſed quia diu expectaui eũ ad pœnitentiã ut cõuerſus reciperet ſanitatem, et ipſe abuſus patiẽtia mea tertiò et quartò affligit: cogor mutare ſententiã ut plagis corripiã eum. In ſecunda parte exponit uerba prophetæ moraliter.

Azahel fuit Rex Damaſci.

f Non conuertam eum. Non expectabo eum ut cõuertatur, ſed plagis corripiam eum. Vel lege interrogatiue, non conuertam eum? id eſt, nonne conuertam eum ab inſania ſua flagellando ipſum?

g Iuxta. Verba Hieronymi.

h Tropologiam. Id eſt, moralitatem. De hoc quære ſupra diſtinctione xxxvij. uino.

Tropologia, ò moralitas.

i Delicto. Quaſi dicat qui in tribus prioribus peccat, ſi pœnitet, conuertit Dominus ad eum uultum clementiæ ſuæ, ſi uero non pœnitet, auertitur ab eo uultus clementiæ ſuæ.

k SEcunda. Tabula Procellarum huius mundi: quia nauigamus tendentes ad patriam, & incurrimus naufragium ex peccato primi hominis, quo ſumus morti addicti. Prima tabula eſt baptiſmus, ubi purgatur uetus homo, & induitur nouus. xxvj. diſtin. deinde. Secunda tabula eſt pœnitentia, qua poſt baptiſmũ reſurgimus. poſt baptiſmum enim lapſi poſt pœnitentiam reuocari ualẽt, ſed nõ per baptiſmum. H. ad literam prima tabula eſt nauis. Secunda tabula eſt ſcapha, qua in naufragio periculum uitatur.

Tabula, qua nauigamus in hoc ſeculo, eſt duplex.

Ezech. 18

l NE forſitan. Feſtiuitatis. ſ. ſcenophegiæ, in qua Iudæi ſingulis annis habitabãt ſub umbraculis in memoriã quadraginta annorum quibus in deſerto fuerunt ſub tabernaculis, quaſi dicat ad literam: ſicut enim olim uos de Aegypto liberaui, & habitaſtis in tabernaculis, ſic & nunc educam uos de imminente captiuitate peccatorum ſi ad me reuerti uolueritis.

Scenophegiæ feſtiuitas quæ erat.

† Hiero. capit. xij. Oſeæ.

Oſeæ. 12.

ADDITIO.

Per exitum de Aegypto ſignificatur baptiſmus ſiue baptiſmi redemptio, per iſtam liberationem effectus pœnitentiæ. Petrus.

m Quod facit baptiſma. Non tamen quodcunque: ut ĩ. de conſe. di. iiij. ſine pœnitentia. unde ſemper iſta duo quamuis interdictum generale ponatur, excepta intelliguntur: extra de ſponſa. non eſt uobis. Item hoc facit pœnitentia quòd baptiſmus, quo ad uitam æternam, non quo ad hoc ut petere poſsit qui iure ſuo diſpenſationem acta pœnitentia: ut extra de uo. c. j. in fin. & ĩ. diſtinct. vj. cap. j.

Baptiſmus & pœnitẽtia miniſtrãtur tẽpore interdicti.

† in epiſtola Hiere. cap. 11. Daniel.

n PRædixerat Hieremias. In epiſtola quã direxerat

rat ad transmigrationem Babylonis dicens: Cum impleri cœperint lxx. anni, uiſitabo & reducam uos ad locum iſtum.

a Preces. s. xxiij. q. iij. obtineri.

b Denique. Alia ratione probat, quod ab oratione nõ eſt ceſſandum: quia ſi Deus uidet homines negligentes, mutat q̃ prius promiſerat.

Oratio ſit aſsidua.

c In geneſi legimus. Vbi dicitur, nõ permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt; id eſt, fragilis: eruntque dies eius cxx. anni. quaſi dicat, ſpiritus meus, id eſt, indignatio mea & ira mea non remanebit in homine in æternũ, id eſt, nõ erit æterna: quia non reſeruabo hominẽ in æternis cruciatibus, ſed ipſum hic puniam temporaliter, ſcilicet diluuio. hoc dicit propter illos qui in diluuio ſaluati ſunt & conuerſi ad Deum.

Hominis dies ſunt cxx. anni. Supra ead. ſed & cõtinuo. Gene. 6. a

d Ante. nunquid etiam iudex poteſt hoc facere poſt datas inducias? argum. quod ſic. ff. de re iudi. quod iuſsit. idem etiam dices in ſnĩa lata ſub conditione, extra de ſenten. excommunic. à nobis.

e Poſtea. arg. quod ſi teneris mihi librũ ſcribere ad certum terminũ, & tantum iam de tempore eſt lapſum quod in reſiduo ſcribere nõ poſſis, ſtatim poſſum agere contra te argu. s. ij. q. vij. appellatore. ff. de uerb. oblig. hoc iure. Ar. contra ff. ſi quis caut. ſi eũ. §. j. ff. de regul. iuris. nulla intelligit. contra ff. de uerborum oblig. inſulam. ubi ſolui. ur hæc contraria.

Hiere. 7. d

1. Reg. 16. a

Dani. 9. a

f Comminatus. ſcilicet diluuij.

g Abieci. Quia uidi eos [illegible] in .

h Medicina. Peccata. id eſt, pœnas debitas pro peccatis. Nota [illegible] cap. peccata [illegible] peccato [illegible] eleemoſy-[illegible]

pli, poſt quos rurſum ueniret populus in Iudæam & reædificaret ibidem tẽplum in Hieruſalẽ. Quæ res non facit Danielem negligentem, ſed magis prouocat ad rogandum: ut quod Deus promiſit per ſuam clementiam, impleat per eorum preces, a ne negligentia & ſuperbia pariat offenſam. Denique b etiam in Geneſi legimus, c centum & xx. annos pœnitentiæ cõſtitutos ante diluuium: quia tanto tempore, hoc eſt, centum annis noluerunt agere pœnitentiam, nequaquam expectat ut & xx. alij anni compleantur: ſed infert antè, d quod poſtea e fuerat comminatus. f Vnde & Ieremiæ dicitur ob duritiã cordis populi Iudæorum: Ne ores pro populo hoc: quia non exaudiã te. & ad Samuelem: Vſquequo luges ſuper Saul? quia ego abieci g eum. In cinere ergo & ſacco poſtulat Daniel adimpleri, quod promiſerat Deus, non quòd eſſet incredulus futurorum, ſed ne ſecuritas negligentiã, & negligentia pariat offenſam.

Item Ambroſius in ſermone Domini in dominica de Abraham.

Operibus miſericordiæ Deum non emimus, ſed nosmetipſos redimimus.

CAN. LXXVI.

Medicina miſericordiæ tollit peccata h magna. Habemus plura ſubſidia, quibus peccata noſtra redimimus. Pecuniam habes, redime i peccatum tuum. non uenalis eſt Dominus, ſed tu ipſe uenalis es. Peccatis tuis uenundatus k es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis eſt pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna (inquit) à peccato liberat. crimina ergo eleemoſynis l redimuntur.

Item Ioannes os aureũ.

CAN. LXXVII.

Medicamentum m fortius, quod maximè operatur in pœnitentia, hoc eſt eleemoſyna: ſicut in præceptis medicinæ medicamentum quidẽ herbas multas accipit, unam autem dominantiſsimam: ſic & in pœnitentia dominantior iſta herba & potentior eſt, & uniuerſum ipſa efficit. n Audi enim quid dicit ſcriptura diuina: Date eleemoſynam, o & ecce omnia munda p ſunt uobis.

Item Ambroſius in libro de pœnitentia.

CAN. LXXVIII.

Deus q definitionẽ r non facit, qui miſericordiam s ſuam omnibus promiſit, t & relaxandi u licentiam ſacerdotibus ſuis, ſine ulla exceptione x cõceſsit. ſed qui culpam exagge-

nis redimuntur & relaxantur. uel eleemoſynæ rediniunt peccata, id eſt, oſtendunt eſſe dimiſſa. Vel legitur de miſericordia uel eleemoſynæ uirtute, quæ eſt ſpiritualis medicina animæ.

Eleemoſyna redimit peccata.

i Redime. s. xlj. diſtinctio. non cogantur. argum. s. diſtinctio. lxxxij. preſbyter.

k Venũdatus. s. xv. q. j non eſt.

l Eleemoſynis. s. ea. diſt. cap. omnis. §. alij. & cap. miror.

m Medicamẽtũ. id eſt, eleemoſyna. & loquitur per ſimilitudinem: quia medicina eſt animæ.

n Ipſa efficit. Vbi deeſt opportunitas alia faciendi.

o Date eleemoſynam. ſcilicet ordinate, à uobiſipſis incipientes, ut eam uobis primũ exhibeatis. j. diſtinct. iij. qui uult.

Eleemoſynã primò nobis faciam⁹.

p Munda. id eſt, mũde & ſine peccato poſsidebitis alia.

q Deus. CASVS. *Deus indifferenter quẽlibet peccatorem recipit ſi pœniteat, & ſacerdotibus licẽtiam relaxandi de pœna conceſsit, maiora tamẽ peccata maiori pœna punienda ſunt.*

[redacted]

r Definitionem. id eſt. diſtinctionẽ perſonarum, id eſt, nullum uere pœnitentem à ſe excludit: ut ſupra xxix. quæſtione ſecunda. capitu. j. §. primo. Vel definitionem, id eſt, exceptionem peccatorum.

s Qui miſericordiã. id eſt, remiſsionem peccatorum à ſe per miſericordiam conferendam.

t Omnibus promiſit. uere pœnitentibus. xxiiij. quæſtione ij. capitu. legatur.

u Et relaxandi. id eſt, pœnam peccati dimittendi.

x Sine ulla exceptione. i. nullum excipiendo uel peccato

raueri t,exaggeret [a] pœnitentiam. Maiora enim crimina maioribus [b] abluuntur fletibus.

Idem.

CAN. LXXIX.

FLeat [c] pro te mater eccleſia,& culpam [d] tuam lacrymis lauet. uideat te Chriſtus mœrentem, & dicat tibi: Beati triſtes,quia gaudebitis. Amat ut pro uno multi rogent. [e] Denique in euāgelio,motus uiduæ lacrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius reſuſcitauit.

Idem.

CAN. LXXX.

ADam poſt culpam Deus ſtatim [f] de paradiſo eiecit.non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à delicijs, ut ageret pœnitentiam: ſtatim tunica ueſtiuit eum pellicea, non ſerica.

Item Auguſtinus ad Felicianum.

CAN. LXXXI.

TRes [g] ſunt autē actiones [h] pœnitentiæ, quas mecum ueſtra eruditio recognoſcit una eſt [i] quæ nouum hominem parturit, [k] donec per baptiſma ſalutare omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum. Omnis [l] enim qui iam ſuæ uoluntatis arbiter cōſtitutus eſt, cùm accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum ueteris uitæ pœniteat, nouam inchoare non poteſt. Ab hac pœnitentia cùm baptizantur ſoli paruuli, immunes ſunt, nondum enim poſſunt uti libero arbitrio, quibus tamen ad conſecrationem, [m] remiſsionemque originalis peccati prodeſt [n] eorum fides, à quibus offeruntur. Altera uerò pœnitentia eſt,cuius actio per totam uitam iſtam, qua in carne degimus mortali,perpetua ſupplicationis [o] humilitate,ſubeunda eſt: quia primò nemo uitam æternam incorruptibilē immortalemque deſiderat, [p] niſi eum uitæ huius temporalis,corruptibilis, mortalis pœniteat. Non enim ſic quiſque in nouam uitam per ſanctificationem baptiſmi naſcitur, ut quēadmodum ibi deponit omnia peccata præterita, ita etiam ſtatim mortalitatē ipſam carnis, corruptionemq; uitæ deponat. Tertia uerò eſt actio pœnitētiæ,quæ pro illis peccatis [q] ſubeunda eſt,quæ legis decalogus continet,& de quibus Apoſtolus ait: Si.n. noſmetipſos [r] iudicaremus, à Domino non utiq; iudicaremur. [ſ] & infra. Eſt enim pœnitentia [t] humilium & bonorum fidelium pœna quotidiana, in qua pectora contundimus, dicentes: Dimitte nobis peccata noſtra, &c. Neq; ea dimitti nobis uolumus, quæ dimiſſa in baptiſmo non dubitamus: ſed illa utique, quæ humana [u] fragilitate quamuis parua, tamen crebra ſubrepunt: quæ ſi collecta [x] contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimunt, [y] ſicut unum

peccatorem uel peccatum:quia nullum peccatū eſt, de quo non poſsit quis pœnitere:ut j. de cōſecra.di.iiij.nemo.

a Exaggeret.id eſt, ſi maior fuit culpa maior ſit dolor de culpa,uel ſatisfactio pro culpa.

Matt.5.a b Maioribus.ſupra. xxiiij.q.j. non afferamus.

c FLeat. ſcilicet ſi manifeſtū fuerit crimē,& fleas ut pro te oret mater eccleſia. Lucæ 7.b

d Et culpam id eſt, pœnam culpæ ſi qua dignus es, poſt cordis contritionē per lacrymas & orationem ex toto deleas.

e Multi rogēt. Hoc etiam faciūt epiſcopi, cum uolunt ſuis nepotibus bene facere:& merito, quia perſonam Chriſti gerunt.xxj. diſtinct.in nouo. Gene.3.d

f ADam poſt. Statim. Arg. quod ſententia lata, ſtatim executiōi mādanda ſit: ut not. ſ. ij.q.j.ſicut.xj.q. iij. cum apud.

g TRes. Hæc eſt quinta pars diſtinctionis in qua ponit magiſter, quæ ſunt genera peccatorum. Ioan. de Fan tu. Hug. autē ſic ponit hunc caſum. In hoc capit. oſtendit Augu. tria eſſe genera,ſiue ſpecies pœnitentiæ. Vnum genus eſt ante baptiſmum de peccatis mortalibus: ſecundum eſt ante & poſt baptiſmū ď peccatis mortalibus: poſtea oſtendit,quod ſicut uenialia quotidie ſubrepunt, ita quotidie ſunt deflenda per aliquam ſatisfactionē: quia ſi multa collecta fuerint ſimul,ita grauabunt ſicut unū mortale.

Pœnitentia tribus modis agitur. h Actiones. Id eſt, tribus modis agitur pœnitentia, ſcilicet ante baptiſmum:ut j.de conſe.di.iiij.agunt homines. poſt baptiſmum de mortalibus peccatis, & quotidie de uenialibus. j.di.iij.de quotidianis.

i Vna eſt. Quæ fit ab adultis cum baptizantur, uel ante.

k Parturit. Proprie ponitur hoc uerbum parturit. cum enim homo iam proponit & meditatur quod baptizari uelit agere pœnitentiam incipit. quæ pœnitentia nouum hominē parturit.id eſt,in nouum hominem: id eſt, de eo uetuſto prius culpæ uetuſtatem habente, facit nouum hominem, id eſt, gratiæ nouitatem habentem.de conſecr.diſt.iiij.non dubito. Pœnitentia nouū hominem parturit.

l Omnis. j. de conſecr.diſt.iiij. omnis qui.

m Ad conſecrationem.id eſt,ſanctificationem uel ſatisfactionem.

n Prodeſt. id eſt, ſacramentum collatum in fide eorum. Vel prodeſt quia offerunt eum.

o Supplicationis. quia ſemꝑ debemus ſupplicare, ut ab eo liberemur.

p Deſiderat. Cum effectu.

q Peccatis. Pro mortalibus. 1.Co.11.g

r Si enim nōſmetipſos. pœnitēdo, affligendo, damnando nos de peccato.

ſ Iudicaremur. id eſt,puniremur ad pœnam.

t Eſt enim pœnitentiæ. modo redit ad ſecundum articulum. Lucæ 11.a

u Quæ humana. j. diſt.iij.c. incaſſum. §.ſed uerba. & c.de quotidianis.

x Collecta. ſecundum illud, Et quæ non proſunt ſingula,multa iuuāt. Hy- [redacted] arg.ff. ex quib. cau. ma. necnon. §.ſi quis ſæpius. & ff.de pac. l.ſi plures.arg. contra.ff.de iuriſdi.omnium iud.l.ſi idem. C. de iudi.ſancimus.§.penul.

y Et opprimēt. [redacted]

Veniale ſi placet, eſt mortale.

[redacted]

a Ieiunia.ſcilicet le nia:uel propter hæc, ſcilicet omnia.

Peccatū & delictū an ſint idem.
Matt.6.b

b SI peccatum. hic dicit peccatum, inferius idē uocat delictum, & ita indifferēter utitur his uocabulis Gregor. quod & in communi uſu loquēdi ſit. Auguſt.tamen in quæſtionibus Leuitici differentiam notat dicens: Declinare à bono eſt delictum, & eſt peccatum facere malum. unde apparet, quod peccatum mali eſt perpetratio. nam & opus eſt. j. diſt. iij. inter hæc hircum. delictum enim eſt boni deſertio. quid eſt aliud delictum, quàm derelictum? Vel delictum appellatur propriè, quod ignoranter fit iuxta illud? Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias, &c. peccatum uero quod ſcièter.

c Punit. j. eadem diſt. c. ſi cui. §. item ſicut. & cap. porro. infra eadem diſt. §. quæcunque.

ADDITIO.

Poteſt dici, quod peccatum ad prolationem corporis refertur, iniquitas uero ad mētis acerbitatem. præcedit iniquitas. ſequit̄ peccatum: ſed grauior eſt iniquitas tanquam materia. Archi.

2.Re. 12. d

d Cum homine. Id eſt, per hominem tanquam miniſtrū: ut per hoſtem.argu. xxiij.quæ.v.c.remittuntur.xv. quæſt. j. nec is. uel cum ipſo homine, id eſt, cum homo punit ſe ſuffi-

aliquod grande peccatū. Quid enim intereſt ad naufragium, utrum uno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentium culpam derelicta atque cōtempta impleat nauem, atque ſubmergatur? Propter hæc ieiunia, a eleemoſynæ, & orationes inuigilant, in quibus cùm dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, &c. manifeſtamus nos habere, quod nobis dimittatur, atque in his uerbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiam nō ceſſamus.

Item Gregorius.

CAN. LXXXII.

6 SI peccatum b Dauid Dominus trāſtulit tā deteſtabile, quid eſt, quod poſt omnia, quæ de eodem peccato per prophetam à Domino ei dicta ſunt, poſtmodum tanta tolerauit? Sed & proculdubio Dominus delictum ſine ultione non deſerit. Aut enim ipſe hoc in ſe penitus punit, c aut hoc Deus cum homine d uindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur: quia nullatenus ſine uindicta laxatur. e Sicut enim Dauid audire poſt confeſsionem meruit, Dominus tranſtulit peccatum tuum: & tamen poſt multis cruciatibus f afflictus ac fugiēs reatum culpæ, quam perpetrauerat, exoluit: ſic nos ſalutis unda à culpa primi hominis abſoluimur, ſed tamen reatum huius eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quoque adhuc carnaliter obimus: g quia delicta noſtra ſiue per nos, h ſiue per ſemetipſum i reſecat etiā cum laxat. Ab electis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere, quas in perpetuum non uult in eis uidere.

Item Auguſtinus. †

CAN. LXXXIII.

SIcut primi k homines poſtea iuſtè uiuēdo meritò creduntur per Domini ſanguinem ab extremo iudicio liberati, tamen non in illa uita meruerunt ad paradiſum reuocari: l ſic & caro peccati, etiam ſi remiſsis peccatis homo in ea iuſtè uixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam contraxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis inſinuatū eſt de patriarcha Dauid in libro Regum, ad quem propheta cùm miſſus eſſet, eique ob peccatum quod admiſerat, euentura mala comminaretur, confeſsione peccati ueniam meruit, m reſpondente propheta, quòd illud ei flagitium facinusq́; dimiſſum ſit, & tamen conſecuta ſunt, quæ Dominus comminatus fuerat: ut ſic humiliaretur à filio. n quare & nunc dicitur, o ſi Deus propter peccatum illud fuerat comminatus ut ſic humiliaretur à filio: cur dimiſſo peccato, quod erat ei comminatus, impleuit, niſi p quia rectiſsimè, ſi dictum fuerit. Reſpondetur remiſsionem illam peccati factam, ne homo ad percipiendam

cienter.

e Laxatur. j. ead. di. c. omnis. §. alij contra. & cap. nullus de bite.

f Cruciatibus. j. ea. di. §. non ſunt. & ca. quem pœnitet.

g Obimus. alias luimus, id eſt, propter peccatum Adæ mortem carnis incurrimus, & alias pœnalitates ſuſtinemus. †

† De conſe.di.4.nō ex quo.

g Obimus. Id eſt, neceſsitati mortis ſubijcimur.

† ca. 34. lib. 2. de peccatorū meritis & remiſsione.

h Siue per nos. Cum pœnitentiam agimus.

i Siue per ſemetipſum. in baptiſmo. j. de conſe. di. iiij. ſine pœnitentia.

k SIcut primi. Per primos homines, & per Dauid oſtenditur, q̄ licet per pœnitentiā uel baptiſmum nobis dimittantur peccata, tamen poſtea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonē & exercitium.

Mors & aliæ pœnalitates p̄ pctō originali ſūt inflictæ.

l Reuocari. Eodem modo quo primo fuerant, cū non ſubiacebant morti & alijs pœnalitatibus ſibi poſtea inflictis. 2

2 Tunc enim erat homo potens non mori, ſed poſt reſurrectionē eſt nō potēs mori. Petr.

m Meruit. i. obtinuit. q. d. talis fuit confeſsio: cui data eſt uenia. ſimi. viij. di. conſuetudo.

n A filio. id eſt, per filium Abſalonem. diſt. xlvij. cap. ſicut. §. neceſſe, gloſ. eſt ſimi. in l. ſeruo legato. §. j. ff. de le. j.

o Et nūc dicitur. id eſt, obijcitur à quibuſdam hæreticis, qui dicebant peccata in contritione quantum ad uitam æternam non poſſe dimitti.

p Niſi. quaſi dicat, ſi quæritur niſi, id eſt, ſed: quia rectiſsimè ſi dictū fuerit, id eſt, ſi quæſitum. reſpon. uel eſt ibi ſic, & tunc ita, niſi, id eſt, ſed quia rectiſsimè ſic dictū fuerit

fuerit quaſi: quia rõnabile eſt, quod ita riđetur, &c. & quod niſi ponatur pro ſed, inuenitur xxxviij. diſtinct. cap. ſedulo.

a Impediretur. Non ut per hoc temporalem pœnam euitet. arg. xxiij. q. iiij. c. ſi is.

m Extra. ꝟ. xj. q. iij. illud plane.

n Medicamenta. Quia per illa aug[illegible] confirmantur & conſeruantur.

o Authoritate. ꝟ. ea. diſt. ſunt qui ar[illegible] facilius. ADDITIO. Dic ut no[illegible]

uitã impediretur [a] æternam: ſubſecutum uerò illud cõminationis exemplum, ut pietas hominis etiam in illa humilitate [b] exerceretur [c] atque probaretur. Sic & mortem corporis, propter peccatum Deus homini inflixit, & poſt peccatorum remiſsionem propter exercendam iuſtitiam nõ ademit. [d]

Idem in homilia de pœnitentia. †

Doloris mẽſura, potius quàm temporis in actione pœnitentiæ conſideranda eſt.

CAN. LXXXIIII.

7 IN actione [e] pœnitentiæ ubi tale [f] commiſſum eſt, ut is, qui commiſit, etiam à Chriſti corpore ſeparetur, non tam conſideranda eſt mẽſura [g] temporis, quàm doloris. Cor enim contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Verum quia plerunq; dolor alterius cordis, occultus eſt alteri, [h] nec in aliorum notitiam, niſi per uerba [i] uel quæcunq; alia ſigna procedit, cum ſit coram illo, cui dicitur: Gemitus meus à te non eſt abſconditus, rectè conſtituuntur [k] ab his, [l] qui eccleſiæ præſunt, tempora pœnitentiæ: ut ſatisfiat ẽt eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata. Extra [m] eã quippe nõ remittũtur. Ergo cùm tanta eſt plaga peccati, atq; impetus morbi, ut medicamẽta [n] corporis & ſanguinis Domini differenda ſint, authoritate [o] antiſtitis, debet ſe quiſq; ab altario remouere ad agendam pœnitẽtiam, & eadem authoritate reconciliari.

Idẽ in eadẽ Homilia. †

CAN. LXXXV.

IVdicet ſeipſum homo uolũtate dũ põt, & mores conuertat in melius: ne cùm iam non poterit, præter uoluntatem à Domino iudicẽtur, & cũ in ſe protulerit ſæuerisſimæ [p] ſuiam medicinæ, ſed tamẽ utiliſsimæ, ueniat ad antiſtites [q] per quos illi claues [r] in eccleſia miniſtrãtur tanquam bonus iam incipiens eſſe filius, maternorum [s] membrorũ ordine [t] cuſtodito, à præpoſitis [u] ſacramentorum accipiat ſatisfactionis ſuę modum, in offerendo ſacrificio contribulati cordis, deuotus & ſupplex: id tamẽ agat, quod non ſolũ ipſi proſit ad recipiendam ſanitatem, ſed cæteris [x] etiam ad exemplum: ut ſi peccatum eius non ſolùm in graui eius malo, ſed etiam in tanto [y] ſcãdalo aliorum eſt, atq; hoc expedire utilitati eccleſiæ uidẽt antiſtiti, in notitia [z] multorum uel coram totius plebis multitudine, agere pœnitentiam non recuſet nec reſiſtat, nec lethali & mortiferæ plagæ ꝑ pudorẽ addat ti-

Pœnitentia quare pro peccato imponitur.

b Humilitate. Imponitur ergo pœnitentia pro peccato: ut humilitas exerceatur, & ne diſciplina eccleſiæ deſeratur. xxiij. q. v. cap. excõicatorum. & ut ſatisfaciat eccleſiæ, quæ ſcandalizata eſt. ꝟ. ead. c. iudicet. & ad cautelam quinquag. diſtin. c. presbyteros. xxxiiij. q. ij. in lectum.

c Exerceretur. ꝟ. di. iij. §. hæc de charitate. & capitu. productior.

† ca. lxv. in enchiridio.

d Ademit. Argum. quod licet deſtruatur principale, remanet acceſſorium. argu. extra de conuer. coniug quidã. extra de ſponſa. ad audientiã. ff. de conſtitu. pecu. item. §. j. C. de prædi. mino. & ſi is. ff. de mino. in cauſæ. ij. Argumen. contra. ff. de regu. iur. l. cum principalis. & C. de legi. & conſtit. non dubiũ. C. de uſur. l. eos.

Pſal. 50.

e IN actione. Hæc eſt ſeptima pars diſtinct. in qua dicitur, quod ubi pœnitentia non ſtatuitur à canone, relinquit arbitrio boni uiri: quia Deus inſpicit magis menſuram laboris, id eſt, cordis quàm temporis. Io. de Fant.

Pſal. 37.

e In actione. i. in agenda ſatisfactione, ut ꝟ. de conſecra. diſt. iij. de pœnitentibus.

f Vbi tale infra de conſec. diſt. iij. de pœnitentibus.

g Menſura. ꝟ. ea. mẽſuram.

h Occultus eſt alteri. ꝟ. xxiiij. quæſt. iij. Deus quando.

i Per uerba. ſupra xxij. q. ij. is autem. & quæſtio. v. humanæ. ff. de ſup. leg. l. Labeo. §. j. & extra de ſponſal. cum apud.

k Conſtituuntur. id eſt, præfiguntur.

l Ab his. ꝟ. xxj. q. ult. tempora.

Pœnitentiæ ordo.

[illegible] Iudicet. [illegible] [illegible] ſeruãdus [illegible] da pœnitentia. Primò. n. debet quis cõteri. ꝟ. eo. c. ſufficit. deinde ſe dãnare & redarguere, & proponere in corde confiteri, & ſatisfacere ad arbitrium eccleſiæ, & poſtea ueniat ad ſacerdotẽ, & ab eo accipiat pœnitẽtiam, & ſi crimẽ eſt publicum unde ſcandalum ortũ ſit, publice recipiat & agat pœnitentiam. Indicet, Id eſt, condemnet.

Sermo 50.

Verſus

p Sæuerisſimæ. Vnde, Sæpe tulit lapſis ſuccus amarus opẽ.

q Ad antiſtites. ꝟ. vj. q. iij. denique. ar. ꝟ. xviij. q. ij. Abbas.

r Claues. qui uult pœnitentiam accipere, ueniat ad ſuũ ſacerdotẽ, qui eũ ligare poterit & abſoluere: non ad alienũ: ut extra de pœn. & remiſsio omnis utriuſque.

s Maternorum. id eſt, filiorum eccleſiæ.

t Ordine. De quo ordine habes. ꝟ. ea. q. ij. admonere. xij. q. ij. de uiro. uel ordine illo quem expreſsi in caſu.

u A præpoſitis. Scilicet à ſacerdotibus, qui præponuntur ſacramentis miniſtrandis.

x Cæteris. Hoc quando crimen eſt publicum prout ſequitur.

y In tanto. id eſt multo.

z In notitia. De notorijs & enormibus peccatis intelligitur hoc. argumen. ſupra xxvj. quæſt. ſexta. cap. ultimo.

Multi.

morem. Multi enim corrigũtur, ut Petrus: multi [a] tolerantur, ut Iudas.

Idem Hieronymus.

Mortificatio uitiorum, magis quàm abſtinentia ciborum pœnitenti neceſſaria eſt.

CAN. LXXXVI.

MEnſurã autem temporis in agẽda pœnitentia idcirco non ſatis apertè præfigunt canones pro unoquoque [b] crimine, ut de ſingulis dicãt, qualiter unũquodq; emẽdandum ſit, ſed magis in arbitrio [c] ſacerdotis [d] intelligentis relinquendũ ſtatuunt: quia apud Deũ non tam ualet menſura temporis, quâm doloris, [e] nec abſtinentia [f] tantum ciborum, quantum mortificatio uitiorum. Propter quod ipſa tempora pœnitentiæ pro fide & conuerſatione [g] pœnitentium abbreuianda præcipiunt, & pro negligentia [h] protelanda exiſtimant: tamen pro quibuſdã culpis [i] pœnitentiæ modi ſunt impoſiti.

Item Ioannes Chryſoſtomus.

CAN. LXXXVII.

QVis aliquando uidet clericũ citò pœnitentiam agentem, & ſi deprehẽſus [k] humiliauerit [l] ſe, nõ ideo dolet q̃a peccauit, ſed ideo confunditur, quia perdidit gloriam [m] ſuam.

§ *His authoritatibus aſſeritur, neminem ſine pœnitentia et cõfeſſione propriæ uocis à peccatis poſſe mundari. Vnde præmiſſę authoritates, quibus uidebatur probari ſola contritione cordis ueniã præſtari, aliter interpretãdæ ſunt, quã ab eis exponantur. Negationem nanq; Petri ſecuta eſt ſatisfactio lacrymarũ, & trina cõfeſſio dominicę dilectionis, qua penitus deleuit peccatũ trinę negationis.* [n] *Nõ ergo neceſſaria ſibi erat certa ſatisfactio peccati, cuius totũ uitę tempus* [o] *obediẽtiæ impendebatur ſui cõditoris. Imitabat̃ eñ illud propheticum: Declina à malo, & fac bonum. et illud Eſaię: Derelinquat impius uiã ſuã, & uir iniquus cogitationes ſuas, etc. Amplius horum nihil à peccatore exigitur. Nõ ergo illa authoritate Leonis* [p] *papæ ſatisfactio pænitẽtiæ ne-*

Luc. 22. f

Pſalm. 39

Eſaiæ. 55 b

---

a Multi. Supra ſecunda, quæſtione prima multi.

MEnſurã. CASVS. *Hug. ſic ponit hunc caſum. Hic Hiero. reddit cauſam, quare in unoquoque crimine non eſt determinatum tempus pænitentia: quia apud Deum non tantũ ualet menſura temporis quantũ doloris, et ideo relinquitur arbitrio ſacerdotis, qui prout uiderit expedire, aſſignat tempus breue uel prolixũ. ſed ne ignoret ſacerdos modũ imponẽdi pœnitentiã in quibuſdã criminibus modi et tẽpora pænitẽtia ſunt determinata. Sequens autẽ cap. ſ. quis aliquando planum eſt.*

b Pro unoquoque i. pro genere cuiuſlibet criminis.

c In arbitrio. i. in arbitrio ſacerdotis eſt relictum, ſtatuere tempus pœnitentiæ. argu. ff. de iure delib. l. j. ĩ. xxvj. q. ult. c. tempora.

d Sacerdotis. Hoc tamen cũ pœna nõ eſt expreſſa: quia cũ pœna eſt expreſſa, illã debet imponere. ex̃. de off. iud. delega. de cauſis. j̃. diſt. v. c. falſas. ex cauſa tamẽ aggrauare poteſt & mitigare. argum 50. diſt. de his. Quid ſi inique arbitratus eſt, & minorem pœnam imponat quâm debeat? ſi eſt ordinari[a] eius iudex ſiue ſacerdos curatus & diſpenſandi animo hoc facit, ſufficit illa licet modica ad delendum peccatum: ſi per errorem, & ab iſto pœnitente credebatur peritus, ſufficit illa minor pœnitẽtia ad delendũ peccatũ, & oẽm pœnã alterius uitæ, dummodo pœnitẽs qui eã recipit maiorem ſuſcipere paratus eſſet, ſi ſibi imponeretur. argu. j̃. ea. diſt. quem pœnitet. uerſ. ſæpe. ſi autem credebat eum imperitum, in culpa eſt, nec releuabitur hac ſola pœnitentia. idem iuris eſt ſi ad alium iuit, non ad ſuũ medicum cum ſuus ſacerdos eſſet peritus: quia eo caſu in culpa iuit ſi autem ſuus ſacerdos nõ erat peritus, & ideo iuit ad alium: quia hoc ſibi licet. j̃. diſt. vj. placuit. & ille malę eſt arbitratus, dic ut dixi in ordinario.

Pœnitentia minor an liberet pœnitentem.

e Doloris. Vnde & tantam contritionem poſſet ſacerdos perpendere in homine, quod nullam ſatisfactionem exteriorem ei imponeret.

f Abſtinentia. j̃. de conſec. diſt. v. ieiunium. ĩ. diſtinctio. lxxxvj. quid prodeſt.

g Conuerſatione. ĩ. xj. q. iij. plerunq;.

h Negligentia. ſ. 50. diſtinctio. de his clericis. ĩ. xxvj. qõ. vij. ſacerdos.

i Culpis. Vt in fornicatione ſacerdotis cum filia ſpirituali. xxx. quæſtio. j. ſi quis ſacerdos. ſupra lxxxij. diſtinctione. c. presbyter. & in multis alijs.

k QVis aliquando. Deprehenſus. in aliquo peccato.

l Humiliauerit. Id eſt, humiliatus apparuerit.

m Gloriam. i. laudem & famam, qua ab hominibus laudabatur, quia credebatur eſſe bonus. & ita habes ex hoc capitulo quod clerici deteriores ſunt laicis. viij. qõ. j. qualis. ſic & monachi deficiẽtes omnibus ſunt deteriores. xlvij. diſt. quantumlibet. & ĩ. xxiiij. q. iij. transferunt. unde etiam dicitur, a ſanctuario meo incipite, ut ĩ. l. diſt. & purgabit. & hoc deſtruit eccleſiã uehemẽter ut viij. q. j. qualis.

Clerici deteriores ſunt laicis.

Monacho malo nihil deterius.

§ His authoritatibus. Hæc eſt octaua pars diſtinct. quæ diuidit̃ in tres partes. In prima recapitulat canones in prima parte poſitos, & poſitis ipſorũ canonũ principijs dicitur qualiter ſunt intelligendi. Secunda ibi, Econtra authoritas, Tertia ibi, Econtra ea Ioan.

n Negationis. Vnde quidam dicunt, quod negando ter peccauit, triplex amor expiauit, & trina confeſſio. vj. quæſt. j. imitare.

o Totum uitæ tempus. Eſt hic argum. quod intranti monaſterium nõ eſt imponenda pœnitentia de peccato ante commiſſo: quia nec Aſtulpho imponitur ſi intrat monaſterium. arg. ĩ. ea. q. ij. admonere. & hoc propter continuationem pœnitentiæ & exercitij, quę in monachis exiguntur. arg. xvj. quæſt. j. vos. extra de ſentent. excom. cum illorum. & argum. opti. extra de voto & uoti redempt. ſcripturæ.

Monaſteriũ intranti an ſit pœnitẽtia imponenda.

p Leonis. ĩ. ea. diſt. c. noluiſſent. §. ex his omnibus. &

cap. ſufficit. Magnum ſaltum fecit hic Gratia. quia cum deberet inſerre authoritatem Ambroſij de Petro propoſitam illam ſcilicet, Petrus. ſ. ea diſt. circa princip. infert authoritatem Leonis quam induxit ſ. ea. §. ex his omnibus. & pro alia parte. tionem, primã ſcilicet de occulto crimine, quod ſufficit confiteri ſoli Deo per ſacerdotem, nec in publico neceſſe eſt illud confiteri, & hanc ponit ibi ſecreta, &c. ſecundã, quod intelligitur de crimine iam confeſſo ſacerdoti, quia illud ſoli Deo confiteri ſemper debemus, non uoce, ſed corde. & hãc ponit ibi, nec neceſſe eſt, &c.

gatur eẽ neceſſaria cuilibet delinquenti, ſed ei [a] tm̃ qui beatũ Petrũ imitatus, huic ſeculo penitus abrenuntiat, et cunctorũ uitiorũ fomitem in ſe funditus mortificat. Item illud Ioãnis Chryſoſtomi, Lauãt lacrymę delictũ, [b] quod pudor eſt confiteri. Et illud aliud qđ ſcribit in epiſtola ad Hebræos, Nõ tibi [c] dico, ut te [d] prodas in publicũ, neque apud alios te accuſes, [e] ſed obedire te uolo ꝓphetę dicẽti, Reuela [f] ante Deũ uiã [g] tuã. ergo tua cõfitere [h] peccata. Apud Deũ uerũ iudicẽ cũ oratione delicta tua ꝓnũtia, nõ lingua [i] ſed cõſciẽtiæ tuæ memoria, et tunc demũ ſpera te miſericordiã poſſe cõſequi. Si habueris peccata [k] in mẽte tua cõtinuè, [l] malũ nunquã aduerſum proximũ tuũ in corde tenebis, nõ ita intelligẽdũ eſt, ut ſi cõfeſſione oris peccata dicant poſſe dimitti, & ſine publica ſatisfactione. Secreta nãque peccata, ſecreta [m] cõfeſſione et occulta ſatisfactione purgãtur, [n] nec ẽ neceſſe ut q̃ ſemel ſacerdoti cõfeſſi fuerimus, denuò [o] cõfiteamur, ſed lingua cordis nõ carnis apđ iudicem uerũ, ea iugiter cõfiteri debemus. Hinc ẽt idem Ioannes Chryſoſtomus ait, Nũc aũt ſi recorderis [p] pctõrum tuorũ, et frequẽter ea ĩ cõſpectu Dei pronũties, et pro eis clemẽtiã eius depreceris, citius illa delebis. Si aũt nũc obliuiſcaris peccatorũ tuorũ, tunc eorũ recordaberis nolens, cũ in toto mũdo publicabuntur, et ĩ cõſpectu proferent oĩum tã amicorũ tuorũ, quàm inimicorũ, et ſanctorũ angelorũ, cęleſtiũq; uirtutũ. Nõ enim ad Dauid ſolũ dicebat, [q] Tu in ſecreto feciſti, ego.n. cũctis manifeſtabo: ſed etiã ad oẽs [r] nos hoc dicit. Similiter [s] et illud Proſperi intelligitur, Qui crimẽ [t] ſuũ ultrò cognoſcũt, et aut illud ꝓpriis cõfeſſionibus produnt, aut neſciẽtib. aliis, quales occulti ſunt, &c. aliis neſciẽtibus, i. occulta cõfeſſione iſtis peccatũ ſuũ cõfitẽtibus, nõ publicè illud manifeſtantibus.

Itẽ illud prophetæ, Dixi cõfitebor, et tu remiſiſti, i. remiſſibilẽ [u] iudicaſti ĩpietatẽ peccati mei.

Ita illud Auguſtini intelligitur, Magna pietas Dei, ut ad ſolã promiſſionem peccata dimiſerit, i. remiſſibilia indicauerit.

Idem. Votũ pro opere reputatur, cũ deeſt facultas. unde uotũ cõfeſſionis reputat̃ pro ope uocis, cũ deeſt facultas cõfeſſionis.

Per Io. Chriſoſtomũ. c. 12. homil. 31

Pſalm. 36.

2. Re. 12. b

Pſal. 31.

a Sed ei. Non dicit uerum, quia non negat. & eſſet neceſſaria pœnitenti exterior ſatiſfactio ſi ibi adſit facultas, ſed dicit ſufficit cõfeſſio quæ fit Deo, & ſacerdoti, ſi adeſt facultas.

b Delictum. Non uidetur cõgrua hęc ſolutio, contrarium magis innuitur. infra, eadem diſtinct. §. ulti. Hugo.

ADDITIO.

Alias ſimile ſecundum Lau. ſed Hug. in ſua gloſſa ponit idem, &c.

c Non tibi. Nunc primo inducit hanc authoritatem quæ uidetur facere pro alia parte, ut eam ſoluat.

d Ve te. i. tuum peccatum ſecretum.

e Excuſes. Alias accuſes te de illo crimine.

f Reuela. Lingua cordis, & non carnis unde ſubdit ante, &c.

g Viam. Id eſt, peccatum.

h Confitere. Sacerdoti. Vel in memoria ſemper habeas ea poſtquam confeſſus es ſacerdoti. In memoria dico, quo ad flendum, non quo ad agendum uel delectandum. unde ſubdit apud, &c.

i Non lingua. Tantum. uel non lingua ſecundũ aliã expoſitionem, ſcilicet ut intelligatur de peccatis iam cõfeſſis ſacerdoti.

k Peccata. Ea ſcilicet cũ dolore pœnitentiæ commemorando.

l Continue. ſ. diſt. lxxj. ualet cõtra.

m Secreta. ſ. ij. qõ. j. ſi peccauerit. ſ. xv. quæſtio. iij. de crimine.

n Purgantur. Duplicem innuit ſolu-

o Denuo confiteamur. In quibuſdam tamen caſibus tenetur pluries illud idẽ confiteri ſ. propter imperitiam ſacerdotum: quia ſi ſacerdos meus imperitus eſt, teneor confeſſionem ſibi factam alij diſcretiori propalare. j. diſt. vj. cap. j. & capitulo. placuit. Item pro contemptu ſatiſfactionis. argum. j. diſtinctio. iij. ſi Apoſtolus. Item pro enormitate delicti, ut ſi ſacerdos audito crimine, remittat eum ad ſuperiorem ut iterũ crimine expoſito pœnitentiam ſibi imponat. argu. extra de pœn. & remiſ. c. ſignificauit. argu. ſ. ea. quæſt. ij. latorẽ. Quartum etiam aſſignamus, qui tamẽ non eſt expeditus, puta pro diminutione confeſſionis: ut cum quis plura habet mortalia, & unum confiteretur. argu. j. diſtinct. iij. ſunt plures.

p Si recorderis. Supra diſtinctione lxxxj. ualet. contra. j. diſtinct. iij. §. ſiue autem quis. & cap. Iudas.

q Dicebat. Per Nathan in libro Regum.

r Ad omnes. Argumen. lxj. diſtinct. miramur. uerſic. ubi eſt.

s Similiter. ſ. ſine publica ſatiſfactione, & publica confeſſione.

t Qui crimen. ſ. ea. diſt. facilius.

u Remiſſibilem. Non bene ſoluit. hoc enim erat & ante. Vel hoc dicit propter ſequentẽ ſatiſfactionem. poterat cuim

Secus cũ crimen eſt publicũ, & manifeſtum, licet perſona ſit incerta. v. q. j. cap. ij. & illud ut puniat infamans, & alter ab infamia facti purgetur. ut ibi not. Hug.

Ibi loquitur de memoria ad delectãdum, quæ memoria eſt improbabilis. xv. qõ. j. mulier. hic loquitur de memoria ad flendũ, & hæc eſt laudabilis de hac et habet. j. di. iij. Iudas. ſecundum Hu. & Pet.

Confeſſio eiuſdem peccati quoque debet iterari.

Et nota q omnes authoritates, quas hic repetit Gr. poſitæ ſunt ſupra ſub illo §. hoc idem uſq; ad §. alij econtra.

enim eſſe, quod contemneret ſatisfacere, & tunc non remitteretur.

Ezec. 33. c

a Cuncta ſ. ead. §. hoc idem.

b Remiſsionis. Pœnæ temporalis, alias falſum diceret.

c Articulum. i. intellectum.

d Plenaria. quantum ad pœnam temporalem.

ADDITIO.

Alias non dicit uerum, ſecundum H.

Eſai. 45. d

e Reatu. Pœna ſcilicet temporali debita pro reatu.

Iohel 2. c

Econtra. Hæc eſt ſecunda pars octauæ partis diſt. ſecundũ Ioan. de Fan.

f Econtra. hic incipit iterum defendere ſuiam illã, q̃ dicit ſola cordis cõtritiõe peccata remitti.

g Authoritas. ſ. ea. §. his authoritatibus uer. non tibi dico. & uer. nunc autem.

h Proſperi. ſ. ead. facilius.

i Extorta. id eſt, extorte expoſita.

k Exhortationem. aliam reſponſionem ponit. j. uel ſi qua iubendo. tertiam. j. ea. §. hæc ergo.

l Confitemini. ſ. di. xxv. c. unũ. §. criminis. cõtra ſed hic minus bene dicit [1]

Gratia. quod corrigit. j. ea. §. econtra ea quæ. [2]

m Omnis ſ. ea. tres autẽ ſunt actiones.

n Gratia Dei. j. de conſec. diſtinct. iiij. ſine pœnitentia.

[1] Ad hoc j. ea. di. c. ult. uerſi. ſed tamẽ.

[2] Dicit Hug. q nõ eſt curãdum de ijs quę G. hic diſtinguit, ſz uideas quod not. j. ea. diſt. v. in ſumma. Archi.

[redacted]

Quæcunq;. CASVS. *Infert ergo Gratianus, & dicit quod quæ de pœnitentia facienda dicta ſunt, ad interiorem pœnitentiam, & non ad exteriorem ſunt referẽda. Poſtea exponit quãdam authoritatem Auguſt. quæ contraria uidebatur, & ad hanc ſuam expoſitionem Auguſti. inducit tres authoritates.*

o Quæcunque. Allegando dicit.

p Auguſtini. ſ. ead. di. c. omnis. §. alij. & ca. nullus.

q Pęnam. Saltem interiorẽ, ſcilicet cordis contritionem & dolorem.

Punire.

[3] Vnde dicit Hu. q nõ eſt uerũ qđ dicit quæcũque, ſed aliqua.

Item uoluntas remuneratur. nõ opus. ita intelligitur: uolũtas facit opus remunerabile nõ opus uolũtatẽ. Item illud. In quacunq; hora peccator conuerſus fuerit, &c. Cõuerti dicitur, qui oĩno uert. ẽ, cuius opus, uox & cogitatio ita mortificationi deſudat peccati, ſicut prius ſeruierat iniquitati. Ita et illud intelligĩt, Cõuertimini ad me, &c. Itẽ, Scindite corda ueſtra, et nõ ueſtimẽta: eis dicitur, q nulla interiori ſatisfactione præcedẽte, ſed ſola exteriori ſe Deũ poſſe placare confidunt. Itẽ cuncta, [a] *quæ de leproſis mundatis uel de Lazaro reſuſcitato inducũtur, ad contritionẽ cordis, nõ ad ueniã remiſſionis* [b] *referẽda ſunt. Obſtinatio.n. animi, & cõfeſſionis cõtẽptus, q̃dã mors eſt impietatis, & lepra ſuꝑbiæ: à qua quiſq; reuiuiſcit, dũ ſibi ꝑ gratiã dolor delicti & uotũ cõfeſſionis inſpiratur. Ad hũc ẽt articulũ* [c] *ꝑtinẽt ea, quæ de uiuẽtibus, uel ĩ luce ambulãtibus, uel dilectionẽ Dei habẽtibus, uel de habitaculis Spiritus sãcti factis. dicta ſunt: ut hæc oĩa quiſque dicat aſſecutus ex cordis cõtritione, quã habet, nõ ex plenaria* [d] *peccati remiſſione, quam nondum inuenit. Sicut enim in baptiſmo remittitur peccatum, & tamen eius pœna reſeruatur, ſic per contritionẽ cordis quiſq; à Deo reſuſcitari dicĩt, licet adhuc reatu* [e] *peccati teneatur. Non ergo præmiſſis authoritatibus uel argumẽtis, ſine cõfeſſiõe oris, & ſatiſfactiõe opis aliqs ꝓbaĩ à peccato mũdari.*

2 *Ecõtra* [f] *authoritas* [g] *ꝑs illa Ioãnis Chryſoſtomi et Proſperi* [h] *cõtra mẽtẽ authoris extorta* [i] *uidetur. Nõ.n. dicĩt, nõ dico tibi: ut te publicè accuſes, ſed nõ dico tibi, ut apud alios te excuſes. & ſic & Proſper nõ ait oĩbus: ſed ſimpliciter alijs neſciẽtibus. Vnde euidẽtiſſimè datur intelligi, q ſine cõfeſſione oris peccata poſſunt deleri. Ea uerò, q̃ ad exhortationẽ* [k] *pœnitẽtiæ & cõfeſſionis dicta ſunt, nõ huic ſuiæ contraire uidentur. Vel enim ſunt uerba exhortationis, uel iuſſiõis: ſicut illud, Cõfitemini* [l] *alterutrũ peccata ueſtra &c. Vel ſi qua iubẽdo ſunt dicta, nõ ad oris cõfeſſionẽ, ſed cordis: nõ ad exteriorẽ ſatiſfactionẽ, ſed interiorẽ referẽda ſunt. Eſt.n. pœnitẽtia alia interior, alia exterior. Interior pœnitẽtia ẽ illa, de qua Auguſt. ait: Oĩs* [m] *qui ſuæ uoluntatis arbiter cõſtitutus eſt, nõ poteſt inchoare nouam uitam, niſi pœniteat eum ueteris uitæ. Item de eadẽ, Petrus in actibus Apoſtolorũ legitur dixiſſe: Pœnitentiã agite, & baptizeĩ unuſquiſq; ueſtrũ:* Act. 2. f *Qđ de interiori pœnitẽtia. nõ de exteriori dictũ accipiĩ. De exteriori uerò pœnitẽtia Ambroſius ait, ſuper epiſtolã ad Romanos Gratia Dei* [n] *in baptiſmate nõ requirit gemitũ uel planctũ, nõ opus aliquod, ſed ſolã cõtritionẽ cordis: & omnia gratis condonat. Quæcunq;* [o] *ergo de pœnitentia iubendo dicta ſunt, nõ ad exteriorem, ſed interiorẽ referẽda ſunt, ſine qua nullus unquã Deo recõciliari potuit. Illud autẽ Auguſtini,* [p] *quo quiſq; negaĩ ueniã poſſe conſequi, niſi prius quãtulãcunq; peccati ſoluerit pœnã,* [q] *non huic ſententiæ inuenitur aduerſum. Nullus enim aſſerit à peccato poſſe mũdari, niſi peccati paſſus fuerit pœnã: ſed aliud ẽ peccatũ ſacerdoti cõfiteri, & eius arbitrio de pctõ*

ſatiſfacere, atq; aliud Deo corde cõfiteri, & ſecreta ſatiſfactiõe peccatũ in ſeipſo punire. [a] *Eſt.n.pœnitẽtia (ut ait Auguſt.) dolor cordis, quo qſq; in ſe punit qđ deliquit. De hac itaq; ſatiſfactione idẽ ait ĩ pſalmo qnquag.exponẽs, Quoniã iniquitatẽ meam ego cognoſco, tu ne punias: qa ego punio, ignoſce: qa ego cognoſco, nõ diſſimulo. & ĩ. Sic Deus miſericordiã dat, ut ſeruet ueritatẽ, ut nõ peccata* [b] *ei ſint impunita, cui ignoſcit. Ignoſcit.n.ſeipſũ puniẽti. miſericordia eſt, ꝙ homo liberatur, ueritas, ꝙ peccatũ punitur. Idẽ in Pſal.lxxxiiij. Veritas de terra orta eſt.* [c] *Id eſt, confeſſio de hoĩe ut ſe accuſet: & ſic iuſtitia de cælo ꝓſpexit, ut publicanus cõfitẽs rediit iuſtificatus. Iuſtitia ꝓſpexit, quaſi Deus dicat: Parcamus huic, qa non parcit ſibi. Ignoſcamus, qa agnoſcit.* [d] *De cælo ergo iuſtitia proſpexit, id eſt, à Deo data eſt iuſtificatio pœnitenti.*

Hęc ergo ſecreta ſatiſfactio leuiũ ſiue occultorũ criminũ Deo offerẽda eſt: nec ſine pœna relaxari ꝓbãtur, quæ ſic expiari credũtur. Ea uerò, quæ de publica ſatiſfactiõe, uel oris confeſſione dicũtur, in publicis & manifeſtis criminibus intelligenda ſunt. Peccata nanq; Nabuchodonoſor, q̃ propheta miſericordiis et eleemoſynis redimi ſuaſit, peccata quoque Niniuitarũ, q̃ publica ſatiſfactiõe expiata ſũt cũctis nota erãt. Et publica [e] *noxa (ut Aug. teſtatur) publico* [f] *eget remedio. Præmiſſis itaq; authoritatibus ꝓ manifeſtis criminibus manifeſta probaĩ offerẽda ſatiſfactio, & oris cõfeſſio. Latentia uerò peccata nõ ꝓbanĩ ſacerdoti neceſſaria cõfitẽda & eius arbitrio expiãda.*

§ *Ecõtra* [g] *ea, quæ in aſſertione huius ſñiæ dicta ſunt, partim ueritate nitunĩ, partim põdere carẽt. Sine contritione etenĩ cordis nullũ peccatũ poſſe dimitti, occulta uerò peccata ſecreta ſatiſfactione publica quoq; manifeſta pœnitentia expiari debere, firmiſſima quoq; cõſtat rõne obnixũ: porrò ſine cõfeſſione oris, ſi facultas cõfitẽdi nõ defuerit, aliquod graue delictũ expiari authoritati penitus probaĩ aduerſum. Qũo.n. ſecundũ authoritatẽ Leonis* [h] *papæ, ſine ſupplicationibus ſacerdotũ indulgẽtia neqt obtineri ſi ſine oris cõfeſſione à peccato poſſumus emũdari? Quis.n.ſupplicabit, pro peccato, quod neſcit?* [i] *Itẽ, Qũo* [k] *ſecũdũ Aug. fruſtrat claues eccleſiæ, qui ſine arbitrio ſacerdotis pœnitẽtiã agit, ſi ſine oris confeſſione, criminis indulgentiã impetrat? Item, Qũo* [l] *ſecundũ Amb. ius ligãdi & ſoluendi ſolis ſacerdotibus à dño credĩt eẽ permiſſum ſi quiſq; ſuo arbitrio, ſeipſum peccãdo ligat uel ſecreta pœnitẽtia ſecundũ Proſperũ* [m] *in ſeipſum ſñiam profert excõicationis, atque poſt ſatiſfactionẽ abſq; ſacerdotali iudicio, ſeipſum Deo uel altari eius reconciliat? Non ſunt hæc* [n] *ꝓmiſſis authoritatibus conſentanea, ſed multorũ exẽplis probanĩ aduerſa. filiã nãq; Archiſynagogi* [o] *turbis eiectis dñs ſuſcitauit,* [p] *non tamẽ niſi præſenti*

Dani.4. f

Ionæ 3. d Mat.12. d

Cõfeſſio oris neceſſaria eſt.

a Punire. j.e.di. iij. §.hæc de charitate. c.pœnitentia eſt.

b Peccata. ſ.ead.diſtin. ſi peccatum Dauid. ſ.ea. diſt.nullus debite.

c Orta eſt. Alias, Veritas de terra orta eſt. i. Chriſtus de Maria.xxxv. q.x.ca. fraternitatis.

d Agnoſcit. Peccatum ſuum.

Hæc ergo ſecreta. Casvs. *Infert nũc Grat. quod pro leuibus peccatis uel occultis, ſecreta eſt Deo ſatiſfactio facienda, pro manifeſtis uero peccatis publica. Qđ probatur exemplo Nabuchodonoſor, & Niniuitarum, & authoritate. Auguſt.*

Publica. ſ. 32. q. iij. nemo. ſ. ij. q. j. ſi peccauerit.

Publico. i. ſi tẽpus confeſſionis & ſatiſfactionis habuit.

Econtra. Hæc eſt iij. pars octauæ ptis di. ſecundum Ioan.

Casvs. *Nunc pro alia parte allegat Gratia. ſcilicet quòd confeſſio oris eſt neceſſaria, dicens quod ſupradicta partim pondere carent, & partim non: nam occulta peccata, ſecreta ſatiſfactione purgantur, publica uerò manifeſta pœnitentia purgantur, nullũ tamẽ graue delictũ, ſi facultas affuerit cõfitendi, ſine confeſſione purgatur. Quod probat tribus authoritatibus, ſcilicet Leonis, Auguſt. & Ambroſii, & uno exẽplo domini. & ad hoc inducit Grat. authoritatem Leonis. & licet ſit de §. iſto, tamen hũc caſum ſic ponas.*

g Econtra. Hic ponit Grat. uerã ſolutionẽ. ſ. qđ neceſſaria eſt oris confeſſio, ubi facultas eſt cõfitẽdi, & qđ pœnitentia debet agi authoritate ſacerdotis. & ad hoc probandum inducit factum dñi, qñ ſuſcitauit filiam archiſynagogi.

h Leonis ſ. e.diſ.§. alij.& c.multiplex.

i Quod neſcit. ar.ff. de acqui.poſ.l. poſſideri.§. Neratius. ff. de cõtrah.emp. in l. fundi.& e.ti.in l.qui fundum.§.fundi.

k Quomodo. ſ.e.di. §.alij.c. agite.

l Item quomodo. ſ. e.di.§.alij.& ca. agite.& c.uerbum.

m Proſperũ. ſ. ea. diſt.§.item ſicut. & cap.facilius.

n Nõ ſunt hæc. Quæ pro parte contraria dicta ſunt. ſ. quod ſine confeſsione oris peccata grauia dimittantur.

o Archiſynagogi. ſ. principis Iairi.

p Suſcitauit. j. ea. quẽ pœnitet. in fin.

arguit & in ſi. iudiciũ relinquit.

Secre-

¹ Ponit. Imo tãtũ

b' patre et matre puellæ, Petro quoq; Iac. et Ioã. pñte, uita reddita eſt. In quo moraliter ĩſtruimur ut ſecreta [a] peccata, q̃ p mortẽ puellæ intelligunt, nõ niſi ſupplicationib. eccleſiæ, quæ per patrẽ & matrem puellæ deſignantur, et ſacerdotũ miniſterio, qui per Petrũ et Ioãnem et cęteros intelligũtur, a domino exiſtimẽt dimitti. Itẽ in Leuitico. Qui domũ ſuã uel agrũ dño uouerit uel cõſecrauerit, nõ põt eã [b] redimere niſi ſiclo [c] ſanctuarij ſacerdote quoq; (nõ ipſo) ſupputãte [d] annorũ numerũ uſq; ad iubileũ. In quo ſitr docemur, qđ quicunq; domũ cõſciẽtię, uel agrũ cõuerſationis p pœnitentiã domino offerre, atq; pretio bonorũ operũ de uana uitę ſuę cõuerſatione ſeipm redimere uoluerit, nõ põt hoc facere, niſi ſiclo ſanctuarij, i. operibus pœnitẽtię ſacra ſcriptura pfixis. unde uenientib. ad ſe turbis, beatus Ioannes nõ ait ſimpliciter, facite pœnitentiã, uel fructus pœnitẽtiæ, ſed addidit, dignos, ut pro qualitate uulneris peccatorũ, qualitas offerat bonorũ operũ. Nõ enim par debet eẽ fructus [e] boni operis, eius q nihil uel parũ deliquit, atq; eius q grandia cõmiſit. Ille tanquã nullius criminis conſcius, uſum ſibi in rebus licitis præbet. Hũc tanquã multis agrauatũ ẽt à licitis [f] tẽperare oportet. In iubileo plena remiſsio preſtabatur. Vnde per eũ perfecta peccati remiſsio figurat. Sacerdos erga numerũ annorũ uſq; ad iubileũ ſupputat, cũ eius arbitrio pœnitẽtiæ tpa definiunt, quibus quiſq; plenã peccati remiſsionẽ inueniat. Nõ eñ (ſicut Iſichius ait ſuper eundẽ locũ) ſtatim poſt definitã pœnitẽtiam qſq; pctõ [g] plenè mundatur. [h] Cùm ergo ex premiſsis authoritatib. colligit, q tẽpora pœnitentiæ arbitrio ſacerdotis definiant euidẽtiſsimè apparet, ſine cõfeſsione [i] proprię uocis pctã nõ dimitti, qs.n. tpa pœnitẽtiæ alicui pfiget niſi primũ peccata ſua ſibi manifeſtare curauerit? Itẽ Taciturnitas [k] pcti, ex ſupbia naſcit cordis: ideo.n. peccatũ ſuũ qſq; celare deſiderat, ne iniquitas ſua alijs manifeſta fiat, ne talis reputet apđ hoĩes foris, qualẽ ſe iãdudũ exhibuit diuino cõſpectui q ex fonte ſuperbię naſci nulli dubiũ ẽ ſpecies etẽm ſupbię eſt, ſe uelle uideri iuſtũ q pctõr ẽ, atq; hypocrita cõuincitur, q ad limitationẽ pri-

a Secreta. Argumen. eſſe ſecreta quæ fiunt ſub præſentia quinque hominum.

Qui domũ ſuã. CASVS. Caſum hunc ſic breuiter pone. Primo ponit Grat. uerba Leuitici, et ſi nõ per omnia. Secundo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tamen eorũ, quæ hic dicũtur, nota quod ad literam ita erat in ueteri teſtamento, quòd ſi quis offerebat domum ſuã, uel agrum, uel uineam, uel aliquid aliud tabernaculo, et poſtea pœnitebat, ſi uolebat rem recuperare, addita quinta parte æſtimatio-

Leui. 27. b

nis, totius rei pretiũ perſoluebat tabernaculo, et rem recuperabat. et faciẽda erat hæc ſolutio ad ſiclũ ſanctuarij, qui maioris ponderis erat quam ſiclus uulgaris. Poſtquã autem conuenerat de pretio inter ſacerdotem, et eũ qui debebat redimere rẽ, retinebat emptor agrũ, uſque ad annum iubileum, quẽ tunc reſtituebat plene. Ille itaque qui non poterat rẽ redimere niſi ſiclo ſanctuarij, ſignificat peccatorem, qui ſe nõ poteſt redimere à peccato niſi operibus pœnitentiæ ſancta ſcriptura ſtatutis. Alia etiã moraliter exponuntur, ſicut uidebis in litera. Omnia aũt ſunt uerba Grat. uſq; ad cap. quẽ pœnitet. Iubileus quinquageſimus. & dicitur iubileus annus remiſsionis, quia eo anno debita remittebãtur: ſerui efficiebãtur liberi, et oĩa reuertebãtur ad ſtatũ priſtinũ.

b Eam. ſupra xvij. quæſt. iiij. ſunt.

c Niſi ſiclo. Siclus cõtinet xx. obolos. arg. ĩ. q. j. iudices. verſus, Tres ſiclos obolus, oboloe tres drachmas ſed octo Vncia fert drachmas, duodena dat uncia librã. Siclus habet ſeptem drachmas, obolo minus uno. — Verſus.

d Supputante. Id eſt, cõputante à tẽpore. ſ. redẽptionis, cũ quis redimebat ſecundũ qđ annus iubileus uicinus uel remotus erat, iuxta cõputationẽ ſacerdotis magis uel minus pſoluebat, iuxta modũ illũ, ut ſi ager recipiebat ſemẽtem xxx. modiorum, ſacerdos petere deberet quinquaginta ſiclos. Vel addebat quinta pars prætij, ut dixi.

e Fructus. Id eſt, pœnitẽtia: q̃ nõ tãta imponẽda eſt ei q̃ta magis peccãti. — Leuit. 25.

f Licitis. ĩ. xj. q. j. aliud. ĩ. e. §. ex his omnibus. & c. aliud.

Peccato. Hic colligitur, qđ toto tẽpore pœnitentiæ remittit peccatũ. arg. ĩ. ea. quẽ pœnitet ſicut ex toto tẽpore obſtructũ eſt, & c. ff. de minori. l. iij. §. j. quod uerũ eſt, quo ad pœnã, quo ad culpam remittitur in primo momẽto cõtritionis. — Peccatum quo tempore pœnitenti remittitur.

g Peccato. i. à pœna peccati.

h Mundatur. Quo ad exteriorem pœnam, ſcilicet temporalem, ut ĩ. ea. diſt. ſi peccatũ. & ĩ. ea. diſt. ſicut & primi.

i Confeſsione. Vnde Boethius in libro de conſolatione. Si operã medicantis expectas, oportet ut uulnus detegas tuum.

k Item taciturnitas. Hæc argumentatio de taciturnitate, nõ iuuat Gratianum. nam cum peccator, cui iam pecca-

peccatum eſt dimiſſum, tacet & contemnit conſiteri, hoc eſt iam aliud peccatum quàm primum.
a Vbi autem. ſ. xxij. quæſt. ij. cum humilitatis.

de ſol. inter artifices. & ex. de cle. nō reſi. quia nōnulli.
e Per ſcriptū. ſ. xxx. q. v. qualis. contra. ſed ibi non dicitur, quod ita accipiatur, ſed quod accepta in ſcripturis redigatur, ne detur obliuioni.
f Munus. Scilicet hircū. 1 i. pœnitentiā deſignatam per hircum.

Quem pœnitet. CASVS. *Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. Primo dicit, quod quilibet per ſeipſum debet confiteri ſacerdoti, et non per nuntium uel epiſtolam, ut ita maiori afficiatur uerecūdia, quæ partem pœnitētia releuat. Secundò dicit, quod qui uult confiteri, diſcretum debet eligere ſacerdotem cui confiteatur qui ſciat ligare & ſoluere. Tertiò quòd qui copiam ſacerdotis non habet, confiteatur, proximo, & ex deſiderio ſacerdotis ueniā conſequetur. Quartò dicit. quod ſi peccatū occultū eſt ſufficit referri in notitiā ſacerdotis. Si publicū eſt, eius cōfeſſio debet fieri publice in conſpectu eccleſiæ, ut eius precibus adiuuetur. Secunda pars ibi, Quare qui cōfiteri. Tertia ibi, Tanta itaque. Quarta ibi, Si peccatum. Ora, id eſt, peccata ore ad os mundantis: fortè de leproſis loquitur, quibus præcipit dominus ut ſe ſacerdotibus demonſtrarent.*

Luc. 17. d
Leuit. 8.

morum parentum, tergiuerſatione uerborū peccata ſua leuigare cōtendit: uel ſicut Cain peccatum ſuū reticendo, penitus ſupprimere quærit. Vbi autem [a] *ſuperbia regnat uel hypocriſis, humilitas locū habere non poteſt. Sine humilitate uerò alicui ueniam ſperare nō licet, nec ergo ubi eſt taciturnitas confeſſionis, uenia eſt ſperāda criminis.*

Probatur hoc idē authoritate Auguſtini, qui in lib. de pœnitentia ait.

CAN. LXXXVIII.

Qvem pœnitet, omnino [b] pœniteat, & dolorem lacrymis oſtēdat, [c] repræſentet uitā ſuā Deo per ſacerdotes, præueniat iudiciū Dei per confeſſionem. Præcepit enim dominus mundādis, ut oſtenderēt ora ſacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda eſſe peccata: nō per nuntium, [d] nō per ſcriptū [e] manifeſtāda. Dixit enim ora mōſtrate: & oēs nō unus pro omnibus, non aliū ſtatuatis nuntiū, qui pro uobis offerat munus [f] à Moyſe ſtatutum, ſed qui per uos peccaſtis, per uos erubeſcatis. Erubeſcētia enim ipſa partem habet remiſſionis. ex miſericordia [g] enim hoc præcepit [h] dominus, ut neminē pœniteret in occulto. In hoc em̄ qđ per ſeipm̄ dicit ſacerdoti & erubeſcētiā uincit timore [i] offenſi, [k] uenia fit criminis: fit enim ueniale [l] per cōfeſſionem. Quod criminale erat in operatione: & ſi nō ſtatim purgat, [m] fit tamen uitale [n] qđ commiſerat mortale. Multū enim ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcentiæ dominans nihil eorū quæ cōmiſerit nuntio Dei denegauit. Deus enim miſericors & iuſtus eſt, ſicut conſeruat miſericordiā in iuſtitia, ita & iuſtitiam in miſericordia. Opus enim eſt miſericordiæ peccanti [o] peccata dimittere, ſed oportet ut iuſtús miſereatur [p] iuſte. Oportet enim ut nō ſolū quid, [q] ſed in quo [r] doleat [ſ] cōſideret, [t] ſi dignus eſt: nō dico iuſtitia, [u] ſed miſericordia. [x] Iuſtitia enim ſola damnat, ſed dignus eſt miſericordia, qui ſpirituali labore [y] petit gratiam: orat enim mens patiēdo erubeſcentiā. & quoniam uerecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia. unde apparet: quia quāto pluribus [z] cōfitetur in ſpe ueniæ turpitudinem criminis, tanto facilius [a] cōſequitur gratiā remiſſionis. Ipſi enim ſacerdotes plus iā poſſunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus [b] enim remittunt, remittit

b Omnino. i. perfectè cōteratur de omnib. i. de omni peccato, & eius uarietate. j. di. v. cōſideret. & diſt. vj. qui uult.
c Oſtendat. Per exteriora enim præſumitur de interioribus. & hic, & ſ. diſtinct. 50. ſi quis diaconus.
d Per nuntiū. Et ita nō pōt hic per aliū, qđ per ſe pōt. ff.

g Ex miſericordia. i. miſericordiam repromittens.
h Hoc præcepit. Myſtice, ubi dixit, Vade, & oſtende te ſacerdotibus.
i Timore. i. propter timorem ſeruilem.
k Offenſi. ſ. Dei, quem peccando offenderat.
l Fit enim ueniale. ſ. e. di. §. alij. & c. ſ̄c pens. Veniale. i. dignum uenia. Vel fit. i. oſtēdit per cōfeſſionem eſſe ueniale. uel fit ueniale ſecundum aliā literā. i. ad uitā nō impendens.
m Purgatur. i. purgari nō vr̄ propter pœnā exteriorē exterioris ſatisfactionis q̄ adhuc reſtat. ſ. ea. diſt. ſi peccatū Dauid. j. ead. diſtin. ulti. §. ultimo.
n Vitale. i. eius pnīa cōfert ipetrat uitā.
o Peccāti. ſ. diſcrete & hoc ē qđ ſequitur ſed oportet, &c.
p Miſereatur. ſ. puniendo peccatum.
q Quid. i. propter qđ ſ. propter qđ peccatū.
r Sed ī quo. ſ. dolorē patiat. i. in pœna.
ſ Doleat. Scilicet pœnitens.
t Conſideret. Sacerdos.
u Iuſtitia. Si enim ſola iuſtitia reſpiciatur, nullus ſaluatur uel conſequitur ueniam criminis.
x Sed miſericordia. i. ut non puniatur æternaliter.
y Labore. Nihil enim carius emitur, quam qđ precibus impetratur, ut dicit Seneca. argu. ad hoc viij. qō. ij. illud. 3
z Pluribus. arg. j. diſt. vj. placuit. Argum. contra. ſ. diſt. ea. §. ex his. ſub illo. §. non ita.
a Facilius. Quia tot ſacerdotes obligat ad orandum pro ſe, quot ſacerdotibus confitetur, ut infra eadem. quamuis.
b Quibus. Arg. pro remiſſionibus, quæ fiunt ad poteſtates.

2 Qui ſignificat animā pœnitētem. j. ea. di. ij. inter hæc hircū. Archidia.

3 Et hic labor fit, per cordis contritionem.

Confiteri pluribus utile eſt.

dominus. Lazarum enim de monumento iam ſuſcitatum obtulit dn̄s diſcipulis ſoluendū, p hoc oſtendēs ptātem ſoluēdi cōceſſam ſacerdotibus. Dixit enim quodcūque ſolueritis ſuper terrā, [a] ſoluet & in cælis. hoc eſt, ego Deus & omnes cæleſtis militiæ ordines & omnes ſancti in gloria mea laudāt uobiſcum & confirmāt [b] quos ligatis [c] & ſoluitis [d] ſup terrā. non dixit quos putatis ligare aut ſoluere, ſed in quos exercueritis opus iuſtitiæ [e] aut miſericordiæ. [f] Alia autē opera ueſtra [g] in peccatores nō cognoſco. Quare qui confiteri uult peccata, ut inueniat gratiā, quærat ſacerdotē ſcientem [h] ligare & ſoluere, ne cū negligēs circa ſe extiterit, negligat ab illo qui eū miſericorditer monet & petit, ne ambo in foueam cadant, quàm ſtultus euitare noluit. Tanta itaq; uis cōfeſsionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos, cōfiteatur proximo. Sæpe enim contingit q pœnitens nō poteſt uerecundari corā ſacerdote, quem deſiderāti [i] nec locus [k] nec tempus offert. Et ſi ille [l] cui confitebitur, poteſtatem ſoluendi nō habeat, ſit tamē dignus uenia & deſiderio [m] ſacerdotis, qui ſocio cōfitetur turpitudinem criminis: mundati enim ſunt leproſi, dū ibāt oſtēdere ſe ſacerdotibus, antequā ad eos peruenirēt. Vnde patet Deū ad cor reſpicere, dum ex neceſsitate prohibētur ad ſacerdotes peruenire. Sæpe quidē eos quæ runt ſed ſani & læti dum quærunt, antequā ad eos perueniāt moriuntur: ſed miſericordia Dei eſt ubique, qui & iuſtis nouit parcere, etſi nō tā cito [n] ſicut ſi ſoluerentur [o] à ſacerdote. Qui ergo omnino cōfiteretur, & ſacerdoti meliori, quā poteſt confiteatur. Si peccatū occultum eſt, ſufficiat referre in notitiam ſacerdotis, [p] ut grata ſit oblatio muneris. nam in reſurrectione filiæ principis pauci interfuerunt qui uiderāt. Nōdum enim ſepulta erat, nondum extra portā ciuitatis delata, nondū extra domū in notitiā portata. Intus reſuſcitauit, quā intus inuenit: relictis ſolis Petro & Ioanne & Iacobo, patre & matre puellæ: in quibus figuraliter continentur ſacerdotes eccleſiæ. Quos aūt extra inuenit, animaduertendū eſt, quomodo ſuſcitauit. [q] Flebat enim turba poſt filium uiduæ. Fleuit Martha, & Maria pro fratre ſupplicātes. Flebat & turba quæ Mariā fuerat ſecuta, lacrymis Mariæ admonita. In quo docemur publicè peccantibus nō proprium, ſed eccleſiæ ſufficere [r] meritum. [ſ]

Item Leo Papa.

Sufficit illa confeſsio, quæ primum Deo, deinde ſacerdoti offertur.

CAN. LXXXIX.

Qvamuis plenitudo [t] fidei uideatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud omnes homines erubeſcere non ueretur: tamen quia non omnium [u] huiuſmodi ſunt peccata, ut ea quæ pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare, remoueatur improbabilis [x] conſuetudo, ne multi à pœnitētiæ remedijs arceantur, dum aut erubeſcunt, aut timent inimicis ſuis, ſua

---

[1] De quibus leg. & not. extra de pœnis. quod aūt. Archid.

teſtates, & ad alia. [1]

a Super terram. i. in eccleſia, quia extra eccleſiam nulla uera ſolutio uel ligatio fieri poteſt. ſ. j. quæſt. j. remiſsionem. xxiiij. quæſt. j. c. quicunque.

b Et confirmant. Eos iuſte ligatos eē.

c Quos ligatis. iuſte & miſericorditer, pœnis, pro peccatis impoſitis, & eos iuſtos eſſe ſolutos.

d Soluitis. Iuſte & miſericorditer à pœnis.

e Iuſtitiæ. Iuſta pœna ligandi.

f Aut miſericordiæ. aliquid de pœna relaxando uel aliquem communionē ſacramentorum reconciliando.

g Opera ueſtra. ſ. quod dimittatis per uos peccata.

h Scientem. ſi enim in eius parochia nō eſt diſcretus ſacerdos, eius qui præeſt cōſenſu talē adeat, [2] ut ĩ. diſt. vj. placuit. & extra de pœ. & remiſ. omnis.

[2] Dic ut dixi ſ. ea. iudicet. Archid.

i Quem deſideranti. alias quem deſiderat.

k Locus. ff. de exerci. l. j. in princ.

l Et ſi ille. ĩ. de cō ſecr. diſt. iiij. ca. ſanctum eſt in princ.

m Et deſiderio. ĩ. e. q. v. quod Deo.

n Etſi non tam cito. ſ. diſtin. l. ſi quis diaconus.

o Soluerentur. Ab eo quo ad pœnam temporalem.

p Sacerdotis. Deus quē nō fallit peccati qualitas. nec peccantis affectus, & xxiiij. qō. iij. Deus qn̄ uerā de pœnitente promit ſentētiā. ſed presbyter q mētem alterius nō pōt uidere talia cōfitentis uerba iudicat, qualia foris ſonant. unde indignum abſoluit frequēter, ut xxiiij. qō. iij. Deus & xxij. qō. v. humanæ. alioqui uerum non eſſet quod hic dicit: cū apud Deū nullas patiat ueniæ moras peccatoris conuerſio, ut xxvj. q. vj. his qui tempore. ſ. ea. diſt. multiplex. Vel hoc ad temporalem pœnā referat. licet enim peccatū dimittatur ne homo ab accipienda uita æterna impediatur, ut ſ. ea. ſicut primi. non tn̄ ſi peccato parcitur, pœna remittitur, qa nullatenus ſine uindicta relaxatur. ſicut patet in Dauid, ut ſ. ea. diſt. ſi peccatū.

Lucæ. 17. c

Peccatū quare dimittitur.

q Suſcitauit. Quid ſignificent iſti tres mortui, habes. ĩ. diſtinct. ij. ſup tribus.

Lucæ. 8. g

r Sufficere. Ad clariorem & plenā pœnæ tēporalis abſolutionem, ut ſ. diſt. c. multiplex. & cap. ſufficiat. & c. fleat. & ĩ. diſtin. v. conſideret. in fin. xiij. q. ij. tempus.

Lucæ. 7. b

ſ Meritū. i. authoritatem: quā uocat meritū, quia de merito charitatis ſuæ habet authoritatem ligandi & ſoluendi. argu. xl. diſt. c. j.

Ioan. 11.

Qvamuis plenitudo. Hæc eſt nona pars diſ. ſecundum Ioā. de Fant.

t Plenitudo. i. perfectio in fide.

u Quia nō omnium. Hæc negatio & ſequens æquipollent affirmationi. ff. de uerb. ſig. duobus. [3]

[3] quaſi dicat, imo multorū talia ſūt, quod ea timēt publicare. Petr.

x Improbabilis. ſecundum quam occulta peccata in publico cōfitebantur, cōpulſi ad hoc multi, propter quod pœnitētiā declinabāt.

Pro

factа reſerare, pro quibus [a] poſſunt legum per celli [b] cõſtitutione. Sufficit [c] enim illa confeſſio, quæ primũ Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiã poterunt prouocari, ſi populi auribus nõ publicetur cõſcientia cõfitentis.

Quibus authoritatibus, uel quibus rationũ firmamẽtis, utraque ſententia ſatisfactionis, & cõfeſsionis [d] innitatur, in mediũ breuiter [e] propoſuimus. Cui autem harum potius adhærendum ſit, Lectoris iudicio reſeruatur. Vtraque [f] enim fautores habet ſapientes, & religioſos uiros.

Vnde Theodorus Cantuarienſis archiepiſcopus ait in pœnitentiali ſuo.

CAN. XC.

Qvidam Deo ſolummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Græci. Quidam uerò ſacerdotibus confitenda eſſe percenſent ut tota ferè ſancta eccleſia. [g] Quod utrunque [h] non ſine magno fructu intra ſanctam fit eccleſiam: ita duntaxat, ut Deo qui remiſſor eſt peccatorum, peccata noſtra cõfiteamur, & hoc perfectorũ [i] eſt, ut cum Dauid dicamus: Delictum meũ cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sed tamen Apoſtoli inſtitutio nobis ſequenda eſt, ut cõfiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro inuicem ut ſaluemur. Confeſſio itaque quæ ſoli Deo fit, quod eſt iuſtorũ, purgat peccata. Ea uerò quæ ſacerdoti fit, docet [k] qualiter ipſa purgentur peccata. Deus nãq; ſalutis & ſanctitatis author & largitor, plerunque præbet hãc ſuæ pœnitentię medicinam inuiſibili adminiſtratione, [l] plerũq; medicorum [m] operatione.

Psal. 31.

Iac. 5.

DISTINCT. II.

I
ps *Qvia uerò de pœnitentia [n] ſemel cœpit haberi ſermo, aliquantulum altius repetẽdum uidetur, diuerſorum ſententias certis rationibus & authoritatibus munitas in medium proponentes. [o] Alij dicunt pœnitentiã ſemel tantum eſſe utilẽ. Vnica eſt enim, nec iterari põt. Si uerò reiteratur, precedens pœnitentia [p] nõ fuit. Et ſi de ſententia iudicis [q] eius [r] merito [ſ] peccata uidentũ eẽ remiſſa, apud tamẽ eius*

Nunquam

Pœnitentia nõ tollit pœnã ciuilem.

a Pro quibus. Accuſantibus, ſcilicet inimicis. non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis, argumentum xxxiij. quæſt. ij. admonere.

b Percelli. Si aliæ probationes ſunt, quæ ſufficiant cum huiuſmodi confeſsione. & eſt huic ſimile. xxij. q. v. hoc uidetur.

c Sufficit. ĩ. diſt. eadem. §. ex his omnibus. & capitulo ſufficit.

d Confeſsionis. An ſcilicet ſit neceſſaria uel non.

e Breuiter. Imo prolixe. Vel ideo dicit breuiter reſpectu multarũ authoritatum quæ de hac materia loquuntur.

f Vtraque. Hoc idem probabit Gratianus per ſequens capitulum.

g Qvidam Deo. Tota fere ſancta eccleſia. & ideo ei adhærendũ eſt. quia pluribus comprobatur. argumento. xix. diſtin. in canonicis.

h Quod utrunq;. Scilicet confiteri Deo & ſacerdoti.

i Perfectorum. Qui non habent niſi uenialia, unde nõ indigent oris confeſsione ſpeciali.

i Perfectorum. ĩ. ea. diſt. §. his authoritatibus.

k Docet. Id eſt, hoc eſt ſignũ ſacerdoti quod peccata dimittantur confitenti per contritionem. argum. ſupra eadem diſtinctio. §. hoc idem. & c. oĩs qui nõ diligit. ſicut cordis contritio eſt ſignum peccatori, quod gratia Dei dimiſit ei peccata: q̃a nemo, &c. ut de cõſecr. diſt. iiij. nemo.

l Adminiſtratione. id eſt, ſola contritione.

m Medicorum. Id eſt, ſacerdotum.

Qvia uerò de. Hæc diſtinct. diuiditur in ſex partes. In prima quarum probat (tamen ſuperficialiter) quòd pœnitentia ſemel habita, non inquinatur, & charitas ſemel habita, non amittitur, & de perfecta intelligitur. Secunda ibi, Ex præmiſsis. Tertia ibi, Hæc quæ. Quarta ibi, Elige. Quinta ibi, Illud autem. Sexta ibi, Charitas ergo. Ioã. de Fantu.

Charitas ſemel habita, utrũ poſsit amitti.

n De pœnitentia. Hic intitulatur ſecunda diſtin. in qua illa quæſtio tractatur, an charitas ſemel habita poſsit amitti. & eſt certum, ꝙ poteſt in uia peregrinationis amitti, quantumcunq; ſit perfecta. ut ĩ. eadem §. non eſt mirum. qđ probat authoritatibus & exẽplis. in patria autem ubi perfectiſsime iã habetur, non amittitũ. ĩ. ea. charitas. Hanc quæſtionem tractat hic Grat. occaſione alterius, quam hic ipſe in initio prælibauit. ſed in tertia diſt. eam proſequitur, an. ſ. pœnitentia reiterari poſsit. procedit ergo Gra. in hac diſt. hoc modo: Primo probat, quod pœnitẽtia nõ poſsit reiterari, uſque ad §. Item ſine charitate. ubi latenter ingreditur materiam huius diſtin. & probat charitatem ſemel habitam amitti nõ poſſe, uſque ad §. hæc quæ de charitate. ubi incipit authoritatibꝰ allegatis reſpondere, aſſerens illas de charitate perfecta eſſe intelligendas. & inde ſumpta occaſione gradus in charitate eſſe probat. uſque ad §. non eſt mirum ubi latenter aduerſam partẽ aſſumit, & quod charitas amitti poſsit, exemplis & authoritatibus oſtendit, vſque ad §. euidenter. ubi oſtẽdit hoc uerum eſſe, non ſolum de charitatis opere, ſed etiam de ipſa charitate, & hoc uſque in fi. diſtin. proſequitur.

o Proponentes. Abſolutus nominatiuus eſt.

p Pœnitentia. Quæ ualeat ad uitam.

q Iudicis. Qui pœnitentiam impoſuit.

r Eius. Dei uel ſacerdotis.

ſ Merito. Id eſt, ſecundum iuſtitiam. infra diſtinctione quarta. §. eorum.

a Nunquam. allegando dicit.
b Noli peccare. Id eſt, eſſe in propoſito peccandi. tamen aliter inducit allegando.
c SI quis ſemel notatus. Id eſt, depræhenſus.
d Vitio. Vel alio quocunque.

ex eius effectibus. & ſunt uerba Proſperi uſq; ad illud cap. item Beda. 1 Secũdo oſtendit, quod qui charitatem habet, facile peccatis reſiſtit: bonis omnibus abundat, & mundana contemnit, difficilia facile perficit. Subdit etiam quid ſit Deum diligere, & quid peruertere ordinẽ dilectionis. Tertio oſtendit, ad quid corpus noſtrũ ſit diligendũ, Quarto oſtẽdit, qualiter ſit intelligendũ, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et qui ſunt, qui diligũt Deum pluſquam ſe.

præſentiam, cui omnia futura præſentia ſunt, nunquã [a] habentur remiſſa: quia non eſt ſeruata illa ſñia ueri ſacerdotis: Vade, & amplius noli peccare. Itẽ, Ecce ſanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

Item ex octaua ſynodo.

Primam uitij cauſam nõ penitus extinguit, qui in illã poſtea recidit.

CAN. I.

SI quis ſemel notatus [c] fuerit inuidiæ uel contentionis uitio, [d] & rurſus in hoc ipſum inciderit, ſciat ſe primam [e] cauſam, ex qua inuidia uel contentio naſcitur, in interioribus medullis habere reconditam. [f] Oportet ergo eum per contraria atque diuerſa curari, id eſt, ꝑ humilitatis exercitium. Exercitia uerò humilitatis ſunt, ſi ſe uilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat. Ita nanq; arrogantiæ & humanæ gloriæ uitium euitari uel curari [g] poterit: ut in conſuetudinem humilitatis affectus ultra iam non incidat in arrogantiæ & uanæ gloriæ delictum, ſed in ſingulis huiuſmodi uitijs cura ſimilis adhibeatur. Item, Sine charitate, nulli adulto [h] peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando [i] peccaturus eſt criminaliter.

Vnde Auguſtinus ad Iulianum comitem.

CAN. II.

CHaritas, quæ deſeri poteſt, [k] nunquam uera [l] fuit.

Idem ſuper epiſtolam Ioannis.

CAN. III.

RAdicata [m] eſt charitas? ſecurus [n] eſto nihil mali procedere poteſt.

Item Gregorius in moralibus. †

CAN. IIII.

VAlida [o] eſt ut mors, dilectio. [p] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam ſemel ceperit, [q] à delectatione mundi funditus occidit. [r]

Item Proſper in libro † de contemplatiua uita.

CAN. V.

ij CHaritas [s] eſt (ut mihi uidetur) recta [t] uoluntas, & ab omnibus terrenis [v] ac preſentibus prorſus aduerſa, iuncta uerò Deo inſeparabiliter, [x] & ignita igne quodam Spiritus ſancti, à quo eſt, & ad quem refertur incenſa, inquinamenti [y] omnis extranea, corruptionis neſcia, nulli uitio mutabilitatis [z] obnoxia, ſuper omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa, affectionum [a] omnium potentiſsima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma [b] actionũ bonarũ, ſalus morum, [c] finis [d] cæleſtiũ præceptorum,

e Primam cauſam. Primam uitij cauſam in ſe penitus nõ extirpat, qui in idẽ poſtea recidit.

Ioan. 8. b
Ioan. 5. c

f Reconditam. Non ideo hoc dicit, quod ſemper ita ſit, ſed quod ita fuerit, eſt præſumptio, inuidia uel contentio iterata.

g Curari. ĩ. xxvj. q. vij. effectum. extra de depoſit. grauis. ĩ. de conſec. diſt. v. c. legimus.

h Adulto. ĩ. de conſecra. diſt. iiij. quomodo. & cap. ſolet. infra ead. diſt. capi. fugerat. & cap. non eſt. §. Romanos. & cap. tolle.

i Aliquando. Hoc allegando dicit, ut authoritatem inducat.

k CHaritas. Quæ deſeri poteſt id eſt, quam contingit deſeri uel de facili.

l Vera. i. perſeuerãs finalis, uel uera ad uitam ducens, id eſt, ad æternam beatitudinem.

m RAdicata. i. perfecta.

n Securus. Spei perſeuerantia, non rei præſentia: quia quilibet etiam imperfectus, timere debet ne charitatem amittat. xxxij. qõ. v. c. ſi. Paulus.

o VAlida. Verba Salomonis in canticis.

p Dilectio. id eſt, charitas perfecta.

q Ceperit. i. contingit uel conuenit, intellige de facili.

r Occidit. i. remouet à delectatione, ſicut mors remouet ab omni actu terreno, dicit lex. Mors omnia ſoluit, in authen. de nup. §. deinceps. colla. iiij.

Charitatẽ habẽs multa poteſt.

CHaritas. CASVS. *In hoc capit. i. commendat Proſper charitatem*

1 Sub. licet nõ ita continue contineãtur in lib. ſuo. Item quod ſæpe interponit eſt uerbum Gratiani ſecũdum Hugo.

† c. xxij. libr. x. ad c. xj. Iob.
Canti. 9. d

s Charitas eſt id eſt, ex charitate procedit recta uoluntas. 2 & eſt dictũ per cãm, ut illud. xxxvj. q. ſecũda tria. ut exponat charitas eſt. i. facit: alioqui non eſt uerum, cum charitas ſit habitus mentis, qui uoluntas non eſt uel motus uoluntatis. Similiter intelligitur aliud Auguſt. Charitatẽ uoco motum animi. dicitur ergo charitas uoluntas uel motus, quia ut ĩ. dicitur, eſt cauſa meritorum bonorum, ſicut & iniquitas cũ ſit habitudo mentis iniuſtæ. dicitur peccatum, quia ex ea eſt: ut ĩ. diſtinctio. iij. ille rex.

2 Id eſt, bonus motus, q̃ dicitur uoluntas, & charitas eſt cã, & facit ut uoluntas ſit bona, id eſt, uitæ æternę meritoria. unde ita dicitur cauſa meritorũ bonorum ſecundũ H.

† iij. cap. xiij.

t Recta. i. rectam uitam & dignam faciens uoluntatem.

v Terrenis. Secus eſt de charitate imperfecta, quã habens poteſt curare tẽporalia. arg. xij. quæ. j. habebat.

x Inſeparabiliter. id eſt, non de facili ſeparatur.

y Inquinamenti. ſcilicet mortalis.

z Vitio mutabilitatis. id eſt, mutabilitati in uitium.

a Affectionum. i. bonarum uoluntatum.

b Summa, id eſt, perfecta.

c Salus morum. Id eſt, ſalutiferos faciẽs mores.

d Finis. id eſt conſummatio, uel quia præcepta finaliter docet

mors criminum, uita uirtutum, a uirtus pugnantium, b palma uictorū, arma ſanctarum mentiū, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua c aliquis peccare d non potuit, e nec poterit, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus glorioſa in perſeuerantibus, uictorioſa in martyribus, operoſa f in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis uiuet. Item, Hæc eſt charitas uera germana g perfecta, quam excellentiorem h uiam i nominat k Apoſtolus ſanctus. Sicut enim ſine uia nullus peruenit quò tendit, ita ſine charitate, quæ dicta eſt uia, non ambulare poſſunt homines, ſed errare. † Item, Ergo ſi charitatem Deo exhibeamus & proximo, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, facilè peccato reſiſtimus, bonis omnibus abundamus, ſeculi blandimenta contēnimus, & omnia quæ difficilia l ſunt humanæ fragilitati uel aſpera, ēt cum dilectione perficimus, ſi tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ab illo eſt, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis uiribus diligamus. Ex ea. n. parte quis peccat, ex qua minus m diligit Deum: quoniam ſi ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis unde peccati deſiderijs ſeruiamus. Et quid eſt Deum diligere, niſi illi copulari, animo, concipere fruendæ uiſionis eius affectum, peccati odium, mundi faſtidium, n diligere etiam proximum, quem in ſe o cenſuit diligendum, in ipſo amore reſeruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem conſtitutum. Ordinē dilectionis illi peruertūt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundū, qui contemnendus eſt, diligūt, p aut corpora ſua minus diligenda q plus diligunt, aut proximos nō ſicut ſeipſos, aut Deum pluſquam ſeipſos, fortè non diligunt. Item, Corpus noſtrum, quia pars r noſtri eſt, ad hoc à nobis diligendum eſt ut ſaluti eius ac fragilitati naturaliter ſ conſulamus, & agamus quatenus ſpiritui t ordinatè ſubiectum, u ad æternam ſalutem accepta immortalitate & incorruptione perueniat. Item, Proximos autem tunc diligimus, ſicut nos, ſi non propter aliquas utilitates noſtras, x nō propter ſperanda beneficia uel accepta, non propter affinitates uel conſanguinitates, ſed propter hoc tantum, quod naturæ y noſtræ ſunt participes z diligamus. Item, Non illi tantum proximi noſtri credendi ſunt, quos nobis gradus ſanguinis iungit: ſed pximi noſtri credendi ſunt, oēs hoīes naturæ noſtrę (ſicut dixi) participes. Item, Proinde ſicut nos proximos noſtros diligimus, quando ad mores bonos, & æternam uitā a conſequendam ſicut nobis eorum ſaluti conſulimus, quando nos in eorum peccatis ac periculis b cogitamus, & ſicut nobis ſubueniri optaremus, ita eis ſubuenimus,

docet ut habeatur.

a Vita uirtutum. infra eadem diſtin. §. item proinde.

b Pugnantium. Cū uitijs.

c Cum qua. Id eſt, in ea perſeuerando.

d Peccare. Mortaliter.

e Potuit. Ecce uerbum, in quo facit ad propoſitum Gratiani.

f Operoſa. Id eſt, effectiua bonorum operum.

g Germana. i. germanos & cōcordes faciens. Vel germana, id eſt, coniuncta & inſeparabiliter adhærens. Salomon, Dixi ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam uocaui amicam meam.

Sapientia eſt ſoror mea.

h Excellentiorem. Alijs donis. 1.Co.12.c

i Viam. eundi ad Deum.

k Nominat. in prima epiſtola ad Corinth.xij. cap.

† ex.xv. eod. lib.

l Quæ difficilia. Ad ſalutem animæ pertinentia.

m Ex qua minus. Id eſt, ex qua Dei dilectionē poſtponit facilius: ſicut plures proniores ſunt offendere Deum fornicando, quàm furando. arg. 50. diſtin. quia ſanctitas tua. in fine.

Fornicantur aliqui citius quā furentur.

n Faſtidium. Repente concipere.

o Quem in ſe. ſcilicet diligendo. i. ad ſui ſimilitudinem, ubi dictū eſt, dilige proximum tuum ſicut teipſum. Vel in ſe, id eſt, Deo: ſcilicet ad eius ſimilitudinē, ubi dictum eſt, ſecundum autem ſimile eſt huic.

p Diligunt. Plus iuſto.

q Diligenda. quam animam. arg. xxij. q. v. ſi quis coactus.

r Quia pars. Alia eſt pars, quæ homo eſt interior: ut de conſec. diſt. iiij. non ex quo. non ergo corpus eſt homo, quod Eluidienſes ſomniant quia nihil eſt, id, qđ ſuiipſius fiat pars. argu. ff. de euic. l. ſi dictū. § ij. & peccant, qui ponunt corpus genus animalis.

Corpus nō eſt homo.

ſ Naturaliter. ī. de conſe. di. v. non mediocriter. in fi.

t Spiritui. Vt ad uſus exercendæ uirtutis habeaē: ut ī. xliiij. diſtin. c. conuiuia.

u Subiectum. debemus enim adhibere iumēto noſtro ſaccū, paleam, & flagellum. Saccū. i. opera pœnitentiæ, & alia bona opera. paleam, id eſt, neceſſaria ad uitæ ſuſtentationē. Flagellum. ut caſtigemus ſi exceſſerit, ac ſi ea pateremur.

Iumento noſtro adhibeamus ſaccū, paleā, & flagellum.

x Vtilitates noſtras. tunc enim non ipſos, ſed noſmet tantum diligimus. Vnde Tullius libro de uera amicitia, Suis quippe incōmodis grauiter angi ¹ nō eſt amici, ſed ſeipſū amantis.

¹ Id eſt, affligi.

ADDITIO.

Et Seneca, Non eſt beneficium, quod cōuertitur in quæſtum Petrus.

y Naturæ. ī. diſtinc. lxxxvj. c. non ſatis.

z Participes. ergo Iudæi & Saraceni proximi noſtri ſunt, & diligendi à nobis ut nos. & uerum eſt: ueruntamen omnia opera dilectionis impendere debemus, ſecūdum uniuſcuiuſque conditionem. lxxxvj. di. cap. paſce.

Saraceni & Iudæi, ſunt à nobis diligēdi.

a Et æternā uitam. Hic aduerte quid ſit proximum ſicut ſeipſum diligere. ſ. ad ſalutem animæ ſuæ, & ea quæ ad ſalutem animæ pertinent, ei optare, quæ tibi optas. Non obſtante ergo hoc præcepto poſſumus delinquentibus pœnas corporales optare & procurare dummodo hoc fiat ſecundum quod iura permittunt.

Diligere proximū ſicut ſeipſum, quid ſit.

b Periculis. ſcilicet

cet animæ & corporis, ut eos liberem[a].
[a] A Deo qui eſt. Id eſt, qui eſt uita animæ ſuæ, qua ipſe uiuit, ut ſ. diſtin. j. §. hoc idem. verſic. reſuſcitatus. xxiiij. q. j. ubi ſana.
[b] QVærendum. ſuper Ioannem legitur in Ioanne quod Ioannes Baptiſta uidit ſpiritum ſanctum, quaſi columbam deſcendentem & manentem ſuper Ieſum baptizatum. quod deſcendit ſuper eum, ſignum fuit ne uox illa, hic eſt filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem eſſe facta, ſed ad eũ. Signum fuit Ioãni ipſum cognoſcendi, id eſt, quod dã de ipſo quod ante neſciebat. ſ. an poteſtatem baptiſmi ſibi ſoli retenturus eſſet. quod autem manſit ſuper eum, ſpeciale fuit ſignũ filij Dei. ſ. quo ille diſcerneretur ab alijs. quærit ergo hic Beda quomodo fuit ſignum cognoſcendi filij Dei, ſcilicet quod ſpiritus ſanctus manſit ſuper eum, &c. cum maneat & in alijs ſanctis? Sed reſpondetur quod alio modo manet in Chriſto: quia ſuper eum ſemper eſt quo ad omnia: in ſanctis autẽ non quo ad omnia, quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel ſi quo ad iuſtitiam remanet in eis, non tamen ſemper quo ad operandum. puta ad prophetizandum uel faciendum miracula: ut in Helia & Heliſæo.

Columba deſcendit ſuper Ieſum dum baptizaretur & mãſit ſuper ipſum.

Ioan. 1. c

[c] Manet. Nota hic expoſitionem illius decret. xxxij. q. ij. cap. connubia. quia in opere coniugali adeſt præſentia ſpiritus ſancti quo ad meritum, ut infra ea. quæſt. v. cap. ſi dicat. non quo ad miraculum faciendum, ut j. eadem. c. poteſt.

[d] CHaritas nunquã excidit. ſcilicet in hac uita. in futuro enim fides conuertetur in ſciẽtiam: ſpes in rem: charitas autẽ augebitur. unde propheta: Viuit dominus, cuius ignis in Sion, id eſt, in eccleſia militante, & caminus in Ieruſalem, id eſt, in ardentiſsima charitate. infra diſtinc. iij. capit. ſunt plures. §. authoritas. & cap. ignis.

[e] VNctio. Charitas eſt. id eſt, vocatur.
[f] Ardente. id eſt, a tribulatione feruente.
[g] Solis. id eſt, laboris & tribulationis, iuxta illud, In ſole, id eſt, in labore, poſuit dominus tabernaculum ſuum. Tribulatio enim ſecundum Apoſtolum, patientiam operatur. ſed quod tribulatio patientiam non tollit, hoc facit charitas.

Sol pro labore ponitur.

1. Co. 13. c

[h] PEnnata animalia. Per prophetam Ezechielem.
[i] Incederent. Et ita ſancti iſti dici poſſunt habere ferarum naturam. &c. ſicut aues, quæ uolant &

aut ſi facultas defuerit, uoluntatem ſubueniendi tenemus. Quapropter chariſsime, tota dilectio ne ſatage, ut bonum quod tibi fieri, uis, velis & proximo. Illi uerò plus quã ſe diligũt Deum, qui pro eius amore ſuæ ad tempus ſaluti non parcunt, ſeipſos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus proprijs, patriæ ſuæ extorres fieri, parentibus & uxoribus ac filijs renuntiare parati ſunt, & (ut totum dicam) ipſam mortem corporis non ſolùm non refugiũt, ſed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis ſui uita magis, quàm à Deo, [a] qui eſt uita uitæ ſuæ diſcedere.

Item Beda ſuper Ioan.

CAN. VI.

QVærẽdum [b] eſt interea quomodo ſpeciale filij Dei agnoſcendi ſignum fuerit, quòd ſuper eum deſcẽderit & mãſerit ſpiritus ſanctus. Quid magni eſt filio Dei quòd in ipſo manere ſpiritus ſanctus adſtruatur. Notandum itaque eſt, ꝙ ſemper in domino manſerit ſpiritus ſanctus: in ſanctis autem hominibus quandiu mortale corpus geſtauerunt, partim manet in æternum, partim rediturus ſecedit. Manet [c] quippe apud eos, ut bonis inſiſtant actibus, uoluntariam paupertatem diligant, manſuetudinem conſequantur, pro æterno deſiderio, lugeãt, eſuriant, & ſitiant iuſtitiam: miſericordiamq; munditiã cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur, ſed & pro obſeruatione iuſtitiæ perſecutionem pati non uereantur, eleemoſynis, orationibus, ieiunijs, cæterisq; fructibus ſpiritus ſancti inſiſtere deſiderent. Recedit autem ad tempus, non ſemper infirmos curandi, mortuos reſuſcitandi, dæmones eijciendi, uel etiã prophetandi, habeant facultatem. Manet ſemper, ut poſsint habere uirtutes, & ut mirabiliter ipſi uiuant. Venit ad tempus, ut etiam alijs per miraculorum ſigna, quales ſint intus effulgeant.

Item Apoſtolus.

CAN. VII.

CHaritas nunquam excidit. [d]

Item Auguſtinus ſuper epiſtolam Ioannis.

CAN. VIII.

VNctio inuiſibilis, ſpiritus ſanctus eſt: unctio inuiſibilis, charitas eſt, [e] quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit. Quæ quamuis ardente [f] ſole areſcere non poteſt, nutritur calore ſolis, [g] non areſcit.

Item Gregorius ſuper Ezechielem. †

CAN. IX.

PEnnata animalia minimè reuertuntur cũ incedunt, quia prædicatores ſancti ſic a terrenis actibus ad ſpiritualia tranſeunt, ut ad ea, quæ reliquerant, ulterius nullatenus reflectantur. Et paulò pòſt, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, &c. Manum quippe in aratrum mittere, eſt quaſi per quendam compunctionis uomerem ad proferendos fructus, terram ſui corporis aperire. Sed retrò poſt aratrum aſpicit, qui poſt exordia boni operis ad mala reuertitur quæ dereliquit: quod quia electis Dei minimè contingit, rectè nunc per prophetam [h] dicitur, Non reuertebantur cum incederent. [i] Et paulò poſt, Vnde

† Homi. iij.

Ezech. 1. b

Luce. 9. g

Ezech. 1. d

Paulus. [a] Vnum uerò [b] quæ retro [c] ſunt obliuiſcẽs in ea, [d] quæ ſunt anteriora [e] me extendens ſequor ad palmã ſupernæ uocationis. In anteriora etenim extentus, eorum, quæ retro ſunt, oblitus fuerat: quia temporalia deſpiciens, quæ ſola ſunt æterna requirebat.

Item in eodem, homilia quinta.

CAN. X.

Ezech. 1.c NOn reuertebãtur cũ incederent: quia electi quique ſic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non redeant. [f] Qui enim perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Matt. 10.c & ſicut per Salomonem dicitur, Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſq; ad perfectum diem. Prou. 4.c In eorum nanque animo bonũ deſiderium, atque intellectus lucis intimæ iã pars diei eſt: ſed quia uſque ad finẽ uitæ in uirtute proficiunt, ad perfectum diem tunc perueniunt, quando ad cæleſtia regna perducti, in ea luce quã deſiderant, iam minus [g] aliquid non habebunt.

Item in eodem, homilia quinta.

CAN. XI.

POteſt diſcurſus, [h] atque eadem mobilitas ſpiritus ſic intelligi. In ſanctorum quippe cordibus, iuxta quaſdã uirtutes ſemper manet, iuxta quaſdam uerò receſſurus uenit, & uenturus recedit. In fide enim ſpe atque charitate & alijs bonis, ſine quibus ad cæleſtem patriam non poteſt perueniri ſicuti eſt humilitas, caſtitas, [i] iuſtitia, atque miſericordia fœcunda, perfectorum corda non deſerit. In prophetiæ uerò uirtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis ſuis aliquando adeſt, aliquando ſe ſubtrahit. Et paulò pòſt, In his itaque uirtutibus, ſine quibus ad uitam minimè peruenitur, ſpiritus ſanctus in electorum ſuorum cordibus permanet: unde rectè ſtabilis dicitur. In his uerò, per quos ſanctitatis uirtus oſtenditur, aliquando miſericorditer præſtò eſt, aliquando miſericorditer [k] recedit.

Vnde Ambroſius ſuper epiſtolam ſecundam ad Corinthios. [l]

CAN. XII.

FIcta [l] charitas eſt, quæ deſerit in aduerſitate.

Ex præmiſſis [m] *itaque apparet, quòd charitas ſemel habita, ulterius non amittitur. Qui enim charitatẽ ſemel habebit criminaliter ulterius peccare nõ poterit,* [n] *ut ad gratiã* [o] *non ad naturã impoßibilitas peccãdi referatur. Quòd aũt charitatem habens criminaliter peccare non poßit, teſtatur Auguſtinus in homilia octaua, dicens:*

CAN. XIII.

QVia radix omnium malorum, [p] eſt cupiditas, & radix omnium bonorũ eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe nõ poſſunt [q] niſi una penitus euulſa fuerit, alia plantari non poteſt. Sine cauſa conatur aliquis incidere ramos, ſi radicem non contendit euellere.

Cùm ergo [r] *qui criminaliter peccat, charitatem nunquã habuiſſe probatur, euidenter colligitur, pœnitentiam non agere, qui quandoque criminaliter peccauit.*

Vnde Auguſtinus.

CAN. XIIII.

CHaritas eſt aqua, [ſ] de qua dominus ait in Euangelio: Qui biberit aquam quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. [t] Reprobus autem cùm æter- Ioan. 4.c

---

lant & non reuolãt. Inſtitut. de rerum diuiſio. §. pauonum.

a Vnde Paulus. in epiſtola ad Philippenſes.

b Vnum uero. q.d. non comprehendi. unum aũt de me uobis aſſero, qđ ego oblitus ea quæ, &c.

c Quæ retro. i. terrena quæ reliqui.

d In ea. ſcilicet æterna cæleſtia.

e Anteriora. Ante nos ſunt æterna, poſt nos ſunt temporalia.

f NOn reuertebantur. Redeãt finaliter saltẽ.

g Iam minus. i. inſufficiens. erit enim tunc Deus omnia in omnibus. i. ſufficientia omnium.

h POteſt diſcurſus, Illud Ezechielis, quod iuxta quatuor animalia qui uidit erant quatuor rotæ in quibus erat ſpiritus uitæ, & quocunque ibat ſpiritus ſequebantur & rotæ, & cum ſtabat, ſtabant rotæ. Hoc autem myſtice exponit Gregorius.

i Caſtitas. Quæ ſola cum fiducia poteſt Deo animas præſentare. in authen. de lenonibus. §. ſancimus. col. ij.

k Miſericorditer. Ne unde ſuperbiat homo. vj. quæſt. j. imitare. & cap. ſunt plurimi.

l FIcta. Id eſt, non finalis.

m Ex præmiſsis. Infert charitatẽ ſemel habitam, non amitti, & adijcit, quòd qui charitatẽ ſemel habuit, de cætero nõ peccabit & ex hoc concludit falſo, quòd pœnitentiã qui poſtmodum eſt peccaturus, non agit. & ad hoc inducit argumenta, uſq; ad §. hęc quę de charitate.

n Nõ poterit. Coniunctim intellige. non enim põt ſimul charitatem habere & peccare. 5. diſt. j.

omnis qui non diligit.

o Vt ad gratiam. ſ. uirtutem ipſam, quã dum quis habet nõ peccat, nec peccare poteſt, ut cõiunctim intelligatur.

p QVia radix omnium malorum. Quo ad genera ſingulorum, non quo ad ſingula generum. i. nõ eſt malum alicuius generis, quod deinde procedere non poſsit. & eſt ſimile xxxv. diſt. c. ante omnia. xlvij. diſt. c. bonorũ.

q Non poſſunt. 3. xxxij. qõ. j. c. cum renuntiantur.

r Cũ ergo. Ex falſo falſum cõcludit.

ſ CHaritas eſt aqua. Quia ad modum aquæ lauat, & delet pctã.

t In æternum. i. in patria. in uia autem beatus eſt, qui ſitit iuſtitiam, ut 3. ead. cap. quærendum. † Cap. vj. Iuſtitiam ſitiẽs, beatus eſt.

Mancipa-

nis ſit mancipatus [a] incendijs, in æternum ſitiet. Quomodo bibet aquam uiuam, aut quomodo potabit aquam ſalientem in uitam æternam, qui quaſi plumbeus [b] demerſus in ima, pœnas luit damnationis æternæ?

Item, Sine [c] charitate, quomodo quis ueram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remiſſionem? quæ ſi non ſunt dimiſſa, quomodo non omnia prorſus ad pœnam exigenda ſunt? Item dominus, Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. (Ioan. 6. e) Qui ergo non habet uitam æternam, in Chriſtum non credit. [d] In Chriſtum uerò credit, qui charitatem habet. In Chriſtum quippe credere eſt, amando in ipſum tendere. Hæc eſt [e] fides [f] (ut diffinit Apoſtolus) (Gala. 5. b) quæ per dilectionem operatur. Huic [g] duntaxat remiſſio delictorum promittitur. Quòd ſi charitas à fide Chriſtianorum ſeiungi nequit, cui ſcilicet ſoli uenia promittitur, quomodo qui charitatem non habuerit, fidem Chriſtianorum habuit, id eſt, in Chriſtum credidit? quomodo ergo ueniam delictorum accepit? quam ſi non accepit, quomodo non omnia prorſus opera æternis ſunt ferienda ſupplicijs?

Item dominus, Ego ſum panis uiuus, q̃ de cælo deſcẽdi, ſi q̃s manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. (Ioan. 6. d) Qui ergo nõ uiuit in æternũ, nõ mãducauit panẽ uiuũ: ſed qui nõ mãducauerit, in eũ nõ credidit. Hoc eſt. n. manducare panẽ uiuũ, quod credere [h] in Chriſtũ, id eſt, amando tẽdere in ipſum. Cũ ergo reprobus in eũ nõ credit, quẽ nõ manducauit, & ita fidẽ Chriſtianorũ (qua ſola [i] peccata relaxãtur) non habuit, quomodo ſi uiuit dominus, cui omne iudicium dedit pater, iudicium perpetuæ damnationis effugiet omnium non ſolùm actualium, ſed etiã originalium?

3 *Hæc quę de charitate* [k] *dicũtur, de perfecta intelligi poſſunt, quæ ſemel habita nunquam amittitur. Exordia uerò charitatis enutriũtur, ut creſcãt, & cõculcantur ut deficiant. Nemo. n. repentè fit ſummus: ſed in bona cõuerſatione, quæ ſine charitate nulla eſt, à minimis quiſq; inchoat, ut ad magna perueniat. Sũt itaq; gradus,* [l] *nõ ſolùm inter uirtutẽ* [m] *& uirtutẽ, ſed & in eadem uirtute.*

Vnde Gregorius ſup Ezechielẽ ſcribit dicẽs: †

---

a Mancipatus. Id eſt, deſtinatus.

b Plumbeus. Pondere peccatorum.

(Vt Hu. & A. bri.) c Item ſine. omnia hæc ſunt uerba Aug. ut dicunt quidam, ſ uſque ad §. hæc quæ de charitate. Alij dicunt eſſe §. ab illo loco, reprobus autem.

d Non credit. A deſtructione conſequẽtis infert.

e Hac eſt. infra de conſec. diſt. ij. cap. ut quid.

f Fides. Informata charitate.

g Huic. 5. xxiiij. q. j. ca. ſi Petrus. contra. ſed nec hic uel ibi excluduntur aliæ uirtutes. (Verſus.)

h Credere. Crede Deo, credaſq; Deũ ſ plus credo ualere, Si credas in eum quam quod ei, uel eum.

ADDITIO.

Hoc ideo, quia credere Deo eſt credere uerum eſſe, quod dicit Deus. Credere Deum, eſt credere Deum eſſe. Hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deum eſt amando credere in ipſum. Petrus.

i Qua ſola. ſupra xxiiij. quæſt. j. c. ſi Petrus.

k Hæc quæ de charitate. Præmiſſas authoritates ſoluit, & dicit intelligendas eſſe de perfecta charitate: & indè ſumpta occaſione gradus in uirtutibus eſſe oſtendit, uſque ad §. econtrario. Et nota quod perfecta dicit charitas, quo ad ſufficientiam, & hæc qualibet, & quãtalibet ſufficit ad uitam æternam habendam. argu. j. diſt. proxi. cap talis. Et eſt perfecta quo ad effectum, ut ſcilicet faciat hominem paratũ mori pro Chriſto. 5. ea. c. charitas. infra ead. ca. ſi quis tantum. Et dicitur perfecta quo ad perſeuerantiam finalem, de qua agitur 5. ea. cap. unctio, & cap. charitas. (Charitas perfecta multa facit.)

(Virt⁹ qualibet intẽdit, & remittitur.) l Sunt itaque gradus. Omnis uirtus intenditur & remittitur, & ideo gradus meritò in ea diſtinguuntur. Sed quia uirtus eſt medium duorum uitiorum, ut dicit Ariſtoteles. Et Horatius. Virtus eſt medium uitiorum utrinque redactum: ut in puncto medio, quod eſt inter duo uitia contraria, uidetur quod ſumma uirtus ibi conſtituta ſit. Qui ergo illud medium ſeruaret, ſumme uirtuoſus haberi deberet. Sed in omnibus medium ſeruare ultra hominem eſt, ideoque ſumme uirtuoſus nemo dicendus eſt. (Medium ſeruare difficile eſt.) Ex præmiſsis ſequitur, quod uirtus in aſcendendo non in infinitum protenditur: cum ultra medium intentio non progrediatur: ſed quia etiam extremorum uitiorum non ſunt termini, uidetur quod medium eorum nihil ſit, puta prodigalitas in infinitum protendi poteſt, ſimiliter & ſibi contraria auaritia: quare uidetur, quod inter iſta duo nihil ſit medium determinatum. Præterea ex quo gradus ſunt in uirtute, uidetur quod latitudinem habeant, & quod poſsint decreſcere. ſed tamen quod in infinitum poſsint decreſcere, non uidetur. nam ſic haberetur, quod uirtus alicuius ita parua eſſet, quod minor ea inueniri non poſsit. Præterea illud ſciendum eſt, quod licet ita ſit de omnibus alijs uirtutibus, quod quælibet inter duo uitia contraria ſit conſtituta, hoc tamen in charitate (quæ forma eſt aliarum uirtutum) non habet locum: quia ei unum ſolum uitium, ſcilicet odium opponitur. ſupra diſtinctione prima, capitu. omnis qui non diligit. Vnde accidit, quod in infinitum poſsit intendi in uia. In patria autem puto quod maior charitas eſſe non poſsit, quàm ſit ſupremi ordinis Angelorum.

(Solu.) m Inter uirtutem. Impropriè dicitur gradus eſſe inter unam uirtutem & aliam: cum in eadem linea intenſionis non diſponantur: ſed ſic ideo dicitur, quia una uirtus alia intenſior inuenitur.

Cum

CAN. XV.

Cum ſanctam eccleſiam dominus ſuſcipit, in gradibus eius dignoſcitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim ſancta eccleſia aſcendendo proficit, a tantum Deus hominibus ex eius uirtute innoteſcit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur dicens: Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum omnipotentem. Quippe dominũ per ſingulos gradus ſuos pronuntiat, qui per incrementa uirtutum, quæ accipit, ei ſemper laudem ſuæ pietatis b reddit. Si quidem gradus in cordis aſcenſione non eſſent, Pſalmiſta non diceret: Ambulabunt de uirtute in uirtutem. Nec mirum, ſi de uirtute in uirtutem gradus ſunt, quando ipſa unaquæque uirtus c quaſi quibuſdam gradibus augetur: & ſic per incrementa meritorum ad ſumma perducitur. Alia nanque ſunt exordia uirtutis, aliud uirtutis profectus, aliud perfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionem ſuam non quibuſdam gradibus duceretur, ſancti Apoſtoli minimè dixiſſent: Auge nobis fidem & quidam d uenit ad dominum, qui curari filium ſuum uoluit: ſed requiſitus an crederet, reſpondit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Penſate rogo, quòd dicitur. Si credebat, cur incredulitatem e dicebat? ſi uerò incredulitatem ſe habere nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inſpirationem gratiæ, meritorum ſuorũ gradibus fides creſcit, uno eodemque tempore is, qui nondum perfectè crediderat, ſimul & credebat, & incredulus erat. Hos nimirum gradus Dominus ſub meſsis nomine deſcribit f dicens: Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi iactet homo ſemen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & ſemen germinet, & creſcat dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, & cùm ex ſe produxerint fructum, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt tempus meſsis. g Semen homo iactat in terram, cùm cordi ſuo bonam intentionem inſerit: & poſtquam ſemen iactatum eſt in terram, dormit: quia iam in ſpe boni operis quieſcit. nocte uerò ſurgit ac die: quia inter aduerſa h & proſpera proficit. Et ſemen germinat & creſcit, dum neſcit ille: quia cum adhuc metiri incrementa ſua non ualet, ſemel concepta uirtus ad profectum ducitur, & ultro terra fructificat: quia præueniente ſe gratia mens hominis ſpontanea ad fructum boni operis ſurgit. Sed hæc eadem terra primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum producit in ſpica. Herbam quippe producere, eſt inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad ſpicam uerò herba i uenit, cùm ſe uirtus animo concepta ad profectum boni operis protrahit. Plenum uerò frumentum in ſpica fructificat, quando iam tantum uirtus proficit, ut eſſe robuſti & perfecti operis poſsit. ſed cùm ex ſe produxerit fructum, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt tempus meſsis. Omnipotens enim Deus producto fructu, falcem mittit, & meſſem ſuam deſecat: quia cùm unumquenque ad perfecta opera produxerit, eius tẽporalẽ uitã ꝑ emiſſam ſententiam incidit, ut granum ſuum ad cæleſtia horrea perducat. Cùm igitur deſi-

Cum ſanctam. Caſus. iſte ſic conſueuit poni. Gregorius exponit illud uerbum Ezechielis: & uenit uir ad portam, quæ reſpiciebat ad orientem, & aſcẽdit gradus eius. & dum exponeret introducit authoritatem Dauid, Deus in gradibus eius dignoſcetur, cum ſuſcipiet eam in principio ergo capituli ponit expoſitionem illius verſus, Deus in gradibus, &c. Secundò probat, quod in uirtutibus gradus inueniuntur per authoritatẽ Iob dicentis: Per ſingulos gradus &c. & Dauid dicentis: Et ambulabunt de uirtute in uirtutem, etc. Et per illud Apoſtolorum: Auge nobis fidem, &c. & per ſimilitudinem Euangelij, de ſemente primo producente herbam, & deinde ſpicam, & poſtea granum. Semen eſt cogitatio, quæ herbam producit cum incipit operari. cum autem conſummatur, ſpicam facit. cum autem perſeuerat, frumentum mittit in ſpicam. & eadem ſimilitudo adaptatur in perſona Petri. Tertio & ultimo exponit illud uerbum Ezechielis, & uenit uir, &c.

Iob 13. d

Pſal. 83.

Luc. 17. b

Marc. 9. d

a Proficit. infuſione uirtutum.

b Pietatis. Et tanto largiora munera Deus tribuit, quãto per ea religionis ſuæ dignitatem uiderit ampliari. arg. xxiij. q. iiij. c. ſicut excellentiam. §. j. & dic laudem ſuæ pietatis. i. laudat Deum de ſua pietate. 1

c Virtus. Et uitium. j. ead. §. econtrario. & §. non eſt mirum.

d Et quidam. Vt habetur in Euangelio Matthæi.

e Incredulitatem. id eſt, modicam credulitatem: quia qui incipit credere, parum credit. argu. de conſec. diſt. ij. c. quia paſſus. & c. j. & ita hæc præpoſitio in, diminuit hic, nõ priuat.

f Deſcribit. In Euangelio.

g Meſsis. hucuſque fuerunt uerba Euangeliſtæ.

h Inter aduerſa. aliud in aduerſis & proſperis: quia in aduerſitate creſcit. ſ. ea. c. unctio.

i Herba. ſi herba fuit, ergo charitatẽ habuit: ſed quando negauit.

1 Id eſt, quia per ſuã miſericordiã facit eam creſcere, ſecũdum Hug.

Marc. 4.

Credit parum, qui incipit credere.

negauit, mortaliter peccauit: ergo charitatem nō habuit: ergo nec herba fuit: ſed hoc debet referri ad tēpus ante negationem. & ita diſtribuite tpa, &c. ut ij.q.j. cap. ſi peccauerit. Vnde uerſus: Petro peccante: tūc non fuit herba, ſed ante.

Petr⁹ quā do peccauit, herba non fuit.

a Conculcabatur. Cum Chriſtum negauit.

b Vir ergo. De Ezechiele tractum eſt: & sūt adhuc uerba Gregorij ab illo loco, cū ſancta, &c. In Ezechiele eſt ita & uenit uir ſanctus ad portam, quæ reſpiciebat ad uiam orientalē, & aſcendit per gradus eius. Expone uir, id eſt, Chriſtus. ſtat in porta quia per eū quaſi per portam ad patrem ingredimur: & ſine quo in ciuitatē intrare non poſſumus. Itē qui in porta eſt, partim intus eſt, & partim extra: partim uidetur, & partim abſconditur: ita & Chriſtus per humanitatē eſt uiſibilis, per diuinitatē inuiſibilis. Vel uir, id eſt, homo ueniat ad portā, id eſt, Chriſtum: qui dicitur oſtiū: ī.j.q.j.c. ordinationes.

Cæli porta, qui eſt Chriſt⁹ in gredimur.

Actu. 5. g

c Ad portam. Id eſt, ad ſacram ſcripturam uel fidem, per quarum utranque intratur ad patriam.

Scilicet ſacrā ſcripturam, & fidem.

d Perducit. Illa mēbra ſuit, ſcilicet fideles.

QVi uult. CASVS. *Si quis habet uolūtatem ſuſtinendi omnia pro Chriſto, & tamen ſi immineret ei periculum in rei ueritate, non ſuſtineret. re uera iſte habet charitatem, licet modicā: quæ poſtea augetur quando cum effectu paratus eſt omnia ſuſtinere. quod probat exemplo patri.*

deria bona concipimus, ſemē in terram mittimus. Cum uero operari recta incipimus, herba ſumus. Cùm autem ad profectū boni operis creſcimus, ad ſpicam peruenimus. Cumque eiuſdem operationis perfectione ſolidamur, iam plenum fructū in ſpica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat, qui paſsionis tēpore per amorem dominū ſequēs, hunc Deum confiteri ante ancillæ uocem timebat. Erat enim iam uiriditas in mente: quia credebat dominum omniū redemptorem: ſed ualde adhuc flexibilis pede conculcabatur [a] timoris, Iā in ſpica ſurrexerat, quando eum, quē moriturum confiteri timuerat, nuntiante Angelo in Galilæa uiuentem uidebat. Sed ad plenum granum in ſpica peruenerat, quādo de ſuperueniente ſpiritu ſancto, & ſuam mentem in illius amore roborante, ita ſolidatus eſt, ut uires perſequentium cæſus deſpiceret, & redemptorem ſuum liberè inter flagella prædicaret. Nullus itaq; qui per propoſitum bonum adhuc in mentis teneritate eſſe cōſpicitur, deſpiciatur: quia frumentum Dei ab herba incipit, ut granum fiat, Vir ergo [b] ueniat ad portam: [c] quia dominus ac redemptor noſter membris ſuis intrantibus perducit [d] ad ſe, & aſcē dit per gradus eius: quia nobis proficientibus, eò amplius nobis exaltatur, quo altius & incompræhenſibilius eſſe cognoſcitur. In uirtutum quippe noſtrarum gradibus ipſe aſcendere dicitur: quia tantò ipſe nobis ſublimior oſtenditur, quantò noſter animus à rebus infimis ſeparatur.

Hinc Auguſtinus ait in libro de gratia & libero arbitrio. †

CAN. XVI.

QVi uult [e] facere Dei mādata, [f] & non poteſt, [g] iam quidē habet bonam uoluntatē, ſed adhuc paruā & inualidā. poterit [h] autem cū magnam habuerit & robuſtā. Quando.n.martyres illa magna fecerunt mandata, magna utique uoluntate, id eſt, magna charitate fecerūt: de qua ait dominus: Maiorē charitatem [i] nemo, &c. & paulò pòſt. Ipſam charitatē Apoſtolus Petrus [k] nondū habebat quando timore ter Dominum negauit: & tamen quamuis parua & imperfecta, non deerat ei charitas, quando dicebat: [l] Domine, animā meā ponā pro te.

Idē ſuper epiſtolam Ioannis. †

Si quis tantam habuerit charitatem, ut paratus etiā ſit pro fratribus mori, perfecta eſt in illo charitas, ſed nunquid mox ut naſcitur, [m] iam prorſus perfecta eſt? ut perficiatur naſcitur: cū fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cùm fuerit roborata, perficitur: cùm ad perfectum [n] uenerit, quid dicis? [o] Mihi uiuere [p] Chriſtus eſt, & mori lucrum.

In eadem.

CAN. XVII.

SIcut ſeta [q] itroducit filiū: † ita timor introducit charitatem. Creſcit charitas: minuitur ti-

e Qui uult quodam motu bono, ſcilicet affectionis non effectionis. & ſic nō eſt contra. ī. diſt. j. cap. uocum.

† c. xvij.

f Mandata. id eſt, ardua & difficilia: ut ponere animā ꝓ Chriſto uel fratribus: ut hic in fi. cap. habetur.

g Non poteſt. ſcilicet impediēte carnalitate.

h Poterit. Scilicet facere mādata Dei.

i Charitatē. Id eſt, opus uel ſignū charitatis maioris.

k Petrus. 50. diſt. c. fidelior.

Ioan. 15. b

l Dicebat. Domine animam meā ꝓ te ponam, licet hoc facere non poſſet.

Mat. 26. g

m Naſcitur. ſic etiā gradus notantur in conuerſione Pauli. nam proſtratus fuit ut cæcaretur, &c. ut xxiij. quæſtio. iiij. cap. diſplicet.

n Ad perfectum. id eſt, ad perfectionem à Deo datam.

Ioan. 13. d

o Quid dicis. Tu quicunque habes talem perfectionem.

† Tract. v. in j. cap. Ioannis.

p Viuere. Chriſtus eſt mihi uiuere, id eſt, cauſa quare uelim uiuere. Ad hoc enim uiuo, ut ipſum magnificē, & ipſum mori eſt mihi lucrum: quia per mortem eius liberor à miſeria, & tranſeo ad felicitatem, Vel Chriſtus eſt mihi uiuere, id eſt, uitā hic & in futuro. hic per fidem & ſpem, in futuro ꝑ ſpem. & mori ꝓ Chriſto eſt mihi lucrum: quia deponā corpus mortale, & reſumam immortale.

1. Ioā. 4. d

Chriſtus ē mihi uiuere, &c. quid ſibi uult?

Philip. 1. e

† Tract. ix. in eod.

q SIcut ſeta. Sicut enim ſeta introducit filū, nec cū eo remanet: ita timor charitatem, cū ea tamen eſſe nō poteſt. arg. xxiij. q. vj. c. iam uero. §. ex his. & ī. diſti. vij. c. nullus

Timor, charitatē introducit.

† Alias, linum.

Timor initialis quis eſt.

nullus. hoc de ſeruili. Eſt & alius initialis, qui partim reſpicit præmium meriti, partim pœnam ſupplicij. de tali dicitur, quod augetur charitas, & minuit timor. ?. cap. proxi. uſque dum fiat perfecta charitas quæ foras mittit timorem omnem. arg. xxiij. quæſt. vj. cap. ſchiſmatici.

l Ignorantia. Supra. xxxij. q. vij. quemadmodum. xxiij. q. j. cap. ſi quis dederit. viij. diſtin. cap. conſuetudo. xxxij. q. iiij. c. nemo.

m Infirmitate. ?. xxv. diſtin. cap. unum. §. criminis. ?. xv. quæſt. j. §. j.

a Et econuerſo. Arg. q charitas decreſcere poſsit: non ergo aut proficit, aut deficit. Tu dic, q charitas creſcit & decreſcit, quantum ad intenſionẽ: alias non.

b CHaritas. Perfectiſsima. id eſt, qua p fectior nõ poſsit haberi. Vnde dicit authoritas ? ſuper epiſtolã ad Epheſios, Nemo tã perfectus, quin poſſit creſcere.

† Alias Auguſtinus.

c SI ſermo meus. Id eſt, prædicatio mea.

d Flete. Mortalia peccata. arg. ?. diſt. iij. ca. inter hæc hircum.

e Econtrario. id eſt, per ſuũ contrarium, ſcilicet peccatum & uitiũ, quod uirtuti eſt cõtrariũ. arg. viij. q. j. c. ſciendum.

f Ita nemo. Vnde Iuuenalis, Nemo repente fuit turpiſsimus, ? accipiẽt te Paulatim, qui longa domi redimicula ? ſumunt.

? Id eſt, plenus uitijs.

? Id eſt, ornamenta.

g SIcut trib⁹. Ad peccatũ. Id eſt ad actum exteriorem.

h Suggeſtione. ?. diſtinct. vj. capi. teſtamentum. in fine. pa lea eſt.

i Tanquam. Mens mala mors intus: malus actus, mors foris, uſus, Tumba, puella, puer, Lazarus iſta notant. Hãc uerbo, hũc motu, lacrymando ſuſcitat illum Chriſtus, & in medico naſcitur æger homo. ad hoc ?. ead. diſt. j. §. ex his. uerſic. tres quoque. & §. non ſunt. & ca. quem pœnitet.

Verſus

Chriſtus tres ſuſcitauit.

† libro. j.

k SCiendũ quippe. Trib⁹ modis. Aliter aſsignantur iſti tres modi in lege, quia delinquitur propoſito, impetu, caſu. ff. de pœn. l. reſpiciendũ. §. delinquitur.

mor: & econuerſo. a

In eadem.

CAN. XVIII.

FOrtè nata eſt in te charitas, ſed nondum perfecta: noli deſperare: nutri eam, ne fortè ſuffocetur.

Idem ad Hieronymũ.

CAN. XIX.

CHaritas in quibuſdam eſt perfecta: in quibuſdã imperfecta: perfectiſsima b autẽ in hac uita haberi non poteſt.

Idem Gregorius.

CAN. XX.

SI ſermo meus c inuenerit aliquam in cordibus ueſtris ſcintillam gratuiti amoris Dei, ipſam nutrite ad hãc augendam uos auocare ſtudete. Et paulò pòſt, Flete, d nutrite in uobis: ut cum creuerit, & flammã digniſſimam fecerit: omniũ cupiditatum ligna cõſumat. Econtrario e etiam gradus in uirtute eſſe probãtur: quia & ipſius peccati gradus euidenter apparent. ſicut enim nemo repentè fit ſummus, ita nemo f repentè fit turpis. Hinc etiam Auguſtinus ait in ſermone habito in monte. †

CAN. XXI.

SIcut tribus gradibus ad peccatũ g peruenitur, ſuggeſtione, h delectatione, conſenſu: ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ. & in corde, & in facto, & in cõſuetudine: tanquam i tres mortes: una quaſi in domo, id eſt, cum in corde conſentitur libidini: altera uerò quaſi iam prolata extra portam cùm in factum procedit aſſenſio: tertia cùm ui cõſuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulcro iam putrens: quæ tria genera mortuorum dominũ reſuſcitaſſe quiſquis legerit Euangelium, agnoſcit

Item Gregorius. †

CAN. XXII.

SCiẽdum quippe eſt, quòd tribus modis k admittitur peccatum, nã aut ignorantia, l aut infirmitate, m aut ſtudio perpetratur. & grauius n quidem infirmitate, quam ignorantia, ſed multò grauius ſtudio quam infirmitate peccatur.

Idem. †

CAN. XXIII.

INter hæc ſciendũ eſt, aliud eſſe quod animus detentationibus carnis patitur, aliud uerò cùm per conſenſum delectationi obligatur. Plerunque enim cogitatione praua pulſatur, ſed renititur. Plerunque autem peruerſum, quod concipitur, intra ſemetipſũ etiam iam per deſiderium uoluit, & nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat o cum pulſat, ſed cùm hanc ſibi per delectationem ſubiugat.

n Et grauius. Hoc intelligas per accumulationem. ſic magis peccat quis ex infirmitate, quã ex ignorãtia, & ſic nõ eſt contra quod dicit authoritas: Grauius peccat qui peccat in filium quam qui peccat in patrem. At conſtat eũ qui peccat per infirmitatem peccare per impotentiam: & ita peccat in patrem, cui attribuitur potentia. qui autẽ peccat per ignorantiam, peccat in filium. cui attribuitur ſapientia. Sed quod hic dicitur, nõ eſt referẽdũ ad peccata quæ committuntur in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum: ſed ſic debet intelligi, ſi aliquis infirmus eſt incontinens: & licet ſciat in fornicatione eſſe mortale peccatum, tamẽ fornicatur tãquam excuſetur ꝓpter ſuę incontinentiæ infirmitatem. ita lus plus peccat quã ex certa ſcientia, quam qui ex ignorantia, qui ſcilicet ignorat fornicationem mortale peccatum eſſe. alleuiat. n. ignorantia, etiã ſi non omnino. Item contrarium eſt huic loco q dicit Ambroſi⁹: Grauiter peccat, qui promittis ſibi impunitatẽ. Grauius quia contẽnis. Grauiſsime quia ignoras. Sed illud dicitur ad terrorem. Vel dic grauiſsime, id eſt, periculoſiſsime. ſic deterius, id eſt, periculoſi⁹. xlv. diſtin. ca. uera. quia pœnitentia ſpecialis nõ agitur de peccato quod ignoratur. & ita hoc dicit propter difficultatẽ pœnitẽdi. arg. ?. diſtinct. iij. cap. Iudas. uerſi. magnum.

Mat. 9. c

Luce 7. b

Peccata, in patrem & in filiũ.

Ioan. 11. f

† lib. 25. in Iob. in cap. 16.

† cap. iij. lib. xxj. in Iob.

o INter hæc. Inquinat. Per mortale peccatum.

Prædi-

Hinc etenim prædicator [a] egregius: Tẽtatio uos non appræhendat, niſi humana. Humana quippe tentatio eſt; qua plerunq; in turpi cogitatione tangimus etiam nolentes: [b] quia ut nonnunquam illicita ad animum ueniant, hoc utique in nobiſmetipſis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. iam uerò dæmoniaca eſt, & non humana [c] tentatio cùm ad hoc quod corruptibilitas carnis ſuggerit, per conſenſum ſe animus adſtringit.

Item Hieronymus. †

CAN. XXIIII.

SVper tribus ſceleribus Damaſci, &c. ut ſuprà. Non eſt mirum ſi in uirtute gradus eſſe dicuntur: quandoquidem & peccati gradus ita euidenter monſtrantur.

Hæc itaque [d] charitas quæ in Petro ante negationẽ herba fuit, & in ſingulis naſcitur antequam roboretur, ante ſui perfectionem amittitur [e] & reparatur. unde Auguſtinus in libro de correctione & gratia. † Quicunque ab illa originali [f] damnatione, iſta diuinæ gratiæ largitate diſcreti ſunt, non eſt dubiũ, quin procuretur [g] eis Euãgelium cum audiunt & credunt, & in fide quæ per dilectionem operatur, uſque in finem uitæ perſeuerant, etſi quando exorbitent, correcti emendãtur: & quidam eorum, etſi ab hominibus non corripiãtur, in uiam quã reliquerant, redeunt. [h]

Item in eodem. †

CAN. XXV.

FIrmum [i] Dei fundamentũ [k] ſtat immobile, [l] habens ſignaculũ [m] hoc, Scit [n] dñs, qui ſunt eius. Horum fides, quæ per dilectionem operatur, profectò aut omnino non deficit, aut ſi qui ſunt quorum uita deficit, [o] reparantur antè, quàm uita finiatur iſta: & deleta iniquitate quæ intercurrerat, uſque ad finem perſeuerantiæ deputantur.

In eodem. †

CAN. XXVI.

NVllus eorũ ex bono in malũ cõmutatus, finit hanc uitam.

In eodem. †

CAN. XXVII.

TAlibus Deũ diligẽtibus, [p] omnia cooperantur in bonũ; uſque adeò prorſus omnia, ut etiam ſi qui eorum deuiãt & exorbitant, etiam hoc [q] ipſum faciet eis proficere in bonum. [r]

Item Apoſtolus ad Galatas.

CAN. XXVIII.

CIrcuncifio non eſt aliquid, [s] neque præputium, ſed fides quæ operatur per dilectionẽ. & hoc olim ĩ nobis: quia currebatis bene, per opera fidei ex dilectione.

Item ad Hæbræos.

CAN. XXIX.

a Prædicator. Paulus in prima epiſtola ad Corin.

b Nolentes. Vnde & Apoſtolus, Ago quod nolo: quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra: ut ſ. ead. diſt. j. c. ſuper tribus.

c Humana. Niſi de his ſine quibus uita iſta eſſe non poteſt: ſcilicet uenialibus. xxv. diſt. capi. qualis.

d SVper. Hæc itaque. Ex illo c. ſ. e. diſtin. ca. cum ſanctam. infert magiſter & redit ad propoſitum principale: & probat adhuc charitatem ſemel habitam amitti poſſe maxime exemplo Adæ, Moyſi, & Aaron. [1]

e Amittitur. Imo & quantumcunque perfecta ſit in hac uita amitti poteſt: niſi eſſet per gratiã confirmata: ut fuit in beata uirgine. xxv. diſt. ca. unum orarium. §. nomine autem.

f Originali. Id eſt, quã ab origine trahit homo: & cum qua naſcitur.

g Procuretur. Id eſt, ad utilitatem eorum legatur & exponatur.

h Redeunt. Operante gratia.

ADDITIO.

Xxiij. quæſtio. iiij. capi. ſicut non eſt. Hug.

i FIrmum. Id eſt, immobile eſt: licet poſsibile ſit enim qui prædeſtinatus eſt, non fuiſſe prædeſtinatum, [2] uerba ſunt Apoſtoli in epiſtola ſecunda ad Timotheum. capit. ij.

k Fundamentum. Id eſt, prædeſtinatio.

l Immobile. Id eſt, illi quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit, perſeuerant firmi: qui autem perijt nõ erat finaliter de fundamento, id eſt, de prædeſtinatis. infra, diſtin. iiij cap. ſi ex bono. uerſi. quid aliud.

m Signaculum. Id eſt, hoc habens menti impreſſum, in ſignum amicis & inimicis. amicis ut accedant: inimicis, ut territi fugiant. hoc ſcilicet ſic, &c. etiam dum ſunt mali.

n Scit. Id eſt, amat & defendit prædeſtinatos ſuos etiam dum mali ſunt: & poſtquam eos continue munit, apparet hoſtibus & amicis quod ipſi ſunt ſignacula Dei. Vel ſignaculum, id eſt, diſcretionem inter prædeſtinatos & non prædeſtinatos. Hoc ſcilicet quod ſequitur ſcit, &c. habent enim prædeſtinati etiam dum ſunt mali, quendam characterem quo diſtinguuntur à damnandis. unde ex tribu Iuda duodecim millia ſignati.

o Quorum uita deficit. Infra diſtinctio. iiij. cap. peccatum. §. uerum. cap. ſi ex bono.

p TAlibus. Deum diligentibus. In epiſtola ad Romanos.

q Hoc ipſum. Scilicet deuiare.

r Proficere in bonum. Occaſionaliter: quia fortiores reſurgunt. argu. di. xiij. c. nerui. lxiij. di. c. quia ſancta. §. uerum. in. fi. & diſt. quinquageſima. cõſiderandum. & c. fidelior. vj. q. j. capi. imitare. Vel deuiare, id eſt, pœnam quam ſubeunt pro deuiatione, facit eis proficere: quia cum pœna affliguntur, ſe recognoſcentes humiliantur. i. humiliores fiunt. ſ. di. prox. c. poteſt fieri. [3] uerſi. illuditur.

s CIrcuncifio. Aliquid. Quo ad ſalutem: quia non recipitur aliquis quia circuncifus, nec reijcitur aliquis quia præputiatus, quoniam indifferentes ſunt. nec hoc c. facit ad propoſitum. ſed ſic poteſt adaptari: ſiue quis circuncifus ſit, ſiue nõ, poterit per pœnitentiam recuperare charitatem quam amiſit peccãdo. Vel non eſt aliquid, id eſt, non proficit ad ſalutem ſine operibus. [4]

Moꝰ primi ſi ſunt in noſtra poteſtate. 1. Co. 10. c

[1] Quoniã ſecũdum Apoſtolũ, omnes naſcimur filij iræ. de cõſec. di. iiij. firmiſſime. Pet. Charitas Mariæ erat per gratiam confirmata.

† cap. j. Amos in cõmenta.

[2] Alias, imponeretur neceſſitas prædeſtinationi diuinæ: quod eſt falſum, quia oĩa quæcunq; uoluit dominus, fecit in cælo & ĩ terra, ut Pſal. dicit

† ca. vij. Prædeſtinatis quodã ſigno diſtinguũtur à damnandis.

† cap. vij.

† cap. ix

[3] Nã ſicut dicit Gre. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Pet.

† cap. ix. Charitas per pœnitentiã recuperatꝰ.

[4] Sed in Apoſtolo ſuper iſta uerba dicit gl. Aequã; præputio circuncifio: hĩs enim qui in Xpo uolunt uiuere, uirtutes appetendæ ſunt & uitia fugienda. media uerò, quæ iter uitia et uirtutes ſunt, nec fugiẽda ſũt, nec appetẽda, ut eſt circũciſio, & præputiũ, quę nihil ualent in Chriſto. Pet.

Galat. 5. b

Non eſt tã iniuſtus [a] Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri, &c. operis quo omnia ſua fecerant cõmunia. [b] & hoc ex dilectione, [c] & hoc ad gloriam [d] Dei.

Hebr. 6.c

Ecce triplex [e] bonũ: quaſi diceret: olĩ [f] multa operati [g] eſtis, ꝑ quibus [h] ſi pœniteatis de malis, benefaciet [i] uobis Deus. Romanos quoque et Galatas, dũ Apoſtolus redargueret, merito fidei ꝓbat aſſecutos remiſſionẽ peccatorũ & ſatisfactionẽ in ſpiritu ſancto, et iuſtitiã bonę operationis: q̃ oĩa aut ſine charitate nũquã uerè fuerũt in eis: aut uerã charitatẽ habuerũt, à qua poſtea lapſi ſunt, qui de operib. [k] legis gloriabantur.

Item de quolibet adulto Auguſtinus ait.

1. Ioã. 3. b

CAN. XXX.

Tolle charitatem, odium tenet. [l] Itẽ. Omnis qui non diligit, odit. Itẽ ĩ Euangelio. Nemo põt duobus dominis ſeruire. [m] aut .n. unum odio habebit, & alterũ diliget, aut unũ ſuſtinebit, alterumque contemnet.

Lucæ 16.c / Matt. 6. c

Adã [n] uerò cũ in uirili ætate à dño creat⁹ ſit, antequã à diabolo tẽtaretur, cũ de latere ei⁹ uxor formarẽt, dũ in extaſi [o] raptus Angelicę curię intererat, [p] dũ euigilãs futura Xp̃i et eccleſiæ ſacrã uaticinabat̃: [q] aut charitatẽ aut odiũ hẽbat. [r] Si aũt odiũ hẽbat, nõ fuit diabol⁹ author noſtri peccati. Itẽ. Si ſine charitatę [s] à Deo creatus eſt, eius ſimilitudinẽ in creatione ſui nequaquã accepit. [t] Itẽ. Si ſine charitate creatus eſt iuſtus et innocẽs à Deo factus nõ eſt. Creatura nanq; rõnis capax, & liberi arbitrij iuſtitiæ & innocẽtiæ ſine charitate particeps eſſe nõ põt. Colligitur ergo, ꝙ Adam antequã peccaret, charitatẽ habuit ſine qua iuſtus & innocẽs eſſe nõ potuit.

Gene. 2. b

Vnde Auguſtinus ĩ Geneſi ad literam.

CAN. XXXI.

Qvomodo renouari dicimur, ſi non recipimus quod perdidit primus homo? Hoc planè recipimus: quia iuſtitiam ex qua in peccatum lapſus eſt. Et paulò pòſt: Expoliãtes [u] ueterẽ [x]

Coloſ. 3. b

---

a Non eſt tam iniuſtus. Infra ead. diſt. §. opponitur. uerſi. non eſt iniuſtus.
b Fecerant communia. Ecce opus.
c Ex dilectione. Quæ informat actum, ſiue actionem. Ecce alacritas.
d Ad gloriam. Ecce recta & pura intentio.
e Triplex. Quod cõmendatur in eis: ſ. opus, & alacritas & recta intentio.
f Olim. Quaſi dicat, nõ nunc ita facit ad propoſitum.
g Operati. i. faciendo, proficiendo.
h Pro quibus. Id eſt, pro quorum ſimilibus.
i Benefaciet. æternaliter remunerando uel tẽporaliter abundãtius quamſi non pœnitueris, ſicut enim prima bona perſequẽtia mala mortua & irrita facta fuerunt: ita ipſa eadem per pœnitentiã & alia bona ſequentia reuiuiſcunt: uel quo ad uitam æternam, uel quo ad temporale præmium uel ad minus ſupplicium ſubeundũ. j. ea. di. iij. uerſic. nihil ubi de hoc.

Bona prima per ſequẽtia mala mortificantur.

k Quid de operib. Quia tpe gratię ſeruare polebãt præcepta legalia: qd non licet. extra de conſtitu. ca. translato.
Item de quolibet.

CASVS. *Ab iſto loco uſq; ad c. quõ. uidetur eſſe §. Gratiani ſecundũ Ben. qd uerũ credo, ſicut per uerba inferius poſita apparebit. Quidã tamẽ faciũt ibi caſum, omnes. et ibi, nemo. Alij ponunt totũ ſub illo. §. Romanos. Probat ergo Gratianus in hoc §. per magnam circumlocutionẽ, quod Adã charitatẽ habuit, quam amiſit. Et ad hoc inducit ſequentia capitula.*

l Tolle. Tenet. Quia charitas & odium immediate contraria ſunt circa ſuum ſuſceptibile. argumen. ſupra. diſtin. j. cap. omnis qui non diligit, &c. & eſt argumen. diabolum ante ruinam charitatem habuiſſe: quia ſi non haberet charitatem, odium teneret. & expone odium tenet, id eſt, per peccatum Deo ſit odibilis.

Charitas & odium, ſūt immediate contraria.

m Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Arg. contra, ff. de oper. lib. l. pen. [1]
n Adam uero. Verba ſunt Gratiani, uſque ad illud ca. quomodo.
o In extaſi. Scilicet prophetiæ.
p Intererat. Id eſt, facta erat ei reuelatio, & data ſcientia quam Angeli habẽt, & illi qui ſunt in cæleſti curia.
q Vaticinabatur. Dicens, hoc nũc os ex oſſibus, &c. unde Apoſtolus, Sacramentũ magnum hoc eſt in Chriſto et eccleſia. extra de biga. ca. debitum.
r Habebat. Sed nõ ſtatim ĩ ſui creatione.
s Item ſi ſine charitate. uideo G. nitentẽ aſſerere, quod Adam habuit ex creatione duplicem uirtutẽ. Celebrior autem eſt ſentẽtia, ꝙ Adam duplicem habuit ſtatum ante peccatũ. In creatione ſola naturalia accepit, quibus proficere uel mereri ſi poterat: poſt creationem addita ſunt ei gratuita. Vñ dicit Auguſt. Habuit Adam unde poſſet ſtare: ſed non unde poſſet proficere. & hoc in primo ſtatu. Dicit autẽ Augu. Et illud habuit primus homo, poſſe quod uellet: ſed non habuit uelle ꝙ poſſet: quia & ſi habuiſſet, non peccaſſet. Habuit ergo poſſe, ꝙ uellet bonum, id eſt, uirtutes in ſecundo ſtatu, quando cecidit. Vnde dicitur ſpoliatus gratuitis, & uulneratus etiã in naturalibus. Habuit ergo in primo ſtatu, innocentiam, ſicut puer: ſed charitatem non: unde non erat bonus: & ita habuit quo ſtare poſſet: ſed nõ unde mereretur, cum charitatẽ non haberet, ſine qua nemo proficit nec mouetur ad merendum: ſed in ſecundo ſtatu habuit charitatem ſecundum quam hæc dicta intelliguntur. [2]

Adam ante peccatũ habuit duplicem ſtatum.

t Accepit. Sed non ſtatim in ſua creatione.
u Qvomodo renouari. Expoliantes. Hoc habetur in epiſtola ad Coloſſenſes.
x Veterem. Id eſt, habitum peccatorum & uſum, &c. cum actibus ſuis, id eſt ubi nec habitus, nec actus peccatorum aliquando adſit, homo enim uetus nihil

[1] Vbi loquit quãdo nõ ſũt contrarij, ſec⁹ ſi cõtrarij eſſẽt, ut hic Archi.

[2] Idẽ per oĩa Pa.

hominem induite [a] nouũ, [b] qui renouatur [c] in cognitione fidei, ſecundũ imaginem eius [d] qui creauit eũ. [e] hanc enim imaginem in ſpiritu mentis impreſſam perdidit Adam per peccatum. Et poſt pauca: Stola [f] prima illa ipſa iuſtitia eſt, unde lapſus eſt Adam.

Item in homilia. xj.

CAN. XXXII.

Princeps uitiorum omnium, dum uidit Adam ex limo terræ ad imaginẽ Dei factum, pudicitia ornatũ, temperantia compoſitum, charitate ſplendidum, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit pariter, ac peremit. [g] Nanque cùm homini abſtuliſſet pudicitiam, & continẽtiam, dominio ſuo eum ſubiugauit. Et paulò poſt: Adam amiſſa temperantia, factus eſt intẽperans: perdita charitate, [h] malus inuentus eſt.

Item Ambroſius ad Sabinum. †

CAN. XXXIII.

Quando Adam ſolus [i] erat, non eſt præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo.

Item ad eundem.

CAN. XXXIIII.

Primus homo, recens Dei opus erat, confabulator [k] aſsiduus, qui ſanctorum Angelorũ cõplãtatus erat uirtutibus.

Idẽ in Hexaemeron. †

CAN. XXXV.

Illa anima [l] à Deo compingitur, quæ habet in ſe uirtutum gratiã renitentẽ, ſplendoremq́ue pietatis. Illa anima bene picta eſt, in qua elucet [m] diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta eſt, in qua eſt ſplẽdor gloriæ, & paternæ imago ſubſtãtiæ. Secundũ hanc imaginem quæ refulget, pictura pretioſa eſt. ſecundum hanc imaginem [n] ante peccatum, depictus fuit Adam: ſed ubi lapſus eſt, depoſuit.

Idem de fuga ſeculi. †

CAN. XXXVI.

Similem Dei eſſe, eſt habere iuſtitiam, ſapientiam, & in uirtute Dei eſſe perfectum.

Idem de uita beata. †

CAN. XXXVII.

Sapiens [o] nunquam inanis eſt, ſed ſemper habens in ſe amictum prudentiæ: qui poteſt dicere, Iuſtitiam induebam, ueſtiebam iudicium. Mentis nanque hæc ſunt interna uelamina: quæ nemo [p] alius poteſt auferre, niſi cùm aliquem culpa ſua deſpoliat. denique ſic ſpoliatus Adam nudus [q] inuentus eſt.

Idem in libro de Iſaac & anima.

CAN. XXXVIII.

Sed nec Adam primus [r] homo nudus erat, quem innocentia ueſtiebat.

Idem in libro de Paradiſo. †

CAN. XXXIX.

Vt cognouerunt quia nudi eſſent. Et ante quidem nudi erant, ſed non ſine uirtutum tegumento. — Geneſ. 3.

Opponitur [s] etiam illud quod omnis clamat [t] authoritas: Si ſic permãſiſſet, ut erat ante peccatũ, eſſet tranſlatus in gloriã quã habituri ſunt ſancti. Sed nemo adultus ſine charitate intrat: charitatẽ ergo habebat.

Itẽ opponitur de Moyſe, cuius fidẽ Apoſtolus in epiſtola ſua ad Hebræos cõmendãs dignis præconiis eius merita prædicauit, dum ſe negauit eſſe filiũ filiæ [u] Pharaonis, malens affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate tẽporalis palatii: dũ fratri compatiens, Aegyptiũ ſabulo obruit: dum ueritus animoſitatẽ regis, Aegyptũ reliquit, dum diuino uallatus auxilio, regis furorem — Hebr. 11. — Exod. 2. b.

nihil aliud eſt quàm uetus uita, quæ eſt in peccato quod cõtraximus ab Adam.

a Induite. Scilicet habitum uirtutis. — Epheſ. 4. b.

b Nouum hominem. Id eſt, rationabilem mentem.

c Qui renouatur. Id eſt, magis & magis creſcit, & acquirit cognitionẽ Dei. & illa renouatio fit ſecundum imaginẽ eius. — Lucæ. 15. c.

d [E]ius. Id eſt, imaginem eius in ratione, quæ eſt imago Dei. unde Eſaias, Nõ creditis niſi intellexeritis in ſpiritu. — Geneſ. 1. b.

e Qui creauit eum. ſcilicet nouum hominem, in agnitionem ſui ad hoc ut ipſum Deum agnoſceret.

f Stola. Alludit Euangelicæ Parabolæ de prodigo filio. xxxvij. diſt. ca. legimus. §. hinc etiam.

g Princeps uitiorum. Peremit. id eſt, neceſsitate moriẽdi adſtrinxit.

h Charitate. ſ. xvj. q. ij. c. viſis contra.

i Quando. Solus. argu. pro ſolitudine. xxxij. q. j. cap. nuptiæ. vij. q. j. ca. illud. contra. ſ. lxxxj. diſt. c. in omnibus. contra extra de ſtatu. mona. c. ij. contra, extra de offic. deleg. c. prudentiam. contra. Solu. per capitul. xxviij. q. j. c. ſæpe. — Epiſtola 46. L. c.

k Primus. Confabulator. id eſt, per contemplationem de illo cogitando.

l Illa anima. Hæc uerba ſunt Apoſtoli in epiſtola ad Hæbreos.

m Elucet. Per imitationem.

n Imaginem. id eſt, imitationem.

o Sapiens. Hæc ſunt, ſcilicet uirtutes.

p Quæ nemo. ſ. xxxij. q. v. de pudicitia.

q Nudus. A uirtutibus.

r Sed nec Adam primus. Alias prius eſt. id eſt, in primo ſtatu ſuo.

s Vt cognouerunt. Opponitur. Contra id, ſcilicet quod charitas ſemel habita deſeri non poteſt.

t Omnis clamat. id eſt, nulla negat: nã clamare dicitur ex quo non contradicit. arg. ff. de uſufr. accreſ. l. j. §. ulti. uel omnis qui loquitur de hac materia. ſimile. j. diſt. iii. omnes leges. alias. ij q. ij. omnes leges.

u Filiæ Pharaonis. Scilicet Termoth, quæ Moyſen de fiſcella ſcirpea in qua mater illum expoſuerat ſuſcipiens, eũ nutriri fecit, & tandem eum adoptauit in filium: ut in apologo inuenitur.

x Reliquit. Et fugit per deſertum, in

† cap. viij. lib. vj.

Vel dic Confabulator, ſcilicet angelorũ, quia eorũ colloquio frequẽter utebatur.

† ca. iiij.

† lib. ij. c. v. de Iacob & uita beata.

Moyſem filia Pharaonis in filium adoptauit.

In terram Madian: duxit filiam Iethro ex qua ſuſcepit duos filios.

a De libro. Scilicet uitæ præſentis. Vel dic ut ſ. xlv. diſtin. diſciplina.

b Septuaginta. ſ. lxxxiiij. diſt. porro.

c Seniores. Faciendo eos prudentes & peritos, ad ſimilitudinem Moyſi: non autẽ de ſpiritu eius aliquid ſubtrahẽdo ut ſcirent regere populum: cum Moyſes iam ſolus nõ ſufficeret.

Exo.33.b

d Videatur. ſcilicet hoc peccatum. xxiij. q. iiij. §. cum ſuperna.

e Coadiutor. Cum Moyſes eſſet aliquã tulum impeditæ linguæ.

Exo.32.g

Num.16.g

Exo.32.c

f Os eius. Loquendo pro Moyſe.

g Conſenſum ſ. 50. diſtin. cap. ſi poſt. §. econtra.

h Electus. ſ. xcv. diſtinct. eſto.

i Oppoſuit. Succenſo Chore, cum familia ſua. viij. quæſtio. j. denique.

k Prophetãdi. non eſt ſufficiens probatio, quod charitatẽ ideo habuerit, nam & Saul ꝓphetauit: ut ſ. quæſtio. j. prophetauit.

Saul prophetauit.

l Præcidit. ſ. ij. q. vij. cap. plerunque. §. de his.

m Non bibit. ſ. diſtinc. xlj. deliciæ.

n Et uilior. Id eſt, humilior.

o Iudica me ſecũdum iuſtitiam. ergo ſciebat ſe charitatẽ habere: & bene poteſt ex reuelatione: aliter non crederẽ. unde Apoſtolꝰ, Nihil mihi cõſciꝰ ſum, & c. j. diſt. iij. §. adhuc. uerſi. nõ enim.

Charitatẽ ſe habere, an poſsit aliquis cognoſcere.

Num.11.d

contempſit, atq; in uirtute ſignorum, populũ de Aegypto eduxit. quæ omnia quibus laudibus ſunt efferenda, ſi tũc charitas in eo non erat: cũ non habeat aliqd uiriditatis in ſe ramus boni operis, niſi procedat ex radice charitatis. Quomodo autem charitatẽ non habebat, cui dñs facie ad faciẽ loquebat̃, ſicut homo ſolet loqui cũ amico ſuo? Quomodo charitatem non habebat, qui ꝓ populo ſupplicans dicebat, Aut dimitte eis noxã hanc, aut me dele de lib.[a] tuo. An nõ proximũ diligebat, q pro populo ſe obijciẽs, illũ ab interitu liberau t? An nõ diligebat Deum, qui pro eo in uituli cultores deſæuiẽs, ipſius uituli caput in puluerẽ comminuit: atq; ut in ſeceſſum proijceretur, aqua miſtũ Iſraëlitis bibẽdum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiẽs: ut populus cuius erat interitus maior futurus, recõciliaretur Deo? An nõ charitatem habebat, de cuius ſpiritu dñs accepit, et ſup ſeptuaginta[b] ſeniores[c] Iſraël præpoſuit? q tñ ad aquas contradictionis de Dei potẽtia, ſiue de eius benignitate dubitãs, cũ cætera certa fide ꝓmiſiſſet, ꝓducturus aquã de petra,

Nũ.20.b

diffidenter excrepuit dicẽs: Nunquid de petra hac potero uobis educere aquam? quod nulli leue uideatur:[d] cũ in pœnam delicti eius ſibi & Aarõ à domino dictũ ſit, Quia nõ exaudiſtis uocẽ meam, ut glorificaretis me corã filijs Iſraël, non introducetis populum hũc in terrã quam dedi eis. An charitatẽ non habebat Aaron, quando fratri coadiutor[e] datus eſt, ut eſſet os eius[f] ad populũ: ut per eũ ſignæ fierent in Aegypto? q tamen in cultura uituli poſtea cõſenſum[g] populo adhibuit. An charitatẽ nõ habebat quando ex omni multitudine filiorũ Iſraël ſolus à dño electus[h] eſt, ut pontif[ic]e eũ fungeretur? Si charitatẽ nõ [habebat], bonus non erat: ſi autẽ bonus non era[t] præ cæteris à dño in pontificẽ electus [eſt]. An charitatẽ non habebat, quando pro populo cũ thuribulo incendio ſe oppoſuit,[i] irã Dei placauit? & tamen (ut præmiſſum eſt) ad aquas cõtradictionis irã domini aduerſum ſe poſtea prouocauit. Nunquid etiã Dauid charitatẽ non habuit, ſuper quẽ ſpiritus dñi à die unctionis directus eſt? An forte diceretur directus eſſe ſuper eũ, ut ex tunc gratiã prophetandi[k] haberet, nõ ut ex eo gratiam diuinæ dilectionis acciperet? quod abſurdũ planè uidetur de eo ſentire de quo dominus ait: Inueni hominẽ ſecun[dum] cor meũ. Quomodo etiã charitatem nõ habebat, qui quærenti animã ſuam pepercit: qui orã chlamydis ſuæ præcidit:[l] poſtea cor ſuũ grauiter percuſſit, clamans: Quem perſequeris rex Iſraël? canẽ mortuum, & culicẽ unum? Quomodo charitatem non habebat, qui mortẽ inimici ſui tã grauiſſime tulit? Quomodo charitatẽ nõ habebat, qui aquam de ciſterna Bethleem ſuorũ periculo ſibi oblatã non bibit,[m] ſed coram domino libauit? Quomodo charitatẽ nõ habebat, qui irriſus à Michol filia Saul, eo ꝙ ante arcam domini citharam & pſalterium percutiens ſaltaſſet, ait: Ludã & uilior[n] fiam in oculis meis. Si charitatẽ non habebat, qua cõſciẽtia ſecutus imprecabatur ſibipſi dicens: Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis? Si charitatẽ nõ habebat, qua temeritate iuſte iudicari rogabat dicẽs: Iudica me[o] Deus ſecundũ iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me?

Exo. .6

Nume.18

Nu.16.c

1.Reg.16.

Actu.13.d

1.Re.24.c

2.Reg.1.c

2.Re.23.c

2.Re.6.d

Pſalm.7.

Pſalm.25.

Pſalm. 25.

Idē, Iudica me domine: quoniā ego in innocentia mea ingreſſus ſum: et tñ poſt tot innumerabilia diuinæ et ſupernæ dilectionis indicia, quā grauiter deliquerit nullus ignorat: qui poſt Bethſabeæ [a] adulteriū, & Vriæ homicidiū admiſit: cuius pœnitentiā ſi ſine charitate dño obtulit, uerā cordis contritionē nō habebat. Quomodo ergo ſacrificiū cordis cōtriti et ſpiritus dño ꝓmittere audebat dicens: Si uoluiſſes ſacrificiū, dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis, ſacrificiū Deo ſpiritus cōtribu. et c. deniq; cū falſæ pœnitētię nulla à Deo promittatī remiſſio: quomodo à ꝓpheta [b] audire meruit: dimiſſum eſt tibi peccatū tuū: ſi uerā cordis cōtritionē nō habuit? Euidēter itaq; apparet, eum tunc charitatē habuiſſe, et ex charitate ſacrificiū cordis cōtriti & ſpiritus contribulati dño obtuliſſe, alioqui temerariè poſtulaſſet: Auerte faciē tuā à peccatis meis, et c. quæ in eodē pſalmo continentū: niſi odiū mali, et dilectio boni, ad humilitatē pœnitentiæ illum prouocaſſet: de quo etiā ſanctus Ambroſius in libro de Abrahā et Iſaac ſcribit dicens: †

1.Re.11 d — Pſal. 50. — 2.Re.12 d — Pſal. 50. — † libr. de Iſaac & anima. ca. iij. — 2.Re.24.a

CAN. XL.

FVgerat ſanctus Dauid odia Saul regis: non relinquēs terras, ſed declinans contagia regis immitis & ſuperbi: quiā mēs eius adhęrebat Deo: cui ſine charitate nullus adultus adhęrere pōt: & tñ quàm grauiter in populi [c] dinumeratione poſtea deliquerit, ipſius delicti pœna [d] indicauit. Itē ſecundū hanc ſententiam [e] qui criminaliter deliquerit, uerā peccatorū remiſſionē in baptiſmo cōſecutus nō eſt: ſiue i annis infantiæ, ſiue adultus ad baptiſmū acceſſit: q̄a Dei amorē nō habuit ſine quo nemo unquā inuenit gratiam: atq; ita ſm hæreſim Iouiniani, ſi uere ex aqua & ſpiritu ſācto quis renatus [f] fuerit, ulterius criminaliter peccare nō pt: uel ſi criminaliter peccat, aqua tm, non ſpiritu probatur eſſe renatus. cuius ſententiæ illud epiſtolæ Ioannis conſentire uidet: Oīs qui nat⁹ eſt ex Deo, peccatū nō facit: quoniā ſemen ipſius manet ī eo, & non pōt peccare, quia ex Deo natus eſt. in hoc enim manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. Et in fine epiſtolæ: Oīs qui natus ē ex Deo, nō peccat: ſed generatio [g] Dei conſeruat eū: & malignus nō tanget eū. Verùm hæc authoritas Apoſtoli quantū illi ſniæ faueat, atq; illa ſecta erroris quantū ueritati ſit aduerſa, Hieronymus oſtendit ſcribens contra Iouinianum. †

1.Pa.21.c — 1. Ioā. 3. b — Ibidem. — † lib. ij. in princ. Serui inutiles ſumus. — 1. Ioā. 5. d

CAN. XLI.

SI enim (inquit) omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat, & à diabolo tentari non poteſt, quomodo præcepit ut caueant ne tententur, dicens: Filioli mei cuſtodite uos à ſimulacris. & in eadem rurſus epiſtola: Si dixerimus quia peccatum [h] non

1. Ioā. 1. d

a Bethſabeæ. Supra diſt. 1. cap. ſi poſt. §. econtra.

b A propheta. Scilicet Nathan.

c FVgerat ſanctus. Populi. 2. xxiiij. quæ. j. non afferamus.

d Pœna. 2. j. q. iiij. §. item Dauid.

e Sententiā. Id eſt, opinionē, quę aſſerit ꝙ qui peccator⁹ eſt, nunquā habuit charitatē: ut in principio huius diſtinc.

f Renatus. Hoc bene ſoluit magiſter in fine.

g Sed generatio. i. Deus regenerans.

SI enim (inquit) CASVS. *Hoc eſt ca. Hiero. ſcribētis cōtra Iouinianū hæreticū: & protenditur uſq; ad §. ſeq. euidenter. Et primò opponit Iouiniano ducēdo eum ad incōuenien: & oſtendendo quod uerba Ioannis intelligēda ſunt per cōparationē. Hug. igitur caſum iſtius ca. ſic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima oſtendit Hiero. quod illa authoritas Ioan. oīs qui natus eſt ex Deo, non peccat: non ita intelligenda eſt, quod poſtquā aliquis recepit gratiā et habuit charitatem peccare non poſſit: ſi.n. ſic intelligeretur, iam contra diceret ſibi Ioannes qui baptizatus dicebat baptizatis, Si dixerimus quod peccatū non habemus, ipſi nos ſeducimus. Eſt ergo ſic intelligēda illa authoritas, Qui natus ē ex Deo: id eſt, qui recipit gratiā Dei, nō peccat donec perſeuerat in ea. In ſecūda parte procedit circa eadē uerba Io. et authoritate Iob et Pauli, et exemplo Petri probat, quod quilibet pōt peccare, & inducit ēt authoritatē Iacobi ꝑ quā probat qḋ boni poſſunt peccare. In tertia parte illud idē oſtendit exemplo Dauid, Salomonis, & Ieſu filij Ioſedech, et quorundā aliorum qui peccauerūt mortaliter, licet primo haberent charitatem, quod ēt in angelis cōtigit. Secunda pars ibi, Et beatus Iob. Tertia ibi, Dauid electus. Ille. ſ. Ioannis aduerſarius, ſ. Iouinianus. Nihil. ſ. peccati. Peccatū fecit. i. hoſtiā pro peccato, uel ſimilitudinē peccati, quia ſimilis fuit peccatorib. Soluit. ſ. Paulus. Re uera. uerba Hiero. nō eſt uolentis. ſ. ipſum currere. Ad calcē. i. finē uel perfectionē. Nouā imperitiæ ſictionē, i. nouā et perniciosā adinuentionem. ſimiliter uerba ſūt Hiero. In lūbis, quantū ad uiros. Super umbilicū quātū ad mulieres Partitionem. i. diſputationem quam cum Iouiniano habebat.*

h Peccatū. Saltē ueniale. & alibi, Cum oīa feceritis dicite, quia inutiles ſerui eſtis. et Greg. Vę iuſto, ſi remota miſericordia à Deo iudicetur. arg. 2. diſt. j. quem pœnitet.

Menda-

a Mendacẽm. Ipſe enim dixit omnem hominem peccatorem, cum dixit per prophetam, Omnis homo mendax. & Paulus in epiſtola ad Romanos eſt autem Deus uerax, omnis autem homo mendax.

b Et uerbum eius. Scilicet Chriſti, qui ueritas eſt ut infra eod. capi. uer. qui dicit.

i Non peccetis. Mortaliter alias contrarium eſſet ei, quod dixit ſ. ſi dixerimus quia peccatum, &c.

k Peccaueritis. Hactenus ſunt uerba Ioannis. quæ ſequuntur, ſunt uerba Hieronymi.

l Imo. Hic aperit Hierony. qualiter uerba ſine dicta Ioannis ſunt intelligẽda per compoſitionem, ſcilicet ut quis dũ moratur in ſanctitate percepta, & generatione Dei: quod peccet mortaliter, eſt impoſsibile.

agere, hunc primum [a] condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem, fecit. Huius primatus eminentiam conſpicit propheta, cùm dicit: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, Abietes non adæquauerunt ſummitatem eius Platani non fuerunt æquales frondibus eius: omne lignum pretioſum paradiſi Dei, non eſt aſsimilatum ei, & pulchritudini eius, quoniam ſpecioſum fecit eum, in multis condenſis frondibus. Quid [b] nanq; accipi in cedris & abietibus & platanis poteſt, niſi illa uirtutum cæleſtium proceræ celſitudinis agmina in æternæ lætitiæ uiriditate plantata? quæ quamuis excelſa condita ſunt, huic tamen nec prælata ſunt nec æquata, qui ſpecioſus factus in multis condenſiſque frondibus dicitur, quia prælatum cæteris legionibus tanta illum ſpecie pulchriorẽ reddidit, quanta ei ſuppoſita Angelorum multitudo decorauit. Iſta arbor in paradiſo Dei tot quaſi condenſas frondes habuit, [c] quot ſub ſe poſitas ſupernorum ſpirituũ legiones attẽdit: qui & idcirco peccans ſine uenia [d] damnatus eſt, quia magnus ſine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rurſum per eundem prophetã dicitur: Tu ſignaculũ [e] ſimilitudinis plenus [f] ſapientia, & perfectus decore in delicijs paradiſi Dei fuiſti. multa eñ de eius magnitudine locuturus, primo uerbo [g] cuncta cõplexus eſt. Quid nã que boni non habuit, qui ſignaculum Dei ſimilitudinis fuit? de ſigillo quippe annuli, talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur, qualis in ſigillo eodẽ eſſentialiter habetur. Et licet homo ad ſimilitudinẽ Dei creatus ſit, Angelo tamen quaſi aliquid maius tribuens, non eum ad ſimilitudinem Dei cõditum ſed ipſum ſignaculum ſimilitudinis Dei dicit: ut quo [h] ſubtilior eſt natura, eò [i] in illum plenius ſimilitudo [k] Dei credatur expreſſa. Hinc eſt, quòd primatus eius potẽtiam adhuc inſinuãs, idem propheta [l] ſubiungit: † Omnis lapis [m] pretioſus, [n] operimẽtum tuum, [o] ſardius [p] topaſius, iaſpis. chryſolitus, onyx, berillus, carbunculus, ſmaragdus, & ſapphirus. Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum ordines Angelorum ſunt nouem. Nam cùm per ſacra eloquia Angeli, Archangeli, throni, dominationes, uirtutes, principatus, & poteſtates, cherubin & ſeraphim aperta narratione, memorantur, ſupernorum ciuium, quantæ ſint diſtinctiones [q] oſtenditur, quibus tamen Beemoth iſte, opertus fuiſſe deſcribitur: quia eos quaſi ueſtem ad ornamentum ſuum habuit. Quorum dum claritatem tranſcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit, de cuius deſcriptione adhuc ſubiungit, Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata ſunt. Aurum opus extitit decoris eius quia ſapientiæ claritate canduit, quam bene creatus accepit: foramina uerò idcirco in lapidibus fiunt, ut uinculati auro, [r] in ornamenti compoſitione iungantur, & nequaquam à ſe diſsideant, quos interfuſum aurum repletis foraminibus ligat. Huiuſmodi ergo lapides, in die conditionis ſuæ foramina præparata ſunt: quia uidelicet capax charitatis eſt conditus, quaſi repleri uoluiſſet: Angelis ſtantibus, tanquam poſitis in regis orna-

Eſaiæ 2. c & 14. d

Exe. 28. c

Ibidem.

Exe. 28. d

diabolus. Beemoth interpretatur animal immundũ: quia diabolus ꝓpter ſuperbiam à cæleſti beatitudine tanquã immundum animal alienus factus eſt.

[a] Primum. Id eſt, præcipuum. Non enim prius creauit hunc quàm alios. alias in Salomone contra: ibi, qui uiuit in æternum creauit omnia ſimul.

[b] Quid uerba Gregorij exponentis ꝑ dictam authoritatẽ Ezechielis.

[c] Habuit. Lucifer.

[d] Venia. cũ enim plus poteſtatis & pulchritudinis ei commiſſum fuerat, ideo magis diligi ꝑſumebat. arg. ĩ. ij. quæſt. v. c. quanto. & infra diſtin. iij. c. quãuis. §. quod autem. & cap. ſepties. ideoq; tanto magis obſequi tenebatur, & plus puniri debuit, cùm nõ fuerit obſecutus. argu. C. de conduc. & procur. l. conductores. in fi. lib. xj. & grauiora facit delicta, & cætera. ut xj. q. iij. c. præcipue. xl. diſt. homo. Chriſtianus. ĩ. ead. diſt. v. c. conſideret. ĩ. eadem diſt. j. §. ex his itaq;. ĩ. xxiij. quæ. iiij. qui peccat.

[e] Tu ſignaculum. Dicitur ſignaculum propter uirtutes expreſſas quas; recepit a domino.

[f] Plenus i. plenam ſciẽtiam habens, & perfectionem decoris & charitatis.

[g] Primo uerbo. Hoc ſcilicet ſignaculum.

[h] Quo. id eſt, in quantum ſubtilior eſt natura, id eſt, diuinæ naturæ capacior ratione & intellectu.

[i] Eo. id eſt, intantum.

[k] Similitudo dei. Id eſt gratia & dilectio, quæ erat deo ſundis in illum.

[l] Propheta. ſcilicet Ezechiel.

[m] Omnis lapis. id eſt, omnis alius angelus.

[n] Pretioſus, id eſt, pulcher decore uirtutum fuit.

[o] Operimentum tuũ. id eſt, inferior eo, ſicut ueſtimentum eſt inferius & indignius ſe induēte, uel ornabat eum ſicut ueſtimentum ornat aliquem.

[p] Sardius. Hos etiam lapides enumerat lex. ff. de publi. & uect. l. interdum. §. ſpecies. Qualiter autem ij lapides ueniant in contributiõe, dicit lex ad legem Rho. l. ij. §. cum in eadem.

[q] Diſtinctiones. ĩ. diſtinct. lxxxix. cap. ad hoc.

[r] Auro. Vnde dicit lex, quod ſi auro gemma iũgatur, non cedit auro, ſed ecõuerſo aurum cedit gẽme. ff. de auro & arg. leg. & ſi non ſunt. §. perueniamus.

Vel poteſt dici animal per effectũ: quia homines, quos peccare facit nõ homines, ſed animalia dici poſſunt Arc.

Deus præſumit plꝰ diligere illos, quibꝰ plus perfectionis tribuit.

† Hic ad fin. dic. c. xxiiij. cõtinuat, & incipit. c. xxv. Gre. in diſt. l. xxxij. moralium.

Super

mento, lapidibus potuiſſet inhærere. Si enim charitas auro ſeſe penetrabilem præbuiſſet, ſanctis Angelis ſociatus in ornamento (ut diximus) regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iſte foramina, ſed ſuperbiæ [a] uitio, [b] charitatis [c] auro non ſunt repleta. Nanque idcirco ligantur auro, ne cadant. Idcirco iſte cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris uinculis ligari contempſit. nunc autẽ cæteri lapides [d] qui hic ſimiliter fuerant perforati, penetrantes ſe inuicẽ charitate ligati ſunt, atq; hoc in numero iſto cadente meruerunt, ut nequaquã iam de ornamento regio cadendo ſoluantur. Huius principatus celſitudinem adhuc idem propheta intuens adiungit: Tu Cherub extentus & protegens in monte ſancto Dei, & in medio lapidũ ignitorum perfectus ambulaſti. Cherub, quippe plenitudo ſcientiæ interpretatur, & idcirco iſte Cherub dicitur, quia tranſcendiſſe cunctos ſcientia non dubitatur, qui in medio ignitorum lapidũ perfectus ambulauit: quia inter Angelorum corda charitatis igne ſuccenſa, clarus gloria conditionis extitit, quem bene extentum, ac protegẽtem dicit. Omne enim quod extentè protegimus, obumbramus: quia comparatione claritatis ſuæ obumbraſſe cæterorum claritatem creditur, ipſe fuiſſe extẽtus & protegens reperitur. reliquos enim quaſi obumbrando operuit, qui eorũ magnitudinem excellentia maiore tranſcendit. Quod ergo illic [e] ſpecioſus in multis frondibus, quod illic ſignaculũ ſimilitudinis, quod illic Cherub, illic protegens dicit, hoc hic uoce dominica [f] Beemoth iſte uiarum Dei principium uocatur. † De quo idcirco tam mira in quibus fuit, & quæ amiſit inſinuat: [g] ut homini oſtentat quid ipſe, ſi ſuperbiat de elationis ſuæ culpa paſſurus ſit, ſi feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloria tantæ claritatis eleuauit. Conſideret ergo homo elatus, quid in terra mereatur, ſi Angelis prælatus in cælo, de cælo in terram proſternitur.

6 *Charitas autẽ, [h] quæ in aduerſitate deſerit̃, ficta. [i] .i. fictilis & fragilis eſſe perhibet̃; ſicut fides ex qua charitas ꝓcedit, ficta .i. fragilis apud Apoſtolum eſſe negat̃. Similiter charitas, quæ in aduerſitate deſeri põt, dr̃ uera nunquam fuiſſe. Sicut .n. Hieronymus contra Iouinianũ ſcribit, Omnis creatura ſub uitio eſt: non q omnis peccauerit, ſed quia nulla eſt, quæ peccare non poſſit. Poſſe aũt [k] peccare (ut Augu. † ait) nõ eſt aliquid poſſe. imò aliquid nõ poſſe. Vnde ille ſolus uocatur omnipotens, qui hoc non poteſt: quia omnia põt, quæ poſſe eſt aliquid poſſe. Sicut ergo eius cõparatione, qui mutabilitatem neſcit, omnis creatura uitioſa dicitur, quia mutabilitatis eſt capax, iuxta illud, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, & aſtra [l] nõ ſunt mũda in conſpectu eius: ſic comparatione eius creaturæ, quæ mutationẽ non recepit, omnis creatura quæ permutatur, nõ uera, ſed uana eſſe probatur. Vnde omnis hõ mendax eſſe dicitur, & uanitati ſimilis factus. Hinc etiã [m] Eccleſiaſtes: Cuncta, quæ ſub Sole ſunt .i. quæ temporum uiciſſitudinem recipiunt, nõ tantũmodo uanitas, quę omni creaturæ rõne mutabilitatis ineſt ſed ẽt uanitas uanitatũ uarietate permutatiõis, quã*

a Superbiæ. Nota per canonẽ iſtũ, ius icœpiſſe ex ruina angelorum. bonum enim & æquũ fuit, ut propter ſuperbiã Lucifer puniretur.
b Vitio. Id eſt, per uitiũ ſuperbiæ non ſunt repleta.
c Charitatis. Argu. quod diabolus charitatẽ [1] nõ habuit: ut xvj. quæſt. ij. cap. uiſis. Sed cum eſſet rationis capax, innocẽtiæ particeps, ſine charitate eſſe non potuit. argu. ĩ. ead. diſtin. ca. ſi quis ſemel. §. item ſine charitate. qđ ergo charitate repletus negatur, comparatione ſtantium, & confirmatorum dicitur, uel ad perfectionem & perſeuerantiam refertur.
d Lapides. Id eſt, ordines angelorũ.
e Illic. In propheta Ezechiele, & in Iob.
f Voce dominica. Id eſt, uoce domini. loquentis ſibi Iob.
g Inſinuat. Iob, uel propheta.
Charitas autem. Hæc eſt ſexta pars diſtinctionis, in qua concludit magiſter & probat multis modis, qđ illa charitas quæ deſeritur, dicitur fragilis: quia non durauit, tamen uera fuit, alias nullo modo poſſet dici, ſi nulla fuiſſet. Ioan. de Faur.
h Charitas autem. Soluit authoritatẽ Apoſtoli allegatam ſupra in princ. diſt. duobus modis: quia dicitur primo charitas, quæ deſerit̃.
i Ficta. Id eſt. fragilis & non uera, reſpectu permanentis. Vel non uera, reſpectu charitatis diuinæ. ad quod ſimilia quædam inducit. In fine concludit ueram charitatem deſeri poſse.
k Poſſe autem. Ex quo enim reſiſtere uitijs eſt uerũ poſſe, ergo non reſiſtere eſt non poſſe: ſed nõ reſiſtere eſt peccare, & ita poſſe peccare, eſt non poſſe reſiſtere. & ita eſt argumentum à cõtrarijs. ar. xxxij. qõ. iiij. ſicut ſatius eſt. & qõ. v. ſicut enim.
l Ut aſtra. Id eſt, Angeli.
m Hinc etiam Eccleſiaſtes. In ſalomone.

Ius unde incœpit.

Diabolus an habuerit charitatem.

1 De hoc leg. & no. ĩ. §. prox. in fi. & xxvij. q. ij. §. ex his. omnibus. ibi iudeas.

Eze. 28. a

Ezec. 31. a Iob. 40. b

Vitijs reſiſtere, eſt uerũ poſſe.

† Hic ad fin. ca. 25. incipit c. 26. & ult. dicti libr. 32. moralium. Grego.

† Idem Bal. conſ. 316. nu. 3. li. j. in nouiter impſsis. Magiſter ſentẽ. li. 1. di. 42. [redacted]

Pſal. 142. Iob. 15. a

Pſal. 113. Pſal. 143. Eccleſ. 1.

recipiunt, eſſe dicuntur. Sic ergo cõparatione diuinæ charitatis nulla uirt' eſſe uera probat̃, aut comparatione eius, quæ nõ deſeritur, illa quæ amittit̃ uera eſſe negat̃. ſicut autẽ omnis creatura ſuo modo bona et uera eſſe dr̃, ſic et charitas, quæ deſeritur, ſuo modo bona & uera eſſe monſtratur, alioqui à nullo deſereretur ſi nullo modo in eo eſſet. Quod .n. nullo modo uerè eſt, nullo mõ deſeri poteſt: ꝙ ſi aliquo modo uerè deſeritur, et aliquo modo id uerè eſſe oportet.

DISTINC. III.

Haec de charitate[a] breuiter ſcripſimus, pp eos, qui pñiam negãt reiterari poſſe, aſſerentes, ꝙ ſicut charitas ſemel habita nunquã amittit̃, ita pœnitentia ſemel uerè celebrata, nulla ſequẽti culpa maculat̃. Si uerò criminalis culpa illã aliqñ ſequitur, uera pñia[b] nõ fuit, nec ueniã unquam à Domino impetrauit. Quod ex definitione ipſius pœnitentiæ, et multorum authoritatibus probare cõtendunt. Vt enim Ambroſius ait in quodã ſermone quadrageſima. †

CAN. I.

Pœnitentia eſt[c] & mala præterita plangere, & plangenda iterũ non committere.[d]

Idem in libro de unica pœnitentia. †

CAN. II.

Reperiuntur qui ſæpius agendam pœnitentiã[e] putãt, qui luxuriant̃[f] in Chriſto. Nã ſi uerè in Chriſto pœnitẽtiam agerẽt, iterandã poſt ea nõ putarẽt:[g] quia ſicut unũ baptiſma, ita[h] & unica[i] pnia. Verùm præteriti ſemper nos debet[k] pœnitere peccati: ſed hoc delictorum[l] leuiorũ: At ego[m] facilius[n] inueni qui rectè ſerua-

Haec de charitate. Hęc diſtinctio diuiditur in xij. partes, in quarum prima probat per xij. authoritates, quod qui ſemel pœnitentiam ageret, non peccaret, ſed intelligitur de perfecta per locum à deſtructione. Secunda ibi, Sed uerba. Tertia ibi, ex perſona. Quarta ibi, Hac authoritate. Quinta ibi, Quod autem. Sexta ibi, Ecce cuius. Septima ibi, Item quod. Octaua ibi, ſiue autem. Nona ibi, His authoritatibus. Decima ibi, Authoritas. Vndecima ibi, Quanquam. Duodecima ibi, Pœnitentia ergo. Ioan. de Fant.

a Hæc de charitate. Continuat ſeipſum Grat. In ij. enim diſt. hanc quęſtionem quam hic tractat prælibauit, ſed huius gratia aliam præmiſit, an. ſ. charitas ſemel habita amitti poſſit? quã in præcedẽti diſtinc. tractauit: nũc autem ad propoſitum ſuum reuertitur, & dicit hæc quę & cætera. Hic incipit tertia diſtinctio, in qua tractatur an pœnitẽtia ſit iteranda, an non? & ꝙ ſit iteranda, multis authoritatib. & exemplis probatur. Dicimus ergo, quod iteranda eſt. i. iterum puniendus eſt ſi denuo peccet. ȷ̄. e. ſepties. ubi autem dicitur quod pœnitẽtia non eſt iteranda, dicimus quod de ſolenni eſt intelligendum, quæ cum ſit ſacramentũ, non debet iterari. argum. j. quæſtio. j. quod quidam. ſecundum conſuetudinem maxime quarundam eccleſiarum. & hoc ſuper eodem crimine. ſuper diuerſis autem credit Grat. ſolennem iterari poſſe argumento. ȷ̄. eadem diſt. quamuis. hanc quæſtionem ſic tractat Gratia. Primo ponit opinionem illorum qui dicunt, quod pœnitentia non eſt iteranda, quia eã non ſequitur mortale peccatum: ſi enim eã ſequitur mortale peccatum, illa pœnitẽtia uera non fuit, nec ueniam obtinuit. & ad hoc multas authoritates inducit uſque ad §. ſed uerba. & incipit ibi ſoluere prædictas authoritates. poſtea ab illo. §. quod autẽ, probat authoritatibus & exemplis, quod pœnitentia ſæpe iteratur. poſt inſerit quæ ſit uera, & quæ ſit falſa pœnitentia. qua occaſione ſubiungit, an pœnitentia ſit dãda an neganda ei, qui uult agere pœnitentiam de uno pc̃õ, & remanere in alijs.

Pœnitentia eſt iteranda.

b Vera pœnitentia. Hoc falſum eſt, quia ſi ex charitate pœnituit, uera fuit: & ſaluaretur ſi tunc decederet dum ſic pœnitebat. Authoritates autem quæ in cõtrarium inducuntur, non ad diuerſa tempora, ſed ad idem ſunt referenda, ut ȷ̄. e. c. in caſſum. §. ſed uerba. ut ſ. eo tempore quo pœnitet, habeat propoſitum nõ committendi de cætero.

c Pœnitentia. eſt. i. gratia quæ uere pœnitenti infuſa eſt facit eũ præterita plangere: & eum munit ut caueat ne committat quæ fleuit. & quod hic traditur, potius eſt effectus pœnitẽtiæ quã diffinitio.

Pœnitentiæ effect' quis eſt.

d Non committere. i. non committendi propoſitum habere.

† Grego. habet homilia 34 euãgeliorum.

e Reperiuntur. Pœnitentiã. Solennẽ. Vel quod hic dicitur; intelligas de pœnitentia exteriori. i. de ſatiſfactione. nam quidam putant ſufficere ad deletionẽ peccati, ſi quoties peccant pœnitentiam ſibi iniunctam ſiue ſatisfactionẽ agant, licet in uoluntate peccandi perſiſtant. ȷ̄. ead. ſane cauendum. & hoc innuit illud ibi. iterãdam.

† Ambroſi. capi. x. lib. ij.

f Qui luxuriantur. i. fornicantur ſpiritualiter ſeparando ſe à Chriſto.

g Non putarent. Id eſt, non præſumerent illud agere, unde oporteret deinceps pœnitere. & ſecundum hunc intellectum ſic intelligendum eſt illud, quod ſequitur, ſicut unum baptiſma ſufficit ad deletionem peccati, & ſic una pœnitentia: huic tamen intellectui repugnat. ȷ̄. glo. Hu. ſ. ſemper. ȷ̄. ea.

h Ita. ſ̄. diſt. 50. c. ſi quis poſt. §. poteſt. & aliter. ȷ̄. e. diſt. c. intantum. §. ſiue autem. & c. in ſalicibus.

i Vnica. i. irreiterabilis.

k Semper nos debet. i. ſemper uere pœnitere. ſed de mortalibus raro contingit. Vnde addit: at ego, &c. q. d. ita de facto contingit ſæpe. ſ. ꝙ quis habet pœnitentiam de minoribus & compunctionem, ſed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) diſtinguo, ut ſcilicet pœnitentia pro leuioribus mortalibus tantum peccatis iniuncta poſſit iterari: quia non iniungitur pœnitentia ſolennis niſi pro grauiſſimis. xxvj. q. vj. ca. ultimo.

l Delictorum. Tamen mortalium.

m At ego. ſ̄. diſtinc. j. §. alij econtra. & c. ſunt qui arbitrantur.

n Facilius. Mirum eſt, quare hoc dicat, cũ multi inue

uerit innocētiam, quàm qui cōgruè [a] egerit pœnitentiam.

Item Auguſtinus. †

CAN. III.

Satisfactio pœnitentiæ [b] eſt peccatorū cauſas [c] excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere.

Idem in lib. de pœnitentia. †

CAN. IIII.

Pœnitentia eſt quædam dolentis uindicta, [d] puniens in ſe, [e] quod dolet cōmiſiſſe. & infrà. Continuè eſt dolendū de peccato: quod declarat ipſa dictiōis uirt⁹. [f] Pœnitere enim eſt, pœnam tenere, [g] ut ſemp puniat [h] in ſe ulciſcēdo, quod cōmiſit peccando. Pœna. n. propriè dicitur læſio quæ punit, uindicās quod quiſq; cōmiſit. Ille pœnā tenet, qui ſemper uindicat qđ cōmiſiſſe dolet. Pœnitentia itaq; eſt uindicta ſemper puniēs in ſe, quod dolet cōmiſiſſe.

In eodem. †

CAN. V.

Si Apoſtolus [i] etiā peccata [k] per baptiſmum dimiſſa [l] continuè plorat, [m] nobis ēt ſup fundamentū [n] Apoſtolorū poſitis, quid præter plorare reſtat? quid niſi ſemper dolere in uita? ubi enim dolor finī [o] deficit [p] & pœnitentia. Si aūt pœnitētia [q] finitur, quid relinquiē de uenia? [r] tādiu. n. gaudeat, & ſperet de gratia, [ſ] quādiu ſuſtentatur à pœnitētia. Dicit enim Dominus, uade, & amplius noli peccare. nō dixit, nec pecces, ſed nec uoluntas peccādi in te oriatur. [t] qđ quomodo ſeruabitur, niſi dolor in pœnitētia cōtinue cuſtodiaē? Hinc ſemper doleat, et de dolore gaudeat et de doloris, pnia, ſi cōtigerit, [u] ſemper doleat, et nō ſit ſatis qđ doleat, ſed ex fide doleat, & nō ſemp doluiſſe doleat.

Item Gregorius in Aeſtiuum tempus. †

CAN. VI.

Pœnitētiam quippe agere dignè non poſſumus, niſi modum quoq; eiuſdem pœnitentiæ cognoſcamus. Pœnitētiam quippe agere eſt, & perpetrata mala plangere [x] & plangenda nó

---

niantur in fine pœnitentes reſplenduiſſe, &c. ī. j. qū. vij. ſi quis om...em. & pauci inueniantur ante finem ſine mortali peccato. arg. ī. 50. diſt. quia tua ſed quod dicitur hic intelligitur de integritate carnis, ſcilicet uirginitate. q. d. facilius inuenio qui ſeruet uirginitatē, quam qui poſt corruptionē carnis ſeruet continentiā. Nā tunc facilius cadet, ut ī. diſtin. j. §. alij econtra. & ca. ſunt qui arbitrenē. unde & ſacramento quādoq;, &c. ut xxxv. quæſ. vj. ab iſto. Vel hoc poteſt intelligi de pœnitentia perfectiſsima, quę non ſolum delet peccata, ſed etiam peccandi affectionem: quam nūc habere difficillimū eſt.

a Congrue. Nam pœnitentē oportet uitam mutare: qđ ſumme difficile eſt: quia dixit lex quòd non facilis eſt mutatio uitæ, ſed cum magno labore animi fit, ut in authen. de monach. §. hinc autem col. j. argu. ĩ. e. ſane cauendum.

b Satisfactio pœnitentiæ. ĩ. e. diſt. § illud autem Gregorij. uerſicu. ſatiſfactio.

c Cauſas. i. uitiorū radicem. non enim ſufficit ramos incidere, ut ī. diſtin. ij. ſi ƈta §. ex præmiſsis. Vel cauſas. i. opportunitates uel occaſiones peccandi. ut lxxxj. diſt. ualet.

d Pœnitentia eſt. Vindicta. Hic eſt quædam aſſignatio illius pœnitentiæ quæ dicitur operis ſatiſfactio. & intelligitur de perfecta pœnitētia, ut ĩ. e. quamuis §. hac authoritate.

e Puniens in ſe. Argu. expreſſum ꝙ quis non poteſt ieiunare per alium: licet contrarium dixerit Hug. ī. lxxxij. diſt. presbyter. ſed quicquid ſit de alijs, uidetur ꝙ per filium bene poſsit quis ieiunare, quia eadē perſona cenſetur, ut xxxv. quæſt. iij. §. hac authoritate. & magis terrentur patres in filijs quam in ſeipſis. ff. quod met. cau. l. iſti quidem. §. ultimo.

f Virtus. i. ſignificatio & interpretatio.

g Pœnam tenere. Alludit etymologię uocabuli. unde Bernardus Clareuallis dixit ſuper illū locum Gene. Pœnitet me feciſſe hominem ſuper terram, idē eſt ac ſi diceret, pœna tenebit me pro peccatis hominum tenebit inquam me cum uenero ſuper terram.

h Puniat. Habitu, non actu. ar. ī. diſt. xxxj. § laicus.

Argum. contra. ĩ. cap. proximo.

i Si Apoſtolus. ſ. xxxij. q. v. ſi Paulus.

k Peccata. Originalia.

l Dimiſſa. Si dimiſſa quare plorat? quia non eſt facta plena innouatio. de conſec. diſtin. iiij. c. ij & ideo timet cadere. & indignū eſt enim, qui nondū ſtabilē [...] & cætera. C. de teſta. mili. l. ultima.

m Plorat. Argu. contra. ĩ. de conſe. diſt. iiij. ſine pœnitentia. Arg. contra ī. diſt. j. tres autem ſunt actiones. Sed illa non prohibet, quin dolēdū ſit ſuper peccatis iam dimiſsis. ſed quod iā pro illis nō eſt pœnitentia iniungēda.

n Super fundamentum. i. fidem.

o Finitur. i. deficit: quod tunc fit, cum memoria peccati habetur, & de peccato non doletur.

p Deficit. i. inutilis eſt, uel efficitur inutilis. i. per ipſa n pœnitens ad uitam non perducitur, ex quo enim non laborat, fructum non debet perficere. xvj. q. j. generaliter.

q Pœnitentia. Quæ præceſsit.

r De uenia. i. de uitæ munditia, & ſpe æternæ beatitudinis, quam cum uenia aſſecut⁹ fuerat. quaſi dicat, ita reus conſtituitur per cōſequens peccatum, ſicut erat prius. ſic exponit Grat. infra eadem. §. hac authoritate.

ſ De uenia. Non tamen intelligas, ꝙ peccata redeāt pri⁹ dimiſſa, ſed quia ita intrabit gehennam. ac ſi nullum peccatum eſſet dimiſſum. hoc ſecundum quoſdam, ſecus ſecundum alios, qui dicunt peccata iam dimiſſa redire, ut hæc traduntur, infra eadem. §. hac authoritate.

ſ De gratia. Factæ promiſsionis.

t Oriatur. Sed ſi præcepit, nonne ſic præcepit impoſſibile: quia quod non erat in eius poteſtate? arg. ſupra diſtinctione ſecunda. capitulo, ſi ſermo §. econtrario. & capitulo, ſciendum. Sed expone uoluntas in te non oriatur, id eſt, in te orta ad effectum non perducatur.

u Si contigerit ĩ. xvij. quæſtio. iiij. ſunt qui opes. ſ. xv. q. viij. ij. qui. ĩ. ead. diſt. c. intantum. §. ſiue autem. & cap. in ſalicibus.

x Pœnitentiam. Plangere. Id eſt, plangendo de præte-

---

ca. liiij. de dogma. eccleſiaſt.

ca. viij. de uera & falſa pœnitentia.

Pœnitentia pfectiſſima quæ eſt.

Vitæ mutatio non ē facilis.

Peccandi occaſiōes ſunt fugiēdæ.

ca. xiij.

Roma. 6.

Ieiunare per alium utrum aliquis poſſit.

Pœnitet me feciſſe hominē, qualiter exponā.

In ſuo officio, gaudet eo priuilegio quo gaudet q eſt ſtabilis.

Ioan. 8. b.

Homil. 34. euāgeliorum.

Delicta dimiſſa an redeant.

perpetrare. [a] nam qui ſic alia deplorat, ut iterum alia committat, [b] adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut diſsimulat. [c] Quid enim prodeſt, [d] ſi peccata luxuriæ quis defleat, & tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhelat? Idem, † ſunt qui dicunt pauci temporis pœnitentiam contra peccatum debere ſufficere, ut iterū liceat ad peccatum redire. Rectè hos paſtoris primi ſententia percutit, qui ait: [e] Canis reuerſus ad ſuum uomitum, & ſus lota in uolutabro luti. Magna eſt.n. contra peccatū uirtus [f] pœnitentiæ: & ſi quis in eadem pnia perſeueret. Pœnitētiam uerò agere, eſt commiſſa plāgere, & iterū plāgēda declinare.

Idem.

CAN. VII.

Productior [g] eſt enim pœna quā culpa: ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. ac per hoc uel ad emendationem [h] debitæ miſeriæ, [i] uel ad emendationem [k] labilis uitæ, uel ad exercitationem [l] neceſſariȩ [m] pœnitētiæ tēporaliter detinet [n] hominem pœna quem iam ad damnationē æternā reum non detinet culpa. Ira Dei [o] nō eſt ut hominis, id eſt, perturbatio [p] concitati animi, ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio.

Item Ioan. os aureum.

CAN. VIII.

Perfecta pœnitentia cogit peccatorē omnia [q] libenter ſufferre. & infrà. In corde eius contritio, in ore eius confeſsio, in opere tota humilitas, hæc eſt fructifera pœnitentia.

Item Smaragdus.

CAN. IX.

Ille pœnitētiā dignè agit, qui ſic præterita mala deplorat, ut futura iterum nō committat. nā qui plangit peccatū ſuū, & iterum admittit peccatum, quaſi quis lauet laterem crudum, quem quāto magis abluit, tantò magis lutum facit.

Item Auguſtinus. †

CAN. X.

Pœnitentes (ſi tamen eſtis pœnitentes, & non eſtis irridentes) mutate uitam, reconciliamini Deo: & uos cum catena [r] paſcetis. Qua, inquis, catena? Quæ ligaueris in terra, erunt ligata in cælo. Audis ligaturam, & Deo putas facere impoſturam: [ſ] pœnitentiam agis, [t] genua figis, & rides & ſubſannas patientiā Dei: ſi pœnitentiam agis, pœnites. ſi non pœnites, pœnitens non es. Si ergo pœnites, cur facis quòd malè feciſti? ſi feciſſe pœniteat, noli peccare. Si adhuc facis, certè non eſt pœnitens.

Item Iſidorus de ſummo bono. †

CAN. XI.

Irriſor eſt, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet. nec uidetur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare [u] ſuperbus. Canis reuerſus ad ſuum uomitum, eſt pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinunt. quoſdam accipere lacrimas ad pœniten-

---

præteritis malis dolere, uel ſatisfactione ſatisfacere, ſecūdum præceptum eccleſiæ.

a Non perpetrare. Id eſt, in nullo mortali perſeuerare, uel propoſitum perpetrandi non habere.

b Committat. Id eſt, propoſitum cōmittendi habeat.

c Diſsimulat. Id eſt, non uere pœnitet.

d Quid enim prodeſt. quo ad uitam æternam. ī. ea. diſt. ſunt plures? Nam alias bene ualet occaſionaliter. ī. ead. diſtin. capi. nihil & cap. pium.

e Qui ait. ī. ſepe ies. ī. diſt. l. ij. qui.

f Virtus. i. effectus pœnitentiæ.

g Productior. Supra diſtin. xc. ſi qs monachus. Arg. ſ. ead. diſtin. j. uide benignū. Contra. ibi enim inuenitur, quod quandiu uidetur durare peccatū, durare debet pœnitentia. Sed dic, quod non dicitur ibi, quod pœnitentia non debeat eſſe productior peccato, ſed innuit ibi quod ſi longa fuerit culpa, lōga pœnitentia debet eſſe. Non enim erit æquum, ut pro unius horæ fornicatione non maior iniungeretur ei pœnitētia: ſed quod hic dicit, retorquet ad interiorē pœnitētiam: quia quandocunq; reduco peccatū ad memoriam, debeo inde dolere. ī. ead. Iudas. & hoc intellige de pœna ſiue de pœnalitate, quā ſuſtinemus pro peccato primi hominis: quia illa eſt productior. arg. ſ. diſt. ſicut primi.

h Ad demonſtrationem. i. ad cuſtodiam humilitatis: ut in Paulo. xxiij. q. iiij. diſplicet.

i Miſeriæ. In quā uenit ex peccato. ſupra diſtin. v. c. ad eius uero. uerſus finem.

k Ad emendationem. Id eſt, ad purgationem delicti: ut in paralytico.

l Ad exercitationem. ſ. ead. diſtin. j. ſicut primi.

m Neceſſariæ. Ad uitam æternam.

n Detinet. Pœnā, ad gloriam Dei manifeſtandam: ut in cæco nato. ſ diſti. j. ex his. & ad iudicium futuræ damnationis: ut in Herode. ſ. xxiij. q6. iiij. ca. Nabuchodonoſor. & ad cautelam ſui & aliorum, ut in Paulo: & ut ſtudioſius illa uita quæratur, quæ erit ab omnibus pœnis aliena, & ut ſit fideli certandi materia, & occaſio uincendi, qui non uinceret ſi non pugnaret. ſ. diſt. vj. c. ſed penſandum.

o Ira Dei. ſ. xj. q. iij. c. epiſcopus. §. ſi ergo iniuſte.

p Perturbatio. Ecce quid ſit ira hominis, & quid ira Dei.

q Perfecta pœnitētia. Oia. iniuncta à ſacerdote.

Pœnitentes. Cum catena. Supra diſtin. j. agite arg. contra. ſ. eadē diſt. j. c. facilius.

r Cum catena. Id eſt, in catena, id eſt, cum mandato eccleſiæ, ſcilicet ſecundū quod eccleſia nos ligauit. & eſt ſimi. j. q. j. c. iudices.

ſ Facere impoſturam. i. et falſum imponere, quaſi iniuſte ligatis ab ipſo. Deus enim neminē iniuſte ligat. xj. q. iij. ca. eps. §. ſi ergo iniuſte. Impoſtor autē dicit qui falſum aliquid alicui imponit. ff. de ædil. edic. l. ob quæ uitia. §. j.

t Agis. Actu uel uoluntate.

u Irriſor. Subſannare. id eſt,

---

† Epiſtola. xxxix. lib. ix. ad Theotiſtā patritiā in ſin. epiſtolæ.

ȝ Pet. 2. d

Pœnitentia ſit longa, ſi lōga fuerit culpa.

† Ad idē xlviij. diſ. c. omnes.

Pœna quare i. ſligatur à Deo

† Homil. xij.

Matt. 16. c

† libr. ij. cap. vj.

Impoſtor quis dicitur.

tiam cerno, & effectum pœnitentiæ non habere: quia inconſtantia [a] mentis non recordatione peccati lacrymas fundunt: nūc uerò reuiuiſcente uſu [b] ea [c] quæ fleuerūt iterando committūt. Eſaias [d] de peccatoribus dicit. Lauamini, [e] mundi eſtote. Lauatur & mundus [f] eſt, qui & præterita plangit, & flenda iterū non admittit. lauatur, [g] & non eſt mundus, qui plangit quę geſsit, nec deſerit, & poſt lacrymas ea quæ fleuerat [h] repetit.

Item Auguſtinus in libro Soliloquiorum. [i]

CAN. XII.

INanis [k] eſt pœnitētia, quam ſequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum ſanatur tardius. [l] frequenter [m] peccās & lugens, uix ueniam meretur. Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata: nihil ualet ueniam à malis poſcere, & mala denuo iterare. Perſiſte ergo in cōfeſsione: eſto in pœnitentia fortiter confirmatus. uitam bonam, quā accepiſti, tenere non deſinas, propoſitum bonæ uitæ conſerua iugiter.

Item Gregorius in paſtorali. †

CAN. XIII.

QVi admiſſa plangunt, nec tamen deſerunt, [n] conſiderare ſolicite ſciant, quia flendo inaniter ſe mundant, qui uiuēdo ſe nequiter inquinant: cum idcirco ſe lacrymis lauant, ut mundi ad ſordes [o] redeant.

Item.

CAN. XIIII.

QVi admiſſa plāgit, nec tamen deſerit, pœnæ grauiori ſe ſubijcit: quia ipſam quam flendo impetrare potuit ueniam, contemnit.

Item.

CAN. XV.

LAuamini, mundi eſtote. Poſt lauacrum enim mundus eſſe negligit, quiſquis poſt lacrymas, uitæ innocentiā non cuſtodit. Lauantur ergo, nec mundi ſunt, qui commiſſa flere non deſinunt, ſed rurſus flenda committunt.

Item.

CAN. XVI.

BAptizantur [p] quippe à mortuo, [q] qui mundant ſe fletibus à peccato. ſed poſt baptiſma mortuū tangit, qui culpas poſt lacrymas repetit.

Idem in moralibus. †

CAN. XVII.

IN caſſum quippe bonum agitur, ſi ante uitæ terminum deſeratur: [r] quia & fruſtra [s] uelociter currit, qui prius quā ad metas uenerit, deficit.

Sed uerba [t] definitionis, non ad diuerſa tempora, ſed ad idem tempus referuntur: uidelicet ut tēpore, quo deflet mala, quæ commiſit, non committat, [u] quod adhuc eum flere oporteat. Quod ex ſequentibus uerbis eiuſdem authoritatis datur intelligi, dū dicitur: Nam qui ſic alia deplorat, ut iterum alia committat, [x] adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut diſſimulat.

Hinc Auguſtinus in Enchiridio. [y] †

---

naſo torto deridere.

[a] Inconſtātia. No. incōſtantiam reprobari. ff. de procura. in cauſæ. ff. de offi. præ. obſeruandum. Argu. contra. ff. de col. bo. nonnunquā

[b] Vſu. Cum præueniuntur à tentatione. ỹ. diſt. v. c. j.

[c] Ea. i. ſimilia.

[d] Eſaias. Adhuc eſt de capit. Iſidori quod ſequitur.

[e] Lauamini. Baptiſmo uel pœnitentia.

[f] Mūdus. interius.

[g] Lauatur. Id eſt, exterius.

[g] Lauatur. i. illa munditia non eſt ei ad ſalutem: quia eſt momentanea, non perſeuerās. uel non eſt mundus ex toto, ſed ad tempus, uel in parte.

[h] Quæ fleuerat. 7. xv. q. viij. ij, qui.

[i] Soliloquiorū. i. Pſalmorū, qui ſunt excellentiora de Chriſto eloquia.

[k] INanis. i. inſufficiens ad uitam æternam obtinendam. Vel carens fructu illius pœnitentiæ, quam non ſequitur culpa, cuius fructus eſt uitatio gehennæ, & adeptio gloriæ.

[l] Tardius. Argu. contra. Vulnus Achilleo quondā q8 fecerat hoſti, Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.

[m] Frequenter. Supra diſti. xciij. diaconi ſunt. contra. Sed hoc aduerbium uix, ſoluit contrarietatem. †

[n] QVI. Deſerunt. Peccare. Vel qa redeūt ad illa uel ad alia.

[o] Ad ſordes. quaſi hoc inde ſequit, & ita ut, tenetur cōfecutiue: ut ỹ. q. j. q. ſ. quis. in fi. B.

BAptizantur. Hæc uerba, q̄ hic ponit Greg. inueniuntur in libro Ieſu filij Sirach, q dicit ecclesiaſticus.

[p] Baptizantur al. abſoluūtur & mundantur. de conſe. di. iiij. nec quenquam.

[q] A mortuo. itā mortalib9 peccatis.

[q] A mortuo. i. à cōtactu mortui. Tangitur quod fiebat in ueteri teſtamento, q ſi quis tangebat oſſa, uel corpus mortui hoīs immūdus erat ſeptem diebus, poſtea aſpergebat aqua aſperſionis die tertio & ſeptimo, & ſic mundabatur, ſicut hic tangitur, & exponitur de conſe. diſt. iij. nec quenquam.

[r] IN caſſum. Deſerat. i. finaliter. ar. ỹ. diſt. iiij. intermittentes. §. filius.

[s] Fruſtra. Quia in decēs eſt prius ſoluere, &c. extra de renun. literas. Arg. cōtra. C. de ijs, qui. ut indig. l. fin. Nam & teſtamentum imperfectū nullū eſt. inſti. quib. mod. teſta. infirmā. §. pe.

Sed uerba. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua ſoluit (& bene) dicens, quod authoritates ita ſunt intelligendæ, ut tēpore confeſsionis nō habeāt propoſitum peccandi. Inan. de Fant.

[t] Sed uerba. Hic incipit ſoluere authoritates, q̄ uident dicere illam pœnitentiam non fuiſſe uerā, quā ſequitur mortalis culpa. & reſpicit hic primo illud cap. pœnitentiam quippe agere.

[u] Non cōmittat. Id eſt, non committendi propoſitū habeat. q ergo à malis ſic mentem reuocat, ut cōmiſſa plangat, & plangenda committere nō uelit, nec ſatis facere negligat, uere pœnitet: licet poſtea forte caſu uel infirmitate peccet, non ex propoſito.

[x] Committat. Ope re uel uoluntate.

[y] Enchiridio. i. in lib.

Eſaiæ 1. d

Pſalmi dicuntur ſoliloquia.

Ouidius.

† Parte iij. ad monitorem. xxj.

† Vel dic q8 aduerbiū poſitū in prædic. ca. in fine. ſcilicet aſſiduè, ſoluit cōtra. ni hic dicit frequēter, ſecundum Pet.

Mortuum tangēs, erat ſeptē diebus immundus. Eſaiæ. 1. d

† lib. j. c. xl. ad j. ca. Iob.

Teſtamentū imperfectū nullum eſt. Eccl. 13. d

Pœnitet uerè quis. dicitur.

† c. lix. Enchiridion eſt liber manualis.

CAN. XVIII.

SAnè cauendū eſt, ne quiſquam exiſtimet nefanda illa crimina, qualia qui agunt regnū Dei non poſſidebunt, quotidie perpetranda, & eleemoſynis quotidie redimēda. In melius eſt quippe uita mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis a eſt propitiandus b Deus. non ad hoc emendus c quodammodo, ut ea ſemper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentū peccandi, quamuis miſerādo deleat iam facta peccata, ſi non ſatisfactio cōgrua negligatur.

Idem.

CAN. XIX.

QVi uult ordinatè dare eleemoſynam à ſeipſo d dēt incipere, e & eam ſibi primo dare. Eſt enim eleemoſyna f opus miſericordiæ uerisſimæ, de qua dictum eſt, g Miſerere animæ tuæ placens Deo. Propter hoc renaſcimur, ut Deo placeamus. h

Item Ioan. Chryſoſt.

CAN. XX.

DE quotidianis breuib. i leuibusque peccatis, ſine quib. hęc uita nō ducit, quotidiana k oratio l fidelium ſatisfaciat. m Eorū eſt.n. dicere, Pater noſter n qui es in cælis: qui iam taliter o patri regenerati ſunt ex aqua & ſpiritu ſancto. Delet omnino hæc oratio minima quotidiana peccata, delet p & illa à quibus uita fidelium etiā ſceleratè geſta, ſed pœnitendo in melius commutata diſcedit. Sic quemadmodum dicit ueraciter, Dimitte q nobis debita noſtra: quoniam non deſunt, quæ dimittantur, ita ueraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitorib. noſtris. id eſt, fiat qđ dicitur, r quia & ipſa eleemoſyna eſt ueniā petētibus omnino ignoſcere.

Item Pius Papa.

CAN. XXI.

NIhil s prodeſt t homini ieiunare & orare, & alia religionis opera facere, niſi mēs ab iniquitate reuocetur.

3 *Ex perſona huiuſcemodi* u *pœnitētis* x *etiā illud Smaragdi intelligit: Ille pœnitētiam dignè agit, & cætera. Et illud Aug. pœnitētes, & cætera. Illud Iſidori, Irriſor eſt, et nō pœnitēs. Et illud Eſaiæ, Lauamini & mūdi eſtote. Item et illud*

[gloss] In libi manuali. & dicit ab en, quod eſt in, & chis, chiros, quod eſt manus. i. liber manualis.

a SAne cauendum. De peccatis præteritis. Vide qđ legitur & not. xcvij. diſtin. c. j. uerſi. ipſa uero. in gloſſ. ſic intelligitur, &c. Archid.

b Propitiandus. i. placandus.

c Emendus. Id eſt, non demus ei eleemoſynas in pretiū ut maneamus licite in peccato: alias dicit capi. eleemoſynis peccata tua redime. ī. diſtinctio. j. mediciua. j̄. ea. cap. adhuc inſtant. j. qō. vij. exigunt. Remiſſio em̄ peccati non dat licentiam delinquendi. Peccata ēt publice punire intereſt. extra de colla. cap. ij. Sed tamē non debemus temere ad pœnas proſilire. argumen. C. de pœn. ſi operis.

QVi uult ordinatè.

d Seipſo. Vt ſupra xxiij. quæſtio. v. ſi non licet. C. de ſer. præſes. Nec tenetur aliqua actione qui propter ſuas conſeruandas, alienas merces proijcit. ff. de præſcript. uer. qui ſeruandarū. in prin.

e Incipere. Vt habeat cor contritum et dimittat ei à quo læſus eſt.

f Eleemoſyna. Dicitur ab eli, quod eſt Deus, & moys quod eſt aqua: quia ita extinguit peccatum, ſicut aqua extinguit ignem, diſt. xlv. tria.

g Dictum eſt. In libro Ieſu filij Sirach à Salomone.

h Vt Deo placeamus. Non ergo ſe fallant qui per largas eleemoſynas fructuum uel pecuniæ ſe exiſtimant impunitatem emere, quia qui diligit iniquitatem odit animam ſuam, & qui odit animam ſuam, nō eſt ei Deus miſericors, ſed crudelis. Si igitur uult ei dare eleemoſynam, per quam ſit munda, odiat eam ſecundum ſeculum, & diligat eam ſecundum Deum. hac eleemoſyna quam ſibi homo primum debet mundantur interiora, ergo eleemoſyna pecuniæ, quam quis facit manens in mortali peccato non proprie dicitur eleemoſyna: quia inordinate ſit, dum à ſe non incipit, & dum ſibi crudelis exiſtit, non placet Deo. Hugo.

i DE quotidianis. Breuibus. [redacted] xxv. diſt. c. unum. §. criminis.

k Quotidiana. Supra ea. diſt. j. tres ſunt actiones.

l Oratio. j̄. e. diſt. vj. qui uult.

m Satisfaciat. j̄. de conſecrat. diſtinct. iij. aquam.

n Pater noſter. Quia non imponit maior pœnitentia pro ueniali, quam ut dicatur pater noſter. unde dicit. c. qꝫ ſufficit perfecta contritio uel confeſſio cordis. ī. diſtinc. j. c. ultimo.

o Taliter. Quod ſunt filij Dei, & ita ueraciter poſſunt dicere pater noſter, in quibus non eſt mortale aliquid.

p Peccata delet. Non qꝫ pctā mortalia primo commiſſa ea omnino dimittat, ſed quia pœnitentiam pro mortali iniunctam releuat. Delet ergo mortalia quo ad pœnā, non quo ad eſſentiā, ſed uenialia quo ad utrſique, ſic & aqua benedicta. de conſec. diſt. iij. aquam ſale conſperſam.

q Dimitte. C. de nupt. l. imperialis. uerſus princ.

r Quod dicit. ſ. dimittimus. argu. de conſecra. diſt. ij. re uera. in fin. ī. diſt. xxiij. pſalmiſta. & diſt. lvj. dominus.

s NIhil. j̄. de cōſecr. diſt. v. nihil. & capit. non mediocriter. ī. diſt. lxxxvj. quid prodeſt.

t Nihil prodeſt. Ad uitam æternā. [redacted] j. c. di. ſi qs aūt nō habēs. uā & pœnitentia non eſt deneganda ſuper uno peccato dum quis remanet in alijs. extra de pœn. & remiſ. quod quidam. Item ad temporalia conſequenda xxij. q. ij. ſi quilibet. Item ad citiorem gratiæ appoſitionē. j̄. diſtinctio. v. falſas.

3 Ex perſona. Hæc eſt iij. pars diſt. in qua dicitur qđ omnes authoritates quæ dicūt, quod pœnitentia non ſit iteranda, de ſolenni ſunt intelligendæ. Io. de Fant.

u Ex perſona huiuſcemodi. de qua loquitur. c. nihil.

x Pœnitentis. Scilicet de uno, & non de alio, uel aliud committentis tunc uel poſtea.

Peccata publicè puniri intereſt.

[redacted]

Eleemoſyna unde dicitur.

Eleemoſyna in peccato facta nō eſt ꝓprie eleemoſyna.

[redacted] Matt. 6.

Et de cōſec. diſ. ij. cū oēs. & ca. qui māducat. & cap. ſequen. & c. omnia. Archidia.

Eſaiæ 1.

Pœnitentia ſup uno peccato non eſt deneganda.

ſoliloquiorũ: In quis eſt pœnitẽtia, &c. Similiter et illud Greg. qui admiſſa plangunt et baptizant à mortuo. Illud autẽ Ambroſij, Reperiuntur, &c. non ſecũdum generalem, ſed ſecundum ſpecialẽ cõſuetudinem eccleſiæ de ſolẽni pœnitẽtia dictum intelligitur, quæ apud quoſdam ſemel celebrata non iteratur.

Vnde Aug. ſcribit ad Macedonianum. †

CAN. XXII.

QVamuis [a] cautè & ſalubriter prouiſũ ſit, ut loc⁹ humillimæ pœnitẽtiæ ſemel in eccleſia concedat, ne medicina uilis [b] uel minus utilis eſſet ægrotis, quæ tãtò magis ſalubris eſt, quãtò minus contẽptibilis fuerit, quis tamẽ audeat dicere Deo: [c] Quare huic homini qui poſt primã pœnitentiã rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis?

4 Hac authoritate [d] et illud [e] Ambroſij determinat, [f] et iterũ [g] peccatori per primam pœnitentiã uenia dari mõſtratur: alioqui nequaquã iterũ parceret [h] Deus, qui necdũ pepercifſet. Satiſfactio [i] quoq; pœnitẽtia eſt. Vade & amplius noli peccare: eundem cum diffinitione intellectũ [k] habet. Illud autẽ, quod in libro [l] de pœnitentia dr̃, de perfecta [m] eſt intelligendũ. Sicut .n. charitas alia eſt incipiens, alia eſt proficiens, [n] alia eſt perfecta, [o] ſic et pœnitẽtia alia eſt incipientiũ, alia proficientiũ, alia perfectorũ. Sicut aũt charitati licet nondũ perfectæ in baptiſmo dat uenia peccatorũ, ut quãuis poſtea grauiter aliquis ſit peccaturus, tunc tñ intelligatur eſſe renatus non aqua tm̃ (ſicut Iouinianus tradidit) ſed aqua et ſpiritu ſancto (ſicut Hieronymus contra eũ ſcribit) ſic et incipientiã pœnitentiæ uenia non negat, quæ quadã rõne perfecta [p] poteſt dici, quia toto corde gemit et dolet: licet et alia rõne poteſt dici imperfecta, quia non uſq; in finẽ duratura. [q] Secundũ primũ modum [r] perfectionis intelligitur illud Ioãnis oris aurei, Perfecta pœnitentia, &c. Iuxta ſecundũ modũ perfectionis [s] illud Auguſtini intelligitur, Pœnitentia eſt uindicta ſemper puniẽs in ſe, quod dolet commiſiſſe.

Illud aũt, [t] Si pœnitentia finit, nihil de uenia relinquit: dupliciter intelligi põt. Si enim iuxta quorundã ſñiam peccata dimiſſa redeũt, facile eſt intelligere, nihil de uenia relinqui: qm̃ peccata quæ prius erãt dimiſſa, iterũ replicantur. Sicut .n. ille, qui ex iuſta ſeruitute in libertatẽ manumittit̃, interim uerè liber eſt, quãuis ob ingratitudinẽ in ſeruitutẽ poſtea reuocet̃, [u] ſic & pœnitenti peccata uerè remittunt̃, quãuis ob ingratitudinẽ uenia eiſdẽ poſtea ſit implicãdus. Si aũt peccata dimiſſa nõ redeunt, dr̃ nihil relinqui de uenia, quia nihil relinquitur ſibi de uitæ munditia, et ſpe æternæ beatitudinis, quã cũ uenia aſſecutus eſt. Sicut .n. argẽto perfectè purgato, nihil ſui de coris relinquitur, ſi ſequenti ærugine fœdatur, non tamen prima ſed ſequenti ærugine ſordidatur: ſic expiato per pœnitentiã nihil de uenia dicitur relinqui, cum tamẽ iam nõ deletis, ſed adhuc expiãdis coinquinet̃. 5 Quod aũt [x] per pœnitentiam nõ ſemel tantũ ſed ſæpiſſime peccata remittãtur, authoritate multorũ probatur. Ait enim Hie

[illegible]

b Vilis. Id eſt, ſi haberetur uilis, qđ contingeret ex iteratione eiuſdem. omne enim rarum, &c. xciij. diſtinc. legimus.

c Deo. Vel Papæ.

Hac authoritate. Hæc eſt. iiij. pars diſtin. in qua dicitur, quod in pœnitẽtia ſunt gradus ſicut in charitate, &c. Ioan. de Fant.

d Hac authoritate. ſ. quamuis.

e Et illud. ſ. e. c. reperiuntur.

f Determinatur. ſcilicet quod de ſolenni intelligatur.

g Iterum. Sicut dictum eſt. ſ. e. c. proxi. quamuis. in fine.

h Parceret. Quia ſi prius homini non pepercifſet, non ei iterũ parcere diceretur. argu. ſ. e. diſt. pœnitentia eſt quædam dolentis.

† ca. liiij.

i Satiſfactio. Materialiter tenetur.

ADDITIO.

Sub. ſignificatiue. i. uerba iſta ſuperius poſita. Per.

k Intellectum. i. ut ad tẽpus idem referatur, nõ ad diuerſa.

l In libro. ſ. ead. diſt. pœnitentia eſt quædam.

m De perfecta. Pœnitentia. i. perfectorum. Vel ſufficiente ad ſalutem. Vel duratura uſq; in finẽ.

n Proficiens. i. ad ſalutem ſufficiens.

o Perfecta. Quia gradus ſunt in ea. ut ſ. di. ij. cum ſancta. & præcedẽti. §.

p [illegible] lutem ſufficiens.

Ioan. 8. b

q Duratura. Hic datur intelligi, qđ quædã dicitur perfecta .i. uſque ad finem duratura.

r Primum modum. quod dicitur perfecta, id eſt, uſque ad ſalutem ſufficiens. ut cum quis toto corde dolet & gemit.

ſ Perfectiõis. Quia dicitur perfecta, id eſt, uſque ad finem duratura.

t Illud autem. ſ. ca. ſi Apoſtolus.

u Reuocetur. Quod ex leui cauſa fieri poteſt. C. de lib. & eorum liber. l. ij. ar. xv. q. vij. ca. j. dummodo tamen lege ſit comprehenſa.

x Quod autem. Inde-

Inductis authoritatibus quas inducunt, qui pœnitentiam non eſſe iterandam dicunt, & quod pœnitentia poſtquam peccatur non obtinet ueniam, incipit probare per multas authoritates & exempla quod pœnitentia ſæpius iteratur, & quod ſæpius per pœnitentiā remittuntur peccata. & ad hoc inducit ſequentia capitula.

Pro. 24.b

[a] Septies. Verbum Salomonis, quod exponit Hieronymus.

Septies, id eſt omnibus modis.

Septies. Id pro uniuerſitate ponitur i. omnibus modis & generibus flagitiorum & tribulationum.

Mat. 18.c

ADDITIO.

Et dic, ꝙ hæc non eſt intentio literæ, nec propter hoc inducitur: ſed ſecundum quod cadit in peccatum, ut ſequitur in alia gloſ. ſecundum Pet.

[b] Cadit. Id eſt, affligitur.

[c] Reſurgit. i. non perit, ſed proficit. Vel reſurgit. i. nouis operibus pficit.

[d] Cadit. Si intelligas hoc de caſu qui fit poſt peccatū mortale, exaudi qđ dicit i die .ſ. uitæ ſuę: & tunc eſt caſus à charitate. Si uerò intelligas de caſu qui fit per ueniale, per qđ cadit à quadam innocētia, nō a charitate, tunc exaudi de die naturali.

[e] Vocabulum. Generaliter dicit lex, quod qui poſſeſsionem ui ereptam in ipſo congreſſu recipit in priſtinā cauſam uidetur potius reuerti quā ui poſſidere ff. de ui & ui armata. qui poſſeſsionē. argu. ſ. diſt. ij. §. hæc itaq;. c. firmū.

Vim faciens nō ſemper ui poſsidet. 2.Re. 12 d

[f] Septuagies ſepties, id eſt, quandocunque, finitum pro infinito ponitur ĩ. ead. adhuc. uerſi. medicorum. xvj. q. ij. uiſis. uerſic. habet enim.

[g] Cui plus. Hæc fuit reſponſio Petri, cum dominus eum interrogauit de fœneratore qui debitoribus debita inæqualia dimiſerat.

[h] Totam pœnitentiā. Tranſtulit. Quo ad culpam, non quo ad pœnā. ĩ. c. illud. & ſ. diſt. j. ſicut primi. Vel quo ad pœnam æternam non quo ad temporalem. ĩ. diſt. iiij. c. intermittentes. §. filijs. Hug.

Deus qualiter abſtulit peccatū Dauid.

[i] Conuerſus. Supra diſt. j. §. econtra.

[k] Magna indiget miſericordia. i. magno effectu miſericordiæ. nā miſericordia Dei ęque magna ē ſemp.

ronymus ad Ruſticum de pœnitentia.

CAN. XXIII.

SEpties [a] i die cadit [b] iuſtus, & reſurgit. [c] ſi cadit, qûo iuſtus? ſi iuſtus, quomodo cadit? [d] ſed iuſti uocabulū [e] non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Et non ſolùm ſepties, ſed ēt ſeptuagies ſepties [f] delinquenti, ſi conuertatur ad pœnitentiam, peccata donātur. Cui plus [g] donatur, plus diligit.

Dauid quoq; per pœnitentiam adulterij ſimul & homicidij ueniam impetrauit, de cuius pœnitentia in eodem libro Hieronymus ait:

CAN. XXIIII.

TOtam pœnitētiam [h] peccatoris, oſtendit pſalmus quinquageſim⁹, quando ingreſſus eſt Dauid ad uxorem Vriæ, & à Nathan propheta correctus, reſpondit dicēs: Peccaui, ſtatimque meruit audire, Et Dominus tranſtulit [h] peccatū tuum à te. Adulterio enim iunxerat homicidiū, & tamen conuerſus [i] ad lacrymas ait, Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Magnum enim peccatū magna indiget miſericordia. [k] unde ſubiungit & dicit: Multū laua me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui. Rex [l] enim erat, alium non timebat: [m] aliū nō habebat ſuper ſe. Et corā te malè feci, ut iuſtificeris [n] in ſermonibus tuis & uincas cùm iudicaris. Concluſit [o] enim Deus oīa [p] ſub peccato, ut omnibus [q] miſereatur. Tantumque profecit, ut dudum peccator, & pœnitens tranſierit in magiſtrum. Ait enim, Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertētur. Confeſsio & pulchritudo coram eo, ut qui fuerit ſua peccata confeſſus, & dixerit: Corruptæ ſunt & computruerunt [r] cicatrices [s] meę, fœditatē uulnerum in ſanitatis decorem commutet.

Item Ambroſius in Apologia [t] Dauid.

CAN. XXV.

ILle rex [u] tantus ac

Ibidem.

[l] Rex. De facto. Arg. diſt. lxxxiij. nemo. extra qui filij ſint legi. per uenerabilem.

[m] Alium non timebat. Hic habes unam expoſitionē huius authoritatis aliam habes. ſ. diſt. j. & uenit. Vel dic quod aliū non timebat, qui ſcilicet iuſte poſſet eū punire: cum ipſe ſolus ſine peccato ſit. ſ. iij. q. vij. inducet.

[n] Iuſtificeris. Quia continuo pœnituit. ſ. ead di. j. & uenit.

[o] Concluſit. Id eſt, concludi permiſit.

[p] Omnia. Iudæos & Gentiles.

[q] Vt omnibus. quo ad ſufficientiā, non quo ad efficaciam. ſ. ead. diſtin. ij. citius.

[r] Computruerunt. cum peccato iterū conſentitur, dum ad actum ducitur.

[s] Cicatrices. Id eſt, plagæ peccatorum per batiſmum, prout exponitur. ĩ. diſtinct. iiij. ca. ult. uel per aliud remedium ſanatæ.

Ad Ro. 11.d

[t] In Apologia Dauid. Liber excuſatorius de Dauid.

Pſal 50.

[u] Ille lex. CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima multis modis excuſatur peccatum Dauid. Primò, quia diu noluit in peccato manere. Secūdò quia grauiter in corde doluit, unde ſtatim fuit ei dimiſſum peccatum. Tertiò quia ſi ſancti quandoq; peccant, credendum eſt eis hoc contingere potius fragilitate naturæ, quàm libidine peccandi, & ideo fortius reſurgunt, ut non uideantur cecidiſſe. In ſecunda parte dicit. quod peccatum quandoque donatur, quandoque deletur, quandoque tegitur: & de quolibet exemplum ſupponit. In tertia parte ponit differentiam inter iniquitatem & peccatum. peccatum enim eſt opus: iniquitas eſt qualitas [z] mētis. unde qui uult cauere à peccato, extirpet radicem ipſam peccati. ſ. iniquitatē. Secunda pars incipit ibi, Peccatum autem. Tertia ibi, Peccatum eſt. No.

[u] Et dicitur ab ado qđ eſt re, & logos, quod ē ſermo, quaſi ſermonis relatio uel reſpōſio. Archi.

Pſal. 27.

[z] Alias uitium.

potés, nec exiguo [a] quidem momento monere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam, [b] ſed præmatura confeſsione, atque immenſo dolore reddidit peccatū ſuum Domino. & infra. Denique Dominum dolor interni affectus mouit, ut Nathā diceret, Quoniam pœnituit te, & dominus tranſtulit peccatum tuum. Maturitas itaque ueniæ profundam in rege fuiſſe declárauit pœnitentiam, quæ tanti erroris offenſam transduxerit. [c] & infrà. Sancti qui [d] cóſummare certamen pium geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſicubi fortè ut homines corruunt, [e] naturæ magis fragilitate, quā peccandi libidine, fortiores & acriores ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina, ut non ſolùm nullum attuliſſe exiſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiā uelocitatis incentiua cumulaſſe: [f] ergo ſi currentiū [g] non ſoluitur [h] curſus, cùm aliqui fortè ceciderunt, non luctantium [i] contentio, ſed inoffenſa manent certamina, quando & plerique poſt unum uel alterum lapſum, gratia maiore [k] uicerunt, quantò magis agonem pietatis ingreſsi, non debent unius prolapſionis offenſa cenſeri: [l] cum beatus ſit, qui ſe poteſt poſt lapſum reparare. & j. Quòd peccauit, cōditionis [m] eſt: ꝙ ſupplicauit, correctionis: lapſus cōis, ſed ſpecialis confeſsio. Culpā itaq; incidiſſe, naturæ eſt: diluiſſe, uirtutis. [n] & infra. Peccatum aut donatur, [o] aut deletur, aut tegitur. Donatur [p] per gratiam: deletur [q] per crucis ſanguinem: [r] tegitur [s] per charitatem. Similiter, & iniquitas [t] æſtimatur habitu mentis iniuſtæ, licet Ioannes in Epiſtola, eum qui fecerit peccatum, iniquitatem [u] feciſſe dixerit. Peccatum eſt iniquitas, [x] quia in peccato ipſo eſt iniquitas. Tamen (ut nobis uidetur) peccatum eſt

Margin: Conſcientia dupliciter ſumitur. — 2.Reg.12 — Pœnitentia eſt utilis, licet ſe quatur offenſa. — Primam gratiā nemo mereri poteſt. — Peccatū quando dicitur donari. — [redacted] — 1. Ioan.3. — Peccata quędam teguntur.

a Nec exiguo. Poſtquam redargutus eſt à Nathan.

b Conſcientiam. Argu. quod non dicitur quis morderi peccati conſcientia, ex quo iam de eo pœnituit, unde ſubire ſecure potuit ſacramentum. viij. quæ. iij. Artaldus. licet argu. contra ſit. ſ. xxv. diſtin. primum. Sed not. quod conſcientia dupliciter accipitur. quandoq; enim dicitur conſcientia delicti, ut ibi. quandoq; dicit morſus peccati, ut hic. & ſecundū qd' dicit Horatius. Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

c Transduxerit. Id eſt, deleuerit, quo ad pœnam æternam: alias temporaliter punitus fuit. ſ. ea. diſtinct. j. ſicut primi.

d Sancti qui. Per hoc intendit probare, quod utilis eſt pœnitentia licet ſequatur offenſa quædam: ſcilicet humana ſimilitudine currentiū in brauio uel agone. Nam licet in curſu labantur, ſi uiriliter poſt ea inſiſtant. lapſus præteritus nullatenus eis imputatur. ſic & ſpiritualis agoniſta dum currit ad brauiūm uocationis æternæ, licet aliquando labatur in uia, ſi poſt reſurgit, lapſus non obeſt ei, quinetiam ſtimulo incitat' pudoris ad conſummationem curſus amplius inardeſcit. 50. diſtin. fidelior.

e Corruunt. ſ. xx. q. iij. procliuius. j. ea. inter hæc, hircū. in authen. de mona. §. hinc colla. j.

f Cumulaſſe. Id eſt, incentiuum ad bene operandum augmentaſſe.

g Currentium. Id eſt, bene operantium. Vel intelligitur ad literam.

h Non ſoluitur. ſ. ea. diſtinc. j. §. alij econtrario. & ca. 1 enit.

i Luctantium. Vt fiat contentio, ſi illi poſtea obtinuerunt.

k Gratia maiore. Supra diſt. 50. fideiuſſor.

l Cenſeri. Id eſt, damnari.

m Conditionis. Humanæ.

n Virtutis. j. ea. inter hæc, hircum.

o Donatur. Donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur. argumen. ſ. diſtinctione ſecunda. nullus eorum. ff. de regulis iuris. donari. Vnde cum primam gratiam nemo poſsit mereri, patet quod gratis fit remiſsio peccatorum.

p Donatur. Donatur peccatum quando ita remittitur, ut pro eo nulla pœna exigatur, ut in baptiſmo deletur, cum interior macula abſtergitur, & ad pœnam æternam minime reſeruatur.

q Deletur. Supra diſtinctione prima capitulo, ijs poteſtatis.

q Deletur. Si quidem in baptiſmo deletur originale ne obſit, [redacted] j. de conſecr. di. iiij. ca. ij. & alluditur hic naturæ ſanguinis. Humidam naturam habet abluendi: ſicut Ioannes in Apocalypſi ait de martyribus, Lauerunt (inquit) ſtolas ſuas in ſanguine agni. Et apoſtolus, Deletum eſt chirographum per mortē Chriſti, quo diabolo tenebamur obnoxij. lxxvj. diſt. ſcire debet. uerſi. item in apologia Dauid. deleta ſcriptura charta remanet: ſimiliter deleta culpa originali in baptiſmo, remanet ipſa iniquitas. i. fomes peccati ad pœnam tantum, non ad culpā.

r Per ſanguinem. Id eſt, per paſsionem, id eſt, per fidē quam quis habet de paſsione.

s Tegitur. Per charitatem. i. per bona opera. Sicut enim unum corpus tegitur per oppoſitionē alterius, ſic peccatum tegitur per bona opera contraria, ut j. capi. illud. uerſiculo, atque operuit peccata, & texit operibus bonis. Vel referas hoc ad diuerſa peccata, ut peccatum quod eſt tantum in uoluntate, dicatur donari, originale autem deleri, actuale tegi: unde pſalm. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c.

ADDITIO. Licet enim peccatum ſit donatum & deletum, non tamen uidetur eſſe tectum, imo nudum & apertum quouſque congrua ſit ſatisfactio facta, ſic ergo Deus donat peccatum per cordis contritionem, & homo delet interius per cordis contritionem, & tegit exterius per confeſsionem, & ſatisfactionem. Pet.

t Iniquitas. Supple, aut donatur, aut deletur, aut tegitur.

u Iniquitatem. Sic omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, quia peccatum eſt iniquitas, &c.

x Iniquitas. Id eſt, ex iniquitate procedit peccatum.

Opera-

a Operatrix culpæ. Sicut charitas bonum meritorium: ut ĩ. ead. diſt. ij. charitas.

a Operatrix culpæ. Innuitur ex hac ſerie, quod iniquitas non eſt peccatum, & uice uerſa quod aliquibus uidetur abſurdum: ſed non eſt, ſi uocabuli acceptio multipliciter attendatur. Dicitur enim peccatum large, & ſtricte. Quicquid utique à Deo non eſt, large peccati appellatiõe cõtinetur, ut peccatum originale, & uitiũ animæ, quod dicit habitudo mentis iniuſtæ. Si enim Deus omnipotens dicitur, quia omnia poteſt, & facit præter peccata: recte quicquid ab eo non eſt, peccatum dici poteſt: cum etiam poſſe peccare, non ſit aliquid poſſe: ut ſupra eadem. diſtinctione ſecunda. ca. charitas. Stricte uero & proprie dicitur peccatum, peccantis actio, & ita hic accipitur ſecundum illud Auguſtini, Peccatum eſt dictum uel factum uel cõcupitũ, quod ſit contra legẽ Dei. & ſecundũ hoc iniquitas non eſt peccatum. Si enim iniquitas eſt habitudo mentis iniuſtæ, & habitudo eſt qualitas, & nulla qualitas eſt actio: ergo nec peccatũ. unde & hic Ambroſius ait, peccatum eſt opus iniqtatis: quia ex iniquitate, ut ex cauſa procedit, ſicut econtrario bona merita ex charitate prouenire dicũtur, ut ĩ. ead. diſtin. ij. capit. charitas. ut mihi uidetur. H.

Peccatum dicitur largè & ſtricte.

† cap. vij.

1. Pa. 21. c

Exo. 32. b

b Delet. Supra undecima quæſtione tertia. capit. exiſtimant. ſupra trigeſimaſecunda quæſti. j. cap. cum renuntiatur.

Pſalm. 31

Pſalm. 31

opus iniquitatis, & iniquitas operatrix culpæ [a] atque delicti. Prius eſt ergo, ut ipſa iniquitas deleatur, & excidatur radix, & ſeminarium peccatorum. Itaq; quemadmodum intrans in animam ſapientis diſciplina imprudentiam tollit, & ſcientia ignorantiam: ſic perfecta uirtus iniquitatem, & remiſsio peccatorum delet [b] omne peccatum.

Idem in eodem.

CAN. XVI.

Illud uero [c] quàm admirabile eſt, quod Angelo ferienti plebem ſe obtulit Dauid, dicens: Grex iſte [d] quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Quo facto ſtatim ſacrificio dignus iudicatus eſt, qui abſolutione exiſtimabatur indignus. nec mirum ſi tali ſua oblatione pro populo: peccati ſui adeptus eſt ueniam: cùm Moyſes [e] offerẽdo ſe Domino pro plebis errore, peccata deleuerit. Texit igitur peccata ſua, an non? ſed quis hoc neget? cùm ipſe docuerit propheta, quod remittantur iniquitates, tegantur peccata, & non imputentur à domino. Delictum meum ego cognoſco, & iniuſtitiam meam non operui. Dixi pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Si dixit pronuntiabo, & ueniam meruit [f] antequam pronuntiaret, quantò [g] magis ubi de ſe pronuntiauit dicens: Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper: remiſſum eſt ei omne peccatum, licet ſpecialiter de hoc [h] Nathan propheta reſpondit, Et dominus tranſtulit peccatum tuum. Ergo & remiſsionem meruit iniquitatis, & texit charitate, atque operuit peccata, & texit operibus bonis: nec imputandum eſt ei peccatum: quia non fuit in eo dolus malitiæ, ſed lapſus erroris: denique non fuit improbitatis æſtus, ſed umbra [i] miſterij, & tamen confeſſus eſt delictum ſuum: agnouit iniquitatem, uidit lauacrum, uidit, & credidit: dilexit multum, ut nimia charitate tegere errorem quemuis poſſet.

Pſalm. 50

2. Reg. 12.

6 *Ecce, cuius pœnitẽtia hic cõmẽdatẽ cui ẽt uenia per prophetã data mõſtratur, quã grauiter poſtea deliquerit [k] populi multitudo [l] proſtrata oſtendit. Achab quoque (ut Hieronymus contra Iouinianũ ſcribit) rex impiiſſimus, ut ſententiã Dei ſubterfugeret, & euerſio domus eius differretur in poſteros, ieiunio impetrauit et ſacco. De quo ad eũdem Ruſticũ ſcribit idem Hieronymus dicens,* †

3. Re. 21. a

† Epiſt. ad Ruſticũ Tom. j.

c Illud uero. CASVS. *Adhuc Ambroſius pſiſtẽs in excuſatione Dauid, cõmendat eũ, quod obtulit ſe morti pro plebe: unde & ueniã adeptus eſt. Aliud exemplũ Moyſis, qui pro ſimili facto ueniã impetrauit. & quod pro tali oblatione Dauid ſit adeptus ueniam ſui peccati. ſcilicet adulterij & homicidij, probat quibuſdam authoritatibus. et quia non fecit dolo. ſed errore et nõ libidine peccãdi, ſed cauſa miſterij occulti. Et habetur hæc hiſtoria. ſupra. i. q. iiij. c. eccleſia. §. item peccato eccleſia.*

d Grex iſte. ĩ. j. q. iiij. c. eccleſia. § itẽ Dauid.

e Moyſes. ĩ. diſt. xlv. diſciplina.

f Meruit. Id eſt obtinuit.

g Quanto. Arg. uotum de præſenti magis obligare, q̃ uotũ de futuro. Arg. contra. extra qui cleri. uel uou. rurſus. ubi dicit quod ſimplex uotũ non minus obligat quam ſolẽne.

Votum de præſenti plus obligat, quam uotum de futuro.

h De hoc. Id eſt, peccato homicidij & adulterij.

i Sed umbra. ĩ. xxxj. q. j. c. ſi qua. §. ſed obijcitur.

Ecce. Hæc eſt ſexta pars diſti. in qua intendit probare, quod etiam boni & ſancti quãq; cadunt & reſurgũt. Et hoc probat per quatuor ca. Io. de Fant.

CASVS. *Infert Gratianus ex ſupra dictis, quod ille cuius pœnitentia commẽdatur, & cui per prophetã oſtenditur uenia data, poſtea grauiter deliquit in populi numeratione et iterum poſtea pœnituit. Achab quoque rex impijſſimus per pœnitentiam à domino ueniam impetrauit.*

k Deliquerit. In populi numeratione.

l Multitudo. Prima quæſtione quarta. capit. eccleſia. §. item Dauid.

Achab

CAN. XXVII.

Achab a Rex impijſſimus, uineam Nabuthæ cruore poſſedit, & cum Iezabel non tam coniugio ſibi, quàm crudelitate cõiuncta, Heliæ increpatione corripitur, ad eundem hæc dicit dominus: Occidiſti, & poſſediſti. & iterum, In loco b quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthę, ibi lingent ſanguinẽ tuũ. Et Iezabel canes comedent ante muros Iezrael. c Quod cùm audiſſet Achab, ſcidit ueſtimenta ſua, & poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam, & ieiunauit, & dormiuit in cilicio. Factuſque eſt ſermo domini ad Heliam, dicens: Quia reueritus eſt Achab faciem meam nõ inducam malũ in diebus eius. Vnum d ſcelus & Achab & Iezabel e cõmiſerunt: ſed tamen conuerſo Achab ad pœnitentiam, pœna differtur in poſteros, & Iezabel in ſcelere perſeuerans, præſenti condemnatur f iudicio.

Item Ioannes Chryſoſtomus de reparatione lapſi. †

CAN. XXVIII.

Talis (mihi crede) talis eſt erga homines pietas Dei, nunquam ſpernit g pœnitẽtiam ſi ei ſyncerẽ & ſimpliciter offeratur. Etiam ſi ad ſummum quis perueniat h malorum, & inde tamen uelit reuerti ad uirtutis uiam, ſuſcipit, i & libenter amplectitur, facit omnia quatenus ad priorem reuocet ſtatum: & quod eſt adhuc præſtantius, & eminentius, etiam ſi non potuerit quis explere in præſenti ſatisfaciendi ordinem, quantulamcunq; tamen, & quali libet breui tempore geſtã non reſpuit pœnitẽtiam. k Suſcepit etiam ipſam, nec patitur l quamuis exiguæ conuerſionis perdere mercedem. Hoc.n. mihi indicat Eſaias, ubi de populo Iudæorum talia quædam dicit: Propter peccatum modicè conturbaui eum & percuſsi eum: & auerti faciẽ meam ab eo. cõt: iſtatuſque eſt, & ambulauit triſtis, & ſanaui m eum, & conſolatus n ſum eum. Euidentius autem nobis teſtimonium dabit etiam rex ille impius, qui cupiditatis ſuæ quidem prædam uxoris nequitia quæſiuit, ſed perturbatus ipſius ſceleris immanitate pœnituit, & cilicio circundatus facinus ſuum fleuit, atque ita erga ſe domini miſericordiam prouocauit, ut à cũctis o eũ abſolueret peccatis. Sic enim ait Deus ad Heliã: Vidiſti quomodo compunctus eſt Achab à facie mea? quia fleuit in cõſpectu meo, nõ inducam mala p in diebus eius.

Itẽ Gregorius in Homilia decima, ſuper Ezechielem. †

CAN. XXIX.

Sicut Achab rex iniquus à propheta repræhenſus, cum contra ſe diuinam ſententiam audiſſet, pertimuit, & in magno mœrore depræhenſus eſt, ita ut prophetæ ſuo dñs diceret, Non ne uidiſti Achab humiliatum coram me? quia ergo mei cauſa q humiliatus eſt, non inducam

---

a Achab. ſupra xxiij. quæſt. viij. c. conuenior.

b In loco. Id eſt, in eadem regione: non enim eſt uerũ in eodem loco ſingulariter.

c Iezrael. Ciuitas eſt.

d Vnum. i. ſimile.

e Iezabel. Et ita medicamẽtum fuit um ad interitũ, &c. ut xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſor.

3. Re. 21. g Iezabel præcipitata fuit de turri.

f Condemnatur. cum Iehu præcepit eunuchis, quod eam præcipitarẽt de turri: quia dixerat ei, Nunquid pax erit Zambri, qui interfecit dominũ ſuũ? id eſt. filium meum Zaran.

g Talis mihi. Spernit. 26. quæſtio. vj. agnouimus.

h Perueniat malorum poteſt ergo aliquis eſſe ſumme malus. ſed non repente: ut ſ̄. diſt. ij. c. ſi ſermo. §. e contrario. Sed certe ſumme bonus non poteſt qs eſſe, nec ſumme malus intentione malitiæ uel bonitatis, qn alius poſsit eſſe melior uel deterior. Nam dicit authoritas, ſuperbia eorũ qui te oderũt, aſcẽdit ſemper. ſed uniuerſitate malorum poteſt quis eſſe malus: ut referas hoc ad ſeptem uitia principalia. nam illa ſeptẽ bene põt quis committere. Vel dic illum perueniſſe ad ſummum malorum cuius deſperabilis eſt correctio. ita eſt deſperatus, qui putat plus Deũ offendiſſe, quam ſibi poſſit remittere, ſicut Cain. xc. diſt. neq;.

Summè malus, aut ſummè bonus q̄s eſſe nõ poteſt.

† lib. ad Theodorũ lapſum.

i Suſcipit. Deus eum.

k Pœnitentiam. Id eſt, ſatisfactionem.

l Nec patitur. Diligit enim [illegible] us bonum, quod in peccante plantauit. j. eod. c. pſum.

m Sanaui. per pœnitentiam.

n Et conſolatus. polyſyntheton, [illegible] eſt pluralitas coniunctionum.

o A cunctis. Sed quomodo abſoluit eum ab omnibus peccatis, cum eius pœnitentia uera nõ eſſet? non enim pœnitebat, niſi ut euitaret mala temporalia: ut dicit cap. ſeq. Sed dic quod abſoluit eum, prout ſequitur hic, nõ inducam mala in diebus eius. unde expone peccatis, [illegible] eſt, pœnis. Vel abſoluit eũ ab omnibus peccatis, ſcilicet ab illo procedentibus: quia eum per falſos teſtes eũ fecerit condemnari, periuria ſunt inde ſecuta, argu. extra de teſti. ca. ſicut. Et nota quod eſt triplex peccatorum uenia. Prima conſiſtit in pœnæ dilatione, ſicut hic. Secunda in culpæ abolitione, quæ fit per pœnitentiam. Tertia in culpæ & pœnæ dimiſsiõe, quod fit per baptiſmum. de conſec. diſt. iiij. ſiue. De prima hic, de ſecunda, diſt. ij. cap. ſi quis. B.

Eſaiæ. 54

Peccatorum uenia eſt triplex.

3. Re. 21. g

p Mala. Comminata. alia enim bene induxit in diebus eius.

q Sicut Achab. Mei cauſa. timoris. Et ita uidet quod ſolo amore ſine timore, quis poſſit ueniam cõſequi ſecundũ quod ſonare uidet illa authoritas, ſeruite dño in timore, &c. Sed cõtra, nonne talis eſt malus? ergo nihil boni meretur. ar. ſ̄. 50. diſt. ut cõſtitueret. ubi dicit, q qui animo recuperãdi honorẽ ſuperbe agit pœnitentiã, &c. Itẽ uera nõ eſt pœnitẽtia, quæ non fit ex fide per dilectionem operante, ut ſ̄. eadem

† collectima uſq; ad uerba Niniuitæ, ubi Gre. incipit.

pœnitẽtia uera quæ eſt.

ead. ſi Apoſtolus. iā rñſum eſt ad hoc in glo. ſed quo.

a Sed qualiter. Oſtenſo qualiter Acab & Niniuitæ ueram egerunt pœnitentiam, oſtendit qualiter poſtea peccauerunt mortaliter.

b SIcut ait. Herodotus. Hyſtoriographus quidam.

c Subuerſam. à Medis.

d NAhum. Verba Hieronymi.

e Regis. f Salmanaſar.

f Aſſyriorum. Aſſyriorum metropolis erat Niniue.

g Traditio. Sic conſtrue, traditio Hebræorum confirmat. Nam fuiſſe prophetam ante, &c.

ADDITIO.

Ionæ. 3 b Sub. & hoc ideo dicit, quia licet Niniuitæ egiſſent pœnitentiam de peccato, propter quod Nahum annūtiauit eis ſubuerſionem: tñ poſtmodum peccauerunt. propter qđ captiuati ſunt à Medis. Pe.

h Iudicium. Scilicet ꝙ captiuarētur à Medis.

i Elocutus. Scilicet Nahum, qui de Niniue ꝓphetauit ſicut & Ionas.

k Zelans. i. exactor caſtitatis: quæ ſi uiolatur, immittit pœnam ut ſic reuocet ad caſtitatē, unde ſequitur ulciſcēs, &c.

l Vlciſcens. Vox ꝓphetæ dñi laudantis, quod de Aſſyrijs ultus eſt iniuriā populi ſui: quia captiuati ſunt à Medis.

Itē qđ frequenter. Hæc eſt vij. pars di. in qua ꝓbat; quod non tantū ſæpe, ſed frequenter peccans & pœnitens habet ueniā. Io. de Fant.

mala in diebus eius. In quibus domini uerbis, penſandum eſt quomodo ei in electis ſuis mœror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum, ſi ſic ei pœnitentia & in reprobo placuit, qui timebat perdere pręſens ſeculū: aut quomodo gratia ſit ei ſpontanea afflictio pro culpis in eis qui placent, ſi hoc ad tempus placuit & in illo qui diſplicebat.

Niniuitæ quoq; quos dñs in Euangelio commēdat, pœnitentiam egerūt in prædicatione Ionæ, & ex miſericordia domini indulgētiā conſecuti, ſubuerſionis interitū ſubterfugere meruerunt. Sed qualiter a *poſt acceptā ueniam Achab uixerit, textus libri Regum declarat, de quo etiā ſcribit Amb. quod Iezabel uxor eius, cuius inſtinctu agebatur arbitrio, cor eius conuertit, & nimijs ſacrilegijs execrabilem fecit, & hunc pœnitentiæ eius effectum reuocauit. De Niniuitis autem in principio Ionæ ſcribit Hieronymus.* †

CAN. XXX.

SIcut ait Herodot[b], Niniue à rege Medorū ſubuerſa eſt, regnāte apud Hebræos Ioſia. Vnde patet illam prædicante Iona ex pœnitentia meruiſſe ueniā, ſed qa poſtea ad uomitum redijt, ex ira Dei ſubuerſam c fuiſſe.

Itē in principio Nahū.

CAN. XXXI.

NAhum d propheta ante aduentum regis e Aſſyriorum f qui populū Iſrael captiuum in ſuas regiones tranſtulerat, fuiſſe Hebræorum traditio g confirmat. Si quidem in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum idē propheta annuntiare monſtratur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante, ne diuina ira denunciatum interitum ſubſtinerēt, peccatorum & impietatis pœnitētiam egiſſent, accepta Dei miſericordia, grauioribus ſe criminib. implicuerunt. Qua de cauſa memoratus propheta ſpiritu ſancto plenus iudiciū h Dei annuntians ita eſt elocutus, i Deus zelans, k & ulciſcens l Dominus.

Item quod frequenter uenia pœnitenti præſtet, teſtatur Auguſt. in libro de pñia, ſcribens contra quoſdam hæreticos, qui peccantibus poſt baptiſmum ſemel tantum dicebant utilem eſſe pœnitentiam: contra quos Auguſt. † *ſcribens dicit:*

CAN. XXXII.

ADhuc inſtant perfidi, m quoniam ſapiunt n plus quā oportea, o nō ſobrij, ſed ex-

† In pœnitēntia long. ADhuc inſtāt. CASVS. *Dicebāt quidā hæretici, quòd Deus poſt baptiſmum tātum ſemel dat ueniam pro peccato, unde ſi quis egit pœnitentiam, & illā uoluerit iterare, inutilis erit: & errorem ſuum confirmant duabus rationibus. Prima: quia ſi Deus toties quoties homo peccat, peccata dimitteret, uidetur peccata diligere. Secunda: quia non legitur in Euangelio, quòd Chriſtus bis illuminauerit aliquem cæcum uel bis ſuſcitauerit aliquē mortuum. Ex quo colligunt quod Deus bis eidē homini eadem peccata nō dimittit. Iſtum ergo errorem hic reprobat: oſtendens quod quoties homo pœnitet, toties dominus peccata dimittit. Et quod primo loco inducunt hæretici, dicit non ualere. in eo nanque quod Deus eſt paratus peccata deſtruere, apparet eū odire & non diligere peccata. Itē licet Chriſtus non bis illuminauerit aliquem, uel bis non ſuſcitauerit, tamen quandoque quē uno tempore mūdauit leproſum, alio tempore illuminauit cæcum: ex quo ſequitur, quòd eidem homini bis peccata dimittit, ſi enim Chriſtus qui ſe dicit medicum, ſæpius non curaret ægrotū, minor eſſet medico tēporali, qui ſæpius nouit ægrotum curare.* Num. 1. a *Supponit ergo exempla et authoritates, et introducit ratiōes per quas probat qđ Chriſtus eiuſdē ſæpius peccata dimittit.*

† libr. de uera et falſa pœnitētia.

m Perfidi. Hæretici.

n Sapiunt. Id eſt, inquirunt.

o Oporteat. Ille dicitur plus ſapere, quam oportet ſapere, qui diuinum conſilium nimis alte perquirit, &c. et extra de hæretic. cū ex iniuncto. & xliij. diſt. ſit rector.

Pœnitentia

cedentes menſurã. Dicũt enim, & ſi ſemel peccantibus poſt baptiſmum ualeat pœnitentia, [a] nõ tamen ſæpe [b] peccantibus proderit iterata: alioqui remiſsio ad peccatũ eſſet incitatio. Dicunt enim, quis non ſemper peccaret, ſi redire ſemper poſſet? Dicunt enim Deum incitatorem mali, ſi ſemper pœnitentibus ſubueniret, & etiam ei placere peccata, quibus præſto eſt gratia [c] ſemper. Errant autem: imò conſtat ei multum peccata diſplicere, qui ſemp pręſto eſt ea deſtruere. Si enim ea amaret, non ita ſemper deſtrueret, ſed conſeruaret, atque ut ſua munera foueret. Semper deſtruit peccata, quæ inuenit, ne ſoluatur [d] quod creauit: ne corrumpatur quod amauit. Sumunt occaſionem hypocritæ iſti ex factis domini. Quem enim cæcum bis illuminauit? quem leproſum bis mundauit? Quem mortuum bis ſuſcitauit? non Lazarum, quem dilexit: non filium uiduæ, quem miſertus matri ſuæ reddidit. non filium diſsipatorem legitur bis ſuſcepiſſe, nõ filiam Abrahæ bis à dæmonio liberaſſe. In nulla perſona iterauit factum docens (ut aiunt) à domino non ſæpe fieri remedium. Dixit mulieri, uade, & amplius noli peccare, ne aliquid tibi deterius contingat. Promittens pœnam, non amplius ueniam. Quòd autem multos [e] cæcos, & in diuerſo tempore illuminauerit, & multos debiles confortauerit, oſtẽdit in diuerſis illis caſibus ſæpe peccata [f] dimitti, ut quem prius ſanauit leproſum, alio tempore illuminet cæcũ. Ideo eñ tot ſanauit febricitantes, tot languidos, tot claudos, cæcos, & aridos, ne deſperet de ſe peccator. ideo non ſcribitur aliquẽ niſi ſemel ſanatum, [g] ut quiſq; timeat mergi peccato. Videmus adhuc quotidie in eccleſia, ſæpe febricitãtes, ſæpe languidos, ſæpe paſsionibus captos, ſæpius liberari: ut appareat toties opus miſerẽtis, quoties confeſsio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod uilius [h] eſt, & ab ipſo diſſimilius, [i] ſæpe ſanaret, & animã digniorem & redemptã [k] nõ toties liberaret? Medicum ſe uocat, & nõ ſanis, ſed malè habentibus opportunum. [l] Sed qualis hic eſſet medicus, qui malũ iteratum neſciret curare? Medicorum eñ eſt, infirmũ cẽties [m] curare, qui cæteris minor eſſet, ſi alijs poſsibilia ignoraret, memor eſt ſui, qui ꝓmiſit, Nolo mortẽ peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. (Ezec. 33.c) Quem enim peccatorum excluſit, [n] qui omnibus promiſit indulgentiam? Alijs quoque promiſsionibus declarat. Qui me confeſſus fuerit corã hominibus, id eſt, omnis quantuſcunq; & quotieſcunque peccator, (Mat. 10.d) cuiuſcunque ordinis, & ſi fuerit ſacerdos, confitebor [o] & ego eum corã patre meo. Nam quicunque inuocauerit nomen Domini, (Iohel. 2.g) id eſt, ſecundum quod nominatur dominus, id eſt, qui inuocauerit eum ad ſe ſeruiendo, & non contradicendo, ut forſitan ſæpe fecit, [p] omnis, id eſt, quicunque ſit ille peccator, ſaluus erit. Omnem [q] enim animam iſte promiſſor ſaturauit bonis, etiam ſedentem [r] in tenebris [ſ] & umbra mortis: nullam [t] excipiens animam. Hunc magiſtrum intellexit diſcipulus ille, (1. Co. 13) qui Corinthios per epiſtolas [u] ſuas uoluit corrigere, & (ut

Peccata uõ ſunt à Deo creata.

Ioan. 11.a

Lucæ 7.b

Lucę 15.c

Mat. 15.c

Anima plus ſimilitudinis habet cũ Deo quã corpus.

Ioan. 8.b

Marc. 2.c

a Pœnitentia. Supra diſt. xxiij. qui epiſcopus.

b Sæpe. Supra e. diſt. ij. §. ſed uerba. c. ſane. & ĩ. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta.

c Gratia. i. ꝑ gratiã.

d Soluat. Per mortale peccatum. Ex hoc collige mala non eſſe creata: iuxta illud, Deꝰ creauit omnia præter peccata, ut dixi ĩ. e. ille rex tantus.

e Quod autem multos, licet progreſſus Augu. non uideatur efficax, põt tamẽ lege confirmari. nam dicit lex, quod id quod in duabus perſonis recipitur, hoc etiã in eadem perſona recipiendum eſt. ff. ſi cert. pet. l. ſingularia, argu. viij. qõ. j. in ſcripturis. quia ibi ex perſona Eſaiæ & Hieremiæ oſtendit, ꝙ unaquæque perſona quæ eligitur, debeat facere: hoc tamẽ de una ꝓbat, quia ꝗ prius leproſum mũdauit, poſt cæcum illuminauit.

f Peccata. i. pœnas peccatorum.

g Sanatum. De eadem infirmitate. plene enim curauit de ea, de qua curauit, ut ĩ. e. ſunt plures. ſed hic primo curauit leproſum, poſtea cæcum factum curauit.

h Quod uilius. Argu. ĩ. diſtin. xxxviij. ſedulo. ĩ. xxiij. qõ. iij. ſi habes.

i Diſsimilius. Nam corpus ſola eſſentia ſimile eſt Deo, anima uero pluribus, quia eſſentia, & rationabilitate. arg. ĩ. e. diſtinct. ij. principium.

k Redemptam. Sanguine Chriſti.

l Opportunum. Id eſt, utilem.

m Centies. At is poſsibilitate: alias nũquid cẽties ꝓ eodem ſalario, ſi centies recidiuauerit? Vel an toties conſtituenda ſunt ſalaria, quoties fuere curationes? Nec eñ unã pœnam bis indulget, imo ſingulas indulgentias ſingulæ præueniũt pœnæ, ut ĩ. e. quippe. Sufficit ſemel infirmum curaſſe, argu. ff. de ſol. qui res. §. aream. arg. contra ĩ. e. diſt. ij. quærendum. & c. q̃a radix. nec utiq; liberatur qui non plene liberatur. ĩ. e. ſunt plures. ff. de inter. act. de ætate. §. nihil. ĩ. diſtin. j. diuortium. contra.

n Excluſit. ĩ. xix. diſtin. ſi Romanorũ. arg. ĩ. xxviij. q. j. idolatria.

o Confitebor. Vocando eum ad regnum: Venite bene dicti, &c.

p Fecit. Quia contradicit ante forte domino.

q Omnem. Per dilectionem ei adhærentem.

r Sedentem. Prius.

ſ In tenebris. Id eſt, peccatis.

t Nullam. Supra diſt. xix. ſi Romanorum. ĩ. ead diſtin. j. §. alij. capi. nemo pō teſt.

u Per epiſtolas. ſcilicet per primam. Teſta-

(ut ipſe teſtatur) a ter in literis eos correxit. Oportebat enim, ut quoties uidebat eos cadere, toties iuuaret eos reſurgere. Memor enim erat illius, qui dixerat: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. *Ioan. 20.* Scimus autem & primos patres, & in omni tẽpore eccleſiã Dei ſemper, b id eſt, uſq; ſeptuagies ſepties (qđ eſt ſemper) peccata dimittere: quam poteſtatem iſti ab eccleſia auferre conãtur. Oportet enim eccleſiam Dei ſic credere, quæ confitetur ſe ſæpe peccare. Negant enim ueritatem ſeducti, c qui ſe abſque peccato audẽt iactare. d *1. Ioan. 1.a* In multis enim offendimus omnes, & nec infans unius diei abſque peccato ſuper terram eſſe poteſt. e *Iob. 15.b* Quapropter eliminandus eſt ab eccleſia, qui unquam pœnitentibus negat indulgentiam. Non enim inquirit quid Apoſtolus ſenſerit, qui dixit: Nihil mihi cõſcius ſum, f ſed non in hoc iuſtificatus ſum. *1.Cor.4.a* Sciens etiam iuſtis peccata ſolere contingere, non ſe cõfirmabat abſque peccato qui ſe cognouit indiſſolubili uinculo charitatis iũctũ Chriſto. Niſi enim ſciret iuſtos ſæpe uenire ad ueniam, quomodo dubitaret g ſe peccare, qui ſciebat h ſe ſpiritũ Dei habere, & intentione mũdiſsima ei ſeruire? Cur enim dominus Petri pedes lauiſſet, *Ioan. 13.* & eccleſiam hoc idem docuiſſet, niſi quoniam quotidiana eſt offenſio, oportet ut quotidiana ſit remiſsio? Cur docuiſſet orantes dicere: Dimitte nobis debita noſtra, *Mat. 6.b* niſi ipſe miſericors perſeueraret, † qui nos ab hac petitione non uult deficere?

Item Auguſtinus ad Macedonianum. †

† Epiſtola liij.

CAN. XXXIII.

INtantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiã poſt actam pœnitentiam, poſt altaris reconciliationem uel ſimilia, uel grauiora cõmittant. Et tamẽ Deus facit etiam ſuper tales oriri i ſolem ſuum, nec minus tribuit, quàm antea tribuerat largiſsima munera uitæ & ſalutis: & quãuis eis k in eccleſia l locus humillimæ m pœnitentiæ non concedatur, Deus tamen ſuper eos patientiæ ſuæ non obliuiſcitur. Ex quorum numero, ſi quis nobis dicat: Dicite utrum mihi aliquid proſit ad uitam futuram, ſi in iſta uita illecebroſiſsimæ uoluptatis blandimenta contempſero, ſi me pœnitendo uehementius quam prius excruciauero, ſi miſerabilius ingemuero, ſi fleuero uberius, ſi uixero melius, ſi pauperes ſuſtentauero largius, ſi charitate, quæ operit multitudinẽ peccatorum, flagellauero ardentius, quis noſtrũ ita deſipit, ut huic homini dicat: Nihil tibi iſta in poſterum proderunt; uade, ſaltem huius uitæ ſuauitate fruere? auertat Deus tam immanem, ſacrilegamq; dementiam.

§ Siue autem a quis dicat primam tantum pœnitentiam poſt baptiſmum utilem eſſe, non ſequentem, ſiue contendat quis.

---

a Teſtatur in ſecunda epiſtola ad Corinth. ubi dixit, Prædixi enim & prædico, ut præſens bis. & nunc tertio abſens.

b Semper. Septenarius enim numerus uniuerſitatis eſt.

c Seducti. Supra diſt. ij. §. item opponitur. & ca. ſi enim inquit. Eo.n. quod peccatores nos eſſe non credimus, deterius peccamus. ſ. diſtin. xlv. licet plerunq;. & capit. uera iuſtitia. ſ. diſt. xxv. §. nunc autem. j. de conſec. diſtinc. iiij. firmiſsime.

d Iactare. Cum ſit ſcriptum, ſi dixerimus quia peccatũ non habemus, nos ipſos ſeducimus. ſ. diſtin. ij. ſi enim.

e Eſſe poteſt. j. de conſec. diſtin. iiij. à paruulo. contra. nã ibi dicit, quod peccato nõ commoritur baptizatus, ergo nõ eſt in eo. Sed dic eſſe non poteſt, id eſt, non poteſt incipere eſſe: argu. de conſec. diſt. iiij. firmiſsime. eſt tamen ſuperficiale arg. qđ hic inducit, nec infans unius diei, &c. cum agatur hic tantum de actuali peccato.

f Nihil mihi conſcius ſum. id eſt, nullius mortalis peccati conſcientiam habeo. Ipſe enim dicebat, ago qđ nolo. ſ. diſt. ca. inter hęc. xj. q. iij. ſenti. & ca. inter uerba. cõtra. Sol. hic dicit in perſona perfectorũ, ibi de imperfectis. Vel dic, nõ in hoc iuſtificatus ſum: quia poteſt ſubrepere ueniale, id eſt, non ex hoc: ut j. ea. ca. ſi qs autẽ non habens. j. diſt. vij. nullus expectet. Vel dic, nihil mihi conſcius ſum, quo ad mortale: non autem in hoc, &c.

Nihil mihi cõſcius ſum qualiter expoſtatur.

g Dubitaret. Non tamen dixit dubitabit, ſed ideo hoc dicit, ne daret alijs dubitandi occaſionem. ſ. diſtinct. j. c. quamobrem.

h Sciebat. & ita poteſt ſcire ſe aliquis habere charitatem. ſ. j. quæſt. j. teneamus. j. diſtin. iiij. cap. ſi ex bono.

h Alias perſuaderet.

i Intantũ. Oriri. In ſplendore gratiæ ſuæ.

k Eis. Id eſt, taliter peccantibus.

l In eccleſia. ubi eſt talis cõſuetudo. quod ſolennis pœnitentia non iteretur. Idem Laur.

m Humillimæ. Id eſt, ſolennis pœnitentiæ, id eſt, ſuæ miſericordiæ, licet ſemel iam iniuncta & ſuſcepta fuerit.

n Alias ſuſcepta & habita.

Siue autem. Hæc eſt octaua pars diſtinc. in qua oſtenditur, quæ ſit uera pœnitentia, & quæ ſit falſa. & qđ ſemper uere pœnitenti datur indulgentia, ſed falſæ nunquam datur, & hoc probat per ſeptem cap. Io. de Fant.

Siue autem. Adhuc reprobat ſententiam dicentiũ poſt baptiſmũ ſemel tãtum pœnitẽtiã eſſe utilem, ſiue dicant de prima, ſiue de ultima. Sic enim & ipſi hæretici diuerſi ſunt inter ſe: quidam enim illorum dicunt poſt baptiſmum nullam eſſe pœnitentiam utilem niſi primam. Alij dicunt nullam eſſe utilem, niſi ultimam. Quarũ utraque obuiat authoritati qua ſæpiſsime uenia pœnitenti promittitur. Et inde ſumpta occaſione oſtendit authoritatibus Adamantij & Iſichij, quæ ſit uera pœnitentia, & quæ falſa.

Pœnitentia poſt baptiſmũ ſæpius eſt utilis.

Adaman-

ultimæ tantùm ueniã dari, nõ præcedenti, ſemper tamen authoritati aduerſatur quç ſæpiſsime ueniã pœnitenti repromittit.

Quæ autẽ ſit uera pœnitentia cui uenia nũquam negatur, & quæ ſit falſa, cui nunquam indulgẽtia promittit, Adamãtius a & Iſychius ſuper Leuiticum b teſtantur.

Adamantius. †

† Leuit.10.

CAN. XXXIIII.

INter hæc, hircum c qui oblatus fuerat d exuſtum e &c. Non peccare, f ſolius Dei eſt: emendare, ſapientis. Sed rarò inuenias, qui ſe corrigat. Rara confeſsio peccati, rara pœnitentia. Repugnat natura g & uerecundia: quia obnoxia eſt culpæ omnis caro, & quiſque erubeſcit peccatum ſuum confiteri, dum magis præſentia cogitat quàm futura. h Vult.n. Moyſes i peccati uacuam k reperire animam, & ut exuuias l erroris deponat: & culpæ nuda m ſine pudore ſui erroris diſcedat. n Sed ubi irrationabilis impetus o præuenit, & flamma celerrimi motus exurit animam, depaſcitur eius innocentiam. p Præponderant enim futuris præſentia, & ſerijs iucunda, & læta triſti-

a Adamantius.i. Origenes, erat enim ei & hoc nomen, prout in eccleſiaſtica hiſtoria reperitur.

ſx.&x. Aaron ſacrificãs hircũ, & igniſegreſſus à domino deuorauit holocauſtũ.

b Super leuiticum. legitur in Leuitico, ſ quòd Aaron pro peccatis populi offerens mactauit hircum. & partem domini poſuit ſuper altare, & ecce ignis egreſſus à Domino deuorauit holocauſtum & adipes qui erãt ſuper altare. Arreptis autem Nadab & Abiud filij Aaron thuribulis ſuis poſuerũt, ignem, & incenſum deſuper, offerentes corã domino ignẽ alienum, quod eis præceptũ non erat. egreſſuſque ignis à domino deuorauit eos, & mortui ſunt coram dño, iuſsitq; Moyſes, Miſahel & Eliſapham filios Oziel patrui Aaron portare cadauera eorum extra caſtra, & congruo honore ſepelire, dixitque Moyſes ad Aaron & filios eius, ut tollerent partes ſuas de hoſtijs ſalutaribus & oblatis pro peccato, quorũ ſanguis non erat oblatus in tabernaculũ, & comederent eas: & cum quæreret hircum oblatum pro peccatis principis, inuentus eſt exuſtus. Cumque ſi per hoc iratus Moyſes increparet Aaron & filios eius, excuſabat ſe Aaron dicens: Mihi accidit quod uides, quaſi ex perturbatione animi factum eſt hoc. Locutus eſt autem Moyſes ad Aaron et Eleazar & Ithamar filios eius, qui reſidui erant, Tollite ſacrificium quod remãſit de oblatione domini, & comedetis illud abſq; fermento, ſcilicet extraneæ doctrinæ: quia ſanctum ſanctorum eſt. Comedetis autem in loco ſancto, quod datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus domini, ſicut eſt præceptum mihi. Item ſuper Leuiticum. die octaua erecti tabernaculi cœperunt offerre. Aaron & filij eius. Moyſes enim ſeptem diebus continuis officium ſacerdotis compleuerat, & tunc ceſſauit. Eodem die miſſus eſt ignis cælitus, qui ſacrificia conſumpſit, quiq; iugiter eſt obſeruatus uſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis, nec licebat alium ignem apponere ea die, cum alijs hoſtijs quas acceperat à populo. Aaron obtulit etiam hircum de quo habetur mentio, qui totus erat a ſacerdotibus deputatus, & ab eis tantum in loco ſancto deputatus ad comedendum. Intulerũt ergo Nadab & Abiud ignem alienum, Moyſes tamen primis ſeptem diebus igne terreno uſus fuit, ſed dominus præcepit ei amouere terrenum: quia eo die apparebat ignis cælitus miſſus.

Hircus pro peccato principis oblat⁹ nõ fuit à filijs Aarõ comeſt⁹.

a INter hæc, hircum. qui oblatus fuerat pro peccato principis, cũ quæreret Moyſes exuſtum reperit: iratuſq; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanſerunt ait: cur nõ comediſtis hoſtiã pro peccato in loco ſancto, qui ſancta ſanctorum eſt, & data uobis? quaſi dicat, cur non feciſtis celebrẽ pœnitẽtiã peccati commiſsi, in loco ſancto, id eſt, in eccleſia: ut portaretis multitudinem iniquitatũ. & rogaretis pro eà in conſpectu domini, præſertim cum de ſanguine illius, non ſit illatum intra ſancta ſanctorum, & comedere debeatis ea in ſanctuario ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aaron, oblata eſt hodie uictima pro peccato, & holocauſtum coram dño, mihi autem accidit quod uides. Quaſi ex perturbatione animi factum eſt hoc. quomodo potui comedere coram dño mente lugubri in ceremonijs? quod cũ audiſſet Moyſes, accepit ſatisfactionem.

Hirci oblati hiſtoria qd repræſẽtet.

c Inter hæc hircũ. CASVS. *In hoc cap. myſticat Adamãtius, & Iſychius in ſeq. c. hiſtoriam illam Leuitici de hirco oblato: quia per Moyſẽ itellige Chriſtum, per Aaron et filios eius ſacerdotes, per hircum pœnitentiam ſiue animã, per ignem alienum, uitia, per non alienũ uirtutes uel gratiã Spiritus ſancti. Primo ergo ponit materiã loquendi de pœnitentia, ſcilicet uerba Leuitici. Secundo oſtendit, quòd raro pœnitet quis, digne quia obſtat uerecundia & amor rerum præſentium, et quia natura prona eſt ad malum. & ſic impetus peccandi ſuper rationem. Tertio alludendo hiſtoria dicit, quòd peccata ſacerdotes per pœnitentiam debent delere, quæ tamen fictè pœnitenti non eſt iniungenda. Quarto dicit, quòd qui offert ignem alienum, id eſt uitia, exuritur ab eo: qui autem mundari deſiderat, offerat ignẽ Spiritus ſancti.*

c Inter hæc, hircum. i. dũ hæc deferũtur extra caſtra ſepelienda. ſcilicet Nadab & Abiud quos præceperat Moyſes honore congruo ſepeliri.

c Hircum. i. peccatorem uel oblationẽ pœnitẽtiæ.

d Fuerat. Quando pœnitentia fuit iniuncta.

d Fuerat. Moyſes exuſtum reperit ſupple. alij habẽt hircus, & tunc ſupple exuſtus repertus eſt à Moyſe.

e Exuſtum. Vitijs, quia non bene pœnituit, id eſt, non uere.

f Non peccare. uere exuſtio hirci ſuffocationem pœnitentiæ per aduenientem culpam ſignificat. nam nõ peccare, &c. & ſic continuatur.

g Natura. i. uitium, quod pro natura inoleuit. uel natura ipſa. ſ. ea. ille rex. uerſi. ſanct. xij. q. j. cap. j. z

z Multi enim propter fragilitatẽ naturę terrẽtur à pœnitentia, qa timẽt ne poſsint ferre aſperitatẽ pœnitẽtiæ. tales hortãdi ſunt, & in ipſo onere pœnitentię adiuuãdi. j. diſt. vj. q. ult. A.C.

h Futura. Omne futurum deſpicitur, &c. ut dixi. xlvij. diſt. c. omnes.

i Moyſes. i. Chriſtus. Alludit ad id quod cum Moyſes quæreret hircũ oblatũ, inuenit eum exuſtũ. i. animam peccato ſuffocatam, uel pœnitẽtiã annihilatam.

k Vacuam à peccato.

l Exuuias. Id eſt, indumenta.

m Nuda. i. denudata per cõfeſsionem, alias munda.

n Diſcedat. Ab hac uita.

o Impetus. Vitiorum deſignatus per ignem impetuoſe miſſum.

p Innocentiam. ſ. diſt. 50. ponderet.

Velox.

bus, & properàta tardioribus. Velox [a] enim iniquitas, quæ ad nocendum occaſionem ſuggerit. [b] Lenta uirtus & cũctatrix ante iudicat [c] quàm incipiat, quid decorum, quid honeſtum: iniquitas omnia præcipitat. Pigra [d] ergo & uerecunda pœnitentia, quæ præſentiũ pudore [e] premitur. [f] Solis enim intendit [g] futuris, quorum ſpes ſera, tardior fructus. Interim [h] præcurrit impudentia, [i] & ſpe præſentium pœnitentia excluditur, & affectus [k] eius exuritur, [l] & aboletur. Quærit eã [m] lex, [n] & non inuenit. combuſta eſt enim in feruore & fumo iniquitatis. Inde enim iraſcitur, [o] & dicit deuorandam [p] fuiſſe pœnitentiam [q] in ſancta ſanctorum, [r] ſacerdotes [s] quaſi ſegnes increpat. Reſpondit [t] Aaron [u] prouidum [x] debere eſſe ſacerdotale iudiciũ, [y] nec malè [z] ſanæ cõſciẽtiæ facilè [a] eſſe credẽdum id muneris: [b] ne fiat error [c] deterior priore. Vaſe [d] .n. fœtido uel oleũ [e] uel uinum [f] facilè corrumpitur. Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus [g] erat, peccatũ [h] exuri, & in conſpectu domini, cui omnia aperta ſunt? quaſi dicat nõ placet Deo, qui iniuſtitiam corde incluſam tenet, & ſe pœnitentiam agere perhibet. Ignis alienus, libido, auaritia, & omnis praua cupiditas. Hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim eſt, [i] ſi offerant in conſpectu domini, ignis [k] eos cœleſtis abſumit, ſicut Nadab & Abiud, cum his quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo uult mundari, ignem alienum remoueat: & illi igni ſe offerat, qui culpam exurit, non hominem. Hic ignis ſiccauit hæmorrhoiſſæ profluentem ſanguinem: hic ſiccauit culpam latronis. Ignis qui conſumens eſt, ſanat ſimpliciter & purè confitentes. Iudas inquit. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum: ſed in pectore habuit ignem alienum [l]: quo inflammante, cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit quia non pura mente pœnituit. Culpam ergo eius non auferũt ſacerdotes. qui doloſè ſe offert: nec in eo [m] poſſunt epulari, quorum cibus eſt peccatorũ remiſſio. Vnde uerus ſacerdos ait: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei qui in cælis eſt: id eſt, ut peccatores conuerſi & pœnitentes ſaluentur. Nõ eſt acceptũ Deo ſacrificiũ, niſi uerum & ſyncerum.

Leu. 10.a — Leu. 10.a — Marc. 6.c — Luc. 23.f — Deut. 4.d — Mat. 27.a — Ioan. 4.c

Et eſt ratio, q̃a uidet & cogitat ea tarde uenire, retrahit ab effectu pœnitẽtiæ. Ad hoc bene faciũt cõcor. hic al lc. oẽs ſecũdũ pet.

Pœnitentia ẽ a ſacerdotib. imponenda.

a Velox. utpote ſine diſcretione agens.
b Suggerit. ſcilicet ei qui cum diſcretione uult agere.
c Iudicat, id eſt, deliberat.
d Pigra. quaſi dicat, piger eſt homo, & uerecundus ad pœnitendum.
e Pudore. Quia pudor eſt ea admittere.
f Premitur. id eſt, reprimitur.
g Intendit. id eſt, intẽdere debet. Vel intendit quaſi conferens ſecum, quod ea quæ promittũtur incerta ſunt, & ita ſpes illorũ ſera aut nulla eſt. xlvij. diſtinct. omnes.
h Interim. Dum ſic eſt piger, & dum cogitat de futuris.
i Impudentia. ad mala facienda.
k Affectus. pœnitendi.
l Exuritur. ſicut hircus ab igne.
m Eam. ſcilicet pœnitẽtiam per hircũ ſignificatam, & alludit ad factũ Moyſi. B.
n Lex. id eſt, miniſter legis, ſcilicet Moyſes: uel quilibet alius prælatus in eo ſignificat⁹, uel Chriſtus: ut j. ea. diſtinct. inter hæc hircum.
o Iraſcitur. Alludit illi, quod dixit Moyſes, cur nõ comediſtis hoſtiam, & cætera.
o Iraſcitur. negligentibus prælatis.
p Deuorandam. id eſt, celebrandam.
q Pœnitentiam. id eſt, hoſtiam pro peccato. ſcilicet hircũ, per quem pœnitentia deſignatur.
r In ſancta ſanctorum. id eſt, in eccleſia.
s Sacerdotes. id eſt Eleazar & Ithamar filios Aaron.
t Reſpondit. hoc reſpondiſſe intelligitur cum dicitur: mihi accidit quod, & cætera.
u Aaron. prælatus.
x Prouidum. In iniungenda pœnitentia.
y Iudicium. xliij. diſtin. cap. ultimo.
z Nec male. Volenti confiteri.
a Facile. Donec feruefcat. s. diſtin. j. ſunt qui. uerſic. dicimus.
b Muneris. Pœnitentiam ſcilicet, tunc enim melius eſt quieſcere, quam exercere. infra eadem. in ſalicibus.
c Fiat error. Per contemptum pœnitentiæ iniunctæ.
d Vaſe. Vnde Horatius, Syncerũ eſt niſi uas, quodcunque infundis aceſcit, &c. Et dicit lex quod ſi commodaſti mihi uas corruptum ſcienter, & uinum acuit, teneris commodati: ſecus ſi ignorãter. ſecus in locatore uel uenditore: quia ille tenetur ſiue ſciẽter ſiue ignorãter locet uel uendat uas corruptum: ut ff. commoda. in rebus. §. ulti. ff. loca. ſed addes. §. j. ff. de actio. emp. & uẽditi. tenetur. §. ſi uas. Item not. idem in ſeruo locato, q̃d in uaſe. ff. loca. ſi gradonum. §. j. & l. cũ. in plures. §. ſeruum.
e Oleum. pietatis.
f Vel uinum. Scilicet diſtrictionis.
g Alienus. Tangit quòd Nadab & Abiud poſuerunt ignẽ alienum.
Peccatum exuri. id eſt, pro peccato delendo pœnitentiam fieri.
h Peccatum. id eſt, hircus.
i In quibus enim eſt. ſcilicet ignis alienus qui alienat à Deo.
k Ignis. id eſt, uindicta cælitus miſſa.
l Alienum ſupra j. quæſtio. j. ſicut eunuchus.
m Nec in eo. Quaſi diceret, comedendus erat hircus ille à ſacerdotibus intra ſancta: nõ enim oblatum eſt de ſanguine eius intra ſancta. ſi enim holocauſtum eſſet, cremaretur cum pelle & fimo, ſicut fiebat de uitula rufa tantum ſemel in anno, & eſt ſenſus ad pœnitentiam hominibus imponendam uult uti miniſterio ſacerdotum, ut peccata populi comedant. ipſe enim per ſe abſtulit peccata mundi in ſanguine ſuo. Vnde Apoſtolus: Chriſtus pontifex futurorum bon. &c. per proprium ſanguinem introiuit in ſancta ſanctorum.

CAN. XXXVI.

IVdas pœnituit: ſed malè. laqueo nanq; ſe ſuſpēdit, pœnituit etiam Eſau, [a] magis [b] iſte ne que pœnituit: [c] lacrymæ quippe non erāt pœnitentiæ, ſed animi uiolēti, & indignationis internæ: quod eius operibus aperitur. [d] Non igitur negemus peccata noſtra, neq; nos impudentia duros efficiat. ſponte noſtra puniamus peccata, ne pēdamus non ſponte ſupplicia. Audiuit Cain a Deo, Vbi eſt Abel frater tuus? & dicit, neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? uides quomodo ex hoc peccato [e] amplius operatus eſt. nonne & pater eius ſimiliter? Audiēs enim & ipſe Adam: ubi es? dixit: Audiui domine uocem tuam, & timui, quoniam nudus ſum, & abſcondi me. Magnum eſt, ut quis peccata ſua agnoſcat, & memoriam [f] eorum perſeueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria.

Item Ambroſius in libro ij. de pœnitentia. †

CAN. XXXVII.

IN ſalicibus [g] (inq̄t) i medio eius [h] ſuſpēdimus [i] organa [k] noſtra. quomodo cātabimus canticum domini in terra aliena? Si enim caro mēti repugnat, nec ſubdita eſt animi gubernaculo, & mentis imperio: aliena eſt terra, quæ non domatur exercitio cultoris, [l] & ideo non poteſt fructus charitatis, pœnitentiæ, & pacis afferre. Melius eſt ergo tunc quieſcere. Non quæras opera pœnitētiæ, ne in ipſa pœnitentia fiat, quod poſtea indigeat pœnitentia: quæ ſi ſemel fuerit uſurpata, [m] nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert [n] uſum poſterioris. [o] ſanè & cū caro repugnat, mēs ad Deum debet eſſe intenta: & ſi opera nō ſequuntur, fides † non deſeratur: & ſi carnis illecebræ impugnant, uel poteſtates aduerſariæ, maneat mens Deo dedita: tunc enim maxime urgemur, cùm caro cedit: & ſunt qui uehementer incumbant [p] miſeræ animæ quærentes omne auferre præſidium. Vnde illud eſt: Exinanite [q] exinanite uſque ad fundamentum in ea. [r] quam miſeratus Dauid ait: Filia Babylonis miſera. miſera utique: quia Babylonis filia eſt, quæ Dei filia deſijt eſſe, cui tamen medicum inuitat dicens: Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram: hoc eſt, qui infirmas & lubricas cogitationes habet, & elidat ad petram, id eſt, ad Chriſtum, qui omnes irrationabiles motus ſui reuerentia & diſcretione comminuat.

Item Hieronymus ſuper Matthæum. †

CAN. XXXVIII.

NIhil Iudæ profuit egiſſe pœnitentiā, per quā ſcelus corrigere non potuit. Si quando frater ſic in fratrem peccat, ut emēdare ualeat [s] qđ peccauit, poteſt ei diuinitus dimitti, ſin autem permaneant opera, fruſtrà uoce aſſumitur pœnitentia. hoc eſt quod de eo dicitur, Et oratio eius fiat

Mat. 27.b [a] IVdas pœnituit. Eſau. De peccato forte primogenituræ uenditæ. vij. quæ. j. quam periculoſum.

[b] Magis. Correctiuum eſt.

[c] Neque pœnituit. Vterque ſcilicet.

[d] Aperitur. Arg. ex ſequentibus comprehendi præcedentia. arg. l. di. ſi quis diaconus. arg. diſt. xviij. peruenit. argu. ſ. xxiij. q. iiij. quid crudele. argu. j. xxxiiij. q. j. cum per bellicam.

Gene. 4.b [e] Ex hoc peccato. Mendacij: quia poſt homicidium, ſecutum eſt mendaciū: ꝙ magis fuit. arg. ſ. diſtin. j. §. alij econtra. c. ſerpens.

[f] Memoriam. ſ. diſ. j. ca. j. quis aliquando. §. his authoritatibus. uer. item illud. Ioan. & hoc

Gene. 3.b idem. ſ. diſt. lxxxj. ualet. contra ſoluitur ibi memoria. ſ. ad contritionem, non ad delectationem. j. diſtinctio. v. capi. j.

[g] IN ſalicibus. Id eſt, a ſalicibus, per quas deſignantur mali.

[h] In medio eius. Qui ſunt in profundo uitiorum.

[i] Suſpendimus. Id eſt, ſubtraximus & diſtulimus.

[k] Organa. Id eſt, orationes noſtras, uel cōfeſſiones, quę inutiles ſunt dum ſumus in peccatis. peccatum enim cōparatur ſalici, propter infructuoſitatem. j. q. j. ſi fuerit. & organum orationi propter dulcedinem. xlv. diſt. cum beatus. xlvj. di. hoc habet. Nam quomodo cantabimus. i. opera fructuoſa faciemus?

[l] Cultoris. animæ.

[m] Vſurpata. i. non uere recepta. ſ. per peccati deſertionē.

[n] Aufert uſum. q̄a non ſolent petere tales, ut eis iterum iniungatur ſatisfactio pro illis, licet inutilem egerint pęnitētiā: imo nec debent. argu. j. c. quærat. §. illud autem Greg. in fi. & c. priū.

[o] Poſterioris. ſcilicet ſuiipſius: quia poſtea non agitur ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum. j. e. §. ulti. & ſ. ea. diſt. c. quamuis. hoc enim de ſolenni ibi intelligit H. ſed de alia intelligi [z] pōt. nā loquitur Ambro. de illo, qui adhuc delectatur in peccato, nec proponit illud deſerere. Iſte melius faceret, ſi quieſceret a confeſſione, & faceret bona quæ poſſet, ut Deus illuſtraret cor eius: ut j. ea. diſt. v. falſas. Si enim ſuperficialem talis agat pœnitentiā, potius grauabitur quā iuuabitur: ut ſ. eadē. qui admiſſa. ſecundum hunc intellectum procede ſic: Melius eſt abſtinere a ſatisfactione pęnitentiæ tibi iniunctæ a ſacerdote, ſcilicet tanquam bene pœnitenti, quam exercere confitendo. ſi quæras opera pœnitentiæ tibi iniungi a ſacerdote ſcilicet tanquam bene pœnitentis, uideas ne in ipſa pœnitentia ſimulata, facias ꝙ poſtea indigeat pœnitentia: ut xvij. q. iiij. ſunt qui opes.

[p] Incumbant. Scilicet dæmones.

[q] Exinanite. Hoc eſt dictum in templi deſtructione a Syrijs. & dic exinanite. i. euacuate.

[r] Vſque ad fundamentū in ea. Id eſt, uſquequo aliquod ædificium uirtutum non remaneat in ea uſque ad fundamentum. & ſunt uerba dæmonū. exhortantium ſe ad concupiſcentias carnis.

[s] NIhil Iudæ. Valeat. i. contin-

• Sub. in quo loquitur prece. ca. ualeat. quod loquitur de mala memoria peccatorum. Archid.

† cap. xj.

Psal. 136. Peccatum comparatur ſalici, & organū orationi.

† Alias ſi des deſideret.

[z] Idē no. xxxij. q̄ō. ij. ancillā. in fi. ibi adde.

† ca. xxvij. in cōmenta. & ibi glo. ordinaria.

CAN. XLI.

PRima conſolatio eſt, quia nō obliuiſcitur miſereri Deus. Secunda per punitionem, ubi & ſi fides deſit[a], pœna,[b] † ſatisfacit & releuat.

† Alias, pęnitētia.

Itē opponitur de Hieronymo, qui ſuper Nahū ſentire uidetˉ, quòd ſi infidelis adulterādo interficeretur, de adulterio nō amplius[c] à Deo puniretur.[d] Itē ſi illa[e] ſatisfactio non fuit, quā in adulterio uiuens ꝓ homicidio obtulit, cùm adulterij eũ pęnituerit, utriuſq; ei pęnitentia īponēda erit: qđ à ratione alienū eccleſiaſtica probatˉ conſuetudine: quæ pro eodē peccato (niſi reiteratum fuerit) nulli bis pœnitētiā imponit.[f] Sed ꝙ ei qui crimē ſibi reſeruat, de alio uenia nō præſtetur,[g] nō ſolū præmiſsis probatˉ authoritatib. Iſychij, Adamātij, Gregorij, Auguſtini, Smaragdi, Iſidori: uerū etiā alia authoritate eiuſdē Auguſtini, in lib. de pęnitētia. Ait enim,

† cap. ix.

CAN. XLII.

4 Fratres [f] noſtros epiſcopos & presbyteros admonemus, ne falſis pœnitentijs laicorum animas decipi, & in infernum pertrahĩ patiantur. Falſam autẽ pœnitentiam eſſe cõſtat, cùm ſpretis pluribus, de uno ſolo pœnitentia agitur, aut cũ ſic agitur de uno, ut non diſcedatur ab alio. Vnde ſcriptũ eſt: Qui totã legẽ obſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omniũ reus, [g] ſcilicet quãtũ ad uitã æternã. Sicut.n. ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus, ita ſi in uno tantùm maneat, uitæ æternæ ianuam non intrabit. [h] Falſa enim eſt pœnitẽtia cum pœnitens ab officio uel curiali negotio non recedit, qđ ſine peccatis. [i] agi nullatenus præualet, aut ſi odium in corde geſſerit, aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat, aut ſi offendenti offenſus non indulgeat, aut ſi arma quis contra iuſtitiam ferat.

DISTINCT. VI.

† Qui aũt [k] debeat fieri confeſſio, uel qualẽ illũ oporteat eſſe, qui aliorũ crimina iudicat, ex eodẽ li. † de pœnitentia docetur, cum dicit. [l]

CAN. I.

Qui uult [m] confiteri peccata ſua, ut inueniat gratiam, quærat [n] ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne cùm negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo qui eum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. & infrà. Tanta itaque uis confeſſionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. & infrà. Sæpe [o] enim contingit, quòd pœnitens non poteſt uerecundari coram ſacerdote, quem deſideranti

[a] Non poſsit. Difficultas notatur, non impoſsibilitas. ĩ.e. qualitas. Laurentius.

[b] Reſtituat. xiiij. q. vj. ſi res.

[c] Pro defendenda. ſ. xxiij. q. v. excõmunicatorum. H. ſ. ea. q. ij. latorent.

[d] Ne tamen deſperet licet prædicta non faciat. Laurentius.

[e] Negotiũ. Nõ fuit, &c. alij non habẽt nõ: & tunc rectè concordat cũ duobus præcedentibus cap. quia peccatum eſt, ſi exerceat prædictas negotiationes. ſed ſi habetur non, bonum eſt: quia non eſt peccatum ſi excolat agros & uineas, aut cognoſcat uxorem cauſa prolis. imo ſi cut ſine pctõ prius hoc faciebat, ita nunc facere debet & poteſt. Hug.

Fratres. Hæc eſt iiij. pars diſtinc. in qua oſtendit magiſter qualiter intelligatur illud Iacobi Apoſtoli, qui peccat in uno, factus eſt omniũ reus. Io. de Fan.

[f] Fratres. ſ. e. diſt. iij. ca. j. §. item opponitur uerſi. item ſi illa. Hug.

[g] Reus. ſ. ea. diſtin. conſideret. lxxxvj. diſt. paſce. & capit. qui clementiam. H. Arg. contra teſtes & inſtrumenta. ſ. diſtin. lxxxvj. c. iij. Ar. cõtra. C. de tranſactio. ſi ex falſis.

[h] Non intrabit. Non tamen tantum punietur. H.

[i] Peccatis. ſ. xxv. diſt. qualis. Hug.

Qui autem debeat. Hæc diſtinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima quæritur, cui debet quis confiteri. & eſt dicendum, qđ meliori ſacerdoti quem habere poſſit. Secunda ibi, Caueat. Tertia ibi, Quod autem. Ioan. de Fant.

[k] Cui autem. Hic intitulatur. vj. diſt. ubi quæritur, cui ſit confeſſio facienda & quali. & quidem facienda eſt ſacerdoti ſi fieri poteſt. & ſuo, ſi tamen fuerit intra eccleſiam, qui ſciat ſoluere & ligare: alias enim ex iuſta cauſa cuicunque faciẽda, & etiam laico ſi urgeat neceſsitas. ĩ.e. c. j. & cap. placuit. ſ. diſt. j. quem pęnitet. Similiter cui & quali: quia diſcreto & a crimine mundato. ĩ e. c. j.

[l] Cum dicitur. ſ. e. diſt. j. quem pęnitet.

[m] Qui uult. a loco iſto uſque ad uerbum laboret itaque, &c. habetur. ſ. diſt. j. quem pęnitet. & ibi expoſitum eſt. Lau.

[n] Quærat. Hoc poteſt intelligi, quando eccleſia plures ſacerdotes habet, tunc enim ad meliorem ſacerdotẽ debet accedere. Vel hoc quando prius confeſſus ſuo ſacerdoti. poſtea uadit ad aliũ, ſi ſuus ignoret ſecũdum qualitatem delicti ei pęnitentiam imponere. arg. ĩ. ea. placuit. quia quanto pluribus confitetur, tanto citius ueniam cõſequit. ſ. di. j. quem pęnitet. licet G. aliter intelligat. ĩ. e. c. ſacerdos. §. quod autẽ. Laur.

[o] Sæpe enim. ĩ. de cõſe. diſtin. iiij. ſanctum. ſ. xxvj. q. vj. ſi aliquis fuerit. H.

Ex deſi-

† Euãgeliorum.

Iacob. 2.

Confeſſio cui facienda eſt.

Sacerdos melior pro confeſſione eſt eligendus.

† De uera & falſa pęniten. ca. 2.

nec locus nec tempus offert, & ſi ille cui confitebitur, poteſtatē ſoluendi non habeat, fit tamen dignus uenia ex deſiderio [a] ſacerdotis, qui ſocio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim ſunt leproſi dum ibant oſtendere ſe ſacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. vnde patet Deū ad cor reſpicere, dum ex neceſsitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire. Sæpe quidē eos quærunt, ſed ſani & læti dum quærunt antequam perueniant ad eos moriuntur: ſed Dei miſericordia eſt ubique, qui iuſtis nouit parcere, & ſi non tam cito [b] ſicut ſoluerentur a ſacerdote. qui ergo confitetur, omnino confiteatur: & ſacerdoti meliori, quàm pōt confiteatur: & ſi peccatū occultum eſt, ſufficiat referre in notitiam ſacerdotis, ut grata ſit oblatio muneris. & infrà.

Luc. 17. c

Laboret pœnitens itaque in eccleſia eſſe, & ad eccleſiæ unitatem tendere. Niſi enim unitas eccleſiæ ſuccurrat: niſi quod deeſt peccatori, ſua operatione [c] cōpleat: de manibus inimici, nō eripietur [d] anima mortui. Credendum eſt enim, (& pietas fidei expoſtulat credere) ꝙ omnes eleemoſynæ totius eccleſiæ, & orationes, & operatio iuſtitiæ, & miſericordiæ ſuccurrāt recognoſcēti mortem ſuam ad cōuerſionē. Ideoque nemo dignè pœnitere poteſt, quem non ſuſtineat unitas [e] eccleſiæ: ideoq; nō petat ſacerdotes per aliquam culpā, ab unitate [f] eccleſiæ diuiſos. Iudas [g] enim qui pœnitens iuit ad Phariſæos relinquens Apoſtolos, nihil inuenit auxilij, niſi augmentum deſperationis. dixerunt enim: Quid ad nos? tu uideris. ſi peccaſti, tibi ſit. non tibi ſuccurrimus, non peccata tua charitatiuè ſuſcipimus, non comportanda promittimus, nec qualiter deponas nos docemus: quid enim nobis & miſericordię, qui nec opera ſequimur iuſtitiæ? Iſſet [h] ad fratres, iſſet ad illos qui orauerant pro ſocru Petri febricitātē, qui Chananeam improbā miſericordiæ obtulerant. Interrogaſſet Petrū pro ſe effundentem lacrymas. nō fugiſſet Mariam & Martham, quæ uitam Lazaro impetrauerant: non turbam plorantē quæ unicum filium acquiſierat uiduæ. Iuit ad diuiſos, [i] & diuiſus perijt. & infrà. Sacerdos itaq; cui omnis offertur peccator, ante quem [k] ſtatuitur omnis languor, in nullo eorum ſit iudicandus, [l] quæ in alio iudicare eſt promptus. iudicans enim aliū, qui eſt iudicandus condemnat ſeipſum, cognoſcat igitur ſe, & purget in ſe, quod alios uidet ſibi offerre, caueat ut a ſe proijciat quicquid damnoſum [m] in alio reperit, animaduertat, quod dicitur, Qui ſine peccato [n] eſt ueſtrum, primus in illam lapidem mittat. ideo enim liberauit peccatricem, quia non erat qui iuſtè proijceret lapidem. quomodo lapidaret, qui ſe lapidandum cognoſceret? nullus enim erat ſine peccato: in quo intelligitur, omnes crimine fuiſſe reos. nam uenialia peccata, ſemper remittebātur [o] per ceremonias. ſi qđ ergo in eis peccatū erat, criminale [p] erat. Deteriores itaq; in hoc ſacerdotes ſunt, ſe prius non ædificantes, illis qui dominum obſeruabant inſidijs. In hoc itaque potentiſsimum eſt crimen ſacerdotum, & ultra modum deteſtabile, qui non prius ſe iudicant, & alios alligant. deberent enim in ſe timere crimen, quod [q] in alijs timuerunt, & deteſtabile eſſe cauerunt & cenſuerunt. Illi quidem adeò erant cæci, quod ſummam ſapientiam ſperabant capere ſuis inſidijs, quod illis [r] patuit quod tunc quiſque [ſ] uitauit, uitet ſacer-

Mat. 27. e | Luce 4. f | Mat. 15. b | Ioan. 11. d | Luce 7. b | Ioan. 8. b

[a] Ex deſiderio. ſ. xxxiij. quæſ. v. quod Deo.
[b] Si non tam cito. Quantum ad pœnā purgatorij. Laur.
[c] Operatione. ſ. ut fit de ſua unitate, & in eadem complectitur. Hug.
[c] Operatione. ſ. & alijs bonis operibus. ſ. e. diſtinct. j. §. alij. cap. multiplex. xxvj. q. vij. c. j. argu. xiij. q. ij. animæ. Hug.
[d] Non eripietur. ſi contemplit eccleſiæ ſuffragia. Laur.
[e] Vnitas. Quia extra eccleſiam, nemo ſaluabitur, ut xxiiij. q. j. quicunque. Laur.
[f] Ab unitate. Etiam ſ neceſsitate. xxxij. diſt. c. præter. §. uerum. Laur.
[g] Iudas. ſ. e. diſtin. §. alij econtra c. ijs poteſtatis. Hug.
[h] Iſſet. i. ire debuiſſet. Hug.
[i] Diuiſos. Ab unitate eccleſiæ. ſ. ad phariſæos. qui diuiſi interpretantur. Hugo.
[k] Ante quem. iij. q. vij. iudicet. & cap. qui ſine.
[l] Iudicandus. Peccāt ergo dum in crimine ſunt ſacerdotes iniungendo pœnitentiam, & uerum eſt, ut ſ. iij. qō. vij. c. ſacerdos. §. in euāgelio. Quid ergo ſi in neceſsitate ſuus parochianus petat ab eo pœnitētiam? Reſpond. conuertatur. & ſtatim iniungere poterit. xij. diſtin. in ſumma. Hu.
[m] Damnoſum. Id eſt, damnabile.
[n] Sine peccato. Mortali. Hug.
[o] Semper remittebantur. xij. quæſt. ij. gloria. j. de conſecr. diſt. iij. aquam. H. Argu. ꝙ ueniale ſine mortali remittatur quod non credo. hic ergo uenialia dicuntur, quædam quæ re uera mortalia fuerunt. ſed tunc uenialia dicebantur: quia legis ceremonijs remittebantur, quantum ad pœnam legis euitandam: quo ad Deum autem nō remittebantur. [s]
[p] Criminale. Hic criminale dicitur, quod ceremonijs legis non remittebatur, ut adulterium. ar. xxxij. q. j. quod autem. Laur.
[q] Quod timuerunt. Sacerdotes. Iudæorum.
[r] Quod illis. ſ. quod non debet alios iudicare. Laur.
[ſ] Quod tunc quiſque. ſ. crimen iudicandum iudicare. Lauren.

Adhuc tūc potuiſſet ueniā impetrare, ut ſ. e. diſt. c. his poteſtatis.

Pœnitentiam iniūgēs, debet eſſe ſine peccato.

Veniale ſine mortali non remittitur.

[s] Vēialia ergo dicebant in lege, quæ ſine morte, uel mutilatione dimittebantur. mortalia q̄ mortē uel mutilationē exigebāt. Archi.

Qui

dos, qui in hoc [a] errore illis Iudæis peior extiterit. Caueat ſpiritualis iudex, ut ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ. Oportet ut ſciat [b] cognoſcere, [c] quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim poteſtas, hoc poſtulat, ut quod debet iudicare, diſcernat: diligens igitur inquiſitor, & ſubtilis inueſtigator [d] ſapienter & quaſi aſtutè interroget à peccatore quod forſitan ignorat, uel uerecundia uelit occultare. Cognito itaque crimine, uarietates eius nō dubitet inueſtigare, & locum, & tempus, & cætera quæ ſupra diximus in exponenda eorum qualitate, quibus cognitis, adſit beneuolus, paratus exigere, [e] & ſecum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione pietatem in alterius crimine, diſcretionem in uarietate adiuuet confitentem orando, eleemoſynas & cætera bona opera pro eo faciendo, ſemper eum iuuet leniendo, conſolando, [f] ſpem promittēdo, & cùm fuerit opus etiam increpando. Doleat [g] loquendo, inſtruat operando. ſit particeps laboris, qui particeps uult fieri gaudij. doceat perſeuerantiam, caueat ne corruat ne iuſtè perdat [h] poteſtatem iudiciariam. Licet enim pœnitentia poſsit ei acquirere gratiam, non tamen mox [i] reſtituit in poteſtatem primam. Etſi enim Petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit, & ſæpe lapſis ſacerdotibus reddita dignitatis ſit poteſtas: non tamen neceſſe eſt, ut hoc omnibus concedatur quaſi ex authoritate. Inuenitur enim authoritas quæ concedit. & quaſi imperat. Inuenitur alia, quæ minimè concedit, ſed uetat. quæ ſcripturæ non repugnant, ſed concordant: ſi locus, & tēpus, & modus, pœnitentiæ pacem adhibeant. Cùm enim tot ſunt qui labuntur, ut priſtinam dignitatem ex authoritate defendant, & quaſi uſum peccandi ſibi faciant: reſcindenda [k] eſt ſpes iſta. ſi uerò locus eſt, ubi iſta non concurrant, reſtitui [l] poſſunt, qui peccāt, itaq; pontifex iuſtus, & perfectus, atque diſcretus non cogitur ſuos ſacerdotes ſemper abijcere, nec mox reſtituere, niſi ſtatutum fuerit à Romano pontifice.

Caueat ſacerdos, ne peccata pœnitentium alijs manifeſtet: quod ſi fecerit, deponatur.

Vnde Gregorius.

Deponatur ſacerdos, qui peccata pœnitentis publicare præſumit.

CAN. II.

SAcerdos ante oīa caueat ne de ijs, q̄ ei cōfitentur peccata ſua, alicui recitet, [m] quòd ea cōfeſſus eſt, nō propinquis, nō amicis, nō extraneis, neq; (qđ abſit) pro aliquo ſcādalo. nā ſi hoc fecerit, deponat̃, & omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus peregrinando [n] pergat.

Quòd autem dicitur, ut pœnitens eligat ſacerdotem ſcientem ligare & ſoluere, uidetur eſſe contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, ut nemo uidelicet parochianum alterius iudicare præſumat. Sed aliud eſt fauore uel odio proprium ſacerdotem contemnere, (quod ſacris canonibus

---

Iudex nō ſit iuris ignarus.

Pœnitens eſt interrogādus ſpecialiter.

Quod de ſingulis circunſtantijs ſit quærēdū, à peccatore, eſt arg. xxx. q. v. iudicātē. xxiij. qō. viij. occidit. [redacted]

a Qui in hoc. quod iudicandus iudicat. Lauren.

b Sciat. Argu. quod iudex ignarus iuris non debet eſſe, niſi habeat peritiam & experimenta cauſarum per conſuetudinem. in authē. de iudi. in prin. colla. vj. argu. extra de cōſue. ex literis. Lau.

c Cognoſcere. trigeſimaoctaua, diſt. nulli ſacerdorum. & cap. omnes. H.

d Inueſtigator. Argu. quòd ſpecialiter à pœnitēte quærendum eſt, an hoc uel illud commiſerit. Argu. xliij. diſt. ſit rector. uerſic. quia increpando. ff. de quæſtio. l. j. §. quoniam. extra de pœ. & remiſ. omnis.

e Exigere. ſ. ea. di. conſideret. H.

f Conſolando. ſcilicet pro ipſo orando, prout ſequitur.

g Doleat. Id eſt, dolorem pro ipſius peccato oſtendat.

h Perdat. Per negligentiam. lxxxj. diſt. dictum Laur.

i Mox. id eſt. ſtatim. arg. 50. diſtin. abſit. uel mox. id eſt, indifferenter. quædam enim non reſtituuntur: ut dixi. 50. diſt. miror.

k Reſcindenda. 50. diſt. ut conſtitueretur. contra. Sed hoc eſt, quando peccatum ſuum defendere uolunt, ex authoritate: ut ſ. 82. diſt. plurimos. Vel hoc cum non eſt ſcandalum multitudinem puniri. Lauren.

l Reſtitui. niſi in enormibus, ut 50 diſtin. miror.

m SAcerdos, &c. Recitet. Pone quod ſacerdoti cōfitētur aliqui aliquod crimen, & excommunicat epiſcopus omnes huius criminis conſcios, niſi ueritatē reuelauerint. Eſt in qōne an presbyter ei reuelare teneatur? Videtur hic quod non. & ar. extra de off. ordi. ſi ſacerdos. & extra de adulte. ſignificaſti. præterea hoc probare non poteſt presbyter, igit̃ dicere non debet. vj. qō. ij. placuit. ſ. ij. q. j. ſi peccauerit. q. vij. plerunque. præterea nō ne ſecretū fuit? Ergo celare debuit. xxij. qō. v. de forma. Item iſte non debet dici ſciēs. xv. qō. presbyter. In contrarium facit, quod hæc pœna maior eſt in eccleſia. ergo magis uitari debet & formidari. xj. qō. iij. nihil. Item in excommunicatione nō eſt tantū animæ detrimentū. ſed & corporis. xj. qō. iij. nihil. Sol. Dicunt quidā, ꝙ in ſecreto epō dicere pōt. utpote qui prodeſſe poſsit, non obeſſe. xxij. qō. v. hoc uidetur. Alij contra. Vel dic ibi ſciuit ut homo, hic ut Deus. & præterea iſte nō cōſcius nec ſciēs dici debet.

n Peregrinando. ut ita agat publicam pœnitentiā, & etiā ſolennem, ſi nō habetur ſpes de eius reſtitutione: ut 50. diſtin. illud. § hanc autem pœnitētiam. ſ. vj. q. ij. placuit. contra. ſed illa pœna non excludit hanc. Vel aliter ibi dixit epiſcopus eum peccatum cōmiſiſſe in genere, non deſcendendo ad ſpecies, ſed hic ſpecificat. Vel ibi facta fuit cōfeſsio epiſcopo, ut ſocio uel homini, non ut Deo. ſ. vj. q. ij. c. j. & ij. Laur.

Placuit.

probibetur) aliud cæcũ uitare, quod hac authoritate quiſq; facere monetur: ne ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadant.

Vnde Vrbanus Papa ſecundus.

Cuilibet ſacerdoti commiſſum (niſi pro eius ignorantia) alter ſacerdos ad pœnitentiã non ſuſcipiat.

CAN. III.

PLacuit, ut deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti, ad pœnitentiam ſuſcipere ſine eius cõſenſu, cui prius [a] ſe commiſit, [b] niſi pro ignorantia [c] illius cui pœnitens prius confeſſus [d] eſt, qui uerò contra hæc ſtatuta facere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

DISTIN. VII.

1 *ps* TEmpus uerò pœnitẽtiæ eſt uſque ad ultimum articulum uitæ.

Vnde Leo Papa. †

De eodem.

CAN. I.

NEmo deſperandus eſt, [e] dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nõnũquã qđ diffidẽtia ætatis differtur, conſilio maturiore [f] perficiẽ.

2 *Quanquam de differentibus pœnitentiã, Auguſtinus ſcribat.* †

CAN. II.

SI quis poſitus in ultima neceſsitate ſuæ ægritudinis, uoluerit accipere pœnitentiã, & accipit, [g] & mox reconciliatur, [h] & hinc uadit, fateor uobis, nõ illi negamus qđ petit, ſed nõ præſumimus qđ bonum hinc exeat. ſed ſi ſecurus hinc exierit, ego neſcio. Pœnitẽtiam dare poſſumus, ſecuritatem autem dare non poſſumus. nunquid dico damnabitur? ſed non dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? uis quod eſt incertũ euadere? age pœnitentiam dum ſanus es. Si ſic agis, dico tibi, quòd ſecurus es, quia pœnitentiam egiſti eo tẽpore, quo peccare potuiſti. Si autem uis agere pęnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, [i] non tu illa. [k]

Idem.

CAN. III.

QVi egerit pęnitentiam ueraciter. & ſolutus fuerit à ligamento quo erat adſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & bene poſt pęnitentiam uixerit, ſicut ante pęnitentiam uiuere debuit, poſt reconciliationem quandocunq; defunctus fuerit, ad Deum uadit, ad requiem [l] uadit, regno Dei non priuabitur, à populo diaboli ſeparabitur.

Idem. †

---

[a] PLacuit. Cui prius. xvj. q. j. §. ecce in hoc. Prius. Not. quod prius debet confiteri ſuo ſacerdoti, licet alteri poſtmodum confiteatur. Laur.

[b] Commiſit. id eſt, cuius parochianus eſt. Ab alio enim non poteſt ligari uel ſolui. extra de pœnit. & remiſ. quod autem.

[c] Pro ignorantia. ergo pro ignorantia eius, authoritate huius canonis potegis ire ad alium ſine licentia hominis, ſcilicet illius presbyteri imperiti. ſufficit hoc a iure cõcedi. arg. ff. de condi. inſtit. qui ſub. §. ultimo. Sed nunquid credet ille extraneus ſacerdos, ſimplici uerbo eius pœnitentis, qui dicit ſuum ſacerdotem imperitum? Sic, quia non eſt ueri ſimile, quod cum mendacio ueniat ad pœnitentiam. c. ſancimus. j. quæſt. vij. Sed nunquid eſt utilis talis confeſsio, quã quis accipit à non ſuo iudice contra hanc conſtitutionem? nã ordinatus a non ſuo epiſcopo recepit ueritatem ordinis. vij. quæſtion. j. epiſcopus. Sed dico eam inutilem. Væ ergo ſcholaribus, qui uadunt ad incluſos pro pœnitentia, & non ubi audiunt diuina per annum: quia & ibi decimas perſonales debent dare. extra de deci. nouum genus. Laur.

[d] Confeſſus. Vel quia non uult pœnitentiam dare: uel pro alia iuſta cauſa.

TEmpus uero. Hic intitulatur ſeptima diſtin. qua quæritur uſque ad quod tempus peccator ſit recipiendus ad pœnitentiam? Hoc eſt an utilis ſit pœnitentia, quæ iniungitur in mortis articulo. & uidetur Auguſtinus in hoc dubitare, nec uult (ut uidetur) in hoc præciſe reſpondere. arg. j. ea. ſi quis poſitus. Et forte adeo dubitauit: quia conſiderauit: quod de facto contingit: quia uix aliquis põt digne pœnitere in mortis articulo conſtitutus, dum mundum conſiderat, dum reſpicit filios & uxorem. j. ead. §. ultimo. Vel dubitare ſe oſtendit: non quia dubitet, quid in hoc caſu tenendum ſit, ſed quia in talibus uerbis terrere uult nos, ut in ſanitate agamus pœnitentiam. præciſe autem eſt reſpondendum ad hanc quæſtionem per authoritatem Euangelij: quia in quacunque hora peccator ingemue. &c. s. diſt. j. c. facilius. §. hoc idẽ. Procedit ergo hoc modo Grat. Primo probat uno capit. quod pœnitẽti nunquam eſt pœnitentia deneganda. poſt ea adducit in contrarium per duo. ca. uſq; ad §. hoc autẽ. quæ contraria capitula per alias authoritates, Aug. ſoluit.

[e] NEmo deſperandus eſt. id eſt, de nemine deſperandũ eſt. Arch.

[f] Maturiore. 32. q. ij. ancillam. cuius hæc pars eſt.

Quanquam. Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua dicitur, quod ſi quis uere uult pœnitere, hoc ſanus faciat. P.

SI qs poſitus. [g] Accipit notificatam, non autem impoſitam: quia in tali articulo nõ imponitur: ut xxvj. q. vj. presbyteri. & cap. agnouimus. & q. vij. c. j. Laur.

[h] Reconciliatur. quia forte erat excommunicatus uel abſolutus, per officium ſacerdotis a pœnitentia, quæ ei imponi debebat. L.

[i] Dimiſerunt. Id eſt, uidentur dimiſiſſe te.

[k] Non tu illa. more humano loquit. ſemper enim præſumitur cõtra iſtum, quod non uere pœniteat, niſi euidens ſignũ appareat. ar. lvij. diſt. ſi quis in ægritudine. Hug.

QVi egerit. [l] Ad requiẽ ſcilicet recta uia, ita quod nec purgatorium ſentiat pro illis peccatis pro quibus pœnituit. Laur.

Lucæ 6.

Iſta fuit ſententia Lau. quã ſequit L. prout no. extra de pœ. & re. omnis.

Sacerdos propius propter imperitiam põt deſeri, & alius adiri.

Scholares quibus cõfiteri debent.

† Epiſtola 90. ad Ruſtic. epiſcopũ.

Pœnitentia i mortis articulo iniuncta, utrum ſit utilis.

† Homi. xlj.

Dicit Hierony. Si ex collo tuo tibi nepos paruulus pendeat, ſi in limine pater tuus iaceat ſenex, ſi ubera quibus te lactauit mater tibi oſtẽdat: ſic cis oculis ad crucem euola, per calcatũ perge patrẽ, percalcatam perge matrẽ, & gladiũ tenet hoſtis, & tamen cogitabis de lacrymis matris.

a Si quis. Hoc habes. 5. diſt. §.§ ult. in c. ſi quis autem. Hug.
b Tibi prodeſſe. C. de proba. ad probationem.
c Non tibi darem. 7. xcv. diſtinct. illud. arg. Hug.

CAN. IIII.

SI quis [a] autē, &c. & infrà. Baptizatus ad horam, ſecurus hinc exit. Fidelis bene uiuens, ſecurus hinc exit: agens pœnitentiam, & reconciliatus cum ſanus eſt, & poſteà bene uiuens ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiam ad ultimum, & reconciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus. Vnde ſecurus ſum dico, & ſecuritatem do. Vnde ſecurus non ſum pœnitentiam dare poſsū, ſecuritatem dare non poſſum. & poſt pauca. Sed unde ſcis (inquit) ne fortè Deus dimittat mihi? uerum dicis: illud ſcio, hoc neſcio. Nam ideo do tibi pœnitentiam, quia neſcio. Nam ſi ſcirem nihil tibi prodeſſe, [b] non tibi darem. [c] Item. Si ſcirem non tibi prodeſſe, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res ſunt. Aut ignoſcitur tibi, aut non ignoſcitur. Quod horum futurum tibi ſit, neſcio. Ergo tene certum & dimitte incertum. Hoc autem quare Auguſt. dixerit, Cyprianus oſtendit dicens.

Quod

CAN. V.

IDcirco, fratres charisſimi, pœnitentiam non agentes, nec in dolore delictorum ſuorum toto corde manifeſtam lamentationis ſuæ profeſsionem teſtantes, prohibendos omnino cenſuimus a ſpe cōmunionis & pacis, ſi in infirmitate atque periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitione compellit: nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit moriturum.

Item Augu. in libro de pœnitentia.

CAN. VI.

NVllus expectet quando iam peccare non poſsit: arbitrij enim quærat libertatem, ut delere poſsit commiſſa, nō neceſsitatem. qui prius itaq; a peccatis relinquitur, quàm ipſe relinquat, ea nō liberè ſed quaſi neceſsitate condemnat. Licet enim latro ueniam meruiſſet in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi & perſeuerandi authoritatem: tunc enim in fide baptizatus eſt, qui tunc primum in cruce Chriſtum confeſſus eſt. Pœnitentia enim ſi in extremo uitæ hiatu aduenerit, ſanat & liberat in ablutione baptiſmi: ita quòd nec purgatorium ſentiunt, qui in fine baptizantur: ſed potius ipſi ditati bonis ſanctæ matris eccleſiæ recepturi ſunt multiplex bonū in uera beatitudine. Illi autem qui cùm potuerunt nunquam conuerti uoluerunt, confitentes cùm iam peccare nequeunt, non ſic facilè acquirunt quod uolunt. Oportet enim ut pœnitentia fructificet in bonis operibus, ut uitam mortuo impetret. Scriptum eſt enim, ſine charitate neminem ſaluum eſſe: non itaque in ſolo timore uiuit homo. Quem ergo ſerò pœnitet, oportet non ſolùm timere Deum iudicem, ſed & iuſtum diligere: non tantum † pœnam timeat, ſed anxietur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni prædicta uarietate eius.

Luc. 24. f — 1. Co. 13. a

† Alias. nō timeat pro pœna, ſed anxietur pro gloria.

Quòd quamuis licet de eius ſalute Aug. potuit dubitare: credo quidem illi, qui dixit: Quacunque hora ingemuerit peccator, & conuerſus fuerit, uita uiuet & non morietur. Dixit conuerſum, non tantum uerſum, uita uiuere. Verſum quidem uiuere puto, qui dolet de crimine, conuerſum qui dolet de omni eius, quam expoſuimus uarietate. Vertitur a peccato qui iam uult dimittere peccatum: conuertitur, qui iam totus, & omnino uertitur, qui iam non tantū pœnas non timet, ſed ad bonū domini feſtinat tendere: quæ cōuerſio ſi cōtigerit alicui etiā in fine, deſperandum non eſt de eius remiſsione. Sed quoniam uix uel rarò eſt tam iuſta conuerſio, timēdum eſt de pœnitēte ſerò. Quem enim morbus urget, pęna terret, ad uerā uix uenit ſatisfactionem, maximè cum filij quos illicitè dilexit, ſint præſentes, uxor & mundus ad ſe uocent. Multos enim ſolet ſerotina pœnitentia decipere: ſed quoniam Deus ſemper potens eſt, ſemper etiam in morte iuuare ualet, quibus placet. Cùm itaq; opus ſit non hominis, ſed Dei, fructifera pœnitentia: inſpirare eam poteſt, quandocunque uult ſua miſericordia & remunerare ex miſericordia, quos poteſt damnare ex iuſtitia. Sed quoniam multa ſunt, quæ impediunt & languentem retrahunt, periculoſiſsimum eſt, & interitui uicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium, ſed magnum eſt cui Deus tunc inſpirat ueram pœnitentiam. Si quis enim eſt, qui per ueram pęnitentiam expectat Dei clementiam, maiorem ſentiet Dei bonitatem ſua nequitia. Sed ſi etiā ſic conuerſus fuerit, uita uiuet, & non morietur, non promittimus tamen quod euadet omnem pœnam: nam prius purgādus eſt igne purgationis, qui in

Ezec. 33. c — 1. Co. 11. a

QVòd autē. Hęc qō diuidit in iiij. partes. In quarum prima probat magiſter ſuperficialiter, quod tempore feſtiuo uel ieiunij, nullus debet uxorem ſuam cognoſcere: quod eſt conſilium. Secunda ibi, Cum propria. Tertia ibi, Hinc etiam. Quarta ibi, Hæc autem. Ioan. de Fantu.

a Quod autem. Omiſit magiſter q̄ſtionē poſitā in themate tāquam nihil dubitationis habentem, quia quocunq; tempore exactus, ſemper tenetur debitum reddere xxvij. q. ij. ſi tu. & j. proxi. q. c. j. & ponit aliam ſatis affinem, an liceat tempore orationis uacare coniugali operi in exigendo: & ſuper hoc notat diuerſas opiniones. nā q̄dā 1 inhærentes iſti cap. dicunt, quod tempore orationis non debet quis cognoſcere uxorē ſuā. Alij uero intelligunt ea de conſilio. tu mediam uiam teneas. Maior enim medijs gratia rebus ineſt. Dic ergo q̄d quandoque eſt præceptum non cognoſcere eā, quandoque cōſiliū. Præceptum eſt, quod in his diebus non cognoſcat eā cauſa ſaturādæ libidinis: nā cum alias peccat uenialiter, maxime tamē cauſa incontinentiæ ſecūdum nos: ſic eam cognoſcēdo in his diebus peccat mortaliter. Conſilium uero eſt, ubi uult cognoſcere eam cauſa ſobolis, uel uitandæ fornicationis: hæc omnia intelligas in exigēte: nam ut præmiſi ſemp exactus tenetur reddere debitū, licet exigens hoc tempore

Operi cōiugali an liceat tēpore orationis uacare.

1 Vt B. & Iſido.

Maritus exact⁹ ſemper tenetur reddere debitū.

aliud ſeculū diſtulit fructū conuerſionis. Hic autē ignis & ſi æternus non ſit, miro tñ modo grauius eſt. Excellit enim omnem pœnam, quam unquam aliquis paſſus eſt in hac uita: nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna, licet mirabilia martyres paſsi ſint tormenta, & multi nequiter quanta ſæpe ſuſtinuerunt ſupplicia. Studeat ergo quiſque ſic delicta corrigere, ut poſt mortem non oporteat talem pœnam tolerare. Quædam enim peccata ſunt mortalia, quæ in pœnitentia fiunt uitalia, non tamen ſtatim ſanantur. Sępe enim eſt, qui moreretur niſi medicaretur, non tamen ſtatim ſanatur: languet uicturus, qui prius erat moriturus: qui autē impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Qui autem impœnitēs finitur, ſi ſemper uiueret, ſemper peccaret. At Dei eſt miſerētis, quòd operatur finem peccandi. Ob hoc etiam ſine fine torquebitur, quia nūquam uirtute ditabitur, ſemper plenus iniquitate, ſemper ſine charitate torquebitur ſine fine.

QVAEST. IIII.

1 a QVòd aūt orationis tēpore cōiugali operi alicui nō licet uacare, beatus Hieronymus in quodam ſermone ſcribit, ita dicens: 2

Tempore quo uxori debitū redditur, à carnibus agni abſtinere oportet.

CAN. I.

SCiatis fratres chariſſimi, quoniam quicū que uxori debitū reddit, uacare non poteſt orationi, nec de carnibus agni comedere debet.

Item ſi panes propoſitionis, ab ijs, qui uxores ſuas tetigerant, comedi non poterant, quantò magis ille panis qui de cælo deſcendit, b non poteſt c ab ijs, qui coniugalibus paulò antè hæſere complexibus, d uiolari atque contingi: non quòd nuptias condemnemus, ſed quòd eo tempore quo carnes agni manducaturi ſumus, uacare a carnalibus operibus debeamus. e

Item Auguſtinus.

A coniugali cōcubitu in ſanctorum ſolēnitatibus eſt abſtinendum.

CAN. II.

QVotieſcunque autē dies natalis domini, aut reliquæ feſtiuitates f aduenerint, non ſolùm ab infidelium g cōcubinatum conſortio, ſed etiam a proprijs uxoribus abſtinere debemus.

Item Ambroſius in ſermone de aduentu domini.

Diebus ieiuniorū a proprijs uxoribus abſtinere oportet.

CAN. III.

FRatres h non ſolùm debetis ab omni immunditia abſtinere, ſed etiam ab uxoribus proprijs ſtudioſiſsimè contineatis. Nullus omnino uxori ſuæ ieiuniorum diebus coniungatur.

Item ſuper epiſtolam primam ad Corinthios. i

De eodem.

CAN. IIII.

SI cauſa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multū tēpus cōceſſum

peccet. arg. j. ea. q. v. noluit dicunt tñ quidam quod ſi ſciret conſtaret q̄d uxor peteret debitū cauſa libidinis explendæ, non ei reddet.

b SCiatis Deſcēdit. Qualiter deſcendit, habes de conſec. diſt. ij. ſicut eſt uerus.

c Non poteſt. Propter reuerentiam ſacramenti. Vel intellige cum cauſa ſaturandæ libidinis commiſcetur ei, uel conſilium eſt: alias cum ex neceſsitate tenetur reddere, ut j. q. proxi. c. j. quare puniretur, 1 cum tantum pro mortali abſtinendum ſit a corpore Chriſti. j. de conſecr. diſt. ij. quotidie. & cap. ſi non ſunt.

d Complexibus. Et cauſa libidinis explendæ ſecundum quoſdam.

e Debeamus. Quantum in nobis eſt: alter tamen peccat exigēdo, ſed reliquus non peccat reddendo: nam & ſi peccat qui præcipit, non tamen peccat qui obedit. xxiij. q̄. j. quid culpatur. uerſus finem.

f QVotieſcunque. Feſtiuitates. de quibus inuenio in his capitulis. & j. de conſe. diſtin. iij. c. j. Hug.

g Ab infidelium. Infideles eos uocat, qui peccant mortaliter. argu. xxiij. q. iiij. forte. Vel quia non ſeruant fidem amicis ſuis. Vel ad differentiam fidelis. xxxiiij. diſt. Chriſtianos.

h FRatres. Conſilium eſt.

i SI cauſa. Conceſſum. & ita uidetur quòd aliqđ tēpus prohibitū ſit, in quo non debeat uxorem

1. Reg. 21

1 Ar. iij. q̄. iiij. Nabuchodonoſor. C. de adulte. l. Gracchus.

Infideles qui dicuntur.

† cap. 7

uidetur ad ipſum uſum: quia & dies feſti, & dies proceſsionis, [a] & ipſa ratio cōceptus, [b] & partus, iuxta legem [c] ceſſare uſum carnis his debere tpibus demōſtrant.

Itē Aug. in lib. quæſt. ueteris & noui teſtamēti.

Vxoris uſus certis diebus ceſſare iubetur.

CAN. V.

CHriſtiano [d] cum uxore ſua aliquando conuenire licet, aliquando non licet [e]: propter proceſsionis enim dies & ieiuniorum, aliquando non licet conuenire: quia à licitis [f] etiam abſtinendū eſt ad tempus, ut facilius impetrari poſſit, quod poſtulatur. Vnde Apoſtolus ex cōſenſu [g] ait, abſtinendum eſt ad tēpus, ut expeditius uacetis orationi. [h] nā etiā ſecundum legem [i] in ieiunio cedere & iurgari non licet: poſtea uerò licet.

Item Ioannes Chryſoſtomus.

Non uerè pœnitētiam agit qui continentiā non ſeruat.

[n] *Vir cum propria uxore.* CASVS. *In prima parte loquitur de eo, qui cauſa incōtinētiæ ad uxorē accedit. Tali cōſulitur ab ingreſſu eccleſiæ abſtinere uſq; ad ueſperā. In ſecunda de eo, qui cauſa prolis eā cognoſcit: iſte talis ſi uult nō ſolū intrare eccleſiam, ſed etiā corpus Chriſti accipere permittitur. In tertia de eo qui cauſa libidinis explendæ huic in iſto c. pœnitentia nō imponitur, & dicitur tamen de eo q́d grauius delinquat, quā in primo caſu.*

CAN. VI.

QVi in caſtigatione [k] uictus [l] ſe dicit agere pœnitentiam, fruſtrà hoc ſermone promittit, niſi egrediatur [m] de cubili ſuo, & ieiunio continentiam addat.

Item Gregorius.

Ab ingreſſu eccleſiæ temperare ſe debet uir, cum propria uxore dormiens.

CAN. VII.

[a] VIr cum propria uxore [n] dormiēs, niſi lotus aqua, eccleſiam intrare [o] nō debet. Quāuis diuerſæ hominum nationes de hac re diuerſa ſentiant, atque alia cuſtodire uideantur. Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus uſus [p] fuit poſt admiſtionem propriæ uxoris, & lauacri purificationem quærere, & ab ingreſſu Eccleſiæ, paululum temperare: nec hoc dicentes, culpandum putamus eſſe coniugium: ſed quia ipſa licita admiſtio coniugis ſine uoluptate [q] carnis fieri

uxorem ſuam cognoſcere cauſa ſobolis procreandæ, & ita non eſt conſilium: ſed facuim in eo, quod dicit uidetur. Non enim dixit nō eſt. Vel intelligas in caſu in quo loquitur. c. quando, ſcilicet cognoſcit eā cauſa ſobolis: quia forte in eo caſu non debet ad eam accedere: ſecus ſi cauſa incontinentiæ.

a Proceſsionis. i. rogationum: ut j. de conſec. diſt. iij. pronuntiandum.

b Conceptus. Ex quo ſcilicet partus incipit moueri. hoc etiam conſilium eſt ſecūdum nos, ſicut etiam de menſtruata. diſtin. v. ad eius vero licet H. contradicit.

c Legem. ſ. diſt. v. §. j. Ioan.

d CHriſtiano. xxviij. q. j. ſic enim.

e Non licet. id eſt, non expedit. & ita licitum dupliciter dicitur.

f A licitis. Própter hoc & illud. j. ea. nec uxorem. dic omnia hæc, de conſilio intelligenda.

g Ex conſenſu. Hoc non eſt in Apoſtolo, ſed ibi eſt ſenſus authoritatis Apoſtoli. unde eſt argu quod potius ſit ſenſus authoritatis Apoſtoli attendendus, quàm uerba. extra de uerb. ſig. propterea.

h Orationi. Sed dicit authoritas, nō deſinit orare, qui benefacit: ſed quilibet reddendo debitum bene facit, ergo orat, quare ergo ceſſabit ut orationi uacet? Reſpon. orare hic ſtricte ſumitur ſecūdum quod oratio fieri debet in eccleſia. Vel hoc de exigente. aliud in reddente. extra de conuer. coniug. quidam. Item nonne quotidie eſt orandum? Videtur ergo quod iugis continentia indicenda ſit coniugatis: ſed nomine orationis tēpus deputatum ieiunijs, quibus ſic frequentius mittitur oratio, intelligitur, ut tempus quadrageſimale, & quatuor temporum & ſanctorum uigiliæ. extra de obſer. ieiu. conſilium.

i Nam etiam ſecundum legem Forenſem, id eſt, Romanam: ut C. de fer. quadraginta. uel Moſaicam ubi dicitur, ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. xviij. diſt. impietatis. Vel canonicam xv. q. iiij. placita. Ioan.

k QVi in caſtigatione. ſcilicet flagellorum. [a]

l Victus. id eſt, conuictus & compunctus. Vel melius uictus genitiui caſus. quaſi in abſtinētia & parcitate ſcilicet ieiunando, & in ieiunijs ſe caſtigando.

m Niſi egrediatur. quantum in ſe eſt. uel ſi uxor conſentiat: ut j. ead. Apoſtolus.

o Intrare. Videtur ergo, quod multo fortius quis prohibendus ſit ab ingreſſu eccleſiæ pro mortali, cū hic impediatur pro uenia li: & ita qui eſt in mortali non debet eccleſiam ingredī, quod quidā admittunt. xxj. diſtin. cleros. in fi. & xj. q. iij. nullus ſacerdotum de pœnit. diſtinct. j. qui ſanctus ſacerdos eſt. quod non eſt uerum, niſi ſit excōmunicatus. xj. quæſtio. iij. excommunicatos. & cap. cum excommunicato. uel interdictus. extra de offic. delega. c. ſane. de illis cōſtat. uel niſi ſint contumaces. xj. q. iij. c. qui iubētes. uel pœnitētes. 50. diſt. ſ c. & quidā ſacrilegi. lxxxj. diſt. ſi qui. v q. ij. p̄ſenti. & xij. q ij. de uiro alias qlibet pōt ingredi: ut de cōſec. diſt j. eps nullum. j. q. j qui ſtudet. ubi dicit, quod dñs admiſit omnes peccatores intrare eccleſiam. p̄ter ſimoniacos. potius enim frequētabit eccleſiam, qui eſt in mortali: ut dominus eum cōuertat per uerba ſacerdotis: ut ſ. de pœ. diſt. v. falſas in fi. Quod ergo hic dicitur, dictū eſt propter reuerentiam ſacri loci, & propter corporalē uiri inquinationem magis, quàm propter peccatum.

p Vſus. Argu. pro conſuetudine Romanæ eccleſiæ ſeruanda, & verum eſt, cum hoc docet. xj diſt. nolite.

q Voluptate. Et ita coitus non poteſt fieri ſine peccato. hic applaudit ſibi H & ſumit opinionem, quod nunquā opus cōiugale ſine peccato poteſt exerceri. unde etiā qui debitum reddit, peccat uenialiter: quia ſemper eſt ibi quidam pruritus & uoluptas in emiſſione ſpermatis. & ideo Chriſtus noluit naſci ex coitu: quia non poteſt fieri ſine peccato, &c. xxvij. q. ij. omne. ad fi.. videtur ergo quod tentatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum: ut xxvij. q. ij. ſi tu. & j q. proxi. c. j. nec pōt reddere niſi peccet, ergo tenetur

Licitum dupliciter dicitur.

1. Cor. 7. a

Orare nō deſinit, q. bene facit

Ad hoc. xxxj. diſt. c. ij. & ca. ſi laicus. xxxvj. diſtin. c. vlt.

[a] Scilicet quia flagellat & caſtigat à Deo ſecūdum Hu.

Eccleſiæ ingreſſus an ſit alicui pro mortali prohibendus.

Opus coniugale an poſsit ſine peccato exerceri.

non poteſt,[a] ideo à ſacri loci ingreſſu eſt abſtinendum: quia uoluptas ipſa ſine culpa nullatenus eſſe poteſt: non enim de adulterio uel fornicatiõe, ſed de legitimo matrimonio ſuſceptus erat, qui dicebat: Ecce enim in iniquitatibus[b] conceptus ſum, &c. Oportet itaque legitimam carnis eſſe copulã, ut cauſa prolis ſit, nõ uoluptatis: & carnis commiſtio procreandorum liberorum ſit gratia. nõ ſatisfactio uitiorũ.[c] Si quis uerò ſua coniuge nõ cupidine uoluptatis captus, ſed ſolummodo creandorũ liberorũ gratia utitur, ipſe ꝑfectò ſiue de ingreſſu eccleſiæ, ſeu de ſumẽdo dominici corporis ſanguinisq; myſterio ſuo eſt iudicio relinquẽdus: quia à nobis prohiberi[d] non debet accipere, qui in igne[e] poſitus neſcit[f] ardere. Cum enim non amor procreãdæ ſobolis, ſed uoluptas[g] dominatur in opere cõmiſtionis, habent cõiuges etiam de commiſtione ſua, quod defleant.[h] Tũc autem[i] uir, qui poſt admiſtionẽ coniugis, aqua lotus fuerit, etiã ſacræ communionis ualet myſterium accipere, cùm ei ſecundum præfinitam ſententiam, eccleſiã licuerit intrare.

3 Hinc etiã[k] in diebus abſtinentiæ, nuptiæ celebrari prohibentur.

Vnde in Laodicenſi concilio legitur.†

In diebus quadrageſimæ nuptias celebrare non licet.

CAN. VIII.

NOn oportet in quadrageſima, aut nuptias, uel quælibet natalitia[l] celebrare.

Item ex concilio Martini Papæ.

De eodem.

CAN. IX.

NOn licet in quadrageſima[m] natales,[n] martyrũ celebrare, ſed tãtùm in Sabbato & Dñica per commemorationẽ eorũ oblationes offerre: ſed nec natalitia, nec nuptias liceat in quadrageſima celebrare.

Itẽ ex cõcilio Ilerdenſi.

De eodem.

CAN. X.

NOn oportet à ſeptuageſima, uſque in octauam Paſchæ, & tribus hebdomadibus[o] ante feſtiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ab aduentu Domini, uſque poſt Epiphaniam nuptias celebrare, quod ſi factum fuerit, ſeparen-

tenetur peccare: ſed hoc argu. non ualet. Inſtat H. presbyter tenetur cantare miſſam, nec poteſt cantare. niſi habeat linguam: ergo tenetur habere linguã & ſecundum H peccat homo ex neceſſitate in primis motibus. & ita erit quis perplexus, ſecundum H. inter ueniale, quod ſurgit ex primis motibus. & mortale. Nam de primis motibus dicit Apoſtolus: Ago quod nolo. & ſurgunt in nobis, & ſine nobis. de pœn. diſt. ij. inter hæc. P. Manducator dixit contra: ut not. xiij. diſt. c. nerui. Itẽ ex hoc ſequeretur, quod bene faceret & male: quia reputatur ei ad ſanctitatem, ſi reddit debitum: ut ĩ. ea. quæſt. proxi. cap. j.

Quod no. 33. q. 2 quicquid. Pſal. 50.

[a] Non poteſt. De facili: & ideo quia dubium eſt, aqua aſpergitur.

[b] Iniquitatibus. id eſt, uoluptatibus. iniqtas enim ꝓprie deſignat crimen. de pœ. diſt. iij. §. quod autem. c. ille Rex. Vel dic iniquitatibus, id eſt, originali peccato, ſiue fomite. unde theologi colligũt ex hoc qđ plura ſunt originalia huiuſmodi, & tũc dic iniquitatibus, id eſt, cum iniquitatibus.

Originalia ſecundũ aliquos ſunt plura.

[c] Vitiorum. ſcilicet impropriè. Ar. diſt. xiij. c. nerui.

[d] Prohiberi. Id eſt, diſſuaderi.

[e] Qui in igne. Id eſt, in ardore concupiſcentiæ, id eſt, in amplexibus uxoris igneis.

[f] Neſcit. i. neſcit conſentire libidini uxoris ſuæ, ſed reddit debitum uxori exigenti.

[g] Sed uoluptas. Exercendæ libidinis.

[h] Quod defleant. Eſt enim coitus tunc mortale peccatum ſecũdum Hug. xxxij. q. iiij. origo, ſed ſi cauſa incontinentiæ, ueniale: ut diſt. xxv. c. qui in aliud §. alias autem ea. xxxij. q. ij c. quicquid. § his ita. imo ſecundum nos, nec hoc caſu eſt mortale. ſed ueniale. & hoc indicat. cùm dixit quod defleant.

[i] Tunc autem. Hoc reſpicit principium huius cap.

Hinc etiam. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua ponit tempora, in quibus nuptiæ non ſunt celebrandæ. Ioan. de Fant.

[k] Hinc etiam. Hic agit de illo impedimẽto, quod dicitur tempus feriarum, de quo dicunt quidam, quod impedit contrahendum, & dirimit iam contractum, quia contrahitur contra conſtitutionem eccleſiæ. ĩ. ead. non oportet. & extra de matri. contrac. contra interdi. eccle. c. j. uidetur in antiqua. Alij melius dicũt, quod licet impediat, non tamen dirimit. argu. extra de matri. contrac. contra interd. ecc. c. ulti. in fi. & cap. penul. & extra de tẽp. ord. ſane. unde matrimoniũ in quadrageſima non prohibetur contrahi, ſed prohibentur nuptialia conuiuia, & nuptiales ſolennitates, & ſolennes traductiones, & carnis commiſtio. Poteſt ergo matrimonium contrahi in quadrageſima, ſed illa tamen non debet duci, ſicut ſecũdum leges, mulier poteſt tempore luctus alij uiro deſpõſari, ſed non tamen traduci: ut ff. de ijs, qui not. infa. ſolet. §. quæ uirum. & hoc eſt expreſſum extra de fer. capellanus. argu. ad hoc. ff. de ritu nup. l. ſi quis officium. Nam cum ſolo conſenſu contrahatur, cur non contraheretur hoc tempore. C. de tranſac non minorem. & extra de matrimo. contract. contra inter. eccle. per totum. Ioan.

Tempus feriarũ utrũ impediat & dirimat matrimoniũ.

† ca. 26.

[l] NOn oportet. Natalitia. Non martyrum, ſed hominum: uel ad literam intelligas.

[m] NOn licet in quadrageſima. Hoc de honeſtate dicunt quidã. ff. de ritu nup. ſemper in coniunctionibus.

[n] Natales. Poteſt dici hoc eſſe abrogatum. nam hodie celebrantur bene in quadrageſima. uel intellige, quod non debent celebrari, ut fiant ibi conuiuia, & interſint hiſtriones & mimi, q turpia, &c. & huic intellectui conſonat quod ſequitur, ſed tñ in ſabbato, &c. & ĩ. ea. nec uxorem. Natales uocantur martyrum paſſionum dies, quia in eis naſcuntur ad uitam, & moriuntur mundo. de conſuetudine eſt in eccleſia Mediolanenſi, quod in quadrageſima nõ celebrantur. a de his natalibus habes C. de prob. neque natales. Et Verg. Meus eſt natalis Iola, &c. Io.

Natales qui dicuntur.

a Scilicet natales martyrũ, nec uxores ducũt.

[o] NOn oportet. Tribus hebdomadibus. Sed nunquid iſtæ

quid iſtæ tres hebdomadæ ſunt immediate ante feſtū ſancti Ioannis? ſubaudi non, ſed cum interuallo inter eas & feſtum: ut extra de fer. capellanus. & ponit has duas opiniones, approbat tamen quod cum interuallo accipiendæ ſunt, & incipiunt à diebus rogationum.

tur. [a]

Item Nicolaus papa ad conſulta Bulgarorum.

De eodem.

CAN. XI.

NEc uxorem ducere, nec conuiuia facere, in quadrageſimali tempore conuenire poſſe, ullo modo arbitror.

Hæc autem ſeruanda ſunt, ſi uxor cōſenſum adhibere uoluerit. cæterùm ſine eius conſenſu, nec cauſa orationis continentia ſeruari debet.

Vnde Auguſt. in lib. de adulterinis coniugijs. †

Niſi ex conſenſu communi, orationi coniuges uacare non poſſunt.

CAN. XII.

APoſtolus nec ad tēpus ut uacent orationi, [b] niſi ex cōſenſu [c] communi uoluit coniuges: nec carnali inuicem fraudari [d] debito.

Hinc ēt in ſecūdo concilio Arelatenſi legitur. †

Niſi ex conſenſu communi, cōiugatis pœnitentia nō detur.

CAN. XIII.

POenitentiam [e] cōiugatis non niſi ex cōſenſu communi dandam eſſe præcipimus.

QVÆSTIO V.

QVòd aūt ſine cōſenſu [f] uxoris uir cōtinentiam uouere non poſſit, multis authoritatibus probatur.

Ait enim [g] *Auguſtinus ſuper pſal. cxlvi.* †

[a] Separentur. ad tēpus. extra de ma. cōtract. contra interdic. ecc. literæ nō eſt contra extra eo. titu. ex literis in fi. qͣ ibi loquitur de interdicto eccleſiæ, nō de tempore feriato. Vel ibi prohibetur perpetua ſeparatio, hic permittitur ad tempus.

[b] APoſtolus. Orationi. priuatæ uel priuato loco ꝗ facere & incipere uelit, ſed ſolenni orationi, miſſæ, & tempori, & officio, & canonibus, & uniuerſali eccleſiæ indicto uacare licet, & debet & poteſt: ut de conſecra. di. ij. omnis homo. ſ̄ ea. q. ij. quos ſ̄. diſ. v. c. iij.

[c] Niſi ex conſenſu. niſi pro ſuccurſu terræ ſanctæ. extra de uo. & uo. redemp. ex multa. in uer. in tanta.

[d] Fraudari. ſed quid ſi in eccleſia uelit uxor debitum exigere à uiro, nūquid debet ei reddere? G. dicit quod ſic. tu contra. [1] arg. ff. de ſol. quod dicimus. Sed quid ſi à ſacerdote tempore canonis petatur debitum? Item dico quod non tenetur reddere tunc. argu. xxix. di. c. ij.

[e] POenitentiā. Publicam ſcilicet & ſolennem ſcilicet per quam ius alterius læditur.

QVod aūt. Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes: In quarum prima probant per ſex authoritates, quod uir ſine licētia uxoris & econtra non poteſt continere, qui etiam meretur reddēdo debitum. Secunda ibi, Tunc ſaluabit. Tertia ibi, Qui uxorem. Quarta ibi, Manifeſtum. Quinta ibi, Nec illud. Ioan. de Fant.

† lib. j. de nup. & cōcupiſcēt. ca. xiiij.

Coniugale debitū non eſt in eccleſia reddendum.

† c. xxij.

[1] Vbi cūc nō poſſūt exire eccleſiā, ſecundū L. De hoc ēt no. ſ̄. xxj. diſt. quoniam.

† c. 149. in fin.

Non poteſt uir continentiā ſeruare, niſi uxoris teneat conſenſum.

CAN. I.

SI dicat uir, continere iam uolo: nolo autē uxor: non poteſt: quod enim tu uis, non uult illa: nunquid per continentiā tuam, debet illa fieri fornicaria? [h] ſi alij nupſerit te uiuo, adultera erit. non uult [i] Deus tale damnū tali lucro compenſari. redde debitum: & ſi non exigis, redde. pro ſatisfactione [k] perfecta: Deus tibi computabit, ſi non quod tibi debetur exigis, ſed reddis qđ debetur uxori.

Item Alexander papa ij. Landulpho in Corſica.

Non debet extorqueri mulieris conſenſus ad continentiā Deo uouendam.

CAN. II.

NOtificaſti te morte tenus infirmatum, & peccatorum tuorum recordatione & terrore ualde pauefactum, anxiè quæſijſſe monachum fieri, & à tua uxore minis [l] & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam [m] extorſiſſe: & ſic te monaſticam ueſtem ſine abbate [n] ſumpſiſſe, & monaſterium petijſſe: poſtea uerò cum ſanus factus eſſes: tuæ uxoris reclamationibus, eiuſque ululatibus & planctibus: tuæque familiæ diſperſionibus deuictus, utpotè pœnitēs, domum remeaſſe: & poſt multos dies quorundam ſapientum conſilio, ad iam dictæ

[f] Quod autem ſine conſenſu. Hæc quæſtio quinta negatiue ſoluitur: quia uir non poteſt continentiam uouere ſine conſenſu uxoris expreſſo uel tacito niſi ſit ſponſa nondum cognita. extra de conuer. coniuga. ex publico. & in caſu fornicationis: ut xxvij. q. ij. Agathoſa.

[g] Ait enim. Super pſalmo, Laudate dominum quoniā bonus.

[h] SI dicat uir. Fornicaria. xxvij. q. ij. ſi tu.

[i] Non uult. xiiij. di. quod ait.

[k] Pro ſatisfactione. Quia reddere debitum, meritoriū eſt. ſ̄. ead. ſecundum. xxxij. q. ij. connubia. contra ſed ibi ſoluitur.

[l] NOtificaſti. Minis. Argu. quod confeſſio uel cōſenſus ab aliquo cōtra ipſum extortus, non præiudicat illi. argu. xxxj. q. ij. Lotharius. & xv. quæſtio. vj. authoritatem. [a]

[m] Licentiam. Item arg. à contrario ſenſu, quod non poteſt exire de monaſterio qui cum uxoris intrauit [b] licentia. Item arg. quod coacta licentia uel uoluntas nulla eſt: non quia hic non fuit licentia: ut in princi. dicitur: ſed quia coacta, ideo hic nulla dicitur. ſed uidetur contra. xv. q. j. merito. ubi dicitur qđ coacta uoluntas, uoluntas eſt. Reſpon. ſecus eſt hic & in matrimonijs, ubi exigitur uolūtas directa, uel ſpontanea. extra de ſponſ. cum locū. & in habitus aſſumptione. extra quod met. cau. cap. j. ſecus eſt in iuramēto, ubi nulla excuſat neceſſitas: quia ipſum neceſſitatis ſemper eſt xxij. qō. j. ita ergo, conſulit tamē iſtis: ut not. xv. q. vj. authoritatem.

[n] Sine abbate. Idē ſ cum abbate.

Maritus continentiā ſine cōſenſu uxoris, uouere nō poteſt.

Reddere debitū meritorium eſt.

Cōfeſſio contra aliquem extorta, nō ꝑiudicat illi.

[a] Hic uideas qđ no. 38. di. quiſipſis. Licentia coacta nulla eſt.

[b] Ad hoc ſ̄. ca. mulier. c. qđ Deo. c. q uxore. ubi de hoc. 27. qō. 2. Agathoſa. & iſtis canonibus ſtat. Hug.

a Cum omni. Argum. quod prætermiſsis circunſtantijs alicui facto debitis, non intelligitur iſtud eſſe factum. ī.xxx.q.v.aliter.diſt.xxiij.quorundam. ī.xviij. q.ij. Gonſaldus. Arg. contra extra de reg. & tranſeun. ad reli.c.ad apoſtolicam ſedē. quia tenet ibi monachatio omiſſa ꝓbatiõe:

b Cum feſtinatione. Sed nunquid tenetur uir iſte continere poſt mortem uxoris? ſic, ‡ nec exigere poteſt, ad monaſterium tamē non cogitur redire. extra de cõuer. coniug. quidā. extra eo. ti. placet. ſed contra dicit extra eo. titu. ex parte. ubi cõpellitur redire ad monaſterium. Sed dic, quod ibi uxor dederat licētiam, & ipſe ſolenniter profeſſus erat. Vel ibi uerbum compellas, non extenditur niſi ad uerbum dimittat. quod poſt ſequitur in dicto cap. ex parte. eſt cõſilium. Nec obſt. extra eo. tit. conſuluit. quia ibi nõ fuit reuocatus ab uxore ea uiua, & quia iam in monaſterio fuerat, pluſquam ꝑ annum, & quia poſt mortem uxoris fuit per aliquātulū tempus in monaſterio. Vtrum autē uir qui ſine licentia uxoris intrauit monaſteriū authoritate ſua exire poſsit, dubitari poſſet: & uidetur ex hoc cap. quod poſſit. ĩ. ead. l. una.

‡ De hoc etiā not. xxvij.q.j. nuptiarū. iuxta fi. in gl. hic habes.

† Alias, examinatus.

Mariti q inuita uxore uouit religionē an poſt eius mortē cõtinere debeat.

mulieris cubile redijſſe: nunc autē ſi tua uxore uti liceat, noſtrum requiris conſilium? Si ita denique eſt, ut tuus nuntius narrat: non uidetur nobis rationabiliter, neque iuſtè factū: quoniā cum omni a homini ad monaſticam tendenti uitam legaliter iuſtè & ſanctè ſit peragendum: tu contra leges minaciter & uiolenter à tua uxore, partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus † deuia ſecutus, nulla (ut dicitur) licentia accepta receſsiſti: & monaſterium petiſti: non enim uiolenta, ſed ex pari uoluntate & conſenſu (ſicut ſancti patres dicunt) hoc fieri debet, neque uir monaſterium eligere, aut profeſſa continentia, habitū cum feſtinatione b debet mutare.

Item ex concilio apud Compendium.

Vir poteſt abnuere nota continentia, quã ſine eius conſenſu Deo uxor obtulerit.

CAN. III.

MVlier ſi ſine licentia mariti ſui, uelū in capite miſerit: ſi uiro placuerit, c recipiet eā iterum ad coniugium. d

Item Auguſtinus ad Editiam. †

Non poteſt uir continentiæ nota reſcindere, quæ ſine eius aſſenſu mulier Deo promiſerit.

† Epiſt. 149.

CAN. IIII.

QVod Deo pari conſenſu uoueratis perſeueranter uſque in finem e reddere debuiſtis. à quo propoſito, ſi ille lapſus eſt, tu ſaltem inſtantiſsimè f perſeuera: g quod te non exhortarer, niſi quia tibi ad hoc ipſe conſenſit. Nam ſi nunquam tenuiſſes eius aſſenſum, numerus h nullus te defendiſſet annorum, & poſt pauca, Non quia pariter temperabatis à commiſtione carnali, ideo tuus maritus eſſe deſtiterat: imò uero tanto ſanctius inter uos coniuges manebatis, quanto ſanctiora i concorditer placita ſeruabatis. Nil ergo de tua ueſte, nihil de auro uel argento uel quacunque pecunia, uel de rebus ijs terrenis tuis ſine eius arbitrio facere debuiſti. & infrà. Eſt quidam pro modulo perſonæ habitus matronalis à uiduali ueſte diſtinctus: qui poteſt fidelibus coniugatis ſalua religionis cauſa, uel obſeruantia conuenire: hunc k te maritus ſi deponere noluerit, ne te uelut uiduam iactares illo uiuente.

c Mulier. Placuerit. In optione ergo uiri ponitur, ſi uelit eam reuocare: ſicut in optiõe prælati eſt an uelit rem uacante ſede alienatam, à capitulo repetere, uel ꝓ tempore retinere. xij. q. ij. ſi qua de rebus. utrum autem uir teneatur eam reuocare, uel pariter cõuerti, uel continentiam uouere dictum eſt. xxvij. q. ij. Agathoſa. nam ſi noluit eam reuocare, epiſcopus debet eam ſua authoritate extrahere. ar. extra de conuer. coniug. c. j. nam bonus iudex debet talia corrigere. extra de offi. ordi. c. j. ff. de offi. præſi. præſes.

d Coniugium. ſed pone quod mulier ſine licentia uiri intret religionem, imo uiro contradicente. poſt uir conſentit, ſed ipſa contradicit. nunquid poteſt ipſa exire? Videtur ꝙ non: quia ultimus conſenſus confirmat præcedentes. ff. de ſer. ruſt. præd. per fundū. Argu. contra. ff. commu. præd. receptum. ubi dicitur, quod prior conſenſus debet durare. Quidam dicunt, ꝙ exire poteſt ſed contra eos eſt extra de eo q dux. in ma. c. j. per quod dico, ꝙ exire non poteſt. Sed uſque quo habebit maritus licentiā reuocādi eā? Dicunt quidam, ꝙ intra annū & diem. arg. xx. q. ij. puella. Ba. dicebat ꝙ intra trienniū. xvj. q. ij. ſi qs incognitus. Alij dicūt, quòd tūc pōt reuocare à cū primo copiam habuit, poſt non. ĩ. j. q. j. cõſtat. Ego dico quòd quandocunque poteſt: ut ĩ. c. proxi. ‡

e Quod Deo. In ſinē. uitæ.

f Inſtantiſsime. Argu. ꝙ fides eſt ſeruāda ei, qui contra fidem uenit. ī xxij. q. iiij innocens. Argu. contra. xcv. diſtin. eſto. extra de iureiuran peruenit. j.

g Perſeuera. Sed quid ſi alter fornicetur poſtea, nunquid reliquus pōt ipſum repetere? Arg. hic ꝙ non. Arg. cõtra extra de iureiurā. tua. Dicunt quidā, quòd authoritate epī reſtituet ei ut extra de diuort. ex literis.

h Numerus. Argu. contra præſcriptionem. non enim præſcriptione tpis defenditur quòd ab initio de iure communi nõ poteſt ſortiri effectum: ut xciij. diſtinc. c. contra morem. ī. j. q6. j. nullus epiſcopus.

i ſanctiora. Ab initio tamen cū cõtrahunt, contrariā debent habere uolūtatem, ſcilicet de ſobole ſuſcipiēda. xxvij. q. ij. omne itaq;.

k Hunc. Ex hoc uidetur, quòd uxor nõ poſsit facere eleemoſynam ſine licentia uiri, ſed iſtud intelligas de rebus dotalibus. nam dominium rerum dotalium, eſt penes mulierem de iure naturali, de iure ciuili eſt penes maritum. C. de rei uend. doce. & de his intelligas hoc capitu. Vel ſi uis intellige de paraphernalibus, conſilium eſt hic. Nam cui committit corpus, honeſtū eſt, ut & res committat. C. de pac. conue. hac lege. & extra de dot. poſt diuor. capitu. ulti. Sed quero cum iſti uotum emiſerint, quare ueſtes mutare non poſſunt?

Ad

Marit⁹ quequo pōt uxrem ſua reuocar quæ ſi eius cõſe ſu relig nē ingr ſa eſt.

Adde a hoc quo not. vij. c j. ſi quis.

‡ Quic dicunt & fortè be ne, ꝙ mu lier qua nõ noui quãdo ui ingreſſus eſt mona ſteriū, uiro inuito nõ pōt ingredi mo naſterium ſiue religionē, & ingreſſam pōt educere ar. ĩ. c. prox. quia nõ tenuit ingreſſus eius, ut extra de cõuer. coniu ga. quidā ſecus ſi in igreſſū ui ri uouiſſet: qa tūc ingreſſus eius tenet ſecūdum Innoc.

‡ Cū iſta gl. cõcordāt Ang. in l. qui ſeruum. ff. de uerbo. ob. & Alexand. de Imo. in l. cū proponas. C. de pactis.

Præſcriptio nõ defendit in ualidum.

Eleemoſyna an poſſit fieri ꝑ uxorē, ſine licētia uiri.

Vxor duplicē ſeruitutē uiro debet.

Ad hoc dicas, quòd uir duplicem habet ſeruitutē in uxore, unā quo ad debitū reddendū, aliā quo ad miniſterium ſibi exhibēdum unde licet unam relaxauerit, nō tñ aliam. ff. de ſer. urb. præd. ſi domus. & extra de cōuerſ. coniug. quidā.

a Magis. Q. d. cum perduxiſti eum ad ſcandalū diſſenſionis: potius malū feciſti uiro non obediēdo, quam bonum feceris abſtinendo.

b Anna. i. uidua.

c Suſanna. Id eſt uxorata.

d Secundū uerba. In quibus dr de debito reddēdo.

e Imputaret. Arg. ꝙ pro completo habetur, ꝙ per uolentē agere non ſtat, ne ſiat. argu. ſ. proxi. cauſa. q. v. ꝓpoſito.

f Quiſquis. Tangit illa tria uerba apoſtoli: qui habent uxores, ſint tanquā non habentes: & qui uendunt, ſint tanquam non uendentes: & qui emūt, ſint tanquam non ementes. xxxj. diſt. lex continentiæ.

g Non faceret. ſ. non faciendo eleemoſynam.

h Quia tranſit. i. tranſitorium eſt.

i Preſumit. Superbiendo cum eis.

k Securus. Hæc clauſula reperitur cum qualibet præcedenti ab illo loco. quiſquis, &c.

Vna ſola. CASVS. *Quidam ſine licētia uxoris continentiam uouerat quærebatur utrū teneretur eam ſeruare? Et reſpon. quod nō: quia talia fieri debēt de cōmuni cōſenſu uiri & uxoris. unde talis promiſſio magis eſt corrigenda, quàm adimplenda.*

puta quia non fuerat in hac re, uſque ad diſſenſionis ſcandalum perducendus magis [a] inobedientiæ malo, quam illius abſtinētiæ bono. quid enim abſurdius eſt, quam mulierem de humili ueſte ſuperbire, cui potius expediret obtemperare candidis moribus, quàm in nigellis ueſtibus repugnare? quia & ſi te indumentum monachæ delectabat, hoc etiam gratius poſſet marito obſeruato exoratoq; ſumi, quàm illo inconſulto contempto que præſumi. quod ſi omnino nō ſineret, quid tuo propoſito deperiret? Abſit ut hinc diſpliceas Deo ꝙ coniuge tuo nondum defuncto, non uidueret is ſicut Anna, [b] ſed ſicut Suſanna. [c]

Idem. †

Continentia meritū habet, qui pro incontinētia uxoris debitum ſibi reddere cogitur.

CAN. V.

SEcundum uerba [d] Apoſtolica, etiamſi uir continere uoluiſſet, & tu noluiſſes: tibi debitum reddere cogeretur: & illi Deus imputaret [e] ad continentiam, ſi non ſuæ ſed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. Quiſquis [f] igitur compatiens infirmitati uxoris, reddidit, non exegit debitū: aut ſi propter propriam infirmitatem duxit uxorem, plangens potius, quia ſine uxore eſſe non potuit, quā gaudens quia duxit: quiſque uendidit qđ utile non uit: quia & ſi maneret, beatum non faceret: [g] quiſquis emit quod nouit quia tranſit, [h] & de his non præſumit, [i] & fecit ex eò miſericordiā, cum non habentibus: ſecurus [k] expectat diem nouiſsimum.

Item ad Armentariū & Riparium & Paulinā. †

Vota continentiæ ſine uxoris conſenſu, reddi nō poſſunt.

CAN. VI.

VNa ſola cauſa eſſe poteſt qua te ad id quod uouiſti, non ſolum non hortaremur, uerùm etiam prohiberemus implere, ſi fortè tua cōiunx hoc tecum ſuſcipere, animi ſeu carnis infirmitate recuſaret: nam & uouenda talia non ſunt a coniugatis, niſi ex conſenſu & uoluntate communi: & ſi properè fuerit factum, magis eſt corrigenda [l] temeritas quàm perſoluē da promiſsio: neq; enim Deus exigit, ſi quis ex alieno [m] aliquid uouerit, ſed potius uetat uſurpare alienum.

Item Hieronymus. †

Abſque cæteris operibus, nec ſola virginitas ſaluat, nec cætera abſque uirginitate proficiunt.

CAN. VII.

TVnc ſaluabitur [n] mulier, ſi illos genuerit filios, qui uirgines [o] permanſuri ſunt: ſi quod ipſa [p] perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis [q] & cariem, [r] in flore compē ſet [s] & pomis. [t]

Idem. †

CAN. VIII.

HOc ſolum nunc dico, quod quomodo abſque cæteris operibus, virginitas [u] ſola non ſaluat, ſic omnia opera abſque uirginitate, [x] puritate, continentia, caſtitate, [y] imperfecta [z] ſunt. Idem.

l Corrigenda. Simile. ſ. xxij. q. iiij. definitio. Et eſt hic argu. quod ſi alter ſine licētia alterius intret religionem, quod ſua authoritate poteſt exire.

m Ex alieno. Hoc uerum eſt, ſi eo animo uoluit, ut auferat illi cuius eſt: alias licitum eſt alicui rem alienam legare: ut inſtitut. de leg. §. non ſolum. licet ſecus ſit ſecundum canones: ut extra de teſtam. cap. filius.

ADDITIO.

Secundum T. Sed Vincēt. & Bene. aliter uidētur intelligere: ut ibi nota. gloſſ. cum quis. ſecundum Gof.

TVnc ſaluabitur. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probat, qđ debemus eſſe uirgines. ſcilicet mente & corpore ſi poſſumus, alias mente, ſine qua nullus ſaluabitur. Ioā. de Fant.

n Tunc ſaluabitur. Exponit Hiero. illud Apoſtoli ad Timotheum: Saluabitur mulier per filiorum generationem, ſi permāſerint in fide & dilectione & ſanctitate.

n Saluabitur. ſcilicet merebit̄ ſaluari.

o Virgines. Id eſt, integri in fide.

p Si quod ipſa. Scilicet uirginitatem corporis. & eſt ſimplex relatio.

q Radicis. Scilicet ſuipſius.

r Cariem. i. corruptionē ſuæ carnis.

s Compēſet. Quantum in ipſa eſt.

t Pomis. i. filijs qui dicunt̄ flos & poma, ſicut mater radix.

HOc ſolum. u Virginitas. Scilicet carnis.

x Virginitate. Scilicet mentis.

y Caſtitate. Saltē in affectu ſeruata.

z Imperfecta. Quo ad uitam æternam promerendam.

† Ibidē.

† Epiſt. xlv.

† De hoc not. ſ. ea. c. ij. in gl. fina.

† lib. j. ad uerſus Iouinianū.

† Ibidē.

CAN. IX.

Qvi ſitit, [a] ueniat & bibat. qui poteſt capere, capiat. non dicit uelitis nolitis, [b] bibendum uobis eſt atque currendũ, ſed qui uoluerit, qui potuerit currere atque potare, ille uincet, ille ſatiabitur. & ideo plus amat uirgines Chriſtus, quia ſponte Chriſto tribuunt, quod ſibi nõ fuerat imperatũ. [c] maiorisq; [d] gratiæ eſt, offerre quod non debeas q̃ reddere quod exigeris. Apoſtoli enim, uxoris onere contemplato, Si talis eſt (inquiunt) uita hominis cum uxore, non expedit [e] nubere. quorum dominus ſententiam probans, rectè (ait) quidem ſentitis quod nõ expediat homini ad cælorum regna tendenti accipere uxorem, ſed difficilis res eſt, & non omnes capiunt uerbũ illud, nerum quibus datum eſt. Alios hominum facit eunuchos natura: alios uis hominum: mihi illi eunuchi placent, quos caſtrauit uoluntas, non neceſſitas. libenter eos in meo recipio ſinu, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum, & ob meum cultũ noluerunt [f] eſſe, quod nati ſunt. ſimulq; hæc tractanda eſt ſententia: Qui ſe (inquit) caſtrauerunt propter regnum cælorum. [g] Si caſtrati, [h] mercedem habent regni cælorum. ergo qui ſe non caſtrauerunt, locum non poſſunt accipere caſtratorum.

Finis [i] huius authoritatis, & duæ [k] præcedentes, de uirginitatis affectu [l] intelliguntur, qui non in uoluntate ſolum, ſed in neceſſitate eſt: principium [m] uerò de effectu intelligitur, qui nõ in neceſſitate & ante uotũ, ſed in uolũtate eſt, nec exigitur niſi repromittatur.

Itẽ ex cõcilio Remẽſi.

Non licet illi ducere uxorem qui ſuam uelare permiſerit.

CAN. X.

3 Qvi uxorem ſuam uelare permiſerit, aliam non accipiat, ſed ſimiliter conuertatur. [n]

Item Auguſt. in quæſtionibus Numeri. †

Vota abſtinẽtiæ, quæ mulier pmittente uiro promiſerit, illo prohibente ſeruare nõ cogitur.

CAN. XI.

4 Manifeſtum eſt, ita legem uoluiſſe fœminam ſub uiro eſſe, ut nulla eius uota [o] quæ abſtinentiæ cauſa uouerit, reddantur ab ea, niſi author [p] uir fuerit permittendo. nam cùm ad peccatũ eiuſdem

---

a Qvi ſitit. Verba ponit hic Euangelij, & loquitur de ſiti continentiæ.

Perfectio nõ eſt præcepti.

b Nolitis. Argu. ad ea quæ perfectionis ſunt, neminem eſſe cogendum, ſed perſuadendum. nam talia conſilij ſunt, & non præcepti. argum. j. quæſt. j. aliud. & xxxij. quæſtione prima integritas.

Ioan. 7. f

Mat. 19. b

c Imperatum. ſ. proxi. qõ. j. integritas. quantũ ad corporalem, ſed de mẽtali præceptum eſt.

d Maiorisq;. Sic xxviij. quæſt. j. iam nunc. nam nemo in neceſsitate liberalis exiſtit. ff. de adi. leg. rem legatam.

Liberalis in neceſsitate, eſt nemo.

e Expedit. Supra xxviij. quæſt. j. ſic enim. contra. ſed uerum eſt, q non expedit propter onera matrimonij: ut ſ. proxi. qõ. vij. omnes. ſed expedit propter fornicationem uitandã. xxxij. quæſt. ij. cap. ſicut. § his ita.

Mat. 19. c

f Noluerunt. Id eſt, noluerunt exercere id, ad quod nati ſunt. ſ. uti copula carnali. Et ita ſecundum hoc eſt argu. pro carnali copula, quod nullus eſt naturaliter frigidus. ſ. ea. quæſt j. requiſiſti. alia litera habet, uoluerunt eſſe q nati ſunt, id eſt, uirgines.

Frigidus naturaliter nullus eſt.

g Cælorum. Supple inquit, recipiãt mercedẽ in regno cælorum.

h Si caſtrati. Arg. quòd de uno conceditur, &c. ut ſ. diſtin. xlv. diſciplina. xxiij. quæſt. iiij. forte. Alibi dicitur quod de uno negatur, de alio conceditur: ut xxv. diſt. qualis.

Mat. 19. b

i Finis. Quæ præmiſſa. capit. ſcilicet tunc ſaluabitur. & capi. hoc ſolum. & ca. qui ſitit. æquiuoce utunt hoc nomine uirginitas. quandoque pro uirginitate mentis, quandoque carnis, ideo determinat, ubi ſic uel ſic accipiatur.

Virginitas æquiuocatur.

k Et duæ. Scilicet tunc ſaluabitur, & alia. ſcilicet hoc ſolum ibi, abſque uirginitate.

l De uirginitatis affectu. Id eſt, quæ eſt in mente.

m Principium. Scilicet illius c. qui ſitit ueniat, &c.

Qvi uxorem. Hæc eſt tertia pars quæſt. ſecundum Ioannem de Fant.

n Conuertatur. Intrando monaſterium, ſi iuuenis eſt. Vel ſi ſenex eſt, contineat in ſeculo. extra de conuer. coniug. cum ſic. Et hic dicit Hug. quod eo ipſo q dat uxori licentiam, intelligitur uouere: † & ſi non exprimat, compellendus eſt ire ad religionem: ut no. ſ. xxvij. qõ. ij. Agathoſa. & ſufficit tacita licentia, ſ. permittere: ut hic, & argu. extra de conuer. coniug conſuluit. Alij dicunt, q qui dat licentiã: niſi expreſſe uoueat, continere non tenetur, nec monaſterium ingredi, imo eam reuocare poteſt de monaſterio. extra de cõuer. coniug. c. j. & quod dicit hic ſimiliter cõuertatur, dicunt niſi malit eã reuocare. ſicut enim ſecundum iſtos, expreſſus conſenſus exigitur in contrahendo, ita in ſeparando matrimonio. argum. extra de regu. iuris. omnis res. Alij diſtinguunt, q ſi mulier ſciuit ius quæ dedit uiro licentiam, tunc etiã intelligitur uouere ſecus ſi ignorauit.

† Et uotum ſolẽnizare. argu. ſ. xxxij. diſt. ſeriatim ubi de hoc. Archid.

Maritus permittẽs uxorẽ uelari an teneatur cõtinere.

Manifeſtum. Hæc eſt quarta pars q. in qua probat, q uir eſt ſuperior muliere. Ioan. de Fant.

o Vota. Quæ ſcandalizent uirum, ut iacere in camiſia, uel ieiunare cum ipſe pranderet.

† qõ. lix. lib. iiij. ſuper numeros.

p Niſi author. Mulier ergo nõ poteſt facere uotum abſtinẽtiæ, ſine uolũtate uiri. Sed nunquid uir poteſt abſtinere ſine uxoris cõſenſu? ſic ² j. e. cum caput: licet ergo cõiuges ſint pares quantum ad uotum continentiæ, nõ tamen quantum ad uotum abſtinentiæ. & hoc intelligo de quolibet uoto in quo non ſit uxori præiudicium, quo ad carnale debitum, quamuis ex illo uoto oriatur ſcandalum mulieri: ut in hoc ſit differentia inter uirum & mulierem. Similiter & de muliere dici poteſt, quod uouere poſſit, dummodo per illud uotum mulieris non fiat uiro præiudicium, uel ſi non oriatur ſcandalum uiro ex illo uoto: ut ſi uouet iacere in camiſia cum eo, uel ſingulis noctibus ire ad matutinas. unde de

² Ad idẽ facit hoc ca. manifeſtum. & j. ea. c. hæc imago. & c. noluit. Archid.

Coniuges quantũ ad uotũ abſtinẽtiæ, nõ ſunt pares.

tali

tali uoto intelligo iſtud cap. alias tenetur mulier illud adimplere, etiam uiro inuito, ut ſi uouet quod daret denarium amore Dei. uel aliquid tale. hoc dicit H. canon tamen iſte indiſtinctè loquitur. Item uidetur, quod mulier iſta peccet: quia magis obediendum eſt Deo, quam homini. nam ſcriptū eſt, uouete & reddite, &c. xvij. q. j. in princip. Sed dic, quod mulier iſta non obedit uiro contra dominum. quia dominus hoc uult. j. ead. noluit. eo autem ipſo quod hic uiro conceditur reuocare uotum abſtinentię, prohibetur de uoto continētiæ: imo nec hoc uiro conceditur reuocare uotum abſtinentiæ, imo peccat uir reuocando. ſed præcipitur uxori ut obediat. ſimile extra de iureiur. debitores. & xxiiij. q. j. qd culpatur. in fi.

a Permiſſa. Continentia.

b Mulieri. ſ. xxij. q. j. ſi quis uxorem.

c Eſt ordo. naturalis. id eſt à natiuitate & ortu proueniens. nam fœmina de corpore uiri eſt, & alia ratio eſt, quæ in uelamine corporis eius perpēditur: ut j. c. mulier.

d Vt ſeruiant. hoc adeo uerū eſt, quod patronus conſentiendo libertæ ut cōtrahat, amittit in ea operas: cum in officio uiri debeat eſſe: ut ff. de oper. lib. ſicut patronus.

e Maior. dignitate ſcilicet filius: ſeruiat minori ſcilicet patri, qui non eſt in dignitate. interdum maior ætate ſeruiat minori de præcepto domini, ut Eſau Iacob. Et quod dicit hic, nulla iuſtitia eſt &c. uerum eſt ſecundum uetus teſtamentum: ſed ſecundū nouum: qui maior eſt, ſit ſicut miniſter, &c. xciij. diſtin. diaconi. ſed melior litera eſt: hæc iuſtitia eſt, ut minor ſeruiat maiori.

Filius quādoq; pōt dici maior patre.

f Haec imago. id eſt, in hoc dicitur habere ſimilitudinem Dei.

† q. cliij.

g In homine. quia ſicut proceſſerunt à Deo omnia, ſic ab Adam proceſſerunt omnia. hic accipit tantum hoc nomen homo in maſculino genere: alias communis generis eſt: ut ff. de uerb. ſignif. hominis.

Omnia ꝓceſſerunt ab Adam.

uiri pertinere uoluerit lex, ſi prius permiſerit, & poſtea prohibuerit: & hoc tamen non dixit, ut mulier quod uouerat faciat, quia permiſſa [a] iā prius à uiro fuerat: uiri dixit eſſe peccatum quia abnuit qđ prius cōceſſerat: nō tñ mulieri [b] ex hoc iuſſum dedit, ut qđ prius uir ei cōceſſerat, poſtea ſi prohibuerit cōtemnatur.

Ex præmiſsis authoritatibus apparet, quòd continētiæ uota nec mulier ſine conſenſu uiri, nec uir ſine cōſenſu mulieris Deo reddere poteſt: ſi autē conſenſu alterius eorū ab altero promiſſa fuerit, & ſi poſtmodum in irritum ducere uoluerit qui permiſit, nō tñ ualet, quia in debito cōiugij æquè mulier hēt poteſtatē uiri, ſicut & uir mulieris: atq; ideo ſi quilibet eorū alterum à ſuo iure abſoluerit ad præteritam ſeruitutē ipſum reuocare non poterit. quia uerò in cæteris uir eſt caput mulieris, & mulier corpus uiri: ita uota abſtinētiæ uiro permittēte, mulier pōt promittere, ut tamen eodem prohibente, repromiſſa nō ualeat adimplere: et hoc (ut diximus) propter cōditionē ſeruitutis, qua uiro in omnibus debet ſubeſſe.

Vnde Auguſtinus in libro quæſtionū Geneſis. †

Mulieres uiris ſuis debent ſubeſſe.

CAN. XII.

Eſt ordo [c] naturalis in hominibus, ut ſeruiant [d] fœminæ uiris, & filij parentibus: quia nulla iuſtitia eſt, ut maior [e] ſeruiat minori.

Idem in quæſtionibus ueteris & noui teſtamenti. †

Vir eſt caput mulieris.

CAN. XIII.

Haec imago [f] Dei eſt in homine [g] ut unus [h] factus ſit dominus, ex quo cæteri oriantur habens imperiū Dei, quaſi uicarius eius: quia unius Dei hēt uir imaginē. Ideoq; mulier ad imaginē Dei nō eſt facta. ſic etenim dicit ſcriptura, Et fecit Deus hominem: ad imaginem [i] & ſimilitudinē Dei fecit illū. Hinc ēt Apoſtolus, Vir quidē (ait) non debet uelare caput ſuum: quia imago [k] & gloria Dei eſt. mulier [l] ideo uelet, quia non eſt gloria & imago Dei.

Item in eodem. †

CAN. XIIII.

Satis hinc apparet, quemadmodum uiris fœminas ſubditas, & penè famulas [m] lex eſſe uoluit uxores, dum conſtituit, ut diceret aduerſus uxorem uir teſtimonium, [n] unde lapidaretur [o] † illa ſi hoc uerum eſſe demonſtraretur: [p] ipſe tamen non uiciſsim lapidatur, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit, ſed tan-

h Vt unus. Id eſt, imago Dei dicitur ipſe homo: quia ſicut aqua profluit ex latere domini, ſic etiam Eua ex latere Adæ. Item in hoc habet imaginem: quia habet rationem & intellectum, † ſicut Deus.

† Ad hoc dicitur tā de fœmina quam de uiro ſecundum Hug.

i Imaginem. id eſt, ſimilitudinē. de pœniten. diſtinct. ij. illa anima.

k Quia imago. & ideo non debet uelari.

† q. xlv. lib. qō. ex ueteri teſtamēto.

l Mulier. non tamen quælibet: quia non uirgines de conſuetudine. ſed fac uim in eo quod dicit gloria. id eſt, Deus non gloriatur per ipſam, ſicut per uirum. nam per eā, prima præuaricatio eſt inducta. j eadem. mulier.

m Satis hinc. Et pene famulas. non tamē quod immoderate uerberentur C. de repud. conſenſu. & ſ. ead. q. ij. placuit.

Gene. 1. d
Sapiē. 2. d
1. Cor. 11. b

n Teſtimonium. id eſt, accuſationem.

o Lapidaretur. & ita uidetur quod in ueteri lege, nunquam uir obligabatur pœna talionis. Sed tu dic cum Hug. quod hoc locum habebat tantū in accuſatione adulterij in primo coitu: puta cum non inueniebat eam uirginem, uel dicebat ſe non inueniſſe, & ipſa contrarium probabat per aſpectum linteaminis. in hoc caſu non puniebat uir talionis pœna: ſed tantum centum ſiclos aureorū dabat patri puellæ.

Vir uerò puniebatur taliōe in ueteri lege.

† q. xxxiij. libr. v. q. ſuper Deutero.

† Adde qua pœna puniatur mulier adultera, nota. in l. quoniam Alexand. & in l. caſtitati. & in authē. ſed hodie. C. de adulte.

p Demonſtraretur. per aſpectum linteaminis ſanguinolenti. Sed nec hodie cū agit uir ad ſeparationem, ſuſtinet talionem. ſecus ſi agatur ad pœnam adul-

Mulieris uiolatio, per qd cognoſcitur.

 terij

terij criminaliter. extra de procura. c. tuæ. ideo autem nõ punit uir pœna talionis: quia iam alia uia cõſequeretur, id quod optauit: quod eſſe nõ debet. ff. pro ſoc. idemq; ff. de cõdi. inſtit. quæ ſub cõditione. §. ſi quis.

a Caſtigatur. id eſt, uerberatur.

b Teſtimonio falſo. i. d eſt, accuſatione calumnioſa. hoc ideo ita expone: nam teſtis non obligatur ad talionem, ſed alio modo punitur à iudice ſi uarie reſpondet: ut C. de teſtib. nullum. Hug. tamen dicit quod ſic. iij. q. ix. nihilominus maxime ſecundum ueterem legem arg. extra de cri. fal. c. falſus. De hoc dictum eſt. ij. q. iij. i ſumma.

Teſtis nõ eſt taliõe puniẽdus.

† ca. ij. in cõmenta.

c Cvm caput. Criminis. ſ. ix. q. iij. ca. j. ſ. xxij. q. v. de forma. ſ. diſtin. xcv. eſto. argu. eandem conditionẽ inferiorũ ad media, quæ eſt mediorũ ad extrema. xxviij. diſtinct. cap. quia ſunt culpæ.

d Blaſphemat. tractabat enim Hie. illud uerbum Apoſtoli ad Titum, Admone adoleſcẽtulas eſſe ſubditas uiris ſuis: ut nõ blaſphemetur uerbũ Dei, id eſt, euangelium. Vel uerbum Dei in paradiſo quatenus uiris ſubditæ eſſent.

Vxores quare debẽt eſſe uiris ſubditæ.

e Ex lege Dei. quia dixit mulieres eſſe ſubditas uiris: Conuerſio tua erit ad uirum: & ipſe dominabitur tui, &c.

† qõ. lix. lib. iiij. q. Nume.

f Noluit itaq; lex. Cõceſſerat. Argu. quod abbas poſſit reuocare uotum monachi, quia etiã emiſit ante monachatum argu. xx. quæ. iiij. monacho. plus enim eſt monachus ſub abbate, quã uxor ſub uiro: ut xij. quæſ. j. non dicatis.

Monachus plus ſubeſt abbati, quã uxor uiro.

g Contra Deum. Simile. ſ. xxiij. q. v.

tummodo caſtigatur, a & damnificatur: eique perpetuò iubetur adhærere, qua carere uoluerat. in alijs autem cauſis, eum qui teſtimonio b falſo cuiquã nocuerit, quod ſi probaretur, ius ſit occidi: eadem plecti iubetur pœna qua fuerat (ſi uerũ eſſet) ipſe plectendus.

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titũ. †

De eodem.

CAN. XV.

Cvm caput mulieris ſit uir: caput autem uiri, Chriſtus: quæcunque uxor non ſubijcitur uiro ſuo, hoc eſt capiti ſuo: eiuſdem criminis c rea eſt, cuius & uir ſi non ſubijciatur capiti ſuo, hoc eſt Chriſto. Verbum autem domini blaſphematur d cùm uel contemnitur Dei prima ſententia & pro nihilo ducitur, uel cùm Chriſti infamatur euangelium, dum ſcilicet contra legem fidemque naturæ ea quæ Chriſtiana eſt, & ex lege Dei e ſubiecta eſt, uiro imperare deſiderat: cùm etiam gẽtiles fœminæ uiris ſuis ſeruiant communi lege naturæ.

Item Auguſtinus in quæſtionibus Numer. †

Arbitrium uiri, mulierem ſequi oportet in omnibus.

CAN. XVI.

Noluit itaque lex, mulierem aliquid uouere Deo aduerſus animam ſuam: ut non in aliqua rerum licitarum atque conceſſarum abſtinentia in eiſdem uotis fœminæ ualeat authoritas, ſed uirilis: ita ut ſi adhuc innuptæ conceſſerat f pater uota perſoluere, ſi antequam perſoluerit, & nupſerit, & uiro eius hoc cognitum nõ placuerit: non perſoluat: & hoc omnino ſine peccato: quia Deus mundauit eam, ſicut dicit lex, id eſt, mũdam iudicauit. neq; hoc contra Deum g putandum eſt fieri: cum ipſe Deus hoc præceperit, hoc uoluerit.

Item Ambroſius in libro quæſtionum ueteris & noui teſtamenti.

Nulla eſt mulieris poteſtas: ſed in omnibus uiri dominio ſubiecta eſt.

CAN. XVII.

Mvlierem cõſtat ſubiectã dominio uiri eſſe, & nullam authoritatem h habere. nec docere i poteſt, nec teſtis, k eſſe: nec fidem l dare, nec iudicare. m

Item in Hexaemeron in tractatu diei quartæ.

CAN. XVIII.

Adam per Euam deceptus eſt: non Eua per Adam. quem uocauit ad culpam mulier, iuſtum eſt, ut eam in gubernationem n aſſumat: ne iterũ fœminea facilitate labatur.

Item ſuper primam epiſtolã ad Corinthios, †

CAN. XIX.

Mvlier debet uelare caput, quia non eſt imago Dei, ſed ut uiro oſtendatur o ſubiecta: & quia præuaricatio per illam inchoata eſt, hoc ſignum debet habere in eccleſia, propter reuerentiam p epiſcopa

dixit. ſ. xxij. qõ. j. ſi peccatum. ſ. xxiij. q. iiij. qui peccat. ſ. di. xxvj. deinde.

h Mvlierem. Authoritatem. uirilia enim officia mulierib⁹ ſunt adempta. iij. qõ. vij. c. infamis. §. tria. ff. ad Velleia. l. ij.

Officia uirilia ſunt mulierib⁹ īterdicta.

i Nec docere in eccleſia maſculos. ſ. diſtin. xxiij. mulier. de conſe. di. iiij. mulier.

k Nec teſtis. in cauſa criminali, niſi in illis caſibus in quibus infames admittuntur: nec in teſtamento. inſtit. de teſti. §. teſtes. nec contra clericos in cauſa criminali: quia non poteſt eſſe quod ipſi ſunt. ſ. ij. qõ. vij. ipſi Apoſtoli. nec etiam contra laicos: ut nota. xv. quæſtio. iij. de crimine.

l Nec fidem. obligatur tamẽ ſi doloſe fideiubeat ut creditorem decipiat: ut ff. ad Velleia. ſi decipiẽdi. Item etſi priuilegio Velleiani renunciauerit, obligatur & tenetur. ff. ad Velleia. l. ulti.

m Nec iudicare. niſi in caſibus: ut dixi xv. q. iij. de crimine.

n Adam. Gubernationẽ. Per hoc uidetur quod uir potius debet eſſe curator uxoris quam extraneus. quod negat lex. C. qui dari tut. poſ. l. ij.

Vir non põt eẽ curator uxoris.

Gene. 3. c

o Mvlier debet. Sed ut uiro oſtendatur. nõ ſolum propter hoc, ſed etiam, &c.

p Propter reuerentiam. id eſt, propter reuerẽtiam ſacerdotum. arg. liiij. diſt. ſi ſeruus ſciente. & ſicut ante iudicem dominum: ita ante uicarium eius ſacerdotem ſit ſubiecta uiro. Vel propter reuerentiam ſacerdotum. id eſt, ne ſacerdotes in eius faciem intuentes inuitẽtur ad libidinem.

† ca. xj. Mulier quare debet caput uelare. 1. Cor. 11. a

Epiſco-

a Epiſcopus. Id eſt, quilibet ſacerdos. de pœ. di. iij. in ter hæc hircum. ij.
b Originale. i. ꝙ originem habuit ab ipſa, quo ad hoĩes.
N Ec illud. Hæc eſt v. pars qõ. in qua oſtendit magiſter cauſam, quare fuit unum principium, unus homo. Ioan. de Fant.
c Otioſum eſt. Id eſt, ſine cauſa & myſterio factum.
† cap. x. Eua quare de coſta Adæ facta eſt?
d Coſta. Non de pede, ne omnino uideretur famula, nec de capite, ne uideretur domina: ſed de coſta, ut collateralis uideretur.
e Multarũ. Quoad numerũ, uel multarum quod ad genus humanum.
f Et diſparium. Quo ad ſexum. Vel diſparium, quo ad ſpeciem. & reſpicit ad primam creationem hominis.
g Q Vidam uir in captiuitatẽ ductus eſt. quia in præcedẽti cauſa dixerat matrimoniũ ſeparari ꝓpter frigiditatẽ, & ꝙ uiro uiuente ſeparata poſſet alij copulari: & dubitari poſſet, an idẽ uidereẽ faciendũ ꝓpter hoſtilem calamitatem uel captiuitatẽ: ideo ſubdit cauſam iſtam, in qua oſtendit quid iuris ſit, ſi q̃s tenet in captiuitate, & uxor ei⁹ interim nubat alij. ut aũt hæc &c. Et nota, ꝙ hic tractatur de illo impedimento, ꝙ dicitur ligatio. Ligatio eſt, cũ quis ligatur alteri uinculo matrimonij: & qđ libet impedimentũ matrimonij, dici poteſt ligatio, ſumẽdo large ſiue cõmuniter, nõ proprie. arg. xxvj. quæſt. j. §. j.
Impedimentũ ligationis quale eſt.
h V Traque. Hęc quæſtio. diuiditur in

lem non habeat caput liberum, ſed uelamine tectum. nõ habeat poteſtatem loquẽdi: quia epiſcopus [a] habet perſonam Chriſti: quaſi ergo ante iudicem Chriſtum, ita ante epiſcopum ſit: quia uicarius domini eſt: propter peccatũ originale [b] ſubiecta debet uideri.

Item in libro de paradiſo. †

CAN. XX.

[f] Nec illud otioſum eſt, [c] ꝙ nõ de eadem terra in qua plaſmatus eſt Adã, ſed de ipſius Adæ coſta [d] facta ſit mulier: ut ſciremus unã in uiro & in muliere corporis eſſe naturã: unũ fontem generis humani. ideo non ſunt duo à principio facti, uir & mulier: nec duo uiri, neque duæ mulieres: ſed primũ uir, & deinde ex eo mulier. unã enim naturã uolens hominum cõſtituere Deus, ab uno principio creaturæ hoc incipiens, multarũ [e] & diſparium [f] naturarũ, eripuit facultatem.

Euidentiſſimè itaq; apparet, ita uirum eſſe caput mulieris, ut nulla uota abſtinentiæ uel religioſæ conuerſationis, liceat ſibi ſine eius licẽtia Deo offerre, etiã ſi uiro permittente repromiſſa fuerit, nõ licet ei uotum opere complere, cùm uir uoluerit reuocare promiſſum. nota uerò continentiæ ita alterius permiſſu ab altero ualent offerri, ꝙ poſt permiſſionem non ualẽt in irritum deduci.

CAVSA XXXIIII.

Q Vidã uir in captiuitatem ductus eſt: [g] poſtea uxor eius audiens illũ mortuum, nupſit alij. Demùm ille de captiuitate rediens, repetit uxorem ſuam. illa poſterioris amore capta, aſpernatur torum prioris uiri.

1 Nunc primùm quęritur, an ſit iſta rea adulterij, quę uiuente uiro ſuo, alteri nupſit?

2 Secundò: an redeunte primo, ſit cogẽda recedere à ſecũdo, et redire ad primum?

QVAEST. I. & II.

1 ps *V Traque quæſtio [h] terminat autoritate Leonis Papæ: qui ſcribẽs Nicetę Aquilegienſi epiſcopo ait:* †

Quæ alij nupſerit, putans uirum ſuum mortuum eſſe: illo redeunte, ad priorem redire cogitur.

CAN. I.

C Vm per bellicã cladem, & per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus, ita quædã dicatis eſſe diuiſa cõiugia, ut abductis in captiuitatem uiris, fœminæ eorũ remãſerint deſtitutæ quæ uiros ꝓprios interemptos putarent, aut ab iniqua dominatione nunquã crederẽt [i] liberandos, & in aliorũ coniugia ſolicitudine [k] co-

ſex partes. in j. quarum probat ꝑ duos canones, ꝙ mulier non debet contrahere, donec ſit certa de morte coniugis. Io. de Fant. Secunda ibi, non ſatis. Tertia ibi, Si autem. Quarta ibi, quod autem. Quinta ibi, Hinc etiam. Sexta ibi, De ſimpliciter. Ioan. de Fant.
h Vtraq; quæſtio. Si mulier [i] credit ſuum maritum mortuum, & habet iuſtam cauſam credendi, licite poteſt contrahere. ſi autem dubitat de morte uiri & contraxit: licet non debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti, ſed ipſa non poteſt exigere: ut extra de ſecundis nupt. dominus noſter. & ita in tali caſu uir poteſt eam remouere ꝓpter adulterium, cum non habuerit probabilem cauſam mortis ſuæ. ſed ſi audierit eum mortuũ licet per falſum rumorem, & tunc nupſerit: uir non poteſt eam de tali adulterio accuſare: niſi ipſa procurauerit illum rumorem: ut ff. de adult. miles. §. mulier. Sed pone, quod mulier credit eum uiuere & eſt mortuus, & contrahit: nunquid eſt matrimonium ibi? ſic: ipſa tamen adulterij reatu tenetur, licet adulterium non committat. uam dicit lex, quod tenetur quis actione furti, licet ſubtilitate iuris furtum non committat. C. de fur. ſi quis ſeruo. minor tamẽ pœnitentia ac pœna ei imponetur.
i C Vm per bellicam. Crederent. Hæc ratio friuola eſt: & ideo nõ curat ei reſpõdere.
k Solicitudine. Incontinentiæ uel paupertatis.

Mulier ſi credit maritũ mortuum, an poſſit alij nubere? [i] Hic uideas quod leg. & no. extra ut lite nõ cõteſt. qm̃. §. ſi uero. verſ. ſi autem. in gl. per famã, &c. & de ſponſa. in præſentia Archid.

† Epiſto. lxxvij.

Furtum non committens, quandoq; furti tenetur.

gente, tranſierunt: Cũq; ſtatu rerum auxiliante domino in meliora conuerſo, nonnulli eorum qui putabantur perijſſe, remearunt: meritò charitas tua uidetur ambigere, quid de mulieribus quæ alijs ſunt coniunctæ uiris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus ſcriptum, quòd a domino iungitur uiro ſuo mulier, & iterum agnouimus præceptum, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: neceſſe eſt, ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis ijs quæ hoſtilitas [a] intulit unicuique id quod legitimè intulit, reformetur: omniq; ſtudio procurandum eſt, ut recipiat unuſquiſque quod proprium eſt: nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruaſor habeatur, qui perſonam [b] eius mariti qui iã non eſſe exiſtimabatur, aſſumpſit. ſic enim multa quæ ad eos qui in captiuitatem ducti ſunt pertinebant, in ius alienum tranſire potuerunt: & tamen plenæ iuſtitiæ eſt, ut eiſdem reuerſis propria reformentur. quod ſi in mãcipijs, uel manſis, uel agris, aut etiam domibus ac poſſeſsionibus rectè ſeruatur, quanto magis in coniugiorum [c] redintegratione faciendum eſt? ut ſic quod clade bellica turbatum eſt, pacis remedio reformetur. & ideo ſi uiri poſt longam captiuitatem reuerſi, ita in dilectione ſuarum coniugum perſeuerant, [d] ut eas cupiant redire in ſuũ conſortium: omittendum eſt, & inculpabile iudicandum eſt, quod neceſſitas intulit, & reſtituendum quod fides poſcit. & infrà. Sinautem aliquæ mulieres ita poſteriorum uirorum amore ſunt captæ, ut maluerint his cohærere, quàm ad legitimum redire conſortium: meritò ſunt notandæ, ita ut eccleſiaſtica communione priuentur: quod de re excuſabili contaminationem criminis elegerint: oſtendentes [e] ſibimet per ſuam incontinentiam placuiſſe, quod iuſta remiſsio [f] poterat expiare. Redeant ergo in ſuum ſtatum, uoluntaria redintegratione cõiugia: neque ullo modo ad opprobrium malæ uoluntatis trahatur, quod conditio [g] neceſsitatis extorſit: quia ſicut hæ mulieres, quæ ad uiros ſuos reuerti noluerint, impiæ ſunt habẽdæ: ita illæ quæ in affectum ex Deo initũ redeunt, meritò laudandæ ſunt.

Item Innocentius Papa Probo epiſcopo. †

Viro uel uxore de captiuitate redeuntibus, propria redintegrantur coniugia.

CAN. II.

CVm in captiuitate Vrſa mulier teneretur: aliud coniugium cũ Reſtituta Fontanũ commiſiſſe [h] cognouimus. ſed fauore domini reuerſa Vrſa nos adijt: & nullo diffidente, uxorem ſe eſſe memorati perdocuit. [i] qua de re fili chariſsime, merito illuſtris ſtatuimus, fide catholica ſuffragante, coniugium illud eſſe, quod erat primitus fundatũ diuina gra-

a Hoſtilitas. Sic ſ. xvj. q.iij. prima.

b Qui perſonam. Supra ij.q.j. in primis. nam ſimilitudo attenditur inter illum qui ſuccedit inuaſori, ut ibi: & iſtum de quo hic.

c In coniugiorũ. Arg. ꝙ eccleſia clerico debet reſtitui de captiuitate redeunti, per quantũcunque tempus detentus fuerit: ſi probat iuſtum impedimentum [1] cũ eccleſia ſit uxor clerici. vij. q. j. ſicut. & dixi vij. q. j. paſtoralis. xiij. q. ij. unaquæque.

d Perſeuerant. Et ita uidetur, ꝙ ipſi non compellantur ad eas redire ſi noluerint, ſed ſupplẽt hic quidam maxime. Alij intelligũt hoc de illis mulieribus quæ uiros nõ credebãt mortuos, & tamen contraxerunt. quod not. in princip. capit.

d Perſeuerant. ſ. xxxij. qõ. v. puto. in princip. contra. ſed illud quando maritus uel uxor ſcitur adhuc uiuere: iſtud quando certis indicijs putatur mortuus eſſe. de pœ. di. vij. c. iij. xxx. qõ. v. c. ſi quis. §. incerta.

e Oſtendentes. Argu. ꝙ ex conſequentia operis, ex facto præſenti præſumitur circa præteritũ: [2] ut hic. & xxxiij. q. j. requiſiſti. & ſ. xxij. q. ij. ꝙ ait. & C. de adult. ſi qui. quãdoq; præſumitur ex præcedenti facto circa præſens: ut ij. q. j. in primis. in fin. & q. vij. non poteſt. quãdoque ex præſenti circa præſens: ut dixi l. diſt. ſi quis diaconus. quandoque ex eo ꝙ ſolet fieri, præſumitur & timetur in futurum: ut iij. qõ. v. accuſatores. quandoque præſumitur ex præterito circa futurũ. C. de condict. fur. l. ulti. quandoq; præſumitur e futuro circa præteritum. de condi. inde. ſi non ſortem. §. ſi x. aut Stichum.

f Remiſsio. Id eſt, dimiſsio ſecundorum uirorum.

g Quod conditio. Quod neceſsitas cogit, non eſt imputandum. xxij. q. iiij. inter cætera. vij. q. j. pontifices. ĩ. de cõſec. di. v. diſcipulos.

h CVm in captiuitate. Com miſiſſe. Peccatum notat interueniſſe in contrahendo ſi ſcienter contraxit. ſed ſi ignoráter cõtraxiſſet: quamuis non eſt matrimonium ſecundũ: nati tamen filij inde habentur pro legitimis, quo ad ſucceſſionẽ. ſimiliter ubi per conſanguinitatem fit diuortiũ: ꝙ verũ eſt, ubi ignoráter cõiuncti ſunt: argu. extra qui fil. ſint legit. cũ inter. ſi autẽ ſcienter. quo ad ſcientem legitimi non ſunt. argu. xxxij. q. ij. ſolet. argu. C. ſolu. matri. ſi ignorans. & C. de ince. & inuti. nu. qui contra. Sed licet H. & Lau. ita diſtinguunt: falſa tamẽ eſt diſtinctio. [3] ſufficit enim alterius ignorantia, ut ſint legitimi, ut extra qui fil. ſint legi. ex tenore. Abſurdum enim eſt, ut aliquis ſit partim legitimus & partim illegitimus. arg. ff. de lib. cau. l. duob⁹. Sed ſi ambo parentes ſciunt impedimentũ, uel affectãt ignorare, quia non contrahunt præmiſſa denũtiatione trina coram eccleſia, licet pro legitimo habitum fuerit, tamen filij non ſunt legitimi. ut extra de cland. deſponſ. cum inhibitio.

i Perdocuit. Sed qualiter probabit hoc?

Eccleſia eſt uxor clerici.

[1] Iſtã gl. dicit ſingu. Brix. in ſuo dictiona. in uerb. carcer. ad hoc quod clericus detẽtus ĩ carcerib⁹ per quantũcunque longũ tẽpus nõ ꝑdit beneficiũ ſuum.

Præſumitũ ex præſenti circa ꝑteritum, &c.

[2] Arg. de pœn. diſt. iij. cap. Iudas. ubi ð hoc. & xliiij. diſt. multis.

Matrimonio propter conſanguinitatem ſeparato, an filij prius nati ſint legitimi?

† Epiſtõla. ix.

[3] De hoc etiã not. ĩ. xxxv. q. 7. in ſum.

Dicit hic Hug. quod hic non erat opus teſtibus, cum nullus diffiteretur illam eſſe uxorem: licet à quibuſdã credebatur mortua eſſe. Archi.

hoc? dicit Hu. per teſtes. [l] nam in præiudiciũ matrimonij ſecundi, non crederetur etiam ei & uiro iurantibus: niſi fama eſſet de hoc: ut xxxv. q. vj. ſi duo. Sed nunquid crederetur uiro & ſecundæ uxori iurantibus? Dicunt quidam quod ſic: licet uideatur eſſe cauſa ipſius uiri quòd nõ concedo: imo nec confeſsio ipſorum nec fama ſufficit. extra de eo qui cognouit conſanguineã. uxor. ſuæ, ſuper eo.

[a] Eiecta. Maxime ut xxxij. quæſt. j. c. dixit. in fi. & q. vij. licite. & c. ulti. niſi propter impedimẽtum aliquod factum eſt diuortiũ.

[†] Tomo iij.

finge: alias eſt pars. c. de pudicitia. contra ſupra xv. quæſtio. j. ſi quis non iratus. contra. ſed ibi lex. ſ. canonica uel promotionis.

[m] Ad Belial. Belial interpretatur apoſtata.

[n] Rem non nouam. Non de nouo traditam, ijs qui audierunt & eſt argum. quod ſi epiſcopus iurauit quod non daret nouũ feudum, & aliquod feudum de antiquis ad eum peruenerit, bene poteſt ipſum dare: ut extra de donat. per tuas. & extra de feu. cap. ij.

tia, conuentumq; ſecundæ mulieris ſupſtite priore nec diuortio eiecta, [a] nullo pacto eſſe legitimũ.

Item Hieronymus ad Amandum presbyterũ. [†]

Quæ primo uiro relicto ſecundo adhæſerit: niſi ſecundũ relinquens primo reconciliari non poteſt.

CAN. III.

2 NOn ſatis animaduertere [b] potui, quid ſit quod dicere uoluit [c] epiſtola ueſtra, alio uiro per uim accepto, congregata uidelicet multitudine nolẽtem rapuit. Et [d] uirum poſtea non raptorem rapta dimiſit? [e] Legat [f] libros Moyſi, & inueniet deſponſatam uiro ſi in ciuitate [g] fuerit oppreſſa, & non clamauerit, [h] puniri [i] quaſi adulteram: ui autem oppreſſam in agro, [k] innoxiam [l] eſſe, & uiolentum legibus ſubiacere. ergo & iſta ſoror, quæ (ut dicit) uim paſſa eſt ut adultero iungeretur, ſi uult corpus Chriſti accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam: ita duntaxat ut ſecundo uiro, qui non appellatur uir, ſed adulter, à tempore pœnitentiæ non copuletur. Quod ſi durum ei uidetur, & ſemel dilectum non poteſt derelinquere, neque præferre dominum uoluptati: audiat Apoſtolum clamantem: Non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ domini communicare, & menſæ dæmoniorum. & in alio loco: Quæ conuentio lucis ad tenebras? Quis conſenſus Chriſti ad Belial? [m] Rem nouam loquor: imò non nouam, [n] ſed ueterem: quæ ueteris teſtamenti authoritate confirmatur. Si reliquerit ſecundum uirum, & reconciliari priori uoluerit, nõ poteſt. ſcriptum eſt enim in Deuteronomio. Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam in conſpectu eius propter aliquam fœditatem: ſcribet libellum repudij, & dabit ei, & dimittet eam de domo ſua. Cúmq; egreſſa adultera [o] maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, aut certè mortuus fuerit: nõ poterit [p] eam prior maritus recipere [q] uxorẽ: quoniam polluta eſt, & abominabilis facta eſt coram domino, ne peccare [r] facias terram, quam dominus Deus tuus tibi tradidit poſsidendam.

Deutero. 22. d

1. Cor. 10. c

2. Cor. 6. e

Deut. 24.

3 *Si autem ineuitabili neceſſitate cogente, uir in aliam prouinciam fugerit, & uxor eius eum ſequi noluerit: illo uiuente, illa innupta permaneat.*

Vnde in concilio apud Vermeriam.

Quæ uirũ in captiuitatẽ ductũ ſequi noluerit, maneat innupta quãdiu uir eius uixerit.

NOn ſatis. Hæc eſt ij. pars q. in qua ponit qualiter punitur mulier, quæ ad primum uirum non uult redire. Io. de Fant.

[b] Animaduertere. Hoc dicit deridendo ipſum, quia malam epiſtolam compoſuerat: uel quia uerba non erant accõmoda ſenſui, ad quem aſſumebantur. inſtit. de dona. §. eſt & aliud.

[c] Voluit. Epiſtola tua uel hæc oratio. ſ. alio, &c.

[d] Et virũ. Quem habebat prius. alias & quare.

[e] Dimiſit. Nolendo ad eam redire.

[f] Legat. Scilicet quicunque de tali facto dubitabit.

[g] Si in ciuitate. Argu. quod ratione loci, præſumitur contra aliquẽ: & quod imputatur alicui ſi nõ fecerit id, quod ei prodeſſe poſsit. ſic C. de inceſt. nu. cum ancillis. quia præſumitur conſentire, cum poteſt reclamare. ff. de noxa. ſi ſeruus ſciente.

Locus, facit præſumi contra aliquem.

3 De hoc not. xviij. q. ij. diffinimus.

[h] Et non clamauerit. Argu. aliquẽ tacite conſentire: ut xxviij. diſtinct. diaconi.

[i] Puniri. Argumentũ ubi teſtimonium de auditu ualet.

[k] In agro. Niſi & coloni ibi eſſent nec clamauit.

[l] Innoxiam. Supra xxxij. quæſt. v.

[o] Adultera. Non conuicta de adulterio.

[p] Non poterit. Argumentum, ex quo mulier ſeparata eſt a uiro authoritate eccleſiæ, non poteſt authoritate ſua uir eam ſibi reconciliare. quod non eſt uerum: ut C. de adulter. authen. ſed hodie. ſed quid erit, ſi adultera uelit reconciliari, & vir nolit? uidetur quod uir non compellitur.

[q] Recipere. Vt cõgatur a lege eam recipere imo ipſa lege prohibetur eam recipere, ſed modo tempore gratiæ nõ prohibetur. argu. ſ. xxxij. qõ. j. quod autem.

Vt C. de adulte. caſtigati.

[r] Ne peccare facias. Inducẽdo malum exemplum. xj. q. iij. præcipue.

Si autem. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua quæritur, qualiter & quid fiat de fœmina quæ non uult ſequi uirum tranſeuntem de prouincia in prouinciam. & dicitur quòd manebit innupta. Ioã. de Fant.

CASVS. *Hic dicit Grat. allegando quod unaquæque mulier virum ſuum ſequi tenetur: ut dicit Hug. ut xiij. queſtione ſecunda. unaquaque. ſed facit hoc ut inducat cap. ſequen.*

Sã.

a S I quis neceſsitate. Eum ſequi. Si. extra de conju.lepro.c.peruenit ad no.ſed ſecundum Hug.& hoc c. & illa decre. eſt abrogata: & dicit adhærendū decreto ꝙ eſt. ꝫ.xiij. q.ij. unaquæque. Alij dicunt, ꝙ illud decretum eſt conſilium.xiij.q.ij.unaquæq;.unde ſi uir uult uagari, [1] nō tenetur eū ſequi: ſicut nec libertus patronū,cui operas debet. ff. de ope. lib. ꝙ niſi. aliter mulier non poſſet eligere aliam ſepulturam, quā uiri: ꝙ falſum eſt. extra de ſepul. de uxore. Tamen dicunt quidam, ꝙ tenetur eū ſequi quo ad forū. ff.ad muni.filij.§.j. ſed etiam ſi aliqua ſcienter contrahit cum hiſtrione, tenetur eū ſequi uagabundum. Vel dic ꝙ recedentem tenetur ſequi, ex honeſta cauſa. ff. de ijs qui not.infa. l. quod ait prætor. §. ignominiæ.xv.qō.j. ſi quis inſaniens. [2]

Quod aūt. Hæc eſt tertia pars qō. in qua probat magiſter, quod non tenetur mulier inſcia uiro alieno copulata.Ioan. de Fant.

b Leonis. Supra ead.cap.j.Ioan.

c S I uirgo. Poſſidere. Nō dicit poſſediſſe. nam poſt completā præſcriptionem nō ſcit ſe poſsidere alienum,ſed poſſediſſe. nec habet tunc conſcientiā rei alienæ: unde non tenetur reſtituere: licet H. hoc conſulat ubi conſcientia remordet.xxviij.qō. j.§.j. & extra de præſcriptio.cap.ult.

d Cum uero ſcierit. Certum eſt,ꝙ in præſcriptione exigitur continue bona fides: ut extra de præſcript. quoniam omne. Sed quid ſi poſtea percipiam quod ille a quo emeram, non fuit dominus: ſi ſtatim reſtituam eam domino, non poſſum agere de euictione: ut ff.de euict. ſi rem. §. j. dicunt quidā, ꝙ debeo ſubijcere perſonam quæ à me petat rem illam ut à me euincatur: ut ff.de neg. geſt. at qui natura.§. cū me abſente. ſed adhuc eadem uidetur reſtare quæſtio: quia illi qui ſic à me ſubiectus eſt, cum non habeat mandatum à domino: potuit obijcere exceptionem procuratoriam: ꝙ tamen nō feci, & ſponte permiſi à me rem euinci. ergo non potero agere de euictione: ut dicit illa l.ſi rem.& l.ſi dictum. Ad hoc poteſt dici, ꝙ huiuſmodi exceptiones quæ ſunt dilatoriæ iudicij,poteſt aliquis omittere, ſed non illas quæ ſunt dilatoriæ ſolutionis: ut ff. mā.ſi fideiuſſor. §.quidam. Item qualiter iurabit iſte de calumnia cū ſciet ſe mala fide poſsidere? Poteſt dici,ꝙ ſub hac forma iurabit: Iuro ꝙ ueni ad litigandū cauſa mei iuris conſeruandi: ut ff. de bon. lib. ſi quis libertū. Dominus meus dicit ipſum poſſe confiteri ꝙ res non ſit ſua: quia pudori ſuo debet parcere. ff.man. quintus. qualiter autem iurabit ille, qui ſubmiſſus eſt.

e Receſſerit. Arg. ꝙ etiam poſt præſcriptionem, ex quo ſcit rem alienam ſe emiſſe, teneatur reddere rem,præſertim eccleſiæ: cum omne id ꝙ irrepræhenſibile eſt,defendit eccleſia: ut xxv. qō.j. omne ꝙ.ar. di. liiij: c.generalis.in ſi.

Hinc etiam. Hæc eſt v. pars q. in qua quæritur ſi aliquis aliquā polluit, quā credit ſuā uxorem, utrum peccet? & dicendum quod non. Joan.de Fant.

f I N lectum. Ex hoc c. colligitur, ꝙ qui cognoſcit coiugatā ignoranter, nō committit adulteriū. [3] argu. extra de ſenten. excommuni. ſi uero aliquis. nā ſi locaui militi tanquā pagano ignorans, poſſum mercedem exigere. non. enim diſciplinā contemnit, qui militē ignorauit. ff. loc. ſi ignorans. [4]

g Per ſecuritatem. Id eſt,iuſiurandum. xxxv. quæſtio. iij. extraordinaria. teſtes enim habere non poſſunt de huiuſmodi. & ſic patet, quod per iuramentum probatur ignorantia: ut extra de ſentent.excommuni.ſi uero ij.

h Probauerit. Argu. ꝙ allegans ignorantiam, eam probabit.j.q.j.ſi quis a ſimoniacis.ix. qō.j.ordinationes.iij. q.ix. indicas.extra de elect.innotuit.

i Pœnitentiam. i. aliquam ſatisfactionem ad maiorem cautelam, ne diſciplina eccleſiæ deferatur. xxiij. q.v. excommunicatorum: ut ꝫ.diſt.l.presbyteros.xv. q.j.ſi quis inſaniens.ij.q.v.conſuluiſti.ꝫ.diſtin.l.quia te contra. & ideo dicit ſcelus. uel dicit hoc propter ſpeciem

Mulier, an teneat ſequi virū vagabundum.

[1] Iſtā ſententiam tenent Alexan. Vincen. Tan. & Gof.,ꝑut not. in prædic. c. peruenit. ubi idem nota. Innocen.

[2] De hoc not.ꝫ. xxxij. q.v.ſi uxorem.

† cap.vij.

Emptor inter præſcribendū ſi ꝑcipiat venditorem non fuiſſe dominum, ꝗd faciet.

CAN. IIII.

S I quis neceſsitate ineuitabili cogente, in alium ducatū ſeu prouinciam fugerit,& eius uxor cū ualet & poteſt, amore parentū & rerū ſuarū, eū ſequi [a] noluerit:ipſa omni tempore quandiu uir eius quem inſecuta non fuerit, uiuit, ſemper innupta permaneat.

† *Quod autem de cōiugatis authoritate Leonis papæ dicitur, hoc etiā de uirginibus intelligendum eſt: ut ſi præter cōſcientiam uiro nupſerint alieno,non teneantur.*

Vnde Auguſt.in libro de fide & operibus. †

Non eſt adultera uirgo,quæ neſciens uiro nupſit alieno.

CAN. V.

S I uirgo nupſerit neſciens uiro alieno: hoc ſi ſemper neſciat nunquā ex hoc adultera erit. ſi aūt ſciat, iā ex hoc adultera eſſe incipit, ex quo cū alieno ſciens cubauerit:ſicut in iure prędiorū, tandiu quiſq; bonæ fidei poſſeſſor rectiſsimè dicitꝰ, quandiu ſe poſsidere [c] ignorat alienum. cū uero ſcierit, [d] nec ab aliena poſſeſsione receſſerit: [e] tunc malæ fidei poſſeſſor perhibeť: tūc iuſtè iniuſtus poſſeſſor uocabitur.

† Hinc etiam ignorantia excuſat eum, qui neſciens dormiuit cum ſorore uxoris ſuæ.

Vnde in concilio Triburienſi.

Non cogatur legitimam dimittere uxorem, qui neſciens dormiuit cum eius ſorore.

CAN. VI.

I N lectum [f] mariti, abſente uxore ſoror iuit uxoris,quā uxorem putās ſuam eſſe,dormiuit cū ea. ſuper hoc uiſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem [g] uerā hoc probauerit [h] ꝙ inſcius fecerit hoc ſcelus: pœnitentiā [i] quidē quæ ſibi indicta fuerit,agat,& legitimum ſuū coniugiū habere permittatur. illa uerò uindicta digna affligatur, & in æternum cōiugio priuetur.

Item Hermes in libro paſtorum. †

PALEA.

E *Go dixi paſtori, domine, ſi quis mulierem fidelem in domino habuerit, & inuenerit hanc in adulterio: nunqd peccat uir eius,ſi cōcubit cū ea? quandiu peccatū eius neſcit, ſine crimine uiuit cū ea. Si āt ſcit uir uxorē de*

† Qui eſt liber reprobus & damnatus ſ c. ſancta Romanæ. ꝫ.xv.di.& ſic patet has reprobas paleas nō fuiſſe. à Gratia. ſed ab alio additas.& aduerte ſ text. ibi. Ego Chermes ibi paſtori,i.diabolo q ſe deformabat in paſtorē. uel quem impius ille hermes ſic fingebat,ut Numa de ſua Aegeria, & mahumeta de ſua columba Sicure uel eméri to Gabrielle.his tamen fucis hermes ille decepit Pium, ut ꝫ.de cōſe. diſt. iij. c. noſſe. no. in trac. ad edictū Henrici ſecundi.part.2. glo. xv. in princip.

Adulteriū non committitur, ſi cōiugata ignoratur cognoſcitur.

[3] Adde text. in l. uxor.cum ibi not.C. de adult. Cyn. in auth. hodie eo.tit.

[4] De hoc not. extra de homi. ſignaſti.

Ignorātia iuramēto probatur.

liquiſſe, & nõ egerit pœnitentiã mulier, ſed pmanet in fornicatione ſua, et coierit uir cũ illa, reus erit peccati eius, & particeps fornicatiõis illius. et dixi illi: quid autẽ ſi permanet ĩ uitio ſuo mulier? et dixit, dimittat illã uir, & per ſe maneat. Quid ſi mulier dimiſſa, pœnitentiam egerit, & ad uirum ſuũ uoluerit reuerti? nunqd recipietur à uiro ſuo? & dixit, imò ſi nõ recipit eã uir ſuus, peccat. ergo non debet dimiſſa uxore ſua, aliã ducere. Hic act⁹ ſimilis eſt ĩ mulierẽ et uiro. [a] *De ſimpliciter uerò fornicantibus, uel cũ duabus ſororibus uel cũ matre et filia, uel cũ patre et filio, idem accipiendum eſt, ut ignorantibus cõiugia non negentur: ſcientibus uerò perpetuò probibeantur.*

Vnde in eodem concilio legitur.

Matrimonia non prohibeantur contrahere, quorum inceſtum ignorantia excuſat.

CAN. VII.

SI quis cum duabus [a] ſororibus fornicatus fuerit: & ſororẽ ſoror ab eodẽ antea ſtupratã neſcierit, uel ſe ſororẽ eius, quã antea ſtuprauerat, nõ intellexerit: ſi dignè pœnituerint, & ſe cõtinere nõ ualuerint: poſt annos ſeptem coniugia illis nõ negẽtur. ſi autem nõ ignorauerint [b] uſque ad mortem à coniugio abſtineant.

Item ex eodem.

De eodem.

CAN. VIII.

SI quis cũ matre & filia fornicatus fuerit, ignorãte matre de filia, & filia de matre: ille uir nũquã accipiat uxorẽ: illæ uerò ſi uoluerĩt accipiãt maritos. Si aũt hoc ſcierint [c] ipſæ fœminæ abſq; maritis ppetuò maneãt.

Item in eodem.

De eodem.

CAN. IX.

QVidam fornicatus eſt cum quadam muliere: & poſtea filius neſciens factum patris, ſtuprauit eandem. quod cum pater reſciret: de ſe filioq; [d] confeſſus eſt. ſtatuerunt melius eſſe, ut taliter lapſis [e] cũ digna pœnitẽtia legitima permittantur coniugia: quàm fortè deterius delinquant. fornicaria autem ſine ſpe coniugij maneat.

CAVSA XXXV.

QVidã uir mortua uxore ſua, aliam ſibi in matrimonio copulauit, q̃ uxori defunctæ quarto gradu conſanguinitatis, uiro autem ſexta linea cognationis adhærebat poſt triennium uerò liberis ex ea ſuſceptis, accuſantur apud eccleſiam. iſte prætendit ignorantiam.

1 *Hic primùm quæritur: ſi liceat aliquam* Q *ex propria cognatione duci in uxorem?*

2 *Secundò: ſi ex cõſanguinitate uxoris aliqua poſſit in coniugem duci?*

3 *Tertiò: uſque ad quem gradum debeat quiſq; abſtinere, ſiue à proprijs, ſiue ab uxoris ſuæ conſanguineis?*

4 *Quartò: quare uſque ad ſeptimum gradum cõſanguinitatis computatur: ita quòd nec ultra progreditur, nec infra ſubſiſtit?*

5 *Quintò: quomodo gradus conſanguinitatis computandi ſunt?*

6 *Sextò: qui iureiurando propinquitatem firmare debeant?*

7 *Septimò: an illi qui de inceſtuoſis nati ſunt, filij reputentur?*

8 *Octauò: ſi ignoranter de cõſanguinitate uel affinitate aliqua in uxorem ducta eſt: an ex diſpenſatione poſſit uiro ſuo adhærere?*

9 *Nonò: ſi cõtigerit eccleſiam recipi, & cauſa cõſanguinitatis aliquam à uiro ſuo ſeparari: quæ poſt quadriẽniũ nuptijs hinc inde celebratis depræhenditur non fuiſſe cõſanguinea prioris: an ſecunda coniugia ſint reſcindenda, & priora ſint redintegranda?*

Adulteriũ non fit ſine dolo. ſpeciẽ facti. nã adulteriũ ſine dolo non cõmittit. ff. de adulte. l. penul.

De ſimpliciter uero. Hæc eſt vj. pars quæſtio. in qua dicitur, quod inceſtuoſi uoluntarij non contrahant: inſciẽtes autem poſt pœnitẽtiã vij. ann. cõtrahaut. Io. de Fant.

a SI quis cũ duabus. xxxij. qõ. vij. ſi quis uiduam & ca. ſi qs cũ nouerca.

b Non ignorauerint. Sed quare prima punit: quia forte poſt cognitã fornicationem ſororis, iterum fornicata eſt cũ illo, uel quia celauit crimen ſuũ ſorori, cum ſciret eam ſic facturã: ut ĩ. proxi. cauſa q. ij. ſi quis. Similiter intelligas in ſequẽtibus capitulis. Sed hæc ſolutio reprobatur. ĩ. proxi. q. ij. ſi homo.

c SI qs. Hoc ſcierint. ut ſ. xxxiij. q. ij. ſi quis cũ duabus. cõtra. ſed ſolue ut ibi. Vel aliud eſt, ubi cũ duabus ſororibus, ut ibi: aliud ubi cum matre & filia pp identitatem perſonæ. ĩ. pxi. cauſa. q. iij. c. contradicimus. §. hac authoritate. & inſuper poſtea ſe cognoſci ab illo permiſerunt.

d QVidam. De ſe filioq; filio quidẽ confitente & præſente in iudicio: alias non præiudicaretur filio. extra de adult. ſignificaſti. xv. quæſtione v. presbyter.

e Lapſis. quia pater cognouit eã poſtea.

QVidã uir. CASVS. Expeditis ferè omnibus impedimentis matrimonij: quaſi

quaſi in extremis agit de conſanguinitate & affinitate: quia de hoc impedimento plura erant dicēda. Oſtē dit ergo Gratia. uſq; ad quotum gradum prohibeatur copula conſanguineorū uel affinium, & qualiter gradus computentur in conſanguinitate & affinitate, & quibus accuſantibus mřimonia talia ſunt dirimēda. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo x. elicit quæſtiones. uerū quia pauca cap. de hac cauſa leguntur, & maxime uſq; ad vij. quæſtionem: ideo ego Bart. Brix. parū uel fere nihil i hac cauſa mutaui. ſed ne de hoc opere aliqd prætermittatur: ꝙ ſcriptū inueni, ſolummodo diligenter correxi. Leges autē c. in quibus inuenies poſitū apparatū, cū omnia alia fere ſint abrogata per Innocentium niſi in vj. ix. & x. quæſtionibus.

10 Decimò: ſi relicta alicuius de ꝓpria cognatione ad ſecūdas nuptias trāſierit: an ꝓles ex eis ſuſcepta, poßit pertingere ad cōſortium alicuius de cognatione prioris uiri?

QVAESTIO I.

Q Vòd aūt cōſanguineas [a] noſtras ſiue uxoris [b] noſtrę in cōiugiū nobis ducere liceat: exēplis & authoritatibus ꝓbat̄. Abrahā nanq; Sarai filiā fratris ſui, ſororē uidelicet Loth, ī uxorē duxit. Iſaac Rebeccam in uxorem accepit: quæ erat filia conſobrini [c] matris ſuæ. Iacob duas ſorores Lyam uidelicet & Rachel filias Labā auūculi ſui ſibi matrimonio ſociauit. In lege quoq; præcepit dominus Moyſi, ut nullus duceret uxorem niſi de ꝓpria tribu & familia. Itē ſi aliquis abſq; liberis moreretur: præcepit [d] dominus, ut frater eius uxorem defuncti ſibi copularet, & ex ea ſemē fratri ſuo ſuſcitaret. Porrò ad quoſcunq; lex ipſa ꝑuenerit: [e] eius ꝑceptis [f] probant̄ obnoxij, niſi quæ uel euāgelicis mandatis, uel apoſtolicis [g] inſtitutis euacuata monſtrātur. nullo autē Euangelij præcepto uel apoſtolico inſtituto conſanguineorū coniunctiones prohibitæ inueniūtur. unde ſicut ab initio, ita & nūc licitæ probantur. His ita [h] reſpōdetur: Conſanguineorū cōiūctiones, alias cā neceſſitatis [i] permiſſæ, alias cā iuſtæ rōnis inueniūtur impetratæ. cū enim unus uir ab initio, atque una ex latere eius mulier à Deo formaret̄, neceſſariò ſorores fratribus copulabant̄. quod aūt cogente neceſſitate fit: ceſſante [k] neceßitate, pariter ceſſare oportet qđ urgebat. ergo tātò nūc dānabilius uſurpat̄ cōſanguineorū coniunctio, quantò minus neceſſaria probat̄. poſtea lege prohibita īuenitur: domino dicente per Moyſē, [l] Turpitudinē ſororis [m] tuæ nō reuelabis.

Hinc Aug. ait in li. de ciuitate Dei. xv. c. xvi. †

Quare conſtitutū ſit, ne conſanguineas ducamus uxores.

CAN. I.

CVm igitur genus humanum poſt primā copulā uiri facti ex puluere, & coniugis eius

Gene. 11. d

Gene. 24. f

Cōſanguinitas, uſq; ad quotū gradū impedit matrimoniū.

Gene. 29. d

Nu. 36. d

Deu. 25. b

Adā ſi uiueret, uxorem habere nō poſſet.

[a] QVod autem cōſanguineas. Hic depingitur quæſtio prima, ān ſcilicet liceat alicui ducere cōſanguineā ſuā? Super hoc dicit H. ꝙ in linea tranſuerſali extendit̄ prohibitio uſq; ad vij. gradū, hodie uſq; ad quartū. extra eo. non debet. in linea uero deſcendente uſq; in infinitum. inſtit. de nup. §. j. ubi dicit in infinitū. unde ſecūdū eū Adam ſi hodie uiueret, non poſſet cōtrahere cū aliqua, [1] Alij uero non faciunt differentiā inter lineā tranſuerſalem, & aſcēdentē. ar. ī. e. q. v. ad ſedē. uer. illa quoq; ibi, ultra quos nec conſanguinitas reperit̄. Procedit autē G. hoc modo in quæſtione iſta. Primo ꝓbat ꝙ conſanguineæ duci poſſunt & hoc uſq; ad §. his ita. Secūdo ꝓbat cōtrariū uſq; ad §. hac itaq;. Ab illo loco uſque ad finē quæſtionis ponit diuerſas ſolutiones quare in ueteri teſta. non fuit prohibitum, & modo ſit prohibitum conſanguineam ducere.

[1] Cōcor. text. in l. nuptiæ. iij. & ibi bona glo. ff. de nup.

[b] Vxoris. hoc pertinet ad ſecundam quæſtionem non ad hanc.

[c] Conſobrini. melius diceret, fratris patruelis: quia Batuel & Sara de duobus fratribus fuerunt, ſcilicet Nachor & Aram.

[d] Præcepit. Hæc fuit una cauſa, quare copula conſanguineorum fuit permiſſa, ſcilicet ne ducerent alienigenas. [2]

[e] Peruenerit. alias non tenetur. lxxxij. diſtin. propoſuiſti. Ex hoc patet Iudæos canonibus nō ligari.

[2] Quia per eas ibant ad deos alienos: ut xxviij. q. j. in princ. Arch.

[f] Præceptis. ſupra xxxij. q. iiij. dixit.

[g] Apoſtolicis id eſt. apoſtolorū: ut ī. e. §. ulti. in fi. ubi exponas apoſtolicis. i. apoſtolorum.

[h] His ita. Hucuſque allegauit: modo reſpōdet & ſoluit. hoc tantum de cauſa neceſſitatis. in ſequenti uero. §. exequitur de alijs. H.

[i] Neceſsitatis. ut in princip.

[k] Ceſſante. ſ. j. q. j. quod pro neceſsitate. & quæſtio. ulti. quod pro remedio.

[l] Per Moyſen. gl. ſuper Leuit. c. xviij. primo quidē ꝑꝑ hominū raritatē tantum duas ꝑſonas dñs excluſit a coniugio. ſ. ut nec filius matri, nec filia patri copularetur. Sub lege uero excepit fere. xij. matrem, nouercam, ſororem, neptem, amitā, materteram, uxorē patrui, uxorē fratris, ſed hoc recepit determinationē. viij. q. j. olim. priuignā, filiam priuignę, ſororem uxoris, paucas tamen excluſit, ut multiplicarentur homines. Sub tēpore uero gratiæ pluri mæ excluduntur. extra eo. c. non debet.

Matrimoniū inter paucas ꝑſonas olim fuit prohibitum.

Leui. 18. b

† Tome v.

[m] Sororis. ſed nomine ſororis ſecundum uete. teſta. neptis intelligitur: ut xxij. q. ij. quæritur. quomō ergo Abraham duxit neptem ſuam: ut in prædicto cap. colligitur? Dic quod Abraham legē præuenit, & ideo nō commiſit in legem: ut xxxij. q. iiij. dixit.

Gene. 2. b

[n] Hinc Auguſtinus. id eſt, ad oſtendendum quod cauſa neceſsitatis, permiſſæ ſunt conſanguineorum copulæ, &c.

CVm igitur genus humanum poſt primam copulam uiri facti ex puluere.

Reli-

ex uiri latere: marium fœminarumq; commiſtione opus haberet gignendo multiplicaretur, nec eſſent ulli homines, niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent: uiri cōiuges ſuas ſorores acceperunt. quod profectò quantò eſt antiquius, cōpellente neceſsitate, tantò poſteà factum eſt damnabilius religione [a] prohibēte: habita ē enim illis ratio certiſsima charitatis, ut homines, quibus eſſet utilis atque honeſtiſsima [b] concordia, diuerſarū neceſsitudinum uinculis nectérentur: nec unus in uno, multas haberet neceſsitudines, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos, ac ſic ad ſocialem uitam colligandā diligentius plurimæ plurimos obtinerēt. Pater quippe, & ſocer duarū ſunt neceſsitudinū [c] nomina. Dum ergo habet quis aliū patrem, aliū ſocerum: numeroſius ſe charitas porrigit. utrunq; aūt unus Adā eſſe cogebatur, & filijs & filiabus ſuis, quādo fratres ſororesq; iungebātur coniugio: ſicut Eua uxor eius utrique ſexui filiorū fuit & ſocrus & mater. quæ ſi duæ fœminæ fuiſſent, altera mater, altera ſocrus copioſius ſe dilectio ſocialis colligeret. ſed hoc unde fieret, tunc non erat, quando niſi fratres & ſorores, ex illis duobus primis nulli homines erant. fieri ergo debuit, quod potuit, ut exiſtente copia unde ducerētur uxores, quæ iam non erant ſorores: non ſolum illud nō fieret, ubi nulla neceſſitas eſſet: uerum etiam ſi fieret, nefas eſſet. [d] quod humano genere creſcēte, etiam inter impios Deorum multorū falſorumq; cultores ſic obſeruari cernimus, ut & ſi peruerſis legibus [e] permittantur fraterna [f] coniugia: melior tamen cōſuetudo ipſam malit exhorrere licentiam: ſicq; aduerſetur quaſi licere nunquam potuerit. †Copulatio ergo maris & fœminæ quantum attinet ad genus humanum, quoddam ſeminarium eſt charitatis. cæleſtis uerò ciuitas [g] opus habet ut noxam generationis euadat. [h]

Hac itaq; cōſuetudine, quæ ab ipſo exordio humanę propagationis originem habuit, quam nulla lex cōtra iubendo euacuauerat, excuſantur Abraham, Iſaac, & Iacob, & cæteri qui de propria tribu & cognatione ducebant uxores:

Quamuis etiam alia cauſa certiſsimæ rationis qua id factum ſit poſsit intelligi. Cæteris omnibus idololatria fœdatis, ſola familia Heber [i] in cultu unius Dei remanſit. Gen. 11.b
Vnde Abraham à Chaldæis [k] cum fratre ſuo Aram in ignem quem adorare noluit, proiectus eſt: ut numen ſuæ diuinitatis exurendo ſentiret, quem uenerando colere contempſit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur & ita Deum oſtenderent [l] Gene. 6.a
ſicut quondam ante diluuium filij Dei commiſti filiabus hominum ipſum ad iracundiam prouocauerant: rectiſsimè cautū eſt, ut patriarchæ uiri ſanctiſsimi non niſi de propria cognatione, id eſt, de familia fidelium, ſibi uxores acciperent. Hinc etiam cum filij Iſrael intraturi terram promiſsionis, à domino audirent ne filias Chananæorum ſibi in uxores acciperent, nec ſuas eis nuptui traderent, ſtatim ſubiunxit dominus, Ne faciant uos recedere a Deo ueſtro, & fornicari cum Dijs alienis. Deut. 7.a 1. Eſdræ. 10.b
Hinc etiam Eſdras Idumæas, atque aliarum

Matrimonium multipliciter impedit, ſine cōſtitutione eccleſiæ.

a Religione. Argu. q̄ conſanguinitas nō impedit matrimonium, ſed cōſtitutio eccleſiæ. j. ea. q. iij. cōiunctiones. & extra de diuor. gaudemus. frigiditas enim ſola & coactio & error perſonæ (cum non ſit ibi cōſenſus) matrimoniū impediūt ſine conſtitutione eccleſiæ. Item pupillaris ætas, & membri abſciſsio.

b Honeſtiſsima. Hic eſt argu. q̄ affinitas nō ſurgat ex coitu fornicario. nam illa concordia non eſt honeſtiſsima. nā infideles ſūt ipſę fornicarię. xxxiij. q. iiij. quotieſcūque. Itē eſt ex hoc c. ar. q̄ ſi hodie un⁹ ſolus homo eſſet cū ſorore ſua, poſſet eā cognoſcere licite, & ſobolē ſuſcitare. nam tunc. o. ad. a. reuolaret. xxxv. di. ab exordio. & eēt etiā religionis hoc facere. xxxij. q. iiij. dixit Sara. Item eſt arg. ex hoc c. q̄ diuerſitas tpis diuerſitatē factorū īducit. 23. q. 4. ſi eccleſia.

Frater ex ſorore, in caſu poſſet prolē ſuſcitare.

[illegible]

c Neceſsitudinū. Id eſt, dilectionum.

d Nefas eſſet. Id eſt, execrabile habeatur poſt prohibitionem. Lau.

e Legibus. Secundū leges enim hoc permittit. C. de nu. l. celebrandis. & j. e. q. iij. quædā lex.

f Fraterna. i. inter duorū fratrū filios.

g Ciuitas. Quia nō eſt opus ea, quātum ad ciuitatē cæleſtem. ſ. triumphātem: ubi neque nubent neque nubent. xxxj. q. j. Deus.

h Euadat. i. liberetur ab originali peccato, cuius cauſa contrahitur ab ipſa generatione.

i Familia Heber. a quo deſcendit Abrahā. unde & Hebræi dicti ſunt ſecūdum Ioſephū. ſecundum Aug. dicuntur Hebræi quaſi Abrahæi ab Abraham.

Hebræi unde dicti ſunt.

k A Chaldæis. Hi ignem pro Deo colebāt: quia ſicut dicitur Deus eſſe ubique: ita ignis in omni loco etiā in lapidibus inuenit. ideo deū dicebāt ignē: vñ dixit: ego ſum qui eduxi uos de Hur Chaldæorum. unde Abrahā compulſus eſt, cū fratre ſuo adorare ignem & quia noluit, in ignem proiectus eſt ut numen ſuæ diuinitatis ſentiret. ſed qa non dubitauit q̄ Deus nō erat ignis, ideo de igne exiuit illæſus. Aram qui dubitauit, dicitur q̄ ſit combuſtus.

Chaldæi pro igne Deū colebant.

† In parte hic deciſa p Gratia. laudat Augu. prohibitionē matrimonij extēdi ad filios fratrū uel ſororum.

l Filij Dei. Filij Dei dicti ſunt qui deſcendunt de familia Seth: [a] quia nō colebāt idola amore uxorū ſuarum: & ideo conceſſum fuit eis, ut acciperēt uxores de tribu ſua. filij Cain q colebant idola dicti ſunt filij hominis.

Filij Dei & filij hominū qui dicuntur.

a Qui ſucceſsit loco Abel.

A Chri-

a A Chriſto. Non tamen ex toto: quia omnes ex eodem pa rente deſcendimus.
b In peccatis ueſtris. O Iudæi.
c Matrem ueſtrá. Id eſt, ſynagogam.
d Et repudiatam. Eſt arg. hic, quod ſicut per authoritatẽ domini ſeparatũ fuit ſacramẽtum quod fuit inter Chriſtum & ſynagogam: ita hodie authoritate domini poſſet matrimoniũ ſeparari.

Sacramẽtũ fuit inter Chriſtum & ſynagogã.

e Prophetam. ſ. Oſeæ. iiij cap. unde expone, id eſt, per aliam prophetiam eiuſdem Oſeæ.
f Illud autem. Hic reſpondet [1] tacitæ obiectioni factæ in primo. §. nã uidetur eſſe præceptum quod accederet ad perſonas non prohibitas: ſicut ad fratris uxorẽ. viij. quæſt. j. olim.

[1] Et duplicẽ ſubijcit reſpõſionẽ. Hug.

g Conſulendo. Sicut de conſilio nubendi, & de non dimittenda infideli. xxviij. quæſtione j. ſic enim.
h Quia ergo. Quæ dicunt in hac q. fere per totum ſunt correcta per cõſtitutionẽ nouã, quæ incipit, non debet. extra de conſang. & affi. nec eſt opus ea legi. H.

Eſa. 50. a

Oſeæ. 4.

Oſeæ. 2. d

Numerus minor nõ excludit maiorem.

i De affinitate. Ad ſeptimũ. Imo uſque ad decimum gradum defertur hæreditas: ut j. ead. q. v. ad ſedem. ſed potes dicere, quod minor numerus nõ excludit maiorem. nõ enim qui minora conceſsit, prohibuit maiora. xxvij. q. ij. ſunt qui dicũt. ſic xcv. diſtinct. illud. l. diſtinct. ſi quis diaconus. ff. de arbit. diem. §. ſi plures. argum. contra. xxxj. quæſt. j. quomodo. ff. de uulga. & pupil. ſubſti. ex facto. §. item quæro. [2] Vel dic quod

[2] Ibi dicitur quod qui decedit intra annum 2. non dicitur decedere intra 14. Arch.

mulieres nationum per quas filij Iſrael ibant ad Deos alienos, ab eis ſeparari iuſsit. Eſt autem alia cauſa, quare conſanguineorum coniunctiones in populo Dei primum permiſſæ uel potius imperatæ fuerunt. Deus enim ſic ab initio ſalutem humani generis diſpenſauit, ut primitiuam eccleſiam in illo populo inſtitueret qui ſibi carnis conſanguinitate erat propinquus. unde de plebe Iudaica primũ apoſtolos elegit: quos quaſi fundamentum eccleſiæ inſtituit quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum cõuerſi, in ſeipſis originem eccleſiæ præſtiterunt. Deinde in cæcitate ſuæ perfidiæ Iudaica plebe relicta, ad gẽtes quæ tam fide quàm cognatione carnis à Chriſto [a] erant alienæ, prædicatio Euangelica translata eſt: & quaſi conſanguineæ copulam Chriſtus aſpernatus, de aliena cognatione ſibi uxorem elegit: adimplens illud, quod per prophetã Oſeæ prædixerat. In peccatis ueſtris [b] dimiſi matrem ueſtrã [c] quaſi adulteram & repudiatam. [d] Et item per aliũ prophetam: [e] Vocabo non plebem meã plebem meam. In huius ergo rei ſacramento conſanguineorum cõiunctiones primùm in populo permiſſæ ſunt, nunc autem prohibitæ. & quia non in una familia tantùm, ſed in omni multitudine gentium populus fidelium inuenitur: non de propria cognatione, ſed de qualibet alia cuicunque uxorem ducere conceditur. Illud autem, [f] quod præcepta legis ſeruanda dicunt. quæ nec Euangelicis nec apoſtolicis inſtitutis euacuata probãtur: uerum quidem eſt: ſed cum omnia figuralia ſigna Apoſtolus probet ad tempus eſſe data, itaque ideo, ueniente ueritate affirmet illa figuralia nõ ultra eſſe ſeruanda: hoc autem (ut ſupra monſtratum eſt) cauſa ſacramẽti à Deo inſtitutũ eſſe probetur: & hoc cum cæteris figuralibus euacuatum certiſsimè conſtat: quanquã ſicut Apoſtolus quædam conſulendo [g] addidit, quæ Euangelicis præceptis non inueniebantur diffinita, nec tamen ideo tanquã temeraria uel ſuperflua ab alijs Apoſtolis ſunt repudiata: ſic & eccleſia poſt apoſtolica inſtituta, quædam concilia perfectionis addidit: utpote de continentia miniſtrorum, de confeſsione myſteriorum, de celebratione officiorum: quæ nullatenus reſpuenda ſunt, ſed diligenti ueneratione ſuſcipienda. Conſanguineorum ergo coniunctiones quamuis Euangelicis præceptis non inueniantur prohibitæ, ſunt tamen fugiendæ: quia eccleſiaſticis inſtitutionibus inueniuntur terminatæ.

loquitur hic de cognatis, qui de iure prætorio ſuccedunt uſque ad ſeptimum gradum: ut inſtitu. de ſucceſſ. cogna. §. ultimo. Nullum

† Adde affinitatẽ per propinquitate hic accipi. ſimi. ẽ in l. ſancimus. C. de pœni.

[redacted]

QVAESTIO II. & III.

Quia ergo [h] *à conſanguineorum coniunctionibus (ſicut probatum eſt) abſtinere oportet, uidendum eſt uſque ad quem gradum à conſanguineis proprijs abſtinere oporteat, uel ſi ex cognatione propriæ uxoris aliquam duci in uxorẽ liceat.*

De his ita ſcribit Gregorius Papa in concilio Meldenſi.

Vſque ad ſeptimam generationem nullus de ſua cognatione ducat uxorem.

CAN. I.

De affinitate † conſanguinitatis per gradus cognationis placuit uſque ad ſeptimam generationem obſeruare: nam & hæreditas rerum per legales inſtrumentorum diffinitiones ſancita, uſque ad ſeptimũ [i] gradum protendit hæredum ſucceſsionem. non enim ſuccederent, niſi eis de propagine cognationis deberetur.

Item Calixtus Papa. †

Infamia notantur, qui conſanguineas ducunt uxores.

CAN. II.

Coniunctiones conſanguineorum fieri prohibentur. quare? quia & has diuinæ ſeculique prohibent leges. leges ergo diuinæ hoc agentes, & eos qui ex eis prodeũt, non ſolùm eijciunt, ſed etiam maledictos appellant. leges ergo ſeculi, in fames tales uocant, & ab hæreditate repellunt. Nos uerò ſequentes patres noſtros, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi nec eos uiros, nec accuſationes eorum (quas leges ſeculi reijciunt) ſuſcipere debemus. Eos autem cõſanguineos dicimus, quos diuinæ & imperatorum ac Romanorum atq; Græcorũ leges conſanguineos appellant, & in hæreditate ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt.

Item Fabianus papa.

Affines in quinta generatione copulari poſſunt: in quarta ſi fuerint inuenti, non ſeparẽtur.

CAN. III.

De propinquis, qui ad affinitatem per uirum & uxorem uen:ũt: defuncta uxore uel uiro, in quinta generatione cõiungantur: in quarta † ſi inuenti fuerint, non ſeparentur. In tertia tamẽ propinquitate, nõ licet uxorẽ alterius accipere poſt obitũ eius. Aequaliter uir cõiungatẽ in matrimonio eis q̃ ſibi cõſanguineæ ſunt, & uxoris ſuæ cõſanguineis poſt mortẽ ſuæ uxoris.

Idem.

CAN IIII.

Qui propinquam ſanguinis uxorem ducunt & ſeparantur: nõ licebit eis quã diu utrique uiuunt, alias uxores ſibi in coniugio ſociare: niſi ignorãtia excuſentur.

Vnde in concilio apud Vermeriam.

Non prohibetur ducere uxorem, qui ignoranter inceſtum committit.

CAN. V.

Si quis cum matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre: ille nunquã accipiat uxorem: illæ uerò ſi noluerint accipiant maritos. Si autem hoc ſcierint ipſæ fœminæ: abſq; maritis perpetuò maneant.

Item ex eodem.

CAN. VI.

Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius neſciens eandem duxerit uxorem: frater eò quòd fratri crimen celauerit vij. annos pœniteat, & poſt pœnitentiã nubat. Mulier autem uſq; ad mortem pœniteat, & ſine ſpe coniugij maneat. De his uerò qui ignoranter coniunguntur, cæteræ authoritates intelligendæ ſunt.

Vnde Iulius papa.

Ex propinquitate ſui ſanguinis uel uxoris uſque in ſeptimum gradum nullus ducat uxorem.

CAN. VII.

Nullum in utroque [a] ſexu, permittimus ex propinquitate ſui ſanguinis uel uxoris uſque in ſeptimum generis gradum, uxorem ducere: uel inceſti macula copulari. Præterea illud quoque adijcimus, quoniam ſicut non licet cuiquam Chriſtiano de ſua conſanguinitate: ſic etiam nec licet de conſanguinitate uxoris ſuæ coniugem ducere, propter carnis unitatem. [b]

Item ex concilio Agathenſi.

Inceſtuoſi nullo ſunt digni nomine coniugij.

CAN. VIII.

De inceſtis [c] coniunctionibus, nihil prorſus ueniæ relinquimus uel reſeruamus [d] niſi cum adulteriũ [e] ſeparatione ſanauerint. Inceſtuoſos uero nullo cõiugij nomine deputandos: quos ẽt deſignare funeſtũ [f] eſt. Hos.n. eſſe cenſemus, ſi quis relictã fratris (quæ penè prius ſoror extiterat) carnali cõiunctione polluerit: ſi quis frater germanã uxorem acceperit: ſi quis nouercã duxerit: ſi quis conſobrinæ [g] ſobrinæq; ſe ſociauerit: ſi quis relictæ uel filiæ auunculi miſceatur, aut patrui filiæ, aut priuignæ [h] ſuæ: aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuerit, uel concubitu [i] polluerit, aut uxorem duxerit: quos omnes [k] & olim & nunc, ſub hac conſtitutione inceſtos eſſe non dubitamus, & inter cathecuminos [l] uſque

[a] Nullũ in utroque. Loquitũ cap. iſtud in primo genere affinitatis.

[b] Vnitatem. ergo tãtum per carnis commiſtionem contrahitur affinitas. j. ea. ſane. quod Hug. dicit. [1] ſed tamẽ prohibeẽ contrahere cũ aliqua cõſanguinea illius propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: ut xxvij. q. ij. ſi quis uxorem. Sed contra. iiij. q. iij. cap. placuit. §. itẽ in criminali. & cap. ſi teſtes. §. item lege. ſed ibi gener appellatur ſpõſus. non quod re uera ſit, ſed quo ad quoddam beneficium.

[c] De inceſtis. ſ. iij. q. iij. conſanguineorum. j. q. viij. c. ulti.

[d] Reſeruamus. ſcilicet ut remaneant inſimul.

[e] Cum adulterium. id eſt, fornicationẽ.

[2] xxxij. qõ. iiij. nemo.

[f] Funeſtum. id eſt, turpe & indecens. ſ. xxxiiij. diſtin. preſbyteri.

[g] Conſobrinæ. Cõſobrini dicunẽ quaſi cõſororini. ij ſunt proprie duarum ſororum filij. [3] ſobrini uocantur conſobrinorum filij.

[h] Aut priuignæ ſuę. patrui. & ſecundum hoc exaudi de priuigna ex ſecundis nuptijs. Vel dic ſuæ. id eſt, propriæ.

[i] Concubitu. Argu. quod affinitas contrahitur per coitum fornicariũ, ſicut per legitimũ, ut j. c. nec.

[k] Quos omnes, multi alij ſunt qui numerantur hic.

[l] Et inter cathecuminos. De hac materia

Affinitas tantũ per carnis cõmiſtionẽ contrahitur.

[1] Arg. cõtra. ſ. e. q. j. c. j. ubi de hoc. in gl. hic eſt ar. ibi plene dixi, & ibi uideas pro dicto Hug. facit dictũ apoſtoli dicẽtis. Qui adhæret meretrici unum corpus cũ ea efficitur. Archi.

[2] Glo. eſt ſimi. in l. inter liberos. §. Iulianus. alias eſt l. Iulianus. ff. ad l. Iu. Cõſobrini q̃ ſunt.

[3] Sic etiã dicit Iſid. in li. ix. etymo. ca. agnati.

† Non dicit i quinto gradu, & in quinta generatiõe & in quarta tolerantur.

teria dicunt quidā, ſpeciale eſſe in inceſtuoſis qui non debent admitti uſque ad miſſam cathecuminorum tantum. nam dicunt eos ſuſpenſos ipſo iure, quantum ad hoc: ſicut ſimoniacus quilibet ſuſpenſus eſt, quo ad diuina officia j. quæ. j. ſtudet. & cap. quibuſdam. de conſec. diſt. j. epiſcopus nullum. abrogatum eſt. nam dicunt quod Iudæus, Saracenus, hæreticus non præciſus bene poſſunt ſtare uſque ad miſſam cathecuminorum. arg. de conſec. diſtin. iiij. Iudæi. nec contradicit. xj. quæ. iij. cum excommunicato. & j. q. j. non liceat. nam omnia illa intelliguntur de præciſis, id eſt, nominatim excommunicatis, uel de illis qui ſequuntur hæreſim iam damnatam.

Inceſtuoſi quātū ad aliqua ſunt ipſo iure ſuſpēſi.

lia & non intra ita quod non attigit clauſtra pudoris, ſed in circuitu palpitabat.

h Vel. id eſt, etiam.

i Sæpius. quia qua ratione non impedit prima, eadem nec ſecunda nec aliqua. ſecus autem eſſet forte ſi in non naturali mēbro, tunc impediret propter enormitatem criminis. xxiij. quæſtio. vij. adulterij. & xxxiij. quæſt. ij. cap. hoc ipſum. §. hoc autem.

Idē circa mēbrū ad hoc à natura cōceſsū. H.

ad legitimam ſatisfactionem manere & orare [a] præcipimus. Quod ita præſenti tempore prohibemus, ut ea quæ hactenus ſunt cōſtituta, [b] non diſſoluamus. Sanè quibus cōiunctio illicita interdicit, habebūt [c] ineūdi melioris coniugij, libertatē.

Item ex concilio Hilerdenſi.

Inceſtuoſi uſque ad ſatisfactionem excommunicentur.

CAN. IX.

DE ijs qui inceſti pollutione ſe maculāt: placuit quouſq; in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeuerant, uſque ad miſſam [d] tantùm cathecuminorum in eccleſia admittantur: cum quibus etiam nec cibum [e] ſumere ulli Chriſtianorum (ſicut Apoſtolus iuſsit) licebit.

Item Gregorius papa ad Fœlicem Meſſanæ ciuitatis epiſcopum.

Nullus ducat in uxorem à conſanguineo cognitam, uel aliqua pollutione maculatam.

CAN. X.

NEc eam quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, uel aliqua illicita pollutione maculauit: in coniugium ducere ulli Chriſtianorum licebit [†] quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos uerò nullo coniugij nomine deputandos à ſanctis patribus ſtatutum eſſe legimus: Naturæ [f] uidelicet ordine. ſi uerò extraordinariè, non ſic.

Ait enim urbanus papa ij. Gratiano, Neapolitano epiſcopo.

Extraordinaria pollutio, in naturalibus non impedit matrimonium.

CAN. XI.

EXtraordinaria [g] pollutio non niſi in naturalibus admiſſa, uel [h] ſæpius [i] reiterata, citra maritalem affectum. [k] ſi præbitis ſacramentis [l] ita eſſe conſtiterit, quemadmodum nobis tuis ſignificatum eſt literis: nō uidet matrimonium impedire [m] quamuis ipſa ſit criminoſa & damnabilis.

Item Iulius papa.

Nullus ducat in coniugem relictam cōſanguineorū ſuorum, uſq; in tertiam generationem.

CAN. XII.

ET hoc quoq; ſtatutū eſt, ut relictam patris uxoris ſuæ, relictam fratris uxoris ſuæ, relictam filij uxoris ſuæ, nemo ſibi in matrimonium ſumat, relictam conſanguineorū uxoris ſuæ, uſque in tertiā progeniem, nemo ſibi in uxorem ſumat. in iiij. autē & in v. ſi inuenti fuerint, non ſeparentur. Idem.

A cōſanguineis proprijs uel uxoris, pariter cuique eſt abſtinendum. CAN. XIII.

AEqualiter uir coniungatur conſanguineis proprijs, & conſanguineis uxoris ſuæ.

Item Iſidorus ex concilio Macien.

a Et orare. ī. diſtin. xxv. ca. j. contra. j. de conſecr. diſt. iiij. eos quos. contra ſed ibi grauius fuit delictum, & ideo, &c.

Sub. eſt grauī⁹ iudicatnm. 24. q. j. nō afferam⁹.

Conſtituta. diſpenſando, & eſt argu. pro opin. H. qđ ſcilicet diſpenſatio eſt ius: ut not. xxxiij. quæſt. ij. in adoleſcentia. & cap. interfectores.

b Conſtituta. id eſt, antiquos canones.

c Habebunt. ante inceſtum de iure cōmuni, uel poſt ſi adoleſcentes ſunt, uel etiam ſenes inconti nentes ex diſpenſatione. xxxiij. q. ij. in adoleſcentia.

. ad Corinthi. 5.

d De ijs qui. Vſq; ad miſſam. id eſt, uſque ad ſurſum corda, uel uſque ad conſecrationē corporis Chriſti. nam tunc cathecumini de eccleſia expellebātur, uel uſq; ad euangelium.

Huic c. uidet contra j. de conſe. di. j. eps nullum. Sed dic ut ibi nota. & ī. c. proxi.

e Nec cibum. hoc fit in deteſtationem criminis, ſicut alias aliquis toleratur ab eccleſia, non tamen ei communicatur in cibo: ut de uxore clerici. xxxiij. q. ij. placuit.

† Ex iſto text. infero, ꝙ affinitas per illicitā copulam cō trahitur. in l. nō facile. §. ſciēdum. & §. affines. ff. de gra. cognatio.

f Nec eam. Naturæ. Reſpicit illud uerbū, maculauerunt.

g Extraordinaria. id eſt, citra uel circa naturalis & non intra ita quod non attigit clauſtra pudoris, ſed in circuitu palpitabat.

k Maritalem affectum. nā ſi maritalis affectus interceſsiſſet, impediret. argu. extra de ſpon. iuuenis. non propter factū, ſed propter conſenſum. xxvij. q. ij. ſi quis uxorem.

l Sacramentis. pollutis & pollutæ. nō enim teſtificatur ꝓ ſe: ſed pro eo qui eā ducere uult. Et mirum eſt, quod contra tam uiolentam præſumptionē probatio admittitur. & ideo eſt cōtra. xxxij. q. j. dixit. ſed hoc fit in defectum probationum. C. de hære. l. pen. & obtinet forte hoc cum uirgo erat, & uolebat probare per aſpectū corporis. xxvij. qō. j. nec aliqua. & ꝙ iurat eſt ex ſuperabūdanti. & ad cautelā. arg. xxxiiij. q. ij. in lectum. Itē auditur hic criminoſus teſtis, & turpitudinē ſuam allegans, imo non eſt teſtis, ſed interrogatur de facto ſuo. iiij. quæſtio. iij. cap. ſi teſtes. §. item ſerui.

Probatio admittitꝰ cōtra uiolentā præſumptionem.

m Impedire. talis pollutio non debet impedire eum quin poſsit ducere cōſanguineam illius: quia nec fecit ſanguinis commiſtionem: nec carnis unitatē. Sed quid ſi aliquis reſeraret illas ſeras, & nondū proceſsit ad cōſummationē operis: nunquid talis cōmiſtio carnis impedit matrimoniū cū cōſanguineis illius? Dic quod non: quia nec eſt ibi ſanguinis commiſtio nec carnis unita. ī. eodem. nullum, &c.

Affinitas nō naſcitꝰ ſine carnis cōmiſtione.

In parentela propria & coniugis, eadem conſanguinitas eſt obſeruanda.

CAN. XIIII.

SAnè conſanguinitas, quæ in proprio uiro ſeruanda eſt, hæc nimirum in uxoris parentela, de lege nuptiarum cuſtodienda eſt: quia cõſtat eos duos fuiſſe in carne una. Ideoque communis illis utraque parentela cenſenda eſt: ſicut ſcriptum eſt, erunt duo in carne una. (Gene. 2. d)

Item Auguſtinus.

Nurus non eſt aliter deputanda, quàm filia.

CAN. XV.

SI uir & uxor non iam duo, ſed una caro ſunt: non aliter eſt nurus deputãda, quàm filia.

[illegible]

Item Greg. papa epiſcopis Galliæ. †

Vſque ad ſeptimam generationem, progeniem ſuã unumquenque ſeruare oportet.

CAN. XVI.

PRogeniem ſuam, unumquenque uſque ad ſeptimam decernimus obſeruare generationem, & quandiu ſe agnoſcant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus: quod ſi fecerint, ſeparentur.

Item Nicolaus papa Almaſitanæ eccleſiæ ſuffraganeis.

De eodem.

CAN. XVII.

DE conſanguinitate ſua uxorem nullus ducat, uſque poſt generationem ſeptimam, uel quouſque parentela cognoſci poterit, laicus uero uxorem ſimul & concubinam habens, non communicet eccleſiæ.

Item ex concilio Guarmacienſi.

Quouſque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur, ſibi inuicem non copulentur.

CAN. XVIII.

IN copulatione fidelium, generationis numerum non diffinimus, ſed ſtatuimus ut nulli liceat Chriſtiano de propria conſanguinitate ſeu cognatione acccipere uxorem uſque dum generatio recordatur aut cognoſcitur, aut in memoria retinetur.

Item ex concilio Lugdunenſi.

Ex propinquitate ſui ſanguinis uſque ad ſeptimũ gradum, nullus ducat uxorem.

CAN. XIX.

NVlli ex propinquitate ſui ſanguinis, uſque ad ſeptimum gradum uxores ducant, neque ſine benedictione ſacerdotis. qui autem nupturi erunt, à ſacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præſumant. Præmiſsis authoritatibus quiſque prohibetur à coniunctione conſanguineorum, uſq; ad ſeptimam generationem.

Sed obijcitur illud Grego. ad Auguſt. Anglorum epiſcopum. † († c. 6. ad Iterroga. diui Aug.)

Anglicis permittitur, ut in quarta uel in quinta generatione copulentur.

CAN. XX.

QVædam lex Romana permittit, ut ſiue fratris, ſiue ſororis, ſeu duorũ fratrum germanorum, ſeu duarum ſororum filius & filia miſceantur: ſed experimento didicimus, ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere: unde neceſſe eſt, ut in quarta uel quinta generatione fidelium, licenter ſibi coniungantur. Sed idem humillimus pater Gregorius, poſt multum temporis à Felice Meſſanæ Siciliæ ciuitatis præſule requiſitus, utrum Auguſtino ſcripſerit, ut Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minimè ſoluerentur, inter cætera talem reſponſionem reddidit. Quod ſcripſi Auguſtino Anglorum gentis epiſcopo, alũno uidelicet (ut recordaris) tuo, ipſi etiam Anglorum genti, quæ nuper ad fidem uenerat, ne à bono quod cœperat, metuendo auſteriora recederet, ſpecialiter & non generaliter me certiſsimè ſcripſiſſe cognoſcas. unde & mihi omnis Romana ciuitas extitit teſtis. Nec ea intentione hæc ei ſcripſi mandata, ut poſtquam firma radice in fide fuerint ſolidati, ſi infra propriam conſanguinitatem inuenti fuerint, non ſeparentur: aut infra affinitatis lineam, id eſt, uſque ad ſeptimam generationem iungantur: ſed quòd adhuc illis neophytis exiſtẽtibus, eis primùm illicita conſentire, & eos uerbis ac exemplis inſtruere oportet. Nam iuxta Apoſtolũ qui ait: Lac dedi uobis potum, non eſcam: (1. Cor. 3) illis modò non poſteris (ut præfixum eſt) tẽporibus, tenenda induſimus: ne bonũ quod infirma radice plantatum erat, erueretur, ſed aliquantulum firmaretur, & uſque ad perfectionem cuſtodiretur.

Item obijcitur illud Gabilonenſis concilij.

In quinta uel ſexta generatione, nullus amplius copuletur coniugio.

CAN. XXI.

COntradicimus, ut in quarta uel in quinta ſextaque generatione, nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem poſt interdictum factum fuerit inuentum, ſeparetur.

HH Hac

Hac authoritate, dum ſexta generatione interdicitur coniugiũ, in ſeptima permitti uidetur: ſed gradus cognationis ſecundùm quoſdam uariè computantur. Alij nanq; patrem in primo gradu, filios in ſecundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrẽ & filium eſſe, cùm una caro probentur pater & filius. Authoritates ergo, quæ cõſanguinitatis copulam uſque ad ſeptimum gradum prohibent, patrem ponũt in primo gradu. Illæ uerò quæ uſq; ad ſextum gradum prohibent, primum gradum filios appellãt, atque ita fit ut eædem perſonæ ſecundũ hãc diuerſitatem inueniãtur in ſexto uel ſeptimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, uidetur eſſe contrarium illi decreto Iulij papæ, Sicut non licet ulli Chriſtiano de ſua conſanguinitate uxorem ducere, ſic etiam non licet de conſanguinitate uxoris ſuæ coniugẽ ducere, propter carnis unitatem. Similiter etiam inuenitur contrarium illi ca. Grego. nec eam quam aliquis ex propria cõſanguinitate coniugem habuit, &c. Sed illud Fabiani intelligẽdum eſt, de duabus ſororibus uel perſonis inter ſe affinitate coniũctis, ut ſunt uxores duorum fratrum: ſi contigerit unã earum alicui in matrimonio copulari, poſt mortem eius, uir non poterit affinem ſuperſtitem in coniugẽ ducere, niſi in quinto gradu affinitatis inueniantur. unde qui nouercam alicuius in uxorem duxerit, poſt mortem eius uxorem priuigni ducere nõ poterit. Hinc etiam idem Iulianus papa alibi ait: Relictam conſanguineorum uxoris ſuæ (non ait conſanguineam uxoris ſuæ, ſed relictam conſanguineorum uxoris ſuæ) uſque in quartam generationem, nullus ducat in uxorem. Paſchalis uerò papa ſecundus ſcribens Rhegino epiſcopo, tertium genus affinitatis aſſignat, cuius copula non ultra ſecundum gradum inuenitur probibita.

Ait enim.

Duorum conſobrinorum coniuges, uni eidemq; nubere non poſſunt.

CAN. XXII.

Porrò duorum conſobrinorum coniuges, quamuis diuerſis temporibus uiro uni alteram poſt alterius obitum, nubere ipſa præter authoritatem canonicam publicæ honeſtatis iuſtitia contradicit: & nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris ſicut à uiri conſanguineis abſtinendum eſt.

Illud autem Greg. & Iulij papæ intelligitur de cõſanguinitate uiri uel uxoris: ut poſt mortem alicuius eorũ, nulli de cognatione defuncti uiri ſuperſtes matrimonio copuletur. Demonſtratum eſt uſque ad quem gradum quiſque à propria conſanguinitate uel cognatione ſuæ uxoris abſtinere debeat.

QVAESTIO IIII.

Modò quæritur quare uſq; ad ſextum gradum conſanguinitatis coniunctio prohibeatur?

De his ita ſcribit Iſidorus etymologiarum libro undecimo, cap. ſexto.

Quare uſque ad ſextum gradum conſanguinitas obſeruetur.

CAN. I.

Conſanguinitas dum ſæpe paulatim propaginem ordinibus dirimens, uſq; ad ultimum gradum ſe ſubtraxerit, & propinquitas eſſe deſierit, tunc primum lex in matrimonij uinculum eam recipiet, & quodãmodo reuocabit fugientem. ideo autem uſque ad ſextum generationis gradum, conſanguinitas ſtatuta eſt, ut ſicut lex ætatibus mundi generatio & hominis ſtatus finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

QVAESTIO V.

De gradibus uero conſanguinitatis, quomodo cõputãdi ſunt beatus Iſidorus ſic loquitur.

Quomodo dirimuntur gradus cõſanguinitatis.

CAN. I.

Series conſanguinitatis, ſex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod eſt frater & ſoror, ſit ipſe truncus, illis ſeorſum ſeiunctis ex radice illius trunci, egrediũtur iſti ramuſculi, nepos neptis, primus. Pronepos proneptis, ſecũdus. Abnepos abneptis, tertius. Adnepos adneptis, quartus. Trinepos trineptis, quintus. Trinepotis filius & trinepotis filia, ſextus.

Item

HH i

Item Alexander Papa ſecundus, Neapolitanis clericis, & omnibus epiſcopis atque iudicibus per Italiam conſtitutis, ſcribit de huiuſmodi ita dicens.

Quomodo ſunt computandi gradus conſanguinitatis.

CAN. II.

AD ſedem Apoſtolicam perlata eſt quæſtio nouiter exorta, de gradibus conſanguinitatis, quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eoſdem propinquitatis gradus contra ſacros canones & eccleſiaſticum morem, numerare nituntur, nouo & inaudito errore affirmantes, quòd germani fratres uel ſorores inter ſe ſint in ſecunda generatione: filij eorum & filiæ in quarta: nepotes eorum uel neptes in ſexta. taliq; modo progeniem computantes, in huiuſmodi ſexto gradu eam terminantes. dicunt deinceps uiros ac mulieres inter ſe poſſe nuptialia iura contrahere, & ad huiuſmodi prophanum errorem confirmandum, in argumentum aſſumunt ſeculares leges quas Iuſtinianus Imperator promulgauit de ſucceſsionibus conſanguineorum: quibus confiſi oſtendere moliuntur, fratres in ſecundo gradu eſſe numerandos, filios eorum in quarto, nepotes & neptes in ſexto. ſic ſeriem genealogiæ terminantes, numerationem ſanctorum patrum, & antiquam eccleſiæ computationem ad nos uſque perductam peruerſa quadam calliditate diſturbare nituntur. Nos uerò Deo annuente hanc quæſtionem diſcutere curauimus in ſynodo habita in Lateraň. conſiſtorio, conuocatis ad hoc opus epiſcopis & clericis atque iudicibus diuerſarum prouinciarum. Denique diu uentilatis legibus & ſacris canonibus, diſtinctè inuenimus ob aliam atque aliam cauſam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus ſiquidem, ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt, niſi ut hæreditas uel ſucceſsio ab una ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. in canonibus uerò ob hoc progenies computatur, ut apertè monſtretur, uſque ad quotam generationem a conſanguineorum nuptijs ſit abſtinendum. ibi præſcribitur ut hæreditas propinquis modo legitimo cóferatur: hic uerò ut ritè & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus diſtinctè non numerantur gradus, niſi uſque ad ſextam, in canonibus autem uſque ad ſeptimam diſtinguitur generationem. Hac ergo de cauſa, quia hæreditates nequeunt ultra deferri niſi de una ad alteram perſonam, idcirco curauit ſecularis Imperator, in ſingulis perſonis ſingulos perficere gradus. Quia uerò nuptiæ ſine duabus non ualent fieri perſonis, ideo ſacri canones, duas in uno gradu conſtituere perſonas. utranque tamen computationem, ſi attentè ac ſubtiliter perſpecta fuerit, idem ſenſiſſe, & eandem in eis ſententiam eſſe, atque ad eundem terminum conuenire, manifeſtiſsimum erit. Iuſtinianus nanque uſq; ad quem gradum conſanguinitas ipſa perduret, in ſuis legibus nõ definiuit, canones uerò ultra ſeptem nullam numerant generationem. ſexto quippe gradu determinato, in ipſis legibus ſubintulit imperator. Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. nanque ex his palàm eſt intelligere, quemadmodum ulteriores gradus numerare debeamus: generata quippe perſona gradum adijcit. Ecce in his uerbis apertè oſtenditur, tales gradus quales iſti computant, non tantùm uſque ad ſextum, uerùm etiam ultra numerari debere, quippe cum ultra ſextum, ulteriores gradus numerandos eſſe decernant, ubi enim ulteriores nominat gradus, apertè indicat non ſex tantummodo eſſe gradus, ſed ſex finitis adhuc alios numerandos. nec mirum, cum in præcedentibus ipſe firmauerit Imperator decimum etiam gradum: quod dicendo, non eſſe tantummodo ſex, luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis ſi poſſunt intendant: quos hactenus iſtiuſmodi perculit error. enimuero ubi ſecundum leges inter agnatos uel cognatos defertur ſucceſsio, conſanguineos eſſe, non dubium eſt. Neque enim ſibi ſuccederent, niſi inter ſe (teſte Iuſtiniano) in decimo gradu ſibi attinerent. Conſanguinei igitur ſibi ſunt, qui ſic ſibi ſuccedunt. Quòd ſi in decimo gradu conſanguinei ſibi exiſtunt, non eſt terminata conſanguinitas (ut iſti fatentur) in ſexto tantummodo gradu. Quid igitur dicerent? Computatis nanque gradibus, ſicut iſti numerant, aut finitur conſanguinitas in ſexto gradu, aut non? Si autem finitur, fallaces erunt leges, quibus iſti vtuntur, quæ in decimo gradu ſibi ſuccedere conſanguineos iubent. Quòd ſi non finitur conſanguinitas in huiuſmodi ſexto gradu, falſidici erunt iſti, qui ultra illum

HII 2 ſextum

ſextum gradum, nolunt computare conſanguinitatem. Igitur aut leges erunt falſæ, aut iſti qui ſic finiunt generationem. Sed ut ueridicæ leges, & ueraces ſint canones, dicamus id quod ueritas habet: ſcilicet quòd non terminatur conſanguinitas in huiuſmodi ſexto gradu, ſed terminatur in ſeptimo gradu, ſecundum canones. utraque enim computatio (ſicut ſuperius diximus) uno fine concluditur. Nanque duo gradus legales, unum canonicum conſtituunt. Fratres itaque, qui ſecundùm ſeculares leges dicuntur in ſecundo gradu † iuxta canones numerantur in primo gradu. filij fratrum qui illic numerantur in quarto: hic computantur in ſecundo. nepotes uerò qui in ſexto ibi, iſtic numerantur in tertio. ſic deinceps, qui legibus inſcribuntur in octauo & decimo in canonibus definiuntur in quarto & quinto. atque hoc modo, de reliquis ſentiendum eſt, ut qui ſecundùm canones dicuntur in ſexto uel ſeptimo, ſecundùm leges accipiuntur in duodecimo uel in decimoquarto. Hanc computationem intelligens prudentiſsimus papa Gregorius dum quæreretur in quota generatione fideles cõiungi debeãt, ipſas ſeculares leges in teſtimonium addúcens, Auguſtino Anglorum epiſcopo ſic reſcripſit: Quædam terrena lex in Romana republica permittit, ut ſiue fratris & ſororis, ſeu duorum fratrum germanorum, uel duarum ſororum filius & filia miſceantur: ſed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. Vnde neceſſe eſt, ut iam in tertia uel in quarta generatione copulatio fideliũ, licenter ſibi coniungi debeat. Nam a ſecunda (quam prædiximus) omnimodo debent abſtinere. Ecce hic apertè monſtratur filios & filias fratrum, in ſecunda generatione numerari. & ſi fratrum filij & filiæ numerantur in ſecunda, fieri non poteſt, ut ipſi fratres non ſint in prima. quòd ſi fratres numerantur in prima, filij eorum in ſecunda, dubium non eſt, quin eorum nepotes ſint in tertia, pronepotes in quarta, & ſic de reliquis uſque ad ſeptimam. Sed ſunt quidam qui ex his Gregorij uerbis, quibus ait ut in tertia uel quarta generatione copulentur fideles, occaſionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes ſe hoc iuſtè facere poſſe, quod tam prudentiſsimus doctor ſua ſententia definiuit. Iſti itaque, qui ſe hoc uelamine defendere nituntur, aduertant in eiuſdem patris ſententijs non generaliter cunctis, ſed ſpecialiter Anglorum genti mandaſſe. nam poſtmodum à Felice Meſſanæ ciuitatis Siciliæ præſule requiſitus, an hoc quod Auguſtino mandauerat, generaliter cunctæ eccleſiæ tenendum eſſet, apertiſsimè monſtrauit non alijs quàm illi genti mandaſſe, ne bonum quod cœperant, metuendo auſteriora deſererent: ſed illi poſtquam in fide eſſent firma radice ſolidati, & uniuerſali eccleſiæ cenſuit ſemper eſſe tenendum, ut nullam de propria conſanguinitate uel affinitate, infra ſeptimam generationem aliquis ſibi audeat in coniugio copulare. Ecce apertè monſtratum eſt ex uerbis ipſius legis, & authoritate prudentiſsimi papæ Gregorij quid de gradibus conſanguinitatis numerandis ſentire debeamus: quamuis alia quoque ratio, modo pari ipſos deuincat aduerſarios. Nam ſi (ut ipſi fatentur) in illo ſexto gradu conſanguinitatis finiretur, omnes perſonarum ramuſculos, qui ultra illum gradum in pictura arboris continentur, uelut ſuperfluos oporteret detruncari. ſed quia omnes qui in pictura prædictæ arboris continentur, ex una parentela conſiſtunt, nunquam ſine diminutione conſanguinitatis, a ſe poterunt ſeparari, ueluti non ſine damno cuiuſque perſonæ ualent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque ſacrorum præceptio canonum, quæ iubet à propria abſtinere conſanguinitate quandiu generatio recordatur, aut memoria retinetur: nec à prædicta parentelæ diſcrepat computatione. Nam ſi in his ſeptem gradibus canonicè & uſualiter omnia propinquitatum nomina numerentur, ultra quos nec conſanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec ſucceſsio poteſt amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne uerò in hac conſanguinitatis computatione aliqua dehinc ambiguitas ualeat remanere, aliam quam quidam faciunt numerationem, in hac etiam alia diſputatione duximus diſcutiendam. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, ſed à filijs eorum, id eſt, patruelibus uel conſobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum, in prima generatione computari debere, quia fratres quaſi quidam truncus ex quo cæteri ramuſculi oriun-

† Cõcor. Alexã. de Imol. in l. ſi auiæ frater. in fin. C. de ſuc. edic.

li oriuntur, exiſtunt. Sed nec iſta graduum computatio, ſi bene intellecta fuerit: ab ea, quam ſuperius expoſuimus, in ſententia poterit eſſe diuerſa. Iſti enim qui initium numerandi ſumunt à filijs fratrum, non progrediuntur ultra ſextam generationem, ſed ſicut totius mundi ſex ætates exiſtunt, & humanæ uitæ itidem ſex: ita & in conſanguinitate ſex tantummodo autumant computandas eſſe generationes: quibus finitis, nouæ coniunctionis dicunt poſſe fieri initium, ut quaſi fugientem poſsint reuocare cõſanguinitatem. Hæc itaque computatio quæ incipit à fratrum filijs, & numeratur uſque ad ſextum tantundem ualet quantum ea quæ incipit à fratribus, & computatur uſque ad ſeptimum: nec ulla in ſenſu conſiſtit diuerſitas, quamuis in numero graduum uarietas uideatur. ultima enim generatio, ſi à fratribus ſumat initium numerandi, ſeptima inuenitur, ſi à filijs fratrum, reperitur ſexta. Taliter igitur determinatis gradibus conſanguinitatis, apoſtolica authoritate admonemus uos fratres & filij, ut omnibus ſic ſeriem genealogiæ computandam eſſe intimetis, quẽ admodum ſancti patres numerandam eſſe ſanxerunt, & antiquus mos ſanctæ & uniuerſalis eccleſiæ per longa tempora olim computaſſe monſtratur. nam ſi quis peruerſa & obſtinata mente à recto tramitæ apoſtolicæ ſedis deuiare uoluerit, & aliter quàm nos in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, primùm pro ſua temeritate cæleſti pœna plectetur: poſtmodum uerò gladio perpetui anathematis nouerit ſe iugulandum.

Item Gregorius papa.

Quare conſanguinitas uxoris ad uirum pertinere dicitur, & quomodo affinitas ſit computanda.

CAN. III.

POrrò de affinitate quam dicis parentelam eſſe, quæ ad uirum ex parte uxoris, ſeu quæ ex parte uiri ad uxorem pertinet: manifeſtiſsima ratio eſt, quia ſi ſecundum diuinam ſententiam ego & uxor mea ſumus una caro, profectò mihi, & illi mea ſuaque parentela propinquitas una efficitur, quocirca ego & ſoror uxoris meæ in uno, & primo gradu erimus: filius uerò eius, in ſecundo gradu erit à me, neptis uerò tertio, idque utrinque in cæteris agendum eſt ſucceſsionibus. Vxorem uerò propinqui, cuiuſcunque gradus ſit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipſius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis ſit, quod nimirum uxori de propinquitate uiri ſui in cunctis cognationis gradibus conuenit obſeruari. qui uerò aliorſum ſentiũt, antichriſti ſunt, à quibus tantò ſolicitius uos oportet cauere quantò apertius deprehenditis illos diuinis legibus oppugnare.

Item Zacharias papa.

Qualiter parentela gradus computantur.

CAN. IIII.

PArentelæ gradus taliter computamus, ſi quidem ego & frater meus, una generatio ſumus primumq; gradum efficimus, nullo gradu diſtamus. rurſus filius meus, fratriſq; mei filius, ſecunda generatio ſunt: ac gradum ſecundum faciunt, nec à ſe aliquo gradu ſeparantur, atque ad hunc modum cæteræ ſucceſsiones ſunt habendæ. porrò de affinitate quam dicitis parentelam: ut ſupra ca. Gregorij.

Item Alexander papa ſecundus.

Aequiuocatio eſt, cùm ſoror uxoris cognata uocatur.

CAN. V.

QVòd autem frater ſororve uxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquiuocationis iure fit, & neceſsitate uulgaris appellationis potius, quàm ulla cauſa cognationis. uxor enim fratris fratriſſa potius, quàm cognata uocatur, mariti frater leuir dicitur. duorum autem fratrum uxores, uocantur ianitrices, † quaſi eandẽ ianuam tenentes, uel per eandem ianuam intrantes. Viri ſoror, glos appellatur. Sororis autem uir, non habet ſpeciale nomen, nec uxoris frater.

† Vide in hũc locũ Alcia. lib. diſpun. 2. c. 13. Inateres. n. Græcè dicũtur duorũ fratrũ uxores nõ ianitrices.

Item Iſidorus. †

† cap. 5. lib. 9. etymologiarum.

Nomina graduum ſuperiorum, ſiue inferiorum, ſiue ex latere uenientium.

CAN. VI.

PRimo gradu, ſuperiori linea, continetur pater & mater, inferiori filius & filia, quibus nullæ aliæ perſonæ iungũtur. Sc͞do gradu continetur ſuperiori linea, auus auia, inferiori nepos neptis, in trãſuerſa frater & ſoror, quæ perſonæ duplicãtur. Auus enim & auia tã ex patre, quàm ex matre accipiũtur, quæ perſonæ ſequẽtibus quoq; gradibus ſimiliter pro ſubſtantia eorum, in quo gradu conſiſtunt ipſo ordine duplicantur. Iſtę perſonę in ſecundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo aui ſunt, & paternus,

nus,& maternus. Item duo genera nepotum ſunt,ſiue ex filio,ſiue ex filia procreati. Frater & ſoror ex tranſuerſo ueniunt, id eſt, aut frater patris, aut frater matris: qui aut patruus,aut auunculus nominatur,qui & ipſi hoc ordine duplicantur.

Tertio gradu ueniunt ſupra,proauus proauia,& infra pronepos proneptis. Ex obliquo quoque,fratris ſororiſq; filius uel filia, patruus,amita, id eſt,patris frater & ſoror, auunculus, matertera,id eſt, frater matris, & ſoror.

Quarto gradu proueniunt ſupra, abauus abauia.infra abnepos,abneptis. Ex obliquo fratris ſororiſq; nepos, & neptis, patruelis frater,ſoror patruelis,id eſt, patrui filius & filia. Conſobrinus conſobrina,id eſt,auunculi & materterę filius & filia. Amitinus,amitina,id eſt, amitæ filius & filia. Item conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcũtur quibus accreſcit patruus magnus, amita magna,id eſt, aui paterni frater & ſoror,auunculus magnus,matertera magna,id eſt,auiæ tam paternæ quàm maternæ frater & ſoror.

Quinto gradu ueniunt ſupra quidem adauus,adauia, & infra adnepos adneptis. Ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis:fratris patruelis,ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini conſobrinæ filius uel filia,propior conſobrinus, propior conſobrina, id eſt, patrui magni,auunculi magni, materteræ magnæ: amitæ magnæ filius uel filia: quibus accreſcunt propatruus & proamita. Hi ſunt proaui paterni frater & ſoror,proauunculus ſcilicet & promatertera. Hi ſunt proauiæ paternæ maternæq; frater & ſoror,proauiq; magni materni. Hæc ſpecies nec alijs gradibus quàm ſcripta eſt, nec alijs uocabulis declarari poteſt.

Sexto gradu, ueniunt ſupra tritauus tritauia,infra trinepos trineptis. Ex obliquo fratris & ſororis abnepos abneptis, fratris patruelis,& ſororis patruelis amitini amitinæ, conſobrini conſobrinæ,patrui magni amitæ magnæ, auunculi magni materteræ magnæ nepos neptis,propioris conſobrini filius uel filia,abpatruus abamita. Hi ſunt abaui paterni frater & ſoror,abauunculus abmatertera. Hi ſunt abauiæ paternæ maternæq; frater & ſoror,abauiq; materni. Hi quoq; explanari amplius nõ pñt,quàm ipſe author diſſeruit.

Septimo gradu, qui ſibi ſunt cognati recta linea ſupra infraq; proprijs nominibus non appellantur, ſed ex tranſuerſali linea cõtinentur, fratris ſororis adnepos adneptis, conſobrini filij filiæq;. Succeſsionis idcirco gradus,ſex conſtituti ſunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomen inueniri, † nec ultra ſucceſsio poteſt propagari. In his enim ſex gradibus, omnium propinquitatũ omnia nomina continentur, ultra quos nec affinitas inueniri, nec ſucceſsio conſanguinitatis poteſt amplius prorogari. De gradibus cõſanguinitatis uel affinitatis,quot ſint, quomodo computandi,quibus etiam appellentur nominibus, authoritate Iſidori atque Gregorij, & Alexandri ſufficienter monſtratum eſt.

† Idem Alex.in l. in ius uocari.co.ſ. ff.de i ius uo. & plenè p Imo. in l. ſi uerò. §.& uiro. ff. ſol. ma. & gl. in §. pe.Inſti. & gra.

Arbor

Arbor conſanguinitatis.

Non gignunt dextros, qui ſunt in parte ſiniſtra.
Tangit dextra mares: ſed laua tenet mulieres.




Figura præcedens arborea, licet ad ſeptimum deberet gradum protendi, cùm vſque ad eum ſecundum decreta ſit prohibitio coniugalis, ſupra q.iij.c. de affinitate. & extra de clande.deſpon.c.cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipſa coniugalis prohibitio eſt in tribus poſtremis gradibus reuocata, ut dicto ca.cum inhibitio. & de conſangui. & affi.c.non debet.ideo uſque ad quartum duntaxat gradum figuram hanc duximus extendendam. Nec idipſum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam uſque in gradum centeſimum, & eo amplius, ſi opus ſit, deducere poterit.

Quàm aptiſsimè hic imprimatur, tum conſanguinitatis, tum affinitatis arbor iudicet, qui huiuſce cauſæ trigeſimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum, ex eo proueniens, quòd una deſcendit ab altera, uel ambæ ab eadem. Vel eſt uinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, uel unitum, & ſanguine: quaſi ſanguinis unitas.

Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens: & eſt triplex, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium, & collateralium.


Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis uel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, uel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum.

1202 B



Arbor affinitatis.

Sanguis affines arbor præſens reſerabit,
Huicq́; vias faciles, prima figura dabit.



Conſanguinitatis per tres regulas declaratur.

Prima regula magiſtralis pro linea recta.

Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs, una dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur uis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio (Petrucium eſſe fingimus in cellula ubi eſt facies) utroque computato & intermedijs, quinque ſunt perſonæ: deme unam, quatuor ſunt gradus: & ſic de alijs.

Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, uel ſibi attinent. Exemplum pone cum facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. Nam illi ſunt in linea æquali. quilibet diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

Collateralium in linea inæquali, quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite, tóto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, ſcilicet a P. ſed P. diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

Pro arbore conſanguinitatis, ſecundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA In linea recta aſcendentium & deſcendentium, quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs una dempta, tot ſunt gradus inter eas.

Pro linea collaterali.

Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: uel ſibi attinent. Nam ſecundum leges, quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit, quàm computatio Decretiſtarum.

Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

CIRCA lecturam arboris, diuerſis olim diuerſum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hiſpanus, poſt illos lecturæ ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas metricas regulas ipſius intellectum uiſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum & uerſuum obſcuritatem, aliquibus notum, ignotũ: alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io. And. inter decretorũ doctores minimus & indignus, inuẽtionem arboris ex eo fuiſſe, ut habentibus materiam cõſanguinitatis & affinitatis ignotã, nota, & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſsima fieret, antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui. Primo quærens ad utranque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundo an ſit authentica. Tertio ad quid in uolumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

Primæ quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio, probatio enim ad oculum, alias uincit. inſtit. de gra. §. agnationis. xxvij. qõ. j. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti, quædã melius percipiũtur, quam elocutione. extra de dona. Apoſtolicæ. uerſ. ſi. Hinc eſt, quod agrorum menſio ſubijcitur oculis. xvj. q. iij. inter. de præſcrip. quia indicante. C. ſi. reg. l. iij. Ventris inſpectio, an mulier ſit prægnans. ff. de uent. inſpic. l. j. in princ. Locorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit uirgo. extra de proba. propoſuiſti. an arcta. de fri. & ma. fraternitatis. uel aliter impedita. eo. tit. ex literis. Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio. ff. de fer. l. ij. Et literæ papales: an ſint ueræ uel falſæ. de crimi. fal. licet.

Oculis multa ſubijciuntur.

Ad ſecundum, dic, quod arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſid. & Alex. xxxv. qõ. v. c. j. ij. & ulti. Ad tertium dic, quod quia in decretis de conſanguinitate & affinitate tractatur: utile fuit ibi arborem ponere. & quia in decretalibus eſt idem tractatus: & in hoc uolumine utile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini uenit in dubium, id ſatis eſſe ualidum, ſatiſque famoſum, quod repetita lectio probat. C. de emend. Iu. C. l. una. Item ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti, unde expediens fuit ſecundum ſtatum nouorum iurium, antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primo quæritur quid ſit cõſanguinitas, & unde dicatur? qd linea? quid gradus? Secundo quærit quomodo arbor formetur? & quare ſic formet? & quare ſic punctet? & interſeremus regulas per quas cognoſcũtur gradus. Demum ponemus quædam notãda, & quaſdã quæſtiones. Ad primũ dico, ꝙ conſanguinitas eſt attinẽtia perſonarũ ex eo proueniens, qa una deſcẽdit ab altera, uel ambæ ab eadem. Vel eſt uinculũ perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum: ꝙ ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis unitas, a con, & ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt. Et quo ad probationem coniugij, non diſtinguo an tales conſanguinei ſint producti ex uxorio coitu, uel ex fornicario, ꝙ eſt expreſſum extra de proba. per tuas. Linea uero eſt collectio perſonarũ, ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. Et eſt triplex linea. ſ. graduum deſcendentium, aſcendentiũ, & collateralium: ut j. patebit, & ff. de gradib. l. j. & l. iuriſconſultus.

Conſanguinitatis diffinitio.

Lineæ diffinitio, & eius multiplicitas.

Gradus deſcriptio.

Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis uel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarũ, uel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximũ. ff. de grad. l. iuriſcõſultus. §. gradus. Formatur autem ſic arbor. Primo uide cellulas aſcendentium, ſecundo deſcendentium: demum collateralium. Aſcẽde ſuper cellulam uacuã, quæ remãſit ideo uacua, qa nõ potuit nomẽ ꝓpriũ habere: cũ aliæ cellulæ (exceptis his quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quã dicimus filium patris: fratrẽ fratris: patrẽ filij, & ſic de ſingulis? & eam alij uocant Ioachin: alij Protheum, alij truncum. Nos autẽ a nomine bidelli noſtri, uocemus eã Petruciũ. & ſcire debes ꝙ competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentiũ diuiderẽtur directæ per mediũ, ut a latere dextro illarũ cellularũ ponerẽtur nomina mariũ, ut abauus proauus, &c. à latere ſiniſtro nomina mulierũ: ut abauia proauia, &c. quia poſiti à latere dextro deſcendunt à maribus, & econuerſo. Supra cellulam uacuam eſt cellula hæc continens pater mater, & unum punctum ſupra: & unum infra. Supra illã eſt cellula auus auia, continens duo pũcta ſupra, & duo infra. Supra illam eſt cellula proauus proauia: habẽs tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illã eſt cellula abauus abauia: habens iiij. ſupra, & iiij. infra. Deſcendendo ſub cellula uacua, eſt cellula habens filium filiam, & habet unum punctum ſupra: & unum infra. Sub illa habens nepotem & neptẽ: & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſ. & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem: & iiij. puncta ſupra, & iiij. infra. Antequam ad collaterales trãſeamus, ſcire debes, quod punctorũ numeratio eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulam uacuam. & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius cano. puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur aũt computatio canonica in ſuperiori parte cellularũ: ciuilis uero in inferiori, ut detur intelligi excellẽtia iuris cano. ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum quo inſtruimur in matrimonijs quæ licite contrahi poſsint necne: & cum matrimoniũ ſit ſacramentũ eccleſiæ: in eo præcipue lex minor eſt canone. extra de ſecũ. nup. c. ulti. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, ꝙ in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat utrunque ius: qa in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradũ adijcit. Ad inueniendũ autem gradus inter eos ſecundũ utrunque ius tolle hãc magiſtralem regulã. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur cõputatis intermedijs, una dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur uis ſcire, quantum diſtat abauus à Petrucio: utroq; computato & intermedijs v. ſunt perſonæ: deme unam. iiij. ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire v. perſonas, & ſic iiij. ſunt gradus. Si uelis ſcire quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas, computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quod iſte P. non habet totam ſuam computationem in arbore. Scias enim, ꝙ quilibet habet duos parentes, iiij. auos: octo proauos, xvj. abauos, & ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſsibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere. Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartũ gradum? Et dicit Gof. in ſum. de conſan. & affi. §. item quantum. ꝙ non, per decre. non debet. eo. tit. quæ generaliter loquitur. Alij cõmuniter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt, & ꝙ de quarto gradu dicitur, in collateralibus locũ habet. ad hoc xxxv. qõ. iij. progeniem. & duobus c. ſeq. in quibus dicitur, ꝙ olim nõ ſolum uſq; ad ſecundum gradum, ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extẽdebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſti. de nupt. §. j. ff. de ritu nup. l. nuptiæ. & hoc uerum puto. Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrem & ſororem: & cauſa breuitatis proſequendo

Arboris cõſanguinitatis formatio.

Ius canonicum, eſt excellentius ciuili.

Regula lineæ rectæ.

Coniugalis prohibitio in recta linea, eſt perpetua.

ſolum

ſolum partem mediam arboris, ad modum uexilli: qua intellecta reliqua intelligetur, ꝙ per ſe patet, dicamus de fratre & deſcendentibus.

Regula collateralium.

Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. eſt cum P. in primo gradu ſecundum cano. in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundũ canones, in tertio ſecundũ leges. Nepos in tertio ſecundũ can. in quarto ſecundum leges. Fratri pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum cano. in quinto ſecundum leges, & ſic debet eſſe utraq; punctatio, & iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris, fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amitina: ex illa horũ filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis etiã ſecũdo gradu: filius in tertio: nepos in quarto ſecũdum canones. Per leges aũt patruus in tertio: frater patruelis in quarto. filius in quinto: nepos in ſexto: & ſic debet eſſe utraq; punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitẽ, & habet filios patruum magnũ, amitam magnam: auum & auiam: auunculũ magnũ, & materteram magnam. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem. iij. gradu: ergo a patruo iij. & à priori ſobrino iij. & a filio iij. & à nepote qui exit lineã æqualitatis iiij. ſecundũ can. Secũdum leges uero diſtat P. a patruo magno quarto: à propiori ſobrino v. & a filio vj. a nepote vij. & ſic debet eſſe utraq; pũctatio. Modo fac Abauum ſtipitem cum tribus filijs. ſ. pro patruo, proauo & proauunculo. de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia: ex illa, horũ nepos neptis: ex illa, eorundem pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu: quia P. diſtat à ſtipite in iiij. gradu: & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis: ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe utraq; punctatio.

Regula canonica ꝓ collateralibus in linea æquali.

Nunc uidendum eſt quibus regulis gradus illorũ collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ unam trado regulam ſecundum can. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtãt inter ſe, uel ſibi attinent: hoc ſecundum can. Exemplũ pone quando facis abauum ſtipitẽ inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat a ſtipite iiij. gradu: ergo inter ſe quarto.

Regula ciuilis pro collateralibus, in linea æquali.

Secundum leges uero aliter eſt, & ſic dicimus regulam Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: uel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis & ex punctatione ꝙ prædicti P. & pronepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus. ſecundum cano. uero duæ perſonæ faciunt unum gradum. unde (ut patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canon. in ſecundo ſecundum leges. ſed computatio eorum ob aliud fit quam noſtra. xxxv. quæſtione v.c. ij. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quod in æquali linea collateralium ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis non eſt reperire diſparem gradum. uide in linea paris numeri ſecunda, uel quarta: diſparis numeri prima uel tertia. In prima ſecundi gradus. in ſecunda quarti gradus. in tertia ſexti gradus. in quarta octaui, quod non eſt ſecundum canonem, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum, & ſic de ſingulis.

Nunc reſtat uidere de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecundum can.

Regula canonica in linea inæquali.

Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. computemus ergo a remotiori. ſ. a P. ſed P. diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo a filio propatrui iiij. & idem in deſcendentibus uſque ad lineam æqualitatis: & hoc eſt ꝙ dicimus quod perſona addita perſonæ uſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus, quia propatruus, filius, eius nepos & pronepos, omnes diſtant iiij. gradu a P.

Regula ciuilis in linea inæquali.

Sed aliter ſecundum leges ſecundum quas talem regulam tradimus. Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ, (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. unde P. a ſtipite diſtat quarto, a patruo v. a filio vj. a nepote vij. a pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupra dictis quod P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. diſtat enim a ſummo. ſ. abauo, ab imo. ſ. a nepote. ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto, a medijs citeriori, per quod ſatis patet, quod cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus, ut puta ſi pronepos propatrui, uel pronepos fratris procrearet filiam: poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in v. gradu: remanet tamen conſanguinitas. prohibitio enim quæ per ius poſitiuum proceſſerat, potuit tolli: ſed naturalia ſunt immutabilia. v. diſtinct. in princ. Scire debes, quod communiter dicunt doctores quod abauus & proauus & auus ſunt bigami: dicentes quod ſi non eſſent bigami, non poſſent filij eorum coniungi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de alijs cellulis duplicibus, quod perſonæ earum eſſent bigami. unde fingamus perinde, ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quatuor perſonas: ac ſi diceretur propatruus & uxor, proamita & maritus. unde duplicatio poſita fuit, ut nomina demonſtraret in utroque ſexu: non ut eos coniuges denotaret. Sciendum eſt etiam quod in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando: Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali: & ego poſſum accipere filiam tuam, ergo tu meam. Et negatiue: Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarto gradu. Negatiua in tertio uel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando uel negando: quia ſi unus eſt in quarto, alter in tertio uel citeriori, qui ẽ in iij. uel citeriori poteſt contrahere cum filia eius qui eſt in quarto gradu: & non econuerſo. unde propatruus, huius filius, & nepos contrahere poſſunt cum filia P. non econuerſo.

Quæſtio notabilis.

Demum quæritur an collaterales quorum unus eſt in quinto, & alter in primo puta filia P. & propatruus poſſint adinuicem contrahere? Dicit Ho. quod non. & hoc not. extra eo. quod dilectio. & capit. tua. & in ſumma huius titu. de conſang. §. nunquid in quinto. & primo. quòd per ſua argumenta nititur probare, ſic ſcilicet pater & filius una perſona cenſentur. C. de impub. & alijs ſubſti. l. ultim. ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite, ſic nec cum filijs ſtipitis. bene facit prædicta decret. tua. ubi fratres uidentur poni pro ſtipite. contrarium tenet Bernar. quod colligitur ex gloſſ. quam ponit ſupra eodem titu. cap. ult. & Ra. & Ioan. de Deo. & hoc eſt ueriſsimum: quod probant uerba regulæ poſitæ ſupra eodem. cap. ultim. dum dicit ibi, deſcendentium ab eodem: ſed certum eſt quod propatruus deſcendit a ſtipite. Præterea aut dicis quod eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcendentium, aut collateralium. de primo patet negando quod certum eſt filium P. non deſcendiſſe a propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium, ſed certum eſt quod iſti diſtant quinto, quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non uideo. Ioannes Andreas.

AFFI-

Affinitatis declaratio.

AFFINITAS ſecundum canones, eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quaſi duorum ad unum finem vnitas: eò quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, uel per coitum ſecundum Canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit: ut ff. de grad. cog. l. non facile. §. affines.

Scias autem, quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum quod durat etiam mortua perſona qua mediante contrahitur. xxxv.quæſt.x. fraternitatis.

Per carnalem copulam uiri & mulieris, inter conſanguineos mulieris & uirum, & inter conſanguineos uiri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi uis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, uide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus, & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula uiri & mulieris, & non uiri & uxoris: quia ſecundum canones, etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. c.diſcretionem. & c. pen. Inter conſanguineos mulieris & uirum, & conſanguineos uiri & mulierem, ideo dicitur, quia inter uirum & mulierem nõ contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos uiri & conſanguineos mulieris, nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia: ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum uirũ,& conſanguineos uiri & ipſam mulierem. de conſang. & affinit. quod ſuper his.

REGVLA. Quotieſcunque inter unam perſonam, de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt, uel non fuit conſanguinitas, intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio, ut inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimoniũ, quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit: quo defuncto potero contrahere cum eius relicta, quia inter me & illam relictam nulla eſt, nec fuit conſanguinitas.

AD ARBOREM Affinitatis & eius materiam tranſeamus. Et primo uidendum eſt, quid ſit affinitas, & unde dicatur: & quomodo ipſius gene a inſurgant, & gradus computentur, deinde arborẽ formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia & quaſdam quæſtiones. Eſt aũt affinitas perſonarũ proximitas ex coitu proueniens, omni carens parẽtela. Hoc ſecundum cano. ſed ſecũdum leges eſt proximitas proueniens ex nuptijs. & requiritur ſecũdum leges, quod legitimæ ſint nuptiæ non interdictæ, ut contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. ſciendum. Et dicitur affinitas, quaſi duorum ad unum finem unitas, eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecũdum leges, uel per coitum ſecũdum cano. copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit: ut in eodem lege. §. affines. Sed quod per fornicarium coitum & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſang. uxo. ſuæ. c. diſcretionem. & eod. tit. c. penul. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff. de grad. l. iuriſconſultus. in prin. & ff de teſtib. l. iij. & iiij. q. iij. §. in criminali. uerſic. item lege Iulia. Sed canon, quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit unionem carnis quæ inſurgit ex copula. Et eſt uidere ſecundum hoc, quod concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis, ut ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei utriuſque, ſunt utrique affines. Scias autem, quod affinitas eſt perpetuum impedimentum quod durat etiam mortua perſona qua mediante contrahitur. xxxv. quæſtio. x. fraternitatis. nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria quæ fit extra clauſtra pudoris. xxxv. quæſt. iij. extraordinaria. & adde quod ibi not. Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate, ut ſi cognoſco uxorem, uel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico, quia ſi mortua eſt uxor tua, & uis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat quod poſsis contrahere cum illa nõ obſtante quod ſit tibi affinis tali gradu, per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris, quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis: non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, quod poſsis cum tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quod deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu, & non obſtante, quod eſt tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis definitio.

Affinitas per coitũ nefarium cõtrahit.

Affinitatis genus per quam regulã cognoſcit.

Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere. ſi alius eam cognoſcit: ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu. ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de conſang. & affini. c. non debet. hic circa hoc non inſiſto: ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. Eſt igitur uidere de gradibus. Certum eſt, quod affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo uſque ad quartum gradum, licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum, ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi uis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, uide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas quas tradidi in proxima arbore: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quatuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. & de his primo quæritur quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo quare non exprimant attinentiam, dicendo primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primum dic hoc fuiſſe, ut detur intelligi quod affinitas oritur ex conſanguinitate, & quod ab utroque ſexu uirili & fœmineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic attinentiam non fuiſſe expreſſam: ut illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur. unde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis. & frater & uir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens. In prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea, continens alias quatuor cellulas. In quarum prima ſcribitur uxor fratris olim relicta, in ſecunda uxor filij fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quatuor cellulæ, quarum prima ſoror. ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt aliæ quatuor, prima uir ſororis olim relictus, ſecunda uir filiæ ſororis, tertia uir neptis ſororis, quarta uir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ. Vna à latere dextro continens relictus relictæ fratris, à ſiniſtris, relicta relicti ſororis, quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula uiri ſororis, in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

Affinitatis grad⁹ cõputant̃ ſicut gradus cõſanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

Quæſtio.

Circa hoc quæro, quare in cellula uxor fratris ſcribitur olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe, propter cellulam quæ ponitur ad dorſum illius, quaſi dicat, frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio uiro, illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris uult contrahere cum ſorore, nunquid poteſt? Olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu, hodie uero poteſt. Idem ſit repetitum quo ad cellulam uiri uxoris. Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralem. Per carnalem copulam uiri & mulieris, inter conſanguineos mulieris & uirum, & inter conſanguineos uiri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam uiri & mulieris, & non uiri, & uxoris, collige ex his quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris & uirum, & conſanguineos uiri, & mulierem, ideo dixi: quia inter uirum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt

Regula magiſtralis gradus affinitatis & genus manifeſtans.

affinitatis

affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos uiri & conſanguineos mulieris, nulla eſt affinitas: unde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum uirum, & conſanguineos uiri & ipſam mulierem extra de conſanguinitate & affinitate, quod ſuper his. Primi generis quare dixerim, etiã ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt cõſanguinitas, uide hoc in arbore. Nam frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis. & ſic uxor fratris ſorori. & ſic filia ſororis eſt filio fratris & ipſi fratri in ſecundo gradu conſanguinitatis. Maritus eius in ſecũdo gradu affinitatis, & econuerſo, & ſic in reliquis. Vnde uir proneptis ſororis, attinet fratri & omnibus deſcendentibus, qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu conſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. Qui ſunt in arbore. ideo dixi, quia ſi pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & ſic attinet quinto gradu ſecundum regulas traditas in proxima arbore. Poſt hoc notandum eſt, illud præciſe non ſequitur, ego & tu ſumus affines: ergo filius quem procreo eſt tibi affinis. Nam interdũ filius meus mutat genus attinẽtiæ: quia ego ſum tibi affinis, & ipſe conſanguineus. Interdum nil attinet, tibi, interdum mutat gradum, interdũ nec mutat genus, nec gradum. Exemplum. ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionem mei, quia ſcilicet contraxi cum conſanguinea tua, ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo, ille eſt tibi conſanguineus, non affinis, ſed ſi ego maritus conſanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec eſt tibi conſanguineus, nec affinis. Si uero tu conſanguineus uxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis. Sed ſi tu & uxor mea eratis in æquali linea uel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipſa in ſecundo uel primo, tunc ipſe filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si uero tu & uxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali, ſed uxor mea erat remotior, ut quia ipſa in tertio, & tu in ſecundo tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipſe affinis: tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item not. quod iſtud etiã non ſequitur, ego & tu ſumus affines, & ego non poſſum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia ſi habeam conſanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea quam habui ex alia muliere, quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos uiri, & conſanguineos mulieris: ſed inter uirum & conſanguineos mulieris, & inter mulierem & conſanguineos uiri: ut dixi. & probatur extra de conſanguinitate & affinitate, quod ſuper his. Sed ego non poſſum cõtrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartũ gradum, ut quia eſſet in quinto. & eſt ſimile ſecundũ quod dixi ſupra in proxi. arbore circa finem.

Affinitas, per notabilis declaratur.

Nunc quæritur, an affinitas inter aſcendentes & deſcendentes habeat perpetuam prohibitionem: an extẽdatur tantum uſq; ad quartum gradum? Et ſi teneremus opi. Goffre. de qua dixi ſupra in arbore proxima circa medium, diceremus quod uſque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio ſit perpetua. Dixit enim text. quod ita abſtinere debemus à conſanguineis uxoris, ut à proprijs. extra de conſang. & affini. c. j. xxxv. q. ij. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes & deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem inſtit. de nup. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines aſcendentes & deſcendentes habentur loco parentum & liberorum. ff. de grad. l. non facile. §. & retro. in fi. Eodẽ modo poſſet formari quæſtio de affinibus, quorũ unus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſanguineis dixi ſupra in arbore proxima, in fin. An autem liceat diuerſis temporibus habere in uxores duas cognatas, ſcilicet uxores duorum fratrum & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſsint. de hoc uide not. extra de cõſanguinitate & affinita. cap. non debet. Vltimo quæritur ad utranq; arborem, an prohibitio conſanguineorum uel affinium cõiungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias, quod olim propter neceſsitatem frater neceſſario habuit contrahere cum ſorore, & conſanguinei cum conſanguineis. Vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico uero prohibitæ fuerunt fere duodecim perſonæ, quas uide not. extra de reſtit. ſpol. literas. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit conſanguineos & affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu & citeriori, quæ prohibitio poſtea uſque ad quartum gradum eſt reſtricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibuſdam alijs prohibitionibus, ut patet. Reuocatio uero fuit ex cauſa quæ ibi ponitur, & extra de teſtib. cap. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis lineæ collaterales cõtrahere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo. Ratio uero prohibitionis ſumitur. xxxv. q. j. §. j. cap. j. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherẽ cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, uir & frater, &c. Sed ſi alium habeo patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas protenderet, in qua uniuerſi fideles & præcipue ſtudentes continue perſeuerent per gratiam eius, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Affinitatis ꝓhibitio inter aſcẽdẽtes & deſcendẽtes, eſt perpetua.

Cõſanguinei & affines quo iure ꝓhibẽtur cõiungi.

Rõ prohibitionis matrimoniorũ inter aliquas perſonas, de iure poſitiuo.

QVAESTIO VI.

NVnc quæritur quib. accuſantibus uel teſtificãtib. cõſanguineorũ coniunctio dirimẽda ſit.

De his ita ſcribit Fabianus Papa.

Cõſanguinei tantùm, uel ſi progenies defecerit, antiqui, et ueraces propinquitatẽ in ſynodo computent. CAN. I.

COnſanguineos extraneorum, b nullus c accuſet, d uel cõſanguinitatem in ſynodo computet, e ſed propinqui f ad quorũ notitiã g pertinet, id eſt, pater & mater, ſoror & frater, patruus, auunculus, amita, matertera: & eorum procreatio. ſi aũt progenies tota defecerit, h ab antiquioribus & ueracioribus quibus eadem propinquitas nota ſit, i epiſcopus canonicè perquirat, & ſi inuenta fuerit propinquitas, ſeparentur.

Cæleſtini Papæ decretum eccleſiæ Florentinæ miſſum.

PALEA.

VIdetur nobis ꝙ ſecũda, quã contra prohibitionẽ eccleſiæ duxit, nõ ſit uxor: etiã ſi primã non haberet diſponſatã: nam quod cõtra interdictum et ordinem eccleſiæ factũ eſt, ratum non haberi tam humanæ quàm diuinæ legis proclamat authoritas. Quia igitur ea quã inordinatè ſuperduxit ꝓhibitione retinẽte, uxor non eſt, eam cogendus eſt recipere, quã iurauit & diſponſauit, & ex ea prolẽ genuit: ut iuramenti religio, nõ uilipendatur, et fides adinuicem promiſſa ſeruetur, et proles in cultu Dei nutriatur et educetur, et alij exinde occaſionem peccãdi, & alios decipiendi aſſumere non ualeant. Quòd aũt parẽtes fratres & cognati utriuſq; ſexus in teſtificationem filij & filiæ ad matrimoniũ coniungẽdũ uel dirimendũ admittantur, tã antiqua cõſuetudine legibus approbata, q̃ diuinis & humanis legibus approbatã. In dirimẽdo aũt matrimonio, ideo maximè parẽtes recipiuntur, ſiue ſi defuerint parẽtes, proximiores admittuntur, qm̃ unuſquiſque ſuã genealogiam cum teſtib. et chartis, cũ exercitatione et recitatione maiorũ ſcire laborat. Quia igitur alijs melius ſciunt, ideo maximè admittunt: ſimiliter etiã recipiũtur et in teſtificationem matrimonij coniungẽdi. Qui enĩ melius recipi debent, quàm illi q melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe?

NVnc quæritur. Hæc quæſtio diuiditur in ſeptẽ partes, in prima quarũ probatur per iij. c. ꝙ conſanguinei debent computare parentelã ad coniungendũ uel ſeparandum matrimoniũ. & ſi defuerit parẽtela, uicini antiquiores. Secunda ibi, Ecce. Tertia ibi, Hoc iuramentum. Quarta ibi, Ab hoc. Quinta ibi, Qui uero. Sexta ibi, Occaſione. Septima ibi, Recepturus. Ioan. de Fant.

a Nunc quæritur. Hæc qõ. vj. expeditur. ĩ. eo. c. j. & ij. & extra qui matri. acc. poſ. videt. & ex̃. de ſent. & re iud. tenor. nã cõſanguinei præferunt extraneis ea ratione, quia melius poſſunt ſcire ſuã conſanguinitatem cum chartis, cum teſtibus, cum recitatione maiorum, & alijs argumentis. hoc tamen qđ dicitur de conſanguineis in teſtimonijs admittẽdis, exaudi tantum cum de conſanguinitate agitur. nam ſi ſuper alio ageretur, non ſunt admittendi niſi cum eo temperamẽto quod dixi iij. qõ. v. in princip. & hoc probatur extra de teſt. ſuper eo. Item licet ſoli cõſanguinei accuſare poſsint matrimoniũ, tamen quilibet poteſt denunciare, ut ex̃. de cog. ſpiritua. & licet per denũtiationem non agatur niſi ad pœnitentiã, ut ex̃. de accuſ. ſuper his. tñ qa in hoc caſu nõ poſſunt pœnitere, niſi ſeparentur, iudex ab officio ſuo eos ſeparabit. 1 argum. xxiiij. q. iij. ecce.

Conſanguinei ꝑferuntur extraneis, quãdo ſuper matrimonio eſt quæſtio.

b COnſanguineos extraneorum. Argumen. quod peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in cauſa conſanguinitatis, & quod propinqui cæteris perſonis præferantur ſi cõtradixerint: quod eſt uerum, ut extra qui matrimo. accuſ. pc. Uidetur.

1 Ad hoc facit qđ not. ĩ. ij. q. j. ſi peccauerit frater. in j. glo. in fi. Archid.

c Nullus. Niſi deficiente parentela, ut hic in fine.

d Accuſet Improprie ſecundum H arg. C. de inoffi. teſta. parentibus. ubi ponitur accuſare pro agere. Et nota. ꝙ accuſatio matrimonialis non eſt criminalis nec ciuilis, etiam ubi de crimine agitur in foro eccleſiaſtico: ſed miſta. extra de procu. tuæ.

Matrimonialis cauſa eſt miſta.

e Vel conſanguinitatem in ſynodo cõputet, &c. Hoc referas ad teſtem. Et eſt arg. ꝙ nõ poteſt idẽ accuſator eſſe & teſtis in cauſa criminali: ꝙ uerũ eſt, licet quidam conſentiãt dicẽtes hoc ſpeciale eſſe in matrimonio, ut idem ſit accuſator & teſtis: ſicut eſt ſpeciale qđ nõ iuretur in eo de calumnia, cum ſit quæſtio ſpiritualis. extra de iurament. cal. literas. & quod cõſanguinei admittuntur, & quod nõ omnino ibi obſeruatur ordo iudiciarius. extra ut lite non conteſt. ad hoc Deus. & ꝙ ualet teſtimonium de auditu. infra ea. de parentela. & quod poſt publicationem atteſtationum, teſtes poſſunt induci. extra de teſtib. ſeries. & cap. licet.

Accuſator & teſtis idẽ eſſe nõ põt in cauſa criminali.

f Propinqui. Hic præferuntur propinqui, & in accuſatione adulterij. C. de adulte. l. quãuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de lib. ho. exhi. l. iij. § penult. & in accuſatione de effuſis & eiectis. ff. de effu. & eiect. ſi uero. §. cũ autem.

Propinqui præferunt alijs, in certis caſibus.

g Notitiam. Argumen. quod non ſit idoneus teſtis in hac cauſa, qui non habuit notitiã conſanguineorum quos cõputat, ſi ſuo tempore fuerint.

h Defecerit. Quia nõ ſunt, uel neſciũt, uel ſunt infantes.

i Nota ſit. Ante motam qõ. extra de conſangui. & affini. ex literis. 2

2 Sed qñ dicit̃ mota q̃ſtio? dicit Vincẽ. ex quo matrimonij intentio eſt. ex̃. de offi. de leg. cõſultationib. Arg. xxij. qõ. v. hoc uidetur. Archid.

VIdetur. Hoc c. fuit olim. extra de matrim. contra. contra interdict. eccle. c. j. ſed hic eſt palea.

Notiſi-

ita ut ſi non interſint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundùm leges nullum fiat matrimonium? Quod uerò legitur, pater nõ recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris: in criminalibus cauſis et cõtractibus uerum eſt: in matrimonio cõtrahendo et diſiungendo, ipſius coniugij prerogatiua quia & fauorabilis res eſt, congruè recipiuntur.

Itẽ Vrbanus Papa Richardo Ianuẽ. epiſcopo.

Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant.

CAN. II.

NOtificamus tibi, ut poſtquam tres aut duo ex propinquioribus iã defunctæ [a] uxoris uel uiuæ eius qui accuſatur, hãc propinquitatem iureiurãdo firmauerint, uel ſi tres aut duo ex antiquioribus Ianuẽſibus, quibus hęc propinquitas ſit nota qui bonæ famæ [b] & ueracis teſtimonij ſint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo ſtudio, ſupradicto modo cõſanguinitatem firmauerint, ſine omni mora, coniugia diſſoluantur. ꝙ ſi propinqui aut extranei uerbis tantũ propinquitatem teſtãtur & iuramẽto probare noluerint uel nequiuerint, coniugiũ nullatenus diſſoluatur, ſed competens eis [c] pœnitentia ꝓpter infamiã uel peccati maculã (ſi fortè in hoc cõtraxerint [d] aliquã) iniungatᷣ.

Itẽ ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia.

Sue confeßioni relinquuntur, quorum inceſtum nullus iureiurando affirmat.

CAN. III.

SI duo uiri uel tres, cõſanguinitatèm iureiurãdo firmauerint, uel ipſi fortè cõfeſsi fuerint, coniugia diſſoluãtur: ſi uero neutrũ cõtigerit, epĩ eos per baptiſmũ, per fidem Chriſti, per Chriſti iudicium in uera obedientia obteſtẽtur, quatenus palàm faciãt, utrum ſe (ſicut eſt fama [e]) recognoſcãt eſſe cõſanguineos. ſi negauerint, ſibiipſis relinquendi ſunt, ita tamen ut ſi aliud in conſcientia habeãt, ſe à liminibus [f] eccleſiæ, à corpore, & ſanguine domini, à fidelium cõmunione nouerint ſegregatos atq; infames [g] effectos, donec [h] ab inceſti facinore deſinant, ſi ſe iudicio epõrum ſegregauerint qui iuuenes ſunt, alia matrimonia cõtrahere nõ prohibeantur. [i] Ecce quibus accuſantib⁹ [k] uel teſtificãtibus conſanguineorũ coniunctiones, ſunt dirimendæ.

Matrimonio niſi ſerui an poſsit ad teſtimonia ſeruorũ diſſolui.

[a] NOtificamus. Defunctæ. Mortua enim erat vxor eius cuius conſanguineam poſtea accepiſſe dicebatur, uel affinem.

[b] Bonæ famæ. Argum. quod debent eſſe bonæ famæ teſtes in probanda conſanguinitate, ut extra de teſtibus, in literis. & extra eod. tit. licet. ſed quid ſi criminoſus ſeruus uel infamis contraxit, nunquid poſſunt admitti ibi homines ſimilis conditionis? uidetur quod ſic. ij. q. vij. ſi hæreticus. C. de inoffic. teſtam. in arenam. Dico quod non, ſicut nec dico alias criminoſos teſtes contra criminoſum admittendos. nec enim habet ibi locũ replicatio. ex. de except. à nobis.

[c] Eis. i. accuſatoribus. Teſtes enim non puniuntur ante, quã dixerint teſtimonium. arg. C. de teſti. nullum. eſt tamen argu. hic pro H. ꝙ idẽ poſsit eſſe accuſator & teſtis in huiuſmodi cauſa. 1

1 Non eſt falſum ſecũdum id quod not. iiij. q. iiij. c. j. in glo. ibi, ſed nota. ſ. ea. in ſum. idem qđ dicit hic Arch. Cõſanguinitas non ꝓbatur ꝑ coniuges, niſi fama cõcurrat.

[d] Contraxerint. Sed forte non bono zelo diffamauerunt matrimonium, ut C. de adulterijs, quamuis. in fine.

[e] SI duo. Sicut eſt fama. Nã ſine fama, nõ ſufficeret eorum confeſſio, ut extra de eo qui cog. conſangui. uxo. ſuæ. ſuper eo. licet H. dicat ſufficere ſi uterq; iuret ſeptima manu. xxxiij. qõ. j. requiſiſti. ſed contra eũ eſt extra de eo qui cogn. conſang. uxo. ſuæ, ſuꝑ eo. vbi dicit, ꝙ rumor, &c. Sed dici poteſt, ꝙ aliud eſt ubi ſe conſanguineos dicunt, ut hic aliud ubi turpitudinem allegant, ut ibi: quia nec tunc familiares teſtes admittuntur, ut extra de teſtib. in literis. Vel facias uim in eo quod dicit rumor, &c. quia aliud eſt quam fama. 2 Item ſi adeſt præſumptio uiolenta cum fama, ſufficit: ut extra de teſtib. præterea.

2 Rumor eſt, qñ aliqua pars uicinię unũ dicit. fama eſt, qñ tota ciuitas dicit ſiue clamat, ſecũdum Hoſtien.

[f] A liminibus. Segregatos, &c. ſed dic ſegregatos quo ad ſacramenta, ſicut quilibet in mortali peccato exiſtens. j. quæſt. j. ſacerdotes.

[g] Atque infames. Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam. vj. quæſt. j. infames.

[h] Donec. Argu. ꝙ infamia per pœnitentiã aboletur.

[i] Non prohibeantur. Ratione iuuenilis ætatis, uel ipſo iure ſi ignoranter coniuncti ſunt. argu. xxxiij. q. ij. interfectores. & cap. in adoleſcentia. xxxiij. q. j. §. j. Ecce. Hæc eſt ij. pars huius quæſtio.

[k] Ecce quibus accuſantibus. Grat. prout colligi poteſt ex titulis iſtis, quatuor ponit genera ſacramentorũ. Primo ponit ſacramentum accuſatoris in primo c. de parentela. Secundo ponit ſacramentũ ſynodalium teſtiũ in cap. epũs. Tertio teſtium in c. de parentela illa. Quarto ſacramentum eorum qui ſeparantur, in cap. ab iſto. Dicunt tamen quidam Gra. deceptum fuiſſe per cõſuetudinem Italiæ, quæ eſt ut accuſator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. Nam quidam dicunt, ꝙ accuſator iurare non debet, quia nec etiã de calumnia in huiuſmodi cauſa iuratur. extra de iur. cal. lr̃as. vnde utrunq; c. de parentela, intelligiᷣ de ſacramento teſtium, ſed de parẽtela primũ loquiᷣ de ſacramẽto teſtium, ꝙ diciᷣ eſſe ſeparationis, quia ꝑ illud ſeparãtur, quorum m̃rimoniũ accuſaᷣ. In illo autem c. epũs ſit mentio de iuramẽto teſtium ſynodalium, ꝙ nõ diciᷣ ſeparationis, prout dicit præcedens ca. quia per tale iuramentũ nulli ſeparãtur, quia per illud ſe non obligant ad aliud teſtes illi ſynodales, niſi ut nuntient epõ quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nuntiauerint epiſcopo, ſi uoluerint quòd ſeparentur, oportet quòd iterum præſtent aliud ſacramentum, de quo habes in capitulo de parentela. in quo plus eſt: quia debent addere de credulitate: ſed teſtes ſynodales non iurant niſi de auditu. Nec contradicit extra de teſtibus. quoties. ubi dicitur ꝙ de ſcientia debẽt iurare. nam illud per hoc intelligo. In illo autem c. ab iſto, ponitur ſacramentum

Sacramentũ quadruplex eſt, circa cauſas matrimoniales.

Teſtes ſynodales, quid iurant.

eorum,

Cuiuſmodi uerò iuramentum ab accuſatore a ſit exigendum ex Romano ordine habetur.

Eſt autem huiuſmodi.

Iuramentum accuſatoris.

CAN. IIII.

DE parentela illa, quã dicunt eſſe inter iſtũ & iſtam eius coniugem, quicquid inde ſcis, aut audiſti b à tuis uicinis, aut à tuis propinquis antiquioribus, tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, nec propter præmiũ, aut propter conſanguinitatem, celabis epiſcopo tuo, aut eius miſſo, cui hoc requirere c iuſſerit, quandocunque d te ex hoc interrogauerit ſic Deus te adiuuet, & iſtorum ſanctorum reliquiæ.

Iuramentum teſtium.

CAN. V.

ILlud † ſacramentũ e quod iſte iurauit de illa parentela, quæ inter filium N. & eius coniugem N. computatur, quòd tu illud obſeruabis inquantum ſapis. ſic te Deus adiuuet.

Hoc iuramentum non eſt ſeparatiõis: f *ſed ſynodale, inſtitutum ab Eutiчiano papa ſecundo.*

Ait enim.

Synodale iuramentum.

CAN. VI.

EPiſcopus in ſynodo reſidens, poſt cõgruã allocutionem g ſeptẽ ex plebe eius parochiæ, uel eo amplius prout uiderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque ueraciores uiros, in mediũ debet aduocare, & allatis ſanctorum pignoribus, h unũquenque illorum tali ſacramento conſtringere, ut amodo i in antea quicquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodum k inquiſiturus es, quod contra uoluntatem Dei, & rectã † Chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenit tantùm ad tuã cognitionem quocunque modo perueniat, ſi ſcis, aut iudicatum fuerit tibi ſynodalem l cauſam eſſe, & ad miniſterium epiſcopi pertinere, quòd tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretiũ, nec propter parentelam ullatenus celes epiſcopo tuo, aut eius miſſo cui hoc inquirere iuſſerit quandocunq; ex hoc te interrogauerit. ſic te Deus adiuuet, & illæ ſanctorum reliquiæ. Illud ſacramentum quod iſte iurauerit, de ſynodali cauſa, quod tu illud ex te ita obſeruabis inquantum ſapis aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es. ſic te Deus adiuuet.

Ab hoc iuramento, illud m *ſumptũ eſt, principio paululũ deriuato. Porrò de iuramẽto ſeparationis* n *Innocentius papa ſecũdus ſcribit Ottoni Lucenſi epiſcopo, dicens.*

Iuramentum illorum qui cõſanguinitatem probant.

CAN. VII.

DE parentela illa, unde nos cõſulere uoluiſti, pro qua etiam eſt ad noſtram audientiam appellatum, aliorum fratrum ſcripta ſuſcepimus, qui utique cauſam ipſam diuerſo o modo narrabant. Et primò quidem, tam in gradibus,

---

…torum qui ſeparantur propter conſanguinitatem.

a Ab accuſatore. Hoc falſum eſt ſecũdum quoſdam, imo à teſtibus.

b DE parẽtela. Audiſti. ante motam q. extra de conſan. & affini. ex literis. ideo autem hic admittitur teſtimonium de auditu, † qa difficile eſt, ꝙ aliquis ſciat quouſq; conſanguinitas protenditur ff. de gra. cog. non facile. circa prin. licet hoc ſit correctũ per illud extra de teſti. licet. & nota ꝙ ſecũdum quod Grat. inducit hoc cap. habes ꝙ accuſator debet iurare de ueritate dicenda, licet non de calumnia. & eſt argum. ad idẽ extra de deſponſa. impu. atteſtationes. admittit aũt teſtimonium de auditu tantũ, ubi agit de conſanguinitate, alias per auditum nõ probaretur matrimonium, imo putaretur clandeſtinum.

b Aut audiſti. arg. teſtimonium de auditu eſſe recipiendum: ut iij. q. ix. §. de his. xxiiij. q. ij. ſuper. & cap. quanquam. xxxiiij. q. j. non ſatis. hodie nõ: ut extra de teſtib. licet.

c Requirere. ſimile extra de teſti. ſi teſtium. & hic eſt intellectus.

d Quandocunque. dũtamen ante teſtiũ publicationem. extra de teſti. fraternitatis. & c. ſeries. Vel dico, quòd iudex ex officio ſuo etiam poſt apertas atteſtationes, põt requirere à teſtibus extra de conſang. & affi. c. j.

e ILlud ſacramentum. ſecundum intellectum G. hoc iuramẽtũ eſt teſtis, præmiſſum accuſatoris. ſed melius eſt, ut primo exprimatur forma ſub qua iurant ſequentes. H.

Hoc iuramentũ. Hæc eſt tertia pars quæſtionis.

f Non eſt ſeparationis. i. non fit ſeparatio ad iſtud inter eos: quorum matrimoniũ accuſatur, niſi iterũ præſtetur ſacramentum ſeq. c. quod aperte colligitur extra de teſt. cog. præterea.

g EPiſcopus. Allocutionẽ. i. prædicationem. x. q. j. placuit.

h Pignoribus. id eſt, reliquijs, quibus obligatur ſicut per pignora.

i Amodo. Argum. ꝙ ſine accuſatore, contra aliquem inducere teſtes poteſt epiſcopus, & pronunciare, & qđ idem poſſit eſſe iudex & accuſator. ſimile vj. q. ij. ſi tantum. xj. q. iij. præcipue. & ĩ. ead. q. c. j. & ij. q. v. presbyter. ſimile. ĩ. iiij. q. iiij. c. j. & ij. contra.

k Poſtmodum. Arg. quòd in cauſa conſanguinitatis teſtimonium poteſt ferre quis, de his quæ decenter didicit. argu. contra. ĩ. ea. in c. tribus. & arg. extra de conſang. & affin. ex literis. ſed hic poſtmodum non intelligit poſt motam quæſtionem, ꝙ ibi prohibetur: ſed poſtmodum. i. de cætero. & ſic p æquiuocationem ſolue. ad hoc ꝓxi. q. qđ autẽ.

l Synodalem. Imo quælibet cauſa eſt ſynodalis indirecte ut extra de iudi. nouit.

m Illud. ſcilicet de parentela.

Ab hoc. Hæc eſt quarta pars quæſt. Io. de Fant.

n Separationis. i. ad quod fit ſeparatio teſtium.

o DE parentela illa. Diuerſo. ergo nulli erat credendum: ut iiij. q. iij. itẽ qui falſo. Vel loquit hic de diuerſitate teſtiũ, ꝙ diſcor-

---

† Adde alios caſus in quibus admittitũ, no. do cto. in l. ſi arbiter. ff. de proba.

† alias, illud.

† alias, totam.

Accuſator & iudex, põt idem eſſe,

Huic cõtrario ſtãdum eſt, & quod præmittit falſum ẽ. nã epẽs nõ eſt accuſator & iudex ĩ hoc caſu ſed unus iuratorũ accuſat, & alius introducit teſtes alios. Archi.

diſcordant: tenentur enim teſtes ex utroque latere probare cõſanguinitatẽ: ut extra de conſan. & affin. ex literis. & ſingulos gradus clare diſtinguere, & proprijs nominibus nominare perſonas oẽs, uel ſufficienti circunlocutione, & debent uidiſſe, ꝙ perſonæ conſtitutæ in uno prædictorũ graduũ, ſe pro conſanguineis habuerunt: ut extra de teſti. licet. ij. Sed certe teſtes, qui debent probare conſanguinitatem, debent incipere à principio, & ſic deſcendere uſque ad perſonas illas de qbus quærit. ſi incipiũt à duobus fratribus, & bene probant illos fuiſſe fratres, ſed de patre eorum nihil probant, nec inde aliquid ſciunt, & alios deſcendentes probant gradus, nunqd hoc ſufficit? Dico ꝙ ſic: quia de ſtipite non inuenimus cautũ, ſed tantũ de lateribus: ut extra de teſtib. ſeries. & ipſos fratres canon quandoque ponit pro ſtipite. ĩ. ead. q. v. c. j.

a Poſtmodum. Ponamus ergo, quòd Petrus & Berta, qui ſunt frater & ſoror, contrahunt matrimonium, & duo teſtes bene probant Petrum eſſe filium Ioan. ſed de Berta nihil ſciunt. Itẽ alij duo probant Bertã eſſe filiam Ioannis, ſed de Petro nihil ſciũt, ſeparabitur ne tale matrimonium? Dicũt oẽs ꝙ non, [1] qa nec iſti duo probant conſanguinitatẽ, nec illi duo. nam aliud probant iſti, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, cæci ſunt: quia ſi probaui aliquem eſſe filiũ alterius, illum patrem eſſe iſtius probaui. Sed in caſu iſto probatũ eſt iudici, quod

1 Iſta fuit ſñia Laurentij, ꝓ quo facit expreſsè extra de teſti. ca. licet. & qđ not. in gl. prædic. & hãc ſentẽtiã tenẽt Bernar. & Gof. in ꝑdic. ca. licet. Arch.

quàm in nominibus perſonarum diſcordaſſe, poſt modum [a] uerò in altero eorum cõputatores eiuſdem parentelæ dicuntur conueniſſe. Cæterùm in huiuſmodi caſibus, ſummopere conſideranda eſt qualitas perſonarum, quæ aliquid contra quoſlibet aſtruere uelint, quæ etiam iuſiurandum præſtare debent quòd neque gratia, neque pretio, uel timore, uel odio alicuius, hoc dicunt: contra eos de quibus agitur, ſed potius, quia credant [b] ita uerũ eſſe, & ita ſe à ſuis anteceſſoribus audiuiſſe in quibus omnibus, non debet aliqua uarietas uel contrarietas [c] inueniri.

5 *Qui uerò ſeparantur abinuicẽ, huiuſmodi iuramentum præſtabunt.*

Iuramentum ſeparationis.

CAN. VIII.

AB iſto die in antea, tu per nullum ingenium te ſociabis huic tuæ conſanguineæ nec in coniugio, nec in adulterio, nec cum illa ad unam menſam manducabis aut bibes, aut ſub uno [d] tecto manebis: niſi in una eccleſia, aut in alio loco publico, ubi nulla mala ſuſpicio poſsit eſſe, ut ibi corã teſtibus idoneis pro certa neceſsitate pariter colloquamini: nec aliam coniugem accipias, niſi fortè poſt actam pœnitentiam, tibi licentia [e] data fuerit ab epõ tuo aut eius miſſo. ſic te Deus adiuuet. [f]

6 *Occaſione uerò conſanguinitatis uxorem ſuã dimittere & aliam ducere non licet alicui, niſi cauſa primùm probata fuerit.*

Vnde Alexander papa ſecundus, Guillelmo de Monſtrolico.

Niſi coram eccleſia conſanguinitate probata, uxorem dimittere non licet.

CAN. IX.

MVltorum relatione cognouimus, te ꝓpriã uelle abijcere [g] uxorem, & adhærere alteri prætendentẽ conſanguinitatis occaſionẽ. unde apoſtolica authoritate interdicendo mandamus tibi, ut hanc quam nunc habes uxorem nullatenus præſumas dimittere, uel aliam ducere, donec apud epiſcoporum religioſorũ concilium [h] cauſam iuſtam examinaueris.

7 *Recepturus uerò eam, quam iniuſtè dimiſit, hoc modo iurabit.*

Reconciliationis iuramentũ.

CAN. X.

AB iſto die in antea iſtam coniugem N. quam iniuſtè dimiſeras, [i] ita tenebis, ſicut maritus ſuam coniugem debet habere, in dilectione & debita diſciplina, nec eã per ullum malum ingenium à te ſeparabis, nec ea uiuente, aliã accipies: ſic te Deus adiuuet.

Quòd autem unius [k] teſtimonio coniugia apud quoſdam dirimuntur, nulla rõne ratum habetur. Cùm enim dominus dixerit: Omne uerbum [l] ſtabit [m] in ore duorũ uel trium teſtium. Item cùm in Hilerdenſi concilio dicatur: Omnis cõtrouerſia, quæ de eccleſiaſticis rebus fit, ſecundùm diuinam legem ſub duobus uel tribus teſtibus termineẽ, domino dicente: Non unus

Ioann. eſt pater Petri. Similiter eſt ei ꝓbatũ, quod Ioan. eſt pater Bertæ, ergo conſtat iudici, quod idem eſt pater utriuſque, ergo conſanguinitas eſt probata. & forte primi melius dicunt.

b Quia credant. Sufficit quòd iurent de credulitate, nec eſt contra extra de teſtib. quoties. illud enim intelligo per hoc, & ita præſtant iſti duo ſacramenta. Ioan. de Fant.

c Vel contrarietas. Hic reſpondet qõni factæ. Ioan.

Qui uero. Hæc eſt quinta pars huius quæſtionis.

AB iſto die. d Sub uno. i. loco ſuſpecto. nam qui male agit, &c. xviij. q. ij. pernicioſam.

e Licentia. cum ſit ſenex. Si enim eſſet iuuenis, de iure communi poſſet contrahere, ſecundũ quoſdam: ut not. xxxiij. q. ij. in adoleſcentia.

f Deus adiuuet. ſed clericus cum ſeparetur à concubina ſua, non debet iurare: ut extra de cohab. cleri. & mulie. clericos.

Occaſione. Hæc eſt ſexta pars quæſtionis.

MVltorum. g Abijcere. Propria authoritate, quod non licet. xxxiij. quæſt. ij. ca. j. & ij. h Cõciliũ. hoc olim. Vel exaudi diſtributiue. De hoc not. xxxiij. q. ij. cap. j.

Recepturus. Hæc eſt vij. pars q̃õnis. Deu. 17. d

i AB iſto. Dimiſeras. authoritate propria: uel per eccleſiam ſi fuit decepta.

k Quod aũt unius. Hæc quæſtio incidẽter proponitur.

l Omne uerbum. ĩ. ij. q. iiij. §. j. & cap. placuit.

m Stabit. Niſi in caſu Matt. 18. b

caſu. de conſecra.diſtin.iiij.placuit. & lxxxvj. diſt. tanta.& viij.quæſtio.iij.talia.

Filij ex matrimonio illicito nati, poſſunt eē legitimi.

a Qvod autem ſi parentes neſciunt impedimentum, non eſt dubiū quin filij ſint legitimi, vt extra qui filij ſint legi. cum inter. Si autem vnus ſciuit, & alter neſciuit, dicūt quidam, quod quantum ad ſcientem, non ſunt legitimi, ſed quantum ad ignorantē ſunt: argu.xxxij.q.ij.ſolet quæri.& C.ſolu.matr. ſi ignorās. Sed licet H. & L. ita dixerint, tamen reprobat eorum diſtinctio extra eod. ex tenore. quia inconueniēs eſſet, ꝙ aliquis eēt partim legitimus, & partim illegitimus: ſicut nemo poteſt partim eſſe liber, & partim ſeruus.ff.de libe. cau. duobus. ſed ſi ambo parentes ſciunt impedimentum, tales filij non ſunt legitimi, licet eccleſia habuit illud ꝓ mr̄imonio, vt extra de clāde. deſpō ſa.cum inhibitio.

b Qvid eſt. Dubitando dicit, & tamē ſoluit: & interrogando reſpondet.ſic xxij.q.ij.quod ait.

Filius nō eſt, qui bonus nō ē.

c Sine filijs.ſ.legitimis. Dicuntur enim non eſſe filij, qui nō ſunt boni. xij.q.ij.non liceat. arg.xxxij.q iiij.dicat. & xl.diſt.multi. ergo verbo generali tātum, legitimi continentur. extra de iureiurā. Quintauallis.ff. de ope. liber.ſi libertus.

ſtet contra alium, ſed in ore duorum uel trium teſtium, ſtet omne verbū. Item cum alibi dicatur: Nullius perſonæ quantumlibet exercitatæ teſtimonio, aliquid credatur: euidentiſſimè apparet vnius aſſertione, cōiugia non eſſe dirimenda.

QVAESTIO VII.

Qvòd autē[a] *q̃ritur, ſi illi, q de inceſtuoſis naſcuntur, filij reputentur, Auguſtinus in libro quæſtionū ſuper Leui. capitu.lxxvij. determinat ita dicens:*

Non appellantur filij, qui de inceſtuoſis naſcuntur.

CAN. I.

Qvid eſt[b], quicunque dormierit cum cognata ſua, ſine filijs[c] morietur, cùm filij ex huiuſmodi cōiunctionibus & antè nati ſint, & hodie naſcantur? an hoc intelligendū eſt lege Dei conſtitutum, vt quicunque ex eis nati fuerint, nō reputentur filij, & nullo parentibus iure ſuccedant?

Diſpenſatio circa matrimonia inducitur ꝓpter tria.

d De his vero qui. Hic depingitur octaua queſtio, qua queritur quo gradu poſsit diſpenſari cum conſanguineis vel affinibus. Et quidē in tertio papa ſolus: ſed In primo & ſecundo non poteſt, ut dicunt: quia in Leuitico prohibitus fuit vterq;, in cōſanguinitate & affinitate. ſed hoc falſum ē: ut extra de diuor. gaudemus. vt nota.xxx.q. iij. pyctatium, & ſunt tria q̄ inducunt hāc diſpoſitionem, proles, & tēpus. ī.ca.c.j.ff.de ritu nup. qui ī prouincia.& reformatio pacis, vt extra de deſpō.imp. accesſit. in parte deciſa. & hæc eſt indirecta diſpenſatio. In hoc n.caſu tantum uidetur diſpenſare quod poſt ſpatiū longum non admittūt accuſatorē, niſi accuſatus ipſum ſpōſe admittat: vt extra qui matri. accu. poſ. per tuas.

e De gradibus. Multa. Argumentū ratione diuturnitatis, poſſe fieri quod alias fieri non debet. ſ̄. diſt.iiii.denique. & xcv. diſt. ecce. j. q.j.cito. ī.xxiiii.q. j.ſchiſma. contra.

f Filios. Not. filiorum ſuſceptionem & annorum lōga curricula, diſpenſationē inducere ne matrimonium ſeparetur: hodie autem longitudo tēporis nō excuſat: vt extra de conſan.& affi. non debet. Io.

QVAESTIO VIII.

De his[d] *verò qui ignoranter cōiuncti ſunt, in quo gradu conſanguinitatis uel affinitatis ex diſpēſatione eccleſiæ relinquantur, Grego. ita diffinit.*[†]

Non ſeparentur, qui intra ſeptimam generationem, ignorāter copulantur.

CAN. I.

De gradibus verò cognationum, qui infra ſeptimam generationem in matrimonio ſunt inuenti ſi neſcienter fecerint, & multa[f] curricula annorum ſunt reuoluta, ita ut filios[f] habeant in vj. qui inuēti ſunt, aut fortaſſe[g] in quinto huiuſmodi non ſeparentur, donec nos, ad hos domino permittēte ore ad os[h] loquamur. Hoc aūt dico ſm indulgentiā[i], non ſm imperiū. qui verò de his duobus gradibus, nouas contraxiſſe nuptias videntur, id eſt, infra anni coronam[k], modis omnibus ſeparentur. de cęterò verò generalia ꝑ omnem prouinciam ſtatuta percurrentia taliter firgit.

† Scribens ad Auguſtinū, quē Anglorū fecerat epiſcopū.

g Aut fortaſſe. ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu, non eſt diſpenſandū, niſi ex magna cauſa. Dicunt aūt quidam, quod dominus Papa in hoc capi. dat generalē formam omnibus prælatis, quod vbi inueniūt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedunt, non ſeparēt eos, nec de cauſa cognoſcāt: alias ſic.

h Ore ad os. & ita permittit in ſuſpēſo.

h Ore ad os. Sed ſi quis recenter cōtraxerat, vel contraheret cū aliqua, quod tunc ſeparentur. Et hoc eſt qđ dixit: infra anni coronam.

i Indulgentiam. Sed obijcio tibi: aut papa diſpenſauit: aut non. Si diſpenſauit: ergo ſtatim fuit matrimonium. Quare ergo dicit non ſeparentur donec nobis loquantur? Si non diſpēſauit, quomodo ergo permiſit eos eſſe in inceſtu? Item quare ſecundum hoc ſubiungit. Hoc autem dico ſecundum indulgentiā? Solu. Papa non ſtatim diſpenſauit in matrimonio, ſed diſpenſauit in hoc quod debet differri cognitio cāe, vel etiam prolatio ſententiæ: & ideo medio tempore alter alteri non debuit negare debitum: cum adhuc non conſtaret de cōſanguinitate: vt extra vt lite pend.c.laudabilem. Vel dic, quod diſpēſauit ſub conditione ſi conſtaret de præmiſſis. Vel expone, nō ſeparentur quantum ad cohabitationē, ſed per hoc non dat eis licentiam commiſcendi.

Cauſa pendēte ſuper matrimonio, nō eſt denegādū debitum.

k Anni coronam. id eſt, anni circulum vel reuolutionē. Not. noua matrimonia dici, quæ non ſunt annua. Similiter mancipium dicitur nouum, quod nōdū ſeruiuit per annū.ff.de pub.& vect.l.interdū.§. quoties. ſimiliter vinū.ff.de vi.tri.& oleo.l.vetus.

Mancipiū dicitur nouū, quod ꝑ annū non ſeruiuit.

ı Et habes hic argu. ꝙ non dicunē noualia, quæ annum excedunt, ſimiliter nec nouū feudum. Archid.

mentur, vt nullus audeat deinceps tale ſcelus perpetrare, & qui fecerint, ſine retractationis miſericordia, acrioribus puniti vltionibus ſeparentur. Hi verò qui propinquas ſanguinis vxoris ſuæ in matrimonio ſibi ſociauerunt: ſicut iamdudũ vobis ſcripſimus: qui in eodem gradu inuenti ſunt, ſeparentur: aut ſuſpendatur eorum cauſa, vſq; dum nos inſimul domino auxiliante cõueniamus. *Idem.* De his q̃ mortua vxore, ſecundas contrahere nuptias voluerint, iuſtè & honeſtè & rationabiliter ꝓſpeximus ab eorum conſanguineis vſq; ad quartum [a] gradũ genealogię abſtineri. hoc nos ſecundùm indulgentiã ſanctæ matris eccleſię mitius prælibauimus [b]. Cæterùm iuxta ſecularium legũ cenſuram dignis coercitionibus: grauibuſque diſciplinæ inuentionibus hæc omnia mala & illicita, modis omnibus refutanda ſunt, vt in futuro deinceps tẽpore cuncta quieſcant.

Idem Felici Meſſanæ ciuitatis epiſcopo.

In quarto gradu qui coniuncti inuenti fuerint, ſeparẽtur.

CAN. II.

HAec ſalubriter præcauenda ſancimus, ne quis fidelium ad propinquã ſanguinis ſui vſquequo affinitatis [c] lineamenta generis ſucceſsione cognoſcuntur, matrimonio ſibi [d] deſideret copulare: ſed ſicut à maioribus noſtris diffinitum eſt, ita modis omnibus obſeruetur: quoniam vſque ad ſeptenarium numerum parentelæ, nulli vnquam copulam contrahere, licentiam damus, his videlicet, qui ex patre & matre conſanguinitatis deſcendunt parentela. qui etiam & quæ in quarto vel in quinto gradu coniuncti inuenti fuerint, ſeparentur: quoniã ſcriptũ eſt: Omnis † homo ad proximã ſanguinis ſui non accedat vt reuelet turpitudinem eius. & iterum: Anima quæ fecerit quippiam ex iſtis, peribit de medio populi ſui. Sanè quibus coniunctio interdicitur illicita, habebunt ineundi coniugij melioris libertatem. niſi in eodem crimine vſque ad mortem alterius eorum cõtumaciter perſeuerauerint.

Vnde in Aurelianenſi concilio.

Non ducant vxores, qui vſque ad mortem alterius in inceſtu perſeuerauerint.

CAN. III.

INceſtuoſi [e] dum in ipſo deteſtãdo atque nefando ſcelere manent [f], non inter fideles Chriſtianos, ſed inter gẽtiles aut cathecuminos [g] habeãtur, id eſt, cum Chriſtianis non ſumant cibum, nec potum, ſed ſoli [h] faciant hoc: non oſculẽt nec ſalutentur ab eis: etſi ſuis ſacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefario ſcelere ſegregari, atq; ad publicam pœnitẽtiam redire noluerint, inter eos habeãtur, qui ſpiritu immũdo periclitantur, vel etiam inter eos de quibus per ſe veritas ait: Si te nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Mat. 18.c Et ſi alter eorum morte præuentus fuerit, alter quandiu viuit grauiter pœniteat, & ſine ſpe coniugij maneat [i].

Hac authoritate qui in quarto uel in quinto gradu cõſanguinitatis cõiũcti inuẽti fuerint, ab eccleſia ſeparari iubẽt.

QVAESTIO IX.

I ps VNde quæritur [k], ſi eccleſia fraude teſtium, aut ignorantia eorum decepta aliquos ſeparauerit, qui poſt ſeparationẽ alia coniugia

a Ad quartum. Si intelligas hoc de ſecundo genere affinitatis, tunc nulla eſt ibi diſpenſatio: nec illud quod ſequitur, hoc nos, ſpectat ad illud genus affinitatis, ſed ad primum.

b Prælibauimus. id eſt, olim cõceſſimus, quibuſdam.

c HAec ſalubriter. Affinitatis. Conſanguinitatis ſigna, vel veſtigia.

d Matrimonio. id eſt, vſque ad ſeptimum gradum.

e INceſtuoſi. Primam partẽ huius capit. intellige de excluſione ſacramentorũ: ſecundam autem de anathemate. & tũc dicit, Non ſumãt cibum ſpiritualẽ. De hoc dictum eſt ſ.e. q.iij. de iceſtis. xij. q.ij. indigne.

f Manent. Poſt admonitionem.

g Aut cathecuminos. xj. q.iij. ad mẽſam. cõtra. Sol. expoſitio illa quæ ſequitur. i. cum Chriſtianis, &c. non refertur ad totum id qđ præmiſſum eſt, ſed ad aliam partem, inter Chriſtianos non habentur. Vel non de omnibus gentibus hoc intelligendum eſt, ſed de gentibus cathecuminis.

h Sed ſoli. Chriſtiani.

i Maneat. Quid iuris in hoc caſu. no. xxxiij. q.ij. §. de pęnitentibus.

VNde q̃rit. Hæc quæſtio diuiditur in duas partes: in quarũ prima ꝓbat, ꝙ ſententia retractari nõ poteſt: & hoc probat per duos canones. Secũda ibi, Quod autem. Io. de Fant.

k Vnde quæritur. Hic quęritur ſi ſententia quæ lata eſt pro matrimonio, vel contra illud, poſtea poſſit retractari? Et dicendum quod ſic: quia talis ſententia nullo curſu tẽporis tranſit in rẽ iudicatã: vt extra de ſent. & re iud. c. cõſanguinei. & capit. lator. Quidã nolebãt diſtinguere & dicere, quod ſi ſecunda m̃rimonia ſunt cõtracta, non poteſt retractari ſentẽtia, ſed ſi non ſunt cõtracta, poſſit retractari ꝑ illud quod eſt extra de teſtib. c. ſicut. xxxiij. q.j. c. ſi per ſortiarias. ſed id quod in illa decreta. ſicut dicitur. referẽdum eſt ad facilitatem [1], id eſt, non ita de facili retractatur ſententia quando ſecũda matrimonia contracta ſunt. Et illud

Sententia pro matrimonio vel contra ipſum lata, retractari poteſt.

† Mala ratio: quia ibi certæ tantũ perſonæ ꝓhibentur Leuiti. 18. & ſic de aliis nõ loquit. at lex matrimonij affirmatiua eſt. Geneſ. 1. Ergo edictũ prohibitoriũ. Præp. Mediolaca. omnes leges. co. 3.s. diſt. 1.

1 Vel intellige vt nota. ĩ. §. his ita. in glo.

cōtraxerint: & ſi poſtea deprehēſa fuerit calliditas, uel falſa opinio teſtiū, an priora coniugia ſint redintegrāda? qđ fieri nō poſſe, argumētis et authoritate ꝓbat. Snīa nanq; niſi ꝑ appellationē ītra terminū leg. cōſtitutū, releuata fuerit, irreuocabile robur obtīebit.

Hinc etiam beatus Auguſtinus ſcribit dicens:

Quæ rationabiliter deciſa ſunt, mutari non expedit.

CAN. I.

Omnibus modis eccleſiaſticæ diſciplinæ vel moderationi conueniens eſt, vt quæ rationabiliter [a] ordinata fuerint vel deciſa, nulla in poſterum debeant refragatione turbari.

Item Stephanus Papa quintus Paulo epiſcopo Placentino.

Quæ utiliter deciſa ſunt, à ſucceſſoribus roborētur, à temerarijs præſumpta, reſecentur.

CAN. II.

Loci noſtri conſideratio nos admonet rationis authoritate quę à prædeceſſoribus nřis vtiliter deciſa fuerint roborare: & quæ à temerarijs præſumpta fuerint, in promptu nihilominus vlciſci. Reum quippe ante conſpectū diuini iudicis ſe nouerit eſſe, qui nititur utiliter finita reſcindere, ac roborata quolibet auſu uiolare. Eccleſiaſtici quippe vigoris ordo contunditur, ſi aut temerè illicita prçſumant: aut non conceſſa impunè tententur. Proinde ſi negligenter ea quæ malè vſurpantur, omittimus [b], exceſſus viam proculdubio alijs aperimus.

Quia ergo ſnīa hæc rōnabiliter data eſt, nec ꝑ appellationē intra certū terminū releuata, apparet, ꝙ nequaquā priora cōiugia ſunt redintegrāda. His ita reſpondetur: Aliud eſt ſnīam reſcindere, & rōnabiliter deciſa turbare: atq; aliud, q̄ ꝑ ſurreptionē obueniunt deprehēſa corrigere. ſuū nanq; errorē [c], cuiq; corrigere licet: atq; ideò q̄ à quolibet illicitè cōmittunt, ſiue à prædeceſſoribus admiſſa inueniūtur, in melius reuocari oportet. Porrò illicitè uxor à uiro ſuo ſeparata ē, & illo uiuēte alij copulata: cùm dn̄s ſolius fornicationis cā à uiro ſuo uxorē ſeparari iubeat. Sicut ergo, ſi aliqua cuius uir putarēt defunctus, alicui copularēt, et qualibet occaſione interueniēte, ab eius cōſortio diſcederet: q̄uis iuditio eccleſiæ co-

Illud quod dico in matrimonio, dico in omnibus vbi periculū animæ vertitur, vt in baptiſmo, & ordine. Illud tamen poſſet dubitari vtrum ſnīa matrimonij ipſo iure retractetur, an ꝑ in integrū reſtitutionem? Et videtur, quod per in integrū reſtitutionem, vt extra de in inte. reſtitu. ca. ex literis. Econtra uidetur, quod ipſo iure, quia ibi ſnīa non tranſit in rem iudicatam: vt dixi. Sed licet magiſter ſpecialiter propoſuerit quæſtionem de matrimonio, tamē generaliter proſequitur an quelibet ſententia poſſit retractari. Notandū ergo, quod varijs modis retractatur ſententia. Quādoq; retractatur ſi eſt lata ꝑ ſubreptionē: vt infra ea. ca. veniam. & extra de offi. vica. capi. tua. & extra de ſenten. & re iudic. c. cum olim. Item ſi eſt lata per falſos teſtes, vel ꝑ falſa inſtrumenta: vt extra de prob. capitulo licet. & C. de fal. querela. Item ſi eſt lata per falſas allegatiões. ff. de iud. l. ſi prætor. Itē ſi interuenit falſus procurator: vt extra de ꝓcur. cap. in noſtra. ff. de iudic. l. licet. Item ſi eſt lata à iudice nō ſuo: vt extra de iudic. cap. at ſi clerici. & C. ſi à non compe. iudic. per totum. Itē per in integrum reſtitutionem [1]: vt extra de in integrum reſti. capi. requiſiuit. Item per appellationem & ſupplicationem: vt C. de preci. imper. offer. authen. quę ſupplicatio. Item retractatur ſi eſt lata ab excōmunicato, vt extra de ſenten. & re iu. cap. ad probandū. Item retractatur per implorationem triſtis auxilij, vt ſi contra ſeruū fuerit lata ſententia; ille appellare non poteſt, ſed permittitē ei implorare triſte auxilium: vt ff. de appell. l. ſerui, Item ſi fuerit lata contra ius ſcriptum, vt ij. q. vj. §. eſt autem quando. Item propter corruptionē iudicis: vt ij. q. vj. §. neuales. Sunt aūt tres modi retractandi ſententias. Quandoq; retractatur ſententia. id eſt, nulla oſtenditur eſſe, ſcilicet cū eſt lata à iudice non ſuo. ij. q. vj. cap. in primis. vel cū ꝑ falſum procuratorem lata eſt Quandoq; retractatur iudicis officio, quandoque iure actionis. Si retractatur iudicis officio, ſcilicet per beneficiū reſtitutionis in integrum: tunc tantum uſque ad quadriennium poteſt agi. C. de tempor. in integ. reſti. l. ulti. ſi autē iure actionis, ſcilicet actionis in factum: tunc vſque ad xxx. annos audietur. C. de præſcrip. xxx. anno. ca. ſicut.

a Omnibus modis. Rationabiliter. etiam Imperiali reſcripto [2]. C. de trāſac. l. cauſas. imo à limine iudiciorum expellētur, qui uolunt retractare ſententias à quibus nō eſt appellatum, vt C. ſenten. reſcin. nō poſ. l. vlt. C. vt lit. pen. l. fi. niſi propter publicam vtilitatem, vt ff. de dec. ab or. fa. quod ſemel. vel niſi reſtituendo. ff. de mino. l. in cauſæ. §. vlti.

b Loci noſtri. Omittimus. ſi. xxiij. q. iiij. c. eſt iniuſta. in fine.

c Errorem. Nota quod partibus & aduocatis licet corrigere errorē ſuū quandocunq; ante ſententiam: vt extra de cenſi. capit. olim circa mediū. C. de iu. & fac. ign. l. error. teſtibus incontinēti licet corrigere: vt extra de teſti. cogen. ca. prçterea [3] Item dominus poteſt inconti nenti errorem procuratoris corrigere: vt extra de offic. iud. deleg cap. cum olim, in fi. niſi errauerit in petendis iudicibus ſuſpectis: vt extra de cau. po. & prop. c. cum olim. de hoc xxx. q. j. cap. ſuper. & c. apud miſericordem. Itē iudex poteſt errorem ſuum corrigere in interlocutoria ſententia: vt ff. de re iud. l. quod iuſsit. ſed diffinitiuam ſententiā nullus pōt corrigere: ſiue ſit ordinarius [4], ſiue delegatus: ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalib. cauſis: vt extra

Sententia multipliciter retractatur.

Snīa tripliciter modo retractat.

Sentētia à qua nō eſt appellatū non eſt retractanda.

1 Hāc ſententiā quidam tenēt ꝓveriori, maxime ſi contractū ſit ſecūdū matrimoniū. ſicut enī authoritate iudicis ſolutū eſt: ita & authoritate eiuſdē debet reformari arg. extra de reg. iu. omnis res & ff. de regu. iur. nihil. Archi.

2 Sub. niſi ex certa ſciā princeps daret reſcriptū dicēdo, nō obſtā. tali ſententia. arg. C. de teſti. auth. hoc inter liberos. Arch.

3 Adde an & qn̄ liceat iudici recipere teſtem volētem corrigere dictū ſuum, no. Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. j. ff. de adul. & in j. repet. ff. de quæſtionib.

4 De hoc etiam no. extra de reg. iur. cū Bertholdus. in gl. ſed qualiter.

gatur redire ad eum quē reliquerat: tñ ſi poſt triēniū [a], *uirū qui mortuus putabitur, redire contigerit, priora cōiugia redintegrabunt: ſic cùm deprehendunt nō fuiſſe cōſanguinei, q cauſa cōſanguinitatis abinuicē ſeparati ſūt, prioris cōſortij fœdera ſunt reparāda* [b].

2 *Quòd aūt quæ illicitè admittūtur, uel admiſſa inueniuntur, corrigenda ſunt, uel quòd ſententia ēt Romanæ ſedis in melius cōmutari ualet: authoritate Hilarij Papæ & Nicolai monſtratur.*

Ait nanq; Hilarius epiſcopus urbis Romæ ſynodo præſidens.

Corrigendum eſt, quod illicitè admittitur, aut à prædeceſſoribus admiſſum inuenitur.

CAN. III.

QVod quis [c] commiſit illicitè [d], aut à prædeceſſoribus ſuis inuenerit admiſſum: ſi proprium periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nullo volumus ſeueritatē vltionis exercere, ſed qui i cauſis Dei vel contumacia vel aliquo exceſſu deliquerit, aut ipſe quæ perperam facit, abolere noluerit: in ſe quicquid in alio non reſecauerit, inueniet: qđ vt deinceps poſſit tenacius cuſtodiri, ſi placet omnes ſententias ſubſcriptioneſq; proprias commodate, vt ſynodali iudicio aditus claudatur illicitus [e].

Item Gregorius.

Secundùm ſuæ cōſuetudinis tenorem, Apoſtolica valet mutari ſententia.

CAN. IIII.

APoſtolicæ ſedis ſententia tanta ſemper cōcilij moderatione concipitur: tanta patientiā & maturitate decoquitur [f]; tantaq; deliberationis grauitate profertur, ut nec immutari neceſſariū ducat, niſi forte ſic prolata ſit, vt retractari poſsit [g] vel immutari, ſi ſecūdùm tenorē præmiſſæ conditionis [h] exiſtat.

Itē Innocentius Papa.

A prædeceſſoribus damnatos, aliorū ſupplicationibus in priſtinum ſtatum Apoſtolica reformat eccleſia.

CAN. V.

VEniam nunc ad maximum Fotinum [i] quaſi ad quoddā thema: & (quod mihi anxiū eſt ac difficillimum) maiorum meorū reuoluā ſententias. Fuerat quoq; de illo quoquo pacto (vt ipſi etiā commeminiſtis) aliquid vtique grauius conſtitutum: verùm quoniam id quod per rumorem [k] falſum (vt aſſeritis) ſubreptum huic

extra de offi.dele.c.in literis.C.quo & quando iud. l.ſi vt proponis.ff.de pœ.l.diui fratres, niſi ſit lata contra ordinem iuris, tunc poteſt retractari ab ordinario tantum: vt C.de acc.l.iii.& iiii. & etiam à delegato: vt extra de accu.cap. qualiter & quando. Sed licet corrigere non poſſit ſententiam, tamen poteſt eam moderari: vt ff.de offic.præſi. l.illicitas.§ vlt. Similiter ſi deceptus tulit ſententiā, poteſt denegare executionem iudicati: vt ff.de iu.l.ſi prætor.in fi. Item uerba ſentētiæ poteſt mutare, dum tamē ſenſus idem remaneat: vt.ff.de re iudi.l.actorum. Item ſupplere poteſt eadem die de fructibus 1 ff.de re iudi. Paulus. Item interpretari poteſt ſententiā ſuam, ſi eſt præſes vel procurator Cæſaris: vt ff.de app.l.ab executore.

Sententia poteſt moderari.

1 Ad idē de expenſis. Arch.

a Triennium. Maxime. argu.xxxiij. q.v.c.quod Deo.

b Reparanda. No. rem iudicatam nō præiudicare veritati in cauſa ſpirituali. Sed videtur contra extra de teſt.c. ſicut. qa ibi dicit, quod non videtur ſugeſſe aliquod remedium, niſi quod teſti imponat pœnitentia de periurio. ſed ibi ſupple ſcilicet, de facili. Vel ibi reſpicit factum, non ius. Simile no. extra de arbi. cap. peruenit 2. Quod autem. Hæc eſt ſecūda pars quæſtionis, in qua probat quod ſententia retractatur, & hoc probat per quinq; cap. Ioan.de Fint.

Res iudicata veritati non præiudicat.

2 Vel dicūt not. 7. ea. in ſumma.

c QVod quis. Hoc capi. loquitur de illicita alienatione rerum eccleſiæ: vt extra. de rerum permuta.c.ij. Secus enim ſi deliquit ſententiando 3 diffinitiue. C.ſenten.reſcin.nō poſ.l.j. ff.de re iudi.l.iudex. Arg. contra factū proprium aliquem poſſe venire.arg.xij.q.j.ca.certe ego ſum. & extra de elect.capi.noſti.

3 Etiā in cauſa ſpirituali, ſecūdū Hu.

d Illicite. Sic lv di.c.pœnitentes. Argu. contra.extra de ele.coniu.diuerſis. & extra de filiis pſby.ca. veniens.& arg.ff.de reb.eo.qui ſub tute.uel cura.l. quamuis.& extra de conceſ. preb.cap. cum ſuper.

e Illicitus. Not. argu. ad quæſt. dominicalē, iuraui q nunquam accederem ad fornicariam meā, poſt volo cum ea contrahere, nunqd poſſum? Arg. hic q ſic, & xxxj.q.j.c. relatum. & c.illud. Et arg. contra. extra de cau. poſ. c.iii.& ff.de exce. rei iudi.l. & in eadem.§.actiones.

Fornicariam abiurās, an cū illa cōtrahere poſſit.

f APoſtolicæ. Decoquitur. Hic patet tō, quare i reſcriptis Apoſtolicis nihil debet vitij reperiri, nec aliquid reprehenſibile: vt extra de reſcrip.c. cum adeo. vnde vitioſa dicentur reſcripta, ſi ſit in eis falſum latinū: vt extra de reſcrip.c.ad audientiā. ſed in teſtamentis & priuilegijs ſecus eſt. C.de teſt.l. errore.& ff.de manu.teſt.l.qui habebat. Non enim eſt veriſimile, q cum illæ literæ tot manibus decoquantur, quod ibi ſit aliqd reprehenſibile.

Reſcripta apoſtolica nihil reprehēſibile contineant.

g Retractari poſſit. Videtur ergo quod ſentētia principis poſſit retractari ſi eſſet iniuſte lata. Et ſic eſt contra. C. de appel.l. ne cauſas: vbi dicitur, quod ſi ſententia principis ſine cāæ cognitiōe fuerit lata, non poteſt retractari ab alio. nā etiā error principis facit ius inter partes: vt.ff.de ſuppel.leg.l.iii.in fin. ſed hic loquitur de ea retractatione q̄ fit per in integrū reſtitutionem. extra de in integrum reſtitu.capitu.cum ex literis.

Sententia principis, an poſſit retractari.

h Conditionis. Si conceſſum erat ad tempus ſ.ead. queſtione iij.ca. quod ſcripſi. Vel illius, ſi preces veritate nitantur. ſententia autem non eſt ſub conditione ferenda. ij.q.vj.c.ubi duum. vnde hoc non intelligitur de ea, tenet tamē ſi teratur. extra de ſenten.excom.c.à nobis, &c.

Sententia nō eſt ſub cōditione ferenda.

i VEniam nunc. Maximum Fotinum. Forte binomius erat iſte Fotinus. vel aliter, veniam ad Fotinum nunc, quaſi ad maximum quoddā thema: quia plures quæſtiones ex eo ſurgunt.

k Per rumorem. Argu. ad quæſtionem illā. Quid ſi aliquis

aliquis propter falſum rumorem eſt electus, qui credebatur peritus? quod poſtea caſſatur eius electio [t], ſicut & caſſatur inſtitutio: ut. ff. de hære. inſti. l. ſi pater. ſed legata non caſſantur ratione falſi rumoris, ut ff. de hære. inſti. l. ult. Item hoc ſcias, quod ea quæ per ſubreptionem obtinentur, etiam abſente aduerſario, retractanť: ut extra de ſent. & re iudi. c. cũ olim. nec aliquid ualet quod per literas ſubreptitias actum eſt: ut extra de offi. lica. c. tua. imo & libertas nõ retractať, licet propter iniuſtam cauſam data ſit: ut inſtit. qui. ex cau. ma. §. eadem. uerſic. ſemel. tamen nulla ẽ, ſi per ſubreptionẽ data fuerit: ut ff. de fideicom. lib. l. cum uero. §. ſubuẽtum. & iudex qui alias non poteſt reuocare ſententiam diffinitiuam licet iniuſtam, in hoc caſu ipſemet eam reuocat. ff. de iudic. l. ſi prætor.

Electio imperiti, qui credebať peritus, an debeat caſſari.

[t] Arg. cõtra. x. q. j. placuit. ubi de hoc. Obtẽta per ſurreptionẽ abſente aduerſario, retractantur.

[†] Tex. eſt in ſimili i l. inſpiciẽdum. ff. de pœn. & in l. Arrianus ff. de act. & oblig.

ſedi, & elicitũ per inſidias demonſtratur: quia res ad ſalutem rediJt, ueniam tantùm uobis hinc admittentibus poſt condemnationem more Apoſtolico ſubrogamus: [1] tantiſq; ueſtris aſſertionibus, uobiſq; tam bonis, tam charis non dare conſenſum, omnibus duris rebus, durius arbitramur: pro ueſtra ergo approbatione fratres chariſſimi, & ſententia ac poſtulatione epiſcopum Fotinum habetote. licitum eſt enim, ita conſtituere ut deprecamini: [a] & noſtram in melius conuerſam ſententiam labore uel teſtimonio ueſtro, compotem [b] uobis ſuſcipite. Euſtachium uerò à me ſæpiſsime comprobatum nolite [c] expectare ut diaconij gradu expolietur. ſolicitos enim uos pro ſalute libenter audio [d] contra etiam ſi faciendum [e] eſt, libenter nõ admitto. Cui manum porrigitis, uobiſcum porrigo: cui porrigo, mecũ porrigite.

Item Nicolaus Papa.

Sententiam Romanæ ſedis in melius commutare licet.

CAN. VI.

SEntentiam Romanæ ſedis non negamus poſſe in melius commutari, cum [f] aut ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa, pro conſideratione ætatum uel temporum [†] ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatione quædam ordinatè decreuerit: quoniam & egregium Paulum Apoſtolum diſpenſatoriè legimus [g] quædam feciſſe, quæ poſtea reprobaſſe legitur: quod tamen obſeruandum eſt, quando illa Romana uidelicet eccleſia diſertiſsima conſideratione, hoc fieri delegerit: non quando [h] ipſa quæ bene ſunt diffinita retractare uoluerit.

Innocentius epiſcopis per Macedoniam conſtitutis.

Cuiuſque iudicium Apoſtolicæ ſedis authoritas retractare ualet.

CAN. VII.

GRaue [i] non oportet uideri pijſsimis mentibus ueſtris, cuiuſquam retractari iudicium: quia ueritas [k] ſæpius [l] exagitata, magis ſplendeſcit in lucem: [m] & pernicies [n] reuocata in iudicium, grauius [o] & ſine pœnitẽtia [p] condemnatur. nam fructus diuinus eſt, iuſtitiã ſæpius recenſeri.

Item ex libro pontificali.

A prædeceſſoribus depoſiti, à ſucceſſoribus reſtituantur.

---

[a] Vt deprecamini. Arg. quod non fit ſimonia preces pro digna perſona porrigere: & pro digno depoſito reſtituendo licite poſſunt preces offerri arg. j. q. j. c. filium. & diſt. 50. clerico. & diſtinc. liiij. c. ſi ſeruus.

Preces pro digno, ſimoniã nõ inducunt.

[b] Compotem. id eſt, officij poteſtatem habentem.

[c] Nolite. Argu. quod Papa approbat, &c. ut. ſ. xxiiij. q. j. c. hæc eſt fides. ſ. xvij. q. iiij. § qui autem. & xciij. diſtin. c. ſi inimicus.

[d] Audio. Argum. opti. ad iuuandos reos criminis [a]. ſ. diſt. xlv licet ſimilia. C. de aduo. diu. iud. l. reſtituendæ. & ff. de albo ſcrib. l. ult.

[a] Arg. cõtra. ſ. 24. q. 4. cũ in iuſta. ubi de hoc.

[e] Si faciendum. Argu. quod potius de miſericordia [‡] quam de rigore iuris delinquentes debemus corrigere: quod proniores debent eſſe prælati in abſoluendo, quàm in condemnando: ut. ſ. diſt. xlv. c. licet plerunq; ſupra diſtinct. 50. cap. ponderet. & ſ. xxiij. q. iiij c. duo. & ſupra. xxvj. q. vij. cap. alligant. ff. de action. & oblig. l. Arrianus. extra de proba. cap. ex literis. extra de ſortile. ex tuarum. contra diſtinct. lxxxvj. cap. non ſatis ſit. ſupra diſtinct. ix. c ſana. & ſupra. j. q. vij. c. diſpenſationes. Ioan.

Miſericordia, eſt rigori præferenda.

[‡] i. ſecundũ miſericordiã: rigore. i. ſecundũ iuris rigorẽ.

[f] SEntentiam. Vel temporum. lv. diſt. c. priſcis. & ſ. j. q. vij. c. neceſſaria. & c. quod pro remedio.

[g] Legimus. Vt circuncisionem Timothei, quam fecerat fieri Paulus propter ſcandalum Iudæorum: qui natus erat ex Iudæa & gentili, poſtea mutauit hæc cum dixit: Dico quod ſi circuncidimini, Chriſtus nihil uobis proderit. arg. de pœnit. diſt. ij. c. circuncisio. & xxviij. q. j. c. ſic enim.

Timotheus fuit circumciſus.

[h] Non quando. Ex hoc dicunt quidam papam reſcindere nõ poſſe quod ſemel bene diffinitũ eſt, quin peccet. nã illud dicitur poſſe quod de iure, &c. xxj. q. ij. c. faciat.

Papa bene diffinitũ reſcindere non poteſt.

[i] GRaue. CASVS. Epiſcopi Macedoniæ dolebant ſi aliquando Papa retractabat ſententias eorum, uel cauſarũ cognitiones, & ad hoc reſpondet Papa.

[k] Quia ueritas. Optima allegatio eſt contra iudices qui nolunt audire aduocatos. ſ. xxx. q. ult. c. iudicantẽ. [4] Non enim poteſt ad ueritatem peruenıri niſi reſpiciatur ad cauſam, &c. xxiij. q. viij. c. occidit.

Aduocati ſunt audiendi.

[4] Adde gl. in l. antiquitas. ſ. C. de uſufruct.

[l] Sæpius. Quandoque tamen ſufficit ſummatim cognoſcere. C. ubi in rem act. l. ij. & ff. ad exhiben. l. iij. §. ſciendum.

[m] In lucem. Arg. quod iudex poteſt ſæpius interrogare teſtes, cum dubie aliquid dixerint: ut. xxx. q. ult. ca. iudicantem. extra de empt. & uend. c. cũ cauſa. & ff. de iterrog. act. l. ubicunque. Nec enim aliter ad ueritatem peruenitur, niſi circunſtantiæ omnes diligenter quærantur: ut. xxi j. quæſtio. ultim. capitul. occidit.

Teſtes ſæpius poſſunt interrogari.

[n] Pernicies. id eſt, perniciosum factum.

ADDITIO. Dic clarius, pernicies, id eſt, pernicioſa ſententia. q. d. ſi bene iudicatum eſt, bonitas magis apparebit: ſi male, malitia in ſententia commiſſa punietur. Arg.

[o] Grauius. i. deſt, cum grauitate.

[p] Pœnitentia. id eſt, poſtea non pœnitebit: quia cum deliberatione faciet. xxiiij. diſt. c. j.

De ea. Hic depingitur decima quæſtio, quæ habet duo mẽbra. ſ. utrũ ex ſecũdis nuptijs ſoboles ſuſcepti, poſsit conſanguineis uiri prioris matrimonio copulari: & utrum affinitas deleatur in ſuperſtite? & in utraque respondet negatiue. j. eo. c. j. ſed illud corrigit extra de conſan. & affin. c. non debet.

a Fraternitatis. Si mulier. prima quæſtio.

b Pertineat. ad hoc probandũ, inducit omnia illa quæ ſequuntur in litera. ubi dicit, antequã Deus, &c.

c Si eo defuncto. ſecunda quæſtio.

d Vel ſi ſub altero. tertia quæſtio.

e Vel ſi ſuſceptæ. quarta quæſtio.

f Tranſibunt. nõ quo ad eſſentiam: ſed quo ad formã, ſ. de qualitate in qualitatem: iuxta id quod dicit Apoſtolus: Præterit figura huius mundi.

g Et uiſibilis. quia de Maria carnem aſſumpſerat. de cõſe. diſt. ij. c. re uera.

h Confirmãs. Ad literam hanc, continuatur litera ſupradicta, eſt enim uerbum dñi, &c.

i Quomodo põt. Hæc eſt reſponſio primæ quæſtionis.

k Porro. Hæc eſt reſponſio ſecundæ quæſtionis.

l In ſuperſtite. id eſt, inter ſuperſtitem & conſanguineos defuncti.

m Non delet. ſupra. iij q. vij. §. tria contra. Sed uerba canonum legi præſcribunt, id eſt, præiudicant. Vel potius non deletur re uera ſecundum leges ſut non ſit, ſed deletur quantũ ad illud beneficiũ. de conſe. diſt. iiij. c. j.

ſ Cõcor. tex. i. l. ij. §. j. & ibi glo. & quæ no. p doc. ff. de poſt. & p gl. in §. affinitatis. inſtit. de nupt.

n Nec alia copula. Reſpõſio tertiæ quæſtionis.

o Propheta. I ad date dominum de cęlis, &c.

p Quoniam ipſe. i. ſicut leue fuit ei dicere, ita & facere.

q Carnem unam. Videtur non eſſe mirum, ſi dominus fecit uirum & mulie

PALEA.

Gregorius quartus Theodoſium quẽ Eugenius anteceſſor eius presbyterij honore priuauerat: eccleſiæ Seguinæ cõſecrauit epiſcopum. Leõtius dum eſſet presbyter, depoſitus fuit: & poſtea in Antiochia patriarcha fuit. Miſenum epiſcopum à Felice Papa damnatum, Gelaſius ſucceſſor eius & cõmunioni reddidit, & eccleſiæ reſtituit ſuæ.

CAN. VIII.

Sicut ergo ſententia Romanæ ſedis in melius cõmutari ualet: ſic cuiuſlibet eccleſiæ ſententia cũ per ſubreptionem data cognoſcitur, rationabiliter reuocari poteſt.

QVAESTIO X.

De ea autem quæ ad ſecundas nuptias tranſit: utrũ in eadem affinitate conſanguineorum prioris uiri remaneat: an ſoboles ex ſecundis nuptijs ſuſcepta, cõſanguineis prioris uiri copulari poſsit, meritò quæritur.

De his ita ſcribit Gregorius Papa Venereo Caralitano Epiſcopo.

Affinitas in ſuperſtite non deletur.

CAN. I.

Fraternitatis ueſtræ ſtudioſæ ſagacitati frater amande quas debeo refero grates, quoniam quæſiſti quæ debuiſti: iucũdum me reddidiſti. Vnde placidè ad inquiſita reſpondeo. Sedem Apoſtolicam conſulere decreuiſti, ſi mulier [a] copula nuptiali extraneo uiro coniuncta, cognationi eius pertineat, [b] ſi eo defuncto [c] cognatio remaneat, uel ſi ſub altero [d] uiro cognationis uocabula diſſoluantur, uel ſi ſuſceptæ [e] ſoboles poſsint legitimè ad prioris uiri cognationis tranſire copulam? Eſt enim uerbum domini ualidum, forte, & durabile: & immutabile, & perſeuerabile: non momentaneum, non tranſitorium. Ait enim per ſe ipſa ueritas, quæ Deus eſt, & uerbum Dei eſt: Cælum & terra tranſibunt: [f] uerba autem mea non tranſibunt. Antequã Deus in carne appareret: inter homines eo inſpirante dixit Adam: Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Deinde cũm ueritas oriretur de terra in terram: & uiſibilis [g] in humanitate appareret: interrogatus eſt, ſi licitum eſſet homini uxorem relinquere: quod prohibens uetuit, niſi fortè fornicatio excluderet maritalem copulam. unde protulit ſtatim in medium eandem ſententiam, quam ante ſecula manens cum patre uerbum inſpirauerat Adæ: ipſe confirmans [h] quod ipſe primus protulit homo: Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Si una caro fuerit: quomodo poteſt [i] aliquis eorũ propinquus uni pertinere, niſi pertineat alteri? Hoc minimè poſſe fieri credendum eſt. Porrò [k] uno defuncto, in ſuperſtite [l] affinitas non deletur: [m] nec alia copula [n] coniugalis affinitatem copulæ prioris ſoluere ualet. Sed neque alterius coniunctionis ſoboles placet ad affinitatis prioris uiri conſortium tranſire, pro eo, quòd uerbum domini ualidum eſt & forte. Et inquiens dixit propheta: [o] Verbum domini ſtabit in æternum. & alius propheta: Quoniam ipſe [p] dixit, & facta ſunt: ipſe mãdauit, & creata ſunt: ſtatuit ea in æternum & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit, & non præteribit. Nam poſt uerbum & præceptum effecit Deus duos carnem unam, [q] id eſt, maſculum & fœminam: qui innumeram multitudinem utriuſq;

Mat. 14. c
Geneſ. 2. d
Mat. 5. d.
Geneſ. 2. d
Mat. 19. a
Eſa. 40. b
Pſal. 148.

ſexus non deſtitit unum facere ſecum: ſicut per ſe ueritas dixit: Non rogo pro his tantùm: ſed etiã pro his qui per uerbum eorũ, ſunt credituri in me: ut unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipſi unum in nobis ſint. Si quis ergo ſacrilego & temerario auſu in defuncto quærit propinquitatẽ extinguere, uel ſub altero affinitatis uocabulo diſsipare, uel ſuſceptã ſobolem alterius copulæ [a] propinquitati prioris credit legitimè ſociari, hic negat Dei uerbum [f] ualidũ eſſe & forte, & qui tam facilè & tam ueraciter quærit diſſoluere, hic non credit uerbum Dei in æternũ permanere. [b] Confice terram ex quatuor locis, magna intercapedine à ſe diſtantibus: confecta & conglutinata finge cuiuſcunque figuræ uel immenſitatis corpus uolueris: nunquid erit humanum ingenium, quod ipſas quatuor partes ab inuicem ualeat ſegregare, ut unaquæque per ſe poſsit agnoſci? ſic à quatuor auis, duo [c] conficiuntur in unum: [d] & de duobus [e] fit una concreatio. [f] hanc ſimilitudinem de quatuor elementis, unde concreatus eſt homo colligere potes ſi eorum unamquanque ſpeciem quæ in multis diuiſionibus partita eſt per diſcretas inter ſe partes aſsignaueris. Fit idem & in metallis: hoc etiam in liquoribus probatur: in coloribus pictor proſequitur, arte colores admiſcendo, ex uiſibilibus fucis corpora fingens.

Item Innocẽtius Papa.

Soboles ex ſecundis nuptijs genita, conſanguineis prioris uiri, copulari non debet.

CAN. II.

SI cuius [g] patruus uel auunculus uxoratus obierit, & illa uirum aliũ poſtea duxerit, & filios filiasve ex illo genuerit: cum his omnibus modis cõmiſceri prohibemus, quia uir & mulier una caro ſunt.

Item ex Romana ſynodo.

De eodem.

CAN. III.

SI qua mulier ad ſecundas nuptias tranſierit & ex eis ſobolem genuerit, nullo modo poteſt ad conſortiũ cognationis uiri prioris pertingere.

Item Iginius Papa.

De eodem.

CAN. IIII.

SI qua mulier tranſierit ad ſecundas nuptias, & ex eis prolem habuerit: ipſa proles non poteſt ſe copulari cognatione prioris uiri, uſq; ad quartam generationem.

Vnde Innocentius Papa.

De eodem.

CAN. V.

SI qua mulier ad ſecundas tranſierit nuptias, & filios aut filias ad ſecundum maritum genuerit: debere eas nepotibus prioris mariti coniungi ſancta Romana ſynodus prorſus inhibuit.

CAVSA XXXVI.

[h] Filiam cuiuſdam ignorãte patre quidam muneribus illexit, & ad conuiuium inuitauit. finito conuiuio, iuuenis uirginem oppreſsit: quo comperto à parentibus iuueni traditur puella, ac more nubentiũ à iuuene dotatur, & publicè in uxorem ducitur.

1 *Quæritur primò: an ille raptum commiſerit?* [†]

2 *Secundò: an rapta raptori nubere poſſit, patre aſſenſum præſtante.*

QVAESTIO I.

[i] Vòd autem ille raptum admiſerit: multorum authoritate probatur.

Ait enim Iſidorus in.2.lib. Etymologiarum, cap.xxxij.

Quid ſit raptus.

CAN. I.

RAptus [k] quoque illicitus coitus à corrũpendo eſt dictus. [l] unde qui raptu [m] potitur, ſtupro fruitur.

Vnde Gelaſius Papa.

Vbi raptus admittitur.

mulierem carnem unam, cũ multitudinẽ fideliũ fecerit unũ ſecũ.ſ. per charitatẽ, uel humanæ naturæ aſſumptionem. de conſec.di.ij.c.in Chriſto.

[a] Copulæ.i.ſecũdæ. nam cum ſobole ex prima poſſet contrahere. unde quãq; pr̃ & filius habent matrẽ & filiã.

[b] Permanere. Durum uerbũ contra Innocentiũ extra ex.non debet.

[c] Duo.ſ. uir & uxor.

[d] Vnum In carnem unam.

[e] Fit de duobus.ſ. uiro & uxore.

[f] Concreatio. Id eſt, una proles.

[g] SI cuius. Hæc duo cap. non tenent.

[m] POrro Gloria. Ab epiſcopis. quia chriſma conficiunt, non autē à presbyteris.

[n] Apoſtolico. Id eſt, à ſolo Apoſtolico conceſſo.

[o] Eadem die. Inter miſſarum ſolennia: ut di. c. pallium.

NVllus epiſcopus. Hæc eſt xix. pars di. ſecundum. Io. de Fant.

[p] Nullus epiſcopus. Qua deuotione ſit dicenda miſſa & audienda, oſtendit xiij. cap.

[q] Præſumat. Mitram tamen & baculum debet habere epiſcopus, cum prædicat, arg. diſt. xlv. diſciplina. quia tunc allegat cauſam Dei apud populum: ut d. c. diſciplina. [4]

[r] Cum baculo. argum. ꝙ non debet promoueri in presbyterum, qui ſine baculo non poteſt ſuſtentari in altari, ut diximus ſ. lxv. diſtinc. ſi quis infirmitate.

[s] Aut uelato capite. Supra xxxiij. quæ. v. mulier. & c. hæc imago.

[t] Paſsio. ſ. vij. q. j. illud. & c. nihil.

[u] Recedere. Niſi in caſu cū uideret puerum ſine baptiſmo morientē: dū eſt ēt ad altare, conſulo ut baptizet. arg. lxxxvij. diſt. paſce.

Si

---

[3] Et ibi requiē æternā dona eis domine, &c. ſecūdum Laur. qui ita dicit ſ. diſt. ij. uerum.

[2] Subau. nec habere poſſumus, cum non fuerint niſi nouem.

Pſal. 136.

Pſal. 64. Eſai. 14. c Apocaly. 12. d

Tot aſcēdēt ad gloriā, quot ceciderunt.

[3] Dic. Iſi. in lib. officiorū, Bonorum angelorū numer⁹ qui poſt ruinā angelorū malorū diminutus eſt ex numero electorū hominum ſupplebit, q numerus ſoli Deo cognitus eſt: ut lib. 20. c. angelorum nomen. Gene. 2.

Eps prædicans habeat mitram & baculum.

[4] Reſpicit præce. c. diſciplina. iuxta fin. & hęc etiā fuit ſententia H. prout hic ſatis not. Arc.

Si quis [a] uerò pſumpſerit præter quod diſpoſui mus agere, à ſacro corpore & ſanguine domini nrī Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus.

Item ex decretis Sotheris Papæ.

PALEA.

V T illud diuini oraculi ſinguli præcaueant, quo ſcribitur: Væ ſoli, qui cùm ceciderit, nō habet ſubleuātem ſe. Summopere uerendum eſt nobis, atq; cauendū, ne horis atq; temporib. quib. Deo pſallitur uel ſacrificat, unicuiq; diuinis ſingulariter officiis inſiſtenti pernicioſa paſſio, uel quelibet corporis inualitudo occurrat, q̄ aut corpus ſubitò ſubrui faciat, aut mentē alienatiōe uel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergo caſib. p̄cauentes, neceſſarium duximus inſtituere, ut ubi tēporis uel loci ſine cleri copia ſuffragat̄, habeat quiſq; canens Deo atque ſacrificans poſt ſe uicini ſolaminis adiutorem: ut ſi aliquo caſu, ille qui officia īpleturus accedit, turbatus fuerit, uel ad terrā eliſus, à tergo ſemper habeat qui eius uicē exequatur intrepidus, et officiū inceptum adimpleat. Itē Anacletus Ieſu Chriſti ſeruus omnib. epiſcopis.

Quot teſtes epiſcopus ſacrificans ſecum habere debeat.

CAN. LVII.

E Piſcopus Deo ſacrificans, teſtes ſecum habeat, in ſolennioribus quippe diebus aut ſeptem aut quinque, aut tres diacones, qui oculi [b] eius dicuntur: & ſubdiacones atq; reliquos miniſtros ſecū habeat: qui ſacris induti ueſtimentis in fronte & à tergo: & presbyteri à regione dextra leuaq; contrito corde, & humiliato ſpiritu, ac prono ſtent uultu, cuſtodientes eum à maleuolis hominibus: & cōſenſum præbentes ſacrificio. peracta autem cōſecratione, omnes [c] communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus.

Item Lucius Papa omnibus epiſcopis.

Epiſcopi ſine religioſis teſtibus domini ſacramenta non cōficiant.

CAN. LVIII.

I Vbemus apoſtolica authoritate, ut ſemper teſtes uobiſcum ſacerdotes & leuitas habeatis: & licet cōſcientia [d] propria ſufficere poſsit, tamē propter maleuolos [e] (iuxta Apoſtolū) teſtimonium nos oportet habere bonū, ab his qui foris ſunt. Igitur duo pſbyteri & tres diaconi, in omni loco epm nō deſerant propter teſtimonium eccleſiaſticum.

Item Sother papa.

Niſi duobus præſentibus presbyter miſſam celebrare non præſumat.

CAN. LIX.

H Oc quoq; ſtatutum eſt, ut nullus presbyterorum miſſarū ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus [f] præſentibus, ſibique reſpondentibus: & ipſe tertius [g] habeatur: quia cùm pluraliter ab eo dicitur, Dominus uobiſcum: [h] & illud in ſecretis, Orate pro me: aptiſsimè conuenit ut ipſius reſpondeatur ſalutationi.

Item ex canone Apoſtolorum.

Communione priuentur, qui uſque ad finem miſſarum ſolennia non audierint.

---

a Si quis. De hac materia notaui vij. quæſt. j. nihil. & c. illud.

E Piſcopus Deo. Hæc eſt xx. pars di. in qua probat magiſter, q ſolus ſacerdos non debet officia celebrare. Io. de Fant.

b Qui oculi. ī. diſt. xciij. diaconi.

c Omnes quotidie, uel omnes generaliter ter in anno, ut ī. e. diſt. ij. peracta. & ca. omnis homo, &c.

Eccle. 4. c

d I Vbemus. Conſcientia. Argu. q non ſemper conſcientia ſufficit, ſed fama eſt neceſſaria, argu. xij. q. ij. quatuor. & xij. q. j. nolo. quod uerum eſt, cum quis habitat tantum cum bonis, uel cū malis qui parati ſunt imitari.

Conſcien cia ſola nō ſufficit.

e Maleuolos. Supra xj. quæ. iij. ſanctis. contra. ſed illud cū mali parati ſunt reprehendere, non imitari. [1] xliij. diſt. ſcimus.

1 Sub. tantū, & non imitari in bono.

H Oc quoq; ſtatutum.

f Niſi duobus. Pluralis enim locutio duorū numero eſt contenta. ut iiij. q. iij. §. item in criminali. uerſic. unquid numerus. [2] unquid neceſſarium eſt, ut ſint duo clerici: aut quidduo laici: uel unus clericus alter laicus: aut alter maſculus, & alter fœmina ſufficerent? Satis uidetur, q debent eſſe duo clerici. Argu. contra, quia et populus rñdet, amen: ut ī. xxxviij. diſtin. ſedulo. Sed hoc reſpicit cōſuetudinē alicuius loci.

g Ipſe tertius. Adeo inhærent quidā [3] uerbis iſtius ca. q dicunt q ipſe non celebraret niſi duos haberet. Alij dicunt unum ſufficere, argu. extra de fil. presbyt. propoſuit. vij. q. j. §. illud. & extra de ui. & hone. cler. ut quiſque. imo & incluſus miſſam ſolus cātare poteſt. hoc intellige, ubi cleri copia non ſuffragatur, alias ſecus: ut extra de uerb. ſig. quæſiuit. ut eccleſiæ loquitur presbyter in plurali.

2 Vt Hu.

3 Vt Hu. & Fa.

Miſſa à ſolo cantari poteſt.

h Dominus uobiſcum. Hoc dominus uobiſcum. ſumptum eſt ex ueteri teſt. ſic enim legitur Booz ſalutaſſe meſſores ſuos. illud autem, & cum ſpiritu tuo: ſumptū eſt ex epiſtola Pauli ad Timotheum. Epiſcopus etiā cum primo ſalutat populum, non dicit: Dominus uobiſcum: ſed pax uobis: quia hæc fuit prima uox Chriſti ad diſcipulos poſt reſurrectionem. ergo ut ſe oſtendat uicarium Chriſti, ideo ſic dicit. poſt uero dicit dominus uobiſcū, ut ſic oſtendatur eſſe de numero aliorum ſacerdotum. Hic ergo habes dominus uobiſcum. alibi, Amen. xxxviij. diſt. ſedulo. alibi, Deus in adiutoriū. vij. q. j. §. cū ergo. alibi, kyrie eleiſon. Pater noſter. xj. qō. iij. cū aliquis. hēs et alibi nūc dimittis, &c. Lucæ ij. Item. alibi, Benedicamus, &c. Dan. iij.

Dominus uobiſcum unde ſumitur.

Pax uobis, dicit primo ab epiſcopo. Nota q ſepeē uicibus populus ſalutatur in miſſa quatenus exclusis ſeptem uitijs capitalib. ſuſcipiant gratiam ſeptiformē, ſecūdum Innocen.

1. Tim. 4. b

Omnes

CAN. LX.

21 OMnes fideles, qui cõueniũt in ſolẽnitatibus ſacris ad eccleſiam, & ſcripturas Apoſtolorum & Euãgeliũ audiãt. Qui autem non perſeuerãt [a] in oratione, uſque dũ miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiũt, [b] uelut inquietudines eccleſię cõmouentes conuenit communione priuari.

Item ex concilio Carthaginenſi.

De eodem.

CAN. LXI.

SAcerdote uerbum in eccleſia faciente, qui egreſſus [c] de auditorio fuerit, excommunicetur.

Item ex concilio Agathenſi.

Die dominico miſſas ex integro ſeculares audire debẽt.

CAN. LXII.

MIſſas die dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine pcipimus: [d] ita ut ante benedictionem ſacerdotis, egredi populus non præſumat, quod ſi fecerint, ab epiſcopo publice confundantur.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Populus non ante diſcedat, quàm miſſæ ex integro celebrentur.

CAN. LXIII.

CVm ad celebrandas miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non ante diſcedat, quàm miſſæ ſolẽnitas compleatur, & ubi epiſcopus non fuerit, benedictionem [e] à ſacerdote accipiat.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Excommunicetur qui præter miſſo eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula uadit.

CAN. LXIIII.

QVi die ſolenni prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula uadit, excommunicetur.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto.

Vſque ad miſſam cathecuminorum nullus eccleſiã ingredi prohibeatur.

CAN. LXV.

22 EPiſcopus nullum phibeat [f] ingredi in eccleſiam, & audire uerbum Dei, ſiue gentilem, ſiue Iudæum, ſiue hæreticum, uſq; ad miſſam cathecuminorum.

Item Anaſtaſius epiſcopus omnibus epiſcopis.

Euangelia non ſedendo, ſed ſtando audire debemus.

CAN. LXVI.

23 APoſtolica authoritate mãdamus, dum ſancta Euangelia in eccleſia legũtur, ut ſacerdotes, & cæteri oẽs nõ ſedentes, ſed uenerabiliter curui, & in conſpectu Euangelij ſtantes dominica uerba intente audiant, & fideliter adorent. [g]

Item Grego. vij.

Ad miſſarum ſolennia, ſemper aliquid eſt offerendum.

CAN. LXVII.

24 OMnis Chriſtianus procuret ad miſſarũ ſolennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſen dixit. Non apparebis in conſpectu meo uacuus. [h] In collectis [i] ſanctorum patrũ liquido apparet, quòd omnes Chriſtiani offerre aliquid ex uſu ſanctorum patrum debent, ad ipſum enim prius eſt confugiẽdum, [k] qui noſtræ curare poſsit animæ paſſiones. uerùm homines præpoſtero ordine ante

---

OMnes. Hæc eſt xxj. pars diſt. in qua probat, q totam miſſam populus audire debet. Qui autem ex contẽptu recuſauerit, excõmunicabitur. Et hoc probat per quinque canones. Ioan. de Fant.

a Non perſeuerant. Ex conſuetudine, uel ſuperſtitioſe. Et eſt ſi. nam in manum currit, qui non perſeuerat uſque in finẽ curſus: ut de pœni. diſt. iij. incaſſum. & eſt ſi. ī. xj. q. iij. certum.

b Percipiunt tempore deputato.

[redacted]

SAcerdote. c Qui egreſſus. quaſi minus literatũ contemnens: ut ī, xxviij. diſtinct. ſedulo.

d MIſſas. Præcipimus. Hoc dico præceptum eſſe. unde contra præceptum faciũt, qui diebus dominicis non audiũt miſſam, niſi aliqua neceſsitas cogat: ſicut & corp' Chriſti accipitur ter in anno. ī. diſt. ij. & q non frequentius.

Miſſa in die dominico eſt de præcepto.

CVm ad celebrandas. e Benedictionem. ſ. xxvj. q. vj. miniſtrare. cõtra. ſol. ibi ſolennis benedictio, qui ante miſſæ conſummationem à ſolis pontificibus celebratur, inhibetur presbyteris: hic autem poſt conſecrationem cuilibet ſacerdoti populũ benedicere permittitur. ſed & præſente epiſcopo, nec benedicere uolente ſacerdos benedicet ſi celebrauit miſſam: ut no. xcv. diſtinc. ecce.

EPiſcopus. Hæc eſt xxij. pars diſtin. ſecundum Io.

f Prohibeat. ſ. xxj. diſt. cleros. in ſi. contra. ī. diſt. iiij. eos. contra. xj. q. iij. excõmunicatos. 1 Sed dic ut ſolui ī xxxv. q. iii. de inceſtis, nã hic de hæretico non præciſo loquit: ibi de eo qui ſequit hæreſim iam damnatam. H. dicit hoc abrogatum 2 eſſe uel loquitur de illis de quorũ correctione eſt ſpes aliqua: ut ī. diſtin. iiij. Iudæi. aliud eſt ſi uenirent cauſa ſubſannandi uel deridendi.

1 Itẽ contra. 34. q. j. clericus

25. diſt. perlectis. in prin. j. q. j nõ liceat.

2 Ad hoc ſ. j. q. j. nõ liceat clericis. ubi d hoc. idẽ no. 25. di. c. j. Arch.

APoſtolica. Hæc eſt xxiij. pars diſt ſecundum Ioan. de Fant.

g Adorent. id eſt, uenerentur.

OMnis Chriſtianus. Hæc eſt xxiiij. pars diſtinct. ſecũdum. Io. de Fant.

h Vacuus. Bonis operibus, uel ad literam. & eſt conſilium in diebus priuatis, ſcilicet, ſed in diebus feſtiuis pceptũ: & ita uidetur, q oblationes ſint ex debito exigẽdæ, & ad eas dandas parochiani ſunt cogendi. argu. xvj. q. j. ſtatuimus. argu. contra. xij. q j. duo. Sed credo, q ſi ſacerdos pauper eſt, poteſt eis diuina officia ſubtrahere, niſi dẽt ei oblationes: ut extra de ſimo. cum ſit. xij. q. ij. charitatem.

Oblationes an ſint debitæ à parochianis.

ADDITIO.

Bñ dici. Credo, ſecundũ Lau. cui fuit iſta gloſſ. tota. & idem ſentit hic Hugo. qui dicit, quod non credit q oblationes quæ uoluntariæ uel ex deuotione fiunt in feſtiuis diebus, ſint debitæ, uel poſſunt de iure peti. & idẽ ſentit frater Rayner. Archi.

1 Hoc ſane intellige, & dic ut plene no. Hu. in ſumma, de parochia. §. in qbus uer. in tertia uo q., &c. ubi ſatis not. de materia huius gl. & quomodo hoc c. itelligi debet; ſcilicet de ſolennib. feſtiuitatib. locorum. Archi. Sed gl. indiſtincte ſequit Hipo. Mar. ſin. 682. Exo. 23.

i In collectis. quas faciebant ſancti patres, pro recipiendis pauperibus.

k Eſt confugiendum. orando, non tentando. & ita non eſt contra. xxij. quæſtione. ſecunda. quæ ſitur.

Quando

ſibi opem ab hominibus accerſiunt. ubi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur diuini poſtulandam fauoris gratiam.

Item Cyprianus papa reſpondit.

Quare ſurſum corda in præfatione dicitur.

CAN. LXVIII.

Quando autē ſtamus ad orationē fratres dilectiſsimi, inuigilare & incūbere a ad preces toto corde debemus: cogitatio carnalis hominis & ſecularis abſcedat, nec quicquam tunc animus aliud, quā id ſolùm cogitet a quod precat̄. ideo & ſacerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrū mentes dicēdo, Surſum corda: ut dum reſpōdet plebs, Habemus ad dominum: admoneatur, nihil ſe aliud, quàm dominum cogitare debere. Claudatur cōtra aduerſarium pectus: & ſoli Deo pateat: nec ad ſe hoſtem Dei, tempore oratiōis uenire patiat̄.

Gelaſius Romanæ eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis epiſcopus uniuerſis Germaniarum atq; Galliarum epiſcopis.

Quæ præfationes in miſſis ſunt cantandæ.

CAN. LXIX.

Inuenimus b has nouē c præfationes in ſacro cathalogo tātummodo recipiendas, i. unam d in albis Paſchalibus, aliam die Aſcenſionis e Domini, tertiā f die Pētecoſtes, quartā g de Natali domini, quintam h de Apparitione dñi, ſextā i de Apoſtolis, ſeptimam k de ſancta Trinitate, octauā l de cruce: nonā m de ieiunio in quadrageſima tantummodo dicendam.

Item ex concilio Cabilonenſi.

In omnibus miſſarum ſolēnibus pro defunctis fiat.

CAN. LXX.

Viſum præterea n nobis eſt ut in omnibus miſſarum ſolennibus pro ſpiritibus defunctorum, loco competenti o in eccleſia ad dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur p qua non pro uiuētibus & pro quibuslibet neceſſitatibus dominū deprecetur: ita nimirum, nulla dies excipi debet, quin pro animabus fideliū preces domino in miſſarum ſolennibus fundatur. Antiquitus igitur, hunc morem ſancta tenebat eccleſia, ut in miſſarum ſolennibus, & alijs precibus domino ſpiritus quieſcētium commendarentur: dicēte beato Auguſtino; non ſunt prætermittendę ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum: quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & catholica ſocietate laudamus. Defunctorum q etiā tacitis nominibus r eorū, quos ſub generali ſ cōmemoratione ſuſcepit eccleſia: t ut quib. ad iſta deſunt parētes & filij, aut quicūq; cognati uel amici ab una eis exhibeatur pia matre cōi. u

Item Innocentius epiſcopus urbis Romanæ Decentio Eugubino.

Ante preces non ſunt à ſacerdote nomina recitāda.

CAN. LXXI.

De nominibus recitādis x ante, quā y ſacerdos preces faciat, atque eorum oblationes quorū nomina recitanda ſunt, oratione ſua commēdet: quàm ſuperfluum ſit, ipſe per tuam prudentiam recognoſcis: ut cuius hoſtiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen inſinues: z quamuis a illi incognitum nihil ſit,

---

Quando autē. Hæc eſt xxv. pars diſtinct. ſecundum Io. de Faut.

a Cogitet. nam hoc genus mendacij eſſet. xxij. q. v. cauete.

Inuenimus. Hæc eſt. xxvj. pars diſtinc. ſecundum H.

b Inuenimus. quot ſunt canonicæ præfationes oſtendit.

c Nouem. Addita eſt & decima. ut diſt. lxx. ſanctorum canonum, ſcilicet, æquum & ſalutare.

d Vna. Et te quidem omni tēpore.

e Aliam die Aſcenſionis. Qui poſt reſurrectionem ſuā.

f Tertiam. Qui aſcendens ſuper omnes cælos.

g Quartam. Quia per incarnati uerbi myſterium.

h Quintam. Quia cū unigenitus tu9.

i Sextam. Et te ſuppliciter exorare.

k Septimam. Quia cum unigenito filio tuo, & ſpiritu ſancto.

l Octauam. Qui ſalutem humani generis.

m Nonam. Qui corporali ieiunio uitia comprimis.

Viſum præterea. Hæc eſt xxvij. pars diſtinct. ſecundū Io. de Fan.

n Viſum præterea. Nota in omni miſſa memoriam & orationem eſſe faciendam pro defunctis. Iſtud oſtendit duobus capitulis.

o Loco competenti. id eſt, in ſecreta miſſæ.

p Excipitur. Excipitur ſexta feria ante paſcha, in qua ſecundum ordinem Romanum non cōficitur: ſed oblatio precedentis diei cū uino ſumitur, & excipitur etiam ſabbathū ſequens: quia potius refertur ad dominicam ſequentem, j. diſtinct. iij. Sabbatho.

q Defunctorum. id eſt pro ſpiritibus defunctorum.

r Etiam tacitis nominibus in ſecreta.

ſ Sub generali. ſit pro omnibus ſimul, & prodeſt cuilibet ac ſi ſpecialiter pro eo fieret. de conſe. diſtinct. v. non mediocriter.

t Eccleſia. ſupple non ſunt prætermittendæ ſupplicationes.

u Pia matre communi. id eſt, eccleſia tota.

x De nominibus recitandis. populo connumerare poſſum9 ergo eorum nomina recitando, ſed in miſſa uel oratione aliqua miſſæ, uel in ſecreta ſpecialiter nomina eorum exprimere non debemus.

y Antequam, nec ante, nec poſt.

Inſinues. quaſi non ante, ſed poſt debet īſinuari deo.

z Quamuis. non ergo recitant, ideo quod Deus addiſcat: ſed ut ſupplicantium deuotior reddatur affectus: arg. viij. q. ij. cū gratia. & ca. non æſtimemus. H. nominari ergo poſſunt.

In ſacra

---

t Sermo. 6 & cōmunione dāda.

Et hoc ideo, quia in c. pced. facta erat mētio de præfatione cui ſemper pmittit, ſurſū corda.

Oratio p defunctis, fiat in omni miſſa.

Conficere nō licet in vj. fer. ante paſcha

IN ſacramentorum. Hæc diſt. diuiditur in xxviij. partes. in quarum prima probat per vij. ca. ꝙ ex pane triticí, & uino uitis cũ aqua conficitur corpus & ſanguis Chriſti. Secunda ibi, nihil. Tertia ibi, Pacẽ. Quarta ibi, Relatũ. Quinta ibi, Quotidie. Sexta ibi, Triforme. Septima ibi, Tribus gradibus. Octaua ibi, Qui ſcelerate. Nona ibi, Si per negligentiam. Decima ibi, peruenit. Vndecima ibi, Sacerdotum. Xij. ibi, Inſtitutio. Xiij. ibi, ſacrificiũ. Xiiij. ibi, Quia corpus. Xv. ibi, In quibus. Xvj. ibi, Ego Berengarius. Xvij. ibi, Semel Chriſtus. Xviij. ibi. Liquido. Xix. ibi, Panis. Xx. ibi, Panem de altari. Xxj. ibi, Re uera. Xxij. ibi, Iteratur. Xxiij. ibi, In Chriſto. Xxiiij. ibi, In calice. Xxv. ibi, Sicut. Xxvj. ibi, Presbyter. Xxvij. ibi, Qui bene. Xxviij. ibi, Pro dilectione. Ioan. de Fant.

Item Alexand. urbis Romanæ epiſcopus omnibus orthodoxis.

Panis et uinum, et aqua in ſacramentis ſunt offerenda.

DISTINC. II.

IN ſacramẽtorũ [a] oblationib. [b] q̃ inter miſſarũ ſolennia dño offeruñt, panis et uinũ aqua permiſtum in ſcrificium offerantur. nõ enim debet in calice domini, aut uinũ ſolũ, aut aqua ſola offerri: ſed utrunq; permiſtũ offerãt: quia utrunq; [c] ex latere eius, in paßiõe ſua profluxiſſe legitur.

Item Cyprianus Papa Cecilio fratri ſalutem. †

† Epiſtola 30. li. 2.

Vinum ſine aqua, uel econuerſo in ſacramentis offerri nõ licet.

CAN. I.

SIcut in ſacrificãdo calicẽ dñi offerri ſola aqua minimè põt, quomodo nec uinũ ſolũ põt. Nã ſi uinũ tantùm quis offerat ſanguis Xp̃i incipit [d] eſſe ſine Chriſto. [e] Quãdo enim utrunq; miſce-

a In ſacramentorum. Hic intitulatur ij. di. in qua agitur de ſacramento euchariſtiæ. Et licet baptiſmus ſit ianua omniũ ſacramentorũ † & neceſſarior. xxij. di. §. uerũ. hoc tñ dignius eſt, & ideo tractat prius de eo, & propter ſeriẽ operis apertius continuandũ. cum. n. tractauit in præcedenti. diſt. de celebratione miſſæ: & tota uis miſſæ cõſtet in conſecratione corporis Chriſti: merito de eo ſubdit et tractat de hoc ſacramẽto in hunc modũ. Primo agit de forma ſacrificãdi. Secundo de reuerentia ſuſcipiendi & tractandi & ſeruandi hoc ſacramentum. Tertio de triplici continentia eius. De forma ſacrificandi agit, uſque ad illud c. nihil. de reuerentia ſuſcipiendi, agit etiã uſq; ad illud c. ſacrificiũ. exinde de his quæ in ſacrificio continentur. Circa q̃d conſiderandũ eſt, à quo, ubi & qñ fuit hoc ſacramentũ inuentũ, & quæ forma cõficiẽdi illud, & quæ in eo ſunt neceſſaria, & de triplici eius cõtinentia: & poſt ſupponemus quaſdã opiniones de cõfuſione ipſarum rerum. Fuit aũt inſtitutũ à dño. ĩ. ea. qa corpus. & in cœna. ĩ. c. liquido. et qñ poſt typicũ paſcha cõpletum cum comedit agnũ cũ apoſtolis. ĩ. c. accipite. Formã habemus in c. ĩ. c. accipite. Sũt autem tria neceſſaria: panis, uinũ, & aqua. ĩ. c. in ſacramento. Continenẽ autem tria in hoc ſacramento: forma uiſibilis panis & uini, ueritas corporis & ſanguinis Chriſti: & uirtus ſpiritualis. i. uirtus unitatis & charitatis. i. æterna coniunctio & dilectio Chriſti ad eccleſiam. xxj. di. §. j. ibi, Rogaui pro te Petre ne deficiat, &c. Primum eſt [redacted] nõ res ſacramenti. Secundum eſt ſacramentũ, & res ſacramenti. [redacted] menti tm̃, & non ſacramentũ. & hoc eſt quod dicitur extra de celeb. miſſa. cum Marthæ. §. diſtinguendum. Fit autem conuerſio rerum ſecũdum quoſdã: quia pa[redacted] conuertitur in corpus, & uinum in ſanguinẽ: aqua in nihilum: ſed ſignificat regenerationem [redacted] fit per aquam. cõtra iſtos eſt, quia qui puram aquam ſumit, poſt non conficiet. vij. q. j. nihil. Sed contra ĩ. eodem. relatum. ſed non fuit ibi pura aqua. Alij dicunt, quòd uinum & aqua conuertuntur in ſanguinẽ: licet Philoſophi dicant cõtra ꝙ aqua & uinum non commiſcentur per minima. i. nõ ita ꝙ inſeparabilia ſint. alij etiã dixerunt, ſed peſsime, ꝙ aqua conuertebatur in aquaticos humores. Alij dicunt, ꝙ corpus Chriſti poſt conſecrationẽ ſolũ eſt ſacramentũ & figura. ĩ. c. ego Berengarius. & hæc traduntur extra de celeb. miſſa. cũ Marthæ. §. uerum. & c. i quadam. Sed opinio uerior eſt, ꝙ uinum & aqua nõ ut duo, ſed ut unũ compactum tranſmutantur. extra de ce. miſ. cum Marthæ. §. uerũ & c. in quadam. De eo tamen ꝙ dicitur, ꝙ panis conuertitur in corpus Chriſti, uariæ ſunt opiniones, Vna aſſerit ꝙ illa ſubſtantia quæ fuit panis primo, poſtea eſt caro & ſanguis Chriſti: arg. ĩ. c. panis eſt in altari. & ca. qa corpus. Secunda opinio tenet ꝙ ſubſtantia panis & uini ibi deſinit eſſe, & remanent accidentia tantũ ſ. ſapor, color, pondus, & ſimilia: & ſub illis accidentibus incipit ibi eſſe corpus. Chriſti. Tertia tenet, ꝙ remanet ibi ſubſtantia panis & uini: & in eodẽ loco & ſub eadem ſpecie eſt corpus Chriſti: argu. ĩ. c. ego. quælibet tamen opinio, fatetur ibi eſſe corpus Chriſti. Secunda opinio uerior eſt, ut extra de ſum. trin. firmiter. §. una.

† Vt 37. di. §. uerũ. c. ad hoc. extra de presby. ſi bapti. ueniens. Ar.

Euchariſtiæ ſacramẽtum, à quo fuit inſtitutũ.

Euchariſtiæ ſacramẽto, tria continentur.

a In ſacramentorum. De forma ſacrificandi. ſ. quę debent offerri in ſacramento euchariſtiæ. vij. c. oſtẽdit.

b Oblationibus. i. in ipſis oblatis q̃ ſunt ſacramenta.

c Quia utrunq;. Hæc rõ nõ eſt ſufficiens: † ſed eſt rõ, qa Chriſtus hoc ſtatuit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. ĩ. ea. in Chriſto ſemel. Alia ratio eſt, quia aqua ſignificat redemptionem. ĩ. ea. cum omne. & ita tria ſunt ſignificantia ibi: aqua, uinum, panis: & ita tria ſacramenta. ĩ. ea. non oportet.

† Sed eſt quædã ad minicu-lũs B. La.

c. Quia utrunque. Id eſt, utriuſq; ſacrificium uel ſignificatum. ĩ. ea. in calice. ſ. ſanguis in quem conuertitur uinum & aqua. ĩ. diſt. ea. panis in altari. Nomine ſanguinis dicitur quilibet humor humani corporis, hic non inuenitur, niſi large accipiatur nomẽ ſanguis. unde uinum in ſanguinem conuertitur, [redacted]: ita quod aqua dicitur profluxiſſe, id eſt. alij humores de latere Chriſti. Sed nunquid uera aqua, aut humor aquæ ſimilis fluxit? ſi uera aqua, quãdo fuit illa creata? nunquid in corpore, aut in egreſſu à corpore? ſi humor fuit ſine aqua, quod fuit ibi miraculum? Reſpon. ſecundum H[redacted] cum ſegregatione fluxerunt. Alij tamen dicunt, ut Mel. & Baz. ꝙ uera aqua, & extra corpus illius fuit illa crea[redacted] fuit cũ fluxit aqua de petra educta. ĩ. c. re ue[redacted] tur quod medietas: arg. ff. de uſufruct. etiam partis. & de contrahen. emp. l. domum. ſed hoc relinquo arbitrio prouidi ſacerdotis, id eſt, quandiu dicatur quod uinum ſit, uel aqua. Dic quod poni debet plus de uino ſemper, quam de aqua.

Aqua quę fluxit de latere Chriſti an fuerit uera aqua? † Iſta fuit ſententia Hug. & illa quæ ꝓxi. ſequit. unde cla[redacted] ret quod fuit uera aqua, &c. Archi.

Aqua an ſit de neceſsitate conſecrationis.

d SIcut in ſacrificando. Incipit. Id eſt, ſine Chriſto: quia non conficitur, maxime quantum ad ſalutẽ plebis. ĩ. ea. cum omne.

e Sine Chriſto. Id eſt, ſine tali ſacramento quod decius.

tur, & adunatione confuſa [a] ſibi inuicem copulantur: tunc ſacramẽtum & ſpirituale [b] & cæleſte efficitur. ſic uerò calix [c] domini non eſt aqua ſola, & uinum ſolum, niſi utrũque miſceatur: quomodo nec corpus [d] domini poteſt [e] eſſe ſola farina, niſi utrunq; [f] adunatũ fuerit et copulatum, & panis unius cõpage ſolidatum.

Idem.

CAN. II.

SCriptura dicit, ut quotieſcunq; calicẽ in commemorationẽ domini & paſsionis eius offerimus: id quod conſtat dominũ feciſſe, [g] faciamus: ſed uide frater chariſsime ſi quis de anteceſſoribus noſtris uel ignorãter [h] uel ſimpliciter [i] non hoc ſeruauerit, & tenuerit quod nos dominus facere et exemplo & magiſterio docuit: poteſt ſimplicitati eiuſdem indulgentia domini uenia concedi: † nobis uerò non poteſt ignoſci, [k] qui nunc à domino admoniti & iſtructi ſumus ut calicẽ domini cum uino miſtũ, ſecundùm quod dñs obtulit offeramus.

Item ex concilio Martini Papæ.

Præter uinum, & aquam, & panem, in ſacramento nihil debet offerri.

CAN. III.

NOn oportet aliud aliquid in ſacramẽto offerri præter uinũ [l] & aquam et panem: quæ in typo Chriſti benedicũtur: quia dum in cruce Chriſtus penderet, & de corpore ei⁹ ſanguis effluxit & aqua: hæc tria unũ [m] sũt i Chriſto Ieſu: hęc hoſtia [n] & oblatio Dei in odorem ſuauitatis.

Item ex concilio Carthaginenſi tertio.

Id eſt, ſanguinis Chriſti effuſio incipit. i. oſtẽditur eſſe ſine Chriſto. i. ſine unitate corporis Xp̃i quod eſt eccleſia ſecũdũ Io. de Fà. & Hugo. eius latere profluxit: ſcilicet ſanguis [a] & aqua, ut i. c. j. & ij. & j. c. iij. Vel ſine Chriſto. i. eccleſia, quæ. ſ. myſticum corpus Chriſti eſt ꝙ eſt dicere ſanguis non prodeſt corpori Chriſti ꝙ eſt eccleſia. i. nobis. ſ. diſt. proxi. eccleſia. non enim uinum tantum dicitur corpus Chriſti, uel ſine ſaluatione Chriſti, id eſt, Chriſtianorũ. ſecundũ hoc uideretur ꝙ Chriſtus dicatur Chriſtianus populus. ad hoc facit extra de ſac. unc. ca. j. hæc oſtendit Apoſtolus in epiſtola ad Cor. Sicut omnia membra unum ſunt corpus, ita unus Chriſtus ſunt: ut j. e. di. cum omne. H. uero qui non poſſe confici ſine aqua dicit: exponit ſanguis, id eſt, uinum ꝙ ſignificat ſanguinem.

Lu. 22. b 1. Co. 11. c

a Confuſa. Id eſt, permiſta.

b Spirituale. Spirituale dicitur corpus, ꝙ nihil habuit ꝙ ei obſtaret: ſicut Chriſt⁹ ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos: palpabilem tamen ſe exhibuit: ꝙ non faceret ſpiritus. unde ſpiritus nec carnem nec oſſa habet, &c. ad cuius ſimilitudinem, corpora noſtra agilia erunt: ut licet clauſa eſſent in ſolidiſsimo corpore ferreo uel marmoreo: poſſunt tamen exire. Vel ideo ſpirituale, quia ibidem ſignatur noſtra redemptio. j. ea. cum omne. Vel ſpirituale, q̃a cæleſte efficit, & tũc rei ſpiritualis & cæleſtis. ſ. cõiunctionis eccleſiæ ad Chriſtum efficitur ſacrm̃. uinũ enim ſanguinẽ: aqua uero plebem ſignificat. horũ autẽ confuſio ſalutis noſtræ. [redacted] in cõmiſtione eñ uini & aquę ſignatẽ plebis per Chriſtũ facta redemptio. j. ea. cu[redacted]

c Calix. No. diuerſitates circa iſtud ſacramentum inter doctores. nã dicunt quidã, ꝙ ex uino ſine aqua nõ poteſt confici ſanguis Chriſti. H. dicit ꝙ põt, licet nõ debeat fieri. Itẽ dicunt aquam eſſe admiſcendam in calice [redacted] ueruntamen ubicunq; admiſceatur, conficietur ſanguis. Item dicunt quidam ꝙ ex nectare uel uino cocto conficietur quicq̃d ei admiſceatur. H. tamen dicit ꝙ non: ꝙ uerius eſt [redacted] ff. de contrah. emp. in uenditionibus. tamẽ in omnib. his miſturis tranſſubſtantiatẽ. Itẽ nota ꝙ de agreſta uel muſto nõ põt confici ſanguis. j. e. contra de muſto ex uuis & racemis põt ex neceſsitate: de alijs non. ſ. de pomis & huiuſmodi. Sed qñ dicemus ꝙ poſsit? qñ incipit eſſe uinum. Sed qñ incipit eſſe, conſulendus eſt uſus in hoc caſu. Item circa panem nota ꝙ de alio pane non poteſt confici corpus Chriſti, niſi de frumento: ut j. ea. in ſacramento. & ſi alia farina admiſceatur frumento, illa non tranſſubſtantiatur. & in hoc nõ eſt diuerſitas. Sed in alio eſt, quia dicit Hu. ꝙ non poſſumus conficere niſi de frumento, uel de pane fermentato in eccleſia occidẽtali: et ſi fiat, nihil agitur. Baz. contra ꝙ conficiatur corpus Chriſti. Item nec confici poteſt, ſi farina non cum aqua ſed cum alio liquore admiſceat.

d Nec corpus. i. panis, ſub cuius ſpecie iacebit corpus Chriſti, qui eſt trãſſubſtãtiatus in corpus Chriſti.

e Poteſt. Id eſt, nõ poteſt cõfici ex farina ſola: ſcilicet ex ſolo pane multorum compage cõſolidato: nec aqua ſola, &c.

f Niſi utrunque. Id eſt, farina, & aqua. Quid ſi ex melle uel alio liquore fuerit farina aſperſa, nunquid tranſſubſtantiatur ille panis in corpus Chriſti? Non.

g SCriptura dicit ut. Feciſſe. uide uiolentiſsimũ arg. cõtra Græcos. ueriſimile eñ eſt, ꝙ dominus azymis uſus eſt propter ritum Iudæorum. & nos azymis uti debemus. Gr. tunc in domibus eorũ non erant fermẽta. ueriſimile tamen uidet̃, ꝙ alicui doctorum eorum reuelatũ fuerit ꝙ conficerent in fermentatis. arg. contra. j. diſt. iij. noſſe.

h Ignoranter. Argu. ꝙ ignorantia iuris excuſat. ſ. xxiiij. q. j. ſi quis dederit. ſ. diſtin. viij. conſuetudo. xxxj. q. j. de his. ſ. diſt. lij. ſolicitudo.

i Vel ſimpliciter. Sed nõne exemplum dñi ita potuit eos inſtruere, ſicut & nos? qualiter ergo excuſabunt̃? Sed dic ꝙ nos docuerunt patrum ſacræ ſcripturæ de ipſo Chriſto, quas forte ipſi non habuerunt.

ADDITIO Arg. ſ. xcvj. diſt. in ſcripturis.

k Ignoſci. Arg. poſt admonitionem, non eſſe parcendum. xij q. ij. indigne.

l NOn oportet. Præter uinum. Quæritur an uinũ & aqua tranſeant in ſanguinem tãtum? Reſp. ſic extra de cel. miſ. cũ Marthæ. §. uerũ. Alij dicunt ꝙ non: ſed uinum in ſanguinẽ, [redacted]. ſicut. n. in humano corpore quatuor humores ſunt, ad inſtar quatuor elementorũ, extra eo. in quad. m. ſic in corpore Chriſti. unde ſic expone: hæc tria ſunt unum in uno Chriſto, & hæc tria sũt tria, & tantũ tria: quia uinũ in ſanguinem, [redacted] & panis in corpus conuertitur.

m Vnum. Id eſt, in unũ tranſeũt corpus Chriſti: tamẽ hoc in illud, & aliud, in aliud, & tertium in aliud conuertitur, & tñ pro uno reputatur: ut j. e. cõperimus.

n Hoſtia. Et nihil conuertimus.

Agilitas eſt dos corporis glorioſi.

Sanguis Chriſti utrumq; poſſit ex uino ſine aqua confici.

[redacted]

Panis ad conficiendũ debet eſſe ex frumento.

† Cõcor. l. j. §. ſi. ff. de edẽ. & l. ſi qs id. §. duli. ff. de iuriſd. om. iudic. & in auth. de inſtru. cau. & fi. §. hæc autẽ omnia.

Græci cõficiunt in panib. fermentatis.

Scilicet parti, ſed nõ ex toto. Arch.

Vinum & aqua utrũ tranſeant in ſanguinem tantum.

De eodem.

CAN. IIII.

IN sacramento corporis & sanguinis domini, nihil amplius offeratur, quam quod ipse dñs tradidit,[a] hoc est panis & uinum aqua mistum: nec amplius in sacrificijs offeratur, quam de uuis & frumentis.[b]

Item ex sexta synodo.

Oblationis sacrificio uuas nemo coniungat.

CAN. V.

DIdicimus, quòd in quibusdã ecclesijs sacerdotes sacrificio oblationis coniungant uuas quæ secundum usum in altari offeruntur: & sic simul utraque populo dispensent. Præcipimus igitur, ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat: sed in remissionẽ peccatorum, populo oblationẽ solã distribuat: & uuas seorsum benedictas[c] populus qui petierit accipiat: & fructuum gratias agat.

Item Iulius papa, episcopis per Aegyptum.

De his qui sacrificando uariè errabant.

CAN. VI.

CVm omne crimẽ[d] atq; peccatum oblatis Deo sacrificijs deleatur,[e] quid decætero ꝓ delictorũ expiatione domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur?[f] Audiuimus enim quosdã schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & Apostolicas institutiones lac pro uino in diuinis sacrificijs dedicare, alios quoq; intinctã Eucharistiã, populis pro cõplemento communionis porrigere, quosdã etiam expressum[g] uinũ in sacramento dominici calicis offerre, alios uerò pannũ lineum musto intinctũ per totũ annum reseruare, & in tẽpore sacrificij partẽ eius aqua lauare, & sic offerre, quod quam sit euangelicæ[h] & apostolicæ doctrinæ contrariũ, & consuetudini ecclesiasticę aduersum: non difficilè ab ipso fonte ueritatis probabitur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum.n. magister[i] ueritatis uerum salutis nostrę sacrificium suis commendaret discipulis: nulli lac sed panem tantum & calicem, sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. Legitur enim in Euangelica ueritate: Accepit Iesus panem & calicem, & benedicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac, in sacrificando offerri: quia manifestum est, & euidens exemplum ueritatis Euangelicæ illuxit, quod præter panem & uinum, aliud offerri non licet. Illud uerò,[k] quod pro complemento communionis intinctã[l] tradunt Eucharistiam populis: nec hoc prolatum ex Euangelio testimoniũ receperunt, ubi Apostolis, corpus suum commendauit, & sanguinem. Seorsum enim panis, & seorsum[m] calicis com

Dominus miscuit aquam cũ uino.

a IN sacramento. Tradidit. Arg. quod dñs miscuit aquam cũ uino. s. ea. scriptura. & nos miscere debemus: quia docti uiri cautela: & c. lxxxj. dist. legitur.

b Et frumentis. i. pane frumenti: quia Christus fuit granum frumenti. de poeni. distin. ij. cum sanctam. sed sicut dicitur ab eis qui experti sunt, lolium de frumento nascitur: ut distinc. lvj. nasci. nunquid si de lolio fiat panis, ille per uerba transsubstantiatur? non. Nũquid si frumento addatur piper, conuertitur in corpus Christi? Non. sed reliquum tantum. [redacted]: argu. xxiiij. q. iij. resecandæ.

Piper frumento additum nõ transit in corpus.

c DIdicimus. Benedictas. benedictione uulgari, non illa speciali appropriata eucharistiæ. j. ea. accipite. & solet uua benedici in festo sancti Sixti.

d CVm omne crimẽ. quatuor errores extirpantur in canone isto.

e Deleatur. i. cum ad hoc sacrificium offeratur, ut p ipsũ peccatum deleatur j. ea. distin. species & similitudo.

f Erratur. quod fit in calice.

g Expressum. [illegible] est, degranatum, botrum. nam ex uino expresso, licenter hoc fieret. uel expressum post consecrationem, ut tũc uice sanguinis sumatur. ante enim liceret: ut j. dicit. sanguis enim domini prælo crucis, & cæteris instrumẽtis passionis de corpore eius pressus emanauit. extra de cele. miss. cum Marthæ. uer. aliquibus.

Hic uult dicere, ꝙ ante cõsecrationẽ bene licet exprimere: & sic cõsecrare Archi.

h Quod quam sit Euangelicæ. hæc omnia prædicta respicit: & sic ultimum prohibetur. si enim non esset illicitum, hoc inter alia reprehensibilia non connumeraretur: cũ omnia quæ simul in prohibitione ueniunt, simul prohibita intelligantur: argu. vij. quæstio. j. denique. uersi. addendo. ff. de uerborum obligatio. Titia. & ff. de iuris & facti ignor. regula. §. ultimo. & ultimo loco postea per se prohibetur. Vel refertur tãtum ad ultimum: & sic expresse ultimum prohibetur. Dicunt tamen quidam, quod ultimũ hic non prohibetur.

i Cum enim magister. hic extirpat primum errorem.

k Illud uero. & ita extirpat errorem secundum.

l Intinctam: ut j. eod. not. super cap. presbyter. contra ibi dicitur quod seruari debet intincta ad opus infirmorum, quod non reprobo, licet non necesse sit, quod intingatur. sed Hugo dicit illud esse abrogatum.

m Et seorsum. Sed nunquid uerum est. quod separatim consecretur corpus Christi, & separatim sanguis? Dicunt quidam ꝙ non fit transsubstantiatio, nisi in ultima syllaba totius formæ plata. Alij uero dicunt, ut Hugo. quod cum dicit, Hoc est corpus meum, quod transsubstantiatur sub illa conditione, scilicet si statim subiungat, Hic est sanguis meus, aliter non. Alij dicunt incertum esse in rerum natura, utrum incontinenti sit corpus Christi. ff. de iudic. sed & si. §. ultimo. Sed ego dico, quod si per copulatiuã duo dicuntur, tunc in prolatione huius uocis. Hoc est corpus meum trãssubstantiatur corpus, & in prolatione consequentis uocis siue locutionis, transsubstantiatur sanguis. sed si per copulati-

Corpus Christi & sanguis, an consecrentur separatim.

copulatiuam tantum unum dicatur, tunc fiet tantum in ultima litera tranſſubſtantiatio. de hoc not. ȷ. ead. quia corpus.

Chriſtus utrum iudam pdiderit.

a Proditorem. cum dixit hic me tradet. Sed ceſſat oppoſitio de proditione: quia dominus non prodidit eū. non eſt enim proditio de futuro, ſed de præterito, nā tradet, futurū eſt. ſi ergo propalauit, non prodidit. Vel dicendū, quod hoc fecit ad inſtantiam eius, cum etiam dixerit ei: tu dixiſti. Alij dicunt, quod in aure Ioannis dixit, q intingit, &c. Vel dic, quod non prodidit: quia dixit talibus q poterant prodeſſe, & non obeſſe xxij. q. v. hoc uidetur. Ioan.

Ioan. 13. a

b De expreſſo. hic de tertio errore, ſcilicet poſt conſecrationem: uel expreſſo, id eſt, non miſto cum aqua.

c Comprimatur. argu. quod uini deſecatio non eſt neceſſaria ad confectionem.

Aqua multipliciter accipitur.

d Intelligi. nam legitur in Apocal. Aquæ multæ populi multi. Item aqua dicitur pœnitentia. ȷ. diſt. vj. teſtamentum. Quandoq; dicitur ſcriptura xxxij. qō. v. ſi Paulus. quandoque dicitur aqua tentatio: ut Saluū me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, &c.

e Sine nobis. id eſt nobis non profuiſſe oſtenditur, q tamen falſum eſt, ſecūdum Baz. hoc enim expoſitum habes. ȷ. ea. diſt. ſicut. ADDITIO. Et q dicit ibi, ſine Chriſto, hic dicit, ſine nobis quod eſt idē ſecundum Hug.

¹ Alij dicūt q eſt adhuc reprobatio tertij erroris: reprobatio autē quarti eſt ȷ. uer. & ideo hoc ſe qui in gl. ſeq. Arch.

f Ergo quando botrus. hic uidetur reſpōdere quartæ ¹ quæſtioni ubi innuitur, quod ſicut ipſi qui botrū offerebant, ſolum uinum offerre uidebantur, ita qui panem intinctum lauabant, ipſam aquam offerebant.

mendatio memoratur. nam intinctum panē, alijs Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illo tantùm diſcipulo quē intincta buccella magiſtri proditorē ¹ oſtenderet: non quæ ſacramenti huius inſtitutionem ſignaret. Nā quòd de expreſſo b botro. i. de uuarū granis populus communicatur, ualde eſt omnino confuſum. ſed ſi neceſſe ſit, botrus in calice cōprimatur, c & aqua miſceatur: quia calix dominicus iuxta canonum præcepta, uino & aqua permiſtus debet offerri: quia uidemus in aqua populū intelligi, d in uino uero oſtendi ſanguinē Chriſti. ergo cùm in calice uino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit, copulatur & iungitur, quæ copulatio aquæ & uini ſic miſcetur in calice domini, ut miſtio illa non poſſit ſeparari. Nam ſi uinū tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. e Si uero aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. ergo quādo botrus f ſolus offertur, in quo uini efficiētia g tantùm deſignatur: ſalutis noſtræ ſacramentū negligit, quod aqua ſignificatur. Non. n. poteſt calix domini eſſe aqua ſola, aut uinum ſolum, niſi utrunque miſceatur. & ideo quia iam plurima & multiplex maiorum manauit ſententia: omnis deinceps talis error, atq; præſumptio ceſſare debet, ne peruerſorū & inordinata compago ſtatum ueritatis eneruet: & ideo nulli deinceps erit licitū, aliud in ſacrificijs diuinis offerre, niſi iuxta antiquorum ſententiam cōciliorum, panem tantum & calicem uino & aqua permiſtum. Decętero aliter quàm præceptum eſt faciens, tandiu à ſacrificando ceſſabit, quandiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correctus, ad gradus ſui officium redeat, quod amiſit.

Item Alexander papa quintus á Petro.

Nulla oblatio corpori & ſanguini Chriſti cōparari ualet.

CAN. VII.

¹ ps NIhil in ſacrificijs h maius i eſſe pōt, quam corpus k & ſanguis Chriſti, nec ulla oblatio hac potior eſt: ſed omnes hæc præcellit, quæ pura conſcientia domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab hominibus ueneranda & ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli & uenerari debet.

Item Innocentius papa, Decentio Eugubino epiſcopo ſalutem.

Ante confecta myſteria, pacem non debemus offerre.

CAN. VIII.

¹ ps PAcem igitur aſſeris ante confecta myſteria, quoſdā populis impertiri, uel ſibi inter ſe ſacerdotes tradere: cū poſt omnia (q̄ aperire l

Vnde & contra euangelicam formam offerentes, non conficiebant. Quid autem ſi aqua ſaporem uini admittat ex panno? non tamen eſt uinum: quia aliquando aliunde non ex uino talem admittit ſaporem: ideoq; non conſecrabitur in ſanguinem. & quod hæc hæreſis ſit, eſt argu. xxiiij. q. iij. quidam. uerſi. aquarij.

g Efficientia. id eſt, uini materia. Dicunt quidam, q hic incipit reprobatio quarti erroris, quod non credo: ſed eſt proſecutio tertij. ſed inferius reprobatur quartus ibi, & ideo.

h Nihil. Hæc eſt [illegible] Ioan. de Fant. [illegible] h Nihil. [illegible] di [illegible] illud c. ſacerdotum. ſcilicet in xxij. capitulis.

i Maius. præter charitatē, quæ cùm nō ſit in ſacrificijs, plus confert quàm corpus: ut ȷ. q. j. interrogo.

k Quàm corpus. id eſt, nullū ſacramentum ¹ dignius eſt iſto, quantū in ſeipſo eſt. Quatuor enim modis unum ſacramētum dignius eſt alio, ſcilicet ratione efficaciæ, ut baptiſmus. de pœni. diſtin. vij. nullus. Ratione ſanctitatis, ut Euchariſtia. j. qō. j. multi. Ratione ſignificationis, ut coniugiū, extra de biga. debitum. xxvj. diſtin. acutius. Quidam tamē remouerūt iſtū modū ratione conferentis, ut confirmatio. ȷ. diſt. v. de his uero. & ca. ſeq. ratione utilitatis j. q. j. interrogo.

¹ De hoc no. 95. di. ecce. & 1. q. j. inuiti. Archi.

Sacramentum unū eſt altero digni⁹ quatuor modis.

PAcem. Hæc eſt tertia pars diſtin. in qua reprehenduntur qui primo dabāt pacem, quā ſumerent corpus Chriſti. Archi.

l Aperire. quæ ſcilicet, ſecrete aguntur in canone. Vel non debeo, id eſt, non

non poſſum. Nam quædam ſunt ibi quæ non poſſet humanus intellectus aperire. j. q. j. multi.

a Præbuiſſe. ſ. ead. diſtinct. j. epiſcopus Deo. Et nota ꝙ per oſculum conſentit quis alij: ut dixi lxxiij. diſtinctio. cum Adrianus.

b Demonſtrentur. Non tamẽ in miſſa defunctorum datur pax: quia iam non ſunt in perturbatione huius mũdi: ſed quieſcunt in domino. nec inter monachos: quia mundo mortui ſunt. ij. q. vij. placuit. xvj. q. j. placuit. ij.

Pax non dat in miſſa defunctorũ, nec inter monachos.

c Peracta. Communicent. qui corpus & ſanguinem miniſtrant. nã laici ter in anno tantum. ſ. e. ſeculares. Vel hoc eſt antiquum. Nã hoc hodie uidetur relictũ arbitrio cuiuslibet ſ. ea. quotidie. imo hodie ſemel in anno omnes debent. extra de pœnit. & remiſ. omnis.

[redacted]

d Relatum. Hæc eſt quarta ps diſt. in qua dicitur, quod quoties quis celebrat, toties ſumat euchariſtiam. Ioan. de Fant.

Sacrificia. Innuitur ex hoc cap. ꝙ uno die non poſſunt ab eodem plura ſacrificia celebrari in uno canone; qđ falſum eſt: Sed tu dic hoc ſolum hic reprobari non toties ſumere quoties conficitur. Not. hic plurima dici de duobus: quia plura: nõ licet ſ. ea. diſtin. j. ſufficit. niſi in natiuitate. ſ. ea. diſtin. j. nocte. inſtit. de iure perſo. in fine.

Qua ſe. ſ. xxv. q. ij. ita nos. ſ. xvij. q. iiij. frater. xij. q. ij. qui. & humanis.

e Anno. ſ. diſtinc. lxxiiij. epiſcopus.

f Toties. Sicut lex dicit in abolitione. ij. q. iij. præuaricator, & tot denunciationes debẽt fieri, quot opera ædificãtur. ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. ſi plurium.

[illegible]tia quam duo offerp, &c.

non debeo) pax ſit neceſſario indicẽda: per quam conſtet populum ad omnia quæ myſterijs aguntur, atq; in eccleſia celebrãtur, præbuiſſe[a] aſſenſum: ac finita eſſe, pacis cõcludentis ſignaculo demonſtrentur.[b]

Item Calixtus papa.

Eccleſiaſticis liminibus careat miniſter, qui poſt cõſecrationẽ communicare contẽnit.

CAN. IX

Peracta conſecratione, omnes cõmunicent[c] qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus. Sic. n. & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet eccleſia.

It ex cõcilio Tole. xij.

Quiſq; ſacerdos quoties miſſam celebrat, toties ſacrã communionem percipiat.

CAN. X.

Relatum eſt nobis, quoſdam de ſacerdotibus non tot uicibus cõmunionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia[d] in uno die uidentur offerre: ſed ſi in uno die plurimã Deo offerũt ſacrificia, omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendunt: & in ſola tantum extrema ſacrificij oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt: quaſi nõ ſit illis toties uero & ſingulari ſacrificio participandũ, quoties corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta cõſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit: Nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certũ eſt, ꝙ ij qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt dominici ſacramẽti. Quicunq; ergo ſacerdotũ deinceps diuino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à cõmunione ſuſpẽderit: ab ipſa qua ſe[e] indecẽter priuauit gratia cõmunionis, anno[f] uno repulſum ſe nouerit. Nã quale erit ſacrificiũ, cui nec ipſe ſacrificãs particeps eſſe dignoſcitur? Ergo modis omnibus tenendũ eſt, ut quotieſcunq; ſacrificans corpus & ſanguinem dñi noſtri Ieſu Chriſti in altario immolat, toties[g] pceptionis corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti participem ſe præbeat.

1. Co. 10. d

Item Gelaſius papa Maiorico & Ioanni epis.

Corpus Chriſti ſine eius ſanguine, ſacerdos non debet accipere. CAN. XI.

Comperimus aũt, ꝙ quidã ſumpta tantũmõ corporis ſacri portione,[h] à calice[i] ſacrati cruoris abſtineãt. Qui pcul dubio (qm̃ neſcio, qua ſuperſtitione docent̃ adſtringi) aut integra[k] ſacramẽta pcipiãt: aut ab integris arceantur: quia diuiſio[l]

h Comperimus. Portione. id eſt, ſpecie panis, quæ tantum ſacrum corpus ſignificat.

i A calice. id eſt, à ſpecie uini, quæ ſignificat ſacrum ſanguinem.

k Aut integra. id eſt, integre. ſub utraque enim ſpecie Chriſtus integre ſumitur. Et hoc intelligo de conficiẽte. Nam infirmus uel ſanus, in neceſſitate ſine uino corpus ſumere poteſt.

l Quia diuiſio. hoc de ſpeciebus, ipſis exterioribus intelligitur. impoſſibile eſt enim corpus Chriſti, ſine ſanguine ſumi, & uiceuerſa ſiue enim ſpeciem panis, ſiue uini quis ſumat, utrunque ſumit. & dicuntur hic duo ſacramenta, & unum propter unum contentũ. re uera enim ſunt ibi plura ſacramẽta. Nam accidentia panis, ſunt tantum ſacramentũ corporis Chriſti: & accidentia uini, ſunt tantum ſacramentum ſanguinis Chriſti: quia certe ſub ſpecie panis eſt corpus & ſanguis Chriſti: imo totus eſt Chriſtus. ſimiliter ſub ſpecie uini, non tamen eſt ibi duplex ſumptio corporis & ſanguinis Chriſti: nec ſuperfluit hæc uel alia ſumptio, ſicut ſi comedam in uno prandio & ante potum & poſt potum: non tamen dicor bis comedere. nec ſuperflue ſumitur ſub utraque ſpecie. Nam ſpecies panis ad carnem, & ſpecies uini ad animam refertur, cum uinũ ſit ſacramentum ſanguinis in quo eſt ſedes animæ. ideoq; ſumitur ſub utraque ſpecie, ut ſignificetur qđ utrunque Chriſtus aſſumpſit, & carnem, & animam, & quod tam animæ quam corporis participatio ualeat. unde ſi ſub una tantum ſpecie ſumeretur, ad tuitionem alterius tantum ualere ſignificaretur. Hæc tamen propoſitio non eſt concedenda, uinum tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti: nec iſta panis tranſſubſtantiatur in ſanguinem: ſed potius panis tantum tranſſubſtantiatur in carnem: & uinum tantum in ſanguinem: tamen ubicunque eſt caro, ibi eſt ſanguis: ſed caro eſt ibi per tranſſubſtantiationem, & ſanguis per commixtionem, ſicut anima eſt

Ab integris: ut aut ambo accipiat, aut abſtineat a celebratione miſſæ: ut neutrũ cõficiatur. Archi.

Corpus Chriſti ſine ſanguine non ſumitur: nec ſanguis ſine corpore.

Vinũ trãſſubſtantiatur in corpus. hæc ppoſitio cõcedẽda nõ eſt, nec iſta, panis trãſſubſtãtiatur in ſanguinem.

ibi per unionem, non per tranſſubſtantiationem. eundem effectum. ſimile. ſ. xxij. quæſtio. ij. beatus. viij. q. j. in ſcripturis. ſ. xiiij. quæſtio. j. quod debetur. ſ. xxiij. q. v. prodeſt. & quæſtio. j. noli. ſ. xxxv. q. v. ad ſedem. arg. diuerſarum ſententiarum neutram reprobari. viij. q. j. in ſcripturis.

a Vnius. ſic & pupillus neceſſe habet omnia negotia quæ tutor fecerit, rata habere: uel omnia reſpuere. ff. de admi. tut. cum quæritur. Arg. xij. q. ij. quia cognouimus. ff. de procur. in cauſæ. ADDITIO Ad idem. C. de iure delibe. quidã. Sed argu. contra. ff. de mino. etiam. §. j.

unius eiuſdẽq; myſterij, ſine grandi ſacrilegio non poteſt peruenire.

Item Auguſtinus.

Euchariſtia communionẽ qui quotidie accipit, nec reprehenditur, nec laudatur.

CAN. XII.

Quotidie euchariſtiæ cõmunionẽ accipere, nec laudo, nec uitupero: b omnibus tamẽ dominicis diebus cõmunicandũ hortor: ſi tamẽ mẽs in affectu. c peccandi non ſit. nã ſi adhuc habet uoluntatẽ peccandi: grauari d magis dico euchariſtię perceptione, quã purificari. e & ideo quãuis qs peccato mordeatur, peccandi tamẽ de cætero non habeat uolũtatem: & communicaturus ſatisfaciat lacrymis & orationibus: & confidẽs de domini miſeratione, accedat ad euchariſtiam, intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illo dico quẽ mortalia peccata nõ grauant. Idem, Si dixerit quiſpiam nõ quotidie f accipiendam euchariſtiã, alius affirmat quotidie: faciat unuſquiſque quod ſecundum fidem g ſuam piè credit faciendum. nec n. litigauerunt inter ſe, h aut quiſquam eorũ ſe alteri præpoſuit, Zachæus, & ille Cẽturio, cum alter eorũ gaudẽs in domo ſua ſuſcepit dominũ: alter dixit: domine non ſum dignus ut intres ſub tectũ meum. ambo ſaluatorem honorificantes, quamuis nõ uno modo. ambo peccatis miſeri: ambo miſericordiam conſecuti. Ad hoc ualet, q manna ſecundum propriam uoluntatẽ in ore cuiuſque ſapiebat.

Item Ambroſius.

Qui ſemper peccat, cæleſtis ſacramẽti medicinam ſemper accipiat.

CAN. XIII.

Si quotieſcũq; effundit i ſanguis k Chriſti, in remiſsionem peccatorũ effunditur: debeo l merito ſemper accipere: q ſemp pecco, debeo ſemper accipere medicinã.

Itẽ Hilarius epiſcopus.

Non abſtineat à corpore domini, qui excommunicari non meretur.

CAN. XIIII.

Si nõ ſũt m tãta peccata, ut excõmunicetur n quis: nõ ſe debet à medicina corporis & ſanguinis domini ſeparare.

Itẽ Fabianus papa ait.

Ter in anno quiſque fidelium communicet.

CAN. XV.

Et ſi non frequẽtius, ſaltẽ in anno ter homines † cõicent: niſi forte o quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur: in paſcha uidelicet, & pentecoſte, & natali p domini.

Item Sother papa ait.

Etiã in cœna domini ſacrã cõmunionẽ debemus accipere.

CAN. XVI.

In cœna dñi à quibuſdã perceptio euchariſtiæ negligitẽ quę qm̃ in eadẽ die ab oĩbus fidelib. (exceptis iȷs quib. p grauibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit: eccleſiaſticus uſus demonſtrat, q cum etiã pœnitentes eadẽ die ad perci-

a Quotidie. Hęc eſt quarta ps diſtinc. in qua probatur per ix. capit. quod olim antiqui patres ſæpius communicabant ſecundum diuerſos ſtatus eccleſiæ. Ioan. de Fant.

b Vitupero. Hoc dicit Auguſt. ignorans mentes ſumentium, utrũ ſint dignæ, tanquam qui mentem alterius uidere non poterat. ij. q. v. conſuluiſti.

c Mens in affectu. ſed quando dicis, quod mens eſt ſine affectu peccandi: credo quòd quãdo proponit firmiter abſtinere à quolibet peccato mortali: niſi ſit ergo in tali propoſito nunquam debet accipere corpus Chriſti.

d Grauari. ſ. ead. diſtinc. j. in ſancta. xiij. quæſti. ij. quibus. & capit. cum grauia.

e Purificari. & ita quod uni eſt ſalutiferum, alij eſt mortiferum: ut ff. ad leg. Aquil. l. qua actione §. ſi quis. extra de præſcrip. quoniam omne. j. quæſtio. j. §. opponitur. uerſicu. ipſa enim ſalus.

f Quotidie. nam facile non ſunt tribuenda: ut de pœnit. diſtinct. j. nonnulli.

g Secundum fidẽ. id eſt, cõſcientiam. extra de præſcrip. quoniam omne.

h Litigauerunt inter ſe. id eſt, fuerũt contrarij tanquã litigãtes inter ſe. Argum. quod quandoque ea quæ in ſuperficie uidẽtur cõtraria, non ſunt contraria, quia habent

Corpus Chriſti ſumere uolẽs quale propoſitũ debet habere.

Sacramentũ uni eſt ſalutiferũ alij mortiferum.

Luce 16. c

Matt. 8. a

i Si quotieſcunque effundit. Id eſt, ſignificatur effundi.

k Sanguis. id eſt, in commemorationẽ effuſionis ipſius offertur, ĩ. ea. iteratur. quaſi dicat quotieſcunque fit commemoratio ſanguinis Chriſti

l Debeo. id eſt, debeo ſemper præparare me habilem & dignum, ad accipiendum: ut ĩ. ea. non iſte.

m Si non ſunt. uel fuerunt.

n Excommunicetur. id eſt, dignus ſit excommunicari. Omne enim mortale peccatum dignum eſt excommunicatione: ut ſ. vj. q. j. illi qui. ſ. xj. quæſtio. iij. nullus. ſacerdotum. xxij. quæſtio. j. c. ulti. & cap. in ſacris. Vel excõmunicentur in ſacramentis. alias tantum pro contumacia poteſt quis excommunicari. xj. q. iij. certum. ADDITIO ſub. tãtum poteſt quis excommunicari ex cõmunicatione maiori. xj. quæſtio. iij. certum. Pe. de hoc dixi. ij. quæſtio. j. nemo.

o Et ſi non. Niſi forte. tunc idipſum etiam abſtinere, peccatum eſt. ĩ. ead. ſi quis intrat.

p Et natali. Vel diſi ratione pœnitentiæ iniunctæ in illis diebus à communione ceſſare teneatur: ut xxxiij. quæſtio. ij. capt. admonere. Alij dicũt tantum in paſcha eſſe præceptum. extra de pœniten. & remiſsionib. omnis.

q In cœna. Demonſtrat. ſic olim, modo ſic non eſt:

Id eſt, quia ad unum & eũdẽ effectũ tẽdũt. Archidia.

Sapiẽ. 16. a.

pienda corporis & ſanguinis dominici ſacramẽta, reconcilientur.[a]

Item ex concilio Martini Papæ. †

Proyciatur ab eccleſia, qui à communione ſacramẽti ſe pro luxuria ſua auertit.

CAN. XVII.

SI quis intrat eccleſiã Dei, & ſacras ſcripturas audit, & pro luxuria[b] ſua auertit ſe à communione ſacramẽti, & in obſeruandis miniſterijs declinat conſtitutã regulam diſciplinæ: iſtum talẽ pro ijciendũ[c] de eccleſia catholica eſſe decernimus: donec pœnitentiam[d] agat, & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ: ut poſsit communione percepta, indulgẽtiam promereri.

Item ex concilio Agathenſi.

Non habeantur catholici, qui his tribus temporibus communicare deſinunt.

CAN. XVIII.

[e] SEculares qui ĩ natali domini, paſcha, pentecoſte, non communicauerint, catholici non credãtur:[f] nec inter catholicos habeantur.

Item ex concilio Toletano.

Corripiantur qui in eccleſia communicare contemnunt.

CAN. XIX.

SI qui intrãt eccleſiam Dei, & deprehendũtur nũquã cõicare,[g] admoneanť. ꝗ ſi non cõicãt, ad pœnitentiã accedãt. ſi communicant,[h] non ſemper abſtineãt.[i] ſi nõ fecerint, abſtineant.[k]

Item ex concilio Elibertano.

Ante ſanctã communionẽ, à propria uxore quiſq; cõtineat.

CAN. XX.

OMnis homo ante ſacram cõionem à ꝓpria uxore abſtinere[l] debet tribus aut quatuor aut octo diebus: nec inter catholicos connumerabitur, qui ĩ iſtis uidelicet tẽporibus, paſcha, pentecoſte, & natali domini, non communicauerit.

Item Sergius Papa ait.

Quare tres partes fiãt ex corpore Chriſti.

CAN. XXI.

[6] TRiforme eſt corpus dñi, Pars oblata, in calicem[m] miſſa, corpus Chriſti, quod iam reſurrexit, mõſtrat. Pars comeſta, ambulans[n] adhuc ſuper terrã. Pars in altari uſq; ad miſſæ finẽ[o] remanẽs corpus in ſepulchro: quia uſq; ad finem ſeculi corpora ſanctorũ in ſepulchris erunt.

Item ait Clemẽs Papa.

A quibus ſunt contrectanda ſacramenta dominica.

CAN. XXII.

[7] TRibus gradibus[p] commiſſa[q] ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum: id eſt, presbytero, diacono, & miniſtro: qui cum timore & tremore clericorum

---

eſt: ſed monachi faciunt.

a Reconcilientur. Finita pœnitentia: ut ī. xxvj. q. vj. ſi quis de corpore. Vel conſuetudini quarundam eccleſiarũ alludit, & ſecundum primum intellectum, illud eſt expreſsiuum ueritatis: ſicut, illud Ioannis j. Quaſi unigeniti à patre, &c.

b SI quis intrat eccleſiam. Et pro luxuria, id eſt, ſuperſtitione ſua, credens forte non eſſe communicandum.[1] xxviij. qõ. j. idololatria. Vel, id eſt, pro luxurioſa uita ſua, ſine qua pauci. diſtinct. 50. quia tua.

c Proijciendum. Cur arguitur unde commẽdari debet? quia pro peccatis ſuis abſtinet à corpore Chriſti. Sed non arguitur, quia ſeparat ſe à ſacramẽto pro mortali peccato:[2] ſed quia in delictis luxuriando, incorrigibilis deprehenditur, de pœnitentia, diſtinctione prima, ſunt qui arbitrantur [illegible]

d Donec pœnitentiam. Infra eadem. cap. ij. quia [illegible]

e SEculares. Non credantur. niſi ob humilitatem uel delicti conſcientiam[3] abſtineant. ſed Baz. dixit ſemel in anno præceptum eſſe communicare quo ad laicos. Vel dic hoc in clericis, illud in laicis: nam uita clericorum debet eſſe religioſior quam laicorum. ſupra, diſt. iiij. denique.

f [illegible] qui intrant eccleſiam. Communicare. Id eſt, ſi dicunt ſe tales eſſe, ꝗ non ſunt digni communicare, ſcilicet propter conſcientiã criminum.

g Si non communicant. Id eſt, ſi digni non ſunt.

h Si cõicant. Id eſt, ſi dignos ſe communione faciũt, id eſt, ſi ſe tales dicunt, quod ſunt communione digni.

i Abſtineant. Id eſt, remoueantur.

k Abſtineant. Id eſt, ſi alijs temporibus, non tamen illis temporibus abſtineant, ſcilicet paſcha, pentecoſte, natali domini.

l Abſtineant. A communione. Vel abſtineant. id eſt, excommunicentur.

OMnis homo. Abſtinere. Quantum in ſe eſt, ut non exigat. exactus tamen, reddere debet quolibet tempore: ut xxxiij. q. v. ſi dicat. non enim eſt præceptum quod hic continetur: ut not. xxxiij. quæſt. quarta. uir cum propria. ſimile xxiij. diſtinct. ca. ulti.

TRiforme eſt corpus. Hæc eſt ſexta pars diſt. in qua dicitur quod tres partes ſunt de corpore Chriſti: & tres habet ſignificationes. Hu.

m In calicẽ. Quia iunctura corporis[4] domini cum ſanguine, deſignat unionem corporis cum anima.

n Ambulans. Id eſt, deſignat corpus domini in eo ſtatu, in quo fuit ante paſsionem, uel [illegible] Sub. [illegible] dicitur ſpiritualis corpus Chriſti. infra eadem diſtinct. quia paſſus.

o Finem. Hodie non ſeruantur, ſed duæ partes ſiccæ comeduntur. Prima ſicca pro animabus ſanctorum ad laudem Dei. Altera ſicca pro illis qui ſunt in purgatorio. Tertia cum ſanguine pro illis qui ſunt in peccato uiuentes. G.

TRibus gradibus. Hæc eſt, ſeptima pars di. in qua dicitur quod ſacramenta dominica tractantur a tribus ordinibus. Io. de Fant.

p Tribus gradibus. Id eſt, miniſtris triũ graduum.

q Commiſſa. Id eſt, tractanda.

r Sacramenta. Id eſt, corpus & ſanguis: quæ ſunt ſacramenta unitatis eccleſiæ: ut j. e. quia paſſus. corpus enim Chriſti & ſacramentum eſt & res ſacramenti: ut ī. e. in ſumma. j. ea. hoc eſt quod dicimus.

---

† c. 84. ſynodorum græcarũ à Martino Bracarenſi epo collectarũ idẽ concilũ Antiochẽ. c. 2.

1 Vel contemnens cõmunionem ſi. ī. ea. diſt. omnes fideles. Hug.

2 Sub. quod committeret ſi indignè ſumpſiſſet corpus Chriſti.

Clerici debẽt eẽ deuotiores, quã laici.

3 Vel ſit eis iniunctũ in pœnitentia.

4 De hoc not. ī. ead. comperimus.

Corporis Xpi partes quid ſignant.

[a] Reſeruentur. Infra ead. diſt. presbyter euchariſtiam. contra extra de offic. archipreſby. officium. contra, ſed ibi iubetur reſeruari ad opus morientiū: hic prohibetur reſeruari ad opus conſecrantium.
[b] Putent. Simplices, uel ipſi presbyteri.

illud pronomen hoc: aut panis, aut corpus Chriſti. panis non, quia ille non eſt corpus Chriſti. Item nec corpus: quia non uidetur q̄ ante totius formæ prolationem fiat tranſſubſtantiatio. [3] ad hoc dico, quod per hanc dictionem hoc, nihil demōſtratur. nam ipſa materialiter ponitur ibi. Sed hic quæro qualiter per dictionem nihil ſignificantem fiat tranſſubſtantiatio. Item dominus utebatur ſignificatiue uoce illa: & nos utimur materialiter: ergo nō facimus ea quæ ipſe fecit: quod fieri debet ſ. ead. ſcriptura. Hic oportet q̄ magis operetur fides, quā ratio diſſerendi: quia fides non habet meritū, &c. ſ. de pœ. di. iiij. in domo. Ad hoc dico. quòd ea uis data eſt ipſis uerbis, qđ ad eorū ꝓlationem fiat tranſſubſtātiatio. j. eadem. cap. accipite. Item [redacted] Item quid ſi quis proferret uerba hæc poſt mortem Chriſti ante reſurrectionem conficeret ne? uidetur quod non: quia corpus Chriſti tunc erat mortuum, & inanimatum, ergo ſi tranſſubſtātiatio tunc fieret, tunc tranſiret in corpus mortuum & inanimatum: [redacted] Reſp. nemo potuit ante reſurrectionē conficere uerū corpus Chriſti, niſi Chriſtus. ſic ergo data eſt forma, ut poſt reſurrectionē hoc fieret per illud: Hoc facite in meam commemorationem, ideo enim non cantatur miſſa in illo triduo: & intelligo per ſinecdochen. De hoc lxxv. diſt. quod à patribus.

[3] De hoc mēbro uideas qđ leg. & no. ſ. ead. cū omne.

Hiere. 11. c

1. Co. 11. g Apoſtoli utrum potuiſſet cōficere in triduo.

1. Co. 11. g

Luc. 22. b

Phili. 2. a

reliquias corporis domini cuſtodire fragmentorum debēt, Idem, Tanta in altario certè holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quòd ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, [a] ſed cum timore & tremore clericorum, & diligentia conſumantur, Qui autem reſidua corporis domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt: non ſtatim ad accipiendos communes cibos conueniant, ne putent [b] ſanctæ portioni miſcere [c] cibum, qui per aqualiculos [d] digeſtus in ſeceſſum diffunditur. Si igitur manè dominica portio editur, uſque ad ſextam ieiunent miniſtri qui eam conſumpſerunt. & ſi tertia uel quarta hora acceperint: ieiunent uſque ad ueſperas, ſic ſecreta ſanctificatione æterna cuſtodienda ſunt ſacramenta. Præcipimus etiā ne unquam extero clerico [e] eccleſiæ ſiue laico de fragmentis oblationū Chriſti ad menſam ponatur. Vnde ſcis tu, qui paſſim ſanctuarij panes indignis impēdis, unde noſti ſi à mulierib. mundi ſunt? Hinc & Dauid ab Achimelech ſacerdote interrogatus: cùm panem ſibi ad comedendum poſceret: cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit.

Item Iſidorus.

Inficiuntur non mundantur ſceleroſi, qui communicare non deſinunt.

CAN. XXIII.

8 QVi ſceleratè uiuunt in eccleſia, & cōicare nō deſinūt, putantes ſe tali cōione mundari: diſcant nil ad emundationē proficere ſibi, dicēte propheta: Quid eſt, quòd dilectus [f] meus fecit in domo mea ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent á te malicias tuas? Et Apoſtolus, Probet [g] inquit, ſe homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

Item ex viij. ſynodo Baſilius epiſcopus dixit.

Damnationem non ſalutem acquirunt, qui indignè ſacramentis Chriſti communicant.

CAN. XXIIII.

TImorē [h] docet [i] nos Apoſtolus dicens: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Fidem uerò edocet nos ſermo domini dicens: Hoc eſt corpus [k] meum, quod pro multis dabitur, Hoc facite in meam commemorationem. & Apoſtolus [l] de unigenito Dei filio. [m] Humiliauit ſemetipſum

Species ſacramentales an deſcendant in ſtomachum.

[c] Miſcere. Sed nec ſpecies illæ alijs cibis permiſcentur. non enim in ſtomachum deſcendunt: quare per ſeceſſum non emittuntur. licet enim ex ipſis aliquis reficiat, non tamen incorporantur: nec in ſtomachum deſcendunt: nec per ſeceſſum emittunt. interdum enim odore recreatur [1] homo: qui tamen nec in ſtomachum nec in ſeceſſum dirigitur. Dici poteſt, [2] q̄ ſpecies bene deſcendūt in ſtomachum. nam aliter quomodo euomerentur. j. ea. ſi quis per ebrietatem. unde forte per ſudorem emittitur de corpore. [redacted]
[d] Per aqualiculos. i. per occultos meatus. Vnde Perſius, Pinguis aqualiculus propenſo ſeſqui pede extat.
[e] Clerico. Alienæ iuriſdictionis: et ſic nō eſt contra. j. ea. non prohibeat. ibi de occulto, hic de manifeſto.
QVi ſcelerate. Hæc eſt octaua pars diſt. in qua probat magiſter, quod cum magna ueneratione debemus ſumere corpus Chriſti, & hoc probat per tria ca. ſo. de Fant.
[f] Quod dilectus. Ironice dicit.
[g] Probet. Id eſt, examinet, uel purget, id eſt purgatum ſe uel probatum reddat. viij. q. j. in ſcripturis.
[h] TImorem. Scilicet domini.
[i] Docet. Hæc tria debet habere, qui uult accipere corpus Chriſti, timorem filialem, fidem, & dilectionem.
[k] Corpus. Solet quæri quid demonſtretur per

[l] Apoſtolus. Sic probat, quod communicando dilectionem debemus habere.
[m] Filio. Scilicet Chriſto.

[1] De hoc no. j. ca. in illo. ibi uideas.

[2] Quod no. j. cap. ſpecies. & ca. non iſta. ibi uideas.

1. Re. 21. a

Corpus Chriſti ſuſcipere uolens, tria debet habere.

Hoc eſt enim, &c. quid demonſtrat ly hoc.

Puto

Inimici ſunt diligendi.

a Puto. quia tenemus hos diligere qui nos diligũt. ut extra de teſta. cum in officijs. imo nec ſolum ſufficit diligere diligẽtes ſe, imo inimicos. xxiij. q. iij. ſex ſunt differentiæ. hiſtoriam habes. j. q. j. ſi quis inquit

b Tradidit. quo ad ſufficientiam, non quo ad efficientiam. ſ. de pœnit. diſtin. iiij. §. ſic itaque peccata.

c Et dixit.

† [redacted]

ignem alienum. Omnis ignis alienus dicebatur ad ſacrificandum, præter illum qui cælitus viij. die de cælo erecti tabernaculi miſſus eſt. j. q. j. ſicut.

d Seminate. id eſt diſpergite huc & illuc: ut inueniatis thurthula.

e Quia ſanctificauerunt. Id eſt, pœna eis illata pro peccatis fuit exemplũ alijs ne ſimilẽ pœnam incurrant, & ita ſanctificauerunt ea quo ad exemplum. Hug. id eſt, pœnas peccatorum ſuorũ in exemplum alijs ſtatuerunt ſanctificationis offerẽdo thuribula. vij. quæſtio. j. denique. Grat.

† q. 30. ad c. 16.

f In. Id eſt, contra.

g Sanctificata ſunt contra. ſ. xiiij. quæſtio. v. ſcriptum. Abominabiles dicuntur uictimæ impiorum, non quin bona ſit omnis creatura, & à Deo dilecta: quia ſcriptum eſt: Nihil odiſti eorum quæ feciſti. ¹ ſed quantũ ad offerentes: quia praua intẽtione offerunt, exemplo Cain. Quod autem dicitur munera ab offerente placuerũt, &c. in eo non reprobantur munera: ſed potius offerẽtium merita conſtituendo eum uita dignum. munera ergo oblata non reprobat, ſed praua opera offerentium. xc. diſt. neque ad Cain.

Nu. 16. c. Victimæ impiorũ abominabiles dicũtur.

¹ Alias, aurea.

k De hoc etiam habetur 24. qõ. ij. ſanè ꝓfertur.

factus obediens uſq; ad mortem: mortem autem crucis. Cum ergo anima habet fidem his dictis, & conſiderat magnificentiã gloriæ ipſius, & admiratur nimietatẽ humilitatis, quomodo tãtus ac talis obediens fuit patri, uſque ad mortem pro uita noſtra: puto ᵃ quia pro uocari poſsit, uſq; ad effectum & dilectionẽ ipſius. & Dei patris qui unico filio nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit ᵇ illum. Talem ergo fidem & affectum præparare debet in animo ſuo, is qui panem & calicem domini percipit.

Item Auguſtinus in libro quæſtionum Numero.

Non à quo, ſed ante quem offeratur, conſiderandum eſt.

CAN. XXV.

Et dixit dominus ad Moyſen & ad Eleazarum filium Aaron ſacerdotem: Tollite thuribula ænea ᶠ è medio exuſtorum: & ignem alienum ᶜ hunc ſeminate ᵈ ibi: q̃a ſanctificauerunt ᵉ thuribula peccatorũ horum in animabus ſuis. & facies laminas ductiles, & circumpones altari, quoniam oblata ſunt ante dominum, & ſanctificata ſunt; ᵍ & facies in ſignum ʰ filijs Iſrael.

Sed notandum eſt nouo modo dicta ſanctificata pœna eorũ à quibus peccatum hoc fuerat perpetratum: quia per eos exemplum datum eſt cæteris quòd timerent. Circumpoſitiones autem altari, cur ex eis fieri uoluit, addidit dicens: Quoniam oblata ſunt ante dominũ, & ſanctificata ſunt in ſignũ filijs Iſrael. Non ergo in eis reprobari ⁱ uoluit, quòd a talibus ᵏ oblata ſunt: ſed hoc potius cogitari & attendi, ante quem oblata ſunt, id eſt, quia ante dñm: ut plus in eis ualeret nomen dñi, ante quem oblata ſunt, quàm peſsimũ meritũ eorum à quibus oblata ſunt.

Item ex decreto papæ Pij.

Pœnitentia eius, cuius negligentia de Chriſti ſanguine aliquid ſtillat.

CAN. XXVI.

9 Si per negligentiam aliquid de ſanguine ˡ ſtillauerit in terrã, ᵐ lingua lãbetur: tabula radetur. ſi non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corradetur, & igne conſumetur: & cinis intra altare condatur: & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. ſi ſuper altare ſtillauerit calix: ſorbeat miniſter ſtillam, &

liter inſpicias: & thuribula deſtruuntur, cum formam amittant. argu. ff. ad exhib. Iulianus ſcribit. §. ſed ſi quis. x. q. ij. hoc ius. H. ibi, uel conflata.

i Reprobari. ſcilicet tantum.

k Quod à talibus. arg. quod priuilegium conceſſum ab Apoſtolico hæretico, ualeat. quod falſum eſt. ſ. xij. q. ij. alienationes. cõtra. xxxij. q. v. præceptum. cõtra. vij. q. j. factus eſt argu. ꝙ hæreticus prælatus acquirit eccleſiæ cui præeſt. Dic, ultimũ uerum eſt: prima ſuperficialia, uel priuilegium pro ſe nõ ualet, ſcilicet hæretico impetratum.

De hoc no. extra de ſchiſ. c. j. in gl. q̃dum. & de electio. nihil in gl. in duob⁹, &c.

Si per negligentiã. Hæc eſt nona pars diſt. in qua ponit magiſter pœnitentiam corpus Chriſti uomẽtibus, & illis qui negligentia permittunt ſtillare ſanguinem. Io. de Fant.

l De ſanguine. id eſt, de ſacramento ſanguinis: ſanguis enim Chriſti à corpore Chriſti ſeparari non ualet: ergo nec ſtillare nec fluere poteſt.

m In terram. Id eſt, in tabulã terræ adhærentem, ut patet per ca. ſequens. Sed nunquid ſacramento cadente, cecidit ibi corpus & ſanguis? Dic quod ſic. & tandiu credas ibi eſſe corpus & ſanguinẽ, quandiu apparuerint ibi accidentia, cum uero propter raſurã non apparuerint, dic ibi non eſſe. Sed nunquid humor cadit in terram? Non, ſed obijcitur, cum ſola accidentia maneant ibi: & accidentia non habent põdus, quia ſolum corpus habet pondus: qualiter ergo dicuntur accidẽtia cadere, cum non habent pondus? Sed dic quod ponderoſitas adhuc manet cum accidentibus alijs: & tamen nihil eſt ibi ponderoſum. Item ſecundum Hug. & Baz. accidentia reddunt locum humidũ & rubeum. extra de celeb. miſſ. cum Marthæ. §. præterea.

Sacramẽto cadẽte, an cadat corpus Chriſti.

In omnibus his cedit natura miraculo: & uirtus ſupra conſuetudinem operatur. extra de celeb. miſſ. cum Marthæ.

h In ſignum. contra. xv. q. j. mulier. ſed non eſt contra. nam & hic & ibi qui deliquerunt, puniti ſunt: ſed thuribula non peccauerunt, nec cũ eis peccatum eſt, ſicut cum pecude peccat mulier. ſeruatur ergo hic, ut fiat in ſignum pœnæ illatæ. & pecus occidi iubetur, ne cum eo alia peccet. ꝓpræterea pecus non poſſet duci in aliam formam ſicut thuribula. imo & ſi ſubti-

Pecus occidi iubet cum quo peccauit mulier.

tribus diebus pœniteat. [a]

Si ſuper linteũ altaris, & ad aliud [b] ſtilla peruenerit: quatuor diebus pœniteat. Si uſq; ad tertium, nouem diebus pœniteat. ſi uſque ad quartum, uiginti diebus pœniteat. & linteamina quæ tetigerit ſtilla, tribus uicibus miniſter abluat, calice ſuppoſito: & aqua ablutionis ſumatur, [c] & iuxta altare recondatur:

Item ex pœnitentiali Bedæ presbyteri.

Quæ pœnitentia ſit imponenda ei, qui ſacramentum euomit. CAN. XXVII.

SI quis per ebrietatẽ uel uoracitatem, euchariſtiam [d] euomuerit quadraginta diebus pœniteat, [e] ſi laicus eſt. clerici uel monachi ſeu diaconi & presbyteri ſeptuaginta diebus pœniteant: epiſcopi nonaginta. Si pro infirmitatis cauſa euomuerint, ſeptem diebus pœniteant.

Item ex concilio Remenſi, cap. ij.

Sacerdotes non niſi per ſe diuina ſacramenta miniſtrent. CAN. XXVIII.

10 PEruenit ad notitiã noſtrã, ꝙ quidam presbyteri intãtum paruipendebant diuina myſteria, ut laico uel fœminæ ſacrum corpus domini tradant ad deferendũ infirmis: & quibus [f] prohibetur [g] ne ſacrariũ ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis ſancta ſanctorum committuntur. quòd quam ſit horribile, quamque deteſtabile, omnium religioſorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia ſynodus, ne taliſtemeraria præſumptio ulterius fiat, ſed omnimodo presbyter per ſemetipſum [h] infirmum communicet. Quòd ſi aliter fecerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

Item Clemens papa.

Quando celebratur miſſa, presbyterium laicus ingredi non præſumat. CAN. XXIX.

11 SAcerdotũ aliorũque clericorũ eccleſijs ſeruientium honores à laicorũ loco diſcrete apparere cõuenit. quã obrem nulli laicorum liceat in eo loco ubi ſacerdotes & reliqui clerici conſiſtunt, (quod presbyteriũ nuncupatur) quando miſſa [i] celebratur conſiſtere, ut liberè ac honorificè poſſint ſacra officia exercere.

Item ex concilio Gerundenſi.

Sicut in metropolitana eccleſia: ita ubiq; miſſarum ſolennia celebrentur. CAN. XXX.

12 INſtitutio miſſarũ, [k] ſicut in metropolitana eccleſia agitur, ita in Dei nomine in omnibus prouincijs tam ipſius miſſæ ordo: quàm pſallendi uel miniſtrandi conſuetudo ſeruetur.

Item Auguſtinus in libro x. de ciuitate Dei.

Quid ſit ſacrificium: quid ſacramentum. CAN. XXXI.

13 SAcrificium [l] uiſibile, inuiſibile [m] eſt ſacramẽtum. i. ſacrum [n] ſignum. [o]

Item alibi, Sacramentũ eſt [p] inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma.

Item in lib. ij. de doctrina Chriſtiana.

Quid ſit ſignum. CAN. XXXII.

SIgnum eſt [q] res præter ſpeciem quã ingerit ſenſibus, aliud aliquid faciens

[a] Pœniteat. Hæc pœnitentia erit, ut tot diebus ieiunet, & tot diebus abſtineat à ſacramentorum communione: ut xlv. diſt. c. ij.

[b] Ad aliud. id eſt, linteũ, ſcilicet per temeritatem ſumentis.

[c] Sumatur. id eſt, recipiatur in calice. & ita ſi q̃d turpe [1] in calicem cadat, non teneor accipere. H. & B.

[d] SI quis p̃ ebrietatem. Euchariſtiam. id eſt, ſacramentum Euchariſtiæ, id eſt, corpus Chriſti: quod eſt ſpecies panis. [2] ĩ. ead. non eſt iſte panis.

[e] Pœniteat. Hoc ad cautelam poſitum eſt, ſic xxxiiij. q. ij. in lectum. Vel quia non debuit ſumere cum eſſet infirmus: & ita fuit in culpa. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. §. mulionem. Vel quod non debuit ſtatim comedere cibum uulgarem: ut ĩ. ead. tribus. alias infirmitas excuſat. argu. ĩ. diſtinc. v. ad eius. & diſtinct. vj. teſtamentum. ſimilis pœnitentia imponitur in alio caſu. xxj. quæſtio. iiij. ſi quis eorum

PEruenit. Hæc eſt x. pars diſtin. ſecundum Io. de Fant.

[f] Et quibus. ſcilicet fœminis.

[g] Prohibetur. ĩ. diſt. v. ad eius.

[h] Per ſemetipſum. uel per diaconũ, ſi neceſſe eſt: ut xciij. diſtin. præſente. uel per laicũ catholicum. xxiiij. q. j. cœpit.

SAcerdotũ. Hæc eſt xj. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.

[i] Miſſa. ex quo per contrarium colligitur, quod alio tempore poſſet ingredi presbyteriũ. xxiij. diſtinct. hoſpitiolum.

[k] INſtitutio miſſarũ. Hæc eſt duodecima pars diſtin. Io. de Fant.

SAcrificiũ. Hæc eſt xiij. pars diſtinct. in qua dicitur, quod in corpore Chriſti ſunt tria, ſcilicet ſpecies, ueritas, & figura. extra de celeb. miſ. cum Marthæ. Ioan. de Fant.

[l] Sacrificium. ſcilicet ſpecies panis & uini: quæ dicitur ſacrificium, quia ſacrificatur.

[m] Inuiſibile. id eſt ſignum inuiſibile corpus Chriſti, q̃d eſt ſacramẽtum eccleſiæ. j q. j. multi. ex titulo apparet ſic legendam eſſe literam, ut inter hæc duo diſtinguatur, ſcilicet corporis Chriſti.

[n] Sacrum. i. quod Deo offertur.

[o] Signum. id eſt, ſignum rei inuiſibilis, uel ſignum rei ſacræ inuiſibilis.

[p] Sacramentum eſt. non eſt diffinitio generalis. Nam corpus Chriſti nobis inuiſibile eſt ſacramentũ eccleſiæ, & ita non eſt uiſibilis forma. poteſt tamẽ dici, quod ſit generalis, quia corpus uiſibile eſt his ſaltem qui cum eo ſunt, & ſi nõ nobis. Vel ordina literam ſic, ita quod non agatur de diffinitione: uiſibilis forma eſt ſacramentum inuiſibilis gratiæ.

[q] SIgnum eſt. id eſt, ſpecies panis & uini, eſt aliud præter id quod uidetur, & aliud aliquid oſtendit & innuit: ſicut circulus, uinum uenale. Ex

Vt muſca uel aranea. Io. de Fan.

[1] Ita ſenſit Hu. & ideo uolũt iſti dicere quod corpus Chriſti non intrat uentrẽ: quod falſum eſt cũ ſpecies iaceret. quã diu n. ſpecies manẽt, Chriſtus integre latet ſub eis: & hoc ꝓbatur in hoc quia iſtud cap. quod allegatur, nõ eſt iſte nõ ob. q̃a pro tanto dicit̃ q̃d iſte nõ eſt panis q̃ uadit in corpus, quia nõ intrat in corpus ſicut cibꝰ materialis ut ipſum nutriat, intrat tamẽ & eſt ibi ſub ſpecie ſacramentali: & ſic poteſt euomi: ut hic dicitur ſecundũ Pe.

Ordo literæ.

ex ſe [a] in cognitionem uenire.

Item Gregorius Papa in homilia paſchali ait.

Poſt conſecrationem non ſubſtantia, ſed ſpecies remanet.

CAN. XXXIII.

SPecies [b] & ſimilitudo, [c] illarum rerũ uocabula [d] ſunt [e] quæ antè fuerunt, ſcilicet panis & uini, unde in fine cuiuſdam miſſæ [f] oratur & dicitur: Perficiant in nobis quæſumus domine, tua ſacramenta quod continent: ut quæ nunc ſpecie gerimus, rerũ ueritate capiamus. Poſtulat quippe ſacerdos, [g] ut corpus Chriſti quod ſub ſpecie panis & uini nunc geritur manifeſta uiſiõe, ſicut re uera eſt, quãdoq; capiatur. de qua uiſione dñs in Euãgelio ſecundùm Ioannẽ ait: Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eum: & manifeſtabo ei meipſũ. quãuis non improbabiliter quidã exponãt hoc loco, carnis & ſanguinis ueritatẽ, ipſam eorundẽ efficientiam, id eſt, peccatorum remiſsionem.

Ioã. 14.c

Item Euſebius Emiſſenus.

Viſibiles creaturæ in Chriſti corpus & ſanguinem, inuiſibiliter conuertuntur.

CAN. XXXIIII.

14 QVia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſideribus: neceſſarium [h] erat ut die cœnæ ſacramentũ [i] nobis corporis & ſanguinis conſecraret: [k] ut coleretur [l] iugiter per miſteriũ, [m] qđ ſemel offerebat̃ in pretiũ: [n] ut q̃a quotidiana & indefeſſa [o] currebat [p] pro omniũ ſalute redemptio, [q] perpetua eſſet redẽptionis [r] oblatio, [ſ] & perẽnis [t] uictima illa uiueret i memoria: & ſemp p̃ſens eſſet in gratia uera, unica, & perfecta hoſtia, fide æſtimãda, nõ ſpecie: neq; exteriori cẽſenda uiſu, ſed iteriori affectu. Vnde cæleſtis confirmat authoritas: Quia caro mea uerè eſt cibus: & ſanguis meus uerè eſt potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguũ: quoniam quidẽ qui author eſt muneris, [u] ipſe eſt etiam teſtis ueritatis. Nam inuiſibilis ſacerdos uiſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui uerbo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicẽs: Accipite & comedite: hoc eſt corpus meum. & ſanctificatione [x] re-

Ioan. 6.f.

[redacted]

Conſecratione facta, ſubſtãtia panis non eſt.

a Ex ſe. Id eſt, forma & compoſitione ſui. nam panis fit ex granis puris. ſic intelligitur corpus Chriſti ex membris ſuis.

b SPecies. Hoc ad panem.

c Et ſimilitudo. Id eſt, forma, quo ad uinum.

d Vocabula ſunt. Id eſt uocabula uocantur illarum rerum, quæ fuerũt ante. ſ. panis & uini: cum iam non ſint. ſcriptura enim ſpeciem panis panem, & ſpeciem uini uinum. et corpus domini panem, & ſanguinem, uinum & calicem conſueuit appellare propter ſpeciem panis & uini: ut ibi probet ſe homo: & ſic de pane, &c. ut j̃. ead. quia paſſus. & ibi, Ego ſum panis uiuus, &c. de pœ. di. ij. §. cũ igitur. uer. item dominus.

e Sunt. Id eſt, retinent: & ita uox interitu rei non amittit ſignificationẽ, licet res pereat. Et hic eſt arg. contra eos qui dicunt ſubſtãtiam panis & uini ibi eſſe poſt conſecrationem: quia non conuertuntur in corpus Chriſti, ut dicunt. Sed contra eos eſt j̃. ea. nos autem. & ca. panis. ſed exponunt quia antea fuerunt ſola, ſed modo non ſunt ſola: quia ibi iam latet corpus Chriſti. Alij dicunt, quod deſinit ibi eſſe panis & uinũ, ſed differunt. Nam quidã dicunt ipſa mutari & conuerti in corpus Chriſti. Alij in nihilum redigi, uel in primordialẽ materiã reſolui. Illis utriſque obijcitur de forma, ſapore, colore, et alijs accidẽtibus in quo ſubiecto ſunt. & eorum quidam dicunt, quod in aere. Alij eſſe ſine ſubiecto miraculoſe. nam cedit natura miraculo, extra de celeb. miſ. cum Marthæ. §. j.

f Miſſæ. Eius ſcilicet quæ celebratur in ſabbatho quatuor temporum Septembris.

g Sacerdos. Arg. quod aliquis ante Grego. orationes fecit in miſſa. aliter enim non exponeret ſeipſum, nec diceret: quamuis, &c.

QVia. Hæc eſt decimaquarta pars diſtin. in qua quæritur quare Deus nobis dedit corpus & ſanguinem ſuum? Et dicitur quod ideo ut eſſet in nobis naturaliter per memoriam, & apud patrem intercederet pro nobis, ideo tradidit corpus ſuum ad perpetuam rei memoriam. Io. de Fant.

h Neceſſarium. Id eſt, utile & congruum: alias neceſſariũ ineuitabilitatis. de pœn. diſt. ij. charitas. alias commoditas. j̃. di. v. ne tales.

i Sacramentum. Id eſt, corpus & ſanguinem: quod eſt ſacramentum, & res ſacramenti.

k Cõſecraret. Supple & inſtrueret in poſterum, ab alijs conſecrandum.

l Vt coleretur. Id eſt, conſecraretur.

m Per myſterium. Id eſt, ſub uelamine panis & uini. j. q. j. multi.

n In pretium. Id eſt, redemptionem noſtram. F.

o Et indefeſſa. Id eſt, non remiſſa, & indeficiens.

p Currebat. Id eſt, feſtinabat redimere nos per paſsionẽ, [a] iuxta illud: Exultauit ut gigas, &c.

q Redemptio. Facta per Chriſtum in cruce.

r Redemptionis. Id eſt, fides paſsionis: per quam redempti ſumus. Vel prædicatio ſacrificij: quod erat noſtra redemptio. Ioan.

ſ Oblatio. Id eſt, corpus & ſanguis.

t Et perennis. Quia poſt eam non erit alia. extra de celebra. miſſa. cum Marthæ.

u Muneris. Id eſt, corporis & ſanguinis, uel ſacrificij.

x Et ſanctificatione. Id eſt, uerbis ſacrificantibus. & improprie dicitur repetita. & dicitur repeti propter hoc uerbũ accipite, qđ repetitur. nam non repetitur: imo alia eſt forma. Nota tamen, q̃ quidam dicunt q̃ totum illud, Hoc eſt corpus meum, &c. hic eſt ſanguis meus, &c. eſt una forma. Sed tu dic, q̃ duæ ſunt, [i] & q̃ ad prolationẽ iſtius, Hoc eſt corpus, &c. tranſſubſtantiatur panis in corpus: & ad prolationem iſtius, Hic eſt ſanguis, uinũ conuertitur in ſanguinem. Sed obijcitur. Nonne ibi ante erat ſanguis, ex quo erat ibi corpus? ſic. quia ubicunq; corpus, & ſanguis, ſed non fuit ibi ſanguis prius per tranſſubſtantiationem, ſed per miſtionem: ut dixi ſ. ead. comperimus.

a Vel currebat, id eſt, operabat: iuxta illud Roma. j̃. currere. i. operari. & nõ eſt currẽtis, ſed Dei miſerẽtis. uel currebat. i. currere debebat. i. ad memoriã reduci ſecũdũ Lau. & Hugo.

i Sub. & quælibet forma per ſe p̃priã habet uirtutẽ, propriã & cõpletam ſignificationem & naturam p̃priã determinatã: & uñ & propriã operationem per ſe. Archid.

petita, accipite, et bibite, ait: hic eſt ſanguis meus. Ergo ſicut ad nutum præcipientis domini, repẽte & ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cælorum, profunda fluctuum, uaſta terrarum: ita pari poteſtate in ſpiritualibus ſacramentis, ubi præcipit uirtus, ſeruit effectus. Quanta itaq; & quàm celebranda beneficia, uis diuinæ benedictionis operetꝰ, quomodo tibi nouum & impoſsibile eſſe nõ debeat, quòd in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia conuertuntur: a teipſum qui in Chriſto es regeneratus, interroga. dudum alienus à uita, peregrinus à miſericordia & a ſalutis uia intrinſecus mortuus exulabas: ſubitò initiatus Chriſti legibus, & ſalutaribus myſterijs innouatus, in corpus eccleſiæ non uiuendo, ſed credendo tranſiliſti: & de filio perditionis, adoptiuus b Dei filius fieri occulta puritate meruiſti c in menſura uiſibili permanens, maior factus es teipſo, inuiſibiliter ſine quãtitatis augmẽto. cum idem atq; idẽ ipſe eſſes, multò alter fidei proceſſibus extitiſti: in exteriori nihil additum eſt, & totum in interiori mutatũ eſt: ac ſic homo Chriſti filius effectus, Chriſtusque hominis in mẽte formatus eſt. Sicut ergo ſine sẽſu corporali, præterita uilitate depoſita, ſubitò nouâ indutus es dignitatẽ, & ſicut hoc quod Deus læſa d in te curauit, infecta diruit, immaculata e deterſit: non oculis, ſed ſenſibus tuis ſunt credita, f & cum ad reuerendum altare, cibis ſpiritualibus ſatiandus aſcendis, ſacrũ Dei tui corpus & ſanguinẽ fide reſpice, honora, mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maximè totum hauſtũ interioris hominis aſſume.

Item Auguſtinus.

Quare in ſpecie panis et uini, ſacramentum ſuum Chriſtus nobis miniſtrauit.

CAN. XXXV.

QVia paſſus g eſt dominus pro nobis, cõmendauit nobis in iſto ſacramẽto ſanguinẽ ſuũ & corpꝰ, quod ẽt fecit h noſmetipſos. i Nã & corpus ipſius facti ſumus, k & ꝑ miſericordiã l eius quod accepimus, nos ſumꝰ. Recordamini & vos ꝙ non fuiſtis, et creati eſtis, & ad aream dominicã cóportati eſtis, laboribus boum, id eſt, annuntiantium euangelium: triturati eſtis, quando ca-

a Conuertuntur. Bene dicit conuertuntur uel tranſſubſtantiantur: ut alij, tranſeunt uel tranſeant. ſed non fiunt nec incipiunt. nihil enim fit uel incipit eſſe corpus Chriſti. poteſt tamen concedi. quod de pane conficiatur uel fiat corpus Chriſti: ſicut de aqua fit cryſtallus, non tamen eſt cryſtallus. ſed ſecurius non cõceditur hoc: & ubicunque inuenitur, panis uel de pane fit uel conficitur corpus Chriſti, ſic intelligatur, id eſt, tranſit in corpus Chriſti: ut ĩ.ea. panis. Vel expone ſic, id eſt ſub ſpecie panis uel latet uel incipit eſſe uel latere corpus Chriſti, ubi ante conſecrationem non erat. ſi enim panis corpus Chriſti fieret, ſingulis diebus eiꝰ adderetur aliquid ꝙ prius non erat, & ſic ſemper augmentaretur. Item qualiter uniretur diuinitati iſte panis & ille? Itẽ ſi panis eſt corpus Chriſti, ergo aliquid ꝙ non eſt natum de uirgine, & ſic aliquid inanimatũ eſt corpus Chriſti. ergo eſt animatũ & inanimatum. ergo non ſolum de uirgine habuit originẽ. Non intelligas ergo ꝙ aliquod augmentum ſumat ex tali cõuerſione: nec eo modo quo cibus conuertitur in carnem: ſed eſt ibi corruptio, id eſt, deſinit ibi eſſe ſubſtantia panis & uini, nulla tamen generatio. unde non poteſt dici, ꝙ ſit ibi, uera tranſſubſtantiatio quantum ad hoc: ut noua eſſentia ibi generetur.

b Adoptiuus. Quia filij iræ fueramus, facti ſumus filij Dei. de pœ. di. iiij. §. hanc ſocietatem. uerſic. & filij. Chriſtus autem nullo modo filius Dei adoptiuus dicitur: quia non poteſt dici de filio Dei quòd ex nõ filio factus ſit filius eius.

c Meruiſti. Id eſt, obtinuiſti, quaſi tanquam emeritus per merita miſericordiam a Deo gratis conſecutus fuiſti, ut enim ait Auguſt. miſericordiæ meritum nullum eſt. ſi enim merito confertur, iuſtitia eſt, non miſericordia. Vel meruiſti .i. dignus fuiſti: ut illud, quia meruiſti portare regem. i. digna fuiſti inuenta.

d Læſa. Id eſt, corrupta labe peccatorum, uel læſa, id eſt, lædenda, ſcilicet peccato: quia peccata nos miſeros faciunt. ſ. e. quotidie.

e Immaculata. In pro ualde, id eſt, ualde maculata putredine peccatorum.

f Credita. Scilicet tria commiſſa. Th.

g QVia paſſus. In prima parte dicitur, nobis ideo dominum corpus ſuum in ſacramento cõmendaſſe: qa illud pro nobis obtulit paſsioni: & nos fecit illud corpꝰ, & dicit qualiter. In ſecunda parte dicitur quòd ſi hæretici accipiunt corpus Chriſti, contra ſe accipiunt: cũ iſte panis ſignificet unitatem: & ipſi quærũt diuiſionem. In tertia dicit, quòd quicunque baptizatus particeps efficitur corporis domini, & ſi ante decedat quã de pane illo edat, uel de calice bibat.

h Quod etiam fecit. Hæc ſimplex eſt relatio. nam refertur ad eccleſiã, non ad corpus ſuũ ſumptum de uirgine, de quo ſermo præceſsit. non ergo fecit nos corpus ſuum, quòd natum eſt de uirgine, & ſumitur in altari ſub ſpẽ panis & uini, ſed fecit nos corpus ſuum ſpirituale: ſcilicet eccleſiam fidelium, ut infra ead. commendauit. ſed ideo dicit ſpirituale, licet conſtet de corporalibus partibus. ſ. fidelibus, quia partes eius nõ corporali, ſed ſpirituali uinculo charitatis in eius compoſitione uniũtur, licet corpora ſequeſtrentur. ĩ. ead. hoc ſacramentum. immo & per illud digne ſumptum efficimur unum cum Chriſto, etiam in natura. infra ea. in Chriſto pater.

i Noſmetipſos. Participatione corporis ſui fecit nos dignos beatitudine æterna, qua fruitur eius humanitas.

k Facti ſumus. Per fidem & charitatem. extra de ſumma trinit. & fide catho. damnamus.

l Per miſericordiam. Id eſt, remiſsionem peccatorum.

Panis conuertitur ĩ corpꝰ, ſed nõ fit corpus.

Ut ſ. di. iiij. firmiſſime.

Chriſtus non eſt filius adoptiuꝰ Dei.

Peccata nos faciũt miſeros.

[illegible]

Bed. ad capit x. j. Corin. Chriſtꝰ fecit nos corpus ſuũ. j. Pet. 2. d

checumini deferebamini, i horreo [a] ſeruabamini: nomina ueſtra dediſtis: [b] cœpiſtis [c] moli ieiunijs, exorciſmis: poſtea ad aquā ueniſtis, & conſperſi eſtis: & panis [d] dominicus facti eſtis. Ecce quod accepiſtis. quomodo ergo unum [e] uidetis eſſe, quod factū eſt: ſic unum eſtote uos diligētes, tenendo unā fidem, unam ſpem, & indiuiduam charitatem. Hæretici quando hoc accipiunt ſacramentum, teſtimonium contra ſe accipiunt: quia illi quærunt diuiſionem, cum panis iſte indicet unitatem. ſic & uinum [f] in multis racemis fuit, & modò unum eſt. uinum in ſua natiuitate: calix poſt preſſuram torcularis. & uos poſt illa ieiunia, poſt labores, poſt humilitatem & contritionē in nomine Chriſti, iam tanquam ad Chriſti calicem ueniſtis: & ibi uos eſtis in menſa: & in calice nobiſcum uos eſtis. ſimul enim hoc ſumimus, ſimul bibimus, quia ſimul uiuimus. Item in ſermone de infantibus. Ita dominus noſter Ieſus Chriſt⁹, nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere uoluit: myſterium pacis & unitatis noſtræ in mēſa conſecrauit. Qui accipit myſterium [g] unitatis, & non tenet uinculum pacis: non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium [h] cōtra ſe. Nulli eſt aliquatenus dubitandum, unumquenq; fidelium corporis [i] & ſanguinis dominici, tunc eſſe participem, quando in baptiſmate membrum efficitur Chriſti: nec alienari ab illius paniſcali çiſque conſortio, etiam ſi antè, quàm panem illū comedat, calicemque bibat, de hoc ſeculo migrauerit in unitate corporis Chriſti conſtitutus. ſacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuabitur, quando in ſe hoc quod illud ſacramentum ſignificat, [k] inuenitur.

Item in libro ſententiarum Proſperi.

Dum hoſtia frangitur, paſſio Chriſti, ad memoriam redit.

CAN. XXXVI.

CVm † frangitur hoſtia, [l] dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quā dominici corporis in cruce immolatio, eiuſq; ſanguinis de latere effuſio deſignatur?

Item Leo epiſcopus & ſancta ſynodus, quæ in urbe Romana conuenit, clero Honorati & plebi conſiſtenti Conſtantinopoli ita ſcribit. †

De ueritate corporis & ſanguinis Chriſti nulli ambigere licet.

CAN. XXXVII.

15 IN quib. [m] iſti ignorātiæ tenebris, in quo hactenus deſidiæ torpore iacuerunt, ut nec auditu diſcerēt, uel lectione cognoſcerēt quod i eccleſia Dei in omniū ore tā cōſonū eſt, ut nec ab infantiū [n] linguis, ueritas corporis & ſāguinis Xpi inter communionis ſacramenta doceatur, quia in illa myſtica diſtributione ſpiritualis alimoniæ hoc impertitur, hoc ſumitur, ut accipientes uirtutem cæleſtis cibi, in carnem [o] ipſius qui caro [p] noſtra factus eſt, tranſeamus. Idem eſt cibus [q] refectionis, & cibus ſanguinis. Sicut enim

Eccleſia ex plurib. adunatur.

Corpus Chriſti nū quid erat totū ante fractionē, ſub qualibet parte hoſtiæ?

[l] Sed nūquid ſumimus irea dē forma qua fuit paſſus? nō. ſed tātum ſumimus corpus qđ habet eandē formā: quia ubicunq; ſumitur habet eandē formā: ſed apparēter in uno loco eſt in illa forma ſecundum Hug. B. & L. Et not. qđ eccleſia tātum ꝓ ſuis orat vel laudat Deū, quādo dicit ſanct⁹: ſanct⁹. ſanctus. quaſi dicat ſanctus, ꝓ his q regnāt in cælo: ſanctus ꝓ his qui patiuntur in purgatorio: ſanct⁹ pro his q peregrinātur ī mundo. & propter hanc eādem rationē, hoſtia ſacrata diuiditur in tres partes in altari ſecūdū Hoſtien. qui hoc ſentit in ſumma de pœ. & remiſsi. §. quib. mortuis. uer. iij. Arc.

[a] In horreo. Id eſt, in eccleſia.

[b] Dediſtis. In ſcriptis, ut olim fiebat. uel uoce, ut fit hodie. ī. diſtinct. iiij. baptizandi.

[c] Cœpiſtis. Argu. contra. ī. diſt. iiij. ſine pœnit. ſed hoc in reuerentiam ſacramenti.

[d] Et panis. i. de corpore eccleſiæ, ꝙ per dominicū corpus figuratur.

[e] Vnum. Siue unū panem ex pluribus granis, ſiue unum corpus Chriſti ex pluribus membris puriſſimis: cuius figuratum eſt eccleſia ſacroſancta, quæ ex pluribus perſonis adunatur.

[f] Vinum. Id eſt, potabile.

[g] Myſterium unitatis. Scilicet corporis domini, ꝙ eſt ſignum unitatis: ut ī. ea. hoc ſacramentum.

[h] Sed teſtimoniū. ī. diſt. iiij. nulli eſt aliquatenus.

[i] Corporis. Id eſt, unitatis eccleſiæ ꝑ corpus Chriſti ſignificatæ. infra eadem. hoc eſt.

[k] Significat. Nam ipſi ſunt etiam ipſa eccleſia. ī. xxiiij. q. j. ſchiſma. & cap. omnibus.

[l] CVm frangitur hoſtia. Hoc totum referas ad ſpecies exteriores, et ſecundū hoc dices ipſa accidentia frangi, & dare ſonitū. [l] Sed nunquid ante fractionem totum corpus erat ſub qualibet parte illius hoſtiæ, uel pars corporis commenſurabat ſe parti hoſtiæ? Si non fuit ſub qualibet parte hoſtiæ, ergo ſequitur ꝙ aliquid modo eſt ſacramentum euchariſtiæ, ꝙ prius non fuit: quia cum forma integra fuit, nulla pars eius poterat dici ſacramentum: quia ſub nullá tunc erat corpus. Si dicis quod corpus Chriſti eſt in qualibet parte hoſtiæ: ex hoc ſequitur ꝙ idem corpus ſit quantumlibet magnū, & quantumlibet paruum, & ꝙ corpus ipſum cōmunem formam habeat, & ſi totum rotundum & quadratum ſecūdum ꝙ eſt ſacramentum. Sed his obiectionibus reſponde per ſimilitudinem ſpeculi ꝙ frangitur: ubi eadem forma reſplēdet in paruo & in magno ſpeculo.

[m] IN quibus. Hæc eſt xv. pars. d. in qua probat, ꝙ in ſacramento altaris eſt corpus Chriſti cui angeli aſsiſtūt. & hoc probat per iiij. canones. Io. de Fant.

[n] In quibus. Reprehenduntur quidā clerici, qui non credebant uerū corpus & ſāguinē Chriſti ſub illis ſpecieb. latere, cum nullus laicus ſit qui ignoret hoc, domino dicente: Caro mea uere eſt cibus. ut ī. ea. cibus.

[n] Infantiū. Id eſt, populariū, qui infantib. collatione clericorum comparantur. di. iiij. denique. Vnde quærendo dicit: Quomodo clerici ignorāt ꝙ laici ſciūt. j. q. j. uiliſsimus.

[o] In carnem. Spiritualē, id eſt, ī corp⁹ ſpūale à carne figuratū, id eſt, eccleſiæ unitatē. iij. q. iiij. Engeltrudam. ſ. ead. quia paſſus.

[p] Caro. Id eſt, homo habens carnem noſtram.

[q] Idem eſt cibus. Id eſt, ſimilis.

Aquila.

† Alias, Dum.

† Epiſtola xxij.

caro domini uerè eſt cibus: ita ſanguis eius uerè eſt potus: Idem, eſt corpus, de quo dictum eſt: Caro mea uerè eſt cibus: & ſanguis meus uerè eſt potus. Circa hoc corpus aquilæ: a ſunt, quæ alis circumuolant ſpiritualibus. unde & idē corpus Chriſti edimus, ut uitæ æternæ poſsimus eſſe participes. Idē, Cuius clarè b argumētis utimur, ſuis utamur exēplis: incarnationis quoq; exemplo aſtruamus myſterij ueritatē. Quid hic quæris naturæ ordinē in Chriſti corpore, cùm præter naturā ſit ipſe Chriſtus partus ex uirgine?

Item Ambroſius in libro de catechizandis rudibus.

Non natura naſcitur, ſed conſecratione nobis conficitur corpus & ſanguis Chriſti.

CAN. XXXVIII.

PAnis & calix: non qualibet ſed certa c cōſecratione myſticus fit nobis, d non naſcitur. e proinde quòd ita fit nobis, f quamuis ſit panis & calix: alimentum eſt reſurrectionis, g non ſacramentū religionis: non qđ benedicimus, h gratiaſque agimus domino in omni eius munere i: non tantùm ſpirituali, k uerùm etiam corporali.

Idem in lib. de officijs.

Quòd ante benedictionē, eſt ſpecies panis & uini: poſt benedictionem eſt, corpus & ſanguis Chriſti.

CAN. XXXIX.

ANte benedictionē alia ſpecies nominatur, poſt benedictionem. corpus Chriſti ſignificat l Itē: In illo ſacramento Chriſtus eſt. Itē: Qui mā ducauerit hoc corp⁹, fiet ei remiſsio peccatorū. m

Item Auguſti. in libro ſententiarum Proſperi.

Sub ſpecie uiſibili panis et uini inuiſibilem Chriſti carnem & ſanguinem honoramus.

CAN. XL.

NOs autem in ſpecie panis et uini quam uidemus, res inuiſibiles, id eſt, carnē & ſanguinē honoramus: nec ſimiliter comprehendimus n has duas ſpecies, quemadmodum ante conſecrationē comprehēdebamus: cùm fideliter fateamur ante conſecrationē panem eſſe & uinū, quod natura formauit: poſt conſecrationem uerò carnē Chriſti & ſanguinē eſſe quod benedictio conſecrauit.

Item.

Confeſſio Berengarij.

CAN. XLI.

16 EGo Berengarius indignus eccleſiæ ſancti Mauricij Andegauenſis eccleſiæ diaconus, cognoſcens ueram catholicam & apoſtolicam fidem, anathematizo omnē o hæreſim, præcipuè eam, de qua hactenus infamatus ſum: quæ aſtruere conatur panem p & uinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolùmodo ſacramentum & non uerū corpus & ſanguinē domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: q & non poſſe ſenſualiter niſi in ſolo ſacramēto manib. ſacerdotum tractari uel frangi, r aut fideliū dentibus ſ atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ eccleſiæ & apoſtolicæ ſedi, & ore & corde

a Aquilæ. Angeli uel fideles, quorum iuuentus ut aquilæ renouatur: ut xxiij.q. iiij. cum in lege xxiij.qō.j. quoniam uetus.

b Clare. Id eſt, ſicut ille carnem noſtrā ſumpſit, ita & nos ſumamus carnem illius, uel, id eſt, cuius uerba ſumimus in argumentum, hæc, ſcilicet caro mea uere eſt cibus, &c. de illo ſumamus exemplū incarnationis ſuæ. infra eadē, re uera.

c Sed certa. Id eſt, diuina.

d Fit nobis. Id eſt, ad noſtram utilitatem.

e Non naſcitur. Id eſt, non ex natura, ſed miraculoſe conficitur, extra eadem cū Marthæ. uer. cedit. 1

f Quod ita fit nobis. Id eſt, quod ita conſecretur nobis corpus Chriſti.

g Reſurrectionis. Id eſt, ſpiritualis refectio animæ à peccato reſurgentis. de pœ. diſtinct. j. §. hoc idem reſuſcitatus.

h Non quod benedicimus. Gratiaſque agimus, id eſt, non eſt ſicut corporalis eſca, quam benedicimus, & gratias Deo agimus, quod quidem facimus in omni munere, &c. 2

i Munere. Quod agere debemus.

k Spirituali. i. aliquid ſignificante.

ANte benedictionem.

l Significatur. Et licet uerba ſucceſſiue proferantur, nō tamē ſucceſsiue cōſecratio fit: ſed in uno inſtanti corrūpitur panis, ſcilicet in ultimo inſtanti prolationis uerborum. & licet panis ſit corpus compoſitum, momentanea eſt tamen eius corruptio. ī. ead. quia corpus. uer. ergo.

1 Scilicet fit miſtic⁹. & cōſecratiōe euāgelica conſecratur. Hug.

2 Vt ī.e. didicim⁹. uel aliter, id eſt, non iō fit panis & calix myſticus qđ id eſt, qa ipſum benedicimus quacunq; bñdictione: ſed qa tali benedictiōe benedicim⁹ q̄ à Deo eſt inſtituta. Arch.

m Peccatorum. Venialium, uel etiam mortaliū. 3 ſ. p̄ fidem, ut ī. e. cū omne. & ī. ea. ſpecies.

NOs autem. n Comprehendimus. i. intelligimus uel accipimus. nam ubi erat uerus panis ante, & uerū uinum, modo ſunt tantum accidentiā, ut ī. ead. diſt. ſpecies. & ĵ. e. di. panis in altari.

EGo Berengarius. o Omnē. hoc fecit ex abundanti, 4 quia nō tenetur ſe purgare niſi de hæreſi, de qua erat infamatus. argu. ij. quæſtio. quinta, presbyter ſi à plebe. licet ſit arg. contra. quia qui deliquit in uno, factus eſt omnium reus. ī. de pœ. diſt. v. c. ultimo, & errat in tota trinitate, qui errat in una perſona. ĵ. diſtinc. iiij. in ſynodo. Ioan.

p Panem. Id eſt, ſpecies panis & uini eſſe ſacramētum tantum.

q Chriſti eſſe. Id eſt, non continere ſub ſe uerum corpus Chriſti & uerū ſanguinem poſt conſecrationem.

r Vel frangi. Id eſt, fractis, aut tritis ſpeciebus ſumi.

ſ Vel frangi. Id eſt, non tantum pondus & reliquas ſacramēti qualitates ſenſibus corporeis percipi fateor, ſed etiam ſub illis ſpeciebus fractis & attritis partibus, totum & integrum Chriſti corpus eſſe profiteor, totum manducari, totum ſumi. ĵ. e. qui manducat.

t Dentibus. niſi ſane intelligas uerba Berēgarij, in maiorē incides hæreſim quā ipſe fuerit: & ideo omnia referas ad ſpecies ipſas. nā de Chriſti corpore ptes nō facimus: ut ĵ. e. qui manducat.

3 Dum ſ. mē pœnituerit. alias grauaretur potius quā iuuaret. ī. eo. quotidie. & c. ſceleraſte. Arch.

4 Arg. ad hoc C. de teſta. teſtamentum. ſed ar. cōtra. ff. ut le. nom. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. Arc.

Partes nō fiut d corpore Chriſti.

Homo

confiteor de ſacramentis dominicæ menſæ eãdem fidem me tenere quã dominus & uenerabilis papa Nicolaus & hæc ſancta ſynodus authoritate euangelica & apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmauit, ſcilicet panem & uinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem nõ ſolum ſacramentum, ſed e iam uerum corpus & ſanguinẽ domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolum ſacramentum, ſed in ueritate manibus ſacerdotum tractari frangi, & fidelium dentibus atteri; iurans per ſanctam & homouſion [a] trinitatem; & per hæc ſacroſancta Chriſti Euãgelia: eos qui contra hanc fidem uenerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis, æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quòd ſi ego ipſe aliquãdo contra hoc aliquid ſentire aut prædicare præſumpſero: canonum ſeueritati ſubiaceã. Lecto [b] & perlecto ſponte ſubſcripſi. Hanc cõfeſsionem ſuæ fidei de corpore & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti à Berengario Romæ coram.xciiij. epiſcopis factam, miſit [c] papa Nicolaus per urbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad quæcunq; loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit, ut eccleſiæ quæ prius doluerant de auerſo atque peruerſo, poſtea gaudeant de reuerſo [d] atque conuerſo. [e]

Item in libro de Officijs. †

Quare elementorum ſpecies reſeruentur, cùm uerè ſit corpus Chriſti & ſanguis.

CAN. XLII.

FOrtè [f] dicas quomodo uera caro, quomodo uerus ſanguis, [g] quia ſimilitudinem non uideo carnis, non uideo ſanguinis ueritatẽ? Primo omnium dixi [h] tibi de ſermone Chriſti, q operatur, ut poſsit mutare [i] & conuertere genera & inſtituta naturæ. deinde ubi non tulerunt ſermonem Chriſti diſcipuli eius, ſed audientes quòd carnem ſuam daret ad manducandum, & ſanguinem ſuum ad bibendum, recedebant: ſolus tamen Petrus dixit: Verba uitæ [k] æternæ habes: & ego à te quomodo recedã? Ne igitur plures hoc dicerent, [l] & ne ueluti quidã eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia [m] redemptoris: ideo in ſimilitudine [n] quidem accipis ſacramentum: ſed ueræ naturæ [o] gloriam uirtutemque conſequeris. Ego ſum (inquit) panis uiuus, qui de cælo deſcendi.

in deſerto mortui ſunt. a Iſta autem eſca, quam accipitis: iſte panis uiuus qui de cælo deſcendit, uitæ b æternæ ſubſtātiam miniſtrat, & quicunq; panem hunc manducauerit, nō moriet̃ in æternū, quia corpus eſt Chriſti. conſidera, præſtantior utrum nunc ſit panis Angelorū, an caro Chriſti, quæ utique corpus eſt uitæ. Manna illud eſt de cælo, c hoc ſuper cælum. illud cæli, hoc Domini cælorum, illud corruptioni obnoxium, d ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, e quicunq; religioſè guſtauerit, corruptionem f ſentire nō poterit. illis aqua de petra fluxit: tibi ſanguis ex Chriſto. illos ad horā ſatiauit aqua: te ſanguis diluit g in æternum. Iudæus bibit, & ſitit: tu cum biberis, ſitire nō poteris. illud in umbra: h hoc in ueritate. Si illud quod miraris umbra eſt, quantum iſtud, cuius umbram mirarjs? Audi quia umbra eſt, quæ apud patres facta eſt. bibebant (inquit i) de ſpirituali cōſequente eos petra, k petra autem erat l Chriſtus: ſed nō in pluribus eorum complacitū eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto. hæc autē facta m ſunt i figura noſtri. Cognouiſti potiora. potior enim eſt lux, quā umbra: ueritas quàm figura: corpus creatoris, quàm māna de cælo. Forte dicas, Aliud uideo, quomodo tu mihi aſſeris, quòd Chriſti corpus accipiam? Et hoc adhuc nobis ſupereſt ut probemus, n quantis igitur utimur exemplis, ut probemus hoc non eſſe quod natura formauit, ſed qđ benedictio conſecrauit, maioremq; eſſe uim benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione & natura ipſa mutatur. Virgam tenebat Moyſes, o & proiecit eam, & facta eſt ſerpens. rurſus apprehendit caudam ſerpentis, & in uirgæ naturam reuertitur. Vides ergo prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam, & ſerpentis & virgæ. Currebant Aegypti flumina puro meatu aquarum, ſubito de fontium uenis ſanguis p cæpit erumpere non erat potus in fluuijs, rurſus ad prophetæ preces cruor ceſſauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circunclusus erat undique populus Hebræorum, hinc Aegyptijs uallatus, inde mare clauſus. virgam leuauit Moyſes, ſeparauit q ſe aqua & in murorum ſpeciem congelauit, r atque inter undas, uia pedeſtris apparuit. Iordanis retrorſum ſ conuerſus, contra naturam, in ſui fontis reuertitur exordium. t nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluuialis curſus eſſe mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyſes u petram, & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturam operata eſt gratia, x ut aquam vomeret y petra, quam non habebat natura? Marath fluuius amariſſimus erat, vt ſitiens populus, bibere non poſſet. miſit Moyſes lignum in aquam, & amaritudinem ſuam aquarum natura depoſuit: quam infuſa ſubitò gratia temperauit. z Sub Heliſeo propheta uni de filijs prophetarum excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim merſum eſt, rogauit Heliſeum, qui amiſerat ferrum, ut illud ſibi acquireret. miſit Heliſeus lignum in aquam, & natauit fer-

Exo. 16.d Sapiē. 16. Deu. 1. & 8 — Ioan. 6.f — Exo. 4.a — Pſal. 67. — Ioſue 4.d — Nu. 20.b — Exo. 15.d — 4. Re. 6.a

Petra qualiter ſeqbat̃ filios Iſrael.

r Adde myſtice petra, id ē Chriſt⁹ ſequebatur: qa ubi humanū deficiebat ſuffragiū, aderat diuinū. Arch.

a Mortui ſunt. Exceptis duobus. ſcilicet Caleph & Ioſue, ut ī. diſtinc. lxxvj. ieiunium. & ita propter duos nec plus nec minus: qa & modicus exceſſus non attenditur. ff. de uerb. ob. continuus. in prin. & paruum interuallū non obeſt. ff. de duobus re. duos. §. duo. uerſ. modicum. & modica res non inducit ſimoniam. extra de ſimo. & ſi quęſtiones. ar. contra. ff. de uer. ſig. l. iij. quia ibi pro uno miliari quod ſupereſt, datur dies. Ioan.

b Vitæ. Id eſt, uitam per quā æternaliter ſuſtinemur.

c De cælo. Id eſt, de aere. inſti. de rerum diui. §. feræ.

d Obnoxium. Quia ſcaturiebat uermibus & putreſcebat, niſi quod in opus ſabbathi reſeruabatur.

e Corruptione. Quia nec ſanctum tuum dabis uidere corruptionem.

f Corruptionem. Aeternæ damnationis.

g Diluit. i. remiſſionē peccatorū contulit tibi, ſi in humilitate permanſeris

h In umbra. Id eſt, figura fuit.

i Inquit. Apoſtolus in epiſ. ad Cor.

k Petra. i. aqua quę fluxit de petra quæ ad literam eos ſequebatur. Alij dicunt q re uera ipſa petra Alij dicunt q ſoror Moyſi Maria tulit ſecum partem illius petræ & ubicunque erat opus, petra illa percuſſa dabat aquas. r

l Erat. Id eſt, ſignificabat Chriſtum.

m Hæc autem facta. Hucuſque ſunt uerba Apoſtoli.

n Vt probemus. Plurium ſimilium inductione oſtēdit, non eſſe impoſſibile Deo panē in corpus ſuum, & uinum in ſanguinem ſuum conuertere.

o Virgam tenebat Moyſes. De hoc habetur xxvj. q. v. nec mirum. in principio & uerſicu. hæc poteſtas.

p Sanguis. Hæc fuit prima plaga Aegypti, uerus ſanguis erat, ſicut ueri ſerpentes, quid ergo bibebant Hebræi?

q Separauit. In duodecim diuiſiones, ut quælibet tribus per ſuas turmas incederet.

r Congelauit. Dicunt quidam, & aqua ſuperior ſtetit non fluxit, ſed inferior fluxit in mare.

ſ Retrorſum. Ad fontem Xanti 1 per ſe recurrit aqua.

1 Proprium nomen eſt.

t Exordium. Hoc legitur in li. Ioſue. i. deſijt deſcendere, quaſi gradu recepto reuertebatur in ſuū exordium.

u Moyſes. Hiſtoriam habes xxiij. q. iiij. §. his omnibus.

x Gratia. Diuina, per lignum immiſſum.

y Aquam uomeret. Actualiter uel naturaliter.

z Temperauit. Id eſt, dulcorauit.

Et

rum: utique & hoc præter naturam factũ cognouimus. Grauior enim eſt ferri ſpecies, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris potentiæ eſſe Dei gratiã, quàm naturam, & adhuc tamen [b] ꝓpheticæ benedictionis numeramus grãm. Quod ſi tantum ualuit humana benedictio, ut naturam cõuerteret, quid dicemus de ipſa conſecratione diuina, ubi ipſa uerba Domini ſaluatoris operantur? Nam ſacramentum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quòd ſi tantum ualuit ſermo Heliæ, ut ignem de cælo deponeret [c] nõ ualebit Chriſti ſermo, ut ſpecies elementorum mutet? De totius mundi operibus legiſti, quia ipſe dixit: & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Sermo igitur Chriſti qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt, in id mutare quod non erat? Non enim minus [d] eſt dare, quàm mutare [e] nouas naturas rebus. Sed quid argumentis [f] utimur? ſuis utamur exemplis, incarnationiſq; aſtruamus myſterij ueritatem. Nũquid naturæ uſus præſenſit, cùm Dominus Ieſus ex Maria naſceretur? Si ordinem quærimus, [g] uiro mixta fœmina generare cõſueuerat. Liquet igitur quòd præter naturæ ordinẽ uirgo generauit, & hoc quod conficimus: corpus ex uirgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinẽ in Chriſti corpore, cùm præter naturã ſit ipſe dominus Ieſus partus ex uirgine? Verè utique caro Chriſti, quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt. Verè ergo illius carnis ſacramentum eſt. Ipſe clamat dominus Ieſus, Hoc eſt corpus meum. Ante benedictionem uerborũ cæleſtium alia ſpecies [h] nominatur, poſt conſecrationem, Chriſti corpus uerè dicitur. † Ipſe dixit ſanguinem ſuum. Ante conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis Chriſti nuncupatur. tu dicis amen, [i] hoc eſt, uerum eſt quod os loquitur, mens intenta fateatur. quod ſermo [k] ſonat affectus [l] ſentiat.

4.Reg.1.d

Pſal.148.

Verba, ad quid inſtituta fuerint.

† ſignat.

Itẽ Auguſtinus in quodam ſermone de uerbis Euangelij.

Quomodo per partes Chriſtus manducatur, & integer permanet.

CAN. LXIX.

INuitat dominus ſeruos ut præparet eis cibum eipſum. Quis audeat mãducare dominum ſuum? & tamen ait. Qui manducat me, uiuit ꝓpter me. Quando manducatur, uita mãducatur: [m] nec occiditur ut manducetur: ſed mortuos uiuificat. [n] Quando manducatur, reficit, ſed non deficit. Manducatur Chriſtus, uiuit manducatus: quia reſurrexit [o] occiſus: nec quando manducatur, partes de illo facimus. & quòd in ſacramento [p] ſic fit, norunt fideles quemadmodum [q] manducent carnem Chriſti. Vnuſquiſque partem ſuã accipit, per partes manducat, & manet ĩteger totus, per partes mãducatur in ſacramẽto: manet integer totus in cælo: manet integer totus in corde tuo.

Ioan.6.f

Item Paſchaſius papa, de corpore & ſanguine Chriſti.

Quotidianum ſacrificium non reiteratio eſt paſſionis Chriſti, ſed commemoratio.

28 CAN. LXX.

ITeratur [r] quoti·

Corpus Chr̃i quotidie ſumimus.

[a] Et natauit ſeruum. i. humanũ genus de imo peccatorum leuauit.

[b] Et adhuc tamen q.d. dictũ eſt & probatũ, quod maioris potẽtiæ eſt gratia quam natura rerũ, nihil tamen adhuc diximus de benedictione diuina, ſed tantũ de prophetica. Vel licet multa exempla introduxerim de prophetica benedictione, tamẽ adhuc poſſum inducere alia de eadem. & addit de Helia. [1]

[1] De hoc habet hiſtoria 23. q.4. quod Chriſtus.

[c] Deponeret. quãdo duo quinquagenarij cõbuſti ſunt. hiſtoriã habes. xxiij. quæſt. iiij. quod Chriſtus.

[d] Minus. dicit imperator, quod cum nobis conſentaneũ eſt ubi nulla eſt ſtipulatio interpoſita, intelligi eam adhibitam, multo fortius vbi inutilis fuit ab initio, per nos ualidã effici; ut C. de rei uxo. act. l. j. circa princi.

[e] Quam mutare. id eſt, minus eſt mutare quam dare.

[f] Sed quid argumentis .i. ad quid ſubaudi exterius, quaſi confirmamus quod diximus exẽplis, quæ ipſe in ſe exhibuit?

[g] Quærimus. id eſt, hoc corpus in quod tranſſubſtantiatur panis prece myſtica eſt natũ de uirgine. nec Chriſtus poſt in cœna cũ diſcipulis corpus ſuũm confecit, cum ſemel in utero uirginali à tota Trinitate perfectum eſſe non deſijt, neque, deſijſſe potuit meritis Chriſti exigentibus.

[h] Alia ſpecies. id eſt alterius rei ſpecies, id eſt, ſubſtantia fuit, uel aliud ſubſtantiatum.

[i] Amen. id eſt, uerum eſt: ut diſtinct. xxxiij. ſedulo.

[k] Sermo. 5. diſtin. xciij. diaconi. ad hoc eñ uerba ſunt inſtituta, quod quis cogitat, alijs proferat. xxij. quæſt. ij. is autem.

[l] Affectus id eſt, fides.

[m] INuitat dominus. Vita mãducatur. id eſt. Deus uiuens.

[n] Viuificat. id eſt, digna perceptione uiuificat, vel cooperatur ad uiuificandum.

[o] Quia reſurrexit. non eſt caſuale, ſed probatio eſt à maiori. nam ex quo reſurrexit, & cætera.

[p] Sacramento. 7. ead. diſt. qui manducant.

[q] Quemadmodum. quia in ſacramẽto.

ITeratur. Hæc eſt xxij. pars diſtinctio. in qua probatur, quod iteratur hoſtia quotidie in altari in commemorationem: quia quotidie peccatur ſaltem uenialiter: vt eius memoriam habeamus, & per hoc ſalui ſimus: utpote quia ad preces ſacerdotum aperitur cælum & cæleſtia iungũtur imis. & hoc probat per xj. capitu. Ioan. de Fant.

[r] Iteratur. quotidie ſumimus corpus Chriſti: quia quotidie

die [g] hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus in carne, per unā eandemq́; mortis paſsionem ſemel ſaluauerit mūdū, ex qua morte idem reſurgens ad uitam, mors illi ultra non dominabitur. qui profectò ſapientia Dei patris, neceſſariū ꝓ multis cauſis hoc prouidit. Primò quidē, quia quotidie peccamus, ſaltem in peccatis ſine quibus mortalis infirmitas uiuere non poteſt, quia licet omnia peccata ſint donata i baptiſmo, infirmitas [b] tamen peccati, adhuc in carne remanet unde Pſal. Benedic anima mea domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat oēs infirmitates tuas. Et ideo, quia quotidie labimur [c] quotidie [d] Chriſtus myſticè pro nobis immolatē, [e] & paſsio Chriſti in myſterio traditur: ut qui [f] ſemel moriēdo, mortem uicerat, quotidie recidiua [g] delictorum per hæc ſacramenta corporis & ſanguinis peccata relaxaret: unde oramus, Dimitte nobis debita noſtra, &c. Quia ſi dixerimus, quia peccatū nō habemus, noſipſos ſeducimus: & ueritas in nobis non eſt. Itē iteratur [h] hoc myſteriū, & hoc ob commemorationem paſſionis Chriſti: ſicut ipſe ait: Hoc quotieſcunq; feceritis, in meam commemorationē facite. Quotieſcunque ergo hunc panem ſumitis, & bibitis hūc ſanguinem, mortem domini annūtiabitis, donec ueniat. Non utiq; ſic eſt accipiendum, donec mors Chriſti ueniat, q̄a iam ultra non morit: ſed donec ipſe dominus ad iudicium ueniat. Interdū [i] autē ſemp eſt mors Chriſti, ꝓ ſeculi uitā poſteris annūtiāda, ut diſcāt qua charitate dilexit ſuos, qui ꝓ eis mori dignatus eſt, cui omnes debemus uicē repēdere [k] charitatis, q̄ ad hoc nos prior dilexit, cùm eſſemus [l] gehēnæ ſilij: ut diligeremus eū iam à morte liberati.

Item Auguſtinus.

Nō ſolùm ſub figura, ſed et in ueritate dominici corporis & ſāguinis ſacramētū celebratur

CAN. LXXI.

Utrū ſub figura, [m] an ſub ueritate hoc myſticum calicis ſacramentum fiat, ueritas ait: Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus. alioqui quomodo magnū [n] erit, panis quē ego dabo, caro mea ē, pro mundi uita, niſi uera ſit caro? Sed quia Chriſtum fas uorari [o] dētibus [p] nō eſt, uoluit dominus hunc panem & uinum in myſterio [q] uerè carnem ſuā & ſanguinem ſuū conſecratione Spiritus ſancti potētialiter creari: [r] & quotidie pro mundi uita myſticè immolari: ut ſicut de uirgine per Spiritum ſanctum uera caro ſine coitu creatur, ita per eundem ex ſubſtantia panis & uini myſtice idem corpus [s] Chriſti cōſecretur. Corpus Chriſti & ueritas & figura eſt: ueritas [t] dum corpus Chriſti [u] & ſanguis uirtute Spiritus ſancti, in uirtute [x] ipſius ex panis & uini ſubſtantia efficitur. Figura uerò eſt, id quod exterius ſentitur. Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit:

quotidie egemus [illegible] remittantur no[illegible] peccata. licet en[illegible] per baptiſmum [illegible] lata ſunt, tamē p[illegible]pter fomitē or[illegible]nalis peccati q[illegible]tidie recidiuam [illegible] lit alia ratione [illegible] poſteris noſtris [illegible] tificemus mortē do[illegible]mini, & qualiter di[illegible]lexerit nos.

Rom. 6.

[a] Quotidie. [illegible] di-ſtin. iij. ſabbatho.

[b] Infirmitas. id eſt, origo peccati.

[c] Labimur. Saltē uenialiter. de pœniten. diſtinct. ij. ſi enim.

[d] Quotidie. præterquam in die ſancto ueneris, & in ſequenti ſabbatho. j. diſt. iiij. ſabbatho.

Pſal. 102.

[e] Immolatē. Chriſti immolatio facta pro nobis in ſacramento corporis & ſanguinis eius repreſentatur.

[f] Ut qui. duæ cauſæ hic notantur huius ſacramenti delectio uenialium peccatorū, & memoria paſsionis Domini.

[g] Recidiua. i. recidiua delicta, id eſt, redeuntia per iterationem.

[h] Iteratur. ob cōmemorationem. j. ea. diſt. cum omne.

[i] Interdū. i. interim donec ueniat dñs ad iudicium.

Matt. 6. b

[k] Rependere. unde propheta, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem, &c. extra de celeb. miſſ. cū in officijs.

1. Ioan. 1.

[l] Cum eſſemus. id eſt, quamuis non dilexerit nos in eo, quod eſſemus gehēnæ filij, dilexit tamen nos in eo quod creatura: unde dicitur, Nihil eorū odiſti quæ feciſti.

Chriſtus qualiter nos dilexit.

Luc. 22.

1. Cor. 11. b

[m] Utrum ſub figura.

CASUS. *Dicit primo, quod Chriſtum non voramus, ſed eum in myſterio ſumimus, eſt tamen uita, ueritas & figura. Secundo dicit, qd æque conficit malus ut bonus, quia conſecratio non cōſiſtit in merito conſecrantis ſed in uerbo creatoris. Tertio exponit uerba, quæ dicuntur in ſecreta miſſæ. Quarto dicit, quod propter deriſionē paganorū, non ſumim⁹ in uera forma corpus Chriſti. Quinto, qđ in uerbis Chriſti ſacramenta conficiūtur. reliqua enim ſunt de ſolennitate. ſ. ea. panis.*

[n] Magnum. ſcilicet miraculum.

[o] Uorari. ſ. ea. diſt. ego Bere. cōtra ſed ibi hyperbolice locutus eſt, & ueritatem exceſsit.

Ioan. 6. f

[p] Dentibus. id eſt, in figura uel forma humana.

[q] In myſterio. id eſt, ſacramento.

[r] Creari. id eſt, in ueram carnē & ſanguinem Chriſti trāſſubſtantiari.

[s] Idē corpus. i. in ſacrō ſub quo latet corpus Chriſti.

[t] Ueritas. i. cum panis & uinum ſacrificantur in corpus & ſanguinem Domini, ibi eſt ueritas, quæ corpus eſt, & figura quæ ſpecies eſt, & eſt res ſacramenti figurans, ſcilicet ſacramentum ſanguinis, & ſacramentum unitatis: ut ſ. ead. quia paſſus. unde & alibi dicitur ſacramentum ſacramentorū: ut ſ. ead. tribus. in princip.

Ueritas, figura, & res ſacramenti, ſunt in altaris ſacramento.

[u] Corpus Chriſti. id eſt ſub appellatione iſta, corpus Chriſti. ſpecies panis & uini, & uerum corpus Chriſti continetur. ſ. ea. hoc c. circa finem.

[x] In uirtute. ſ. ea. diſtin.

quia quotidie peccamus peccatis, ſine quibus mortalis infirmitas uiuere nõ poteſt. Et ideo quia quotidie labimur, Chriſtus quotidie myſticè pro nobis immolatur. Intra ſanctam eccleſiam catholicam in myſterio a corporis Chriſti, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote quia non in merito b conſecrantis, ſed in uerbo efficitur creatoris, & in uirtute ſpiritus ſancti. Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaquam ad Chriſtũ pertineret. Nũc autem ſicut ipſe eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum, hanc c ſuam efficit carnem, & tranſit d uinum in ſanguinem. unde & ſacerdos, e Iube f inquit g hoc perferri h per manus Angeli tui ſancti, in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ. Vt quid deferẽda i in lucem k depoſcit, niſi ut intelligatũr, quòd iſta fiant in ſacerdotio? l Hanc igitur oblationẽ m benedictam, per quam benedicimur: aſſcriptam n per quam omnes in cælo aſſcribimur: ratam, per quã de uiſceribus Chriſti eſſe cenſemur: rationabilem, per quam à beſtiali ſenſu exuimur: acceptabilem, ut qui nobiſipſis diſplicemus, per hanc acceptabiles eius unico filio ſumus. nihil rationabilius, ut quia nos iam ſimilitudinem o mortis eius in baptiſmo accepimus: ſimilitudinem quoque carnis & ſanguinis ſumamus, ita ut & ueritas non deſit in ſacramento, & ridiculum nullum fiat à paganis, quòd cruorem occiſi hominis bibamus. Si enim diſcipuli patienter p ferre nequiuerunt, quod dominus dixit: Qui non manducat meam carnem, &c. ſed dixerunt, Durus eſt hic ſermo, quomodo ergo ferẽt iſta increduli? Ioan.6.f Credendum eſt, quòd in uerbis q Chriſti ſacramẽta conficiantur. cuius enim potentia creantur prius, eius utiq; uerbo, ad melius procreantur. Reliqua omnia quæ ſacerdos dicit, aut clerus chori canit, nihil aliud quàm laudes r & gratiarum actiones ſunt, aut certè obſecrationes ſ & fidelium petitiones. Vnde & ſacerdos dicit: prius euangeliſtarum uerba aſſumens, Qui pridie quàm pateretur, &c. In hoc ergo creatur illud corpus.

Item Grego. Papa in Homilia Paſchali. †

Homil. 22. euangelior.

In ſanguine agni, Chriſti ſanguis qui uere nũc ſumitur, olim præfigurabatur.

CAN. LXXII.

QVid ſit ſanguis t agni, non iam audiendo ſed bibendo didiciſtis. Exo.12.d Qui ſanguis, ſuper utrunque poſtem u ponitur, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. Item, Hæc ſalutaris uictima x illam nobis mortem unigeniti per myſterium reparat, y qui licet reſurgens à mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, Rom.6.b tamen in ſeipſo immortaliter & incorruptibiliter uiuens, iterum in hoc myſterio moritur. z eius quoque ubiq; corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem

---

diſtinct. corpus & ſanguis.

a In myſterio. Id eſt, ſacramẽtum conficiendo.

b In merito. ſ. ut tranſſubſtãtiaretur.

c Hanc. Subſtantiam panis & uini.

d Et tranſit. Id eſt, tranſire facit.

e Sacerdos. Id eſt, ad oſtendendum q non in merito ſacerdotis, &c.

f Iube. Id eſt, fac.

g Inquit. Per conſecrationẽ. hoc continetur in ſecreta.

h Perferri. i. Tranſſubſtãtiari. uel perferri. i. ſurſũ offerri. i. conuerti in ſanctũ altare tuũ. i. corpus tuum ſuper choros angelorum exaltatum. Sed contra uidetur, quod oratio hæc ſit ſuperflua, quia hæc dicit̃ poſt uerba quorũ uirtute conficitur, corpus Chr̃i: & ita de eo qđ iam factum eſt ſuperflua eſt oratio. Reſpondet, ſcriptura non attendit huiuſmodi anguſtias tẽporis, ſed ſacerdos, cũ non poſſit multa ſimul proferre, ita loquitur, ac ſi tempus ſtaret & eſſent, adhuc facienda quę in principio ſermonis nondũ erant facta. ſimile nota. xxxv diſt. vj. uerſic. princ, & uerba non ad tempus ſuæ prolationis, ſed per cõceptionem uel per contemplationẽ loquentis ſunt referenda: ut ſi dicam, manus mea eſt clauſa, &c. Vel intellige de ſpirituali corpore eccleſiæ: ut p hoc ſacramentum aſſocietur triũphanti eccleſiæ. unde ſequitur in ſecreta: ut quotquot inde ſum pſerimus, cæleſti gratia repleamur.

i Deferenda. Id eſt tranſſubſtantianda.

k In lucẽ. In lucidũ corpus Chriſti.

l In ſacerdotio. i. in eiꝰ myſterio: uel ſacramento. i. in uirtute ſpiritus ſancti.

m Oblationem. Expoſtulat ſacerdos fieri: uel ſupple ut in ſecretis. i. facere digneris.

n Aſſcriptã. Non enim Aug. his utitur uerbis ut ſuis, ſed aſſumit ea de ſecretis: ut exponat. Ioannes.

o Similitudinem. ut j. diſtinct. iiij. De Trinitate.

p Patienter. Collige contra quoſdam qui maiores doctores reprehendunt, cum adhuc in ſuæ nouitatis incredulitate teneantur.

q In uerbis. Supra e. quia corpus. ſ. ea. panis. & ſupra ead. non omnis.

r Quam laudes. ſ. xj. diſt. eccleſiaſticarum. j. di. iiij. nõ eſt aliud.

ſ Obſecrationes. Vt not. ſ. diſtin. j. de hymnis.

t QVid ſit ſanguis. Primo dicit, q corde & ore ſumendum eſt corpus Chriſti, quia ſuper utrunq; poſtem fuit poſitus ſanguis. Secundo dicit, q ad uocem ſacerdotis in ipſa hora immolationis aperiuntur cæli, & adeſt chorus angelorum, & uniuntur cæleſtia terrenis. Tertio dicit q idẽ corpus & ſanguis, qui datus fuit diſcipulis, conficitur in altari.

u Poſtem. Oris & cordis. †

x Victima. Id eſt ſacramentum uictimæ ſalutaris.

y Reparat. i. ad memoriam reducit, uel repræſentat.

z Moritur. i. eius mors repſentat̃, ut ſ. ea. dum frãgitur.

In

Oratio q̃ poſt cõſecrationẽ dicitur, ſuperflua non eſt.

e Vt not. ſ. ead. panis.

a Iſte forte eſt melior intellectus. Archid.

Doctores reprehendendi nõ ſunt.

† Vnde ſubditur, quando, &c.

patitur: [f] [a] eius ſanguis non iam in manus infideliũ, [b] ſed fideliũ ora profunditur. Hinc ergo pẽſemus quale ſit hoc ſacramentum, quod pro abſolutione noſtra, paſsionẽ unigeniti filij ſemper imitať. [c] Quis enim fidelium habere dubiũ poſſit, in ipſa [d] immolationis hora ad ſacerdotis uocem, [e] cælos, [f] aperiri? in illo Ieſu Chriſti myſterio, angelorum choros [g] adeſſe, ſumma [h] & ima ſociari? unũq; [i] ex inuiſibilibus [k] atq; uiſibilibus fieri? Idẽ: Vno in quit eodemq; tẽpore ac momẽto [l] in cælo rapiť myſterio Angelorũ corpori Chriſti ſociãdus, & ante oculos ſacerdotis i altari uiť. tanta eſt eccleſiæ unitas in Chriſto, ut unus ubique ſit panis [m] corporis Chriſti, & unus ſit calix ſanguinis eius. Calix [n] enim quẽ ſacerdos catholicus [o] ſacrificat, non eſt aliud, niſi ipſe quem dominus apoſtolis tradidit: quia ſicut diuinitas ue:bi [p] Dei, uita eſt quæ totũ implet mundũ: ita licet multis locis & innumerabilibus diebus illic conſecretur corpus: non ſunt tamẽ multa corpora Chriſti, neq; multi calices, ſed unum corpus Chriſti, & unus ſanguis cũ illo, qđ ſumpſit in utero uirginis, & qđ dedit Apoſtolis. diuinitas enim uerbi, replet [q] illud qđ ubiq; eſt, & coniũgit, & facit ut ſicut ipſa una eſt, ita & unũ eius corpus ſit in ueritate. unde animaduertendũ eſt, quia ſiue plus ſiue minus quis inde percipiat: omnes æqualiter corpus Chriſti integerrimẽ ſumũt: & generaliter omnes, & ſpecialiter unuſquiſque. Itẽ, Myſterium fidei dicitur, quod credere debes, ꝙ ibi ſalus noſtra cõſiſtit. Prouidens enim dominus nobis dedit hoc ſacramentũ ſalutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt, per iſtud ſacramentum peccatorũ remiſsionem conſequamur. Quotidie enim ipſe comeditur & bibitur in ueritate, ſed integer & uiuus atq; immaculatus manet. & ideo magnũ & pauendum eſt myſteriũ, quia aliud uidetur, & aliud intelligitur. ſed cùm myſterium [r] ſit, unum corpus & ſanguis dicitur, figuram panis & uini habet, faciente domino, quia non habemus in uſu carnem crudam [s] comedere, & bibere ſanguinem.

Item Ambroſius.

Poſt conſecrationẽ, licet figura panis & uini remaneat, tamen nihil eſt ibi, niſi corpus & ſanguis Chriſti.

CAN. LXXIII.

Omnia quæcunq; [t] uoluit dominus fecit in cælo & in terra, & quia uoluit ſic, factum eſt ita. Licet figura panis & uini uideatur, nihil tamen aliud quàm caro. [u] Chriſti & ſanguis poſt conſecrationẽ credendum eſt. Vnde ipſa ueritas ait ad diſcipulos. Hæc (inquit) caro mea eſt pro mũdi uita. & (ut mirabilius loquar) non alia planè quã quæ nata eſt de Maria, & paſſa in cruce, & reſurrexit de ſepulchro. hæc inquam ipſa eſt. Et ideo Chriſti caro eſt, quæ pro mundi uita adhuc hodie offertur, & cùm dignè accipitur, uitam utique æternam in nobis operatur. Panem quidem iſtum, quem ſumimus in

[f] patiť

[a] In populi ſalutem patitur. Id eſt, paſſio repræſentatur ut mors facta pro ſalute populi.
[b] In manus infidelium. Vt in paſſione.
[c] Imitatur. Id eſt, repræſentat.
[d] In ipſa. Subaudi contingat.
[e] Ad ſacerdotis uocem. i. ad ſermonem Chriſti uoce ſacerdotis enunciatum, panis & uini ſubſtãtia in carnem Chriſti ſ. ſedentis ad dexteram patris in cælis tranſſubſtantiari miniſterio angelorum: unde ſubditur ſumma, &c.

Tranſſubſtantiatio fit ad uocem ſacerdotis.

[f] Cælos. i. per id ꝙ uerbo ſacerdotis cõſecratur, aditum ad cæleſtia fieri. uel panem uel uinum in id quod ſuper cælos eſt tranſire.
[g] Angelorum choros adeſſe. Scilicet hominibus conſecrantibus uel digne uel indigne.
[h] Summa. i. panem & uinum in corpus & ſanguinẽ Chriſti tranſſubſtantiari.
[i] Vnumque. ſ. ſacrificium. ſ. celebrationem & immolationem altaris fieri.
[k] Ex inuiſibilibus. [i]d eſt ex ipſis ſacramẽtis & rebus ſacramentorum, hoc eſt ꝙ exponẽdo ſubdit uno inquit. i. uno & eodem momento panis tranſit in corpus Chriſti miniſterio angelorum: & in altari uidetur per ſpeciem: quaſi ꝙ eſt eius ſpecies, uidetur eo tempore, &c.
[l] Momento. i. eo tẽpore quo Chriſtus ẽ in quolibet altari, totus in cælo eſt uerus Deus & homo i præſentia angelorum, facta commutatione in uerum corpus & ſanguinem.
[m] Panis. Intranſitiue, id eſt, unum corpus Chriſti ubique eſt ubi eſt conſecratum: & ſic de ſanguine.
[n] Calix. Id eſt, ſanguis qui in calice continetur.
[o] Catholicus. hinc collige ſacerdotem, non catholicum corpus Domini conficere nõ poſſe. [1] 5. e. c. proxi. & xxiij. q. j. ſchiſma.

Sal. In nõ catholicus conficere nõ poteſt.

[1] Arg. cõtra. 15. q. ult. c. ult. in fin.

ADDITIO.

Et plane. & hoc legi. j. q. j. ſi quis inquir. uerſ. conſtat. & ca. ſeq. Archid.
[p] Diuinitas uerbi. Quæ eſt uerbum, id eſt, Chriſtus qui ſub his ſpeciebus latet: cum ipſe eſt qui mirabilia facit in oculis noſtris.
[q] Replet. Donis ſpiritualibus.
[r] Sed cum myſterium. i. quamuis ſit myſterium unum, qđ ibi latet, id eſt, Chriſtus, uel quamuis panis & uinum ſit unius rei myſterium ꝙ ibi latet. i. Chriſtus: tamen corpus & ſanguis dicitur, propter pluralitatem ſpecierum.
[s] Crudam. Supra ead. forte.
[t] Omnia quæcunque. In prima parte Ambr. probat uerum corpus & ſanguinem [ue]re ſub illis ſpeciebus in altari. In ſecunda oſtendit, ꝙ ille idem panis qui ante conſecrationem eſt cibus angelorũ, factus eſt cibus hominum. Tertio dicit, ꝙ idem corpus ꝙ natum eſt de uirgine, quod pependit in cruce, & poſitum eſt in ſepulchro, ſit in altari. Pſal. 133.
[u] Caro. Argumen. Quod panis tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti. Ioan. 6.
[x] Pro mundi. Aſſumpta.

Senten

Digitized by Google

myſterio, illum vtique intelligo panem, qui manu ſancti ſpiritus formatus eſt in utero uirginis, & igne paſsionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum, factus eſt cibus hominum. vnde ipſe ait: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Et item: Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Ex his nāque duabus ſentētijs [a] apertè datur intelligi, quia panis [b] iſte & ille, nō duo, ſed unus panis, & una caro, & proculdubio unū corpus efficitur: illud uerè, illud ſanè quod ſumptū eſt de uirgine, quod paſſū eſt et ſepultū, quod ſurrexit, & ī cælū aſcendit, & ſedet ad dexteram Dei patris: & quod eſt uenturum indicare uiuos & mortuos.

Item Auguſt. ex ſermone de uerbis domini.

Quamuis quotidie mānducetur Chriſtus, integer tamē permanet uiuus.

CAN. LXXIIII.

Qui māducat [c] me, viuit [d] pp me, nō ergo fratres timeamus manducare panem iſtum, ne finiamus [e] illum, & poſtea quod manducemus non inueniamus, manducatur Chriſtus: viuit manducatus: quia ſurrexit occiſus: nec quando manducamus, partes de illo facimus, & quidem in ſacramento, [f] ſic fit: & norunt fideles, quemadmodum [g] manducent carnem vel corpus Chriſti: vnuſquiſq; accepit partem ſuam. vnde & ipſa gratia partes vocantur in ſacramento: per partes manducatur & manet integer totus, per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cælo. manet integer totus in corde tuo. totus enim erat apud patrem, quando venit in virginem: impleuit illam: nec receſsit ab illo. veniebat in carne, vt homines eum manducarent: & manebat integer apud patrem, vt angelos paſceret.

Item Hieronymus in Leuitico. †

Corpus et ſanguinē Chriſti ſecundū ſe, nulli edere licet.

CAN. LXXV.

De hac quidem hoſtia, quæ in Chriſti commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa verò quam Chriſtus in ara crucis obtulit ſecundùm ſe, nulli edere licet.

Item in ſermone dominicæ v. poſt epipha.

Corpus Chriſti ī ſingulis portionibus, ſinguli totū accipiūt.

CAN. LXXVI.

Singuli autem totum accipiunt Chriſtum dominum, & in ſingulis [h] portionibus, totus eſt, nec per ſingulos minuitur: ſed integrum ſe ſingulis præbet.

Item Hilarius Papa.

De eodem.

CAN. LXXVII.

Vbi pars eſt [i] corporis, [k] eſt & totum. eadem ratio [l] eſt in corpore domini, quæ in manna quod in eius figura præceſsit, de quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius: [m] neque qui minus parauerat habuit minus. [n] non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda [o] myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritualis. Idem.

Corpus Chriſti quod ſumitur, & figura eſt in ſpecie, & ueritas in ſubſtantia.

---

[a] Sententijs. Id eſt, authoritatibus.
[b] Panis. Id eſt, caro Chriſti quæ dicitur panis humanus.
[c] Qui manducat. Pone caſum per c. ſ. ead. qui manducant.
[d] Viuit. Supra eadem. ſicut Iudas.
[e] Finiamus. Id eſt, conſumamus.
[f] In ſacramento. Quia ſacramentum, per partes diuiditur, ſed non ipſum corpus.
[g] Quemadmodum. quia in ſacramento.
[h] Singuli. Singulis. quaſi dicat ſub qualibet portione ſpeciei eſt totus per ſingulos homines. Archid.
[i] Vbi pars eſt. Dicunt quidam [*] qđ quęlibet pars hoſtiæ licet ipſa integre conſecretur: conuertitur tamen in totum corpus, non pars in partem. nam alias non video, qualiter in fractione ſumeretur totum corpus ſub parte prima. ſed ſecundum hoc uř, ꝙ ubi pars eſt, ibi eſt totum. & ſecundum hoc uř quòd pes & naſus ſunt coniuncti. quod non credo. Ad hoc dicūt quidā, qđ ſi hæc dictio ubi, deſignat locum, uera eſt. nam in quocunq; loco eſt una pars corporis domini, eſt & alia: & ita erit ī corpore glorificato. ſi uero dicas, quod ubi, id eſt, in quacunque corporis parte eſt pes, & oculus: falſa eſt.
[k] Corporis. i. ſacramenti ſub quo latet corpus. Sed obijcio: corpus Chriſti non eſt punctabile. ſi enim eſt in puncto loci: ergo oportet ut repleat aliquantulū locum. aſsignetur ergo quātum. ſi tm̄ locum replet corpus, ergo minorem locū replet ps corporis. propterea melius uidetur dicendum, ꝙ corpus Chriſti non circunſcribitur loco: quia non eſt tantus locus, quin in minori eſſe poſsit. & ſecundum hoc nō ſequitur quòd totū & pars ſint in eodē loco. Ioan.
[l] Eadem ratio. Non tamen quo ad omnia: ſed quo ad hoc quod ſequitur.
[m] Amplius. Quam gomor id eſt, unam menſuram.
[n] Minus. Quia recipiebat ab eo qui abundabat.
[o] Aeſtimanda. Non eſt ſic quantitas æſtimanda, ut ſub minori quantitate minus ſit corpus Chriſti, & ſub maiori maius: quia ubicunque eſt pars, ſiue dicas pars ſpeciei, totum corpus eſt: ſiue pars corporis Chriſti, id eſt, pes uel manus totum corpus eſt: non tamen dicēdum eſt, quòd omnia membra miſta ſunt: & ubi caput, ibi miſti pes uel manus: ſed ubi pars, ibi totum: quia non maiorem locum occupat totum, quam pars, & econuerſo: cum ſit quaſi ſpirituale, qđ eſt de omni corpore quod reſurrexit ad immortalitatem. Hug.

Pſal. 77.
Ioan. 6. c.
Ibidem.
[*] Vt La. & B. q. dicunt hoc audacter eſſe tenēdum.
Pes & naſus an ſint ī euchariſtia coniūcti.
Ioan. 6. f.
Corpus Chriſti an circūſcribatur loco.
† Origenes homil. 7. ſup Leuiti.
Membra ſacra euchariſtia non ſunt miſta.

a C Orpus Chriſti [illegible] ris Chriſti: ali Veritas. Infra c. in Ephesino iij. ſ. ubi di ſtinc. c. j. ij. & iij. [illegible]

b Eccleſiaſticè [illegible]

c Incruentam. [illegible]

d N Ncruentam, non in ſpecie cruoris. [illegible] ſeruitu

e Sacrificij ſeruitutem. Id eſt, ſacrificium, in quo Deo ſeruimus. q. d. licet nos ſeruientes Deo offeramus ei ſacrificium, non in forma carnis neque ſanguinis in altari: tamen eſt ibi uera caro & ſanguis Chriſti. [illegible]

Sacrificiū Deo offerimus, nō in forma carnis neque ſanguinis.

f Non ut communem. Id eſt, qu[illegible] in communi uſu [illegible] betur ad manduc[illegible] dum, nec [illegible] pe[illegible] piens carnem ali[illegible] [illegible] uiri ſanctific[illegible] id eſt, ſancti.

g Et uerbo. Non per unionem perſonæ, ut dicebant quidam hæretici: ſed ſecundum charitatis dignitatem, & iuſtitiæ. xxiiij. q. iij. quidam. uer. ſic. Neſtoriani.

Hic tex. rum reſpi cit quē or dinat, ut melius in telligat.

h I Nquit. Omnes. Tam nos quam patres ueteres iſta. ſed diſſimiliter: quia illi in figura, nos in ueritate.

i Quod tamē idem. Id eſt, ſignificat idem hoc, quod illud. illi enim biberunt aquam de petra, quæ fuit ſignum ſanguinis Chriſti.

Tract. 26. ad ca. 6. Io.

Aqua de petra fuit ſignum ſanguinis Chriſti. 1. Co. 10. c

k Spirituali. Id eſt, ſecundum ſpiritualem intellectum idē manducauerunt illi ſpiritualiter quod nos: non quòd ſub manna lateret corpus Chriſti ut nunc in ſpeciebus ſacramentalibus, ſed quia manna illud ſignificabat.

l I N Chriſto pater. Hæc eſt xxiij. pars diſt. in qua extirpatur hæreticorum error, dicentium filium non eſſe per eſſentiam unum cum patre, ſed collectiue, nec nos eſſe unum cum Chriſto niſi ſola uoluntate. Io. de Fant.

In Chriſto pater. Arriani dicebant tres eſſe ſubſtantias in trinitate: & illud quod dr in Euangelio, Ego & pater unum ſumus, dicebant non intelligendum eſſe de unitate eſſentiæ, ſed de unione uoluntatis, quaſi filius non uelit contraria patri: ſicut dicitur: Nos ſumus unum cū Chriſto. i. unitate uoluntatis. cōtra iſtos loquitur hic Hilarius, & dicit ſimilitudinem iſtorū falſam eſſe. & dicit quod alio modo dicimus nos unum cum Chriſto, & alio modo ipſe Chriſtus eſt unum cum patre. & illam differentiam oſtendit per hanc ueritatem uerborum, ſicut ait: Ego ſum in patre meo, nos in me, & ego in uobis, ut eſt Chriſtum eſſe in patre, ſecundū unitatē ſubſtantiæ: nos autē ſumus unū cū Chriſto per humanā carnē quā aſſumpſit, & ipſe in nobis unū eſt per propriā carnē, quam in ſacramento altaris ſumimus. hanc ſolam Hilarius ſecundum uerba Euangelij. & ut ait Hieron. [illegible] Gallicano [illegible] [illegible] plerumque [illegible] & locutione ſimplicium fratrum peruſeſt.

Subſtātia non ter in tri nitate, cō tra Arria nos.

Dicit H. quod cothurnati [illegible] calciamenti quo utebant tragœdi recitantes in theatro: & eſt ſimiſmodi calciamentū ut utriq; pedi conueniat, & ſic dictū eſt in modū crepida.

m Unum. Cum enim pater & Chriſtus unum ſint, i. eiuſdem ſubſtantiæ & naturæ unitate, & nos unū cū Chriſto per eius carnem quam accipimus, & ipſe nobiſcum unum ſit per carnem noſtrā quā aſſumpſit, patet quod mediāte Chriſto unum ſumus cum patre.

n In his eſſe. Id eſt, cū patre & filio: per hoc. i. quod pater eſt in Chriſto, &c.

o Homo. Extra de hære. cum Chriſtus.

o Erimus. i. ſumus. nam quādoque ſe habet ad præſens, ut xxj. di. in nouo. & ff. de uer. ſig. uerbum. aliqñ præteritū pro futuro, ut 50. di. pōderet. aliqñ ponitur præſens pro præterito. xxxv. di. ſexto die & hoc uerbum fit quandoque ſe habet ad futurū. ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. deinde. econuerſo autē ponitur præſens pro futuro. j. diſtin. proxi. peruenit. ibi dicit uult, id eſt, uolet.

Tempus unū pro altero ſæpe ponit.

C A N. LXXVIII.

[illegible] [illegible] a ſacrificetum corpo[illegible] [illegible] falſum eſt quod dicit. Chriſto. in ſi. ſ. e. di. utrum. Neſtorius damnatus fuit, ut xv.

C Orpus Chriſti[a] quod ſumitur de altari figura eſt dum panis & uinū uidetur extra: ueritas[b] autē dū corpus & ſanguis Chriſti, in ueritate interius creditur.

Item ex ſymbolo Epheſino.[c]

Carnem uiuificatricem & ipſius uerbi propriam factā in altari accipimus.

C A N. LXXIX.

N Eceſſariè igitur & hoc adijcimus. incruentam[d] celebramus in eccleſijs ſacrificij ſeruitutem:[e] & ſanctificamur participes corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti: nō ut communem[f] carnē percipientes, nec uiri ſanctificati, & uerbo[g] coniuncti, ſecundum dignitatis unitatem, ſed ueré uiuificantem, & ipſius uerbi propriam factam.

Item Auguſtinus.[†]

Quomodo manna & aqua de petra, fuit idem cum noſtro cibo & potu.

C A N. LXXX.

I Nquit apoſtolus: Omnes[h] eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt: ſpiritualem utique eandē. nā corporalē aliā: quia illi manna manducauerunt: nos aliud, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. aliud illi: aliud nos: ſed ſpecie uiſibili: quod tamen idē[i] eſt, uirtute ſpirituali.[k]

Item Hilarius de Trinitate libro octauo.

Quod ueritatē dominici corporis, & ſanguinis ſumimus.

C A N. LXXXI.

23 I N Chriſto pater, & Chriſtus in nobis: unum[l] in his eſſe[m] nos faciunt. Si uerè igit carnē corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & uerè homo[n] ille qui ex Maria natus eſt, Chriſtus eſt, noſque uerè ſub myſterio carnē corporis ſui ſumimus, & per hoc unū erimus:[o] quia pater in eo eſt, & ille in nobis: quo modo uoluntatis unitas aſſeritur,[p] cūm naturalis[q] per ſacramentum[r] proprietas, perfectum[ſ] ſacramentum ſit unitatis?[t] Non eſt humano[t] aut ſeculi ſenſu, de his[†] rebus loquendum

ADDITIO.

quod nos. j. di. iiij. omni tpe. xxxij. q. v. ſi Paulus. in glo. uerba ſunt. liiij. di. fraternitatem. iuxta ſi. Arch.

p Aſſeritur. Ab ipſis hæreticis, uidelicet Arrio & eius ſequacibus, qui tres ſubſtantias in trinitate aſſeruit: ut xxiiij. q. iij. quidam. uer. Arriani.

q Naturalis. i. naturalis & propria caro Xpi ſumpta.

r Per ſacramentum. Id eſt, per ſanguinem quem in ſacramento ſumimus, ſi, &c.

ſ Perfectum. Perfectum dicit, quia ante unitas naturæ etiam erat inter nos & Chriſtum per aſſumptā noſtram carnē, ſed non erat perfecta. nam per illam nos ſumus uniti, ſed non ipſe nobis. & ſic per ſacramentum altaris, perfecta unitas eſt inter nos & eum.

Vnitas perfecta eſt inter nos & Chriſtū.

t Humano. Quaſi dicat authoritates domini, uolo probare quod intendo, non meo ingenio, quod illud ſequitur curſum naturæ.

† In Dei rebus.

Per

a Per uiolentam.id eſt,per hanc tantam præuaricationem,quæ recte uiolenta dicitur.
b Imprudentem.id eſt,incircumſpectam,& improuidam locutionem Arrianorũ, qui male interpretantur illud,Vt in nobis vnum ſint,ſicut tu pater in me.

dum,neq; per uiolentã a atq; imprudentẽ b prædicationẽ dictorũ cælestiũ ſanitati c alienæ atq; impiæ intelligẽtiæ puerſitas extorquenda d eſt.De naturali e enim Christi in nobis ueritate, quæ dicimus,niſi ab eo didiſcerimus,ſtulte atq; impiè dicimus.Ipſe enim ait:Caro mea uerè eſt eſca:& ſãguis meus uere eſt potus. qui edit carnẽ meã, & bibit ſanguinẽ meũ, in me manet,& ego in eo. De ueritate carnis & ſanguinis,nõ ẽ relictus ambigẽdi locus. nunc.n. & ipſius domini profeſsione, & ſide noſtra uere caro eſt,& uere ſanguis eſt: & hæc accepta f atq; hauſta g efficiũt ut & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An ne hoc ueritas non eſt? Contingat plane his uerũ nõ eſſe, qui Chriſtũ Ieſum uerum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe p carnẽ: & ſumus in eo,dum ſecum hoc quod nos ſumus, in Deo eſt. Quòd autẽ in eo p ſacramentũ communicatæ carnis & ſanguinis ſimus,ipſe teſtatur,dicens: Et hic mundus iã me non uidet, uos autem me uidebitis: quia ego uiuo, & uos uiuetis:quia ego i patre meo,& uos in me, & ego in uobis.Si uoluntatis tãtũ intelligi unitatẽ uellet cur gradũ h quendã atq; ordinem conſummandæ unitatis expoſuit? niſi ut cũ ipſe in patre per naturam i diuinitatis eſſet, nos contra k in eo l per corporalem eius natiuitatem, m & ille rurſus in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederetur, ac ſic perfecta per mediatorem unitas doceretur,cum nobis in ſe manentibus, ipſe maneret in patre: & in patre manens, ipſe maneret in nobis, & ita ad unitatem patris proficiſceremur cum eo,qui n naturaliter o ſecundùm natiuitatem p ineſt,nos quoque in eo q naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis naturalis hæc unitas ſit,ipſe ita teſtatus eſt: Qui edit carnem meã,& bibit ſanguinem meum,in me manet,& ego i eo.Nõ eñ r quis in eo erit,niſi in quo ipſe fuerit,eius tamẽ i ſe aſſumptã habens carnem, qui ſuã ſumpſerit. s Itẽ, Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrẽ,& qui mãducat carnem meam, & ipſe uiuet propter me.. t Viuit ergo per patrẽ,& quomodo p patrem u uiuit, eodẽ modo nos per carnẽ eius uiuemus.Hæc verò uitæ noſtræ cauſa eſt, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus, uicturi per eũ ea conditione,qua uiuit ille per patrẽ. Si ergo nos naturaliter ſecundùm carnẽ per eum uiuimus, id eſt, naturã carnis ſuæ adepti, qũo x non naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe y patrem habeat,cum uiuat ipſe per patrem?

c Sanitati. id eſt, ſanitate. Vel legatur acquiſitiue, ſcilicet puerſe ſana.
d Extorquenda. hoc uult.dicere, diuerſitas uel peruerſitas interpretationis, non extorquenda eſt à ſanctitate dictorum cæleſtiũ, id eſt, à ſanctis dictis cæleſtibus.
e De naturali. i. qđ dicimus Chriſti naturam in nobis eſſe,habemus ab eo.
f Accepta.à xpo.
g Hauſta.i.à nobis ſumpta. ſed utrunque uerũ eſt. ſi eñ ipſe in nobis eſt per carnẽ aſſumptam à ſe, eodem modo & nos i eo. Itẽ ſi nos ſum⁹ in eo p carnẽ cõicatã.ſimiliter & ipſe eſt in nobis. unde dicitur, qa ego uiuo, ſcilicet naturaliter: quia eiuſdẽ ſubſtantiæ cũ patre eſt, & non eſt in eo tanquam uas uel liquor i uaſe:ut mentiũtur qdã hæretici: ut xxiiij q.u.ci.quidam.uer. Metangi.
h Cur gradũ. gradatim & ordinate dixit, ego in patre, & uos in me:& ego in uobis. ſi eñ uoluntate tantũ unum eſſemus,nõ oporteret dixiſſe,niſi quia ego & pr̃ & uos unũ ſumus.ſ p uoluntatem:non feciſſe gradum dicendo ſigillatim unumquenque. ordo eñ & diſtinctio nominum,multũ operat. a & eſt ſi.ff. ſi quis cau. ſed & ſſ.§.q̃ſitum.xliij. diſt.ſit rector. extra de reſcrip.cum dilecta.nã & ſi ſeruus cõmunis diſtinctis nominibus dñorum, ſtipulet̃, p uirilibus portionibus eis acquirit.ſi tacitis nominibus, p ea tantũ parte qua qſq; dñs eſt. ff.de ſtip.ſer. ſi cõis ſeruus ita ſtipulet̃.

Ioan.14 c
a ſ.in utero uirginali.Hug.

Chriſtus eſt in nobis, & ſumus i Chriſto.

Ordo nominũ multũ operat̃.
a Qđ no. 63. diſtin. metropolitano.Archid.

i Per naturam ſicut enim ipſe eſt unũ cũ patre natura diuinitatis,ita unũ ẽ nobiſcũ humanitatis natura.
k Nos contra.id eſt,econuerſo.
l In eo.ſcilicet ineſſemus.
m Natiuitatẽ.& ita quoq; ipſe in nobis, ſed conſummatius & plenius p id quod ſequitur. Et ſic innuit hic Chriſtũ eſſe in nobis per carnẽ in ſacramento cõicatam, & nos in eo p carnem uirginis aſſumptã. Sed innuit cõtrarium ibi, cum eo q. ubi dicit q eſt in nobis per carnẽ:ibi,q autem, q nos ſumus in eo p ſacramentum altaris cõicat.. ſed utrunq; põt eſſe uerũ,cũ hic inſit eadẽ caro.ĩ.ead.omnia.
n Qui.ſ. filius per naturam aſſumptã à Chriſto in uirgine uel à nobis in ſacramento.
o Naturaliter per naturã diuinã ineſt. ſic eñ intelligi debet,pr̃ eſt in filio,& filius in patre.i.iſte eſt eiuſdem naturæ uel ſubſtantiæ cũ illo,& econuerſo.
p Secũdum natiuitatem,id eſt, de patre naſcendo. uel ſecundũ natiuitatẽ,id eſt,diuinitatẽ, quæ eſt natiuitas.
q In eo.ſ.filio.
r Non enim. hic uult dicere, q malus non fiat unum cũ Deo per aſſumptionem corporis Chriſti,licet eius,id eſt, mali, Chriſtus habeat in ſe carnẽ aſſumptam.
s Sumpſerit. per incarnationem in uirgine.
t Propter me.hoc eſt, ex patre habet uiuere, q ex eo natiuitatem habet, homo uero non habet natiuitatem à Chriſto,ſed ab homine a quo gignitur & naſcit.& iõ nõ ẽ ibi oĩmoda ſimilitudo.
u Per patrẽ.id eſt, à patre ſecundum diuinitatem.
x Quomodo. per patrem,id eſt, ſicut Chriſtus eſt unum cum patre.
y In ſe. id eſt, ſecundũ.u

Chriſtus eſt nobiſcum unus.

Pater eſt i filio,&c. qualiter intelligit̃. Ioan.6.f

Ibidem.

Homo nõ habet natiuitatem à Chriſto.

cundum naturam [illegible] quoniam nō hab[illegible] cum eo & ſic vere ſ[illegible] ſubſtan[illegible] tre unitate [illegible] autem [illegible]
Hæc per honor[illegible] Et [illegible] rem. id eſt, honor[illegible] bile ſacramentu[illegible] nobis datū à Chri[illegible] ſto in cœna. [illegible]
c N calice. H[illegible] eſt xxiiij. [illegible] diſtinct. in qua [illegible] tio redditur, qu[illegible] aqua mittitur in [illegible] num. Io. de Fan[illegible]
Et unum. [illegible] d preſſum autem [illegible] eſt, quod obtul[illegible] aqua: præſum[illegible] tamen quod [illegible] non aquam vin[illegible] ſeuiſſet, unum [illegible] men lymphati[illegible] tulit: quia pri[illegible] tum erat ſac[illegible] tibus in templ[illegible] purum unum [illegible] rent. unde Apoſto[illegible] lus: Nolite in[illegible] nimio, &c. [illegible] aliter de Chriſto credendum eſt, quia magiſter eſt abſtinentiæ. J. quæ eſt. ij. quam pio.

Melchiſedech, unum lym phatū obtulit.

Hoc eſt expreſſū j. ca. in ſacramēto.

e Obtulit ideo forte, quia ſacrigatis non purum uinum ſed cum aqua miſtum ſolemus offerre.

f De conſequenti. ſcilicet ſatisfacienti eis petra. Vel ſicut tradunt Hebræi, aqua de petra quam Moyſes bis percuſſit, totiens uſ quequaque populū per deſertum ambulātem ſecuta eſt, & de petra, quæ eſt Chriſtus, ſalit aqua æternæ uitæ, quam potamus in deſerto huius vitæ ambulantes, quia deſeritur à ſtabilitate huius mūdi. J. diſtinct. v. nec tales. ibi, non enim manere.

Lib. 4. cap. 1. ſed multiſmu tatis.

Aqua de petra populū per deſertū ſecuta eſt.
Gene. 14.
1. Co. 10. b

g Propheta. id eſt ſacerdos. xlii j. diſtinct. hic rector.

h Virga. Virga in manu ſacerdotis, eſt uerbum Dei in ore ſacerdotis. Aliter, exponitur xlv. diſtinct. diſciplina.

i Tangit petram. id eſt prædicat Chriſtum. Vel tangit petram. id eſt duritiam cordis.

k Salit. id eſt, facit nos ſalire. id eſt, tranſire.

l Accipite. alia ratio quare aqua miſceatur in ſacriſicio. ADDITIO. Sunt quatuor rationes, quare aqua miſceatur uino. Prima quia fuit aqua de petra in ſignū paſſionis Chriſti. 1. ca. re. vera. Et eſt ſecunda ratio, quia exiit de latere Chriſti. 1. ca. diſt. eiſ. Tertia, quia Chriſtus hoc fecit. 1. ca. ſcriptura. Quarta, quia populus per aquā ſignificatur, & per miſtionē aquæ cū uino populi redemptio. 1. ca. cum omne. ſerēdū Ha.

m Vt emūdaret. j. diſt. iij. oportet. i. §.

n Quia unde culpa. q. d. de latere culpa, & de latere gratia, ſed non de eodem latere. uerbi gratia, de latere Adæ ſuit fœmina, unde culpa exiuit, de latere uero Chriſti ſanguis & aqua, unde gratia.

o Hæc redemit. ſcilicet paſſio & ſanguis eius.

p Menſam. id eſt communionem corporis eius.

q Inebrians. id eſt dās oblivionē delectationū, ut. ī. diſt. xxxv luxurioſa.

r Pacificata ſunt omnia. in terra redempti ſunt homines, princeps enim mūdi huius eiectus eſt foras. in cælo chorus Angelorum, g iam turbatus fuerat, per paſſionem eius, & reſurrectionem ſpe futuræ reparationis in nova gaudia reſurrexit: ut. ī. cad. diſt. j. hi duo nec (ut Origenes dogmatizauit) pro redēptione diaboli, paſſus eſt Chriſtus nec pro angelis, ſed ut eius labius in reſtitutione hominis eſſet reparatus. & ideo dicitur pro angelis fieri, dū quod inde recidit, ex hominibus redditur, & ideo etiā dicuntur pacificata, quæ ſunt in cælo, ſ ga numerū angelorum diminutū fidei paſſionis ſuæ Chriſtus replet. i. homines qui peccato deprauati erant ſuo ſāguine redemit & ex his ruina angelorū reſarcit Deus. ī diſt. j. hi duo

s Vel in cælo. uel pro &, id eſt, animæ ſanctorum, quæ iam in cælis ſunt. & ſancti, qui adhuc ſunt in terra, & tunc pacificata, id eſt, ſaluata. Vel pacificata, id eſt, homines angelis reconciliati ſunt.

[illegible] iram, quæ ſpiritus eſt, quaſi di[illegible] et naturam cum patre, ut ſit idē [illegible] aus Dei, eſt unum & idem cum pa[illegible] tre. non uoluntatis, &c. et ſuperiora alia ſupradicta.

Item. Hæc autem a idcirco à nobis cōmemorata ſunt, quia uolūtatis tantū inter patrē & filiū unitatē hæretici mētiētes unitatis noſtræ ad Deū utebantur exēplo, tanquā nobis ad filiū, & p filiū ad patrē obſequio tantū ac uolūtate religionis unitis, nulla p ſacramentū carnis & ſanguinis naturalis cōmunionis proprietas idulgeretur, cum & per honorē b nobis datū Dei filij, & permanentē in nobis carnaliter filiū, & nos in eo nobis corporaliter & inſeparabiliter unitis, myſteriū uere ac naturalis unitatis ſit prædicādū, id eſt, corpus Chriſti, qd̄ ſumitur de altari, figura eſt dū panis & uinū extra uidetur: ueritas autē dum corpus & ſanguis Chriſti in ueritate interius creditur.

Item Ambroſius in libro de ſacramentis. †

Quare in ſacrificio aqua uino miſceatur.

CAN. LXXXII.

24 IN calicē c mittitur uinum & aqua. Sed dices quomodo ergo Melchiſedech, panē & uinū d obtulit? e quid ſibi uult admiſtio aquæ? bibebant autē de cōſequenti f eos petra, petra autem erat Chriſtus. non immobilis petra, quæ populū ſequebatur. & tu bibe, ut te Chriſtus ſequatur. uide myſteriū. Moyſes, hoc eſt propheta, g uirga, h hoc eſt uerbum Dei. ſacerdos uerbo Dei tāgit petrā, i & fluit aqua, & bibit populus Dei. redundat aqua in calice. ſalit k ſanguis in uitā æternā. Itē, Accipite l & illud, de latere eius eſt fluxit aqua & ſanguis. Aqua ut emundaret, m Sanguis ut redimeret. quare de latere? quia unde culpa n inde gratia. culpa p fœminā, gratia p Chriſtum. Itē audi pſalmū: unde quā apertus ſit cæleſtibus ſacramētis. Dn̄s paſcit me, & nihil mihi deerit, &c. Virga tua & baculus tuus, &c. uirga eſt imperiū diuinitatis, baculus paſſio eſt, æterna deitas Chriſti, paſſio tēporalis, illa creauit, hæc redemit. o Paraſti in cōſpectu meo menſam, p & poculū tuū inebriās q quā præclarū eſt. Itē, Quotieſcūq; bibis, remiſſionē peccatorū accipis: & inebriatis Spiritu ſancto. unde & Apoſtolus: Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto. Item, Præclara eſt ebrietas quę operatur ſobrietatē mētis. Item, Fiat uoluntas tua ſicut in cælo & in terra. Panē noſtrum quotidianum, da nobis hodie. Sanguine Chriſti pacificata ſunt omnia r in cælo s & in terra, ſan

Ioan. 19. f

Culpa de latere, & gratia de latere.
Geneſ. 3.

Pſal. 22.
Ibidem.

Ephe. 5. d

Chriſtus pro demonib⁹ & angelis non eſt paſſus

Matt. 6. b

ctificatum eſt cælum: a deiectus eſt deinde diabolus, vbi verſatur homo, quem ille decepit. Dixi vobis quòd ante uerba Chriſti quod offertur, panis dicatur, vbi Chriſti verba deprõpta fuerint: non iam panis, ſed corpus dicitur. Quare ergo in dominica oratione ait: Panem noſtrum? Panem dixit quippe: ſed epiuſion, hoc eſt, ſuperſubſtantialem. b

Item in libro vij.

Veram Chriſti carnem & uerum Chriſti ſanguinẽ manducamus & bibimus.

CAN. LXXXIII.

25 SIcut eſt uerus Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius c ex ſubſtantia patris: ita vera eſt Chriſti caro, ſicut ipſe dixit, quã accipimus: & uerus ſanguis eius potus. Itẽ: Ego ſum (inquit) panis uiuus, qui de cælo deſcẽdi. Sed caro nõ deſcendit de cælo. Quomodo ergo deſcẽdit de cælo panis uiuus? Quia idem Dominus Ieſus conſors eſt diuinitatis & corporis: & tu qui accipis d carnem diuinæ eius ſubſtantiæ, in illo participas alimento.

Item in libro de myſterijs. †

In ſacrificio non corporalẽ ſed ſpiritualẽ eſcã accipimus.

CAN. LXXXIIII.

IN illo ſacramento e Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti. non ergo corporalis f eſca, ſed ſpiritualis. vnde & Apoſtolus de typo eius ait: Quia patres noſtri eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Corpus enim Dei, eſt corpus ſpirituale. g corpus Chriſti, corpus diuini ſpiritus h eſt.

Item in ſermone de Abel & Cain. †

Carnem a Chriſto ſuſceptã, & corpus trãſfiguratum in altari offerimus.

CAN. LXXXV.

SI credis a Chriſto carnẽ eſſe ſuſceptã, & offeras trãſfiguratũ corpus in altari, nec tñ diſtinguis naturã uerbi & corporis Chriſti, dr̃ tibi: Si rectè offeras, rectè i autem nõ diuidas, peccaſti.

Item Hieronymus ad Heldibiam.

In cœna Chriſtus fuit conuiua & conuiuium.

CAN. LXXXVI.

NEc Moyſes dedit uobis panem uerũ: † ſed dominus Ieſus ipſe conuiua k & conuiuiũ: l ipſe comedens, & qui comeditur. m

Item Hierony. ſuper Matth. †

In ueritate ſui corporis & ſanguinis Chriſtus ſuis diſcipulis præſentauit, quod Melchiſedech ſacramentaliter obtulit.

CAN. LXXXVII.

ACcipite & comedite: hoc eſt corpus meum, poſtquã typicum paſcha fuit completum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat: aſſumpſit panem, qui confortator eſt hominis: & ad uerum paſchæ tranſijt ſacramentum: ut quomodo in præfiguratione eius Melchiſedech panem & uinum offerens fecerat: ipſe quoque in ueritate ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. Gen. 14. d

Item in libro de membris domini. †

Chriſtus idem eſt ſacerdos, & ſacrificium.

CAN. LXXXVIII.

SAcerdos Dei patris, dicitur filius Dei, ſecundum humanitatem in qua ſe pro nobis acceptabile ſacrificium Dei obtu-

a Cælum. Id eſt, illi qui aſcendunt in cælum, ſanctificati ſunt: quibus ſuppletur ruina Angelorum in cælis. Io.

b Superſubſtantialem. & in textu Matthæi eſt ſuperſubſtãtialem, id eſt, ſuper omnem ſubſtantiã, ſcilicet creatam.

SIcut eſt uerus Dei. Hæc eſt. xxv. pars diſt.

c Quaſi filius. Expreſsiuum eſt ueritatis. non enim imagine naturæ ueritas obumbratur. ff. de liber. & poſthu. filio.

d Et tu qui accipis. Id eſt corpus Chriſti accipis diuinæ ſubſtantiæ unitum.

e IN illo ſacramẽto. Id eſt, ſub illa uiſibili ſpecie. uel intranſitiue illud ſacramentum. ſ. ſub illa ſpeciẽ. Vel illa ſpecies etiã ſuo modo dicitur corpus Chriſti. ſ. ead. ſpecies.

f Corporalis. Non ergo poſſet quis ſuſtentari de euchariſtia. arg. contra. quia etiam de odore ſatiatur quis & confortatur.

De hoc not. ſ. ca. tribus.

g Spirituale. Id eſt, ſpiritum alens.

Corpus Chriſti dupliciter dicitur.

h Diuini ſpiritus. idem repetit. corpus ſpirituale dicitur, non quod ſit ſpũs, ſed quia agile, & nullo temporalium egens inuenitur. Vel diſtinguitur inter corpus Chriſti quod eſt ecclesia, & corpus Chriſti ſumptum de uirgine, ut eccleſia dicatur corpus Chriſti ſpũale, quia ſecundum quòd eſt Deus, ei unitur: corpus dicitur ſpiritus Dei, quia a ſpiritu ſancto eſt. xxiij. diſtinct. qui epiſcopus.

† Cap. 9. de his qui myſte. initiantur.

i SI credis. Recte. Quo ad literam de Cain hoc intelligitur ſic: Recte quidem obtuliſti, ſed recte non diuiſiſti: quia non ſimplici corde, unde & dicitur de frugibus terræ obtuliſſe quia eius ſacrificiũ contaminatum erat terrena contagione & operatione. Iudęi quoque recte offerebant, quia Deo cerimonias offerebant, ſed non recte diuidebant: quia no. teſta. intellectum a uete. litera non ſequeſtrabant. Qui igitur in altari patri filiũ immolat, recte immolat, ſed ſi in eadem perſona duas naturas non intelligit, non recte diuidit. Ioannes.

Oblatio Cain, grata nõ fuit.

† In lib. de incarn. do. in ſac. cap. 9.

k NEc Moyſes. Conuiua. Iſidorus ſup Leuiticũ plane uſ uelle, quod dominus noſter ſeipſum aſſumpſit, per hoc quòd dr̃: aſſumpſit, deditque diſcipulis ſuis.

l Conuiuium. Rex ſedet in cœna, turba cinctus duodena. Se tenet ĩ manibus: ſe cibat ipſe cibus. Comedit ergo Chriſtus ſeipſum: ſed non quo ad effectũ: quia non indigebat: ſicut de baptiſmo. ſ. diſtin. iiij. proprie.

Ioan. 6. d

† ali. uiuũ Chriſtus ſeipſũ comedit.

† Ca. 26.

m Et qui comedit. diceret quis: quare aſſumpſit corpꝰ ſuũ. qui non indigebat? Reſpond. ut daret alijs exemplum ſumendi: ſicut baptizatus eſt, licet non indigeret, ut daret exemplum baptizãdi: ut ſ. diſt. iiij. per aquam.

Mat. 26. e

Chriſtus, quare baptizatus fuit.

SAcerdos. Sacrifi-

† De his quæ Deo in ſcripturis attribuuntur. Hebr. 7. a

lit, ut ſit ipſe ſacerdos qui eſt ſacrificium. a

Item Aug. de militate agendæ pœnitentiæ.

Iudæi credentes biberũt ſanguinem, quem in cruce effuderunt.

CAN. LXXXIX.

TVnc eis b Petrus annuntiauit eũ colendum, quem crucifixerunt: ut eius ſanguinem biberent credentes, quem fuderant ſæuientes.

Idem in epiſtola ad Hireneum.

Corpus quod ex uirgine ſumptum eſt, a fidelibus accipitur.

CAN. XC.

COrporeũ illud manna, c nunc eſt tãti res miraculi: d quia uenit quod perfectum eſt. perfectus autem panis de cælo, corpus eſt ex uirgine natum.

Idem in Pſal. xxxij. Homilia ij.

Verum Chriſti corpus, uerũque eius ſanguinem quotidie manducamus & bibimus.

CAN. XCI.

ACceſſerũt ad Ieſum Iudæi vt crucifigerent: nos accedamus vt corpus eius & ſanguinẽ accipiamus. Item: Verè magnus Deus, & magna miſericordia eius: qui nobis dedit manducare corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus eſt: & ſanguinem ſuum bibere. Item in Pſal. xviij. ad Iudæos. Iam & ſecuri bibite ſanguinem quem fudiſtis. Item in Pſal. lxxv. Ipſum ſanguinem quem per inſaniam fuderunt, per gratiam biberunt. Item in Pſalm. xxvij. De carne Mariæ carnem accepit, & ipſam carnem ad manducãdum ad ſalutẽ dedit. Nemo autẽ illã carnẽ mãducat, e niſi prius adorauerit. f Item in Pſal. xxxiij. Dauid ferebatur manibus ſuis. Manib' ſuis nemo portatur. Quomodo intelligatur ĩ ipſo Dauid ſcd'm literam nõ inuenimus: g in Chriſto autẽ inuenimus. ferebat. n. Chriſtus manibus ſuis, qñ cõmendans ipſum corpus ſuum ait, Hoc eſt corpus meũ. ferebatur h enim illud corpus in manibus ſuis. Idẽ ſuper Io. tracta tu xxxv. Quouſque biberent ſanguinem quẽ fuderunt, deſperauerũt. Idem in pſal. liiij. Iudæi paſcebãtur, tanquam de pœna domini, & nos de cruce domini paſcimur, quia corpus ipſius manducamus. Habent ergo impij epulas ſuas, habent & pij ſuas. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

Item ex concilio Guarmacienſi.

Pro infirmantibus euchariſtiam presbyter ſemper habeat paratam.

CAN. XCII.

26 ps PResbyter Euchariſtiam i ſemp habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Pœnitentia eius qui non bene ſacrificiũ cuſtodit.

CAN. XCIII.

27 ps QVi bene non cuſtodierit ſacrificium, & mus uel aliud aliquod animal illud comederit, k xl. diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in eccleſia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies l pœniteat.

Cyprianus Euariſtio & cõfratribus ſuis ſalutem. †

Magis & hiſtrionibus ſacra non committantur myſteria. CAN. XCIIII. † Epiſtola 10. li. 1.

20 ps PRo dilectione tua conſulendum me exiſtimaſti frater chariſsi-

---

a Sacrificium. Et ita gerit officium duorum. Arg. contra. xvi. quæ. j. preſbyteros.

b TVnc eis. Cum dixerunt ei Iudæi, quid faciemus nos uiri fratres? Ait tunc Petrus: Credite ipſum eſſe Deum, quem crucifixiſtis. (Actu. 2. ſ. Vt. j. d. 4.ª oppie. in fin.)

c COrporeum. illud mãna. Id, eſt, corpus Chriſti quod ſignificabat per corporeũ mãna. ſ. ead. re uera.

d Tanti res miraculi. Id eſt, tantæ rei miraculoſæ, ſcilicet corporis.

ACceſſerunt. e Manducat. ſpũaliter. ſed multi ſacramentaliter, licet non adorauerũt. Adoramus quidem humanitatem eius, quadam ueneratione maiori quã uniuerſas creaturas: illa tamen quæ dulia eſt, non latria. (Chriſti humanitas, magna ueneratione eſt adoranda.)

f Adorauerit. Argumentum ꝙ mus non poteſt accipere corpus Chriſti. Argu. contra. j. ead. qui bene. ſed ſtatim deſinit eſſe.

g Non inuenimus. Quo ad myſterium. (Mat. 26. c)

h Ferebatur. Alludit ad illud quòd dicitur in libro Reg. Dauid fingens ſe dementem manibus ferebatur per lutum ciuitatis Saulis regis timore. ex quo forte poſtea dictum eſt in legibus, quòd curator dandus eſt ei qui dicit ſe demẽtem cauſa cognita, ne propter onera ciuilia huiuſmodi fingat. ff. de cu. fu. obſeruare. (Cõprehenſus eſt & ductus eſt ad regem: ipſe aut, &c. Curator datur, cauſa cognita diceuti ſe dementẽ.)

PResbyter. Hæc eſt xxvj. pars diſt. Io. de Fant.

i Euchariſtiam. Licet intinctam dare cauſa neceſsitatis. Bro. lib. v. c. ut omnes. Sed contra. ſ. e. cum omne. Sed ſanguinem non præcipitur ſeruare, quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando. ergo propter cautelam non ſeruatur, ne fundatur: quandoque tamen propter aliud ſeruatur. j. diſtinc. proxi. ſab bato. (Sanguis Chriſti nõ eſt ſeruandus.)

QVi bene. Hæc eſt. xxvij. pars. diſt. Ioan.

k Comederit. Nec dicẽdum quòd mus ſumat corpus domini. ſtatim enim deſinit eſſe ſacramentũ ex quo ab eo tangitur. ſi tamen dicatur quòd ſumat, non eſt magnum inconueniens: cum ſceleratiſsimi homines illud ſumant. ſed B. non concedit quòd ab eo ſumi poſsit; imo ſtatim deſinit eſſe ſacramentum: ſed iterum non poſſet conſecrari, quia non eſt ibi iã panis, imo tãtum ſpecies. Sed nunquid deſinit eſſe ſacramentum, ſi tranſit ſuper illud corpus mus uel aranea? Nõ credo quòd deſinat eſſe ſacramẽtum. (Corpus Chriſti a mure nõ ſumitur.) (Arg. ad hoc ſ. ca. acceſſerũt uerbo, nemo. ubi de hoc. & ſ. q. j. detrahe. ibi uideas. Arc. Marc. 5. a)

l Triginta dies. Secus in uino. ſ. e. ſi per negligentiam.

PRo dilectione tua. Hæc eſt. xxviij. pars diſtin. In qua dicitur quòd impœnitentibus hiſtrionibus non datur corpus Chriſti, & ſic de alijs. Ioan. de Fant.

Quod

[a] Quod male didicit. culpa enim ſimilis eſt male diſcere, & docere. C. de maleſi. & mathe. culpa. imo & huiuſmodi pueri exhæredandi ſunt, ſi præter uoluntatem parentum uel mimis uel arenarijs ſe ſociant: ut in authen. ut cum de appel. cogno. §. cauſas. coll. viij.

Filius qui ſe mimis ſociat, exhæredari poteſt.

[b] Vt pudor. Loquitur de notorio & manifeſto infami, cui non eſt impertienda euchariſtia domini. Idem eſt dicendū de quolibet exiſtenti in mortali crimine notorio. xxiij. q. v. placuit.

Euchariſtia nō eſt danda exiſtēti in crimine notorio.

[c] Infami. tales enim infames ſunt. ff. de ijs qui no. infa. l. ij. §. ait prætor.

[d] In altari. Non præſumat. propter ſolam epiſcopi reuerentiam, niſi licētia epiſcopi, uel neceſsitate urgente, & hoc ubi perficit epiſcopus. alias contra. vij. quæſti. j. nihil.

Pronuntiandum. Hæc diſtinct. diuiditur in xiiij. partes, in quarum prima probat per decem cap. quid iuris ſit de feſtiuitatib⁹. Secūda ibi, De eſu. Tertia ibi, Peruenit. Quarta ibi, Sabbatho. Quinta ibi, Ieiunium. Sexta ibi Ieiunia. Septima ibi, de pœnitentibus. Octaua ibi, Literie. Nona ibi, Crucis. Decima ibi, Aquā. Vndecima ibi, noſſe. Duodecima ibi, Perlatum. Decimatertia ibi, Sexta. Decimaquarta ibi, omnes. Ioan. de Fant.

† Conſe. 3. c. 35.

[c] Pronuntiandum quę feſtiuitates ſint celebrandæ, & quando oſtendit. Et ideo inter ſacramenta tractat de ſolennitatibus iſtis, quia ſacramentorum [1] loco habentur: quia repræſentant paſſiones eorum martyrum propter quos ſunt.

Feſtiuitates martyrum habētur loco ſacramentorum.

[1] Imo & feſtū pētecoſtes, ſacramentū appellat. J. di. pxi. baptizati. Dies quādo icipit.

[2] Adde Alexā. de Imo. in l. more. ff. de fer. & gl. in c. ij. extra e. & per Arch. lxxv. diſt. in c. quod à patrib⁹.

me, quid mihi uideatur de hiſtrione & mago, illo, qui apud uos conſtitutus adhuc in artis ſuæ dedecore perſeuerat, & magiſter & doctor non erudiendorum ſed perdendorum puerorum,[a] id quod malè didicit, cæteris quoque inſinuat: an talibus ſacra communio cum cæteris Chriſtianis debeat dari, aut uobiſcū debeat communicare. Puto nec maieſtati diuinæ, nec euangelicæ diſciplinæ cōgruere, ut pudor[b] & honor eccleſiæ tam turpi & infami[c] contagione fœdetur.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto. †

Poſt conuerſionem nō eſt deneganda gratia cōmunionis.

CAN. XCV.

SCenicis atq; hiſtrionibus cæteriſq; perſonis huiuſmodi, uel apoſtaticis conuerſis uel reuerſis ad dominū, gratia uel reconciliatio non negetur.

Item ex cōcil. Vrbico.

Presbyter in altari miſſam non celebret, in quo eodem die epiſcopus celebrauit.

CAN. XCVI.

IN altari in quo epiſcopus miſſā cantauit, presbyter eodem die aliam celebrare non præſumat.[d]

Item ex cōcilio Lugd.

Tempora feriandi, in miſſa ſuis locis nunciāda.

DISTIN. III.

1 *PRonuntiādū[c] eſt laicis: ut ſciāt tēpora feriandi per annū, id eſt, omnē dominicam à ueſpera uſque ad ueſperā[f] ne Iudaiſmo capiātur. Feriādi uerò per annū iſti ſunt dies. Natali dñi: ſancti Stephani, ſancti Ioannis Euangeliſtæ, Innocētum, ſancti Silueſtri, Octaua dñi, Theophaniæ,[g] Purificatio ſanctæ Mariæ: Sāctum Paſcha, cū tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Aſcenſio dñi, Sācti dies Pētecoſtes, ſancti Ioānis Baptiſtæ, Duodecim Apoſtolorū, & maxime ſanctorū Petri, & Pauli, q mūdū ſua pdicatione illuminauerūt, sācti Laurentij, Aſſumptio ſācta Mariæ,[h] Natiuitas ſācta Mariæ, Eccleſiæ dedicatio, ſancti Michaelis Archāgeli, Dedicatio cuiuſcūq; oratorij & oīum ſanctorū, et ſancti Martini, & illæ feſtiuitates[i] quas ſinguli epi ī ſuis epatibus cū populo collaudauerint, quæ uicinis tantū circūmorātibus indictæ ſunt, non generaliter[k]*

[f] Vſque ad ueſperam. Hic habes, quando incipiat dies ſecundum canones, ſcilicet à ueſpera: ut extra de fer. c. j. & ij. & ī. lxxv. diſtin. quod à patribus. Aliud obtinet ſecundum leges, quia ſecundum leges incipit à media nocte:[2] ut ff. de fer. more. ut not. de hoc ſup illo cap. quod à patribus. hodie quo ad iudicium protenditur dies uſq; ad tenebras, &c. extra de offi. deleg. conſuluit Sed tamen not. q inceptio iſta non habet lo cum quo ad omnia. nam ſecundum hoc ſæpe comederemus carnes in die ueneris. Vnde dic q quo ad ſolutiones faciendas, quo ad carnes comedendas, dies incipit à media nocte, & terminatur in aliam mediam noctē, & maxime qa hoc dicit lex, & hoc habet conſuetudo, licet quo ad ſolutiones diſtinguant quidam inter clericos & laicos, quod non approbo. Præterea not. q dies quandoque incipit à meridie,[3] & terminatur in alium. & hæc forte computatio eſt magis uera. cum contineat ortum & occaſum ſignorum. Item dies quandoque computatur de momento ad momētum. ff. de mi. deniquę. §. minorem. Sed quantum ad eſum carnium, cōputatur dies à ueſpera uſq; ad diluculū: ut ī. c. eſu. Ioan.

[3] Meridies enim dictus eſt, quaſi medidies. i. medius dies: uel quia tunc mer⁹ dies .i. purior, merō enī Græcè purum Latinè dicitur ſecūdum Pap.

[g] Theophaniæ. i. epiphaniæ, id eſt, apparitionis. theos enim Deus, phanos apparitio, quando ſcilicet ſtella apparuit, quæ duxit Magos.

[h] Natiuitas. De feſto Conceptionis nihil dicitur: qa celebrandū nō eſt, ſicut i multis regionibus fit, & maxime in Anglia. & hæc eſt ratio, quia in peccatis concepta fuit.[4] ſicut & cæteri ſancti, excepta unica perſona Chriſti. Similiter de annunciatione ſanctæ Mariæ nihil dicit, cum ſit tamen celebre feſtum. H.

[i] Feſtiuitates. Sed de quibus feſtiuitatibus hoc intelligis, quia ſancti aut ſunt canonizati, aut nō? B. intelligit de non canonizatis, quia dicit q epiſcopus cū ſuis clericis quantum ad ſuam diœceſim, poteſt ſanctū canonizare, quod non credo, extra de reliq. & uenera. ſancto. c. j. in ſi. ſed etiandio de canonizatis, qui non habent uigilias.

[4] Ad idē 3. q. 4. nullus. extra de maior. & obediē. c. a. ubi de hoc etiam leg. & no. extra de luc. & cō-duct. ueſtras. Arg.

[k] Nō generaliter. Ar. q particularia decreta epiſcopi poſſunt condere, & leges & canones conſtituere,

& con

& cõſuetudine ... ã ... in ducere ſeruãd ... in parochijs ſui ... in ſubditos ſuos ... con ſenſu eorundem ... ſine præſentia papæ vel eius delegati: ut xj. diſtin catholica. & xxxv. quæſtio. vj. ab iſto.

a Irreligioſa. Saltationibus. ĩ. ea. diſt. j. qui die.

b Perſtrepũt. Hoc licet ſit mortale, nõ inducit depoſitionem: ut v. q. iiij. in loco. (Tel. 3. cap. 23.)

c Rogationes. Ieiuniũ. ĩ. diſt lxxvj. §. non autem. contra. ubi dicitur qđ inter Paſcha & Pentecoſten non ſit ieiunãdum. Sed de ieiunio quod hic ſtatuitur, nõ pręcipit: ſed ſuadetur. nam in tẽpore illo unaqueq; prouincia abundabat in ſenſu ſuo: ut lxxvj. diſtin. utinam. & xij. diſt. illa. — *Ieiunandũ nõ eſt inter paſcha & pẽtecoſten.*

d Plebs. & ita ſerui ſunt de plebe.

e Epiſcopus. Deeſſe. Arg. qđ epiſcop⁹ dominicis diebus, in epiſcopali eccleſia diuinis officijs debeat intereſſe, in qua ſacerdotali more præcipit reſidere. vij. q. j. puenit ad nos. & quod cogendus ſit cũ clericis ſuis apud eccleſiam communiter habitare, ut dixi xlj. diſtin. eps uilem. — *Epiſcop⁹ diebus dominicis debet eſſe in eccleſia ſua.*

f Nulli. In uilla. tunc. n. in maiori eccleſia conueniunt omnes: ut ĩ. ea. diſt. j. ſi quis etiam extra.

g A Sacerdotibus. id eſt, epiſcopis in concilio congregatis.

h Paſchæ. contra ĩ. diſt iiij. ſtatuimus & ca. quadrageſima. Sol. hic de ieiunio generali, qđ omnibus iniũgitur: ibi de ſpeciali, qđ clericis ſuadetur. imo ideo nõ eſt ſeruanda quinquageſima: quia ſeruatur poſt Paſcha à die Paſchæ — *Ieiunium ẽ duplex.*

omnibus. Reliquas uerò feſtiuitates per annũ non ſunt cogendi ad feriandũ nec prohibendi. Inditum uerò ieiunium quãdo fuerit denuntiatum, ab omnibus obſeruetur.

Item ex concilio Toletano quarto. †

In feſtorũ ſolẽnitatibus diuinis officijs nõ ſaltationib⁹ uel cãtilenis populi debẽt uacare.

CAN. I.

Irreligioſa cõſuetudo eſt, quã uulgus per ſanctorũ ſolẽnitates & feſtiuitates agere cõſueuit. populi qui debẽt diuina officia attendere, ſaltationibus [a] turpibus inuigilãt, cantica non ſolùm mala canentes, ſed etiam religioſorum officijs perſtrepunt. [b] hoc enim ut ab omnibus prouincijs depellatur, ſacerdotum & iudicum à concilio ſancto, curæ committitur.

Item ex concilio Aurelianenſi.

Ante aſcenſionem domini tribus diebus litania celebrẽtur.

CAN. II.

Rogationes, id eſt, litanias, ante aſcenſionem domini placuit celebrari, ita ut præmiſſum triduanum ieiunium [c] in dominicæ Aſcẽſionis ſolẽnitate ſoluatẽ: per quod triduum ſerui & ancillæ ab opere relaxentur, quò magis plebs [d] uniuerſa conueniat, quo triduo omnes abſtineãt, & etiam quadrageſimalibus cibis utantur.

Item ex concilio eodẽ.

Epiſcopus die dominico non deſit eccleſiæ.

CAN. III.

Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ cui proximus fuerit, die dominico deeſſe [e] non debet.

Item ex eodem.

Hos dies ciuibus in uilla celebrare non licet.

CAN. IIII.

Nulli ciuium unquã, Paſchæ, natalis domini, & quadrageſimæ ſolennitatẽ in uilla [f] licet celebrare, niſi quẽ infirmitas probabitur tenuiſſe.

Item ex eodem.

Ante ſolennitatem paſcha quadrageſima eſt celebranda.

CAN. V.

A Sacerdotibus [g] omnibus decretũ eſt, ut ante paſchæ [h] ſolennitatẽ non quinquageſima ſed quadrageſima teneatur.

Item ex concilio Martini papæ.

Quinta feria ultima ſeptimane quadrageſima ieiunium ſolui non licet.

CAN. VI.

Non liceat quinta feria fratres, nouiſſimæ ſeptimanæ ieiuniũ [i] ſoluere, & omnẽ exhonorare [k] quadrageſimã ſed syncerè abſtinẽtes totam quadrageſimã peragere.

Item ex concilio Laodicenſi.

De eodem.

CAN. VII.

Non oportet in quadrageſima, quinta feria ultimæ hebdomadæ ieiuniũ diſſolui, & totam quadrageſi[ma]m inhonorari: ſed per totos [l] dies quadrageſimæ ieiunare, & eſcis abſtinentiæ conuenientibus, id eſt, aridioribus uti.

Item ex concilio Agathenſi.

Exceptis diebus dominicis in quadrageſima non ſoluatur ieiunium.

CAN. VIII.

Placuit ut omnes [m] eccleſiæ (exceptis diebus dominicis) in quadrageſima etiam in die ſabbathi [n] ſacerdotali [o] oratione & diſcretionis communione [p] ieiunent.

Item ex concilio Niceno.

uſq; ad Aſcenſionẽ uel Pentecoſten.

i Ieiuniũ. qa dominus ſurrexit de cœna, & lauit pedes diſcipulorũ. & iterũ rediijt ad cœnã, uolunt quidã ad ſimilitudinem domini, etiam pedes alijs abluere & bis [t] comedere, ſed talis conſuetudo reprobatur.

k Exhonorare. Arg. qđ nihil reputatur ieiunaſſe, qui unum diem non ieiunat. C. ad Sylla. l. ult nihil uidetur eſſe factum, &c. vij. q. j. nihil.

ADDITIO. Ide arg. qđ utile per inutile uitiatur. ix. diſt. ſi ad ſacras. xxv. q. ij. & ſi legibus ſed ar. contra. xij. q. ij. ſi quis. Archid.

l Non oportet. Sed per totos i. oẽs, exceptis diebus dominicis: ar. ĩ. diſt. xxx. ſi quis presbyter. ĩ. diſt. v. quadrageſima.

m Placuit ut omnes. Nõ comedant.

n Sabbathi. ſcilicet paſchalis.

o Sacerdotali. ſ. finita hora nona.

p Communione. ſ. percepta, id eſt, non debent comedere, niſi prius celebratis miſſarũ officijs & ueſpertinis. ĩ. ea. diſt j. ſolent. H.

[t] Intellige ſecundũ Hu. de eo qui comedit integre & perfecte: & poſtea ſurgit, & iterũ comedit, ſecus ſi parum comedit, & poſtea ad mandatũ faciendũ ſurgeret, quo facto ad mẽſam rediret & comeſtionem inceptam perficeret: nã cerrẽ talis ieiunans diceretur ſecũdum Hoſt. qui ita no. in ſum. de obſer. ieiu. §. quando uerſic. tota, &c.

Quoniam

Nec in die dominico, nec in diebus pentecoſtes, in oratione genua flectantur.

CAN. IX.

Quoniā ſunt [a] in die dominica quidā ad orationē genua [b] flectentes,& in diebus pentecoſtes, propterea ſtatutum eſt à ſancta ſynodo (quoniam conſona & conueniens per omnes eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt)ut ſtantes [c] ad orationē,uota dn̄o reddamus.

Itē Leo papa quartus.

Quo tempore ab eſu carniū ſit abſtinendum.

CAN. X.

[a] ps De eſu,carnium, apud nos uetuſtiſſima & non improbanda traditio ſemper eſt tenenda,ut à cœnæ termino q̄ fit in principio noctis quartæ feriæ [d] quæ luceſcit in quarta feria, uſque in diluculum quintæ feriæ, & ſimiliter à cœna noctis ſextæ feriæ quæ luceſcit in ſexta feria, non imperitè ieiunatio uſque ad ſabbathi [e] lucē, quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit [f] uel debuerit [g] protendatur.

Item Gregorius dilectiſsimis ciuib. Romæ. [1]

Nec die ſabbathi eſt feriandum,nec die dominico lauacrū eſt prolubendum.

CAN. XI.

3 ps Peruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines, praua inter uos aliqua & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita ut die ſabbathi aliquid operari ꝓhiberent, quos quid aliud niſi Antichriſti prædicatores, dixerimus?qui ueniens [h] diem ſabbathi atque dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. q̄a enim mori ſe & reſurgere ſimulat, haberi in ueneratione [i] uult diem dominicum,& quia populū iudaizare cō pellit,ut exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorū perfidiā ſubdat,coli uult ſabbathū. [k] Aliud quoq; ad me perlatū eſt, uobis à peruerſis hominib⁹ eſſe prædicatum,ut dominico die nullus debeat lauari. Et quidem ſi pro luxuria & pro uoluptate q̄s lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. ſi autem pro neceſsitate corporis,hoc nec die dominico prohibemus.

Item Innocētius papa.

Ob reuerētiā ſepulturæ dominicæ ſabbatho ieiunare debem⁹

CAN. XII.

4 ps Sabbatho uerò ieiunandum [l] eſſe ratio euidētiſsima demonſtrat, nam ſi diem dominicā ob uenerabilem reſurrectionem domini noſtri Ieſu Chriſti,non ſolum in paſcha celebramus, uerum etiam per ſingulas hebdomadas ipſius diei imaginem frequentamus, at ſicut ſexta feria propter paſsionem domini ieiunamus,ſic ſabbathum prætermittere non debemus, quoniam intra triſtitiam & lætitiam temporis illius uidetur incluſum. nam utique conſtat apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occultaſſe, quod utique non dubium eſt, intantum eos ieiunaſſe biduo memorato,ut traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari, [m] quæ forma etiam per ſingulas tenenda eſt hebdomadas,propter id quòd cō memoratio diei illius, ſemper eſt celebranda. quòd ſi putant ſemel atq; uno ſabbatho ieiunandum,ergo & dominica, & ſexta feria ſemel in paſcha erit utiq; celebranda.

Item Melchiades papa.

Die dominica & quinta feria,non eſt celebrandum ieiunium. CAN. XIII.

5 ps Ieiunium dominici diei, & quintæ [n] feriæ nemo celebrare debet, ut inter

a Quoniam. ſunt. quidam.
b Genua. ī.diſtin. lxxvj.§.non autem. & cap.ſcire.
c Stantes. ī. diſt. xxx.ſi quis præsbyter. ī.xxvj.q.vij.ſacerdos. contra. Solu.ibi dies remiſsionis, uocantur dies ieiuniorum.

De eſu carniū. Hæc eſt ſecunda pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.
d Feriæ. De quarta feria eſt conſiliū: de ſexta præceptū.
e Sabbathi. diei, ſcilicet paſchalis ſupple, ne forte ob inſignem ſolennitatem,uideretur ieiunium tunc ſoluendum.
f Maluerit. Sed nō tenetur ad hoc.
g Vel debuerit. cū teneatur ad hoc ex iniuncta pœnitentia. Et ita eſt arg. ꝙ poſſumus carnes comedere in die ſabbathi. 1 nam ponit in optione noſtra, tādiu abſtinere die ſabbathi quādiu uoluerimus. Sed contra. ī.c. ij. ſed illud eſt conſiliū, & conſuetudo ita interpretatur. extra de obſer.ieiu.conſiliū. §.item de illis. nec enim ſabbathum eſt inter legitima ieiunia: ut ī. ead. ieiunia. Ioan.

Peruenit. Hæc eſt tertia pars diſtinct. ſecundum Ioan.de Fant.
h Qui ueniens.ſcilicet antichriſtus.
i In ueneratione uult,id eſt,uolet.nā pro nimia certitudine, ponit hic præſens 2 pro futuro. 3 & not. de hoc ī. xxiij.q.j paratus.& ī.ead.diſt.iiij.quando quis.
k Sabbathum. ī. diſt.xlj.quiſquis.& ī.diſt lxxxj. non oportet. Ioan.

Sabbatho. Hæc eſt iiij. pars diſtin. ſecundum Ioā. de Fant.
l Ieiunandum. ī. xij.diſtin. illa. contra. Solu. hoc non obtinet. uel dic ut ibi dixi. 4
m Non celebrari. ſacramentum corporis & ſanguinis domini. ī. diſt.j. uiſum.Contra.ī. diſt. ij. iteratur. contra. Sed ſecundum hanc exceptionem illa capitu. intelliguntur.

Ieiuniū. Hæc eſt quinta pars diſt. ſecundum Ioan. de Fantu.
n Quintæ. ī. diſt. lxxvj.utinam. contra.Solu. ꝓhibetur hoc fieri in contemptū diei: alias ſemper ieiunare non reprobarem, ut ibi, ſed quare potius de his diebus,quam de alijs: cum ieiunare in cōtemptum diei cuiuſcunq;, ſit mortale peccatum? Dic quod ideo quia maioris uenerationis ſunt, quia in illis duobus diebus fecit dominus quicquid inſigne fecit fere.lxxxv. diſt. ca. penult. fere dixi: quia

Carnes comederē die ſabbathi, utrum ſit licitum.

2 Dicit Ho.hic habet, ꝙ ſabbatho licite caro comeditur: ſed poſtea aliud obtinuit: ī ſabbatho ſcilicet abſtinēdū eē à carnib. j. diſ.v.quia dies.ſed& ieiuniū in ſabbatho fuit poſtea cōſultum.ī.eo. ſabbatha'. ſcđm Hu.

1 Epiſtola 3.lib.2.

Præſēs ꝓ futuro qn̄que ponit

2 Adde an & quādo id fieri poſsit regulariter nota.Bar. in l. ſi ita. ff.de au.& arg.leg.& in l.ſi.quæ res pign. obli. poſ.

3 Sub.ecō uerſo ponitur ī.diſt. pxi i chriſto. ubi de hoc.

4 De hoc etiā nota. ī.ca.de eſu. in fin.

Ieiunare ſemper nō reprobat.

quia die iouis aſcendit.

a N E quis ... los

Alias terrori ... Cau-

cet quia aliq ... toris.

cuciat timore ... ſcili-

cui, niſi ieiun ... cet ... in-

dic. ... ali-

b In ſuſpicio ... tali

ſcilicet hęreſ ... omnibus

Eiunia. ... eos.

ſexta pars ... Hæc eſt

ſecundum Io ... diſt.

Et ſexta. ... an-

c ſecundaferia ... addita

iij.ca.de illis ... xj.q.

lxxxij.cap. ... diſtin.

ter. ... præſby-

d Soluenda. Ab ijs

qui ad hoc ... uel

pœnitentia ... ſunt ad-

ſtricti. Vel dic quod

hoc fuit in primi-

tiua eccleſia ... neceſ-

ſitatis, hodie ... ue-

ro conſilij. H. &

G. Saluatorem. 7.

e xj.queſtio.iij. capit.

abijt.

Vel cum crucifi.

f gentibus. j. diſtin.

iij.c.qui bis de fe-

Aliud. C. contra. Sol

g rijs l.iij. ſuccum-

dic legem ... uim in

bere, id eſt, ... ex-

hoc non habere. con-

tra de fer.cap.

queſtus.

f Sub.niſi ad caſum neceſſitatis refera tur. B. Hiſpa.

D E pœnitentibus. Hæc eſt ſeptima pars diſtinct. ſecundum Ioann. de Fant.

h Commiſsis. mortalibus. grauiora enim appellat, ualde enormia, leuiora minus enormia: alias eſſet contra. xxvj.q.vj. cap. ultimo.

i De quibus habes 25.diſt.§. alias & s. ea.diſt. ij. in cœna.

i Aegritudo. quo caſu nullo tempore eſt deneganda cõmunio: ut notatur & legitur diſt. proxi.cap.pſbyter. Sed pone quod aliquis agat ſeptennem pœnitentiam nunquid in iſtis ſeptem annis in quolibet anno in cœna domini debeat in eccleſiam introduci? Vel ſi debet, à quo? utrum tantum ab epiſcopo, uel à ſuo presbytero? Dicunt quidam quod poſt præ-

i An autem ſit licitũ ſcholaribus ſtudere die feriata, in hoc notem. Dicit ſic q. ſic. ut per Angel. & Alexã. de Imo. in l.

ieiunium Chriſtianorum & gentilium, uel ueraciter credẽtium infidelium atque hæreticorum uera & non falſa diſcretio habeatur.

Item ex concilio Cæſareo auguſtano.

De eodem.

CAN. XIIII.

N E qs ieiunet die dominica cauſa timoris[a] aut perſuaſionis, nec quadrageſimarum diebus ab eccleſijs fideles deſint: nec habitent in cubiculorum latibulis ac montiũ, qui in ſuſpicionibus[b] pſeuerant, ſed exemplum ac præceptũ cuſtodiant ſacerdotum, & ad alienas uillas agendorum cõuentuũ cauſa non conueniãt. ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt, Anathema ſit, q hoc commiſerit.

Item ex dictis Sancti Apollonij.

Quarta & ſexta feria ſunt ſeruanda ieiunia.

CAN. XV.

6 I Eiunia ſanè legitima in quarta & ſexta[c] feria nõ ſunt ſoluenda,[d] niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit, quia quarta feria Iudas traditionem domini cogitauit, & ſexta feria crucifixus eſt ſaluator. Videbitur ergo, qui in his diebus ſine neceſſitate ſoluerit ſtatuta ieiunia, uel cum tradente tradere ſaluatorem,[e] uel cũ crucifigentibus[f] crucifigere. Die autem dominica, nihil aliud[g] agendũ eſt, niſi Deo uacandum, nulla operatio in illa die ſancta agatur, niſi tantum hymnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur.

Itẽ Innocentius papa.

Quinta feria ultima hebdomada quadrageſima pœnitentes remiſsionem accipiant.

CAN. XVI.

7 D E pœnitentibus uerò qui ſiue ex grauioribus cõmiſsis,[h] ſiue ex leuioribus pœnitentiã gerũt, ſi nulla interueniat ægritudo,[i] quinta feria ante Paſcha eis remittendum[k] eſſe Romanæ eccleſiæ cõſuetudo demonſtrat, cæterum de pondere æſtimãdo[l] delictorũ, ſacerdotis eſt iudicare, ut attendat[m] ad cõfeſsionẽ pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigẽtis. Sanè[n] ſi quis in ægritudinem ceciderit, atq; uſque ad deſperationẽ uitæ deuenerit; eſt ei ante tẽpus[o] Paſchæ relaxandum, ne de ſeculo abſq; communione decedat.

Item Fabianus papa Orientalibus epiſcopis.

Singulis annis quinta feria ultima hebdomada quadrageſima nouũ chriſma conficiatur

CAN. XVII.

8 L Iteris ueſtris inter cętera inſertũ inuenimus, quoſdam religionis ueſtræ epiſcopos à ueſtro noſtroque ordine diſcrepare, & non per ſingulos[p] annos in cœna domini, chriſma conficere. Errant uerò qui talia excogitant, & mente ueſana potius, quàm recta ſentientes, hoc facere audent. Sicut enim ipſius diei ſolennitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti chriſmatis confectio, per ſingulos annos eſt agenda, & de anno[q] in annum renouanda, & fidelibus eſt tradenda, quia nouum ſacramentũ eſt, & per ſingulos annos iam dicta die in-

... expulſionem uſque ad ultimam (quarum utraq; debet tantum per epiſcopum fieri) ꝗ presbyter ſimplex poteſt eum quolibet anno in cœna domini recipere in eccleſia, & poſt nõtanas, de eccleſia expellere. de hoc 50. diſtin. c. in capite. xxvj.q.vj.c.j. s. diſtinct. j.ca.in cœna. Item quare hoc magis fit in die iouis, quam in alio die eiuſdem ſeptimanę? Ideo, quia eodem die idem dominus captus fuit, & ligatus fuit: & eius ligatio abſolutionem noſtram operata ẽ. Vel poteſt dici, ꝙ ideo quia ipſe eodem die pedes diſcipulorum lauit. unde ideo eadem die fit ut pedes, id eſt, affectus noſtros lauet à peccatis: iuxta illud. Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium, &c. de pœni.diſtin. j. cap. poteſt.

k Remittendum. id eſt, abſoluendum reconciliando eucharistiam concedendo. 50.diſtin.ca. pœnitentes.

l Aeſtimando. Argu.xxiij.q.viij.c.occidit. Ioan.

m Attendat.xxvj. q.vij.c. de his.

n Sane. ſ ponit quod dixerat in uerbo ægritudo.

o Ante tempus. id eſt, ante quintam feriam, quæ eſt a Paſcha.

L Iteris ueſtris. Hæc eſt octaua para diſt. ſecundum Ioan.de Faut.

p Et non per ſingulos. s.de pœnt. diſtinct. iij. c. ſepties. & lxiij.diſtinct. §. j. & cap. Agathoſa. s. diſtin. xcvj. c. cum ad uerum. j. diſtin. proxi. c. omni tempore. & ca. presbyteri.

q De anno. j. diſtin iij. cap. ſi quis de alio.

dic[a]. ſ. de fer. idẽ tenet glo.j. in l. oẽs iudices. & ibi Raya. & Angel. C. de ferijs.quamuis aliter ſentiãt canoniſtæ: ut p Arc. hic, & per Ioã. And. & do. Anto.in ca.j. extra eo.

Quia reconciliatio pœnitentium ẽ epiſcopalis officij nõ ſacerdotis in 26.q.j. in fin. 68. diſt. quãuis.Arc.

Vero.

a Vetus. No. uetus dici, quod coronam anni excedit: ſicut & nouum dicitur matrimonium, quòd non excedit annum: ut xxxv. q. viij. c. j. & arg. ff. de publi. & uect. l. ulti. §. quocies. & ff. de vi. & tri. l. uetus.

Matrimoniū nouū eſt, quod non excedit annū.

b In ſanctis. Xj. diſtinc. cap. eccleſiaſticarum.

nouandum: & uetus [a] in ſanctis [b] eccleſijs, eſt cremandum. Iſta a ſanctis Apl'is & ſucceſſorib. eorum accepimus, & uobis tenenda mandamus.

Item Euſebius Papa.

Seruetur ab omnibus feſtiui tas inuētionis dominicæ crucis

CAN. XVIII.

9 CRucis [c] domini noſtri Ieſu Chriſti quæ nup nobis gubernacula ſanctæ Romanæ eccleſiæ tenentibus, quinto nonas Maij inuēta eſt: in prædicto Calendarum [d] die inuentionis feſtum uobis ſolenniter celebrare mandamus.

Item Alexāder Papa. quintus a Petro. †

Quare ſit inſtitutū, ut aqua ſale conſperſa ſanctificetur.

CAN. XIX.

10 AQuam ſale [e] conſperſam in populis benedicimus: ut ea cuncti aſperſi ſanctificentur [f] & purificentur: qđ omnibus ſacerdotibus faciendū eſſe mādamus, nā ſi cinis uitulæ [g] aſperſus, populū ſanctificabat [h] atq; mundabat: [i] multò magis aqua ſale aſperſa, diuinisq; precibus ſacrata, populum ſanctificat atque mundat. & ſi ſale aſperſo per Heliſæum [k] prophetā ſterilitas aquæ ſanata eſt: quantò magis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos [l] ſanctificat & purgat, & cætera bona multiplicat, & iſidias diaboli auertit, & a phantaſmatis uerſutijs, homines defendit.

Item Pius Papa ix. a Petro Apoſtolo in primo capitu. ſuarum decretalium.

Non niſi in die dominico, ſanctum Paſcha celebretur.

CAN. XX.

11 NOſſe uos uolumus, quòd Paſcha domini tantùm die dominico annuis temporibus ſit celebrandum. iſtis enim tēporibus Hermes doctor fidei & ſcripturę effulſit inter nos. Et licet nos idem paſcha prędicto die celebraremus: quia tamen inde quidam dubitabant, ad corroborandas animas eorum, eidē Hermeti Angelus domini apparuit in habitu paſtoris, [m] & præcepit ei, ut Paſcha domini, die dominico ab omnibus celebraretur. unde & nos apoſtolica authoritate inſtituimus; omnes eadem ſeruare debere: quia & nos ſeruamus: nec debetis a capite [n] quoquo modo diſcedere.

Item Victor Papa decimus tertius a Petro in primo decreto ſuo.

Non niſi in die dominico, ſanctum Paſcha celebretur.

c CRucis. Hæc eſt nona ps di. ſcđm Io. de Fan. Quæri poteſt, quare feſtum crucis celebremus, in qua dominus fuit dehoneſtatus: & non feſtū aſinæ, in qua fuit honoratus? Dicimus quod laus exhibita domino in aſina, fuit mundana, de qua non eſt curandum. xxii. q. ij. ca. quælibet. ſed de honeſtatio in cruce facta, fuit noſtra redemptio.

Aſinę quā dn̄s egrauit feſtū nō eſt celebrandū.

d Calendarum. Id eſt, quinta die, ante nonas: & improprie ponitur hic Calendarum: quia tantum prima dies dicitur Calendæ.

Dic ꝙ hoc nomine calēdarū, intelligitur ipſe mēſis cuius ſūt calendæ, ſecundū H.

† In lib. 2. ubi ponit hoc c. eſt talis titu. Ex epiſtola Ale. papæ fratribus ꝑ Aegyptū, miſſa. Papa 5. Lino & Cleto. non cōnumeratis. Archi.

Sal miſcet cum aqua bn̄dicta.

AQuam ſale. Hæc eſt decima pars diſt in. ſecūdum Io. de Fant.

e Aquam ſale. Quia per aquam confeſſio, per ſalem amaritudo ſignatur & morſio, unde hæc eſt miſtura, unde geminus procedit partus: diuiſio. ſ. delictorum, & ortus uirtutum & bonorum operum. xxij. q. j. ca. cum renunciat. hæc deſignata eſt per miſtionem Iudæ, qui confeſſio dicitur: & Thamar, quæ amaritudo dicitur: unde Phares diuiſio, Zaram ortus. geminus ſcilicet partus promit. Hu.

f Sanctificentur. Quæritur quomodo aqua benedicta dicatur populum ſanctificare uel mundare.

4. Re. 2. d

g Cinis uitulæ. Hiſtoria legitur in Leuiti. quod decima die Septembris tollebat ſacerdos de proprio uitulam rufam, trimam & immaculatam quæ nondum portauerat iugum, & immolabat eam pro peccato ſuæ domus: & hircum quem ſumebat ab uniuerſa multitudine, immolabat pro peccato populi. pelles & carnes & fimum uitulæ & hircum comburebat extra, & cinerem ſeruabat, & inde per totum annum fiebat aſperſio aquæ, qua purificabantur immundi de quibuſdam quæ in lege immunditiæ dicebantur: ut puta ſi aliquis tetigiſſet cadauer hominis mortui uel ſepulchrum, erat immundus uſq; ad diem ſeptimum: & hac aqua mundabatur.

h Sanctificabat. Tunc ſanguis uitulæ fuit remiſsio peccatorum: ut xij. q. ij. cap. gloria.

i Mundabat. A uenialibus. 7. diſt. quinquageſima in capite. j. diſtinct. iiij. c. nequaquam. Nam ſacrificijs uenialia delentur. 7. di. ij. ca. cū omne. de pœ. di. iij. capit. de quotidianis. Nam ſi qua tunc habebant, mortalia erant. de pœnitent. diſtinct. vj. capitu. j. circa medium.

Venialia delent ſacrificija.

k Per Heliſæum. Hiſtoria Legitur in libro Regum, quod cum Heliſæus eſſet in eremo. uenerunt ad eum uiri ciuitatis, & dixerunt: Ecce habitatio huius ciuitatis optima eſt, ſicut tu ipſe bene noſti, ſed aquæ peſsimæ ſunt & ſteriles. At ille ait: Afferte mihi uas nouum, & mittite in illud ſalem. & ait. Dicit Dominus, Sanaui aquas iſtas, & non erit ultra in eis mors neque ſterilitas. Sanatæ ergo ſunt aquæ illæ uſque ad diem hunc, iuxta uerbum Heliſæi quod locutus eſt dominus.

k Per Heliſæum. Inde eſt quod cum aqua exorcizatur, dicit ſacerdos: Deus qui per Heliſæum prophetam ſalem in aquā mitti iuſsiſti.

l Et coinquinatos. uenialibus tantum.

NOſſe. Hæc eſt vndecima ps diſtinct. in qua dicitur, quod ſemper die dominica fit Paſcha. Quidam enim faciebant die iouis. Ioan. de Fant.

m Paſtoris. Vnde & liber illius in quo tradidit plura documenta eccleſiæ, liber paſtorum intitulatur.

n A capite. Cum hoc iubet. argu. inſtitu. de ſatiſda. in fi. xj. diſtin. capi. nolite.

CAN. XXI.

Celebritatem ſancti Paſchæ,non niſi die dominica agi debere & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud eadem die ſolenniter celebrari mandamus:quia non decet ut membra a capite diſcrepent,aut aliter gerant. a xiiij. uerò luna primi menſis [b] uſque ad xxj. diem [c] eiuſdem mẽſis eadem celebretur feſtiuitas. Eodem quoq; tempore baptiſma celebrandum eſt catholicum. ſed tamen ſi neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit: gentiles ad fidem uenientes quocunque loco uel momento, ubicunque euenerit, ſiue in flumine, ſiue in mari, ſiue in fontibus tantum Chriſtianæ confeſsione credulitatis clarificati baptizẽtur. Ipſis etiam, quod in baptiſmo polliciti ſunt,ſummopere eſt attẽdendum: ne non infideles ſed fideles inueniantur. Ipſi uerò qui infidelitatis nota aſperguntur, infames efficiuntur: & inter fideles minimè reputantur. Hæc uerò ſtatuta nulla debent improbitate conuelli:nulla nouitate mutari. quia alia eſt ratio [d] cauſarũ ſecularium, alia diuinarum.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto. †

De eodem.

CAN. XXII.

Paſchæ ſolennitas una die & tempore celebranda eſt.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto. †

Dies Paſchæ concilij formatarum ſubſcriptione, omnibus intimetur.

CAN. XXIII.

Placuit, ut uenerabilis dies Paſchæ formatarũ ſubſcriptione omnibus intimetur: dies uerò [e] concilij xj. Calen. Nouembris ſeruetur. ſcribendum eſt etiam ad ſingularum quarũcumq; prouinciarum primates: ut quandocunque apud ſe concilia congregant, iſtũ diem non impediant.

Item ex concilio Bracaren. ſecundo. †

Per orbem uniuerſum, cùm in cõcilijs oĩa ſtatuta fuerint, futurum Paſcha annuntietur.

CAN. XXIIII.

Placuit, ut poſtquam [f] omnia in concilio ſacerdotum fuerint ordinata: illud omnino ſeruetur: ut ſuperuenturi ipſius anni Paſcha, quo Calendarum die uel quota luna debeat ſuſcipi, a Metropolitano epiſcopo intimetur. Quod cæteri epiſcopi uel reliquus clerus, breuiculo ſubnotantes, unuſquiſq; in ſua eccleſia aduenienie Natalis domini die, poſt Euangelicam lectionẽ populo annuntiet. [g]

Item ex concilio Arela. primo, quod cõfirmauit Papa Sylueſter.

Per uniuerſum orbem, uno die & uno tempore Paſcha celebretur.

CAN. XXV.

De obſeruatione Paſchæ domini, ſtatuimus ut uno die & tempore per omnem orbem obſeruetur: & iuxta conſuetudinem, literæ ad omnes dirigantur.

Item Greg. Sereno epiſcopo Maſsil. †

De imaginibus ſanctorum non uiolandis.

CAN. XXVI.

13 Perlatum ad nos fuerat, ꝙ inconſiderato zelo ſuccenſus ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent confregeris. & quidem eas adorari uetuiſſe, omnino laudamus: [h]

---

[a] Celebritatem. Prædeceſſores. in legibus ſecularibus poſteriores ad ſe trahũt priores: quod in diuinis non fit: ſed potius econuerſo: ut quinquageſima di. c. domino. in fi. Hu. ſed B. ſecus intelligit hoc.

[b] Primi menſis. Hiſtoria. Sicut legitur in Exodo, dominus præcepit: ut menſis ille primus haberetur, & agnus xiiij. die immolaretur, qui menſis apud Hebræos Niſan appellatur: apud nos uero Aprilis. Sequentia c. patent uſque ad c. perlatum. & ea per te uidebis.

[b] Primi menſis. Id eſt, Aprilis, qui eſt primus menſis ſecũdum Hebræos: ut lxxvj. diſtin. §. primum uero.

ADDITIO.

Hoc ſane intellige. Hæbræi annum ſolarem non attendunt, ſed lunarem: & appellant primum mẽſem tempus, quòd nos dicimus non ipſum Aprilem, ſed Aprilis lunationem, eam. ſ. quę terminatur in Aprili. B. Hiſpa.

[c] Vſque ad xxj. diẽ. Intelligas hoc de menſe lunari, non ſolari. in illa enim lunatione ſemper eſt Paſcha.

[c] Vſque ad xxj. diẽ. Illud uſque hic ponitur incluſiue: & includitur xxj. dies. & hoc uult dicere, ꝙ Paſcha non debet eſſe infra xiiij. diem lunationis Aprilis, nec poſt xxij. diem illius. ſi enim xiiij. dies lunationis eſt in die dominica, ibi eſt Paſcha Iudæorum: & dominica ſequenti, ibi eſt noſtrum Paſcha. hoc eſt xxj. die.

[d] Alia eſt ratio. Quia infames efficiuntur ſecundum canones, quicunq; nota infidelitatis .i. mortalis peccati aſperguntur: ut not. vj. q. j. c. omnes. & c. illi qui. ſed ſecus eſt ſecundum legẽ, & ita eſt ratio alia. M. ponit exemplum in appellatione. ij. q. vj. c. non ita. Sed quid ad hanc literã de hoc exemplo? Ego dico hunc eſſe ſenſum, quod ea quæ in baptiſmo quis promiſit, non poſſunt mutari licet legum ſtatuta poſſint immutari.

[e] Dies uero. Hodie illud teneas de hoc, quod habes xviij. diſtin. cap. quoniam. Ioan.

[f] Placuit ut poſtquam. Hoc ca. non habet hodie locum.

[g] Annuntiet. Hoc non ubiq; obtinet.

[h] Perlatum. Hæc eſt xij. pars diſtin. Io. de Fant.

[h] Laudamus. Hoc colligitur quod licet intentio approbetur, reprobatur tamen ipſum factũ. unde per hoc poteſt ſolui illa contrarietas de Loth: quoniam nunc dicit ſcriptura eum eſſe ſanctum. xxij. q. vij. cap. offerebat. alias perturbatum dicit. xiiij. diſtinc. c. quod

Lege poſteriores trahũt ad ſe priores.

Paſcha citra quẽ & ultra quẽ tẽpus debet eſſe.

† ca. 63.

† ſeptimo.

Infames efficiunt, ꝗ mortali peccato aſperguntur.

† cap. 9.

Intentio quãdoque approbatur, & factũ reprobatur.

† Epiſtola 9. lib. 9.

Digitized by Google

fregiſſe [a] verò reprehendimus. Dic frater à quo factum eſſe ſacerdote aliquando auditū eſt quod feciſti? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nā qđ legētibus ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſa ignorātes uident, quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt, unde & præcipuè gentibus pro lectione, pictura eſt.

Item ex ſexta ſynodo.

Imagines ſanctorum memoria ſunt & recordatio præteritorum.

CAN. XXVII.

Venerabiles imagines Chriſtiani non deos appellant, neque ſeruiūt eis ut dijs, neque ſpē ſalutis ponunt in eis, neq; ab eis expectāt futurum iudicium, ſed ad memoriam & recordationē primitiuorū, uenerantur eas & adorant, [b] ſed non ſeruiunt eis cultu [c] diuino, nec alicui creaturæ.

Item Adrianus Papa Tharaſio patriarchæ.

Non in agni, ſed in hominis ſpecie Chriſtus ē figurādus.

CAN. XXVIII.

13 Sextam [c] ſanctā ſynodū recipio, cū omnibus canonibus ſuis in quibus dicit, [e] in quibus ſcripturis ſanctarū imaginum agnus præcurſoris digito oſtenſus depingitur, q [f] in figurā [g] gratiæ tranſit, [h] verum nobis per legē Moyſi demonſtrās agnum, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Antiquis ergo figuris & umbris, & ad ueritatis pfigurationem ſanctæ eccleſiæ traditis uale dicētes, gratiā [i] & ueritatē præferimus, & ipſam gratiā ſicut plenitudinem legis recipimus. Verū igitur agnū † dominū noſtrū Ieſum Chriſtū ſm imaginē humanā amodo etiam in imaginibus, p ueteri [k] agno depingi iubemus.

Itē Aug. in lib. de trin.

De fide trinitatis & unitatis inuiolabiliter ſeruanda.

CAN. XXIX.

14 Omnes [l] quos potui legere, q ante me ſcripſerunt de trinitate, quæ Deus eſt, diuinorum librorum ueterū & nouorū catholici authores tractantes, hoc intenderunt ſecundùm ſcripturas docere, quòd pater & filius & ſpiritus ſanctus, unius eiuſdemq; ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate diuinā inſinuant unitatem, ideoque non ſunt tres dij, ſed unus Deus quamuis pater filium genuerit, & ideo filius non ſit, qui pater eſt, filiusque à patre ſit genitus, & iō pater nō ſit qui filius, ſpiritusque ſanctus nec pater nec filius, ſed tantummodo patris & filij ſpiritus, & patri & filio etiā ipſe coæqualis, & ad trinitatis pertinens unitatē, non tamen eandem trinitatem natam de uirgine Maria, & ſub Pontio Pilato crucifixam, & ſepultam, tertia die reſurrexiſſe, & in cælum aſcēdiſſe: ſed tantummodo filium. nec eandem trinitatē deſcendiſſe in ſpecie columbæ [m] ſuper Ieſum baptizatū, aut die Pentecoſtes poſt Aſcenſionem domini ſonitu facto de cælo quaſi ferretur flatus uehemens, & linguis diuiſis uelut ignis, [n] ſed tantum-

[redacted]

ix.pura.ibi uideas.

m. quod ait. Item eſt, argu. q in uno ſancto pōt reprobari quiddam, & aliud approbari. xxij. q. iiij. c. inter cætera argu. contra. ff. famil. erciſc. l. in hoc. [i] ſed illud hr factis connexis: hoc in factis diuerſis. extra de reſcrip. c. inter cæteras.

[a] Fregiſſe. ī. diſtin. lxiij. §. uerum. contra. Ibi latria adorabant, hic dulia. Verſus: Latria debetur domino, ſed dulia ſeruo. Latria qua Chriſtum ueneramur, dulia mundum.

[redacted]

[b] Venerabiles. Et adorāt. ī. pxl. ca. contra. Sed aliud eſt adorare latria, quod ibi prohibetur: aliud dulia, quod hic permittitur.

Latria & dulia quid exigunt.

[c] Cultu. ſcilicet latriæ: in qua tria exiguntur, charitas dilectionis: & multitudo ſacrificiorum: & ueneratio. [a] In dulia uero unum ſolum, ſcilicet ueneratio: & in hoc ſenſu poſſumus quamlibet rem ſacram adorare, id eſt, reuerentiam exhibere. ī. diſtin. j. c. in ſancta.

[a] Dicas quod duæ ſunt ſpecies adorationis: ſcilicet latria, & dulia: latria eſt ſeruitus ſiue cultus ſoli Deo debitus, dulia eſt ſeruit⁹ quę debet creaturæ. Vnde uerſus. Dulia ſit ſeruo: debet latria Chriſto. Arch.

Sextam ſanctā. Hæc eſt xiij. ps diſtinct. ſecundum Ioan. de Fant.

[d] Sextam. ī. diſt. xvj. c. ſextam.

[e] In quibus dicitur. Illud qbus non refertur ad aliquam dictionem hic poſitam: ſed in canone ſextæ ſynodi: cuius uerba Adrianus inducit. Alibi dicitur uel habetur in quibuſdam, & ſecundū hoc litera patet. Vel in quibus.

[f] Qui. id eſt, ſacrificium cuius agni.

[g] In figurā. Tempore gratiæ, quæ figurabatur in ueteri teſtamento.

[h] Tranſit. id eſt, trāſire debet quaſi nō debet depingi.

[i] Gratiam. id eſt, gratioſam ueritatem, ſcilicet Chriſtum hominem.

[k] Pro ueteri. hoc credo reprobari: quia in cruce tantum agnus Dei depingebatur: nam alias homine depicto, agnum depingi non obeſt in parte inferiori. ſed cū corrigatur quo ad hoc: ergo quomodo recipitur cum omnibus canonibus?

† Addo q̄d pprie ueniat appellatiōe agni: not. in l. cum quærit. in prin. ff. de le. iij.

[redacted]

Omnes quos. Hæc eſt xiiij. pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.

[l] Omnes. CASVS. *In prima parte dicit tres perſonas patrem & filium & ſpiritum ſanctum unius, & eiuſdem ſubſtantiæ. In ſecunda parte dicit, quod licet iſtæ tres perſonæ ſint eadem eſſentia, quædam tamen ſingulariter attribuuntur perſonis, quæ trinitati non attribuuntur: & ſimiliter aliquid attribuitur patri, quod non filio, & econuerſo, & idem in ſpiritu ſancto.*

[m] Columbæ. Vera quidem columba fuit, quæ nec prius nec poſtea comparuit, ſed in ſuam materiam redijt. ſicut legitur de ſtella, de qua deſcendit ſpiritus ſanctus per ſignificationē. ſignificabat enim plenitudinem donorum ſpiritus ſancti, quæ in Chriſto erant, ſuper quem ſpiritus ſanctus deſcendit. ī. diſtinct. proxi. cap. per aquam.

Columba quæ deſcēdit i baptiſmo Chriſti, uera fuit.

[n] Ignis. Genitiui caſus eſt. alias non congrue diceretur, &c.

Marci 1.b

Act. 2.a

Neceſſa

Eceſſarium ... tes, in quar ... q qui non potuerit. Se ... quamuis ... Mulier ... Sexta ... Oſtenditur ... Non illud. Se ... ibi, Non ... prima ibi. Baptiſ. Hi ... Octaua ibi, Nona ... de quibus. Deci ... ibi, Aliud eſt. Tunc uale ... ma ibi. Siue par ... re. xj. ibi, Si non ... uult. xij. ibi ... ſanctificat. xiij ... Prima igitur. xiiij ... ibi, Paruuli. xv ... ibi, De trina. xvj ... ibi, In ſynodo. xvij ... ibi, Venuſti. xix ibi ... ibi, Iudæi. ... In catechiſmo. xx ... ibi, Omnis. xxj ibi ... Non licet. xxij ... Si ad matris. xxi ... ibi, Qui bis. ... Presbyter ... ibi ... ibi quan ... xxv. ... quis. xxvj. ibi ... Si ... ue. xxvij. ibi ... xxviij ... ptizata. ... Non ex quo. ... ibi, Quando. ... ibi, Non dub ... ibi ... to. xxxj. ibi ... cuit igitur. xxxij. ibi, Placuit ut ... Qui ... cunque. Ioann ... de Fant.

Mar. 1. b

Ioa. 12. d

a Neceſſarium eſt. Hic depingitur ... iiij. diſt. in qua agitur de baptiſmo, quod eſt ianua omnium ſacramentorum. Videndum eſt, quid ſit baptiſmus: quæ forma baptizandi: quando fuit baptiſma inſtitutum: quot ſunt genera baptiſmi & quis effectus. Et quidem baptiſmus eſt exterior hominum ablutio, cum certa forma uerborum. Eſt etiã character impreſſus animæ. Dicitur etiam baptiſma ipſa aqua: ut j. q. j. c. detrahe. Forma autẽ baptiſmi eſt, Baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Amen. Quam formam dominus tradidit diſcipulis ſuis, cum dixit: Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. j. ea. c. proprie. atq; nec etiam omitti debet hoc pronomen, ego extra de bapt. c. ſi quis ſane. Nec obſt. j. ea. c. à quodam. quia ibi nomine Chriſti intelliguntur tres perſonæ. Et inſtitutum eſt ſecundum quoſdam cum dictum eſt Nicodemo: Niſi quis renatus fuerit, &c. ſecundum alios cum dixit diſcipulis. Ite baptizate, &c. & hoc poſt mortem ſecundum alios cũ miſit Iudam cum cæteris. j. q. j. c. cedit. Ego credo q tunc cum à Ioanne eſt baptizatus. ut j. ead. c. per aquam. Quot ſunt genera baptiſmi? & quidem tria, fluminis, & ſanguinis, & flaminis: ut dicemus j. ea. c. baptiſmi. Quis eſt eius effectus? quia cum digne quis baptizatur, tam actuale quam originale peccatum ſine pœnitentia tollitur: ut j. ea. c. ſine pœn ...

Baptiſmi definitio.

Baptiſmi forma.

1 Vt j. ea. proprie. & ca. ſi quis presbyter et ca. mul ...

Baptiſmi tria ſunt genera.

Baptiſmi effectus.

b Sacramentum. Subaudi, uel aliquid quod ſuppleat

— Hæc diſt. diuiditur in xxxij. partes. Prima probat per decem ca. ... Fuerit baptizatus, ſaluus eſſe nõ ... unda ibi, Non ratione. Tertia ... Quarta ibi, Solet. Quinta ibi, ...

modo ſpiritum ſanctum: nec eãdem trinitatem dixiſſe de cælo, tu es filius meus dilectus, ſiue cum baptizatus eſt à Ioanne, ſiue in monte quando cũ illo erant tres diſcipuli: aut quando ſonuit uox de cælo dicens, Clarificaui, & iterum clarificabo, ſed tantummodo patris uocem fuiſſe ad filiũ factam, quamuis pater & filius, & ſpiritus ſanctus, ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operantur.

Idem ſuper Ioannem.

Sine ſacramento uiſibili & fide inuiſibili nemo ſaluatur.

DISTIN. IIII.

I. P.

NEceſſarium eſt [a] *uiſibile ſacramẽtũ* [b] *aquæ ad ablutionẽ uiſibilis corporis: ſicut neceſſaria eſt doctrina* [c] *inuiſibilis fidei ad ſctificationẽ inuiſibilis animæ. Idẽ Renaſcitur* [d] *homo ex aqua uiſibili ſacramento, & ſpiritu inuiſibili, ſ. intellectu* [e] *ut ſymbolum* [f] *baptiſmi uiſibiliter accipiat: & ſpiritualem intellectũ ipſius ſymboli ꝑcipiat uel ex aqua uiſibili, et ſpiritu sãcto.* [g]

Idem in libro de baptiſmo paruulorum.

In baptiſmate concupiſcentia extinguitur, non ut non ſit, ſed ut non obſit.

CAN. I

PEr baptiſmum Chriſti id agitur, ut caro peccati euacuetur, [h] nõ autẽ ſic euacuatur, ut in carne concupiſcentia innata non ſit, ſed ne obſit. [i] nam ſi poſt baptiſmum ad ætatem naturalem peruenerĩt, ibi habent cum qua pugnent, eamq; adiuuante domino, ſuperent, ſi non gratiam in uacuum ſuſceperint. nã nec adultis id præſtatur in baptiſmo, niſi forte miraculo [k] Dei, ut lex peccati

uicem eius. hæc autem ſunt duo, ſcilicet ... & cordis contritio. j. ea. c. baptiſmi uicẽ & c. catechumenum. Et ita aqua eſt ſacramentum ... quia intranſitiue legitur hoc. ſed ipſe character ſimiliter. xxiij. q. iiij. c. licitæ ipſa etiam ablutio. & hæc tria idem ſignificant, ſcilicet ablutionem interius factam uel quæ fieri debet propter fidẽ accipientem. Sed de aqua quando dicis quod incipiat uel deſinit eſſe ſacramentũ? Dic q ſimul incipit & deſinit eſſe ſacramentum, ſ. in prolatione ultima ſyllabæ ipſius formæ: quia tunc ſignatum autem ante uel poſt eſt ſacramentum ... manet tamen res ſacra. extra de ſacris unct. c. j. Idẽ dicitur in oleo benedicto uel chriſmate: quia tandiu eſt ſacramentum, quandiu fit cũ eo unctio. non enim ante uel poſt ... net tamẽ res ſacra. Alij tamen dicunt contrarium not. j. q. j. cap. detrahe. quod multum facit pro opinione noſtra. Itẽ ſi alius liquor admiſceatur illi aquæ, nunquid baptizatur puer? ſecundum leges uidetur quod nõ; quia deſinit eſſe aqua: quia liquor nouus efficitur. ff. de acquir. re. domin. l. adeo. §. uoluntas. ſed hoc non credo. quia quotidie mari nouus liquor adijcitur, uel ſputum, uel urina: & ſic in mari non fieret baptiſmus, ſecundum canones ſecus.

c Doctrina. id eſt, fides, quæ habetur per doctrinam.

d Renaſcitur. De adultis, ſcilicet & ſenſatis abhinc intelligitur c. de pœn. diſt. iiij. c. in domo.

e Intellectu. In fide, quæ intellectu cõprehenditur.

f Vt ſymbolum. j. ea. c. ante xx.

g Spiritu ſancto. hoc quantum ad paruulos, qui non habent fidem.

h Per baptiſmum Chriſti. Euacuatur. Not. quod quadruplex eſt pœna originalis peccati: pcluſit ianuam cæleſtem: perpetuo damnat: cauſa eſt mortis temporalis, & impotentia reſiſtendi uitijs. primo duo & ultimum tollit baptiſmus.

i Sed ne obſit. Imo etiam ut proſit: quia ubi maior pugna maior corona. de pœ. diſt. iij. c. ille rex. ſimiliter remanet actu, ſed inefficax, ut eſt in pacto de non petendo. inſtit. de excep. §. præterea. uel cum opponitur exceptio ſententiæ. arg. ff. ſol. mat. l. uxor itaque. & ſic originale tranſit reatu: ſed manet actu.

ADDITIO. Hic adde & uide quod legitur & notatur j. ea. diſt. c. non ex quo. Archid.

k Miraculo. ut in beata Maria, & in Ioanne Apoſtolo: quia neuter eorum potuit peccare. Item natiuitas Mariæ

Aqua ... ſacramentum ... c. 19. li. ... & c. ... ad Vale. ... li. ... c. ſi.

... quin bene ſequi. cõcupiſcẽtia remanere in renatis quãdiu uiuunt repugnans legi Dei ergo ... peccatum eſt ... lib. v. Vnde pſal. 18. Nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis uiuens.

f Sub ea qua qs decernit & intelligit, quid credere debeat Arch.

Peccati originalis pœna eſt quadruplex.

Maria & Io. Apoſt. peccare nõ potuerũt.

repugnans legi mentis pe nitus extinguatur ut non ſit: ſed ut quicquid ab homine dictum, factū & cogitatum eſt, cùm eidem concupiſcentiæ mente ſubiecta ſeruiret: totum [a] aboleatur, & quaſi factum [b] non ſit, habeatur.

Item ad Petrum diaconum.

Qui ex uiro & muliere cō cipitur, cum originali peccato naſcitur, nec ſine baptiſmate ſaluatur.

CAN. II.

FIrmiſsimè [c] tene, & nullatenus dubites, omnem hominem qui per concubitum uiri & mulieris concipitur cum originali peccato naſci, impietati ſubditum, mortique ſubiectum: & ob hoc naturaliter iræ naſci filium: de qua dicit Apoſtolus: Eramus enim natura [d] filij [e] iræ [f] ſicut & cæteri. a qua ira nullus liberabitur, niſi per fidem [g] mediatoris hominis Ieſu Chriſti. Firmiſsimè tene, non ſolùm homines ratione utentes: uerùm etiam paruulos, qui ſiue in uteris matrum uiuere incipiunt, & ibi moriuntur: ſiue iam de matribus nati, ſine ſacramento baptiſmi, quod datur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, de hoc ſeculo tranſeunt: ſempiterno igne [h] puniendos: [i] quia etſi peccatum propriæ actionis nullum habent: originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate contraxerunt.

Item Ioannes Chryſoſtomus.

De eodem.

CAN. III.

NOn poteſt [k] quis gratiam uitæ cæleſtis accipere, niſi [l] purgatus fuerit ab omni ſorde peccati, per pœnitentiæ confeſsionē: [m] per donū baptiſmi [n] ſalutaris domini ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedict⁹ in ſecula ſeculorū.

Item Grego. in moralibus. ☩

Sicut nunc in baptiſmate, ita olim in circunciſione, remittebantur peccata.

CAN. IIII.

QVod autem apud nos ualet aqua [o] baptiſmatis: hoc egit apud ueteres uel pro paruulis ſola fides, uel pro maioribus uirtus ſacrificij: uel pro ijs qui de Abrahæ ſtirpe prodierūt, myſterium circunciſionis.

Item Auguſtinus ad Valerium contra Iulianum. ☩

Originale peccatum nunc in baptiſmate, olim in circunciſione remittebatur.

CAN. V.

EX quo inſtituta eſt circunciſio in populo Dei (quod erat tunc ſignaculum fidei iuſtitiæ Dei) ad ſanctificationem purgationis ualebat paruulis originalis ueterisque peccati, ſicut & baptiſmus ex illo tempore ualere cœpit ad innouationē [p] hominis, ex quo conſtitutus eſt.

Item de libero arbitrio, libro tertio.

Paruulis in fide offerentiū prodeſt baptiſma.

CAN. VI.

ILlud perſcrutari homines ſolent, ſacramentum baptiſmi Chriſti, quid proſit paruulis: cum eo accepto plerunque

---

Mariæ in utero non celebratur: ſed natiuitas ex utero bene.

[a] Totum. Argum. quod in baptiſmo, omnis ſequela & infamia aboletur. [1] & quod gratia Dei in baptiſmo non requirit gemitum uel planctum: ut di. e. c. ſine pœnitentia.

[b] Factum. Argum. extra de uerb. ſig. c. nam & ego. argu. ff. de ædilit. edicto. l. quod ita.

[c] FIrmiſsime. 7. j. quæſt. j. firmiſsime. extra de hære. c. iij.

[d] Natura. Id eſt, a natiuitate in utero. [2] Vel natura, id eſt, conſuetudine naſcendi, non ex creatione. Vel dic natura. i. naturali & inſeparabili uitio, ſcilicet originalis peccati: quod ab homine ſeparari non poteſt ſicut naturalia ab homine non ſeparantur. Archi.

[e] Filij. Id eſt, debitores & digni pœna æterna, id eſt, obnoxij.

[f] Iræ. Id eſt, pœnæ æternæ.

[g] Niſi per fidem. Vel ſacramentum fidei: ut in paruulis: ut infra ead. ca. quæris a me.

[h] Sempiterno igne. Id eſt, pœna æterna. xiiij. q. v. capit. pœnale.

[i] Puniendos. j. e. c. regenerante. contra, ubi dicitur quod habent mitiſsimam pœnam. ſed dic igne ſempiterno, id eſt, pœna: quia ſemper erunt in tenebris: ut j. ead. c. nulli.

[k] NOn poteſt. Supra, de pœ. diſt. ij. c. illa. ſ. de pœ. diſtinct. j. §. alij econtra. & cap. non poteſt. ſed illud de adultis.

[l] Niſi. Infra ea. diſtin. c. omnis qui iam. ſ. xv. quæ. j. §. ut itaque.

[m] Confeſsionem. quātum ad adultos.

[n] Baptiſmi. Quo ad paruulos: uel per aliud loco illius j. ead. cap. baptiſmi uicem.

[o] QVod autē. Aquā. Certe plus operatur hodie baptiſmus, quā tunc circunciſio: quia circunciſio tantum pœnam tollebat, ſed gratiam non dabat, ſed in baptiſmo ſecus eſt: ut extra de baptiſ. maiores.

[p] EX quo. Ad innouationē. Quod tunc credimus factum, cum Chriſtus tactu ſuæ mundæ carnis uim regeneratiuam contulit aquis teſte Ambro. ut j. ea. ca. per aquā. & c. proprie. non enim baptiſmus Ioannis fuit proprie baptiſmus, [3] ſed baptiſmi aſſuefactio, teſte Aug. ut j. e. c. non regenerabātur. unde licet baptizati eſſent ab eo: quidam tamen cum iterum baptizati fuerunt, non fuit facta iniuria ſacramento: quia eius baptiſmus ſacramentum non erat: ut j. ead. capi. aliud. quidam uero propter ſacramentum circunciſionis quod ceperant, & fidem quā plene habebant, non ſunt rebaptizati. B. Alij dicunt quod inſtitutus fuit baptiſmus cum dixit Nicodemo: Niſi quis renatus fuerit, &c. Alij dicunt tunc cū dixit diſcipulis ſuis: Item baptizate omnes gent. &c. ut j. ea. ca. proprie. ſed præualet quod prius dictum eſt: tamen baptiſmus eius adhuc plenum non habuit effectum, ſed poſt mortem [4] eius cœpit plenum habere effectum: quia adhuc non erat ianua cæli apta, ſed poſt mortē eius fuit apta. j. ea. c. proprie.

[q] ILlud perſcrutari. uer. ad cuius. Io.

Infamia abolet in baptiſmo

[1] Arg. cō tra. 26. di. deinde. in fin.

[2] Vt hoc melius intelligas: ſcias quod duæ ſunt natiuitates. ſ. in utero: alia ab utero. In utero naſci, eſt in utero animā corpori infundi. Ex utero naſci, eſt ex utero in lucē prodire. Vnde beata uirgo & Ioan. bap. & Ierem. cum originali peccato nati fuerūt in utero: & hoc uult dicere litera c. in pri. ibi omnē hominē &c. Vnde conceptio beatæ Mariæ nō debet celebrari: ſed natiuitas ex utero bñ celebratur: & ſancti Ioānis: quia fuerūt in utero ſanctificati: & eis fuit dimiſſum originale peccatū. Hug.

☩ c. ij. lib. 4. in Iob.

Baptiſm⁹, qñ fuit inſtitutus.

Baptiſm⁹ Ioānis, nō fuit proprie baptiſmus.

[3] De hoc leg. & no. ſ. j. q. j. ca. dedit. Archidia.

☩ De nup. & cōcupiſcent. lib. ij. c. xj.

[4] De hoc leg. & no. j. ea. pro prie. uer. ipſa igit.

a Fides. Id est, sacramentum baptiſmi, collatum in fide eorum, id eſt, in nomine trinitatis, quā ipſi tenentur credere & confiteri. B.

b Filius Dei. Niſi quis renatus. Id eſt, ea regeneratione, ſcilicet interiori qua renaſcuntur illi qui renaſcuntur ex aqua & ſpiritu ſancto, &c. ſubaudi uel niſi iuſta ignorantia eos excuſet, &c. extra de presby. non ba[ptizato]. [illegible] pti. cap. ij. [illegible] proxi. [illegible] ve 5. diſt. xxviij. q. ult. in fi. xxviij. q. [illegible] ſic enim. Arch.

Rom. 8. a Ex aqua. Id [eſt] ſanctificata per ſp[iritum] ſanctum: n[illegible] ſanctificati [illegible] ritum ſanctum [illegible] ab hac ſanctificat[ione] ne ſeparatur pa[ter] uel filius: cū inſep[arabilia] rabilia ſint opera [illegible] nitatis. xxviij. q [illegible] & 5. [illegible] ſic enim. [illegible] proxi. c. ulti.

d Per aquam [illegible] Formam [illegible] eſt, inſtitutionem [illegible] [ſa]cti eius exem[plo] [illegible] poſt enim dedit [illegible] cepen. 3. ea. cap [illegible] proprie.

Ioan. 3. b

e Baptizari. Id eſt, a peccato originali mundari. f & loquitur in perſona eccleſiæ generaliter. Ipſe enim, ut potè ſanctificatus, non indigebat mundari ab originali peccato: & ita excuſatur ſacerdos cum dicit, ego reus, &c.

Hæc nō eſt bona expoſitio, quamuis fuit H. & hoc [illegible] id quod ſequitur: ſed dic ſecundum H. i. a peccato origin. &c. id eſt, debeo liberari a te a pœna quæ debetur mihi & alijs pro originali peccato. Arc.

f Deſcendit. Infra ea. c. aliud. contra. Sed bis dicitur deſcendiſſe. Primo in ſpecie columbæ: ut ibi. Secundo inuiſibiliter, ut hic: & ita bis: ſed per aliud & aliud. arg. extra de teſti. ca. cum tu. Sed ſolutionem ibi ſcriptam amplectaris, ne euaneſcat ratio quam hic ponit Ambroſius.

cap. 4. lib. 3.

g Deſcendit. Infra eod. capi. aliud. contra. ibi dicitur, quod columba in aquam deſcendiſſe ante, quā

moriuntur, priuſquam ex ſe quicquam potuerint cognoſcere: qua in re ſatis piè recteque creditur prodeſſe paruulo fides i eorum, a quibus conſecrandus offertur: & hoc eccleſiæ commendat authoritas: ut ex eo quiſque ſentiat quid ſibi proſit fides ſua, quando in aliorū quoq; beneficio qui propriam nondum habent poteſtatem, commoda ſit.

Idem de baptiſmo paruulorum.

Per fidem & baptiſma iuſtificamur a peccatis.

CAN. VII.

Filius Dei carnē peccati ſuſcepit, & pœnam ſine culpa: ut in carne peccati culpa ſolueretur & pœna. per fidem ergo & baptiſmum eius a peccato homo per iuſtificationem, & a morte liberatur per reſurrectionem. paruuli etiam baptizati, inter credentes reputantur, per ſacramenti uirtutem, & offerentium reſponſionem. qui uerò non ſunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex Euangelio Ioannis: Niſi quis renatus a fuerit ex aqua b & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

Item Ambro. in libro de ſacramentis. c

Per aquam baptiſmi de terreno fit homo cæleſtis.

CAN. VIII.

Per aquam baptiſmi, tranſitus eſt de terrenis ad cæleſtia: ideo Paſcha tranſitus dicitur hic trāſitus eſt de peccato ad uitam: de culpa ad gratiam: de inquinamēto ad ſanctificationem. qui per hanc aquam tranſit, non moritur, ſed exurgit. non omnis aqua ſanat, ſed illa quæ habet gratiā Chriſti. aliud eſt elementū, aliud cōſecratio. non ſanat aqua niſi ſpiritus ſanctus deſcēdat in eā, & aquam illā conſecret, ſicut legis, quia cum Chriſtus formā e baptiſmatis daret, uenit ad Ioannem, & ait illi Ioannes, Ego a te debeo baptizari: f & tu uenis ad me? reſpondit Ieſus, Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Vide quid ſit omnis iuſtitia. Chriſtus ad baptiſmum deſcendit, non ut caro mundaretur quam ſuſcepit de noſtra conditione. non enim ablutio peccati Chriſto neceſſaria fuit, qui peccatum non fecit, ſed nobis erat neceſſaria, qui peccato eramus obnoxij. deſcendit Chriſtus, deſcendit g & ſpiritus ſanctus. Quare autem prior deſcendit Chriſtus, poſtea ſpiritus ſanctus, cum forma & uſus baptiſmi hoc habeat, ut ante fons conſecretur, & tunc deſcendat baptizandus. Chriſtus ante deſcendit, h ſecutus eſt ſpiritus ſanctus, ut nunquam ipſe ſanctificationis myſterio egere uideretur, ſed ut ſanctificaret ipſe, ſanctificaret & ſpiritus ſanctus.

Chriſtus mundi ablutione [illegible] ſed dat [illegible].

i Nunquam aqua baptiſmi. i. [illegible] quæ eſt baptiſmus, uel. i. baptiſmus in aqua celebrari poſſet, ſub. mente tali diſpoſitione. Hug.

Matt. 3. d

a Non ratione. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua probatur per tales c. quod non debet fieri baptiſmus ſolennis, niſi in Paſcha & Pentecoſte. Ioan. de Fant.

Duo

Item Ioannes Chryſoſtomus.

Aqua baptiſmi non purgaret peccata, niſi tactu dominici corporis eſſet ſanctificata.

CAN. IX.

Nunquam aqua baptiſmi purgare peccata credentium poſſet, niſi tactu dominici corporis ſanctificata fuiſſet.

Item Siricius Papa Icomerio Terraco.

Generale baptiſma non niſi ſabbatho ſancto Paſchæ & Pentecoſtes celebretur.

CAN. X.

a Non ratione authoritatis alicuius, ſed ſola temeritate præſumitur, ut paſſim & liberè in natiuitate Chriſti ſeu apparitione necnon Apoſtolorum ſeu martyrum feſtiuitatibus innumeræ plebes baptizentur, cum ſibi hoc priuilegium apud nos & apud eccleſias omnes, dominicum Paſcha defendat ſpecialiter cum ſancta Pentecoſte.

Item Leo Papa, uniuerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis. i

De eodem.

a Epiſt.

CAN. XI.

DVo tēpora. Id eſt, Paſcha [a] & Pentecoſte, ad baptizādum a Romano pontifice legitimè ſunt præfixa. unde quia manifeſtiſsimè patet baptizandis in eccleſia electis, hæc duo tempora de quibus locuti ſumus, eſſe legitima: dilectionem ueſtram monemus, vt nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis.

Idem.

Quare in prædictis tēporibus baptiſma celebratur.

CAN. XII.

PRopriè in morte crucifixi, & in reſurrectione ex mortuis, potentia baptiſmi, [b] nouam creaturam condidit [c] ex veteri: vt in renaſcentibus & mors Chriſti operetur & uita: dicente Apoſtolo: An ignoratis, quia quicūq; [d] baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte [e] ipſius ſumus baptizati? Conſepulti [f] enim ſumus cum illo, per baptiſmum in mortem: vt quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gratiam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul erimus & reſurrectionis eius, &c. quæ latius magiſter gentium ad commendandum ſacramentum baptiſmatis diſputauit, ut appareret ex huius doctrinæ ſpiritu, [g] regenerandis filijs hominum, & in Dei filios adoptandis illū diem & illud tempus electum, [h] in quo per ſimilitudinē formamq; [i] myſterij ea quæ geruntur in membris, ijs quæ in ipſo ſunt capite geſta congruere: dum in baptiſmatis regula & mors interuenit interfectione peccati: & ſepulturam triduanam [k] imitatur trina demerſio: & ab aquis eleuatio, reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. ipſa igitur operis qualitas, [l] docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legitimum [m] eū eſſe, in quo orta eſt & uirtus [n] muneris, & ſpecies [o] actionis. Ad cuius rei confirmationem, plurimū ualet, ꝙ ipſe dominus Ieſus Chriſtus poſtquam reſurrexit a mortuis, diſcipulis ſuis (in quibus [p] omnes eccleſiarum præſules docebantur) & formam [q] & poteſtatē tradidit baptizandi, dicens: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. de quo [r] uti que eos & ante paſsionē potuiſſet inſtruere: [s] niſi proprie [t] uoluiſſet intelligi, regenerationis gratiā ex ſua reſurrectione cœpiſſet. Additur ſanè huic obſeruātiæ etiā Pentecoſtes [u] ex aduētu ſpiritus ſancti ſacra ſolennitas, quæ de Paſchalis feſti pēdet articulo. & cùm ad alios [x] dies, alia feſta pertineāt: hæc ſemper ad eum diem qui reſurrectio domini eſt, inſignis occurrit, porrigēs quodāmodo auxiliantis gratiæ manū: & eos quos a die Paſchæ aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, inuitat: ut quibuſlibet neceſsitatibus impediti, de ſiderij ſui effectum, dono ſpiritus ſancti conſequantur. Hoc autem

[a] DVo tempora, id eſt Paſcha. Hoc capi. intelligas de baptiſmo ſolenni. nam quolibet tempore propter timorem poteſt baptizari, ſupra eadem diſtinctione tertia, capitulo, celebritatem.

[b] PRoprie in. Potentia baptiſmi. Id eſt, baptiſmus potens & efficax. extra ead. c. maiores. §. caute.

[c] Condidit. Id eſt, reformauit & innouauit, id eſt, inſtitutum eſt ut condat: quaſi ut celebretur tunc, ſcilicet in morte.

[d] Quia quicunque. Id eſt, cuiuſcunque conditionis, ſeruus uel liber. maſculus uel fœmina. adultus uel puer. xxix. q. ij. in prin.

[e] In morte. Id eſt, ad ſimilitudinē mortis eius: ut ſicut ſemel mortuus eſt ille, & ſemper uiuit: ita & nos ſemel mortui in peccatis per baptiſmum ſemper uiuamus in bono. vel in morte eius dicimur baptizati: quia mors eius eſt cauſa purificationis noſtræ. de pœ. di. ij. c. ſi enim.

[f] Conſepulti. Et ſimili modo uidemur fuiſſe mortui, & reſurrexiſſe, ex quo nouam formam aſſumpſimus per mortem eius in baptiſmo.

[g] Spiritu. Id eſt, ſpirituali doctrina.

[h] Electum. Sed uidetur, quod tactu ſui corporis uim baptiſmo contulit. ſ. e. c. nunquam. Sed dicimus, quod tunc poteſtatem aquæ contulit: ſed in morte ſua uoluit illam poteſtatem ſuum conſequi effectum: ut hic in fine dicitur.

[i] Formamque. Id eſt, per ſimilem formam myſticam. ſ. diſtinctio. ij. capit. quia paſſus.

[k] Triduanam. Infra e. c. poſtquam. & c. de trina.

[l] Qualitas. Id eſt, ſimilitudo facti. [1]

[m] Diem legitimū. Id eſt, diem naturalem dic ſabbathum & ſequentem noctem.

[n] Et uirtus. Id eſt, efficacia ſacramenti. i. baptiſmi. habebat quidem ante efficaciam, ſed non tantam: quia non erat adhuc porta cæli aperta. quamuis enim uim regenerandi aquis tactu ſui corporis contulerit: ut ſupra e. cap. nunquam. non tamen patebat ianua ante paſsionem: quia apertionem paradiſi paſsio eius ſpecialiter operata eſt cum reſurrectione. [4] extra eadem, capitul. maiores. §. caute.

[o] Et ſpecies. Id eſt, ſimilitudo uel repræſentatio uel ſimilitudo repræſētata, id eſt, quod repræſentatur ab actione, quæ fit in baptiſmo, ſcilicet mors, & triduana ſepultura, & reſurrectio Chriſti.

[p] In quibus. Supra di. lxj. capitu. miramur. [5]

[q] Et formam. Generalem. ſ. quod non fecerat ante. ſ. e. ca. per aquam. uel hic dicto, ibi facto. xxiij. quæſtio. v. capi. ſi audierit. extra de appel. c. dilecti.

[r] De quo. Id eſt, de qua forma baptizandi generali.

[s] Inſtruere. Tantum ſupple, & non poſt niſi, &c.

[t] Niſi proprie. Id eſt, generaliter ad omnes.

[u] Pentecoſtes. Sicut reſurrectio. lxxv. di. c. quod die.

[x] Ad alios. Id eſt, alijs diebus attribuantur: & in alijs diebus contingant: quoniam reſurrectio ſemper die dominico celebratur.

[a] Reſpicit literā præcedētē.

[a] Id eſt, fides mortis ei⁹. H. aliq dicūt in morte; id eſt, peccatorū ablutione & mortificatione. Morti ſemel, ſēper uiuamus.

Rom. 6. a

Baptiſmi uis qñ data fuit aquæ.

[1] Id eſt, mod⁹ operādi, quē habet qui baptizat. Archi.

[4] De hoc not. ſ. ca. ex quo.

Mat. 28. d

[5] Hoc uult dicere, qa ad diſcipulos loquē do omnes comprehēdit in hoc ca. hic alle gato, miramur. cū ſuis concor. Arc.

Non

a Non ex noſtra. Quaſi dicat, non ex noſtro ingenio: ut ī [illegible] di. ij. in Chriſto.
b Trium milium. Sed quomodo poſſe [illegible] eſſe, quod tot un[illegible] dic baptizaret? for[illegible] te quia fundebat a[illegible] quam ſuper eos. [illegible] lias nō uſ quem [illegible] bet poſſet immer[illegible] re. Sed pone qu[illegible] non ſuper eos fun[illegible] bat aquam niſi [illegible] partem corporis: [illegible] tus ne erat bapti[illegible] tus? Dicit Hug. qu[illegible] ſi fundatur ſuper [illegible] put uel ſuper ma[illegible] mam partem cre[illegible] ris, ſemper credi[illegible] tum baptizari. [illegible] Vel dic [illegible] non. baptizari, ſi [illegible] etiam cadat [illegible] pedem: i arg. [illegible] nec quenqua[illegible] cui ſufficit po[illegible] te partem ad h[illegible] poſſideat totu[illegible] tamen eius qu[illegible] animi ſit, ut [illegible] intendat poſſidere: ut ff. de acq. poſ. poſſideri. §. j. ſic de poeni. diſtinct. j. uul garis.

Baptizan do an ſit opus totū corpus ſ-mergere

Act. 2. f

i Arg. cō tra. ſ. c. c. primaiter ſicu. toto corpore.

ADDIT IO.

Hoc etiā not. Gof. in ſumma de baptiſmo. §. item quæritur quid ſi. & Inn. extra de bapti. debitum. Archidi.
c Petrus. ī. ead. diſtin. ij. tunc eis.
d SI quis. Aliam gratiam. & ita non omnis Chriſti actio, noſtra eſt lectio: argu. ī. diſt. ij. liquido. quia ex eo non eſſet remiſſio peccatorum: ut j. e. diſt. non regenerabantur.
e Ex uoluntate. i. ex concupiſcentia.
f Carnis. i. fœminæ quæ de carne Adæ eſt facta. propterea dicitur fœmina caro, quæ regitur: uir ſpiritus, qui regit.
g Renaſcendi. ſ. pro nobis. quomodo & circuncidi.
h Dicens. In epiſtola ad Corinth.
i Finis. Scilicet conſummationis. im

* Nō per illud baptiſma tantū corpus lauabatur exterius: nō mūdabatur interius a peccato. Arc.

Ioan. 1. b

nos, non ex noſtra a perſuaſione defendere, ſed ex Apoſtolica authoritate ſeruare, ſatis idoneo probamus exēplo, ſequentes beatum Petrum Apoſtolum, qui in ipſo die quo omnium credentium numerū, promiſſus ſpiritus ſancti repleuit aduentus, trium milium b populum ſua prædicatione conuerſum lauacro baptiſmatis conſecrauit: qđ ſancta ſcriptura quæ Apoſtolorum actus continet, fideli hiſtoria docet dicens: His auditis, compuncti ſunt corde: & dixerunt ad Petrum & reliquos Apoſtolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus c autem ad illos inquit: Agite pœnitētiam, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſsionem omnium peccatorum ueſtrorum: & accipietis donum ſpiritus ſancti.

Item.

De eodem,

CAN. XIII.

SI quis autem epiphaniæ feſtiuitatem) quę in ſuo ordine debito honore ueneranda eſt) ob hoc exiſtimat habere priuilegium baptiſmatis: quia hoc quidam putant, quòd in ea die dominus ad baptiſmum ſancti Ioannis acceſſerit: ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, d & aliam fuiſſe rationem: nec ad eandem pertinuiſſe uirtutem, qua per ſpiritum ſanctum renaſcuntur, de quibus dicitur: Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate e carnis, f neq; ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Dominus enim nullius indigens remiſsione peccati, nec quærēs remediū renaſcēdi: g ſic uoluit baptizari, quomodo uoluit circūcidi, hoſtiāq; pro emūdatione offerri: ut qui factus erat ex muliere, (ſicut apoſtolus ait) fieret ſub lege: quā nō uenerat ſoluere, ſed adimplere, implendo finire: ſicut apoſtolus prædicat dicens: h Finis i autē legis Chriſtus eſt, k ad iuſtitiam omni credēti. Baptiſmi autē ſui in ſe condidit l ſacramētū: quia in omnibus primatum tenēs, ſe docuit eſſe principiū: & tūc regenerationis potentiā m ſanxit, quādo de latere ipſius profluxerunt ſanguis redēptionis & aqua baptiſmatis.

Item ex concilio Gerundenſi. †

In ſolennitate Paſchali & Pētecoſtes, catechumini baptizentur.

CAN. XIIII.

DE catechuminis baptizandis id decretum eſt, ut in Paſchali feſtiuitate uel Pētecoſtes, ueniant ad baptizādum: cæteris ſolēnitatibus infirmi tantùm n debent baptizari.

Item Leo Papa. †

Neceſſitate cogente, quolibet tempore baptizare licet.

CAN. XV.

SI qui neceſsitate mortis, ægritudinis, obſidionis, perſecutionis, & naufragij urgenē: o omni tēpore debent baptizari.

Item Gela. Papa clero & plebi Tarentino.

Niſi neceſſitate cogēte præter Paſcha, & Pētecoſten, nullus baptizare præſumat.

CAN. XVI.

VEnerabilis baptiſmi p ſacramentū, non niſi in feſtiuitate Pa-

plet enim in ſe & in nobis quod lex prædixerat.
k Chriſtus eſt. Chriſtus dico ualens ad iuſtitiam omni credenti, de pœ. diſt. ij. ſi enim.
l Condidit. i. nunciauit & inſtituit.
m Potentiam. Id eſt, plenam efficaciam: quia tunc ianua cæli fuit aperta. extra eo. maiores. Ioan. de hoc ī. ead. proprie.
n DE catechuminis. Infirmi tantum. Quid ſi ſacerdos catechuminos ſanos a baptiſmo repellat: & ipſi interim ante conſtitutum tempus ſine baptiſmo decedant: nunquid imputabitur ſacerdoti? non uidetur. abſit enim ut ea quæ propter bonum & licitum facimus, &c. ut xxiij. quæ. v. de occidendis. t
o Infirmi. Vel etiam paruuli. ī. diſtinc. v. baptizari.
o SI qui. Vrgentur. ff. ſi quis cau. l. ij. ī. xvij. diſtinct. placuit. ff. de diuer. & temp. præ. l. j. alijs etiam modis in neceſsitate quis adſtringitur. xviij. diſtin. ſi epiſcopus.
p VEnerabilis baptiſmi. Cum præter baptiſmum ſalus nulla infantibus promittatur: ut j. ea. diſtin. nulla. non uidetur circa eos obſeruandum quod in iſtis continetur, ut præter ſtatuta tempora Paſchæ & Pentecoſtes baptizari non debeant, ne præueniente morte qui regenerari poſſint, uō inueniantur: ut diſtinctio. v. capit. ij. in ambiguis autem ſequēdum eſt quod certius æſtimatur: ut ſuprà. diſtinctio. lxviij. preſbyteri. hoc etiam conſuetudo eccleſiæ obſeruat in paruulis.

Rom. 10.

Catechuminus ſi moriatur ſine baptiſmo, an ſit imputandum preſbytero?

cap. 4. De hoc etiā lege & not. ī. di. preſbyt. in h. uer. uideas. Arc.

Paruuli poſſunt omni tēpore baptizari.

† Epiſt. 4.

ſchali & Pentecoſtes tradere præſumat epiſcopus exceptis ægritudine laborantibus: quibus urgente mortis periculo, talibus oportet (ne in æternum pereant) remedijs ſubueniri.

Idem.

De eodem.

CAN. XVI.

Baptizandi ſibi quiſpiam paſsim, quocunque tempore nullam credat ineſſe fiduciã præter Paſchale feſtum, & Pẽtecoſtes uenerabile ſacramentum, excepto duntaxat grauiſsimi languoris incurſu, in quo uerendum eſt, ne morbi creſcẽte periculo, ſine remedio ſalutari, fortaſsis ægrotans exitio præuentus abſcedat.

Idem Iſidorus de Officijs lib. ij. cap. xxiiij.

Nemo niſi ſacerdos baptizare præſumat.

CAN. XVII.

Conſtat baptiſma [a] à ſolis ſacerdotibus [b] eſſe tractandum:† eiuſque myſteriũ [c] nec ipſis diaconibus explere, eſt licitum abſque epiſcopo uel pſbytero: [d] niſi (his procul abſentibus) ultima languoris neceſsitas cogat: qđ & laicis [e] fide lib. plerunq; permittitur.

Item Gelaſius papa.

Diaconos quoq; tunc, &c. ut ſuprà in tractatu ordinandorũ: ubi de reuerentia diaconorum erga ſacerdotes agitur.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto. †

Non præſumat mulier baptizare.

CAN. XVIII.

Mulier [f] quamuis docta & ſancta, uiros in conuentu docere, uel aliquos baptizare non præſumat, niſi neceſſitate mortis cogente. Vnde Vrbanus papa ij. Super quib. [g] cõſuluit, &c. ut. ſ. in tractatu coniugij: ubi de compatribus agitur.

Itẽ Aug. ad Fortunatũ.

Etiam laici neceſsitate cogente baptizare poſſunt.

CAN. XIX.

In neceſsitate, cùm epiſcopi aut pſbyteri aut quilibet miniſtrorum nõ inueniuntur, & vrget periculum eius qui petit, ne ſine iſto ſacramento, hãc uitam finiat etiam laicos [h] ſolere dare ſacramẽtum quod acceperunt, ſolemus audire.

Item ex decreto Martini papæ iij.

De eodem.

CAN. XX.

Qvicunq; [i] presbyter ĩ prouincia propria, uel in alia uel ubicũque inuentus fuerit, ubi commendatum ſibi infirmum baptizare noluerit, uel pro intentione itineris, uel de aliqua excuſatione, & ſic ſine baptiſmo moritur, deponatur.

Item Iſidorus.

Non reiteretur baptiſma, quod à pagano miniſtratur.

CAN. XXI.

Romanus [k] pontifex non hominem iudicat qui baptizat, ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus ſit qui baptizat.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum cap. iij. *De eodem.*

CAN. XXII.

A Quodam Iudæo neſcitis utrum Chriſtiano an pagano multos in patria ueſtra baptizatos aſſeritis, & quid inde ſit agendum, conſulitis. Hi profectò ſi in nomine ſanctæ Trinitatis, [l] uel tantum

---

lis ſecus in adultis, in quibus ſimile periculum non timetur, quia in eis conuerſio mentis ad Deũ, baptiſmi uicẽ ſupplere non dubitatur: ut ĩ. ea. baptiſmi uicem.

a Conſtat baptiſma. i. baptiſmi myſterium unde ad expoſitionem eius ſequitur. eiuſq; myſterium.

b Sacerdotibus. ĩ. ead. ſanctum. contra ubi dicitur ꝙ authoritas traditionis baptiſmi etiam ad laicos pertinet Chriſtianos. ſed illud in neceſsitate uerum eſt, ut hic ſubiungitur, & ibi exemplo de pœnitente & cathecumino declaratur.

c Myſterium. ſ. de pœnit. diſt. j. quem pœnitet.

d Vel præsbytero. id eſt, licentia. ſ. diſtinct. xciij. diacones. & ca. diaconi. contra. dic ut ibi.

e Quod & laicis. ĩ. xxx. q. j. ad limina. j. q. j. cap. quod quidam.

Mulier. Hæc eſt tertia ps diſtin. in qua probat per duodecim capi. quod in neceſsitate poteſt fieri baptiſmus à quocunq; lo. de Fant.

f Mulier. ſ. xxxiij. q. v. ca. mulierem. xxiij. diſtinct. cap. mulier.

g Super quibus. ſ. xxx. q. ij. c. ſuper quibus.

In neceſsitate.

h Etiam laicos. ſ. j. q. j. neque. & c. ſi quis per ignorantiam. & capit. quod quidam. ſ. xciij. diſtinct. diacones.

i Qvicunque. ſ. j. quæſt. j. neq;. & c. ſi quis per ignorantiam.

k Romanus. ĩ. ea. diſtinct. quos à paganis. cõtra. ibi, nonan forma eccleſiæ. ſ. diſt. lxij. nulla ratio. ſ. j. q. j. c. j. G. contra ibi enim dicitur, ꝙ nemo dare poteſt. quod non habet: ut ĩ. ea. quæ. in princ. quomodo ergo baptiſmum paganus tradere dicitur? ſic creditor dominium rei ſibi obligatæ poſt biennium in aliũ tráſfert: quod tamen non habet. inſtit. quibus ali. licet uel non. §. j. Argu. contra. ff. de acquir. rerum domi. traditio. iuris ergo authoritate permittente, poteſt quis in alium transferre qđ non habuit. & hoc caſuale: illud uero regulare. j. quæſtio. vij. Daibertum.

l A Quodam. Trinitatis. ĩ. ead. diſt. ſanctum. & c. ſi non ſanctificatur. contra. ĩ. ead. diſt. multi. & cap. ſi re uera. & cap. in ſynodo. contra. Sed hic expone trinitatis explicite. ĩ. ead. diſtin. agunt homines. ĩ. ead. diſt. poſtquam uos. contra. Et quare potius baptizatur quis in nomine Chriſti, quam in nomine trinitatis? Tu dic, quod in nomine trinitatis non intelligitur, niſi trium perſonarum eſſentiæ unitas & in nomine Chriſti intelligitur unctus, ungens, & à quo ungitur. Dicit ergo Gratianus concesſum fuiſſe Apoſtolis baptizare, in nomine Chriſti propter nomen Chriſti amplianDum. hoc eſt abrogatum

† Alias, traditum.

† conſil. 4. c. xcix.

Dare poteſt qs qđ nõ habet.

Baptizatur quis ĩ noĩe Chriſti: nõ autem in nomine trinitatis.

Actus. 2. & 19.

Ratum per contr[illegible] ria hic ſignata j. [illegible] ius ſynodo. & cap. [illegible] non ſanctificatur [illegible] hoc non credo:cu [illegible] hoc cap. Nicolai [illegible] ſterius fit. Dico c[illegible] ergo, quod non deb[illegible] quis baptizari [illegible] nomine Chriſti. [illegible] tamen baptizatu[illegible] ualet baptiſmus [illegible] & hoc innuit hic [illegible] la littera, quia no[illegible] lorum ſcilicet [illegible] baptizant, &c.

b Baptiſmus. [illegible] teſtatem. [illegible] dixit, Vidi ſpiri[illegible] deſcendentẽ de[illegible] lo ſicut columb[illegible] & manſit ſuper [illegible] & ego neſciebā [illegible] & hoc exponit [illegible] guſt. ꝙ Ioan. n[illegible] bat eum, id eſt [illegible] ſciebat ꝙ ſibi [illegible] ſtatem illam [illegible] nuiſſet domin[illegible] tantum mini[illegible] baptizandi re[illegible] dominus.

b Non exho[illegible] rreat. Ex. xxxij. dist. [illegible] eque rum. ẽ.j.q.j. in homine.

c Columba. id eſt, eccleſia. xxiiij. q. j. loquitur.

d Vbi. xxvi. queſt. vij. alligant.

e Neque. ut ẽ. diſt. xix. ſecundum.

Idẽ no. ẽ.ca.multi.ubi dicā Arch.

Ad ca. j. Ioan.

f Qui plātat. prædicando, ad fidem conuertendo.

g Qui incrementum. id eſt, infuſionem gratiæ, & remiſsionem peccatorum. j. q. j. ſi fuerit.

h Item: ego. Rñ. tacitæ obiectioni. quaſi dicat, licet malus miniſter conficiat uel baptizet, nihilominus tamen debent eſſe boni.

[redacted]

i Qui baptizat. Interius, abſoluendo à peccatis. nam illius eſt baptiſmus, non baptizantis. ẽ. ca. à quodam.

k Ebrioſum. dum tamen intelligat qd agit. & conſuetudinem hic notat hoc nomen, non actum. extra ead. maiores. uer. illud uero.

l In neminẽ miniſtrorũ, miniſterium & in bo.

m De hoc etiam leg. & not. ẽ. j. q. j. dedit. ibi uidea. Arch.

l Cum baptizat. Aut co-

in nomine Chriſti, ſicut in actibus Apoſtolorum legitur, baptizati ſunt: (unum quippe idem que eſt, ut ſanctus Ambroſius exponit) quia non illorum, ſed eius eſt: rebaptizari non debent.

Item Auguſtinus contra Creſcentium Grammaticum.

Sicut per bonum, ita per malum miniſtrum æque baptiſma miniſtratur.

CAN. XXIII.

SI inter bonos miniſtros (cum ſit alius alio melior) nõ eſt melior baptiſmus, qui per meliorem datur, quando idẽ baptiſmus daẽ: nullo modo malus eſt qui etiã per malum datur: quãdo idẽ baptiſmus datur: & ideo ꝑ miniſtros diſpares Dei munus æquale eſt: quia non illorum, ſed eius eſt.

Idem ſuper Ioã. in parte j. tractatu v. †

Non merita miniſtrorum, ſed uirtus Chriſti, in baptiſmate operatur.

CAN. XXIIII.

BAptiſmus talis eſt, qualis ille eſt cuius poteſtate datur, non qualis ille per cuius miniſterium datur. Idem. Quid nouerat Ioannes Baptiſta? Dominum noſtrum. Quid non nouerat? Poteſtatem a dominici baptiſmi in nullum hominem à domino tranſiturã, ſed miniſteriũ planè tranſiturum. poteſtatem à domino in neminem † tranſituram: ſed miniſterium & in bonos & in malos. Non exhorreat b columba c miniſterium malorum, ſed reſpiciat domini poteſtatẽ. Quid igitur tibi facit miniſter malus, ubi d bonus eſt domi-

nus? Quid te impedit malitioſus pco, ubi beneuolus eſt iudex? Itẽ: Neque e qui plantat f eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed g incrementũ g dat Deus. Itẽ: Ego h dico, & nos dicimus omnes: quia iuſtos oportet eſſe omnes, per quos baptizatur. iuſtos oportet eſſe tanti iudicis miniſtros, ſi miniſtrare iuſtè uoluerint. ſi autẽ noluerint eſſe iuſti qui in cathedra Moyſi ſedẽt, ſecurũ me fecit magiſter meꝰ de quo ſpiritus eius dicit: Hic eſt qui baptizat. i Itẽ non timeo adulterũ: ebrioſum: k non homicidã: quia colũbam attendo per quã mihi dicitur, Hic eſt qui baptizat.

Item in tractatu vj.

De eodem.

CAN. XXV.

CVm baptizat malus ex aliqua ignorãtia eccleſiæ, uel tolerantiæ, (Aut enim ignorãtur ma li, aut tolerantur l paleæ, quouſque in ultimo uentiletur area) illud quod datum eſt, unum eſt, nec impar propter impares miniſtros, ſed par & æquale propter hunc qui baptizat.

Idem de eccleſiaſticis regulis. †

Non reiteratur baptiſma, quod in nomine trinitatis miniſtratur.

CAN. XXVI.

SI qui † apud illos hæreticos baptizati ſunt, qui in ſanctæ trinitatis m confeſſione n baptizant, & ueniunt ad catholicam fidem, recipiantur quidem ut baptizati, ne ſanctæ trinitatis inuocatio uel confeſsio annulletur, ſed doceantur integ: è & inſtruantur quòd ſanctæ trinitatis myſterium in eccleſia teneant, & ſi conſentiant, o credere, uel acquieſcunt confiteri, purgati fidei integritate, firmentur impoſitione manus. Si uerò paruuli ſunt, & hebetes qui doctrinam non capiant, reſpondeant pro illis, qui eos offerunt, iuxta morem baptizandi & ſic per manus impoſitionẽ, p chriſmate communicati q

leratur. ẽ. xxiij. q. vij. cap. j.

l Qui. Trinitatis. ẽ. j. q. j. neque in uocatione.

m Confeſſione. id eſt, inuocatione.

n Et ſi conſentiant. Hoc de adultis.

o Per manus impoſitionem. confirmatoriã, quæ etiam in hoc caſu reconciliatoria eſt. ẽ. ca. diſtin. ab antiqua. & j. q. j. ecce.

p Per manus. Sed nunquid de furioſo iudicat ſecundũ illum ſtatum mentis quem habebat cum in furorẽ incidit? Nam ſi uoluntatem habuit baptizandi, & incurrit furorem, ualebit ei baptiſmus in furore collatus: alias non. extra. eo. maiores. §. ult. Secus in puero: quia puer non habuit uoluntatem unquam & tamen ſaluabitur baptizatus. ẽ. ead. quæris.

q Communicati. id eſt, peruncti.

Sint ul niſtri n ſti. ſi uolũt. Baptiſmꝰ an poſſit cõferri furioſo.

† ca. 52

† Alias hi qui.

Eucha

cum euchariſtiæ [a] myſterijs admittantur.

Idem ad Oroſium in libro ij. †

De eodem.

CAN. XXVII.

Qvamuis unum baptiſma ſit & hæreticorum eorum ſcilicet, qui in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizant, & eccleſiæ catholicæ: tamen qui foris eccleſiam baptizantur, non ſumunt baptiſmum ad ſalutem, [b] ſed ad perniciẽ: habentes nimirum formã ſacramenti, uirtutem autem eius abnegantes: & ideo eos eccleſia non rebaptizat, quia in nomine trinitatis [c] baptizati ſunt: & ipſa eſt profectò forma ſacramenti: ideo cum reuerſi fuerint, accipiunt uirtutem ſpiritus ſancti: quam qui foris eccleſiam baptizantur, nondũ habent.

Item Pelagius Papa Gaudentio epiſcopo. †

Baptizetur iterum qui tantum in nomine domini baptizati probabitur.

CAN. XXVIII.

Si re uera hi de hæreticis qui in locis tuæ dilectioni uicinis cõmorari dicuntur, ſolummodo ſe in nomine domini baptizatos fuiſſe, forſitan confitetur, [d] ſine cuiuſquam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem uenientes, in ſanctæ trinitatis nomine baptizabis. Si uero apud dilectionem tuam & eorum, qui conuerti uolunt, manifeſta confeſsione claruerit, quòd in nomine Trinitatis fuerint baptizati: ſola reconciliationis impenſa gratia, catholicæ ſociare fidei maturabis: ut tali diſpenſatione ſeruata, nihil aliter quàm quod Euangelica iubet authoritas, temeritatis cuiuſquam ſpiritu uideatur effectum.

Item Augu. de unico baptiſmo, libro viij. †

An approbetur baptiſma, qđ a non baptizato præſtatur.

CAN. XXIX.

Solet etiam quæri, utrùm approbandum ſit baptiſma, quod ab eo [e] qui non accepit accipitur, ſi fortè hoc aliqua curioſitate didicit quomodo dandum ſit: & utrùm nihil interſit, [f] quo animo accipiat ille cui datur: an cum ſimulatione: an ſine ſimulatione. ſi cum ſimulatione, utrùm fallens [g] ſicut in eccleſia, uel in ea quæ putatur eccleſia: an iocans, [h] ſicut in mimo. ueruntamẽ ſi quis me fortè in eo concilio cõſtitutum ubi talium rerũ quæſtio uerſaretur, non præcedentibus [i] meritis quorum ſententias ſequi mallem, urgeret ut dicerem, quid ipſe ſentirem: ſi eo modo affectus eſſem, quo eram dum dictarem, [k] nequaquam dubitarem habere baptiſmum eos, qui ubicunq; & a quocunque illud uerbis Euangelicis conſecratum ſine ſui ſimulatione, [l] & cum aliqua fide accepiſſent: quaquam ad ſalutẽ ſpiritualem eis non prodeſſet, ſcilicet ſi charitate caruiſſent: qua catholicæ inſeruntur eccleſiæ. ſi enim habeam fidem [m] ut montes tranſferam, [n] charitatẽ autẽ nõ habeam, nihil ſum: ſicut iam [o] præteritis maiorum ſtatutis, non dubites illos etiam habere

Corpus dñi nõ datur paruulis.

[f] q. 65. in dialogo.

a Vt 32. diſtinc. §. uerum. c. ad hoc.

s Quod dic ut le. & no. j. c. placuit. de infantibus.

† cap. 53. lib. 7.

Virtutes omnes habet, q unã habet.

1. Cor. 13.

a Euchariſtiæ. Hoc de adultis: quia paruulis non datur corpus Chriſti: ut j. ea. c. in eccleſia. niſi forte ubi conſuetudo eſt, quod infunditur per ora eorum ſanguis Chriſti: non corpus ſecundum quoſdam.

b Qvamuis. Ad ſalutem. Hoc dicitur de illis qui ſcienter ab hæreticis baptizantur, & eorum errorem imitãtur: ſed in neceſsitate mortis, melius eſſet a talibus baptiſmum accipere, quam ſine perceptione talis ſacramenti decedere: quia ſi euaſerint, manus impoſitionem & cætera quæ ſequuntur, in catholica eccleſia recipiunt: ut j. ea. ſanctum eſt. in fine. paruulis hoc non nocet. j. q. iiij. placuit.

c Trinitatis. Id eſt, patris & filij & ſpiritusſancti. ſ. ead. propria.

d Si re uera. Confitentur. hic creditur eis pro ſe: quia nulli fit præiudicium.

Solet etiam. Hæc eſt quarta pars diſt. ſecundum Ioan. de Fant.

CASVS. Tres *queſtiones mouet Augu. in hoc c. Prima eſt, an aliquis ſit baptizatus qui baptizatur ab aliquo non baptizato? Secunda eſt, an fictus accedens ad baptiſmum, ſuſcipiat baptiſmum? Tertia eſt, an ille baptiſmum ſuſcipiat, qui mimice & iaculariter baptizatur? Has queſtiones per ordinem præmittit Auguſtinus, & poſtea ſoluit primam & ſecundam dicens in utroq; caſu, baptiſmum, eſſe collatũ licet ſine charitate nõ poſſit ad ſalutem prodeſſe: quod probat authoritate Apoſtoli. Queſtionem uero tertiam inſolutam dimittit, dicens ad eius ſolutionem diuinum reſponſum per alicuius reuelationem eſſe neceſſarium, & quod de hoc uellet audire ſententias aliorum. ergo ſolet etiam queri, &c.* Nequaquam *prima ſolutio. ſicut iam, ſecunda ſolutio. dum ea, id eſt, iuſta.*

e Quod ab eo. Supra eadem diſtinctione, Romanos.

f Interſit. Quoad ſacramentum: ut infrà ea. ſicut.

g Fallens. Cum dolo.

h An iocans. Tertia quæſtio.

i Non præcedentibus. Id eſt, ſuper hoc dicẽribus prius bonis uiris plenis meritorum.

k Nequaquam. Soluit primam quæſtionem.

l Simulatione. Maxime.

m Fidem. Sed quomodo poſſum habere talem fidem, & non charitatem: cũ qui habet unam uirtutem, habeat & omnes? de pœnit. diſtinctio. v. capit. ultim. [redacted], ſecundum quod mali etiam miraculoſe prophetizant, j. quæ. j. prophetizauit. Vnde caute dixit: ſi enim habeã, &c.

n Montes transferam. Intellige montes dupliciter. Vel ad literam, ſicut de beato benedicto. Vel montes, id eſt, dæmones a patientibus.

o ſicut iam. Soluit ſecundã quæſtionẽ.

Falla-

baptiſma, qui quanquàm fallaciter [a] id accipiăt, in eccleſia tamen accipiunt, uel ubi ab eis putatur eſſe eccleſia, in quorum ſocietate id accipitur de quibus dictū eſt: [b] Ex nobis exierūt. Vbi [c] autem neque ſocietas ulla eſſe crederetur, ſed totum ludicrè & mimicè & ioculariter ageretur, utrum approbandus eſſet baptiſmus, qui ſic daretur: diuinum iudiciū per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione gemitibus implorandum [d] eſſe cēſemus: ita ſaue, ut poſt me dictu- ros ſentētias, ſi quid iam exploratum & cognitum afferrent, humiliter explorem.

Item in libro ij. †

Non reiteratur baptiſma, quod in fide ſancta trinitatis ab hæreticis præſtatur.

CAN. XXX.

Oſtēditur illos impiè [e] facere qui rebaptizarē conantur orbis [f] unitatem: [g] & oſtendunt catholicos non rectè facere, qui Dei ſacramenta improbare nec in ipſo ſchiſmate audemus. in quo enim nobiſcū ſentiunt: in eo etiam nobiſcum ſunt. in eo autem a nobis receſſerunt, in quo a nobis diſſentiunt. Item ſacramentū [h] baptiſmi, eſt qđ habet ille qui baptizatur: & ſacramentum dandi baptiſmū, eſt quod habet qui ordinatur. ſicut enim baptizatus ſi ab unitate receſſerit, ſacramentum baptiſmi non amittit: ſic & ordinatus ſi ab unitate receſſerit, ſacramentum dandi baptiſmi nō amittit. nulli enim ſacramento iniuria [i] eſt facienda. ſi diſcedit [k] a malis, utrunq; diſcedit: ſi permanet in malis, & utrunq; permanet. ſicut ergo acceptatur baptiſmus, quē non potuit amittere qui ab unitate diſceſſerat: ſic acceptandus eſt baptiſmus, quem dedit ille qui ſacramentum dandi cùm diſcederet nō amiſerat. Item ſi ad baptiſmum fictus accedit: dimiſſa ſunt ei peccata, an non ſunt ei dimiſſa? Eligant quod uolunt: quodcunque elegerint, ſufficit nobis. Si dimiſſa dixerint; quomodo ſpiritus diſciplinæ [l] effugiet fictum, ſi in iſto remiſsionem operatus eſt peccatorum? Si dixerint non eſſe dimiſſa, quæro ſi poſt fictionem ſuam corde cōuerſo, & uero dolore fateatur, an denuo baptizandus iudicaretur? quod ſi dementiſsimum † eſt dicere, fateantur uero baptiſmo Chriſti baptizari poſſe hominem: & tamen cor eius [m] in malitia uel ſacrilegio [n] perſeuerans peccatorum abſolutionem non ſinere fieri: atque intelligant in cōmunicationibus [o] ab eccleſia ſeparatis, poſſe homines baptizari: ubi Chriſti baptiſmus eadem ſacramenti celebratione datur & ſumitur: qui tamen tunc proſit ad remiſſionem peccatorum, cum quis reconciliatus unitati, ſacrilegio [p] diſſenſionis exuitur: quo eius peccata tenebantur, & dimitti non ſinebantur.

Item in epiſtola ad Bonifacium. †

Valet ad ſalutem baptiſma, etſi non ea fide paruuli offeruntur.

CAN. XXXI.

Non illud te moueat, q; quidam non ea fide ad baptiſmum percipiendum paruulos offerunt, ut gratia ſpirituali ad uitam regenerentur æternam: ſed hoc eos putant remedio temporalem retinere uel recipere ſanitatem: [q] non enim

---

[a] Fallaciter. Supra xxij. q. ij. nec artificio. ī. j. q. j. ſicut ſictū. ī. di. xxvij. quod interrogaſti.

[b] Dictum eſt. A Ioanne.

[c] Vbi. Tertiam inſolutam dimittit.

[d] Implorandum. Hæc quæſtio alibi uidetur determinata, ut j. q. j. §. ecce. nam etiam inuitus quis baptizatur, ut xlv. di. de Iudæis. Ad hoc dico, quod ſi baptizans intendit baptizare, qualemcunque intentionem baptizatus habeat, recipit ſacramentum. ſed ſi non intendit baptizare, licet uerba proferat, non eſt baptizatus, quia uerba debent ſeruire intentioni: ut xxij. q. v. humanæ. arg. ad hoc ī. e. retulerunt. Nam qui ioco uel ludendo dicunt talia uerba, ſpondes? ſpondeo. non obligant ſibi alios: ut ff. de actio. & obliga. obligationum. in fin. & dic ut dicto. §. ecce.

Oſtenditur. Hæc eſt quinta pars diſt. ſecundum Ioan. de Fan.

[e] Impie. Nam iniuria fit ſacramento. extra de apoſta. ex literarum.

[f] Orbis. Id eſt, eccleſiæ, quæ diffuſa eſt per totum orbem.

[g] Vnitatem. Id eſt, illos qui baptizati [illegible] in forma eccleſiæ, quæ eſt: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. ī. e. ca. proprie.

[h] Item ſacramentum. Id eſt, poteſtas. & ordo. ī. j. q. j. quod quidam. & ca. ſicut Chriſtus.

[i] Iniuria. Iniuria uidetur fieri ſacramento ſi ſcđo baptizaretur uel ordinaretur: quia uidetur fieri quaſi iam non fuiſſet baptizatus uel ordinatus: ut j. q. j. ſacramenta. tamen pœnitentia bene iteratur, licet ſit ſacramentum. de pœ. di. iij. quamuis. §. quod autem per pœnitentiam. Similiter unctio in quibuſdam eccleſijs. ī. de pœn. diſtin. iij. quamuis.

ADDITIO. quod no. lxviij. diſtin. §. quod ergo. & xcv. diſt. §. ſed iſtud. & extra de ſecun. nupt. uir autē. ibi uideas.

n SAl cæleſtis. Offerre myſtice. Ceſſat enim uetus obſeruatio legis literalis. extra de conſtitu. tranſlat.

o DEhinc. Mediana hebdomada tribus diebus fiunt exorciſmi. Secunda iterum tribus: ut ita non ceſſet in vigilia Paſchæ niſi ſola immerſio. ſecundum hoc exorciſmi variantur. Exorciſmi fiūt tribus dieb⁹.

p Arte. i. dolo. Sic exponitur xxij. qō. v. quacunque.

q POſtea tanguntur. Typicam. i. figuratiuā ſapientiæ Dei. Per digitum Dei intellige dona ſpiritus ſancti. Eſt caro noſtra lutū, patris ſapientia ſputum. Creditur humanum genus hoc medicamine ſanum. Verſus circa materiam baptiſmi.

Propter

Homo eſt dignisſima creaturarum.

Facies humana non eſt deturpanda.

† Libr. j. cap. v.

a Propter gloriam. i. glorioſum munus eucharistiæ, & glorioſum opus prædicationis. Ouidius. Pronaq; cũ ſpectent aĩalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cælumque uidere iuſsit: & erectos ad ſydera tollere uultus. Et nihil turpitudinis debet infligi faciei. C. de pœn. ſi quis in metallum. Argum. contra. extra de crimi. falſi ad audientiam. glorioſius quippe & excellentisſimum in humano corpore hominis os deprehenditur: per quod Deus glorificatur & benedicitur & prædicatur. in ſignum ergo tanti muneris, & operis dignitate, nõ tangitur os cum ſaliua.

b Muneris. i. corporis dñi & ſanguinis: qđ eſt munus excellentisſimum.

c Et operis. i. prædicationis. ante enĩ quam quis baptizetur: nec ad corpus domini ſumendum nec ad prædicationis officium gerendũ eſt idoneus. Vnde nec debet qs ante baptiſmũ corpus Christi ſumere: nec prædicationis officiũ gerere: nec debet ei credi hoc uel illud. unde in euangelio Io. Ieſus nõ credebat ſe illis. ſ. infidelibus.

Baptiſmo carens neque corpus domini ſumat, neq; prædicet.

d Non os tangit. Ad oſtendendum ꝙ nõ prius credẽdum eſt homini quam odor famæ ſuæ præceſſerit. de cauſa vnctionis habetur extra de ſacra vnctio. cum ueniſſet. Ioã.

† Libr. j. cap. v.

Deinde a ſacerdote.

e Deinde. Id eſt, poſtquam eſt baptizatus. unde finis cap. debuit eſſe principium. Ioan.

Venit ſacerdos. f Primo Id eſt, olim in baptiſmo Christi.

res ad accipiendum odorem notitiæ Dei: ut aperiantur ei aures ad audiẽdum mãdata Dei: ut aperiãtur ei ſenſus in intimo corde, ad reſpondẽdum.

Item Ambroſius de ſacramentis. †

Quare nares non ora baptizandorum epiſcopus tangit.

CAN. LXVII.

Propter gloriam a muneris b & operis, c non os tangit d epiſcopus, ſed nares: ut bonũ odorem accipiãt pietatis æternæ.

Item Rabanus de inſtitutione clericorum.

Quare à ſacerdote inunguntur.

CAN. LXVIII.

Deinde e à ſacerdote inunguntur, ut ſacrum baptiſma cũ fide acceptũ cuſtodiatur. ungit̃ tũc illius pectus oleo ſanctificato, cũ inuocatione ſanctæ trinitatis: ut nullæ reliquiæ latẽtis inimici in eo reſideant, ſed in fide ſanctæ trinitatis mẽs eius cõfortetur: ungitur & inter ſcapulas de eodẽ oleo: ut undique muniatur: & ad bona opera faciẽda per Dei gratiã, roboretur. Item cõſecratur fons: ut ad ipm baptiſma cathecuminus accedat.

Item Ambroſius in libro de ſacramentis.

Quomodo fontem baptiſmi trinitatis præſentia conſecrat.

CAN. LXIX.

Venit ſacerdos ad fontem, dicit precem: inuocat nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, utitur uerbis cæleſtibus. cæleſtia ſunt uerba quæ Christi ſunt. præſentia Trinitatis adeſt. operatur ſermo æternus, ubi deſcẽdit ſpiritus ſanctus. primò f quaſi columba deſcendit, g ut increduli uocarentur ad fidem. in principio ſignũ debuit eſſe, in poſterioribus perfectio. Apoſtolis enim ſpiritus ſanctus datus eſt in igneis linguis propter incredulos: nobis aũt iam in plenitudine eccleſiæ nõ per ſigna, ſed per fidẽ h ueritas eſt colligenda.

Item Auguſti. de unico baptiſmo. libr. vj. †

Verba erroris per imperitiam prolata, non impediunt aquæ ſanctificationem.

CAN. LXX.

12 Si non ſanctificatur i aqua cum aliqua erroris uerba per imperitiam precator effundit: multi nõ ſolum mali, ſed boni etiam fratres in ipſa eccleſia non ſanctificant aquam. multorum enim preces emendantur quotidie, ſi doctioribus fuerint recitatæ, & multa in eis reperiuntur contra catholicã fidem. k nunqđ ſi manifeſtet̃ aliquos baptizatos cùm illæ preces dictæ fuiſſent ſuper aquã, iubentur denuo baptizari? quid ita? quia plerũq; precis uitiũ ſuperat precantis affectus: l quia illa certa uerba euangelica (ſine quibus non põt baptiſmus cõſecrari) tantũ valẽt, ut per illa ſic euacuẽtur quæcũq; in præce vitioſa, cõtra regulam fidei dicuntur, quemadmodũ dæmoniũ Chriſti nomine excludit̃. Nã utique m hæreticus ſi afferat n precem uitioſam, nec bonum habeat charitatis affectum, quo poſsit illa ſuperari imperitia: & ideo ſimilis eſt ei quicunq; in ipſa catholica eccleſia in

g Deſcendit. In ſpecie columbæ. †

h Sed per fidem. ut legitur de pœ. di. ij. quærendum. & c. pennata aĩalia. Ioã.

Si non ſanctificatur. Hæc eſt xij. pars diſt. ſecundum. Ioã. de Fant.

i Si non ſanctificatur. Pone caſum per illa cap. ĩ. ead. diſtinct. retulerunt. & ſ. diſtin. xxxviij. ſedulo.

k Contra catholicam fidem. Id eſt, contra rectam uerborum formam, in eccleſia catholica conſtitutam. Vel cum dicit, baptizo te in nomine Trinitatis & diaboli.

ADDITIO.

Hoc etiam fuit dictum Laurent. Vel dic contra fidem. i. contra bonos mores, quæ ſ. ſapiunt hæreſim. ſed ſacerdos ſimplex imperitus ſic non intelligit, imo credit eas ſanum & rectum intellectum continere. Ioã. de Fant.

l Affectus. i. bonitas hominis, ſuperat uitium locutionis. q. d. nõ, ſed potius uerbũ Chriſti.

m Nã utique. Probat ꝙ uitium precum propter affectum bonum, non emendatur in baptiſmo: ſed uerbum Chriſti operat̃ uirtutem: nã hæreticus bonũ affectum non habet: & quamuis uitium precum afferat, non tamen minus baptiſmus ſuũ effectum habebit: quia tantũ ualent illa certa uerba euangelij, & quantumcunque preces aliæ uitioſę ſint, formam tamen à Chriſto inſtitutam non poſſint euacuare: imo potius quantũ ſpectat ad baptiſmum, omnes euacuantur ab illis euangelicis uerbis. & hoc eſt: nam utique.

n Si afferat. Si, id eſt, quamuis.

† De hoc ſ. ea. cap. aliud. Hu

† ca. xxv. & eſt tex. hoc tempore ualde notandus.

Baptiſm⁹ non uitiatur precũ vitio.

Cypria.

Cyprianus. Non est baptiſmum ... ſum eſt baptiſmum ... ticos uel apud ſchiſ... reticorum lauacrum quomodo & diſtinct... Regulam. Non ... eſt dicũt uerba ex ... leſtis Dei reſtringi ... ſub regulis Dona... ti. xxxviij. diſt. in ... dignum. palea eſt ... quaſi dicat. ſi uir... cus uerborum ... cludit dæmonium ... Multi. parenth... ſis. i. interpoſitio ... que ibi, nec tamẽ ... Euacuatur. A... gu. quod utilia ... uitiant & inutili ... ſ. diſt. xxxvij. ... bat. ſ. xxiij. q. ... gd ergo. C. de ... ſancimus. ſ. q. j. ... ne Sodomitæ, ... dñs declarauit ... di. xxxvij. ſi quid ... ri. argu. tamẽ cõ... ff. de aqua quoti... & æſti. l. j. §. ... & quærit ſ. diſt. ... quorundam. ſ. ... ix. ſi ad ſacras ... lij. quæſt. ix. ... Euacuatur ... hoc cap. colli... non uitiatur ... baptiſmi, ſi quã ... ea apponatur ... ſuũ: qd admittunt ... quidã: ut ſi dicat, ... baptizo te in noĩe pſis & filij & ſpũs ſancti & diaboli: uel arma uirũq; cano. uel quicquid ſequatur: baptizatus eſt. arg. cõtra. ff. de verb. obli. quæ extrinſecus. Idem eſt, ſi quid pmittatã ante formã: ut ſi dicat: arma uirũq; cano: & ego baptizo te in noĩe patris & filij & ſpũs ſancti. ſi uero aliquid interponatur: ut ſi dicatur, baptizo te, & Deus eſt, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, &c. nõ eſt baptizatus: arg. ff. de teſta. hæredes palam. § ult. ubi diſtinguitur an interponatur actus extraneus, & circa hoc eſt omne uerbum extraneum à forma: quod non concedo. qui enim dicit, baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti & omnium ſanctorũ, non dicit baptizo te in noĩe patris & filij & ſpiritus ſancti: quia ſecundum hoc duo diceret, quod eſt impoſſibile: & eadẽ ratione deberes dicere cum dicitur, non ego baptizo te in nomine

Vtile non debet per inutile uitiari. Nõ eſt Augu. ſed ſuppoſitiuum. Baptiſmi forma an uitietur ſi aliquid ſuperfluũ apponatur aut interponatur: aut ſi ipſius ordo mutetur. Vt Lau. qd dicit uerũ, ſi illud oppoſitum ſub ſequatur, & idẽ tenet hic Hu. & iſtorũ fuit hæc ſentẽtia uſque ibi: quod nõ conce do, &c. ubi addequòd hoc fuit dictũ Ioã. uſque ibi: ſed pone, &c. & ſecutuſ ẽ ip ſe Io. magiſtrũ Petrũ, qui dixit q ita. lib. nõ eſt forma ſeruata. aliud eſt enim dicere, In nomine pſis & filij, & ſpũs ſancti: & diaboli: & aliud ſignificatur. Arch. [redacted]

... lano enim & lxxx. epiſcopis uiſum, Chriſti non poſſe eſſe apud hæreticos qui etiam baptiſma hæreticorum diaboli appellabant. 8. c. diſtin. xxxij. §. uerum.

uidus, immundus, uel maleuolus eſt: quales arguit hic Cyprianus: [a] afferat etiam (ut fieri ſolet) aliquam precem, in qua loquatur contra regulã [b] fidei (multi [c] quippe irruunt in preces, non ſolũ ab imperitis loquacibus, ſed etiã ab hæreticis compoſitas, & per ignorãtiæ ſimplicitatem nõ eas ualẽtes diſcernere, utuntur eis, arbitrantes φ bonæ ſunt) nec tamen in eis qd peruerſum eſt, euacuat illa quæ recta ibi ſunt, ſed ab eis potius euacuatur. [d]

Item Auguſtinus ad Neophytos. [1]

Quid ſignificent myſteria quæ in fonte baptiſmatis celebrantur.

CAN. LXXI.

13 PRima igitur & ſecunda prædicatione de his tãtum locuti ſumus, quæ uobis priusquã ad fontem ſanctum ueniretis, iuxta catholicæ eccleſiæ inſtituta tradidimus: & quid ſignificaret unctio, quæ diuerſis corporis noſtri adhibita partibus, diuerſum intellectum deſignat (prout Dominus donare dignatus eſt) interpretati ſumus, cũ oſtenderimus uos per oleum ſanctificationis, ad auditũ plenæ fidei præparatos, & ad bonũ Chriſti odorem uocatos, & ex toto corde ad abrenunciãdum diabolo eſſe cõmonitos, nunc uerò de interioribus iã myſterijs locuturi ſumus, quæ in ipſo fonte celebrata ſunt. Promiſſa enim iã certiſſima cautione [e] qua uos abrenuntiare omnibus pompis diaboli, omnibus operibus eius, omni fornicationi diabolicę ſpopondiſtis: deſcendiſtis in fontem ſacrũ, fontem redemptionis, fontem ſanctificatũ uirtute Dei cæleſti. In hoc ergo fonte antẽ q̃ uos toto corpore tingeremus interrogauimus: Credis in Deum patrem omnipotentem? Reſpondiſtis: Credo. Rurſus interrogauimus, Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius, qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine? Reſpondiſtis ſinguli, Credo. Itẽ interrogauimus, Credis & in ſpiritum ſanctum? Rñdiſtis ſimiliter, Credo. Hoc autẽ fecimus, iuxta dñi noſtri Ieſu Chriſti Saluatoris imperium: qui cũ ad patrem in cælũ aſcẽderet, diſcipulis ſuis, id eſt, Apoſtolis mandauit dicens: Euntes docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpũs ſancti. Item: Quod autem interrogauimus: Credis in ſanctam

patris & filij & ſpiritus ſancti. quia uerba baptiſmi ... eſſe. Sed pone, φ ... baptizabit: ut ſi dicat baptizo te in noĩe patris & ſpiritus ſancti & filij? uidetur quod ſic ... ſam. arg. C. de ... præpoſtera, nec ... ſeruandus eſt ordo. ff. de ſolu. ... contrarium tamen dicitur arg. C. de ſent. & interloc. l. prolatam. Dico enim ordinem uerborum eſſe de forma. Si autem mora interponatur naturalis & compendioſa, ut reſpirãdo uel tuſſiendo uel excreando, non obeſt. alius contra. C. de teſta. cum antiquitas. & de tempore hoc & de actu qui interponit, diſtingue per l. ff. de duobus reis conſtitu. duos reos. §. ult. & pen. & de uerbo. obligat. continuus. nam modicum interuallum non impedit, quod tamen magis intellectu, quam locutione, & cætera. ff. de ſol. ... tum. Et hoc etiam attendas circa formam euchariſtiæ. Pone enim qd dicit formam panis, demum poſt aliquã tulum ſpacium formam uini: nunquid ibi panis uel uinũ tranſſubſtantiatur? Reſpon. ut præmiſſi: tamẽ quæſtio nõ procederet ſecundum eos, qui dicunt eſſe duas formas ut notaui ſ. diſtinct. ij. quia paſſus.

PRima igitur. Hæc eſt xiij. pars diſtinct. ſecundum Io. de Fant.

[e] Cautione. Hic ergo intercedit ſtipulatio & obligantur pueri ex promiſſione patrinorum, licet non intelligant: quod ſpeciale eſt in baptiſmo. illud autem eſt loco ſtipulationis credis in Deum? tenetur ergo obſeruare fidem puer factus adultus. xlv. diſtinct. de Iudæis. & obligantur, licet nihil intelligant. C. de fal. mone. l. j. imo ſi ben: inſpexerimus potius liberatur à diabolo quam obligetur. nam ignorans per alium bene liberatur. Item ex eo quod dicit, certiſſima eſt. argum. quod ſimplex cautio, idonea cautio dicitur: tamen

eccleſiam? remiſsionē peccatorū, cárnis reſurrectionem? non eo modo interrogauimus, ut quomodo in Deum creditur, ſic & in eccleſiam ſanctam catholicam, quæ propterea ſancta & catholica eſt, quia rectè credit in Deū. non ergo [a] diximus, ut in eccleſiā quaſi in Deū [b] crederetis: ſed intelligite nos dicere & dixiſſe, ut in eccleſia ſancta catholica conuerſantes in Deū crederetis: crederetis etiam reſurrectionē carnis quæ futura eſt.

Item Iſidorus de officijs, libro ſecundo.

Aliorum fide & profeſſione paruuli baptizantur.

CAN. LXXII.

14 Paruuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui [c] uel credere [d] neſciunt: ſicut etiā ægri, muti, [e] & ſurdi, quorum uice [f] alius profitetur: ut pro eis reſpōdeant dum baptizantur.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto. †

Aliorum teſtimonio ægrotātes ſunt baptizandi.

CAN. LXXIII.

Aegrotantes ſi pro ſe reſpondere non poſſunt: cùm uoluntas eorum teſtimonium ſui [g] dixerit, [h] baptizantur: ſimiliter & de pœnitentibus agendum eſt.

Item Auguſtinus. †

Sacramentum fidei, nō ipſa fides paruulum facit fidelem.

CAN. LXXIIII.

Nihil eſt aliud credere, [i] quàm fidem [k] habere, † & per hoc totū † reſpondetur credere paruulus, qui fidei nondum habet effectum. reſpondetur habere fidem propter fidei ſacramentum: & conuertere ſe ad dominum, propter cōuerſionis ſacramentum: quia & ipſa reſponſio ad celebritatē ſacramenti pertinet. Itē paruulum etſi [l] nondū fides illa quæ in credentium uoluntate conſiſtit, iam tamē ipſius fidei ſacramentū [m] fidelem [n] faciat, ſicut credere reſpondetur. ita etenim fideles uocantur, non rem ipſam [o] mente abnuēdo: ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo.

Item in libro † de baptiſmo paruulorum.

Alterius profeſſio non ualet ei, qui per ſe reſpondere poteſt.

CAN. LXXV.

Cum pro paruulis alij reſpondent, ut impleatur erga eos celebratio ſacramenti, ualet utique ad eorum conſecrationem: quia ipſi pro ſe reſpōdere [p] nō poſſunt. at ſi pro eo qui reſpondere poteſt, alius reſpōdeat: non itidem [q] ualet. Ex qua regula, illud Euangelij dictum eſt, quod omnes (cùm legitur) naturaliter monet: Aetatem habet, ipſe pro ſe loquatur.

Item Auguſtinus in homilia quarta.

Quare trina merſio in baptiſmate celebretur.

CAN. LXXVI.

Poſtquam [r] uos credere promiſiſtis, tertiò capita ueſtra in ſacro fonte dèmerſimus, qui

---

Cautio idonea quæ eſt.

tamen lex dicit, quod cum dicitur idonea cautio, intelligendum eſt pignus uel fideiuſſor: ut ff. de fideicō. liber. l. iiij. §. addici.

[a] Ergo. Vocabulum ſemel poſitum, poteſt accipi proprie & improprie. arg. di. xxviij. presbyterum.

[b] Quaſi in Deum. Crede deo, credaſque Deum, plus crēdo ualere. Si credas in eum, quam quod ei, uel eum.

Paruuli. Hæc eſt xiiij. pars diſt. in qua probat per ſex capit. quod ſolus baptiſmus ſufficit paruulis, qui alias non poſſunt credere, niſi per ſacramentum fidei. Io. de Fā.

[c] Loqui aliter ſi poſſunt loqui. unde Auguſt. in epiſtola ad Renatum epiſcopū. Septennis ætatis pueri & mentiri & uerū dicere, confiteri & negare iam poſſunt: & ideo cum baptizantur, iam ſymbolum reddant, & ipſi pro ſe ad interrogationem reſpondeant.

Pueri ſeptēnes poſſunt mētiri & uerū dicere.

[d] Vel credere. argu. quod habet puer fidem, ſed neſcit ea uti: ut extra ead. maiores. uerſicu. à pleriſque.

[e] Muti. uel etiam furioſi. pupillus enim infans uel infantiæ proximus, non multum à furioſo diſtat. inſti. de inuti. ſtip. §. pupillus. differentiam tamen dixi inter infantem & furioſum. ſ. ead. hi qui.

† Cōſil. Carth. iij. c. xxxiiij.

[f] Vice. Nam ſatis conueniens eſt, ut qui per alium obligatur, etiam liberetur per alium. j. ea. quæris. Item dicit lex, quod pro ignorante fideiubere poſſunt. ff. de fideiuſ. fideiubere. & ignoranti etiam actio acquiritur. ff. ſi certum peta. ſi à furioſo.

Obligat⁹ per aliū, per aliū liberari poteſt.

† Auguſ. epiſtola 23. ad Bonif.

Aegrotantes. [g] Sui. ſcilicet amici.

† Alias, coties.

[h] Dixerit. uel dixerit. uel per ſigna. uel dic ſui, ſcilicet uoluntatis.

Scilicet per alium qui ei⁹ uo

[i] Nihil eſt aliud. Quam fidem. id eſt, ſacramenti fidei profeſsionem, ſed nō uirtutem: ſed ſi nō habent charitatem, quomodo ergo ibunt in patriam poſt mortem? [2] hoc eis datur [3] à Deo. Alij dicūt, quod habent eā in habitu. extra de baptiſ. & eius effec. c. j. ſed & per alios dicuntur credere. j. e. in eccleſia.

[k] Habere. j. di. ead. quæris. ſ. xv. q. j. §. ut itaque. ſ. diſt. ij. hoc eſt quod dicimus.

[l] Etſi. id eſt, quamuis.

[m] Sacramentum. Baptiſmus dicitur ſacramentum fidei, quia in fide Chriſti conſecratur, & in fide eccleſiæ confertur: uel quia in nomine trinitatis cōfertur quam offerentes [4] & oblati tenentur credere & confiteri. Vel quia ſignum eſt, quod ſuſcipiens fidem habeat, etiam ſi non habeat aliquo impediente.

[n] Fidelem. Sunt qui dicunt ipſos fideles dici, quia fidem habent habitu non uſu: id eſt, non exercitio. & ſic de alijs uirtutibus. Iſti ſic illud intelligunt. fides illa quæ, &c. non facit fidelem uſu, id eſt, exercitio. j. ea. paruuli. & ſic de alijs.

[o] Non rem ipſam. Sicut uirtutem.

[p] Cum pro paruulis. Reſpōdere. Sic diſtinguit lex. ff. de adminiſtratio. tuto. l. j. §. ultimo.

[q] Itidem. id eſt, tantum. & hoc quo ad præſumptionē. [5] Argumen. quod taciturnitas non habetur pro conſenſu. ſupra diſtinctione lxxxvj. tanta. ſupra diſt. xxvij. diaconus. ſupra diſt. liiij. ſi ſeruus. Sed contra. ſupra ſecunda, quæſtione ſexta. biduum.

[r] Poſtquam. de forma baptizandi & modo, tractat uſque ad cap. ueniſti.

Duplici.

ſtatē probauit. xxvj. qō. vj. qui recedunt. & c. ſeq. de pœni. diſt. j. multiplex Archi.

Paruuli ſine charitate uadūt in patriā.

[2] Vt ſ. c. ſolet.

[3] Scilicet charitas ſine qua nemo ſaluatur.

Baptiſm⁹ eſt ſacramētum fidei.

[4] Quod de iſtis offerētibus dicit, non uidetur eſſe de ſubſtantia. j. ea. ſ. baptiſmate. Arch.

4. c. 24.

[5] Sub. quia nō præſumitur tantū ualere quo [illegible]

ordo baptiſmatis duplici [a] myſterij ſignificatione celebratur. rectè enim tertiò merſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmum in nomine ſanctæ Trinitatis. rectè tertiò merſi eſtis, qui accepiſtis baptiſmum, in nomine Ieſu Chriſti, qui ẽt die tertia reſurrexit à mortuis. Illa enim tertiò repetita demerſio typum dominicæ exprimit ſepulturæ, per quam Chriſto conſepulti [b] eſtis in baptiſmo: & cum Chriſto ſurrexiſtis in fide: ut peccatis abſoluti, in ſanctitate uirtutum, Chriſtum uiuatis imitando.

Item ex canonibus Apoſtolorum.

De his qui ſemel, non tertiò in baptiſmate merguntur.

CAN. LXXVII.

SI quis presbyter aut epiſcopus, non trinã merſionem [c] unius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate (qđ dari à quibuſdam iubetur in morte [d] domini) deponatur. Non enim dixit dominus nobis, In morte mea baptizate, ſed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

Item Gregorius Leonardo epiſcopo. †

De eodem.

CAN. LXXVIII.

15 DE trina merſione baptiſmatis, nil reſponderi uerius poteſt, quàm quod ipſi ſenſiſtis quia in una fide nil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo [e] diuerſa. Nos autem, quòd tertio mergimus triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignificamus: & dũ tertiò infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimitur. quod ſi quis fortè etiã pro ſummæ trinitatis ueneratione exiſtimet fieri, neq; hoc aliquid obſiſtit baptizandos ſemel in aquis mergere: quia dum tribus ſubſiſtentijs, una ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe, nullatenus põt infantem in baptiſmate uel ter uel ſemel immergere, quoniam etiã in tribus [f] merſionibus perſonarũ trinitas, & in una poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari.

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Philippen. libro ſecundo. †

De eodem.

CAN. LXXIX.

EOdẽ modo [g] in patre & filio & ſpiritu ſancto baptizamur, & ter [h] mergimur, ut trinitatis unum appareat ſacramentum. Item, Licet ter baptizetur, propter myſterium trinitatis, tamen unum baptiſma reputatur.

Item Pelagius papa Gaudentio epiſcopo.

De his qui in nomine Chriſti ſemel tantùm mergunt.

CAN. LXXX.

MVlti ſunt, [i] qui in nomine ſolummodo Chriſti, una etiam merſione ſe aſſerunt baptizare. Euãgelicum uerò præceptum, ipſo Deo & domino ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto dicente & tradente, nos admonet in nomine trinitatis [k] trina ẽt merſione ſanctum baptiſma unicuique tribuere, dicente domino Ieſu Chriſto diſcipulis ſuis, Ite baptizate omnes gentes, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

[Gloss]

a Duplici. [...] Baptizatur ter mergitur & qu[...] dus ter de fit inuocatio trin[...] bet im- [...] tatis: & quia Ch[...] mergi. ſtus tertia die re[...] texit: ut infra ſeq[...] tur.

b Conſepulti. Qu[...] tam adultia.

ADDITIO. hoc. ſ. e. c. proprè.

c SI quis presbyter. Trinam merſionem. ſ. e. a. c. proxi. contra. ſed aliud eſt ſemel immergi ſub illa uerborum forma: baptizo te in morte domini. quod hic interdicitur. Aliud in nomine trinitatis unica merſione, quod ibi in eccleſia quibuſdam permittitur.

d In morte. id eſt, ad inuocationem mortis eius.

DE trina. Hæc eſt xv. pars diſtinct. in qua dicitur, quod non eſt contra fidem, ſi ſemel immergit puer, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, propter unionem trinitatis. Io. de Fant.

e Conſuetudo. ſ. diſtin. xij. ſcit ſancta. Ambr. lib. viij. de forma. ſ. diſtinctio. lxxxvj. c. pen. & ulti.

ADDITIO. Vel dic conſuetudo, ſcilicet immergendi ſemel uel ter, dummodo forma eccleſiæ obſeruetur. Archid.

f In tribus. uidetur contrarium huic ca. quod Ambroſi. dicit de Cypriano. In ſuo ſenſu abundat Cyprianus, cum ſemel immergat pueros, qui quod intelligebat, ſtudioſe adimplebat bonis operibus abundando, licet in hoc neſcius delinqueret. ſed poſt correctus à domino abundauit altiori ſenſu, ter illos immergendo. Solu. forte ille tantum ſemel debere immergere do-

gmatizabat: uel ibi erat conſuetudo ſemel immergere.

g EOdem modo. id eſt, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

h Et ter. id eſt, ter immergitur in baptiſmo, & ita tres merſiones ſunt unũ ſacramentum, ſicut plures uoces [l] unũ nomen. arg. extra de reg. iur. omnis.

i MVlti ſunt. non prohibet baptizari in nomine Chriſti: ſed reprehẽdit illos qui dicebant, quod debet baptizari tantum una immerſione, & tantum ſub una forma uerborũ in noĩe Chriſti.

k Trinitatis. explicite. Nunquid & Græci habent eandem formam? Sic, quia idem eſt effectus: uoces autẽ non eædem: ut dicit Ariſtot. unde Græcus huc ueniens baptizaret in lingua ſua, & Latinus in Græcia in lingua ſua: quia Apoſtoli uarijs linguis loquebantur, & iuxta illud. Qui preibant, & qui ſequebantur, clamabant Oſanna. & tantum forma realis eſt attendenda, & non uocalis. ſ. ead. retulerunt. Item pone, ꝙ aliquis dicit: baptizo te in nomine genitoris, & nati, & ſancti flaminis, an baptizetur? Videtur quod ſic: quia non refert utrum ex æquipollentibus q[...] dixerit argum. ff. de uerb. obli. quæ extrinſecus. & l. ſi ſub una. & ff. ſi cer. pe. l. certum. quod concedo. & ſub nominibus ſynonymis bene poteſt fieri baptiſmus. ſed ſic non baptizatur in nomine paternitatis & filiationis, &c. Item ſi omittit hoc pronomen ego, & dicit baptizo te, &c. bene baptizat: quia ſubintel-

[Marginalia]

† Alias, id eſt, memoriã uel ad ſimilitudinem mortis, &c. ſecundum Io. de Fan.

Mat. 28. d

† Epiſtola xij. lib. j.

Cyprian[9] ſemel tantũ immergebat.

l Dicẽdo ĩ nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

Baptiſm[9] an poſsit dari in nomine Chriſti?

Baptiſmi forma apud Græcos & Latinos eſt eadem.

† In cõment. epiſtolæ ad Epheſi. c. iiij.

Baptizo te ĩ nomine genitoris, &c. an ualeat.

Item Zacharias Papa Bonifacio epiſcopo.

In inuocatione trinitatis, tertiò in baptiſmate mergere debemus.

CAN. LXXXI.

16 IN ſynodo Anglorum decretum firmiſsimè præceptũ, & diligenter demonſtratũ eſſe dignoſcitur, ꝙ quicunq; ſine inuocatione trinitatis merſus fuiſſet, ſacramentũ regenerationis nõ haberet: quod omnino uerum eſt: quia ſi merſus in fonte baptiſmatis, quis fuerit ſine inuocatione trinitatis, perfectus Chriſtianus nõ eſt, niſi in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti fuerit baptizatus. Hoc quoq; obſeruari in prædicta ſynodo ſacerdotes uoluerũt: ut qui uel unã de trinitate perſonam in baptiſmo nõ nominaret, illud baptiſma eſſe uerum nõ poſſet: qđ pro certo uerũ eſt: quia qui unum ex ſancta trinitate confeſſus non fuerit nomẽ, pfectus Chriſtianus eſſe non poteſt: qui enim cõfitetur patrem & filium: ſi confeſſus nõ fuerit ſpiritũ ſanctum: neque patrem habet, neq; filiũ: & qui confeſſus fuerit patrem & ſpiritũ ſanctum, & filium non fuerit confeſſus: neque patrem habet, neque ſpiritum ſanctum, ſed uacuus eſt à diuina gratia.

Item Grego. Quirino epiſcopo in Hyber. †

Rebaptizẽtur, qui in nomine trinitatis baptizati nõ fuerint.

CAN. LXXXII.

SI uerò hæretici qui in trinitatis nomine non baptizant ſicut ſunt Bonoſiani a & Cataphrygæ: quia & illi Chriſtum dominum non credunt: & iſti b ſpiritum ſanctum peruerſo ſenſu eſſe quendam paruum hominem montanum credunt (quorũ ſimiles multi ſunt alij tales) cùm ad ſanctam eccleſiam ueniunt, baptizentur: quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti ſanctæ trinitatis nomine minimè perceperunt.

Item ex concilio Toletano quarto. †

Semel in baptiſmate mergere licet.

CAN. LXXXIII.

PRopter uitandum ſchiſmatis ſcandalum, uel hæretici dogmatis uſum: ſimplam c teneamus baptiſmatis merſionem.

Item Zacharias Papa Bonifacio epiſcopo.

De ſacerdote qui per ignorantiam linguæ Latinæ, in inuocatione trinitatis deliquit.

CAN. LXXXIIII.

REtulerunt nuntij tui, ꝙ fuit in eadem prouincia ſacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat: & dum baptizaret, neſciens loqui latinè, infringens linguã diceret: baptizo te in nomine patria & filia & ſpiritua ſancta. & per hoc tua reuerenda ſanctitas conſiderauit eos rebaptizare. Sed ſanctiſsimè frater, ſi ille qui baptizauit, non errorem introducens d aut hæreſim, e ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguã (ut ſupra diximus) hoc baptizans dixiſſet: non poſſumus conſentire ut denuo baptizentur.

Item Ambroſius de ſacramentis tractatu primo.

Quare baptizandi à ſacerdote, ungantur.

CAN. LXXXV.

17 VEniſti f ad fontem: ingreſſus es, conſidera, quid uideris, g quid locutus ſis, diligenter: repente h occurrit tibi leuita, occurrit tibi presbyter. unctus i es, quaſi athleta Dei: ut ad baptiſmum catechuminus accedas.

Item Rabanus in epiſtola ad Epheſi. libro ſecundo. †

Quare baptizatus à presbytero, ungatur in cerebro.

ſubintelligitur pronomen. Argu. C. de fideicom. uerbum uolo, maxime quoniam nec Chriſtus appoſuit pronomẽ cum dixit: Ite baptizate, &c. nõ eſt contra. extra de bapti. c. j. 1 quia ibi etiã uerbũ omiſit. Sic aũt non baptizatur, mergo te in nomine patris, &cæt. quia non eſt ſynonymum cũ illo uerbo baptizo. nec per hanc uocem, baptizo te in nomine trium perſonarum.

IN ſynodo. Hæc eſt xvj. pars diſt. in qua probat quod forma baptizandi debet ſeruari: & qui unum de trinitate confeſſus non eſt ſiue negauerit, non eſt Chriſtianus. Ioã. de Fant.

a SI uero hæretici. Bonoſiani. 2 xxiiij. quæſt. iij. quidam. verſ. Bonoſiani. Hi dicebant Chriſtum adoptiuum filium Dei, non proprium.

b Et iſti. Alias tamen exprimitur eorum error xxiiij. q. iij. quidã. uerſ. Cataphrigis. quia authores eorum dixerunt ſpiritum ſanctũ in ſe deſcẽdiſſe, non in apoſtolos.

c PRopter. Simplam. alludit conſuetudini loci. uel ſimplã. 2 i. uniformem. Et ita eſt arg. ꝙ omnes debemus baptizari in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. 3. ea. proprie.

d REtulerunt. Introducẽs. Nam unius ſyllabæ error non nocet. ff. de manu. teſta. qui habebat.

e Aut hæreſim. Maxime: quia ſi errorem induceret: dummodo in forma eccleſiæ baptizaret, teneret baptiſmus: 3 ut 3. co. ſatis.

VEniſti. Hæc eſt xvij. pars diſt. in qua interpretantur uerba ſacerdotis, quæ dicit in exorcizando & baptizando. & ueſtes quid ſignificent. Ioan. de Fant.

f Veniſti. De ijs quæ in baptiſmi celebratione fiunt, dictum eſt: nunc principaliter ſequitur de ijs, quæ poſt lauacrum ſequuntur: ſ. quæ poſt baptiſmũ baptizato fieri debeant. & vj. cap. annectit. in poſtremo tamen habetur quæ circa ipſum facta ſunt prius.

g Quid uideris. i. quid audieris. nam ſub uiſu omnis ſenſus continetur. 4

h Repente. Oſtendit quæ circa ipm prius facta ſunt, uſque ad cap. Iudæi.

i Vnctus. Sputo, non oleo: ſcilicet in catechiſmo.

Poſtquam.

1 Ibi uide qđ ibi plene no. per Innocen. Archid.

[redacted]

† Epiſto. 61. lib. 9.

3 Vel dic ꝙ facit mẽtionem đ errore: qa ſi erraret ꝙ aliud dicere uel facere intẽderet, q̃ dicãt uel faciãt catholici: talis error impediret. B. Hiſp.

† cap. v.

4 Ad hoc facit optime quod legitur & not. iij. q. ix. teſtes. xciij. diſt. diaconi ſunt. uerſ. ipſe etiã. & fuit iſta glo. Laur. & Ioã. de Fant.

† De inſt. cleri. lib. j. cap. 28.

CAN. LXXXVI.

POſtquam a aſcendit baptizatus de fonte, ſtatim ſignatur a presbytero in cerebro cum ſacro chriſmate, ſequente ſimiliter oratione: ut Chriſti regni particeps fiat: & à Chriſto Chriſtianus b poſsit uocari.

Item Ambroſius de ſacramentis tractatu ij.

Quid ſuper baptizatum à ſacerdote dicatur.

CAN. LXXXVII.

EMerſiſti, c uenisti ad ſacerdotem: quid tibi dixit? Deus (inquit tibi) pater omnipotẽs qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, conceſsitque tibi peccatorum tuorum ueniam: ipſe te inungat in uitam æternã. Vide ubi d inunctus es. in uitam æternam, inquit.

Item.

Quare unguentum ſuper caput baptizati ponatur.

CAN. LXXXVIII.

ACcepiſti myſteriũ, hoc eſt unguentum ſuper caput. quare ſuper caput? quia ſapientis ſenſus in capite e eius. Sequitur ſpirituale ſignaculũ, qđ audiſti legi hodie, f quod poſt fontes ſuper eſt, quo perfectio fiat, quando ad inuocationem ſacerdotis g ſpiritus ſanctus infunditur.

Item Rabanus de inſtitutione clerico. †

Quare candida ueſtis, traditur Chriſtiano.

CAN. LXXXIX.

POſt baptiſmũ, h traditur Chriſtianis ueſtis candida, quæ ſignificat innocentiã i & puritatem Chriſtianã: quam poſt ablutas ueteres maculas, ſtudio ſanctæ conuerſationis immaculatã ſeruare debet, repræſentandã ante tribunal Chriſti. cuncti uerò renati albis induuntur ueſtibus ad myſterium k ſanctæ reſurgentis eccleſiæ. Item utuntur baptizati albis veſtibus: ut quorum primæ natiuitatis faciem, uetuſti erroris pãnus fuſcauerat, habitus ſecundæ regenerationis gloriæ præferat indumentũ. tegitur enim poſt ſacrã vnctionem caput eius myſtico uelamine: ut intelligat l ſe diademate m regni & ſacerdotali dignitate potiri.

Item Ambroſius de myſterijs.

De eodem.

CAN. XC.

ACcepiſti poſt baptiſmum ueſtimenta cãdida: ut eſſet indicium n ꝙ exueris uoluptatẽ peccatorũ: & indueris innocentiæ caſta uelamina. o

Item ex concilio Agathenſi. †

Quot menſibus Iudæi inter catechuminos habeantur.

CAN. XCI.

18 IVdæi p quorũ perfidia frequenter ad vomitum redit: ſi ad leges catholicas redire voluerint, octo menſes q inter catechuminos r eccleſiæ limen introeant: & ſi pura ſ fide uenire noſcũtur, tunc demum baptiſmi gratiam mereantur. Quòd ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptum tempus incurrerint, & deſperati fuerint, baptizentur.

Item ex concilio Toletano quinto.

De Iudæis pleriſque frequenter ad Iudaiſmum redeuntibus. CAN. XCII.

PLerique ex Iudæis, qui dudum ad Chriſtianam fidem promoti ſunt, nunc blaſphemantes Chriſtum, non ſolùm Iudaicos ritus perpetraſſe noſcuntur, ſed etiã abominandas circunciſiones t exercere.

---

a POſtquam. ĩ. ea. diſt. v. nouiſsime. ĩ. ead. presbyteri. & c. nullus miniſtrorum.
b Chriſtianus. ĩ. viij. quæſt. j. olim.
c EMerſiſti. Id eſt, merſus fuiſti.
d Vbi. Id eſt, ad quid.
e ACcepiſti. In capite. i. anima. ĩ. de pœn. di. iij. ille rex. & ita anima habet ſedem in capite. alias nõ bene concordaret litera.
f Hodie. Scilicet in die Pentecoſtes: quia lecta fuerat epiſtola de aduentu ſpiritus ſancti in apoſtolos.
g Sacerdotis. Id eſt epiſcopi, eo quia ſolus epiſcopus facit hanc inuocationem. infra diſtinct. v. manus.

ADDITIO.
ut ĩ. eo. presbyteri. & c. ſeq. Archid.

h POſt baptiſmum. Caſus. dicitur cuiuſmodi ueſtis traditur: quia alba: & quare.
i Innocentiam. Candor enim munditiã deſignat. xxx. q. ulti. fœminæ.
Candor munditiã ſignat.
k Ad myſterium. Deſignandum. per hoc enim deſignatur futura reſurrectio corporum glorioſa & animarum: uel etiã nunc a peccatis.
l Vt intelligat. Iſtud ſacramentum eſt regni & ſacerdotij. Quilibet enim fidelis, Rex debet eſſe, & ſacerdos. Rex, quia ſe & alios uirtutibus regere debet. ſacerdos: quia cor contritum & humiliatum quod eſt uera oblatio, id eſt, ſe debet offerre Deo.
Fidelis quilibet debet eſſe rex & ſacerdos.
† cap. 29. lib. 1.
m Diademate. ĩ. xij. q. j. duo ſunt.
n ACcepiſti. Indicium. Qualis ueſtis erit, talia corda gerit, xlj. diſt. §. fin.
o Velamina. Forte de hoc uelamine dicit xxiiij. quæſt. j. quoniam uetus. †
† Sub. ibi olim Chriſti ueſtimentũ ſuſcepi.
p IVdæi. Hæc eſt xviij. pars diſtin. in qua dicitur qualiter Iudæi & alij baptizantur, & quæ ſunt dona bapriſmi. Io. de Fant.
p Iudæi. De baptizandi examinatione uel pœnitentia agit uſque ad cap. non plures.
q Octo menſes. Hoc cap. corrigitur per illud quod ſequitur. ĩ. e. ne quod abſit.
r Catechuminos. Per hoc cap. intelliguntur omnia illa c. quæ dicunt, ꝙ infideles poſſunt eſſe uſque ad miſſam, catechuminorũ in eccleſia. non contradicit xxj. di. cleros. in fin. quia illud de infidelibus qui parati ſunt reprehendere. xliij. di. in mandatis. & ita nõ dico ea abrogata, ſecundum ꝙ quidã dicunt. Et eſt ratio, quare hoc fiat, ut audientes prædicationem in eccleſia facilius conuertantur. Vel loquitur de præciſis. Ioan.
Infideles poſſunt eſſe in eccleſia, uſque ad miſſam catechuminorũ.
s De hoc etiam no. xxxv. qõ. iij. de his. & habet de hoc ĩ. ea. diſt. j. epiſcopus nullum. Archidia.
† cap. 24. [illegible]
ſ Et ſi pura. Videtur ergo ꝙ uſurarius Iudæus, non debeat baptizari, niſi uſuras reſtituat. ĩ. de pœn. diſt. v. falſas. quia obligationes in baptiſmo nõ tolluntur.
t PLeriq; ex Iudæis. Circunciſiones. circuncidendo aliquos.

Conſor-

a Conſortio. & uiris religioſis alendi tradentur: ut xxvij. quæſtio. j. Iudæorũ. de paternis tamen bonis alendi ſunt. C. de alen. liber. l. tertia.

† Sigiſmundi.

b Separentur. & bonorum proſcriptione & perpetuo exilio damnabuntur: ut C. de Iud. & cæ. Iudæi. ſed hoc ſi ſuæ ſectæ ſunt mancipia. alias enim capite puniuntur. C. ne manc. Chriſtianum. l. una. C. de eunu. l. j.

Filij Iudæorũ baptizati, ſunt à parẽtibus ſeparandi.

a Dic qđ Iudæis filios ſuos circũcidere licet. ſi alios circũciderent, pœna caſtratis tenerent: ut ff. ad l. Cor. de ſica. l. circũcidere. Hic autẽ cũ eis mitius agit quã ſupra dictũ ſit: quia ad ſidẽ cũ pœnitẽtia re uocãtur.

c Tradantur. ſupra diſtinct. liiij. c. nulla. & cap. fraternitatem. ſed contra. ꝫ. xvij. quæſtio. ulti. Iudas.

d PRimum. Apoſtolum. ad Epheſos ſcribentẽ.

e Qui corrumpitur. ſcilicet uetus homo. de pœn. diſt. j. tres ſunt.

f OMnis. ꝫ. de pœn. diſtin. j. treſſunt.

g Arbiter. ſi eſt diſcretus. H.

h Veteris. quod hominem reddit uetuſtum. Et quidem interior pœnitentia neceſſaria eſt in adulto, exterior non exigitur. ꝫ. ea. fine.

† ca. 29. lib. j. Ephe. 4. Collo. 3. b

i AGunt homines. Pœnitentiam. Id eſt, pœnitudinem.

k De prioribus. nunquid eſt præceptio uel ſuaſio de hac pœnitẽtia agenda? ſed cui hoc præciperet? nunquid gẽtili iubere poteſt? non, ſed duntaxat monere. xlvij. diſti. §. neceſſe.

† ca. j. li. de pœnit. modici.

l NE quod abſit. Longa. octo menſium eſt longa. ꝫ. ead. diſtin. cap. Iudæi.

m Aut die dominica. Nõ obuiat quod dictum eſt ꝫ. ea. c. duo. quod tantum bis in anno baptiſmus debet celebrari. illud enim de ſolenni intelligitur, id eſt, quod conſe-

Baptiſm⁹ ſolẽnis bis tantum in anno celebratur.

de quibus conſulti pijſſimi ac religioſiſſimi domini noſtri Siſemandi † regis hoc ſanctum decreuit concilium, ut huiuſcemodi tranſgreſſores pontificali authoritate correcti ad cultum Chriſtianæ dignitatis reuocentur: ut quos propria uoluntas nõ emendat, animaduerſio ſacerdotalis coerceat. Eos autem quos circuncidunt ſi filij eorum ſint, à parentum conſortio [a] ſeparentur. [b] ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur. [c]

Item Rabba. de inſtitu. clericorum. †

Ante baptiſmum, diabolo et eius operibus renunciare debemus.

CAN. XCIII.

PRimum interrogetur paganus, ſi abrenunciat diabolo & omnibus pompis & omnibus damnoſis eius operibus, atque fallacijs cũctis: ut reſpuat primũ errorem: & ſic appropinquet ad ueritatem, poſſitq; iuxta Apoſtolum [d] deponere ueterem hominem, ſecũdum priſtinã conuerſationem, qui corrumpitur [e] ſecũdum deſideria erroris: abnegans impietatem, & ſecularia deſideria.

Item Auguſtinus de pœnitencia.

Non tranſit in nouam uitã, quem non pœnitet ueteris uitæ.

CAN. XCIIII.

OMnis, [f] qui iam ſuæ uoluntatis arbiter [g] conſtitutus eſt, cũ accedit ad ſacramẽtũ fidelium, niſi eum pœniteat ueteris [h] uitæ, nouã non poteſt inchoare. ab hac pœnitentia cùm baptizantur, ſoli paruuli immunes ſunt. nõdum enim uti poſſunt libero arbitrio.

Idem ad Salactitanum.

Ante baptiſma pœnitentiã agere debemus.

CAN. XCV.

AGunt homines ante baptiſma pœnitentiam [i] de prioribus [k] peccatis: ita tamen, ut etiã baptizentur: ſicut ſcriptũ eſt in actibus Apoſtolorũ loquẽte Petro ad Iudæos ac dicente: Agite pœnitẽtiam, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Item Gregorius Fauſtino defenſori.

Quadraginta dierum abſtinentia Iudæis baptizandis indicatur.

CAN. XCVI.

NE (quod abſit) longa [l] dilatio retro poſſit animos Iudæorum reuocare: cum fratre noſtro epiſcopo loci illius loquere, ut pœnitẽtia ac abſtinentia quadraginta dierum indicta, † aut die dominica [m] aut ſi celeberrima feſtiuitas occurrerit, eos (omnipotentis Dei miſericordia protegente) baptizes.

Item Ambroſius ſuper epiſtolam ad Romanos. †

Pœnitentia non eſt neceſſaria baptizandis.

CAN. XCVII.

SIne pœnitẽtia [n] ſunt dona & uocatio Dei, quia gratia [o] Dei in baptiſmate [p] non requirit gemitũ, non requirit planctum, uel opus aliquod, ſed ſolam fidem: & omnia gratis condonat.

Item Iginius papa.

Neceſſitate cogente in cathechiſmo & confirmatione idem compater eſſe poteſt.

19 CAN. XCVIII.

IN catechiſmo [q] &

cratur tanta ſolennitate. ꝫ. ead. uenerabilis. & c. ſeq.

n SIne pœnitentia, id eſt, ſine ſatiſfactione exteriori & afflictione, quæ ſolet exigi in pœnitentia. nam ſine interiori, in adultis uacuum eſt baptiſmi myſterium: & ita non contradicit de pœni. diſtin. j. tres ꝫ. ead. omnis qui. ꝫ. proxi. c. contra. Sed iſtud generaliter in alijs quã in Iudæis, illud ſpecialiter fiebat quondam in Iudæis, non propter ſatiſfactionem peccati: ſed ꝓpter reuerentiã baptiſmi, quod Iudæi per operationẽ circuncitionis & aliorum legalium ſacramentorum non adeo appretiabantur.

Baptiſm⁹ adultorũ an ualeat ſine ſatiſfactione?

Actu 2. f

o Gratia. ꝫ. de pœni. diſtin. vij. nullus expectet.

p In baptiſmate. hoc ideo dicit, quia in pœnitentia etſi dimittatur peccatum per contritionẽ, remanet tamen temporalis ſatiſfactio, in baptiſmo non. Nam tanta eſt uis ſacramẽti, quod nec etiã temporalis ſatiſfactio in baptiſmo remanet ꝓ peccatis. ideo non eſt mirum ſi infamia quælibet ibi dimittatur: quod non eſt in pœnitentia: ut de pœ. diſtin. ulti. ſi quis.

Baptiſm⁹ eſt efficacior pœnitentia.

† Quia ſi citius, ſuſpicio fraudis uel ſimulatiõis eſt. Phil. Deci. cõſi. cxxx. col. 2. Ad hoc idẽ Dec. c. j. lectura. nu. 8.

† Ad ca. xj.

ADDITIO.

Argu. contra. ſupra xxxij. q. j. quod autem. in fin. uerſic. de hoc. & extra de diuort. gaudemus. in fin. ibi uideas. Archidiaco.

IN catechiſmo. Hæc eſt xix. pars diſtinc. in qua probat quid iuris ſit de patrinis & filijs ſpiritualibus. Ioan. de Fant.

q In catechiſmo. de materia iſta dixi xxx. quæſti. j. per totum.

Patri-

in baptiſmo & in confirmatione unus patrinus [a] fieri poteſt, ſi neceſsitas cogit, nō eſt tamen cōſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiāt. [b]

Item ex decreto Leonis papæ.

Non plures, ſed unus paruulum in baptiſmate ſuſcipiat.

CAN. XCIX.

NOn plures [c] ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem accedāt, quàm unus, ſiue uir, ſiue mulier. In confirmatione, quoque idipſum faciat.

Item ex concilio Magotienſi.

Qui non eſt baptizatus nec cōfirmatus, aliū in chriſmate uel baptiſmate tenere non debet.

CAN. C.

IN baptiſmate uel in chriſmate, nō pōt aliū ſuſcipere [d] in filiolum ipſe, qui non eſt baptizatus [e] uel confirmatus.

Item ex concilio Antiſſiodorenſi.

Abbati, uel monacho, non liceat commatres habere.

CAN. CI.

NOn licet abbati uel monacho [f] de baptiſmo ſuſcipere filios, nec cōmatres [g] habere.

Item ex libro capitulorum.

De eodem.

CAN. CII.

MOnachi ſibi compatres commatresve non faciant, nec oſculentur [h] fœminas.

Item ex ſermone ſancti Auguſtini poſt Paſcha domini, qui ſic incipit: Hodiernus dies.

Qui in baptiſmo paruulos ſuſcipiunt, pro eis apud Deum fideiuſſores exiſtunt.

CAN. CIII.

VOs ante omnia tam mulieres quàm uiros, qui filios in baptiſmo ſuſcepiſtis, moneo: ut uos cognoſcatis fideiuſſores [i] apud Deum extitiſſe, pro illis quos uiſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ideoq; ſemper eos admonete, ut caſtitatem cuſtodiant: iuſtitiam diligant, charitatē teneāt, ante omnia ſymbolū & orationem dominicā & uos ipſi tenete: & illis quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendite.

Item ex concil. Hiler.

Ad baptizandi officium, & ad ueſtimenta altaris lauanda ſacerdos propria debet habere uaſa.

CAN. CIIII.

OMnis presbyter qui fontem lapideum habere nequiuerit, uas conueniens ſolummodo ad baptizandū officium habeat: quod extra eccleſiā non deportetur. ſimiliter ad corporale lauandū, & ad pallas altaris propria habeantur uaſa, in quibus nihil aliud fiat.

Item ex concilio Carthaginenſi quarto. †

Neque rebaptizationes neque reordinationes fieri licet.

CAN. CV.

NOn licet [k] fieri rebaptizationes, neq; reordinationes, uel tranſlationes [l] epiſcoporum.

Item ex epiſtola Auguſtini ad Maximum. †

De eodem.

CAN. CVI.

REbaptizare ad hæreticum hominem, qui hæc ſanctæ trinitatis ſigna ſuſceperit, quæ Chriſtiana tradidit diſciplina omnino peccatum eſt, rebaptizare autem catholicum, immaniſsimum [m] ſcelus eſt.

† concil. 3. cap. 38.

† Epiſtola 203.

---

a Patrinus. Raz. dixit in his tantum contrahi compaternitatem, ſed H. dic[illegible] in omnibus etiam c[illegible] trahi, quæ bapt[illegible] mum præcedunt. [illegible] tamen cōpaterni[illegible] in catechiſmo c[illegible] tracta, non eſt ta[illegible] momenti ut ma[illegible] monium diſſolu[illegible] cum uix etiam [illegible] pediat. extra de [illegible] una. ſpi. contra. & ita

Compaternitas contrahi per catechiſmum.

c Suſcipiant. latius ſe extenderet charitas. xxxv. q. i. cum igitur.

NOn plures. ī. xxx. quæ. iiij. q3 autem uxor. contra. Sol. ibi.

d IN baptiſmate. Suſcipere. Sed quid ſi ſuſcipiat? dicunt quidam quòd nō cōtrahitur compaternitas. ſecus ſi baptizet.

e Baptizatus. ſi aliter tamen ſit: cum baptizare poſsit, non impeditur baptiſmus: ſed hoc iō inſtitutum eſt, quia patrini debent inſtruere filiolos ſuos in ſymbolo & in alijs. ī. e. uos. hoc facere non poſſunt, qui primo in eis inſtructi non fuerunt. xlvij. di. §. neceſſe.

Patrini ſi liolos inſtruere d bent.

f NOn licet. Monacho. ī. xvj. q. j. placuit cōmuni.

g Nec cōmatres. ī. xviij. q. ij. peruenit. ſed contra. ī. xvj. q. j. doctos. & xxx. q. oēs contra. ſed baptizando poteſt nou le uando.

Dic ut ibi & in præ. c. peruenit. Archi.

h MOnachi. Nec obſculentur. forte tangit cōſuetudinem alicuius loci, ubi compatres obſculabantur commatres.

i VOs. Fideiuſſores. & hæc eſt cauſa quare inſtitutum fuit, q3 in baptiſmo & in catechiſmo & confirmatione, qui nō eſt Chriſtianus non offerat puerum. cum enim nobiſcum non tenet articulos fidei, qualiter poteſt eſſe obſes pro puero? & qualiter docebit in ijs quæ hic dicunt: ſed non uidet, q͛ ſint fideiuſſores pro puero: quia ſi q̃rat ab eis, erit iſte bonus, non dicerent ſic, uel non. ī. e. quæris. ſed ſunt quaſi fideiuſſores. ff. ad munic. l. ij. §. proinde. & ſufficit qd᷑ puer non contradicat. ff. ſolu. mat. l. ij. §. ulti. Nam infans furioſo cōparatur. xv. q. j. §. ulti. & c. illud peræque. & ita eo ipſo tenentur paruuli, quòd nō cōtradicunt. ī. e. quæris. alias enim nō tenentur fideiuſſores. ff. de fideiuſ. omnis.

Pueros in baptiſmo tenere nō poſſunt, q̃ chriſtiani non ſunt.

OMnis presbyter. Hæc eſt xx. pars diſt. ſecundum Io. de Fan. & hoc intellige de presbytero eccleſiæ baptiſmalis. Et ſic continuat. ſ. dictum eſt de efficacia baptiſmi, & offerētibus ad baptiſma. nunc uero ſubijcit de loco in quo fieri habeat baptiſmus. Archid.

NOn licet. Hæc eſt xxj. pars diſt. in qua probat per xij. c. qd᷑ nullus debet rebaptizari: ſed tamen ſi neſcitur utrum ſit baptizatus an non, debet baptizari: quia non intelligitur iteratum, quod neſcitur factum. ī. ea. di. ſolennitates.

k Non licet. de rebaptizatione non facienda. xij. cap. adiungit.

l Tranſlationes. [illegible] eſt, mutationes, niſi in neceſſitate uel utilitate. vij. q. j. mutationes. in qua. n. eccleſia quis intitulatus eſt, in ea perpetuo perſeueret. ut di. lxx. ſanctorum. Ioan. ad idem. xxj. q. j. c. j. Archi.

m REbaptizare. Immaniſsimum. & capite punitur C. ne ſanctū baptiſ. reiteretur. l. j.

n Scelus eſt. nam maius

maius peccatum eſt rebaptizare chriſtianum hominem, uel catholicum, quã hæreticum. ſi.ar. q maius peccatum eſt occidere Chriſtianum quam paganum. ſ. diſt. 50. de his clericis. & xxiij. qõ. v. ſi non licet. Sed cõtra uidet̃, [ı] q qui paganum occidit, & corpus & animam occidit: & uidetur occaſionem dare perdendi animam eius: ſed cum occidit Chriſtianũ animam eius non occidit: quia fortè bonus eſt. ſimiliter & in primo uidetur eſſe æquale peccatum, quia ſimiliter iniuria ſacramento fiet in iſto ſicut in illo. ſed forte quia hæreticus à Deo receſſerat, uidetur q magis eſſet rebaptizandus, & ideo dicit minus peccatum eſſe in iſto, quam in illo. [2]

Chriſtianũ occidere, an grauius ſit, quã paganum.

[ı] Ad hoc xxiiij. qõ. iij. ſi habes. iuxta fin. ubi de hoc.

[a] DE Arrianis. Nõ reſponderint. id eſt, reſponderint inter ſe non eſſe baptizatos in nomine Trinitatis, id eſt, patris, & filij & ſpiritus ſancti. error enim cuiuſdam ſiue dantis ſiue accipientis, ad baptiſmum pertinere non probatur. ſ. ea. diſtinct. ſatis.

[2] Hęc eſt ſententia. Hu. & L. quorũ fuit iſta glo. Archid.

[b] Rebaptizentur. idem dicerem, ubi nihil diceret de forma, cum dicerent ſe baptizatos, & hoc ideo, quia quidam baptizati ſunt in forma, alij non. [3] ſed ſecus dicerem de baptizato in eccleſia, licet nihil de forma diceret: ut j. c. placuit.

[3] Vt ſ. j. q. j. §. ſed notandũ. & c. ſeq.

[c] PAruulos. Debeas. ſ. diſtinctio. lxiij. presbyterai quos. & §. quod ergo.

[d] Qui teſtificetur. eos baptizatos eſſe.

[e] Ratio. nam in talibus certius eſt tenendum. extra de ſpon. iuuenis. de pœnit. diſtinct. ultim. cap. antepen. & ult. Ioan.

Item ex concilio Arelatenſi primo.

De Arrianis, quando rebaptizentur, & quando non.

CAN. CVII.

DE Arrianis qui propria lege ſua utuntur: placuit ſi ad eccleſiã aliqui de hac hæreſi uenerint, interrogẽt eos noſtræ fidei ſymbolum ſacerdotes: & ſi præuiderint eos in patre & filio & ſpiritu ſancto eſſe baptizatos, manus eis tantum imponant, ut accipiant ſpiritum ſanctum. qui ſi interrogati non reſponderint [a] hanc trinitatem, rebaptizentur. [b]

Itẽ Grego. iiij. Bonifa.

Rebaptizentur de quibus ignoratur an ſint baptizati.

CAN. CVIII.

PAruulos qui a parentibus ſubtracti ſunt: & an baptizati ſint an non, ignoratur: ut hos baptizare debeas, [c] ſecundùm patrum traditiones ſi non fuerit qui teſtificetur, [d] ratio [e] poſcit.

Item ex concilio Carthaginenſi quinto.

De eodem.

CAN. CIX.

PLacuit de infantibus, quoties nõ inueniuntur certiſsimi teſtes qui eos baptizatos ſine dubitatione eſſe teſtẽtur, [f] neque ipſi ſunt per ætatem [g] idonei de traditis ſibi ſacramentis reſpondere: abſque ullo ſcrupulo, eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari: hinc etiã legati Maurorũ [h] fratres chariſsimi conſuluerunt: quia multos tales a Barbaris redemerunt. Similiter de eccleſijs quoties ſuper earũ cõſecratione hæſitatur, agendum eſt: id eſt, ut ſine ulla trepidatione conſecrentur.

Item Leo Papa Leoni Rauennati archiepõ. [†]

De eodem.

CAN. CX.

mus: areolæ æquo limite diuidantur: in quibus [illegible] olerum iactata fuerint ſemina, uel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ. hic pulcherrimorum uerſuum [a] ſpectator aſsiſtas: Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam elicit: illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet: [b] ſcatebriſq; [c] arētia temperat arua. Inſerantur fructuoſæ arbores, uel gēmis, [d] uel ſurculis: ut paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apū fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis [e] prouerbia, & monaſteriorum ordinem ac regiā diſciplinam in paruis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus. Scribantur & libri: ut & manus operētur cibum, & anima ſaturetur lectione. [f] In deſiderijs enim eſt omnis otioſus. [g] Aegyptiorum monaſteria hunc morē tenent, ut nullum abſq; opere & labore ſuſcipiant: non tam propter uictus neceſsitatem, quā propter animæ ſalutem: ne uagetur perniciosis cogitationibus mens, & ad inſtar fornicantis Hieruſalem omni trāſeunti diuaricet pedes ſuos. & in ſequentibus: Quid ergo? Peribunt omnes qui in urbibus habitant? Ecce illi fruunē ſuis rebus: miniſtrant eccleſijs: adeunt balnea; unguenta non ſpernūt: [h] & in omnium flore uerſantur. Ad quod etiam ante reſpondi, & nunc breuiter reſpondeo: me in præſenti opuſculo, non de clericis diſputare, ſed monachum inſtituere.

Item in libro quinto capitulorum.

Abſque prælati ſui licentia, canonicis nihil agere licet.

CAN. XXXIII.

9 IN omnibus [i] igitur (quantum humana fragilitas permittit) decernimus, ut canonici, [k] uel clerici canonicè uiuant obſeruantes diuinæ doctrinam ſcripturæ, & documēta ſanctorum patrum, & nihil ſine licētia epiſcopi ſui uel magiſtri eorum incōpoſitè [l] agere præſumant, in uno [m] quoq; cōpatu ſimul manducent & dormiant, [n] ubi his facultas id faciendi ſuppetit. Qui de rebus eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt, in uno clauſtro maneant, & ſingulis diebus manè, prima hora ad lectionem ueniant, & audiant [o] quid eis imperetur. Ad menſam uerò ſimiliter lectionem audiant & obedientiā ſecūdum canones ſuis [p] miniſtris [q] faciant.

Item ex concilio Manetenſi.

Presbyteri, qui ſimul conueniunt, ebrietatem et comeſſationes ſummopere uitent.

CAN. XXXIIII.

10 NVllus presbyterorum, quando [illegible] anniuerſarium [r] diem xxx. uel ſeptimum, uel tertium alicuius defuncti, aut quacunque uocatione ad collectam presbyteri cōuenerint, ſe inebriare nullatenus præſumāt, nec precati in amore ſanctorum uel alicuius animæ bibere, uel alios ad bibendū cogere, [s] uel ſe aliena precatione ingurgitare, nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre aut cantare præſumāt, uel turpia ioca, uel urſo uel tornatricibus [t] ante ſe fieri patiātur, nec laruas [u] dæmonum ante ſe fieri [†] conſentiant: quia hoc diabolicū eſt, & à ſacris canonib. prohibitū.

[†] Alias ferri.

Item ex concilio Laodicenſi. [†]

[†] alij.

Clericus uel laicus ſine iuſsione epiſcopi, non peregrinetur.

[a] Pulcherrimorum uerſuum. Scilicet, Vergi. quibus illud oſtenditur. Arg. contra. 7. xxxvij. diſtin. legimus.

[b] Ciet. i. mouet.

[c] Scatebriſque. i. ebullitionibus.

[d] Vel gemmis. Gēmæ dicuntur nodi uirgarum, unde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, quod quædam arbores dicuntur gēmales: [†] ut ff. ſolu. mat. diuortio. §. ſi fundum. Surculus eſt nodus. Truncus ubi arbores inſeruntur. arg. xxuj. q. iiij. ipſa pietas.

[e] Salomonis. Dicētis, Vade ad apem & diſce quomodo operatrix ſit, & caſtum opus faciat.

[f] Lectione. Et dicit lex, quod libertus ſimul poteſt præſtare operas dominis diuerſis: quia poteſt ſcribere, uni, & cuſtodire domum alij. ff. de oper. lib. duorum.

[g] Omnis otioſus. Quæritur Aegiſtus quare ſit factus adulter? In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat. extra de renunc. niſi cū pridē.

[h] Non ſpernunt. Peccant tamen, & epitimio tradendi ſunt 7. xxj. quæſtio. iiij. c. j.

IN omnibus igitur. Hæc eſt ix. pars diſt. in qua dicitur quod canonici ſimul debent comedere, dormire, & iacere in uno conclauı. Io. de Fant.

[i] In omnibus. De modeſtia clericorū, & ſobrietate iiij. ca. continuat.

[k] Vt canonici. Regulares. nam canon nuncupatur regula. di. iij. canon.

[l] Incompoſitè. Maxime, quoniam & ſi bonum agat, pœnā meretur. ff. de re mili. l. iij. in § i bello.

[m] In uno. Id eſt, epiſcopali ſede.

[n] Et dormiant. Supra di. xxxij. & quæ contra. j. q. ij. ſacerdos. Sed hic de regularib. Vel ē derogatū. di. iiij. leges. [†]

[o] Audiant. Quia conuiuium eorum non debet eſſe ſine lectione. 7. xliiij. di. pro reuerentia.

[p] Suis. Alias eſſent acephali. xcij. diſt. nulla.

[q] Miniſtris. Id eſt, prælatis quia ſubditis miniſtrant uerbum Dei. xxxvj. di. ſi quis. [†]

NVllus presbyterorum. Hęc eſt x. pars di. ſecundum Ioan. de Fant.

[r] Anniuerſarium. Supra xiij. quæſtio. ij. quia alij.

[s] Cogere. Argum. contra Anglicos, ut, extra de uita & honeſta. clerico. à crapula.

[t] Vel tornatricibus. Id eſt, ioculatricibus, quæ uoluuntur ut torni.

[u] Nec laruas. Extra de ui. & hone. cleri. quoniam, & c. cum decorem.

[†] Dic & extra de uita & hone. [illegible] quoniam et.

[†] Vt in euāgelio: qui maior ueſtrû ē, ſit miniſter ueſter. Arc.

Gemmæ ſunt nodi uirgarū.

[†] Gemi. nales.

Prou. 6. b

Libertus dñis poteſt ſeruire duobus.

Verſus

Canon dicitur regula.

Non

Digitized by Google

NOn oportet. Hæc eſt.xj.pars diſtinct. ſecundum Ioan.de Fant.

a Iuſsionem. nec ep̄m præter iuſsionē patriarchæ.

b Ad peregrinandum.ut C. de epiſco.& cler.ſi qua per calumniam.in fine.

Epiſcopi literas habeat q̇ peregrinari uolet.

CAN. XXXV.

11 NOn oportet miniſtros altaris, uel quoslibet clericos p̄ter iuſsionē [a] ep̄i ad peregrinandū [b] proficiſci. Laicum etiam ſine canonicis literis, [c] id eſt,formata ſimiliter non oportet alicubi proficiſci. [d]

Item ex eodem. †

Quibus ſpectaculis clericus intereſſe non debet.

CAN. XXXVI.

NOn oportet miniſtros altaris, uel quoslibet clericos ſpectaculis [e] aliquibus, q̄ aut in nuptijs, aut ſcenis [f] exhibenē intereſſe:ſed antequam Thymelici [g] ingrediātur,ſurgere eos de cōuiuio.& abire debere.

Itē Aug.ad poſsidoniū. & qui cū eò ſunt fratres.

Colorum fucis mulieres uti non debent.

CAN. XXXVII.

12 FVcare [h] figmentis quò uel rubicundior uel cādidior, uel uerecundior appareat, adulterina fallacia eſt:q̄a non dubito etiam ipſos maritos ſe nolle decipi, quib. ſolis permittēdæ ſunt fœminæ ornari ſm ueniā.nō ſm imperiū. Nā uerus ornat⁹ maximè Chriſtianorū & Chriſtianarū nō tātū non eſt ullus fucus mēdax:uerum nec auri quidem ueſtiſq; pompa, ſed mores boni ſunt. Execrāda aūt eſt ſuperſtitio ligaturarū, in quibus [i] etiā inaures uirorū [k] in ſummis ex una parte auriculis ſuſpēſę deputanē:quia non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendum dæmonibus adhibentur.

Itē ex ſymbolo Epheſi.concilio ducētorū epiſcoporū, quod habitum eſt contra Neſtorium. [l]

Quod ſpiritus ſanctus procedit à patre & filio.

CAN. XXXVIII.

13 DE ſpiritu [m] dicit dn̄s in Euangelio, Ille me clarificabit. [n] Hoc rectiſsime ſētientes, unum Chriſtum, & filiū nō uelut alterius egentem gloria confitemur à ſpiritu ſancto gloriam conſecutū:quia ſpiritus eius nec melior,nec ſuperior ipſo ē: ſed quia humana opera faciens ad demonſtrationē ſuæ diuinitatis uirtute p̄prij ſpiritus utebat, ab ipſo clarificatus dicitur:eò quòd uirtus ſua, [o] uel qualibet diſciplina unūquenque clarificat. quamuis enim in ſua ſit ſubſtantia ſpiritus eius,& intelligatur in pſona p̄prietas, [p] iuxta id quod ſpiritus eſt, & non filius:attamen alienus [q] nō eſt ab illo. nam ſpiritus appellatus eſt ueritatis, [r] & ueritas

c Literis. hoc de cruce ſignatis, qui debēt ire ultra mare. uel de pœni.B.

c Literis.in auth. de ſan. epiſ. §.inter dicimus. collat. ix. extra de uot. magnæ. nec etiam priuatus aliquis principem adire poteſt ſine authoritate iudicis.C. de accuſ. ſi quis decurio.lib.x. Et quod alias fieri dicit iuſsionem,intellige petitam & obtentā nā ep̄o cōtradicente nec clericus, nec laicus ire debet.arg.xj. q.iij. q̄d ergo. nec ad iudicium alterius ep̄i. iij.q.vj.nō licet de pœ.diſt.vj. placuit. quod eſt cōtra Gratianū, qui dixit per l. ff. de iudi.l. ij.& ff. de iur. om.iud.ſi conuenerit. contrariū, q̄a leges nō dedignātur ſacros canones imitari.in authen. ut cleri. apud propri.epiſ.male.n. de ſui ep̄i iudicio p̄ſumit, &c.xj.q.j. placuit.& contumeliā facit iudici, qui eum omittit, & ad aliū uadit.ff. de excep. litigatores.

† c.54.

d Proficiſci. Si autem clericus tādiu abſit, quod dubitet an uiuat, an mortuus ſit:definit [a] habere liberā adminiſtrationē. inſtit. de uſuc.§. quod autē.

Clericus perdit adminiſtrationē per diutinā abſentiam.

a Deſinit & beneficiū alteri cōferri poteſt. Ant. Corſetus in ſingula uer. uagabundus.

e NOn oportet.Spectaculis.ſ. diſtin.xxxiiij.presbyteri.

f Scenis. quid ſit ſcena. Labeo definiuit.ff. de his q̄ notan. infa.l.ij.§. ult.

g Thymelyci. à Thymele, quod eſt pulpitum. imo Thymelici dicuntur, qui miniſtrant ludentibus.ff.de his.qui not.infa.athletas.

FVcare figmentis. Hæc eſt xij.pars diſt.in qua dicitur, quod nullus debet ponere unguentum in faciem,nec ligaturas in aures.Ioan.de Fant.

h Fucare.i.tingere.C. quæ res uen. non poſſunt.l.ſ.

Verſus. Verſus. Si uitium frontis, alienus fucus inauret, Gloria frontis obit: cum color hoſpes abit.

i In quibus.id eſt,inter quas.

k Virorum.id eſt,à uiris data. Sed uidetur, quod nec in talibus teneat donatio: quia dicit lex quod ſi uir dat uxori margaritas extricatas, [a] ſi ipſa perforauerit,tenetur lege Aquilia.ff.ad leg. Aqui.ſi ſeruus §. ſi cum maritus. Sed illud exaudi, cum noluit eā transferre dominium. alias ſi dat ei unguēta,uel pecuniam ad ea emēda, tenet donatio. ff. de donat. inter uir. & uxor. quod autē. §. j. Idē eſt ſi dat ei ornamenta. ff. de aur. & arg.leg.l.argumento.§. ornamenta.

Donatio in aliquibus tenet quam maritus uxori facit.

a Id eſt, abinuicē ſeparatas, ſecundum Accur.

l Contra Neſtorium.

CASVS. *Dicebat Neſtorius epiſcopus Conſtant. & etiam Græci dicunt ſpiritū ſanctū à ſolo patre procedere non à filio. quod uolebāt arguere ex uerbi domini dicentis. ſc; licet de ſpiritu ſancto.Ille me clarificabit,qui à patre procedit. Huiuſmodi error extirpatur hic* [3] *nam ſynodus interpretatur illa uerba Chriſti, Ille me clarificabit,&c. oſtendens ſpiritum ſanctum procedere à patre & à filio. In alijs etiam errauit Neſtorius epiſcopus. xxiiij. quæſtio. iij. quidam.uerſi. Neſtoriani.*

3 Hic eſt 13.ps huius diſtinctionis.

m DE ſpiritu. Cum alia ſacramenta in uirtute ſpiritus ſancti perficiantur: non rite ipſa ſacramenta miniſtrantur, ſi in ſpiritus ſancti p̄ceſsione non recte ſentitur, de qua ſubdit duo capi. ſupra diſt.ij.cum omnem.

Sacramenta omnia in uirtute ſpiritus ſācti perficiuntur.

n Clarificabit. id eſt, opera quæ faciam in uirtute eius,manifeſtabunt me hominibus.

o Sua.i. Chriſti, qui eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum eo.

p Proprietas. id eſt,diſcretio: quia perſonaliter ab eo eſt diſtinctus.

q Alienus.id eſt,aliud in eſſentia:imo idem.

r Veritatis.id eſt,à ueritate, id eſt, à filio procedens.

Ex Dep

Chriſtus eſt. Vñ etiam ab iſto ſimiliter, ſicut ex Deo patre [a] procedit. Deniq; hinc ipſe ſpiritus etiā per manus ſanctorū Apŕorū, miracula glorioſa perficiens dñm glorificauit Ieſum Chriſtū, poſt quā aſcēdit in cœlū. nam creditur Chriſtus natura Deus exiſtere per ſuum ſpiritum uirtutes efficiens: ideoque dicebat, De meo [b] accipiet, & annunciabit uobis.

Item Dydimus in libro de ſpiritu ſancto contra errores Græcorum.

De eodem.

CAN. XXXIX.

SAluator, qui & ueritas eſt, ait: Nō.n. loq̃tur à ſemetipſo. hoc eſt, nō ſine me & ſine meo, et pr̃is arbitrio, q̃a inſeparabilis [c] à mea & pr̃is eſt uoluntate: [d] & amplius [e] q̃a non ex ſe eſt: [f] ſed ex pr̃e, & ex me ille eſt. hoc.n. ipſum qđ eſt, et qđ cōſiſtit & loquit̃, à patre & à me illi eſt. Ego ueritatē loquor. i. inſpiro quę loquit̃. ſiquidē ſpiritus ueritatis eſt. Dicere.n. & loqui in Trinitate, non ſm̃ conſuetudinē noſtrā, qua ad nos inuicē ſermocinamur & loquimur, accipiēdum eſt: ſed iuxta formā [g] incorporaliū naturarū, & maximè Trinitatis, quæ uoluntatē ſuā inſerit [h] in corde credentiū, & eorū cordibus inſerit, qui eam audire ſunt digni. Liquidū ergo eſt dicere patrem, [i] & audire filiū: uel econtrario, filium loquentem audire patrem, eiuſdē naturæ [k] eſſe patrem & filiū, & in patre, & in filio, cōſenſusq; eſt ſignificatio. Spiritus quoque ſanctus, qui eſt ſpiritus ueritatis, & ſpiritus ſapientię: nō poteſt filio loquēte audire quæ neſcit, cū hoc ipſum ſit quod ꝓfertur a filio, id eſt, procedens Deus de Deo, ſpirit⁹ ueritatis procedēs a ueritate, & conſolator manans de cōſolatore Deo. Deniq;, ne quis illū à patris & filij uoluntate: & ſocietate diſcerneret, [l] ſcriptum eſt: Non.n. à ſemetipſo [m] loquet̃: ſed ſicut audiet loquetur. Cui etiā ſimile eſt quod de ſe ipſo Saluator ait: Sicut audio, [n] & iudico. & alibi: nō poteſt a ſe filius facere quicquam, niſi quod uiderit patrē facientē. [o]

Spiritus ſanctus à patre & filio procedit, quicquid dicant Græci.

[a] Ex Deo patre. mirum eſt cū Epheſinum conciliū fuerit in Græcia celebratū, & de quatuor principalibus ſit unum: ut xv. diſ. canones. quo Græci audent dicere ſpiritum ſanctū à ſolo patre procedere, cū hic dicitur cōtra. inducti tamē ſunt ad hoc dicendū, duabus de cauſis, ſcilicet q̃a Chriſtus loquēs de ꝓceſſione ſpiritus ſancti. ſolum patrē nominat, dicēs: Qui à patre procedit. Item etiā, quia in ſymbolo fidei apud eos edito, ſimpliciter cōtinetur, Qui à patre procedit. nos addimus filioq;. ſed ī fine ſymboli apud eos ſub anathemate prohibetur, ut nullus de fide trinitatis aliud docere, uel aliter prædicare, quā ibi continetur, audeat. unde dicunt nos anathematizatos qui ibi addim⁹ filioq;: ſed Chriſt⁹ ideo ita dixit: quia patri uoluit attribuere authoritatē inſpirandi. Item in anathemate ponitur aliud pro cōtrario: ſed nō eſt contrarium: ſed idē: cū filius cū patre ſit idem in ſubſtantia: ergo quod à patre procedit, & à filio, & ſic non addimus. ſed poti⁹ declaramus.

Ioan. 16. c

Ioan. 14. b & 15. c

[b] De meo. id eſt, à me, & à pr̃e meo ꝓcedit. C. de ſum. trinita. l. inter claras. Ioan.

[c] SAluator. Inſeparabilis per hoc exaudi qđ dicitur, inſeparabilia ſunt opera Trinitatis: ut xxviij. q. j. ſic enim, ut intelligatur de inſeparabilitate uoluntatis & operationis. nam quod operatur pater, operatur & filius, & ſpiritus ſanctus.

Opera trinitatis qualiter ſunt inſeparabilia.

Ioan. 16. c

[d] Voluntate. Quia uult, alias falſum eſſet, quod gignit pater, non filius: comedit filius, non autem ſpiritus ſanctus, ar. ī. ea. diſt. iij. c. ulti. Mihi enim uidetur eſſe diſtinguendū inter opera operata, & opera operantia: ſed male, niſi intelligas opera operata. i. actus ipſos: uel accidēs quod eſt in ſubiecto. Si enim intelligas opera operata ſecundū quod effectus eſt à ſua cauſa, nil operatur una perſona, quod tota trinitas non cauſet, iuxta illud, Actio diſplicuit, paſsio grata fuit.

Opa ſunt duplicia.

[e] Et amplius. alia expoſitio eſt. Ioan.

[f] Quia non ex ſe eſt. id eſt, non procedit ex ſe, id eſt, ex perſona ſua.

[g] Sed iuxta formam, &c. ſicut & ad iura corporalia reſtituitur quis, non autē ad incorporalia. ff. de uſucapio. ſequitur. §. ſi uiam. & ita aliter loquuntur leges de his, quam de illis.

[h] Inſerit. quia hoc liquidum eſt hic eſſe, &c.

[i] Patrem. In Euangelio tamen exponit, pater dicit uel loquitur de filio. i. gignit filiū. Pater uel filius loquitur de ſpiritu ſancto. i. inſpirat ſpiritum ſanctum. Filius audit patrem, id eſt, gignitur ab eo. Spiritus audit à patre uel filio, id eſt, inſpiratur ab eo. & hæc expoſitio uſitatior eſt, quam ea quæ hic ponitur.

Pater loquitur de filio, quid ſignificat.

[k] Eiuſdem naturæ. ſecūdario. principaliter .n. ſic notatur perſonarū diſtinctio: imo principaliter, nec eſt ibi inuenire prius uel poſterius. & omnia quæ in trinitate ꝑſonas diſtinguunt. eſſentiam innuunt, & eſſentialiter intelliguntur & accipiuntur. Vnde Auguſt. Non eſt Deo aliud eſſe perſonā, & aliud eſſe ſubſtantiam. cum hoc nomen perſona. principaliter editum ſit ad notandū diſtinctio. perſonarum.

Ioan. 16. a

Ioan. 5. e

[l] Diſcerneret. Dicendo quod nō procederet ab eo.

ibidem.

[m] A ſemetipſo. legitur in Euangelio Ioan. Cum uenerit paracletus ſpiritus ueritatis, ille uos docebit omnem ueritatem. non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur: & quæ uentura ſunt annunciabit uobis.

[n] Sicut audio. id eſt, intelligo & ſcio. dicitur enim filius ſcientia, & quicquid habet filius, habet à patre: & ſpiritus ſanctus à patre & filio.

Filius in diuinis quicquid habet à patre habet.

[o] Facientem. Sępe ſolet ſimilis filius eſſe patri. Itē & magiſtro diſcipulus. xxiiij. q. j. cū beatiſſimus Ioan.

FINIS.

Deo optimo maximo laus & gloria, qui eſt benedictus in ſecula.
AMEN.

CANONES POENITENTIALES,

QVORVM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS eſt ualde neceſſaria. Sunt enim quædam regulæ directiuæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.

COnſiderandum eſt de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum eſt, ꝙ ſicut eſt in ſcientijs practicis, quæ uerſantur circa opera, quod ſermo in uniuerſali eſt incertus & dubius: ſed cum applicatur ad ſingularia, incipit quodam modo habere certitudinem. ut qui non conſiderat circunſtantias particulares, potius deuiet, quàm ſe rectificet: ut patet in medicina & ſcientia morali. Sic eſt intelligendum in propoſito, quòd canones inſtruunt in generali, quomodo eſt pœnitentia imponenda. ſed deſcenſum ad ſingularia presbyteris diſcretis relinquũt, qui cõſiderant circunſtantias perſonarum attẽdentes ad canones, ſicut ad regulas directiuas: quia ſi contra canones imponãt, nõ rectè imponũt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod poſsit patrũ regulis obuiare. diſ. xxxviij. nulli. In canonib. autem maxime determinatur pœnitentia quo ad tempus, & magis, quàm quo ad modũ: quia illa determinatio eſt certior, & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo ſcias qualiter debeat procedere arbitriũ presbyteri, nota regulariter ſicut dictum eſt ſupra, ſeptennis eſt pro peccato mortali pœnitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem, ſed magis propter ſignificationẽ. In ueteri enim lege Maria ſoror Moyſi lepra percuſſa, ſeparata fuit extra caſtra ſeptem diebus. Numeri xij. Maria ſignificat pœnitentẽ. Interpretatur.n. amarũ mare. Hæc pœnituit ſeptẽ dieb. ſed nũc pœnitet ſeptẽ annis quod ſignificatum eſt Ezech. 4. Diẽ pro anno dedi tibi.

Si quęratur, quare pœnitentia ſit aggrauata, cùm lex noua ſit lex miſericordię? Reſpon. quòd hic eſt maior ingratitudo propter maiorem gratiã: & maior contemptus, propter maiorẽ dignitatem nouæ legis in qua Chriſti ſanguis eſt effuſus, & grauius peccatum propter ſtatum peccantis, qui debet eſſe perfectior Et ulterius ſatisfactio in lege noua, debet eſſe perfecta: ut in priſtinũ ſtatum reducat. Et quia Sol in una die non redit in idẽ punctũ, ſed in anno: ideo dies cõuerſus eſt in annũ. Rurſum, Quia perfectũ remediũ lege noua, ideo annus multiplicari debet per ſeptẽ, propter ſeptẽ dona Spiritus ſancti recuperanda, & propter ſeptem dotes, ſcilicet tres animæ, & quatuor corporis obtinendas. Huiuſmodi autẽ pœnitentia, non eſt omnib. imponenda nec tñ eſt infirmãda: ſed eſt inſinuãda, ut cognoſcatur quàm grauis eſt culpa. hæc Bonauen. Licet autẽ pro ſingulis peccatis criminalib. ſit ſtatuta talis pœnitentia, debet tamen imponi magis uel minus aſpera, prout maioritas uel minoritas criminis cũ cæteris circunſtãtijs hoc expoſcit: ut in ſequentib. patet. A prædicta nanque regula excipiuntur plurimi caſus, in quib. ꝓpter dignitatẽ peccãtis, uel criminis enormitatẽ, imponitur pœnitẽtia maior, aliquãdo etiam ex uarijs cauſis minor. Ad hoc ergo, ꝙ presbyter circa pœnitẽtias diſponẽdo cautius arbitretur, notandi ſunt caſus, in quib. per canones certæ pœnitentię imponuntur: quos .ſ. canones tenetur presbyter ſcire, ut dictũ eſt ſupra, Sunt añt iſti.

Primus eſt, quòd ſi presbyter fornicationẽ fecerit pœnitẽtiam x. ann. faciat hoc modo. ſ. quòd ſit incluſus, ſiue a cæteris in aliquo loco remotus, ſacco indutus, & humi proſtratus, miſericordiã Dei iugiter implorans. Primis tribus menſib. cõtinuis à ueſpere in ueſperã pane, & aqua utatur: exceptis dominicis dieb. & feſtis præcipuis, in quib. modico uino, piſciculis, & leguminib. recreetur. Elapſis autẽ ſic tribus primis menſibus de illo loco exeat: non tamen in publicũ procedat, ne populus in eum ſcandalizetur. Et hoc uidetur ꝙ in publico crimine loquatur. Poſt hoc reſumptis uirib. aliquantulum, unũ annũ & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis, dominicis, & alijs præcipuis feſtis. in quib. uino, ſagiminę, ouis & caſeo poterit uti. Finito ſic primo anno & dimidio, particeps ſit corporis dñi, & ad pacẽ ueniat, & ad pſalmos cũ alijs fratribus canendos in choro ultimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat, ſed minorũ ordinũ tantũ officia gerat: deinde uſque ad cõpletionẽ ſeptimi anni tres legitimas ferias .ſ. ſecundam, quartam & ſextam, exceptis diebus paſchalib. qui ſunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet. ſecundã tamẽ feriam uno pſalterio, uel denario ſi ſit operarius, redimere poterit. Et ſic cũ ſeptimũ annũ cõpleuerit, poteſt eum epiſcopus ad gradũ priſtinũ reuocare: ita tñ quòd in trib. annis ſequentib. ſine ulla redẽptione omni ſexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pœnitentia imponenda eſt presbytero de omnibus alijs peccatis, quę depoſitionẽ inducunt. Probantur autẽ hæc omnia. lxxxij. diſ. presbyter ſi fornicationem. quod intelligunt quidã de ſimplici fornicatione, alij fortè melius ſecundum Ray. de adulterio, uel inceſtu: puta, quia cognouit coniugatam conſanguineam, uel affinem.

Legitimæ feriæ ſunt tres

Secundus caſus eſt, ſi presbyter cognouit filiã ſuã ſpiritualem, quã. ſ. baptizauit: uel in baptiſmo, uel in cõfirmatione tenuit, uel quæ ſibi confeſſa fuit: debet pœnitẽtiã agere. xij. annis, & etiã debet deponi, ſi crimẽ ſit manifeſtũ: & peregrinando vx. annis pœniteat. & poſtea monaſteriũ intret, tota uita ſua moraturus ibidem. Eps qui talia cõmiſit pœniteat xv. annis. Ipſa uerò mulier debet oĩa relinquere, & res ſuas pauperibus daſ, & cõuerſa uſq; ad mortẽ in monaſterio Deo ſeruire. xxx. q. j. ſi quis ſacerdos. & ca. nõ debet.

Tertius eſt, ꝙ quicunque filiã ſuam ſpiritualẽ uel matrem cognoſcit, ſeptem annis pœniteat. & ſimiliter ei conſentientes. xxx. q. iij. nõ oportet.

Quartus eſt, ꝙ qui cõtrahit cũ aliqua alij deſponſata per uerba de præſenti, ipſa dimiſſa xl. dieb. ieiunet in pane & aqua, & ſequentibus ſeptẽ annis pœniteat. extra de ſponſa duo. accepiſti.

Quintus eſt, ꝙ qui cognoſcit duas cõmatres uel ſorores, ſiue uxor uiuat, ſiue nõ: ad minus vij. annis pęniteat, licet plꝰ deberet. xxx. q. iiij. ſi presbyt.

Sextus eſt, ꝙ qui cognouerit monialẽ ſiue deuotã decẽ annis pœniteat. & ſimiliter ipſa ſecũdũ formam traditã xxvij. q. j. de filia. & c. deuotam. In quorũ primo ca. dicit, ꝙ ſi filia e pi, uel presbyteri, uel diaconi poſt uotũ ſolẽne contraxerit matrimoniũ, nõ admittatur ad cõmunionẽ, niſi marito defuncto pœnitẽtiã egerit: ſi aũt eo uiuẽte deceſſerit, & pœnitẽtiã egerit, & cõmunionẽ petierit, tantũ in fine uitæ recipiet eã. In ſecundo

cap. dicit, ꝙ deuota peccans non eſt recipienda in eccleſia, niſi peccare deſierit: & deſinēs egerit pœnitētiā x. annis, poſtea recipiatᷣ ad cōmunionē: et antequā in eccleſia admittatᷣ ad orationem ad nullius conuiuium chriſtianæ mulieris accedat.

Septimus eſt de eo, ꝙ ignorāter cognoſcit duas ſorores, uel matrē & filiā, uel amitā & neptē: pœniteat ſeptē annis. Si autē ſciēter, perpetuo priuetur coniugio. xxxiiij. q. iij. ſi quis cū duabus.

Octauus eſt, ꝙ qui duxit in uxorē eā quā polluit ꝑ adulteriū, pœniteat v. an. xxxj. q. j. ſi qua uidua.

Nonus eſt, ꝙ qui cōtra naturā peccauit, ſi ſit clericus, debet deponi uel religioni tradi ſi corrigibilis appareat, ad perpetuā pœnitētiā peragēdā. Si uerò ſit laicus à cœtu fideliū, uſq; ad cōdignā ſatisfactionē debet fieri alienus, ex. de exceſ prælā. clerici. Hoc enim uitiū maius eſt, quàm cognoſcere matrē. xxxij. q. vij. adulterij. & hæc Aug. Adulterij, inquit malū, uincit fornicationem: uincitur autē ab inceſtu fornicatio. Peius enim eſt cū matre, quàm cū aliena uxore concūbere. ſed omnium horum peſſimū eſt, quod cōtra naturā: ſit ut ſi uir membro mulieris nō ad hoc cōceſſo uoluerit uti. hæc Auguſtinus. Quocunque autē modo tale factum, exerceatur, præterquam inter uirum & fœminam ordinatē & in uale debito, uitium contra naturam, & ſodomiticum iudicatur, ut dicit Ray.

Decimus eſt, quod qui coierit cum brutis, pœniteat pluſquam ſeptem annis: & ſimiliter pro inceſtu. xxxij. q. ij. hoc ipſum. & §. ſequen.

Vndecimus eſt, ꝙ presby. q intereſt clādeſtinis nuptijs: triēnio ſuſpēdiť. & ſi culpa exegerit, grauius puniatur. ex. de clandeſti. deſpō. cum inhibitio.

Duodecimus eſt, quòd qui uotum ſimplex uiolauerit, pœniteat tribus annis. xxvij. diſtin. ſi uir.

Decimuſtertius eſt, quòd qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere. & per ij. iiij. & vj. feriam à uino, & carnibus abſtinere. xj. q. iij. de his. De pœna uerò degradati celebrantis, habetur diſtinctio. 50. accedens.

Decimuſquartus eſt, quòd homicidia uoluntarius, ſine ſpe reſtitutionis deponitur, & pœniteat ſeptem annis. 50 diſtinct. miror.

Decimuſquintus eſt, quòd homicida caſualis pœniteat v. annis. & hoc ſecundū Raynu. ſi culpa cau ſam præceſſit: aliter non, niſi fortè ad cautelam. diſtin. 50. eos. & duobus cap. ſequenti.

Decimuſſextus eſt, ꝙ ſi quis fecerit homicidiū propter neceſſitatē euitabilē, pœniteat duobus annis. diſt. 50. c. de his clericis. quæ licet ſi ineuitabilis eſſet, in nullo ſibi imputaretᷣ. 50. di. quia re. Quod uerū eſt, quo ad culpā: ſed bonū eſſet, quòd pœniteret ad cautelam, & innocentiā ſuā eccleſiæ oſtendendā. ex. de homi. c. ij. §. ult. Et ſecundum Ray. fortè diſtingui pōt in homicidio neceſſario, ſicut in caſuali. & utrum culpa præceſſerit neceſſitatem, uel nō. Arg. diſ. 50. de his. not. ex. de homici. interfeciſti. Sed & ſi quis per inſaniam cōmittat homicidiū, nō ei imputatur. iij. q. iiij. iudicas. quinetiā qui intuitu diſciplinæ incaute percutiēdo occiderit, deponitur. ex. de homi. presbyterū. xv. q. j. ſi quis non iratus. Sed qui ligatū latronē interficit. deponitur. ex. de homici. ſuſcepimus. Qui aūt latronē occultū occidit, quē uiuū cōprehēdere potuit, quadraginta diebus nō intret eccleſiā, & alias pœnitere debet. ex. eo. cap. ij. ubi de hoc dicitᷣ. Qui uerò paganum, uel Iudęū occidit, pœniteat quadraginta diebus. diſt. 50. c. qui uero odij.

Decimuſſeptimus eſt, ꝙ matricida pœniteat x. annis ſecūdū formā ſatis apertè traditā, xxxiij. q. ij. latorē. Vxoricidæ uerò grauior pœnitētia debet imponi. Talis enim, & qui dominū occidit, nunquā equitat, nec uehiculo portatur, nec matrimoniū cōtrahit, uſque ad x. annos carnes nō comedit, nec uinū bibit: & alia q̃ habētᷣ. xxxiij. q. ij. admonere. & c. quicūq;. Imponitur aūt pœnitētia maior uxoricidæ, nō quia illud peccatū ſit grauius iſto, ſed quia homines proniores ſūt ad occidēdū uxores, quàm matres. Maius enim peccatū eſt occidere matrē, quàm uxorē: ut dicit Bonauē. in 4. Sentē. & cōmuniter omnes doctores. Guil. uerò Durā. tenet cōtrariū in repertorio pro eo, ꝙ uxoricidę imponitur pœnitentia maior. Mihi aūt magis placet sētētia aliorū. Sed qualē pœnitētiā agere debēt, qui filios occidūt? Reſpon. Aut eſt certū, ꝙ ipſimet ſcienter interfecerūt, & ſic debet eis imponi pœnitētia maior, quā pro alio homicidio. Arg. ex. eo. c. ul. in tex. & glo. & de homi. cū iuramēto de pœniten. diſt. j. aut facta. In hoc tamē caſu uir uxorē recuperat, quā coactus. abiurauerat: & ipſa pœnitētiā agit ſecundū arbitriū epi, ita ꝙ ſi habet alios filios pacifice gubernare poſſit eos uxor. ex. eo. intelleximus ꝙ ſi uirū nō habet, induci debet, ut intret religionē, ad quod ſi nō pōt induci tutius eſt ei dare licētiā nubēdi: ut ex. eo. ueniens. Et hoc quādo timetur de incontinentia, alias nō: ut patet xxxj. q. ij. in adoleſcentia. Et ſi pater ſit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abſtinere, & ei grauior quàm laico, nō tamē publica (niſi ueniat in publicū) pœnitētia debet imponi: ut ex. de pœn. quæſitū. Aut certū eſt, quòd non interfecerunt ſponte, nec in culpa fuerunt, ſed caſu fortuito contigit: & ſic de ſtricto iure in nullo tenētur. Arg. ex. de homi. ex literis. ij. cap. Ioannes. & cap. ult. Niſi uelint ad cautelā pœnitere. In dubio tamē præſumitᷣ, quod nō hoc ex certa ſciētia, ſed potius ex incuria prouenerit. ex. de præſump. afferte. Aut certū eſt, quòd nō exhibuerūt omnē diligentiā quā potuerunt, & debuerunt: & ſic culpa præceſſit caſū. Et ſi ſit grauis culpa, ut ſi poſuit puerū in medio utriuſq;, ſecundū arbitriū pœnitētiarij imponitᷣ pœnitētia quinq; uel ſeptē annorū. 50. diſt. ſi qua fœmina. & cap. ſeq. & cap. ſi quis ſpōte occulta, ſi ſit occultū. publica ſi ſit publicū, & maior, ſi in lecto ſuffocetur, quàm ſi in cunis. & maior presbytero Græco quā laico: ut habetur ex. de pœni. quæſitū. Et licet diſpēſetur quo ad pœnitētiā, quę eſt arbitraria, ut dicitur ibidē, nō tamē quo ad ordines propter homicidiū, quòd eſt delictū enorme & indiſpenſabile. diſt. 50. miror. Si aūt culpa quæ pręceſſit caſū, ſit leuis, ut ſi poſuit puerū in eodē lecto, longè tamē à ſe, imponitur pœnitētia trium annorū. Secundū hoc intellige illud ex. eodē, de infantibus. Monēdi ergo ſunt parentes, quòd tam tenellos ſecum in uno non collocent lecto, ne qualibet negligētia interueniente opprimātur, & ſuffocentur: ut ij. q. v. cōſului ſti. Et hoc modo diſtinguit. Hoſt. & Bern. ex. de infan. Quid de illis, qui filios uel ſeruos ſuos infantes, uel ēt adultos lāguidos relegata pietate exponūt, id eſt, ex. ſe ponunt ante eccleſias, ut aliqui moti miſericordia colligāt eos? Reſpō. Tales grauiter peccant: quia cū ignoretur ſæpe cōſanguinitas expoſitorū, cōtrahere poſſūt matrimoniū cum ſorore uel cōſanguinea: ideo exponēs, tenetur de hoc peccato pœnitere: & ē puniēdus, ſicut expoſitus ſi ſcienter cū tali cōtraheret punitetur. ex. de pœni. officij ſecūdū Hoſtiē. Talis. n. ſecundum Ray. eſt tāquā homicida iudicandus, qui hominem ſibi ita coniunctum periculo

Digitized by Google

periculo mortis exponit. Conſideratis tamen circunſtātijs, & utrū ob hoc mors ſecuta fuerit uel non pœnitētia moderanda erit. Erunt aūt tales irregulares, ſecundū Ray. ſi mors inde ſit ſecuta, quia. ſ. fuerunt in culpa eos exponendo, uel alimenta negando. Tamē ſecundū Ro. ſi in nulla culpa fuiſsēt, quia fortè nec eleemoſynas quærendo, nec aliter eos alere poſſēnt, irregulares non eſſent, nec peccarent.

Xviij. eſt, quod qui presbyterum interfecit. pœniteat. xij. annis. ex̄. de pœni. & remiſ. c. ij. De pœnitentia uerò eius, qui occidit monachum. uel clericum ſubdiaconum, uel diaconum habetur. xvij. q. iiij. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini ſui, uel in regimen eius, habetur. xxiij. q. ult. §. ſi quis.

Xix. eſt, quòd qui iniuſtè alium ad mortē accuſat, xl. diebus in pane & aqua per vij. annos ieiunet & pœniteat. & hoc ſi accuſatus ſit occiſus. Si aūt tātū mēbrum perdiderit, triēnio pœniteat. ex̄. de accu. accuſaſti. Hoſt. uerò, & Io. de Deo in ieiunādo intellexerūt ꝙ primus pœniteat per vij. ānos, quolibet āno ieiunādo xl. diebus in pane & aqua. ſecūdus uerò per tres annos. G. uerò Duran. intellexit. prout litera magis ſonat. ſ. ꝙ primus ieiunabit. xl. diebus in pane & aqua: ſiue cōtinue, ſiue interpollate: & per vij. ānos ieiunabit, & pœnitebit, non tñ in pane & aqua, ſed ad arbitrium presbyteri. ſecūdus uerò per tres quadrageſimas. Primas ante natalē Domini, Secūda ante Paſcha, Tertia ante ſanctū Ioannē. has enim inſtituit beatus Petrus, ut habet̄ in chronicis. Ieiunabit autē tunc in pane & aqua. Probantur hęc ſecundum Hoſtien. xxij. q. v. c. j. ij. & iij.

Xx. eſt, quòd periurus xl. diebus in pane & aqua ieiunet, & vij. annis ſequentibus pœniteat, & ſemper debet eſſe in pœnitentia. ſ. interiori. vj. q. j. quicunque.

Xxj. eſt, ꝙ qui cōpulſus conditionaliter à domino ſcienter peierat, ſi liber ſit. xl. diebus in pane & aqua. & hoc ſecundū glo. intellige uel cōtinue uel interpollate pœniteat vij. ānis ſequētibus: nō tamē in pane & aqua. ut dicit gl. Si uerò ſeruus ſit eius, qui eū coegit tribus quadrageſimis & legitimis ferijs. ſ. ij. iiij. & vj. xxij. q. v. qui compulſus.

Xxij. eſt, ꝙ qui peierat in manu epiſcopi, uel in cruce cōſecrata: pœniteat tribus annis. Si uerò in cruce nō cōſecrata uno anno. Qui uerò coactus & ignorās, ignorātia iuris, & poſtea cognoſcit, pœniteat tribus quadrageſimis. xxij. q. v. c. ij. Qui uerò coactus pro uita redimenda, uel qualibet cā, uel neceſsitate peierat, quia corpus plus quàm animā dilexit, tribus quadrageſimis pœniteat. ea. q. v. c. ſi quis coactus. Alij inducūt tres annos: & unū ex his in pane & aqua.

Xxiij. eſt, ꝙ qui falsū ſciēter iurat, uel aliū iurare cogit, diebus xl. pœniteat in pane & aqua: & vij. ſequētibus ānis nunquā ſit ſine pœnitentia ſ. interiori. Alij etiā, ſi conſcij fuerint. ſimiliter pœniteant. xxij. q. v. ſi quis conuictus.

Xxiiij. eſt, quòd qui mēſurat in falſa mēſura. xxx. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de contrahen. empt. ut menſuræ. De pœna uerò falſarij literarū: habetur ex̄. eo. ad audientiam. & c. dura. & c. ad falſariorum. & de uerb. ſig. nouimus.

Xxv. eſt, quòd qui frangunt pœnitentiam ſolennē ſiue redeūdo ad crimina priora, uel ſimilia, ſiue redeundo ad negotiationē, uel militiam ſecularē, quæ ſibi fuerant interdicta, ſola inter eccleſiam fidelibus oratione iunguntur, à cōmunione ſuſpēduntur, à catholicorū conuiuijs ſeparantur, & pœnitere debent x. annis, & communicent in fine uitę. xxxiij. q. ij. de his uerò. & de pœni. diſt. v. ſi quis uerò.

Xxvj. eſt, quòd qui canit miſſam, & non communicat, debet uno anno pœnitere, & interim miſſas non cantare. de conſe. diſtinctio quinta. relatum.

Xxvij. eſt, quòd præsbyter qui mortuum clericū inuoluit in palla altaris, pœniteat x. ānis & mēſibus v. diaconus uerò triennio, & dimidia. de conſec. diſt. j. nemo per ignorantiam.

Xxviij. eſt, quòd qui cōmittit ſacrilegium eccleſiam uiolando, uel chriſma ſiue calicem ſacrū pollutis manibus accipit, uel ſimilia ſacrilegia cōmittit, pœniteat vij. ānis. Primo anno ex̄. cœmiterium, quòd uiolauit conſiſtat. ſecundo anno ante fores eccleſiæ, tertio in eccleſia. & in hoc triēnio carnes non comedat: uinum nō bibat, niſi in paſca uel natali, non offerat, nec cōmunionē accipiat. quarto āno cōmunicabit, & in illo, & in v. & in vj. & in vij. tribus ferijs à carnibus, & uino abſtineat ieiunando. xij. q. ij. dæmon. Comburens autem eccleſiā quindecim annis pœniteat, & eam reſtituat. xvij. q. iiij. §. ſi quis. & in uer. maius. de pœna uerò raptoris, ſiue furis rei eccleſiaſticæ, & de pœna furis, & effractoris tam clerici quàm laici, habetur eadem. quæſtione. §. peccata. & c. ſi quis clericus.

Xxix. eſt, quòd ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum à communione triennio ſeparentur: & ſimiliter filij, ſi ſint in culpa: ſi tamē filij ſecundum promiſsionem factam contraxerint, excuſantur utique ſcilicet quo ad pœnam eccleſiæ: ſed non quo ad reatum, ex quo dederunt operā in contrarium. xxxj. q. ij. ſi qui parentes. argumen. de pœni. diſt. j. ſi cui.

Xxx. eſt quòd qui blaſphemauerit publicè Deum, uel aliquem ſanctorum: & maximè beatam Virginem, illi debet epiſcopus hanc pœnitentiam iniugere, ſ. vij. diebus dominicis præ foribus eccleſiæ in manifeſto dum miſſa cātatur, exiſtat, & ultimo illorum dierum dominicorum palliū, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatā circa collum habeat: & ſeptē præcedētibus ſextis ferijs in pane & aqua ieiunet, eccleſiā nullatenus ingreſſurus, & quolibet prædictorū dierū tres pauperes, uel duos, uel ſaltem unū reficiat, ſi pōt: & ſi non pōt hæc pœna in aliā cōmutetur, ꝙ ſi renuerit agere, oīa ſupradicta, interdicatur ſibi eccleſia: & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura. ex̄. de maled. ſtatuimus. Itē blaſphemas, ſi diues fuerit xl. alioquin. xxx. uel xx. & ſi ad hoc non ſufficit, quinque ſolidorum uſualis monetæ pœna mulctetur, nullamq; miſericordiā in hoc habiturus, ut dicitur ibidē ſ. quin ſoluat v. ſolidos. quos ſi non habet, currat per ciuitatē, uel commutetur in pœnā aliā temporalem. Hæc aūt pœna ſoluetur ei, qui cōdemnat, id eſt, poteſtatis ſeculari: hāc enim pœnam temporalē pręcepit papa imponi per poteſtatē tēporalē: ꝙ ſi neglexerit, per epiſcopū præcipitur cogi. hæc Hoſt. Habet aūt prædicta pœna locū ſecundū Gofre. cùm quis blaſphemat non ex ira, uel ebrietate, uel dementia, quia tunc cū eo mitius ageretur. ij. q. iij. ſi quis iratus. §. notandum. Secundū uerò Hoſtien. hæc pœna eſt ſpecialiter inducta contra eos, qui Deū blaſphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blaſphemat Deum, niſi iratus. Tanta tamen poſſet eſſe iracūdia, ꝙ æquipararetur dementię, & tūc illud ꝙ dicit Gofr. locū poſſet habere. hæc Hoſt. Quid ſi quis iuret per caput, uel per uētrē, uel per corpus, uel capillū? Reſpō. Hoſti. quòd ſi faciat

hoc affirmando, uel iurando, non habet locum hæc pœna. ſecus eſt ſi faciat hoc deteſtando uel uituperãdo, licet iratus. Itẽ ſecũdũ Goff. & Hoſti. hæc quæ dicunt de pœna tẽporali, fiunt iudice pro tribunali ſedẽte. In iudicio autẽ animæ presbyter diſcretus moliẽdo rigorem, diſpenſare poterit ex cauſa circa pœnam ſpiritualem ſuperiorem. xxv. q. vj. pœnitentibus. hæc Hoſtien. Item blaſphemus clericus maximè preſbyter, cogatur ad ueniam poſtulandam, quod ſi noluerit, degradetur. diſt. xlvj. clericus.

Notandum uerò quod blaſphemus ſecundũ leges eſt decapitandus: ut in auth. ut nõ luxu. contra natu. circa medium. col. vj. Secundũ uerò canonẽ antiquum clericus erat degradandus, & laicus excõmunicandus. xxij. q. j. ſi quis per capillum. Hodie uerò laicus aget pœnitẽtiã ſupradictam. ſ. illius canonis, ſtatuimus. & hoc ſi publicè blaſphemauit. Si enim oculte, non pœnitebit publicè, ut puto. Clericus uerò hodie eſt corrigẽdus pœna arbitraria & occulta nõ illa q̃ eſt publica. Clericus enim publicè nõ debet pœnitere. Si aũt rebellis fuerit. uel ſæpius hoc cõmiſerit, locum habet pœna legis. ſ. ut laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetũ. i. eccleſiæ ingreſſus ſibi interdicatur, & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura. Clericus uerò degradetũ. hæc Hoſti. tit. de maledicis.

Xxxj. eſt de presbytero, qui reuelat confeſsionẽ, quòd de iure ãtiquo debet deponi, & omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus peregrinari. de pœni. diſt. vj. ſacerdos.

Xxxij. eſt, quod qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs diuinis diſcrepat à conſuetudine propriæ metropolitanæ eccleſiæ. vj. menſibus priuatur communione, ſi hoc accidat ex contemptu. xvij. diſt. de his.

Xxxiij. eſt, quod epiſcopus, qui ordinat ſine iuſta cauſa clericum inuitum aut reclamantem, uel penitus inuitum abſolutè ſuſpẽditur anno uno. lxxiiij. diſt. c. j.

Xxxiiij. eſt, quòd epiſcopus qui correctionem de uenditione miniſteriorum diſsimulat, duobus menſibus: presbyter iiij. diaconus iii. ſubdiaconus & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. j. q. j. quicquid inuiſibilis.

Xxxv. eſt, quod ſortilegus. xl. diebus pœniteat. ex̃. de ſortilegis. requiſiſti.

Xxxvj. eſt, quòd qui uidet in aſtrolabio, pœniteat duobus annis extra de ſorti. ex tuarum.

Xxxvij. eſt de ſtilla ſanguinis altaris cadentis ſuper terram, uel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere. xl. diebus. Si cecidit ſuper palio altaris, pœniteat iiij. diebus. de conſec. di. ij. c. ſi per negligentiã.

Xxxviij. eſt, ꝙ ſi aliquis euomit euchariſtiã propter ebrietatẽ & uoracitatẽ, ſi laicus, pœniteat. xl. diebus. Si clericus uel monachus. uel presbyter, uel diaconus, pœniteat. lxx. diebus. Si epiſcopus, pœniteat. xc. diebus. Et debent euomita comburi, & iuxta altare collocari. Si uerò cauſa infirmitatis euomuerit. vij. diebus pœniteat. de conſe. diſt. ij. ſi quis propter ebrietatem.

Xxxix. eſt, quando mus corrodit, uel comedit corpus Chriſti, de pœnitẽtia huius caſus inquire, ubi ſit notata de conſ. diſt. ij. circa finem.

Xl eſt, ꝙ qui domũ uel aream uoluntariè ſuccendit, ſublata uel incenſa omnia reſtituat, & tribus annis pœniteat. ex̃. de iniur. ſi quis domum Canon tamẽ dicit, ꝙ ſi ex odio, uel iniuria hoc fecerit, excõmunicari debet, nec abſolui donec ſatisfecerit, & iurauerit quòd ignẽ decætero nõ apponet. Imponitur autẽ ſibi, ut Hieroſolymã uel Hiſpaniã uadat in Dei ſeruitio ãno integro ibi moraturus. Si quis autẽ archiepiſcopus uel epiſcopus hoc relaxauerit, damnũ reſtituat, & ab officio epiſcopali per annũ abſtineat. xxiij. q. viij. pijſsimã. Hodie autẽ poſtquã ſunt denũtiati, nõ poſſunt citra ſedem apoſtolicã abſolui: ex̃. de ſent. excõ. tua nos. Imò tex. loquitur de incendiarijs indiſtinctè, poſtquã ſunt publicati. Et Ber hoc idẽ dicit expreſsè, & Gra. ex̃. de ſen. excom. quicunq;. & Goff. licet Ro. cõtrariũ dicat. Secundum autẽ leges qui in ciuitate data opera incendiũ fecerit, ſi ſit humilis, ſubijcitur beſtijs: ſi ſit in aliquo gradu, decapitatur, uel in inſulã relegatur. ff. de incen. rui. nau. l. ſi. Qui uerò alibi, ut in uillis, uel caſtris remiſsis, ibidem ædes poſitas cõbuſſerit, ſi hoc dolo fecerit, cõburitur. Et hoc intelligendum ſecũdũ Hoſtiẽ. ſi ſit humilis. Si autẽ hoc ex ſua negligentia cõtigerit, reſarciet damnũ: uel ſi minus idoneus ſit, parũ uel leuiter caſtigetur. Et nomine ædiũ omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

Xlj. eſt quòd qui dederit uel acceperit cõmunionẽ ab hæretico, & neſcit hoc eſſe prohibitũ ab eccleſia, & poſtea intelligit, pęniteat uno anno. Si autẽ ſciuit, & neglexit, pœniteat x. annis, uel ſecũdũ quoſdã. vij. uel alias v. Qui uerò permittit hæreticũ miſsã celebrare in eccleſia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat xl. diebus. Si pro reuerentia eius, per annũ pœniteat. Si pro damnatione eccleſiæ catholicæ, & pro conſuetudine Romanorũ proijciatur ab eccleſia ſicut hæreticus, ſi ſit impœnitens, alioqui pœniteat x. annis. Si aũt relicta eccleſia ad hæreticos tranſierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat. xij. annis, tribus ex̃. eccleſiã. vij. inter audientes duobus ex̃. communionem. & ſic uiceſimoſecundo anno communionem, ſiue oblationem percipiat. xxiiij. q. j. ſi quis dederit.

Xlij. eſt, quòd patronus, qui res eccleſiæ dilapidat, uno anno pœniteat. xvj. q. vj. c. filijs.

Xliij. eſt, quòd qui domum ſuam magicis, & incantatoribus luſtra, uel aliud facit, & qui ei hoc conſuluit, annis v. pœniteat. xvj. q. v. qui diuinatores. & c. non liceat.

Xliiij. eſt, quòd qui pacem cum proximo ſuo non facere iurat, anno uno pœniteat, & ad pacem redeat. xxij. q. ij. qui ſacramento.

Xlv. eſt, quòd pro periuro, adulterio, homicidio. dantur pro pœnitentia regulariter vij. anni, & ſimiliter pro fornicatione: licet non ita aſpera pœnitentia iniungatur. xxiij. q. j. prædicãdum. xxxiij. q. j. hoc ipſum. & §. ſequen.

Xlvj. eſt, quòd qui ſcienter rebaptizatur. vij. annis pœniteat, & feria iiij. & vj. in pane & aqua ieiunando, tres quadrageſimas facit. & hoc ſi fecit pro hæreſi introducenda. Si autem pro mundicia, i. pro ſalute corporis obtinenda, ut ex̃. de apoſta. cap. ij. tribus annis pœniteat. de conſe. diſtinct. iiij. qui bis. & talis qui bis baptizatur, uel confirmatur, fit de foro eccleſiæ, & cogitur fieri irregularis. diſtin. lxxxiiij. dictum eſt. De pœna autem talium habetur de conſe. diſt. iiij. eos. Cuius capituli ſententiam prætermitto gratia breuitatis.

Xlvij. eſt, quòd qui uxorem adulteram cognoſcit antequam pœniteat. iij. annis pœniteat. xxj. q. j. ſi quis ſecundo. Qui uerò cognoſcit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat. ij annis. ea. q. ſi quis primo. Quomodo uerò pœnitentia iniungenda ſit mulieri, partũ alterius ſupponenti, uel etiam de nõ ſuo uiro cõceptum, habetur ex̃. de pœni. & re. officij.

Ad regu-

Ad regulas igitur prædictas inſpiciẽdo, poteſt ſtudioſus indagator procedere ad pœnitẽtias, pro diuerſis criminibus ſecũdum canones imponendas, & ex cauſa conſideratis circunſtantijs, ut dictũ eſt ſuprà, moderari poterit eas. Et licet ab ipſo omnes circunſtantiæ ſint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates perſonæ & precipuè utrum ſit perſona obnoxia alicui, aliquo uinculo ſeruitutis. Nam circa tales perſonas cauere debet pro poſſe presbyter, ne talẽ pœnitentiã eis imponat: per quam illis quib. ſunt adſtrictæ præiudicium fiat: maximè circa coniugatos: unde ſi ſeruus ſit, & timore peccauerit, obediẽs domino ſuo in atrocioribus, eſt mitius puniendus. xxij. qõ. v. qui cõpulſus, obedire tamen non tenebatur in talibus. xj. qõ. iij. ſi dominus. Si autem uoluntariè peccauerit corpore punietur, etiam acrius quam alius. xxiiij. qõ. j. qui contra pacem. Nec eſt ſeruo iniungenda peregrinatio, per quã dominus eius, qui non eſt in culpa, illius ſeruitio defraudetur. extra de ſenten. excom. relatum. Si uerò liber ſit, tota pœnitentia canonis, ſi poteſt facere, debet imponi. xvj. q. j. ſacerdotes pœnitentiam. Sed ex cauſa poterit eam presbyter moderari.

Conſiderandum etiam erit utrum ſit perſona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiã pœnitentia imponi. extra de pœ. & re. Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circunſtantiæ de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, quòd in foro pœnitentiali dicũtur legitimæ feriæ. ij. iiij. & vj. diſti. lxxj. presbyter. de conſe. diſt. iij. ieiunia Aliqui tamen ut dicit Roma. pro ij. feria ponunt ſabbatum.

Inſuper notandum eſt, quòd ſi pœnitentia in pane & aqua imponatur, non habenti panem, poteſt loco panis leguminibus & piſciculis ueſci: & etiam alijs, ſi neceſsitas illud requirat, extra de pœ. & re. licet. in text. & gloſ. alias non licet.

Notandum etiam ſecũdum Ioan. ſi pœnitentia ſit impoſita à canone, liberatur quis à ieiunio dando denarium uel legendo pſalteriũ propria authoritate. Innoc. uerò dicit quòd ieiunia neceſſaria, ut quatuor temporum, & huiuſmodi non poſſunt redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa. uoluntaria uerò redimi poſſunt, etiam ſine authoritate ſuperioris.

Ad hoc etiam nota, quòd ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum ſiue quadrageſimarũ, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ ſint arbitrariæ: ut dictum eſt ſupra. ipſe enim presbyter arbitrabitur eã per ferias legitimas faciendam ſecundum canones. 50. diſ. de his clericis. extra de homi. cap. ij. & in multis alijs iuribus. Et ſic intelligitur illud. extra de accu. accuſaſti. & de ſpon. dilectus. & ſimilia.

Expliciunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM Apoſtolorum per Clementem à Petro Apoſtolo Romæ ordinatum epiſcopum in unum congeſti.

j. EPISCOPVS à duobus aut tribus epiſcopis ordinator.

ij. Presbyter ab uno epiſcopo ordinator, item diaconus, & reliqui clerici.

iij. Si quis epiſcopus aut presbyter præter ordinationem domini, quam de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro uino ſiceram aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit: ut qui contra ordinationẽ domini faciat, deponitur: excepto nouo frumento, & [illegible], opportuno tempore. Præterea licitum non eſto aliud quidpiam admouere ad altare, quam oleũ in candelabrũ, & incenſum oblationis tẽpore.

Omnium aliorum pomorum primitiæ epiſcopo, iiij.
& presbyteris domum mittuntur, non ſuper altare. manifeſtum eſt autem quòd epiſcopus & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, uxorẽ ſuã v.
prætextu religionis non abijcito: ſi abijcit, ſegregator à cõmunione ſi perſeuerat, deponitor.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſeculares vj.
curas non ſuſcipito: alioqui deponitor.

Si quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus ſan vij.
ctum diem Paſchæ ante uerum æquinoctiũ cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut viij.
quicunque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta, non communicauerit, cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, ueniam promeretur. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tanquam qui populo author offenſionis fuerit, mõta contra eum ſuſpicione, qui obtulit.

Quicunque fideles eccleſiam ingrediuntur, & ſcri ix.
pturas audiunt, neque apud preces, & ſanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.

Si quis cum excommunicato, licet in domo, pre- x.
ces coniunxerit, iſte communione priuator.

Si quis cum depoſito clerico, ut cum clerico, pre- xj.
ces coniunxerit. deponitor & ipſe.

Si quis clericus, aut laicus à communione ſegre- xij.
gatus, ſeu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, ſine commendatitijs literis receptus fuerit, à communione excluditor tam qui recepit, quàm qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

Epiſcopo, qui parochiam ſuam dereliquerit, alteri xiij.
inſilire nefas eſto, licet à pluribus ad hoc compellatur: niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere ui adigat, nempe quòd plus lucri & utilitatis his, qui illic conſtituti ſint, uerbo pietatis conferre poſsit. neque hoc tamen à ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunq; tan- xiiij.
dem de clericorum conſortio, relicta parochia ſua, in aliam conceſſerit, & omnino tranſmigratione facta præter uoluntatem ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porrò in miniſterio publico ſit eccleſiæ, maximè ſi accerſente ipſum epiſcopo eius, redire cõtemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans, ut laicus tamẽ ibi locorũ in cõionem admittitor.

Quod ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint, pro nihi- xv.
lo reputata uacationis à miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos ut clericos ſuſceperit, à communione excluditor, ut peruerſi ordinis magiſter.

Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nu- xvj.
ptijs, aut concubinam habuit, is epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

Qui uiduam duxit, aut diuortio ſeparatã uiro, aut xvij.
meretricẽ, aut ancillam, aut aliquã, quæ publicis

ctis mancipata ſit ſpectaculis, epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

xviij. Qui duas ſorores duxit aut conſobrinam, clericus eſſe non poteſt.

xix. Clericus, qui fideiuſsiones dat, deponitor.

xx. Si quis humana uiolentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutionem amputata ei ſunt uirilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt, efficitor epiſcopus.

xxj. Qui ſibi uirilia amputauit, clericus non efficitor. ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

xxij. Si quis, cum clericus eſſet, uirilia ſibijpſi amputeuerit, deponitor. homicida etenim ſuijpſius eſt.

xxiij. Laicus, qui ſeipſum mutilauit, per tres annos à communione eijcitor. puta, quia ipſe uitæ ſuæ poſuit inſidias.

xxiiij. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehenſus, deponitor, non tamē à communione excluditor. Dicit enim ſcriptura: Bis de eodem delicto uindictam non exiges. Eidem conditioni conſimiliter & reliqui clerici ſubduntor.

xxv. Ex his, qui celibes in clerum peruenerunt, iubemus ut lectores tantùm & cantores (ſi uelint) nuptias contrahant.

xxvj. Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui uel fideles delinquētes, uel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipſis per huiuſmodi uult incutere, deponi præcipimus. Nuſquā enim dominus hoc nos docuit. Imò uerò contrà, cùm ipſe percuteretur, non repercutiebat, cùm laceſſeretur conuicijs, non regerebat conuicium: cùm pateretur, non cominabatur.

xxvij. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuſtè depoſitus, attingere miniſterium, quòd aliquando tractauerat, præſumpſerit: omnino hic ab eccleſia abſcinditor.

xxviij. Si quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit: deponitor tam ipſe, quàm qui eum ordinauit, & omnino à cōmunione abſcinditor, quemadmodum Simon magus à me Petro.

xxix. Si quis epiſcopus ſecularium magiſtratum familiaritate uſus, per ipſos eccleſiam nactus fuerit deponitor. ſegregantor quoque a communione, quicunque cum ipſo cōmunionem habent.

xxx. Si quis presbyter, proprium aſpernatus epiſcopum, ſeorſim conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine epiſcopum in pietate ac iuſtitia condemnarit, deponitor, quaſi qui principatum ambiat. tyrannus enim eſt. Conſimiliter & reliqui clerici, qui ſuum illi calculum apponunt. Laici uerò à communione ſegregantor. Atque hæc poſt unam, & item alteram, ac tertiam epiſcopi exhortationem fiunto.

xxxj. Si quis presbyter, aut diaconus per epiſcopum à communione excluſus ſit: hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quàm ab eo, qui ipſum à cōmunione excluſit: niſi fortè fortuna epiſcopus, qui ipſū à cōmunione ſegregauit, defunctus ſit.

xxxij. Nemo peregrinorum epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitijs ſuſcipitor literis: & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem uacantor. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipientor. ſin minus, ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad cōmunionem, & ulteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote. multa.n. per obreptionē fiunt.

xxxiij. Cuiuſque gentis epiſcopos oportet ſcire, quinam inter ipſos primus ſit, habereque ipſum quodammodo pro capite, neque ſine ullius uoluntate quicquam agere inſolutum. illa autem ſola quenque pro ſe tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neque ille citra omnium uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per dominum, in ſancto ſpiritu.

Epiſcopus extra terminos ſuos in ciuitatibus & regionibus ſibi non ſubiectis, ordinationes facere non præſumito. Si uerò præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit, deponitor tam ipſe, quàm etiam ij quos ordinauit. xxxiiij.

Si quis ordinatus epiſcopus miniſterium, & curā populi ſibi commiſſam nō ſuſceperit, hic à communione ſeiunctus eſto tandiu, donec ſuſceperit (obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.) Si uerò non præ uolūtate ſua, ſed præ malitia populi nō ſuſceperit: maneto ipſe quidem epiſcopus, clerus uerò eius ciuitatis à cōmunione ſegregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint. xxxv.

Bis in anno epiſcoporum celebrator ſynodus, ad pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionem uocantor, neque non in eccleſijs incidentes cōtradictiones dirimunto: ſemel quidem quarta feria Pentecoſtes, ſecūdo duodecima * Hyperberetei. xxxvj.

* Hyperbereteus apud Aſiæ populos & Macedones, October Græcè dictus.

Omnium rerum eccleſiaſticarum curam epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quidpiam ex ijs ſibi tanquam proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quæ Deo dedicata ſunt. Quod ſi pauperes illi ſint, ut pauperib. ſubminiſtrato: non tamen horum prætextu res eccleſiæ uenundato. xxxvij.

Presbyteri & diaconi abſque uoluntate epiſcopi nihil peragunto. ipſius enim fidei populus domini commiſſus eſt, & pro eorum animabus ab ipſo repetetur ratio. xxxviij.

Manifeſtæ ſunto priuatæ res epiſcopi (ſi modo & priuatas habet) manifeſtæ item ſunto dominicæ: ut priuatas quidem res epiſcopus, cum moritur, quibus uult, & quomodo uult relinquendi facultatem habeat: neque occaſione eccleſiaſticarum rerum intercidant res epiſcopi, qui nō nunquam uxorem & liberos, aut cognatos, aut ſeruos habet. Iuſtum.n. eſt apud Deum pariter & homines, ſimul ne eccleſia per ignorationem rerum epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul ne epiſcopus aut cognati eius prætextu eccleſiæ oblædātur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiuſque mors implicetur diffamationibus. xxxix.

Præcipimus ut epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat. Nam ſi pretioſæ hominum animæ, fidei eius committendæ ſunt, multò utique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, ut illius arbitratu diſpenſentur, neque non cum timore Dei, ſummaque ſollicitudine per presbyteros ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipſe (ſi modò indiget) quantum ad neceſſarios ſuos & hoſpitio exceptorum fratrum uſus opus habet, ne quo modo ipſe poſteriore loco habeatur, quàm cæteri. Ordinauit enim lex Dei, ut qui altari inſeruiunt, de altari nutriantur: quando nec milites nunquam ſuis annonis arma hoſtibus inferant. xl.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uel aleæ, uel ebrietatibus indulget, uel deſinito, uel deponitor. xlj.

Sibdiaconus, aut cantor, aut lector, qui conſimilia facit: uel deſinito, uel à communione ſeiungitor. Similiter & laici. xlij.

Eps aut pſbyter, aut diaconus, qui uſuras à mutuū accipiētibus exigit: uel deſinito, uel deponitor. xliij.

Epiſco-

xliiij. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum
hæreticis preces coniunxerit, duntaxat à com-
munione ſuſpenditor. Si uerò etiã ipſos tanquã
clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

xlv. Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum
baptiſma aut ſacrificium ſuſceperit, deponi præ
cipimus. Quæ etenim conuentio inter Chriſtũ
& Belial? aut quæ particula fideli cum infideli?

xlvj. Epiſcopus, aut presbyter ſi eũ, qui uerũ baptiſma
habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab
impijs non baptizauerit: deponitor, ut qui cru-
cem & mortem domini derideat. Neque diſcer
nat ueros ſacerdotes, à ſacerdotib. impoſtorib.

xlvij. Si quis laicus, cum ſuam à ſe uxorem abijcit, alte-
ram duxerit, aut ab alio dimiſſam, à communio
ne ſegregator.

xlviij. Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecũdũ ordinatio
nẽ domini non baptizauerit in Patrem & Filiũ,
& Spiritumſanctũ, ſed in tres principio carẽtes,
aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.

xlix. Si quis epiſcopus, aut presbyter in una initiatione
non tres immerſiones, ſed unam duntaxat, quæ
in mortem domini detur peregerit, deponitor.
Nõ enim dixit dominus. In mortẽ meam bapti
zate: ſed profecti docete omnes gẽtes, baptizan
tes eos in noĩe patris & filij, & ſpiritusſancti.

l. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut
quiuis omnino de ſacerdotali cõſortio, nuptijs,
& carnibus, & uino abſtinuerit, non propterea
quo mens ad cultum pietatis reddatur exerci-
tatior, ſed propter abominationem: oblitus, ꝙ
omnia pulcra ualde, & quòd maſculum & fœmi
nam Deus creauit hominem, ſed diffamationi-
bus laceſſens creationem Dei uocat ad calum-
niam: aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccle-
ſia reijcitor Conſimiliter & laicus.

lj. Si quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui à pecca-
to reuertitur, nõ recipit, ſed reijcit: deponitor,
eo ꝙ Chriſtum offendat, qui dixit, ob unũ pec-
catorẽ qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cælo.

lij. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, car
nibus & uino feſtiuis diebus non utatur, idque
per abominationem, non propter exercitatio-
nem ad cultum pietatis: dep onitor, tanquam
qui cauterio notatam habeat conſcientiam, &
multis author ſit offendiculi.

liij. Si quis clericus in caupona cibu capere depre-
henſus fuerit, à communione excluditor. exce-
pto tamen eo, qui neceſſario in itinere in com
mune diuerterit hoſpitium.

liiij. Si quis clericus epiſcopũ contumelia affecerit, de
ponitor. principi .n. populi tui non maledices.

lv. Si quis clericus contumelia affecerit presbyte-
rum, aut diaconum à communione ſegregator.

lvj. Si quis mancum: aut mutum, ſurdumve, aut cecũ,
aut eum, cui uitioſus inceſſus eſt, ſubſannaue-
rit, cõmunione priuator. Cõſimiliter & laicus.

lvij. Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa
clerum, uel populum agit, neque in pietate eos
erudit, à communione ſegregator. Si uerò in
ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

lviij. Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex ino-
pia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, à
communione reijcitor: ſin perſeuerat, deponi
tor, ut qui fratrem ſuum necauerit.

lix. Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam
ſacros in eccleſia ad populi, & cleri corruptio-
nem publicauerit, deponitor.

lx. Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornica
tione aut adulterio, aut quacunque alia actione
prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non
perducitor.

Si quis clericus per metum humanum, uel Iudæi, lxj.
uel Græci, uel hæretici negauerit, ſi quidem no
mẽ Chriſti, ab eccleſia reijcitor. ſi uerò nomen
clerici, deponitor. pœnitentia tamen ductus, ut
laicus recipitor.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lxij.
omnino quicunque ex ſacerdotali cõſortio co
mederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à
beſtijs abreptum, aut ſuffocatũ, deponitor. hoc
enim lex prohibuit. Sin uerò laicus fuerit à cõ
munione excluditor.

Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudęorum lxiij.
aut hæreticorum, conuenticulum ingreſſus fue
rit, ut preces cum illis coniungat, deponitor, &
à communione ſecluditor.

Si quis clericus in concertatione aliquem pulſaue lxiiij.
rit: & uno ictu ac pulſatione interemerit, depo-
nitor propter temeritatẽ ſuam. Sin uerò laicus
ſit, arcetor à communione.

Si quis dominicum diem, aut ſabbatum, uno ſolo lxv.
dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. ſin
laicus, è communione eijcitor.

Si quis uirginem ſibi non deſponſatam, admota ul lxvj.
detinet, à communione ſuſpenditor. Non lici-
tum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam deti-
neto, quã ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſe- lxvij.
cundã ab aliquo ordinationẽ ſuſceperit, depo-
nitor tã ipſe, quã qui ipſũ ordinauit: niſi fortè
conſtet ordinationẽ eum habere ab hæreticis.
Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati ſunt
hi neque, fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lxviij.
lector, aut cantor ſacrã quadrageſimã Paſchæ,
aut quartã feriã, aut paraſceuẽ nõ ieiunauerit,
deponitor, pręterquã ſi imbecillitate impediat
corporis. Sin laicus ſit, cõmunione priuator.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aut lxix.
omnino quicunque ex clericorum conſortio
cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtũ
diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nẽpe azy
ma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit
deponitor. ſi laicus à cõmunione ſegregator.

Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut lxx.
in ſynagogam Iudęorum in feſtis eorum detu-
lerit, aut lucernas incenderit, à communione
excluditor.

Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum, ex lxxj.
sãcta ſurripiat eccleſia, à cõmunione ſeiũgitor.

Vas aureum & argentum ſanctificatum, aut uela- lxxij.
men, linteumve, nemo amplius in ſuos uſus aſ-
ſumito: iniquum enim eſt. Cæterùm ſi quis de-
prehẽſus fuerit, excommunicatione mulctator.

Epiſcopum de aliquo, per fide dignos accuſatum lxxiij.
homines ab epiſcopis uocari neceſſarium eſt.
Et ſi quidẽ cõparuerit, & confeſſus conuictusve
fuerit, cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si uerò
uocatus non obtemperauerit, ſecunda quoque
uice uocator, miſsis duobus ad ipſũ epiſcopis.
Quòd ſi per contumaciam ne ſic quidem com-
paruerit, ſynodus ſuam, contra ipſum pronun-
tiato ſententiam, ne quid tergiuerſando detre-
ctandoque iudicium lucriſacere uideatur.

Indictionem teſtimonij contra epiſcopum, hæreti lxxiiij.
cus non admittitor: ſed neque fidelis, ſi ſolus
ſit. In ore enim duorum aut trium teſtium con
ſiſtet omne dictum.

Itẽ nõ oportet epiſcopũ fratri, aut filio, aut alteri lxxv.
cognato humano gratificari affectu, Neque .n.
eccleſiã Dei conferre debet in hæredes. Enim-
uero ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordina
tio: ipſe autẽ excommunicatione percellitor.

Si quis

lxxvj. Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat,
& dignus ſit, epiſcopus efficitor. nõ.n.mutila-
tio corporis ipſum polluit, ſed inqnatio animę.

lxxvij Qui uerò mutus ſurdusve, & cæcus eſt epiſcopus
nõ efficitor, non quia ob læſo corpore eſt, ſed
ne eccleſiaſtica impediantur munia.

lxxviij. Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor,
ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mun-
datus uerò recipitor: & ſi dignus fuerit, cle-
ricus efficitor.

lxxix. Qui ex uita, gentili, aduenerit, & baptizatus eſt,
aut ex conuerſatione praua, eum iuſtum non
eſt protinus promoueri in epiſcopum. Iniuriũ
enim eſt eum, qui non prius ſpecimen & docu-
mentum de ſe præbuerit, aliorum doctorẽ exi
ſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

lxxx. Dicimus, quòd non oporteat epiſcopum, aut preſ
byterum publicis ſe adminiſtrationibus immit
tere, ſed uacare, & commodum ſe exhibere uſi
bus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito
hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim
poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præce-
ptum dominicum.

lxxxj. Serui in clerum promoueantur citra dominorum
uoluntatem, hoc ipſum operatur redhibitio-
nem. Si quando uerò ſeruus quoque gradus
ordinatione dignus uideatur, qualis & noſter
Oneſimus apparuit, & domini conſenſerint,
manuſque emiſerint, & domo ſua ablegaue-
rint: efficitor.

lxxxij. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui mili-
tiæ uacauerit, & ſimul utrunque retinere uo-
luerit, tam officium Romanum, quàm functio-
nem ſacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſa-
ris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo.

Quiſquis Imperatorem aut magiſtratum contu- lxxxiij.
melia affecerit, ſupplicium luito. & quidem ſi
clericus ſit, deponitor. ſi laicus, à communione
remouetor.

Sunto omnibus uobis, clericis ſimul & laicis uene lxxxiiij.
randi ac ſacri libri, ueteris quidam teſtamenti,
Moyſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus,
Numeri, Deutronomium, Ieſu filij Naue unus,
Iudicum unus. Ruth unus, Regum quatuor, De
relictorum ex libro dierum, duo. Heſter unus.
De Machabæorum geſtis tres, Iob unus. Pſalte
riũ unus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſia-
ſtes, Canticum canticorum, Prophetarum duo
decim, unus Eſaię, Hieremiæ unus, Ezechiel
unus. Daniel unus. Inquiritor autem à uobis
extrinſecus, ut adoleſcentes ueſtri addiſcant.
item Sapientiam eruditi Syrach. Noſtra uerò,
hoc eſt noui teſtamenti, Euangelia quatuor,
Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epiſtolæ
quatuordecim: Petri epiſtolæ duę. Ioãnis tres,
Iacobi una, Iudę una, Clementis epiſtolæ duæ
& præceptiones, quæ uobis epiſcopis per me
Clemẽtem in libris octo nuncupatæ ſunt, quas
omnibus publicare non oportet, ob quædam
arcana, quæ in ſe continent, Et actiones no-
ſtras Apoſtolorum.

Finis Apoſtolicorum Canonum
Gregorio Haloandro
interprete.

REGISTRVM.

aa bb cc dd ee ff gg. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd
Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR. ✱
Omnes ſunt quaterni, præter gg QQ & RR, qui duerni ſunt, & ✱ quinterniones.

SVMMARIVM SEV Floſculus totius Decreti.

QVoniam inter cætera, quæ utilia ſunt prauidi Legiſtis & Canoniſtis, qui propter temporis breuitatē ſeu libri prolixitatem, uel penuriam ſtudere in Decretis nequeunt, hoc opus fore utile. Et quia quæ quis bene ſcit, ita memoriæ commendare non poteſt, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hiſpanus, profeſſor iuris canonici & ciuilis, ad ſummariam totius libri, quàm breuiſsimè potui, Deo ſuum auxilium præbente, collegi: quę flos Decreti meritò dici poteſt. Et cum eo quandoque concordantias Decretorū & legum tam de text. quam de notatis, ut mihi memoriæ occurrebant inſerendas decreui. Summaque totius libri, hæc eſt: quia per partes diuiſus eſt. Et prima pars eſt diuiſa in ca. & diſtinctiones: modos quarum, ſeu intentionem ſigillatim & ſummariè in hoc opere declarabo. Secūda pars eſt diuiſa in xxvj. cauſas quarum quęlibet habet ſub ſe certas & cō numeratas ſpecies, quarū omniū ſolutiones & ſentētiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac ſecūda parte in xxxvj. cauſas, & quomodo inter ipſas cauſas inſeritur tractatus de pœnitentia, qui à quibuſdam, tertia pars ipſius libri dicitur. quod non placet: quia in vij. diſt. eſt diuiſus, quarum mens in hoc opere breuiter claret & aperte. Tertia & ulti. pars eſt de cō ſecratione diuiſa in v. diſt. quarū mens hic ſummariè prælibatur. Sumanq itaque domini mei Legiſtæ & Decretiſtæ hoc donum ſui amici, quòd quamuis exiguum, commendandum tamen ab eis, ſi memores erunt illius dicti, quod Philoſophus ait: Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic uerſus Centū diſtin. & una. cauſæ ſunt triadena & ſex. Pœna tenet ſeptem, de conſecr. quoque quinque.

Diſtinctio prima.

HVmanum genus duobus modis regitur, &c. Tractaturus in hoc libro magiſter Gratianus de iure canonico, incipiens quaſdam iuris diuiſiones præmittit uſque ad quartam diſtin. In primis, prima quæſtio cum authoritatibus ſequentibus ponit, & probat differentiam quæ eſt inter ius diuinum & humanum, ſeu legem diuinam & humanam, quæ eſt uſque ad j. diſtinct.

Prima diſtinctio ponit differentiam inter ius ſcriptum & non ſcriptum: & docet certas exceptiones iuris primò quot modis ſumitur, uel accipitur apud Canoniſtas.

Secunda diſtin. ponit, & probat differentias inter leges & plebiſcita ſeu conſulta. & de omnibus habetur melius. ff. de iuſt. & iur. & de legi. & conſtit. & ſeq. per totum.

Tertia diſtinct. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta diſtinctio, ponit & docet cauſam, quare factæ ſunt leges & canones: & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, uel in eis promulgari debeat. de hoc not. C. de legitimis, per totum.

Quinta diſtinct. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale & ciuile, & cætera iura.

Sexta diſtinctio, quærit uagando extra materiam aliquantulum, & exponit ſuperfluitatem naturæ, quæ accidit homini in ſomnis, an ad peccatum imputetur.

Septima diſtinctio. ponit, qui fuerunt authores iuris, & qualiter incepit ius. & hoc melius. ff. de orig. iur. C. de uet. iur. enuc. per totum.

Octaua diſtinct. ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem, & qualiter conſuetudo cedit iuri naturali, & quòd ius naturale uincit alia iura. & de hoc extra de conſuetu. per totum. ff. de legi. & conſti. l. de quibus. & leg. ſequentibus.

Nona diſtinct. probat, quòd qualibet conſuetudines debent cedere iuri naturali, & quòd ius naturale præiudicat humano.

Decima diſtinctione probatur conſuetudines principum, ſeu leges Canonibus non præponi. ubi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia ſunt dignæ. de hoc de ſecun. nupt. cap. fi. & de operis noui nun. ca. j. C. de ſacroſanc. eccle. priuilegia.

Vndecima diſtinctione probatur, quod conſuetudo quæ non obuiat legibus uel canonibus, ſeruanda eſt. & quòd cōſuetudo praua cedit legi.

Duodecima diſtinctio ponit, quòd non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ eccleſiæ conſuetudinem ſeruari, & quæ conſuetudo ſit ſeruanda.

Decimatertia diſtinct. ponit, quòd aduerſus ius naturale nulla admittitur diſpenſatio, niſi fortè duo mala urgeant: & neceſſarium ſit alterum eligi.

Decimaquarta diſtinctio quærit & ſoluit utrum liceat nobis minora peccata cōmittere, ut alij grauiora uitent. & dicit quòd non de hoc. xxij. quæſtio. ij ne quis arbitretur.

Decimaquinta diſt. ponit originem & authoritatem eccleſiaſticarū conſtitutionum: & quæ opuſcula ſunt admittenda.

Decimaſexta diſtinct. ponit, quòd canones apoſtolorū ſunt recipiendi, & non inter apocrypha numerandi, & generalia concilia: & quorum tempore celebrata ſunt: & quorum authoritas præmineat.

Decimaſeptima diſtinctio ponit, ꝙ generalia concilia non ſunt congreganda, nec habent uim niſi authoritate apoſtolicæ ſedis.

Decimaoctaua diſtinctio. tractat de concilijs archiepiſcoporum, in quibus tractabātur cauſæ antiquitus ut hic docetur, & cæterorum prælatorum, maximè epiſcoporum. & quo tempore celebranda ſunt, & quantam uim habeant.

Decimanona diſtinct. docet & probat, quòd eccleſiaſticæ epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ ſunt.

Vigeſima diſtinctione probatur, quòd decretis Romanorum pontificum & ſacris canonibus conciliorum eccleſiæ negotia terminantur. in quibus terminandis poteſtas & ſcientia neceſſaria eſt, & inquātum præemineant decreta & canones expoſitionibus aliorum, qui ſacram paginam gloſſarunt. & ſic an dicta expoſitorum ſacræ paginæ præferantur conſtitutionibus papalibus.

Vigeſimaprima diſtinct. probat, qui ſunt executores miniſtri canonū à maiori, uſque ad infimum. & differentias miniſtrorum locorum aſsignat probans, quòd maior à minori iudicari non debet. & de eccleſiaſticis ordinibus, & ipſorum ordine.

Vigeſimaſecunda diſtinctio. docet, quod inter omnes eccleſias Romana obtinet principatum. & quòd ſunt quatuor patriarchales ſedes. & de ordinatione maiorū eccleſiarum, & primatu Romanæ eccleſiæ.

Vigeſimatertia diſtinct. probat, & docet qualiter quis miniſter in eccleſia Dei promoueri & ordinari debeat, incipiens à ſummo pōtifice, uſque ad inferiorem gradum, uel ordinem, qui pſalmiſta appellatur.

Vigeſimaquarta & quinta diſtinct. probat, quid ad epiſcopum, & quid ad unumquemq; inſeripte

pertineat

by Go

pertineat:& ſic de clericorum ordinatorũ examinatione: & quòd qui eſt epiſcopus ſine crimine debet eſſe. & ibi incipit regula apoſtoli miſſa ad Timotheum ſub illo capitulo nunc uidendum. & quot modis crimẽ accipitur. quæ regula apoſtolica xiij. habet capitula, quæ proſequitur uſque ad xlix. diſtinct. & hic proſequitur primum cap. in §. nunc autem. per ſingulos circa ordinandos.

Vigeſimaſexta diſtinctione probatur, quòd ordinandi in epiſcopum, uel ſacerdotem, debent eſſe unius uxoris uiri. & quòd bigamia non tollitur per baptiſmũ. ſed peccata delentur, & incipit ibi ij. capit. apoſtoli. & de eo tractat uſque ad xxv. diſt.

Vigeſimaſeptima diſtinctio. probat quòd nolentes uouere continentiam ad ſacros ordines promouendi non ſint, aſsignans differentiam inter uotum ſimplex & ſolenne: & quòd promoti ad ſacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto uti poſſint.

Vigeſimaoctaua diſtinctio. probat, quòd clericis habere uxorẽ non licet in eccleſia occidentali. addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus non erat: & in qua ætate, & in quibus ordinibus promouendi ſunt: & utrum laicus in epiſcopum promoueri poſsit in c. de ſua: & quod laici, de clericis etiam malis iudicare non debent.

Vigeſimanona diſtinctione probatur per plura capitula quòd ex cauſa, loco & tempore conſecrandi ſunt canones: per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in tribus præmiſsis proxima diſtin. diſcordare uidebantur. quorum quidam dicebant, quòd clerico licet habere uxorem, quidam à contrario aſſerebant.

Trigeſima diſtinct. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima diſt. quòd ex cauſa interpretandi ſunt canones.

Trigeſimaprima diſtinct. probat, & ponit exẽpla in terminis, qualiter clerici continere debent, & in fine concludit, quòd ab omnibus eſt ſeruanda continentia, præterquam ab orientalibus. & dicit quòd continentia clericorum cœpit ex tempore, & ponit de cauſa continentiæ, ponens de ſuperſtitionibus quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia deteſtantium.

Trigeſimaſecunda diſtinct. probat reprobando incontinentiam, & quòd à clerico incontinenti non ſunt audienda diuina officia, poſtea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quòd laicus uxoratus poteſt ex diſpenſatione habere beneficium, & de cohabit. clericorum & mulierum tractat.

Trigeſimatertia diſt. probat, quòd non ſolum illi, qui duas uxores habent promouendi nõ ſunt: ſed & ille, qui unam uxorem habuit, & alteram concubinam, niſi ex diſpenſatione, uel uxorem tantum meretricẽ ad ſacros ordines promouendus nõ eſt, uel illi qui morbo epileptico, uel dæmoniaco furore, uel ſimili, quandoque laborant: ſeruata diſtin. ibidem poſita in notatis.

Trigeſimaquarta diſt. ponit, quod oportet epiſcopum uitare nimiã familiaritatem domeſticarũ perſonarum, & quod non licet uenari, & iterum reuertitur, quòd non licet clerico habere concubinam uel uxorem meretricem, etſi laico licet habere concubinam, id eſt, uxorem non ſolenniter ductam.

Trigeſimaquinta diſtinct. probat, quòd ordinandum in epiſcopũ oportet eſſe ſobrium, non luxurioſum, & non uinolentum. & hoc infra diſtinct. & ponit de pœna ebrioſorum.

Trigeſimaſexta diſt. probat, quòd oportet epiſcopum prudentem eſſe, non ſolum literarum peritia, ſed etiam ſecularium negotiorum diſpenſatione. & hoc ultimum melius tractat in xxxix. diſtinctione.

Trigeſimaſeptima diſtinct. quærit, & ponit quòd ſecularibus literis oportet ordinandum eſſe eruditum, & utrum liceat eas addiſcere. & reſpondetur ſic, dum modo non ad uoluptatem, ſed ad eruditionem eas addiſcat, & quare periculoſa eſt ignorantia epiſcopis & clericis.

Trigeſimaoctaua diſtin. probatur, quòd literis debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet, & ultimò reprobat ignorantiam ponens, quod uoluntaria ignorantia omnibus eſt noxia, & ſi neſciat loqui bene Latinum, non proterea eſt reprehendendus à ſcholaribus per c. ſedulo.

Trigeſimanona diſtinctio. probat, quòd ſcholaribus & ſacerdotibus neceſſaria eſt notitia ſecularium negotiorum & peritia: & quod nimia ſimplicitas repellit à promotione: & ſunt ibi multa bona capitula ad probandum quod bona eſt ſcientia.

Quadrageſima diſt. probat, quòd oportet epiſcopũ ornatũ eſſe moribus & uirtutibus: & quòd non locus hominem, ſed homo locũ ſanctificat excepta apoſtolica ſede. & ibi incipit v. c. apoſtolicæ regulæ.

Quadrageſimaprima diſtinct. probat, quòd oportet epiſcopum ſeſe ornatum in inceſſu, & habitu & cibis. de hoc de uita & honeſtate clericorum. Deus qui.

Quadrageſimaſecũda diſtinctio probat, quòd oportet ſacerdotem eſſe hoſpitalem, extra de præbend. de monachis, & quod in hoſpitalitate non eſt habẽda delectio perſonarum. Item quòd debet eſſe pudicus. & ibi ſunt vj. capit. apoſtolicæ regulæ.

Quadrageſimatertia diſtinctio probat, quod epiſcopus debet habere gratiam docendi, & diſcretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadrageſimaquarta diſt. probat, quòd non debet eſſe epiſcopus, nec ſacerdos, nec clericus in commeſſationibus & ebrietatibus, nec in conuiuijs. de hoc extra de ui. & hone. à crapula

Quadrageſimaquinta diſtinct. probat, quòd non debet eſſe epiſcopus percuſſor hominum, non iraſcibilis, ſed patiens de hoc extra de ſenten. excommu. uniuerſitatis & eodem titulo. in uoluntate. nec debet per uim homines ad fidem trahere. de hoc extra de baptiſ. & eius eſſe maiores ultra medium. & quòd in ſe diſciplinam, & miſericordiam debet habere.

Quadrageſimaſexta diſtinc. probat, quòd litigioſus non debet eſſe epiſcopus. & ponit in principio uerba, Nihil eſt impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem artem putant. & parati ad lites in ſubiectos tumidè intonant, quòd ex arrogantia ſuperbiæ prouenire manifeſtum eſt. Item quòd uſurarij uel maledici promouendi non ſunt. & eſt cauſa quare non debent eſſe epiſcopi: quia tales uel ſunt adulatores, uel detractores, uel diſcordiam ſeminantes. ut extra de cleri. maled. per totum. de exceſ. præla. per totum.

Quadrageſimaſeptima diſt. probat, quòd cupidus & uſurarius non ordinatur, extra de præb. cũ iam dudum. & xlvij. diſtin. ſicut hi. & quod neceſſe eſt quod epiſcopus ſit diſpoſitus bene domui ſuæ, & ſciat ſuos corrigere quantum in ſe eſt, tractat in hac diſtinct. xj. & xij.

Quadrageſimaoctaua diſt. prohibentur neophyti in epiſcopos promoueri, & quòd ordinatè ad ordines aſcendendum eſt. nam caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum, in eadem diſtin. c. fina.

Quadrageſimanona diſ. ponit caſus & rationes, quare criminoſi & uitioſi nõ debeant in epiſcopos promoueri, qui in prædicta regula apoſto-

apoſtolorum in prædictis locis prohibiti fuerant diſtinctio. ij. aliquando nouimus. quod cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur deinde ponit c. in quo demonſtrat, quòd cæci, & torto naſo magno uel paruo promouendi non ſunt, & qualiter promotus in epiſcopum uel prælatum uiuere debeat oſtendit, & ſub compendio tractat xiij. cap. apoſtolicæ regulæ, de quibus præmiſit.

Quinquageſima diſtin. quærit utrũ criminoſi poſt peractam pœnitentiam in proprijs ordinibus remanere uel ad maiores gradus aſcendere ualeant. & probatur: quod ſic: quandoque ipſo iure, quandoque per diſpenſationem: ut ibi notatur, quæ eſt ſuper prin. diſtinctio. & eius diffinitione ſecundum uarias opin. de hoc etiam de temp. ordi. ca. ſi. ultimò tractat, de homicidis & publicè pœnitentibus ad ſacros ordines non promouendos: ut extra de bigamis. ca. j. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquageſimaprima diſ. probat quòd curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promo-mouendi non ſunt.

Quinquageſimaſecunda diſtinctio tractat de clerico per ſaltum promoto, qui in ordine ſuſcepto non miniſtrat, niſi prius habeat ordinem quem omiſit de hoc tractat extra de clerico. per ſaltum promoto, per totum.

Quinquageſimatertia diſtinct. probat, quare curiales & aliter obligati ordinandi non ſunt.

Quinquageſimaquarta diſtinctio probat, quòd ſerui & Saraceni promouendi non ſunt, & Iudæi non poſſunt habere mancipia christiana.

Quinquageſimaquinta diſtin. probat, quòd corpore uitiati, illiterati, bigami, ſortilegi, ſerui promouendi non ſunt: uel originariæ conditionis nec ſolenniter pœnitens bigamus, & cæteri, &c.

Quinquageſimaſexta diſtinct. probat, quòd ille qui eſt filius ſacerdotis non promouetur, ſi incontinentiam parentum ſectatur, & niſi diſpenſatione habilis ſit.

Quinquageſimaſeptima diſtinctio probat, quòd qui baptizatur in ægritudine non ordinatur: quia eius fides non eſt uoluntaria.

Quinquageſimaoctaua diſtin. probat, quòd monachus non debet aſſumi ad regimen eccleſiæ ſecularis, niſi de licentia ſui abbatis, & conſenſu diœceſani epiſcopi de hoc plenè de capel. mo. cap. j. & c. ſequen.

Quinquageſimanona diſt. probat, quod qui eccleſiaſticis diſciplinis imbuti non ſunt per ordinationem ad ſummum ſacerdotiũ non aſpirent, & ſic per gradus fiat aſcenſus ſeu per ordines.

Sexageſima diſt. probato & oſtenſo à xl. diſtin. §. nunc autem. quis poſsit ad ſacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiſcopum uel præpoſitum uel epiſcopum ſint eligendi. de hoc extra de æta. & quali. à multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexageſimaprima diſtinctio probat quod laici non ſunt in epiſcopos promouendi uel eligendi, ſed per ſingulos ordines ſunt eligendi epiſcopi & probandi, ſed laici bene poſſunt poſtulari: & quòd electio eſt facienda de propria eccleſia ſi fieri poteſt. de hoc extra de elect. cum inter. & ca. cum magiſtrum. & quod differentia eſt inter electionem & poſtulationem: ut in ſequenti. §. & uiſitator non poteſt de rebus eccleſiæ alienare. in §. cui.

Sexageſimaſecunda diſt. probat, quòd electio epiſcoporum facienda eſt per clericos non per laicos: quia populus docendus eſt non ſequendus. de hoc plenius de cauſa poſſeſſionis, cum eccleſia.

Sexageſimatertia diſtinctio probat, quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. de hoc de electi. quiſquis. & capit. ſacro. ſed electiones iam factæ poſſunt eis præſentari.

Item quod electio epiſcoporum debet fieri intra tres menſes, in quibus ſedes uacauerit, & à maiori parte capituli. de hoc extra de electio. ne pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ eccleſiæ. & de iuramento quòd imperator præſtat papæ.

Sexageſimaquarta diſtinctio. probatur quo tempore, & quibus præſentibus debent epiſcopi conſecrari. de hoc extra de tempo. ordi. ſi archiepiſcopus.

Sexageſimaquinta diſtinctio probat, quòd præſentibus omnibus comprouincialibus epiſcopis, uel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archiepiſcopo. de hoc extra de tempo. ordi. ſi archiepiſcopus. & quòd primas etiam debet conſentire ſi prouincia habet primatẽ. de offic. ordi. duo. in tex. & in not. & quòd ſi omnes epiſcopi defuerint, ius uniuerſitatis tradit unum.

Sexageſimaſexta diſt. probat, quod archiepiſcopus ab oĩbus cõprouincialibus epĩs, eſt ordinãdus & ꝙ in cõſecratiõe epiſcopi ad minus debẽt tres epiſcopi intereſſe.

Sexageſimaſeptima diſtin. probat quòd cæteri prælati & corepiſcopi, & ſacerdotes poſſunt ab uno ſolo epiſcopo conſecrari uel ordinari, & quod ſolus epiſcopus poteſt illum honorẽ conferre ſed non ſolus auferre. de hoc extra de tranſactioni. capit. ij in principio.

Sexageſimaoctaua diſtin. probat, quod illi qui ſunt ordinati ab illis quos non conſtat eſſe epiſcopos iterum ſunt ordinandi. Item de eccleſijs de hoc titulo de baptiſmo. cap. j. & de conſecratione eccle. cap. j. & ij. & quare corepiſcopi ſunt remoti. & quòd non ſunt epiſcopi, qui à minus quam à tribus ſunt conſecrati.

Sexageſimanona diſt. probat, ꝙ prima tonſura clerici de manu abbatis ſuſcipi poteſt. de hoc ex. de ſup. neg. præla. c. j. & de ætate & quali. cũ cõtingat. nec ab epiſcopo alterius ciuitatis, nec à ſuo abſolutè clericus ordinari debet.

Septuageſima diſt. probat, quòd clericus ſine titulo ordinari non debet. & quòd clericus non poteſt habere niſi unum titulum, per c. ſanctorum. de quo habetur, ex. de elect. dudum. & de ætate & qualitate. eam te.

Septuageſimaprima diſt. probatur quod epiſcopus alterius ciuitatis poteſt ordinare clericos alienos, cũ literis proprij epiſcopi. de hoc extra de temp. ordina.

Septuageſimaſecunda diſtinct. probatur, quod epiſcopus non debet dare literas dimiſſorias ſuis clericis niſi rogatus, & ponit formam ipſarum literarum. de quibus habetur de cler. pere. per totũ. & de cle. nõ reſi. fraternitati.

Septuageſimatertia diſtin. probat qualiter literæ formatæ & dimiſſoriæ fiant.

Septuageſimaquarta diſtinct. probatur, quod clerici inuiti ordinandi ſunt per ſubtractionem beneficiorum extra de electionibus. cum in cunctis. ultra medium. & de ætate & qualitate. cap. quæris.

Septuageſimaquinta diſtinct. probatur, quòd die dominico debet epiſcopus conſecrari, & intra tres menſes. de hoc habetur extra de tempori. ordina. literas. & quòd cæterorum clericorum ordinationes debent fieri in ſabbato quatuor temporum. de quo extra de tempo. ordinan. capitulo tertio.

Septuageſimaſexta diſtin. probat, quare prædicta quatuor tempora ſunt ieiunanda: & quibus temporibus ſint celebranda.

Septuageſimaſeptima diſtinct. probat, qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi, & de interſtitijs tempo-

1358

temporum, & de [illegible] dorum uſque ad [illegible] ſeptuageſimanon[illegible] docetur, quæ [illegible] tes ordinandi [illegible] electio, cum in [illegible] te & qualitate [illegible] Septuageſimanon[illegible] batur, quòd e[illegible] ſeris ſienda eſt [illegible] bus, de ele. li[illegible] nalibus uniuer[illegible] deſtione non [illegible] gradum qui [illegible] in Cardinalat[illegible] prælatur. [illegible]

Octuageſima [illegible] bus locis d[illegible] patriarchæ [illegible] epiſcopi. & [illegible] ter diſtare [illegible] lia ab altera [illegible] uileg. c. j. & [illegible] res ſunt inſ[illegible]

Octuageſima [illegible] ſub epiſcop[illegible] cur à xxv [illegible] ſtolica. & [illegible] ad xviij. di[illegible] regulæ. & [illegible] dus in epi[illegible] crimine, [illegible] cubabitur [illegible] quibus cr[illegible] facti depo[illegible] ponendi, [illegible] politi, de [illegible]

Octuageſim[illegible] quod epi[illegible] bus labo[illegible] dere deb[illegible] illa unu[illegible] contine[illegible] contine[illegible] nitenti[illegible] fieri p[illegible] peccat[illegible] hoc ex[illegible]

Octuageſ[illegible] quod p[illegible] ne p[illegible] pecca[illegible] debet [illegible] tur ſp[illegible] hom[illegible] fectu[illegible]

Octuag[illegible] tur, [illegible] de fe[illegible] tion[illegible] mo[illegible] diſt[illegible] cle[illegible]

Octua[illegible]

[illegible] te ordinan[illegible] epiſc[illegible] diſtinctione [illegible] aut ſacerdo[illegible] extra de [illegible] as. & de eta[illegible] eum. [illegible] inſtin. pro[illegible] ſummi ponti[illegible] a Cardinali[illegible] uius de Cardi[illegible] ſtolica de e[illegible] & per quem [illegible] Romane[illegible] quæ electio [illegible] cetur, in qui[illegible] primates & [illegible] & in quibus [illegible] eum uideũ de[illegible] epiſcopa[illegible] extra de pri[illegible] tempore prima[illegible] diſtinct. incipit [illegible] etiam quæ do[illegible] de regula apo[illegible] tractat uſque [illegible] c. iij. & ſub epi[illegible] c. apo[illegible] quòd ordinan[illegible] debet eſſe ſine [illegible] mulieribus [illegible] docet pro[illegible] ſint ipſi præ[illegible] monaſterijs [illegible] ſiant do[illegible] totum. [illegible] diſtin. docet [illegible] non poſſunt [illegible] & uidetur repetere [illegible] clericorum, & de [illegible] & de pœ[illegible] quæ cum ei[illegible] & de fornicationis [illegible] alijs criminibus de[illegible] diſtin. docetur, [illegible] non ſolum [illegible] eſſe debet: ſed eſſe [illegible] conſentire non [illegible] error cui non reſiſti. [illegible] de hoc extra de [illegible] & ubi ui[illegible] diſtinc. docet [illegible] eſſe uigilan[illegible] relicta [illegible] & [illegible] quæ debet eſſe in [illegible] diſt. tractatur [illegible] clericorum in[illegible] neceſſariis, quia [illegible] alimen[illegible] ca[illegible] conc. cum [illegible] diſt. probatur, [illegible] epiſcopum eſſe [illegible]

et ut ſibi [illegible] doctrina ſua [illegible] ſacram ſcripturam [illegible] lares. Item [illegible] bus neceſſitatem [illegible] ſtionibus [illegible] non uenatores [illegible] comparet calamitatibus [illegible] re facile opera [illegible] ſtare, nõ turpi [illegible] ſubueniat [illegible] prelati, nec ad uxorem [illegible]

Octogeſimaſeptima [illegible] probatur, quod uiduis, orphanis, & oppreſſis epiſcopus debet [illegible] dium, & auxilium.

Octogeſimaoctaua diſtinct. probatur, quòd clerici [illegible] ſe negotiatores eſſe non debent, ſed pietatis cauſa [illegible] & uiduis impendere [illegible] ne cler. uel mo. c. j. de uita & ho. [illegible] ne clericorum. c. 6.

Octogeſimanona diſtinct. probatur, quòd [illegible] epiſcopi [illegible] domus ſuæ bene propoſitos [illegible] ſecus in diſpenſatione rerum [illegible] clauſtri regularem eſſe obſeruandũ quòd ſingula officia ſingulis perſonis committere; & quòd [illegible] debet. & quòd [illegible] non [illegible] eccleſiaſtica officia: ſed ſunt diſtincta ſacramenta Dei.

Nonageſima diſt. probatur, quare religioſi [illegible] ordinantur [illegible] non ordinandi & [illegible] tiones non ſunt recipiendæ [illegible] mutant & conuertant.

Nonageſimaprima diſtin. probatur quæ [illegible] decere [illegible] boni ſui, & quod etiam ſi ſibi ſua beneficia non ſufficiant, [illegible] poſſunt ſibi quærere neceſſaria artificio ſuo licito. de hoc extra ne cle. uel monac. c. j.

Nonageſimaſecunda diſt. probatur, quòd magis corde quàm uoce [illegible] cantandum eſt in eccleſia Dei, & non cum organo, uel melodijs [illegible] populum delectet, ſed contra [illegible] de conſuetudine ſeruatur. Item quòd epiſcopi [illegible] recipiuntur [illegible] paro[illegible] poſſunt in alijs [illegible] exercere, & priuata [illegible] & beneficia [illegible] recipiantur. extra de elect. cum in cunctis.

Nonageſimatertia diſtinc. probatur, quòd obedientiam inferiores maioribus debent: & quòd [illegible] debet communicare [illegible] Romanæ eccleſiæ. Item [illegible] epiſcopi qui ſunt [illegible] debent eam ſemel in anno uiſitare per ſe [illegible] ton. ego N. [illegible] eccleſia ſemper debet [illegible] maioribus, quàm minor locum

[illegible]

Nonageſimaquinta [illegible] diſtinctione probatur, quòd Imperator & [illegible] ſes poſſunt [illegible] animaduertere, & eccleſiam [illegible] de hoc in [illegible] officio iudi.

Nonageſimaſexta diſtinctione [illegible] qualis & quã [illegible] debent clericos promouendi. [illegible] quolibet clerici peregrini & [illegible] ſine teſtimonio [illegible] epiſcoporum recipiendi nõ ſunt. de hoc extra de cler. pereg. per totum.

Nonageſimaſeptima diſtinct. docetur [illegible] de primatibus & [illegible] qualiter [illegible] patriarchis [illegible] & maiores [illegible] extra de officio ordinarij. [illegible] & de diuiſione [illegible]

Centeſima diſtinctio tractat de pallio & uſu eius, de quo habetur de electione [illegible] & c. capitulo [illegible] & de tranſla. [illegible] de. de uſu pal. per totum.

Centeſimaprima diſtinctio. probatur, quòd una prouincia non debet diuidi in duas. de hoc extra de præbend. [illegible] nec una prouincia debet habere duos archis

archiepiſcopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat cauſas, in quarum prima de ſimonia co, & ordinationibus tractat, eo quòd de elec. eccleſiaſtica. & de ordinibus ſuperius ſufficienter monſtratum erat.

Cauſa prima.

Quidam habens filium obtulit cum ditiſsimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras ſoluit.

HAec eſt prima Cauſa, tractans de ſimonia, quòd inter cætera crimina maximum eſt, & in ſequentibus duabus cauſis, de criminalibus tractabit ſimpliciter, præmittẽs Gratianus has tres cauſas criminales. Et habet hæc cauſa vij. quæſtio. & incidentia quædam extra ſimoniam more ſuo interſerens.

In prima quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia. Gratianus primò allegat ad probandũ quòd ſic, uſque ad. §. ſed obijcitur. Ibi in contrarium obijcit, & tres facit obiectiones quibus reſpondet, & reſponſiones authoritatibus probat. probans quòd ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma eccleſiæ tenent. diſtinguẽs in §. ſigno. inter ſacramentum neceſsitatis, & ſacramentum dignitatis, & eam proſequitur uſque ad §. ex his. ibi transfert ſe ad hæreticos, & de eorum ſacramentis uarie conſtat, uſque ad §. conſtat. ibi ad principale propoſitum redit, & tractat de ſimonia, uſque ad finem quæſtionis & de hoc, extra de ſimo. per totum. & de renun. niſi cum pridem. ſuper. §. ſecundo. Probat etiam qualiter ſimoniaci remanent in ordinibus ſuis diſpenſatiuè; & quidam non. & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptiſmo, & eius effectu. de hoc, extra de baptiſmo. per totum. & de euchariſtia. de quo, extra de celebra. miſſ. per totum. Tractat etiam incidenter, quòd non ſunt ſacramẽta in peccatoribus prælatis deſpicienda, uſque ad §. duo autem. de quo, extra de uita & honeſtate cleri. ueſtra. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt & §. obijcitur. quòd baptiſma & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma eccleſiæ: ſed non ad effectum, uel executionem, niſi ignoranter recipiantur: quia tunc bene, quo ad executionem & effectum conferuntur, uſque ad §. conſtat. A §. conſtar. uſque ad §. ſicut. probatur quòd pro nullo ſacramento recipi poteſt pecunia, nedum pro ordinatione. de quo, extra de ſimonia: non ſatis. & eod. tit. cum in eccleſiæ. & cùm ſit Romana. Poſtmodum diſtinguit inter illos, qui ſcienter a ſimoniacis ordinantur: & illos, qui ignoranter: & de pœna, & ignorantia eorum, in cap. Ratiwimus. probans in capitulo ordinationes, quot modis ſimonia committatur: quia aliud eſt munus ab obſequio, &c. & in cap. ſunt nonnulli. dicens ad finem quæſtionis, quòd qui ab ordinando, uel eligendo recipit pecuniam, uel dat, puniri debet. ſicut qui promittit pecuniam ob accuſandum, uel ob iudicandum, uel ob teſtimonium ferendum, uel non ferendum punitur, quaſi ſimoniam committat: ut j. quæſt. iij. uidentes.

Secunda quæſtio: quæritur, utrum pro ingreſſu monaſterij pecunia ſit exigenda, uel etiam exacta per ſoluenda. docetur quòd non, oſtendens primò, quod eccleſia non debet conſtrui, niſi primò dos ei conſtituatur. de hoc extra de eccle. ædi. capi. penulti. Si tamen aliquid ſine petitione fuerit oblatum, recipi poteſt. de hoc, extra de ſimon. & ſi quæſtiones. in authenti. de ſanctiſsi. epiſco. §. ſi quis autem clericos. probat in ſuper, quòd beneficia eccleſiaſtica non ſunt danda diuitibus, ſed pauperibus, per capitu. cleros. & capitu. paſtor. qui aliias unde uiuat habet, & beneficium eccleſiæ receperit, ſacrilegium committit, & iudicium ſibi manducat & bibit.

Tertia quæſt. quæritur, an ingreſſum eccleſiæ uel præbẽdam emere ſit ſimoniacum, docetur quòd ſic: quia nec ſpirituale, nec ſpirituali annexum emere licet, niſi in caſibus de quibus habetur, extra ne prælati uices ſuas. querelam. & hic in noc. prima, & ſuper capi. ij. Item de pœna talium ementium & uendentium oſtendit. docet etiam, quòd ſi iudex pro iudicando pecuniam receperit, ſimoniam committit. per capit. uendentes. de hoc, extra de uita & honeſtate clericorum. cũ ab omni. & Innoc. ſuper cap. non ſolum.

Quarta quæſt. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, quod eo ignorante conſtat eſſe admiſſum docetur primò, quòd ignorantia excuſat multis authoritatibus, niſi filij imitentur uitia paterna, uel niſi quantum ad eos peruenit. extra de renun. niſi cum pridem. ultra medium, de uſuris: tua. diſtinguens in §. notandum inter ignorantiam iuris & facti, & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur, extra de epi. qui re. epi. cap. j.

Quinta quæſtio. quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia uel fungi eo ordine, quem ſic paterna pecunia eſt aſſecutus. probatur quòd ſic, diſpenſatiuè, renuntiando epiſcopatui. de hoc, extra de ſimo. nobis: poſſunt etiam promoueri iſti ignorantes. & etiam dicendum eſt ſi per uim etiam arcteur ſimoniam intercedere: ut in ca. fin.

Sexta quæſtio. quæritur, utrum illi qui ab iſto ſimoniaco ignoranter ordinem receperunt, ſint abijciendi? reſpondetur quòd non, per capi. ſi quis. quod eſt in j. q. huius cauſæ, ſi quis à ſimoniacis. Item docetur in eadem quæſtione, quòd dare aliquid ut eligatur uel ut electio eius confirmetur, ſimoniacum eſt, per capi. ſicut is inſtitus. & C. de epiſc. & cleri. ſi quenquam.

Septima quæſtio. quæritur, an iſte renuntians ſuæ hæreſi, ſit recipiendus iterum in epiſcopali dignitate ſuadente eccleſiæ neceſſitate, uel utilitate, & ibi ſuper §. niſi rigor. tractatur de diſpenſatione ad plenum tractatur etiam de hæreticis, quando reuertuntur ad eccleſiam, & qualiter, & ſub qua forma recipiendi ſunt. & quòd neceſſaria eſt quandoque diſpenſatio, per cap. diſpenſationes. ad finem probat, qualiter ordinati ab eccleſia ſint ab hæreticis recipiendi, concludens per capitu. fin. quòd cætera crimina reſpectu ſimoniacæ prauitatis pro nihilo reputantur. de hoc, extra de ſimo cap. tanta.

Cauſa ſecunda.

Quæritur, quidam epiſcopus de lapſu carnis à laico impetitur: Duo monachi, unus, &c.

ISta cauſa habet viij. quæſtiones In prima quæſtio. tractatur, qualiter circa iudicia, & cauſas in occultis, & qualiter in notorijs ſit procedendum.

Secunda quæſtio. tractatur, quòd ſpoliatus ante reſtitutionem ſuis ſpoliatoribus reſpondere non cogitur. de hoc, extra de ordine cognitio.

Tertia quæſtio: tractatur, qua pœna feriendi ſunt calumniatores. & de abolitionibus. de hoc. extra de accuſatio. ſuper his. & de colluſione.

Quarta quæſtio. tractatur, quot teſtes in qualibet cauſa ſufficiant. de hoc melius de teſti: per totum titu. & præſertim in ca. licet.

[illegible]

Causa Tertia.

Quidam episcopus [illegible]

[illegible]

Causa Quinta.

Quidam vir in excommunicatione constitutus episcopum accusare dispo-suit, &c.

Haec est quarta Causa, [illegible]

[illegible]

Causa Sexta.

Illum fornicatorem & infamia notatis quorundam relig[iosorum] [illegible] episcopum de [illegible] &c.

Haec est Sexta causa. [illegible]

[illegible]

quòd non: niſi forte in exceptis criminibus, puta in ſimonia uel in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis. Et oſtendit quod maiores à minoribus accuſandi non ſunt, nec iudicandi: quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Et ponit qui ſint infames, probans quòd quandoque detractio (licet in ſe mala ſit) à Deo permittitur, ne in ſuperbiam eleuetur quandoque.

Secunda quæſtione probatur, quod non creditur epiſcopo ſoli ſi dicere uoluerit aduerſarium ſuum criminoſum, uel quòd hoc ei confeſſus fuerit. de hoc extra de teſti. licet. & de offic. ordi. ſi ſacerdos.

Tertia queſtione probatur, quòd non licet epiſcopo accuſato ire ad Archiepiſcopum alterius prouinciæ, quia non poteſt eum ligare uel ſoluere, niſi in caſu extra de rap. cap. j. & ibi probatur quæ dicatur prouincia, & quot epiſcopos debet habere.

Quarta quæſtione probatur, quòd ſi contingat epiſcopos & Archiepiſcopum diſcordare in iudicio iſtius epiſcopi accuſati, quòd archiepiſcopus uicinæ prouinciæ cum aliquibus de ſua prouincia epiſcopis euocandus eſt, ut cum eis quæſtio dirimatur, uel ſi prouincia habet primatem, recurratur ad eum. Quorum quidẽ ſententia tenebit, niſi ad ſuperiorem fuerit appellatum. de hoc extra de re iudi. c. ſi.

Quinta quæſtione probatur, quòd deficiente accuſatore reus non eſt cogendus ad purgationem, niſi fuerit infamatus: quia accuſatore non probante, &c. extra de accu. cum P. & de purg. can. per totum. de ſimo. de hoc in ſi. & cap. ſequenti.

Cauſa Septima.

Quidam epiſcopus longa ægritudine grauatus, ſibi alium inſtitui rogauit: cuius precibus, &c.

Hæc eſt ſeptima cauſa, & habet duas quæſtiones.

In prima quæſtione tractat de clerico ægrotante. In cui principio ponit, quod in eccleſia ſua alter aſſumendus non eſt quantumcunq; ſit tempore infirmus. Imò ſchiſmaticus dicitur, qui ſe ad hoc ingerit uſque ad §. ecce. Sed eo petẽte forſan infirmitate grauato, ſurrogetur alius ei, uel detur ei coadiutor. & ſi quid deficit in medio miſſæ, alius ſacerdos, qui debet ei aſſiſtere, compleat ſacramentum. Item quòd epiſcopi uel cæteri prælati non debent deſerere eccleſias ſuas, & ire ad alienas. de hoc de cle. ægro. & de cler. non reſi. per totum. & de transla. quanto. Item quòd non debet eis pretium conſtitui, ponens caſus quibus prælato uiuente, poteſt alius ſubſtitui. de quo habetur ex. de re. niſi cũ pridẽ. & cap. poſt trãslationẽ.

Secunda quæſtio. probatur, quòd epiſcopus ex quo renunciauit, & alius ſubſtitutus eſt: poſtea epiſcopatum ſuum recuperare non poteſt, celebrationem miſſarum, ſi cauſa infirmitatis dimiſerit, ualetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Cauſa Octaua.

Quidam epiſcopus agens in extremis, ſucceſſorem ſibi ex teſtamento inſtituit, &c.

Hæc eſt octaua Cauſa: & habet quinque quæſti. Et hæc cauſa, habuit ortum ab illo cap. quod eſt ſupra cauſa proxima. quæ. j. petiſti. ubi fuit conceſſum cuidam epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorem.

In prima quæſtio. probatur, quòd nullus prælatus debet, uel poteſt ſibi eligere ſucceſſorem: quia eccleſia Dei iure hæreditario poſsideri non debet. & de hoc uſque ad §. his omnibus. de hoc extra de fil. presby. conquerente. Deinde quædam adiungit ad electionem pertinentia probans, quod electus electionem non debet reſpuere, & qualiter eligi debeat de hoc habetur C. de epiſ. & cle. ſi quenquam. et de renun. niſi cum pridem. Et hoc propter bonum obedientiæ. quid magnũ eſt de quo extra de ma. et obed. c. ij. & qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Interſerit qualis & qualiter eligi debeat, uſque ad §. cum autẽ. probans etiam, quòd quandoque eliguntur mali prælati, propter peccata ſubditorum: & quam grauiter peccant, qui ſcientes ſe inſufficientes prælaturas aſſumunt, cum aliorum ſedem qui magis digni ſunt, non dubitant occupare.

Secunda quæſtio. probatur, quòd eorum patrocinia in electione conualeſcere non debent: ſed uita & moribus eſt præferendus. Et quòd domini electores de eligendo poſſunt iudicare & examinare, poſtquam electus fuerit, de eo non poſſunt iudicare. extra de electio. cum inter.

Tertia quæſtione probatur quòd non eſt ſimoniacus, qui poſt ſuã electionem pro indemnitate eccleſiæ ſuæ iuramentum præſtat. de hoc extra de ele. ſignificaſti.

Quarta quæſtione probatur, quòd pendente accuſatione contra prælatum ante tempus ſententiæ non debent ſubditi ab eo diſcedere, uel ei non obedire. de hoc extra de accu. olim.

Quinta quæſtione probatur, ſi quis prælatus ſuper aliquo crimine ad ſedem apoſtolicam fuerit uocatus, non debet à curia diſcedere ſine literis papæ. de hoc extra de iudi. cap. j. & de procura. conſtitutus.

Cauſa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiſcopus, aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit quendam capellanum ſui ſuffraganei, &c.

Hæc eſt nona Cauſa, & habet tres quæſtiones.

In prima quæſtione probatur, quod ordinationes factæ ab excommunicatis, & electiones factæ ab hæreticis non ſunt recipiẽdæ: quia non habent executionẽ, niſi fuerit cum ordinatis diſpenſatum. de hoc de ordina. ab epi cap. ſi.

Secunda quæſtione probatur, quòd nullus epiſcopus debet clericos alterius diœceſis promouere ſine commendatitijs literis proprij epiſcopi, uel parochianum alicuius recipere ad diuina, uel iudicare. de hoc extra de procura. cap. ij. & iij. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio à proprijs epiſcopis, ut probat c. Lugdunẽ. & extra de tempo. ordina. poſt tranſlationem.

Tertia quæſtione probatur, quod archiepiſcopi de ſubditis ſuffraganeorum ſuorum non iudicent, niſi in caſibus: de hoc extra de offic. ordi. ca. paſtoralis. quamuis eccleſia Romana de omnibus indifferenter iudicet, & nullus de ea, niſi Deus: imò cuilibet eccleſiæ poteſt propter prærogatiuam ſuæ poteſtatis de prælato prouidere, et eum remouere ſimiliter, ut in c. nunc uerò. & de hoc ex. de procura. conſtitutus.

Cauſa Decima.

Quidam laicus Baſilicam à ſe factam, à diœceſana lege ſegregare quærit. Epiſcopus eccleſiam cũ omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem, &c.

Hæc eſt decima [illegible]

[illegible]

Cauſa [illegible]

Clericus [illegible]

Hæc eſt [illegible]

[illegible]

Cauſa Duodecima.

Quidam clerici propria re- [illegible] & eccleſiæ rebus teſta- [illegible] [illegible] &c.

Hæc eſt duodecima Cauſa, [illegible]

[illegible]

Cauſa Decimatertia.

Diœceſani cuiuſdam eccl[illegible] [illegible] [illegible] compoſit. donec [illegible] [illegible] &c.

HAec eſt decimatertia Cauſa in qua tractatur de decimis, cui eccleſiæ ſunt ſoluendæ : & de iure funerandi, & habet duas quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, utrum illi, qui transferunt ſe de una parochia in aliam, & habent prędia in alia: poſsint ſoluere decimas de prædijs in parochia in qua morantur, uel in ſecunda in qua tranſiuerunt. docetur quòd in parochia ubi ſita ſunt prædia ſoluendæ ſunt decimæ prædiales: niſi per præſcriptionem eas amiſit parochia. de hoc de parochia. cap. fina. & Per totum. de deci. per totum. & maxime in cap. ad hæc hoc tamen ultimum quod dicit de præſcriptione pertinet ad ſecundam quæſtionem.

Secunda quæſtione qua quæritur, utrum iſti parochiani qui ſic ſe tranſtulerunt poſsint erigere ſepulturam in prima, uel in alia ad quam ſe tranſtulerunt. probatur ꝙ in prima regulariter, ut extra de ſepul. per totum. Item docetur ibi quod ſepultura uendenda non eſt, ut extra de ſepulturis, abolendæ. & inde credo quòd ſint extracta illa de decre. Item docetur, infra eodem, pro quibus ſit orandum poſt mortem, qui debeant in eccleſia ſepeliri, uel non. & quot modis animæ defunctorum purgantur. & qualiter per triginta dies, uel quadraginta ſit pro mortuis uel eorum exequijs celebrandum. & de eorum exequijs qualiter ſint celebrandæ. de quibus cauetur extra de celebratione miſſa. cum marthe. ad fi. de teſta. cap. penul. & quòd eis qui ſuſpendio moriuntur ſepultura non eſt neganda, &c. de hoc ſepruageſimatertia, quæſtione quinta, quid ergo. ut quia Deus non punit bis in idipſum. & infra c. proximo. ſecunda quæſtione ultima.

Cauſa Decimaquarta.

Clerici cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem de prædijs mouent : teſtes ex ſuis fratribus producunt : negotiatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum, &c.

HAec eſt quartadecima Cauſa: & habet ſex quæſtiones.

In prima quæſtione tractat de clericis, an poſsint petere res proprias.

Secunda quæſtione qua quæritur, an clerici poſsint clericos ſuæ eccleſiæ in teſtes producere, docetur quòd ſic : quia non eſt pro clericis, ſed pro eccleſias quæ mater eſt pauperum teſtificari. de hoc extra de teſti. cum Mutins.

Tertia quæſtione qua quærnur, utrum ſit uſura exigere lucrum de mercibus comparatis de pecunia mutuata. dicitur quòd quicquid ultra ſortem accipitur, uſura eſt. & quodcunque nomen imponatur ei, eſt uſura.

Quarta quæſtione quæritur; utrum liceat clericis, uel laicis uſuras exigere reſpondetur quòd non: niſi ab hoſtibus & paganis ſecundum quoſdam. de hoc extra de uſu. per totum titu. Item emere uilius ut carius uendatur, turpe lucrum eſt, & prohibitum eſt. & de hoc extra ne clerici, uel monachi. c. j.

Quinta quæſtione qua quæritur, utrum de uſuris, & de illicite acquiſitis poſsint fieri eleemoſynæ, docetur quòd non. extra de uſu. c. ſuper eo. Item de deci. capi. prohibemus. Item quòd non eſt auferendum uni iniuſte ut alij detur. & ideo prohibitum eſt ſacerdotibus aduocare per cap. denique. ne per ſuffragium alterum lædat: de hoc extra in ca. fin. de poſtul. Nec obſtat illud, quòd mandato domini in Aegypto furta commiſerunt. & per ca. dicit dominus. per quod tractatur extra de diuor. gaudemus. circa mediũ, & de eo quòd medicus & aduocatus acquirit, per cap. ſane. de hoc infra, cap. proxi. quæſtione ſecunda.

Sexta quæſtione qua quæritur, an uſurarij poſsint iuſte pœnitere niſi ablata reſtituatur. reſpondetur quòd non, per capi. ſi res aliena. de hoc extra de fur. per totum titu. & in præcedenti quæſtio. tetigit de rapina quomodo ſit prohibita : & quòd non licet clericis auferre fures quando ducuntur ad ſuſpendium, ſed poſſunt rogare ne ſuſpendantur. de hoc de epiſco. audien. addictos.

Cauſa Decimaquinta.

Quidam ſacerdos crimine carnis lapſus eſſe perhibetur antequam ſacerdotalem benedictionem conſequeretur: poſtquam uerò, &c.

HAec eſt quintadecima Cauſa, & habet octo quæſtiones tractans de incontinentia clericorum, præmittens tractatum de his quę mente alienata fiunt, & de quibuſdam alijs.

In prima quæſtione, qua quæritur, an quæ mente alienata fiunt ſint imputanda, reſpondet quòd non niſi culpa ſua inciderit in furorem, tractans de infirmitate corporis, uel carnis : & bene diſtinguit inter peccatum uoluntarium, & non uoluntarium, probans quòd qui in furore, uel inuitus aliquem hominem interfecit, non peccat.

Secunda quæſtione qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio, docetur quòd ſic. extra de poſtula. capi. tria. contraria intelliguntur. de ſecularibus.

Tertia quæſtione qua quæritur, utrum mulieri, cum qua crimen commiſit, ſit credendum. reſpondetur quòd non : quia confitenti de ſe, de aliorum criminibus credendum non eſt: ut extra de conſeſ. cap. j. docens in quibus caſibus accuſatio, uel teſtimonium mulieris poſsit admitti, & ſuperinducit multas leges.

Quarta quæſtione qua quæritur. utrum liceat epiſcopo die dominico aliquam cauſam uentilare, docetur quòd non, tractans ibi de ferijs.

Quinta quæſtione qua quæritur, utrum clerico neganti ſit indicenda purgatio. docetur quòd non, niſi de illo crimine remanſerit infamatus : ut ſupra vj. q. de hoc melius. de pur. can. j. per totum. & de ſimo. de hoc.

Sexta quæſtione qua quæritur, utrum clerici ſint ad quæſt. ponendi. reſpondetur quòd non, contra uidetur extra de commo. grauis. & quæſt. v. c. uillicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus pontifex poteſt deponere principes terrarum: ſed ſi iniqui fuerint & inutiles poteſt abſoluere uaſallos à iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. c fi. & de elect. c. uenerabilem, & in conſti. noua ad rei memoriam.

Septima quæſtione qua quæritur utrum ſine ſynodali audientia poſsit presbyter deponi & condemnari. ſoluit quòd non, quia licet epiſcopus honorem dare poſsit, non tamen poteſt ſolus auferre. de hoc extra de transl. cap. ij. in princi. & quòd in depoſitione epiſcopi. xij. epiſcopi. in depoſitione presbyteri. vij. in depoſitione diaconi, tres debent eſſe. per capi. ſi quis durandum. & ca. felix. & cap. ſeq. de hoc extra de re iud. ca. iij. Itẽ quòd in pertractandis cauſis alijs debent adeſſe clerici ipſius epi de iure : licet ſit ſecus hodie de conſuetudine in quibuſdã eccleſijs. extra de diuor. c. ex literis.

Octaua quæſtione qua quæritur, utrum clericus confeſſus in iure de crimine, quod ante confeſſio-

[illegible]

Cauſa Deci[illegible]

Quidam abbas [illegible] eccleſiam paro[illegible] ſicut [illegible] officium [illegible] lo, poſſeſſ[illegible] draginta [illegible]

Hæc eſt [illegible]

[illegible]

Cauſa Decimaſeptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus ſe fieri velle monachum dixit eccleſiæ: & beneficio in manus aduocati renunciauit.

Hæc eſt Decimaſeptima Cauſa, quæ habet quatuor quæſtiones.

[illegible]

ad religionem. extra de regu. c. ad apoſtolicam.

Tertia quæſtione probatur, quòd ex quo aliquis ſemel tranſiuit ad religionem: ex quo tenuit ingreſſus, non licet redire ad ſeculum, etiam de licentia abbatis.

Quarta quæſtione quæritur, utrũ ſi aliquis exit de monaſterio ſint ei ſua reddenda reſpõdetur quod non de hoc de renun. c. iij. de cle. coniug. quod àte. inducit incidenter: quia de ſacrilegio fecit mentionem, & de eo docet quo modo, & quot modis dicatur ſacrilegium, ut infra. §. ſacrilegium. & §. qui autem. & §. ſequentibus. & qualiter committatur. & qualiter puniatur. extra de ſentent. excom. per totum de foro compe. ca. conqueſtus oſtendens per quot paſſus habet eccleſia immunitatem: & qualiter non ſit aliquis, qui ad eam confugerit, niſi in caſibus extrahendus. & qualiter ſit ſacrilegus, qui res eccleſiæ non in caſibus licitis alienat. probat etiã quòd abbas cum conſenſu ſui capituli non poteſt alienare, niſi epiſcopus loci cõſentiat.

Cauſa Decimaoctaua.

Quidam abbas conſecratus in epiſcopum prius monaſterio multa contulit, poſtea, &c.

HAec eſt decimaoctaua Cauſa, & habet duas quæſtiones.

In prima quæſtione docetur, quòd quicquid habet abbas: ex quo fuit factus abbas totum pertinet ad monaſterium unde eſt abbas: & quicquid lucratur poſtquam eſt epiſcopus, totum eſt de iure epiſcopatus, ad quem tranſit, de hoc extra de teſtamentis cap. j.

Secunda quæſtione docetur, quòd abbas non per epiſcopum debet poſtulari uel eligi, ſed per monachos: ut extra de ſtatu mona. ca. j.

Cauſa Decimanona.

Duo clerici ad monaſteriũ tranſiuerunt: uterque ab epiſcopo ſuo licentiam petijt.

HAec eſt decimanona Cauſa, & habet tres quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, ſi epiſcopus debeat permittere, ut relicta propria eccleſia clericus monaſterium ingrediatur. & ſoluit quòd ſic.

Secunda quæſtione docetur, quod etiam inuito epiſcopo poſſit clericus monaſterium ingredi, & dimittere beneficium de hoc extra de regu. in cap. licet.

Tertia quæſtione qua quæritur, utrum liceat canonico regulari tranſire ad monaſterium, probatur quòd nõ: quod eſt intelligendum de tranſeuntibus cauſa leuitatis. alias eſſet cõtra prædictam decre. licet. & illa ſeruatur. Item quæritur incidenter, utrum monachi poſſint regredi in eccleſias ſeculares, & docetur quòd non. extra de relig. do. inter quatuor. de reb. eccle. non alie. poſſeſſione & ne cle. uel mona. relatum. Item probat ibidẽ: quòd ex quo aliquis eſt ingreſſus monaſteriũ, non poteſt teſtari de rebus ſuis, niſi cum diſtinctione illius legis C. de ſacroſan. eccle. auth. ſi qua mulier. & authen. ingreſſi.

Cauſa Vigeſima.

Duo pueritiæ annos agentes, à parentibus monaſterio traditi ſunt, unus inuitus, alter ſpontaneus, &c.

HAec eſt uigeſima Cauſa, & habet quatuor quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, utrũ in pueritiæ annis traditi à parentibus, cogantur propoſitũ religionis tenere. & probatur quòd nõ.

Secunda quæſtione docetur, quòd ab adoleſcentibus qui præter uoluntatem parentum religionis habitum ſuſceperunt; ex quo illi legitimo tempore permanſerũt, exire non licet. & quod non licet abbatiſſæ imponere uel immonialibus ſuis: & quando offeruntur infantes monaſterijs à parentibus ſuis ſub teſtimonio multorum dicitur conferri: ut maledicendi actio auferatur. hoc eſt contra minores & prędicatores: qui contra uoluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia quæſtione qua quæritur, ſi quis præter uoluntatem ſuam factus eſt monachus, utrum ſit cogendus ad obſeruantiam. probat quòd non per cap. præſens. ubi dicitur quod quis negligit, nec optat profectò, nec diligit. qui autem non diligit, facilè contemnit, de hoc extra quod metus cauſa. capitu. j.

Quarta quæſtio eſt qua quæritur, ſi ab uno monaſterio in aliud ſtrictius ſit licitum tranſire. & probatur quòd ſic. quod eſt expreſſum in dicta decre. licet. extra de reg.

Cauſa Vigeſimaprima.

Archipresbyter cuiuſdam eccleſiæ præpoſituram alterius recepit, nec priorẽ uult relinquere, ſecularium quoque, &c.

HAec eſt uigeſimaprima Cauſa & habet quinque quæſtiones: quia ex præmiſſis quinque cauſis tractatum de monachis interpoſuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & proſequitur thema.

In prima quæſtione probatur, quòd non poteſt clericus unus in duabus eccleſijs intitulari: niſi in caſibus. de hoc extra de elect. dudum. ij. & ire ad alias ſine commendatitijs epiſcopi ſui. & de hoc de cle. non reſi per totũ. Et quòd ex quo aliquis transfertur de una eccleſia ad aliam, tunc nõ habet facere cum prima. de hoc extra de elect. cùm in cunctis.

Tertia quæſtione prohibetur, ne clerici procuratores ſecularium negotiorum exiſtant. de hoc extra ne cleri. uel mona. capit. j. ad fin. & capitu. ij.

Quarta quæſtione docetur, quod clerici non debent uti fulgidis & ſecularibus ueſtibus: & ſi moniti non deſtiterint, per priuationem beneficiorum puniendi ſunt, extra de uita & hon. cle. cap. pen.

Quinta quæſtione probatur, quod ab epiſcopo correpti per ſuſpenſionem uel excommunicationẽ, non debent ad ſecularem iudicẽ confugere: quod ſi fecerint, grauius puniantur.

Cauſa Vigeſimaſecunda.

Quidam epiſcopus iurauit falſum, quod putabat uerum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit ſe nunquam.

HAec eſt uigeſimaſecunda Cauſa, & habet quinque quæſtiones. De negotijs clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotijs clericorum ſecularium ſubiungere diſponit.

In prima quæſtione quæritur, utrũ iuramentum ſit præſtandum. Dicitur primò quòd non & poſtea probatur quòd ſic. & ſoluit, ſicut eſt ſolutum, extra de iureiuran. & ſi Chriſtus.

Secunda quæſtio eſt qua quæritur, utrum ſit periurus qui iurauit falſum, quod putat uerum. & docetur multis authoritatibus, quòd non: deinde dicit quòd ſunt duo genera mendacij & qualiter ſancti recuſantur à mendacio, puto propter iocũ uel ſimulationem.

Tertia quæſtione docetur, qualiter

diarijs tractat de quibus habetur extra de ſenten. excom.c. tua docens quòd regibus & principibus facultas faciendi iuſtitiam eſt permiſſa ſi multi uulnerant unum, & inde moritur, quis eorum teneatur: & uidetur quòd quilibet qui percuſsit ſit homicida propter dubium.

Cauſa Vigeſimaquarta.

Quidam epiſcopus in hęreſim lapſus aliquos de ſacerdotibus ſuis officio priuauit, &c.

HAec eſt uigeſimaquarta Cauſa, & habet in ſe tres quęſtiones.

In prima quæſtione quæritur, an epiſcopus lapſus in hæreſim poſſit ſubditos ſuos excommunicare & ſoluitur quod nec lapſus in hæreſim antiquam, uel nouam, ex quo incępit eam prædicare eſt excōmunicatus, nec poteſt excommunicare alium, quòd multis c. probatur. de hoc extra de hære. excommunicamus. & in c. fi. de eo qui renunt. epiſco. & eſt ibi ca. quodcunque ligaueris. illa ſumma qualiter alia uerba quodcunque ligaueris, &c. extra. de ſent. excom. c. à nobis. & illa ſumma de fide. c. hæc eſt fides. quæ eſt extra de ſum. tri. & fide ca. melius ſed prædicti bene poſſunt baptizare, ut in ultimo. §. iſtius. imò & ordines conferre in forma eccleſiæ: ut ſupra in quæſtione ſuper § quid. in fin. & c. ſequentibus. & de hoc extra de ſumma trinitate. capitu. j. in fine.

Secunda quæſtione quæritur, an aliquis poſt mortem poſsit excommunicari: & reſpondetur quòd non, niſi pro crimine hæreſis. de hoc de ſentent. excommu. à nobis. Item cū non communicamus uiuo, nec mortuo communicare debemus. de hoc extra de ſepul. ex literis. & capitu. à nobis præalleg.

Tertia quæſtione qua quæritur, an pro peccato alicuius tota ſua familia ſit excommunicanda. ſoluitur quòd non, per capi. ſi habes. Item quòd ſententia excommunicationis iniuſtè lata, conuertitur in damnatorem ſuum, capitulo de illicita cum capit. ſequen. & præcedenti. de hoc cauetur extra de ſen. excom. ſacro. & c. cum medicinalis, lib. vj. Item tractat an nocentes. uel criminoſi ſunt maledicendi. & primò quòd non ad finem. § illicita. ergo uſque ad §. ſed quid. deinde probat, quòd à ſanctis uiris rationabiliter in malos zelo iuſtitiæ proferri poteſt excommunicatio. probans quòd medicinalis ſit excommunicatio, per c. corripiantur, qua pœna nulla maior in eccleſia Dei ut ibi. & quia neſcitur quid de quolibet pariat futura dies, & de nemine quantumcunque excommunicato dum moritur deſperandum eſt.

Item ponit differentiam inter hæreticos & ſchiſmaticos, & quot ſint hæreticorum ſectæ, à capitu. quia uerò uſque in fine cauſæ. de hoc extra de hæreti. per totum. & de ſchiſma. &c.

Cauſa Vigeſimaquinta.

Sancta Romana eccleſia quādam eccleſiā muniuit ſuis priuilegijs, decimationes ſuæ diœceſis ex integro ſibi attribuens, &c.

HAec eſt uigeſimaquinta Cauſa habens ſub ſe duas quæſtiones, tractans quātam poteſtatem habeat Romana eccleſia in concedendis priuilegijs alijs eccleſijs: quia in ſuperiori cauſa oſtendit, quod omnis catholicus eſt ſubiectus Romanæ eccleſiæ, ſimiliter in hac tractat plenius de hoc extra de priuilegijs. per totum.

In prima quæſtione qua quæritur, utrum clerici decimalis eccleſiæ poſsint petere decimas ab eccleſijs de prædijs ſuis ſitis in parrochia eccleſiæ baptiſmalis. docetur primò quòd nō, docens quòd papa contra canones facere nequit di. c. ſunt quidam. & quòd nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones ſeruare tenetur, etiam uſque ad effuſionem ſanguinis. & quòd contra eccleſiam diſpenſare non poteſt, nec contra diuinas ſcripturas. de hoc extra de bigamis. capitulo ſecundo. In contrarium tamen ſoluit, quòd priuilegia concedere poteſt, dum tamen ſtatus eccleſiæ non ſubuertatur: ut extra de priuilegijs. in pluribus locis.

Secunda quæſtione qua quęritur, utrum ſecunda priuilegia conceſſa cuidam monaſterio ſito circa baptiſmalem eccleſiam deroget primis priuilegijs clericorum eccleſiæ baptiſmalis: docetur primò quòd non: & probat per multos canones & leges inductas. C. de prec. impe. offeren. & ſi contra ius, uel utilitatem pub. & titu. ſequen. & hoc uerum eſt, niſi ex cauſa prius priuilegium perderetur, uel reprobaretur de quibus cauſis habes extra de deci. ſuggeſtum. uel de illis qui propter ſuam culpam amittunt ſuū epiſcopum. per c. Innocens. de hoc melius extra in capitulo prædicto & de rapt. ſuper literis. & de conſti. cum uenient.

Cauſa Vigeſimaſexta.

Quidam ſacerdos cum conuinceretur apud epiſcopum, correctus ab epiſcopo, noluit ceſſare, &c.

HAec eſt uigeſimaſexta Cauſa in qua Gratianus de ſacramentis tractaturus, præmittit tractatum de ſuperſtitionibus, quæ ſpeciem ſacramenti habere uidentur. & habet ſub ſe ſeptem quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, qui ſint ſacrilegi. docetur & ſoluitur per capitulum primum.

Secunda quæſtione qua quæritur, an ſit peccatum eſſe ſacrilegum. docetur primò allegando quòd non ſit malum: deinde conuertit ſtylum & ſoluit in contrarium, per multas authoritates. de hoc extra de ſorti. per totum.

Tertia & quarta quæſtione, quæ ſimul tractantur, quarum prima eſt à quibus diuinationis genus ſumpſit exordium, & quot ſunt diuinationis genera docetur. Item quæ dicitur fuiſſe Matheſeos, & quòd uſque ad natiuitatem Chriſti celebrati fuerunt illi Magi, qui cum prædixerunt deinde ſaluati ſunt. Item de natura Dæmonum, & qualiter futura præcognoſcant oſtendit.

Quinta quæſtione qua quæritur, utrum ſortilegi & diuini ſi ceſſare noluerint ſint excommunicandi: docetur quòd ſic, extra de ſortile. per totum. Item quod clerici propter quoſdam dolores prohibentur extruere altaria & ſpinis honorare, uel miſſas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi oſtendit, qui omnes ſunt reprobati a iure.

Sexta quæſtione quæritur, utrum excommunicatus per ſuum epiſcopum, poſsit ab alio quàm ſuo epiſcopo abſolui probatur quòd non, niſi à ſummo pontifice, uel metropolitano. ſed excommunicati à presbyteris, ab epiſcopis abſolui poſſunt, oſtendens quòd reconciliatio publica refectio chriſmatis, & uirginis conſecratio ad epiſcopos pertinent. & benedictio ſolennis in miſſa, in neceſsitate tamen presbyteri excommunicatos à quolibet abſoluunt. de officio ordina. paſtoralis. & capitu. conquerente. de ſententia excommunicationis per totum.

Cauſa Vigeſima.

Quidam uotum caſ[illegible] dens deſponſau[illegible] beni, illa priora [illegible] renuncians, [illegible] ad, &c.

Haec eſt uigeſima [illegible]

[illegible]

Cauſa Vigeſima octaua.

Quidam uir infidelis [illegible] iugio poſitus ad fidem [illegible] uerſus eſt. uxor uero [illegible] fidei odio Chriſtianae, &c.

Haec eſt uigeſima octaua Cauſa, & habet tres quaeſtiones.

In prima quaeſtione primò quaeritur, an [illegible]

[illegible]

Cauſa Vigeſimanona.

[illegible]

Haec eſt uigeſima nona Cauſa, [illegible]

[illegible]

Cauſa Trigeſima.

Quidam uir populorum fre quentia impeditus filium ſuum de baptiſmate ſuſcepit, dum crederet ſe alienum ſuſcipere: uxori, &c.

Haec eſt trigeſima Cauſa, [illegible]

[illegible]

In prima

In prima quæſtione tractatur & quæritur. utrum uxori ſuæ debitum reddere ualeat, qui propriũ filium de ſacro fonte ſuſcepit. & docetur quòd ſic, niſi propria utriuſque uoluntate abſtineant: de quo extra de cogn. ſpi. cap. ſuper eo. probans in cap. j. quod ſicut vij. ſunt dona ſpiritus ſancti ſic & ſeptem ſunt dona baptiſmi, & in quolibet contrahitur compaternitas, de hoc extra de cog. ſpi. Item probatur quòd non ſolum per baptiſmum, ſed per confeſsionem contrahitur compaternitas inter presbyterum & omnes illas perſonas, quas ad pœnitentiam recipit. & quod grauiter puniri debent, ſi cum eis commiſceantur. de hoc extra de cognat. ſpiri. in ca. fi.

Secunda quæſtione qua quæritur, utrum ſponſalia contrahantur per infantes. & tenetur quòd nõ, ſi ſunt intra ſeptennium quod expreſſum eſt in cap. literas. & cap. acceſsit. de ſpon. impuberum.

Tertia quæſtione qua quæritur, utrum filij ſpirituales ualeant copulari naturalibus in matrimonio. docetur quòd non, extra de cognatio. ſpiri. & legali. per totum.

Quarta quæſtione qua quæritur, utrum quis poſsit ducere in uxorem commatrem uxoris ſuæ. docetur quòd ſi uxor mea poſtquã ego eam cognoui fecit eam commatrem, nõ poſſum eam ducere, ſed ſi antequam eſſet uxor mea fecit eam commatrem, poſſum. de hoc extra de cogna. ſpiri. Martinus. Alio modo uidetur ſoluere Gratianus in §. notandum. ſed ad idem tendit.

Quinta quæſtione qua quæritur, an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet & certè præiudicat, dummodo ſit legitimè probata. ſed prohibentur ideo clandeſtina matrimonia: quia ſi alter negaret, & probari non poſſet, negans poſſet prohiberi à primo matrimonio: quia de incertis iudicare, uel diffinire non poſſumus de hoc extra de clan. deſpõ. c. j per totum. probans hac occaſione, quod iudex antequam ſententiet, debet cuncta rimari, per c. nullus. nanque iudicantem oportet cuncta rimari: nec in re dubia certa poteſt ferri ſententia.

Cauſa Trigeſimaprima.

Quidam uir uxorem alterius ſtuprauit, & eo mortuo uxorem duxit: filiam ex ea ſuſcepit, cuidam in coniugem ſe daturum iurauit, &c.

Hæc eſt trigeſimaprima Cauſa, tractans de criminis enormitate impediente matrimonium, & de coactione, & de fide ſponſalium.

In prima quæſtione quæritur, an poſsit duci in coniugem, quæ prius eſt polluta per adulterium. & probatur quòd ſic, niſi alter fuerit machinatus in mortem uiri, uel niſi fidem dederit uiuente uiro de ea ducenda. de hoc extra de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult. capit. j. & ultim. & per totum. dicas quòd bis uel ter poteſt quis nubere: & deinceps mortua prima, per ca. ꝙ ſi dormierit, de quo extra de ſecundis nuptijs per totum.

Secunda quæſtione qua quæritur, utrum filia poſsit tradi inuita in matrimonium, uel per metum docetur ꝙ niſi libera uoluntate alicui non eſt copulanda. de hoc extra de deſpon. impu. c j. & c. ueniens. & c. cum locum.

Tertia quæſtione qua quæritur, an filia impubes deſponſata per patrem, poſsit alij nubere. docetur quòd non, ſi ipſa deſponſationi conſentit. alias ſic, ut in præallegato. c. j.

Cauſa trigeſimaſecunda.

Quidam uir, cum non haberet uxorem quandam meretricem ſibi in coniugio copulauit: quæ erat ſterilis, neptis ingenui filia originarij: quã cũ, &c.

Hæc eſt trigeſimaſecunda Cauſa, tractans in ſui principio utrum cum meretrice poſsit eſſe matrimonium eo, quia ſupra proxima cauſa tractauit utrum quam polluit quis adulterio poſſit habere uxorem. & ponit octo quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, utrũ meretrix licitè ducatur in uxorem. docetur primò quòd non, quia nõ licet alicui recipere nec ducere corruptam. Se l in contrarium ſolu t, quod meretrix duci poteſt in uxore, extra de ſpon. cum inter opera. dum tamẽ ſpes ſit de ea quod corrigatur: & in ſolutione illa de bonis matrimonij tangit aliquid etiam de bono uirginitatis in capi. nuptiæ. quæ ſuaderi poteſt, imperari, nequaquam, ut in c. integritas.

Secunda quæſtione qua quæritur, an ea ſit coniunx appellanda, quæ cauſa incontinentiæ ducitur. docetur primò, quòd non. Sed in contrarium ſolutio eſt, dummodo aliquid de his, quæ ſunt contra ſubſtantiam matrimonij non opponatur. de hoc extra de condi. appo. c. fina. § his ita reſpondetur. ubi probatur ubi primò fuit inſtitutum matrimonium. & de bonis matrimonij tangit ibi in cap. quicquid. & in cap. connubia. ubi eſt optima nota de iſto coniugio. ubi dicitur quòd in coitu etiam coniugali non adeſt, nec eſt gratia ſancti ſpiritus. incidenter tractat, qui abortum committunt ſeu procurant, utrum ſint homicidæ. & docetur quòd ſic, ſi puerperium formatum eſt: uel erit. per cap. Moyſes. quod eſt expreſſum, extra de homic. ſi aliquis. & iterum redit ad probandum ſolutionem ſuam prædictam. & an conſenſus parentum requirendus eſt in copulandis filijs, per c. honorantur.

Tertia quæſtione qua quæritur, utrum neptis ingenui habens patrem ſuum teneatur ſequi arbitrium aui ingenui. dicit ꝙ aui.

Quarta quæſtione qua quæritur, an uiuente uxore ſterili, licet alicui filios ex ancilla quærere. probatur quòd non, non obſtante multorum patrum exẽplis, Abraham, Loth, & Iacob, docens quòd fornicatio non ſolum adulteriũ, hodie eſt prohibita in fin. docet quos partus uentrem ſequitur. de hoc extra de ſer. non ordin. cap. fin.

Quinta quæſtione qua quæritur, an ea quæ uim patitur peccatum admittere comprobetur. docetur quòd non: quia reuera non antea caro poteſt corrumpi, niſi mens fuerit corrupta: uerumtamen eſt quod corruptæ ſunt per capit. ſi Paulus. Item probatur quòd non peccat, quæ ſic uim paſſa eſt. nec propter hoc poteſt à uiro dimitti.

Item probat quòd ex quo uir, & uxor coniugali affectu ſunt copulati, non licet eis ab inuicem ſeparari, per c. horrendus excepta cauſa fornicationis. extra de ſponſ ex parte. & quòd excommunicandi ſunt qui dimittunt uxores ſuas, ſupra cap. proximo. q. ij. & quò l eodẽ modo puniendi ſunt uiri, ſi adulterentur, & probatum fuerit: ſicut & mulieres. aliter ſi non probatur, contra eos procedi non poteſt, quia occulta peccata non habent uindictam. & probatione ceſſante, uindicta ceſſat per capit. Chriſtiana.

Sexta quæſtione qua quæritur, utrũ adulter poſsit dimittere adulteram probatur quod non. de hoc extra de adul. capit. primo. & fin.

Septim.

[illegible]

Cauſa Trigeſima [illegible]

Quidam male [illegible] tus uxori ſuæ [illegible] re non pote[illegible] rim clancul[illegible] pit, & uir[illegible] ta, &c.

[illegible] alteriis.

[illegible] impedi[illegible] diuertuntur [illegible] alius uxo[illegible] am curru[illegible] aio ſepara-

Hæc eſt [illegible]

[illegible]

TRACTATVS DE Pœnitentia.

Hic incipit tractatus de pœnitentia, qui in ſeptem partes diſtinguitur, quas uulgariter diſtinctiones appellamus, in quarum qualibet diuerſa quæſtio uerſatur.

Diſtinctio Prima.

Prima diſtinctio tractatur, quod [illegible]

Diſtinctio Secunda.

Secunda diſtinctio quæ tractatur, [illegible]

Diſtinctio Tertia.

Tertia diſtinctio [illegible]

Diſtinctio Quarta.

Quarta diſtinctio [illegible]

Diſtinctio Quinta.

Quinta diſtinctio [illegible]

Diſtinctio Sexta.

Sexta diſtinctio [illegible]

proprio ſacerdoti, & ex iuſta cauſa alij cuicunque, ſed cum licentia proprij ſacerdotis. de hoc extra de pœnitentia & remiſsio. & etiam laico in neceſsitate. Nota qualis debeat eſſe qui de aliorũ criminibus iudicat, & docetur quod ſapiens, & diſcretus: & ab omni crimine mundus.

Diſtinctio Septima.

Septima diſtinctione qua quæritur, uſque ad quod tempus recipiendus eſt peccator ad pœnitentiam & reſpondetur, quòd uſque ad ultimum exitum uitæ ſuæ: quia de nemine deſperandum eſt, dũ eſt in hoc mortali corpore conſtitutus. & ita nunquam pœnitenti pœnitentia eſt neganda. & de prædictis v. diſtinct. tractatur plenè in quarta quæſtione huius xxxiij. cauſæ: in qua quæſitum fuit utrum orationis tempore coniugali opere uacare liceat, docetur quod non, niſi in fine iuſta de cauſa: puta ſi ſcandalum inde naſcatur uel fornicationis inde uitandæ cauſa: aliter peccatur mortaliter ſecundum quoſdam. Alij dicunt quòd de conſilio loquuntur canones qui hoc prohibent, ut ibi in ſumma ſuper principio quæſtionis. hoc ſtatutum fuit quòd tẽpore orationis & abſtinentiæ nuptiæ non celebrantur: ut in capitulo, uir cũ propria. in fin. de hoc extra de fer. Capellanus. & quod dicit quòd commiſtioni uacandum non eſt tempore ieiunij, uerum eſt de conſenſu uiri & uxoris, alioqui ſemper requiſitus tenetur reddere, ſed non exigere. & ex hoc formatur ſequens quæſtio.

Quinta quæſtione qua queritur, utrum uiri ſine conſenſu uxoris uouere continentiam, docetur quod non, ſed de conſenſu utriuſque poſſunt ambo uel alter continentiam uouere. & in capitulo quod Deo pari. de hoc extra de conuer. coniuga per totum. & de bono uirginitatis & continentiæ, docetur in capitulo tunc ſaluabitur. & docetur quod ſi uir conſenſerit uxorem uouere, uel econtra oportet ſimiliter quod ipſe uoueat. de hoc extra de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet quòd mulier ſemper debet eſſe ſubdita uiro, propter hoc quia uir eſt factus ad imaginem Dei, mulier uero non. extra de probationi, propoſuiſti. & de ſpon. impube. probat per capitulum, mulieriem. quia mulieri iudicare non licet, uel teſtimonium ferre, quod uerum eſt in criminali.

Cauſa Trigeſimaquarta.

Quidam uir in captiuitatem ductus eſt: poſtea uxor eius audiens illum mortuum, nupſit alij. Demum ille de captiuitate, &c.

HAec eſt xxxiiij. Cauſa, habens ſub ſe duas quæſtiones.

In prima quæſtione qua quæritur, utrum ſit rea adulterij quæ abſente uiro in captiuitate alteri nupſit. & reſpondetur quòd non, ſi ignorat ipſum uiuere.

Secunda quæſtione qua quæritur, utrum reuertente primo uiro à captiuitate ſit ei reſtituenda. & reſpondetur quòd ſic & de utraque quæſtione apertius, extra de ſecundis nuptijs. Dominus.

Item utrum uxor teneatur ſequi uirum. & quando quis malæ fidei poſſeſſor uideatur. docet de hoc extra de præſcription. capitulo finali. & de eo qui ignoranter adulterium commiſit tractat in fine.

Cauſa Trigeſimaquinta.

Quidam uir uxore ſua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat ſibi in matrimonio copulauit, quæ uxori defunctæ, &c.

HAec eſt xxv. Cauſa, habens ſub ſedecem quæſtiones: tractans de conſanguinitate & affinitate, & gradibus cognationis.

In prima quæſtione qua quæritur, utrum liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in uxorem, docetur quòd non: & cauſam quare hoc fit hodie cum in ueteri teſtamento ſeruaretur contrarium, oſtendit. de hoc extra de conſanguinitate & affinitate.

Secunda & tertia quæſtione, quæ ſimul examinantur: in quarum prima quæritur, utrum conſanguinea uxoris alicuius duci poſſit in coniugium, & uſque ad quõ gradum oportet abſtinere a proprijs conſanguineis. & cauſam quare hoc fit: probat: imò aliqua capitula uidentur innuere, quòd dum in memoria poteſt retineri conſanguinitas, durat prohibitio, quæ copulas de affinitate innuere uidentur uſque ad quintum gradum. ſed hoc ſoluitur in §. fin. ſed totum hoc eſt hodie correctum per conſtitutionem ca. non debet. de conſanguini. & affinit.

Quarta quæſtione qua quæritur, quare ad vij. gradum matrimonium prohibetur: oſtendens rationem ſupra: quia ſex ætatibus mundi generatio, & hominis ſtatus finiri debet.

Quinta quæſtione qua quæritur, quibus accuſantibus matrimonia ſint dirimenda. ſed de hoc extra qui. ma. accuſa. poſſunt. per totum & de ſpon. cum in tua. & forma iuramenti quod teſtes ſuper matrimonio inducti præſtare debent, & teſtes etiam ſynodales. & de illis qui ex aliqua iuxta cauſa ab uxoribus ſeparantur, uel coniunguntur inuiti docẽs, quòd ſi ſciat quis conſanguineam uxorem ſuam, non debet ipſam dimittere ſine iudicio eccleſiæ. extra de diuor. porrò. nec uni teſti ſuper hoc impedimento matrimonij credi debet. de hoc extra de teſtibus. licet.

Sexta quæſtione qua quæritur, utrũ illi qui de inceſtuoſis naſcuntur ſint legitimi filij reputandi, docetur quòd non: nec debent in aliquo ſuccedere patri: extra qui filij ſint legitimi. per totum. & de eo qui duxit in ma. cũ haberet.

Octaua quæſtione qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti ſunt in prohibito gradu affinitatis uel conſanguinitatis ex diſpenſatione in tali matrimonio remanere poſsint. & docet quòd ſic. de hoc extra de conſanguinitate & affinita. & de pœna ſeu pœnitentia ipſorum inceſtuoſorum, docet de hoc extra de eo qui cognouit conſanguine. capit. primo, & cap. tua. & in multis ca. ibidem.

Nona quæſtione qua quæritur, ſi eccleſia fraude teſtium uel ignorantia aliquos ſeparauit per ſententiam, ſi poſtea deprehẽſa fuerit falſitas teſtium uel calliditas. utrum poſsit primam ſententiam reuocare. docetur quod ſic, de hoc extra de re iudic. lator. & capit. cõſanguinei. tractatur ibi, quod non tantum ſententia matrimonij poteſt reuocari ex cauſa: imò etiam contra alias ſententias eccleſia uenit ex cauſa multoties. ut extra de reſtit. ſpo. literas.

Decima quæſtione, utrum ſoboles ſuſcepta ex primis nuptijs poſſit copulari cum conſanguineis ſecundi uiri defuncti: & utrum affinitas diſſoluatur per mortem uiri uel mulieris. & reſpondetur, quod non. primum corrigitur per cõſtitutionem. extra de conſan. & affinita. non debet.

Cauſa

Cauſa trigeſim...

Filiam ...
... quo compe...

Hæc eſt xxxvi c...

... quæritur ...

De conſecration...
... cleſiæ ſacr...

Explan ...

... Decreti.

1366

FIVE

Digitized by Google

Digitizec

Digitized by Google

Digitiz

Digitized by

Digitized by Google

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 59
Tel. 888.223 1971

Digitized by Google

Digitized by Google